13
15 M
16

13-4. E 7

AZONIS
IVRISCONSVLTISSIMI
IN IVS CIVILE
SVMMA.

Acceſsêre, præter Hieronymi Gigantis, Pardulphi Prattæi, & ex Martino veteres additiones, aliæ quamplurimę. Cæterùm noſtram in his omnibus diligentiam ſequens pagina docebit.



LVGDVNI.

LECTORI CANDIDO S.

HAEC ſunt(optime Lector)quæ poſt Azonis recentem in Germania editionem, etiam in hac noſtra præſtitimus. Azonem ipſum primùm ſtudioſè diligentérq; adeo correctum & emendatum curauimus, vt aliorum diligentiam minimè præferas, noſtram in aliis fortaſſe deſideres. Additiones deinde omnes vehementer corruptas, nec vſquam emẽdatas, imò prorſus neglectas, eadẽ cura reſtituimus, quaſdã etiam pleniores effecimus. Poſtremò, quæ nulla, vel omnino mala ratione diſiuncta erant, in ſuos locos coniecimus. Nam libro Codicis vndecimo cùm eſſent nouem, ob alias quaſdam (vt vocant) ſummas, repetiti ordine tituli (De venden.reb.ciuita. De debitorib.ciuita. De pericu. nomina. De pericu.eorum, qui pro magiſtr.interue. Quo quiſq; ordi.conuenia. Ne quis lib.inuit. Sumpt. iniunct. mu.ad omn. colleg.pertin. De iis, qui ex offic. quod adminiſtr.conuen. De ſolut. & liberationib.) nos ea ſublata geminatione, quamlibet ſummam ſuo eodemq; titulo, hoc ſolùm inſcripto, Alia ſumma, ſubiecimus. Eodem quoque modo iis, quæ hactenus ſub eiuſdem vndecimi libri finem temerè collocabantur, proſpectum eſſe voluimus. Itaque ſummam quandam ibi poſitam tituli de Decurionibus, in ſuum & eundem libri decimi titulum reiecimus. Aliam item eodem loco proximè ſubſequentem tituli de Tabulariis, ſummam, ſuo tit. libro decimo reddidimus. Ad hæc quæſtiones duas de rei vendicatione, libro tertio, titulo eodem adiecimus. Quæſtionem rurſus vnam de Carboniano edicto libro ſexto titulo ſuo ſubiunximus. Ad hæc indicem Rubricarum, deinde rerum omnium quàm locupletiſsimum. Diligentiam noſtram æqui boniq; conſule. Vale.

S V M M A

A Z O N I S I. V. D.

celeberrimi, F. Martini Abbatis adnotamentis locupletata.

S V M M A R I V M.

1 *Artificium omne ſuſcipit incrementum.*
2 *Natura acceptio varia.*
3 *Memoriam omnium habere certam, diuinitatis eſſe.*

CVM POST INVENTIO
nem ſcientiæ ſoperuenerit gratiæ
plenitudo, & ſucceſsiuis naturæ
beneficijs ingenium prædotetur,
non eſt mirum, ſi humana condi-
tio continuis exercitijs ſuſcipiat
incrementum: vnde etiam dicit
1 lex, † Omne artificium ſuſcipit
incrementum, vt. ff. de leg. iij. l. le-
gatis. §. ornatricibus. quia ipſa
a conſuetudo conuertitur in naturam. Vnde iuniores * perſpi
2 cacius ſingula quæque contemplantur. † Eſt enim natu-
b ra, ᵇ quædam exiſtentia ſubiectorum, complectens acciden-
tia ſecundum eſſe proprium. Vel, natura eſt id, quod intus la
tet, & ex conſuetudinis inſtantia quæritur, de quo tãtum ac-
cipitur quantum eſt de materia ineſſe, & tamen augeri po-
teſt per conſuetudinarium ſtudendi modum. Alterabilis eſt
quidem ipſa natura: quia ſuſcipit magis & minus iuxta
ſententiam Salomonis. Inquit enim. Omnia renouantur, &
deijciuntur, & generatio carnis & ſanguinis naſcitur, & fi-
nitur. Renouantur igitur homines, & ipſa ſciẽtia refloreſ-
ſcit: quia veteres præceptores artium & ſcientiarum princi-
pia contulerunt: vnde commendandi ſunt: ſed non præ cæ-
teris extollendi ſunt: quoniam qui ſubtiliter factum emen-
dat, laudabilior eſt eo, qui prius inuenit: vt. C. de vet. iure
enucl. l. j. §. ſed neque: verſic. omnia. Scio ſiquidem quod
do. Placentinus, præclarus & famoſus iuriſperitus, apud
Montempeſſulanum, ſuper Codice & Inſtitutionibus ſum-
mas laudabiles compoſuit, cuius dictis non propoſui deroga
re. Nam licet in quibuſdam minus plenè, in quibuſdam or-
dine irregulari, & in quibuſdam non obſeruato tramite iu-
ris: ita vt cõfuſè proceſsiſſe videatur, non eſt tamẽ ab aliquo
3 inculpãdus: † quia omnium habere memoriam, & in nullo
penitus peccare, diuinitatis eſt potius, quàm humanitatis. l.
ij. §. ſi quid autem. C. de vet. iur. enu. Nunc autẽ ego Azo
reſidens Bononiæ, in Iuriſperitorum ordine, bonorabilium
ſociorum precibus humiliter condeſcendi, qui vita com-
mendabili, morum honeſtate, ſcientiæ magnitudine, numero
perſonarum, nobilitate proſapiæ, multáque liberalitate re-
ſplendent: vnde iuxta ipſorum amicabiles ſupplicationes,
Codicis & Inſtitutionum ſummas, lucidè tractare ſtudebo:
cupiens, vt tam profecti, quàm rudes, quæ poſtulant, queant
facilè inuenire: quia ſæpe accidere conſueuit, quòd per gloſ.
textus notitia obtenebretur: & dum gloſſa ad gloſſam, vel
ad textum tranſmittitur (quod quidem ego ipſe feceram, vt
vitarem ſcribendi laborem) ſtudioſus auditor deſiderabili
priuatur effectu: & cum ad erudiendum ſuper dubitabilibus
patrocinium gloſſam requirit, lumen reperit à tergo: vnde
in erroris cadit ſæpiſsime labyrinthum. Suſcipiatis itaque
amabiles, & præclariſsimi ſocij lucidum & fauorabile mu-
nus, quod à me diutius poſtulaſtis: tenẽtes, quia nihil obſcu-
rum, nihil dubitabile, nihilque contrarium legibus inuenie-
tis: quoniam omnes principales, & ſecundariæ harum ſum-
marum particulæ de iuris corpore proceſſerunt.

ANNOTATIO.

a Iuniores. Hanc ſententiam ex Priſciano citat Gloſſ. in l. Gallus. in verb. ſi filius. in fin. ff. de liber. & poſthu. Refert Bart. in d. l. Gallus. in princip. num 10. Refert Alciatus Parerg. iur. lib. 10. capt. 21. vbi, quomodo vulgare illud, Quanto iuniores, tanto perſpicaciores, ſit accipiẽdum, latius explicat.
b Natura. Adde nota glo. in §. conditiones inſtit. de verb. obliga. quæ an inſpiciatur potius quàm accidẽs, vide Bart. in l. ſi. de offi. procõ. do. Alexãd. in l. ſi quis poſthumos. ff. de liber. & poſthum. quid ſit natura.

INCIPIT MATERIA

A D C O D I C E M.

1 *Codex vnde dictus.*
2 *Librorum materia, vtilitas, & finis ſpectari debent.*
3 *Interpretari verbum eſt generale, comprehendens etiam correctionem.*
4 *Alienatio quid ſit.*
5 *Inſtitutio hæredis non facta quandoque facta præſumitur.*
6 *Conditio quandoque habetur pro appoſita.*
7 *Conditio quandoque quæ deficit, præſumitur extitiſſe.*
8 *Pactum quod non fuit appoſitum, præſumitur quandoque appoſitum.*
9 *Dotis lucranda pactum de morte ad monachatum extendi.*
10 *Subſtantia æqualiter fiat interpretatio.*
11 *Quantitatem qualiter fingunt iura.*
12 *Quid fingant circa relationem.*
13 *Quid circa qualitatem.*
14 *Iura qualiter interpretentur circa actionem,*
Inſtrumẽtum tradens prædij prædium ipſum tradere fingitur.
15 *Iura quid fingant circa pati.*
16 *Iura præſumunt aliquãdo præſentem abſentem: & econuerſò.*
17 *Circa tempus quid interpretentur leges.*
18 *Iura præſumunt quandoque quem habere aliquid, quod non habet.*
19 *Qualiter iura circa ſitum præſumant.*
20 *Principes circa leges ad quæ ſe referant.*
21 *Principis legem condentis iuſtitium duplex.*
22 *Codices tres ſunt.*
23 *Codex ex tribus codicibus antiquis factus fuit.*
24 *Eiuſque rei vtilitas.*
25 *Codex cui parti philoſophiæ ſupponatur.*

LIBER ISTE, CODEX
domini Iuſtiniani dicitur: & eſt nomen ge-
nerale: vel vt proprium antonomaticè ap-
pellatum. Sic ſe habet vrbis, poetæ, Apoſto-
li quoque vocabulum: vt inſt. de iur. nat. §. j.
1 Et fortè ideo quia † Codex dicitur à cogen
do: cogere enim, vel imperare propriũ eſt Imperatoris: vt eius
nomen denotat, cuius eſt hic liber. Et hæc eſt præcipua legis
virtus: vt. ff. de legib. & ſena. con. l. legis virtus. Vel dicitur à
cogendo, id eſt, componendo, vel congregando, ſicut fructus
dicuntur cogi: vt ff. de peti. hæred. l. ſi à patre. §. vlti. Iuſtiniani

autem Codex dicitur, ad differentiam trium veterum Codi-
a cum *:Hermogeniani, Gregoriani, & Theodoſiani.
2 † Videndum ergo, quæ ſit huius libri materia, quę intentio,
quæ vtilitas, ſiue finis, & cui parti philoſophiæ ſupponatur.
Eius materia triplex reperitur: generalis, communis, & pro-
pria: ſicut intentio generalis aſſignatur, communis, & pro-
pria. Generalis materia omnium librorum iuris & Codicis,
ſunt ius, iuſtitia, item negotia, item duo vitia, error & contu-
macia. Super iuſtitia & iure, intendunt principes tractare vt
homines mali efficiantur boni: boni autem efficiãtur melio-
res, tum metu pœnarum, tum exhortatione prēmiorum, vt ff.
☞ de iuſtit. & iure. l. j. Sic namq; dicitur: • Oderunt peccare bo
• ni virtutis amore: Oderunt peccare mali formidine pœnæ.
Super negotijs, intendunt quemadmodum debeant decidi:
ſuper vitijs, vt expulſa ſint vitia. Cõmunis materia omnium
principum, eſt rudis æquitas, ius approbatum, & id quod ſer
uatur pro lege & iure: ſuper quibus omnibus intendunt prin
cipes. Super rudi æquitate intendunt ipſam eruere, erutam in
præceptis redigere, redactam ſubditis conſeruandam iniun-
gere, & ſub idoneis titulis collocare: vt j. de leg. & conſti. l. j.
3 † Super iure b approbato, intendunt principes quatuor mo-
b dis: interpretando, corrigendo, arctando, & prorogando. Et
quidem verbum interpretandi generale eſt, pertinens ad o-
c mnia prædicta: nam & qui corrigit, c interpretari dicitur: vt
not. ff ad Tertu. l. j. §. qui operas. hic autem accipitur ſic, &
hoc eſt vocabuli ſignificationem apertè exprimere: vt in lege
Iulia, quæ prohibet alienationem fundi dotalis, exponitur.
4 † Eſt autem alienatio omnis actus per quem dominium trãſ-
fertur: vt j de fundo do, l. j. Corrigunt abrogando. l. Fuſiam
Caniniam: vt inſtit. de le. fu ſ. ca. tol. Coarctant in Macedonia
no, cum generaliter prohibeat mutuam pecuniam dari filijsf-
fa. ſed imperatores concedunt in neceſſarijs cauſis: vt j. ad
Maced. l. Macedonianum producunt in eodem extendendo
ipſum ad nepotes: vt j. ad Maced. ſi filius tuus. Super eo quod
obſeruatur pro lege & iure, intendunt principes multiplici-
ter: ſuper vltimis deficientium voluntatibus: & ſuper pactio-
nibus contrahentium, quæ legis vicem obtinent: vt in auth.
de nup col. iiij. §. diſponat itaque. & ff depoſiti. l. j. §. ſi conue-
niat. Idem ſuper iudicijs & ſententijs. Sed quid de eis inten-
dant ex his quæ de duobus primis dicemus, liquidè poterit
5 intelligi. † Super vltimis voluntatibus interpretantur inſti-
tutionem eſſe factam, quæ non fuit facta: vt ſi mulier alijs fi-
lijs primò hæredibus inſtitutis, eum quem poſtea geſtabat in
ventre propter periculum puerperij non inſtituit. præſumi-
tur enim eum inſtituiſſe: vt j. de inoff. teſta. l. iij. Item non eſſe
factam eam inſtitutionem, quæ facta fuit, vt ſi inſtituat quis
alium quaſi filium ſuum cum non ſit: vt j. de hær. inſt. ſi pater
6 & ſi frater. & l. nec apud. † Interpretantur conditionem ap-
d poſitam quæ non fuit appoſita d vt ſi duobus filijs inſtitutis
hæredibus, quilibet eorum rogetur ſimpliciter de reſtituen-
da parte ſua alteri ſi deceſſerit: ineſt enim conditio, ſi deceſſe-
rit ſine liberis: vt j de inſtit. & ſubſt. l. generaliter. §. cum au-
tem. Et non eſſe appoſitam eam, quæ fuit appoſita: ſcilicet
ſi fuerit impoſsibilis vel turpis: vt inſt. de hær. inſti. §. penult.
7 & j. de inſtitu. & ſubſti. l. reprehendenda. † Interpretantur
conditionem extitiſſe, quæ defecit: vt ſi non ſteterit per eum,
in cuius perſona iuſſa eſt impleri cõditio: vt j. de inſt. & ſub-
ſtit. l. j. & defeciſſe eam quæ extitit: vt ſi plures conditiones
alternatiuè poſitæ ſunt in hæreditate, vel fideicommiſſo reli-
cto, & vna earum extitit, videtur impleta cõditio: ſed lex in-
terpretatur eam non eſſe impletam, disiuncta accipiẽdo pro
8 coniunctis: vt j. de inſti. l. generaliter. † Super voluntatibus
contrahentium, interpretãtur pactum eſſe factum quod non
fuit: vt ſi creditores hæreditarij conueniant emptorem hære-
ditatis eis ſpõte reſpondentem: videtur enim paciſci cum ven
ditore hæreditatis, ne eum conueniat: vt j de pact. poſt ven-
ditionem. Interpretãtur pactum non fuiſſe factum, quod fuit
• factum: vt ſi turpe vel impoſsibile e contineat: vt j. de pact. l.
pacta. Interpretantur conditionem appoſitam in pacto, quæ
non fuit appoſita: vt ſi mulier promittat dotem, ineſt condi-
tio, ſi ſequatur matrimonium: vt j. de donat. ante nup. l. cum
veterum. Et non eſſe appoſitam quæ fuit appoſita; vt ſi erat
contra legem: vt j. de pact. pign. l. vlt. & ff de pact. do. l. ij.
9 † Interpretantur ſimiliter extitiſſe conditionem, quæ defi-
cit: vt ſi paciſcatur maritus de dote lucrãda vxore mortua,
& ipſa ingrediatur monaſterium, habetur enim pro mortua:
vt j. de epiſc. & cler. l. Deo nobis. Et defeciſſe eam quæ ex-
titit: vt ſi pactus ſum de ſeruo non manumittendo: & ſi ma-
numittatur, ſtipulatus ſum pœnam: nam & ſi manumittatur
de facto non petitur pœna, quaſi nihil ſit actum: vt j. ſi man-
cipia fue. alie. l. ea quidem. Omnes autem iſtas fictiones, ſiue
interpretationes, in omnibus prędictis & alijs (vt generali-
ter comprehendam circa decem prędicamenta) reperio: vt ex
dictis & dicendis liquidò poterit apparere. Sunt autem de-
f cem prædicamenta, f ſubſtantia, quantitas, relatio, qualitas,
10 agere, pati, habere, vbi, quando, ſitum eſſe. † Circa ſubſtan-
tiam interpretantur dupliciter: ſcilicet aliquid eſſe quod
non eſt, & aliquid non eſſe quod eſt. Eſſe quod non eſt, inter-
pretantur ex eo, quod futurum ſperatur: vt eſt de eo, qui eſt
in vtero: vt ff. de ſtatu. homin. l. qui in vtero. & de eo qui ex
honeſtiſsima cauſa, puta prælij initi reipublicæ cauſa, deſiit
eſſe. Reputatur enim pro viuo vt proficiat patri ad excuſa-
tionem tutelæ: vt inſtitut. de excu. tuto. §. filij autem. Et non
eſſe quod eſt, interpretantur, fingentes nondum natum qui
natus eſt: vt ff. de liber. & poſthum. l. Titius teſtamento. §.
Lucius. vel fingentes non conceptum, qui naſcitur mortuus:
vt ff. de verbor. ſignificationib. l. qui mortui naſcuntur.
11 † Circa quantitatem fingunt aliquid eſſe plus, ſcilicet ra-
tione temporis, quod non eſt plus, ſcilicet ratione quantita-
tis: vt inſtitut. de actionib. §. plus. Et plus intelligitur ſolui
cum nihil debeat: & minùs ſolui, cum nihil ſoluit: vt ff. de ver
bor. ſignificationib. l. minus. Fingunt aliquid non eſſe plus
quod eſt plus: verbum plus referendo & reſtringendo ad
modicam quantitatem: vt ff. de verbor. ſignificationib. l.
12 hæc adiectio. † Circa relationem: vt cum fingunt eum fi-
lium eſſe, qui non eſt: prout lata eſt hæc ſententia: vt ff. de
13 liber. agno. l. prima. §. vltim. & l. ſecunda & tertia. † Circa
qualitatem: vt cum interpretantur purum, quod eſt condi-
14 tionale: vel è conuerſo: vt in prædictis exemplis. † Circa
actionem interpretantur aliquem agere vel egiſſe, qui per
alium agit, vel egit: ſiue erat procurator, ſiue geſtor, ſi poſt-
modum ratum habuit: vt ff. de iudic. l. licet. Et rem emiſſe,
vel feciſſe, qui per alium emit, vel fecit: niſi ſpecialiter inhi-
beat: vt ff. ne quis eum qui in ius voc. l. ſi per alium quis.
☞ Item eum qui nihil fecit: quia omiſit officium pietatis in-
terpretantur feciſſe, vel facere, hoc eſt, occidere: vt ff. de libe.
agno. l. necare. Et qui tradit inſtrumentum prædij, prædium
g tradere fingitur. g vt j. de donat. l. prima. Idem in vſufructu:
vt in eod. titul. l. quiſquis. Fingitur etiam loqui, qui non lo-
quitur: vt in tacito ſtipulationibus: vt ff. de adopt. l. his ver-
bis. Et non loqui, qui loquitur, vt cum aliud dixit quàm vo-
luit: vt ff. de rebus dubijs. in ambiguo. Et non agere vel lo-
qui, qui agit vel loquitur: vt ſi legatarius vſumfructum ſibi
relictum in diem, petat ante diem: vt ff. quando dies vſusfru.
leg. ce. l. vnica. in fi. Vel ſi furioſus occidat, vt ff. de adminiſt.
15 tutor. l. vltim. & de codicillis. l. ſecunda. §. furioſus. † Circa
pati: vt cum dicunt patrem pati iniuriam verberato filio: vt
inſti. de iniurijs §. patitur. Et non pati ſeruum, licet patiatur:
16 vt inſtit. de iniurijs §. ſeruus autem. † Circa vbi: vt cum in-
terpretantur præſentem eum eſſe qui abſens eſt, vt contuma-
cem quo ad incommoda: & abſentem reipub. cauſa quoad
commoda: vt in authent. vt omnes obed. iudi. pro. §. ſi igitur,
& ff. quib. ex cauſ. ma. l. ſi quis Titio. & contra: vt ff. de reg.
iur. l. vbi non voce. §. furioſus. Et præſentem interpretantur
abſentem, ratione ſcilicet furoris, vt ff. de arbitr. l. diem §. pe-
17 nultim. † Circa quando, interpretantur aliquid fuiſſe du-
dum ante, quod nunc primò eſt: ſcilicet, extante conditione
venditionis: vt ff. de pericul. & commod. rei vend. l. neceſſa-
rio. §. quod ſi pendente. & de ratihabitione, in infinitis ex-
emplis, vt C. ad Macedo. l. vltima. Fingunt & nunc primò fie-
ri, quod dudum factum eſt, vt cùm plures ſint domini prędij,
& vnus primò & alter poſtea imponit ſeruitutem. Nam cum
vltimus cedit, & prior cedere videtur: vt prima ceſsio traha-
tur ad tempus ſecundæ: vt ff. commun. præ. l. receptum.

Circa

18 †Circa habere: interpretantur eum habere, qui non habet:
hoc ipſo quòd habet actionem, rem videatur habere. ff. de re
gul. iur. l. qui actionem. & ff. de in integr. reſti. l. nemo. & non
habere eum qui habet. vt eum de iure poteſt res auocari ab
19 eo, vt ff. de acquir. poſſ. l. nemo. †Circa ſitum eſſe: non ha-
beo exempla intellectualia: ſed præſcriptiones quæ non cur-
runt contra minores, intelliguntur ſtare, & ceſſare: vt C. de
præſcript. xxx. ann. l. ſicut. & omnia illa exempla quæ ſunt
in præcedenti, poſſunt hic adaptari: vt j. in quib. cauſ. in in-
tegr. reſti. non eſt neceſſ. l. ſancimus. & j. ex quib. cauſ. ma. in
integ. reſti. l. reſpublica. Item lex dicitur iacere, quæ non ia-
cet, vt in authen. col. j. de fideiuſſ. in prin. titul. & lex dicitur
miniſtrare, quæ non miniſtrat, & armari, quæ non armatur.
vt in authent. tit. j. in fin. tit. & C. ad legem Iul. de adulte. l.
eum vir. Et currere apices, qui non currunt, vt C. de eroga.
20 mil. ann. l. excellentia. lib. xij. †Super iis omnibus tractant
i principes referendo ſe ad primam æquitatem[i], quæ eſt de ſum
ma trinita. & fide catholic. ſiue ad ſecundam, quæ eſt de non
violando proximo, niſi eùm fueris laceſſitus iniuria, quæ
quidem eſt iniqua reſpectu illius ſummæ æquitatis, quæ eſt
vt ſi quis te percuſſerit in vnam maxillam, præbe ei & alte-
ram. Vel poſſumus dicere, quòd ad tres ſe referunt æquitates.
prima eſt, qua proſequor meum. ſecunda eſt, qua mihi debi-
21 tum. tertia eſt, qua proſequor vtrunq;. †Ad hunc finem,
ſiue vtilitatem tendunt, vt ignorantes doceant, contumaces
coërceant, quod faciunt propter duo bona, id eſt, authorita-
tem & poteſtatem. Authoritate doceant errantes: poteſtate,
coërceant contumaces. hæc eſt communis omnium princi-
22 pum intentio, hæc eſt vtilitas. †Propria autem materia do-
mini Iuſtiniani ſunt tres codices, Gregorianus, Hermogenia
23 nus, Theodoſianus, & extrauagãtes conſtitutiones. †Inten-
tio autem ſua eſt ex illis tribus codicibus, & extrauagãtibus
conſtitutionibus, hunc codicem componere: & quaſi pro-
prium & ſacratiſſimum templum iuſtitiæ conſecrare: ſuo fe-
lici nomine decorandum: reſecatis omnibus ſuperfluitatibus
& contrarietatibus. nec enim inueniri poterit contrarietas,
ſi quis ſubtili animo diuerſitatis rationes excutiet. Sed eſt ali
quod inuentum nouum, vel occultè poſitum, quod diſſonan
tiæ querelam diſſoluit: & aliam naturam induerit diſcordiæ
fines effugientem. Quod autem corrigitur, nec poſitum eſſe
videtur: & ideo ponitur, vt nihil antiquitatis penitus ignore-
24 tur: vt inſt. de teſta. in prin. †Finis autem ſiue vtilitas ſum-
ma eſt: quia hoc opere perlecto facili modo erit acceſſus ad
citiores cauſarũ definitiones: & quia ex hoc nouo codice fiat
recitatio conſtitutionum: & quia non eſt opus maxima mole
25 pecuniarum. †Supponitur ethicæ philoſophiæ, quia tra-
ctat de moribus: ſicut & omnes libri legalis ſcientiæ: vt j. de
ſecund. nupt. l. j. &c.

ANNOTATIONES.

a Fuerunt alij tres codices facti præter iſtum. Tu adde quòd imo etiam Iuſtinianus fecit alium codicem ante digeſta & ante inſtitutiones: vt probatur in procœmio inſti. §. & cum ſacratiſſimas. & vltimo loco fecit nouum codicẽ, in quo corriguntur aliquãdo textus Inſtitutionum, vt in l. meminimus. C. de legit. hæred. & in hoc vltimo ſunt inſertæ quinquaginta cõſtitutiones Iuſtiniani: vt infrà de emẽda. Iuſti. codi.

* Dictum ab Horatio.

b Super iure. Ad huius concluſionis. & eorum quæ ſequitur materiam, vide Bar. in l. omnes pop. vi. q. pri. ff. de iuſt. & iu. & ibi d. Alex. capiẽtẽ differentem & in l. ab executore. ff. de app. & in l. ij. C. de bo. vac. li. x. Bal. in l. iij. C. de lit. pot. do Barth. Soc. in l. quotiens. nu. i. ff. de re. du. char. cxvi. & in l. cum teſtamẽto. nu. i. eo. ti. char. cxcv. Iaſ. de may. in §. item Seruiana. nu. 50. de act. char. xcxix Pau. de Ca. in conſi. mihi. in i. vol. eundem Soci. in conſ. vi. incip. prædicta conſultatio. verſ. ad cuius. in i. vo. char. vi. & in conſi. c v. incip. viſis prædictis. verſic. quarta enim. char. xxiiii. vbi ferè omnia accumulata reperies.

c Corrigis. Quid autem ſit corrigere, vide per Decium in c. i. in prima lectu. verſi. in glo. ii. extra de conſuetu. vbi etiam ponit, quæ ſit differentia inter corrigere & reprobare: ad quod etiam vide Cardi. in clement. ſtatutum. in iii. notabi. de elect. Hieron. Gig.

d Adde, quòd propter æquitatem non ſcriptam non debet iudex recedere à iure ſcripto. text. in §. oportet. in authent. de iudi. colla. vi.

e Appoſita. Sed quæro quid ſi: ipſa fictio, cum veritate concurrat; nunquid præualere habeat: ad hæc vide Bart. & doct. in l. filio. ff. de libe. & poſth. & vide Franc. are. & d. Alex. in l. ſingularia. ff. ſi cert. peta. vbi ponuot pulcherrimam regulam.

f Impoſſibile. Vide ad hoc Bart. in l. Gallus. §. ſi eius. ff. de libe. & poſth. copioſius in l. ſi is qui pro emptore ff. de vſuc. & in l. ſub conditione. de ſol. & in l. eãdem. q. i. ff. de duob. re. multa per do. Alex. & doct. in l. i. § ii. ff. de acquir. poſſ. & in l. verum. ff. de reg. iur. & in l. non dubium C. de leg. Barth. ſoci. in l. ſingularia. ff. ſi cert. peta. nu. 6 char. cvi. & in cõſi. cxvi. incip. non poteſt negari. verſi. ad quartum. char. clccxiiii. vbi de materia mirabiliter loquitur.

g Inſtrumẽtum. Adde circa hunc articulum multa quæ ponit præceptor meus excellentiſſimus d. Vincentius Hercul. de Peruſia in l. poſſideri. ff. de acqui. poſſ. vbi inter cætera dicit, quòd illud quod hic dicitur, eſt verum, quando inſtrumentum continet iura rerum corporalium, ſecus ſi inſtrumentum continet iura rerum incorporalium: vt puta nomina debitorum: quia tunc traditio inſtrumẽti non cenſetur facta traditio, & ceſſio actionũ cõpetentium cõtra debitores. ita voluit idem Vinc. in d. l. col. vi. cir. fi. in ver. Item d. l. i. vbi etiam ponit 10 viii. col. in fi. quod ſicut traditio inſtrumẽti facta à creditore debitori inducit liberationẽ: ita retraditio talis inſtrumẽti facta per debitorem creditori, ipſum in priſtinam obligationem reponit.

h Tradere fingitur. Sed quid de eo, qui tradit inſtrumẽtum debiti, an debitum remittere videatur: vide Bar. in l. Labeo. §. fi. ff. de pact. Bal. in l. pecuniæ. C. de ſol. d. Alex. de Imo. in d. §. fi. & in l. Mœuia. ff. ſolu. matr.

i Aequitatem. Adde Bar. & doct. in l. nec vilem. ff. ex quib. cauſ. maio. & vide Barth. ſoci. in conſi. cclii. incipi. viſis inſtrumentis. verſic. ſed iterum char. cclviii. vbi de fictione & æquitate propriam materiam habes.

IN NOMINE DOMINI

noſtri Ieſu Chriſti, Iuſtiniani ſacratiſsimi principis, perpetuò Auguſti, repetitæ prælectionis Codicis Liber primus incipit,

De nouo Codice faciendo.

1 *Legis virtus quæ ſit.*

Imperator Iuſtinianus de Iuſtitia
& iure tractaturus, præmittit tres conſtitutiones, quæ vicem
obtinent procœmij, & conſtitutionis. Procœmij: qua audito-
rem beneuolum, docilem & attentum reddunt: vt in fine pri-
a mæ notauimus conſtitutionis, quæ imperat, vetat [a], permit-
1 tit, punit: †quæ quatuor virtutes legis ſunt: vt ff de leg. &
ſenatuſconſ. l. legis virtus. Imperat, cùm decem philoſophis
committit vt Codicem cõponant: vt infrà eadem l. §. ideoq;
ad hoc maximè opus. vſq; ad §. quibus. &c. Permittit adie-
ctionem, detractionem, motationem: vt ibi adiicientes, &c.
Vetat ex alio Codice recitationem fieri: vt in fine legis. Pu-
nit, vt infrà l. proxi. §. falſi crimine. Docet etiam quid ipſe ſit
aggreſſurus, cùm in principio eiuſdem legis tradit hæc, quæ
neceſſario, &c. & ita quodammodo ſuum opus commendat,
& literam, & conſtructionem: aliàs conſtitutionem, expone
vt notauimus ibi.

ANNOTATIO.

a Imperat, vetat. Adde quod lex quæ vetat, tacitè etiam punire videtur, quo caſu pœna arbitraria eſt: vt tenet ſubtiliter Bal. in l. iii. C. de ſacroſanct. eccle. quem omnes ferè Moder. ſequuntur.

De Iuſtinianeo codice confirmãdo. *Rubrica.*

SVPERIOR conſtitutio facta fuit, nondum compoſito Codice: hæc autem eùm iam erat completus: vt probatur. j. eadem l. §. ſed eùm ſit. verſic. iiſdem prudentiſsimis. Et ideo ponitur in Rubrica de Iuſtinianeo codice confir. In principio autem huius cõſtitutionis, commendat vtilitatem ſui operis, probando qualiter ad rempubl. ſpectet. Secundò mandatum certis perſonis iniunctum repetit, & eorum ſtudium cõprobat. Tertiò tradit de vi legum: & adiicit de pœna allegãtium illicitas leges.

De emẽdatione Iuſtinianei codicis. *Rubrica.*

1 SICVT †duæ præmiſſæ teſtantur conſtitutiones ex tribus codicibus, & multis nouellis conſtitutionibus Codex domini Iuſtiniani fuit per-ſæpe per doctos viros conſummatus, & à Iuſtiniano approbatus, & confirmatus. Sed quia multas formas

edere natura deproperat: ſic quæ noua emergunt negotia, quæ legum laqueis non ſunt innodata: neceſſarium viſum eſt poſt codicem confirmatum Auguſti implorare remedium: vt not. j. de vete. iur. enuc. l. ij. §. ſed quia diuinæ. Ideóq; propter noua negotia quinquaginta deciſiones compoſuit Iuſtin. Item & alias multas. quæ videbantur deeſſe ad perfectionem compoſiti codicis. quo facto vtile viſum eſt Iuſtiniano, præfatas conſtitutiones non vt erraticas relinquere, ſed in iam dictum codicem collocare. & ideo eundem codicem perſonis prædictis diſſolui: & prædicta ſuis locis ſupponi iuſſit: & iterum conſcribi. & de cæterò nunquam diſſolui permittit. Si autem aliquid fuerit neceſſarium ſcribi, in ſpeciali libro nouellarum nomine aſſignabitur.

De ſumma trinitate & fide catholica, vt nemo publicè contendere audeat. *Rubrica.*

1 *Iuſtitia origo.*
2 *Trinitas quare ſumma dicta ſit.*
3 *Fides quid ſit, & qualiter definiatur.*
4 *Trinitas quæ ſit.*
5 *Fides noſtra catholica qualis ſit.*
6 *Increduli qua pœna puniantur, & quo præmio credentes gaudeant.*
7 *Pœna publica imponitur Diſputantibus de fide catholica.*
8 *Fides diſputatio laudabilis, & id in quibus locis.*

IMPERATOR Iuſtinianus æquitatis iuſtitięq; ſtatuta exquiſiturus, præmittit de ſumma
1 trinitate, † à qua iuſtitia (ſicut ex eius patet definitione) ducit originem: & omnis æquitas ſplēdeſcit in lucem, & quia ſuper ſumma trinitate noſtra fides quę dicitur catholica, id eſt, vniuerſalis, conſiſtit, de fide catholica videamus: de quaquia publicè tractari ſępe non ex-
2 pedit, ſupponit: Vt nemo, &c. † Videndum ergo vnde dica-
a tur ſumma trinitas. Et quidem ſumma [a] dicitur, quia maior: imò maxima eſt omnium rerū: vtpote cùm ab ea cuncta procedant: vt j. de vet. iur. enuc. l. j. circa princ. Trinitas dicitur, propter tres perſonas quę in diuinitate conſiſtunt: vt enim alius eſt pater, alius filius, alius ſpirituſſanctus, ita eſt alia perſona patris: alia filij: alia ſpirituſſancti: non tamen tres dij, ſed vnus tantùm Deus: nec tres ſubſtantię. vna patris, alia filij, alia ſpirituſſancti, ſed vna tantùm, quę gręco vocabulo
* οὐσία, dicitur id eſt, indiuiſa ſubſtantia. † Item quid ſit fides.
3 Et [b] quidem quandoq; ponitur pro promiſſione: vt inſtit. de
b rer. diu. §. venditę. Quandoq; dicitur propoſitum, ſiue mentis intentio, in certum vel extra certum adhibita: quę ſi fuerit in te alterius contrahentis, vel non contrahentis adhibita, ad eum decipiendum vel ei præiudicetur: dicitur mala fides, ſeu intentio: cęterum ſi fuerit, vt tibi cōſulas, dicitur bona fides: vt ff. de verb. ſig. l. bonę fidei. & inſt. de rer. diui. §. venditę. & C. de act. & obli. l. bonam. Item dicitur fides credulitas: & in
c hac ſignificatione hic ponitur. Vnde apoſtolus [c]: Fides eſt ſubſtantia ſperandarū rerum: argumentū non apparentium. Vnde dicitur fides: quia fiet quod dicitur: futurum eſt quod ſperatur. Dicitur autē catholica id eſt, vniuerſalis: & ideo dicitur j. in l. j. cunctos populos, &c. Quę ſit fides catholica: & quidem noſtra fides in trinitate conſiſtit, & incarnatione,
4 & de trinitate primum quid de ea credere debeamus. † Eſt
d autem (vt iam dictum eſt) trinitas in perſonis [d], vnitas in ſubſtantia, vnitas in deitate, æqualis gloria, coęterna maieſtas: æternus pater, æternus filius, æternus ſpirituſſanctus: non tamen tres ęterni, ſed vnus ęternus. Immenſus pater, immenſus filius, immenſus ſpirituſſanctus: non tamen tres immenſi, ſed vnus immenſus. Increatus pater, increatus filius, increatus ſpirituſſanctus. Omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens ſpirituſſanctus, & tamen non tres omnipotentes, ſed vnus omnipotens. Ita dominus pater, dominus filius, dominus ſpirituſſanctus: & tamen non tres domini, ſed vnus eſt dominus. Item pater eſt Deus, filius eſt Deus, ſpirituſſanctus eſt Deus, non tamen tres dij, ſed vnus eſt Deus. Pater à nullo nec factus, ſed genitus ante ſecula. Et hoc eſt quod dicitur: eſt creatus, nec factus, nec genitus. Filius à nullo eſt creatus, In principio erat verbum, &c. Spirituſſanctus à patre & filio procedit: licet Gręci à patre tantùm dicant procedere. In hac trinitate nihil maius aut minus, nihil prius aut poſterius eſt.
5 Quicunq; ergo vult eſſe ſaluus, ita de trinitate ſentiat. † Eſt & noſtra fides catholica ſuper incarnatione Domini, quę talis eſt: vt credamus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnigenitum filium & verbum Dei: & dominum noſtrum ante ſecula: & ſine tempore de patre natum in vltimis diebus, id eſt, in hac vltima ętate deſcendiſſe de coelis: & incarnatum ex ſpirituſſancto: & ſancta atq; glorioſiſſima virgine Maria & Dei genitrice natum: & hominem factum crucifixum: vnum eſſe ſanctę & conſubſtantialis trinitatis coadorandum, & conglorificandum patri, & filio, & ſpirituiſancto. Bene dixi
e vnum [e], nec enim alium Deum verbum & alium Chriſtum cognoſcimus, ſed vnum atq; eundem ipſum cōſubſtantialem patri ſecundum diuinitatem: & cōſubſtantialem nobis eundem ipſum ſecundū humanitatem paſſibilem, & impaſſibilē deitate. Vt enim eſt in diuinitate perfectus: ita idē ipſe & humanitate perfectus eſt. In vna ſubſtantia deitatē ſuſcipimus,
* & cōfitemur: quam Gręci vocāt οὐσίαν [*] id eſt, indiuiſę ſubſtātię: vtā. habituſtis. Et quoniam vnigenitus filius & verbū Dei ante ſecula & ſine tēpore de patre natus: idem ipſe & in vltimis diebus deſcēdens de coelis, incarnatus eſt de ſpirituſſancto ex ſancta atq; glorioſa virgine & Dei genitrice Maria, & homo factus, dominus noſter Ieſus Chriſtus propriè & verè Deus eſt. Ideóq; ſanctā & glorioſam virginem Mariam propriè & verè Dei matrē dicimus: non quia Deus verbū principium in ipſa ſumpſerit, ſed in vltimis diebus deſcēdit de coelis: & ex ipſa incarnatus & homo factus eſt, & natus, quē confitemur & credimus: ſicut dictum eſt patri cōſubſtantialem ſecundum deitatē, & conſubſtantialē nobis eundē ipſum ſecundum humanitatē, eiuſdem miracula & paſſiones quas ſponte in carne ſuſtinuit, cognoſcētes: vt apertē continetur. vt j. eo. l. nos reddentes. §. omnes verò ſacerdotes. Hoc autem credimus authoritate apoſtolorū, & euangeliſtarū & cęterorū eccleſiæ Dei fundatorum. Item conciliorū quatuor, Nicent, Conſtantinopolitani, Calcedon. Epheſini: vt j. eod. l. cunctos. & l. nos
6 reddētes. §. ſuſcipimus. † Quæ ſit pœna & præmium bene
f credentiū [f]? Equidem malè credētes multis pœnis afficiūtur: quæ explicantur j. de hęret. & mani. l. j. & ij. l. quoniam multi. ſed & quędam explicantur j. eod. l. j. §. reliquos verò. & l. nullus. primo reſpon. & §. ſciant. & §. qui verò non iiſdē. bene aūt credentes primio vitę æternę afficiūtur: ſi tamen renaſcantur ex aqua & ſpirituſancto: & pœnitentiam de peccatis agant,
7 Orthodoxi, & Chriſtiani dicuntur: vt j. e. l. j. §. hanc. † Quę verò pœna publicè id eſt, turbis coadunatis diſputantibus de fide catholica imponatur? & quidē ſi clericus eſt: remouebitur à cōſortio clericorū ſi miles militia priuabitur. Si verò ſit homo priuatus & liber, de vrbe expellitur, & extra prouinciā cōpetenti ſupplicio ſubiugatur. Si autem ſit ſeruus ſeueriſſimam ſubit pœnā: vt j. e. l. vlt. quam mortē interpretamur, vt ff.
8 de pœn. l. vlt. † Vbi autem aliquis diſputat de fide, vel in ſcholis, vel in domo, vel vbicunq; cum diſertis, cauſa inquirendę veritatis, vel vt intelligat, quę tradita ſunt de fide catholica,
g vel vt ſciat reprobare errores hæreticorum [g], non eſt hoc reprobandum, imò commendādum, vt de Fabiano dicitur j. de epiſcopis & clericis. l. quoniam. & de beato Silueſtro legitur. Item Ariſtoteles ait: Dubitare de ſingulis non eſt inutile.

ANNOTATIONES.

a Summa quare in hoc titu. appelletur trinitas ſumma, vide per Abba. in rub. de ſumma trinit. & fide catho. extra. in princip. vbi etiam ponit quare dicatur de fide catho. Hieronymus Gigas.

* Οὐσία. Alias in l. iiij. infrà eodē ὁμοούσιον habent. In vna enim, inquit Iuſtin. ſubſtantia deitatem ſuſcipimus & confitemur, quod Gręci dicunt ὁμοούσιον, Quem locum Azo ipſe etiam infrà refert, ſed eo quo hic modo, ὄντα. Vide loco ſi placet, Alciatum in verb. homouſion.

b Sit fides. Quot modis fides ſumatur, vide omnes doct. in rubr. & in c. j. hoc ca. tit. & an & cui ſeruanda ſit, vide per da. Alciat. in l. iiij. §. dato. in fin. ff. de iureiur. Lanfrancu tract. de arbitr. in v. parte q. pen. Paul. de caſt. in conſi. xxxij. in j. volum. do Barthol. ſoci. in conſil. ccxiij. incip. in præſente conſultatione. verſi. confirmatur. char. lxxviij.

Apoſt

c Apoſtolus Paul.epiſt. ad Hebr.cap.xj.de iſta definitione apoſtoli vide per Abba.in rubr.de ſum.trin.& fide catho.ext.a.Hieronymus Gigas.
d Trinitas in perſonis. In ſancta trinitate exultet Azo, qui de ipſa trinitate ſubtiliter loquitur. Ad cuius dicta adde Spec.in tit. de ſumma trinit.duct.in c.firmiter.eo.tit.& in cap.j.eod.titu.in vj.de conſecrat. diſtinct.iij.cap.vlti.beat.Tho.in prima parte ſummæ.q.xxxj.
e Vnum.Adde quod licet vnum Deum in trinitate:& trinitatem in vnitate adoremus vt in ſymbolo Athanaſij:de quo hic:tamen ſpecialiter patri attribuitur potẽtia, filio ſapientia:ſpirituiſancto bonitas:ſecundum theologos.rationem non pono breuitatis cauſa.inueſtiga.
* Omnia.vide ſuprà in eadem diſtinct.
f Credentium. Qui malè ſentit de fide eſt hæreticus. Item qui malè ſentit de ſacramentis eccleſiæ.c.ad abolendam.in princ.extra.de hæret. tamen parcitur pœnitenti ſi incontinenti redeat ad fidem. d.c.ad abolendam.& requiritur quòd incontinenti & quod ſponte: vt ibi.
g Hæreticorum. Sufficit tamen ſi fuerit fides implicata ad excuſandum ab hæreſi:vt tenet Bald.in ſua marga verſi. fides.verſic.primo.Docto. poſt Innoc.in cap.firmiter. hoc eodem titulo.

De ſacroſanctis eccleſ.& rebus,& priuilegiis carum. *Rubrica.*

1 *Eccleſia mater fidei & religionis.*
2 *Eccleſia quot modis dicatur.*
3 *Humana corpora in eccleſiis ſepeliri non debent.*
4 *Eccleſia dicitur collectio omnium fidelium.*
5 *Eccleſia dicitur etiam perſona ad ſeruiendum Deo cõſtituta.*
6 *Eccleſia in rebus venditis & donatis habet vtilem rei vendicationem.*
7 *Inſinuatio in donatione eccleſia non requiritur.*
8 *Eccleſia quæ munera ſubeat, & quæ non.*
9 *Circa res quæ onera ſubeat eccleſia.*
10 *Eccleſia ſubit munera extraordinaria quæ pietatem inſpiciũt.*
11 *Angaria & parangaria,non ſubit eccleſia niſi certo caſu.*
12 *Eccleſiæ res qualiter vendi debent:& quibus caſibus.*
13 *Eccleſia in quibus caſibus rem ſuam alienare non poßit.*
14 *Reuocationes rerum per eccleſiam alienatarum per quos fiant.*
15 *Prælati ex vniuerſali conſuetudine conſueuerunt dare in emphyteuſim res eccleſiaſticas.*

DICTVM eſt ſuprà de ſumma trinitate & fide
1 catholica. † ſed quia mater fidei & religionis eſt
eccleſia,vt j.eod.l.iubemus. in fin.j.reſponſ.ideo
ſupponit de ſacroſanct.eccleſ. Et quia res ſunt
neceſſariæ iis,qui in eccleſiis obſecundant diuinis miniſteriis,
(ſiquidem qui altari ſeruit,de altari debet viuere,c.cum ſecundum.extr.de præbend.in princ.) ideo ſubiungit de rebus,
in quibus quoniam eccleſiæ multis gaudẽt priuilegiis, adiicit
2 de priuilegiis earum. † Videndum ergo, quot modis dicatur
eccleſia. Et quidẽ dicitur vno modo locus conſecratus, & parietibus circundatus, vbi conſueuerunt Deum timentes peccatorum veniã poſtulare,vt in auth.vt lic.mat. & auiæ.§. quia
verò compenſãtur. & in hac ſignificatione ſortitur priuilegia
3 multa. † Et eſt vnum,quia non conceditur humanis corporibus, vt ibi ſepeliantur, vel vt morentur in choro cum clericis,
vt j.eod.l.nemo.Et alia duo notãtur in defenſione fugiẽtium,
& quiete orantium.vt j.de iis qui ad eccleſ.confug.l.penul. &
vlt.in princ.& l. ij.& in authoritate quã præſtat manumiſſioni,quaſi ipſa ſit coram iudice facta,vt j.de iis,qui in eccl.ma.l.
ij. & aliud in prohibita habitatione,vt j.de iudæis, & cœli.l.
in ſinagoga.Item aliud in prohibita eius omnino alienatione,
etſi monachi ſame perirent.vt in auth.de alie.& emphyt.§. &
quoniam.Eſt & aliud priuilegium ſecũdum archiepiſcopum
Moyſen.quòd ipſe locus poſſidet.quod non credo,vt dixi.ff.
4 quod cuiuſq; vniuer.l.ſicut.§. vlt. † Secundò dicitur eccleſia
omnium fidelium collectio,vt in hac ſignificatione multa ſortitur priuilegia circa dignitates quæ denegantur hæreticis,&
conceduntur fidelibus,vt j.de epiſc.aud.l.nemo ij.vel in foro.
& l.iubemus. & in auth.iuſiur. quod præſtatur. Sunt & alia
multa. quæ hæreticis denegãtur & chriſtianis permittuntur:
vt j.de hæret.& manich.l.j. & l.ij.& l.cognouimus. & l.quo-
5 niam multi. † Tertiò dicitur eccleſia perſona conſtituta ad
ſeruiendum Deo:vel collectio perſonarũ plurium ad idẽ deſtinata:& in hac ſignificatiõe multa ſortitur priuilegia;qui-
libet enim adminiſtrator ipſi eccleſiæ ſtipulari poteſt , licet
aliàs nõ poſſit,vt j.eo l.pen.& vlt.ff.de conſti.pec.l.eũ.§.Iulianus.& §.ſi actori.ſic & aliàs in acquirẽdo:vt j.eo.l.j.& j.
6 de hæred.inſt.l.collegiũ. † Item ſunt & alij caſus:quia in rebus venditis,& donatis habet vtilẽ rei vendicationem, etiam
ſine traditione:& quia nõ ſubiacet lucratiuorũ inſcriptionibus. Item quòd qui ingreditur monaſteriũ hoc ipſo ſe & ſua
dedicat Deo.ſi liberos nõ habet:alioquin,ſi liberos habet,&
ante ingreſſũ non ſit teſtatus:licet poſtea ei inter eos diuidere
ſua perſona filiis cõnumerata,vt ſibi retineat tantũ, quãtum
habet neceſſe dare vnicuiq; filiorũ. Si autem poſt ingreſſum
non diuidat,filij legitimã percipiunt:reliquũ monaſterio cõpetit;vt in auth.de ſanct.epiſ.§.ſi qua mulier.Vbi aũt quis ingreditur eccleſiam ſecularẽ , nõ puto ꝙ hoc ipſo videatur ab
renũtiare propriis,cũ clerici ibi deſeruientes habeãt propria:
7 vt in auth.de ſanct.epiſ.§.presbyteros. † Item donari poteſt
a eccleſiæ in infinitũ ſine inſinuatione ᵃ,vt in auth.de non alie.
8 §.ſinimus igitur. † Item in retinẽdo:vt circa * munera con-
* tingit:in quibus ita diuido:quia alia ſunt ſordida: vt calefactio balnei,cuſtodia æqueductus, & ſimilia, quæ ſpecificantur.ff.de mun.& hono.l.munerũ.vſq; ad §.patrimoniorũ,alia
ſunt honeſta. Sordida nunquam ſubit eccleſia. Honeſta alia
ſunt ordinaria , alia extraordinaria. Item ordinaria alia ſunt
angaria,alia parangaria,alia rerum. Angaria ſeu parangaria
nõ ſubit eccleſia:vt j.tit.j.l.ij.§.ad parangaria.& l.presbyte-
* ros. Sunt aũt angaria, * quæ cõſiſtunt in exhibitione operæ.
Parangaria, quæ in exhibitione operæ conſiſtunt & ſumptu.
b Rerum tantũ vt tributa ᵇ.quæ autẽ ea ſint dicitur ff.de mu.
9 & ho.l.munerũ.ij.§.miſta. † Rerũ verò ſubit præter ſuperindictum quod eſt ordinariũ:vt ff.de mun.& ho.l.munerũ.vſq;
ad §.patrimoniorum. & j.de indict.l.j. & de exactoribus tribut.l.ſi diuina.& de muneribus patrim.l.profeſſio. & l.etiam.
10 & l.vlt. † Extraordinaria ſiquidem ad pietatem reſpiciant,
ſubit eccleſia:vt j.e.l.ad inſtructionẽ. Et ad publicã vtilita-
* tem nõ ſubit,niſi in aduentũ principis,& felicis embolæ* .&
hæc cũ ſuperioribus probãtur:vt.j.eo.l.placet.l.iubemus nul
11 lã.&.l.neminẽ. † Simplicius põt inchoari diſtinctio,ſcilicet
munerũ alia ſunt angaria,alia parangaria.alia rerũ:vt ita angaria & parãgaria dicãtur ſordida reſpectu eccleſiæ:quia ea
nõ tenetur ſubire, nec ea primit lex quæ dicãtur ſordida, ſed
ita intelligi põt:ſubit tamẽ ea quãdoq; id eſt, quãdo nõ ſunt
ordinaria:& reſpiciũt ad pietatẽ: ſecus ſi ad publicã vtilitatẽ:niſi in aduẽtũ principis,vel felicis embolæ,vt dictũ eſt. Eſt
& aliud,id eſt,circa præſcriptionẽ in retinẽdo priuilegiũ,qa
in quo caſu currit præſcriptio x.vel xx. vel xxx. an. eccleſiæ
non currit niſi xl.vt etiã eccleſia Romana hic eodẽ vtatur iure:vt in auth.hæc cõſtitutio innouat primã conſtitutionẽ:vt
in auth.de eccl.ti.eo.§.pro tẽporalibus autẽ.In amittẽdo etiã
c priuilegiũ ᶜ habet.quia certis tãtũmodis permittitur alienatio,& ferè in omnibus prohibetur.In caſibus tamẽ permittitur,putà ob æs alienũ quod ea mobilibus ſolui non põt, pro
quo vel pignorari,vel in ſolutũ dari,vel vẽdi põt,& ſi creditor accipiat inſolutũ,ſic fiet ei gratia,ſi res valeat, nonẽ accipiat pro decẽ ſecundũ quoſdã.Sed certè tũc non decima, ſed
nona adderetur.dic ergo ſi res valet decẽ detur pro vndecim,
12 & ita additur decima. † Vendi autẽ debet primo res ſub haſta,& fit alienatio in ſcriptis. & ita ſi maior pars conſentiat
& authoritate epiſcopi cleri.& archiepiſcopi fiat.Cum autẽ
archiepiſcopus vẽdit,duo epiſcopi debẽt intereſſe:vt in auth.
vt nullus fabricet.§.vlt.& de alie.& emphyt.§. hoc etiã.Item
dantur in emphyteuſim perpetuam vt diminuatur penſio in
ſexta parte , aut ſi clade, vel ruina diminutus ſit fructus rei,
quæ datur in emphyteuſim,diminui põt pẽſio in tertiam partẽ,ab ea,quæ extãtibus habitationibus colligebatur : & hoc
cũ emphyteuta ſtatim vult ſoluere penſionẽ.Si verò velit expectare,vt primò rem reficiat,dabit tantum, quantũ poterat
accipi re exiſtente ruinoſa:& dabit medietatem adiectarum
penſionum pro refectione. Vbi autem res eſt pretioſa, & parum præſtat vtilitatis,res eſt ſubtiliter æſtimanda:vt tantum
detur ſingulis annis pro penſione vſq; ad xx.ann.vt pretium
rei contineat:vt in authen.de aliena.& empyt.§.ſi verò quędam,& in authen.de non alien.aut permu.§ quia verò Leo,

nis. & §. ſi verò alicuius. Item permutant adinuicem : & cum principe: & propter onus fiſcalium; & cum eadẽ ſolennitate. Item concedit vſumfructum rei ſuæ: vt poſt aliquod tempus eandem rem habeat cum æquiualente quam debet ſtatim accipere vt fiat eius domina: vt j. auth. hæc vſus præſtantio. & auth. ſed & permutare. & authẽ. item prædium. Item alienat
d etiam in redemptionem captiuorum [d] etiam immobilia: vt in auth. de alie. & emphæ. §. ſanctiſsimas. Item alienat ſuperflua vaſa, propter æs alienum ; ne quid immobile alienetur, cum eadem ſolennitate, vel alij eccleſiæ, vel conflata cuilibet, alij
13 vendantur : vt j. eo. auth. præterea. † Illud autem eſt notandum, quod in quatuor caſibus omnino prohibetur ne vnquã procedere poſsit. Vnus autem eſt in iis, quæ ab imperiali domo prædictis applicãtur locis. Secũdus in ipſa eccleſia. Tertius eſt, quando eſt data ea lege res, ne alienetur. Quartus eſt quando hæretico vult alienare eccleſia : vt in auth. de alie. & emphy. §. ea. & §. & quoniam. & §. ſanctiſsimas. & de eccl. tit. §. iubemus. Poteſt & quintus addi, quando vult alienare œconomo, vel ſyndico, quod prohibetur, vt in auth. quibuſcunque modis: C. de ſacroſan. eccle. Si contra legem facta fuerit alienatio; vt quia alij donauit eccleſia, donatarius reſtituit rem cum fructibus perceptis & percipiendis: quia donatarius videtur mala fide accepiſſe, vt j. de agric. & cenſ. l. quemadmodum. & addit tantum de ſuo. ſi autem vendidit contra legem emptor (vt dictum eſt) & in re punitur, & pretio caret. Sed vbi dedit in emphyteuſim cõtra legẽ. emphyteuta & re caret (vt dictum eſt) & penſionem ſoluere tenetur ſingulis temporibus, etiam futuris prout conuẽtum eſt : & ſic videtur adiecisse Garnerius, non exceptione repellitur emphyteuta, ſed ipſo iure denegantur ei actiones. Vbi autem à principio accepit rem legitimè in emphyteuſim emphyteuta, ſed rem poſtea fecit deteriorem, vel canonem per biennium non ſoluit, repelli poteſt, & ſoluere tenetur penſionem præteriti temporis non futuri, vt in authent. de non alien. §. quia verò Leo-
14 nis. & de alien. & emphy §. ſi verò quis. † Fiunt autem reuocationes per collegium, vel eos qui ordinantur ad hoc, vel per eundem, qui alienauit, ſicut & pater filium venditum reuocat, vel maritus donationem: vt j. de lib. cauſ. l. ſi filium. & per totum titu. de donat. inter vir. & vxor. vel per parochianos omnes ad inſtar curialium; vt j. de decu. l. ſi quis. & l. generali. & j. vbi quis. de cur. vel cohort. aliáue condi. conue. l. j. Nec obſtat quod dicitur j. e. l. iubemus. œconomum priuari adminiſtratione: quia priuatur non ipſo iure, ſed per ſententiam. In legendis autẽ authenticis ſuper illam l. iubemus. ij. ſecundum ordinem eiuſdem legis, primò legantur authenticæ prohibentes, ſecũdò punientes, tertio permittẽtes alienationem. licet hunc ordinem omnino non ſeruauerim in hac ſumma conſiderans ordinem huius auth. hoc ius porrectum
d quia [d] primò prohibet : poſtea permittit. † Item illud notã-
15 dum quòd ex conſuetudine vniuerſali, prælati conſueuerunt
e in emphyteuſim [e] dare res eccleſiaſticas cum conſenſu collegij : vel maioris partis eius.

ANNOTATIONES.

s Sine inſinuatione. Adde l. ſancimus. §. exceptis. C. de donation. & vide Bart. in l. illud hoc eod. tit. canoniſtas in c. relatum, de teſtam. Paul. de caſt. in conſ. xxx. in ij. vol. multa ad materiam pertinentia. Barth. in conſil. xlviij. incip. in præſenti conſultatione. verſi. & primo aſpectu, cum plu. verſic. ſeq. in primo volum. char. xci.

a Munera. Eccleſiarum immunitas, eſt priuilegium eccleſiaſticæ libertatis perſonarum, & rerum ad eam pertinentium. Item dicitur immunitas, quaſi extra munia, id eſt, extra munera, & officia, à quibus immunes ſunt eccleſiæ. Non enim ſubit eccleſia ſordida munera, vt calcis coquendæ, & arenæ fodiendæ. Sed ab his tam eccleſiæ, quam earum prædia & mancipia exempta ſunt : vt xvj. queſt. j. c. generaliter. & nouatur. Martinus.

b Tributa. an autem eccleſia teneatur ſoluere collectam pro bonis quæ poſsidet vide per Fely. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. in verſ. quarto quæro verum, extra de conſtitut. An autem bona clericorum collectari poſſint, vel ne. vide late per Decium poſt alios in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. extra de conſtitut. Hieronymus gigas.

a Embolæ. vide Alcia. in l. iubemus. in verb. ſcilicet embolã infrà eod.

c Captiuorum. Sed nunquid remunerationis cauſa vide per Bar. in l. iubemus. in princ. verſi. quæro verum eccleſia hoc eo. tit. qualiter autem & quibus conſentientibus eccleſiaſticæ rei alienatio fiat, vide Bald. & doct. in l ſi. §. neceſsitate. verſ. & ex prædictis. C. de bonis quæ liberis, Alex. in l. cum lex. de fideiuſ. canoniſtas in c. j. de iis quæ fiunt à prælat.

d Porrectum. Adde quòd ſolennitas authen. hoc ius porrectum. non ſeruatur, licet ſit in ſerta illa autem : in decretis. x. q. ij. hoc ius. ſed ſeruatur ſolennitas de qua in c. ſine exceptione. xij. q. ij. & ita glo. not. in verbo tractatus. in c. j. de reb. eccleſ. non alienan. in vj.

e In emphyteuſim adde Bald. in l. etiam. in princ. ff. ſol. matr. not. & doct. in c. ij. de feud. Paul. de caſtr. in conſi. cxxxvj. in primo volu. Alex. de Imol. in conſi. ix. & ſeq. in iij. volu. qui adducunt dn. Azo. hic.

a Angaria vide Alcia. in l. neminem. in verb. Angariis. C. de epiſc. & cle. vide etiam Auguſt. ad Modeſt. de excuſa. tut. l. vj. Si duas. in verſic. philoſophus, rhetores.

De epiſcopis & clericis, & orphanotrophiis, & xenodochiis, & brephotrophiis, ptocotrophiis, & aſcetriis, & monachis, & de priuilegiis eorum : & de caſtrenſi peculio, & de redimẽdis captiuis: & de nuptiis clericorum vetitis, ſeu permiſsis. *Rubrica.*

1 *Epiſcopus vnde dicatur.*
2 *Epiſcopi ordinatio qualiter fiat.*
3 *Perſona canonica & legitima quæ.*
4 *Epiſcopus neque vxorem neque concubinam habere debet.*
5 *Conſecrandus in epiſcopum quid facere habeat.*
6 *Epiſcopatum adeptus per pecuniam, epiſcopatu ipſo, & aliis beneficiis priuatur.*
7 *Conſecratio epiſcopi fieri debet coram populo.*
8 *Quæ priuilegia epiſcopo concedantur.*
9 *Clerici qui ordinari poſsint.*
10 *Clericorum officium quid ſit.*
11 *Clericorum priuilegia quæ ſint.*
12 *Clerici coram quibus perſonis reſpondere debent.*
13 *Clericus pro cauſa pecuniaria non cogitur dare cautionem de iudicio ſiſti.*
14 *Serui facti clerici fiunt ſtatim liberi.*
15 *Orphanotrophi, brephotrophi, ptocotrophi, aſcetria qui ſint, & qualiter ordinentur.*
16 *Monachi qualiter ordinentur.*
17 *Monaſterium vnum monachis maſculis, & fœminis habere non licet.*
18 *Monachationis effectus quis ſit.*
19 *Caſtrenſe peculium clericorum quid ſit.*
20 *Redemptio captiuorum qualiter, & per quem fiat.*
21 *Clerici qualiter poſsint nuptias contrahere.*
22 *Epiſcopis omnis mulierum conuerſatio eſt interdicta.*

DE SACROSANCTIS eccleſiis, & rebus & priuilegiis earũ quæ circa res ſuas ſortiuntur ſ. dictum eſt : videamus de ipſis perſonis Deo & eccleſiæ ſeruientibus, qualiter ordinẽtur, & quod ſit eorum officium, & quod priuilegium : & quia inter clericos maiorem obtinet gradum epiſcõpus: ideo de eo primum po-
1 nit. † Videndum ergo de eo in primis vnde dicatur. Et quidem ab ἐπὶ, quod eſt ſupra, & σκοπεῖν, quod eſt intendere, dicitur. Inde epiſcopus, id eſt, ſuperintendens: vt in decret. viij. q. j. qui epiſcopatum, habet enim ſuperintendere circa clericos, & circa omnes laicos. ſic & in archiepiſcopo, & in patriarcha: vt in authent. eod. tit. §. ſancimus autem reuerendiſſimos. & §. vt autem omnis eccleſiaſticus. vnde etiam poteſt dici in eminenti ſpecula, exemplo rectoris prouinciæ conſtitutus: vt infrà de pri. carcer. l. prima. Viſo vnde dicatur epi-
2 ſcopus: † nunc videndum qualiter fiat ordinatio epiſcopi.
a Et [a] quidem clerici primates ciuitatis eccleſiaſtici, ſcilicet, vt archidiaconi, & archipresbyteri, propoſitis eis ſacroſanctis euangeliis debent ſua vota conferre, non ex gratia, vel amicitia aliqua, vel promiſsione, in tres perſonas canonicas & religioſas, non filios, non vxorem habentes : vel habentes, ſed virginem : vel ſi non habent tres, eligant duos, vel vnum, habentes literas principis eis aſſentientis. Hæ autem perſonæ, propoſitis ſacroſanctis euangeliis debent promittere quod canonicam & legitimam eligant perſonam:
3 vt in authentica eodem titulo. primo reſponſo. † Quæ
autem

autem perſona ſit canonica, & ligitima videamus: & quidẽ
conſiderari debet an vita epiſcopi ſit bona: an irreprehen-
ſibilis, & vtrum bonis teſtimonijs muniatur, an non. Sed ſi
officialis, vel curialis conditionis ſit, prohibetur epiſcopus
fieri: niſi fortè à tenera ætate in monaſterio fuerit, ſcilicet
xv. an. vt in auth. de ſan. epiſc. eodémq; modo liberatus eſt à
prædictis conditionibus. Ita tamen, vt quartam partem ſub-
ſtantiæ ſuæ curiæ præſtet ſecundum legis obſeruantiam. vel
hodie per inferiorẽ auth. de ſan. epiſ. debet retinere quartam,
& curiæ tres debet dare. Sed nec laicum ſtatim ad epiſcopa-
tum aſcẽdere licet: nec clericatus honorẽ ſimulatũ habuiſſe
ſufficit. hodie tamen per aliã auth. de ſanct. epiſ. etiam laicus
4 eligi poteſt. † Oportet autẽ eum, qui epiſcopus fit, nec vxo-
rem, nec concubinã, neq; nepotes, ſiue legitimos, ſiue legibus
incognitos habere: & ſi quis contra hoc fecerit, & is, qui fa-
ctus eſt, & is qui eũ fecit, epiſcopatus expellatur honore. nec
liceat pecuniæ donatione epiſcopum fieri. Eſſe aũt oportet
b eũ qui epiſcopus fit [b] vel monachum, vel clericũ: ita tamen vt
non minus ſex menſibus appareat eũ in clericatu fuiſſe. Le-
gere autẽ debet ſacerdos ſacros canones, eo tẽpore quo con-
5 ſecratur. † Conſulat aũt & interroget is qui cõſecrat eum,
qui cõſecratur ſi poſsit facere, atq; cuſtodire omnia, quæ di-
uini præcipiũt canones: & ſiquidẽ denegauerit ſe poſſe cuſto
dire, non cõſecretur. Sin aũt pollicitus fuerit obſeruaturum
ſe, quantũ homini poſsibile eſt ſancta canonũ præcepta: tunc
is, qui cõſecrat eũ admonere, atq; prædicere debet, quòd ſi non
obſeruauerit ſacros canones, à Deo alienus erit. & religioſis
epiſcopis nõ communicabitur: nam canones patrũ vim legũ
oportet habere: vt in auth. quomodo opor. epi. ti. §. j. & ij. Sin
aũt pecuniã dederit, eóq; modo creatus fuerit epiſcopus, nõ
ſolũ ipſe, ſed etiã is, qui cõſecrauit eũ, inter epiſcopos non e-
rit. ſed pecunia vel res datę conſecrationis cauſa, ſacroſanctę
eccleſiæ adiudicẽtur: ſiue epiſcopus, ſiue clericus eſt, qui de-
dit. Is aũt, qui accipit, nõ ſolũ res amittat, ſed etiã gradũ, atq;
honorẽ clericatus. Similiter autẽ ſi laicus ſit qui pecuniã vel
res accepit: & ipſas amittat, & aliud tantũ, quantum accepit
6 nõie pœnæ ſanctę eccleſię pręſtare cõpelletur. † Sed ſi in ma
giſtratu erat, in magiſtratu eſſe deſinet, & exilio irreuocabili
condẽnabitur. Sin aũt aliquis presbyter, vel diaconus cõſti-
tutus, pecunia data ad epiſcopatus apicẽ peruenerit, nõ ſolũ
epiſcopus eſſe deſinet, ſed etiam priorẽ gradũ presbyteri, vel
diaconi amittat. Si verò publicè quędã conſueuerũt dari ab
electis, illa permittimus: niſi ſit vltra triginta libr. auri: vt in
7 auth. de ſan. epi. §. pro conſuetudinibus. † Conſecratio [c] aũt
c epiſcopi fiat ante omnẽ populũ chriſtianitatis, vt ſit facultas
vnicuiq; ſi velit cõtradicere. Et ſi quidẽ ante conſecrationẽ
facta fuerit cõtradictio, nõ prius conſecretur epiſcopus, niſi
diſceptatio de cõtradictione fuerit facta: & vndiq; appareat
innoxius is, qui ad epiſcopatũ vocatur. Sin autẽ ante diſcepta
tionẽ ad epiſcopatũ peruenerit, amittat honorẽ, nõ ſolũ ipſe,
ſed etiã is qui creauit eũ. Sed ſi is, qui contradixit, calũniator
probatus fuerit, vel cõtradictionis iudiciũ deſeruerit, & non
peregerit cauſam: prohibeatur à ſancta cõmunione in omni
vita ſua ab eo qui cõſecrauit epiſcopũ. Quòd ſit epiſcoporũ
officium, & quidẽ licet. j. de epiſ. audien. de capitulis ad ſoli-
citudinem epiſcopi pertinentibus tractatur: hic tamẽ aliqua
interſecuntur: & ei iniungitur ne à ſua ſine cauſa recedat ec-
cleſia, vel ſi neceſsitas interueniat cum literis ſui metropoli-
tæ, vel patriarchæ aut domini Imperatoris hoc faciat: vt ta-
men non amplius vno anno ſuas relinquat eccleſias; alio-
quin elapſo anno non debẽt eis miniſtrari expenſæ. Et ſi li-
teris admoniti nõ reuertantur: expelluntur epiſcopatu, & a-
lij ſubrogantur. Et idem eſt in omnibus clericis: vt in auth.
eo. ti. j §. interdicimus aũt Deo amabilibus. Item ne interſint
ſpectaculis, & ne ludant ad tabulas, aut participes, vel inſpe
ctores ſint ludentium: alioquin ſacro miniſterio prohibẽtur
per trienniũ: & eſt hoc cõe omniũ clericorũ: vt in auth. e. ti. §.
d interdicimus. & auth. ſancimus. Item ne ſine cã [d] aliquẽ excõ
municationi ſubijciãt: alioquin excõmunicationi ipſi ſubij-
8 ciuntur: vt in auth. e. ti. §. omnibus autem. † Quæ priuilegia
e [e] epiſcopo [f] cõcedãtur. Primũ eſt: quia patriæ poteſtatis vincu
f lo liberatur. Secundũ, quia nõ poteſt creari tutor. Tertium,
quia à ſeruili, vel adſcriptitia conditione liberatur: ſed à cu-
riali, vel officiali nõ: niſi ſecundũ quod prędictũ eſt. Quartũ,
quia inuitus nõ trahitur ad teſtimoniũ, ſed iudex mittat ad
eũ: vt (ſi volet) proferat teſtimoniũ ſuper his quæ nouit, pro-
poſitis ei, ſed nõ tactis ab eo ſacroſanctis euãgelijs. Quintũ,
quia ſub ciuili iudice venire, vel litigare nõ cogitur: niſi im-
perialis iuſsio pręceſſerit: vt in auth. eo. ti. §. ſed hęc quidẽ. &
§. ſi verò cõtigerit & §. Deo amabiles. & §. ſed neq; pro quo
libet. & §. ſi quis verò ſanctiſsimorũ. & §. ſi autẽ à clero. & §.
ſi verò contra metropolis. Sextũ, in fideiuſsionis remiſsio-
ne. Et ſeptimũ in ſportularũ remiſsione: vt in auth. eo. tit. §.
9 pro omnibus aũt cauſis. & §. ſportularũ. † Nunc de clericis
videamus, qui poſſunt ordinari clerici. Et quidẽ attendenda
eſt ætas ſecundũ varietates ordinũ, vt presbyter nõ ſit minor
xxxv. annis. diaconus vel ſubdiaconus nõ minor xxv. an. nec
lector minor xviij. nec diaconiſſa minor xl. Item cõſideratur
conditio perſonarũ, & bona conuerſatio: vita irreprehẽſibi-
lis, ſyncera mẽte: & ſine pretio facta electio, oppoſitorũ cri-
minũ accuſatio, ſicut in epiſcopis. Et in his duobus vltimis
capitulis dic vt dixi in auth. eo. ti. §. clericos autẽ. & §. preſ-
byterum. & §. ſed neq;. & in auth. quomodo oporteat epiſc.
§. hęc de Deo amabilibus. & §. neq; eos. & §. neq; ſecundas. &
in auth. eod. tit. §. ſed neq; clericũ cuiuſcunque. & §. ſi autem
10 tempore ordinationis. † Quid ſit eorũ officium. Et quidem
vt Deo ſeruiant, ſua diſtribuant, ludis ſe nõ immiſceant, nec
ſpectaculis, nec fideiuſsionibus pro publicis tributis, vel cõ-
uentionibus alienarum poſſeſsionum, vel curationibus vel
procurationibus litium. Non paſsim tutelis ſe immiſceant.
Paſsim autem ideo dico, quia monachus nullo modo poteſt
eſſe tutor. Alij autem clerici teſtamentarij, vel datiui non
poſſunt eſſe, legitimi autem non coguntur eſſe, ſed permit-
tuntur, ſi intra quatuor mẽſes declarauerint eam ſe ſuſcepiſ-
ſe voluntate ſua j. eodem. l. ſecunda. ibi. ſi quid enim, &c. &
l. decernimus. vt in authent. eod. titu. §. presbyteros. authent.
11 & diaconos. & §. Deo autem. † Quę ſint clericorum pri-
uilegia, & quidem in muneribus, vt ſ. titu. j. diſtinxi. Item
in teſtimonio, nam presbyteri vel diaconi ſi falſum teſtimo-
nium dixerint. ſiquidem in pecuniaria cauſa diuino miniſte-
rio per tres annos ſeparari monaſterio tradantur. Si in cri-
minali, clericatus honore nudati legitimis pœnis ſubijcian-
tur. Cęteri autem clerici ſine prędicto delectu cauſę legiti-
mę coerceantur: vt j. eodem. authent. presbyteri. Item in mi-
noratione ſportularum maiorum gaudent priuilegiis. nec
enim ampliùs quatuor ſiliquis in quacũque cauſa dare com-
pelluntur; niſi cum ex iuſsione principis in alias prouincias
proficiſcuntur, vbi non pręſtant vltra vnum ſolidum. Sili-
* quam * autem puto ſpeciem monetę fuiſſe, vt hodie dicitur
apud prouinciales. vt in authent. eodem titu. §. ſportularum.
12 † Item ſub certis tantum perſonis compelluntur reſponde-
re, hoc eſt, in pecuniaria cauſa apud epiſcopum, vel ſi ipſe nõ
poſsit cognoſcere, vel nolit, vel differat, cognoſcet ciuilis
iudex, obſeruatis clericorum priuilegijs. In criminali autem
cauſa, ciuilis tantùm pręeſſe debet iudex, vt cauſam termi-
net intra duos menſes à tempore litis conteſtatę cumputan-
dos: & ſi viderit clericum condemnandum, primò debet
ſpoliari ordinibus ſuis ab epiſcopo, ſi autem viderit eum ab-
ſoluendum, etiam inconſulto epiſcopo poteſt eum abſolue-
re, vt in authentica, vt clerici apud proprios epiſcopos con-
13 ueniantur; & in authent. eodem titulo. § ſi quis autem † Pro
pecuniaria non cogitur in ciuili cauſa ſatiſdare iudicio ſiſti.
ſufficit enim ſi promittat cum hypotheca rerum ſuarum.
In criminali autẽ ſub legitima ſit cautela. Item ab epiſcopo
appellatur ad pręſidem, & ſi confirmet ſententiam, non ap-
pellatur ſecundò: ſi autem infirmet, appellari iterum poteſt.
Epiſcopus autem conuenitur ſub archiepiſcopo. Archie-
piſcopus coram patriarcha. Patriarcha coram papa. Mo-
nachus in omni cauſa, tantum coram epiſcopo. Laicus
autem de eccleſiaſtico crimine coram epiſcopo, & co-
ram præſide: vt infrà in authentica eodem titulo. §. ſi quis
contra aliquem. & §. autem pro pecuniaria. & §. ſi autem
eccleſiaſtica. & §. ſi quis verò ſanctiſsimorum, & §. ſi
autem à clerico. & §. ſi verò contra metropolitam.

& §.ſed neque pro qualibet pecuniaria cauſa.& de mād.prin
cip.§.neque occaſione.& in authen.apud quos oporteat cau
14 ſas dicere monachos. † Item gaudent priuilegio in liberta-
tem,ad quam facilè eripiuntur,ſiue erant ſerui,ſiue adſcripti
tij:nam adſcriptitij contra volūtatem dominorum etiam in
poſſeſsionibus in quibus ſunt adſcripti, fieri poſſunt clerici:
ita tamen vt clerici facti, impoſitam agriculturā adimpleāt.
Serui autem ſi fiant clerici ſcientibus & non contradicenti-
bus dominis,liberi fiunt. ſi autem ignorantibus , licet domi-
no intra annum fortunam ſeruilem probare, & ſuum ſeruum
recipere: vt in authen.eod.titu.§.ſi verò ſciente.& §.adſcripti
tios. Habent autem clerici hęc , & ſimilia priuilegia ſi ſeduli
15 ſunt circa diuina miniſteria : vt j. eod. generaliter. †Nunc
de orphanotrophis , * id eſt , puerorum ambobus parenti-
bus orbatorum receptatoribus, & brephotrophijs,id eſt,in-
fantium gubernatoribus:& ptochotrophijs , id eſt, pauperū
ſuſtentatoribus,& aſcetrijs, id eſt, fœminis debilium ſuſten-
tatricibus,& ſimilibus qualiter ordinentur : & quod ſit eo-
rum officium,& priuilegium. Et quidem non per pecuniam,
ſed fide ſincera,& honeſtate perſonę conſiderata: oblatio ta-
men rerum ſuarum ſpontanea , à quolibet eligenda fieri po-
teſt: vt in authen.eod. titul.§.œconomos. & §. ſed neque xe-
nodochum.& §. ſi quis autem clericus.& eſt eorum priuile-
gium in agendo, & defendendo , ſine vllo fideiuſsionis gra-
uamine:& alienare forte etiam ſine decreto poſſunt.nec con-
ueniuntur pro ratiocinijs ab huiuſmodi pauperibus : ſed ſe-
cus in gubernatoribus eccleſiaſticarū rerum : vt infra eo.or-
16 phanotrophos & in authen.eod.titu.§. œconomos. †Nunc
autem de monachis qualiter ordinentur,& conuerſentur, &
quidem,ſi quis monachus eſſe velit,ſi quidem notum ſit eum
nullis conditionibus ſubiectum eſſe.Hegumenus,*id eſt,ab-
bas monaſterij quando ęſtimauerit,habitum ei pręſtet: ſi au-
tem incognitus ſit,per tres annos habitum ei non pręſtet. ſed
experimentum & probationem vitę ipſius accipiat. ſi qui-
dem intra triēnium venerit aliquis dicens eum ſeruum ſuum
eſſe,vel adſcriptitium, vel colonum. & ideo ad monaſterium
veniſſe, vt culturam agrorum effugeret. vel propter furta, &
alia delicta monaſterium intraſſe , eáque fuerint approbata:
domino ſuo reddatur cum rebus,quę in monaſterium duxiſ-
ſe probetur : vt tamen prius quidem iuſiurandum accipiat à
domino ſuo quòd nihil patiatur. Si autem intra triēnium ne-
mo ex prędictis perſonis inquietauerit eum,& trāſacto trien
nio, oſtenderit ſe probatum Hegumeno, id eſt, abbati, det ei
ſchema.* & nullus ei poſtea pro fortuna ſit moleſtus, donec
tamen in monaſterio deget. Si autem monaſterium dereli-
querit, & laicus fiat,vel in ciuitate,vel in agris deābulet , ſuæ
conditioni reddatur. Monachi in vna domo habitēt,& com-
muniter alantur: & in vna domo ſemotim dormiant:niſi for-
te quidam ex his propter prolixā in monaſterio exercitatio-
nem,ſemotim velint viuere, vel ſenectutis vel corporis imbe
cillitatis cauſa, in cellulis quibuſdam intra monaſterium de-
gerint:& hoc tamen non citra voluntatem Hegumeni fiat,id
eſt,abbatis. His omnibus etiam in monaſterijs mulierū ob-
17 ſeruandis. † In nullo loco permittimus monachos, & mo-
nachas vnū monaſteriū habere,ſed neque ea,quę duplicia vo
cant,& ſi quid tale eſt,religioſus epiſcopus mulieres quidem
in ſuo loco ſtudeat manere : monachos autem aliud monaſte
rium ædificare ſibi cogat. Si autem plura ſint alia monaſte-
ria, ſeparentur ab alijs monaſterijs monachę: & in alijs ſint
monachi:res autem quas habent communes, ſecundum iura
competentia eis diſtribuantur:vt in authē. eod. tit.§ ſi quis.
18 & §.in omnibus. †Quis ſit effectus monachationis: & qui-
dem ſi mulier,vel vir ad ſolitariam vitam trāſierit, & liberos
non habeat,res eius ei monaſterio competant, in quod intra-
uit. Si autem talis perſona liberos habeat , licet ei ſubſtan-
tiam ſuam liberis ſuis diſtribuere:ſic tamen, vt nulli eorum le
gitimam portionem diminuat:& ſibi retineat vnius filij par-
tem ad monaſterium,ſcilicet peruēturam. quòd ſi antequam
diſtribueret inter liberos ſuos ſuam propriam ſubſtantiam,
in monaſterio deceſſerit,ſolùm legitima portio filijs eius de-
feratur. Item monaſterium reputatur pro morte: vnde ſi vir
ingrediatur monaſterium:eadem conſequitur mulier quę ha
beret mortuo viro,vel pacto,vel lege illa,ſcilicet quę eſt j.vn
de vir & vxor.authen.pręterea. & j. eo.l.vltima. Hoc tamen
ſecundum canones eſt diſtinguendum, ſcilicet vtrum carna-
liter ſe cognouerant an non. Si cognouerint ſe carnaliter,
non tranſit vnus ſine altero: vel niſi alter voueat caſtitatem.
19 † Nunc videamus de caſtrenſi peculio clericorum [g], non di-
g co monachorum : quia ipſi (vt pręmiſſum eſt) nihil habent,
cum ſe & ſua dedicauerint Deo:& idem dico in canonicis re
gularibus. Inter clericos autem diſtingue epiſcopum ab alijs.
Nam epiſcopus hoc ipſo quòd epiſcopus eſt, ſui iuris eſt : ſi-
cut & in multis alijs dignitatibus eſt: vt j.authen. cōſtitutio,
quæ de dig.§ penult.& antepenul. & ideo non dicitur habe
re peculium: vt j.de inoffi.teſtam.l.vlti.ſed patrimonium,vel
res ſuas proprias in quibus licet ei teſtari, ſi probatum fuerit
habuiſſe ante epiſcopatum,vel poſt epiſcopatum:iure tamen
cognationis vſque ad quartum gradum.Cęterę autem res re-
ſeruantur dominio eccleſię niſi in vtilitatem eccleſię (quan-
tum ad hanc diſtributionem rerum) cōſumptę ſint, vel in o-
peribus pietatis. & idem eſt in adminiſtratore cuiuſcūque lo
ci,ſit presbyter,vel quiuis clericus:presbyter autē vel quiuis
clericus , bene poſſunt eſſe in parentū poteſtate : & res ad ſe
prouenientes habent in quaſi caſtrēſi peculio.vt& teſtari poſ-
ſint in eis:ita tamē vt parētes eorū legitimā ferant: vt in auth.
20 eod.tit.§.presbyteros autem. †Sequitur de redemptione ca
ptiuorum videre per quem fiat, & qualiter. & quidem ſi pe-
cunia relicta ſit ab aliquo in redemptionem captiuorum,&
deſignata ſit perſona ad hoc faciendum ille exigere poteſt le
gatum,vt impleatur voluntas teſtatoris. Quòd ſi electus
à teſtatore id non adimpleat,vel ſi nemo in pecunia diſtribuē
da à defuncto ſit electus : epiſcopus eius ciuitatis (vnde cer-
tum eſt defunctū ducere originem,vel ſi non ſit certum,eius
ciuitatis in qua mortuus eſt) relictum legatum exigat,& in
piam rem expēdat,etiam ſi teſtator epiſcopo in pecunia par-
ticipium denegauerit: negligente epiſcopo , archiepiſcopus
ſuccedit in prędictis.Item cogi poteſt electus ad officium im
plendum:& inſuper legatum ſibi relictum amittit.Item fal-
cidia in tali legato locum non habet: vt j.eod.l.nulli & in au-
21 thent. de eccle.titu.§. ſi quis autem.†Sequitur videre de nu-
ptijs clericorum. Et quidem ſi aliquis ſit in ſacris ordinibus
conſtitutus : vt quia eſt ſubdiaconus,vel diaconus, vel preſ-
byter,propter votum quod eſt annexum ordini occidenta-
b lis eccleſię, nullo modo contrahit matrimonium [b]. Et idem
eſt in monachis,licet non ſint clerici : quia & ipſi expreſſum
continentiam vouerunt. Qui autem non ſunt in ſacris ordi-
nibus conſtituti:vt lectores & cantores. primas licitè cōtra-
hunt nuptias. Secundas autem ſi contrahant, ad altiorē non
promouentur gradum. Tertias autem nullo modo contra-
hunt. vt in authen.de monachis.§. quod ſi fieri. & quomodo
oporteat epiſcop §.neque autem.& de nupt §. ſed & ſi quis
22 inter reuerendiſsimos. †Conuerſatio autē mulierū omni-
i no eſt interdicta epiſcopis [i], & monachis. alioquin epiſco-
pus priuatur epiſcopatu. Presbyteri autē & diaconi, & ſub-
diaconi.cum eis perſonis quę fugiunt omnem ſuſpitionē : vt
cum matribus,& ſororibus conuerſari poſſunt: vt in authen.
eod.tit. §. presbyteros.& quomodo oporteat monachos vi-
uere.§. non ingredientur.

ANNOTATIONES.

a Ordinatio epiſcopi. Ad huius conſtitutionis & totius tituli ma-
teriam,vide doct.in authent.de ſanctiſſ.epiſ.§.ſed hæc quidem. Bart.
in l.nulli.ff.quod cuiuſque vniuerſ.no.Specu. in titul. de renunc.§.
ij.verſ ſed qualiter.doct.in cap.j.& ij.de cleric. coniuga. Firma in ſuo
aureo ſpeciali tractatu de epiſc. qui legaliter tangit circa materiam
epiſcoporum quicquid dici & excogitari poteſt. & ſi altius adhuc in-
telligere velles,vide beatū Tho ij.ſecundæ quæſt.clxxxiiij.cum plu-
ribus ſequent.& tunc nihil vltra quæras.
b Epiſcopus ſit. Adde quòd etiam neophitus non debet promoueri ad
epiſcopatum.c.j.xlviij.diſt.in.ratio vt ibi.& in c.ſciendum. xxix.diſt.
c Conſecratio. Adde, quòd ante conſecrationem debet electio prius
confirmari:qua habita ipſe electus habet adminiſtrationem bonorum
& interdicendi,vel excommunicandi poteſtatem epiſcopalem. capit.
tranſmiſſam. de electionibus.
d Sine cauſa. Adde Spec. in titul.de voto crimi mino §. tertio. verſic.
fama. Bald.in l. j quæſtio.x de hæred.inſtitu.gloſſ. ordina.in cap.cum
de ſentent.excommunic. in vj.& ibi doct.alioquin ſine cauſa excom-
munica

mu olcans teneretur actione iniuriarum pœna ſacrilegij, & etiam ad
intereſſe: vt tenent doctores in capit.primo de ſentent.excommuni-
catio.in vi.dom. Cardi. in cle.prima.de exceſ.prælat.quod not.contra
leues prælatos.
e Priuilegium. Intellige tamen iſtam cõſtitutionem eſſe veram, dum-
modo gerat habitum & tonſuram, & non aliter. vt habet Angelus in
authentic de mona in ¶.ſi quis autem.ad quod vide Specul. in titul.de
clericis coniugat.in 1 col. Ioan.de Ana. in conſilio ſuo incipien.quia
ſæpius.& domin.Alexand. de Imol. in conſilio ſecondo,in tertio vo-
lumine do.Bartholo.Socin.in conſilio cxxij. incipien. præſtantiſſi-
me doctor.circa principium ij.colom.chart cxciij.
f Concedantur. Adde doctores in authent.vt differ. iud. ¶.primo.Spec.
in tit.de reſcript.præſen. ¶.fin.verſic.ſiu.ſed nunquid expreſſio. domi.
Alex.de Imol.in l.ij de verbor. ſignific. Felin.in cap. conquerente.de
offic. ordina. Oldrad. in conſilio lv. vbi habes multa priuilegia, quæ
non ponit dominus Azo hic.
g Clericorum. Ad materiam huius conſtitutionis, & quàm plurimarum
præcedentium & ſequent.vide Specul. in tit.de ſtatu monac.verſic.tui.
do.in authent.licentiam.C.de epiſc.& cler.& in c.quia vos.& in c.re-
latum.de teſt.multa per do.Alex in conſil. xv.in ſecondo volumin.&
per Ioan.de Ana.in conſil.xxvij & in conſil.lxxxvi.
h Dicit tamen canon in cap.interdixit.xxxij. diſtinct. quod etiam epi-
ſcopus poteſt habere non ſuſpectam in ſua cohabitatione. & canoni-
ſtarum eſt. Abb in c.ccc.de conſti.col.viij.
i Interdicta epiſcopia. Adde Specu.in tit.de denuncia. ¶.ſecundo.verſi.
ſed qualiter. Ange.in authent.quomodo oporteat epiſcopos. doct. in
l.eum qui.hoc eodem titulo.

De epiſcopali audientia, & de diuerſis capitulis,quæ ad curam,& ius pontificale pertinent. *Rubrica.*

1 *Epiſcopalis audientia quando deſideretur. & num.2.*

SVPRA de priuilegiis & officiis clerico-
rum: nunc de iuriſdictione epiſcopi, quam ha-
bet in audientia cauſarum & ſimilibus, ponit.
1 Videamus ergo, † quando deſideretur epiſco-
palis audientia: & quidem quandoque ex neceſſitate, vt
ſi clericus conueniatur ciuiliter, vel pro crimine eccleſia-
ſtico. vt in authentic. de mandatis principum.§. ſi verò ca-
nonicum. quandoque ex voluntate: vt infrà eodem. l.ſi qui
ex conſenſu. ſcilicet, de cauſa pecuniaria, non crimina-
li: vt, ff. de recept. arbitr. l. non diſtinguemus. §. item iul.in-
diſtinctè. & hoc cum eligitur vt arbiter.Sed & vt iudex or-
dinarius eligi poteſt.vt j.eodem.l.epiſcopale. & ff. de iud.l.j.
nec tamen illa electione ſtatim iuriſdict.conſequitur,ſicut di-
ximus. ff. de iuriſdict. omni. iudic.l. ſi conuenerit. Aliquan-
2 do † etiam deſideratur ex neceſſitate in quibuſdam negotijs,
quæ non omnino formam iudicij habent: vt in præſcriptione
interrumpenda per libelli oblationem, & in alienatione rei
eccleſiaſticæ. vt in authen. de alie. & emphy.§. hoc etiam per
eos verò quæ à me.& §.ab illis.& C.de anna.excep.l. vt per-
fectius. & infra eodem ſi præſens. & poteſt hoc dici pertinere
ad ius epiſcopi,quia aliquam iudicij,ſiue controuerſiæ, vel li-
tis formam obtinent. Prima verò ad audientiam veræ cauſæ
ſpectant. Ad ſolicitudinem verò eius multa ſpectant: vt cu-
ram habeat de incarceratis.& de redemptione captiuorũ, vt
puniantur damnati, & ſimilia.vt j eod.l.addictos.& l.iudices
dominicis.& l.chriſtianos.in authen.de ſanct.epiſcop.§.pen.
Sunt & alia ex ijs,que in ſuperiori titul. dicta ſunt, & ex his
quæ j.in hoc tit.reperietis,colligi poſſunt.

De hæreticis & Manichæis & Samaritanis. *Rubrica.*

1 *Hæreticus quis ſit, & vnde dicatur.*
2 *Hæretici qua pœna puniantur.*
3 *Hæreticorum quot ſunt ſpecies.*
4 *Manichæi erant de perfidioribus hæreticis.*
5 *Hæretici omnes teſtari poſſunt in filios fideles.*
6 *Hæreticorum qui ſuccedant in bonis.*
7 *Parentes hæretici filias & neptes dotare coguntur.*
8 *Teſtimonia quæ denegata ſint hæreticis.*
9 *Seruantes hæreſim deportentur, docentes mortem patiantur, diſcentes in decem libris puniuntur.*
10 *Hæretici nullo gaudent priuilegio.*

DICTVM eſt ĩ. de miniſtris catholicæ fidei: nũc
audiamus de aduerſarijs eius, id eſt, de hæreticis
in genere: & ſpecialiter de Manichæis.& Samari-
tanis, qui perfidiores hæretici ſunt,& maiori &
ſpecialiori ſunt pœna digni, vt inf. à dicemus: & ſimiliter po-
nitur rubr. j. de ſerui.& aqua. Sæpe enim poſito genere poni-
tur ſpecies: & præmiſſa ſpecie, ſupponitur genus. vt ff. ad leg.
1 Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit. † Videndum ergo quis
a ſit hæreticus a, & vnde dicatur. Et quidem hæreticus eſt,
* qui vel leui argumento * à iudicio & tramite catholicæ reli-
gionis detectus fuerit deuiare. vt infra eodem l.ſecunda. in fi.
Vel qui non eſt membrum ſanctæ catholicæ eccleſiæ, vel qui
eſt diuerſarum hæreſum, vt in authen.de priuileg. do. §. igi-
tur ſacram. collatio. viij. vel qui non credit ſecundum quod
prædicant ſancta quatuor concilia. vt infrà eodem. l. quicun-
* que. & dicitur ab ereiſco, * id eſt, diuido. Inde iudic. famil.
erciſcund. id eſt, hæreditatis diuidendæ. Inde & eremita,
quaſi diuiſus ab alijs: & ita hæreſis dicitur diuiſio, id eſt, ſepa
2 ratio à catholica fide. † Quæ ſint pœnæ hæreticorum? † Eſt
3 ſciendum, quod hæreticorum quidam prædicant turpiora,
* & in maximo ſunt errore: vt Manichæi, Samaritani, Boe-
boritæ, Pagani, Montaniſtæ, & Caſtodegi, aliàs Caſtodo-
* chi, * & Ophitæ: quibus omnibus omnis legitimus eſt actus
interdictus: vt infra eodem, quicunque. & l. quoniam mul-
ti. & cum alijs hominibus nihil ex legibus vel moribus ha-
bent commune: hi nec inter viuos paciſci, nec in vltima vo-
luntate aliquid alicui relinquere poſſunt, etiam filijs, quia
b omnino tanquam crimine læſæ maieſtatis tenentur b: & ideo
in bona eorum ſuccedit fiſcus: niſi filios habeant fideles, licet
Placentinus etiam in filios fideles dixerit eos non poſſe teſta-
4 ri, lex tamen infra eodem. l. Manichæos. dicit contra. † Ma-
nichæi autem de perfidioribus erant. vt infra eodem.l. qui-
cunque.& in apoſtatis idem dicitur. vt infrà de apoſtat. l. apo
ſtatarum, hi tamen etiã inter ſe, nedum contra alios, non te-
ſtificantur. vt infrà eod. l. Manichæos. & l. quicunque. & l.
quoniam multi. & ad legem iul. infrà maieſta. l. penultim.
5 † Omnes ergo hæretici teſtari poſſunt in filios fideles, non
infideles: ſi tamen poſtea reſipiſcant, repetunt partem ſuam
ſine fructibus, & ſine adminiſtrationis ratione: ſi autem filij
omnes peruerſi ſunt perfidioribus hæreticis, ſuccedit fiſcus,
6 vt dictum eſt. † Alijs verò hæreticis decedentibus, vo-
cantur cognati rectæ fidei ad ſucceſſionem aliorum hære-
ticorum, non dico Manichæorum, vel ſimilium: eis autem
non inuentis, ſi ordinem clericorum eorum parentes ha-
buerint, eccleſia intra annum admittitur: quo tranſacto, aut
ſi non fuerint parentes clerici, ſuccedit fiſcus. vt in authent.
vt cum de appel. cog. § generale. & infrà eodem. l. cogno-
7 uimus. † Item iſti parentes hæretici ſi filias & neptes habent,
neceſſe habent dotare, & dona propter nuptias pro liberis
& nepotibus conſtituere. vt infrà. eodem. l. cognouimus. §.
vltimo. Inter ſe etiam viciſſim teſtificantur, ſed & contra or-
thodoxos teſtificantur in contractibus, & in vltimis volun-
8 tatibus. † Iudicialia autem teſtimonia *, id eſt quæ fiunt ſu-
* per teſtimoniis, vel confeſſionibus expoſitis in iudicio, de-
negata ſunt hæreticis contra catholicos. vt infrà eodem. l.
quicunque. Quidam tamen dicunt in nouellis haberi, quòd
non licet hæretico ferre teſtimonium contra orthodoxum,
9 niſi vbi curialis reuocatur ad curiam. † Accuſari præterea
de hæreſi poſſunt, vt patiantur pœnam deportationis, ſi ſer-
c uant hæreſim. Si autem doceant eam, mortem patiuntur c. Illi
autem qui diſcunt eam, damnantur in decem libris auri. Si
autem conuenerunt in templum, vel in ſacrificium, damnan-
tur ad mortem. vt infrà eodem. l. quicunque. §. nemo huiuſ-
10 modi liberos. infrà de paganis. l. prima. † Illud certum eſt,
quòd cum hæretici iſti patiantur pœnas, nullis gaudent pri-
uilegiis. vt infrà eodem. l. curiales. & authentica item pri-
uilegium dotis. Item non capiunt ex alicuius vltima vo-

luntate. vt infrà eodem.l.vltim. Item non ſunt creandi miniſtri eccleſiæ, nec alios poſſunt creare. vt infrà eodem. l. omnes. & ſupra de epiſcop. audien. l. arebigerontes. Item ad regimen reipublicæ creari non debent. vt infrà de Iudæis. l. vlt. Item in aliquem locum conuenire non debent, vt hęreſim doceant: alioquin domini locorum conſentientes eis, dominio locorum priuantur, & eccleſiæ aſsignantur. Si autem dominus fuerit ignorans, & eius actores ſcientes, fuſtigantur, ſi vilis conditionis ſint: alioquin damnantur in decem libras auri. infrà eodem. l. quicunq;. §. vniuerſi. & §. quod ſi qui. & §. eos verò.

ANNOTATIONES.

a Sit hereticus. Vide ad hoc Bart. in l. j. & in. l. quoniam. huc eodem titu. & in l. l. de ſumma trini. dom. Card. in clem. i. q. ii. eod tit. & in cle. i. 6. ſi de eſu. copioſe per Oldr. in conſi. cia. & adde, quòd omnes hæreticiet iam ſi occulti fuerint, excõmunicati ſunt. vt tenet not. idem do. Card. in clem. l. 6. penul. eod. tit.

* Hæreticus dicitur rectius ab αἱρέω, quod ſonat eligo, teſte Hieronimo ad Galat. capit. tertio. & Bud. in annota. Pandect. Nec ab hereiſco deſcendit etemica. &c.

* Aliàs Taſcodrogitæ.

* Quando hæretici ad teſtimonium admittantur, vide Alciat. in l. prima. C. de ſumma trinitate. in verb. hæretici.

b Maieſtatis tenentur. De hæreticorum pœnis vide abundè per Specul. hoc eod. tit. & vide Bartn. in l. cunctus populos. C. de ſumma trinitat. & in l. ſi quis. C. de apoſta. Bald. in marga. verſi. crimen. verſic. hereſis. Lud. rom. in ſingularibus ſuis. verſi. hæreticus. intellige tamen vt per Old. in conſi. ctix. & per Card. in cle. i. 6. fin. q. vlt. de viue.

c Mortem patiuntur. Adde, quòd hæreticorum memoria etiam poſt mortem damnari poteſt, vt tenet Bart. in l. ſi quis C. de apoſta allegãs gloſſ & doct. in 6 primo. inſtit. de hære. quæ ab inteſt. deferuntur.

* Leui argumento. Is dicitur de hæreſi ſuſpectus, quando ſcilicet contra eum ex cauſa leui probatur arg. l. ii. C. de hæret. Hæreticus is eſt, qui ſe ab vnitate eccleſiæ ſeparat. vii. q. i. denique. Item qui fingit nouas ſectas, vel ab aliis iam confictas ſequitur. xxiii. q. i. hæreticus. Item qui dubitat in fide, quæ in ſymbolo continetur, & ab ea deuiat. c. i. de hæret. C. de heret. l. ii. Item qui iuramentum contempſit. c. excommunicamus. i. 6. ſi qui verò. extrà de hæretic. Item qui errat in expoſitione ſacræ ſcripturæ, exponendo contra intellectum ſpiritus ſancti. xxiiii. q. iii. hæc hæreſis. Qui verò corrigi paratus eſt, non eſt hæreticus dicendus. c. hæc eſt. quamuis erraſſet in fide. xxiiii. q. i. hæc eſt fides. Laicus autem hæreticus primò per eccleſiam condẽnandus, poſtea iudex ſecularis debet eum punire de hæreſi. c. ad abolendam, idque ſummo ſupplicio, ſecundum leges, e vs. eod. tit. c. excommunicamus. & C. eod. quicunque. Qui diſcit ab hæretico, in decem libris auri puniendus eſt. d. l. quicunque. Hæreticorum fautores ſunt priuati ab omni actu legitimo. C. eod l. Manichæos. Eorum quoque ſcripta, poſtquàm damnata ſunt, recipi non debent quamuis in eis aliqua vtilia inueniantur. c. fraternitatis. extr. eod. ti. Infamatus præterea de hæreſi debet ad minus purgari per iuramẽtum: & ſi poſt purgationem canonicam inciderit in hæreſim, in ſeculari iudicio ſine vlla audientia relinqui debet. d. c. ad abolendam. 6. illus. in gloſſ.

Ne ſanctum baptiſma iteretur. *Rubrica.*

1 *Baptizatum iterum baptizari non debet, & contrà facientes qua pœna puniantur.*

2 *Qua pœna puniatur Chriſtianus non baptizatus, ſi baptizatur ſecundum morem hæreticorum.*

DICTVM eſt ſ. de hæreticis, ſed quia ſpecies hæreſis eſt rebaptizare baptizatũ, ponit prohibẽdo
1 ne ſanctum baptiſma iteretur. † Et ſi quidem certum eſt aliquem eſſe baptizatum ſemel, non debet iterum baptizari: alioquin vltimum ſupplicium (quod mortem interpretamur) imponitur rebaptizato, & rebaptizanti: cum vterq; eorum fecerit dolo, id eſt, ſcientes eſſe prohibitum: aliter enim non diceret lex crimen eſſe cõmiſſum. vt j. eo. l. ij. & ff. de pœn. l. vltimum. & j. ad legem Corn. de ſica. l. j. Nec obſt. quod dicitur j. eo. l. j. rebaptizãtem epiſcopum ſacerdotio priuari: nec enim excuſatur à pœna mortis, imò in hoc caſu maiori eſſet pœna dignus, quàm alius: cũ in officio ſibi deputato peccauerit, & ei plurimũ honoris delatum ſit: vt ſ. de epiſc. & cler. l. presbyt. & ff. de re mil. l. iij. §. in bello. licet aliàs dicatur nobilitati deferendum. vt infrà de pœnis. l. decurionibus. Non placet, quòd dicamus l. primam loqui, cum rebaptizaret quis per errorem: ponit enim de eo, quòd apoſtolorum præcepta calcando non purificat, ſed inceſtat & polluit: licet ergo pœnitentia etiam milleſima commendetur, tamen ſecus eſt in baptiſmo, à quo originalia abolentur peccata, & vnitatem ſignificat Chriſti & eccleſiæ. Si autem non eſt certum aliquem eſſe baptizatum, ſemel baptizari poteſt. Nec enim poteſt dici iteratum, quod ignoratur admiſ-
2 ſum. vt in Decret. de conſecra. diſt. j § eccleſiæ. † Vbi autem aliquis non eſt baptizatus ſemel, ſed Chriſtianus tantùm & ita erit catechuminus, vel catechizatus, vel initiatus myſteriis orthodoxorum, & poſtea baptizatus ſecundum morem hæreticorum: imponitur baptizanti, & rebaptizato pœna exilij, & decem librarum auri. vt infrà eodem l. vlt.

De apoſtatis. *Rubrica.*

1 *Apoſtatæ qui ſint.*

2 *Apoſtata donec vixit ſemper accuſari poteſt.*

3 *Apoſtatæ ſunt alieni à teſtimoniis, nec capiunt ex teſtamento.*

4 *Apoſtatæ clerici de ciuitate expellantur.*

QVONIAM apoſtatæ plus quàm hæretici ſunt,
1 ideo ponit de apoſtatis. † Videamus ergo qui ſint
a apoſtatæ[a]. Et quidẽ ſunt hi, qui nomine Chriſtianitatis induti, ſacrificia poſtea fecerint, vel facienda mandauerint fidem polluendo, quam Deo dedicauerant, & per proditionem diuini miniſterij in prophana mi-
2 grando. † Quæ pœnæ imponantur eis: & quidem accuſari poſſunt perpetuò per libellum & ſine libello, & viuente apoſtata non tollitur accuſatio tempore: eo mortuo, tollitur quinquennio: & inchoari poteſt poſt mortem, vt in crimine læſę maieſtatis: & confiſcantur eorum bona, niſi habeant liberos, vel cognatos, quibus deferantur. vt infrà eodem l. j. &
3 ij. & l. apoſtatarum. † Item ſunt alieni à teſtimoniis, nec capiunt ex teſtamento, nec in ſtatum priſtinum reuertuntur, etiam acta pœnitentia. Quod poteſt intelligi quantum ad vitandam indignationem Imp. non quantum ad Deum, vel eccleſiam, quæ non claudit gremium ſuum redeuntibus. vt ſuprà de ſumma trin. l. vlt. & expelluntur de ciuitate, etiam ſi laici ſint apoſtatę: niſi quia pœnę viſum fuerit eſſe maioris, verſari inter homines, & hominum carere ſuffragiis: vt
4 infrà eodem. hi qui ſanctam. † Si autem apoſtatæ ſunt clerici, quia ipſi prædicatione in gregem dominicum contagionem generarent, expelluntur de ciuitate, ſicut & omnes hęretici. vt infrà eodem l. vltim. & ſuprà de ſumma trinitate. l. ſecunda.

ANNOTATIO.

a Apoſtatæ. Ad huius capituli materiam, vide Bartol. in rub. C. de apoſt. Bal. in marga. ver. apoſtata. quibus autem caſibus apoſtatæ non amittant eorum bona, vide per Bal. in l. fin. in verſi. huius enõ. C. de epiſc. & cleric. & Dec. in c. conſtitutus. de reg. iur. in 6.

Nemini licere ſignum ſaluatoris Chriſti humi, vel in ſilice, vel in marmore aut ſculpere, aut pingere. *Rubrica.*

QVONIAM ſignum noſtræ redemptionis ab ho-
1 minibus eſt adorandum, & venerãdum, † & ſi in manibus alicuius geſtetur, ei debemus cum deuotione aſſurgere, & ſi alicubi poſitum immineat, honorem debemus impendere: ideo prohibet, ne humi ponatur, vel in aliqua materia humi poſita ſculpatur, aut depingatur, ne pedibus conculcetur: & qui poſuerit

fuerit, vel poſitũ non leuauerit, grauiſſima pœna mulctabitur: quam forte mortem interpretamur: vt j.e.l.j. ff. de pœn. l.vlt.

De Iudæis & Cœlicolis. *Rubrica.*

1 *Iudæi in quibus tolerentur, & in quibus grauentur.*
2 *Cœlicolæ qui dicantur.*

DE HÆRETICIS in genere dictum eſt ſ. modo ponit in ſpecie. Vel ſic ſ. dictum eſt de Chriſtianis qui pleniſſime diuinam religionem colunt: nunc videamus de Iudæis qui ſemiplene, & ad literam Deum reuerentur, & colunt, & leuius errãt,
1 quam alij hæretici. † Videamus ergo in quibus ipſi grauentur, in quibus tolerentur: & certe ipſi, olim id eſt antequam crucifigerent dominum noſtrum Ieſum non grauabantur: imò priuilegiis gaudebant, & populus peculiaris, vel ſpecialis domini dicebantur: ſed poſtea perdiderunt priuilegia ſuo
a delicto: vt infra.eod.l.iuſſio. Item pleraque communia[a]: nã non permittitur legari vniuerſitati Iudæorum: vt j.e.l. j. ſed forte ſingulis Iudæis legabitur: vt ff.de reb.dub.l. cum ſenatus. Item permittitur eis ſynagogam habere religionis cauſa, & veterem fulcire, non nouam fabricare: & in eam vetantur chriſtiani irruere: vt j.eo.l.vlt.& §.illud. & l. in ſynagoga. item permittitur eis contrahere matrimonium inter ſe, ſecundum iura noſtra communia, non ſecundum leges ſuas, ſed non cum chriſtianis: vt infrà eo.l.nemo.& l.ne quis. Item permittuntur agere, & conueniri apud iudices noſtros, & ordinarios, non apud ſeniores eorum. permittitur etiam eis arbitrum compromiſſarium eligere etiam iudæum: vt infrà eo. Iudæi. & l.ſi qua inter. defertur etiam eis in die ſabbati quòd cultus ſui reuerentiam ſeruant, ne conueniantur ab aliis: & ita econtrario non permittuntur conuenire chriſtianos: vt j. eod.l.die ſabbato. Itẽ permittuntur contrahere pro voluntate ſua, ſicut & chriſtiani: quia iuſtum eſt vnicuique ſua committi: vt j eod.nemo ij. Non permittitur chriſtianis vt ſeuiãt in eos, & ſi ſceleribus ſint implicati: nam idcirco iudiciorum vigor, iuriſque publici tutela eſt in medio conſtituta, ne quis ſibiipſi ſumere valeat vltionem: vt j.eo.nullus.& ſatis poteſt hic ſumi contrarius intellectus: licet Plac. contradixerit, vt deficiente vigore iudiciorum poſſit ſibi quis dicere ius cauſa recuperandi noſtrum, vel nobis debitum: nó vt vltio in perſonam ipſam fiat vulnerando, vel occidendo. ar. eſt j. de decur.l.generali.& in autẽ.vt iudi.ſine quo.ſuffr. §. ſi quis autem.& j.quando lic.ſine iu.ſe vin.l.vnic. §. j. ff. ad l. Aquil. l.itaque.& ff. ad le.Iul.de adul.l.marito.& ff.ad leg. Aquil.l. quemadmodum.& l.ſi quis. Sic & econtrario vetantur Iudæi ſeuire in chriſtianos: & maxime in eos, qui cum primò iudæi erant, poſtea chriſtianati ſunt: alioquin comburentur: vt j.eo.l.ij. Item vetantur aliqua agere in contumeliam fidei
b noſtræ[b]. Alioquin amittent licita, niſi ab illicitis ſe temperauerint: vt j.eo.l.Iudæos. Grauantur in eo quòd non eligũtur ad dignitates: vt j.e.l.vlti.nec obſtat quòd legitur.ff.de dec. l.generaliter.§.vi.quia ibi iudaica ſuperſtitione laborabat:
* non tamen erat iudęus, vel illis ſpecialiter fuit indultũ. * Itẽ in aliis grauantur quæ numerauimus.ſ. communiter in per-
2 ſonis hęreticorum niſi in quibus ſ.excepimus. † Cœlicolę autem dicuntur qui cęlum quaſi deum colunt, vel cęli planetas, ſcilicet ſolem, vel lunam, vel ſtellas: & hi licet chriſtiani ſint: niſi tamen ad plenam venerationem chriſtianam cõuertantur, cęterorum hereticor. patiuntur pœnas. Certum eſt enim quia quicquid à fide chriſtiana diſcrepat, legi chriſtianę contrarium eſt: vt j.eod.cęlicolarum Nam & dominus dicit. Qui non eſt mecum, aduerſus me eſt. Si autem Iudæi non fuerint chriſtianati, non coguntur quidem fidem noſtrã ſuſcipere: dominus enim ſpontanea ſeruitia, non coacta approbat: Paulum tamen coëgit, ſed miracula non trahuntur in regulam.

ANNOTATIONES.

a Communia. De hoc eſt tex. in c.iij.de Iudæis. qui allegat l. ciuilem. & dicitur ſynagoga Græce, congregatio latine. quia in ſe congregat ſed nos dicimus eccleſiam quod vocabulum græcum, dicitur latine vocatio, quod eſt honeſtius vocabulum quàm ſynagoga, & congregatio quæ conuenit etiam pecoribus.

b Fidei noſtræ. Adde Bar. in j.conſti.ff.in prin. vbi dicit quòd non licet Iudæo inuocare nomen domini noſtri Ieſu Chriſti: nec crucẽ deferre. arg. in c.gaudemus.de diuor. licet tamen ſibi in puncto iuris tenere apothecam apertam, & exercere artem diebus feſtis: vt tenet Fred. de ſenis in conſil.incip.ſtatuto cauetur quicquid ſeruetur in practica.

* Indultum. vide Alcia.lib.Diſpunct.3.cap.8.

Ne Chriſtianum mancipium hæreticus, vel paganus, aut Iudæus poſsideat, vel circuncidat. *Rubrica.*

1 SICVT ex hac † rubrica patet nulli hæretico, vel Iudęo, vel pagano permittitur poſſidere, vel habere mancipium chriſtianum: alioquin ad libertatem perueniet mancipiũ
a chriſtianum[a] ſiue erat chriſtianum antequã poſſideretur ab hęretico, ſiue cum cœpit poſſideri ab hæretico non erat chriſtianum. ſed poſtea chriſtianatum eſt: vt ſ.de epiſc.& cler.l.vltim. & j. eod.l.j. in fin.
Item imponitur capitalis pœna hęretico hoc ipſo quòd habuit: vt infrà eodem.l.j. vel circunciderit: vt ibidẽ dicitur. Si autem hęretici, vel Iudęi, vel pagani mancipium non chriſtianum circunciderint, capitalem patiuntur pœnam, propter circunciſionem, non propter poſſeſſionem ſolam: vt in l.prima iſtius tit.& ponitur pœna capitalis pro pœna exilij: vt ſuprà titu.proximo l.Iudęi.

ANNOTATIO.

a Chriſtianum. Adde tamen quòd Iudæus poteſt habere chriſtianũ originarium, ſeu adſcriptitium. vt in c.ij.de Iudęis. & quando dicatur originarius, vel adſcriptitius habetur in toto titu. infrà de agri. & cenſi. lib.xj.& per glo. in c.generalis.liiij.diſtin.

De ſacrificiis paganorum, & templis. *Rubrica.*

1 *Pagani patiuntur pœnas maximorum hereticorum.*
2 *Bona paganorum diripere chriſtianis non eſt permiſſum: & contra facientes in duplum condemnantur.*

DICTVM eſt ſupra de Iudęis: modo ponit
a de paganis, id eſt, de ſarracenis[a] qui deos innumeros, deáſque, imo dęmones colunt, & adorant: & adiicit de eorum ſacrificiis & tẽ-
1 plis. † hi autem pagani patiuntur pœnas hęreticorum maximorum, vt diximus ſ. de hęreticis. & aliqua ſupponuntur in iſto ti. quale eſt iſtud, ne faciant ſacrificia, vel inſpecto iecore animalis, vel extis, id eſt, interioribus, promittant vel diuinent aliquid futurum, pręcipit eorum claudi templa ſub pœna mortis, & amiſsionis bonorum: vt infrà eodem. l. j. Si tamen aperiantur delubra, id eſt, templa, quia in eis deluduntur à dęmonibus, animo venerandi, & adorandi: & multo magis prohibentur infandis, id eſt, nefandis ſimulacris honores reddi, vel impios poſtes templorum redimiri ſertis, id eſt, ornari coronis, vel prophanos ignes accendi aris, id eſt, altaribus, vel adoleri, id eſt, cremari in eis thura. vel victimas cędi, vel pateris, id eſt, ciphis, vina libari, id eſt, guſtari. Sicque prohibet ſacrilegium reputari religionem: vt j eo.l. nemo. feſtos autem conuentus ciuium non prohibet: vt infrà eodem, l. vt prophanos. Item omnia templa paganorum applicantur reipubli. vt Imperator ea cuicunque velit poſſit donare, ſicut fecit Cęſar Phocas, beato Bonifacio, de templo quod vocatur Pantheon: vt

a infrà eod.l.omnia. †Et licet pagani peſsimi ſint, non tamen permittitur Chriſtianis eorum bona diripere, vel au-
b ferre[b]: alioquin pro tali rapina (quod eſt notandum) in duplum condemnantur: ſicut & aliàs in caſu vt infrà, de ſeruis fugi.l.mancipia.

ANNOTATIONES.

a Sarracenis. Vnde autem dicti ſint ſarraceni ponit Hoſt. in ſum. de ſarrac. in j.& in §.j. vbi dicit, quòd dicuntur ſarraceni à Sarra vxore Abrahæ à qua voluerunt nominari, potius quàm ab Agar ancilla Abrahæ ex qua eorum fuit origo.c.dixit ſarra.xxxij.quæſt. iuij. Hierony. Gigas.

b Auferre. Vide cumulatè iſtam materiam per Old. in conſi.lxxxvij.& in conſi. vlti. qui tenet partem affirmatiuam, maximè interueniente conſenſu domini papæ, vbi etiam addit quod etiam de ciuitate licitè expelli poſsunt.

De iis qui ad eccleſias confugiunt, vel ibi exclamant, & ne quis ab eccleſia extrahatur. *Rubrica.*

1 *Mouentes impetum, & tumultum in eccleſia, puniuntur vltimo ſupplicio.*
2 *Confugientium ad eccleſiam, qui recipi debeant ab ipſa.*
3 *Extrahens confugam de eccleſia qua pœna puniatur.*
4 *Exactio tributorum competenter in eccleſia fieri poteſt.*

QVONIAM inter cætera quę eccleſia habet priuilegia, hoc præcipuum habet, ne confugientes
a ad eam alicuius temeraria abſtrahantur[a] authoritate. Ideo de confugientibus ad eam, & exela-
1 mantibus in ea, ponit. †De exclamantibus autem in ea hic breuiter noto, vt vltimum ſupplicium patiantur ſiue tumultum mouerent, ſiue impetum in eccleſia committant, vel in eccleſia, id eſt, in congregatione fidelium, ſiue in qualibet parte ciuitatis conuenticula collecta multitudine colligant
2 cauſa ſeditionis faciendæ: vt j.eod.l.denũtiamus. †In cõfugiẽtibus diſtingue, ſint liberi, vel ſerui, ſi ſerui, vel coloni, vel adſcriptitij, vel liberti, vel aliæ perſonæ de alicuius familia, ſine magna mora reſtituũtur dominis ſuis vindicãtibus eos, vbi acriter deliquerunt: aut ſi non deliquerunt acriter, ſine remiſsio ex humanitate, intercedente religioſo œconomo, & ſacramento præſtito à domino, quod ob cauſam illam nõ lędat eos: vt j.eod.l.pręſenti.§.ſane.& l.ſi ſeruus cuiuſquam. & in auth.de ſan.epiſ.§.ſi quis autem ad monaſticam. & hoc ſi ſeruus confugerit ad eccleſiam ſine armis: alioquin continuò domino, vel ei à quo receſsit indicetur: nec ei copia abſtrahendi denegetur. Et ſi ſeruus reſiſtat, ſine vlla mora nec conflandi, id eſt, accuſandi criminis, relicta occaſione, interfici poteſt, vt ibidem continetur. & hoc ſi ſeruus confugerit ad eccleſiam propter delictum ſuum. Alioquin ſi propter ſæuitiam domini, compellitur dominus vendere ipſum bonis conditionibus, id eſt, ne ampliùs reuertatur in poteſtatẽ domini: vt ff. de iis qui ſui vel alie. iu. ſunt. l. ij. niſi fortè ſerui malleat redire, & tunc reſtituuntur, vt dictum eſt. Singulorum enim confugientium cauſę diligẽter ab œconomis ſunt
a inquirendę: vt j.eodem.l.vlti.in fi. Si autem liberi[a] confugerint ad eccleſiam, aut hęretici, aut Chriſtiani vel Iudęi. Si
b hęretici, vel Iudęi[b], non debent in eam ſuſcipi, niſi demonſtrati fuerint purgati per innocentiam vere, ſcilicet, nũ per diſsimulationem: volentes conuerti ad fidem: vt j. eod. l. j. vel ſi confugerint vt euitent creditores, non ſuſcipiuntur, niſi reddant vniuerſa debita: vt ibidem dicitur. Si autem liberi, & Chriſtiani ad eccleſiam confugiunt, habent promiſsionem ſecuritatis à pręſide loci vſque ad xxx. dies tantum: & habet confuga electionem, vt aut reſpondeat extra terminos eccleſię: ſi tamen permiſsioni ſecuritatis renunciet, vel reſpondeat in eccleſia cum debita reuerentia locorum, ſeruata ei ad plenum promiſsione ſecuritatis. in auth. de manda.prin.§.ſed neque. Si autem in eccleſia, vel extra eccleſiam non reſpondeant per ſe, vel per procuratores, ſeruantur iura communia: hoc eſt, vt ante lit.conteſt. mittatur actor in poſſeſsionem bonorum rei, & etiam bona vendat: ſi tamen reus latitet, vel ſi lis ſit conteſtata, fertur definitiua ſententia, & executioni mandabitur: primò per mobilia, ſecundo per immobilia, tertiò per nomina: vt j.eo.l.pręſenti. & de bon.
3 autho.iudi.poſ.l.pe.& ff. de re iudica. à diuo pio. §. j. †Si autem aliquis temeritate ſua confugam extraxerit de eccleſia, aut extrahere conatus fuerit, tanquam crimine læſę maieſtatis commiſſo tenetur, & vltimum ſupplicium patietur: vt j.eo.l. fideli.& l.vlt.in prin. niſi confuga ſit homicida, vel
4 adulter, vel raptor virginum. †Tributorum verò exactionem, decenter intra templa fieri conuenit: vt in auth.de man. prin.§. neque autem homicidis.

ANNOTATIONES.

a Liberi. Confugiens ad eccleſiam ſi ſit liber, & Chriſtianus, quam immunitatem habeat, vide text. in c.inter alia. extra.de immu. eccl. vbi dicitur, quòd non poteſt violenter de illa extrahi, nec poteſt, de crimine damnari ad mortem, vel aliam pœnam corporalem.

b Vel Iudæi. Adde Bar. in l.j.C.hoc e.in. Old. in conſi.liiij.incip. An fugiens ad eccleſiam. canoniſtas in c.inter.de immu.eccleſi.qui idem tenent etiam in debitis ciuili.

* Abſtrahantur. Fallit in publico latrone, vel populatore nocturno agrorum, nec non in eo qui frequentia itinera inſidiis obſidet aggreſsionis cauſa: & talem quilibet ab eccleſia extrahere & punire autoritate propria poteſt, ſicut notauit Fulg xvij.q.iiij.can. ſicut antiquitas. & habetur C.quando liceat ſe ſine iudice vindi.l.j.& Exodi xxj. Item ſi commiſit homicidium in eccleſia ipſa, vel aliquod maleficium, tũc non debet ab eccleſia defendi, cum eam violauerit, arg.xxij.q.ij.ca. de ſuic.& de vſur.cap.quia fruſtra. Quid de Iudæo ad eccleſiam confugiente, an ab ea extrahi poteſt? & poſſe reſponſum eſt. De excommunicato verò dubium eſt, qui cum ſit extra eccleſiam numerã, & merito magis peccans quàm Iudæus in eodem genere peccant: quia ſatius eſt viam veritatis nõ agnoſcere, quam poſt agnitionem retrorſum. Martinus. Tu cogita. Eccleſiæ verò appellatione, locum ſacrum contineri non inepte putat Martinus, idque per ſynecdochen.

De iis qui in eccleſia manumittuntur. *Rubrica.*

1 *Manumiſſum in eccleſia manumiſſo in iudicio æquiparari.*
2 *Manumittendi forma. & 4.*
3 *Manumiſsionis effectus.*

SECVNDVM quod eccleſia quę pro ipſo loco conſecrato ponitur, vt notaui ſuprà de ſacroſanctis eccleſiis, habet priuilegium: ita in ea
1 manumiſſus quia †in eccleſia coram epiſcopo, & ſub aſpectu plebis manumiſſus, perinde habetur, ac ſi apud iudicem manumiſſus eſſet. Nam iſtę duę ſpecies manumiſsionis ſupponuntur vt pares in Inſtitut.de libertinis.§.primo, & quia in l. j. huius titu. dicitur, vt propter ſacti memoriam vice actorum, &c. non ergo exigo plures epiſcopos interuenire. licet ita dicatur exiſtentibus antiſtitibus: quia
a plurale reſoluitur in ſingulare[a]: vt actio nego.geſt. ponitur pro actione negotij geſti: & actio vi bonorum raptorum ponitur pro actione vi boni rapti: vt ff.de negotiis geſtis.l. iij.negotium.& ff.vi bo.rap.l.ij.§.In hac actione. Exigo ta-
2 men †vt manumittens, ſuam priuatam ſcripturam de libertate danda exponat, in qua & ſigillum ſuum debet ſupponere: vt ſicut apud iudicem de iis, quę acta ſunt apud eum fiunt acta, id eſt, ſcripturę per tabellionem: ita & hoc caſu faciat aliquis ſcripturam ſuam propriam de eo, quod agit, id eſt, manumittit, vt infrà eodem l. prima. minor ergo viginti annorum, cognita cauſa, vt fiebat, apud iudicem: Inſtitu.quib.ex cau.ma.non licet.§. eadem. manumittet apud dominum epiſcopum cum prædicta, vt dictum eſt, ſolennitate ſcripturę, & pręſentia plebis. Non dico vt Plac. ꝙ nõ interueniant teſtes: quia homines de plebe teſtes ſunt: nec dico

vt Pla.

vt Plac. quòd prædicta manumiſsio ſortiatur priuilegiũ ad
hoc vt teneat: facta corã epiſcopo, vt dictũ eſt, ſed olim aliàs
non tenebat. Nec enim reperio, quòd olim aliàs nõ tenebat,
imò videtur reperiri contrariũ ex eo quod dicitur. j. eod. l. j.
vecſic. iam dudum, &c. & Inſt. de liberti. §. multis. &. §. ſer-
ui. Seruos autẽ ita ſolere manumitti vel in tranſitu, vel apud
3 prætorem, vel in eccleſia. In vno † autẽ ſortiebatur prædicta
manumiſsio priuilegiũ in quo hodie nõ ſortitur, vt per eam
videatur conferri plena libertas: vt. j. ro. l. ij. quod hodie ge-
nerale eſt in omni ſpecie manumiſsionis: vt inſti. de lib. §. vl.
ſiue laicus, ſiue clericus manumittat inter viuos, vel in vlti-
ma voluntate: licet in l. ij. huius tit. videatur id concedere cle
4 ricis tantùm manumittentibus in teſtamẽto: etiã † ſiue iuris te
ſte, vel interprete: quod intelligo pro eodem, vt iuris teſtem,
vel interpretem vocet tabellionem, qui non eſt neceſſarius in
teſtamenti confectione: ſufficit enim priuata ſcriptura. vt in
l. j. huius tit. Non dico quòd non exigãtur teſtes, vt Plac. vel
quòd publicato teſtamẽto cõpetat libertas, etiam ante aditã
hæreditatem: quia id eſſet contra regulam communem, vt. ff.
de leg. a. præſtan. contra tabu. l. filium. & j. de fideicom. l. eam.
Quod ergo dicit in. l. ij. ex die publicatæ voluntatis, ſubau-
☞ di & aditæ hæreditatis: vt ita lex vna determinetur per alte-
ram. vt. ff. de leg. & ſenatuſconſ. l. non eſt. non corrigatur, ni-
ſi nominatim dicatur contrarium, vt. j. de app. l. præcipimus.
in fin. & in Authen. de adminiſtrat. offi. §. vlt.

ANNOTATIO.

a Singulare. Vide ad hoc Paul. de caſtr. in conſilio ccxxs. d. Alex. in
conſil. ij. in iiij. vol. & in l. cum qui. de verb. oblig.

De legibus & conſtitutionibus principum & edictis. *Rubrica.*

1 *Lex quandoque ſtrictè, quandoque largè accipitur.*
2 *Conſtitutio & edictum principis, latè lex dici poſſunt.*
3 *Conſtitutio principis, ab edicto principis, qualiter differat.*
4 *Edictum principis quid ſit.*
5 *Lex qualiter fiat*
6 *Lex condi poteſt à præfecto prætorio.*
7 *Lex condi poteſt ab iis, quibus Imperator mandat.*
8 *Lex condi poteſt à populo Romano.*
9 *Lex condi poteſt à ſenatu.*
10 *Lex debet eſſe clara.*
11 *Lex generalis eſſe dicitur, ex quo in corpore iuris continetur.*
12 *Qui legem interpretentur.*
13 *Interpretatio conſuetudinis, an ſit redigenda in ſcriptis.*
14 *Doctoris interpretatio de lege facta non eſt neceſſaria, nec in ſcriptis redigenda.*
15 *Quando recurratur ad habentes authoritatem interpretandi legem.*
16 *Interpretatio contra eum cuius fauore aliquid conſtitutum eſt, fieri non debet.*
17 *Leges obſeruare omnes tenentur.*
18 *Pœna non obſeruantium leges quæ ſit.*
19 *Legis verba an offendere liceat.*

SVPRA de diuinis ſacris dictum eſt, nunc de
a humanis ſacris ponit. Nam leges ſacræ ſunt [a].
vt. j. eod. l. leges ſacratiſsimæ. Vel ſic s. de mini-
ſtris ſacrarum rerum, hic de miniſtris ſacrarum
legum, id eſt, conditoribus & obſeruatoribus earum. Videa-
mus ergo quid ſit lex, item quid conſtitutio principis, & edi
1 ctum. † Lex autem ponitur quandoque ſtrictè, quandoque
largè. Strictè vt cum ponitur pro ſtatuto populi Romanũ
& hoc eſt quod dicitur, lex eſt, quod populus Romanus ſe-
natorio magiſtratu interrogante, veluti conſule, conſtitue-
bat, id eſt aliquo, qui erat de ſenatorio magiſtratu, veluti con
ſule. Plures autem erant in ſenatorio magiſtratu. vt. ff. de ſe-
na. l. vlt. §. vlt. nec exigebatur vt omnes interrogarent popu
lum, ſed vnus voluntate omnium. Conſul enim, qui ſenato
erat, cõſulebat populum, an ei placeret ita ſtatui: & populus
reſpõdebat, ita: & quãtum ad ſententiã, licet alia ſint verba,
eadem tamen eſt illa definitio, qua dicitur. Lex eſt cõmune
præceptũ, virorũ prudentiũ conſultũ, delictorũ quæ ſpon-
te, vel ignorantia fiunt, vel cõtrahuntur coercitio, cõmunis
reipub. ſponſio. vt. ff. de legi. & ſenatuſc. l. j. Quãdoque poni
tur largè pro omni rationabili ſtatuto: vnde & dicitur, lex
eſt ſanctio ſancta, iubẽs honeſta. probibẽs cõtraria. Et ita eſt
regula iuſtorũ & iniuſtorum, vt dicitur in trãſlatione Græ-
2 ca: vt ff. e. l. ij. † Conſtitutio verò principis, & edictum, legis
partes ſunt, vt lex largo modo intelligatur: & ita largè poſi-
3 tum eſſe in rubrica dici poteſt. • Differt etiam conſtitutio
principis, ab edicto principis: quia conſtitutio principis po-
teſt eſſe generalis & ſpecialis: vt ff. de conſtitut. princip. l. j. §.
4 hæ ſunt. & §. planè. † Edictum verò principis, eſt generale
ſtatutum: vt j. eo. l. iij. Nec incompetenter ſpecies poſt genus
ſupponitur: vt diximus s. de hære. & Mac. A quo debent con-
di? & quidem ab Imperatore cum concilio procerum ſacri
palatij: & cœtu honeſtiſsimo Senatorum, qui erant centum
numero: & dicuntur patres conſcripti: patres, vel ætate, vel ſi
militudine curæ: vt ait Saluſtius: & conſcripti, quia Impera-
tor eorum nomina habebat ſcripta in diademate capitis ſui.
5 † Delegatur autem lex primò alicui dictanda, & dictata re-
cenſetur, id eſt, iterum interrogatur an ſit æquum ita cenſeri:
& ſi tandem cõſentiant omnes, recitabitur in ſacro palatio,
vel conſiſtorio vt confirmetur per principem, & per popu-
los iuſſu principis diuulgetur, & valeat poſt duos menſes à
tempore inſinuationis: vt j. e. l. humanum. & in auth. vt factæ
nouæ conſt. poſt duos menſes poſt inſinuationem eorum va-
6 leant. colo. v. † Item poteſt condi à præfecto prætorio ſi non
ſit contraria legibus principis: vt j. de off. præfe. præt. l. for-
7 mam. † Item ab iis, quibus mandat Imperator: vt in prologo
Inſtit. §. cumq; hæc deo propitio, &c. & hoc eſt etiam quod
dicitur: omnia merito noſtra faciamus, quia ex nobis omnis
ei impartietur authoritas: vt C. de vete. iure enu. l. j. §. cumq;
8 materia. & §. ſed neque. † A populo autem Romano fortè,
& hodie poteſt condi lex, vt ex prædicta definitione legis pa-
tet: licet dicatur poteſtas translata in principẽ: vt. j. de veter.
iur. enu. l. j. §. hoc etiam. Dicitur enim translata, id eſt, con-
ceſſa, non quòd populus omnino à ſe abdicauerit eam. ſic &
ponitur. ff. de of. eius cui mand. eſt iuriſd. l. j. §. qui mãdatam.
Nam & olim tranſtulerat, ſed tamen poſtea reuocauit: vt dici
tur. ff. de origine iur. l. ij. §. exactis. & §. quid ad magiſtratus.
9 & §. & cum placuiſſet. † Item à ſenatu condi poteſt: vt ff. eo.
l. non ambigitur. nec obſtat quod dicitur ſoli principi licet
legem condere. j. eod. l. vltim. quia & ſenatus, & præfectus, &
10 iuriſconſulti condunt ex principis authoritate. † Quali-
ter condi debet lex? & quidem clarè & apertè, certè & indu-
☞ bitanter. Nã nihil adeo proprium eſt legiſlatoris, vt claritas:
vt. s. de nouo Cod. fac. & in authẽ. de teſtamẽtis imperfectis.
§. nos igitur. & cum deliberatione illa, de qua dixi. s. cum tra
ctarem à quo debeat condi. Loquor autem de legibus genera
libus, non de ſpecialibus, vel de priuilegiis, quæ tantũ purpu
rea inſcriptione legũtur, de quibus ſpecialis eſt rubrica. j. de
diuerſis reſcriptis per totum. & maximè in. l. vlti. & penul.
11 † Sciam autem legem generalẽ eſſe hoc ipſo, quòd cõtinetur
in corpore iuris, niſi in caſu, vt. ff. de decur. l. neque. Si autem
non clauditur corpore iuris, nõ eſt generalis, niſi Imperator
cognitionaliter de cauſa cognouerit, & inter partes definiti
uè pronunciauerit. vt. j. e. l. vlt. Vel niſi mittat legem ad ſena-
tum. vel niſi vocet eam edictum, vt ſæpe dicitur, Hac edictali
lege. Vel niſi iubeat eam diuulgari per omnes populos: vel in
ſimilibus cauſis idẽ ſtatui, Vel niſi vocet eam generalẽ. j. eo. l.
12 ij. & iij. † Itẽ quando ferenda eſt? & quidẽ quãdo preces Impe
ratori porrigũtur, vel cum ſua ſponte mouetur, vt. j. eo. l. iij.
ibi, ſiue eas nobis &c, Item cum nõ eſt per legẽ definitũ. vt. j.
eo. l. eũ de nouo. Quis interpretatur leges? & quidẽ hi omnes,
b qui cõdũt [b]: de quibus dictũ eſt. Itẽ cõſuetudo interpretatur
legem: vt ff. eo. l. ſi de interpretatione. & l. nam Imperator.
Sed & magiſter interpretatur leges. vt j de profeſſor. qui in
c Conſtantinopolitana ciuitate l. j. ſed illa interpretatio [c] non
eſt neceſſaria: nam nemo eſt addictus iurare in verba magiſtri.

d ſed & index legem interpretatur ex cauſa:ᵈvt ff.eo.l.nõ poſ-
ſunt omnes articuli.& hoc ſiue dubitetur de verbis legis.&
qualiter ſit intelligenda, dictum eſt: ſiue dubitetur de ca-
ſu qui non eſt comprehenſus lege: vt ff.eod. l.non poſſunt.
Nec contrarium eſt his quod dicitur.j.eod. l. j. ſoli principi
licere,& inſpicere interpoſitam.id eſt,interponendam inter-
pretationem inter ius,ſcilicet ſtrictum & æquitatem: quæ
latiùs patet.Nam ei ſoli licet,vt interpretatio ſit generalis.
13 & neceſſaria.& eſt in ſcriptis redigenda. †Conſuetudinis
autem interpretatio licet generalis ſit.& neceſſaria,non ta-
men neceſſariò in ſcriptis redigenda,ſed ex voluntate & vti-
litate ad conſeruationem memoriæ quiſque in ſcriptis redi-
15 gere poteſt:vt infrà de profeſſ. †Quando autem recurſa-
tur ad interpretationem alicuius prædictorum. bene eſt, vt
videamus.Et ſciendum eſt:quia in iudicio quandoque cõtin
git dubitatio ſuper aliquo nouo negotio, quandoq; ſuper
lege aliqua.Si ſuper negotio,dominus Imperator conſulen-
e dusᵉeſt,ſi tamen præſens ſit.& eius copia ſit: vt infrà eo. hu-
manum.& de vete.iur.enu.l.ij.§.ſed quia diuinæ. & ff. de fi-
deicom.li.l.itaque. & arg j.de Iudeis.l.fin. ibi compellatur
f &c.Si autemᶠnon ſit eius copia,procedendum eſt de ſimili-
bus ad ſimilia: vt ff. eo. l. non poſſunt. Si verò ſuper lege, ſi
quidem ex conſuetudine certo modo eſt intellecta, eius in-
tellectui ſtabitur:vt ff.eo.l.minimè.& l. ſi de interpretatio-
ne.nam Imperator. Quòd ſi de conſuetudine non eſt cer-
tificata,recurritur (vt dictum eſt) ad principem,ſi ſit eius co-
pia:vt j.eo.eum de nouo.& l.leges ſacratiſsimę.§ ſi quid.&
ff.eod.l.& ideò de his.Alioquin interpretabor in benignio-
16 rem partem,vt ff.eo. l. benignius.& l. in ambigua. †Item
non eſt facienda interpretatio contra eum cuius fauore ali-
g quid ſtatutum eſtᵍ:vt j.eo.l.quod fauore.& ff. eod. l.nulla.
Vel ſi dubito,quę ſit benignior pars,ſtabo ſignificationi ver
borum:vt ff.de condit.& demonſt.l.Publius.§.j. quanquam
videatur prius ſtandum ſignificationi verborum:vt ff.de le-
ga.ij.l.non aliter.ſed ſecus eſt,vt dictum eſt.Vltimò proce-
dam de ſimilibus ad ſimilia, vt dictum eſt. Si quis autem
velis copioſiſsimè de interpretatione tractare: reperiat ea
17 quæ diximus ſuprà in materia Codicis. †Quis debeat
obſeruare leges,& quidem obſeruandę ſunt ab omnibus ho
minibus:vt vniuerſi pręſcripto earum manifeſtius cognito,
vel inhibita declinent,vel permiſſa ſectentur:vt j eo.l. leges
☞ ſacratiſsimę.Nam,vt Apoſtolus ait.*Omnis anima ſit ſubdi
* ta principi,tanquam pręcellenti.& ducibus à Deo miſsis. &
h Idem dicit beatus Aug.ʰin illo, ſcilicet can. quo iure defen-
dis villas,& Nicolaus in illo c.cum ad verum ventum eſt.
Imperator tamen vnus ſucceſſori ſuo imperare non poteſt,
ſed ſuadere vt leges ſeruet, & ſuaſionis cauſam proponere:
vt quia de lege,ſcilicet regia pendet authoritas principalis:
quia per eam populus tranſtulit omne imperium in princi-
pem:meritò & ipſe hoc retribuat legi,vt ſeruet eam. Adicit
etiam Imperator commendationem obſeruationi:quia ipſa
obſeruatio eſt de virtute animi.Imperium autem habete eſt
i de fortuna.ⁱ Nam

Si fortuna volet,fies de Rhetore conſul:
Si volet hac eadem, fies de conſule Rhetor.

Item ſupponit exemplũ cùm dicit: oraculo pręſentis edicti
quod nobis licere non patimur,aliis indicamus:vt j.eo.l.di-
18 gna.& ff.de arbitris.l.nam magiſtratus. †Quę ſit pœna
non obſeruantium leges?& quidem ſingulariter omnes enu-
merare impoſsibile eſt,cum per totũ corpus iuris leges ſint
diffuſę:ſed in hoc tit.numerantur generales pœnę ſtatutę in
iis,quę ſuum habent vigorem de iure: vt j. eo. l. non dubiũ.
& ideò non poteſt fieri oppoſitio de maleficiis:quia non ſu-
munt effectũ de iure,vt pacta,vel ſententię, vel teſtamenta.
Nec poteſt opponi de eo quod fieri non debet:factum tamẽ
non infringitur:quia illud non prohibitũ,ſed potius nõ ad-
miſſum dicitur,vel ſecundum eos pręter legem eſt, non con-
tra legem:vt diximus de ſtipulatione:quãdo ſtipulatus ſum
alteri ſub pœna item nõ poteſt opponi de iis quę confirmã-
tur poſteà:vt j de nup.l.& ſi contra.& j.de contractibus iu-
dicum:quia non ſunt prohibita confirmari,ſed inchoari. vt
ita dixerim.Item non poteſt opponi de iis quę inutilia ſunt
per exceptionem:vt mulieris interceſsio, mutui datio cõtra
Macedonianum ſtipulatio inita per metum,vel dolum:quia
perinde habẽtur,ac ſi ipſo iure inutilia eſſent:vt ff.de reg.iu.
l.nihil intereſt. Item opponitur de venditione liberi homi
nis,quę tenet inter ignorantes:vt ff.de contrah emp.l. & li-
beri.ſed certè:vt ait Hyr.hic eſt prohibitũ: in quo delinquit
vterq;.vel dicas quòd nec valet venditio in pręiudicium rei
venditę,licet valeat quantũ ad pręiudiciũ illius qui vendit.
Super eo autem quod dicitur,ex eo opponitur:quia ex inu-
tili contractu transfertur dominiũ. Item quia in pari cau-
ſa,facta traditione potior eſt conditio poſsidentis: vt ff. de
dolo l.& eleganter.§.j.reſpon & j.de cõdi.ob tur.cau.l.ij. ſed
certè qui habet actionem,rem habere videtur:vt ff. de re. iu.
l.qui actionem.ſic ad l.ij reſpondeo:quia repetit fiſ.vt ff. de
iure fiſ.l.Lucius. Item opponitur quia fœneratore mutuã-
te filiofa.dominium tranſit in filium, ſed hoc eſt ideo: quia
creditor deliquit in dando:filius verò non deliquit in acci-
piẽdo.Super eo autem quod dicitur:ob id, opponitur quod
eſt j.de prędiis minorum.l.& ſi ii. Reſpondent quidã, quòd
alienatio prędiorum minorum non eſt prohibita perpetuò:
quia quandoque conceditur,puta ob ęs alienum. hic autem
loquitur in perpetuo prohibitis.ſed certè ſi in prohibitis tã
tum perpetuò locum habet lex iſta:in paucisſimis caſibus ha
beret locum,quę ponitur vt generalis. vix enim eſt aliquid
generale,quod non patiatur exceptionem: vt ff. de re. iu. l.
omnis definitio.Dic ergo prohibitum eſſe res minorũ alie-
nari,& ne quid fiat in pręiudicium eorum:non autem pręiu
dicatur minori,licet tutor ſit obligatus. vel eius res. Simili-
ter opponitur.& reſpondetur de eo quòd legitur ff.de arbi.
ſi pupillus.Vel ſi velit quis remittere omnes iſtas oppoſitiones,
dicat iſtam l.non dubium habere locum tantùm in eo caſu,
quando lex ſimpliciter prohibet,nec vltrà progreditur: vt
k j.de ſac.ſan.ecc.l.nemo martyres.ᵏ Si autem progrediatur
vltrà,vel prohibita fieri non infringendo,vel prohibita po-
ſteà confirmando,vel caſſando per exceptionem,ſeruabitur
illa ſpecialis caſſatio,& ſpeciale ſtatutum in prohibito. non
hoc generale:vt ff.de ver.obl.l.doli clauſula.& ex quib.cau.
ma.l.ſed & ſi per pretorẽ. §.deinde adiicit. & ff de pœnis. l.
ſanctio. Nec obſtat quod dicitur j ea lege,licet tãtùm etiã
ꝓhibuiſſet &c quaſi innuat,vt locũ habeat,ſiue tãtùm pro-
hibeat,ſiue vltra procedat:quia huiuſmodi verbũ etiã nõ de-
notat ſemper idẽ in contrario caſu:vt & notari poteſt ff. de
9 ver.obl.l.quodcũq; §.ſi ita. †An autẽ liceat verba legis tãtũ
offendere qualiter.& hic Plac.negauit licere:arg. eius quod
dicitur ff.qui & à qui.manumiſ.l.proſpexit.& de teſta. mili.
l.quod conſtitutum.ſed ibi erant verba,& ſententia: & ideò
eam non licet offendere.Sed ſi ſola ſint verba,contrà eſt: vt
ff.de iure patr.l.adigere.§.quamuis.& ff.qui petant tu.l.cre-
l dendum.& pro hoc eſt illud generale ſenſumˡ,nõ verba ſpe-
ctari.arg.de adi.leg.l.ſi quis §. conditio,& hęc de legibus le
☞ gum. Alię autem rubricę tractant de legibus caſuum,vel ne-
gotiorum.cuiuſlibet tamen legis virtus eſt imperare,vetare,
permittere,& punire:vt ff.e.l.legis virtus.

ANNOTATIONES.

a Sacræ ſunt. Adde Bal.in tract.ſchiſma.in p in.vbi tenet quòd leges &
canones proceſſerunt ex fonte diuino. Ad materiam autem totius ca-
pituli vide Bar.& doct.in rub.& in l.ſi.hoc eod.tit.& in l.non ambigi
tur.ff.de legi.& Inſt.§.ſed quod principi.& ibi Ang.& doct.de iur.nat.
do.Barth.Socs.in conſi.cclxxxix.incipiẽ.circa primam quæſtio verſ.
ij quæro.char.cclxvj.
b Qui conduxit. Adde Bar.in l.ſi.hoc eo.titu Bal.in l.cũ antiquioribus.
col.vj C.de iur.delibe.doct poſt Bal.in l.omnes populi.ff. de iuſti.&
iur d.Bartho.Cepo.cumulate in rubri.ff.de ver.ſig. Andr.ſien. in cõti.
ſcripſit eccleſiaſticus, quod eſt poſt conſi.d.Alexan.cix.in iiij.vol.
c Interpretatio. Adde quotuplex ſit interpretatio glo.no.in c. j. de po-
ſtula.præla.con ſi.in verbo interpretatur.
d Ex cauſa. Adde Decium in c.j.de conſti.in prima lectu. colum. xj. vbi
refert Ioã o in c.cum ſpeciali de app.quã dicit quòd iudex reſpectu cau
ſæ leges,& canones.coram eo vertentis poteſtatem habet interpretã-
di Hiero.Gig:is.

Conſu

c Conſulendus. Adde tamen hoc, quòd iudex in caſu dubio ad princi-
pem recurrere debeat: vt in c. inter alia de ſenten. excommu. ex. in-
timaſti. de appel. extra. & in cap. per venerabilem. qui filij ſint legiti.
neceſſe eſt tamen quod à ſeipſo reſolui non poſſit. nam ſi ipſe difficul-
tatem occurrentem poſſet reſoluere, principem adire non deberet. ita
notanter voluit Decius in ca. j. in prima lec. in xi. col. in verſi. quinta
concluſi o. extra de conſtit. Hieronymus Gigas.
f Si autem. Adde quòd etiam non eſt facienda interpretatio in fauorē
alicuius, quando aliquid eſt ſtatutum in eius odium: vt probat text. in
c. intellleximus. de iud. ſecūdū modernos ibi. & ibi vide multa ad hoc.
* Apoſtolus Paulus ad Rom. cap. 13. & Petr. j. c. 2.
g Statutum eſt. Adde Pau. de ca. in l. beneficium. & ibi pulchrè do. Iaſ. de
may. ff. de conſti. prin. Bal. in l. nec auus. C. de emanci. lib. & ibi omnes
ſcribentes.
h Beatus Aug. vide viii. diſt in decretis. xcii. diſt.
i De fortuna. Vel potiùs nutu Dei: vt eſt tex. & docto in l. bene à Zeno
ne in fi. C. de quadr. præſcri. Bal. in l. a. de ſum. trini. doct. in cap. nouit.
de iudi.
k Nemo martyres. Adde quòd duplex eſt pœna non obſeruantis legem
vna intrinſeca, ſcilicet actus, annullatio, quæ eſt pœna. vt in l. non du-
bium. Alia eſt pœna extrinſeca, ſcilicet quæ eſt expreſſa in l. hodie.
ff. de pœnis. & quando non eſt expreſſa intelligitur, quòd ſit arbitra-
ria l. i. 4. expilatores. ff. de effractio. & expilatorib.
l Senſum. Adde materiam. Bar. in l. ita vulneratus. 4. itē no. ff. ad l. Aqui.
Paul. de caſt. in conſi. cxii. inci. ſuper primo dubio, in primo volu. & fa
cit quod voluit d. Alex. in conſil. v. in iiii. volu.

De mandatis principum. *Rubrica.*

1 *Mandatum quid ſit: quid a conſtitutione diſtet.*
2 *Mandatum habere quis non præſumitur, niſi literas oſtendat.*

SVPRA de conſtitutionibus in genere dictum
1 eſt: nunc autem ponit in ſpecie. † Eſt enim man-
a datum, non quęlibet conſtitutio, ſed ea dunta-
xat qua pręcepit Imperator qualiter is, qui eli-
gitur magiſtratus, laudabiliter gubernare prouinciam poſ-
b ſit. & idem dicitur ſanctio[b]: vt in auth. de man. prin. in prin.
ti. & per totam legem illam docetur magiſtratus qualiter ſe
debeat habere: vt etiam ex rub. datur intelligi: & ideò mirū
eſt quòd P. ait mandata non eſſe conſtitutiones, ſed vicē ha-
bere conſtitutionis. arg. eius quod dicitur ff. de en leg. illic. l.
iij. & C. de inceſt. nup. qui contra. ibi enim poſt mandata enu
merat conſtitutiones: vnde videtur vnum aliud non eſſe. Sed
certè conſtitutio eſt genus, mandatum ſpecies: vt dictū eſt.
2 † Supponitur eſſe hic generale circa mandata omnia, fiant,
vel non fiant gratia adminiſtrationis gerendę, vt non creda-
tur aliquis ea habere, niſi ſacras literas principis oſtendat,
vt ita plus credatur literis, quàm teſtibus ſolis. ſimile eſt ſ. de
epiſ. & cle. l. ſi qua. §. vlt. quod eſt contra regulam generalē.
j. de fide inſtru. l. in exercendis. In procuratore autem, qui a-
git nomine meo, non exquiritur, quòd habeat literas, vel nō,
ſed qualitercunque probet ſe habere mandatum, vel caueat
rem ratam dominum habiturum, admittetur: vt j. de procu-
ra. l. j.

ANNOTATIONES.

a Mandatum Alias mandatum, ad differentiam conſtitutionis quæ ge-
neralis eſt, dicitur quòd conſiſtit in doctrina, & moribus. ad quod vi-
de Decium in rubrica de conſti. extra in vlti. col. in verſicu. v. dicitur
mandatum. Hieronymus Gigas.
b Sanctio. Adde quod ſanctio propriè eſt quid diuerſum à mandato: nā
ſanctio propriè dicitur mandatum cum pœna. text. eſt expreſſus ad
hoc in §. ſanctæ. Inſti. de rerum diui. verum eſt quòd quandoque hoc
verbum ſanctio, accipitur largè pro qualibet lege imperiali: vt eſt gl.
in d. §. ſanctæ.

De ſenatuſconſultis. *Rubrica.*

2 *Senatus principi par eſt.*
3 *Imperator confirmat ſenatuſconſulta.*

1 DICTVM † eſt ſuprà. de legibus, quę populo
eiúſque interuentu fiebant: ſed quia aucto popu
lo in immenſum difficilè cœpit poſſe conuenire
ad legem condendam: ideò elegit populus cen-
tum ſenatores, vt ipſi vice populi conſulerētur: & quicquid
ſtatuerent, lex eſſet: vt Inſti. de iure natur. gent. & ciuil. §. ſe-
natuſconſultum. & ita factum eſt ſenatuſconſultum Velleia
2 num, Macedonianum, & alia multa. † Et parificatur Senatus
principi: vtpote cùm habeatur vice populi & ante Impera-
torem per populum: & poſt Imperatorem fuit per principē
conſtitutus ſenatus: vt ff. de origine iuris. l. ſecunda. nec ap-
pellatur à ſenatu, ſicut nec à principe. Item permittere, vel
prohibere poteſt aquam duci ex flumine nauigabili, vel non
nauigabili: vt ff. à quibus appella. non lic. l. j. & ff. de flumin.
l. quo minus. Senatori autem vni non dantur hęc priuile-
gia, licet gaudeat aliis multis: vt notaui in ſummā. ff. de ſena-
3 torib. † Quamuis autem ſenatuſconſulta per ſe valeant: vt
dictum eſt: tamen Imperator ad maiorem eorum authorita-
tem ea confirmat, & impetranti priuilegium contra ipſa tan
quam de crimine ambitus imponitur pœna, ſcilicet tertię
partis bonorum & infamię: vt hoc tit. l. vnic.

De veteri iure enucleando, & authoritate iuris prudentium quæ in Digeſtis referuntur. *Rubrica.*

1 *Ius vetus quare dicatur.*
2 *Ius enucleari, quare dicatur.*
3 *Pauca aptè dicere ſatius, quàm multa vana.*
4 *Memoriam omnium habere diuinitatis potius, quàm humani-
tatis eſt.*
5 *Digeſtorum liber, quare dicatur Digeſtorum, ſeu Pandecta-
rum.*
6 *Numerus ſeptenarius eſt perfectus.*
7 *Alij numeri non ſunt ſic perfecti. & vide nume. 8.*
9 *Authoritas iuris prudentium eſt æqualis.*

EXPOSITÆ ſunt ſuprà duę partes legis, ſci-
licet, conſtitutio, & ſenatuſconſultum: videa-
mus de plebiſcitis, & prętorum edictis, & ita de
veteri iure enucleando. & quia in compoſitione.
veteris iuris, quidam maiorem, quidam minorem ſcientiam
habuerunt, de authoritate eorum ponit. Videndum ergo
quare dicatur vetus, & quare enucleandum. & quomodo fue-
1 rit enucleandum. † Vetus[a] autem dicitur: quia ab vrbe Ro-
a ma condita, & à Romuleis temporibus, vſq; ad tempora Iu-
ſtiniani ferè per mille quadringentos annos confuſè ſtatu-
tum obtinuit: vt infrà eo. l. prima. §. primo. ibi, reperimus au-
tem, &c. §. cumq; hæc materia. & l. ſecunda, primo reſponſo.
2 † Enucleandum autem dicitur ſicut in nuce, primò quod
eſt amarum, inuenitur: ita & in illo veteri iure erant tot mul-
titudines, quòd nemo eas habere, vel legere poterat. Item ſi-
cut in nucleo teſta dura inuenitur, ita ibi duræ & iniquæ e-
rant ſententiæ. Item ſicut nucleus quadam inutili pellicula
tenetur, & latet, ita & in illa multitudine tanta, quæ extēde-
batur penè in duo millia librorum, & plus quàm tricies cente
na millia verſuum, id eſt, paragraphorum, vel reſponſorum:
vt infrà eodem, l. ij. §. ſed & cum omnia. Iniungit autem qui-
buſdam diſertiſſimis viris, cum ſumma prouidentia hanc e-
nucleationem, ſublata ſuperfluitate antiqua, & neceſſarijs, &
3 vtilibus collectis, prout melius fieri poteſt. † Nam melius eſt
pauca idoneè effundere, quàm multis inutilibus prægrauari:
vt infrà eodem. l. ij. §. ſed & ſi quid. Et libros ad ius Romano-
rum pertinentes eis aſſignat pro materia, vt ex ea pulcherri-
mum opus extruatur, & quaſi proprium & ſacratiſſimum
templū iuſtitiæ cōſecretur, vt in quinquaginta libros, & cer
tos titulos digeratur, & nulla ἀντινομία, id eſt, contrarietate
4 ibidem inueniatur: nec ſimilitudine prout poſſibile eſt. † Nam
omnium habere memoriam, & in nullo penitus peccare, po-
tius eſt diuinitatis, quàm humanitatis: vt infrà eodem. leg. ſe-
cunda. §. ſi quid. niſi fortè propter diuiſionem, vel propter re
pletionem, vel propter pleniorem indaginem hoc contingat.
& hoc tamen perrarò: ne ex continuatione huius lapſus quid
oriatur in tali opere ſpinoſum. Item per conſequentiā literæ

rum, non per ſignorum captiones, & per compendioſa ęnigmata, vel numerorum ſigna, quę multas per ſe, & ſuum vitium ἀντινομίας induxerunt (etiam ſi numerus librorum ſignificatur) aut aliud quidpiam, Codicem, & quinquaginta libros componi pręcepit, & conſcriptori impoſuit pœnam falſi, & in duplum eum domino condemnat, cui ignoranti vendidit, vel ſcripſit librum per ſigna: vt infrà eodem, l. prima, §. iubemus igitur. & §. eumque. & nulla itaque. & §. ſed & ſi-
5 militudinem. & §. vltimo. & l. ſecunda. §. penultim. † Digeſtorum autem, ſeu pandectarum dicitur liber: quia omnes diſputationes, & deciſiones in ſe habet legitimas, & quod vndique fuerit collectum, in ſuo ſinu recepit centum quinquaginta penè milia verſuum totum opus perficiés: & in ſeptem partes quinquaginta libros digeſsit Imperator, nó perperam, neque ſine ratione, ſed in numerorum naturam, & artem reſpiciens: vt infrà eodem, lege ſecunda. §. quod cœleſti. verſiculo, noménque libris, naturam numerorum vocat
6 perfectionem. † Septenarius[b] autem numerus perfectus eſt,
b eo quod ſuis partibus perfectis perficitur. Et ſunt eius partes duæ: prima vnitas, quæ dicitur perfecta ad ſimilitudinem
☞ Dei, & illius primordialis materiæ, & quia principium eſt omnis numeri. Sic enim ait Boetius. Vnitas, eſt omnis numerus, & altera pars, ſcilicet, ſenarius numerus, qui dicitur perfectus, eo quòd ſuis partibus perfectis perficitur: & ſunt eius partes tres, ſcilicet, medietas, id eſt, tria. Item tertia pars, hoc eſt, duo: ecce quinque. item vnitas, ecce ſex. quæ vt pro-
7 bauimus perfecta eſt. † Alij verò numeri non ſic ſunt perfecti, quia aut ſunt diminuti, aut ſuperabundantes: vt octonarius, duodenarius. Nec enim partes octonarij ipſum perficiunt: & ſunt hæ, ſcilicet medietas, hoc eſt quatuor. Item binarius, hoc eſt duo. item vnitas, ecce ſeptima: & ita non completur. Ternarius enim non poteſt dici pars octonarij, quia multiplicatus in aliquem numerum, non conſtituit octo. Illæ enim tantum partes dicuntur, quæ in aliquem numerú mul-
8 tiplicatę ipſum perficiunt. † Duodenarius verò dicitur ſuperabundans, quia eius partes ipſum excedunt. Et ſunt eius partes hæ, ſcilicet medietas, & tertia, & quarta, & ita ſunt, tredecim. Vel dicitur ſeptenarius, quia ex dignioribus conſtat partibus, vel numeris, id eſt, ex tribus, qui ternarius cęteris eſt dignior propter ſummæ trinitatis ſimilitudinem. Ité ex quatuor, qui eſt dignior numerus. Quatuor enim ſunt elementa: ex quibus conſtant omnia corpora, & quatuor partes mundi. Vel ſeptenarius dicitur perfectus, quia ſeptem ſunt virtutes, ſeptem liberales artes, ſeptem beatitudines, ſeptem dies, ſeptem vitia, ſeptem candelabra, ſeptem climata, ſeptem
9 planetę, ſeptem circunſtantię. † De authoritate autem iuris prudentium hic eſt ſciendum, quòd omnes æquali dignitate
c pollent. In primis quia quę dicuntur[c] ab eis quaſi à diuino ore principis videntur eſſe profuſa: omnia enim meritò noſtra facimus (dicit Imperator) quia ex nobis eis omnis impartitur authoritas. ſecundo quia & ſi vnus inſtructior eſt in quodam, vel in quibuſdam alio, alius tamen in alijs poteſt eſſe in-
☞ ſtructior, & ſapientior. Nec enim omnes in omnia, ſed certi per certa meliores, & deteriores inueniuntur: vt j. eod. l. j. circa princip. Item poteſt eſſe quia vnus in inuenienda materia vel tractatu aliquo pręſtantioris fuit ingenij, ſed alius in proſequendo, & diſtinguendo eſt perſpicacior. Ná qui ſubtiliter factum emendat, laudabilior eſt eo qui prius inuenit:
10 vt j. eod. l. j. §. omnia. † Sed illud quęritur, quare prima & ſecunda conſtitutio, & ipſa rubrica non ſunt poſita in Digeſtis in quibus continentur vetera iura? Reſpondeo, quia Imperator in hoc opere imperiali Cod. compoſitioni Digeſtorum ſuam præbuit authoritatem: vt dictum eſt. Item illud eſt ſciendum quòd prima conſtitutio huius tituli facta fuit ante compoſitionem Digeſtorum, ſecunda verò poſteà.

ANNOTATIO.

a Verum autem. Ad materiam huius concluſionis totius capituli, vide Spec. in proœ. verſi. cæterum. Bart. in rub. de iuſt. & iu. & in l. ſpadonem. §. iam autem. ff. de exc. tut. & facit quod voluit ſolennis doctor do. Luca de Penna in l. omnes. nu. 2. de decur. libr. x. char. lxxxiiij. quem omnino vide.

b Septenarius numerus. Item & ſenarius, vide omnino Macrobium de ſomnio Scipionis. lib. j.

c Dicuntur. Etiam dicit tex in ca. fin. xvj. q. iij. & dicuntur romanæ leges diuinitus per ora principum promulgatæ. ad idem textus. in canone finali. quarta quæſtio. quarta.

De ignorantia iuris & facti. *Rubrica.*

1 *Ignorantia quid ſit, & qualiter differat ab errore.*
2 *Error quid ſit.*
3 *Titubatio quid ſit.*
4 *Ignorantia alia iuris alia facti.*
5 *Iuris ignorantia non prodeſt vſucapienti facti ſic.*
6 *Non cuiuſlibet facti ignorantia prodeſt.*
7 *Iuris ignorantia non prodeſt acquirere volentibus: ſuum autem petentibus non nocet. fallit in præſcriptione: vt in num. 8.*
9 *Error facti in damnis, vel compendiis non obeſt, iuris autem error nec fœminis in compendiis prodeſt.*
10 *Ius ignorans qualiter excuſatur, & quando. & vide in num. 11. 12. & 13.*
14 *Ignorantia facti probabilis prodeſt, & non nocet.*
15 *Minori & militi ſuccurritur, ſi quid per errorem facti feciſſe dicatur.*
16 *Ignoranti quando ſit ſubueniendum: & in quibus caſibus.*

DICTVM eſt ſuprà de legibus, quod ab omnibus debent intelligi, & ſciri, ſed quia in pactis & factis, item in cauſis ſæpe pretenditur ignorantia tam in iure, quàm in facto: ideo de ea vi-
1 deamus. † Sed in primis notádum eſt, quòd aliud eſt ignorantia, aliud error, aliud verò titubatio. Ignorantia eſt cùm de facto, vel de iure nihil ſcio: nec inde aliquid ſuſpicor: & propriè eſt ignorare, id eſt, neſcire quod ſciri debet. Inde eſt, quòd qui ignorat ignorabitur: vt enim dicitur gnarus, id eſt, ſapiens, & ignarus, id eſt, ignorans, id eſt, inſipiens: ita ignorantia dicitur inſipientia, ſcilicet quando aliquis neſcit ea quæ debet ſcire: Neſcire latius patet quàm ignorare: quippe omnis qui ignorat, neſcit, ſed non conuertitur. Ita enim hęc duo verba copulantur ignorat & neſcit infrà. per quas perſo. nobis acquir. l. ſi
2 duo. † Error verò eſt cùm aliud eſt, quàm credam, Quod autem aliud ſit errare quam ignorare, probatur ex eo quòd dicitur, ſi poſſeſsio poteſt ignoranti acquiri, ergo erranti:
3 vt ff. de acquirend. poſſeſsio. l. ſi me. §. ſed ſi non. † Titubatio verò eſt cùm hincinde duo ſciam contraria vel diuerſa: nec tamen alicui illorum quia dubito, applico credulitatem meam: & licet quantum ad alia prędictæ differentię valeant vt notaui in ſolutione contrarij in fin. de acquiren. hęredit. l. qui in aliena. §. ſi is, qui putabat. & §. vlt. tamen quantum ad hunc tractatum quod in vno dicitur, in cęteris intel-
4 ligas. † Ignorantia verò diuiditur: quia alia iuris eſt: alia facti. Facti, vt non ſciam illum deceſsiſſe, qui mihi cognatus eſt. Aut ſcio eum deceſsiſſe, ſed neſcio eum deceſsiſſe inteſtatum, vel neſcio me inſtitutum hęredem. Si verò ſciam eum deceſsiſſe inteſtatum: ſed iure cognationis non puto me ſuccedere poſſe: vel ſi puto alium mihi pręferri qui mihi nó pręfertur, in iure erro. vt ff. eodem l. prima. Item facti igno-
a rantia quandoque probabilis[a], quandoque non probabilis
b eſt: vt ſi errat aliquis in facto alieno, nó in ſuo[b]. In ſuo enim, vel in rebus ſuis: vel in qualitate rerum ſuarum probabilis non eſt: vt ff. pro ſuo. l. vlti. in fi. & ff. ad Velleia. l. quanquam. ff. loca. & conduc. l. item quæro. §. ſi fullo. & de actione empt. l. tenetur. & j. de reſcind. vend. l. quiſquis. & ff. eod. l. plurimú. niſi in caſu vt cùm tractatur de indebito repetendo: vt ff. de condi. inde. l. ſed & ſi me. & ff. de pact. do. l. inter ſocerum. §. vir. Item non probabilis eſt: vt quando aliquis ignorat quod omnes de ciuitate, vel maior pars ciuium ſcit: vt ff. eodem l. regula. §. ſed facti. & ff. de inſtitoria. l. ſed & ſi. §. proſcribere. Secundum auté diuiſionem primá ſumitur re-
5 gula hęc. † Iuris ignorantia in vſucapione negatur prodeſ-
c ſe[c]: vt ſi putat quis emere ſibi licere a pupillo ſine tutoris au-

thoritate: facti verò ignorantiã prodeſſe cõſtat: vt ſi putabat
eum eſſe dominum, qui vẽdebat, qui non erat: vt ff. eo. l. iuris
ignorãtia in vſucapione. & l. regola. §. q ignorauit. vt ff. pro
empt. ij. §. ſi à pupillo. & de vſucap. l. nunquã. Cui regulæ in
prima parte videtur derogari. Ecce enim fructuarius ancillę
putans eius partum iure vſusfructus ad ſe pertinere: ſi ita er-
rando in iure tradidit bonę fidei accipienti: vſucapio empto-
ri procedit: vt inſtit. de vſucap. §. item ſi is reſpõderi tamen po
teſt iuris ignorantiam non prodeſſe in vſucapione ipſi igno-
ranti, vel errãti. Alij verò puta emptori prodeſſe: nec contra-
ctum videatur vitium furti à venditore, quod indubitanter
etiam emptori impediret vſucapionem: vt inſti. de vſucap. §.
furtiuæ. Item ſi vir vxori credẽti ſibi poſſe donari de iure do-
nauerit, vſucapit vxor: vt ff. pro donato. l. ſi vir vxori. Sed re-
ſponderi poteſt, quòd vxor conſiderato genere, errabat in iu
re: putabat enim omnem donationem inter virum & vxorem
valere: ſed cõſiderata illa ſpecie donationis, non errabat imò
conſentiebat cum viro: erat enim res aliena, quæ donabatur à
viro, in qua quia donator non fiebat pauperior non datur re-
uocatio: vt ff de dona. inter vir. & vxo. l. ſed ſi conſtante.
6 † Item in ſecunda parte regulæ videtur derogari: nec enim
cuiuſlibet facti ignorantia prodeſt: vt ſi puto rem non eſſe
furtiuam quę eſt: vt inſtit. de vſucap. §. quòd autem. Licet re-
ſponderi poſſet hoc ideo contingere: quia lex inhibet vſuca-
pionem: vt inſti. de vſuca. §. furtiuæ ff. de vſucap. l. vbi lex.
7 † Item ſumitur & alia regula[d], iuris ignorantia non prodeſt
d acquirere volentibus: ſuum verò petentibus non nocet: vt ff.
eo. l. iuris ignorantia. cui in prima parte videtur derogari. Ec
ce enim bonæ fidei poſſ. ff. et hereditatis eſſe videtur etiam is
qui errat in iure: vt ſic non teneatur: niſi inquantum locuple
tior eſt, cùm malæ fidei teneatur etiam in eo, in quo non eſt
locupletior: vt ff. de hæred. peti. l. ſed & ſi lege. §. ſcire. & l. ite
veniunt. §. cùm ante, quam. Sed reſponderi poteſt hoc non
prodeſſe in acquirendo: vtpote cùm teneatur reddere id, in
quo non locupletatus eſt. ratione autem eius quo non eſt lo-
cupletatus non prodeſt in acquirendo, ſed in non perdendo.
8 † Item in ſecunda parte videtur derogari circa præſcriptio-
nes, quę ſunt inductæ ad rigorem conſeruandum. Ecce enim
ſi neſciens mihi obſtare præſcriptionem xxx. annor. vel x.
vel xx. vel triennij, tacui his ſpatiis in repetenda re mea: poſt
non admittor, etiam ſi ignorantiam prætendam: vt infrà, de
præſcrip. xxx. annor. l. ſicut & de præſcript. longi temp. l. vl-
tima. Item ſic: ſi tacui in præſcriptione inuentarij faciendi: vt
dicitur infrà, de iure deliber. l. vltima. vel ſi per biennium di-
stuli ſoluere debitum canonem: vt ſ. de ſacroſanct. eccle. au-
then. qui rem. Idem eſt, ſi rem meam quam alius poſſidet, pu-
to mihi licere auferre: nam nihilominus punior: vt Inſtitut.
vi bonor. rapto. §. quia tamen. Idem & quando contra præ-
cepta legum quis comparat: nec enim prætextu ignorantiæ
effugiet pœnas: vt ſi emi rem eccleſiaſticam illicitè, vel cenſi-
tos ſine terra: vt ſuprà de ſacroſanct. eccle. authentic. qui res
& infrà, de agric. & cenſi. l. quemadmodum. Item dero-
9 gatur. ff. de acquir. hæred. ſi duo. † Item prædictę regu-
e lę applicatur, quod dicitur error facti[e] in damnis. vel com-
f pendiis non obeſt. iuris autem error [f] nec fœminis in com-
pendiis prodeſt, in damnis autem non nocet: vt ff. eod. error.
cuius fini derogatur in eo, quod dicit lex, libertum temerè
vocantem patronum in ius, teneri quinquaginta ſolidis, nec
poſſe prætendere ignorantiam iuris vt euitet pœnam: vt in-
frà de in ius vocan. l. ij. Nec diſtinguo vt quidam ignorauerit
ſacras conſtitutiones, an cætera iura, ex eo, quod dicitur in-
frà eodem. l. conſtitutiones. Generale enim eſt, quod dicitur
ſuprà, de legib. & conſtitu. l. leges ſacratiſsimę ab omni-
bus ſciri debent. Item omnia iura ſunt conſtitutiones prin-
cipum: vt ſuprà de vete. iure enuclean. l. j. §. ſed neque. Cæ-
teras quoque eorum diſtinctiones reprobo his ſolis, quas di-
10 co contenius. † Porrò diſtingui poteſt verum ius natura-
le quis ignorauerit, vel quaſi naturale, an cætera iura. Si na-
turale, vt ſi credat ſibi licere impunè pulſare parentem, vel
inopem, non exhibere, vel ſutrinſum non procurare, vel ca-
ptiuum non redimere: cùm ipſe filius ſit maior xiiij. annis,
non parcitur ei quominus exhæredetur: vt in authen. vt cùm

11 de appella. cogno. §. cauſas. † Item & ſi putat ſibi licere
impunè occidere, vel furtum committere, vel rapinam, vel
adulterium, quę etiã iure naturali decalogi prohibita ſunt.
Nã nihilominus tenebitur furti ex illo ſpeciali delicto, quod
iure naturali prohibitum eſt: vt ff. ad legem Iuliam. de adul-
ter. l. ſi adulterium. §. nonnunquam tamen. in fine. ibi, nam &
mulieres, &c. ſecus vbi puto licere mihi rem meam auferre:
tunc enim potius eſt error in iure ciuili, quo putat ſibi licere
auferre, quàm in iure naturali: & ideo excuſatur à delicto
furti. ſed non à pœna conſtitutionis: vt ſuprà dictum eſt.
12 † Et his accedit quod dicitur: eum qui donauit hęredita-
tem cognati proximi viuentis, cùm contra ius naturale, vel
gentium fecerit, carere emolumento ſucceſsionis, vel ſi quis
ſeipſum deferat: vel ſibi legatum adſcribat: vel ſi actori non
denuntiauit vt defenderet, non excuſatur ignorantia iuris:
vt ff. de iure fiſci. lege ſecunda. §. vlti. & infrà, de iis qui ſibi
adſcrib. in teſtamento. l. iij. & de periculo & commodo rei
13 venditę. lege prima. † Adſcribenti tamen poteſt parci de
ęquitate: vt ibidem dicitur. idem, & in quaſi naturali: vt ſ. di-
ctum eſt de liberto & patrono. idemq; in eo qui excuſat na-
nem contra principẽ, cui quaſi de iure naturali debemus re-
uerentiam, vel vectigal non ſoluit: vt ff. de pub. & vectigal. l.
fina. §. licet. Idemq; & in matre quę prętextu ignorãtię iuris
non petiit tutorem filiis. Nam nec excuſatur vt euitet pœnã:
vt ff. qui petant tutores. l. vltima. Et hac ratione creditor
filiifam. quia in iure quaſi naturali errauit. Debuit enim ſu-
ſpicari patrem à filio facilè occidi: vnde ſi crediderit filiofa-
mil. pecuniam, denegatur ei actio: vt ff. ad Macedonia. l. j. Et
mulier punitur, quę nubit intra annum, non ſeruata marito
quòdam reuerentia. Si autem aliquis aliàs erret in iure ciuili,
vel prętorio: ſi quidem certet de damno vitando, non nocet:
vt dictum eſt, argument. huius diſtinctionis, & quod legitur
ff. ad legem Iuliam. de adulter. l. ſi adulteriũ. §. j. in indebito
tamen repetendo ſi erat debitum naturale tãtum nocet igno
rantia iuris: vt j. ad legem Falci. l. error. & plenè dicemus in-
frà de condi. inde. Nec obſtat quod dicitur j. eodem. l. ſi poſt.
quia ibi fuit error facti: vt ſi ſeptẽ ſigilla credebat ibi eſſe, vel
ſecũdum Placentinum ibi non credidit. Si de lucro certet di-
ſtingue: potuit conſulere peritiores, vt tunc ei noceat: an non
potuit. & tunc ei non noceat: vt ff. eodem. l. regula. §. ſed iuris.
14 † Facti autem ignorantia probabilis, prodeſt in compendijs:
& non nocet in damnis regulariter: vt ff. eodem. l. error. & l. in
omni parte. & l. regula. §. ſed facti. & hoc eſt quod dicitur in-
frà eodem. l. cum falſa. Sed ſi profiteatur ſubaudi extra iudi-
cium eſſe maternum, quod erat paternum, non pręiudicatur
mihi tali falſa demonſtratione, niſi tranſigam vel deferam ſa-
cramentum: vt infrà eodem. l. ſi non. in iudicio autem pręiu-
dicaretur mihi: vt ff. de confeſſ. certum: idem ſcilicet quod di-
xi in confitente extra iudicium: & ſi promittam, vel ſoluam a-
liquid per errorem, maximè facti: niſi fortè in ea cauſa quæ
creſcit per Inficiationem: vt j. de condi. indebi. l. ea lege. vbi
plenius dicemus de errore circa indebitum. & hoc in maribus
Fœminis enim parcitur, non tamen ſemper: ſed in caſibus in-
frà deſignatis. vt cecr in deſerta accuſatione per errorem me-
ris. vel non exhibitis inſtrumentis, vel adſcriptis ſibi legatis,
vel ſi ſe detulerit, vel ſi à locuplete debitore ad inopem noua
uerit, vel ſi pro alio fideiubeat, vel in prædio ſuo per incuriam
falſam monetam cudi patiatur: vt infrà eod. l. vlt. & ff. ad Tur-
pil. l. j. §. atqui Papinianus. & l. mulier. & de edend. l. j. §. vlti.
& ad legem Corn. de fal. l. diuus. §. quęri. & infrà de falſa mo-
net. l. j. ff. qui ſatiſd. cog. de die. §. minori. & de iure fiſci. l. ij. in
15 fin. & ff. ſolu. matri. l. ſi cum dotem. §. ſi mulier. † Item hæc o-
mnia in maioribus. minoribus enim ſuccurritur, & in cõtra-
ctibus, & in delictis, quæ non proueniũt ex animo, ſi quidem
per errorem iuris vel facti feciſſe dicatur: vt ff. eo. l. regula. §.
j. & ff. de minor. l. ſi ex cauſa. §. nunc videdum. Item hic in pa-
ganis, militibus enim in iure etiam errãtibus parcitur. Ait e-
nim Imperator: milites enim arma ſcire volumus, & non le-
ges, vt infrà de iure deliber. l. vlt. ſubueniri eis tamen videtur
errantibus in iure quãtum ad exceptionem, non quantum ad
actionem. vt j. cod. l. j. Item hoc in iis quæ aguntur extra iu-
dicia. nam in iudicijs expoſita cõfeſsio per errorem iuris no-

16 cet:vt ff. de confeſſ.l.non fatetur. † Eſt ergo diligenter no-
tandum quis ignorans velit ſibi ſubueniri & vtrum in lu-
b cro, [b] an in damno, & pro qua ignorantia. Item vtrum ad
actionem,an ad exceptionem,& quando hoc eſt,vtrum ante
ſententiam,vel poſtea? Nam poſt ſententiam non licet prę-
tendere etiam errorem facti,niſi in caſu:vt infrà eod.l. error.
& ff. quando de pecul.act.eſt annalis.l.quęſitum.& fortè eſt
in illo caſu : ideo quia non erat ſpecialis error errantis , imò
communis,vel prętédebat errorem ſuum,& dolum,vel ſcien
tiam aduerſarij:vt ff.de iud.l. ſi prętor. § marcellus. & j. de
teſta.l. teſtes. Et hęc prout breuius & vtilius potui de igno-
rantia iuris , & facti tradidi. nec pleniſſimè ſub regula tradi
poteſt: quando hic vel ignorátia illa noceat,vel non noceat:
quia definitiones hic maximè periculoſę ſunt, cũ fere omnes
17 ſubuertantur:vt ff.de regul.iur.l.omnis definitio. † Porrò
caſus digniores quoſdam in medio referam. Ignorantiam
enim in delictis reperio quandoque excuſare , in quibus do-
lus ſolus punitur : vt ecce ſi re commodata , vel depoſita à
te vtar aliter quàm acceperim : vt ff. de furtis. l. qui re ſibi.
Idem & ſi in teſtamento ſeruo meo adſcripſi,quem putabam
alienum : nam non punior : quia culpa etiam lata in publicis
accuſationibus , pro dolo non punitur: ſicut & è contrario
excuſor cùm adſcripſi ſeruo quem putabam meum , ſed erat
alienus:vt ff.ad leg.Cornel.de fal.l.impuberem.§.j.& ad leg.
Cornel.de ſicar.l.in lege. Sed contrarium reperio in actione
iniuriarum : vt ſi facias mihi iniuriam , cùm putas me alium
eſſe quam ſim , vt ſi credis me filiumfa. eſſe, nun tamen ſcias
cuius,teneris:vt ff.de iniur.l.eum.§.at cùm aliquis. At in cõ-
tractibus non excuſatur: vt ecce ſi vendideris fundum mino
ris modi quàm dixeris: vel rem vitioſam quaſi ſanã, vel quaſi
ſubiectam minoribus tributis , quàm eſſet , teneris : vt ff. de
actio.empt.l. tenetur. & de edilit. edict. l. j.§. cauſa. & j. de
action.empt.l.ſi minor.& eſt fortè ratio:quia non debet de-
cipi alter,id eſt,emptor qui numerat pecuniá ſuam : vel quia
venditori imputatur quòd vires rei familiaris ante non no-
uerat:vt j.de reſcind.vend.l.quiſquis.vel quia venditor teme
rè aſſeuerauit minorem captiuonem, cùm fortè ignoraret : vt
ff.de actione empt.l.Iulianus.§.quid tamen.Item in arbitris,
per errorem compromiſſo facto de famoſo delicto excuſat
aliquem à pœna:vt ff. de arbitr. non diſtinguemus. §. Iulia-
nus indiſtincte. Item in iudiciis,vt valeat ſententia,prodeſt
allegare ipſius iudicis errorem. ſcilicet, ſi ignorabat ſucceſ-
ſorem aduenisse:vt ff.de offi. præſid. l. ſi fortè. Partium au-
tem error,item populi,quandoque prodeſt:vt valeat ſenten-
tia eius ſi eum liberum eſſe & iudicem eſſe putabam:vt.ff.de
offic. prætor. l. Barbarius. ſecus ſi putarem eum alium eſſe
quàm eſſet:vt ff. de iuriſdict. omnium iudic.l.ſi per errorem.
In teſtamentis etiam error teſtatoris,& teſtium. Item popu-
li. circa teſtem,qui credebat liberum prodeſt:vt teneat teſta-
mentum: vt j.de teſta.l.j.

ANNOTATIONES.

a Quãdoque probabilis. Adde Spe. in tit. de teſte. §.j. verſi. itẽ articuli. & in ti. de aduo. §. iij. in prin. Alexa. in l. vſucapio. ff. pro ſuo. & in cõſil. ccxiiij. in ij. volu. & in l. peregre. in princ. de acqui. poſ. docto. in l. quis delegauerit. de nouatio.

b Non in ſuo. Imo aliquando in facto proprio tolerabilis eſt ignorantia: puta quando eſſet de longinquo. l. peregre. ff. de acquir. poſ. doct. in l. non fatetur. ff. de confeſ. moder. in l. error, infra eo. vel quod eſſet implicitum, & intricatum. l. pe. ff. de confeſ. doct. in d. l. error.

c In vſucapione negatur prodeſſe. Adde ſing. glo. in l. ſi fur. §. j. ff. de vſucap. Ludo. ro. in ſing. ſuis ver. ignorantia. Quotuplex autem ſit ignorantia, & in quo ab errore, & titubatione differat: de quibus in princip. t. diſſerit iſte doctor, & alia multa ad materiam huius capituli facientia, vide peregregium doc. d. Lucam de penna. in l. generali. nume. 4. 13. 17. cum plu. ſeq. de tabu. lib. x. char. cxlvij.

d Regula. Pro iſta regula eſt text. in l. ij. infra eo. & in l. ſequen. & ibi vide rationem.

e Facti. Circa errorem facti datur regula, quòd quando aliquid eſt dictum, vel factum, vel omiſſum per errorem facti, poteſt reuocari vſque ad ſententiam, probato errore, tex. infra eo l. error. & hoc etiam procedit indubitanter, l. fin. §. ſi autem neſcius. C. de fur. & ibi Cy. Bart. & Bald.

f Iuris autem error. Adde ad hoc Bart. in l. nec paſſim. hoc eo. titul. quibus caſibus autem talis error non noceat. vide doct. in l. i. ff. de condi. inde Paul. de ca. in conſil. cxxxiiii. in ii. vol. Alexand. in conſil. xx. in iiii. vol. vbi ad materiam multa cul.

g Verum in lucro. Ad materiam huius concluſionis. & multarum præcedentium & ſequentium, vide Bart. in l. ſi emancipato. hoc eo. ti. Bal. & doct. in l. iuris. C. qui admitti. & ibidem copioſe do. Alexan. & eundem Alexan. in l. non fatetur. ff. de confeſ. multa ad materiam per do. Paul de caſtr. in conſil. clxxix. in primo volu. quod omnino vide.

De precibus Imperatori offerendis, & de quibus rebus ſupplicare liceat, vel non. *Rubrica.*

1 *Preces qualiter offerri debent.*
2 *Supplicare qui poſſint.*
3 *Subiecti principi poſſunt ſupplicare ei, vt puniat præſidem qui furtum commiſit, etiam durante officio.*
4 *Supplicare licet vt electio facta per pecuniam, vel alias contra legem, reducatur in melius.*
5 *Supplicare licet pro moratoria præſcriptione, non peremptoria.*
6 *Supplicare licet pro iis quæ fiſco damnoſa non ſunt.*
7 *Supplicare licet pro iis quæ non ſunt de iure communi contraria.*
8 *Crimen & pœnas criminis ſupplicanti remitti poſſunt.*
9 *Supplicari quando liceat à ſententia præfecti prætorio.*
10 *Quibus perſonis ſupplicetur.*
11 *Supplicationis effectus qui ſint.*

POST tractatum diuinorum ſacrorum , corun-
démque miniſtrorum tractauimus ſ. de humanis
ſacris,id eſt, de legibus:vnde conſequẽs eſt vt vi
deamus de miniſtris humanorum ſacrorum , id
eſt,legum: quarum quia dominus Imperator caput eſt & mi
niſter: de Imperatore audiamus: & quia ipſe non temerè,ſed
per preces eſt adeundus , videamus de precibus Imperatori
1 offerendis:& de quibus rebus liceat porrigere preces. † Vi-
a deamus ergo qualiter debeant offerri preces[a]: & à quibus &
de quibus. Et quidem offeruntur conſiderata conſuetudi-
ne,& iure. Conſuetudine, vt quia capello , item pallio tete-
cto, genibus flexis, preces humiliter porrigendæ ſunt. Iure:
quia breuiter eſt ei exponẽdum negotium: & non omnia ver
ba inſtrumentorum quæ ſunt in libello precum proponen-
da : ſed ea tantùm de quorum ſenſu inter partes fuerit dubi-
2 tatum: vt infrà eod. l. vltima. † Poſſunt autem ſupplica-
re liberi non ſerui , niſi in crimine læſæ maieſtatis , vel niſi
pro neceſſitate domini ſui : vt infrà eodem. l.j. & infrà ad le-
gem Iul. maieſtat. l. nullus. & idem fortè in caſibus, in qui-
bus ſeruo permittitur agere , vel confugere ad principem:
pro eo quod opprimitur à domino ſuo : vt ff. de iudic. l.
vix certis. & ff. de iis, qui ſui vel alieni iuris ſunt. l. ij. Si ta-
men etiam ſeruo ſupplicanti indulgeatur , reſcriptum te-
net: vt infrà eod. l. vniuerſis. licet autem ſupplicare pro
hæreticis vt fecit dominus Papa , ſuprà de ſumma trinita.
l.vltima. §. ſed quia gremium. rogando principem : vt ſi er-
rore depoſito reuerti voluerint , indignationis remittat Im-
perator aculeos. Item pro minore damnato à principe quã-
doque (licet rarò) permittitur ſupplicare pro beneficio in
integrum reſtitutionis,dum minor dicit ſe proditum ab ad-
uocatis: vt ff. de mino. xxv. annis. l. minor autem. §. ſi an-
3 tem. † Item durante officio præſidis eius ſubiecti ſupplica-
re poſſunt principi , vt furtum eius puniat , vel crimen, ſi
probetur aurum dediſſe pro conferenda ſibi adminiſtratio-
ne: aut ſi probetur aurum accepiſſe ex adminiſtratione , vt in
authentic. vt iudices ſine quoquo ſuffr. §. ſi quis autem præ-
4 ter. † Item licet ſupplicare pro eo quòd ordinatio clericorum facta ſit per pecuniam, vel malè cõtra legem, vel ad me-
liorem ſtatum redigatur & præuaricatoribus pœna impona
tur : vt in authen. quomodo oporteat epiſcop. §. vltimo.
5 † Item licet ſupplicare pro moratoria præſcriptione , non
6 pro peremptoria : vt infrà eodem l. quoties. † Item
pro iis , quæ non ſunt fiſco damnoſa , alioquin ſi ſupplice-
tur pro iis quæ ſunt damnoſa , & obtineat ſupplicator, non
debet

debet obſecundari primæ iuſsioni, ſed debet expectari ſecunda: vt j. eodem. l. nec damnoſa fiſco. & in authētic. vt nulli iudic. §. & hoc verò iubemus. & de mandat. princip. §. deinde competens eſt. hęc tamen authent. dicit omnino reſpuendam primam iuſsionem, niſi ſit pragmatica ſanctio: ex ea tamen quamuis recipiatur, nihil agitur, niſi fiat ſecunda iuſsio.

7 † Item licet ſupplicare pro iis, quæ non ſunt iuri communi contraria. alioquin non tenet reſcriptū: & à quolibet iudice debet refutari: niſi fortè eſt aliquid quod non lædat alium, & proſit petenti: vt ſi mulier mortuo marito impetrat, vt fruatur dignitate prioris mariti: vt. ff. de ſenat. l. nuptæ. vel cùm impetrant præpoſiti ſacri cubiculi vt fruantur inſignibus dignitatis. cùm vadunt ad inſpiciendos agros ſuos: vt j. de præpoſitis ſacri cubicu. vel ſi lædit alium, non lædit multùm: vt dictum eſt in moratoria præſcriptione: & dicitur aliàs ff. ne quid in loco publico. l. ij. §. ſi quis à principe. & ne quid in flumin. public. l. j. §. ſunt qui putant. Et ſimilia notari poſſunt in iure, quod in libris noſtris reconditum eſt: vt ff. de religio. l. ſi quis ſepulchrum. & locati & conducti. l. habitatores. &

8 ſi vſus fruct. petatur. l. j. §. vltimo. † Idem eſt ſi crimen, vel criminis pœnas ſupplicanti indulgeat: vt j. eodem. l. reſcripta. vt dicitur de muliere nubente intra tempus luctus, quæ impetrat abolitionem infamiæ. Et idem in ſcænica muliere, & in aliis multis: vt j. ad Tertulian. l. ſi qua. & j. de nupt. l. imperiali. & inſtitutio. de iure naturali. §. ſed & quod princip. de iis tamen reſcriptis iuri contrariis dicemus plenius j. ſi

9 contra ius &c. † Item licet ſupplicare à ſententia pręfecti prætorio ſemel tantùm, ſi cognouit de cauſa principaliter. Si autem ideo, quia appellatum eſt ad eum ſecundò, nec ſemel ſupplicari poteſt: & in hoc caſu non habet priuilegium præfectus: vt infrà eodem. l. ſi quis. & vt in rubrica illa dicitur: ne liceat in vna eademque cauſa tertio prouocare, vel poſt duas ſententias iudicum, quas definitio præfectorum

10 corroborauit eas retractare. † Supplicabitur autem vel eiſdem præfectis, vel aſſeſſoribus eorum vel introducentibus cauſas: vt videtur voluiſſe Hyr. ex authentic. ſignata. infrà eodem titulo. Vel (quod eſt verius) petitio ſupplicationis, hoc eſt, ipſe libellus ſupplicationem continens offerri poteſt: vel cauſas introducentibus: id eſt, executoribus, vel referendariis: vt infrà authen. de referendariis. & vt litigantes iurent. §. vltimo. vel aſſeſſoribus præfecti: vel ipſi præfecto vel principi. ſed cauſam ſupplicationis audire, & examinare, & definire ſolus debet præfectus, vel princeps. Et ſi quidem ſupplicetur intra decem dies: nihilominus mandatur executioni ſententia præfecti: vt tamen victor ſatiſdet de reſtituendo tantundem, ſi legitimè reſoluatur ſententia. Si autem non ſuplicetur intra decem dies, mandatur quidem ſententia executioni. & ſine fideiuſſore: vt tamen victus intra biennium ſupplicare poſsit principi, computādum poſt ſucceſsionem iudicis. quod paſsiuè intelligo, id eſt, poſtea quàm Imperator ſucceſsit. vt infrà de ſenten. pręfect. prǽto.

11 l. j. † Et ex his cuilibet patet, ſupplicationem non ſortiri naturam appellationis, cùm ea fiat ſemel tantùm. Item non impedit executionem. Item in ea non prætenduntur vetera. In appellatione contra: vt ff. de minorib. l. pręfecti. & ff. nihil nouari appellatione pendente. l. j. Item & res multæ, de quibus ſupplicare non licet, ſicut & quilibet proponere poteſt, ſecundum illud generale reſcriptum principis nullius eſſe momenti.

ANNOTATIO.

a Offerri preces. Ad huius concluſionis & totius materiam vide Spec. in tit. de ſuppli. §. j & ij. Bart. in l. fina. C vt lit. penden. Bald. & doct. in l. j. C. ne liceat in vna cauſa. do. Iaſ. de May. in authen. quæ ſupplicatio. in vlti. col. hoc eod. titu. multa per domi. Alexandr. in conſil. xxxiiij. in primo volu.

Quando libellus principi datus litis conteſtationem faciat. *Rubrica.*

1 *Supplicatio principi facta an, & quando obtineat vim litis conteſtationis.*

2 *Supplicatione qua actiones perpetuentur.*

1 SICVT patet † ex rubrica, ſupplicatio principi facta, ſi tamen imperator ad eam reſcribat, vicem obtinet litis conteſtationis: quantum ad hoc vt perpetuetur in triginta, vel fortè in quadraginta annis, ſicut in conteſtatione dicitur infrà de anna. except. l. j. item ſit trāſitoria ad hæredes, & contra hæredes: vt l. j. & ita poteſt intelligi quod dicitur ff de actionib. & obli-

2 gationib. l. conſtitutionibus. Hęc † tamen non habent locum in qualibet actione, ſed in prætoria & annali. ciuiles enim ſolitis, & cōmunibus modis tantùm perpetuantur, vt conteſtatione, & executoris conuētione, debiti agnitione, non autem ſola libelli oblatione: vt j de præſcriptio. xxx. ann. l. ſicut. & l. cùm notiſsimi. in princi. & §. ſed & ſi quis debitorum. Et ex his etiam caſibus ſit tranſitoria ad hæredes vel contra. vt ff. de action. & obligatio. l. conſtitutionibus. In caſibus tamen etiam ciuiles actiones perpetuantur ſola libelli oblatione: hoc eſt, cùm impeditor litem conteſtari contra reum, vel propter furorem ſuum: vel dignitatem, vel abſentiam, vel infantiam: vt j. de annali except. l. vt perfectiùs.

Vt lite pēdente, vel poſt appellationem, aut definitiuā ſententiam, nulli liceat ſupplicare. Vel ſic: Vt lite pendente, ſubaudi principalis cauſæ, vel poſt prouocationem, ſcilicet pendente cauſa appellationis: aut poſt definitiuam ſententiam, ſcilicet quæ non poteſt retractari per appellationem, nulli liceat Imperatori ſupplicare. *Rubrica.*

1 *Supplicatio quando principi offerenda.*

2 *Supplicare quibus caſibus, lite pendente, liceat.*

DICTVM eſt quis ſupplicet & cui & de quo:

1 nunc † videndum quando ſit ſupplicandum. Et quidem ſi ſupplicetur ante litem conteſtatam admittitur ſupplicatio pro executione iuris cōmunis. vel iuſtitia cōmuni: ſi tamen præſes, vel defenſor loci, primo fuerit aditus: qui circa ius cōmune partes ſuas ad plenū non potuerunt accōmodare: vt in authentic. de mandat. princip. §. ſi ibi quoque. & vt differētes iudices in princip. & §. ſi quis autem. ſi autem fiat ſupplicatio, vt detur priuilegiū: tenet etiam bis pretermiſsis: quia nec ſufficientes eſſe potuerūt in dando priuilegium. ſi verò fiat poſt litem, nullo modo te-

2 net: vt in rubric. & infrà eodem. l. vltima. † In caſibus tamē ſupplicatur, etiam pendente lite, bene eſt, vt edantur acta, vel ſententiæ editio. id eſt, ipſa ſententia edita: vt infrà eodem. l. ſecunda. vel vt alius aſſocietur iudex: vel vt terminetur cauſa, vel vt citiùs ipſa finiatur: vt in authētic. in medio litis non fieri ſacras for. §. ſuper hoc. collatione octaua. Illud nota, quòd locum habet hæc rubrica, quando ſupplicatur pro iis quæ ſunt inter partes in lite. Pro his autem quæ non ſunt in cōtrouerſia, quandocunq; etiam licet ſupplicare, ſcilicet, vt detur priuilegiū ducendi aquam de flumine publico vel ædificādi in publico ſine magno incōmodo aliorum: vel ne petatur ad tēpus, quod certum eſt deberi: & idem in cōſimilibus.

Si contra ius, vel vtilitatem publicam, vel per mendacium fuerit aliquid, vel poſtulatum, vel impetratum. *Rubrica.*

1 *Reſcriptum contra ius Dei, & ſanctorum reſpuendum.*

2 *Reſcriptum lædens ius naturale, eſt nullum.*

3 *Reſcriptum contra ius ciuile lædens aliquem, non valet.*

4 *Reſcriptum impetratum per mendacium, eſt nullum*
5 *Reſcriptum aliàs iuſtum per mendacium inualidatur.*
6 *Reſcriptum in quo quis ignorat vel ex ſimplicitate mentitus eſt, valet.*
7 *Executor cui falsò narratum fuit, an litem redintegret.*

QVIA de rebus illis, de quibus ſupplicare non li-
cet, contra ius impetrãtur reſcripta, ponit ſi con-
tra ius reſcriptum fuerit impetratum: & ea occa-
ſione ſubiecit generaliter, ſi impetretur contra
1 vtilitatem publicam, vel per mendacium. † Sciendum eſt
a ᵃautem, quòd ſi reſcriptum, vel priuilegium contra ius Dei,
apoſtolorum, euangeliſtarum, prophetarum indulgeatur,
omnino reſpuitur: quia ſuperioris leges tollere non poteſt:
cùm aliàs ſit prodiium, quòd par pari imperare non poteſt:
vt. ff. de arbitris. l. nam magiſtratus. & ff. ad Trebellianum. l.
ille à quo. §. tempeſtiuum. Licet autem non tollat, diſtingue-
re, tamen poteſt pro qualitate perſonarum, & publica vtili-
tate. Nam & Apoſtolus ait: Omnis anima ſubdita ſit regi,
tanquam præcellenti: & ducibus ab eo miſsis. licet ergo dicat
veritas: In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum: diſtin-
guitur tamen per legem, ſi ſint infames, an non. Item diſtin-
guitur teſtamentum ab alijs: quia propter infidelitatem ho-
minum ſuſpectam ampliorem numerum expoſtulat: vt infrà
de fideicommiſſ. l. vltima. & de teſtamen. l. iubemus. ſi tamen
ſit contra ius humanum: aut eſt in læſione alterius, aut non.
2 † Si eſt in læſione alterius, ſiquidè lædatur in eo, quod ei
cõpetit de iure naturali, nullũ eſt: quia iura naturalia dicun
tur immutabilia: vt inſtitut. de iure naturali. §. penultimo.
hoc fallit in caſibus: vt infrà de quadrien. præſcriptio. l. vlti-
ma. & de vend. rerum fiſc. l. fina. & infrà eodem. l. j. Et obti-
net hæc regula: niſi iuſta cauſa interueniat, puta delictũ per-
ſonæ: vt infrà per totum titulum. de bonis dam. vel publica
vtilitas. vt in itinere concedendo ad ſepulchrum alienũ: vt ff.
de religio. l. ſi quis ſepulchrũ. Et idem in ſeruo priuati. quem
in libertatem eripere licet, ex eo quòd in publicũ defert adul-
terum, vel fabricatorẽ falſæ monetæ: vt infrà pro quibus cau-
3 ſis ſerui ad libertatem perducantur. per totum. † Si læda-
tur in iure ciuili, puta circa actiones, quæ omnes inductæ ſunt
à iure ciuili: vt ff. de origine iuris. l. ij. Ita quòd perimatur ius
omnino, vel ex toto agendi deneget poteſtatem, non tenet:
vt infrà eod. l. vltima: niſi adiiciat, non obſtante lege aliqua.
argument. ff. de legatis tertio. l. ſi quis in principio teſtamen
ti. & infrà de teſtament. authentic. hoc inter liberos. nec
enim veriſimile eſt, quòd imperator voluerit ſeruare reſcri-
ptum: cùm ipſe in præcedenti lege præcipiat iudici cuilibet
ne reſcriptum contra legem admittat: vt infra eod. lege vlti-
ma. & infrà de inofficio. teſtament. l. ſi quando. in principio.
Item veriſimile eſt quòd improba inhiatione indulſerit: vt in-
frà de petitione bono. ſubla. l. j. & ff. de minoribus. l. denique.
in princ. & C. ſi nuptiæ ex reſcript. pe. l. vltim. Sed ſi non peri-
matur, ſed differatur: vt tenet. ſ. de precib. imper. offer. l. quo-
ties. Item & vbicunq; conceditur, quod lex dicit poſſe conce-
dere: vt ff. de ſenat. l. nuptæ prius: Nam & hic vix inuenies ſic-
ſiniſi non lædatur, vel parum lædatur alter: vbi autem non
læditur quis, vel parum læditur, tenet: vt ſuprà de precib. im-
perat. offeren. l. reſcripta. & infrà de diuerſ. reſcript. l. ſacrile-
gij. Si autem reſcriptum indulgetur contra publicam vtilita-
tem, non tenet, ſed oportet vt fiat ſecunda iuſsio: vt diximus
ſuprà de precib. impera. offeren. l. nec damnoſa. authentic. vt
4 nulli iudic. §. & hoc iubemus. † Vbi autem per mendacium
impetratur: ſiue quis mentietur principi in iure ſcripto: in quo
tamen non eſt veriſimile principem decipi: quia in eius ſcri-
nio omnia condita ſunt iura: vt infrà de teſta. l. omnium. ſcili-
cet, dicendo aliter legem ſtatuere, quàm ſtatuat, vel in iure
non ſcripto, id eſt, conſuetudine, in quo faciliùs decipi poteſt
princeps. ſiue mentiatur in facto, dicendo ſe non accepiſſe pe
cuniam mutuò, vel accepiſſe, ſed ſine tutoris authoritate: ſiue
mentiatur in fraudem tacẽdo: vt quia cùm ſit libertus alienus
hoc tacito, faciat ſe arrogari vt ingenuum: cùm non poſſit de
iure, vt ff. de adopt. l. ſi paterfa. in fin. & de in ius vocand. l. ſed
ſi hac. §. ij. vel tanquam dominus rei, vel creditor pecuniæ, im
petrat reſcriptum ad iudicem certum, hoc tacito, quod poſ-
ſeſſor, vel debitor ſit, iam ab eo abſolutus, tenet reſcriptum
in his omnibus mendacijs impetratum: vt tamen datus iudex
pro tenore veritatis cauſam examinet: & eam definiat, non
pro affirmatione deprecantis, id eſt, pro mendacijs in depre-
5 cando admiſsis. vt infrà eod. l. præſcriptione. † Et licet re-
ſcriptum vel priuilegium aliàs eſſet iuri conſentaneum. vt
quia non lædit alium, & prodeſt petẽti, vel crimen ſupplican-
tibus indulget, vt ſuprà de precib. imper. offeren. l. reſcripta,
non tamen tenet propter mendacia ſupra dicta, vel conſimi-
6 lia, licet quidam dicant vt infrà eod. l. & ſi legibus. † Dicit
ᵒ enim Papa in decretali ſua, ᵒ quòd priuilegium non tenet, nec
reſcriptum. ſuper cauſa cognoſcenda, vnde nec delegatio te-
net, nec iudex datus cognoſcet, ſi dolo mentitus eſt ſuppli-
cans. Si verò ignoranter, vel ſimplicitate mentitur, in his pro-
pter quæ non ſit veriſimile minus indultum, reſcriptum tenet,
alioquin cõtra. vt tamen cognoſcat de hoc ipſo ſit mentitus,
vel non, propter dubitationẽ, ſed certè lex noſtra loquitur
in fraude tacendi: & tamen dicit datum iudicem debere co-
gnoſcere, & ſententiam ferre: ſed & lege Cornel. de falſis te-
netur, qui obtinuit priuilegium per mendacium: vt ff. ad legẽ
7 Cornel. de falſis. l. ſi quis. † Sed & ſi imperator non cogni
tionem, ſed executionem mandet, credens affirmãti falsò pro
ſe latam ſentẽtiam, cùm non eſſet ille, cui mandata eſt execu-
tio ex integro, ſi mandatum interuenerit, audiet principale
negotium: vt infrà eodem. l. & ſi non cognitio. quod non au-
diret, ſi verè iudicatum fuiſſet: vt infrà, de executio. rei iudic. l.
ſi, vt propoſuis. vel ibi loquitur in executione prætoris. hic in
executione principis, vel ibi erat commiſſa executio ratione
officij impendendi tantùm: hic ratione iuriſditionis & diſtri-
ctus: & maximè ſi aliàs, res erat de territorio ſuo: vt infrà de
iudic. l. properandum. §. ſin autem. Sed punitur iudex. qui non
admiſit argui precum falſitatem, in decem libras auri: vt infrà
8 eodem. l. puniri non † ergo timeant miſeri epiſcopi. vel indi-
ſcreti prælati ſe degradari, ſi illud non effectui mandãt, quod
præcisè iniungitur: cùm ſecũdum veritatem, & iuſtitiam pro-
cedendo legi, & per hoc domino papæ obedire videantur, &
teneantur: vt infrà de appellationibus. l. vltima in fine. etenim
aliàs in ſermone quædam tacitè excipiuntur: vt in reſtitutione
natalium, quæ priuilegium continet. & conceſsione ſeruitu-
tum vt ff. de natal. reſtitu. l. j. & de ſeruitut. l. ſi cui. & in diui-
nis quod poſt quadraginta dies Niniue ſubuerteretur: ita &
in his reſcriptis priuilegium, vel non priuilegium contineat,
veritas tacita pro expreſſa debet reputari: vt ſecundum eam
fiat proceſſus negocij, vt dictum eſt: nam & contra ſenſum
principis æſtimatur elicita: vt infrà: qui milit. non poſſunt
l. quinta.

ANNOTATIO.

a Sciendum eſt. Vide ad huius concluſionis & totius capituli materiam Bald. & doctor. in l. fin. verſic. Quarta quæſtio. hoc eod. tit. & in l. reſcripta. C. de precib. imperat. offer. Bartol. in l. j. verſic. quæro nunquid reſcriptum. ff. de conſtit. princ. Ioan. de Ana. in conſil. clxxx. incipien. circa primum conſultationis articulum. verſi. conſi mo hanc reſponſionem. char. xxxv. vbi in terminis habet iſtam materiam. Decretali ſua. cap. ſuper literis. ext. de reſcript. adde cap. ſedes. eod. titu. in fi. cum ait: quia fraus & dolus patrocinari non debent, & mendax precator careat penitus impetratis.

De diuerſis reſcriptis, & pragmaticis ſanctionibus. *Rubrica.*

1 *Reſcripta indulgeri debent prepoſito die & conſule.*
2 *Murex eſt piſcis quidam, conchylium eſt animal quoddam ſine capite.*
3 *Annotatio quæſtoris neceſſaria eſt in reſcripto.*
4 *Reſcripto ſemper inſeri debet clauſula, ſi preces veritate nitantur.*
5 *Concluſio ſi inſeratur in iis, quæ aſſerit Imperator, præſumitur quod aſſeritur verum eſſe, niſi mendacium probetur.*
6 *Reſcripta valent ſine temporis præfinitione, quando aliter dictum non fuit.*
7 *Pragmatica ſanctio quid ſit.*

DICTVM

DICTVM eſt ſuprà de reſcriptis, quæ ſunt cõ
traria iuri: nunc audiamus de diuerſis ab his, id
eſt, quæ ſunt ſecundum ius. vel ſic, ſuprà tracta-
uit de reſcriptis in ſpecie: nunc ponit in genere.
primò dicit de diuerſis, id eſt, de variis reſcriptis: ſicut & illa
rubrica intelligitur de diuerſis & tẽporalibus præſcriptio-
a nib. ff. Videamus [a] itaque qualiter reſcripta ſunt indulgenda
& ad quos, & vſquequo porrigatur eorum beneficium.
1 † Et quidem indulgentur præpoſito die, & Conſule: licet de
Conſule non teneat hodie conſuetudo: vt infrà eodem. l. ſi
qua beneficia: Hic autem de die menſis poteſt intelligi: ſed &
fortè dies incarnationis Domini exprimitur: vt inchoetur
inſtrumentum autore Deo, & ſupponitur indictio, & no-
minabitur Imperator, & eius imperij tempus: vt in authen-
tic. vt præponatur nomen Imperatoris documentis. collat.
quinta. Item debet ſcribi reſcriptum purpurea ſcriptura &
2 ſignari colore cocti muricis, & triti conchylij. † Eſt au-
tem murex piſcis quidam, qui debet coqui. Et conchylium
eſt animal quoddam ſine capite quod debet comburi, & vter
que teri, vt ex eis fiant ſigna in reſcriptis. Item debet ſubſcri
3 bere Imperator, vt j. eod. l. ſacri affatus. † Item ſubiici debet
annotatio quæſtoris, qua contineatur inter quos, & ad quem
iudicem, & per quam perſonam fuerit directa iuſsio princi-
pis, id eſt, ipſum reſcriptum, vt in authentica, vt diuinæ iuſ-
ſiones habeant ſubſcriptionem, glorioſiſsimi quæſto. colla-
4 tione octaua. † Item ſemper debet inſeri illa conditio: ſi pre
ces veritate nitantur, & ſi non monſtretur inſerta, non valet
reſcriptum: vt infrà eodem. l. vltima. & ideo errauit Placen-
tin. qui dixit valere reſcriptum, etiam ſi non inſeratur condi
tio, quia ſubauditur ſecundum eum. lex enim prædicta ex-
5 preſsè dicit contrà eum. † Item ſi inſeratur conditio, in iis,
quæ aſſeruit Imperator, præſumitur verum eſſe quod eſt aſ-
ſertum, niſi is contra quem producitur, probet mendacium.
ſecundum Placent. Si verò non inſeratur, præſumitur contra
impetrantem. & ideo probare debet ſe apud principem veri-
tatem affirmaſſe. hęc certè diſtinctio non probatur lege.
6 Valent reſcripta iis quibus indulgentur. † Item ſup-
plicantibus omnibus licet vni tantùm indulgeatur, vt infrà
eodem l. prima. Item valent ſine præfinitione temporis, niſi
aliter dictum eſſet: vt infrà eodem. l. falſò. & accommodatur
eis fides ſi ſunt originalia, non exempla: vt infrà eodem. l. ſan
cimus. Quod autem dictum eſt in reſcriptis, idem ſeruatur
7 in pragmaticis ſanctionibus. † Eſt autem adnotatio reſcri
ptum principis, eius proprio motu indultum. Pragmatica
b ſanctio [b] quod conſilio procerum ſtatuit, & ſanxit, nec indul
getur ſuper priuatis negotiis ſingulorum, ſed vniuerſitatis,
vt j. eod. l. vlti. §. vltimo.

ANNOTATIONES.

a Videamus. Ad huius tituli & propoſitionis materiam vide Bartol. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius Bald. in l. final. C. hoc eodem titul. doct. in l. ſed ſi hac. §. patronum. poſt gloſſ. in verſicul. per obreptionem. de in ius vocand. & in l. à diuo Pio. ff. de re iudica. Alexand. de Imol. in l. ex facto. in princip. de vulga. & pupilla. & in l. beneficium. de conſtit. princip. l. ſ. de may. poſt gloſſ. in l. final. C. ſi contra ius. Alexand. in conſil. xlj. in quarto volumin. & in conſil. lxxiiij. incipien. in cauſa vertente. ſecundo volumin. Ioan. de ana. in conſil. xciij. domi. Bartho. Soci in conſilio. clxix. incipien. circa primum. verſiculo. prima ratio eſt. cum plu. ſeq. xxvj. alia vide per te.

Colore. Textus conſtitutionis Leonis, quæ eſt l. Sacri affatus. hoc tit. ſic habet. ſcilicet vt cocti muricis & triti conchylij ardore ſignetur.

Adnotatio. Vide Alc. in leg. iubemus nullam. C. de ſacroſ. eccl. Pragmatica ſanctio. Quid ſit pragmatica ſanctio adde gloſſ. in cap. j. de rerum permuta. extra. eſt & alia gloſſ. in capitu. peruenit ei. diſtinctio. & authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oportet, Hieronymus Gigas.

Reſcripſit. Reſcriptum eſt mandatum principis, quod ad inſtantiam alicuius vel aliquorum, ſeu proprio motu, vel ex relationibus abſentium, vel ſuggeſtionibus præſentium, vel ad conſultationem facti, vel cũ aliquid alicui, vel aliquibus, corpori, collegio, vniuerſitati, & ciuitati mandatur. Tale enim reſcriptũ ius facit, non quidem generale, ſed ſpeciale in negotiis & inter perſonas, inter quas promulgatũ fuit, C. de legib. l. ij. Reſcriptorũ autẽ quædã ſunt ſecũdum ius, quædã præter ius, quædã contra ius. Si autem contra conſuetudinẽ reſcriptũ ſit, tunc præualet conſuetudo præſcripta: quia etiam præualet iuri. extrà. de reſcrip. c. ſi. Sed & ſi contra fiſcum vel vtilitatem publicam reſcriptum ſit, reſpuitur prima iuſsio & expectatur ſecunda. C. de precib. imp. offer. l. nec damnoſa fiſco & in authen. vt nulli iudicium. col. ix. §. & hoc quoque: Si verò reſcriptum ſit contra ius priuatæ perſonæ, diſtinguendum eſt, aut quia continet modicam læſionem, & tunc valet, C. de precib. imp. offe. l. quoties. Si verò contineat magnam læſionem, non tenet arg. l. rem maioris. C. de reſcind. vendi. Reſcripta autem ſecundum quoſdam, perpetua ſunt, ſicut & iuriſdictio. C. de diuer. reſcrip. l. falſò. & arg. C. de conſt. pec. l. ii. Sed non extenduntur ad lites futuras, quæ non erant tempore impetrati reſcripti: extra tit. de reſcrip. c. ſi. Generalia autem reſcripta ſunt, in quibus generales clauſulæ continentur. Iuriſdictionem cõferunt reſcripta omnia in quibus cauſæ cognitio demandatur: id quod ex forma eorum colligitur. de quo extra. de offi. delegati, C. cũm te. Reſcriptum autem debet apparere non vitiatum, non cancellatum, ſine reprehenſione chartæ, vel literæ. argu. C. de edicto di. Hadri. tol. l. ij. extra. de priuil. c. olim. in glo. ſuper verb. cũm verò. Quod tamẽ intelligas in loco vbi eſt ſumma quæſtionis. C. de teſta. l. ſi vnus. Martinus.

De ſtatuis & imaginibus. *Rubrica.*

1 *Statua, & imago qualiter differant.*
2 *Statua ſine principis conſenſu erigi non poteſt.*
3 *Priuati non tenentur conferre pecuniam quando ſibi princeps ſtatuam erigit.*

QVIA per reſcripta concedebatur alicui quãdo-
que erigere ſtatuam, vel imaginem in honorem
1 ſuum vel alterius, ideo de eis ſupponit. † Eſt au-
tem differentia inter ſtatuam, & imaginem: quia
in ſtatua nihil eſt quod non deſignet effigiem hominis: in
imagine eſt ſola pictura & multę partes quę non deſignant
2 membra hominis. † Eſt autem notandum, quòd olim pa-
gani quibus erat bene in hac vita, in ſignum deificationis in
futura vita, erigebant ſtatuam, reputantes ex bonis huius vi
tę, alterius vitæ beatitudinem futuram, hoc & principes ex
toto tollere non potuerunt, ſed ſine ſuo priuilegio erigi ſta-
tuam non cõceſſerunt in honorem erigentis, vel alterius adu
3 landi fortè gratia, vel timore: vt j. eod. l j. † Item ſi ipſe Im-
perator erigat in honorem ſuum vel alicui in ſuũ proprium
honorem erigere concedat, non debent priuati conferre pe-
cuniam ſuam in ſtatuis erigendis, ne quid in eas ſuum colla-
tor agnoſcat, & ne alterius honor alteri fiat iniuria, vt infrà
eo. l. vltima & penultima. Licet autem erigatur ſtatua in ho-
norem principis, tamen ſine aliquo ambitioſo faſtidio ado-
rationis hoc faciendum eſt. & iudex cùm erigitur ſtatua, de-
bet probare ſuam acceſsiſſe præſentiam: vt infrà eod. l. ij.

De iis qui ad ſtatuas confugiunt. *Rubrica.*

1 *Confugere ad ſtatuas quando impune liceat.*

QVIA ad ſtatuas de quibus dictum eſt, qui-
dam confugiebant homines: ideo ponit de
confugientibus ad ſtatuas: de quibus atten-
1 de: vt † ſi quidem confugiant iuſto timore
aliorum, ne ſæuiant in eos, ſecundum leges
vindicentur. Si verò confugiant per mali-
tiam: hoc eſt, inuidiæ cauſa: vt præſumatur aliquis deliquiſſe,
vinculis publicis mancipantur, & præſumptio habetur con-
tra eos: vt ff. de pœnis. l. capitalium. §. ad ſtatuas. Si autem
quis confugerit ad ſummi regis ſtatuam, vel imaginem, id
eſt, omnipotentis Dei eccleſiam, turpiter inde non extrahi-
tur: vt plenè diximus ſuprà de iis qui ad eccle. confug. nam
& aliàs qui deierat per principem punitur: vt infrà de iu-
reiur. ſi duo. Et ſecus ſi per Deum: vt infrà de iureiurando. l.
iuriſiurandi.

De officio præfecti prætoriorũ Orientis & Illyrici. *Rubrica.*

1 *Illuſtres qui dicantur. & num. 2.*

3 *Spectabiles qui ſint.*
4 *Præfectorum excellentiores ſunt, præfectus prætorio Orientis & Illyrici.*
5 *Appellatio non datur, neque reſtitutio in integrum, aduerſus ſententias præfectorum.*
6 *Conſules ſunt ſuperilluſtres.*

1 DICTVM eſt ſuprà de principe, qui caput eſt
omnium magiſtratuum: † nunc audiamus de a-
lijs magiſtratibus, qui ſunt principis tanquam ca
pitis membra. vt j. ad leg. Iul. maieſta. l. quiſ-
quis. in princ. ibi. Nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt. Ho-
2 rum autem alij ſunt maiores, alij minores, alij medij,* † Ma-
• iores: vt illuſtres, ſicut & præfectus prætorio Orientis, item
Illyrici, item Aphricæ, item vrbis Romæ. Item minores ſunt
3 clariſsimi: puta, præſides prouinciarum. † Medij ſunt ſpecta-
biles: vt proconſul, præfectus Aegypti, qui & dicitur Augu-
ſtalis, vt in authent. de appell. §. illud etiam. & §. illo videli-
cet. & j. de rap. virgi. l. j. & in authent. de non aliena. §. vltim.
4 † Horum autem præfectorum excellentiores ſunt duo: ſcili-
cet præfectus prætorio Orientis, & Illyrici: & ideo de eis
5 præmittitur. † Vnde videndũ, quæ ipſi habeant priuilegia: &
quidem illud eſt primum: quia non appellatur ab eorum ſen
tentijs. Item nec contra eorum ſententias datur reſtitutio:
niſi ab ipſis. Item condere poſſunt leges: vt tamen non ſint
contrariæ generalibus legibus, vel conſtitutionibus. Alij au-
tem magiſtratus hoc non poſſunt, niſi à principe poteſtatem
condendæ legis nominatim acceperint: vt prætores, & iuriſ-
prudentes: vt ff. de offic. præfect. præto. l. j. & j. eo. l. formam.
& ff de minor. l. præfecti. & inſtitut. de iure natu. §. reſponſa
6 prudentum. & §. prætorum quoque. † Sed illud notandum
eſt, quòd in hoc libro tractando de magiſtratibus, exordium
ſumpſit ab illuſtribus: hoc eſt, à præfectis prętorio, quaſi à
maioribus, qui maiores ſunt dignitate, & adminiſtratione:
• ſed in Digeſtis exordium ſumpſit à ſuperilluſtribus,* hoc eſt,
à conſulibus: quia maiores ſunt dignitate, & adminiſtratio-
ne: ſicut & patritij: vnde & ſolis codicillis conſularibus, id
eſt, literis de electione conſulatus, licet re ipſa non admini-
ſtrent officium, liberantur à patria poteſtate. vel conſulari-
bus codicillis, id eſt, hoc ipſo quòd impetrãt vt fruantur con
ſulari dignitate, licet ad officium non erigantur, liberantur
à patria poteſtate. In alijs autem dignitatibus vt quis libere-
tur, oportet opera dignitatis re ipſa agnoſcere: vt in authen.
conſtit. quę de dignitatib. j. reſponſo. §. nunc autem clemen-
tius. & dicuntur iſti ſuperilluſtres: vt in auth. vt ab illuſtrib.
& qui ſuper eam dignita. ſunt. & in ſupradicta authen. con-
ſtit. quę de dignitatibus.

ANNOTATIONES.

* Alij medij. De ordine dignitatum vide Alciat. lib. Diſpunct. 3. cap. 4.
* Superilluſtribus. Vide Alciat. in d. cap. 4.

De officio præfecti prætorio Aphricæ: & de omni eiuſdem diœceſeos ſtatu. *Rubrica.*

1 *Milites cur conſtituti.*
2 *Præfecto prouinciæ quæ liceant.*

SICVT ſuperior eſt illuſtris, ita & pręfectus prę-
a torio Aphricæ eſt illuſtris a: vt dictum eſt ſ. Et eſt
1 eius ſedes Carthago: vt in l. j. huius tituli. † Item
in l. ij. notari poteſt quod milites ideo conſtituũ-
2 tur, vt per eos prouinciæ vindicentur, & defendãtur. † Item
notari poteſt, quòd ſi præfectus prouinciæ viderit caſtella,
& ciuitates nimię magnitudinis eſſe, poterit ad talem for-
mam redigere, vt per paucos melius poſsint conſeruari: ergo
& Imperator multò magis hoc facit, vel de duabus ciuitati-
bus vnam, vt in auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. illud tamẽ
☞ decernimus. & §. nulli quoque. Ergo & dominus Papa de
duobus epiſcopatibus vnũ: vel de vno duos poterit efficere.

ANNOTATIO.

a Illuſtris. Adde quòd præfectus prætorio comparatur cardinalibus &
epiſcopis. vt tenet not. Barto. & doct. in l. j. ff. hoc eodem titul. & vide
Specul. in titul. de offici. om. iud. verſicu. magnum & medium &c. ubi
omnia eleganter perſtringit.

De officio præfecti vrbis. *Rubrica.*

1 *Vrbis appellatio antonomaſticè Romam ſignificat.*
2 *Præfectus vrbis quid ſit.*
3 *Præfecti vrbis duplex eſt effectus officij.*

SICVT ſuperiores, ita & hic illuſtris eſt vt di-
1 ximus. † Vrbis autẽ appellatio ſimpliciter pro-
a lata, populi Romani ciuitatem a antonomaſticè
ſignificat: vt inſtit. de iure nat. §. ſed quoties.
2 † Eſt autem præfectus vrbis cui à domino Imperatore cõ-
miſſa eſt vrbis adminiſtratio: vt. ff. eo. l. j. §. cùm vrbem. Et eſt
eius poteſtas maxima in ciuilibus cauſis, & criminalibus.
Nam in ciuilibus contingentibus in ipſa vrbe vel extra, in-
tra centeſimum miliarium, contentioſam iuriſdictionem ſibi
vendicauit: vt ff. eod. l. j. primo reſponſo. & §. ſed & ſi quid.
& §. ſi vltra. & l. vlt. In criminalibus punit capite, etiã inconſ-
ſulto principe: vt ff. de lega. iij. l. j. §. ſi. Quidam tamen di-
cunt, quod extra vrbẽ etiam intra cẽteſimum miliarium non
poteſt iudicare: ſed alij delegare, quod non placet: vltra au-
tem centeſimum miliarium erit iuriſdictio correctorum Ita-
liæ. & prouincialium magiſtratuum. Licet autem in vrbe va
rij ſunt magiſtratus, quibus ſpecialia deputata ſunt officia:
& quorum reſpectu poſſunt dici pares præfecto: præfectus
tamen ſimpliciter maior eſt omnibus: vt j. eo. l. iij. & l. j. & co
gnoſcit de querelis patronorum contra libertos: & vt iuſto
pretio vendatur caro. Item vt puniat ſeditionem, vel tumul-
tum mouentes: vt ff. eod. l. j. §. cùm patronus. & §. cura. & §.
3 quies. † Eſt autem officij præfecti vrbi duplex effectus. Nã
& liberat à patria poteſtate, & à curiali conditione: vt in au-
then. conſtitu. quæ de dignitatib. & j. de decurio. l. vltima.

ANNOTATIO.

a Ciuitatem. Adde Alexand. de Imol. in l. ij. ff. de verborum ſignifica-
tion. doct. in cap. felicis. 4. final. de pœn. in vi. Intellige tamen iſtam
concluſionem etiam veram, niſi addatur verbum ſacra. quoniam tunc
de Hieruſalem intelligere debemus vt tenet ſingul. Bald. in lege ſe-
cunda, C. de nauti. fœno.

De officio magiſtri militum. *Rubrica.*

1 *Magiſtri militum cuiuſmodi, & in quos iuriſdictionẽ habeãt.*
2 *Milites apud quem accuſandi.*

ET HIC magiſter militum illuſtris eſt, ſicut &
ſuperiores: & vt quæſtor, de cuius officio tra-
ctatur in ſequenti rubrica: & habet cognitio-
nem cõuento milite, & de ciuili cauſa: vt j. eod. l.
1 j. & j. de iuriſd. omn. iud. l. penul. † Si verò ſit cauſa crimina
lis, de crimine militari: vt quia alienauit arma, vel quia vaga
tus eſt extra caſtra: & ex his accuſatur ſimiliter apud magi-
2 ſtrum militum. Si verò accuſetur † de crimine communi, &
enormi, conuenitur ſub præſide tantum: ſi non ſit enorme,
conuenitur ſub magiſtro militum: & ſi conueniatur ſub præ
ſide, ipſe eum remittit ad magiſtrum militum. vt ff. de re mil.
l. iij. j. reſpõ. & de accu. l. vlt. & ff. de cuſto. reo. l. de militibus.
& l. non eſt. & j. de exhi. re. l. j. Nec obſtat quod legitur j. de
re mil. l. vlti. j. reſpon. quia ſpeciale eſt in militibus orienta-
libus. Et eodem modo reſponderi poteſt ei, quod legitur j.
eo. l. eos. Item non obſtat, quod legitur j. ad le. Cor. de ſica. l.
j. quia ibi crimen obijciebatur enorme, ſcilicet, homicidij:
nec conſtabat caſu id admiſſum. Si autem conſtaret id caſu
admiſſum, conueniretur ſub magiſtro militum: quia leue eſ-
ſet crimen. Item non obſtat, quod legitur in auth. vt iud. ſine
quoque ſuffra. §. ꝙ autem. quia in enormibus eſt intelligen-
dum. Item non obſtat quod legitur j. vbi de criminibus agi.
auth.

authent. qua in prouincia. quia indulgenda, non indulta caſſantur priuilegia. Item non obſtat quod legitur j. vbi quis de curial. vel cohorta. aliáue condit. l. vlti. quia ſpeciale eſt tunc cùm miles ſuper talibus conuenitur conditionibus.

De officio quæſtoris. *Rubrica.*

1 *Quæſtorum genera tria, effectus officij. & num. 2.*

SICVT ſuperiores: ita & hic illuſtris eſt ſicut ex præmiſsis legibus patet in ſumma de offic. præfe. præto. † Sciendum eſt tamen, quia quæſtorũ tria genera fuerunt: vnum pecuniæ inquirendæ & conſeruandæ. Aliud autem in palatio principis libris principalibus legendis vacabat: non dico ſententiis: quia eas legebant illuſtres tantum, vt ff. de ſena. l. vlti. Hi autem creabantur tam patritij, quàm plebeij: vnde non puto quòd eſſent illuſtres, ſicut nec primi: nam plebeius primò debet fieri clariſſimus, & poſtea ſpectabilis, deinde illuſtris: vt ff. de munerib. & honorib. l. honori. §. gerendorum. & l. vt gradatim. Aliud autem genus erat quæſtorum, qui præerant capitalibus cauſis, & ſententiis principum legendis: vt ff. eo. l. j. & ff. de origin. iuris. l. ij. §. deinde cum ærarium. & §. & quia, vt diximus.

2 † Effectus officij huius duplex eſt: vt dictum eſt ſuprà de officio præfecti vrbis, de ipſo præfecto.

De officio magiſtri officiorum. *Rubrica.*

1 *Magiſter officiorum an illuſtris, & quale eius officium.*

HVCVSQVE de illuſtribus tractauit. Nunc incipit tractare de ſpectabilibus ſecundum Plac. qui mediam gerũt adminiſtrationem: vt in auth. de rebus eccleſ. non alien. §. vlt. † Sed poteſt dici hunc magiſtrum officiorum illuſtrem eſſe: cum eius officium deſignetur inter illuſtres: nam & ſequentes tres illuſtres ſunt: vt ibi dicemus, ſicut & ſuperiores omnes. Talis autem debet eſſe hic magiſter, vt ſtipẽdia meliora, & labor prolixior eum cæteros faciat antecedere: vt j. eo. l. ij. Et pertinet ad huius officium ſignificare quemadmodum numerus militum, & caſtrorum ſeries procedat: vt j. eo. l. iiij.

De officio comitis ſacrarum largitionum. *Rubrica.*

1 *Comes ſacrarum largitionum illuſtris.*

ET HIC comes ſacrarum largitionum ſpectabilis eſt, ſecundum Plac. Sed tamen lex dicit apertè contrà. Illuſtris † enim eſt, ſicut & comes rerum priuatarum: vt j. de aſſeſſoribus & domeſticis. l. vlt. per hunc autem principis ſtipendia largiebantur: & hic fortè erat procurator rei public. qui græcè logiſta nuncupatur: vt j. de modo multarum. l. iiij.

De officio comitis rerum priuatarum. *Rub.*

1 *Comes rerum priuatarum qualis: eiúſque ſpecialia.*

HIC, † ſicut & ſuperior, illuſtris eſt: & ſ. tit. proxim. & alio ſuperiore dictum eſt. Hic fortè erat procurator Cæſaris ſuæ priuatæ rationis. In eo eſt hoc ſpeciale: quòd ſeruus principis, eius iuſſu adire poteſt hæreditatem. Item procurator iſte immiſcendo ſe hæreditati principi delatæ, facit Cæſarem hæredem: licet abſtinere poſsit, ſi bona non ſint ſoluendo: vt ff. de offic. procur. Cæſ. l. j. & ij.

De officio proconſulis & legati. *Rubrica.*

1 *Proconſul quis ſit quid à præſide differat.*
2 *Præſes prouinciæ quis erat.*
3 *Proconſul qualiter prouinciam ingrediatur ſibi commiſſam.*
4 *Proconſulis ingreſsi officium.*
5 *Prælati an ius aliquod habeant ex electione.*
6 *Proconſulis ingreſsi ſuam prouinciam officium quod ſit.*

PERFECTO tractatu illuſtrium ſupponit de ſpectabilibus: hic enim proconſul ſpectabilis eſt, vt diximus ſ. de offic. præfect. præt. † Videamus ergo quis ſit proconſul: & quidem credimus hanc eſſe differentiam inter proconſulem, & præſidem prouinciarum: quia proconſul eligebatur ex conſulibus vrbis Romæ ad aliquam prouinciam regendam, quaſi conſul procul miſſus: vt ff. de offic. præt. l. j arg. ff. de offic. quæſtoris. l. j. §. ex his. quod ex ipſo nomine, vel nominis interpretatione, quæ plerunq; in argumentum trahitur, colligitur, vt ſ. de epiſc. & cleric. l. decernimus. patet etiam ex eo quod dicitur, quod in prouincia ſibi decreta habet imperium: vt ff. eod. & ideo non ergo Romæ: quia Roma eſt in Italia, & eius caput non autem eſt Roma prouincia. Supponitur etiam, quòd ſtatim cum exit extra vrbẽ Romã, ſumit procõſularia inſignia, &c. & cum ingreditur deponit imperium: vt ff. eod. l. vlt. & l. j. ex quibus videtur, quòd verè fuit conſul: ſed deſinit eſſe, aſ-
2 ſignata ſibi certa prouincia. † Ille autem dicebatur præſes
a prouinciæ, [a] qui cum non eſſet cõſul priùs eligebatur ad prouinciam regẽdam. Quod ſit officium proconſulis antequàm ingrediatur prouinciam ſibi decretam: & quidem maximum. eſt autem in voluntaria iuriſditione, ſed & proconſularibus inſignibus vtitur: vt ff. eod. l. j. & ij. primo reſponſo.

3 † Qualiter ingreſſus fiat: & quidem debet ingredi ſolus præmiſſa denũtiatione & per cõſuetam partẽ: vt ff. eo. l. obſeruare. §. proficiſci. & § antequã. & §. ingreſſus. & §. quædam.

4 † Item quod ſit eius officium, cùm iam fuerit ingreſſus. Et quidem quædam licet ei facere ſi vult, quale eſt de mandanda iuriſditione cauſarum, & cognitione negotiorum alicui. qui ſuus legatus cenſeatur. Nam antequam ingrediatur, niſi cauſa neceſsitatis non poteſt: vt ff. eo. l. iij. §. poſt hæc. & l. ſed ſi ante, & l. aliquando. hodie ſemper licere videtur: vt in auth.
5 de colla. colla. ix. §. antequam verò in prouin. † Et hoc eſt bene notãdum pro prælatis electis, an ius aliquod ex ipſa electione habeant: nec poſsint poſtea eligẽtes mutare ſuum propoſitum. Et ſunt iſta duo ſpecialia in iſto legato. Primum eſt, quia cognitio de quolibet crimine ei demandari poteſt: non ita in alio, niſi in caſu: vt ff. eo. l. ſolent. j. reſponſ. & §. ſed hæc. & de offic. eius cui manda. eſt iuriſ. l. j. §. j. Item pronuntiat de crimine ſuſpecti tutoris: licet alius delegatus non poſsit: vt inſtit. de ſuſpec. tut. §. datum. & ff. ad Turpil. l. j. §. ſuſpecti. niſi delegatus ſit à prætore fortè, vel maiore eo: vt ff. de ſuſpec. tut. l. j. irrogare verò pœnam grauiorem non poteſt: vt ff. eodem. l. ſi quid. licet habeat in omnibus cauſis cognitionem: vt ff. eo.
6 l. j. † Eſt autem proconſulis ingreſsi prouinciam non modicum officium. adimplet enim in prouincia ſibi decreta. partes omnium magiſtratuum, qui Romæ habent diuerſa officia: & ita dicitur habere pleniſsimam iuriſditionem, & maius imperium omnibus poſt principem: vt ff. eod. l. ſi in aliquam. §. vlt. & l. ideo. & l. nec quicquam. Item finito tempore ſuæ adminiſtrationis vſque ad aduentum ſucceſſoris debet regere prouinciam: vt extendatur eius imperium in vlterius tempus: vt ff.
* eodem. l. meminiſſe. •

ANNOTATIO.

a Præſes prouinciæ. Adde, quòd huiuſmodi præſes non habebat iuriſditionis exercitium extra territorium: vt eſt text. & doct. in l. ij. de offic. præſid. nec etiam deportare poterat vt tenet Barto. in l. illicitas. § qui vniuerſas. eod. titu. ad quod vide multa per docto. in l. j. C. quib. ad libert. procla. non licet. & in authent. de mand. princ. §. ſi quis autem.

* Meminiſſe. Encenia, vel potius xenia, accipi à Procõſule poſſe reſponſum eſt. l. ſolet etiam. 6. non verò. ff. de offic. Proconſu. & legat. ca. cum ab omni. de vita & honeſtate clericorum. Martinus.

De officio comitis Orientis. *Rubrica.*

1 *Comitis Orientis priuilegium.*

COMES † Orientis ſpectabilis eſt, ſicut & ſuperior. vt dicitur j. eod. l. j. & j. vt omnes tam ciuil. quàm mili. l. j. & electus ad hoc officium à curiali liberatur conditione: vt j. eod. de decur. 10. l. vlt.

Et fortè iſte comes Orientis erat procurator Cæſaris rerum
quas habebat in Oriente.

De officio præfecti Auguſtalis. *Rubrica.*

1 *Præfectus Auguſtalis quis.*
2 *Præfecti Auguſtalis officium: & à quibus diſcrepet.*
3 *Præfectura Auguſtalis à quibus liberet.*

1 SVPPONITVR † conſequenter de officio
præfecti Auguſtalis, qui & ipſe ſpectabilis eſt vt
ſuperiores: vt j. de priua. car. inhibi. l. vnic. in prin.
verſic. viro ſpectabili pro tempore, &c. dicitur aũt
præfectus Ægypti præfectus Auguſtalis: quia Imperator ille
maximus Auguſtus, in Ægypto primo præfecti poteſtatem
2 induxit: aliàs indulſit. Et † diſcrepat eius officium à cæteris
ſpectabilibus iudicibus: quia ordinariorum iudicum ſub ſe
puniendi non habet poteſtatem, ſed tantùm cognoſcendi, &
renunciandi principi: vt C. eodem. l. ij. ſecus in cæteris: vt ff. de
offic. præſid. l. illicitas. §. qui vniuerſas. Vel fortè quod dicitur
eum habere ius gladij: eſt verum reſpectu aliorum, non reſpe-
ctu iudicum quos habet ſub ſe: vt in authent. de defen. ciui. §.
3 Iuſiurandum. verſic. non habente. Et † eſt effectus huius di-
gnitatis, quia liberat aliquem à curia. Item à patria poteſtate,
hic enim præfectus Auguſtalis præfectus fortè eſt Orientis
de quo nominatim dicitur: vt liberetur ab his: vt j. de decur. l.
vlt. & in auth. conſtit. quæ de dignit. colla. vj.

De officio vicarij. *Rubrica.*

1 *Vicarium qui habebant.*
2 *Vicarij quibus præferendi.*

SCIENDVM eſt autem ꝙ magiſtratus qui &
hic appellantur præfecti, & dicuntur anteſtare
1 cæteris † dignitatibus, habebant vicarios ſuos
in ciuilibus cauſis audiendis & terminandis: ſicut
& magiſter militũ habebat vicarium in negociis militaribus,
& ita vicarius magiſtri militum maior eſt vicario magiſtra-
2 tus, in negotiis militaribus: † vicarius autem magiſtratus eſt
vicario, vel comite magiſtri militum, in cauſis priuatorum, vel
paganorum. Vbi autem vterq; pariter audit cauſam, vicarius,
comiti militum anteponitur: & comes ei dicitur accedere, &
vterque repræſentat reuerentiam ſacræ iudicationis princi-
pis: vt j. eodem. l. j. item ſi velint conſulere principem, eorum
relationes libenter audit Imperator, ne adminiſtratorum de-
creſcere videatur authoritas, ſi eorum conſulta veluti propha-
norum preces à noſtris adytis repellamus: vt j. eod. l. vlt. & vi-
detur ꝙ hi vicarij fuerunt ſpectabiles: cum eorum officia po-
nantur hic inter ſpectabiles.

De officio prætoris. *Rubrica.*

1 *Prætorum poteſtas qualis fuerit.*
2 *Prætoris officio qui fungi potuerint.*
3 *Prætores quot olim creari ſoliti ſint.*

PRÆTOR iſte ſicut & ſuperiores ſpectabilis
eſt: vt & diximus ſ. de de offic. præto. Et eſt eius
officium Romæ tantùm, in prouinciis enim eli-
1 guntur præſides: & habent † poteſtatem con-
dendi edicta ſub breuiloquio: & in albo. id eſt, in loco quo-
dam publico & eminenti dealbato conficiuntur. Hoc album
* ſi quis corruperit: tunc tenetur in quingentos * ſolidos, vt
ff. de iuriſdi. omn. iudic. l. ſi quis, id quod. Horum edictorum
compendioſa breuitas amplam materiam præbuit iuriſcon-
2 ſultis interpretandi, & reſpondendi de iure. † Reſponſa enim
dicuntur interpretari edicta prætorum: conſulta ſenatorum,
3 reſcripta principum, plebiſcita plebeiorum. † Eligitur autem
is ſolus, qui Romæ larem habet, vel à natiuitate, vel à conſti-
tutione: vt dicitur in barbario Philippo: vt ff. eodem. l. Bar-
barius. nec poſſunt conſtitui niſi tres: licet olim fuerint xviij.
vt j. eodem. l. vlt. ff. de orig. iur. l. ij. §. diuus deinde Auguſtus.

ANNOTATIO.

* Quingentos. Conuenit cum florentina lectione in citata. l. ſi quis id quod. Datur, inquit, in eum quingentorum aureorum iudicium. Quo loco vulgares codices: quinquaginta, habent, quod & gl. ibi notat.

De officio rectoris prouinciæ: & vt nulli patriæ ſuæ adminiſtratio ſine ſpeciali permiſſu principis permittatur. *Rubrica.*

1 *Officium rectoris prouinciæ quod. & num. 2.*
3 *Rector purgare debet prouinciam malis hominibus.*
4 *Rector prouinciæ qualiter ſe habere debet in cauſis illorum qui ſunt de familia.*

EXPLICITO tractatu ſpectabilium, nunc in-
cipit de clariſsimis tractare. Præſes enim clariſsi-
1 mus eſt: vt j. de priua. carce. l. j. † Eſt autem præſidis
nomen generale: nam & legati Cæſaris, & omnes
prouincias regentes licet ſenatores ſint, præſides appellantur.
Proconſulis autem appellatio ſpecialis eſt: vt ff. eod. l. j. etiam
2 differt à proconſule præſes: vt notauimus ſ. de offi. proc. † Et
eſt eius officiũ maximũ in in iuriſditione contentioſa: nam in
cauſa criminali habet merũ imperium, hoc eſt, gladij poteſta-
tem. in ciuilibus autẽ eadẽ facit, quæ faciũt Romæ vicarij ma-
giſtratuũ, vt tamẽ eorum æquitas, non exẽplum iniquum ſer-
uet: vt ff. eo. l. illicitas. §. qui vniuerſas. vt l. de omnibus. & l. o-
mnia. & l. ſed licet. Item in voluntaria iuriſdictione, exercet iu-
riſdictionem: quia nedũ alij apud eum adoptare, vel emancipa-
re, vel manumittere poſſunt, ſed etiam ipſe apud ſe: vt ff. eo. l. ij.
3 vt ita ſuſtineat vicem duorũ. † Sunt autem multa, quæ præci-
puè ſpectãt ad ſolicitudinẽ ſuam: & præcipuè illud: vt purget
prouinciam malis hominibus: vt ff. eo. l. cõgruit. Delinquẽtes
puniat, etiamſi extranei ſint: nam ratione delicti ſiũt ſubiecti.
Punire autem poteſt eos, dum eſt in prouincia: nam ſi exceſſe-
rit, priuatus eſt quãtum ad exercitium iuriſdictionis: nam in
iudicãdo debet ſeruare loca, & mores ſuorum maiorum: alij
tamẽ delegare poteſt, vt cognoſcat. & iudicet: vt ff. eo. l. iij. &
de offi. præf. vrb. l. vlt. Item ne quis iniquum lucrũ, aut dãnum
ſentiat debet prouidere, & magis veritatem ſequi, quàm er-
rorem ex fide eorum quæ probabũtur ei. vnde eſt argu. quòd
ſecundum allegata debet iudicare. Item ne humiles opprimã
tur à potẽtibus: & vt habeat innocẽtes officiales. Item ne ex-
torqueãt aliquid, vel aliqua à ſubiectis debet prouidere: vt ff.
eo. l. illicitas. Item non debet exire fines prouinciæ, niſi voti
ſoluendi cauſa: dum tamen non liceat ei abnoctare, id eſt, per
totã noctem abeſſe: vt ff. eo. l. illud. & ff. de verb. ſig. l. vrbana.
§. vlt. nec accipit donũ vel munus, niſi eſculẽtum vel poculen
tum: & quod intra dies proximos prodigatur: vt ff. eod. l. ple-
4 biſcito. † in cauſis autẽ illorũ qui ſunt de familia, exhibet au
dientiam vſq; ad litis cõteſt. & vt res ablata exhibeatur, & de-
ponatur: vt promittatur ſatiſdatio iudicio ſiſti, & rem exhi-
beri: quia perpetuatio actionis per prędictã lit. cõteſt. fit cum
difficultate: ſi quidẽ graue eſt cum dominis, vel cum ſubiectis
domini litigare, ſi actiones ob id fuerint amiſſæ: quod inſtitu-
tæ non ſunt, datur in integ. reſt. vt ff. eo. l. ſenatus. In adeundo
facilẽ ſe debet præbere, ita tamen vt cõtemni ſe non patiatur:
nec prouinciales in vlteriorem familiaritatẽ debet admittere:
quia ex cõuerſatione æquali contemptus naſcitur dignitatis.
Item in cognoſcendo non debet excandeſcere aduerſus eos,
quos malos putat: nec precibus calamitoſorum illacrymari o-
portet. non enim eſt conſtãtis & recti iudicis, cuius animi mo
tum vultus detegit. Et ſummatim debet reddere ius, vt autho-
ritatẽ dignitatis augeat ingenio ſuo: vt ff. eo. l. obſeruandũ. &
ſi millies velit renũtiare imperio, vel dignitati, non poterit ſe-
parare ſe ab imperio: vt ff. eod. l. legatus. niſi faciat in manu
principis à quo habet: vt ff. de orig. iu. l. ij. §. & cum placuiſſet.

De officio præfecti vigilum. *Rubrica.*

1 *Præfectus vigilum quis.*
2 *Præfecti vigilum officium quale.*
3 *Capſarij qui dicantur.*

Licet

LICET ſuprà cœperit tractare de clariſsimis: hic tamen ſpectabilis eſt: vt ff. eod. l. iij. vnde etiam in Digeſtis ponitur inter alios ſpectabiles: & ideo mirum eſt quare poſuit hunc inter clariſsimos: Sed fortè conſiderauit prima tempora quibus nondum erat per Cæſarem inſtitutus præfectus vigilum. ſed quidam, qui præerat excubiis, qui nec erat ſpectabilis, nec magiſtratus: vt ff. eod. l. j. §. vlti. & l. ij. & iij. & ff. de origine iuris. l. ij. §. & hæc
1 omnia. † Eſt ergo præfectus vigilum: vt ex prædictis apparet, qui à principe eligitur, vt curam habeat, ne incendia eueniant in ciuitate Roma, & vt euenientia extinguantur.
2 † Sciendum eſt autem præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, ac ſi eſſet noctua: & calciatum caligis ferreis incedere cum armis, & dolabris: vt curam adhibeat omnes inquilinos admonere: ne negligentia aliqua incendium oriatur: & vt aquam habeant qua extinguatur incendium. Item cognoſcit de capſariis, qui mercede veſtimenta ſeruanda in balneis ſuſcipiunt: vt puniat eorum fraudes: vt
3 ff. eodem. l. penultima & vltima. † Capſarij autem aliàs dicuntur qui portant libros: vt ff. de manumiſ. vindict. l. ſi collactaneus. in princip. Cognoſcit autem iſte præfectus de incendiariis, id eſt, his quorum culpa incendium admiſſum eſt. Si autem dolo alicuius admiſſum eſt, ille, in quem capitalis ſententia eſt promenda, ad præfectum vrbis remittitur, vt & quælibet atrox perſona, in quam ſeuera ſententia eſt ferenda: vt ff. eod. l. iij. §. primo. & infrà eodẽ. l. j. Magiſtratus iſte videtur quòd conſtituatur Romæ tantùm: vt ff. eodem. l. j. & ij. & iij. licet Pla. dixerit contra. Item cùm ipſe ſit ſpectabilis, mirum eſt quod ait Placen. eum non gerere honores: ideo quia non dormit de nocte.

De officio ciuilium iudicum. *Rubrica.*

SCIENDVM eſt autem quòd quidam dicebãtur honorati: & habebant dignitatem talem vt ſemper eis pateret aditus ingrediendi conſiſtorium principis: aut ſecretarium ciuilium iudicum, id eſt, qui audiebant ciuiles cauſas: aut ſedendi cum ipſis iudicibus, & in aduentu ſuo ſalutabantur: vt infrà de offic. diuer. iud. l. vltima. eo tamen tempore quo conueniebantur, aut agebant, reſidendi cum iudice non habebant facultatem: vt j. eodem. l. prima.

De officio præfecti annonæ [a]. *Rubrica.*

1 ANNONÆ, † vt publicę functiones à quolibet debebant præſtari. Si autem aliquis vel priuilegio vel præſcriptione prætendat excuſationem, præfectus annonæ de hoc ipſo cognoſcit. Alioquin imponitur ei pœna xx. lib. auri: vt j. eod. l. j.

ANNOTATIO.

a Annonæ. Hæc rubric. nec in exemplaribus manu *ſcriptis*: ſed nec in ſerie officiorum, neque vllibi in Codice Iuſtinianeo ſed nec in Codice Theodoſiano legitur: ſed quia nigrum rubro, ſicut ſitu titulorum ſequentium edocemur, correſpondet, igitur prudentiſsimo conſilio effectum, vt inſerta fuerit hæc rubr. de offic. præfe. ann. Ad quam pertinere puto l. ſecundã. ſuprà de offi. ciui. iudi. Nam & in C. Theod. ſub tit. de offi. ci. iudi. eſt vnica lex, & in Iuſtinianeo duæ leges. Puto itaque hanc rubr. in vetuſtis Codicibus Iuſtiniani extare. P. Prateius.

De officio militarium iudicum. *Rubrica.*

MAGISTER militum in decurialibus, vel priuatis perſonis non habet iuriſdictionem: vt j. eod. l. prima, & ſecunda.

Ne comitibus rei militaris vt tribunis lauacra præſtentur. *Rubrica.*

CIVITATES vel curiæ non debent compelli balnea ſuccendere tribunis, vel ducibus, vel comitibus militum, id eſt, vicariis magiſtrorum militum, vel pro ſuccendendo non debent compelli præſtare aliquam adærationem, id eſt, æris præſtationem. Illuſtribus autem viris, & magiſtris militum indulgetur priuilegium, ſi tamen id voluerint, vt eis prædicta balnea parentur, & ſuccendantur.

De officio diuerſorum iudicum. *Rubrica.*

1 *Mulierem in ius trahere an liceat.*
2 *Vocari in ius de domo ſua an, & quando quis poſsit.*

1 HOC † pertinet ad officium omnium iudicum diuerſorum, cuiuſcunque diuerſitatis ſint, vt non compellant matremfam. in publicum venire: cùm per ſe: vel in domo ſua: vel in ſacroſancta eccleſia: vel per legitimum procuratorem poſsit reſpondere, ꝙ ſi non faciat, in rebus eius communia procedunt iura: ſi verò criminalis cauſa ei obiiciatur, dare debet fideiuſſorem iudicio ſiſti ſi poteſt: alioquin iuret iudicio ſiſti. vbi autem grauiſsimum eſt crimen quod ei obiicitur, in monaſterium debet mitti, donec cauſa finiatur: vt j. eodem. l. prima. & in authent. vt nulli iudicum. §. neceſſarium. Vbi autem conueniuntur maſculi, re & verbo poſſunt in ius vocari vt in publicum detrahantur: niſi ſunt in domo ſua: tunc enim vocabuntur verbo tantùm: ſi tamen præſtant aditum ad ſe, vel ex publico conſpiciantur. Si autem neutrum iſtorum contingat, nec re, nec verbo poſſunt vocari: qui ſunt in domo ſua, vt ff. de in ius vocan. l. ple-
2 rique. & l. ſatiſque. & l. ſed & ſi is. † Item obſeruari debet à quolibet, vt honoratis excelſioribus viris exhibeant debitum honorem: & in ſedendo, & in ſalutando: vt diximus ſ. de offi. eius cui man. eſt iuriſdi. nec in ſubſcriptionibus ſuis nominent eos fratres: vt j. eod. l.

Vt omnes iudices tam ciuiles, quàm militares poſt adminiſtrationem depoſitam, per quinquaginta dies in ciuitatibus vel in certis locis permaneant. *Rubrica.*

1 *Iudices poſt depoſitam adminiſtrationem quandiu & vbi manere, & apud quos reſpondere debeant.*
2 *Magiſtratus quando cenſeatur deponere adminiſtrationem.*
3 *Magiſtratũ durante officio an, & quãdo poſsit quis cõuenire.*

1 EX Hac rubrica patet, † quòd ille, qui geſsit publicum officium, eo depoſito ibidem debet remanere non priuatim in domo ſua, vel alicuius potentis, vel in eccleſia: ſed publicè ante eorum ora, quos nuper rexerat: & reſpondebit ſuper furtis ſuis, vel domeſticorum, vel mancipulariorum: & in quadruplum damnatur: vt j. de aſſeſ. l. iij. & ad legem Iul. repe. l. j. & j. eod. l. j. Reſpondebit autem apud epiſcopum: & ipſe cauſam ex non ſcripto examinabit: ſicut & cognoſcit, cùm fugit magiſtratus, qui & capi poteſt tanquam ſeruus, vel inhoneſtus: Vel dic reſpondebit apud principem: vel cum cui commiſerit: vt in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio. §. ſi quis autem. & §. neceſsitatem. vel reſpondebit apud ſuperiorem magiſtratum, vt quilibet cõuentus apud ſuperiorem ſe, reſpondet. vel etiam apud eum cui commiſerit præfect. præto. vt j. eod. l. j. §. vlt. Et in ciuili cauſa conuentus, poſt quinquaginta dies ordinato procuratore recedere poteſt: etiã ſi cauſa nõ fuerit finita. In criminali autem neceſſariò perdurabit vſque ad finem: vt j. eo. l. j. §. quòd ſi intra. vtraque autem cauſa ciuilis & criminalis finiri debet in viginti diebus: vt j. eod. l. j. §. vlti. quod eſt contra regulam generalem, qua ſtatuitur triennium: vt j. de iudi. l. pro-
2 perandum. §. j. Et † hæc depoſita adminiſtratione ſeruantur: nec tamen eam deponit, eo ipſo quòd finitum ſit tempus ab initio electionis ei præfixum: vel hoc ipſo quòd ſucceſſor eius ei literas miſerit: ſed oportet ſucceſſorem aduenire, vel nuntium deſtinare: vt j. e. l. j. §. adminiſtrationem. & ff. de offi. procon. & leg. l. meminiſſe. nec prior magiſtratus ante deponit imperium, quàm prouinciam ille ingrediatur: niſi per duos dies qui præcedunt aduentum ſuum: & ante aduentum ſuum

per duos dies debet deſtinare amicabilem epiſtolam præde-
ceſſori ſuo: vt in aduentu ſuo occurrant officiales: vt in auth.
de admin.§.illud autem.colla.vij. Si autem ipſe non aduene-
rit, ſed nuntium deſtinauerit, nullis exceptis diebus prędeceſ-
ſor reget prouinciam in aduentum nuntij: nuntius autem ad-
ueniens, omnia aget quæ poſſet magiſtratus agere præter vl-
timum ſupplicium, aut membri abſciſsionem: vt in authent.
3 de collat.§.antequam verò. † Si autem quis velit conuenire
magiſtratum durãte officio, ſiquidem minor ſit magiſtratus,
poteſt: vt ff. de iniu. l.nec magiſtratibus. Si autem ſit magnus
qui habeat merum imperium, non poteſt interim conueniri à
ſubiectis: vt ff. de in ius voc. l.ij. & quibus ex cauſ.ma. l.ſed &
ſi per prætorem.§.ij.ſi tamen præſes furtum dicatur feciſſe, vel
dignitatẽ per pecuniam accepiſſe, vel ex dignitate pecuniam
accepiſſe, vel habuiſſe, vel ſi damnis, vel calumniis ſubdat col
latores ſubiecti præſidi. Item epiſcopi querelã, principi etiam
durante officio poſſunt exponere: vt ipſe dirigat in prouin-
ciam qui hæc examinet: vt in auth. vt iud. ſine quoquo ſuff.§.
ſi quis.& §.neceſſitatem.& §.illud videlicet.

De officio eius qui vicem alicuius obtinet iudicis. *Rubrica.*

1 *Suffectus in locum alicuius iudicis cuiuſmodi iuriſdictionem habeat.*

DICTVM eſt ſupra de magiſtratibus ordinariis: nam & vicarij de quibus dictum eſt, ordinarij erant, & in tempus certum eligebantur, quod etiam erat ordinariis præfixum: vt ipſi vices ordi-
nariorum præſentium & viuentium ſupplerent (nunc autem
ponit de his qui gerunt vices mortuorum, & abſentium, &
appellantur ſuffecti: decendẽtes autem dicebantur inde mor-
1 tui. † Eſt autem notandum quòd huiuſmodi ſuffecti omnia
poſſunt agere quæ pertinent ad iuriſdictionem rectoris pro-
uinciæ: præter vltimum ſupplicium, & membri abſciſsionem:
vt j. eodem. l.tertia. & in authent. de collat. §. antequam verò.
agent ergo quæ pertinent ad miſtum imperium, vel ad iuriſ-
dictionem ciuilium cauſarum, vel criminalium etiam capita-
lium cognitionem, non definitionem, vel pœnæ impoſitio-
nem: vt ff de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict. l.j. & de offic.
proconſ.& leg. l.ſi quid.

De aſſeſſoribus, & domeſticis & cancellariis iudicum. *Rubrica.*

1 *Aſſeſſor quis, & cur aſſumatur.*
2 *Præſides non debent ſecum ducere domeſticos, pro officialibus.*
3 *Cancellariorum officium, & vnde dicti.*
4 *Cancellus quid.*
5 *Officium aſſeſſoris in quo conſiſtat. & num. 6. & 7.*
8 *Aſſeſſor fungi non poteſt officio aduocati.*
9 *Aſſeſſores quandiu remanere debeant in loco poſt depoſitum officium.*
10 *Prætor tenetur repræſentare ſuum aſſeſſorem contra quem querelatur.*
11 *Aſſeſſores habent per ſe acquiſita in officio, quaſi caſtrenſia.*

DE IVDICIBVS, & eorum officiis ſuprà dictum eſt, nunc videamus de collateralibus eorum, id eſt, aſſeſſoribus, & domeſticis, & cancellariis. quis ſit aſſeſſor: quis domeſticus: quis cãcellarius:
1 & qui poſsint eſſe: & quod ſit eorum officium. † Eſt autem
a aſſeſſor [a], qui ab eo cui data eſt iudicandi poteſtas, rogatur vt
ſibi in cognitione cauſæ aſsideat: vt eum debito fine cauſam
decidere inſtruat: non autem metu terribili, & neceſsitate in-
congrua libertati debet ad hoc compelli aſſeſſor: vt j. eodem.
2 l.prima. † Domeſtici autem alia habebant deputata ſibi offi-
cia in republica: quæ tamen apertè non ſpecificantur in lege.
Hoc tamen noto, quòd nullus præſes domeſticum, vel can-
cellarium, vel aſſeſſorem ſecum debet ducere: vt j. eodem. l.
3 nullus. † Cancellarij autem introducebant petitiones, &
ſuplicationes in curiam, dicti cancellarij eo quòd præerant
4 cancellis, vel oſtiis. † Dicitur enim cancellus, feneſtratum
oſtium ad modum crucis. per eos enim patebant aditus &
acceſſus. Cancellus autem habet & alias ſignificationes: vt
notaui. ff. quod vi aut clam. l. nam & ſi ramos. & ff. de legatis
primo. l. cætera. §. vltimo. Vel dicuntur cancellarij: quia di-
ctata ſibi ab aſſeſſoribus ſcribebant, & cancellabant, id eſt,
delebant ad modum crucis ducta penna. Sic ponitur infrà de
ſolut. l. inductum. & ff. de probatio. l. chirographum. Poſſunt
autem frui dignitatibus iſtis liberti & ingenui, qui tamẽ non
ſint turpitudine notati: vt infrà de dig. l. neque. Item fruuntur
in prouincia ſua, vſque ad quatuor menſes non vltra, niſi ex
præcepto principis: vt infrà eodem. l. in conſiliariis. & ff. quib.
ex cauſis maiores. l. ij, qui ſecus in aſſeſſore curatoris, id eſt,
procuratoris reipub. id eſt, fiſci, vel procuratoris Cęſaris: nec
enim procurator iſte examinat cauſas ciuium ſingulorum:
ſed Cæſaris & priuati, vel fiſci, & priuati: vnde ſuis conciui-
bus non poteſt haberi ſuſpectus, vel eſſe inuidioſus: ſed nec
percepit ſalatium de publico: ſed de burſa procuratoris, aliâs
principis: vt ff. eodem. l. vltima. Item fruuntur, qui nunquam
functi ſunt officio tali: qui enim ſemel functus eſt: ſi quidem
ambitioſè velit redire, non eſt admittendus: vt j eodem. nemo.
Si autem vltro eligatur, tenet electio: qui enim ſemel rectè
cognitus eſt, non debet ob hoc ſolùm quod iam probatus eſt
improbari: vt infrà eodem. l. liceat. Vel dic, ſecunda vice eum
non eligi, niſi cùm alij non reperiuntur idonei: vt ff. de mune.
& hon. l. honor. §. vltimo. Vel dic, non eligi eum ſecunda vice
à quibuſlibet: ſed à principe tantùm, vel ab illuſtribus viris: vt
ex prædicta l. liceat. paret. Vel dic, eum eligi ſecunda vice, ita
demum ſi nullo reluctante fiat electio ſecũda vice: vt in auth.
de defenſorib. ciuita. §. vltimo. ſed in prima electione, ſufficit
5 conſentire maiorem partem. † Eſt autem officium aſſeſſoris
(vt etiam ex definitione ſuperiori patet) in cognitione, &
examinatione cauſarum, in poſtulationibus, vt admittat eos
ad aduocandum qui de iure poſſunt poſtulare, & vt ſit ordo
aliquis poſtulationum, & in libellis conuentionalibus reci-
piendis, ſi bene conficiantur: ſi malè vt reſpuat, vel non reci-
piat de re illicita: vt ff. eodem. l. prima. & de officio proconſul.
l. nec quicquam. §. obſeruare itaque. & ff. de poſtulan. l. quos
prohibet & de accuſatio. l. libellorum. & infrà, vt nemo pri-
6 uatus titulos. l. vltima. in fine. † Item in edictis proponendis
in communi totius ciuitatis in omnium perſonis: vnde & lex
edicti nuncupatione aliàs dicitur generalis: vt ſ. de legi. & ſe-
7 natuſconſul. l. iij. † Item in decretis ſpecialiter in vna cauſa
interponendis, puta vt alienatio prædiorum minorum fiat:
vel fiat tranſactio alimentorum, vbi & præſes prouinciæ per
ſe debet ſubſcribere libellis talibus, id eſt, petitionibus quæ
fiunt ſuper is, non per aſſeſſores: & hoc eſt quod dicitur infrà
8 eod. l. ij. & ff. eodem. l. j. † Item in epiſtolis dictandis, quæ ple-
runque mittuntur iudicibus alterius prouinciæ ſed eas ſcribit
cancellarius: vt ſuprà dictum eſt. Aſſeſſor iſte non poteſt fun-
gi officio aſſeſſoris, & aduocati, vel iudicis: ne dum ad vtrun-
que feſtinat, neutrum bene peragat: vt infrà eodem. l. vlti. ſic
non poteſt aliquis eſſe in duabus militiis: vt not. infrà, qui mi-
lit. non poſſunt. l. ij. §. in poſterum. vel in honoribus duarum
ciuitatum: vt ff. ad municipa. l. libertus. §. præſcriptio. vel in
duobus collegiis: vt ff. de collegiis illicit. l. j. §. vltimo. ſic ne-
9 mo poteſt eſſe aduocatus, & iudex. † Item pertinet ad ſolici-
tudinem eorum qui fuerunt aſſeſſores: vt depoſito officio re-
b manceant ibi per quinquaginta dies [b], reſponſuri pro his quæ
dicuntur commiſiſſe: & ipſi in quadruplum reſtituunt ablata:
vt duplum fiſcus, & duplum ſpoliatus accipiat: & eadem im-
ponitur pœna illi, qui aſſeſſorem ſubtraxerit, ne ibidem re-
10 ſpondeat: vt infrà eodem. l. conſiliarios. † Item ille cui fuit
aſſeſſor, pro eadem pœna reſpondere tenetur: vt j. ad leg. Iul.
repet. l. j. quinimo ipſum aſſeſſorem tenetur repręſentare, ſi
querela prouincialium, vel alia neceſsitas id poſtulauerit: vt
11 infrà eodem. l. ſi poſt depoſitum. † Et autem priuilegium aſ-
ſeſſorum, vt poſiti in patris poteſtate quod ex officio acqui-
runt habeant quaſi caſtrenſe peculium: vt j. eod. l. velut. nec
ſubiiciuntur alicui oneri indictionis: vt j. eod. l. non minus.

ANNOTATIONES.

a Aſſeſſor. Materiam huius concluſionis, & ferè totius tituli vide per Bart. in l. prima. in fine. ff. de offic. aſſeſſo. Bald. in l. metum. §. ſed quod metus cauſa. dom. Alex. de Imol. in rubr. ff. de offic. aſſeſſo. Lud. Rom. in ſingu. ſoit. ver. aſſeſſor multa pulchra per dom. Lucam de pen. in l. omnes. num. 31. cum plu. ſeq. de decu. cap. lxiiii. nom. 6. cap. lxvi & in l. quinque. num. 2. eodem titu. doctos. in authentica ad hæc. C. de iudic. vbi habes totam materiam.

a Aſſeſſor. Quis ſit aſſeſſor vide etiam per Domi. in c ſtatuti. §. aſſeſſorem. in prin. de reſcri. in vj. & late per Decium in conſ. viii. in j. volu. vbi late ponit quid ſit officium aſſeſſoris, & qualiter aſſeſſor teneatur pro ſententia lata per poteſtatem de eius conſi. Hierony. Gigas.

b Quinquaginta dies. Adde quòd aſſeſſor pro delictis cõmiſsis in loco officii etiam in propria patria conueniri poteſt: vt tenet mirabiliter Barto. poſt gloſſ. in l. prima ff. ad legem Iul. repet. Bald. in l. prima. C. de ſum. trin. & in l. obſeruare. §. proficiſci. de offi. procon. & leg. quod limitat vt per domi. Alexand. in alleg. l. prima. ad leg. Iul. repet. & not contra modernos aſſeſſores.

De annonis, & capitu adminiſtrantium, vel aſſeſſorum aliorúmve publicas ſolicitudines gerentium, vel aliorum qui aliquam conſecuti ſunt dignitatem. *Rubrica.*

1 *Capitu, vox quomodo accipiatur.*
2 *Capitationem variè accipi.*

DE maioribus & minoribus magiſtratibus ſuprà dictum eſt. Nunc autem ponit de eorum ſolatiis, vel ſalariis: & quia ipſi percipiebant ſolatia in an-
1 nonis, ideo ponit de annonis, & † capitu, id eſt, capitatione miniſtrantium, & aſſeſſorum aliorum, & gerentium publicas dignitates, id eſt, quæ dabantur miniſtrantibus publica officia: ipſi enim præter annonas, ſolatia fortè conſequebantur in pecunia: vt j. de inoffi. teſta. l. vltima. & hic innuitur. Sic & in militibus dicitur quòd ipſi annonas, & capitationem ſingulis conſequebãtur diebus: vt infrà, de an-
2 no. ciuil. l. vlti. & de erog. mi. ann. l. fortiſsimi. Sic enim † capitatio dicitur tributum, quod datur pro capite: licet hic ponatur capitatio, pro eo quod datur magiſtratibus ſolatij cauſa, pro remunerando labore: ita & annona dicitur ſalarium, quod cuique datur pro capite ſuo, remunerationis cauſa. In ſolatiis autem iſtis hic fixus, & ſtabilis ſeruabitur modus: vt ea pro annonis: & capitu dignitatis ſuæ debitis, conſequantur pretia, quæ particularibus delegationibus, id eſt, ſingulorum de capitationibus leguntur, vel continentur: vt j. ead. l. Sed vbi fortè per corpus iuris diffusè: vt j. de palatin. ſacrar. lar. l. ſcriniis. & j. de aduo. diuer. iudic. l. reſtituendæ. Vel dic, continentur in conſuetudine cuiuſcunque prouinciæ: vt in authent. de defen. ciui. §. ſi verò quædam ſalaria. De ſalariis autem delegatorum dicetur j. tit. de ſportulis.

De contractibus iudicum, vel eorum qui ſunt circa eos, & inhibendis donationibus in eos faciendis, & ne adminiſtrationis tempore proprias ædes ædificent ſine pragmatica ſanctione. *Rubrica.*

1 *Magiſtratum in vrbe gerentes an, & quatenus poſsint emere, vel domos proprias ædificare.*
2 *Donationes ei facta, qui magiſtratum in vrbe gerit an, & quando valeant.*
3 *Magiſtratum in prouincia gerens nec emere, nec ædificare, nec donationem admittere durante officio poteſt, etiam ſi princeps id ei permittat, & an id ſit perpetuum, num. ſeq.*

HIC diſtinguntur præſides prouinciarum, à magi-
1 ſtratibus vrbis Romæ. † Siquidem vrbiens magiſtratus tempore officij ſui emere, vel domus extruere non poteſt: niſi ſpeciali permiſſione principis: vel fortè niſi paterna videantur, cùm hoc dicatur in prouinciali magiſtratu cui minus conceditur. vt infrà patebit.
2 Donationes † autem recipere non poteſt hic vrbicus magiſtratus, etiam principe permittente, niſi finito officio is qui donauit, eandem confirmauerit expreſsim donationem, vel ta-
3 cuerit quinquennio. † Prouincialis autem magiſtratus donationes, vel emptiones admittere non debet, nec ædificationes facere, etiam principe permittente conceduntur: vt nec expreſsim, vel taciturnitate quinquẽnij, etiam finito officio confirmentur. Et quod dico in prouinciali magiſtratu, ſeruatur etiam in conſiliariis eius, & domeſticis, & aſſeſſoribus, & fu-
4 turo & præterito tempore. † Hæc tamen prohibitio ceſſat, vbi eorum paterna diſtribuuntur, vel vbi accipiunt eſculentum, vel poculentum: aliâs rem amittunt, & in quadruplum condemnantur: vt j. eodem. l. j. & ff. de contrahen. empt. l. non licet. & l. qui officij cauſa. & de offic. præſid. l. plebiſcito. continetur fortè, niſi confirmentur contractus ſilentio triginta
5 annorum. † Item quod dictum eſt in præſidibus prouinciarum, ſeruabitur eadem ratione, vel maiori, in magiſtratu municipali, vel defenſore ciuitatis: nam in lege iſta declinat permiſsionem: quia minus concedit minoribus, quàm maioribus magiſtratibus, nec dicãt, quòd vnus authoritate alterius poſſit emere ab aliquo ſubiectorum, licet lex vnum tutorem permittat contrahere cum pupillo alterius authoritate tutoris: vt ff. de autho. tuto. l. pupillus. §. planè. Ibi enim contrahitur cum eo, hoc eſt, cum pupillo: cuius fauore contractus prohibebatur: hic autem non prohibetur contractus fauore contrahen-
6 tis, ſed propter publicam vtilitatem. † Licet autem magiſtratus emere vel donationem accipere non poſsit: vt dictum eſt: tamen fortè poterit donare forſan & vendere: vt ait Plac. licet in venditione non adeò prompta ſit ratio.

De modo mulctarum quæ à iudicibus infliguntur. *Rubrica.*

1 *Multa quid.*
2 *Pœna quid.*
3 *Multare qui magiſtratus poſsint.*
4 *Multa quibus caſibus imponatur.*
5 *Multa cui applicentur.*
6 *Multa non irrogat infamiam.*

DICTVM eſt ſupra de magiſtratibus ferè omnibus, ſed quia permiſſum eſt eis defendere iuriſdictionem ſuam pœnæ, vel multæ indicio: vt ff. ſi quis ius dicenti non obtempera. l. prima. ideo ponit de modo multarum, videamus ergo quid ſit mulcta, & quis eam indicat, & vſque ad quem modum vel quantitatem, &
1 quis ſit eius effectus, & cui applicetur, & an remittatur. † Eſt autem mulcta, peccati animaduerſio pecuniaria, arbitrio iudicis ſtatuenda: vt ff. de verborum ſignifica. l. aliud. §. j. † Pœna
2 autem eſt corporalis & pecuniaria, & certa, prout lege ſtatuitur. Item à pœna non appellatur, ſed à mulcta. Item mulcta non indicitur niſi à maioribus magiſtratibus: pœna autem à quolibet qui habet poteſtatem iudicandi: vt ex prædicta. l. pater & ex alia in eodem titulo. l. ſi qua pœna. Item ſi mulcta imponatur vltra modum à lege conceſſum, non tenet impoſitio: ſecus in pœna, vt infrà, quando prouocare non eſt neceſſe. l. certa ratione. & ff. de iis qui notantur infa. l. quid ergo. §. pœna grauior. ſic vbi reperitur aliquem mulctari in certam pœnam: vt ſ. de epiſc. audien. l. ſecunda. & infrà, nec liceat po.
3 l. vltima. impropriè dictum intelligas. † Mulctare autem poſſunt illuſtres, vſque ad quinquaginta libras auri: cum peccatum erit grauiſsimum: vt infrà eodem. l. illuſtres. Spectabiles autem vſque ad tres vncias auri, præter proconſulem, & comitem Orientis, & præfectum auguſtalem qui vſque ad ſex vncias auri mulctare poſſunt. Clariſsimi autem, puta præſides prouinciarum vſque ad duas tantùm vncias indicunt mulctas. Nullus tamen iſtorum in aliquem (etiam ſi centies peccauerit in vno anno) pœnam ſecundum præſtitutum modum imponit, niſi ter. Item qui excedit modum in imponenda mulcta, tenetur condemnatione in duplum fiſco ad mulctam

indictam. Procurator autem Cæſaris, vel curator reipublicæ,
qui Græcè logiſta à logos dicitur, quod eſt ſermo vel ratio:
quia de fiſcalibus habet reddere rationem, nō poteſt indicere
mulctam: nec magiſtratus municipales, vel ciuitatum defen-
ſores: vt infrà, titulo primo. l. quinta & ſexta. niſi fortè indi-
cant modicas, non graues: infrà. de ſportulis. l. ſecunda. & di-
4 cemus infrà titulo proximo. † Imponuntur autem hæ mul-
ctæ pro delictis omnibus, ſecundum prædictum modum præ-
terquàm pro peculatibus, aut manubiis, id eſt, deprædationi-
bus, concuſsionibus, furtis, & aliis flagitiis quæ coerceri ſe-
uerius conuenit: & ideo in eis ſeuerior mulcta eſt imponenda,
pro arbitrio iudicantis. Item mulcta impoſita non eſt remit-
tenda, niſi paupertas condemnati id perſuaſerit: vt j. eod. l.
5 eos. † Mulctæ autem applicantur fiſco: niſi iudex operibus
publicis, vel aliis neceſſariis cauſis, vel lex deputauerit, vt j.
eodem. l. mulctarum. & ï. de epiſcopali audien. l. ſecunda. &
6 ff. de iure patro. l. diuus. §. vltimo. † Mulcta autem non irro-
gat infamiam: vt j. eodem. l. prima.

De defenſoribus ciuitatum. *Rubrica.*

1 *Defenſor ciuitatis qualiter conſtituatur.*
2 *Electus in defenſorem ciuitatis, iurare debet ſe facturũ omnia ſecundum leges.*
3 *Officium defenſoris ciuitatis in quibus conſiſtat.*
4 *Defenſor ciuitatis qualem cognitionem habeat in criminibus.*

DICTVM eſt ſupra de maioribus magiſtratibus
ſcilicet prouinciarum, nunc de minoribus, id eſt,
ciuitatum defenſoribus, videamus: & in primis
qualiter defenſor conſtituatur: & poſteà quod ſit
1 eius officium. † Conſtituitur autem decreto eum iureiuran-
do ſeu electione omnium poſſeſſorum in illa ciuitate conſi-
ſtentium: ſed non in vrbe Roma degentium. & eſt neceſſaria
confirmatio glorioſiſsimi præfecti prætorio, qui & dicitur
ei dare curam. id eſt, curam confirmare. nam & ante eam vide-
tur habere per electionem: ſed ideò à præfecto confirmatur:
vt ipſe eam videatur conſtituiſſe: & non præſes prouinciæ,
qui maior eſt defenſore ciuitatis eiuſdem prouinciæ. . . minor
autem præfecto prætorio. Sicque præſes pro ſuo velle defen-
ſorem remouere non poſsit: nec licet electo defenſoris ordi-
nem declinare: etiam ſi ſit illuſtris, vel priuilegium prætendat.
Et eligitur vſque ad biennium: olim vſque ad quinquennium:
& ſemel tantùm, non ſecunda vice, niſi nullo reluctante ſe-
cunda vice eligatur. tertia autem etiam ſi omnes conſentirent
vnanimiter, non eſt eligendus, ne frequentia, & continuatio
curæ per renouationem callide inducta, infinitam faciat præ-
2 dictam gubernationem. † Electus autem debet iurare omnia
ſecundum legem, & ius ſe facturum, prout melius ſibi vide-
3 bitur. † Eſt autem officium defenſoris præbere authorita-
tem iis, quæ aguntur apud eum ex voluntate partium: vt
adoptioni, emancipationi, manumiſsioni, teſtamentis, item
donationis inſinuationi: in contentioſa autem iuriſdictione
habet cognitionem vſque ad trecentos aureos: olim vſque
ad quinquaginta: vt infrà eodem. l. prima. vt etiam à reo re-
cuſari non poſsit, publicum debet remouere tumultum: tri-
butorum exactioni debet deſeruire: vt in his etiam adiuuetur
4 à præſide prouinciæ. † In criminibus etiam leuioribus ha-
bet cognitionem, & caſtigationem competentem: in maio-
ribus reum debet detrudere in carcerem, & mittere ad præſi-
dem. & facit hæc omnia defenſor ciuitatis quæ iniunguntur
ei per legem, etiam prohibente præſide: & hæc continentur
in authentica, de defenſor. ciuitat. §. nos igitur. & §. interim.
vſque in finem titu. & infrà eodem. l. defenſores ciuitatum
oblatos. & l. defenſores. & ff. de iuriſditione omnium iu-
dicum. l. magiſtratibus. & in authentica, iuſiurandum quod
præſtatur. §. & æquis. Quod autem dicitur infrà eodem.
l. defenſores, ſecunda. ſcilicet, quòd mulctam indicere
non poteſt grauem, intelligo ſecundum modum ſtatutum
ſuprà, de modo mulctarum, mediocrem verò, vel paruam
in leuioribus criminibus poteſt imponere, cùm ſupra di-
ctum ſit eum caſtigationem competentem facere poſſe.

Et ſummatim dico, quòd in omnibus tanquam pater, potius
quàm vt iudex ſe debeat habere: vt ita omnibus ſuis vtatur of-
ficiis: & quod eſſe dicuntur, eſſe non deſinant: vt in authenti-
ca, vt iudices ſine quoquo ſuffrag. j. eos autem. & de mand.
principum. §. quòd ſi delinquentes. in fine §. & infrà eod. l. de-
fenſores. Hi autem eliguntur in defenſores, qui ad alias di-
gnitates (de quibus dictum eſt) eligi poſſunt: & maximè no-
biliores ciuitatum: vt in authen. eod. tit. §. interim.

De magiſtratibus municipalibus.* *Rubrica.*

ANNOTATIO.

* De hoc tit. vide Bud. in annotationib. poſter.

1 *Magiſtratus municipales tribus ante menſibus eligi debere, quàm incipiant adminiſtrare.*
2 *Municipes qui dicantur.*

SVPRA de magiſtratibus ciuitatum, nunc de
magiſtratibus municipiorum, vel villarum, ſeu
burgorum, in quibus ſatis dici poteſt eadem ſer-
uanda quæ dicta ſunt in defenſoribus ciuitatum:
1 hic tamen hoc notatur circa electionem, † vt per tres men-
ſes eſſe debeant electi prius, quàm incipiat eorum admini-
ſtratio: & hoc ideo, quia ſi electus prætendat excuſationem,
& ideo videatur abſoluendus, alius in eius locum eligatur: vt
infrà eod. l. j. Videretur tamen alicui quòd hæc rubrica ea-
dem eſſet cum ſuperiori: quia municipium ciuitatis appella-
2 tur. † Et municipes ᵃ dicuntur qui in eadem ciuitate munera
a faciunt: ſed abuſiue dicimus municipes ſuæ cuiuſque ciuitatis
ciues: vt ff. ad munici. l. j. quod ſatis dici poſſet. vel dicendum
quod ſuprà de aliis tractauerit quæ ad creatos, vel creandos
defenſores pertineant: hic quando eorum fiat electio tractet:
vel dic vt primò dictum eſt.

ANNOTATIO.

a Et municipes. Ad hoc vide Barto. in l. prima ff. ad muni. & in l. j. C. de
munici. & origin. li. x. & in tract. de repreſ. q. vii. art. j. ibi habes totam
materiam. ¶ Qui autem ſint municipes Gelius docet lib 16. cap. 13.
& Crinit. lib. 7. c. 6.

De officio iuridici Alexādriæ ciuitatis. *Rub.*

Iuridicus Alexandriæ, de quibus cognoſcat, an non.

1 SICVT ad procuratorem Cæſaris † rerum fe-
rè tātùm pertinet adminiſtratio: ita & ad iuridi-
cum Alexandriæ iuris tantùm, & non rerum ſpe-
ctat ſolicitudo. Experiuntur enim apud eum le-
gitimi actus. vt adoptio, emancipatio, teſtamentorum, & do-
nationum inſinuatio, & ſimilia: vt hic l. vnic. ſed & permiſſa
eſt ei ex conſtitutione diui Marci tutoris datio: vt ff. eodem. l.
2 vltima. † Contentioſa autem iuriſdictio tam ciuitatis, quàm
prouinciæ eiuſdem, hoc eſt, Aegypti, pertinet ad præfectum
auguſtalem: vt ff. de offic. præ. auguſt. l. j. Et fortè prærogatiua
conditoris prædictæ ciuitatis, hoc eſt Alexādri pueri magni,
& pretij maximi, vni ſpecialiter legitimos actus cum tutoris
datione, alij contentioſam iuriſdictionem lex reſeruauit: licet
Plac. dixerit Alexandriam iudicem non habere.

FINIT DOMINI AZONIS SVMMA
in primum librum Codicis.

EIVSDEM DOMINI AZONIS SVMMA IN SECVNDVM LIBRVM CODICIS.

De edendo. *Rubrica.*

1 *Actio quid.*
2 *Obligatio quid.*
3 *Edere actionem quid.*

Acti

4 *Actio dicitur proprie perſonalis:petitio in rem:perſecutio tam in rem,quam in perſonam.*
5 *Actionum quædam vniuerſales, quædam generales, quædam ſingulares.*
6 *Editio qualiter fieri debeat in actionibus vniuerſalibus.*
7 *Editio ſit in generalibus re generaliter expreſſa.*
8 *Actionem edere in ſingularibus actionibus non ſufficit, ſed oportet rem exprimere.*
9 *Editio in perſonalibus qualiter fieri debeat.num.10.*
11 *Editio qua de cauſa fiat.*
12 *Editio quomodo fiat.*
13 *Actionem mutare an liceat actori.*
14 *Dilatio noua cauſa deliberationis, an dari debeat in noua actione.& vide nume.15.*
16 *Ratio,eſt ſcriptura confecta de datis,& acceptis.*
17 *Rationes conficiebant olim argentarii.*
18 *Fœmina non poſſunt eſſe argentariæ.*
19 *Editio rationum qualiter fiat.*
20 *Actio in factum qua petitur editio,eſt annalis & prætoria,& datur hæredibus.ſed non contra hæredes.*
21 *Teſtes largo modo continentur appellatione inſtrumentorum.*
22 *Editio inſtrumentorum quæ ad cauſam iudicii iam cœpti ſit iudicis officio.*
23 *Editio de quibus rationibus,ſeu inſtrumentis fiat.*
24 *Editio actorum factorum in iudicio, quo remedio petatur fieri.*

DICTVM EST SVPRA DE magiſtratibus,& eorum officiis quę diximus conſiſtere in contentioſa iuriſdictione. Contentioſa autem iuriſdictio eſt in iudiciis cognoſcendis, & terminandis:quorum iudiciorum pręparatio eſt editio actionis. Et ideo ponit de edendo, id eſt, de editione facienda, ſubaudi eorum quæ neceſſaria ſunt in agenda cauſa. Sed priùs neceſſaria eſt editio actionis:poſtmodùm lite conteſtata,in proceſſu cauſæ neceſſaria eſt editio rationum inſtrumentorum, & actorum: de quibus omnibus videamus, & in primis quid ſit edere actionem, quòd plenè ſciri non poteſt, niſi primò videamus, quid ſit actio: & breuiter poſtmodùm dicam qualiter actio ſit edenda, & quando, & qualiter fiat eius mutatio, vel emen-
1 datio. † Et quidem olim dicebatur actio, conceptio verborum formata à magiſtratibus: vnde & dicebatur formula actionis:hodie autem ſine impetratione, & conceptione verborum ſolennium dicitur actio ius ciuile, vel prætorium, quo debitum in iudicio à te exigere poſſum, vel petere rem mihi reſtitui:vt ff. de origine iu.l.ij.§. omnium. & de furtis.l. ſi ſeruus nauem.& infrà, de formu.& impe.act.ſubla.l.j.& ij. Et aſsignantur propria nomina actionum:vt ex vendito, ex empto, ex locato, ex conducto, & alia multa conſimilia quæ enumerantur inſti. de actioni. His enim nominibus exprimitur, vel ſignificatur ius quod à te exigam:non tamen dico quòd nomina ſint iura: vt hoc nomen homo, non eſt homo, ſed ſignificat animal rationale mortale. Et nomen iuris hic non ponitur pro arte boni,& æqui, vel iure naturali,vel gentium, vel iure ciuili, vel prętorio, propter quod te exigam.
2 † Nam & obligatio eſt iuris vinculum, id eſt, ius vinciens, propter quod te exigam:non tamen ego te exigo obligatione.nam & ideo te poſſum conuenire quia hæres ſum, vel bonorum poſſeſſor: non tamen te conuenio hęreditate, vel bonorum poſſeſsione, ſed hęreditatis petitione:& vtrunque ius eſt, ſed vnum propter quod alterum quo quid reſtitui petitur: vel quo debitum exigitur: ſupponit ergo actio hic pro quodam iure ciuili,vel prętorio,à quibus proditæ ſunt actiones: vt ff. de origine iu.l.ij.§.deinde. Sed ſi inſtes & quæras quid eſt hoc ius? Reſpondeo non gaudet alio nomine.ius enim alia multa habet ſignificata, vt ff.de iuſtitia & iure.l.j. & l.penul. & vltima. & hoc eſt vnum de his ſignificatis: &
3 ſpecies eſt ſub arte: non tamen eſt ars. † Liquet ergo ex prædictis quòd edere actionem nihil aliud eſt, quàm dicere, vel denotare ius quo quis petat ſibi debitum, vel rem ſibi
4 reſtitui. † Nam actio alia eſt in rem, alia in perſonam:
2 licet propriè actio dicatur perſonalis, tamen petitio in rem, perſecutio vtriuſque cauſæ:vt ff.de actio. & obligat.l. actionum genera. & l. actio in perſonam. ſed hic cùm dicitur actionem edendam, largiſsimè puto intelligendum, vt etiam contineat iudicis officium, quo quid poſtulatur dari, vel fieri: vt ff. de actio. & obligat.l.actionis verbo.quod tamen non eſt actio: licet ſupra Martinus dixerit contrà:vt ff. de minoribus.l. quòd ſi minor. §. vltimo. Sed dicet quis, ſi actionem vocas ius tantùm, quo exigitur, non propter quod exigitur, id eſt, obligationem, vel cauſam agendi, vel petendi, vel rem de qua agitur: quid eſt ergo quod dicitur ff.eod.l.j.actionem edendam: vt proinde, id eſt, exinde, vel abinde ſciat reus vtrum cedere, vel contendere debeat: & ſi putauerit contendendum, conuentus veniat inſtructus ad agendum, id eſt, ad defendendum. Nam ſi actio edatur tantùm, non videtur quòd reus poſsit eſſe inſtructus, ita, vt cedat vel contendat. Quid enim, ſi dicat aliquis mihi, conuenio te condictione certi, vel actione ex empto,vel ex vendito, & conſimilibus, re vel quantitate non expreſſa: nec cauſa, talem libellum nullus ſani capitis recipiet: vel tenetur recipere. Recipere tamen poſſet, ſi vellet, de ſua iuſtitia confiſus: vt dicitur infrà, de annali exceptio.l.vltima.vt aliàs dicitur.ff.de inoffic. teſtamen.l. poſthumus.§.ſi quis ex his. reſpondeo, quòd dicit lex actionem edendam vt deliberare poſsit reus, intelligendum eſt eam edendam cum ſuis concomitantiis,ſeu præcedentibus,ſeu cauſis:ſola enim actio
5 non ſufficeret: vt dictum eſt. † Conſidera tamen quòd actionum quædam ſunt vniuerſales, vt petitio hæreditatis, famil.erciſcundæ. Item actio ex teſtamento, quandoque non ex ſui natura, ſed accidentaliter: vt cum proponitur contra heredem rogatum hæreditatem reſtituere.& actio ex empto, quando competit contra venditorem hæreditatis. Aliæ ſunt generales, vt actio tutelæ, negotiorum geſtorum, item pro ſocio, cùm competunt pro omnibus generaliter negotiis. Aliæ ſingulares, vt condictio certi & indebiti, & ob cauſam, triticaria, & furtiua condictio & rei vendicatio, & hypothecaria, & aliæ infinitę: vt ff.de rei vend.l.j.& ſi pars hæredi. peta. l.j. & pro ſocio. l. pro ſocio arbiter.§.j.j.reſponſo.
6 † In vniuerſalibus actionibus non ſufficit actionem edi: ſed oportet res vniuerſaliter non ſpecialiter exprimi. Nam ſi dicat, homo, conuenio te hæreditatis petitione: oportet adiicere pro hæreditate Titij tota, vel eius quota portione: niſi impoſsibile ſit eum, quotam portionem dicere poſſe propter incertum rei euentum: vt ff.ſi pars hæred. pet.l.j.§.vlti. Sic etiam poſſet proferri ſententia: Condemno te vt reſtituas hæreditatem Titianam, etiam non ſpecificatis rebus, & ideo quia non ſpecificantur res, quæritur quid euicta hęreditate reſtitui debeat. Item retinentur impenſæ infirmitatis, & funeris & ſoluta creditoribus: vt infrà, de petitione hęred.l.j. & l.in reſtituenda.& l.de hęreditate, & l.vltima.§. ſin autem.
7 † In generalibus autem ſufficit actionem edi, & generaliter rem exprimi: vt ſi dicam: conuenio te actione tutelæ, vel negotiorum geſtorum, oportet adiicere, vt rationem reddas tutelæ meæ, vel illius, vel negotiorum meorum omnium, vel illorum, vel eorum qui fuerunt eius cui ſucceſsi. Et idem in actione mandati dici poteſt. Idémque in actione pro ſocio. Nam ſi ea proponantur, non ſufficit: ſed generaliter exprimendum eſt vt communicet res ex ſocietate communicandas, & pręſtet rationem doli, & culpæ admiſſę in rebus ſocietatis: poſteà autem procedente lite ſingula capitula, &
8 res exprimendæ ſunt. argumen. infrà, de iudic.l.licet. † In ſingularibus autem actionibus, non ſufficit actionem edi:ſed oportet rem exprimi:vt ſi dicam, conuenio te rei vendicatione, adiiciendum eſt pro fundo illo: vt plenè dicitur.ff.de rei vend.l.ſi in rem.Idem in hypothecaria,& conſimilibus realibus actionibus: nec opus eſt exprimere cauſam in his realibus. Expreſſa eſt enim hoc ipſo, quòd proponit rei vendicationem. Eius enim cauſa nulla eſt alia, niſi dominium quod videtur aſſerere ſuum eſſe, & ipſum in iudicium deducit qualecunque ſit: vt ff.de exceptio.rei iudica.l.ſi mater.§.eadem.

9 †In perſonalibos autem, non tantùm actionem edi ſufficit,
& rem exprimi: vt ſi dico, conuenio te condictione certi, vel
actione exempto ad rem illam. ſed oportet adducere, quia mi-
hi donauit, dedit in dotem, vel promiſit & conſimilia, ſicque
cauſam exprimere, & quod exprimi debet ſatis probatur. j. de
edicto diui Adria. tollendo. l. vltima. §. ſinautem. Vel, quia
ego emi, vel is, cui heres extiti. & conſimilia: vt C. de edict. di-
ui Adria. tollend. l. vltima. prope fin. Aliter enim oon poteſt
deliberare reus cedat, vel contendat: quia ex pluribus cauſis,
poteſt res eſſe debita, licet ex vna tantùm ſit mea: vt ff. de exce.
b rei iudicatæ. & an eadem [b]. §. actiones. †Diceret quis: pone
10 quòd in vniuerſalibus, vel generalibus, vel ſingularibus non
eſt actio expreſſa, ſed res, & cauſa ootata: nónne ſufficiet? vt ſi
dico, cóuenio te pro hæreditate: quia dico eam meam eſſe: vel
conuenio te quia adminiſtraſti mea negotia ſine mandato, &
ſponte vt rationem reddas. Vel conuenio te pro fundo Titia-
no: quia dico eum meum eſſe. Ait Plac. ſufficere. quia in his o-
moibus expreſſa eſt prima cauſa, hoc eſt, actio: vt ſicut quod
appellatur apud Dialecticos argumentum: ſcilicet, quod ex
propoſitione, aſſumptione, & cóclusione fit: ita apud legiſtas
dicatur cauſa, actio. Ego puto ſufficere, ſed non illa ratione,
quòd cauſa ſit actio. Nam ſi dico, cóuenio te pro decem: quia
talem rem vendidi pro decem: nónne poteſt eſſe quòd vendi-
derim tibi, & tamen non habeo actionem ex vendito: quia mi-
hi deſiit competere. Item bene poſſum eam habere, licet non
vendidi: ergo quia vendidi, vel venditio non eſt actio, ſed ex
ea naſcitur. ſed ſi dico, conuenio te ad decem actione ex ven-
dito, ſi verum eſt hoc, id eſt, reum ea actione teneri: ergo de-
bebit actor vincere de iure ciuili: licet eſſet poſſibile exce-
ptionem reo competere. Ergo hæc tria licet ad vnum tédant,
neutrum tamen eſt alterum, imò procedit ex altero: vt ecce:
pactum, ex eo obligatio, & ex obligatione actio: imò & plu-
res quandoque ex obligatione naſcuntur actiones, vt condi-
ctio certi generalis, & ex empto, vel vendito, vel furti, vel con-
dictio furtiua, & aliæ infinitæ: vt ff. loca. l. ſi merces. § vltimo.
& de priua. delict. l. nunquam. & ſi certum petatur. l. certi có-
dictio. Nec dicat aliquis ſani capitis, patrem, vel matrem eſſe
filium, vel è conuerſo. Diuerſæ ſunt enim perſonæ, ſicut & hic
diuerſa ſunt iura: & vnum obligandi vel conueniendi: alte-
rum petendi vel exigendi. Alia ergo ratione ſufficere dico,
quia non refert vtrum proprio nomine res oſtendatur, an ea
demonſtratione quæ fungitur vice proprij nominis: vt ff. ſi
11 certum petatur. l. certum. †Cùm ergo videam quòd lex ad
nihil aliud voluerit edi actionem, niſi vt deliberare poſſet reus
an cedat, vel contendat: & hoc ipſum poſſit facere per rem, &
cauſam, vel per rem tantùm, vel per cauſam tantùm, vel ta-
libus æquipollentibus, ſatis erit. Nec obſtat quod dicitur in-
frà eodem. l. edita actio, quòd edita actio ſpeciem futuræ litis
demonſtrat. quaſi vbicunque, vel qualitercunque demonſtre-
tur futura lis, detur actio: nec enim hoc ſequitur. Nã bene fa-
teor, quòd per actionem editam demonſtretur lis futura: ſed
non per eam ſolam. Nam hac via itur Romam: ſed non ſola.
Et interdicto naneiſcimur poſſeſſionem: vt ff. de rei vendi.
l. is qui. ſed non ſolo, quia per condictionem ex lege, per
triticariam, vel indebiti. vel in factum: vt infrà, vnde vi. l. ſi
quis. & ff. de triticaria. l. ij. & de condict. indeb. l. indebiti. & ne
vis fiat ei qui in poſſeſſionem. l. prim. Ergo quicquid dicatur
de diuiſione actionum: omnes tamen regulæ & diuiſiones ad
id tendunt: vt qualitercunq; plenè inſtruatur reus, ſatis ſit: ſo-
la tamen actio nunquam ſufficit: vt dictum eſt: & hic, ſicut &
vbique, omnes regulæ patiuntur exceptiones. Et illud in præ-
dictis notari poteſt, quòd in ſpecialibus, ſpecificantur res: in
generalibus, generaliter denotantur: in vniuerſalibus vniuer
12 ſaliter exprimuntur. † Fit autem editio actionis ſecundum
hæc iura, vel per libellum iudici oblatum: vt per eum reo de-
tur, & ipſe in eo deliberet: vel in alio quem ex eo deſcripſerit:
vel ſine libello, dictante actore, vel ſapiête ſuo, quid eſt dictu-
rus: vel quo iure eſt vſurus: vt ff. eodem. l. prima. §. edere. In
conuentione tamen illuſtrium perſonarum, etiam ſi pecunia-
riter conueniãtur, neceſſarius eſt libellus: ſed ſecus eſt in aliis:
vt infrà, de dignitatibus. l. quoties. & ff. de priua. delict. l. vlti.
hodie autem quolibet conuento neceſſarius eſt libellus: vt j.
de lit. conteſtatio. authen. offeratur. niſi vbi, & ſine ſcriptis
a poteſt iudicari: vel quia cauſa vilis eſt [a], vel quia epiſcopus
cognoſcit inter clericos ſuos, vel quia conuenitur magiſtra-
tus finito officio ſuo: vt dicemus infrà, de ſen. ex breui. recit.
vel quia fiat ex conſenſu partium: vt argumen. ſuprà, de epiſc.
authen. generaliter. & argumen. ff. de ferijs. l. prima. Authen-
tica tamen non loquitur de libelli oblatione, ſed de ſatiſda-
tione perficiendæ cauſæ: quam certum eſt non habere locum
in arbitrio. Nam ibi ſufficit pœnam cómitti: vt infrà, de arbit.
13 l. j. † Edita autem actione, ſi quidem aduerſarius iam ſit con-
uentus per iudicem, vel executoré reo poſtulante, neceſſe ha-
bet perficere litem: vt infrà. quomodo & quãdo iudex. in au-
then. qui ſemel. ſi autem aduerſarius nondum ſit conuentus,
vt dictum eſt, licet actori impunè deſiſtere. Quod ſi non velit
ſimpliciter deſiſtere ab actione, ſed eam mutare, id eſt, vetere
relicta, aliam intendere: quantum ad veterem id erit quod di-
ctum eſt. In noua autem dico eum admittendum, niſi per ve-
terem (in qua neceſſe habeat perſiſtere) obſtaret exceptio rei
iudicatæ in noua: quia eædem ſunt perſonæ, eadem res, ea-
dem cauſa agendi, licet alia ſit actio: vt ff. de exceptio. rei iudi.
l. ſi mater. §. eadem. & l. cùm quæritur. & de iureiurand. l. duo-
bus. §. exceptio. vel niſi actio vetus in qua neceſſe habet per-
ſiſtere, ita ſe habeat ad ſecundam, vt tollatur electione, quod
in caſibus contingit: vt infrà, de furt. l. prima. & infrà. ſi ſeruus
exte. ſe emi mand. l. prima. & infrà, de codicil. l. vltima & de
pact. inter empto. & venditorem. l. cómiſſoriæ. & ff. de tribut.
l. quod in hærede. §. eligere. & de lega. l. cùm filius. § varijs.
14 † Si quæras an in noua actione debeat habere nouas dila-
tiones cauſa deliberationis, dico quòd ſic: niſi vbi in ſecunda
poteſt eſſe inſtructus ex deliberatione prima: vt fuit in veteri
15 actione. † Quid enim ſi conuentus eſt vi bonorum rapto-
rum, & poſteà ex eadem rapina conueniatur furti, & condi-
ctione furtiua, indubitanter ſaluum eſt ei beneficium editio-
nis, & deliberationis: & ita licet actori mutare actionem: vt
monet authoritas edicti de edendo perpetui, id eſt, generalis:
& decernit æquitas iudicantis: vt infrà, l. edita. Cùm autem
non mutare ſed emêdare vult actionem: vt ſi petit minùs, po-
ſtea petat plus, vel è conuerſo: dicunt quidã fieri poſſe quan-
documque ante ſententiam, in eodem iudicio: vt inſtit. de act.
§. ſi minus. Ego idem puto in vniuerſali, vel generali iudicio:
vt ff. de petitione hæred. l. iiij. & l. ſi quo. & infrà, de iudiciis. l.
licet. & hoc ex ſupradictis apertiùs liquet. Et ita eſt intelli-
gendum quod legitur infrà, de appellationib. l. vltima. In
ſingularibus autem iudiciis idem dico vſque ad litem conte-
ſtatam, & iuſiurandum calumniæ ſi velit aliam edere, & eam
emendare: poſtmodum autem cùm alia ſit res, alia interpella-
tione eſt opus. Nec idem videtur in iudicium deductum: vt
ff de excep. rei iudic. l. cùm quæritur. & l. eg. & ff. de iudi. l.
nó poteſt. Nec obſtat quod legitur ff. de nox. lib. l. in delictis.
§. ſi detracta. quia ibi ex eadem cauſa, & ex eadem actione, &
ad idem agebatur, licet varietas erat in quodã beneficio quod
dominus ſolet habere per legem: vt ſcilicet, liberetur à pœna
vel damno per noxæ deditionem. ¶ Nunc de editione ratio-
num in ſpecie videamus: ſcilicet quid ſit ratio, & quibus, &
qualiter, & cui, & quando, & quoties ratio ſit edenda: & qua-
16 liter contra eum, qui non edit, ſit agendum. † Eſt autem ra-
tio, ſcriptura cauſa negotiationis mutuæ de datis, & acceptis:
ſecus ſi ibi contineatur de pignore tantũ, vel de mandato tan-
tùm, vel conſtitutione pecuniæ tantùm: licet quidam in con-
ſtituta pecunia dixerint cótrarium: vt ff. eodem. l. ſi quis. §. ra-
17 tionem. † Has autem rationes conficiebant argentarij, qui
publica authoritate inſtituebantur, argento dando, & reci-
piendo: ſicut & numularij aliis pecuniis dandis, & accipiêdis:
& ſuper eis permittebatur ipſis facere ſcripturas: vt per eas
probarentur data & accepta. & frequentiſſimè ad fidem eorũ
decurrebatur: vt ff. eod. l. quidam. §. vltimo. & l. argentarius.
§. j. ſicut & hodie ad fidem recurritur tabellionum. Ipſi tamen
argentarij etiam ſerui poterãt creari: vnde & dominus ex eo-
rum tenebatur perſona, quod iuſſu, vel de in rem verſo, vel
de peculio: vt ff. eod. l. prætor. §. j. Sed ſerui non poſſunt eſſe ta-
18 belliones: vt j. de tabularijs. l. generali. † Fœminæ autem non
poſſunt eſſe argentariæ: vt ff. eodem. l. fœminæ. Cogitur autem
argen

argentarius edere. Item hæredes eius, ſed non ſingulares ſucceſſores, niſi cùm ipſi poſſunt exhibere, & hæredes eius nihil dolo fecerint: vt ff. eodem. l. quædam. §. nec intereſt. Item tenetur ſubſcribere editioni ille qui edit, & quãto melioris eſt cõuerſationis is qui edit, tanto maioris fidei habentur rationes: vnde & ſi plures ſunt argẽtarij omnes tenẽtur edere: aut vnius editioni ſubſcribere. Quid enim ſi humilis, & deploratus ediderit vt dubitare quis ex fide editionis poſſit? cæteri edere debent: vt ff. eodem. l. ſi quis ex argentariis. §. j. Edere autem debet ibi, vbi argentariam exercuit, niſi ſumptibus meis velim edi ibi, vbi agitur. dato ei ſpatio ad perferendum eas: vt ff. eo. l. prætor. §. vltimo. Exhibetur autem ſi iurauerim me non calumniæ cauſa poſtulare: & ſi ad me pertineat ratio, quod eſt ſi ipſe ſcripſerit eam me mandante, vel tutore, vel curatore, vel procuratore, vel negotiorum geſtore, cuius factum ratum habeo: vel eo cui extiti hæres. Ad procuratorem etiã videtur pertinere propter rationem quam mecum habet: vt ff. eo. l. ſi quis. §. ex hoc edicto. & l. quædam §. vltimo. Item fit exhibitio mihi ſemel tantùm, non ſecundo: niſi caſu fortuito probarem me amiſiſſe. Argentario autem non eſt edenda ratio: quia inſtructus poteſt eſſe inſtrumẽto ſuæ profeſſionis: nec debet ab aliis edoceri, qui alios debet docere, niſi caſu fortuito probaret ſe
19 amiſiſſe, vt infrà eodem. l. ſi quis. §. vltimo. & l. veluti. † Eſt autem facienda rationum editio, quaſi communium inſtrumentorum cum die, & conſule: nec enim aliter accepta & data poſſunt apparere: vt ff. eodem. l. j. §. editiones. & l. prætor. in principio. §. j. Nec intereſt, habeam litem cum argentario, an cum alio cuius litis gratia peto editionẽ: vt ff. eodem. l. argẽtarius. j. reſponſo. vt tamen exhibeatur ea tantùm pars quæ pertinet ad quæſtionem: vt ff. eod. l. argentarius. §. j. Et ſatis dici poteſt, quòd ipſa editio fiat iudicis officio: vel dic eam fieri actione in factum, quæ etiam datur ad intereſſe ſi dolo malo, vel culpa lata non fiat exhibitio, quod æſtimatur ſecundum tempus quo prætor decreuit exhiberi: licet aliàs pluris cœperit intereſſe: vt cùm per rationes volebam cõuincere eum, qui debebat prædium, quod valebat quinque: nunc valet decem: vel minoris cœperit intereſſe: vt ſi extiti hæres ei quem ex rationibus conuincere volebam: vt ff. eodem. l. ſi quis. §. ex hoc edicto. & l. vbi. & l. quædam. in princip. vel aliàs: habeo modo facultatem probandi, quod prius plenè non poteram probare cùm petij rationes, & prætor decreuit mihi exhiberi: vt ff. eo.
20 l. argentarius. §. cùm autem. † Et eſt actio iſta in factum annalis, & prætoria, & hęredibus datur, ſed non in hęredes: vt ff. eodem. l. vltima. quod eſt mirabile: cùm ipſa detur de peculio: vt dictum eſt: ſicut quæuis actio, quæ eſt ex contractu: & ideo debeat dari in hæredes: vt ff. de actioni. & obligatio. l. ex contractibus. ſed dic eam anomalam eſſe: quia omnino non imitatur naturam earum actionum, quæ ſunt ex contractu, vel quaſi: vel earum quę ſunt ex maleficio, vel quaſi: vel dic eam ex cõtractu eſſe: & ſpeciale eſt in ea, quòd non datur in hęredem: vt & in quibuſdã aliis, quę ſunt ex cõtractu: vt ff. ſi mẽſor fal. mo. dixerit. l. iij. §. vltimo. & ff. de tributoria. l. illud. §. vlti-
21 mo. † Nunc de editione inſtrumentorum, id eſt, chartarum videamus: nam in larga ſignificatione etiam teſtes continen-
b tur [b]: vt infrà, de fide inſtrumen. l. j. de quibus nihil ad pręſentem rubricã pertinet. & certè editio inſtrumẽtorum fit quandoque per actionem pro ſocio inter ſocios, vel actione familiæ erciſcundę inter cohęredes, cùm non ſufficiat exemplum oſtẽdere: vt infrà eod. l. procurator. & authẽ. ſi quis in aliquo. in fine. & ff. famil. erciſcundę. l. ſi quę. Quandoque per actionem tutelę: vt à tutore ſuo pupillo. vel vtilem negotiorum geſtorum à curatore ſuo adulto: vel per directam, à ſpontaneo geſtore domino: vel per mandati actionem, à procuratore domino: vt ff. eodem. l. quędam. vel per interdictum de tabulis exhibendis ab eo, qui negat ſe tabulas habere, vel debere exhibere: vel per edictum, quemadmodum teſtamen. aperian. ſi fatetur ſe tabulas habere, nec prętendat cur non exhibeat: vt ff. de tabul. exhibendis. l. j. & ff. quemadmodum teſtam. aper. l. ij. §. vlti. vel per actionem ad exhibendum ſi charta ſit mea: alioquin agam actione in factum: ſi tamen interſit mea chartam exhiberi, & non ad exhibendum actione. quod notabile eſt: quia aliàs etiam non domino datur, ſi tamen interſit ſua: vt ff. ad exhibendum. l. ij. §. eſt autem. & §. ſciendum. & §. ſi quis
22 autem. & §. penultimo. † Fit etiam iudicis officio editio inſtrumentorum, quæ pertinet ad cauſam cœpti iudicij. Et ſuper eis pleriq; ita dixerunt, quòd reus ab actore ſua propria inſtrumenta exhiberi, poſsit poſtulare iudicis officio: ſed non actor à reo: quia fauorabiliores ſunt rei, quàm actores: vt ff. de regulis iuris. l. fauorabiliores. niſi quando reus reputatur pro actore: vt ſi confiteatur de intentione actoris: ſed opponat exceptionem pacti. vel aliam, cuius reſpectu videtur eſſe actor: vt ff. de exceptio. l. j. & actor videtur eſſe reus eadem ratione: & hoc eſt, quod dicitur infrà eodẽ. l. vltima. aliàs ergo reus non tenetur exhibere: quia actori & accuſatori incumbit onus probationis: & eo non probãte plenè. vel ſemiplenè. qui conuenitur, & ſi nihil pręſtiterit, id eſt, ediderit. vel probauerit, debet obtinere, vt infrà eodem. l. qui accuſare. Poſſet tamen induci contrarium argumentum in eo, qui accuſatur, quòd accipit pro cauſa definienda: quia & ſi non probet accuſator, tenetur tamen iurare accuſatus: vt in auth. vt liti. iurent. col. ix. Vbi autem ſemiplene probat actor: vt per vnum teſtem oportet reum vel actorem: vel cui vni eorum detulerit iudex, iuſiurandũ præſtare: vt infrà, de rebus credi. l. in bonæ
23 fidei. † Ego autem puto diſtinguendum inter rationes, & inſtrumenta, quæ ſunt eius tantùm à quo petuntur exhiberi. rationes enim exhibentur à reo actori, & è conuerſo: quia communes ſunt quodammodo, & ad eos pariter pertinent. Et hoc eſt, quod dicitur j. eo. l. vltima. & probatur per l. prætor. ff. eodem. § j. & l. ſi quis § rationem. & l. argentarius. j. reſponſo. Si autem actor à reo, vel econtrario, petat inſtrumentum alterius tantùm, non commune, vt ex eo inſtruatur, nunquam licet: quia non oportet originem petitionis ex inſtrumentis eius tantùm qui conuenitur, fundari: vt infrà eodem. l. vltima. in fine. Si autem reus ab actore. vel è conuerſo, petat ſibi exhiberi inſtrumentum etiam proprium quo eſt vſurus, non vt inſtruatur ad probationem pro ſe, præſtãdum eſt: niſi fortè, cùm fiſcus vel aliquis nomine fiſci agit: vt ff. eod. l. ne quiſquam. ſed vt videat an ſit talis charta cui debeat iudex adhibere fidem, vel non, eſt facienda editio. Eſt etiam in principio cauſæ, eorum inſtrumentorum quibus aliquis eſt vſurus, vel quis eſt editurus, facienda editio: ſed ſine die & conſule, quo inſtrumentum eſt conſcriptum, ne præſtetur materia falſa fabricandi, vt ff. de teſtament. & quemadmodum teſta. aperian. l. ij. §. diem autem. Dies autem ſolutionis eſt edenda: quia pars eſt ſtipulationis: vt ff. eod. l. j §. editiones. & §.
24 edenda. † Acta autem, id eſt, ſcripturę quæ factæ ſunt de his, quæ in iudicio ſunt confeſſata, vel teſtificata: vel quomodocunque acta peri poſſunt exhiberi: vel conditione ex lege, vel iudicis officio, vt infrà eodem. l. ij. His tamen actis non puto habendam fidem, niſi inter eos qui iudicio interfuerunt: & inter quos cauſa eſt acta, eorundẽmque ſucceſſores: ſiue ciuilis ſit cauſa, ſiue criminalis: vt in prædicta lege, & ff. de iureiuran. l. ſed & ſi poſſeſſoris. §. vltimo. & l. idem. contraria tamen induci poſſent argumenta duo: vt ff. de crimine expilatę hęredi. l. rem. & famil. erciſcund. l. hęredes. §. idem ſcribit. Sed intelligantur illa cum prędicta determinatione. Nec obſtat quod legitur ff. de iure fiſci. l. ij. §. diuus. quia ibi non loquitur in actis, ſed in aliis inſtrumentis pertinentibus ad criminalem cauſam: in qua quia exhiberi ea pecuniariter non intereſt, non fit exhibitio: ſed in ciuili cauſa cõtra, maximè quia me actore tractata ſunt. vel dic in ciuili, & criminali cauſa exhibentur fiſco: ſed in pecuniaria hoc ipſo quòd non exhibentur ei inſtrumenta, creditur ea ſubtraxiſſe fiſco, vt de pœna furti teneatur. quod in criminali non eſt.

ANNOTATIONES.

a Perſonam de actione in rem, & in perſonam qualiter inter ſe differant, & de aliis ſpeciebus actionum vide late per du. Iaſon. ſolennem doctorem in §. omnium autem. inſtit. de actione. Hierony. Gigas.

b Cauſa vilis eſt. Quibus in cauſis libellus neceſſarius non ſit. vide per Specula. in titu. de libelli concep. §. x. verſi iij. cum plu ſeq. auth. niſi breuiores. & ibi doct. C. de ſenten. ex peri. recit. Bald. in l. j. vt in poſſ. leg. Lanfran. in cle. ſæpe. in ver. ſimpliciter. de verbor. ſignific. Bartol. Soci. in regula cciij. domi. Iaſon. de may. in §. tripli. num 26. & 16. cum plu ſe. inſti. de act. & Alexan. de Imol. in conſil. lib. io 23. vo multa

per Soxi. in conſilio cexxi. incip. in præſenti conſultatione. verſ. circa tertiam dubitationem.
6 Teſtes contineantur. Adde Bartol. in l. admonendi. in fine. ff. de iureiu. Ioan. de Imol. in rubr. de fide inſtru. dom. Alex. in l. prima. eodem tit. Lanfran. in c. quoniam contra. in princ. de prob. doct. in l. actionem. §. inſtrumentorum. de verbo. ſigni. & in l. ſi. in §. computatione. C. de iur. deli. & in auth. ex cauſa. ad fin. C. de lib. præte. eundem do. Alex. in conſi. clxv. in ij. vol. vbi videbis quàm plures pulchras limitationes.

De in ius vocando. *Rubrica.*

1 *Vocare in ius quid ſit.*
2 *Vocatio in ius vel verbo ſit, vel re.*
3 *Vocare in ius quis poſſit.*
4 *Vocatio in ius quibus modis reprobetur. & num. 5. & 6.*
7 *Parentes qui dicantur.*
8 *Pater quis ſit.*
9 *Patrem adoptiuum quis nullo modo poteſt vocare in ius.*
10 *Patronus dicitur qui manumiſit ſeruum ſuum ſponte.*
11 *Libertus ſine venia agere non poteſt contra parentes patronorum. nec cum venia famoſa actione niſi ex cauſa.*

FACTA editione actionis, neceſſe eſt reum in
ius vocari: & ideo ponit de ius vocando. Videa-
1 mus ergo quid ſit in ius vocare. † Et quidem in
ius vocare, eſt iuris experiundi cauſa vocare, apud
eũ qui ius dicturus eſt, id eſt, vt experiatur actor, an ius com-
petat ſibi, an non. Hoc tamen intelligunt quidam, ſi reus ve-
niat, & reſpondeat, aliter non: quia cum effectu, &c. vt ff. ne
quis eum. qui in ius vo. l. pen. §. docere. quod non placet: imò
& ſi non reſpondeat: ſi tamen vocetur per executorem ſine du
bio eſt vocatus. hæc enim verba, & ſententia edicti exigunt:
licet ſi non reſpondeat, de æquitate facilius remittatur pœna:
vt ff. eod. l. quamuis. ſola autem oblatio libelli non habetur
2 pro vocatiõe: vt ff. e. l. libertus aduerſus. † Qualiter diuidatur
in ius vocatio? Diuiditur autem, quia alia ſit verbo tantùm: vt
in matrefamil. & idem in eo, qui eſt in domo ſua ſi præſtat adi-
tum ad ſe, vel ex publico conſpiciatur; alioquin nec verbo
tantùm vocabitur, qui eſt in domo. Alij autem ſiue ſint in iti-
nere, vel vinea. vel agro, theatro, vel balneo poſſunt in ius vo-
cari re, & verbo. cum enim certis perſonis detur priuilegium
ne vocentur in ius re, ſed verbo, patet in aliis legem commu-
nem eſſe contrariam: & hoc probatur ĩ. de offic. diuer. iud. l. j.
& ff. eod. l. plerique. & l. ſatis. & l. ſed etiam. & l. ſed ſi is. & ad
3 muni. l. j. † Quis poteſt in ius vocare? Vocat autem in ius
quilibet, cuius non reprobatur vocatio: vt hoc edictum ſit
prohibitorium: vt dicitur aliàs ff. de procurat. l. mutus. §. cum
4 quæritur. & de probatio. l. ea. † Reprobatur autem voca-
tio modis multipliciter attentis, vel circa vocantem, vel circa
iudicem, vel circa cauſam. Et duriſsimum eſſet ſingula proſe-
qui: ſed non generaliores modos proſequimur: quibus voca-
tio reprobatur. Reprobatur autem in primis, ſi iudex qui me
vocat, iudex eſſe non poteſt: vt ff. de iudi. l. cum prætor. §. non
autem. vel ſi iudex eſt, ſed non eſt iudex in me: quia certum eſt
me eſſe extra territorium ſuum. Si autem dubitaretur opor-
tet me venire: vt ĩ. ne de ſtatu defunct. l. penult. & ff. de iudic.
l. ſi quis ex aliena. vel non eſt mihi iudex, conſiderato actore,
qui non eſt habilis ad agendum, vt quia eſt ſeruus: vt ff. ſi quis
cauſ. l. quoties ſeruus. vel ſi habilis ſit ad agendum, aliàs no-
mine ſuo, hic tamen repellitur: quia agit nomine alieno: vel
quia miles, vel quia fœmina: niſi in caſibus, vt ĩ. de procurat. l.
militem. & l. qui ſtipendia. & l. alienum. & ff. de procurato. l.
fœminis. vel ſi is qui agit nomine ſuo, habilis eſt ad agendum
alio tempore, hoc tamen quia feriatum eſt, repellitur: vel quia
de re illa agitur quæ non eſt, vel de qua non poteſt eſſe iudi-
cium: vt de ſole, & luna & planetis quæ philoſophorum ma-
gis ſunt quæſtiones: vt ff. de iudic. l. non quemadmodum. & ĩ.
de ſtudiis libe. vrbis Ro. l. j. vel repellitur, quia me vocauit ad
locum inhoneſtum: vt ff. de arbitr. l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. ſic
& reprobatur vocatio, quia reus morbo laborat: vel quia fu-
5 rioſus eſt: vel quia infans. † Item reprobatur ratione cauſæ
reſpicientis ius diuinum: aut publicam vtilitatem. vel priua-
tam: vel reſpicientis ius publicum, & humanum: vt ſi ponti-
ficem dum ſacra facit: vel ei deſeruientes quis vocet: vel eum
qui ducit funus familiare: vel eum qui facit buſta mortuo: vel
qui cadauer proſequitur: vel ſi vocet quis eum qui habet me-
rum imperium in ipſum vocantem: vel ſi vocet iudicem, dum
de re cognoſcit: vel eum qui equo publico in cauſa publica
tranſuehitur: vel qui neceſſe habet ſiſti certo loco, niſi voce-
tur ad maius tribunal: vt ff. eo. l. ij. & iij. j. reſpõ. & ff. de re iudi.
l. contra pupillum. §. is qui. In legato etiam poteſt aſsignari
publica vtilitas, qui non vocatur in ius tempore illo quo cer-
tum eſt eum legatum eſſe: vt ff. de iudic. l. ij. §. legatis. habetur
etiam iſta conſideratio perſonarum, ſcilicet rei, & iudicis in
reprobanda vocatione: vt licet iudex ſit aliorum, non tamen
mulieris cum qua tentauit inuita ea cõtrahere matrimonium,
vt ĩ. ſi quacunq; præ. po. l. j. § illo. Item ratione actoris, vel rei,
& iudicis, vel ſi vocans in ius, vel vocatus ſit de liberis iudicis
vel in actione iniuriarum, etiam ſi ille, qui agit iniuriarum, ſit
de collateralibus iudicis: vt ff. de iniur. l. lex Cornelia. Miſta
etiam inter actorem, & reum habetur conſideratio in repro-
banda vocatione: vt ſi patrem filius, vel econuerſo: vel ſeruus
dominum, vel econtra in ius vocet: vt ff. de iudiciis. l. lis nulla.
Eſt & miſta conſideratio ratione cauſæ, & iudicis: vt ſi iu-
dex in ea cauſa in qua fuit aduocatus velit ius dicere: vel ſi ta-
lis ſit cauſa, quæ priuilegio ſui non pertineat ad iudicem: vt
quia eſt eccleſiaſtica & iudex eſt ciuilis: vt ff. de iuriſd. omn.
iudic. l. prætor. & de ſanctiſſ. epiſcopis. §. ſi autem eccleſiaſtica.
6 † Et eſt notandum, quòd ſuprà expreſſæ ſunt cauſæ, quibus
de iure vocatio fieri non poteſt. Quandoque tamen vocatio
poteſt de iure fieri, ſed non conceditur, niſi obſeruata quæ-
dam reuerentia quæ debetur reo ab actore: hoc eſt, vt impe-
tret primùm à iudice veniam, id eſt, licentiam conueniendi
parentes. Item patronos, liberoſq; patronorum. Item paren-
tes eorum, & in hoc conſiſtit huius titu. tractatus. Videndum
ergo qui dicantur parentes, & qui patroni, & eorum liberi,
7 vel parentes. † Parentes [a] autem dicuntur omnes aſcenden-
a tes in infinitum ſecundum interpretationem iuris. propriè e-
nim parentes dicuntur vſque ad tritauum: ſed vltra tritauum
dicuntur maiores: nec diſtinguitur, vtrum ſint naturales, &
legitimi: vel naturales tantùm: dum tamen certum ſit eos eſſe
parentes. Vnde mater licet vulgò conceperit, quia certum eſt
eam eſſe matrem, debetur ei reuerentia. nec hic diſtinguo vt
Plac. conceperit vulgò, vel ex damnato, vel inceſtuoſo coitu.
8 † Pater verò eſt is, quem nuptiæ demonſtrant, id eſt, præſumi
tur eſſe, ſubaudi, vel legitimus concubinatus. vna eſt enim
omnibus parentibus etiam naturalibus, ſeruanda reuerentia:
9 vt ff. eod. l. quique. §. prætor. & l. quia. & l. parentes. † Patrem
autem adoptiuum (quia in eius poteſtate eſt) nec cum venia,
nec ſine venia vocare poteſt: quia iudicium non poteſt eſſe
inter eos: impediẽte magis patria poteſtate, quam hoc edicto:
niſi filius habeat caſtrenſe peculium: tunc enim, veniæ impe-
trata, poteſt vocare: vt ff. eod. l. adoptiuum. parentes autem
patris ſui adoptiui tantùm, ſcilicet qui ſunt ei cognati, non
agnati, impunè quis vocat in ius, quia nullo iure attinent filio
adoptiuo. his enim tantùm ex parte patris ſit cognatus, qui-
bus ſit agnatus. Si autem pater adoptiuus habeat agnatos pa-
rentes, eis filius adoptiuus fiet agnatus. Quid ſi ab eis pater
adoptiuus ſit emancipatus nihilominus: & ideo filius adopti-
uus erit eis agnatus hodie licet olim eſſet contrarium: vt ff. e.
l. patris adoptiui. & de adopt. l. qui adoptionem. & inſtitut.
10 de legi. agnat. ſucceſſ. §. vltimo. † Patronus autem dicitur,
qui manumiſit ſeruum ſuum ſponte: ſiue ſit priuatus vel vni-
uerſitas, vel pepigit vt eſſet liber, ſi proſtitueretur, vel manu-
mitteretur: ſecus ſi ſeruauit ſibi manus iniectionem proſtitu-
to ſeruo: & poſtea ipſemet proſtituit: vt ff. eodem. l. ſed ſi hac
lege. §. proſtitutæ contra legem. & §. qui manumittitur. idem
& ſi manumittat quis ex cauſa fideicommiſſi, vel eum hac le-
ge emerit, vt manumitteret, & manumiſit. vel eùm receperit
mandatum à ſeruo, vt eum redimeret ſuis nummis ad eſt. pecu-
liaribus: & manumitteret, & fidem ſeruando manumiſit. Se-
cus ſi fidem fregerit, & ex conſtitutione ad libertatem perue
nerit: licet in ſuperiore proximo caſu ſit contrarium, quia &
ibi non ſeruat fidem. habetur tamen pro patrono ex cõſtitu-
tione diui Marci, & Cõmodi repræſentante libertatem: fortè,
quia

quia emit ſuis nummis emptor, & quia in alio, id eſt, in manumiſſo vendicat patronatū. Item patronus eſt, quem pronuntiatum, vel iuratum eſt eſſe patronum: vel qui colluſionē detexit ſententiæ latæ pro ingenuitate eius qui verè libertus erat: vt ff. eo. l. adoptiuum. §. patronum. & l. is quoq;. & l. ſed ſi hac. primo reſpon. Nec obſtat patrono ſua, vel liberti minima capitis diminutio: nec ius aureorum annulorum impetratum à liberto: ſi autem alicui eorum contingat maxima, vel media capitis diminutio: vel ſi libertus reſtituatur natalibus: vel ſi liberi patroni accuſauerint libertū de capitali crimine, amittitur ius patronatus. Idémq; dicunt quidam in ipſo patrono, ſi libertum accuſauerit de capitali crimine: vt ff. de iure patro. l. eum. & de bon. libert. l. qui cùm maior natu. Ego autem in hac vltima cauſa ſecerno patronum à liberis eius: vt ff. de fideicom. lib. l. ſi filius. §. erit. nā paterni liberti noſtri dicuntur: vt ff. de verb. ſigni. l. licet. §. paternos. & ideo non obſtat illa l. qui cùm. Item amittitur patronatus, ſi iudicatum, vel iuratum eſt, me deferente me non eſſe patronum: vel adegi & adſtrinxi iureiurādo libertum ne ducat vxorem, vel libertam ne nubat, cùm liberos tollere poſſent, & in hoc caſu propriè non amittitur, ſed transfertur ad filium meum me viuente patronatus: & probatur hęc & ſuperiora. ff. eo. l. ſed ſi hac. §. patronum. & ſed ſi per pœnam. & §. ſi autem liberi. & l. adoptiuum. §. vlti.

11 † Parentes autem patronorū, liberiq; eorū naturales, & legitimi, vel legitimi tantùm, accipiūtur etiam in infinitum: nec diſtinguitur ſuo, vel alieno nomine cōueniantur, ſed & illud nō diſtinguatur an cōueniatur patronus, an eius hęredes etiā extranei: vt j. e. l. venia. licet diſtinguatur in liberto ſuo, vel alieno nomine agat: vt ff. eo. l. ſed ſi hac. §. liberos. & § parentes. & §. liberos autem. & §. vlt. & poteſt aſſignari ratio huius differentiæ, quia hoc priuilegium reſpectu patroni continet beneficium. & ideo ex eius parte fit prorogatio: reſpectu verò liberti continet pœnam: & ideo ex eius parte reſtringitur: nam fauores prorogādi, odia reſtringēda ſunt: vt ff. de lib. & poſth. l. cum quidam. Item diſtingui poteſt agat libertus, vel eius filius: nam eius filius pro ingenuo reputatur, mortuo liberto: vt ff. de obſequiis. l. hæres. ac viuēte liberto debet reueren-

12 tiam patrono: vt j. de lib. & eorum lib. l. vlt. † Impetrat autem libertus veniam conueniendi parētes, vel ſimiles ſupradictas perſonas ſemper, niſi famoſa actione conueniat eos: ſed & ſi famoſa actione agat: permittitur in caſu, hoc eſt, pro atroci iniuria. ff. eod. l. ſed ſi hac lege. §. pen. Hac autem non ſeruata reuerentia à liberto, & liberis eius, vt dictum eſt, cōpetit actio in factum eis, quibus debetur reuerentia, liberiſque eorum: etiam ſi ſint in poteſtate, & ſingulis patronorum, & ſi plures fuerint patroni, in quinquaginta aureos. quæ actio neque datur hæredi, neq; in hæredem: niſi lite conteſtata. vel ſi non ſufficiat ad pœnam ſoluendam libertus caſtigatur in corpore. ff. eo. l. ſi libertus. & l. generaliter. & l. cōmunis libertus. & l. pe. & vlti. & ff. de act. & oblig. l. ſciendum. Nam ad ſolam vindictam videtur eſſe prodita hæc actio: non ideo, quia abſit aliquid nobis de patrimonio: vt dicitur in actione iniuriarū: vt ff. de iniu. l. prætor. §. j. & Inſtit. de perpe. & temp. actio. §. non autem omnes. cauſa tamen cognita remittitur pœna in tribus caſibus: ſi pœniteat libertum, & actionē remittat: vel ſi patronus ſponte veniat: vel ſi nullo modo veniat: vt ff. eo. l. quāuis.

ANNOTATIO.

a Parentes autem. Adde Specu. in tit. de teſt. in §. primo. in verſic. item quod eſt parens. Aretin. in l. cum quidam. §. dicitur ff. de acquirenda hæreditate. Alexand. in l. ſecunda. ff. de in ius vocando. Specula. in tit. de ſucceſ. ab in teſta. in verſic. ſed an. Hierony. Gigas.

De pactis. *Rubrica.*

1 *Pactum quid.*
2 *Pactum nudum inducit naturalem obligationem.*
3 *Pactum à pollicitatione differt.*
4 *Pactum vnde dicatur.*
5 *Pactum quando ſit inutile.*
6 *Adultus an obligetur ex pacto.*
7 *Filiusfamilias non obligatur vouendo.*
8 *Pactum quandoque eſt inutile ratione rei quæ promittitur.*
9 *Pactum de re quæ non eſt, non valet.*
10 *Iudæus chriſtianum mancipium emere non poteſt.*
11 *Pacta quædam ſunt inutilia, tanquam aduerſantia publicæ vtilitati.*
12 *Pactum inter ſocios ſuper hæreditate incerti hominis, valet.*
13 *Pactum de non petendo fideicommiſſo conditionali, tenet.*
14 *Pactorum vires quæ.*
15 *Pactum quibus modis veſtitur, & num. 16. 17.*
18 *Verus actio informatur per pactum incontinenti appoſitum.*
19 *Pactum veſtitur rei interuentu.*
20 *Pacta perimunt actiones.*
21 *Pactum ſimplex tollit actionem furti, & iniuriarum.*
22 *Pactum de petendo ipſo iure non tollit pactum de non petendo.*
23 *Pactum de non petendo, interponitur ad extinguendam obligationem.*
24 *Pactum de dando, vel faciendo in pupillo, vel ſeruo, ipſo iure tollitur per pactum contrarium.*
25 *Pacta quædam nominata, quædam innominata.*
Pacta quædam expreſſa, quædam tacita.
26 *Pacta quædam ſunt inter præſentes, quædam inter abſentes.*
Pacta quædam in rem, quædam in perſonam.
27 *Pacta quædam ſunt certa, quædam obſcura.*
28 *Pactum debet prodeſſe, & nocere ei cū quo factum eſt, nō aliis.*
29 *Pactum ſpeciale trahi non debet ad conſequentiam.*
30 *Pactum ex perſona patris quandoque proficit filio.*
31 *Pactum tutoris, vel curatoris prodeſt pupillo.*
32 *Pactum procuratoris domino prodeſt: item quandoque nocet.*

SVPRA de in ius vocando, & de editione actionum, quæ ſunt quaſi præludia iudiciorum expoſitum eſt: conſequenter de iudiciis eſſet tractandum: ſed quia vocati ad iudicium ſæpe tranſigunt (nam meticuloſa res eſt ire ad iudicium) idcirco videndum eſſet de tranſactione: & quia non tantùm pecunia, ſed etiam gratis quis à lite ſæpe deſiſtit, & decentius eſt per gratiam remittere, quàm pecunia vendere actionem: vel quia pacta generaliora ſunt, ideo videamus primo de pactis: vt ff. de tranſactio. l. prima, primo reſponſo. & §. primo. Videamus itaque quid ſit pactum, & vnde dicatur: & quæ ſunt diuiſio-

1 nes pactorum: & ad quos porrigātur vires eorum. † Pactum eſt conſenſus duorum, pluriúmve in idem. & bene dixi in idem, & non in eodem. Si enim ego & tu conſentiamus: puta quòd Socrates ſit lapis, non eſt pactum: quia neutrum alteri talis conſenſus obligat. Cæterum ſi in idem dandum, vel faciendum conſentiamus: pactum erit. hoc tamen ita ſi dandum ſit alteri ab altero noſtrûm. Quid enim ſi ego, & tu conſentiamus Titio inuito quòd Titius det alii? vtique pactum non erit. Quid ergo ſi ab altero, ſed non alteri noſtrûm ſit dandum? hoc eſt quod vulgò dicunt: Pactus ſum tecum alteri dari, vtique pactum erit, licet quandoque vtile, quandoque inutile ſit ad agendum: vt ff. de verborum obligatio. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. & §. ſi ſtipuler alicui. cum mea intereſt, ſecundum Ioannem. Hoc tamen iniquum videtur, ſcilicet vt ſi dicatur pactū, cùm mea non intereſſet ei dari, cui pactus ſum. Si enim pactum eſt: ergo aliqua ſaltem naturalis nata eſt obligatio ei cui pactus ſum: ſed ei ſolui non poteſt: vt ff. de verborum obligatio. l. eum, qui ita. §. qui ſibi. ergo non eſt vlla quæſita ſibi obligatio, cùm maior ſit & ſanæ mentis: nec ſit obligatio mutata: nam & lex dicit ei non eſſe cautum: vt ff. de regulis iuris. l. quo tutela. §. vltimo. Præterea mihi non eſt quæſita: quia nec mihi dari volui: ſed nec ei cui non potui.

2 † Nam etiam nudum pactum [a] hoc habet, vt naturalem obli-
a gationem inducat: cùm ergo non operetur quæ pacta nudi ſunt, nec ea quæ veſtiti ſunt, conſtat quod nudum pactum eſt, nec veſtitum: ergo nullum. lex tamen talem cōuentionem vocat pactum: vt j. eod. l. debitorum. & l. pacto. Et ideo primę ſententiæ inhæreo: & idem poni poteſt in pacto, quod fit, vt alteri quæratur exceptio: nec enim valet ſi pactus ſum ei vt extraneo, ne petatur ab eo. Si autem pactus ſum ei vt hæredi habet exceptionem pacti: ſi vt filio habet exceptionem

doli:vt.ff.eodem.l.ſi tibi.§.ſi pactus.&.l.heredi.§ nos autem.
3 &.l.auus. † Quid ergo ſi alteri dandum eſt noſtrum: ſed
ab altero .id eſt,quod à tertio:hoc eſt,quod vulgò dicũt. pro
miſit alium daturum mihi. & ego dico nullum pactum eſſe:
vt ff.de verborum obligation.l. ſtipulatio iſta.in princip.
Item quod dixi dandum,intelligo re,vel ſpe.Nam & cùm
donare volés tibi trado,pactum eſt inter nos,id eſt cõſenſus,
Et ita poteſt dici quòd ex aliquo pacto vtili nõ oritur actio
vel obligatio. Nec enim aliquo tempore obligatus fuerã. Et
per hoc quòd pactum dicitur conſenſus duorũ differt à pol-
licitatione:quia pollicitatio eſt ſolius offerẽtis promiſsio:vt
ff.de pollicitatio.l.pactum.promiſsio autẽ referri poteſt ne-
dum ad pollicitationem ſed ad nudum pactum. Item ad ſti
4 pulationem: vt. ff. de edili. edict.l.ſciendum.§ j. † Dicitur
autem pactum à pace & actu, quaſi pacis actum. Nam qui
paciſcuntur,ex diuerſis contrarijs animorum motibus, poſt
multa variáque certamina in vnam conſonantem deducun-
tur ſententiam:vt infrà,de reſcinden. venditione. l. ſi volun-
tate. &. ff.eodem.l.prima.§.conuentionis verbum.Et eſt hoc
nomen pactum generale ad omnia quæ aguntur inter partes
cauſa obligationis contrahendæ vel tollendæ. Nomen ve-
ro conuentionis generaliſsimum eſt.Nam & ſcholares dicun
tur conuenire in ſcholis, & quilibet alij in quemuis alium
locũ,licet inter ſe nõ obligẽtur. Vel dicitur à percuſsione pal
marum:veteres enim conſentientes palmas adinuicẽ ſibi per-
cutiebant, in ſignum non violandæ fidei. Pactorum diui-
ſiones à quibuſdam multæ fiunt:ſed nos vnã admodum bre-
uem (qua nulla breuior eſſe poteſt)eligemus:quæ ſi bene fue
rit explicata .& conſummata,nihil vel à veteribus dictũ, vel
in libris ſcriptum,à nobis indnctum remanebit intactum.
5 † Pactorum igitur quædam ſunt inutilia, quædam vtilia.
Et primò de inutilibus videamus. Et quidem pactum inutile
eſt ratione paciſcentis:vt ſi fuerit furioſus:nã expreſsim con-
ſentire non poteſt:vt ff.de action. & obligatio.l.j.§ furioſum.
ſed nec tacitè:vt ff.de locato & conduct.l.qui ad certum.niſi
in caſu:vt ff.ſoluto matrimonio.l. ſecũda.§.voluntatẽ.Si antẽ
fuerit pupillus qui paciſcitur, ſi ſit capax intellectus, vt ſaltẽ
naturaliter ſe obliget,valet pactum,alioquin non:vt ff.de a-
ctio & obligatio.l.prima.§.furioſum.& de noua.l.j.in fine.&
de cõdict.indebiti.l.quòd pupillus.hoc vbi vult ſe obligare.
Nam ſi aliũ vult ſibi obligare, poteſt etiã ſine tutore: vt.ff.
de authoritate tut.l.obligari. In prodigo quoque idẽ di-
co omnino: vt. ff de verbor.obligatione.l.is,cui bonis.
6 † Adultus vero, ſi curatorẽ habet, prodigo ſimilis eſt. Si ve-
rò ſi curatorẽ non habet, obligatur ex cõmuni cauſa ciuili-
ter & naturaliter, ſed reſtituitur: vt C. de in integrũ reſtitut.
minor. xxv. anno.l.ſi curatorẽ habens. Planè filius familias
ex omni cauſa paciſcitur, præterquàm in mutua pecunia
& ibi, ſcilicet in mutua pecunia quidem obligatus eſt ciuili-
7 ter & naturaliter, ſed habet exceptionem. † Item vouendo
nõ obligatur ſicut nec ſeruus:vt ff.de actio.& oblig.l.filiusfa-
milias.& ff.ad maced.l.j.in primo reſpon.& de pollicitationi.
l. ſi quis rem §: voto. niſi filiusfamilias ex voto ingrediatur
monaſterium:vt ſuprà.de epiſcopis & clericis.l.vltima.Seruus
verò paciſcendo vt domino acquiratur, ex omni cauſa valet
pactũ: vt. ff. de verbor.obligation.l.ſeruus vetante. & de ac-
quirend. rer. domin. l. etiã inuitis. nec obſtat quod legitur.
ff.e.l.& hæredi.quia ibi ſeruus erat pactus ne à ſe peteretur, id
eſt,ne ipſo viuente,aliquis ex parte ſua conueniatur: & ideo
doli domino datur exceptio,non directa pacti exceptio:vt in
filio & patre ibidem dicitur. Et eſt ratio differentiæ, quia filio
directo proficit pactum: & per eum directo proficit alij:quod
ita non eſt in ſeruo:& de tali perſonali pacto loquitur.ff.eod.
l.ſi tibi.§.pactum. Quandoq; tamen dicitur perſonale quod
vni tantum proficit:& ita ponitur.ff.eodem.l. idem.§ primo.
Licet autem dixerim ſeruo non proficere pactum ne à ſe pe-
tantur:fallit tamen in caſu,ſcilicet mutato ſtatu ſuo:vt ff.eod.
l.iuriſgentium. §. ſi ante aditam. Si autem ſeruus paciſcendo
domino ſuo nocere velit, ſiquidem in dominicis non poteſt:
vt j.eodem.l.ſeruus creditoris. præter quàm in ſeipſo:vt ff.de
vi & vi armata. l.j. §.quod adicitur. ipſe enim ſeruus non eſt
res peculiaris:quia nemo in ſuupſtas peculio eſt:vt ff. de pecu.
l.depoſui. §. Stichus habebat. circa med. In peculiaribus verò
paciſcendo, domino præiudicat vſque ad quantitatem pecu-
lij:vt ff.de pecul. l. ſi quis ſeruum. §. etiam. niſi in caſibus vt ſi
donet:vt ff. eodem tit.l. contra iuris. §. ſi filius. Item ſi com-
promiſerit etiam cum pœna,vel ſi intercesſit non in cauſa
peculiari: vt ff.de pecul.l.licet. §. ſi filiusfamilias. & §. ſi ſer-
uus. Item ſi ſe mandauerit emendum: item puto ſi ſe vendi-
derit:vt ff.mand.l. cùm ſeruus extero. idem etiam ſi voluerit,
vt iam diximus.his ergo modis ratione perſonarum pacta
8 ſunt inutilia. † Item ratione rerum quæ promittuntur,pacta
b cenſentur inutilia:vt ſi impoſsibile b promittatur:vt ff.de reg.
iur. l. impoſsibilium. Idem eſt ſi de iure ſit impoſsibile: puta
contra leges, plebiſcita, ſenatuſconſulta, decreta prætorum,
edita principum, vel fraudem alicuius eorum: vt ff. eodem.l.
iuriſgentium. §. prætor. & de ſingulis facilè eſt notare exem-
pla,& probationes:vt inſtit. quibus alienare licet:& ff.de of-
fic. præſid. & l.plebiſcito. & ad Vellerianum. & ad Macedo-
nianum ſenatuſc.& de alio quodam ſenatuſc.quod prohibet
ne ad pecuniam ludatur:vt ff.de aleat.l.ij.§.j.& ff.eod.l.iuriſ-
gentium.§.ſi paciſcar. vt j.ne lic.poten.l.j.Fraus autem admit
titur facilè de perſona ad perſonam. Idem eſt, ſi dolo malo
fiat pactum alterius decipiẽdi cauſa in principio,vel ex poſt-
facto dolo commiſſo: hic tamen tenet pactum, licet replica-
tione elidatur: quod non eſt omnino in ſuperioribus exem-
plis:niſi in ſenatuſconſultis nominatis: ipſo autem iure non
tenet pactum,non tantùm in ſupradictis,ſed etiam ſi turpe ſit
quod promittitur:vt ff. de verb.oblig.l.generaliter.&.l.velut.
& l.ſi ſtipuler. ſecus ſi turpiter:ſed non tamen turpe promitte-
retur:vt puta per metum,& dolum:tũc enim datur actio, ſed
per exceptionem eliditur, vt dictum eſt. & j. de inutil. ſtipu-
latione.l.dolo & ff. eodem.l.iuriſgẽtium.§.dolo.& §.ſiue.niſi
fortè contractui bonæ fidei dolus cauſam dederit:tunc enim
contractus bonæ fidei nullus eſt: vt ff.de dolo.l.& eleganter.
& de minor. l. in cauſæ. ij.ita tamen ſi dolus fuerit ſimplex,
id eſt,metus miſtus non eſt. Alioquin tenet niſi in caſu:ſed re-
ſcindetur per actionem quod metus cauſa: vt ff. quod metus
cauſa.l.ſi mulier.§.ſi dos metu. & §.penultimo,& antepenult.
9 † Deficit quoque pactum ratione rei quæ non eſt, niſi mo-
ra in ea præſtanda præceſsiſſet: vt ff.de contrahend. emptio.
l.domum. & verborum obligatio. l.inter.§. penultimo. idem
eſt & ſi hominem liberum,vel ſacram rem,vel religioſam,vel
ſimilia promittam: nam pactum tale non tenet:vt inſtitut. de
inutil.ſtipul.§.idem iuris eſt.Sed in pacto venditionis diſtin-
guitur circa rem furtiuã,ſi ſciat venditor vel emptor rem eſſe
furtiuam,vel ſolus emptor, & tunc non tenet contractus: an
vterque credat rem eſſe prophanam,& tunc tenet contractus
vtriuſque. Vel ſi credat ſolus emptor, tenet quantum ad hoc
vt ipſe ſolus agere poſsit. nec tamen aliquid conſequitur niſi
vltro quod conuenerit,pateret: vt ff.de contrahen.empt. ſi in
emptione.§.liberũ. & §.item ſi emptor.& l.iij.& iiij. Et fortè
plus operatur ſcientia emptoris, quàm venditoris:quia occa-
ſione contractus committitur vitium ab emptore:quod aliàs
non committeretur:aut in vẽditore erat ſcientia etiam ante-
quàm venderet. Quod autem dictum eſt in re furtiua, fortè
ſeruabitur in re ſacra, vel religioſa libero homine: & fortè
non idẽ in re vi poſſeſſa:quia rei immobilis non admitteretur
furtum ſcientia emptoris:vt inſtitu.de vſucap.§ quod autem.
Quid ſi commodetur vel deponatur res furtiua? fortè idem
quod in venditione diſtinguetur. Item inutilia ſunt ratione
contractuum: vt inter virum & vxorem,qui donare ſibi non
poſſunt, ſed vendere: vt ff.de donat.inter virum & vxorem,
l.j.& l.ſi ſponſus.§.circa. Item ratione poteſtatis:vt ſuprà,de
contract. iudic.l.j. Habetur etiam miſta conſideratio perſo-
narum adinuicem: nam licet hic cum omni obligetur, & ille
cum omni.hi tamen duo adinuicẽ non obligantur:vt pater &
filius,niſi in caſtrenſi, vel quaſi peculio:vt inſtit.de inutil.ſtip.
§. item inutilis. & ff.de iudicijs.l.lis. Item perſonarum & re-
rum:vt licet hæc perſona cũ omni poſsit obligari:& hæc res
ab omni poſsit promitti,& pactum de ea fieri: tamen de ea ſi-
bi danda paciſci non poteſt:vt ſi commercium rei nõ habeat,
propter teſtatoris voluntatem qui prohibuit alienari,vel ſer-
uum manumitti:vt ff.de lega.ij.l.peto.§.item, & infrà,ſi man-
cip.

cip.ita vt.ne proſt.l. eam. vel pone exemplum in Iudæo, qui
10 †licet alia poſsidere non prohibeatur, Chriſtianum tamen
c mancipium emere,[c], & ſibi habere non poteſt: vt ſuprà, ne Iudæus ſeruum chriſtianum.l.j.vel pone caſum in ſerico: vt C. quę res vend. non poſſ.l. comparandi. Item rerum & pactorum vt ſi de re certa certo modo paciſcer: vt puta, incontinenti non liceat: ſtipulatio tamen tenet: vt ff. de relig. l. quòd ſit locus. Item perſonarum, & rerum, & contractuum: vt ſi de re mea mihi danda paciſcar. Nam licet aliàs ſuper ea contrahere poſsim, & omnis ſuper ea contrahere poſsit: in hac tamen re ego dominus paciſci non poſſum. Sic ergo ratione perſonarum tantùm, & rerum tantùm, & contractuum tantùm, & miſta inter eas conſideratione habita, pacta cenſentur inutilia.
11 † Et (vt nihil de contingentibus omittamus) ſciendum eſt, quædam alia eſſe pacta in quibus occulta eſt ratio, qua cẽſentur inutilia tanquam publicæ vtilitati aduerſantia. Et quia probabiliter de his dubitari poſſet, vtile videtur eſſe ea referre, quæ ſuperiùs omiſſa ſunt: & quidem pactũ ne liceat reuocare precarium, non tenet: vt ff. de precar. l. cum precario. vel dic ibi non fore pactum de non petendo rem, tunc enim tenere: ſed conceſsit ad tempus: & interim mutat voluntatem. Ideo quia, cùm vnum ſpeciale, pro eo cui conceditur inducatur, ſcilicet ne teneatur, niſi de dolo & lata culpa: vt ff. de precario. l. quęſitum. §. illud. & hic contra eum inducitur argumentum de iureiurando. l. cum. Item ne proſit exceptio vẽturo ad iudicium: vt ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis. §. quęſitum. vel quod eſt verius ibi tenet pactum ſpeciale, nõ generale: vt ibidem dicitur. Item de dote vlteriori die reddenda: vt ff. de pact. dotalib. l. de die. Item vt quis non inquantum facere poteſt damnetur: vt ff. ſoluto matrimonio. l. alia. §. eleganter. Et ibidem redditur ratio. Item vt liceat poſtulare ei, cui non licet, vt ff. de poſtul. l. quos prohibet. nam expedit hoc vt maleficia puniãtur: vt ff. ad legem Aquiliam. l. ita. & l. Stichũ aut Pamphilũ. Item vt miles ſit procurator, vt ff. de procu. l. filius. §. veterani. eſſet enim hic cõtra publicam vtilitatem: vt j. loca. l. milites. Item de repudiando iure cognationis: vt ff. eodem. l. ius autem agnationis. vel patria poteſtate: vt infrà, de patria poteſtate. l. abdicatio. Item & eſt ratio: quia iuris naturalis ſunt: vt ff. de regulis iuris. l. iura. Item vt non ſoluta pecunia pignus ſit creditoris: vt infrà, de pactis pigno. l. vltima. Item de remittendo iuramento calumniæ, vt infrà de iuramento calum. l. ij. §. ſed quia. Item de ſeruo in dominum torquendo: vt infrà, de queſtion. l. ſeruos. ibi tamen non videtur loqui de pacto. Item ne de dolo futuro agatur, id eſt, qui quandoque committatur: vt ff. de pactis. l. ſi vnus. §. pacta. etiã ibidem aſsignatur ratio prohibitionis. Secus ſi paciſcatur ne depoſiti agam: quia expreſſa nocent, non expreſſa non nocent: vt ff. de regulis iuris. l. expreſſa. Item vt liber ſit ſeruus: vt infrà, de liber. cauſ. l. nec ſi. vel vbi non erant verba pacti, ſed ſcripſerat ſe ſeruum eſſe. Item vt ſeruitus ſit in re, in qua habet vſumfructum: nec fructuarius videtur poſſe concedere proprietario, vel alij: quod tamen intelligo, ſi dicat conſenio, ſaluo tamen iure meo, vt ff. quib. mo. pig. vel hyp. ſol. l. ſi debitor. §. primo. & de vſufruct. l. ſed & ſi quid inædificauerit. in fine legis. Item vt ſi quis ſuccedat certo homini, vel non ſuccedat: vel certo modo ſuccedat, niſi inter milites: vt infrà, eodem, l. licet. & l. j. de queſtion. & de inofficio. teſtamento. l. ſi quando. §. illud. & infrà, de colla. l. pactum.
12 † Super hæreditate autem incerti hominis tenet, vt inter ſocios: vt ff. pro ſoc. l. iij. §. de illo. ſed in hæreditate certi tenet, ſi vel dominus conſentiat, & in eo conſenſu perſeueret vſque dum viuit: vel contractus præceſſerit, ex cuius neceſsitate fiat cautio hereditatis: vt ff. de actio. emp. l. ſi quis ſeruũ. & de hær. vel action. vẽdi. l. ij. §. ij. & ff. ſoluto matrimonio. l. ſi verò negotium. Hæc diſtinguo inter pactum de hæreditate futura, vt illud valeat, & pactum de futura hæreditate, vt illud non valeat: & ſimilem trãſpoſitionem, varietatem dicunt inducere: vt ſi dicitur magiſter Petrus, in literatoria intelligatur ſcientia. Si verò dicitur Petrus magiſter, intelligatur de
13 Carpentario. † Pactum verò de non petendo fideicommiſſo conditionali, tenet: vt j. eodem. l. j. licet repudiatio non teneat: vt ff. de legatis ſecundo. l. ſi ita ſit ſcriptum. §. ſi ſub cõditione.

Item hæc omnia quando ſpecificatur viuentis perſona. Si quis tamen quodam circuitu velit circumuenire legem, fortè quia non poteſt habere conſenſum viuentis, de cuius bonis agitur: poteſt quadam ſubtilitate effugere prohibitionem legis: vt caueat daturum ſe quod ad eum peruenit de bonis quæ fuerunt prædeceſſoris viuentis, nominando mortuum cuius fuerunt, & ſubiiciendo perſonam viuentis, cuius ſunt. Item vt iudex ſit meus, qui non eſt meus: vt ff. de iuriſdictione omnium iudicum. l. ſi conuenerit. Item ne liceat vendere pignus: vt ff. de pigno. action. l. quarta. Item ne agatur cauſa libertatis meæ, vel criminis mihi obiecti. Eſt & ratio, quia non tantùm prohibentis, ſed etiam volentis exequi litem intereſt: vt ff. de liber. cauſ. l. j. ij. & tertia. & de appellationibus. l. non tantùm.
14 † Supereſt vt de pactis vtilibus, & quæ ſunt vires pactorũ videamus: & vtique ſunt hæc: vt pariant, perimãt, elidant, informẽt: nec eſt neceſſe vt quintum addamus ſcilicet, quòd adiuuent. Nam continetur ſuper illo verbo elidant. nam quæ elidunt actionem, vel exceptionem, adiuuare videntur: & ſi quæ adiuuant actionem, elidunt exceptionem. Et primò de pactis quæ pariunt actionem videamus. Et ſi quidem pactum fuerit nudum propter nimiam frigiditatem, parere actionem non poteſt, niſi mirabiliter hoc in quibuſdam caſibus accidat, in quibus caſibus nudum pactum parit actionem: vt in donatione. Item in conſtituta pecunia vt j. de donationib. l. ſi quis argentum. §. ſin autem hoc minimè donator. vt inſtitu. de actio. §. item prætor. & in dote: vt j. de dot. promiſſ. l. ad exactionem. Et in promiſsione nuda ciuitati facta: vt ff. de pollicit. l. pactum. & in nautico fœnore: vt ff. de nauti. fœno. l. periculi. Et in acceſsione frumenti vt j. de vſuris. l. frumenti. & in vſuris ciuitati promiſsis: vt ff. de vſuris. l. etiam. Item in ſalario aduocati: vt infrà, de ſuffra. l. vnica. Si autem non fuerit nudum, ſed veſtitum, actionem parit: ſic enim ei nomen rectè impono: quia ſi aliquod eſt nudum: ex eo quia actio non datur, vt j. eodem titulo. l. legem. & l. traditionibus. ergo aliquod eſt
15 veſtitum: quia actionem indulget. † Veſtitur autem pactum ſex modis: re, verbis, conſenſu, literis, contractus cohærentia, rei interuentu: vt inſtit. de obligationib. & ff. eodem. l. iuriſgentium. §. primo. & §. quinimo. Poteſt etiam addi ſeptimus modus quodam mirabili intellectu, ſcilicet rei principio vt
16 ff. de pollicitationibus l. prima. † Et eſt notandum, quòd pactum quatuor primis modis dicitur veſtitum ſic vt nullo tempore fuerit ſine illis veſtimentis: & hæc veſtimenta cum ſuo eſſe incipit habere. Vltimis verò duobus modis, veſtitur poſt natiuitatem. Cùm enim paciſcimur, pactum quidem ſui natiuitate nudum eſt: ſicut optimè probatur ex continuatione duorum paragraphorum. ff. eodem. l. iuriſgentium. §. ſed cùm nulla. & §. quinimo. ſed cùm natum eſt ante, & retro aſpicit, & oculos aperit: an præceſſerit, vel ſequi poſsit, vel ſtatim inſit aliquis contractus, cuius variis & griſiis pennis, ſeu veſtibus, induatur, vt boream rabiemque procellæ expellat, & ſuum ſuo domino in augendo auxilium præbeat. Pactum enim incontinenti factum, id eſt, paululum ante contractum, vel paululum poſt contractum: vel in ipſo contractu, (nec diſtinguo ſi ſit bonæ fidei vel ſtricti iuris: vt ff. ſi certum petatur. l. lecta) præſcriptis verbis actionem dat: vt infrà, de pactis inter emptorem & venditorem. l. ſecunda. & infrà eodem. l. petens. & l. in bonæ fidei. ſcilicet ad intereſſe ſi quis aliàs erat contracturus: vt infrà, de reſcind. venditione. l. ea conditione. Aut ſi aliàs non erat vendituruss repetit quod dederit: vt infrà, de pactis inter emptorem & vẽditorem. l. cùm te. ſed non repetit per condictionem ob cauſam: vt ſubtiliter probatur.
17 ff. de rerum permutation. l. j. §. penultimo & vltimo. † Nam condictio ob cauſam, non habet locum in contractibus no-
d minatis[d], niſi in contractu donationis vt infrà, de donationibus quæ ſub modo. l. j. hodie per Iuſtinianum fortè nominato: quia ex eo ſolo conſenſu datur actio: ſed olim non ita: vt ff. de donationib. l. cum qui. Alij verò dicunt dari condictionem ob cauſam: argumen. ff. de actio. empt. l. ex empto. §. ſi is qui vina. ſed ibi non eſt in venditione, ſed in cõtractu ar-
18 rarum venditionis loquitur, qui eſt contractus per ſe. † Informatur quoque vetus actio per hoc pactum incontinenti factum, id eſt, forma quædam attribuitur veteri actioni ad

quam modo datur:vt ff.eodem titulo.l.iuriſgentium.§.quin-
imò interdum. Et(vt apertiùs ſuper re loquar)dico,ideo dici
tur informari vetus actio: quia quædam noua forma, id eſt,
qualitas ſibi attribuitur. Eſt qualitas actionis: vt dicatur bo
næfidei,vel ſtricti iuris. Hic ergo ex vendito actio,vel quæuis
ſimilis(licet ſit bonę fidei ſui natura & origine)tamen nouã
formam dicitur aſſumere:quia dicetur ſtricti iuris. Ideo quia
in locum actionis præſcriptis verbis quæ ex pacto naſcitur
ipſa datur. Præſcriptis verbis autem actio ſemper eſt ſtricti
iuris.niſi in caſibus:vt inſtitu. de actionibus.§.actionum.igi-
tur & iſta propter ſubrogationem;argumen.ff.ſi quis cau. l.
ſi eum.§. qui iniuriarum. ſubſtantiam tamen actionis eãdem
eſſe non nego.hæc regularia ſunt. Nam in tribus caſibus non
naſcitur actio ex pacto incontinenti appoſito: vt infrà de iu-
re dotium.l.auia. & de vſuris. l.quamuis Baſſa. & ff.de relig.
19 l. quòd ſi locus. † Rei interuentu veſtitur: vt in cõtractibus
innominatis qui ab initio nullam dat actionẽ: ſed re poſtea
interueniente, & tradita, competit actio ei, qui rei interuen-
tu veſtiuit contractum, non alij, ſcilicet præſcriptis verbis
ad intereſſe, & condictio ob cauſam ad repetendum quod
datum eſt: vt ff. de præſcriptis ver. l. naturalis. §. ſin autem
rem do. & infrà,de condict.ob cauſam.l.ſi vt proponis. & j.
de rerum permutatione.l.quoniam. & l.emptionem. & l. re-
bus. & ff.eodem.l.diuiſionis placitum. & l.in traditionibus.
& l.iurmo. Sed rei vendicatio non datur: vt j de rerum permu
tatio.l.cum precibus.ſed in vnico contractu,& in eo contra-
ctu,& in vnico caſu datur rei vendicatio,ſcilicet in donatio-
ne,vbi donatum eſt vt præſtentur alimenta: vt j.de donatio.
quæ ſub mod.l.j.hoc idem fortè dici poterit, vbi lege com-
miſſoria,vel adictione in diem,vel manus iniectione quid eſt
venditum: vt j.de pact.inter emptorem & vẽdi. l. commiſſo-
riæ. & ff.de in diem adict.l.vbi.§ ſed & de contrahen.emp.l.
20 ſi quis. †Perimunt quoque pacta actiones, vt ſtipulationes
animo nouandi factæ: ſed iſtæ conuentiones non tantùm pe
rimunt actiones,ſed etiam inducunt: ſicut in bonæfidei con-
tractibus qui ſolo conſenſu contrahuntur re integra, id eſt,
re non tradita: & nihil de pretio ſoluto paciſcendo augent,
vel diminuunt pretium, & noua datur actio, & vetus tolli-
tur:niſi in cõtrarium agatur: nam & in totum poſſent à con
tractu recedere. vt ff.eodem.l.iuris §.adeò. & l.ſi vnus §. pa-
ctus. & de contrahenda emptione. l. pacta. & de reſcinden.
venditio.l.ſi quam. Quidam tamen dicunt veterem cum pri
ma remanere,niſi in contrarium agatur. Acceptilationes au-
tem perimunt:ſed non transferunt: vt inſtitu. quibus modis
toll.oblig. §.item per acceptilationem. & §. præterea noua-
21 tione. †Item pactum ſimplex actionem furti,& iniuriarum
tollit, vt ff. de pactis. l. ſi vnus. §.ſed ſi pactum. & l. ſi tibi. §.
quædam. Item ſunt alia pacta quæ actiones elidunt. Nam
pactum de non petendo, naturalem tollit obligationem: vt
ff.de ſolutionib.l. ſtichum. §. naturalis. ſed & vulnus infligit
ciuili, & ipſam elidit, ne effectum ſortiatur. Poteſt & ter-
tius effectus notari: quia obligat naturaliter paciſcẽtem non
petere, ſicut & ciuiliter & naturaliter obligaretur ſtipulatio
ne interueniente. nec obſtat quod legitur. ff. de iure dotium.
l.ſi pater. §.primo. quia quod ibi dicit, non obligatur, verum
eſt ciuiliter, obligatur tamen naturaliter: vel non obligatur
22 aliquid dare, ſed obligatur non petere. † Pactum autem de
petendo, non tollit ipſo iure pactum de non petendo: quia
naturalem obligationem extinctam non reſuſcitat: & obſta-
culum quod apponebatur ciuili ne ſortiretur effectum reii-
cit remedio replicationis: & ſatis dici poteſt vt tollat natu-
ralem obligationem ipſo iure: quia creditor tenebatur non
petere:ſtipulatio autem Aquiliana tollit ipſo iure præceden-
tem obligationem. & redditur ratio: quia in pactis factũ ver
ſatur: vt ff.eod.l.ſi vnus.§.pactus. & inſtit. de exceptionib.§.
primo. quę ratio eſt aperta. Nam ſtipulatio continet ius, id
eſt, obligationem: vt aliquid detur, vel fiat nouandi animo.
23 †Pactum autem de non petendo ᶜ, principaliter interponi-
e tus ad extinguendam obligationem. Nam & acceptilatio
(qua hoc duntaxat agitur vt extinguat) non extinguetur per
contrariam acceptilationem. Quod ergo dicitur in pactis
verſari factum, ſubaudi talibus ad extinguendum interpo-
24 ſitis. †Pactum enim de dando, vel faciendo cùm naturali-
ter obligatur pupillus, vel ſeruus, tollitur ipſo iure per pa-
ctum contrarium: vt ff.de iureiurando.l. vltima. vt de noua-
tio.l. prima. Quidam tamen rationem differentiæ aſsignant
inter pactum de non petendo, & pactum de petendo: quia
promptiora ſunt iura ad liberandum, quàm ad obligandum:
vt ff.de actionib. & obligationibus.l. Arrianus. ¶Fieri poſ-
ſunt & aliæ diuiſiones pactorum quę quidem vtiles ſunt, li-
25 cet non ſint omnino ita neceſſarię: verum dicta diuiſio. †Pa
ctorum igitur alia ſunt nominata, alia innominata: vt ff. eo-
dem. l. prima. §. vltimo & l.iuriſgentium. primo reſponſo. &
§.primo. & de rerum permutatione.l.prima. & de pręſcript.
verb. l. naturalis. Et differunt hęc inter ſe: vel circa condi-
ctionem ob cauſam, vel circa obligationem ciuilem, quæ nõ
naſcitur ſtatim: vt ex pręmiſsis liquet. Item pactorum quæ-
dam ſunt expreſſa, quædam tacita: vt in reddita cautione,
non ita in reddito pignore. Item & in rebus inquilini inue-
ctis,& in conditione quæ ineſt promiſsioni dotis,& in repe-
titione pactorum præcedentium principalem contractum.
vt ff.eodem.l. Labeo.§.ſed etiam.& l.poſtquam.& l.item. Et
idem poteſt aſsignari, cùm creditores hæreditarij experiun-
tur contra emptorem hęreditatis eis ſponte reſpondentem:
videntur enim pepigiſſe cum hęrede ne ipſum conueniant: vt
j eodem. l poſt venditionem. idem & aliàs: vt j.eodem.l.ſi cre
ditores. & ff. eodem.qui in futurum. Quidam tamen dicunt
quòd ſi emptor eſſet non ſoluendo: daretur actio in vendi-
torem: ff. de legatis primo. l. planè.ij.§.primo. Sed certè ibi
non loquitur de creditoribus hæreditariis: imò de fideicom-
miſſario, cui erat reſtituenda hęreditas. item ibi dicit pri-
mum teneri venditorem. Si verò non ſit ſoluendo dicit te-
neri emptorem. venditor enim rogatus erat reſtituere: ſed ta-
men & emptor tenetur quaſi ſeruus inſtitutus, qui adiuit
iubente emptore, ſit rogatus, quia ſic rogatus erat domi-
nus eius. Item creditores ſic repelluntur conueniendo em-
ptorem, qui eis non tenebatur, & ipſe ſpõte voluit eis teneri
hic: ibi conuenit primò venditorem ex neceſsitate fideicom-
miſſarius: ideóq; ſibi non præiudicat cõtra emptorem ratio-
ne qua ſuprà dixi. Idem dicunt, & ſi taceat quis mota lite per
triennium: vt infrà eod. l. poſtquam. ſed hoc falſum eſt: quia
etiam in quadraginta annos perpetuatur actio: vt infrà, de
præſcriptio. triginta aut quadraginta annor. l.vlti. Dic ergo
quòd renuntiauit expreſsim non paciſcẽdo cum aduerſario:
26 odio tamen litis repellitur. ¶ † Item pactorum alia ſunt in-
ter præſentes, alia inter abſentes: vt ff. eodem. l. Labeo. Item
quædam purè, quædam in diem, quædam ſub conditione: vt
ff.de verbor. ſignificat.l.cedere diem. & de action. & obligat.
l. obligationum ferè. Item quædam incipiunt à conditione,
quædam autem ſubſequuntur præcedẽtem pactionẽ: vt ff. de
verb.oblig. l.ita ſtipulatus. & dicemus plenè j. eod.l.ſi pacto.
Item pactorum quædam ſunt publica, vt quæ fiunt inter
duces belli cauſa treugæ, vel conſimilium: vt l.cõuentionum.
ff.eod.tit. Quædam priuata, vt quæ fiũt ad ſingulorum vtili-
tatem: vt dicitur in iure priuato. Item priuata alia ſunt iu-
riſgentium, et ferè omnia: alia ſunt legitima, id eſt, iuris ciui-
lis, vt obligatio literarum, & contractus emphyteuſis. & ſti-
pulatio: vt ff. eodem.l.legitima. & de iuſtitia & iure.l.prima.
§.priuatum. & l.ex hoc. Item pactorum alia ſunt in dando a-
lia in faciendo, vt ff.de verbor. obligation.l.ſecunda. Item a-
lia ſunt in rem, alia in perſonam, vel ex vtraq; parte, vel ex al-
tera tantùm. Et hoc non tantùm ex verbis, ſed ex mente con-
trahentium perpendi poteſt: vt ff.eod.l.iuriſgentium.§. pacto
rum. & l. qui in futurum. §. primo. Perſonale autem dicitur
duobus modis: vt ſuprà dictum eſt. Item alia ſunt nuda, alia
• veſtita, vt patet ex præmiſsis. Item alia ſunt contra leges •, vt
dictum eſt: & in his etiam nec pœna ſubſecuta valebit, nec pe
ti poteſt. vt ff. de verb.oblig.l. ſed huiuſmodi. & l. certa. Alia
ſunt ſecundum leges. Et in his pactum valet, & pœna, ita ta-
men vt actor altero debeat eſſe contentus, niſi in contrarium
ſit dictum, vt ff.eodem.l.reſcriptum.§.ſi pacto. Alia ſunt præ
ter legem, vt cum paciſcor alij dari. & in his pactum non te-
net. Sed ſi mihi pœnam ſtipulor, ſi illi non detur, tenet, vt ff.
27 de verb.oblig.l. ſtipulatio iſta.§.alteri. † Item pactorum alia
ſunt

ſunt certa, alia obſcura vel ambigua. Obſcura autem inter-
pretantur contra venditorem, quod intelligo ſi eius commo-
do fuerint appoſita: puta dixit, ſtillicidia ita ſint, vti ſunt. vel
dixit, equum non aſcendere arborem, & intelligebat de pon-
te. Si autem ponatur gratia emptoris: vt quia dictum eſt, rei
emptę accedere Stichum, & incertum eſt de quo ſit intelle-
ctum, interpretor contra emptorem, vt ff. eodem. l. veteribus.
& de contrahen. emption. l. ſi in emptione. & l. cùm in lege. &
hoc niſi ſignificatio verborum ambiguitatis quæſtionem di-
rimat: vt ff. de verborum obliga. l. ſi mihi & Titio. §. vltimo.
& de verborum ſignific. l. nepos Proculo. & de ſeruit. vrban.
præd. l. ſi ſeruitus. Item hoc verum, niſi conſtet contrahen-
tes diſſenſiſſe: tunc enim pactum eſſet nullum: vt ff. de verbo.
obligatio. inter. §. primo. Item pactorum alia fiunt inconti-
nenti, id eſt, ante quàm contrahentes ad alia diuertant nego-
tia, vt ff. de verbo. obliga. l. continuus in princ. & de duobus
reis. l. reos. & ad le. iul. de adul. l. quod ait, §. quod ais. & de
teſtam. l. hæredes. §. vlti. Alia fiunt ex interuallo vt quę fiũt è
cõtrario, & hæc non perimũt actiones. Si fiãt ſuper acciden-
talibus vel ſuper naturalibus contractibus: vt de fideiuſſore
de præſtando, vel pœna tripli, vel quadrupli. Nam licet ipſa
pœna vel fideiuſſoris datio non ſit de natura contractus, euі- a
ctio tamen ſuper qua imponuntur, eſt de eius natura: vt infrà
de euict. l. non dubitatur. Si autem fiat ſuper ſubſtantia con-
tractus, id eſt, ſuper augendo, vel diminuendo pretio quan-
docunque fiat valet: vt dictum eſt ſuprà. Item pactorum
quædam ſunt ad agendum, quædam ad defendendum: vt b
28 ff. de contrahend. empt. l. pacta. ¶ † Supereſt vt videamus
ad quos vires pactorum porrigantur, vel quibus noceant.
Et quidem regulariter eſt hic tenendum, quòd pactum debet c
f ei prodeſſe, & nocere cum quo factum eſt ', & non alij, nec
in re alia: vt ff. eod. l. ſi vnus. §. ante omnia pacta. Fallit autem
in caſibus: vt ff. ſol. matri. l. Gaius. & de verb. obl. quodcunq;
§. ſi quis ita. & ad exhibendum. l. ſi res. & ff. depoſi. l. pupilla.
& de donation. quæ ſub modo. l. quoties. & ff. de pignorati- d
tia actione. l. ſi eùm venderes. idem eſt in pactis publicarum
perſonarum: nam ex eis dantur vtiles actiones: vt ff. ſem pup.
ſaluam for. l. non quaſi. Martinus tamen ſemper ex alterius e
29 pacto dicebat dari vtilem actionem, quod falſum eſt. † Nam
ſpecialia non ſunt trahenda ad conſequentiam: vt ff. de legi.
& ſenatuſc. l. quod verò. ſicut notatur infrà, per quas perſo.
nob. acquiri. §. item per extraneos. Quod autem dictum eſt
de paciſcente, intelligendum eſt & de ſuccedentibus ei, ſiue f
in rem duntaxat, ſiue in ius vniuerſum ſuccedant, & eis pro-
ſit pactum ſi fuerit in rem: vt ff. eodem. l. ſi tibi. §. pactum con
uentum. & l. tale. Si verò fuerit perſonale, nulli alij prodeſt,
vel nocet, vt ff. eodem. l. idem. §. perſonale. Sed tamen & per- *
ſonale dicitur duobus modis: vt ſuprà dictum eſt. Si verò
dubitetur ſit perſonale, vel in rem, præſumitur perſonale.
quia plerunque perſonale inſeritur pacto, non vt perſonale
ſit pactum, ſed vt oſtendatur, cum quo ſit factum. Item ple-
rumque tam nobis, quam hæredibus noſtris conſulimus: vt
ff. eodem. l. iuriſgentium. §. vtrum autem & de prob. l. ſi pa-
ctum. Illud certum eſt, quòd ex perſona filij, vel ſerui profi-
cis pactum domino, vel patri ſi pactum fuit in rem. Secus ſi
perſonale per quod filio tantùm, vel ſeruo tantùm voluerit
prouideri, nam tunc ſi vita filij, vel ſerui omnibus debeat pro
deſſe, ex pacto ſerui datur domino exceptio doli: ex pacto fi-
30 lij datur exceptio patri: vt ff. eodem. l. & hæredi. † Ex per-
ſona autem patris, proficit filio quandoque directò, quando-
que vtiliter, quandoque nullo modo: vt ſuprà dictum eſt: &
dicitur. ff. eodem. l. ſi tibi. §. vltimo. & l. ſiue. & l. æquitèt ex-
ceptionem. & l. & hæredi. & l. vlt. Ex perſona autem rei por-
rigitur ad fideiuſſores, ſi habeant mandati actionem. Ex per-
ſona autem fideiuſſoris, non prodeſt reo, nec fideiuſſoribus
ſuis, niſi nominatim dicatur ne petatur à reo: & hoc niſi fide-
iuſſerit aliquis in rem ſuam: tunc enim reus pro fideiuſſore, &
pro reo fideiuſſor eſt accipiendus: vt. ff. eod. l. & hæredi. §. vl-
tim. & l. fideiuſſoris. & l. ſed ſi fideiuſſor. & l. idem. & l. videli-
cet. & l. quod dictum. & de fideiuſſoribus. l. amiſsi. §. vltimo.
Si autem fuerint duo correi debendi, & ſocij. vnius pactum al
teri nocet & prodeſt, alioquin contrà. vt ff. de arbitr. l. ſi duo.

Nec obſtat quod legitur. ff. eodem. l. ſi vnus. quia ibi erat li-
tem conteſtatus vnus, vel erat ei conſtitutum: vnde alterius
factum ei non præiudicat: vt j. de conſtitut. pecunia. l. idem. &
31 ff. de duobus reis. l. ex duobus. † Pactum autem tutoris, vel
curatoris pupillo prodeſt, item nocet ſi non fiat animo donã
di: alioquin contrà: vt j. eo. l. pactum curatoris. & j. titu. pro-
ximo. l. præſes & ff. de iureiurando. l. tutor. Placentin. tamen
dixit hic diſtinguendum in tranſactione, quia non eſt gratui-
ta: pactum autem quia gratuitum eſt ſimpliciter vt non præ-
iudicaret pupillo: ſed certe licet ad pupillũ nil perueniat ex
remiſsione controuerſiæ, quam facit tutor: non tamen ſequi-
tur, quod fiat animo donandi: quia pupillo nihil credebat de-
32 beri, nec habeat probationes aliquas, vt dictum eſt. † Procu-
ratoris autem pactum domino prodeſt: item nocet, ſi tamen
ſit procurator generalis: quia & habebat liberam, vel in rem
ſuam ſit datus, vel habeat ſpeciale mandatum à domino: vt ff.
eodem. l. reſcriptum. §. vltimo. & l. quia. nam & nocere. & l.
ſed ſi tantùm. & l. item & ff. de iureiuran. l. iuſiurandum. §. vlti-
mo. & l. aliàs. & de procur. l. procurator.

ANNOTATIONES.

a Nudum pactum. Vide pro iſta not. concluſione elegantẽ text. & doct. in l. & eleganter. §. ſi ſeruus pactionis. ff. de dolo & in l. rouitus. ff. mand. Bart. in l. ſi quis cum debitore. ff. de iureiur. l. udo. ro. in ru. de ver. obli. d. Alex. in l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. ff. hoc. eo. tit. & in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdi. omn. iu. d. Bart. Soci. in l. ſi pacto. in vlt. not. C. de pact. Iaſo. de may. in terminis. in ea. nu. 3. ff. hoc eo. tit. vbi ad plenum habes ferè ad totam materiam

b Impoſsibile. Vide ad hoc Bart. in l. ſi vnus. §. pactum. ff. de pact. Bal. in l. pactus. xix. q. C. de colla. doct. in l. quidam decedens. ff. de adminiſtr. tut. vbi habetur pulcherrimus caſus quem omnino vide.

c Emere. Adde Oldrad acerrimum Iudæorum hoſtem in conſ. xxxvj. qui hoc in terminis. & alia multa tãgit, & ponit pœnas iudeorum cõtra facientium: imo dic, quòd etiam cum diſpenſatione non poſſunt habere nutrices chriſtianas, vt tenent canoniſtæ poſt d. Abb. in c. ad hoc. de Iudæ. neque poſſunt eſſe medici chriſtianorum xxviij. queſt. j. capi. nullus

d Nominatis. Adde Bart. in l. exemplo. §. is qui vina. in vlti. oppo. ff. de actio. emp. Bal. in l. dictam. circa ſi. verſic modo quęro. C. de condi. ob. cauſ. d. Ale. de imo. in l. bona fidex. ff. de act. empt. vbi hoc in terminis habes.

e Non petendo. Intellige iſtam concluſionem eſſe veram: ſi tale pactum allegetur à reo: vt tenet Bart. in l. ſi vnus. §. pactos ff. de pact. ad concluſionem autem & ipſius materiam, vide Bal. in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi certum pet. & ibidem domi. Alex. & in l. ſi quis obligatione. de teg. iur. Bartol. cepo. in ſingul. ſuis, in verſic. xlvi. vbi cumulatè omnia reperies.

f Factum eſt. Adde Bart. in l. ex conuentione. C. hoc eod. tit. & in l. ſi vnus. ff. de pact. & in l. lecta. ff. ſi certum petatur. & ibidem domi. Barbo. ſoci. num x. char. xx i ponit pulchram limitationem multa bona per domi. Alexan. in l. fluminum § adijcitur. ff. de dam. inf. & in l. ſi tertius. ff. de aqua pluu. arc. eodem loco. in conſi. clxxxix. incip. viſo teſtamento. verſi. ſed hoc poſſet.

* Contra leges. Pacta quę contra leges moresve honos fiunt, nec valent, nec ſeruanda ſunt. C. de pact. l. pacta, quæ. Item pactum, quod alteri parti captioſum eſt, non valet. ff. de reſcind. vend. l. ſi ideo. Sed nec pactum dolo initum valet: C. de excep. l. aduerſus. Pacta quoque quæ in animę detrimentum vergunt, ſeruanda non ſunt etiam iuramẽto confirmata, extra. de pact. c. pactiones. In pactis ſpecialibus idem dicendum eſt per eadem iura. Idem quoque iuris de pacto turpi, vel impoſsibili de iure, vel de facto, quod nullam obligationẽ inducit. ff. de verb. oblig. l. generaliter. extra. de pactis. c. ſi. Regulariter omne pactum, quod ſeruatum non vergit in animæ detrimentum ſeruandum eſt, ſicut in iureiurando diximus, extra. de iureiur. c. ſi verò. & xxiij q. iiij. ſi aliquid nec ſit in damnum alterius, quamuis ſit in damnum paciſcentis. Sed obſt. extra eo. tit. debitores. & ideo pactum de ſoluendis vſuris non ſeruatur, ſed iuramentum ſeruatur. Ad hoc reſpõdeo ita pactum non ſeruatur iuris authoritate, ſed permiſsione: & eodem modo nec iuramentum ſeruatur per aliam decretalem. nempe extra. eodem titu. capi. ex adminiſtratione. Martinus.

Repetitio.

1 L. ſi pacto, enucleari. & 2.
2 Stipulationis effectus.
4 Stipulatio quando, an non committatur.
5 Stipulatio commiſſa quando, an non purgabilis, & nu. 6.

SI PACTO, quo pœnam. Caſus facilis eſt: &
1 ſuper eo verbo, ex † ſtipulatu. contrarium eſt, vt
ff. ſi certum petatur. l. ſi quis certum. Reſpondeo
quod ponitur ex ſtipulatu pro ex ſtipulatione: vel

dicunt quidam, quia incertum eſt, quid cõſequetur, id eſt,
pœnam, vel idipſum quod conuenit, agit ex ſtipulatu: & in-
ducunt in argumen. quod eſt ff. de verborum obligatione. l.
liber homo, qui. §. vltimo. ſed certè melius poteſt induci pro
eis quod eſt. ff. eodem titul. de verbis oblig. l. vbi autem non
app. maximè eſt in illo. §. qui illud, aut illud. & §. fundi. qui-
bus dicitur incerta ſtipulatio propter euentum, vnde aſsigna
tur contrarium. ff. de condict. tritical. l. j. nec placet hæc reſpõ
ſio: quia vbicunque ſum certum ſtipulatus, non poſſum cer-
tus eſſe antequã ſoluatur vtrum idipſum quod eſt debitum,
án aliud vice eius conſequar, dic ergo primam reſpõſionem:
vel melius dic pœnam quæ in facto conſiſtebat promiſſam:
& ita nihil eſt contra. Item in hac lege quærit Ioan. & B.
2 †vtrum naturalis obligatio, quæ fuit ex nudo pacto orta, ſit
nouata per ſtipulationem? quod verum eſt: vt ff. de action. &
obligatio. l. obligationum ferè. §. vltimo. nam licet olim non
fieret nouatio, niſi hoc ageretur: vt ff. de nouation. l. ſecunda,
præſumebatur tamen quandoque agi: vt hic, & in ſimilibus
caſibus: vt Inſtitu. quibus modis toll. obliga. §. ſed cùm hæc. Si
autem ſit actum, ne fiat nouatio, manet vtraque obligatio: &
ſi vtraque obligatio eſt obligatoria: agi poſſet ex vtraq; pro
altervtro conſequendo: non vtroque, niſi hoc actum eſſet: vt
ff. de verborum obligatione. l. ita ſtipulatus. §. vltimo. & de
tranſactio. l. qui fidem. & de excep. do. l. apud §. Labeo. Sed
cùm hic nuda præceſſerit pactio: quæritur ſuper eo quod di-
citur, ex ſtipulatu agens, vel id quod in condemnationem de-
uenit, vt fiat conſequeris: vel pœnã more iudiciorum exiges,
án ex priori pacto agi poſsit? quod verum nõ eſt: vnde callidè
3 poſuit †conſequeris. Metu enim pœnæ ſæpe paretur pacto:
vnde pœnæ ſtipulatio dicitur inutili pacto præſtare robur: vt
C. de rei van. act. l. prima. ipſe ergo non poteſt cogi dare: ſed
nec ego accipere: cùm ipſe fuerit in mora: ſed alter in caſu: vt
ff. de ope lib. l. ſi ita ſtipulatio. Et hæc quidem ad poſitionem
huius caſus (niſi malitia ſcholarium interueniſſet) ſufficerent.
Sed dicitur & opponitur non poſſe committi ſtipulationem,
niſi cùm deſierit poſſe dari à promiſſore. vt ff. de verb. obliga
tio. l. ita ſtipulatus. §. item ſi quis ita ſtipuletur. Sed ſicut ibi
dicitur, hoc eſt, cùm ſtipulatio incipit à conditione: nam ſi præ
4 cedat pactio, tunc † cùm potuit facere, committitur. ita exau-
dit Ioan. vt nunquam committatur ante, nec tamen tunc. Sem-
per enim eſt neceſſarium, quòd fuerit in mora, in qua exigi-
tur quod eſt. ff. ſi certum petatur. l. quòd te mihi. & de colla-
tio. bon. l. ſi quis filium. §. vltimo. & probatur ſuperior diſtin
ctio per legem ff. quando dies leg. cedit. l. cùm ſine. & ad le-
gem Falcidiam. l. prima. §. item ſi ita. quanquam quod dici-
tur de penu. leg. in l. prima, in omnibus videatur contrarium.
Item oppone & ſolue contrarietates, quæ ſunt ſignatæ. ff.
de verborũ obligatione. l. ita ſtipulatus. §. item ſi quis ita. Sed
in hac commiſsione pœnæ tres ſunt ſententiæ vt diximus. C.
5 de contrahend. ſtipulatio. l. nuda. Amplius opponitur. †Eſto
quòd ſit cõmiſſa: licet tamen eam purgari: vt ff. de verborum
obligation. l. ſi inſulam. & in hac purgatione tres ſunt ſenten
tiæ. Martinus enim dicit ſemper antequàm interſit actoris, &
ante litem conteſtatam poſſe purgari moram: vt ff. de arbitr.
l. ſi cum dies. §. vltimo. quod & nos, vbi pura, vel in diem ſti-
6 pulatio purgatur mora. Sed † ſi conditionalis eſt, vel pœ-
nalis ſtipulatio non purgatur: vt ff. de verborum obligation.
l. ſi inſulam. niſi in iis, quæ ſunt circa iudicia: vt infrà, de con-
trahend. & committen. ſtipulatio. l. magnam. & ff. de actio. &
obligat. l. traiectitiæ. Item circa arbitria: & eſt ratio: ne lites
ex litibus oriantur: vt C. de fruct. & lit. expen. l. terminato.
ſecundum Io. Nec in arbitriis ſemper: vt ff. de arbit. l. Celſus.
Alij dixerunt, quod & nos ſi conditio eſt caſualis: ſi enim ibi
mora diceretur poſſe purgari, ſtipulator fortè de cætero non
ageret: quia conditio nunquam exiſteret. Si verò eſt poteſta-
tiua, tunc idem quod & alij dixerunt.

De tranſactionibus. *Rubrica.*

1 *Tranſactio quid ſit.*
2 *Tranſactio dicitur quaſi actionis tranſitio.*
3 *Tranſigere quis poſsit.*
4 *Tranſactio an fiat in criminalibus.*
5 *Tranſactio fieri non poteſt ſuper alimentis.*
6 *Tranſactio ſi fiat in cauſa matrimonij, an interuenire debeat conſenſus epiſcopi.*
7 *Tranſactionis effectus quis ſit.*
8 *Ex ſimplici pacto tranſactionis quare detur actio actori.*
9 *Actio præſcriptis verbis datur ex do, vt facias.*
10 *Remiſsio litis facta ſub conditione ſi me hæredem feceris, non tenet.*
11 *Tranſactio, & ſententia parificantur.*
12 *Sententia lata contra ſententiã à qua non eſt appellatũ, nõ tenet.*

DICTVM eſt ſuprà de pactis in genere, nunc au-
tem ponie in ſpecie. Videamus ergo quid ſit trãſ-
1 actio. †Equidem tranſactio eſt de re dubia, &
lite incerta, neq; finita, nõ gratuita pactio. Quod
autem dicitur & lite incerta tranſitiuè ponitur, quaſi dicat,
& re incerta, & lite, id eſt, propter litem. Item litem intelligo
præſentem vel futuram: quia & ante litem conteſtatam fieri
tranſactio poteſt: vt probatur. ff. de cõdictio. indebi. l. elegan
ter. §. ſi quis poſt. Item litem ſubaudi, iuſtam, vel iniuſtam: vt
j. eod. l. ſecunda: ita tamen vt is qui agit, credat ſe iuſtam fo-
uere cauſam, alioquin contrà: vt ff. de condiction. indebiti. l.
in ſumma. circa princip. hinc eſt, quod ait Rogerius. vbi
quis per calumniam inſiſtit, vel reſiſtit, nihil prodeſt ei, ſi trãſ
igit. Ego in inſiſtẽte idem dico: in reſiſtente autem, hoc eſt, in
reo, dico contrarium. Nam licet per calumniam reſiſtat, tenet
tamen tranſactio, quantum ad eum: vt j. eod. l. ſub prætextu. j.
licet per aliam viam: hoc eſt per actionem de dolo, vel repli-
cationem doli conſulatur actori: vt ibidem dicitur, quando
reus dolo induxit actorem ad tranſigẽdum. Non gratuita au-
tem dicitur: quia tranſactio nullo dato, vel retento, ſeu pro-
miſſo minimè procedit. vt j. eod. l. tranſactio. Non finita au-
tem dicitur: quia ſi iudicatum eſſet, nec appellari poſſet, nec
aliquo modo, vel remedio retractari poſſet ſententia, nec
dubitaretur de ſentẽtia, trãſactio non valet: vt ff. eo. l. & poſt
rem. & de cõdict. indebiti. l. elegãter. §. ſi quis poſt rem. poteſt
enim eſſe quòd reus dicit, bene confiteor me condẽnatum &
debere: ſed tamen ſi vis eſſe contentus quinq; tibi dabo. non
valet hæc compoſitio. Idem & ſi negaret reus: ſi tamen adeò
apertæ eſſent probationes, vt negare non poſſet iudicatũ: vt
j. de pœnis. l. qui ſententiam. Idem dicam, nec diſtinguo, fiat
tranſactio ſuper re iudicata ſimplici pacto, an Aquiliana ſti-
pulatione: vt prima nõ teneat, ſecũda teneat. argu. eius, quod
dicitur j. eod. l. ſi cauſa. Nam quod ibi dicitur, locum habet,
cum Aquiliana ſtipulatio interponitur ſuper re iudicata ex
conuentione partium, non ex cauſa tranſactionis, quod fieri
potuit: vt ff. de re iudicata. l. ſi ſe. §. ſi ex conuentione. & j. de
exceptio. rei iudica. l. ſi cauſam. Super Aquiliana autem ſtipu
latione fieri poſſet poſtea tranſactio. Pro nobis autẽ eſt: quia
cùm lex vetet tranſactionem fieri poſt ſententiam: ergo om-
nem eius ſpeciem videtur prohibere: quia à quocũq; remoue
tur genus: ab eodem remouetur & ſpecies: nam tranſactio fit
2 duobus modis: vt ff. eod. l. ij. †Dicitur autem trãſactio: qua-
ſi actionis tranſitio. Ab actione enim trãſit, qui trãſigit: & ita
is qui agit, propriè dicitur tranſigere. Reus autem impropriè
3 dicitur tranſigere: vt infrà, eodem l. ſecunda. ¶ †Quis poſsit
tranſigere? & quidem dominus compos mentis habens libe-
ram adminiſtrationẽ, maior xxv. an. minores enim hic (ſicut
& aliàs) conſeruantur illæſi, vel reſtituuntur in integrum ſi
fuerint adulti curatorem non habentes. Item tutores & cu-
ratores eorũ tranſigunt, & præſides prouinciarum & prælati
eccleſiarum. Item procuratores habentes ſpeciale mãdatum,
vel generale cum libera adminiſtratione. Item dati in rem
ſuam. De quibus perſonis & conſimilibus plenè dixi in ſum-
ma de pactis. in illo §. pactorum diuiſiones. ¶ De quibus re-
bus & quidem de omnibus omnino: vt infrà eodem. l. cauſas.
4 †In criminalibus autem idem, ſi irrogent pœnam ſangui-
nis præterquàm in adulterio. Sed in adulterio fortè corrigi-
tur hodie: vt in auth. vt nulli iudi. §. adulteram. Vel illud for
tè eſt in marito ſpeciale: vel ibi non tranſigitur de adulterio:
imò

Imò iam erat actum: ſed reconciliatur marito. In criminali-
bus autem quæ pœnam ſanguinis non ingerunt, gratuita pa
ctio vel remiſsio fieri poteſt: vt ff. de iur. fiſci. l. in fiſci. & ad le
gem Iuliam de vi publ. l. qui cœtu. §. qui vacantem. Et idem
in adulterio dicerem. Si autem reus pecunia data tranſigat
cum actore, tranſactio nulla eſt: & reus habetur pro cõfeſſo:
vt infrà eodem. l. tranſigere. & ff. de prævaric. l. in omnibus.
Licet autem dixerim in crimine quod irrogat pœnam ſan-
guinis tenere trãſactionem, tamen accuſator incidit in Tur-
☞ pillianum: vt ff. ad Turpillian. l. ab accuſatione. ſed hic nihil
ad reum. Ignoſcitur enim ei, ſi quomodo potuit redimere
ſanguinem ſuum: vt ff. de bonis eorum qui ante ſentent. l. j.
5 . † Super alimẽtis etiam tranſactio fieri non poteſt, niſi de-
creto principis, vel prætoris: quod nec alij mandare poteſt:
ſed tamen inquirit prætor de cauſa, de modo, & de perſonis:
vt l. cum hi. per totam legem. ff. hoc titul. ſi tamen alimenta
ſint futura, & debita ex vltima voluntate, vel ex donatione
cauſa mortis. Si autem aliquod horum deficiat, tranſactio te-
net. Item tenet quandoque, licet fiat ſine prætore: ſi tamen ali
mentarius facit meliorem conditionem ſuam: vt ff. eod. l. cum
hi. quus vſque ad illum. §. qui tranſigit. & §. ſi prætor. & infrà
eod. l. de alimentis. Item de controuerſiis, quæ ex teſtamento
proficiſcuntur, non poteſt tranſigi, niſi inſpectis verbis teſta-
menti, & cognitis: vt ff. eodem. l. de his. Item tranſigitur ſu-
per ſeruili, vel adſcriptitia conditione: vt infrà eodem l. vlti.
quid tamen ſi tranſigatur vt liber fiat ſeruus, vel ingenuus,
fiat libertinus, vel adſcriptitius? ex prædicta regula, videtur
quòd teneat: ſed argu. contra, eſt infrà, de liber. cauſ. l. nec ſi
6 volens. † Item quid ſi fiat in cauſa conuerſionis, vel in cau-
a ſa matrimonij a? fortè neceſſarium erit decretum epiſcopi: &
quia cauſa ſpiritualis eſt, & quia eccleſiaſtica: nam in re eccle
ſiaſtica alienanda neceſſarium eſt decretum epiſcopi: vt dictũ
7 eſt ſuprà de ſacroſanct. eccleſ. auth. hoc ius. † Quis ſit effectus
tranſactionis? Et quidem ex ea datur exceptio in omni cau-
ſa, ex qua agebatur. Si ergo generalis erat petitio, & gene-
ralis erat tranſactio facta: obſtat exceptio in omnibus: vt in-
frà eodem. l. ſub prætextu. & ff. eodem. l. non eſt. niſi reus do-
lo occultauerit ſpeciem, in qua deceptus eſt actor: vt ff. de
pact. l. tres. Si autem generalis eſt petitio, & de ſpecie tranſa-
ctio, nocet exceptio in ea ſpecie tantùm. Idem eſt, & ſi ſpecia-
lis eſt petitio, & generalis, quantum ad verba, ſit tranſactio:
eodem. l. ſi de certa: & infrà eodem. l. age. & ff. eod. l. cùm aqui
liana. & l. qui cum tutoribus. §. vltimo. & infrà ad Velleianũ.
l. iubemus. Si autem vtrunque ſpeciale fuit: & hic ſine dubio
idem: vt ff. de pactis. l. ſi vnus. §. ante omnia. vbicunque autem
dixi reo competere trãſactionis exceptionem, dico eum libe-
ratum ipſo iure, ſi fuerit cum eo tranſactum Aquiliana ſti-
pulatione: vt infrà eod. l. vt reſponſum: ff. eodem. l. ſecunda, &
eſt hic effectus tranſactionis ex parte rei. Ex parte verò acto
ris non datur actio ex tranſactione, vt id detur, vel fiat quod
conuenit dari, vel fieri vt recedatur à lite. & eſt ratio: quia a-
ctori ſupereſt vetus actio, ad quam redire poteſt. Et ſi obiicia
tur exceptio, replicabit actor: non debet ei fides ſeruari, qui
vult contra pacta verſari: vt ſuprà titu. proxi. l. cum propo-
nas. & j. eod. l. ſiue apud acta. Si autem actori non ſupereſt ve
tus actio, vt quia per acceptilationem facta eſt tranſactio: da-
tur ei conditio ob cauſam contra reum: vt ſe reponat in pri-
ſtinam obligationem: vt ff. de condict. cauſa da. l. ſi quis. vel
datur actori actio præſcriptis verbis ad intereſſe, quaſi ex do
vt des: vt hoc remittere, ſit dare: vt ff. de condict. cau. da. l. ſi
mulier. & de præſcrip. verb. l. ob eam. de dolo autem non agit
actor: quia à reo non fuit dolo inductus vt tranſigeret: licet
ex poſt facto dolo fecerit quòd non ſeruauit fidem: vt ff. de
dolo. l. ij. §. ſi quis. In hoc Placen. contrà. Si autem dolo in
tranſigendo inductus eſſet actor, ageretur de dolo, & hoc eſt
quod dicitur. l. actione. & l. ſub prætextu inſtrumenti. Non
tamen diffido quandoque dari de dolo actionem propter do
lum qui adhibetur poſtea in contractu, quando alia via non
poteſt conſuli emptori: vt not. infrà, de dol. §. vbi autem.
8 † Quare autem ex ſimplici facto tranſactionis non detur a-
ctio actori, habeat vel non habeat actionem aliam? ratio eſt
ſatis euidens: nam pactum nudum eſt, non veſtitum ſtipula-
tione, vel re, vel literis, vel conſenſu, vel contractus cohæ-
rentia: tunc enim ſine dubio daretur actio, vt j. eod. l. ſi pro
fundo. & in ſumma ſuperioris tituli plenè dixi: ſed nec rei
interuentu de quo magis poſſet dubitari: quia licet actor de-
ſtiterit ad tempus: vel propoſuerit deſiſtere in perpetuum
non ſufficit: quia hic agebatur inter vtrunque: vt in perpe-
tuum deſiſteret. vt ff. de condictio. indebi. l. eleganter. §. ſi
quis. ibi: ſed hic non videtur cauſa ſecuta. Aliæ rationes
aſsignantur à quibuſdam: ſed eas omitto: quia friuolæ ſunt
& vanæ. Porrò vbi actor liberauit reum ipſo iure, datur ei
actio præſcriptis verbis, quaſi veſtito pacto, vel ob cauſam:
vt dictum eſt ſuprà. §. ex parte verò. Nec obſtat iis, quæ di-
cta ſunt, quod legitur infrà eodem. l. cùm mota. quia ibi fuit
do vt facias: nam conuenerat de dando priùs, & de facien-
do, id eſt, deſiſtendo poſteriùs: tamen fuit mulier præſum-
9 ptuoſa in deſiſtendo priùs. † Ex do vt facias, datur actio præ-
ſcriptis verbis: vt ff. de præſcript. verb. l. naturalis. §. at cùm
do. vel agitur præſcriptis verbis: quia querela ſublata erat
ipſo iure per pactum, vt dicitur in actione furti: vt ff. de pa-
ctis. l. ſi vnus. §. pactus. & l. ſi tibi. §. quædam. & §. pactus.
ſicut & ſuprà dictum eſt, quando actio ſublata eſt accepti-
latione. Nec obſtat quod legitur. ff. de inofficio. teſtamen.
l. ſi inſtituta. quia ibi ea conditione renuntiabat, ſi daretur
aliquid. Secus ſi purè: vt ff. de inoffi. teſtamen. l. Papinianus.
§. ſi quis poſt. vel dic etiam pure: tamen hæres agere querela
non poteſt, quia non tranſit ad hæredem niſi præparata vel
comminata. Sed hic non videtur eam præparaſſe cùm deſti-
terit. Si autem non agatur ex pacto tranſactionis, vt quid
detur, vel fiat actori: ideo quia deſtitit à lite: ſed agat actor
de euictione: quia res ſibi tradita vt deſiſtat, eſt euicta, ei da-
tur actio præſcriptis verbis: vt infrà eodem. l. ſi pro fundo.
Sic eſt in pacto permutationis, ex quo non agitur ad traden-
dum: ſed eo pro tradito, & poſtea per aliquem euicto, agitur
de euictione: vt ff. de rerum permutatione. l. prima. & ſunt
iſti effectus ex parte tranſactionis rei, vel actoris per leges
competentes. Ex prouiſione verò rei, qui ſtipulatus eſt pœ-
nam ſi de cætero conueniatur ab actore, poteſt agi ex ſtipu-
latione ad pœnam, & nihilominus gaudebit commodo de-
fenſoris: ita tamen ſi vtrunque ſibi licere, pactus eſt, vel ſi li-
beratus eſt ex tranſactione ipſo iure, à veteri actione, quod
patet poſſe fieri ex præmiſsis: nec actori licet ad veterem re-
dire actionem, & reſtituit reo quod accepit ab eo: vt ff. de pa
ctis. l. ſi vnus. §. pactus. Quidam tamen dicunt renaſci vete-
rem actionem, cum repetit pecuniam. quaſi vtriuſque con-
ſenſu reſcindatur: vt infrà, quando liè ab empt. diſ. l. prima.
Sicut & aliâs reſtituitur actio: vt ff. de non numerata pecun.
authen. contrà qui propriam. Sed certè non puto repeti poſ-
ſe pecuniam animo diſſoluendi tranſactionem, ſed animo pu
niendi actorem: qui tam ſolenniter liberauit reum. idem eſt
& ſi reus non ſit liberatus ipſo iure, ſed actor ſuo ſacramento
confirmauit tranſactionem: aliâs autem reus debet eſſe con-
tentus vel pœna, vel exceptione: vt ff. eodem, l. qui fidem. &
infrà eodem, l. cùm proponas. & l. vbi. & l. ſi quis maior. Licet
autem reo prouideatur per prædicta auxilia: ſi tamen pateat
actorem timore falſorum inſtrumentorum tranſegiſſe, retra-
ctatur tranſactio, etiam ſi vallata ſit iureiurando, vel reme-
dio exceptionis, vel replicationis, vel actionis in factum, vt
ff. ad legem Corneliam. de fal. l. qui nomine. ſi tamen tranſ-
actio fiat ſuper plurimis capitulis, non retractantur niſi ea ca
pitula in quibus timore falſorum inſtrumentorum facta eſt
tranſactio: vt infrà eodem, l. ſi ex falſis. & aiunt quidam ideo
concedi retractationem ſtatim, quia ineſt cõditio tranſactio-
ni, ſi vera ſunt inſtrumenta. quod falſum eſt: nam ſi ineſſet cõ
ditio, ergo non diceretur retractari: imò ipſo iure locum non
haberet deficiente conditione: ergo propter iuſtam cauſam
conceditur actori venire contra tranſactionem, & deferere ſa
cramentum: vt ff. qui ſatiſdare cogantur. l. vltima. Illud cer-
tum eſt, tranſactioni non ineſſe tacitam conditionem, ex eo
quòd actor credebat ſe hæredem inſtituendum à reo: vt infrà
10 eodem, l. ſi maiores. † Quid ſi actor expreſsiſſet conditionem?
puta remitto litem, ſi me feceris hæredem: certè non tenet re-
☞ miſsio. quaſi ſub impoſsibili conditione. Nam & turpia di-

cuntur impoſsibilia: vt inſtitu. de inutil. ſtipulation. §. ſi impoſsibilis & de condi. inſtitu. l. ſi filius. Licet Placent. dixerit pendere remiſsionem in euentum conditionis. Si autem dicam remitto vt me facias hæredem: poteſt dici eum repelli: quia in pari cauſa potior eſt conditio poſsidentis: vt infrà eo
11 dem, de condict. ob turpem cauſam. l. ij. † Nouiſsimè ſciendum eſt tranſactionem paris authoritatis eſſe, cum ſententia in excipiendo, imò maioris eſt: quia non retractatur trãſactio per appellationem. Item tranſactio ipſo iure tollit naturalem obligationem, non ſententia: vt infrà eodem, l. non minorem. & ff. de condict. inde. l. Iulianus. minoris eſt: quia ex ea
12 non datur actio: vt dictum eſt. † Item ſententia lata con-
b tra ſententiam à qua non eſt appellatum, non tenet[b]. Secus in tranſactione quæ retractatur per ſententiam poſtea latam: vt infrà, quando prouoc. non eſt neceſſe. l. prima. ff. de condict. indebi. l. eleganter. §. ſi quis poſt. Item ſententia facit ingenuum, non pactio: vt infrà de ingenuis. l. ingenui. & ff. de ſta-
a tu hominum, l. ingenuum[a].

ANNOTATIONES.

* Rogerius. Alias in manu ſcripto exemplari, Hugo.

a Matrimonij. Intellige iſtam concluſionem eſſe veram ad matrimonij validitatem, & non aliter: vt tenet ibia Barto. Bald & doct. in l. ſi. ver. vlterius quæritur. C. hoc eo. tit. domini canoni. in c. de cætero. & in c. ſtatuimus. hoc e. ti. vbi late habes de iſta materia quę quotidiana eſt.

b Non tenet. iſtam materiam vide per Bar. & doct. in l. j. C. quando prouoca. non eſt neceſ. do. Alexan. imo & Iaſo. de may. in l. nam & poſtea. §. ſi damnetur. eod. titu. Ange. are. in §. poſteriore. inſtitu. quibus mod. teſt. infir. Lanfrã. in c. quoniam contra. verſ. ſententia. verſic. quod ſupra dictum eſt. do. Alexan. in conſ. xc. in j. volu. ponentem quamplures limitationes quæ enucleant totam materiam.

c ff. eod. l. ſecunda. Tranſactionum alia generalis, alia ſpecialis. Specialis tranſactio non obeſt, niſi ei, de quo tranſigitur: etiam ſi fiat in vno capitulo, non impedit proceſſum aliorum in aliis. C. eo. l. age cum Geminiano. & l. penult. Tranſactio verò generalis reſtringitur quandoque ad id, de quo ſpecialiter eſt actum ff. eod. titu. l. qui cum tutoribus. & extra eod. titu. cap. j. Licet autem tranſactio generalis teneat de rigore iuris, reſcinditur tamen replicatione doli l. tres fratres. ff. de pact. Tranſactio definita, vel ſpecialis non obeſt in aliis, quæ non ſunt in tranſactione deducta. C. de iudi. l. licet. Martinus.

a Ingenuum. Tranſactionis igitur effectus eſt, vt omnia inſtrumenta ad cauſam ſpectantia ſuper qua tranſactum eſt, & quicquid aliud, quod opem partibus ferre poterat, ſit vacuum, & omni virtute caſſandum, & ſola tranſactio permaneat & obtineat robur, extra. eodem titul. capitu. j. Similiter ex ea datur exceptio in omni eo de quo actum fuit, & tranſactum. Vnde ſi generalis fuit petitio, & generalis tranſactio, in omnibus obſtabit exceptio. C. eod. l. ſub prætextu. Et hic eſt effectus tranſactionis ex parte rei. Ex parte verò actoris non datur actio ex tranſactione, vt detur vel fiat, quod conuenit dari, vel fieri, vt recedere eius à lite. Martinus.

De errore calculi. *Rubrica.*

DICTVM eſt ſuprà, de tranſactione, quæ quia fit per errorem calculi, id eſt, computationis, poſito eo per quod fit, ſic & è conuerſo, id quod fit ponitur pro eo per quod fit: vt cùm dicitur, quis hæreditatem, id eſt, ius deliberandi pro hæreditate tranſmittere: vt infrà, de iure deliberan. l. cum antiquioribus. & de caducis tollendis. l. j. §. in nouiſsimo. & infrà, de iis qui ante apertas tabulas. l. j. veteres enim computabant per lapillos qui calculi dicuntur: qui pedibus non impunè tamen, quandoque calcantur, vnde Perſius:

Hunc Macrine diem numera meliore lapillo.

Nam diem boni ſucceſſus, numerabant lapide albo. Mali autem ſucceſſus numerabant lapide nigro: ideo ponit de errore calculi. Quandoque autem ponitur calculus pro cognitione cauſæ: vt infrà, de iudic. l. rem non nouam. Quandoque ponitur pro ſententia: vt infrà, de appellation. l. ſi actor. In tranſactione autem, ſi fiat per errorem computationis, diſtingui poteſt, ſicut in ſententia, ſi exprimatur error, an taceatur: vt ecce, placuerat reo, & actori, vt pro domo, quam petebat actor, daret ei reus triginta: pro fundo autem quem petebat daret ei decem: ſcilicet ex cauſa tranſactionis, vel venditionis, vel ſimili. Actor autem & reus putantes quòd triginta, & decem, facerent quinquaginta, ſic conuenerunt vt reus promitteret pro domo, & fundo quinquaginta ſe daturum: non tenet tranſactio, ſi non expreſſo errore conueniſſet reus, de quinquaginta tranſactio tenet: vt ff. quæ ſententiæ ſine appella. reſ. ind. l. prima. Idem ſi dicat iudex, iudico hunc teſtamentum facere poſſe. tenet enim ſententia etiam ſi hic impubes ſit: quæ non teneret ſi expreſsiſſet ita. iudico hunc impuberem teſtari poſſe: vt infrà, quando prouoca. non eſt neceſſe. l. ſecunda. Vel dic, aliud in tranſactione, quàm in ſententia: quia ex conſenſu partium ſumit vires, errore ſublato: vt ff. ſi quis caut. l. ſed & ſi quis. §. vltimo. ergo tenet tranſactio: ſed non præiudicat in eo, in quo erratum eſt. ſi tamen poſtea ſuper errore trãſigatur, vel iudicetur, præualebit illud quod poſtea factum eſt: vt j. eod. l. j. nec tamen in hac lege tractat
a de errore habito in tranſactione, ſed in aliis[a].

ANNOTATIO.

a Sed in aliis. Aduocati autem error poteſt reuocari ab illo, cuius eſt aduocatus, idque eodem die, extra. de appell. cap. cùm cauſam. Similiter quandocunque ante ſententiam ſecundum quoſdam, extra. de confeſ. c. fin. C. de iu. & fac. igno. l. error facti. extra de cenſib. olim. Poteſt etiam reuocari vſque ad quartum diem. C. de errore aduoca. lege certa. Marti.

De poſtulando. *Rubrica.*

1 *Poſtulare quid ſit.*
2 *Verbum iuriſdictionis largè ponitur.*
3 *Patroni cauſæ poſtulatores dicuntur.*
4 *Libertini poſſunt poſtulare pro aliis.*
5 *Inuitus etiam quandoque poſtulat.*
6 *A poſtulando qui repellantur, & quibus modis. num. 7. & 8. 9. 10. 11. 12. & 13.*
14 *Prohibitus poſtulare, non poſtulabit, etiam conſentiente aduerſario.*

DICTVM eſt ſuprà de ędendo: & incidenter de pactis inſeruit: nunc autem proſequendo materiam eandem, quia in editione actionum, & in cauſæ proceſſu neceſſarij ſunt aduocati, vel poſtulatores: ideo ponit de poſtulando. Videamus ergo quid
1 ſit poſtulare: & quidem † poſtulare eſt deſiderium ſuum, vel amici ſui in iure apud eum qui iuriſdictioni præeſt, exponere vel alterius deſiderio contradicere: vt ff. eodem. l. j. §. poſtulare. Quod dicit, ſuum, intellige quando poſtulat pro ſe: amici,
2 quando pro alio. † Item verbũ iuriſdictionis, largè ponitur pro qualibet notione: vt ff. de re iudicata. l. ait prætor, nam & apud arbitrum compromiſſarium puto poſtulari poſſe, & debere: quia ad ſimilitudinem iudiciorum redigitur arbitrium: vt infrà de iudic. l. rem non nouam. & ff. de arbit. l. prima. Alibi ponitur poſtulare, pro petitione, quam fecit aliquis iudice ſedente pro tribunali: puta vt ei caueatur de damno infecto: vt ff. de dam. infect. l. iiij. §. antepenultimo.
3 † Et hi poſtulatores dicuntur patroni cauſę. Item aduocati: vt ff. de variis & extraordina. cog. l. prima. §. aduocatos. ſed & togati dicuntur: vt infrà eodem, l. vltima. fortè à genere veſtus quæ dicitur toga, qua vtebantur olim. Qui po-
4 ſtulent? & quidem poſtulant ingenui. † Item libertini, periti tamen literarum: ſed & imperiti videntur poſſe poſtulare: ſi tamen conſuetudine iure ſcripto, vel non ſcripto ſunt inſtructi: vt infrà eodem, l. nec cæterorum. & de iudic. l. certi. & in authen. de iudic. j. reſponſ. ibi, nos igitur. &c.
5 Item poſtulat quis volens, & inuitus: ſi enim fuerit monitus à iudice, & cuicunque parti patrocinium denegauerit, ea excuſatione quę nequeat comprobari, caret foro: nec vnquam ſibi agendi copia reſtituitur: vt infrà eodem, l. prouidendum. ſed & prætor dicit: ſi non habebunt aduocatum ego dabo: vt ff. eodem. l. prima. §. ait prætor. ſiue quis petat, ſiue
a nemo petat vltro debebit dare plerumque[a] fœminis, vel pupillis, vel aliis debilibus, vel iis qui ſuæ mentis non ſunt, vel iis qui per aduerſarij potentiam ſe non inuenire aduocatos dicunt. vt ff. de offic proconſul. l. nec quicquam. §. vlt. Nec tamen dico, quòd debeat dari gratis: imo conuenito ſalario pro facundi.

facundia aduocati, & pro modo litis, & fori cóſuetudine, &
iudicij in quo erat acturus: dummodo licitum honorarium
quantitas non egrediatur: vt ff. de varijs & extraordinar. co-
gnition. l. j. §. in honorariis. maioribus autem ſanæ mentis,
& locupletibus non puto quòd debeat dari inuitus; cùm per
ſe, & ſua pecunia poſsint inuenire aduocatos: vt ff. de rebus
eorum qui ſub tuto. vel cura. l. magis. §. in primis. Nam & il-
lud quod dicitur ſi non habebunt, ſic poteſt exponi, id eſt, ſi
habere non poterunt: ſicut & in actione aquæ pluuiæ arcen-
6 dæ dicitur, vt ff. de ſtatu liber. Labeo. †Qui, & quibus mo-
dis repellantur à poſtulando? Repellitur quis quandoq; iu-
dicis officio, vel ea ratione: qua quis officio aduocationis, &
aſſeſſoris ſimul vult vti: vt ſ. de aſſeſſor. l. vlti. vel quia iudex
videt ab vna parte rudes aduocatos, ab alia nóbiliſsimos ſu-
ſtinere officium aduocationis: debet enim parem facere co-
piam aduocatorum: vnò & pars quæ ſuberahit aduerſario
ſuo parem copiam, oſtendit à ſe iniquam litem foueri: vt j.
eod. l. prouidendum. Sed hoc fortè locum habet ſecundũ an-
tiqua tempora, quibus aduocati ſalarium recipiebant de pu-
blico, vt cuique præſtarent patrocinium: & eorum certa no-
7 mina continebãtur in matricula. †Item repellitur quis per
a conſtitutiones: quia non eſt catholicæ fidei[a]: vt infrà eodem,
l. nemo. Et idem puto in monachis, & canonicis regularibus:
quibus tutela & officia publica interdicta ſunt: vt diximus
8 ſ. de epiſ. & cler. †Item qui pacti ſunt cum graui damno: &
ſubaudio maxime de quota portione litis ſibi præſtanda: vt
j. eod. l. ſi qui aduocatorum. fortè aliud eſt iure ſpeciali ſecun
dum quoſdam: argumento j. de ſentent. paſſ. l. ſi debitor. &
inſtitu. de fideicommiſſar. hæred. §. ſi quis. ſed id non puto, ne
9 fiat in fraudem legis. †Item repellitur quis lege Iulia repe-
tundarum: vel lege Iulia ambitus: vel ſenatuſconſul. quod
eiuſdem legis repræſentat pœnam. Et habet locum lex Iulia
repetundarum, cùm quis in publico officio quid accepit, vt
10 aliquid faciat, vel prætermittat. †Lex autem ambitus habet
locum, cùm quis petierit honorem, vel nouum vectigal inſti-
tuerit, vel cùm accuſator, vel accuſatus domum iudicis ingre
ditur: vt ff. ad legem Iul. repet. l. eadem. §. hac lege. & ad legẽ
11 Iul. ambitus. l. j. §. quod ſi. †Item per decretum iudicis: & ſi
quidem iudex repellat cum ratione infamiæ in nulla prouin
cia poſtulabit, niſi ex aliqua cauſa iuſta fiat remiſsio infa-
miæ. quod dic vt infrà ex quibus cauſis infa. irrog. §. remitti-
tur. Si autem repellat, quia turpiter aliqua commiſit in lite,
vel quia grauata eſt eius opinio: ſi quidem repellat ne coram
ſe aduocet, coram ſucceſſore poſtulabit. Si autem repellat cũ
in perpetuum, poſtea non poſtulabit: cùm non appellauerit:
vt ff. eod. l. puto. §. j. & fin. & l. ex ea. & j. eod. l. j. Item ſi repel-
lat ad tempus, eo elapſo poſtulabit: vt ff. eod. l. Imperator. Si
verò ſimpliciter repellat, videtur in perpetuum prohibuiſſe:
12 vt ff. de verbo. oblig. l. & ideò. §. vltim. †Item per edictum
prætoris, cuius tres ſunt ordines. Nam quidam repelluntur
omnino pro ſe, & pro aliis: vt pueri, id eſt, minores xvij. an-
norum: & ſurdi, qui prorſus non audiunt. Alij prohibentur
poſtulare pro aliis: vt fœminæ propter pudicitiam ſexui con
gruentem: & cæci: quia inſignia magiſtratus videre, & reuere
ri non poſſunt. Idem eſt in omnibus infamibus: ſi tamen infa
mes ſunt ipſo iure, vel condemnati de capitali crimine. Hi au
tem admittuntur pro ſe, & non pro aliis: niſi pro iis, quorum
13 tutelam, vel curam adminiſtrant. †Alij autem ſunt, qui &
pro ſe admittuntur, & pro certis aliis perſonis: vt omnes in-
fames qui nõ ſunt ſumma turpitudine notati: nec enim ſunt
infames ipſo iure, vel condemnati de crimine capitali: tunc
enim continentur in ordine ſecundo. De infamibus autẽ ple-
nè dicemus j. titulo de infamibus. Idem eſt & vbicunque lex,
vel plebiſcitum, vel ſenatuſconſultum, vel edictum prætoris,
vel decretum iudicis, vel conſtitutio principis prohibet ali-
quem poſtulare: niſi pro certis perſonis: quod vix inuenie-
tur: niſi fortè j. de aduoc. diuerſorum iudicum. l. iubemus. §.
ad hæc. & l. petitionei. §. ad hæc. & enumerantur etiam aliæ
certæ perſonæ, pro quibus permittitur poſtulare, hoc eſt, pa-
rentes, & patroni, & patronorum liberi, & parentes. Item li-
beri, & fratres, & vxores, & ſoceri, & ſocrus, generi, & nurus,
vitrici, nouercæ, priuigni eius. Prohibentur item pupilli, &
furioſi, & fatuj, & conſimiles qui ſunt in gubernatione pro-
hibiti poſtulare: & hæc ita probantur. ff. eod. l. j. ij. iij. iiij. v. &
vj. Hi tamen qui ſunt in ordine tertio admittuntur quando-
que pro omnibus ſcilicet ſi reſtituantur in integrum à prin-
cipe, vel à ſenatu. alius enim hoc non poteſt indulgere. Qui
autem ſunt in ordine ſecundo, difficilè eſt vt poſsint impe-
14 trare in integrum reſtitutionem: vt ff. eod. l. j. §. penul. †Eſt
notandum quòd in prohibitis poſtulare non prodeſt aduer-
ſarij conceſsio, vel patientia vt admittantur: vt ff. eod. l. quos
prohibet. Ab his autem, qui admittunt ad poſtulandum, erit
hoc diligenter obſeruandum, vt ante litem conteſtatam de
ſalario conueniant: & in lite factum, & ius, ſtando in iudicis
præſentia, ſine partis conuitio tacito, vel expreſſo, niſi id litis
vtilitas expoſtulet, diligenter exponant. Quid enim ſi obij-
ciat parti quòd inſtruxit teſtes, vel quia calumniator eſt, &
conſimilia, quæ ſine læſione iuris clientis non poteſt omitte-
re? in talibus eſt admittendus. Imò ſi non proponat, eſt repre-
hendendus: vt j. eod. l. ſi quiſquis.

ANNOTATIO.

a Plerumque. Aliâs plurimúmque.
a Catholicæ fidei. Adde Bart. in l. fin. de poſtu. do. Iaſ. de ma. in rubr. ff. de iuſti. & iur. ſed quid ſi admittatur. an vitietur proceſſus? dic quod non: vt tenet Bart. in l. filiusfami. §. veterani. ff. de procura.

De aduocatis diuerſorum iudiciorum.
Rubrica.

1 *Aduocati qui dicantur.*
2 *Aduocatus eligitur qui ſtatuto tempore legibus ſtuduit.*
3 *Aduocatus qui præuaricat in cauſis punitur.*
4 *Aduocati quod acquirunt ex eorum officio, habent quaſi caſtrenſe.*
5 *Aduocatus & iudex quis poteſt eſſe eodem tempore.*

DICTVM eſt ſ. de aduocatis in genere: hic autẽ
tractat in ſpecie, ſcilicet, de aduocatis quibuſdã,
qui neceſſe habebant coram certis perſonis, præ-
ſidibus, & poteſtatibus aduocare, & in certo fo-
ro, ſeu iudicio: & ſubiicit de priuilegiis eorum. Videamus er
go qui dicantur aduocati, & qui, & qualiter eligãtur ad hoc
officium: & à quibus debeant abſtinere, & quibus gaudeant
1 priuilegiis. †Eſt autem notandum, quòd aduocati dicun-
tur quicunque cauſis quoquo ſtudio patrocinantur: non ta-
men qui pro tractatu, id eſt, conſilio cauſis non adfuturi pe-
cuniam accipiunt, aduocatorum in numero ſunt: vt ff. de var.
& extraordi. cog. l. j. §. aduocatos. Et hi etiam dicuntur mili-
tes inermi vel literatoria militia militantes. militant namque
patroni cauſarum, qui glorioſæ vocis confiſi munimine, labo
rantium vitam, ne amittant quod habent, ſpem vt acquirant
quod nondum habent: poſteró ſqui defendunt, ne plectãtur,
ne infamentur, ne in ſeruitutem redigantur: vt j. eo. l. aduoca-
2 ti. & j. de proxi. ſacro. ſcri. l. proximos. †Eligitur autem ali-
quis ad aduocationis officium, ita demum, ſi prius per ſtatuta
a tempora, legum eruditioni noſcatur inhæſiſſe[a]: vt infrà eodẽ
titu. l. iubemus. §. nec de cætero. hoc eſt, quinquennij vt patet
ex ordine lectionum, & continuatione ſtudij: de quo legitur
in procemio Digeſtorum, Omnem reipublicæ. §. ſed quia ſo-
litum eſt. ibi, & in quinti anni meta &c. Sed & profiteri de-
bet is qui eligitur aduocatus cohortali ſtatuto ſe non eſſe
ſubiectum. Item is qui eligitur aduocatus debet eſſe in ſcru-
tinio, vel examinatione præſidis prouinciæ ex qua oriundus
eſt, vel defenſore. Item magiſter eius iurare debet eum peri-
3 tia iuris eſſe inſtructum: vt infrà eodem. l. nemini. †Iniungi-
tur autem aduocatorum ſolicitudini, ne præuaricentur in
cauſis. Nam probato crimine, extra ordinẽ puniũtur: vt ff. de
præuarica. l. j. in fi. & iterũ de cauſa quæretur etiam poſt ſen-
tentiam fortè, & poſt ſolutionem factam ad inſtar corrupto-
rum teſtium, & falſorum inſtrumentorum, & ſacramẽti à iu-
dice delati: vt ff. de re iudi. l. diuus. & infrà ſi ex falſis inſtrum.
l. prima & ſecunda. & ff. de iureiurando. l. admonendi. Item

aduocare non debent contra rempublicam à qua aluntur, niſi pro iis quorum ſunt tutores, vel curatores. ff. de poſtuland.
4 l. puto. & l. vlti. † Habent autem priuilegium in eo, quòd quærunt ex aduocatione, vel ipſius occaſione etiam ſi in poteſtate patris ſint: vt reputetur quaſi caſtrenſe peculium: vt j. eodem. l. fori. & ſuprà de acceſſo. l. velut. Item prouinciales non ſubeunt functiones volentes, vel inuiti. Item nulla operis inſtructio, nulla diſcuſſio, & nullum ratiocinium, nullum denique aliud præter arbitrium eis mandatur in eodem loco, vbi aduocationis exercet officium: vt infrà eodem. l. ne quis. & l. ſancimus.
5 † Et videtur hic notandum, quòd aliquis eodem tempore poteſt eſſe aduocatus, & iudex delegatus in alia cauſa: ſed argumen. contra. ſuprà de aſſeſſo. l. vlti. Item licet moriatur aduocatus ante annum: tamen totius anni ſalarium transmittitur ad hæredem: vt infra eodem. l. poſt duos. Reliqua quæ ad officium aduocatorum, vel eorum perſonas pertinent, ſuprà de poſtul. dicta ſunt.

ANNOTATIO.

a Iabæſiſſe. Sed quid ſi aduocatus imperitus neſciuit defendere cauſam: an debeat reſtituere illud quod pro patrocinio accepit? Dicas quòd ſic: vt tenet nota. Barto. & Alexand. in l. cum quid. 10 ſi. ff. ſi cert. petat. Ang. in l. ſi vacantia. C. de bo. vac. li. x. doct. in l. j. eod. tit.
Statuto. Aliâs ſtatui.
Inſtructio. Aliàs conſtructio.
Sunt. Quibus ex cauſis teneantur aduocati, videamus. Aduocati cauſas deſperatas non adſumant, & ſi fortè ignoranter adſumpſerint, ſtatim vbi ſciuerint, dimittãt eas, & honoria reſtituant. C. de iudic. l. rem non nouam. Tenetur quoque aduocatus ſi propter ſuam imprudentiã vel negligentiam amiſerit cauſam. ff. ad leg. Aquil. l. idem iuris, & ff. locati. l. cum in plures. §. locatur. Tenetur etiam ſi ſuo vitio amiſerit cauſam ff. de euict. l. emptor. Secus tamen eſt ſi ex qualitate cauſæ, vel defectu probationis amittatur cauſa, quia tunc non eſt culpa ſua. ff. ad leg. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi calcem. Reſtituere autem tenetur aduocatus quicquid propter pertinaciam, maliciam, vel falſitatem ſuam acceperit. Tenetur quoq; et illis, quibus patrocinium præſtabat, ſi ob eius maliciam & infidelitatem, clienculi quid amiſerint, arg. C. de pœna iudi. qui ma. iudi. l. ſi. & xxiij. q. v. cau. non ſanè. & q. j. cau. ſi res. Falſa etiam inſtrumẽta, nec teſtes corruptos producere, nec falſas leges, ſeu probationes inducere, nec dilationes indebitas in grauamẽ partium quærere debet. C. de iudic. l. properandum, Martinus.

De aduocatis diuerſorum iudicum. *Rubrica.*

QVÆRITVR, quæ ſit differentia inter hunc titulum & ſuperiorem, & poteſt dici, quòd hic fortè tantùm tractat de his priuilegiis, quæ competunt aduocatis, iam depoſito officio: vt patet in l. j. huius ti. & l. iubemus. & §. ad hæc. & §. ij. filios. & §. vt autem. & l. laudabile. Superior verò tractat de priuilegiis competentibus in ipſo officio, vt poteſt videri per illam l. iubemus. vel ibi de iis qui erant in matricula: hic de aliis. Vel ibi de iis qui in certo foro, vel certo iudicio aduocare debebant apud quoſlibet iudices eiuſdem fori: hic verò de iis qui in certo foro, & apud certos iudices eiuſdem fori aduocare deputati erant.

De aduocatis fiſci. *Rubrica.*

DE aduocatis in genere dictum eſt: nunc autẽ ſpecialiter ponitur de aduocatis fiſci, in quibus ſpecialia quędam ſeruantur. Nam cauſæ priuati deciſæ, velamẽto abſentiæ patroni cauſæ, nõ reſtaurantur. Secus autem eſt in cauſa fiſcali: quod tamen non exprimitur, niſi in caſu vnico, id eſt, cũ fiſcus alij facit cõtrouerſiam ſtatus: vt ſ. de poſtul. l. velamẽto. & j. eo. l. vlti. & j. ſi aduer. fiſc. l. ij. & ff. de iure fiſci. l. ſi fiſcus. Item qui extitit aduocatus fiſci: poſteà contra fiſcum in eadem cauſa non aduocabit, etiam ſi ſalarium non perceperit: vt j. eo. l. j. & ij. niſi pro iis, quorum eſt tutor, vel curator: vt ff. de poſtu. l. vlt. & pen. Sed interim dum eſt generalis fiſci aduocatus in nulla cauſa aduocabit contra fiſcum, præterquàm pro prædictis perſonis. Si autem eſt aduocatus in ſpeciali cauſa, etiam interim in alia cauſa contra fiſcum aduocabit: vt dictum eſt. Hoc inſuper iniungitur ei, ne fiſcalia commoda occultet, nève calumnioſè priuatos faciat conueniri: vt j. eod. l. penul.

De errore aduocatorum, & libellos, ſeu preces concipientium. *Rubrica.*

1 *Aduocatus quandoque errat in iure, quandoque in facto.*
2 *Aduocatus vbi errat in iure quandoque corrigere poteſt errorẽ.*
3 *Error ſcribentis libellos, vel preces me præſente, & non cõtradicente, mihi præiudicat.*

QVONIAM aduocati, de quibus dictum eſt, errant in officiis ſuis exequendis: ideo ponit de erroribus eorum: & ea occaſione ſubiicit de erroribus ſcribentium libellos conuentionales, vel libellos precum.
1 † Eſt autẽ ſciendum, quòd aduocatus quãdoque errat in facto, quandoq; in iure. Si in facto, domino præſente & non contradicente, præiudicat domino, ac ſi ipſemet confeſſus ita fuiſſet: ſed ipſemet ſuum errorẽ vſq; ad ſententiam corrigere poſſet: vt ſ. de iu. & fact. ign. l. error. & ff. de cõfeſ. l. nõ fatetur. ergo aduocati vſq; ad ſententiam errorem ſuum corrigent: vt j. eo. l. j. Nec obſtat, quod legitur j. eo. l. vlt. quia ibi errauerat aduocatus, & poſtmodũ elapſo triduo, eſt lata ſententia à qua non appellauit cliens: & ideò dicitur ipſum non audiendũ, maximè cum illa interuenerint, ſcilicet quòd habuit oportunitatẽ tridui cauſa corrigendi errorẽ: ſed & ſi non habuiſſet triduum, ſatis eſt ad eum repellendum: quia lata eſt ſententia, à qua non appellauit. & in hac ſentẽtia fuit I. & B. Pla. tamen vſq; ad triduum tantum dicit poſſe me corrigere errorem aduocati: meum autem vſq; ad ſententiam à qua non appellaui. Nam & aliàs non poſſum paciſci de hęreditate mea tibi danda: ſed alij paciſcenti poſſum conſentire: vt tamen perſeuerem vſque ad mortem: vt ſ. de pac. l. vltim.
2 † Vbi autem aduocatus errat in iure, quandocunq; licet mihi corrigere errorem, ſecũdum omnes. Si vis aliter dicere, vel ſtatuere, oſtendã: quia cauſæ meę qualitatem certiorẽ habeo, quàm iuris ſtatuta, vel ſubtilitates, quæ mihi penitus fortè, vel minus plenè ſunt cognitæ.
3 † Errores autem ſcribentiũ libellos, vel preces, me præſente & non contradicente, præiudicant mihi vt in errore aduocati dictum eſt: niſi probem cõtrariũ: vt j. eod. l. ij. Sed dicunt quidam in ead. l. quòd nullus poteſt probare condemnationem non interceſſiſſe: nã factũ negantis per rerum naturam nulla eſt probatio: vt j. de prob. l. actor. Quod autem dicitur, probare potes non interceſſiſſe: ſupplent, probat hoc ipſo quòd nõ probatur contrarium. Vel, vt ait Placen. probat non interceſſiſſe ſic vt dicit actor. confitebatur enim ſe condemnatum: ſed nõ ſic vt dicit actor. vel probat iudicem non interceſſiſſe: quia probat iudicem prius mortuum fuiſſe, quàm ſcriptura teſtetur ſententiã latã. Vel probat iudicem alibi fuiſſe, quàm vbi ſcriptura teſtetur latam ſententiam: ſed illa ſunt argumenta non latæ ſentẽtię. Sic probo quòd iudex dixit mihi. Vade, quia eras laturus ſum ſententiam, non enim poſſum modò: vel ſimilia probo per teſtes: ex quibus colligitur non eſſe latam ſententiam.

Vt quæ deſunt aduocatis partium, iudex ſuppleat. *Rubrica.*

1 *Iudex in quibus ſupplere debeat, & quando, & qualiter.*
2 *Libellus in quo quis incipiam actionem proponit, an reſciatur.*
3 *Iudex ſupplet de facto quod notum eſt ei vt iudici.*
4 *Iudex quomodo ſuppleat quandoque ante ſententiam.*

QVID iuris ſit, ſi aduocatus malè, id eſt, per errorem aliquid in cauſa dicat, ſuprà dictum eſt: nũc autem ponit, vt quãdo minus ab aduocato dicitur, iudex ſuppleat.
1 † Videamus ergo in quibus

ſup

ſupplere debeat, & quando, & qualiter. Et certè ſupplere debet de iure: & hoc patet ex generalibus verbis rubricæ, & tex. legis. & ſpecialiter etiam dicitur proferre, quod ſciat legibus, & iuri publico conuenire. Sedendo igitur, non ſtando ſententiam ferat, ne officium aduocati ſumat: vt ſ. de poſtul. l. quiſquis. bonã legem, vel argumentũ ad cauſam inducere poterit. Idem faciet & in actione, ſi aduocatus cauſa cœpta & ventilata iam in parte, ineptam facto propoſito eligit actionem: vt ſi querela de dominio fuerit propoſita, poſteà in proceſſu cauſæ proponat confeſſoriam: nec enim cliens ob hoc debet amittere cauſam, qui in iudicio omne ius ſuum ſuper dominio deduxit: vt ff. de excep. rei iudic. l. ſi mater. §. eãdem cauſam. & ſuper eo iudex debet pronuntiare: vt ff. de iudi. l. de qua re. non ſuper eo quod ſtultè proponit patronus: cuius error cùm ſit iuris, etiam & clientulo præſenti non præiudicat, cum ipſum non intelligat. Secus in eo quod de facto principali, præſente cliente palam proponitur: vt ſuprà tit. j. l. j. &
2 vit. †Si verò à principio cauſæ ineptam actionem proponat quis, & incongruentem cauſam, poteſt admittere: vt ff. ſi menſ. fal. mod. dixe. l. prima. §. primo. Sed tamen & hic diligens iudex conſiderare debet, & poteſt, an actio congruere poſſit cauſæ, an non. Si poteſt aliquo modo congruere, libellum admittit. Si nullo modo poteſt: ipſum reiicere debet: vt ff. de aſſeſ. l. j. & de accuſa. l. ij. licet id ius prætermittatur à patrono rei qui ſcit adeò ſe victurum ſi procederetur, & pronũtiaretur in cauſa. Quid enim ſi dicat, Conqueror de illo, qui debet mihi decem in genere, quæ peto rei vendicatione. Vel conqueror de eo, qui detinet fundum meum, quem peto confeſſoria, vel exercitoria, vel redhibitoria, vel ſimilibus quæ nunquàm poſſunt aptari ei, vel cauſæ propoſitę: ſtultiſſimus eſſet iudex ſi ſe, vel partes detineret in hac inani lite, in qua & ſi reus vinceret non eſſet ei commodum, cum ſuper eadem re, alia competenti tamen actione, poſſit conueniri: nec enim abſoluitur: quia res non ſit mea: ſed quia inconueniens actio rei, vel cauſæ ſubiicitur, vel proponitur: ergo competenti poſteà propoſita actione, ceſſabit effectus ſententiæ, ſicut & vbi abſoluitur: quia creditor agit ante diem, vel conditionis euẽtum: vel vbi abſoluitur reus quia non poſſidet: vt ff. de pign. grege. §. vlt. Et de redhibitoria ff. de Edil. edict. l. bouẽ. §. vlti. & de excuſat. tut. l. ſi is, qui tres. & l. eum ex oratione. vt ergo vitetur inanis labor, diligens iudex libellum ita inepte cõ-
3 ceptum, vt dictum eſt, reſpuat, dilaceret, vel reiiciat. †Item ſupplere debet de facto, quod notum eſt ei, vt iudici. Quid enim, ſi ſciat confeſſiones partium, teſtimonia teſtium, & ea audiat proferri ab aliqua partium, aliter quàm ſint? certè etiam altera parte tacente, ſupplebit: imò teſtes illi aliter, vel plus dixerunt, oſtendendo eorum dicta, præcipiendo alicui vt legat. De facto autem, quod notum eſt ei vt priuato, non vt iudici, in lapſu temporis currentis poſt litem conteſtatam inuenio, quòd ſupplet, altera parte abſente: vt infrà de temporib. appellatio. l. ſecunda. §. vltimo. & de appellatio. l. vltima. non ita. præſente ea, niſi in caſu propter publicam vtilitatem, repellendo militem à procuratione, etiam aduerſario tacente: vt ff. de procurat. l. filius. §. veterani. & j. de procur. l. militem. Et huic accedit, quòd dicitur ea, quæ ante litem conteſtatam contingunt, non pertinent ad iudicis officium: quia omnia nota ſunt ei vt priuato in talibus: ergo (licet Placent. dixerit contrarium) ſupplere non poteſt. Nec obſtat, quod legitur. ff. de petitio. hæred. l. vlti. nam quod ibi dicitur, & ſi non excipiatur, id eſt, & ſi non habeat locum doli
4 exceptio, ſatis tamen conſulitur iudicis officio. †Supplet autem & ante ſententiam, quandoque diſputando cum vtriuſque partis aduocatis: & quandoque opponendo, & quãdoque quærendo, & inueſtigando veritatem, vt dictum eſt: & in ipſa ſententia proferendo eam legibus & æquitati conuenientem: vt j. eod. l. j. Porrò & poſt ſententiam quandoq;
• ſupplet in iis, quæ deſunt, ad continentiam* priorũ ſtatutorum, vt in fructibus, & vſuris: vt ff. de re iudic. l. Paulus.

ANNOTATIO.

* Continentiam. Aliàs conſequentiam.

Ex quibus cauſis alicui infamia irrogatur. *Rubrica.*

1 *Fama, opinio, & æſtimatio idem ſignificant.*
2 *Fama minuitur, cùm quis circa ſtatum plectitur.*
3 *Infamia alia eſt facti, alia iuris.*
4 *Infamia facti repellit quem à dignitate.*
5 *Iuris infamia irrogatur quandoque ipſo facto.*
6 *Mulier nubens intra tempus luctus, quando excuſatur.*
7 *Infamis eſt ipſo iure qui fecit lenocinium.*
8 *Infamia irrogatur per ſententiam quandoque.*
9 *Actio pecuniariter propoſita ex omni crimine publico, an infamet.*
10 *Sententia arbitri non infamat.*
11 *Actiones quæ non infament.*
12 *Infamia ſurgit ex impoſitione pœnæ.*
13 *Infamia remittitur priuilegio principis.*
14 *Iudex quando poſſit pœnam minuere.*
15 *Iudex quando dicatur excedere imponendo pœnam in extraordinariis.*
16 *Infamia remittitur per appellationem.*
17 *Furti damnatus an ſit infamis.*
18 *Infamis repellitur à poſtulando.*

QVIA à poſtulando (de quo dictum eſt) remouẽtur infames, ideo de cauſis, quibus irrogatur infamia, videamus. Et in primis quid ſit infamia. Eſt autem infamia, famæ priuatio, ſiue diminu-
• tio*. †Fama autem ſiue opinio, vel exiſtimatio idem conſi-
1 gnificant: vt hæc tria, enſis, mucro, gladius. Et eſt fama illæſæ dignitatis ſtatus legibus, ac moribus comprobatus, & in illo diminutus, qui ex proprio delicto, aut extinguitur, aut diminuitur: vt ff. de var. & extraord. cognit. l. cognitionũ. §. exiſtimat. Dignitatis autẽ nomẽ nõ ponitur in definitione pro honore publico, vt aliàs: ſed pro potentia cuilibet homini à natura tributa: quia homo eſt. Homo enim dignior eſt omni creatura, cùm & ei omnia ſeruiant: ſed & angelica natura: nam & Angelus hominis ſeruitio deputatus eſt, vt legitur in diuinis. Item ex eo reputatur dignior, quòd omnes proprietates creaturæ in ſe admittit: nam cum inanimatis habet commune, vt ſit: cum herbis & arboribus, vt viuat: cum brutis, vt ſentiat: cum angelis, vt diſcernat, & mente contempletur cœleſtia. Vnde Ouidius lib. j. Metamorph.

Pronáque cùm ſpectent animalia cætera terram,
Os homini ſublime dedit, cœlúmque videre
Iuſſit: & erectos ad ſydera tollere vultus.

& apud Vergilium:

Cœleſtis ignis illi origo eſt.

Hæc autem fama quandoq; minuitur, quandoq; conſumitur: ita vt ex toto pro extincta habeatur, ſcilicet, cùm maxima, vel media capitis diminutio interuenit. Et de hac neque in hoc titulo, neq; in Digeſtis eod. tit. tractatur, quaſi ſuperfluũ ſit de ea fama cõſumpta dicere, vel quærere. Quilibet enim ſcit, vel ſcire poteſt vno verbo, ꝙ ad nullũ ciuile vel publicum officiũ is, cuius fama eſt conſumpta, adhiberi poteſt.
2 †Minuitur verò, cùm ciuitas, & libertas retinetur: ſed circa ſtatum dignitatis pœna plectimur: vt ff. de variis & extraor. cogni. l. pen. §. exiſtimatio. & §. minuitur. & §. conſumitur. Et de hac eſt nobis videndum, qualiter diuidatur, quibus modis irrogetur, & quibus modis remittatur, & quis ſit effectus in-
3 famiæ. †Diuiditur autem Infamia: quia alia eſt facti, alia iuris. Irrogatur autem infamia facti ex iis, quæ pater in teſtamento, increpando vnum ex filiis, protulit: vel ex iis quę protulit iudex, non cauſa cognita, & ſine ordine iudiciario, vt quis reformet ſe ad frugem melioris vitæ: vel dixit aliquem perfidum, vel calumniatorem: vt j. eod. l. ea, quæ pater. & l. verbũ precibus & l. interlocutio. ff. eod. l. ob hæc. Sed & quãdoque ordine iudiciario ſeruato irrogatur Infamia facti: vt ſi quis condẽnetur interdicto vnde vi: vel cõdictione furtiua: vel ſi procurator meus nomine meo dãnetur furti, apud bo-

nos,& graues,non effugio notam infamiæ:vt ff.de obſeq.l. à
lib.& libert. honori parentum. & l. licet. & ff. de vi & vi ar-
mata.l.iij.& de actio.& obligat.l.ceſſat.Sed infamia facti eſt,
quòd quis non eſt ex legitimo matrimonio natus. Et quia de
hac infamia facti modicum in iure traditur, ſtatim ſubijcio
4 eius effectus duos. †Primus eſt, quia ea repellitur à digni-
tate,niſi propter inopiam non legitimè comprimitoris. Secun-
dus,quia querela priuat eum hæreditate. vt j. de digni. l. ij.&
ff.de decurion.l.generaliter §. ſpurios. & j.de inoffic. teſta.l.
5 frater. †Iuris autem infamia quandoq; irrogatur ipſo fa-
cto,id eſt,ipſo iure propter hoc quod aliquid factum eſt,quã-
doque demum lata ſententia,quandoq; ex genere pœnæ,hoc
eſt, propter impoſitionem pœnæ,ipſo facto, ſiue ipſo iure, vt
ſcilicet, ſi mulier deprehendatur in adulterio. Secus forſitan
in viro. Lex enim in muliere factum notat, licet abſoluatur
ſententia:vt ff.de ritu nupt.l.palam. §.quæ in adulterio. Idem
eſt & in muliere quæ nubit, vel ſtupro cognoſcitur intra tem
pus luctus,vel nubit contra ſacramẽtum, ſuſcepta liberorum
tutela.Secus autem in viro.vt j.de ſecund.nupt.l. j.& ij.& in
auth.de ceſti.& ea quę pa.§.vnum.& de nupt.§.ſi autem.& ff.
eod.l. vxores.Item qui ſuo nomine,non eius iuſſu,cuius in po
teſtate eſt : vel eius nomine quem quàmve in poteſtate habe-
ret , bina ſpõſalia , vel binas nuptias contraxerit, infamis eſt
ipſo iure:vt ff.eo.l.j.in fin.& l.quid ergo. §. ſi quis. & §.quod
ait.& j. ad leg.Iul.de adulterijs. l.eum. ſed & pater qui ſuam
ſiliamfamilias genero mortuo (cùm id ſciret) alij intra tem-
pus luctus maritauerit.Item qui eam acceperit non iuſſu eius,
in cuius eſt poteſtate , vel qui eum , quem habet in poteſtate,
patitur ducere eam,quæ nubit intra tempus luctus , infama-
tur ipſo iure. excuſantur enim filij in his obtemperantes pa-
tribus iubentibus:patres autem iubentes, vel patiẽtes notan-
tur. ſecus ſi ratum habeant matrimonium filij , vel filiæ quod
reprehenſibiliter contraxerunt , vt dictum eſt. nec enim rati-
habitio hic retrotrahitur.vt ff.eodem.l.j.§.qui eam.& l.libe-
rorum.§.vlt.& l.qui iuſſu.& l.quid ergo.Sic & aliàs non tra-
hitur retro in hæreditate quam adiuit ſeruus meus non præ-
cedente mandato meo:& in bonorũ poſſeſſione, quam quis
petit nomine meo:& ego ratum habeo poſt tempus bono-
rum poſſeſſionis:vt ff.de acqui.hære.l.ſi quis.§.iuſſu. & ff. rẽ
rat.habe.l.bonorum.ſed econtra vbicunque præſentia ali-
cuius eſt neceſſaria,nec interuenit:non habet locum ſtipula-
tio rem ratam haberi, & ſunt hæc contra regulam : vt j. ad
6 Macedonianum.l.vlt. †Mulier tamen quæ nubit intra tẽ-
a pus luctus excuſatur * priuilegio principis : vel ex eo, quòd
decubuit intra tempus luctus:quod intelligo ita demum ſi ha
buit virum non lugẽdum:vt hoſtem perduellionis damnatũ,
ſuſpendioſum,manus ſibi inferentem non tædio vitæ , ſed
mala alicuius criminis publici conſcientia:vt ff. eod.l. ſolet.
& l.liberorum.§.j.ij & iij. Quidam tamen dicunt, quòd etiã
ſi maritus ſit lugendus:ſi tamen mulier decubuerit intra an-
num,ſtatim poſſet impunè contrahere matrimoniũ,cùm iam
non ſit timor de turbatione ſanguinis. Sed certè illa non eſt
ſola ratio:alioquin ſemper cõtraheret in quarto menſe, vel
in decimo,poſt mortem mariti:cum tempus à natura in pariẽ
do deſtinatum,apertè denotaret, cuius oporteat filium dici,
vel primi vel ſecundi mariti:ſed eſt illa ratio ,ne maritus ſecũ
dus ſuſpicetur eam malignè verſatã erga primum : quia eo
mortuo,tã citò voluit nubere:vt in auth.de reſtitu.& ea,quæ
7 par.collatione quarta.§.vnum. †Item infamatur ipſo iure
qui lenocinium fecit, id eſt,habuit quæſtuaria mancipia: vel
mulieres liberas,vel qui prodit in ſcenam,quæ poſita ſit lu-
dorum faciendorum cauſa,in quolibet loco, vbi quis conſi-
ſtat,& mouetur,ſpectaculum ſui populo præbiturus: vbi
autem non prodit in ſcenam,ſed locauit operas ſuas vt pro-
diret, non notatur, licet ſecus ſit in eo, qui locauit operas
ſuas,vt pugnaret cum beſtijs:nec enim eſt hæc res adeò tur-
pis,vt etiam conſilium debeat puniri:vt ff. eodem. l. ſecunda.
§. vltimo. & l.qui autem.& l.athletas.§.ait prætor.& ff.de po
ſtuland.l. prima.§.item ſenatuſconſulto. Idem in eo qui di-
mittitur ab exercitu ignominiæ cauſa, quod videtur fieri
hoc ipſo,quòd exauthoratur.Secus autẽ ſi dimittitur com-
pletis ſtipendiis,vel ob cauſam infirmitatis, vel quia ſubiuit
militiam vitandorum munerum cauſa : ſemper autem debet
in dimittendo adijcere cauſam ille qui dimittit. Nam plu-
ra ſunt genera miſsionum : ſcilicet ignominioſa, honeſta, &
cauſaria : vt ff. eodem.l. prima. in principio. & l. ſecunda. §.
ignominiæ.Idem & in eo qui patitur muliebria, vel pugnat
cum beſtijs non virtutis cauſa : vt ff. de poſtuland.l. prima.
§.remouet.& infrà,ad legem Iuliam de adulterijs.l. cum vir.
vel exigit vſuras vſurarum : vel venit contra tranſactionem
iuratam : vel cum ſit miles, aliena conducit prædia ; vel.
cum ſit ſenator, contrahit matrimonium cum muliere ſce-
nica : vt infrà eodem.l. improbum. & ſuprà, de tranſactio-
nib. ſi quis maior.& infrà locati. l. vltima.& de natur. liber.
8 l.prima. †Per ſententiam autem irrogatur infamia,ſi dam-
netur aliquis de publico crimine : niſi vbi qui damnatur, ta-
lis eſt, vt ſi damnetur, calumniæ poſſit accuſare : puta pa-
ter eſt, qui accuſat generi ſeruos de veneficio filiæ : nam &,
ſi iudex de calumnia damnauerit patrem, non facit eum in-
famem : vt ff. de publicis iudicijs.l. infamem. & l. generi.
Si verò ſit priuatum crimen, non publicum, ſi quidem a-
ctio pecuniariter propoſita, ex eo crimen infamaret, & cri-
men criminaliter propoſitum infamabit : vt video in dolo
commiſſo,ex quo quandoque agitur actione de dolo,vt qui-
libet notare poteſt. ff. de dolo.l.cùm quis.& l.rei quam. & l.
ſi cùm mihi.& l. quòd venditor.& l. quidam. & penultima,
& finali. Et in eiſdem caſibus accuſatio poteſt proponi de
crimine ſtellionatus : cum ſpecialis accuſatio alia in eis lo-
cum non habeat : & ita infamare. hoc crimen. Si verò pro-
poneretur de crimine ſtellionatus ex eo, quòd quis rem a-
lienam obligauit : quia contraria pignoratitia ex eo crimi-
ne pecuniariter propoſita non infamaret : ſiquidem nulla
contraria infamat, niſi in caſu : vt ff.eodem.lege, furti. §. vl-
timo.& §.mandati. nec infamabit crimen ſtellionatus cri-
minaliter propoſitum : vt ff. de publicis iudicijs. l. infa-
mem.& ff.eodem.l.quid ergo. §.vltimo.& de crimine ſtellio-
natus.l.ſecunda,& tertia, & de pignoratitia actione.l. tutor.
§. contrarium. Et hoc vbi accuſatio proponitur de crimine
priuato, vel publico criminaliter. Si verò proponatur ac-
cuſatio de crimine priuato, vel publico pecuniariter in caſi-
bus quibuſdam notatur infamia is, qui damnatur:vt ſi dam-
netur furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo ma-
lo, vel crimine ſepulchri violati, vel expilatæ hæreditatis,
vel actione in factum, ex eo quòd miſſa eſt in poſſeſsionem
per calumniam nomine ventris : vt ff.eodem.l.prima. §. qui
furti. & l. notatur. & ff. de ſepulchro violato l. ſecunda. &
9 infrà eodem.ſi re. †Sed illud dubitari poteſt, an ex omni
crimine publico actio pecuniariter propoſita infamet:quod
ſatis dici poteſt ad inſtar ſententiæ latæ in accuſatione :
vt dictum eſt. In priuatis autem certum eſt, quòd non in-
famantur aliqui, niſi in caſibus præmiſsis. Si verò ex con-
tractibus agatur , non infamatur damnatus niſi in actio-
ne pro ſocio, tutelæ, mandati, depoſiti, ſuo nomine, non
contrario iudicio, & ob dolum quis condemnetur : vt ff.
eodem.l. prima. §. qui pro ſocio.& l.furti.§.ſi quis.& inſti-
tut. de ſuſpect. tutor. §. ſuſpectus. Hæredes tamen quan-
doque ſuo nomine dicuntur conueniri, ſcilicet cum ita om-
nino tenetur hæres. vt tenebatur defunctus, id eſt, de do-
lo, & lata, & leui, & leuiſsima culpa, vt in mandato: de do-
lo, & lata culpa, vt in depoſito. Secus in actione pro ſo-
cio : quia ſocietas non tranſit ad hæredes : nec ſocij hæres
tenetur, niſi de dolo & lata culpa : vt ff. pro ſocio.l. hæ-
res ſocij. & l. nemo poteſt. Item ſecus in actione tutelę:
cùm tutor teneatur de leui culpa : hæres autem de dolo,
& lata tantùm : quia morte tutoris extinctum eſt tutelæ
officium : vt infrà arbitrium tutelæ.l. quicquid. & infrà,
10 de hæred. tuto.l.prima. & ff.de hæred. tuto.l. prima. †In-
famat autem ſententia in prædictis actionibus : ſi lata fue-
rit à iudice, qui habeat iuriſdictionem. Secus ſi ab arbi-
tro feratur : vt ff. eodem. l. quid ergo. §. ex compromiſſo.
Idem in quaſi ſententia, vt ſi quis in iudicio confiteatur ſe
furem:ſecus ſi extrà:licet ſa.dixerit contrarium: vt ff.eodem.

l.quoniam.& de interroga.actio.l.prima.§.vltimo. Nec ob-
ſtat,quod legitur.ff.de probationib.l.quidam. & infrà, de
probationib.l.nun epiſtolis.& l. non nudis. quia ibi non ra-
tione confeſſionis:ſed quia erat in quaſi poſſeſſione filiatio-
nis,vel fraternitatis, oportet probare eum non eſſe filium,
vel fratrem. Item quaſi ſententia eſt,cùm quis præmiſsis a-
ctionibus quæ naſcuntur ex delictis, non eſt damnatus: ſed
ipſe dedit,vel dare debet pecuniam,ne cóueniatur eis actio-
nibus: & præſumitur quod id faciat ex conſcientia delicti.
excuſatur tamen,vbi iuſſu prætoris cum eo tranſigitur: ſed
vbi gratis ei remittitur actio,indiſtinctè famam retinet illæ-
ſam: vt ff.eodem.lege athletas.§.vltimo.& l.quoniam.& l.in
11 actionibus. † Liquet ex præmiſsis quaſdam ſpeciales a-
ctiones infamare: ſed circa quaſdam quæ non infamãt,ſubii-
cio regulas. Nec enim aliqua condictio infamat. Item
nullum interdictum: vt ff. de actionibus & obligationib.l.
ceſſat.& ff.de vi & vi armata.l.neque. Sed dubitatur de qui-
buſdam inter prudentes: vt de actione quod metus cauſa, &
lege Aquilia: quas quidam dixerunt infamare, cùm compe-
tant ob dolum: ſed hæc ratio nulla eſt. Nam & interdictum
vnde vi.& condictio furtiua,competunt ob dolum tantùm:
& tamen non infamant,vt dictum eſt,imò reperitur actio le-
gis Aquiliæ dari marito in vxorem: vt ff. ad leg. Aquil.ſi ſer-
uus.§.ſi cùm maritus.non autem daretur,ſi eſſet famoſa: vt j.
rerum amotarum.l.ij. Et ſatis eſt mihi in omni actione,quòd
lex non dicit eam infamare: nam interpretatione legũ pœnę
molliendæ ſunt,non exaſperandæ: vt ff.de pœnis.l.interpre-
12 tatione. † Ex genere autem pœnæ,id eſt,propter impoſitio-
b nẽ pœnæ & cauſam præcedentem dico irrogari infamiam[b],
ſi tale delictum commiſerit quis,quo damnatus, vel confeſ-
ſus in iudicio,vel pactus pecunia,infamis fieret. Nam ibidem
& ſi non damnetur,vel pecunia paciſcatur, vel cófiteatur ſe
extra ordinem,eo tanquã fure ad præfectum ducto,quia de-
præhenſus dicebatur in furto,vel cóſimili delicto,pœna im-
ponatur,fiat infamis: vt ff.eod. l. ictus fuſtiũ. videtur tamen
contra,j.l.nullam. Sed certè ibi non fuit fuſtigatus ob pœnã
maleficij quod dixerat commiſiſſe: imò ad inquirendam ve-
ritatem per eum,tanquam teſtem de crimine alterius,vt ibi-
13 dem dicit. †Remittitur autem infamia priuilegio indulto à
principe,vel ſenatu: vt ff.de poſtul.l.j.§. de qua.& j. de nu-
ptiis,l.imperiali. Item remittitur per maioris pœnæ impoſi-
tionem. Et circa hoc ſubiicio generalia quædam. Nam pœ-
na pecuniaria aucta,vel minuta non minuit infamiã: & mul-
to minus abolet infamiam,ſi pro corporali pœna infligatur
pecuniaria. Si verò pro pecuniaria imponatur corporalis
indiſtinctè,remittitur infamia. Idem ſi pro corporali, impo-
natur corporalis,ſed maior. Si autem pro corporali impona
tur corporalis: ſi minor,ſiquidẽ cauſa cognita, iudex minuit
pœnam,quod facere poteſt in ipſa ſententia,non poſteà,tam
in ordinario crimine,quàm extraordinario crimine,remitti-
tur infamia: vt ff.eo.l.quid ergo.§.pœna grauior.& ff.de pœ-
nis.l.in ſeruorum.§.vlt.& de decurionib.l.ad tempus. & ad
municip.l.ordine.& ff.ad Turpillianum.l.j.§. calumniatori-
bus.& inf.eod. & l. & ſi ſeuerior. & l.ſi poſsidonium. Nec
obſtat quod legitur.ff.de decurionib.l. generaliter. quia ibi
cauſa cognita,minuta fuit infamia. Et ita eſt intelligendum,
quod dicitur ff.ad legem Corneliam de falſis.l.falſi.§.ordine.
Nam ibi ex eo crimine damnatus fuit,quod perpetuam iro-
14 gare poteſt infamiam. †Poteſt autem iudex minuere pœ-
nam: vt quia accuſatus erat minor,vel ſenex,vel quia ſine do
lo fecerat: vt ff.de pœn.l.ſi quis aliquid.& §.inſtrumenta. &
l.abſentem.§.vlt.& l.reſpiciendum.§.delinquunt.& de mino
ribus.l.auxilium & ad legem Corneliam de falſis.l.j.§.is qui.
& ad legem Corneliam de ſicariis.l.iiij.§.j. Item augeri po-
teſt,cùm multis graſſantibus opus eſt exẽplo: vt ff. de pœnis.
15 l.aut facta.§.vlt. †In extraordinariis autem dicitur augeri,
vel minui pœna,cùm iudex excedit, quod conſueuit ſeruari
• in puniendo talia crimina,argu.ff.de dam.infect.l.ſi finita.§.
ſi verò. Si quæras,an interim,dum patitur maiorem pœnã,
c vel minorem,cauſa tamen cognita,fit infamis.[c] Dico quòd ſi
pœna ad certum tempus imponatur: vt ex prædicta l.& ſi ſe-
uerior. Si autem damnatus ſtatim ſubeat pœnam: puta,
pro pecunia fuſtigetur: nec interim eſt infamis: vt ff. de pœ-
16 nis l.in ſeruorum.§.vltimo. †Item remittitur infamia per
appellationem. Nam ſi damnatus furti appellauerit,appella-
tionis remedio extinguitur pronuntiatum: vt ff.ad Turpillia
num.l.prima.§.vltimo. Si autem damnatus non exerceat ap-
pellationem retrò infamis eſt: quia nec appellaſſe videtur: ſed
vbi exercet,& ſuccumbit ex ſecunda,non ex prima ſentẽtia,
eſt infamis: vt ff.eodem.l.furti.§.primo. & infrà de tempor.
appellatio.l.vltima.§.illud.licet in ſecunda ſententia confir-
metur prima. Nam & ſi in teſtamento ſecundo confirmetur
primum,non agitur ex primo,ſed ex ſecundo: licet ſit argu-
mentum contra ff.de adminiſtratione tutorum. l.chirogra-
phis.§.primo. Quidam tamen dicunt damnatum furti, tunc
demum eſſe infamem,cùm certum erit appellari non poſſe:
quod falſum eſt,quia licet poſsit appellari, tamen ſententia
ſtatim ſortitur ſuum effectum: vt ff.de pœnis.l. in ſeruorum.
17 §.qui ex cauſa.& l.quoad ſtatum.& l.qui vltimo. †Item di
cunt damnatum furti non eſſe infamem,niſi iuſtè ſit damna-
tus: nam licet præiudicetur in pecunia,non tamen infamat.ar
gumen.ff.de public. iudic.l. generi. ſed certè illud ſpeciale
eſt in patre: ſecus in aliis: vt ff.de furtis.l.non poteſt. & ff. de
ritu nuptiarum.l.palàm.§.quæ in adulterio. Nec obſtat quod
dicitur infrà eodem.l.furti.poteſt enim eſſe quòd fuit dam-
nata iniuſtè in pœnam furti,propoſita condictione certi. nó
dico actione furti concepti: vt Plac. quia illa hodie non ha-
bet locum: vt inſtituta de obligationibus,quæ ex delicto na-
18 ſcuntur.§.primo. † Effectus autem infamiæ hic eſt, vt quis
repellatur à poſtulando: vt ſuprà de poſtulando dictum eſt.
Item vt quis repellatur ab honoribus,non dico à muneribus
curialibus,vel ciuilibus. Et huius effectus gratia ſpecialem
poſuit Imperator titulum,& vnicam legem de infamibus,li-
bro decimo. Eſt & alius,quia repellitur ab accuſando: vt ff.
de accuſationib.l.qui accuſare. & a teſtificando.& ff. de teſti
bus.l.ij.§.primo.in ſi. Porrò illud noto extra ſummam,quòd
ſi ſeruus in ſeruitute lenocinium commiſerit, etiam infama-
tur poſt libertatem. Secus ſi mulier ſeipſam proſtituerit: vt
ff.eod.l.athletas.§.Pomponius.& l.Imperator. Plus eſt enim
corrumpere ſe & alium,quàm ſeipſum tantùm: vt j.auth. vt
iudi.ſine quoquo ſuffra.§.eos.collatio.ij.

ANNOTATIONES.

a Excuſatur. Sed nunquid mulier ſecundò nubens excuſetur ſi ſibi licen
tia à primo viro in teſtamento concedatur: vide Bald. in l.filium quẽ.
C.famil.erciſcun.& in l de iis quæ pen.not. Ludoui.Roma. in ſingul.
ſuis verſic.mulier.hodie tamen huiuſmodi pœnæ de iure canonico
ſublatæ eſſe dicuntur: vt tenet Ange.in authen.de non eli.ſecun.nub.
de ſecun.nu.per totum.

b Infamiam. Ad huius concluſionis & multarum quæ ſequuntur mate-
riam: vide per ſpecul.in titu.de accu.§.vj.verſi. ſed qualem. Bald. in l.
tranſigere.C.de tranſact.doct.in l.infamem ff.de publ.iud.& in §.pe
nul.inſtit.de pœn. teme. litigant. Lanfranc. in cap. quoniam contra.
verſ.teſtes.verſi.ſecundo quæro.de probat. Pau.de Caſt.in conſ.lxxx-
iiij.Old.in conſ.exc;j.qui multa bona dicit.

* Diminutio. Infamia,eſt læſæ dignitatis ſtatus: & dicitur quaſi ſine fa
ma.argu.à contrario ſenſu.xij.q j.nolo.Martinus.

De procuratoribus. *Rubrica.*

1 *Diſcrimen inter hunc de procuratorib. titul. & mandati titu.*
2 *Procurator quis ſit, & nu.3.*
4 *Procurator conſtituitur inter præſentes, & abſentes purè, & in perpetuum.*
5 *Procuratorem pro parte conſtitutum dici, niſi in ſolidum conſtituatur.*
6 *Procurator debet homo liber, maior annis xxv.*
7 *Seruus non conſtituit procuratorem, niſi in cauſa ſtatus.*
8 *Compos mentis conſtituit procuratorem, etiam quòd ſit ſurdus. & nu.9.*
10 *Paterfamilias & filiusfamilias conſtituunt procurator.*
11 *Procurator poteſt eſſe quilibet qui non prohibetur.*
12 *Procurator conſtituetur tantùm volens.*

13 *Procurator conſtitus poteſt in præſenti, & in futura lite.*
14 *Procurator habere debet ſpeciale mandatum in interdicto de liberis exhibendis.*
16 *Procurator de defendendo dom. ſatisdare debet.*
17 *Defendere in lite quid.*
18 *Fideiuſſor conuentus iurat de calumnia.*
19 *Procurator dominum defendit, qui aduerſarium in poſſ. mitti patitur.*
20 *Procurator quibus in cauſis dominum defendere non teneatur. & 21. & 22.*
23 *Procurator quando rem ratam dominum habiturum non ſatisdet.*
24 *Procurator quo tempore ſatisdet.*
25 *Procuratoris ſatisdatio in caſu non ſufficit.*
26 *Procuratoris rei officium.*
27 *Satisdationis procuratoris rei effectus.*
28 *Satisdationis, iudicatum ſolui, effectus.*
29 *Defendens ſine mandato, tenetur re iudicata.*
30 *Stipulatione iudicatum ſolui quis agat.*
31 *Mandatum procuratoris quando finiatur.*
32 *Procurator finita cauſa appellare debet.*
33 *Procurator an appellationis cauſam exerceat.*

QVIA editio actionis (de qua dictũ eſt,) fit quan-
doque à me, quandoque à procuratore meo, vel
contra eum: ideò ſupponit de procuratoribus.
Aduocati enim, de quibus dictum eſt, procura-
tores forte dici poſſent in recitando iura, quando gratis in-
teruenerunt: ſed non ſunt per procuratores agẽdæ cauſæ qua-
tenus dominorum gerentes perſonas pro eis abſoluantur,
vel condemnentur, vel ipſis aduocatis damnetur aduerſarius.
Inde eſt etiam, quòd procurator tenetur mandati, ſi collu-
ſerit cum aduerſario domini: vt infrà eodem. l. ſi procurator.
& ff. mandati. l. ſi procuratorem. aduocatus autem accuſatur
de præuaricatione: vt ſuprà de aduocat. diuerſorum iudic. l.
1 prima. †Et eſt differentia inter hunc titulum, & inferiorem
mandati: quia hic de procuratoribus iudiciorum, niſi in dua-
bus legibus infrà eodem l. ſi procurator. & l. ſi pretium. vbi
☞ de procuratoribus negotiorũ tractat. Vel hic de officio pro-
curatoris: ibi de actione mandati. Videndum ergò quis di-
catur procurator: & qualiter inſtituatur, & quis inſtituat, itẽ
quis inſtituatur, & in qua re, & qualiter eius officium expli-
2 cetur, & qualiter finiatur. †Eſt autem procurator, qui alie-
na negotia mandato domini adminiſtrat: vt ff. eod. l. prima.
quæ definitio (quia multas ſuſtinet oppoſitiones) ſic compe-
3 tentius aſsignabitur. †Procurator eſt qui aliena negotia
mandato ſibi à domino facto gerenda gratuito ſuſcepit.
Negotia, intellige plura, vel vnum: vt ff. de negotiis geſtis. l.
ij. §. negotium. & vi bonorum rapto. l. ij. §. quòd ait. Manda-
to autem domini ideò dicitur, vt excludat tutores, vel cura-
tores, vel collegia, vel prælatos eccleſiarum qui ad ſimilitudi
nem tutorum procuratores conſtituere non poſſunt: ſed ſyn
dicum, vel actorem conſtituere debent: vt ff. eod. l. nec ciuita-
tis. & j. eod. l. neque. vel ſi fortè non nomine eccleſiæ, ſed ſuo
conueniantur, per procuratores agent, & reſpondebunt: vt j.
auth. de ſanct. epiſc. §. ſi quando. Quòd autem ibi dicit, per
procuratorẽ agi cauſam monaſterij, impropriè ponitur pro
ſyndico, vel actore: vel, hoc eſt, cum lite conteſtata ſyndicus
ordinat procuratorem. Dominum tamen appello reſpectu
procuratoris. Nam etiam ſeruus nedum is, qui poſsidet rem
alienam, procuratorem conſtituere poteſt ad negotia. Sed
procurator ad negotia non conſtituit procuratorem alium
ad litem, niſi primò lite conteſtata à ſe: vt ff. eod. l. ſeruũ quo-
que. & ff. mandati. l. ſi procuratorem. §. ſi quis, vel niſi ſit in rẽ
ſuam: vt infrà de donationib. l. illam. Sic & prælati eccle-
ſiarum ad negotia conſtituent procuratores. Gratuito autẽ
ideò dicitur, quia ſi interueniat merces, locator dicitur ope-
rarum, non procurator: & locatio dicetur contracta nõ mã-
datum, contrarium porrò eſt officio merces. Si autem gratui
tò mandatum ſuſcipias, & poſtea remunerandi laboris cauſa
donando tibi te honorauero, nihilominus eſt mandati actio:
vt j. eo. l. litem: & ff. mandati. l. j. §. vltimo. & l. ſi remuneran-
di. in principio. Suſcepit autem ideò dixi: quia procurator te-
netur: non ideò quia gerit, ſed quia gerendum ſuſcepit: vt ff.
4 manda. l. ſi remunerandi. §. j. †Conſtituitur autem procu-
rator inter præſentes, & abſentes purè, & in perpetuum, &
in diem, ad diem & ſub conditione, & per verbum rogo, vel
per verbum mando, vel per æquipollentia. Certum tamen
oportet eum demonſtrare: & ipſum conſentire præſentẽ vel
abſentem, vt ff. eo. l. j. §. vltimo. & l. ij. & iij. & iiij. & ff. mand.
l. j. Item non vnus tantùm conſtituitur, ſed plures, & ſimul,
& inſolidum: & tunc occupantis melior eſt conditio: vt po-
ſterior non ſit procurator in eo quod prior petit: vt ff. eod.
5 l. pluribus. †Quid ſi plures ſimul conſtituantur, nõ hoc ad-
iecto in ſolidum? puto quòd pro parte quilibet cum alio poſ
ſit, & debeat exequi procurationem: licet in tutoribus aliud
benignè receptum ſit: vt ff. de nego. geſt. l. cùm alicui. & de
adminiſt. tut. l. cùm decreto. §. vltimo. & l. tutores. §. curato-
res. & l. Lucius. §. j. Nec obſtat, quod legitur j. mand. l. credi-
tor. §. duobus. quia illud intelligo cùm in ſolidum cuilibet
mandauit. Et idem intelligitur in eo, quod dicitur vnũ pro-
curatorem alium poſſe conuenire, ſi nominatim hoc eſſet
iniunctum: vt ff. eod. l. qui proprio. §. vltimo. & l. qui duos.
Cùm autem diuerſis temporibus quis conſtituit, procurato-
rem poſteriorem, ſcilicet dãdo priorem, videtur prohibuiſſe:
6 vt ff. eo. l. ſi quis. §. vltimo. †Conſtituit autem procuratorẽ
paterfamil. homo liber: maior xxv. annis: compos mentis: do
minus rei, vel cauſæ: ſed & filiusfamil. quãdoque conſtituit:
vt ſi habet caſtrenſe peculium, vel quaſi: vel etiam ſi habet
aduentitium: ſi tamen pater eſt abſens, & procurator eius: vt
ff. eodem. l. filiusfam. & de iudic. l. ſi longius. & de iniuriis. l.
7 ſed ſi vnius. §. filio. †Seruus autem certum eſt quòd ad cau-
ſam non ordinat procuratorem: vt dictum eſt. ſi tamen mo-
ueatur ei controuerſia ſtatus, in cauſa ſtatus ordinabit pro-
curatorem: ſed ita demum ſi eſt in poſſeſſione libertatis. Ad
cauſas autem alias (quia interim pro libero habetur donec
agatur cauſa) indiſtinctè dabit procuratorem: vt ff. eodem.
l. ſeruum. primo reſponſo. & §. j. & de liberali cauſa. l. ordina
ta. & j. de aſſer. tol. l. j. §. j. Minor autem xxv. ann. cum autho-
ritate tutoris, vel curatoris conſtituit procuratorem: ſed nõ
tutor, vel curator: vt dictum eſt. Si tamen minor conſtituit
ſine tutore procuratorem, & pro eo feratur ſententia, tenet:
vt infrà eodem. l. non eo minus. Conſtituent tamen tutores
actorem, id eſt, implorabunt conſtitui iudicialis authoritate,
quoties diffuſa ſunt negotia, vel dignitas, vel ætas, vel valitu
do tutoris id poſtulat: vt infrà eodem. l. neque. & inſtitu. de
cura. §. vltimo. & ff. de adminiſtr. tuto. l. vulgò. Vel poteſt di-
ci, quòd tutor ipſe conſtituat actorem: vt nota. j. de in lit. dan.
tut. vel cura. §. vltimo. & de act. à tutore ſeu curatore dando.
8 l. vnic. †Compos autem mentis conſtituit procuratorem,
a etiam ſi ſit ſurdus vel mutus: vt ff. eodem. l. mutus.* De domi
no autem rei, vel cauſæ, ſuprà in definitione plenè dictũ eſt.
Et eſt in conſtituente ſubiicienda regula, vt cuilibet liceat
conſtituere, niſi prohibeatur à lege: vt ff. eodem. l. mutus. §.
cùm quæritur. ſcilicet, vel ratione perſonæ: vt ſuprà dictum
9 eſt, vel cauſæ, vt dicemus infrà. † Sed • illud non prætermit-
• to, quòd vbi is conſtituit procuratorem qui nouit veritatem
negotij, procurator autem ignorat. item dominus legalis, &
iuſtus eſt, procurator autem nequam, & perfidus, non agetur
cauſa per procuratorem talem. vt ff. eodem. l. ſi actor. & infrà
10 eodem. l. vltim. † Conſtituitur autem procurator paterfami-
lias, & filiusfamilias, vt ff. eodem. l. filiusfamil. §. ipſe quoque.
Item maior xxv. ann. & non minor, vt ff. eodem. l. ſi minor.
niſi quando lite conteſtata contra abſentem inſtituitur ad e-
ius defenſionem, vel ipſe minor ſponte ſua interuenit. nam
ſanctius eſt talem defenſorem admittere, quàm abſentem gra
ui condemnatione afficere, vt infrà eodem. l. exigendi, quam-
uis quod ibi dicitur exaudiuerat Placent. cùm minor allega-
bat cauſam abſentis. Item conſtituitur compos mentis, non
furioſus: loquens & audiens, non ſurdus vel mutus: vt ff. eo-
dem. l. ij. §. furioſus. & l. mutus. primo reſponſo. Item is, qui
eſt de crimine accuſatus, pendente accuſatione non cõſtitui-
tur procurator, nec ad nouos aſpirat honores: vt infrà eod.
l. reum. & infrà de reis poſtulatis. l. j. Multò magis dicam eũ
non

non conſtituendum, qui iam eſt de crimine damnatus, vt ami-
ſerit ciuitatem vel libertatem. Sola autem ratione infamiæ
procuratoris, vel domini non repellam procuratorem: vt inſti
tuta de except. §. vlti. licet in hoc, & circa ætatem aliud in ad-
uocato dixerimus ſuprà de poſtu. Item conſtituitur maſculus
non fœmina, niſi pro parentibus, ſi morbus vel ætas impedit
eos, nec alium inuenire poſſunt. Item pro libertate ſuorum
cognatorum recipitur: & pro defenſione damnati ad ſuppli-
cium. Item pagani conſtituuntur, & non milites, etiam volen-
te aduerſario. Si tamen hæc exceptio oppoſita in principio à
nemine fuerit, non opponetur poſtea. ſed & in rem ſuam, &
pro cauſa communi omnis ſui numeri, dabitur miles procura
tor. Interuenit etiam pro libertate, & pro defenſione damnati
Veteranus autem indiſtinctè datur procurator: vt ff. eo. l. fœ-
minis. & l. filiusfami. §. veterani. & ff. de liberali cauſa. l. j. ij. &
iij. & de appellatio. l. non tantum. & infra eod. l. qui ſtipendia
& l. ita demum. Item qui reipublicæ cauſa abfuturus eſt, vel
morbo perpetuo tenetur, aut magiſtratũ eſt initurus, vel in-
uitus iudicium pati non poteſt: quia habet merum imperium:
vt dictum eſt ſuprà de poſtu. procurator conſtitui non poteſt:
vt ff. eod. l. neq; fœmina. Sed nec ſeruus conſtituitur procura
tor in iudicio: quia iudicio non poteſt intereſſe: vt infrà de iu
11 dic. l. ſeruus. † Et videtur quòd circa procuratorem ſit traden
da regula generalis, vt quilibet poſsit conſtitui præſente vel
abſente aduerſario, niſi certa prohibeatur lege: vt inſtit. de his
12 per quos agere poſſ. §. fi. † Item aliam ſubiicio regulam, quod
procurator volens tantùm, & expreſſum conſentiens conſti-
tuitur: vt ff. eod. l. filius. §. inuitus. & infrà eod. l. inuitus. hæc
tamen regula fallit in conſtituente. Illuſtres enim per procu-
ratores tantùm, non per ſe agunt pecuniarias cauſas. Crimi-
nales autem per ſe tantum: niſi in cauſa criminis iniuriarum,
quam per ſe, vel per procuratorem eis permittitur agere: vt j.
eod. l. penult. & auth. quod ius. & j̃ de accuſa. l. tunc conuenit.
13 & j̃. de iniur. l. vlt. † Conſtituitur autem procurator in litem
b præſentem, & futuram ᵇ: vt ff. eod. l. iij. ſi tamen ſit pecunia-
ria, & non popularis, vel criminalis, vel publica. In populari
tamen quandoque conſtituitur, ſi is qui conſtituit priuato
damno ex prohibitione afficitur: vt ff. eod. l. licet. & ff. de pu-
blicis iud. l. pen. §. ad crimen. Si autem ſit criminalis cauſa,
vel publica, vel priuata, ex qua non imponitur pœna capita-
lis, ſed relegationis, vel minor, puta remotionis ab ordine, cõ
ſtituetur in ea procurator, cùm pœna relegationis infligitur
abſenti accuſato, ſicut tunc in pecuniaris cauſa fertur ſenten
tia contra abſentem: vt ff. an per alium cauſæ appel. l. j. & de
pœnis. l. abſentẽ. ſed nec diſtinguo vt Mar. in capitali cauſa
ſit lis conſta. contra reum an non: vt j. eodem nihil. Poteſt
tamen procurator interuenire etiã minor, vel fœmina: & qui
aliàs non poſsint eſſe procuratores: non, vt allegẽt iura prin-
cipalis cauſæ, ſed cauſas abſentiæ accuſati: vt ff. eod. l. ſeruũ.
§. publicè. & l. abſens. & infrà, de accuſa. l. reos. & l. abſens.
14 † Eſt & illud notandum, quòd quædã cauſæ ſunt, in quibus
ſpeciale mandatum oportet fieri procuratori, vt per eum agi
poſsit cauſa: & quandoq; in eiſdem ſufficiet generale mãda-
tum, ſi abſens principalis perſona vt indefenſa erat damnan
da: ſicut & in crimine ſuſpecti: vt ff. eod. l. non ſolùm. §. vltim.
Sed & in cauſa in integrum reſtitutionis ſpeciale mandatum
15 oportet fieri procuratori. ff. de minor. illud. §. ſi talis. † In
interdicto autem de liberis exhibendis oportet ſpeciale mã-
datum fieri procuratori, & patrẽ impediri, ne agat per ſe: vt
ff. eo. l. Pomponius Idem fortè dicetur in cauſa matrimonij.
Sed & iudex finito officio per ſe tantùm, & non per procu-
ratorem, reſpondet vt diximus ſuprà tit. vt omnes tam ciui-
les. Idem & in eo diximus: vt s̃. eod. cui mouetur controuer-
ſia ſtatus, & ſunt hæc in his cauſis ſpecialia: ſed ſecundum re-
gulam ſufficit generale mandatum: vt ff. pro ſocio. l. actione.
§. renuntiare. Sed circa negotia hoc nota, quòd quis quando-
que tantum per ſe aliquid agit: puta inducit nouum emphy-
teutam in poſſeſsionem: vt infrà de iure emphyteu. l. penulti.
16 † Explicat autem procurator actoris officium ſuum, ſi ſa-
tiſdet de defendendo eum cuius nomine agit, ſiue procurator
ſit ſimplex, ſiue in rem ſuam ex cauſa lucratiua, vel ex cauſa
non lucratiua: ſi tamen conſtitutus ſit ab actore in fraudem
eorum qui adinuicem agere vellent, id eſt, vt vitaret eis re-
ſpondere cùm ſciret ſe ab eis reconueniendum: vt ff. eodem l.
ſeruum. §. vlti. & l. ſi quis in rem. & l. pater. ſed & ſi procura-
tor non ſatiſdet: ſed & defenſioni domini, volẽs ſtatim iudi-
cium ſuſcipere, ſe offerat, defendere videtur. dicit enim, hodie
conſtat de his, hodie agamus: vt ff. in poſſ. leg. l. ſi is à quo. niſi
fortè dicat reus, non ſunt mihi in expedito, quæ proponam:
vt ff. de collatio. bono. l. j. §. quamuis. & §. ſi igitur conſtet. &
vbi ſatiſdederit de defendendo, neceſſe habet præciſe defen-
dere: nec ſufficit ſi patiatur committi ſtipulationem ad inter-
eſſe, niſi iuſta interueniat cauſa, vt inimicitiarum, vel infirmi
tatis, vel peregrinationis: vel conſimilium quæ numerantur.
ff. eodem. l. filiusfa. § vltimo. tunc enim nec tenetur præciſè
defendere: nec ſtipulatio committitur, niſi res ſit peritura tẽ
pore: vt ff eod. l. ſed & hæ. §. præter. & l. filius. §. viii. & l. ſed
17 etiam. † Defendere autem in lite dominum, eſt facere quod
dominus in lite faceret: vnde ſicut in omni actione, & inter-
dicto, & interrogatione ipſe dominus teneretur in ſingulas
actiones, vel cauſas inſolidũ ſe defendere: ita & procurator
ipſum defendere tenetur: vel pro domino, ſeu procuratore,
ſinguli in ſingulis cauſis, non plures in vna, poterunt eſſe de-
fenſores. Item procurator pro eo reſpõdere debebit: licet do
minus, non procurator de calumnia iuret. Vel dic etiam pro-
curatorem de calumnia iurare, cùm ſe vt fideiuſſorẽ, vel prin
cipalem debitorem pro his, quæ petuntur à domino adſtrin-
18 xerit. † Nam & fideiuſſor conuentus de calumnia iuraret,
cùm ex ſua conueniatur obligatione. Et ſi reſponderit pro-
curator, vel tacuerit, tenebitur aduerſario: ipſi autem, quem
defendit, non præiudicaret, ſi eum defenderet ſine mandato.
Sed cùm hic dicamus eum cum mandato agere, & defendere
debere, videtur quòd domino præiudicet: quia & ei præiudi-
caretur, ſi ratam haberet confeſsionem factam ſine manda-
to: vt ff. eodem. l. omnium. & l. non ſolùm. & de interroga.
actio. l. ſi defenſor. & l. qui ſeruum. Nec obſtat quòd legitur
ff. de confeſſ. l. certum. §. ſed & an. nam non præiudicat domi-
no, ſi probetur à domino contrarium: vt in tutore confiten-
te, cuius minor reſtitutionem imploraret contra confeſsionẽ
tutoris. Item non obſtat quod legitur in ff. ad leg. Aquil. l.
proinde. §. ſi procurator. Nam, quod ibi dicit, procuratorem
teneri, non excuſat dominum. Nam procurator ex ſtipula-
tione defenſionis, vel iudicatum ſolui, & dominus iudicati
19 actione teneri poteſt. † Item ex quibus cauſis dominus libe-
raretur patiendo aduerſarium mitti in poſſeſsionem, vt ex
cauſa damni infecti, vel noxali: vel quia non ſatiſdatur pro
legatis, vel in operis noui nuntiatione, cùm tenebatur domi-
nus præſtare patientiam ex eo, quod fuit denuntiatum no-
uum opus actori domini; & iden dominus liberari poterat
præſtando patientiam: vt ff. de noui operis nuntiatione. l. vl-
tima. & quod vi aut clam. l. competit. §. vltim. ex eiſdem
quoque cauſis & procurator domini videtur dominum de-
fendere, ſi aduerſarium patiatur mitti in poſſeſsionem, &
dominum pati faciat, ſcilicet ſatiſdãdo dominum ratam miſ
ſionem habiturum: quia (vt dixi) defendere, eſt vicem domi-
ni ſubire: nec debet eſſe procuratoris cõditio deterior, niſi in
ſatiſdando: vt ff. eod. l. ſed & hæ. §. defendere autem. & §. vlti.
& l. vel in operis. & l. ſi minor. §. quoniam. Vbi autem
dominus non poterat liberari præſtando patientiam demo-
liendi, vel mittendi in poſſeſsionem: quia erat ei nuntiatum
nouum opus: vel tenebatur ad pecuniam ſoluendam, cuius
nomine actio proponebatur contra procuratorem nomine
domini: nec procurator patiẽdo miſsionem in poſſeſsionem,
vel faciens pati dominum, defendere videtur: cùm in talibus
cauſis miſsiones propter omiſſam defenſionem fieri conſue-
uerunt: vt ff. ſi ex noxali cauſa. l. ſed alio. §. vltim. & quibus
ex cauſis in poſſeſsionem eatur. l. hoc autem. primo reſpõſo.
20 & §. j. † Licet autem procurator in omnibus debebat de-
fendere dominum, tamen in actionibus quæ tunc reo recon-
uenienti procuratorem. nomine domini competebant, hæc
reſtringo. argumento ff. de negotiis geſtis. l. nam & Seruius.
§. ſi viuo. & de damno infect. l. damni. §. ſi is, qui. Item nec
puto eum teneri in perpetuum ex promiſsione vt defendat.
21 † Quid enim, ſi reus eum non recõuenit intra duos men-

ſes,ex quo ſtatuta fuit dies procuratori agenti, vt pro do-
mino reſpondeat? certè liberabitur procurator: vt j.de fide-
iuſſoribus.l. penultim.& de litis conteſtatione.authen.ſi bel-
lom.& de dilatio.authen.qood fieri. Vel dic,quòd iudex ſta-
tuat reo tempus in reconueniendo procuratorem: vt ff. de
22 damn.infect.l.ſi bona.§.vltim.& l.ſi finita. †Quid ſi pro-
c curator qui vult agere nomine domini,nec defenſioni ſe offe
rat:nec de domino defendendo ſatiſdet.certè non patitur a-
liam pœnam quantum ad reum,niſi quòd actio ei denegatur:
vt ff eod.l.inuitos.§ pœna.& j.eod.l.actionem ei,qui domi-
no tamen fortè tenetur mandati:quia cùm ei mandauerit ex-
ercitium cauſæ,etiam ea videtur mandaſſe, ſine quibus illud
exequi non poteſt,argumento ff.eod.l.ad rem.& l.ad legatū.
& de iuriſdictione omnium iudicum.l.ij.& de tutelis.l.quod
23 dicitur. †Eſt autem & aliud officium procuratoris actoris,
quia tenetur ſatiſdare ratam rem dominum habiturū: diſtin-
gue tamen,an certum ſit procuratorem habere mandatum,
vt quia hoc confitetur reus,vel eo negante probat hoc pro-
curator per teſtes,vel inſtrumenta:an certum ſit eum non ha
bere mandatū:aut dubitatur an habeat,vel non habeat mā-
datum. In primo caſu nunquam tenetur ſatiſdare, ſicut nec
ſatiſdat procurator præſentis.& expreſsim cōſentientis, vel
is qui apud acta factus eſt procurator:vt j.de ſatiſda.l.j. Nec
obſtat,quod legitur ff de operis noui nuntia.l.de pupillo. §.
qui procuratorio nomine quia ibi verus quidem erat procu-
rator,ſed dubitabatur de mandato. Si autem certū ſit pro-
curatorem non habere mandatum,repellitur etiamſi ſatiſda-
re velit,niſi ſit coniuncta perſona,quæ quidem admittitur cū
ſatiſdatione,niſi certum ſit eum experiri contra voluntatē.
In caſibus tamen contra voluntatem admittitur: vt pro liber
tate,& pro defenſione damnati: vt ff.eod.l.Pomponius.§.vl-
timo.& l.ſed & hæ.& ff.de liberali cauſa.l.prima, & ſecūda,
& tertia.& quarta.& quinta.& ff.de appellationibus.l. non
tantùm. Idémque dicitur in marito: vt infrà eodem.l.maritus.

Et committitur ſtipulatio rem ratam dominum habitu-
rum,ratum non habente domino factum cognati: quia licet
permittatur ei agere ſine mandato, non fit ex hoc per legem
procurator: vt ff.iudicatum ſolui.l.tertia.§.j. Vbi autem dubi
tatur de mandato,diſtinguebat B. vtrum reus diceret procu-
ratori,non habes mandatum,& tunc tenebatur procurator
probare mandatum: An diceret,dubito,vtrum habeas man-
datum: & tunc procurator, vel probare mandatum, vel ſi
mallet,ſatiſdare poterat. Sed Placentin. ſemper dicebat in
electione rei eſſe,exigere mandati probationem,aut ſatiſda-
tionem: cùm coniunctis tantùm perſonis detur priuilegium,
nec cogantur probare mandatum: vt j.eod.l. exigendi. Item
pro Placent. videtur expreſsim facere text. in auth. de collat.
§.eos.in fine.ſed certè ibi non loquitur de procuratore agen
te cauſam pro alio:ſed de conſtituto ad exactionem tributo-
rum,vel ad exequendam ſententiam in cauſis priuatorum,
quos oportet inſinuare mandatum,vt ibidem dicitur. Et idē
dico in omni procuratore conſtituto ad accipiendum illud
quod debebatur indubitanter,dicit enim debitor, Confiteor
me debere illi,ſed tibi non ſoluo,niſi conſtet te habere man-
datum. Ad litigandum autem,recipitur procurator remedio
cautionis.argumen. ff.de ſolut. l.hoc iure. Ego puto in arbi-
trio procuratoris potiùs eſſe probet mandatum, an ſatiſdet.
Nam & aliàs quando quis ad duo tenetur alternatiue, habet
electionem: vt ff.de iure dotium. plerunque. §. vltimo. Item
quis dicet procuratorem cogēdum ſatiſdare,ſi vltrò velit a-
pertè probare mandatum. Item ſi nolit probare mandatum
quod dixit ſe habere,ſed ſatiſdare,cur non admitteretur? hęc
enim ſatiſdatio interponitur,cùm dubitatur de mandato: vt
hic.l.j. At dubium eſt hoc ipſo quòd negatur eū habere man
datum: quælibet enim res fit dubia negatione: vt j quibus ad
liberta.proclamare non licet.l.vlti.& de acquiren. poſſeſſ. l.
nemo.& ff de tranſactio.l.j. Item prò nobis eſt argum. ff. de
24 damn.infect.l.inter quos.§.penul. †Præſtatur autem hęc,
& ſuperior ſatiſdatio tempore litis conteſtatæ,quando pro-
curator à principio interuenit: vel ſi interueniat poſteà, &
tunc præſtabitur: vt ff.eodem.l. Pōponius. §. ratihabitionis.
& de conſortibus eiuſdem litis.l.ij.ſi tamen poſtmodum, lite

finita,dominus non haberet ratum falſi procuratoris factū,
declarabitur iudicium fuiſſe nullum: vt j eo.l.licet. vel ſi ad-
huc pendeat cauſa, & reus vellet probare eum non habere
mandatum,abſolueretur à iudicij obſeruatione: quia cùm
ſit extraneus,certum eſt eum non habere mandatum: & cum
falſo procuratore iudicium eſt nullum,controuerſiæ nullæ:
nec dicitur opponi hæc exceptio dilatoria poſt litem conte-
25 ſtatam,quia fingitur non fuiſſe facta. †Sed vnum noto ſpe
ciale,quia non ſufficit quandoque cauere procuratorem ra-
tam rem dominū habiturum,vt ſi eum quem conuenit, adire
hæreditatem compellat,vt poſtmodū reſtituatur ex Trebel-
liano ſenatuſconſulto: nam quia fragilis res eſt cautio,reum,
tam maximo oneri ſubiicere non poteſt: licet ſi ſpōte audiuiſ
ſet,eum remedio cautionis reſtituere cōpelleret: vt ff.ad Tre-
26 bellianum.l.qui ita.§.etiam. †Nunc de officio procuratoris
rei videamus. Et quidem procurator rei neceſſe habet ſatiſ-
dare iudicatum ſolui,habeat,vel non habeat mandatū,imò
& ſi certum ſit eum non habere mandatum,debet admitti: vt
j.eod. l.exigendi.& j. de ſatiſda.l.j.quæ clauſula cōtinet tria,
id eſt,de defenſione cauſæ facienda,& ſine dolo: & de re iu-
dicata ſoluenda,quod ipſum verbum ſonat: vt ff. iudicatum
ſolui.l.iudicatum ſolui. Exponitur hęc ſatiſdatio ab ipſo do
mino,id eſt,ipſe debet fideiubere pro procuratore ſuo cū hy-
potheca rerum ſuarum,vbi præſes conſtituit procuratorem,
& pręſentē dicas dominum: & ſi ſit in hortis, vel in vrbe,vel
in continētibus ædificiis: vt ff.eod. l.præſens.& l. & qui in fo
ro.& l.& ideò. Si verò procurator defendit dominum abſen
tem,exponitur ab ipſo procuratore etiam ſi ſit locupletiſsi-
mus: vt ff.iudicatum ſolui.l.ſi ad defendendum.& Inſtitu. de
ſatiſda.§.ſi verò aliquis.& ff.eodem.l.ſi minor.§.vlt. & l. aut
ſi.& l.non videtur. Satiſdare autem rem ratam dominū ha-
biturum non tenetur procurator rei.quid mirum? cùm & il-
lo ratum nō habente hic teneatur ſoluere de burſa ſua,quod
reus reuocare non poſſet? Porrò vbi reuocare poſſet vel re-
tractare quod actum eſt, debebit eius procurator ſatiſdare
rem ratam dominum habiturum.hoc eſt,vbi procurator cō-
uenitur rei vendicatione directa.vel pręiudiciali: vt quia ſer-
uus contra procuratorē domini proclamat in libertatē, vel
familiæ erciſcundæ,vel communi diuidundo,vel finium re-
gundorum. Vel conuenitur officio iudicis implorato pro in
integrum reſtitutione rei,quæ dicitur vendita reo, à minore
xxv.ann. In his enim,quia reus ratum nō habens rem reuoca
re poſſet,de qua agebatur,vel reſtituenda,vel diuidenda,vel
determinanda.vel retractare poſſet,quòd actum eſt, duplex
exponitur cautio,& iudicatum ſolui: & rem ratam dominū
habiturum: vt ff.eodem.l.ſi defunctus.§.vltimo.& l.non ſo-
lum.§.ſi ſtatus.& §. eſt & caſus.& l.Pomponius. §.ſed & his.
27 †Satiſdatione autem interpoſita à procuratore rei, agi po
teſt ex ſtipulatu ad intereſſe,niſi iuſta cauſa interueniat, vt di
ctum eſt in procuratore actoris, quare defenſionem non fa-
ciat. Item & ſi ſubſit iuſta cauſa,ſi tamen res ſit petitura tem-
pore,tenetur præciſè vt patiatur conteſtationem fieri: aliàs
autem non tenetur præciſè: licet vt dictum eſt, teneatur ad
intereſſe. Sed in caſibus non ſufficit ſtipulationem commit-
ti,hoc eſt,quando dominus ſatiſdedit iudicatū ſolui pro ſuo
procuratore conſentiente,vel præſente,& non contradicen-
te: tunc enim quia non tantùm procurator tenetur domino
exequi procuratıonem: ſed etiam ipſe dominus actori volun-
tate procuratoris ſe adſtrinxit: ęquum eſt procuratorem pręciſè
ciſè teneri. Si autem pro eo abſente, vel ipſe procurator pro
ſe ſatiſdedit ſufficit committi ſtipulationem: vt ff.eodem.l.fi-
lius.§.vltimo.& in l.ſequen vſque ad vltimum §.l. ſi defun-
ctus.& l.inuitus.§.vlt.& l. vlt. & l.non cogēdum. Sed in pro-
curatore actoris qui cauit de defendēdo: ſuprà indiſtinctè di-
ctum eſt eum teneri præciſè defendere: fortaſſe ideò, quia in
eo,quod optauit,vel petiit eſt admiſſus ſcilicet ad agendum
contra reum,ne ergo decipiatur reus,durius aſtringitur ille
procurator,quàm procurator rei qui reſpōdit vt actori ſatis
28 faciat,nō vt ab aliquo aliquid extorqueat. †Nunc de effe-
ctu ſatiſdationis iudicatum ſolui: & ſi quidē procurator rei
ſatiſdedit iudicatum ſolui,ipſe tantùm tenetur ex ea ſtipula-
tione,& nō dominus: tenetur tamen dominus actione in fa-
ctum

ctum ex re iudicata: nam ſi per ſe defendiſſet cauſam, ſic tene
retur: nec habuiſſet neceſſe ſatiſdare iudicatum ſolui: vt inſti
tu.de ſatiſd.§.ſed hodie. Et ideò non tenetur ex ſtipulatione.
Ex promiſſione autem procuratoris cõſtituti, negotiationis,
vel contractus cauſa tenetur dominus vtili actione: quia & ſi
per ſe contraxiſſet idem cauere neceſſe habuiſſet: vt ff.eod.l.ſi
procurator.§.vlt.& de inſtito.l.ſi quis.& de actio.empt.l.Iu-
29 lianus.§.ſi procurator.& de re iudic.l.ſi ſe † Vbi autem quis
d defendit ſine mandato tenetur ex re iudicata [d], & ex ſatiſda-
tione, ſi eam expoſuit: nam liti ſe obtulit. Hæc in ſimplici de-
fenſore. Nam ſi in rem ſuã procurator, idemq; defenſor exti-
tit, tanquam dominus cauſæ conuenitur & exigitur: vt ex
prædictis legibus patet, & dicitur. ff.eod.l.Plautius. Hoc ta-
men nota, quòd ſatiſdatio iudicatum ſolui ita demum com-
mittitur, ſi eadem durauit cauſa defenſionis in defenſore rei
ſatiſdante. Cæterùm ſi is, qui defendebat ſine mandato, cœpe-
rit habere mandatum, vel defendebat, vt procurator poſt de-
fendit vt dominus hæres exiſtens domino, vel habuit à prin-
cipio mandatum, quod reuocatum eſt, actore ſciente: ſecus ſi
ignorãte, non cõmittitur ſtipulatio: vt ff. quib.mod.pign.vel
hypoth.ſolu.l.j.§.vlti.& ff.iudicatum ſolui.l.ſi autem. Dixi
quis teneatur de ſtipulatione: nunc videamus quis agat.
30 † Agit autem ex ea ſtipulatione dominus, qui ſuo nomine
ſtipulatus eſt iudicatum ſolui à procuratore rei: ſiue per ſe e-
gerit litem, ſiue trãsferat eam litem in procuratorem. Idemq;
eſt & ſi procurator eius ſtipuletur a procuratore rei, ſiue exer
ceatur cauſa per procuratorem, ſiue per dominum, ſiue à pro
curatore transferatur cauſa in procuratorem alium: vtilis
enim ex ſtipulatione datur actio domino, denegatur directa
procuratori inuito domino: vt ff.eod.l.in cauſæ.§.vlti.& l.ſi
procurator. Et eſt ratio quòd agat dominus ex ſtipulatione
procuratoris: quia & ſi per ſe egiſſet, ſimiliter ſtipulatus eſſet,
& ſic agere potuiſſet. Nec nocet mutatio vel tranſlatio in per
ſona procuratoris actoris ſatis accipiẽtis. Nam & ſi is qui ſi-
ne mandato meo agebat, acceperit fideiuſſores iudicatum ſol
ui, & poſteà cœperit habere mandatum, tenerẽtur fideiuſſo-
res: vt ff.qui ſatiſd.cog.l.Iulianus. Nam ratihabitio trahitur
retro in procuratore ſatis accipiente, cùm agere non potue-
rit ſine mandato meo vt ſic non dicatur mutata cauſa: ſed ea-
dem remanſiſſe. quod non poteſt dici in defenſore rei, qui &
ſine mandato, imò & contra mandatum defendere poteſt: vt
ff.de ſolutio.l.ſolutionẽ. Vnde eius cauſa verè dicitur muta-
ta. Porrò procurator actoris ſatis accipientis iudicatum ſol-
ui à procuratore rei, interdum agit ex ſtipulatione, hoc eſt,
quando eſt in rem ſuã datus, quando ſuper hoc habet mãda-
tum, quando vult ſibi conſulere in expenſis: quia dominus li-
31 tis non eſt ſoluendo: vt ff.eo.l.actoris. † Finitur autem man-
datum procuratori iniunctum reuocatione domini, quã fa-
cit re integra, hoc eſt, ante litem conteſtatã. Si verò velit reuo
care poſtea, ſi quidẽ reſiſtat procurator ſolus, nõ eſt audiẽdus
procurator: quia hoc ipſo ſuſpectus eſt quòd operas ſuas in-
gerit domino inuito: niſi fortè velit purgare magis conuitiũ
ſuum: ſcilicet quòd dicitur à domino ſuſpectus in cauſa, & id
velit primò probare falſum, quàm procurationẽ exequi. Ha-
ctenus ergo eſt audiendus procurator, ſi dicat ſe procuratio-
ne carere velle: ſed ita ſi id fiat ſua exiſtimatione illæſa. Si au-
tem reſiſtat ille, quem conuenit procurator: quia laborioſum
eſt ei litigare cum tot: item ipſe procurator, quia hic reputat
ſibi iniuriã, non reuocatur mandatum, niſi iuſta de cauſa, vt
ætatis, vel religionis, vel quia ſuſpectè aliqua in cauſa procu
rator videtur feciſſe: aut eſt procurator in poteſtate hoſtium,
vel prædonum, vel in vinculis, vel in exilio, vel diſtringitur
maiore re ſua, vel in iudicio publico, vel priuato, vel valetu-
dine, vel longa peregrinatione, vel ſi latitet, vel ſi inimicus
poſtea fiat, aut affinitate aliqua aduerſario iungatur, vel ei hę
res exiſtat, vel ſi conſimilia interueniant, mutabitur procura
tor: ſi tamen non ſit factus in rem ſuã: nam tunc nõ debet ca-
rere propria lite. Item ſi retentione aliqua velit procurator
vti, non eſt ab eo lis transferenda, niſi dominus ei perſoluere
paratus ſit. Itẽ & ſi iuſta cauſa ſubſit, tamen in totum debet
reuocari mandatum. nã ſi velit quædã iudicia in ſe transſfer-
re, quædam relinquere apud procuratorẽ iniuſtè, procurator
hanc inconſtantiã recuſabit. Et hæc omnia locum habẽt in
procuratore rei, & actoris: vt ff.eod.l. ante. & in legibus ſe-
quentibus, vſq; ad primum §.illius legis, in cauſæ. Item fini-
tur mandatum renũtiatione procuratoris, quæ fit re integra,
poſteà verò non, niſi cauſa cognita, vt dictum eſt in reuoca-
tione: & idem intelligitur repetitum in renuntiatione: vt ff.
eod.l.aut longa.l.mutari & ſequen.& Inſtitu.manda.§.man
datum. In ſocietate tamen videtur quòd etiã re non integra,
renuntiatio ſoluat ſocietatem. Verum eſt tamen agi pro ſo-
cio ad intereſſe. Vnde hac ratione poſſet dici ſocietatem non
ſolui: vt ff.pro ſocio.l.ſed & ſocius.§.ſi abſentis.& §. vlt. Itẽ
finitur mandatum morte mandatoris, vel mandatarij re inte
gra: vt inſti.manda.§.item ſi adhuc.& j.manda.l.mãdatum.ij.
ſecus re non integra: vt j eod.l. nullam. Item finitur manda-
tum, finita cauſa, id eſt, lata definitiua ſententia. ſic ff.pro ſo-
cio.l.actione.§.item ſi alicuius. Quæ ſententia ferenda eſt cõ
tra procuratorem ſiue ſit per eum lis conteſtata vel non, dic.
vt j.de ſenten.& inter.l.j.& ff.eod.l.licet.§.pen.& l. qui pro-
prio.primo reſpõſo. Idẽmque dicitur in eo, qui defendit ſine
mandato: vt ff.de neg.geſt.l.liberto.§.vlt. Sed quidam dicunt
procuratorem damnandum, vbi lis eſt conteſtata cõtra eum
ſed ſi contra dominum, ipſe damnabitur vel abſoluetur. arg.
ff.de his, qui notantur infamia.l.furti.§.primo. quos confun-
dit quod legitur j.eod.l.nihil. Sed vbi illuſtris de crimine in-
iuriæ agit, vel conuenitur per procuratorẽ, ſpeciale eſt, quod
pronuntietur concepta ſententia in dominum non in procu
ratorem: vt j.de iniuriis, l.vltima. Idem fortè & in cauſa ma
trimonij, & in cauſis criminalibus, in quibus non ita apertè
poſſunt concipi verba ſententiæ in perſonam procuratoris,
32 vt in perſonam domini. † Incumbit & illud procuratori, fi-
nita cauſa, vt appellet: vt j.eod.l.inuitus, vel debet conteſta-
ri domino, vt ſi velit appellet: alioquin in dolo verſatur: niſi
excuſet eum ignorantia: quia neſciebat concipere libellum
appellationis, & pauper erat: quia pecuniam non habebat,
quam daret poſtulanti, vt conciperet: vt ff.manda.l.ſi procu-
33 ratorem.§.ſi ignorantes. † An teneatur procurator exercẽ-
e re cauſam appellationis [e] quæritur? & hoc quidam dicunt. ar
gu.ff.eod.l.qui proprio.§.item quæritur.& ff.ſi tutor, vel cu
ra.appella.l.vlti. Sed mihi videtur contrà j.de appel.ſi actor.
Et hæc videntur obtinere in actoribus, in procuratoribus, &
negotiorum geſtoribus, & fideiuſſoribus. Sed aliud in em-
ptoribus, & hæredibus vindicantibus necẽ defuncti: vt ff.ad
Sylla.l.propter veneni.§.vlti.& de euict.l.Herennius.§.j.

ANNOTATIONES.

a Mutus. Vide ad hoc Barto.in l.nutu.de leg.iii.& in l.ſi mutus. de teſt. Alex.& doc.in l.j.ff.de verb.ob.vbi etiam tota materia.
b Futuram Vide ſpecu.in tit.de actore.circa princ.verſ.item quod eſt. Bart.in l.qui Romæ.§.Calimachus.ff.de verbo.obliga.& ibi docto.
c Quid ſi. Adde ad iſtam quæſtionem & alias plures, quæ in hoc tit. cõtinentur. Bar.in l.ſeruum quoque.§.ait prætor.ad fi.ff.de procur. & in l.j.in fi.C.hoc eod.titu.& in l.ſed & hæ.§.præter.ff.eod. Aug. in l. filius.ff.qui ſatiſ.cogan.do.Alex.in l.iuſiurandum.§.procurator.ff.de iureiuran.& in l.inter quos.§.alieno.ff.de damn.infect. quibus in locis huius tit.materiam cumulate reperies.
d Iudicata. Adde ad materiam Bar.in l.j.§.ſi procurator.vlt.col. ver.ex prædictis.ff.ſi quis ius dicen.non obtempe.& in l.iiii.in prin.ff.de re iudi.Bal.in l.j.C.hoc eod.tit.& in addi.ad ſpecu.in tit.de executio.ſententiæ.verſic.ſententia expenſarum.vbi ad hoc multa colliges.
e Appellationis. Vide ad hoc Bar.in l.j.§.ſi aduerſus.ff.quando appel.ſit. & in l.inuitus.ver.quæro nunquid.C.hoc eod.tit.& ibi docto.
* Infrà de reis poſtu. Item propriè ſumpto vocabulo non conſtituitur procurator, ſed ſyndicus, ſi ſit actor à collegio, vel vniuerſitate conſtitutus, ſecundum leges, vt patet.ff.quod cuiuſque vni.no.& hoc de voluntate ſuperioris.C.de epiſc.& cler.l.omnes.§.nihilominus. Sed ſecundum canones procurator bene conſtituitur ab vniuerſitate, qui de calumnia iurat, extra.eo.c.cauſam.Martinus.

Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præſtare, vel actiones in ſe transferre. *Rubrica.*

1 *Potentiorum hic appellatione qui contineantur.*
2 *Potentis patrocinio in terrorẽ aduerſarij vtens, perdit cauſam.*

3 *Ceſsio facta ex pacto, vel ex vltima voluntate, quando teneat.*
4 *Ceſsio quando dicatur ſimulata. & nu. 5.*

QVIA omnia mala exempla ex bonis initiis oriũ-
tur: & vitia virtutes imitantur, vt ait Saluſtius: oc-
caſione licitæ procurationis etiam de illicita tra-
ctat, & eiuſdem occaſione ſubiicit de ceſsione a-
a ctionum, quæ fit in potentiores.[a] † Eſt autẽ ſciendum, quòd
1 hic non loquitur de quolibet potentiore aduerſario, contra
quem præſtat patrocinium: ſed de eo qui terribilis eſt, & mi-
nacem terrorem oſtendere poteſt: vt j. quod metus cau. l. ſi
per impreſsionem. & j. ſi quacunque præditus po. l. j. & j. ſi re
ctor prouinciæ. l. j. Sed in prima ſignificatione ponitur. ff. ſi
ex nox. cau. aga. l. j. §. ſi deſinat. & de alien. iud. mut. cau. fac. l.
2 iij. † Punitur autem is, qui ſibi aduocauit patrocinium po-
tentis in terrorem aduerſarij: quia cauſam amittit. Item potẽ
tior, etiam ſi ſit clariſsimus, ſub præſide de hoc crimine con-
uenitur, & ſeuera ſententia (quam intelligo pro motu iudi-
3 cis) damnatur: vt j. eo l. j. † In ceſsione autem actionum di-
ſtingue, an fiat ex vltima voluntate, an ex pacto. Si ex vlti-
ma voluntate, ceſsio tenet, niſi res vel actio legata erat liti-
gioſa: tunc enim agit hæres: & quod fuerit conſecutus, lega-
tario præſtat: vt ff. de leg. iij. l. nomen. & j. manda. l. pen. & de
libe. leg. l. legaui. & j. de litig. l. quicunq;. & auth. nunc ſi hæ-
res. Si autem ex pacto ſi quidẽ cedatur potentiori, ceſsio eſt
nulla, nec agit ille qui ceſsit, vt hic: & de hoc exemplum etiã
in tutore poni poteſt: quia potentior eſt pupillo ratione offi
cij, in quem ſi fiat ceſsio contra pupillum, actio amittitur: vt
j. qui dari tut. auth. minoris. Si verò fiat ceſsio nõ potentiori:
ſi quidem actio ſit dubitata, id eſt, in iudicium deducta, nõ te
net ceſsio: non tamen amittitur actio, ſed agit ille, qui ceſsit:
ſed in caſibus tenet, id eſt, cum lite conteſtata ex cauſa dotis,
vel donationis propter nuptias, vel diuiſionis, fit ceſsio: vt j.
de liti. l. vlt. & l. ij. Si autem ſit actio indubitata, & conſtat
veram eſſe ceſsionẽ, tenet: vt per totum tit. de hæreditate vel
actio ven. Si autem cõſtat eam eſſe ſimulatã, nulla eſt: vt j. per
4 totum tit. plus valere quod agitur. † Simulata autẽ ideò di-
citur: quia id actum eſt inter cedentem, & eum, cui ceditur, ꝙ
emolumentum referatur ad cedentem: ſed ſimulatur contra-
rium, ſcilicet, quòd debeat pertinere ad eum, cui fit ceſsio. Si
autẽ dubium eſt, ſit vera, vel ſimulata néc ne, præſumitur ſi-
mulata: ex eo quòd actio pro parte donata, pro parte vẽdita
videtur: vt j. manda. l. vlti. Et hic non agit is, cui ceditur, niſi
ad id quod dedit in ſuperfluo: nec is, qui ceſsit, nec is cui cedi
tur agere poteſt: vt ibidem dicitur. Idem eſt, & ſi modico pre
tio dato, vt non videatur ſimulata ceſsio, facta eſt actionis vẽ
ditio: vt ff. de tranſact. l. cum hi. §. modus. Nam & hic nõ agit
is cui ceſſa eſt actio, niſi pro eo, quod dedit, & præſumitur ſi-
mulata ex quantitate pretij: quia non eſt veriſimile, quod tan
tam ſummam huius actionis ceſſæ voluerit remanere penes
eum, cui ceſsit, imò vt ſibi reſtitueretur in totum, vel pro par-
te. Hic tamen dixerunt quidam, quod pro ſuperfluo agit ille,
qui ceſsit. Item præſumitur ſimulata ex eo, quòd in inſtrumẽ
to continetur nomen ceſsionis, nec exprimitur ex quo con-
tractu: vel ſi exprimitur, non exprimitur in principio, ſed po
5 ſteà. † In caſibus autem non præſumitur ſimulatio in ceſsio-
ne actionis, hoc eſt vbi fit inter cohæredes, vel vbi fit credito-
ri pro debito, vel poſſeſſori pro munimine & tuitione rerum
quas poſsidet: vel vbi fit ab hæredibus in legatarios, quibus
res vel actiones relictæ ſunt: vt j. mand. l. penul.

ANNOTATIO.

a Potentiores. Diſtinctionem huius tituli, & titul. de alien. iud. mut. vide in gl. penul. in cap. ſi. ext. de alien. iud. mut. cauſ. fact.

De his qui potentiorum nomine titulos prædiis propriis affigunt, vel eorũ nomina in litem prætendunt. *Rubrica.*

SICVT quis in conueniendo alium non debet ſibi aduocare patrocinium potentioris: vt ſ. tit. proxi. dictum eſt: ita & ſi conueniatur quis ab alio de prædiis, vel de iure, id eſt, ſeruitute prædiorum, quæ poſsidet, nõ debet in terrorem agentis ſecum, affigere prædiorũ, de quibus agitur, titulos, id eſt, ſubſcriptiones, vel ſchedulam quandã, ſcilicet, qua contineatur, hoc eſt prædium talis potentis. Itẽ eius nomen non debet prætendere in litem. Si autem poſſeſſor faciat contrà, amittit cauſam, etiam ſi ſit iuſta. Itẽ ſi nullum in hac parte conſenſum potẽtiores præbuerint, damnatur in metallum, ſic vt affectus plumbo ipſum deferat ad metalla. Potentior ſi conſenſerit infamatur, vt famæ ſuæ prodigus, & calumniarum redemptor. Item accuſabitur crimine ſtellionatus, cum pro hoc crimine alia ſpecialis non ſit prodita accuſatio, vt ff. de crimine ſtellionatus. l. iij.

Vt nemo priuatus titulos prædiis ſuis, vel alienis imponat, vel vela regia ſuſpẽdat. *Rub.*

SICVT titulis alienis potentiorum impoſitis prædiis meis, prohibeor ex ſuperiori tit. denotare prædia potentiorum eſſe: ita & prohibeor per titulos denotare prædia quæ poſsideo eſſe mea. hoc enim ſpeciale priuilegium eſt Imperatoris, vt eius prędia titulorum inſcriptionibus legantur, vel velis regiis ſuſpenſis denotentur. qui ergò in prædiis ſuis id fieri curauit, quod cõſueuit tantùm fieri in regiis, veriſimile eſt, quòd prædia ſua in principem voluerit transferre. Vbi autem alienis prædiis tales titulos, vel vela regia quis ſuſpendit: ſi eſt plebeius, damnatur ad mortem. Si clariſsimus, vel miles, vel curialis, vel clericus, deportatur: non dico in inſulam, ſed in metallum: vnde & priuatur libertate: ſi tamen non ſit bene natus à principio: vt j. eo. l. ij. & in auth. de nup. §. quòd autem prius. Datur etiam hæc libera poteſtas omni homini tollendi, & frangẽdi huiuſmodi titulos, vel vela regia, quæ fortè dicuntur vexilla Imperatoris, & qui fregit non poteſt inde accuſari, imò ſi iudex, vel officiales de tali crimine recipiãt, vel ſcribi cõcedant accuſationem, damnantur ſinguli in xxx. lib. auri: vt j. eo. l. ij.

Vt nemini liceat ſine iudicis authoritate ſignũ imponere rebus, quas alius detinet. *Rub.*

SICVT vela regia, vel titulos prædiis alienis aliquis non debet ſuſpendere: vt ſ. dictũ eſt, ita nec debet ponere ſigna rebus, quas alius tenet. quibus denotet res ab alio detẽtas ſuas eſſe, & hoc habet locum ante lit. conteſt. & poſteà ante ſententiam: vt j. eod. l. j. & ij. Superior autem titulus loquitur, quando per titulum, vel vexillum denotatur rem eſſe poſſeſſoris.

Ne fiſcus, vel reſpublica procurationem alicui patrocinij cauſa in litem præſtet. *Rub.*

PROHIBENTVR priuati, & ſingulares homines potẽtiores, procurationẽ ſuſcipere patrocinij cauſa: multo magis prohibetur fiſcus. qui eſt potentiſsimus, id eſt, procurator fiſci: vel Imperator, etiam ob id quod ſibi debetur, aut quod ſibi donatur, patrocinium præſtare litigantibus, vel procurationẽ ſuſcipere: vt j. eod. per totum tit. ne iniuriarum inde naſcatur occaſio, vnde iura naſcuntur: vt j. vnde vi. l. meminerint.

De negotiis geſtis. *Rubrica.*

1 *Actio negotiorum geſtorum quando locum habeat.*
2 *Negotia aliena dicuntur quatuor modis.*
3 *Negotium quando dicatur re ipſa meum.*
4 *Negotium ratihabitione meum quando dicatur.*
5 *Emẽs rẽ alicuius à nõ domino, ſi cãuẽdit, ad pretiũ nõ tenetur.*
7 *Species alieni negotij, qua dicitur doctrina cauſa ipſo geſtu, qua fit. & nu 8.*
9 *Bona fides non patitur, vt bis idem exigatur.*

Actio

10 *Actio directa negotiorum geſtorum quando competat.*
11 *Ex geſtione negotij oriuntur duæ actiones.*
12 *Directa actio negotiorum geſtorum efficit, vt quis geſtorum rationem reddat.*
13 *Geſtor qualiter de gerendis teneatur. & 14.*
15 *Actionem negotiorum quæ cõmittentur. & nu. 16. 17. 18.*
19 *Dominus geſtori ſecundum quid condemnetur.*
20 *Actio negotiorum geſtorum contraria ceſſat ratione pietatis. numer. 21. & 22.*

DICTVM eſt ſ. de negotiis geſtis ex mandato:
nunc videamus de geſtis ſine mandato. Videndũ
ergo, quando locum habeat actio negotiorum
geſtorum, cui detur, & cõtra quem, & qualis ſit.
1 † Habet autem locum hęc actio ª, quando ſunt aliena negotia
a geſta. Aliena dico, id eſt, non eius qui geſſit: vt ff. de damn. infect. l. ſi finita. §. deinde, & §. ſi quid in via. Nam etiam pro negotiis, quæ nullius ſunt vt hæreditariis, datur hæc actio: ſi tamen hęreditaria negotia, viuo teſtatore geri potuerunt. Nam ſi tale ſit negotium, quod demum, mortuo teſtatore geratur, vt ſepultura, & eius expenſa, non datur pro eo actio nego. geſtor. ſed funeraria, quaſi cum defuncto videatur contractum: vt ſic creditor defuncti, quantum ad ſeparationem poſtulandam, non hæredis videatur: vt ff. eo. l. iij. §. hæc verba. & de reli. & ſump. fun. l. j. & l. at ſi quis. §. Labeo. & de ſeparatio. l. j. Item oportet quod geſta ſint ſine mandato eius, cuius ſunt. Nam & ſi mãdauerit alius geſtori vt gerat, ille tenetur geſtori mandati, & aget: ſed geſtor tenetur domino: & dominus ei nego. geſt act. vt inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contrac. naſc. j. reſpon. & j. eo. l. ſi mandatum. Hoc tamen exaudiunt quidam: ſi geſtor ſciens quis ſit dominus negotii, voluit eum ſibi obligare, aliter non. Nam mandator videtur geſſiſſe: quia per alium geſſit, & non geſtor. Et ideo non contra dom. agit nego. geſtorum. argu. ff. eod. l. uj. §. vltim. & l. ſi pupilli. §. ſi quis ita. & l. nam & Seruius. §. vltim. & l. ſi quis mandato. & l. mandaſti. Videtur tamen contrarium poſſe dici: quia tantum debet facere veritas, quantum ſi eius contemplatione feciſſem, vel etiã plus. Nã & ſi pupilli negotiũ geram contemplatione tutoris tantũ, pupillus tamen tenetur in id in quo locupletatus vt ff. eod. l. itẽ, ſi cùm. §. ſed & ſi cum. & l. ſi pupilli. j. reſp. & §. ſi Titij. & §. quid ergo inquit Pedius. & quod dicitur ipſe mandator geſſiſſe, verũ eſt in ſui præiudiciũ vt domino teneatur, & dominus ei, nó ob hoc vt geſtori præiudicetur ne agat cõtra dominum, vel dominus contra eũ. & pro me eſt quod legitur. ff. eo. l. cũ alicui ciuitati. & de admin. tu. Lucius. §. j. & ſ. quòd cùm eo. l. ei, qui. in fi. Nec obſt. quod legitur. ff. mãda. l. ſi mandauero. §. ſi curatorem. & l. qui fide alterius quia ibi in rem abſentis nihil impẽderat, nec erat eius negotiũ re ipſa: ſed ratihabitione. Itẽ in l. illa, qui fide alterius nó prohibetur agere cõtra dominum act. neg. geſt. Licet autẽ mandatum impediat hanc actionem, non tamen impedit eam ratihabitio: licet alias comparetur mandato, quantum ad confirmationẽ neg. geſt. vt ff. eo. l. Pomponius. in fi. & j. ad Mace. l. vlt. Nec obſtat, quod dicitur ff. de reg. iur. l. ſemper qui non prohibet. §. j. quia ibi ratum habuit quod eo præſente geſtum erat: vnde agitur mãdati. Vel ibi mãdabas mihi vt gerã: ego mandatũ non recipio, tu mihi ideo indignaris. Vnde ergo poſtea mandatũ adimpleo, quod tu approbas: & ideo agitur mandati. Itẽ rogatio non impedit hanc actionẽ: vt ff. eo. l. ſi ſerui: ſi tamen fiat admonitionis, vel conſilij cauſa, non animo mandãdi, vel obligandi, tunc enim ageretur mandati: vt j. mand. l. j. Quod autẽ dictum eſt hanc cõpetere actionem, ſi aliena negotia geſta ſunt, Exaudi vt etiam ſi vnum geſtum ſit negotium, detur hæc actio: vt ff. eo. l. iij. §. negotium: vt ſic plurale reſoluatur
2 in ſingulare: vt diximus. ſ. de procu. † Aliena autẽ dicuntur negotia quatuor modis: cura & ſolicitudine, re ipſa, ratihabitione, ipſo geſtu. Sunt autẽ negotia mea cura & ſolicitudine: vt ſi ſpectãt ad me, velut ad tutorem, vel curatorẽ, vel procuratorem meorum negotiorum. & teneor ita demũ, ſi geſta ſunt mei contẽplatione. Itẽ dominus tenetur, ſi in rem ſuã eſt impenſum: ſi tamen dominus ſit pupillus, non tenetur vltra quàm locupletior ſit tẽpore litis cõteſtatę, ſi eius negotia vtiliter geſta ſunt: ſi autẽ geſta ſunt neceſſario, tenetur & ſi non ſit locupletior tẽpore litis, hoc ipſo quòd neceſſariò geſtum fuit: vt ff. eo. l. ſi pupilli. j. reſpõ. & l. mandaſti. & l. litis. & de
3 ſolut. l. in pupilio. † Re ipſa meum eſt negotium, cùm in rem meam aliquid impendis, vel neceſſariò, vel vtiliter aliquid facis: & hic teneor, ſi geſſiſti nomine meo. Si verò geſſeris nomine alterius, ad quẽ nullo modo pertinebat negotium: & hic ſimiliter teneor, & non ille. Si autẽ ad eum pertinebat aliquo modo, ſaltẽ naturaliter: vt quia erat filius vel ſeruus meus, cuius negotia geſſiſti peculiaria nomine ſuo, ipſe enim tibi naturaliter tenetur. & ego ex eius perſona de peculio: ſed non quod iuſſu, vel de in rẽ verſo. etiam ſi ratum habeã, quia ratũ non poſſum habere negotium quod non eſt geſtum nomine meo: & quia is, cuius nomine geſtum eſt, ſaltẽ naturaliter obligatur. Intereſt enim eius habere peculium, maximè ſi ſit filiusfa. Si autem nomine meo, nó filij, vel ſerui geſſeris negotia peculiaria, teneor in ſolidũ. & probantur hæc ff. eod. l. item, ſi, cum. & l. ſi pupilli. §. ſi quis ita. j. reſpõ. & §. quid ergo. in prin. & §. ſi quis quaſi ſeruus. & §. ſed ſi ego tui. & de minorib. l. denique. §. ſed an hoc auxilium. Si autem negotium, quod meũ eſt, re ipſa geſſeris nomine tuo, vt quia rem meã poſſidebas, in quem neceſſariò, vel vtiliter impendiſti, nó datur contra me tibi actio: quia neminem obligare voluiſti: ſed retentio, ſi tamen eras bonæ fidei poſſeſſor: alioquin donaſſe videris: vt Inſtit. de rer. diui. §. ex diuerſo. & ff. cõmu. diui. l. in hoc. Hoc vbi impendiſti in faciendo: ſed ſi in reficiendo, pro ſumptibus forte, implorabis officium iudicis, ſi bona fide poſſidebas: ſi mala, idem: ſi tamen neceſſariò impendiſti: ſi vtiliter, auferas impenſam ſine læſione rei: vt j. de rei vendi. l. domum. Marti. tamẽ dicebat ſemper dari poſſeſſori actionem negotiorum geſtorũ: etiam ſi ſuo nomine impẽderit: quia nó debet dominus locupletari cũ aliena iactura. & pro eo inducitur, quod eſt ff. ff. eod. l. ſi pupilli. §. ſed & ſi quis negotia. Sed certè ibi geſſit nomine meo, non ſuo: licet dicatur feciſſe cõtemplatione ſui, id eſt, pro lucro: quia acceſſit animo deprædandi. ſed cõtra eũ eſt valde quod legitur. ff. de condi. indeb. l. ſi in area. & de act.
4 emp. l. idẽ tenet. & de excep. doli. l. Paulus. † Eſt autẽ ratiha
b bitione ᵇ meum negotiũ, quod nomine meo geſſiſti: & ego ratũ habui, vel ratũ fingit ius me habuiſſe: vnde demũ ratihabitione expreſſa, vel tacita inſecuta, aliquid mihi quæritur: puta, pecuniã nomine meo exegiſti, quod ratũ habeo. Vel rem emiſti nomine meo, quod approbo. Et ideo exacta, vel empta mihi quæruntur: vt ff. eo. l. ſi pupilli. §. itẽ quæritur. & l. ſi ego. Vt autẽ hęc ſpecies alieni negotij plenè intelligatur, ſic diſtinguo. Cùm quis gerit negotiũ quod poſſibile eſt ratihabitione alterius eſſe, licet non fuerit, aut geſtor gerit nomine ſuo, aut alterius. Si ſuo, nó poteſt agi negotiorum geſtorũ ab aliqua parte, niſi in ſubſidiũ re perempta, vel vſucapta, vel præſcripta. Vt ſi rem tuã nomine meo ex lucratiua cauſa quæſitã vendã: tunc enim tibi domino (ne locupleter cum aliena iactura) teneor ad pretiũ in ſubſidium, cùm non habeas ad rem recurſum. Sed re extante, cùm ad rẽ haberes regreſſum, me non cõuenires: quia negotiũ non tuo nomine geſtum, ratum habere non potes: vt ff. eo. l. ſi pupilli. §. quid ergo. & l. vlti. & ff de preca. l. ſi ſeruus. & ff. ſi certũ pet. l. ſi eum. & C. de rebus alienis non alienan. l. j. M. tamen dixit, videbatur quòd licet ad rem ſupereſſet recurſus, nihilominus tamen agi poſſet actione negotiorũ geſtorum pro pretio: vt j. de rei vend. l. mater. Sed il-
5 lud cùm prædicta determinatione non eſt intelligendũ. † Porrò vbi rem tuã à non domino emi, & eandẽ vendam, non teneor ad pretium etiam re perẽpta: quia tantũdem mihi abeſt, quantũ adeſt: vel quia pretium non habeo ex lucratiua cauſa: vt Inſti. de leg. §. ſi res aliena. Si autem negotium, quod poſſibile eſt eſſe alterius ratihabitione, geram nomine alterius ſi quidem nomine domini ad quẽ pertinebat, agitur ſi ratum habeat: alioquin contrà, niſi vtiliter erat geſtum: tũc enim habetur pro rato: vt ff. eo. l. Põponius. Si verò geram nomine alterius, qui nó erat dominus, & ille nó habet ratũ, agi nó poteſt, Si habet, ſi quidẽ ex ſua ratihabitione nihil poteſt ei quęri, nó tenetur, vt ſi dedi pecuniã ne ſeruus Titij occideretur: ſed ego credebã ſeruum eſſe Sempronij, & nomine Sempronij dedi, nec enim tenetur Sempronius, ſed Titius, ne res mihi pereat.

Vel habetur negotiũ pro rato:quia vtiliter geſtũ eſt:vt ff.eo.l.
Pōponius. Vbi autē ei,qui ratũ habet,poteſt aliquid quęri ex
ſua ratihabitione,vt in rebus eius nomine emptis,vel exactis,
dictum eſt,tenetur.Idē & ſi rem meo nomine acceperis per-
ferendam,vel cuſtodiendam:vt ff.eo.l.ſi pupilli.§.ſi quis pe-
cuniã.& l.fideiuſſor.§.vlt. Idémq; eſt & ſi mutuam pecuniã
dedero procuratori tuo,cui contemplatione:ſed hunc articu
lum(quia vtile eſt ſcire)plenius proſequor. Cùm enim quis
dat alij pecuniam in alterius vtilitatē,aut dat mandato domi
ni ſibi directo,aut non.Quod dic,vt nota.j.ſi cert. pet. §.da-
tur.in verſi.ſi autem gerit officiũ,&c.vſq; ad §.illud notãdũ.
7 †Supereſt vt videamus quid iuris ſit in quarta ſpecie alieni
negotij,quæ dicitur doctrinæ cauſa ipſo geſtu.Nam & cum
re ipſa,negotium eſt alienum,ipſo geſtu dicitur ei quęſitum:
vt ff.eo.l.pupilli.§.idem ait.pœnuria tamen vocabulorũ hāc
ſpeciem ſic appellamus.Nec eſt curandũ de nomine,cum res
intelligatur,vt Marcus Tullius ait in Topicis: & probatur
8 hoc j.de conſtit.pecunia.l.penul. †Habet autem locum hęc
c ſpecies,cùm quis creditori ſoluit nomine meo,etiam me in-
uito,vel ignorante:& liberat me,licet à meo debitore,me in-
uito,exigere non poſſit:naturalis enim & ciuilis ratio ſuaſit,
alienã conditionē meliorem fieri poſſe,& ignorantis & inui-
ti deteriorem non poſſe:vt ff.eo.l.ſoluendo. Liberat autē me,
ſi ſoluit nomine meo,vel ſi ſoluit nomine alterius, quē puta-
bat debitorem eſſe.Hic enim,quia nullo modo ad eum perti-
net negotiũ,cuius contēplatione ſoluit,& quia aliquem ſibi
voluit obligare,& debiti obligationē extinguere,tenetur ſibi
neg.geſt.nec poſſum reprobare quod pro me tam vtiliter ge
ſtũ eſt:vt ff.eod.l.cùm pecuniam.& l.qui vtiliter.§. vlti. & l.
vlti.ff.de pig.act.l.ſolutum.§.ſolutam.Si autē creditori meo
ſolueris nomine tuo,credens te debere:& hoc viſum eſt do-
mino B. & domino meo,quòd teneat tibi neg. geſt. poſtquã
in animo tuo ſtatueris,vt quod ſolueris cedat in ſolutum pro
me:vt ff.de peti.hęre.l.ſi quid.Ego contrà puto,cùm enim ſol
ueris nomine tuo,tibi nata eſt condictio indebiti: quomodo
ergo poteſt dici me liberatũ à creditore,vel ipſo iure, vel ex-
ceptione,cũ vna ſolutio nunquã pariat repetitionē, & libe-
rationē:vt ff.de condic.indeb.l.ſi pœnę cauſa.§.j.& l.cum is.
§.j.Nec obſtat,quod legitur ff.eo.l.vlt.quia ibi ſoluit nō no-
mine ſuo,ſed hæreditario,vel alterius,qui non erat hęres. Itē
non obſtat illa l.ſi quid.quia ibi poſſeſſor non ſoluit de ſuo,
imò de hæreditate,ſuo tamen nomine:vnde & ſoluta reputa
bat hæredi,dicens ſe eorũ nomine non damnandũ: cùm nec
habeat,nec dolo,vel culpa deſierit habere. Porro quod ha-
bet idem condictionē indebiti,quæ datur ei cōſumpta à cre-
ditore pecunia,& reconciliato indebito,ad ſimilitudinē mu-
tui cedit,Item cauet de defendendo hæredē contra creditorē,
ſi tamen poſſeſſor fuerit malæ fidei.Item verus hæres,idémq;
debitor ex ſua perſona habet exceptionem contra credito-
rē:quia pecunia ſua ſoluta eſt ei:licet non à ſe, vel ſuo nomi-
9 ne. †Nam bona fides non patitur,vt bis idē exigatur : vt ff.
de reg.iur.bona fides:ſed in caſu præmiſſo,pecunia debitoris
non eſt ſoluta creditori.Qui ergo ſuum,& ſuo nomine, ſol-
uit indebitũ,repetit ab eo cui ſoluit,non à me debitore.Por-
rò vbi ab eo cui ſoluit,repetere nō poteſt;vel quia ſoluit cau
d ſa pietatis,vel quia is,cui eſt ſolutũ,non eſt ſoluendo, datur
ſoluenti de æquitate actio contra me debitorē,vel exceptio,
ſi conueniã eum petitione hæreditatis, & ipſe eſt bonæ fidei
poſſeſſor:vt ff.de peti.hæred.l.quòd ſi poſſeſſori.& de relig.l.
10 at ſi quis.§.ſi quis. †Cōpetit autem in his quatuor ſpeciebus
alienorum negotiorũ directa hæc actio,ita demũ ſi quis ſpō-
te gerat.Si autem gerat ex neceſſitate,ſi quidē ſpecialis actio
ſit prodita ex ea geſtione,vt tutelę,hæc ceſſabit: alioquin da
bitur hæc,non directò,ſed vtiliter:puta,contra curatorē, vel
eum,qui putat ſe tutorem:hic tamen non gerit ex neceſſita-
te,ſed neceſſitatis ſuſpicione:& ideo nec actio ſpecialis pro
tutelæ hanc excludit:vt ff.eo.l.iij.§.hac actione.& j.eod.l.cu-
ratorem.& l.curatoris.& j.de adminiſt.tut.l.cùm quędam.&
armatæ qui dari tutores.l.ſimilitèr j.Idémq; eſt & cùm aliquis
datur tutor poſthumo,nec natus eſt poſthumus:nã pro me-
dio tēpore geſtis dabitur hæc actio,quòd ſi natus eſt poſthu-
mus,tutelæ agitur pro geſtione omnis temporis;vt ff.eo.l.cũ
pater teſtamento.& de tutelis & rationib.diſtrah.l.poſthu-
mo. Ampliùs & homo liber, qui mihi ſeruit bona fide,ſi ex
ſuſpicione neceſſitatis ſeruilis,geſſit negotia mea, etiam ex
mandato tenetur vtili negotiorum,non mandati:vt ff. eod. l.
at qui natura.§.ſi libero.& l.ſi liber. Item cōpetit hæc actio
in omnibus his ſpeciebus,ita demũ ſi neceſſariò, vel vtiliter
cœptum ſit negotiũ,nec ſufficit ſi putet ſe vtiliter gerere. Si
autē geſſeris voluptuariè,nō datur tibi actio,ſed permittitur
ablatio expenſarũ ſine læſione prioris ſtatus rei, niſi rationē
huius ſumptus ego dominus admittam:vt ff.eo.ſed an vltro.
§.j.& l.ex duobus.& ff.manda.l.denique.§.idem ait. ſi procu-
rator.In caſibus autem non ſufficit vtiliter inchoare, imò o-
portet vtiliter conſummare, vt dominus negotij fiat locuple
tior,nec ipſe aliter,vel vltra tenetur,hoc eſt, cùm geſta ſunt
pupilli negotia.Item cùm quis animo deprædãdi, accedit ad
negotia mea gerenda.Item cùm gerit negotia peculiaria ſer-
ui mei,vel filij,& in pupillo,an inquantũ locupletior ſit,ſpe-
ctatur tempore litis conteſtatæ:in alijs fortè ſatis eſt me ali-
quando locupletatũ.Idémque eſt & ſi geſtor aggrediatur no
uitia negotia,quæ dominus non erat ſolitus gerere.Nam &
ibi lucrum pertinet ad dominũ,& in tantum pro expēſis te-
nebitur geſtori:damnum verò pertinet ad geſtorem:vt ff. eo.
l.ſi pupilli.primo reſponſo.& §.ſed & ſi quis nō mei.& §.ſed
ſi ego tui filij.& l.ſi negotia abſentis.& l.litis. & j. eod. l.ij.
11 †Ex geſtione autem oriuntur actiones duæ,directa quæ da-
e tur domino:& contraria,quæ datur geſtori: vt Inſtit.de obli
gat.quæ ex quaſi contractu.j.reſpon.& ff.eo. l.ij. Et dicitur
directa reſpectu contrariæ,& contraria reſpectu directæ. Di
citur etiam quãdoq; directa reſpectu vtilis:vt ſ.dictũ eſt. Vn-
de diuerſis reſpectibus dici poſſet competere directam,& etiã
directam vtilem,vel vtilem directam,ſed competentius dice
tur directam directò,vel directam vtiliter, vel vtilē directò,
12 vel vtiliter cōpetere hæc tria pro vno. †Veniunt autem in
directam actionem geſta,id eſt, vt geſtor reddat rationem ge
ſtorum.Item gerenda,ſi acceſſerit quaſi omnia geſturus: &
tunc vna eſt actio,vel quaſi vnus cōtractus pro omnibus ne-
gotiis quæ imminebant tunc,quando acceſſit ad gerendum.
noua enim,vel ſuperuenientia inchoare neceſſe eſt. Si autem
acceſſerit quaſi vnum geſturus, non tenetur de alijs, niſi ag-
grediatur ea, & tunc plures ſunt actiones, vel quaſi contra-
ctus. Sufficit enim,ſi eius, vel in paucis amici labore conſula-
tur:vt ff.eod.l.ij.ibi. & ſanè,ſicut æquum eſt.& l.ſed & cùm
aliquis.& l.nam & Seruius.§.ſi viuo,& c.& inſtitu.de oblig.
quæ ex quaſi contractu.§.ſicut.& ff.commo.l.in commoda-
to.§.ſicut.& j.eo.l.tutori. Quandoque tamen (licet accedat,
quaſi vnum geſturus)tenetur de omnibus,ſcilicet,ſi alius vo-
lebat gerere omnia,qui nō acceſſit ad gerendum huiuſmodi
contēplatione.Hinc eſt,ꝙ ſi alius volebat gerere donãdi ani-
mo,ne repeteret expenſas:nec geſtor hic repetere poterat ex-
13 penſas:vt j.eod.l.ij.& ff.eod.ſi pupilli.§.vlt. † De gerēdis au-
tem tenetur geſtor in duobus prędictis caſibus,ſi gerēda ſunt
talia,quæ ipſe potuit gerere. Debitores enim domini cùm nō
habeant mandatũ,conuenire nō poſſunt,niſi geſtor ſit de co
gnatis domini:& erat ei facilè ſatiſdare ratam rem dominũ
habiturũ: tunc enim tenebitur, niſi debitores caſu fortuito
ſubſtantiã ſuam amiſerint: vt ff.eo.l.ſi pupilli.§. vlti.& l.ſi au
tem.& l.litis conteſtatæ.§.ſi pecuniæ. Si autē ipſe geſtor de-
bebat domino,imputatur ei,ſi à ſe non exigat : & in domini
vtilitatem conuertat pecuniam,quam debet : Nam quòd de-
bebatur prima actione,petetur ab eo actione nego.geſt.Si ta-
men interſit domini,dicitur potius agere neg. geſt.quàm pri
ma actione:puta,quòd actio prima expirat in geſtione , vel
quia actio prima nō erat vſuraria,hæc autē eſt,cùm ſit bonæ
fidei,in qua valet tantũ iudicis officium,quantũ in contractu
ſtricti iuris ſtipulatio vſurarum, vel quia in antiqua habebat
debitor priuilegiũ:puta,vt cōdēnaretur inquantũ facere po-
teſt:quod non habet in hac ſecũda,in qua dãnatur inſolidũ:
erat enim maritus,qui diuortio facto, negotia vxoris geſſit,
vel quia dominus habet priuilegium in hac ſecunda,ſcilicet
actione tutelę,quæ oritur ex geſtione vel vtilis neg.geſt. quę
datur cōtra curatorē,quod nō habet in prima,vel quia actio
prima nō erat tranſitoria in hęredes:hæc autē eſt,ſi tutor pu-

pil

pillo principaliter tenebatur. Nam ſi alij principali credito-
ri teneretur, pupillo tamen tenebatur mandati: quia pater pu
pilli fideiuſſerat pro tutore, non imputatur geſtori, niſi vene-
rit dies ſoluendi, & ipſe cœpit labi facultatibus: vt ff. de ad-
14 miniſt. tut. l. quoties. §. j. †Eſt & alia quinta cauſa, quare de-
uoluitur actio prima in hanc, ſcilicet quia actio prima non
erat tranſitoria ad hæredes, hæc autem eſt. Imputatur autem
geſtori ſi à ſe non exigat, ſi tamen poſsit à ſe exigere: vt ta-
men aliquid temporis prætereat intra quod ceſſaſſe videatur.
ſed vbi non poteſt à ſe exigere, non imputatur ei, ſi non pro-
tinus diſtraxerit res ſuas ad pecuniam redigendam: & hic
etiam illa conſideratio eſt habenda, vtrum & dominus, ver-
ſa vice, negotiorum teneretur geſtori, cùm domino non tene-
batur geſtor ſoluere, niſi prius ſatisfieret ſibi à domino: vt re-
bus venditis, & redhibitoria liquet: & probatur hic ff. eod. l.
ſi pupilli. §. vlt. & l. diuortio. quandoq; tamen (quod notabi-
le eſt) geſtor ſupponit aliquem, qui à ſe petat nomine domi-
ni: nec geſtor impediatur agere de euictione, ſi ſine iudicio
rem reſtituat domino: vt ff. eo. l. at qui. §. cùm me abſente. Item
exigit geſtor à ſe non tantum ciuile, & naturale debitum: ſed
etiam naturale tantùm, ſi tamen ſit in geſtione contractum:
puta ſeruus acceſsit ad negotia mea gerenda, & in geſtione
connexa perſeuerauerit liber factus: reddet enim rationẽ to-
tius adminiſtrationis: vt ſic, à capite ratio reddatur, & videa-
tur quid geſtum ſit in libertate, quid in ſeruitute, non vt no-
mine doli, vel culpæ admiſſæ in ſeruitute, conueniatur. ſed &
imputetur, ſi liber factus & perſeuerans in geſtione non exi-
gat à ſe quod debuit, & debet adhuc naturaliter. ſiue ex pecu
lio quondam, ſiue vndecunque rebus quæſitis poſſet ſatisfa-
cere domino: vt ff. eo. l. cum. & l. Proculus. & l. at qui natura.
15 †Item veniunt in hanc actionem ea, quæ peruenerũt ad ge
ſtorem, occaſione geſtionis, debita ſint, vel indebita: licet in-
debita ſoluta non repetat à domino: vt ff. eod. l. ſi autẽ. §. item
16 ſi fundum. & l. ſi quis aliena. †Item venit dolus, & lata cul-
pa, & leuis regulariter: quandoq; tamen venit ſolum dolus,
& lata culpa: vt ſi ego videns tibi imminere magnum pericu-
lum in rebus tuis, vel q̃ diſtraherentur à creditore, vel quod
pœna committeretur, ſi non ſolueretur creditori: acceſsi ad
negotia tua gerenda, vt liberarem te à talibus periculis: vt j.
eo. l. tutori. & ff. eo. l. iij. §. interdum. Interdum etiam præſta-
tur, & à geſtore leuiſsima culpa, ſi alius diligentiſsimus erat
geſturus: vt Inſti. de obli. quæ ex quaſi contract. § ſicut. Caſus
autem fortuitus non præſtatur à geſtore, niſi ipſe ſpecialiter
promittat caſum: vt j. eo. l. negotium. Ita ſcilicet, ſi aliquando
acceſſeris ad negotia mea gerenda volo, vt promittas mihi ca
ſum: nec enim mandat de gerẽdo: quia tunc ageretur mãdati.
Idem eſt & in caſibus illis, in quibus nõ tenetur dominus ge
ſtori, niſi inquãtum locupletior eſt: vt dictũ eſt. Idem quoq;
eſt, ſi geſtoris culpa, vel mora præcedat caſum fortuitũ: quod
generale eſt in quolibet debitore: vt ff. de leg. j. l. cum res. §.
17 vlt. & ff. cõmo. ſi vt certo. §. ſed interdum. †Item venit in hãc
actionem vſura eius, quod ſupereſt apud geſtorem, purgatis
neceſſariis & vtilibus ſumptibus, vt dictum eſt. Si tamen mo-
ram adhibeat in reddendo, vel quod ſupereſt, cõuertat in vti
litatem, vel ex eo quod ſupereſt, vſuras percipiat ab alio: vt
ff. eo. l. atqui natura. §. pen. & l. qui aliena. & de pig. act. l. quã-
uis §. vlt. & ff. mãd. ſi verò non reũ. §. ſi mihi mãdaueris. Sed &
illud nõ prętermitto, q̃ geſtor ad hoc tenetur, ſiue ipſe gerat
ſiue alij mãdet negotia gerẽda: imò nec liberatur actionẽ ce-
dẽdo: quia mala electio eſt in culpa: vt ff. eo. l. nam & ſeruius.
§. vlt. & l. ſi quis mãdato. Item cõtraria actione quæ datur ge
ſtori cõtra dominum, veniunt ea quæ expendit geſtor de ſuo
neceſſario, vel vtiliter, non voluptuariẽ in negotia domini,
18 vt dictũ eſt. †Item vſura expẽſarum ſi geſtor cõſueuerit fœ-
norare: vt ff. eo. at qui. §. vlti. & de vſur. l. qui ſemiſſes. §. vlt. &
19 l. & in contrariam. †Condẽnatur autem dominus geſtori, pro
his ſecundum qualitatem ſtatus ſui, quem habebat tẽpore illo
quo geſtor acceſsit ad gerenda omnia: licet ſtatus variatus ſit
poſtea perſeuerante geſtore in geſtione. Si ergo dominus erat
pupillus tẽpore inchoatæ geſtionis, tenetur inquãtum locu-
pletior eſt etiã pro his quæ geſta ſunt in adulta ætate ſua, vel
ſi erat filiusfa. & interim emãcipatus ſit: tenetur de omnibus,
inquantũ facere poteſt. Vel ſi erat ſeruus eius, cuius geſta ſunt
peculiaria negotia, tenetur dominus pro omnibus, etiam pro
his quæ geſta ſunt in libertate: quia vel habet peculium: vel
imputatur ei, cur non retinuit: vt ff. de tributo. l. quod in hæ-
rede. §. ſi ſeruo. Si autem adminiſtratio non eſt vnica, vel vnus
quaſi cõtractus: imò plures quia hodie te exiſtente in vno ſta
tu accedam, vt geram vnum tuum negotium, cras autem varia
to ſtatu tuo accedam, vt gerã aliud, pro qualitate perſonarũ
& actio formatur & condẽnatio moderatur: vt ff eod. l. Pom
20 ponius. §. in negotiis. †Ceſſat autem hæc actio cõtraria ra-
tione pietatis, ſi quis pietate motus de ſuo impenderit in ne-
gotia aliena: vt j. eo. l. j. poteſt tamen diſtingui pietatis motus,
ſi fuerit in eo tantum quod geſsit, & an etiam in eo quod re-
petere nollet: vt ff. de religio. l. at ſi quis. § hęc actio. Et in qui
buſdam perſonis gerẽtibus ipſa natura euidẽter denotat cau
ſam pietatis, puta in matre & auia, & conſimilibus, niſi prote
ſtentur ſe velle repetere quod expenderunt in alimentis: vel
in ſuſpectis tutoribus poſtulandis forte, vel in eorum nego-
tiis gerendis: vt j. eo. l. j. & l. alimenta. & ff. eod. l. Neſennius.
Quod tamẽ dico de proteſtatione, intellige cùm non teneba-
tur alere, vel quia filius erat diues, vel quia patrẽ habebat, ad
quem pertinebat onus alimẽtorum. Si enim tenebatur alere,
21 non repetit: quia debita ſoluit. †Item & ſi modicum lactis,
vel palmam caſtanearum repetat, non eſt audienda: quia exi-
f gẽte materna pietate ea pręſtitit, etiam ſi filius ab ea non eſſet
alẽdus. Itẽ hæc locum habent, cũ conſtat eas aluiſſe de ſuo. Si
verò mater vel auia geſſerit negotia ſuorũ filiorũ, vel nepo-
tũ, & cõueniatur, vt reddat res quas habuerit de bonis nepo-
tũ: ipſe verò reputat eas, quia dedit eis in alimenta: at illi dicãt
res ſuas non eſſe expẽſas in alimento: ſed auia de ſuo pietatis
cauſa præſtitiſſet alimẽta, veriſsimile eſt auiam, vel matrẽ po-
tius expẽdiſſe de bonis nepotũ, maxime ſi in libro rationum
expenſa alimẽta appareat matrem, vel auiam retuliſſe: & pro-
batur hæc ff. eo. l. Neſennius. & de lib. agnoſc. l. pe. & l. ſi quis
vſq; ad illum §. ſi vel. & §. ſi mater alimenta. & §. vtrũ autem.
Itẽ ſi paterna affectione quis aluerit priuignas ſuas, ceſſat hæc
actio. vt j eod. l. ſi paterno. Item & quiuis extraneus paterna
affectione motus ſi expendat in negotia mea, non repetit ex-
penſas: vt ff. eod. l. ſi is, qui amicitia. Sed & domeſtica affectio,
quam habet quis in vxorem, vel conſimiles perſonas, inhibet
repetitionem: vt j. eod. l. j. & l. quod in vxorem. Item libertus
ratione obſequij, quod debet patrono, non repetit expenſas
in patronum, vel filios eius: vt j. l. officia. Item qui gerit nego-
tia, prohibente domino, non agit contraria pro his quæ geſsit
poſt prohibitionem: vt j. eod. l. vlti. ſiue expreſsim prohibeat
dominus, ſiue tacitè. puta rem emi, vel monumẽtum fieri iuſ-
ſi pro decem. Nec enim agitur pro eo, quod dedi vltra: vt ff. eo.
qui aliena. §. liberos & arg. ff. manda. l. ſi remunerãdi. §. ſi paſ-
22 ſus. & l. ſi pro te. †In funeraria tamen reperio, quod prohibi
tio non impedit eam, ſed aliud ibidem dicitur in hac actione:
vt ff. de relig. l. at ſi quis. §. idem ait, ſi prohibente. M. tamen di
cebat ex æquitate dari vtilem in dominum, inquantum locu-
pletatus eſt: quia non debet locupletari eum aliena iactura. ar
gu. ff. de inſtito. l. ſi quis. §. Proculus. ſed certè ibi dominus qui
denuntiauerat non conueniebatur ex perſona ſua, ſed ſerui.
☞ Sunt autem iſtę actiones perſonales: vt j. eod. l. negotiis geſtis.
Et ideo perpetuæ ſunt: vt j. de conſti. pec. l. ij. Et ſunt ex quaſi
contractu: vt Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contractu. Et dan-
tur ita demum ſi interſit agentis, nec refert proponatur cum
veteri ſolemnitate verborum, an ſine ea: quia hodie ſublata
eſt in omni actione: vt ff. eo. l. antep. & Inſtitut. de interdict. §.
vlt. Et ibi vocat directam actionem, quæ proponitur cum an
tiqua ſolemnitate: vtilem quæ ſine ea. Sed inter directam, &
vtilem, id eſt, eam quæ ponitur ex verbis & ſententia edicti,
differentia eſt cum hæres ſpontanei geſtoris teneatur, ita &
ipſe geſtor: ſed hæres curatoris tenetur de dolo, & lata culpa
tantùm, niſi lis conteſtata fuerit, vel quid ad eum peruenerit:
vt ff. eo. l. iij. §. hæc autem actio. & j. de hære. tut. l. j. Item ſpon-
taneus ſemper non tenetur de gerendis, vt dictum eſt: ſecus in
curatore vel tutore: vt j. eo. l. tutori. Item bonæ fidei ſunt hæ
actiones: vt Inſtit. de act. §. actionum. & hæredibus dantur: &
in hæredes: vt dictum eſt, vt ff. eod. l. iij. §. hæc verba.

ANNOTATIONES.

a Hæc actio. Vide ad hoc Barto. in l. ſi pupilli. §. item quæritur. q. j. ff. de nego. geſt. & in l. ex facto. verſic. quarto ergo. ff. eod. Bart. ſoci. in l. ſtipulationum. §. ex his. num. 7. ff. de verbo. obli. char. 20. Iaſon. de mayno inter eiſos in §. actionum. num. 197. cum plu ſeq. de acti. char. 23 vs. B. 31. ſoci. in conſil. 25 vi. ſoci. ex his, quæ in j. volumi. charta. l.

b Ratihabitione. Ad hæc vide ſpec. in ti. de iudi. §. ij. ver. ratihabitione. Bart. in l. ſi pupilli §. item quæritur. de nego. geſt. & in l. ſi fundus. §. ſi neſciente. in ij no. ff. de pign. & in l. ſi pecuniam. C. hoc. eod. tit. & in l. ſemper. de regu. iur. & facit quod voluit d. Alexand. & doc. in l. Iulianus. ff. qui ſatiſ. cog. & vide ad materiam multa per Pau. de Ca. in cõſ. Is s xiij. incl in cã Syluestri. in primo volum.

c Habet. Hinc dicimus, quòd ſi extraneus ſoluat canonem pro emphyteuta non ſoluiſſe, quod adeò prodeſt emphyteutæ quòd dominus non poteſt amplius emphyteutam agere ad præſtationem canonis, eò quia vtiliter eſt geſtum negotium ipſius emphyteutæ. & naturalis ratio ita ſuadet, vt no. in l. ſolennibus. per illum tex. C. de rei ven.

d Pietatis. Vide Alexan. conſi. c alui. in fine ſecundi volu.

e Actiones duæ. De iſtis duabus actionibus vide Bart. in l. ex aſſe. ff. ad trebel. & in l. curatoris. C. hoc eod. tit. Bald. in l. ſi quis ſeruo. in verſi. dubitatur. C. de ſurt. domi. Bart. ſoci. in l. certi. nume. 7. char. 7. ff. ſi cer. pet. Iaſ. de may. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuletur nume. 15. cum pluri. ſeq. de ver. obli. nu. 78. & in §. præiudiciales. numer. 35. char. 65. & nume. 43. char. 66. inſtitu. de actio. vbi eſt tota materia.

f Materna pietate. Adde Bar. in l. is qui ff. de neg. geſt. ¶ Vide glo. ord. in l. Neſennius. circa. ſi. verſi. videtur. ff. de neg. geſt. & ibi doct.

De his, quæ vi metuſve cauſa geſta ſunt. *Rubrica.*

1 *Vis quã variè inferri poſsit, & quã varias producit actiones.*
2 *Metus quid.*
3 *Metus dicitur, quia mentem tenet.*
4 *Metus punitur tantùm ex ſententia eius edicti.*
5 *Edictum hoc quando locum habeat.*
6 *Metus cauſa prodita ſunt tria auxilia.*
7 *Rei vendicatio vtilis datur metum paſſo.*
8 *Perſonales actiones extinctæ ipſo iure plerũque reſtituuntur.*
6 *Reſtitutio rei corporalis qualiter fiat.*
10 *Rei vendicatio vtilis nunquam, niſi in ſimplum competit.*
11 *Sententia prima de re reſtituenda in actione quod metus cauſa, an ſit definitiua.*
12 *Appellare à prima ſententia an in actione quod metus cauſa liceat. & nu. 13.*
14 *Aeſtimanti quadruplum, quid conſiderandum.*
15 *Actio quod metus cauſa, vel vtilis rei vendicatio quibus detur.*
17 *Metum inferens non liberatur rei interitu. nu. 19. & nu. 20.*
18 *Actio quòd metus cauſa, quando ceſſet.*
21 *Actio quòd metus cauſa, non infamat.*
22 *Exceptio quòd metus cauſa datur, cui datur ipſa actio.*

QVANDO, & qualiter conueniamur ex negotiis ab aliis geſtis dictũ eſt: nunc videamus quando, & qualiter ſubueniatur nobis in his negotiis, quæ nos ipſi cum aliis geſsimus. Et quia hoc fit per reſtitutiones, quæ indulgentur vel ratione metus, vel doli, vel ætatis: vel quia alienatum eſt cauſa iudicij mutandi, de his reſtitutionibus videamus. Et primò, de ea quæ fit iure actionis, quòd metus cauſa. Videndum ergo quid ſit metus: qualiter diſtinguatur: quę actiones ex eo oriantur: quibus
1 dentur: & in quos: & quales ſint: & quando ceſſent. † In primis tamen ſciendum eſt, quòd olim ita intitulabatur, quod vi metuſve cauſa. Vis enim fiebat mentio propter neceſsitatem contrariam voluntati. Vnde & Imperator ita intitulauit in hoc libro: de his, quæ vi, metuſve cauſa, &c. reſpiciens antiquam intitulationem: & verba edicti quæ erant talia,
a quod vi metuſve cauſa geſtum erit, ratum non habebo[a]: ſed poſtea detracta eſt vis mentio: quia quod fit vi atroce, id metu quoque fieri videtur: vt ff. eodem, l. prima. Vi dico compulſiua, id eſt, vt dictum erat quæ imponit neceſsitatẽ contrariam voluntati ſpõtaneæ: quia id facit, quod nõ faceret, ſi eſſet liberi arbitrij. Et hoc inducit actionem quòd metus cauſa. Non expulſiua, quæ inducit interdictum vnde vi, vel ablatiua quæ inducit actionem vi bonorum raptorum circa mobilia: vt ff. de vi & vi arma. leg. prima. §. tertio. & In-

Vis quotu-plex.

ſtit. vi bonorum raptorum. §. ſed ne dum talia excogitantur. ibi, quod non ſolum, &c. Vel turbatiua: & hæc inducit interdictum vti poſsidetis, in rebus ſoli: & in rebus mobilibus interdictum vtrobi, cùm duo ſe poſsidere contendunt. Vel inquietatiua: & hæc inducit interdictum, quod vi aut clam, ſi quis à me prohibitus vel reputans ſe prohibendum quid faciat in meo, vnde & in Digeſtis ita breuiter rubrica-
2 tur, Quòd metus cauſa. † Eſt autem metus inſtantis, vel futuri periculi cauſa, mentis trepidatio: vt ff. eodem l. prima. Et nota, quòd licet non ſit neceſſarium periculum eſſe præſens: tamen exigit metum eſſe præſentem, ſaltem pro futuro periculo: non enim ſufficit ſuſpicari eum inferendum: vt ff. eodem. l. metum. primo reſponſo. Dicitúrque metus:
3 quia mentem tenet. † Vis autem eſt maioris rei impetus, cui reſiſti non poteſt: ff. eodem, l. ſecunda. aduerſus quam non proficit cuſtodia: vt ff. locati. l. ſed de damno. & de act. emp. l. ſi ea. & puto quòd hic non definiatur vis, prout accipitur, ſcilicet, cùm nullo modo poſſum reſiſtere: ſed hic, id eſt, in compulſiua poſſem reſiſtere, licet cum periculo: vt infrà, de hæred. inſtit. l. cùm proponas. ibi, potuit enim, &c. Et dicitur atrox, quia fit dolo malo, & illicitè, argu. ff. de mino. auxilium. §. primo. & C. ſi aduerſus delict. l. prima. ſi autem fiat licitè à magiſtratu, vel quolibet alio ceſſat hęc actio: vt ff. eodem. l. tertia. Metus autem diſtinguitur: quia alius non eſt probabilis, alius probabilis. Non eſt probabi-
b lis[b], qui cadit in hominem miſerum, vel timidum, vel incon-
c ſtantem. Probabilis[c], qui cadit in hominem diſcretum, & conſtantem: vt ff. eodem, l. quinta. & vj. & vij. Et hic probabilis metus punitur quandoque per conſtitutiones: vt ſi timui me opprimi à magiſtratu ſaltem mediocri, & ideo vendidi ei: hoc enim & quod vendidi, mihi redditur, & pecuniam retinebo: vt infrà eod. ſi per impreſsionem. Imò & pręter rem in quadruplum dãnatur: vt ff. de contrahend. empt. l. non licet. Item per iudicis puniatur officium: vt ſi potens aduerſarius mihi minabatur, quòd me vinctum duceret ad talem cognitionem, id eſt, ante talem magiſtratum: & ideo ei vendidi, hic enim reſtituitur res, ſine pœna tamen. Idemque in fœneratore qui inciuiliter cuſtodiendo athletam, & à certaminibus prohibendo compulit ſibi promittere vltra debitam quantitatem. Nam & hic redditis quæ debentur, in reliquo conſeruatur indemnis athleta: vt ff. eod. l. vltima. §. penultimo, & antepenultimo. Item libertus, qui nimia patroni reuerentia, poſt manumiſsionem etiam ex interuallo, promittit patrono aliquid, vt ſi eum offenderit petatur ab eo promiſſum, reſtituitur ne teneatur: quia promiſit cauſa libertatis onerandæ: vt ff. quarum rerum act. non datur. l. prima. §. quæ onerandæ. Idemque in medico, qui ei, quem curabat intulit periculum per aduerſa medicamenta amittendorum oculorum: vt ei venderet æger poſſeſsiones ſuas. Nam hoc inciuile factum debet coerceri: & res ſuæ æquitati reſtitui. vt ff. de va-
4 riis & extraordina. cogni. l. medicus. † Ponitur & metus ex ſententia huiuſmodi edicti tantum: vt ſi dedero, ne ſtuprum patiar ego, vel liberi mei. Nam bonis viris iſte metus maior morte eſſe debet: ſed & per affectum magis terrentur parentes in liberis, quàm in ſeipſis: hoc tamen vt ait Placent. eſt ita, ſi puella ſit præſens: quia metum oportet eſſe præſentem: fortè, nec exigitur quòd omnino ſit thoro matura, vel facie decora, vel ſtramina ibi parata ſint. Idemque eſt & ſi dedero pecuniam, ne interuertas inſtrumenta ſtatus mei, vtique ſi iam ſeruitutem petas: & illis inſtrumentis perditis liber pronuntiarè non poſſum: vt ff. eod. l. iſti. §. vlti. & pen. etiam in his duobus ſubaudio maximè: quia & ſi nondum petas, metus tamen eſt præſens pro futuro periculo.
d Item[d] & ſi habeam probationes alias: quia tamen poſſent deperire, vnde & poſſem pronuntiari non liber, debet dari auxilium ex eiuſmodi edicti ſententia. arg. ff. eod. l. nec timorem. in fi. ſed contrarium eſt arg. ff. de furt. qui tabulas. ibi, ſed ni-
5 hil intereſſe, &c. §. vltimo. † Habet autem locũ hoc edictum ex verbis, & ſententia, ſi timuit quis mortem, vel cruciatum corporis vt ſ. de trãſac. l. interpoſitas. nec diſtinguitur timeat mortem, vel cruciatum ex ſuo pręcedẽti delicto, vel non: nam ſi adulter in adulterio deprehẽſus, vel fur in furto, dedit, ne

Metus

occideretur

occideretur, locū habet hoc edictum: quāquam non omnem
adulterum, vel furem licet occidere. Nā diſtinguitur, potuit,
vel non de iure occidi: vt ff. eo. l. nec timorem. Ceſſat autem in
his cōdictio ob turpem cauſam, quæ datur de iure ciuili, pro
pter præcedētem turpitudinem: vt ff. de cōdict. ob turp. cau. l.
6 idem. † Ex metu autem prodita ſunt tria auxilia. Actio per-
ſonalis, quòd metus cauſa, quę tamen ſcripta eſt in rē: quia
datur contra quēlibet ad quem res peruenit, quæ per metum
eſt tradita, vel amiſſa: vt inſtit. de act. §. prętereà quaſdam. &
ff. eo. l. metū. §. eum antē hæc actio. Ideóq; lere eſt in quolibet
interdicto: vt ff. de interdic. l. j. §. pen. Item vtilis rei vendicatio
& exceptio. Et habet locum perſonalis actio, ſi per metū pro
miſero: vbi datur mihi exceptio ſi non ſolui: ſed & datur hæc
actio, vt liberer à promiſſione: & eadē datur, ſi ſolui per me-
tum adhibitū in ſoluendo: nec ſufficit adhibitum eſſe in pro-
mittendo: imò denegaretur hæc actio, ſi ſpōte ſoluerit: quod
coactus promiſerat ſublata proxima ſua turpitudine. licet
Irne. dixerit contrariū: vt j. eod. l. cū te. & ff. eo. l. metum. §. ſed
quod prætor. & ff. de cōdi. ob turp. cau. l. ſi ob turpē. Habet &
eadem actio locū vbi me coegiſti liberare te acceptilatione,
vel pacto, in quo caſu teneris vt reſtituas obligationem in per
ſonam tuā, & in fideiuſſorem, & in pignora, in quibus omni-
bus eſt extincta obligatio. Sed & fideiuſſores ipſi tenētur hac
actione cùm in rem ſit ſcripta, & ad eos ex metu peruenerit li
beratio. Idēq; eſt ſi fideiuſſor me coegerit, vt ipſum acceptila-
tione liberem: nam & hic liberatur etiam reus, & pignora: vt
ff. eo. l. metum. §. volēti. & §. vlt. & l. illud. & de acceptilatio. l.
& per iuſiurandū. §. & ſi fideiuſſori. ſed & vbi extraneus ſine
malitia fideiuſſoris & rei, me coegerit liberare reum, vel fide-
iuſſorem, tenetur extraneus principaliter. Item qui liberati
ſunt, cū ad eos ex metu peruenerit liberatio: vt ff. eo. l. ſi quis
alius. Item habet locū cùm metu diſceſſi à venditione, vel lo-
catione: vel à talibus cōtractibus à quibus ſolo conſenſu cō-
trario recedi poteſt. Idēq; & ſi metu repudiaui, vel adiui hære
ditatem: quia quāuis ſi liberū eſſet noluiſſem, tamen coactus
volui. Nam coacta voluntas, volūtas eſt: ſicq; volens factus,
quod nollem velle coactus. eſt tamen cōtrarium arg. quod di
citur ff. eo. l. j. ibi, propter neceſſitatem contrariam voluntati.
Item quod dicitur ff. de reg. iur. l. iiij. velle non creditur, qui
obſequitur imperio patris, vel domini. Et eſt caſu quodam
notādum, quòd ipſo iure deficit cōtractus propter metum. ſ. pro
miſſio dotis: vt ff. eo. l. ſi mulier. §. ſi dos. Idēq; in matrimonio
dicam: vel vbi iuſtibus pręturæ cōpellitur quis cōſentire in iu
dicem non ſuum, vel vbi quis tutor cogitur actor eſſe: vt ff.
de iudi. l. ij. & de auth. tut. l. j. §. vlt. & l. ij. Sed in præmiſſis ca-
e ſibus datur hæc actio prætoria. Sed & prima quæ amiſſa eſt,
datur vtilis: vt ff. eo. l. ſi mulier. §. vlt. & pe. & antepe. Itē & ſi
metu me coegeris rem corporalē tibi tradere, datur hæc actio
& contra te, & contra quēlibet ad quem res peruenerit: ſuffi-
cit enim hoc docere metum mihi illatum eſſe à quocunq;: nec
adſtringor probare quis mihi metū fecerit, cū metus habeat
in ſe ignorantiam, id eſt, iuſtè poſſum ignorare quis mihi me-
tū intulit maximè ſi erat nox, vel etiā dies: ſed in multitudi-
ne hominū, vt maleficū cōprehendere, vel dignoſcere non po
tuerim. Nec diſtinguitur, habeat vel non habeat lucratiuam
cauſam is ad quem peruenit res: dum tamen ipſa res extet. Si
autem poſſeſſor rem in pecuniam conuertat, tenetur, etiāſi in-
terierit poſtea res apud aliū: ſi tamen hic, qui alienauit in re ha-
bebat lucratiuā cauſam: nec enim debet locupletari cū iactu-
ra mea, qui metū ſum paſſus. Si autem hic, qui vēdidit non ha-
beat lucratiuam cauſam, nec ad rē tenetur, quia nec dolo, nec
culpa deſiit eam habere: nec ad id quod habet loco rei, quia
tātūdem ſibi aberat: & probātur hæc ff. eo. l. ſi cū. §. aliquādo.
7 & §. Pedius. & l. ſi ipſa res. & Inſtit. de leg. §. ſi res. † Vtilis etiā
rei vindicatio datur metū paſſo, pro rebus corporalibus, dun
taxat traditis per metū: licet enim verè per traditionem deſie-
rim dominus eſſe: nam coacta volūtas, volūtas eſt, vt dictū eſt,
vt inſtit. de rerū diuiſio. §. per traditionē. tamen de iure præto
rio, quod quātum ad cōmodum, finge rem in bonis meis per-
manſiſſe, poſſum vēdicare, ac ſi dominus eſſem: vt ff. eo. l. me-
tū. §. licet. Nec enim videtur eſſe excluſus, quem prætor polli-
cetur ſe reſtituturū in integrū: ſed nec videtur adeptus pol-
ſeſſionē: qui ita eſt adeptus, vt eam retinere non poſſit: vt ff.
de in inte. reſt. l. nemo. nec eſt illud ſimile permāſiſſe, quod in-
duxit Placēt. j. ad leg. Fal. l. penul. quia ibi omni iure permāſit
res in patrimonio teſtatoris, vel hæredis eiuſdem ad ſimilitu-
dinem rei vendicationis primæ: quæ datur vtiliter pro re cor-
porali: licet directò ſit extincta: poteſt tamen dici & perſona-
lē vtilem cōpetere: licet per metū directa ſit extincta: vt ſ. pro-
8 batum eſt. † Nam & perſonales actiones extinctæ, aliâs ipſo
iure plerunq; reſtituuntur: vt ff. ſi ex noxali cauſa agatur. l. ij.
§. vlti. & de capi. dimi. l. tutelas. §. ſi libertate. & j. ſi aduerſus
tranſact. & l. ij. de acceptil. l. vlt. licet aliâs dicatur obligatio-
nem ſemel extinctam reſtitui nō poſſe: vt ff. de ſolu. l. qui res.
§. aream. Sed illud generale eſt, vel habet locū, niſi iuſta ſub-
9 ſit cauſa, ex qua ſubueniat æquitas. † Fit autem reſtitutio rei
corporalis, vel propoſita actione quòd metus cauſa eſt: vel vtili
rei vindicatione à metū inferente cum fructibus perceptis, &
percipiēdis, id eſt, quos potuerit percipere ille qui metū paſ-
ſus eſt, ſi poſſediſſet. Nec enim ratione tituli tam turpiter ha-
biti excuſari debet, qui metum intulit à percipiēdis, ſicut nec
excuſatur qui emit aliquid in fraudem creditorum: vt ff. eo. l.
ſed & partus. & de his quæ in frau cre. l. ait Prętor. §. per hāc.
Idēq; & vbi emit aliquis contra præcepta legum: quia certum
eſt eum malæ fidei poſſeſſorem eſſe: vt j. de agric. & cenſi. l.
quemadmodum. & ff. de rei vendic. ſi nauis. §. vlt. † Et eſt
10 illud notandum quod rei vēdicatio vtilis nunquam cōpetit,
niſi in ſimplum. Actio autem, quòd metus cauſa à principio
eſt in ſimplum: ſiue pro re corporali, ſiue incorporali compe-
tat. & in ſimplum per eam dānatur reus. i. in rem ipſam, vt di-
ctū eſt, cui ſententiæ ſi pareat, ſimplū ſoluendo liberatur: quod
ſi non faciat, dānatur in quadruplum, vt quadrupletur omne
quod erat ſimplādum, & in quadruplo cōtineatur res, vel rei
æſtimatio: & hæc ſiue agatur contra metum inferentem, ſiue
cōtra eum ad quē peruenit res: vt ff. eo. l. ſi eū exceptione. §. j.
& §. in hac. & §. quadruplatur. & §. quatenus. vt tamen ſcia-
mus bonæ fidei poſſeſſorem poſſe liberari interitu rei con-
tingente ſine dolo, & culpa ſua: vel ſi ſeruus erat in fuga,
præſtet cautionem de reſtituēdo, ſi in poteſtatem ſuam perue-
nerit: vt ff. eod. l. ſi cum. §. aliquando. In iure autem incorpo-
rali, ſcilicet vbi promiſi per metum, acceptilatio eſt omnino fa
cienda: & propter contumaciam nolentis accepto ferre, in tri-
plum pœna imponenda: vt ff. eod. l. ſi cum. §. ſed & ſi quid per
11 vim. Idemq; dicun & ſi per vim quis accepto tulerit. † Illud
inter hæc quæri poteſt, an prima ſententia de re reſtituenda
ſit definitiua, an interlocutoria, vel admonitio quædam? Et
hoc quidam dicunt argu. in auth. de hær. & fal. §. ſi quis autem
non implens. abſurdum putantes, quod in vna cauſa duæ fe-
rantur definitiuæ ſententiæ: nam ſecundam fatentur definiti-
uam. Sed certè cum per primam finis imponatur controuerſiæ
principali per condemnationem, quis negabit rem iudicatam,
vel quæſtionem definitam: ſicq; ſententiam definitiuam eſſe?
& certè nullus hoc poteſt negare: vt ff. de re iudi. l. j. Nec dico
ſententiam ferri ſuper eodem. imò ſuper alio. i. ſuper æſtima-
tionem rei, & pœna tripli. Vel & ſi ſuper re extāte feratur, ex
ſecunda ſententia non agetur ad rem, ſed ex prima: ſicut in no
xali: cum dicit iudex condemno te in decem, aut noxæ dedas:
nam ſola decē ſunt in obligatione: vt Inſti. de offi. iud. in prin.
12 & ff. de re iudi. l. miles. §. j. Item quæri poteſt, an à prima ſenten
tia liceat appellare: quod puto: quia contumax fuit in non re
ſtituendo, ſed non in non veniēdo: vt ff. de appel. l. creditor. §.
13 iuſſus. † Item, quid ſi non appellauit à prima, ſed à ſecunda: &
pendente appellatione velit reſtituere rem, vt liberetur à pœ-
na? Et videtur quod ſic: vt argu. ff. de bonis lib. l. qui cùm ma-
ior natu. § accuſaſſe. Sed puto cōtrarium: quia ante ſecundam
ſententiam tantùm licet ei rem tradere, vt euadat pœnam: ar-
gu. vt infrà de reb. cred. l. penul. §. ſin autem is cui. ergo penden
te appellatione ſententiæ primæ rem præſtando liberabitur
à pœna: procedit autem quæſtio, cùm ſecunda ſententia fer-
tur intra tempus quo poterat appellari à prima. Alioquin
ſi non poteſt appellari à prima: ergo non à ſecunda: quia
ſecunda eſt quaſi executio primæ: & quia ſi firmum eſt quod
dicit prima: ergo pœna ſecundæ ſententiæ neceſſario eſt ſub-
14 eunda. † In quadruplo autem de quo dictum eſt æſti-

mando, conſiderãdum eſt ſi fuerat dominus, qui tradidit rem
metu: vt tunc æſtimetur res: an poſſeſſor, vt tunc æſtimetur
poſſeſsio. aliud eſt enim pretium rei, aliud poſſeſsionis: vt ff.
eo. l. ſi mulier. §. qui poſſeſsionem. Idemq; in actione furti di-
15 ci poteſt. † Datur etiam hæc actio quòd metus cauſa [f], vel vti-
f lis rei vendicatio mihi: item hæredibus meis, ſed rei vendica-
tio non competit niſi ad rem. Actio verò quòd metus cauſa
datur vſque ad annum in quadruplum, etiamſi alia competat
actio in quadruplum: quia ſi competat alia actio, non tamen
datur in quadruplum: poſt annum verò datur in ſimplum: ita
demum ſi alia deficiat actio: nam ſi alia competat, vt hæredita
tis petitio, quæ datur hæredi paſſo metum, non daretur hæc a-
ctio: vt ff. eo. l. ſi eùm. §. in cauſæ autem cognitione. Nec diſtin
guo, vbi vendidit quis, per metú erat venditurus, alràs an non,
licet hic diſtinguam in dolo ſimplici, id eſt, qui non continet
in ſe metum: vt dicemus j. titu. proxi. Nec diſtinguo, vendide-
rit iuſto pretio, vel non: nam nec iuſto pretio res debet ſic do-
mino auferri: vt ff. rer. amot. l. non enim. Conſidero tamen in
patiente metum, patiatur damnum ex metu, an non. Nam ſi
non patiatur dãnum: vt quia paſſus eſt debitor metum à cre-
ditore vt ei ſolueret: non datur debitori hæc actio: quia natu-
ra huiuſmodi actionis, exigit damnum datum eſſe. Idemq; eſt
ſi metum tibi intuli, vt aliquid mihi dares, vel faceres. Tu au-
tem poſteà infers metum mihi in continenti: vel ex interuallo:
vt reſtituam metu extortum, quod & tenebar facere de iure.
Sed ſi in continenti infers metum mihi, nullo modo iure mihi
teneris. Si autem ex interuallo, ceſſit quidem hæc actio, vt in
quolibet debitore dictum eſt: ſed tamé locum habet edictum
diui Marci, quod ius crediti denegat creditori, ſi rem vllam
debitoris, vel pecuniam debitam non ab ipſo ſibi datam ſine
g vllo iudice [g] temerè poſſederit, vel acceperit: & in eam rem
ius ſibi dixerit. Sequitur ergo id, quod per metum exactum
eſt: non vt creditum retineatur, ſed ſine cauſa & per condi-
16 ctionem ſine cauſa reſtituatur debitori. † Item locum habet
actio legis Iul. de vi publica vel priuata: vt ff. eod. l. ſed & par-
tus. §. j. & ij. & l. extat. ſed & vbi exceptione perpetua tutus
eſt debitor, ſi compellat creditorem ſibi acceptum ferre, ceſſat
hæc actio: vt ff eo. l. ſi eùm. Item in patiente metum attende,
vel diſtingue ſi ipſe ſibi inferat metum, an alius. Nam qui cõ-
tra patronum ſuum extitit ingratus, ſciens ſe ingratum: cum-
que de ſuo ſtatu periclitaretur, aliquid dederit patrono, vel
promiſerit ne redigatur in ſeruitutem, nõ habet eiuſmodi edi
cti auxilium: quia tunc hunc metum ſibi ipſi infert: vt ff. eo. l.
17 ſi mulier. primo reſponſo. † Dantur autem hæ actiones con-
tra inferentes metum, & contra eos, ad quos res peruenit, vt
dictum eſt, licet metum inferens non ita liberetur rei interi-
tu, ſicut bonæ fidei poſſeſſor: ad quem res peruenit: vt ff. eod. l.
ſi eùm. §. Pedius. Nec diſtinguitur adhibeant plures metum
an vnus. Imò & populus & curia & quælibet vniuerſitas te-
netur cùm adhibet metum: vt ff. eodem. l. metum. §. animad-
uertendum. Vbi autem plures adhibent metum, ſi vnus exi-
gatur liberantur cæteri: aut in id dabitur aduerſus eos actio,
quod minus ab illo exactum eſt. Idemque eſt & ſi vnus adhi
buit metum, & ad alium res peruenit. Item ſi ſerui adhibue-
runt metum, noxalis eſt actio ipſorum nomine, quod metus
cauſa: dominus tamen ad quem res peruenit, ſuo nomine te-
netur, quod metus cauſa: quia ſiue res, ſiue quadruplum præ-
ſtiterit, liberantur ſerui: nec etiam liberi facti conueniuntur.
Si autem dominus conuentus noxali, dederit ſeruum pro no
xa, non proderit ei, ne ſuo nomine conueniatur ſi res ad eum
peruenit: & probantur hæc. ff. eodem. ſi cùm. §. vltimo. & l.
aut. & l. quod diximus. Item tenetur hæres metum inferen-
tis in quantum ad eum peruenit: & ſuffiet ad hæredem pri-
mum perueniſſe ſemel: licet non perueniat ad ſecũdum: quia
perpetua cœpit eſſe actio, & hæreditaria, hoc ipſo quod per
uenit ad primum: vt ff. eodem. l. quod diximus. §. vltimo. &
l. videamus. ad hæredem autem primum perueniſſe videtur
ſi dolo eius factum eſt ne ad eum perueniat, vel ſi defuncto
eſt accepto lata obligatio, vel ſi res ei tradita extiterit penes
hæredem: vt ff. de dolo. l. in hæredem. & l. de dolo. & l. ita-
que. Nec obſtat quod legitur ff. eodem. l. prima. quantum au-
tem ad hæredem peruenit, ſpectabitur tempus litis conteſta-
tæ. nam ſubanditur, etiam. Vel dic, & ſi non perueniant an-
te lit. conteſt. ſi tamen tunc, vel poſtea peruenerit, tenetur:
quia ſufficit ſemel quãdocunq; perueniſſe. porro lite conte-
ſtata contra defunctum tenetur hæres: & ſi nihil ad eum per-
18 uenerit: vt infrà, ſi ex delict. defunct. l. prima. † Ceſſat au-
h tem actio [h] quòd metus cauſa: quia non eſt damnum datum
patienti metum, vt ſuprà dictum eſt. Nec obſtat pueriles op-
poſitio, qui habet actionem, rem habere videtur, l. qui actio-
nem. ff. de reg. iur. ſed qui patitur metum, habet actionem:
ergo & rem: non igitur videtur damnum pati. Nam & alia
regula eſt quæ dicit minus eſt habere actionem, quàm rem.
l. minus eſt actioné. ff. de reg. iur. & profecto eo reſpectu di-
citur quem videri rem habere quòd eam exigere poteſt.
Idemque in lege Aquilia dico: nam ſi non liceret agere, dam-
num irrecuperabile eſſet. Item ceſſat actio quòd metus cau-
ſa. ſi agatur vtilis in rem, & econtra idem, vt ff. eodem. l.
metum. iij. §. licet. Item propter approbationem coacti ceſ-
ſat vtraque vt dictum eſt ſuprà. §. ceſſat. Item ceſſat, vbi per
metum tibi vendidi. & tu pretium mihi ſoluiſti, & nunc ago
quòd metus cauſa: nec pretium reddo: vtrique enim heri
debet reſtitutio, adeò, vt ſi tu alij vendidiſti, & contra il-
lum ago, repellar, niſi reddam pretium: vt infrà eodem. l. ſi
vi. Sed cui reddetur? nunquid reo, an ei qui ſoluit, id eſt,
ſuo authori: & fortè ei, qui ſoluit: quid enim ſi huic reo do-
natum eſſet? haberet tamen exceptionem ſui authoris: vt ff.
de pact. ſi tibi. §. penultimo. Item ceſſat vtilis rei vendica-
tio. vbi competit contra bonæ fidei emptorem, ad quem res
peruenit propter præſcriptionem x. vel xx. annorum: quia
poſſeſſor ſe tuetur: vt infrà eodem. l. ſi vi. Idem forte in per-
ſonali actione quòd metus cauſa: quia eſt in rem ſcripta: &
imitatur naturam realium actionum, vt dictum eſt: & cùm
excedit ſuos terminos debet excedi à non ſuis: vt & in peti-
tione hæreditatis dicemus: ex eo quod legitur infrà, de edic.
diui Hadri. tol. l. vlt. Itẽ ceſſat hæc actio propter interitũ rei,
ſi interierit res apud bonæ fidei poſſeſſorem, vt dictum eſt.
Si verò pereat apud eum, qui metum intulit: ſiue pereat an-
te litem conteſta. contra eum, ſiue poſtea, ante primam ſen-
tentiam, tenetur vt fur, vel raptor: quia erat in mora: vt
infrà cod. l. j. Idemque eſt in interdicto quòd vi aut clam. vt ff.
eod. ſi cùm exceptione. §. quòd ſi. quod mirabile videtur: cum
non habeat locum circa mobilia, quæ interire poſſunt: vt ff.
19 quod vi aut clam. l. j. §. hoc. † Sed pone, quòd ramos de ar-
boribus decidat, qui poſtea incendio perire non poſſunt: non
liberatur. Vel pone quòd ædificauit vi, aut clam: vnde intere-
rit vſusfructus meus, tenetur, & ſi poſtea decidat domus. Vel
pone quòd in meo mala fide ædificauit: & ideo mihi donaſſe
videtur: vnde licet poſtea caſu pereat, tenetur quod vi aut
clam, vt ff. quod vi aut clam. l. nam et ſi ramos. & l. ſemper. §.
in hoc interdicto. Nec diſtinguo, an erat diſtracturus vel nõ,
qui eſt metum paſſus: vel res apud eum eſſet eodem modo
peritura, an non. Idemque puto: & ſi res pereat poſt primam
ſententiam, & ante ſecundam: quia tunc erat in mora, & con-
tumacia expreſſa: & hoc innuitur etiam ex verbis illis. ff. eod.
l. ſi cùm exceptione. §. quòd ſi homo ibi, neq; ea res arbitrio
iudicis reſtituetur. Si antè pereat poſt ſecundam ſententiam,
& quadrimeſtre tẽpus à lege datum, & tunc idem puto: quia
& eadem vel maior eſt ibi ratio. Ibi autem poſt ſecũdam ſen-
tentiam intra quadrimeſtre tempus: quia reus eo tẽpore ha-
bebat dilationem à lege. & quia tripli pœna propter facinus
ſatisfacere cogitur, cum diſtinctione quadã tenetur de rei in
teritu, id eſt, ſi res non erat peritura penes paſſum metum, vel
20 ſi erat diſtracturus: vt ff. eo. ſi cùm. §. quòd ſi homo. † Et nota,
quòd licet is, qui metũ adhibuit in his caſibus excuſetur pro
pter rei interitum, ſi tamen ſeruus ſit in fuga, neceſſe habet ca
uere reus de eo perſequendo, & reſtituendo: & nihilominus
in rem, vel ad exhibendum, vel ſi qua alia cõpetit ei actio ad
eum recipiẽdum, integra ei qui vim paſſus eſt, ſeruabitur: ita
vt ſi dominus eũ quocunq; modo receperit: ſcilicet ita, quòd
nihil ſibi abſit, is qui ex ſtipulatione conuenitur, exceptione
tutus fiat: vt ibidem dicitur. Si autem ex eo quod recuperauit
aliquid, ſibi abeſſet: ſecus dicerem: quia res ei abeſſe videtur,
cùm abſit pretium: vt inſtitut. de lega. §. ſi res. Et nota, quòd
poſt

poſt primam ſentẽtiam non datur quadrimeſtre tempus, ſed
reſtituit ſi poteſt. Si poteſt autem, ſcilicet, reſtituere, datur tẽ-
pus pro diſtantia loci, & difficultate rei reſtituendæ. Et illud
fortè dicitur tempus iudicationis, vt & in qualibet reali di-
citur: vt Inſtitu. de offic. iudi. §. j. Poſt ſecundam autem ſen-
tentiam, gratia pœnę tripli fortè habebit dilationem iuris:
21 vt inouitur ff. eo. l. ſi cum exceptione. §. quòd ſi homo. † Illud
certum puto, quòd actio, quòd metus cauſa, non infamat, vt
22 diximus ſuprà, de his qui notantur infamia. † Nunc de ex-
ceptione quòd metus cauſa ita breuiter dico, quòd cuicun-
que, & contra quemcunque datur actio quòd metus cauſa:
i multò magis ei, & in eum dabitur exceptio[i]. Nam cui datur
actio, multò magis & exceptio: vt ff. de ſuperficiebus. l. pri-
ma. §. quod ait. Eſt ergo exceptio ſcripta in rem ex parte eius,
cui opponitur: ſed ex parte opponẽtis ſimiliter eſt in rem ſcri
pta, ad ſimilitudinem exceptionis doli: licet actio quòd me-
tus cauſa, vel de dolo, non detur cuilibet contra metum, vel
dolum inferentem: vel eius vniuerſalem ſucceſſorem: vt dictũ
eſt. Porrò perſonarum reuerentia has excludit exceptiones:
vt ff. de exceptione doli. l. apud. §. vltimo. Eſt & aliud auxi-
lium, quod datur ex metu, ſcilicet actio de dolo. Nam eum
qui metum fecit, etiam de dolo teneri certum eſt: & tollitur
vna actio per alteram ipſo iure facta exactione. Electio au-
tem tollitur fortè exceptione in factum oppoſita: vt ff. eo-
dem. l. ſi cum exceptione. §. eum qui. Eſt ergo actio, quod
metus cauſa, ſpecialis quantum ad actionem de dolo: vnde
actio de dolo generalis eius reſpectu cum ea concurrit: licet
eum alia non competat: nam genus ſuam non excludit ſpe-
ciem eadem æquitate nitentẽ: vel concurrunt ideo, quia vtra-
que eſt prætoria, & arbitraria, & reſtitutoria, & pœnalis:
quia in vtraque ſi malit is qui dolum, vel metum paſſus eſt
propter contumaciam delinquentis, iurare poteſt in litem: vt
ff. de dolo. l. arbitrio. §. ideo. Item vtraque ex fonte eiuſdem
æquitatis eſt prodita.

ANNOTATIONES.

a Habebo. Et pulchrè refert Bal. quod magiſter Raymundus de Petra forti dixit, quod ſpiritus ſanctus poſuit in ore prætoris, quod metu geſtum eſt, ratum non habebo. vt per ipſum tit. ff. & C. quod me. cau-ſa. ita Bal. in rubrica de contro. inueſti. in verſ. feudo refert. Barb. con ſil. liij. vij. col. in j. volu.

b Probabilis. Vide do. Franc. de Are. qui nonnulla notabilia refert ad hoc propoſitum in conſil. xiiij. incip. viſo & diligenter. in x. col. cum ſequen.

c Probabilis. Quomodo autem metus probetur, vide Bald. in tract. ſchiſma. ſpe. in titu. quod metus cauſa. Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. ff. de no. oper. nun. dom. Alexan. in l. j. quarum re. act. non de. do-cto. in l. j ff. quòd me. cauſa.

d Item. Adde etiam, quòd poteſt ſuccurri metum paſſo, vel actione quod me. cauſ. ad recuperandum deperdita, vel ope exceptionis in retinen-dis his, quæ ſunt apud eum, vel in non obſeruando promiſſa, vel actio ne vtili in rem, quæ ipſo iure competit metum paſſo ad recuperandas res ſuas: vel. l. metum. §. ſed quod prætor. & §. volenti. ff. quod metus cau. & iſtud verum, etiam ſi paſſus metum iurauerit ſecundum glo. xv. q. iij. c. authoritatis.

e Prima. Vide Decium in l. interpoſitas. C. de tranſact.

f Metus cauſa. De iſta actione vide copioſe per Spec. in tit. de his quæ met. cau. fi. Bart. in l. quod diximus. §. in hæredem. quod met. cau. & in l. iulianus. §. metum. eo. tit. doct. in l. ſi per vim. C. hoc eo. titul. vbi dif-fuſe tractatur de iſta materia.

g Iudice. Adde, quod creditor per metum exigit propria authoritate ius crediti ſui à debitore ſine iudice, quod per hoc non amittit ius cre-diti ſui nec cõtra eum debitor aget quod met. cau. tex. eſt reputatur ſin-gularis in l. fina. §. ſi. ff. quod met. cau. ſecus ſi per vim. l. extat. ff eo. tit.

h Actio. Vide Barba. pulchrè conſil. ij. col. xxvij. lib. j. & pulchrè per Ia-ſonem. in l. iubere cauere ff. de iur. omn. iud.

i Exceptio. Quæ quandoque in ipſum agentem datur ſi probata fuerit, facit ſolutum reperi vt tenet in Bar. in l. ij. C. hoc eo. tit. do. Alexan. de Imol. in l. ſi quis cum alter. ff. de verb. obli. Bart. & doct. in l. in-terpoſitas. C. de tranſacti. canoniſtas. in c. dilectus, quod met. cau. multa per Alexand. in conſil. xliiij. in quarto volum. conſi. domin. Alex. de Imol.

• §. vlti. Metus mortis, corporis, ſtupri, & ſeruitutis excuſat: quia poteſt cadere in conſtantem virum: & non tenet, quod fit per huiuſmodi vi-rum. ff. eodem titu. iſti quidem. C. de tranſact. l. interpoſitas. extra. quod met. cauſ. c. ij. & ca. cum dilecti. Item metus, qui excuſat, non eſt vanus, ſed qui poteſt cadere in conſtantem virum. ff. eod. l. metum. ij. extra. eo. ad audiẽtiam. Metus quoque amiſſionis rerum excuſat quan-doque. l. diſt. can. presbyteros. Similiter metus amittendæ libertatis excuſat ſi. qua re. act. non det. l. 1. §. quæ onerandæ. Similiter metus potentis excuſat. C. eo. l. penul. & fi. Metus etiam verberum excu-ſat quidoque ff. de acq. hæred. l. vi. & vii. diſtin. c. i. Itẽ metus ſtatus ſui ipſius, vel filiorum ſuorum excuſat. d. l. iſti quidem. Metus etiam ſu-ſpitio excuſat ff. eod. tit. l. habitationes. §. fi. Quis autem metus excu-ſet, & quis non, arbitrio iudicis relinquendum eſt, multis circunſtan-tiis conſideratis. ff. eod. l. veriſimile non eſt. Quod autem dictum eſt metum verborum excuſare, non habet locum, ſi ſola verba interuene-runt. ff. eo. tit. l. metum. i. & ii. Qui inſtituit actionem, quod metus cau ſa, poteſt agere iam contra poſſeſſorem quàm contra eum, qui metum intulit ff. eod. l. Pedius. §. ſi in fin. Martinus.

De dolo malo. *Rubrica.*

1 *Dolus malus quid.*
2 *Fallacia in mentiendo quando admittatur.*
3 *Machinatio qualiter fiat.*
4 *Exceptio doli datur dolum paſſo.*
5 *Exceptio doli eſt generalis.*
7 *Contractus in quo quis decipitur, qui alias contracturus non erat, non tenet.*
8 *Contractus, vbi decipitur alias contracturus, valet.*
9 *Deceptio re ipſa non vitiat contractum bonæ fidei.*
10 *Actio de dolo nunquam competit cum alia actione ciuili.*
11 *Actio de dolo denegatur ei, qui eſt tutus ipſo iure.*
12 *Actio de dolo datur dolum paſſo, & hæredibus eius.*
13 *Vniuerſitas tenetur de dolo præſidentium vniuerſitati.*
14 *Actio de dolo vt competat, dolus probari debet.*
15 *Actio de dolo competit, vt reſtituatur res ſi reſtitui poteſt.*
16 *Actio de dolo non competit à duobus aureis infra.*
17 *Actio de dolo eſt perſonalis, & arbitraria.*

QVIA metus, de quo diximus, continet in ſe do-
lum: ideo de dolo ſubiũgit. Videamus igitur quid
ſit dolus, & quare adiiciatur, malus. quæ auxilia
competant ex dolo, & quibus & in quos dentur,
1 & in quantum, & qualia ſint. † Eſt autem dolus malus, cal-
liditas, fallacia, machinatio ad circunueniendum, fallẽdum,
decipiendum alterum adhibita: vt ff. eo. l. j. §. j. Et admittitur
calliditas in tacendo. Vnde Salomon ait: Qui diſſimulat
iniuriam, callidiſſimus eſt. Et exemplum in venditore poni
poteſt. Si venditor ſciebat ſeruitutem deberi, vel rem alie-
nam, vel alij obligatam eſſe, nec admonuit emptorem, tene-
tur: quia dolo malo verſatus eſt: vt ff. de actio. empt. l. pri-
2 ma. §. primo. & l. tenetur. & penulti. §. vltimo. † Fallaciam
committit in mentiendo in his, quæ aſſerit quis falſò ex cer-
ta ſcientia: vt ff. de furt. l. falſus. §. ſi quis nihil. Vnde ſe-
cundum Auguſti. mendacium dicitur falſa ſignificatio vocis,
3 cũ intentione fallendi. xxii. q. ii. can. beatus. † Machinatio
autem fit arte verborum, vt ſi venditor ſciebat fundum pluri
bus municipiis legata debere, & in tabula ſcripſit vni de-
bere, vt ita innueret cæteris non deberi, & poſtea legem in-
ſeruit ſe nolle teneri nomine legatorum: tenetur enim, quia
dolo malo decepit emptorem: vt ff. de actio. emp. l. Iulia-
nus. §. idem Iulianus. Seruij autem definitio reprobatur,
quæ ponitur in l. Iuriſgentium. §. dolo. ff. de pact. quia non
eſt ea definitio generalis: & quia non eſt conuertibilis cum
ſuo definito: nam & ſine ſimulatione poteſt aliquis circunue
niri dolo malo alterius. Quid enim ſi mihi metum inferas, vel
rem rapias, vel iniuriam facias? hęc profectò ſine dolo admit
ti non poſſunt: vt ff. vi bo. rap. l. ij. §. doli. & de iniur. l. tertia.
Item poteſt eſſe, quòd aliud agatur, & aliud ſimuletur ſine
dolo malo, ſicuti faciunt qui per huiuſmodi diſſimulationem
ſeruant, & tuentur, vel ſua, vel aliena. Si enim latrones lati-
tantes plures ceperunt, & vni cuidam de rebus volunt gra-
tiam facere, ita dicunt. Sunt iſtæ res tuæ? Et ille reſpondet ſi-
mulando: Vos non bene ſcitis cuius ſunt res iſtæ? innuendo
quod res ſunt eius, vt ita liberet eas: hæc quidem ſimulatio
eſt, ſed ſine dolo malo. ff. eod. l. j. §. j. Sicut autem reprobo de-
finitionem doli factam à Seruio & à Pedio: ita reprobo dif-
ferentiam quæ occaſione eius definitionis fit inter dolum, &
fraudem. eod. t. de pac. & ead. l. iuriſgentium. §. ſed ſi frau-
dandi, vt enim dolus fit ſimulatione & ſine ea, vt dictũ eſt, ita
& fraus. Item ſicut in dolo exigitur intentio decipiẽdi, ita &
in fraude: vt ff. de reg. iu. l. fraudis. Quãdoq; tamẽ impropriè

quis dicitur fraudari re ipſa, & res ipſa dicitur in ſe contine-
re dolum: vt ff. ſi quid in frau. pat. l. j. & de verb. obli. l. ſi quis.
Ideo autem ponitur rub. de dolo malo, quia dolus malus po-
a teſt eſſe & bonus,[a] maximè ſi aduerſus hoſtem, vel latronem
quis machinetur, quippe dolus an virtus ſit, quis in hoſte re-
quirat? niſi fortè fiat contra pactum à ducibus belli factum:
vt ff. de pact. l. conuentionum. Item & contra eum, qui non
eſt hoſtis, licet mihi machinari, vt fraudem fraude repellam: vt
ff. de leg. ij. l. cùm pater. §. Titio. Hinc eſt, quod veteres bonum
dolum ſolertiam dicebant. Et inde etiam dicitur bonæ indo-
lis eſt iſte: quaſi bonum habens intus dolum, id eſt, ingenium.
Nam & ingenium poteſt dici bonum & malum. Salomon
equidem in cauſa meretricum de filio, dolum finxit bonum: ſi
cut & venenum dicitur bonum & malum: vt ff. de verb. ſigni.
l. qui venenum. Et videtur quòd dolus malus propriè dica-
tur in pecuniario damno: vt ff. ſi quid in fraud. pat. l. j. §. &
aliâs videamus. Ex dolo autem prodita eſt exceptio doli.
4 †Item actio de dolo quandoq; & plerunq; datur, vbi non
eſt alia ſpecialis prodita. Exceptio autem doli datur paſſo do-
b lum: ſed & omni poſsidenti,[b] & ideo dicitur in rem ex parte
opponentis eam: ex parte verò eius cui opponitur, eſt perſo-
nalis: quia opponitur contra doloſum, & eius vniuerſalem
ſucceſſorem. Item ſingularem ſi cauſam habet lucratiuam, vel
prope lucratiuam: vt in noxæ dedito dicitur. Et idem dici po-
teſt in re magni pretij vendita modico. Item contra ſingula-
rem, etiam ſi non habet lucratiuam cauſam: ſi tamen res ſit re-
uerſura ad doloſum: puta, creditor agit pro re, in qua dolum
adhibuit debitor. Sed & ſi maritus agat pro re data in dotem,
in qua dolum adhibuit mulier, non repellitur ſi agat matri-
monio conſtante, ſed eo ſoluto, contrà. Si verò res non ſit re-
uerſura ad doloſum, non repellitur ſingularis ſucceſſor doli
exceptione: niſi vtatur acceſsione, vel adminiculo ſui autho-
ris: puta, continuando tempora illius cum temporibus ſuis:
tunc enim vtetur cum ſua cauſa, ſuiſq; vitiis: & probantur
hęc ff. de regul. iuris. l. quod ipſis. & ff. de doli except. l. ij. §. &
quidem. & §. debet. & §. planè. & l. apud. §. de authoris. §. ſi
cum legitima. §. ſed & ſi mulier. §. apud Iulianum. & §. ſi quis
• autem ex cauſa. & l. purè. §. ſi eum.• qui volebat. †Eſt autem
5 generalis hæc exceptio, & competit etiam ſi ab initio quis
non faciat dolo, prætenta ignorantia facti: ſed tamen poſtea
certioratus perſeuerat in lite improba: vt ff. de doli excep. l. ij.
§. item quare. Porrò perſonarum reuerentia excludit hanc
exceptionem: nec enim opponitur parentibus, aut patronis,
ſiue ex ſuo, ſiue ex contractu conueniātur alieno: aut eorum
hæredibus ex dolo defuncti: hæres tamen liberti excipit de
dolo patroni eius, cui ſucceſsit: ſed & liberi & liberti in lo-
cum exceptionis doli habent exceptionem in factum, vel nō
numeratæ pecuniæ: vt ff. de excep dol. l. apud. §. aduerſus.
6 †Temporis autem curſus non excludit hanc exceptionem:
7 vt ff. de excep. do. purè. §. vlti. †Nunc de actione doli videa-
mus. Et ſi quidem dolus in cōtractu adhibeatur, ſiquidem dat
cauſam contractui bonæ fidei, hoc eſt, quia aliâs non erat
contracturus, niſi eſſet dolo inductus, non tenet ipſo iure con-
tractus, ſi hoc velit allegare deceptus. Si autem ex eo velit a-
gere, poteſt: vt ff. eod. l. & eleganter. & de mino. l. in cauſæ. §.
j & de iur. do. l. ſi res. §. j. Si verò deceptus neſciens dolum
admiſſum rem tradat, eandem repetit actione de dolo. Vnde
& ait B. proceſsit venditio, vt infirma, ſecuta eſt traditio, vt
infirmanda per actionem de dolo: vt ff. eodem. l. arbitrio. & l.
quod venditor: & l. ſi legatarius. & ſi ibidem dicatur compe-
tere condictio indebiti, quia indebitum ſolutum eſt, non re-
probo: quia ea generalior eſt quantum ad indebita ſoluta: ſic
& condictionem certi generalem, cùm iſta de dolo dico com
petere: aliâs autem poſſet dari de dolo: nec tamen daretur cō-
dictio indebiti: vt ff. eo. cùm quis. & in pluribus caſibus qui-
8 libet hoc ipſum attendere poteſt. †Vbi autem deceptus erat
aliâs contracturus, ſed dolo alterius decipitur vt minori pre-
tio contrahat, tenet venditio: ſed purgatur dolus per actio-
nem, ex eo contractu, etiam ſi vnius nūmi ſit: vt ff. de act. emp.
Iulianus. §. ſi venditor. & §. idem Iulianus. & ff. eod. l. ſi quis
affirmauerit. Si autem dolus det cauſam contractui ſtricti iu-
ris, vel etiam incidat in eum, tenet cōtractus ſemper: ſed ob-
ſtat exceptio, in quantum doloſus velit ſibi dolum patrocina
ri: vt infrà, de inutil. ſtip. l. dolo, vel metu. Sed vbi decepto nō
poteſt conſuli per doli exceptionem, vel alio modo, datur ei
actio de dolo, ne moretur in damno: vt ſi ſeruus pro pecunia
libertatis reum domino dedit: vt in eum factum liberum
transferatur obligatio, quam ſi non patiatur transferri, tene-
tur de dolo expromiſſori, vel domino, ſi expromiſſor non eſ-
ſet ſoluendo. Idemque eſt & ſi dominus inſtigauit ſeruum
ſuum cùm nihil haberet in peculio, vt à me mutuaretur: vt ex
eo domino ſolueret quod debebat ei: vt ff. eodem, l. & elegan
ter. §. ſeruus & l. ſeruus. Sed & in quodam contractu alio ſtri
cti iuris, reperio dari de dolo actionem, propter dolum poſt
contractum commiſſum, id eſt, in facio, vt des: vt ff. de præ-
ſcript. ver. l. naturalis. §. quòd ſi faciam, de quo plenius dice-
9 mus j. de rerum permuta. †Vbi autem quis decipitur in con-
tractu bonæfidei re ipſa, id eſt, non ex propoſito alterius: vn-
de & dicitur impropriè res ipſa in ſe continere dolum, tenet
quidem contractus. Sed ſi decipiatur vltra dimidiam iuſti pre
tij, agit deceptus vt vel reſcindatur contractus, vel ſuppleatur
iuſtum pretium, data electione decipienti: vt infrà, de reſciu-
den. vendi. l. ij. & hoc vel per actionem ex eo contractu, vt di-
ximus: & ita agetur perpetuò: vel iudicis officio implorato
in integrum reſtitutione, ſecundum alios: vt j. quibus ex cau-
ſis ma. l. in contractib. & ita agetur vſque ad quadriēnium: vt
j. de tempo. reſtitution. l. ſuperuacuā. planè vbi deceptio non
☞ eſt vltra dimidiam toleratur. Et hoc eſt quod dicitur: licet cō-
trahentibus naturaliter ſe circumuenire: vt ff. de min. l. in cau-
ſæ. §. penultimo. & ff. locati. l. item. §. vltimo. Si autem re ipſa
inſit contractui ſtricti iuris deceptio vel dolus, obſtabit doli
exceptio: vt ff. de verborum obligat. l. ſi quis cùm aliter. quan
quam legem illam intellexerunt doctores cùm in contractu
bonæfidei interpoſita fuerit ſtipulatio: ſed & in quaſi cōtra-
ctu reperio dari actionem de dolo, ſi dolo malo tuo paſſus
ſim te abſolui: vt quia perſuaſiſti te non ſocium fuiſſe eius cui
extiti hæres: hic tamen ad rem principalem ago priſtina actio
ne: & ſi excipiatur replicabo: ſed propter alia damna compe-
tet actio de dolo: quia in rebus aliis damnificatus ſum occa-
ſione abſolutionis illius. Idemque in procuratore qui per
colluſionem paſſus eſt meum debitorem abſolui: & cum non
ſit procurator ſoluendo, volo conuenire abſolutum: quòd
poſſum, niſi reus paratus ſit transferre iudicium primum in
ſe, quaſi non iudicatum ſit ſub hac exceptione, id eſt, replica-
tione danda actori: ſi id eſt, quia colluſum ſit, ſed propria ex-
ceptio datur reo, vt infrà de exceptio. l. iij. & antepenulti. Et
fortè hęc replicatio dicitur exceptio: quia iſte caſus colluſio-
nis excipitur de regula, quæ dicit, reo abſoluto à procurato-
re meo, mihi obſtare exceptionem rei iudicatæ: vt ff. de pro-
cura. l. Pomponius. §. ſed & ſi. & probantur prædicta: vt ff.
eo. l. eleganter. §. ſi dolo. & l. ſeruus. §. vlti. & l. cùm à te. Ille
autem, qui, me deferente iuſiurandum abſoluitur, amplius nō
conuenitur: planè in legatario ſpeciale eſt vt quæratur de ſuo
periurio: & ſi detuli iuſiurandum vt iuraret ſibi deberi: vt ff.
10 eod. l. quod ſi. & l. ſi legatarius. & j. ſi cert. pet. l. vltima. †Vbi
c autem dolus[c] adhibetur extra contractum, ſiquidem cadat
in ſpeciale nomen maleficij, vt furti, iniuriarum, vi bon. rap.
non agetur hac actione: ſed ſpeciali, quæ prodita eſt ex eo cri
mine. Hęc enim actio adeò ſubſidiaria eſt, vt nunquam com-
petat cum alia actione ciuili, vel prætoria, ordinaria, vel ex-
traordinaria. Hinc eſt, quod & ſi quis in integrum reſtitui pe
tat, denegatur ei hæc actio. Amplius: & ſi habuit actionem, &
deſinat eam habere, ſi quidem deceptus eſt aduerſarij dolo
malo, vt eum liberaret acceptilatione, vel alio modo: puta pa
cto, in actione furti de dolo agit: ſecus ſi dolus poſt acceptila
tionem adhibetur: quia liberatus non dat quod conuenit: vt
diximus ſ. de tranſact. Licet Placen. hic dixerit dari actionem
de dolo. Sed ſi decipiatur ab aduerſario vt eum patiatur libe
rari tempore, de dolo non agitur: ſed reſtitutio impetratur: vt
ff. eod. l. j. §. vlt. & l. ij. §. j. & j. ex quib. cauſ. maio. l. ait prætor.
11 §. vlti. †Illud quoque certum eſt, quod ſi deceptus tutus eſt
ipſo iure, vt quia turpe continetur in pacto, vel impoſsibile:
vel contra legem aliquid, vel ſi habet exceptionem vel actio-
nem aliam, contra decipientem, vel quemcunque alterum, de-
negatur

negatur ei actio vſque adeò, vt ſi contra alium competat actio famoſa: puta, tutelæ contra tutorem, propter colluſionem, debeat hæc denegari: vt ff. eod. l. ij. §. vlti. & l. iij. iiij. v. & vj. hoc tamen ita ſi actio ſit fertilis: nam & ſi eſt inanis propter inopiã debitoris hæc datur. Et eſt hoc notandũ contra quoſdam, qui dixerunt actionem de dolo competere cum alia famoſa: vt ff. eodem. l. ideoque. & l. nam is. actio enim tutelæ famoſi eſt propter dolum: vt inſtit. de ſuſpect. tuto. §. ſuſpectus.

Si verò dolus adhibeatur extra contractum, nec in ſpeciale nomen maleficij cadat, datur hæc actio: vt ecce mihi perſuaſiſti, vt repudiarem hæreditatem, vel familiæ meæ, vt de poſſeſsione recederet: & ea occaſi me damnum ſenſi: vel mouiſti mihi controuerſiam vt amittam opportunitatem emptionis: vel permiſiſti mihi vt ſaxum eiicerem de tuo, & meam rem expendi: tu autem dolo malo me impedis ne eximam, vel extraham: vel tabulas corrupiſti, ne poſſem ſcire conditionem inſtitutionis, quæ erat implenda intra certum tempus: nec eam propter ignorantiam impleui: vel tabulas diu ſuppreſiſti in quibus eram exhæredatus cùm hoc neſcirem: datur in his omnibus actio de dolo: vt ff. eodem. l. ſi quis. & l. cùm quis. & l. rei. & l. ſi eum. & idem poteſt curioſus lector notare
12 in pluribus caſibus. ff. eodem tit. † Datur etiam hæc actio do-
d lum paſſo [d], & hæredibus eius, & contra doloſum, nec diſtinguo, an ſit maior, vel minor, dummodo ſit proximus pubertati. Quid enim, ſi impetrauerit vt à procuratore penitus abſolueretur: vel falſo dixit ſe non habere tutorem, vel ſimilia admiſit quæ non exigunt magnam machinationem? ſed ex dolo tutoris tenetur pupillus ſi factus eſt locupletior: vel cautum eſt ei contra tutorem: quia ipſe eſt ſoluendo: ſic & ex dolo procuratoris tenetur dominus: vt ff. eod. l. hæredibus §. item. & l. ſi ex dolo. primo reſponſo. & §. item. Nedum ſingulares perſonæ, ſed etiam vniuerſitas municipij: vel quæuis alia ex dolo ſuo conueniri poteſt: ſicut & de metu ſuperiori titulo dictum eſt: licet cõtingat cum difficultate, vt vniuerſitas conſentiat in dolo, vel metu, vel ſimilibus committendis: vt ff. de origine iuris. l. ſecunda. §. deinde quia difficilè. & ideo etiam dicitur ff. eodem. l. ſed ſi ex dolo. §. ſed an in municipes. non poſſe facere dolum ſubaudi facilè. quid enim municipes dolo facere poſſunt, quaſi dicat, nihil facilè propter naturalem hominis ad diſſentiendum facilitatem: vt ff. de arbitr. l. item ſi vnus. §. principaliter. Huiuſmodi enim interrogationes quandoque raritatem denotant: vt in Decret. de pœnitentia diſtin. ſexta capitulo ſecundo. ſi ſacerdos peccauerit quis orabit pro eo? Et plerunq; denotant impoſsibilitatem, vt inſtit. per quas
13 perſonas nob. ius acquiritur. §. j † Ex dolo autem præſidentium vniuerſitatis, tenetur vniuerſitas, inquantum ad eam peruenit. Et hoc fortè, vt in tutore, & procuratore ſ. dictum eſt, erit admittendum. Vbi autem plures admiſerunt dolum, quilibet tenetur inſolidum. Hęredes autem doloſi tenentur de eo tantùm, quòd ad eos peruenit: vt ff. eo. l. ſi ex. §. j. & l. ſi plures. vel dolo eius factum eſt quominus perueniat. ſi ergo res dolo tradita defuncto extet penes hæredem: tenetur hæres actione de dolo perpetuo. Idem eſt & ſi ad doloſum ſic peruenit vt certum ſit ad hæredem peruenturum: puta, eſt ei acceptolatum, nec habetur cauſæ cognitio, ſit multum, vel modicum quod ad hæredem peruenit: vt ff. eod. l. in hęredem. & l. dolo. & l. itaque. & l. neque. Sed & dominus ex ſerui dolo tenetur de peculio: ſi ſeruus in contractu admiſit dolum, qui daret contractui cauſam: vel ſi admiſit extra contractum tenetur noxaliter: vt
14 ff. eo. l. ſi oleum. §. hæc actio. † Datur autem prædictis perſonis, & in eos quos diximus, actio de dolo, ita demum ſi probetur dolus ex perſpicuis indi. & declarata facti certi qualitate, & certæ perſonæ: nec in tanto crimine quem vagari oportet: vt j. eo. l. dolum. & de reſcin. vend. l. dolus. & ff. eo. l. ſed ſi exceptione. §. vlt. Hoc verum niſi dolus præſumatur admiſſus, vt in fideiuſſore qui emit pignora debitoris à creditore: ibi tamẽ non actione de dolo, ſed mandati propter dolũ agi poſſe dico, vel in ſeruo qui non vult transferre in ſe obligationem poſt libertatem pro pecunia quam alius expromiſit domino pro eo: vt infrà eodem. l. prima. & ff. eod. l. & eleganter. §. ſeruus. Et idem notari poteſt in pluribus caſibus ex illa rubri. dolum
15 præſumi. † Competit autem hæc actio [e] vt reſtituatur res
e ſi reſtitui poteſt: & ſuper hoc fertur vna ſententia. Si non reſtituatur res, defertur actori ſacramentum in litem: & ſuper hoc fertur alia ſecunda ſententia: vt ſ. dictum eſt in actione, quòd me. cauſa. vbi autem certum eſt rem reſtitui non poſſe protinus damnatur reus ad intereſſe, vt ff. eod. l. arbitrio. reſpon.
16 † Ceſſat autem hæc actio ratione ſummæ, ſi ſit intra
f duos aureos [f], vel fortè vſque ad duos vt intelligatur incluſiuè: quia odia reſtringenda ſunt. Ceſſat etiam ratione perſonæ: nec enim datur liberis aduerſus parentes, vel libertis aduerſus patronos. vel humili aduerſus eum qui dignitate excellet, vel plebeio aduerſus conſularem receptæ authoritatis, vel luxurioſo, vel prodigo aduerſus hominem vitæ emendationis. datur tamen hæc actio in factum contra prædictos, vt fiat mentio bonæ fidei: vt ff. eodem, l. ſi oleum. §. vlomo. & l. idem. & l. non debet. id eſt, non malæ fidei: eſt enim dictum per abnegationem: vt dicitur quis gratus, id eſt, non ingratus: & iuſta cauſa, id eſt, non iniuſta cauſa: vt ff. de leg. ij. cùm quidam. & l. cùm pater. §. rogo & de legat. iij. l. fideicommiſſa. §. ſic fideicommiſſum. & in fi. & de fideic. lib. l. ſi eum. §. ex iuſta. Hæredibus autem harum perſonarum: item aduerſus hæredes datur actio de dolo: vt ff. eod. l. hæredibus. Sed fortè excipiuntur hęredes parentum, & patronorum contra quos ſ. diximus non obiiciendam doli exceptionem: ſic ergo nec dabitur de dolo actio. Vel fortè aliud eſt in exceptione doli in qua habetur mentio perfidiæ defuncti: aliud autem in actione de dolo quæ ratione calculi, id eſt, obuentionis quæ per computationem declaratur, intenditur: vnde & hæres tenetur in perpetuum, nec infamatur: ideóque dicitur non neceſſaria cauſæ cognitio in perſona hęredis: vt ff. eod. l. Sabinus. & l. neque. vnde & hæres hac ratione de dolo tenetur in
17 perpetuum. † Eſt autem actio de dolo perſonalis, & arbitraria: vt inſtit. de actio. §. pręterea. & famoſa: vt diximus. ſ. de his qui notan. inſa. biennalis eſt eius vita, de eo quod non peruenit ad doloſum: nam de eo quod peruenit, ipſe tenetur perpetuò actione in factum, non de dolo: vt ff. eod. l. itaque. Heres tamen eius de eo quod ad ipſum hęredem peruenit tenetur actione de dolo, vt dictum eſt, & in perpetuum quod eſt mirabile: vt ita alteretur propter ſucceſsionem, cùm & magis videretur danda in defunctum. Sed fortè vt mitigetur pœna infamię eius eſt hoc dictum. Ita autem currit biennium præſenti, vt abſenti: ſed vbi abſens eſt probabili cauſa & neceſſaria, impetrabit in integrum reſtitutionem intra quadriennium: vel intra tantum tempus quanto læſus eſt ex quo redierit: vt j. eod. l. iij. ſed nec perpetuatur litis conteſta. vt j. eod. l. vlti. quod non eſt in alia actione ſub cœlo: vt j. eod. de pręſcript. xxx. an. l. ſicut. & l. cùm notiſsimi. & l. vlti. Illud ſolet quæri ſi alius te dolo induxit vt mihi venderes quod non eras vendi turus aliâs, & vendidiſti: an teneat contractus? Et dicunt quidam quòd ipſo iure non tenet: & pro ſe inducunt quod dicitur. ff. eod. l. & eleganter §. j. per quam legem totum cõtrarium dico: & eam in eorum caput retorqueo. Nam ſicut ex incidenti dolo ſerui, dicit non teneri emptorem: ita ex eo
18 qui dat cauſam contractui, dico ipſum non teneri. † Actio enim de dolo perſonalis eſt ex parte conuenti. & conuenientis: vt ſ. dictum eſt. licet aliud dixerim in actione quod met. cauſ.

ANNOTATIONES.

a Bonus. Et hic adde pulchrè circa dolum bonum tex. in l. j. §. non fuit autem. ff. de dolo & ibi Bar. pulchrè format q. an deus poſsit aliquem decipere. & vide multa pulchra per Iaſ. in l. ſi mora. in iij. no ff. ſol. ma.

b Poſsidens. Adde ad huius concluſionis materiam Bar. i. col. l. j. C. quorum legi. & in l. fi. C. quorum bono. not. in l. ij. C. de edi. diui Hadriani. & vide Ang. in l. ille à quo. §. ſi teſtamen. ff. ad Trebel. multa per dnm Bar. ſoci. in l. j. C. de iureiu. not. iij. chart. xxv. eod. titu.

c Dolus. Vide glo. not. in l. vſque ad duos. ff. de dolo.

d Paſſo. Adde quod actio de dolo datur contra hæredẽ quatenus ad eum peruenit. l. in hæredem. in prin. ff. de dolo. Item act. de dolo eſt annalis contra doloſum ſed contra hæredem eſt perpetua. l. itaque §. j. verſic. cui conuenient. ff. eo. & l. ſub pretextu. C. de tranſact.

e Actio. Actio de dolo non datur citra duos aureos, vide glo. in l. iuſiurandum & ad pecunias. §. 000 ſemper. in ver. verum. ff. de iureiur.

f Duos aureos. Adde Bar. in l. ſi oleum. circa fin. §. merito. ff. de dolo. In aliis autẽ caſibus, vide per Pau. de caſt. in l. ij. C. hoc eo. ii. do. Alex. de imo. in l. is qui decipit. ff. eo. ii. doct. in l. & eleganter. in prin. de dolo.

* Parc. §. vlti ſi eum. Dolus aut adhibetur in contractu, aut extra contractum. Si in contractu ita, vt det cauſam contractui bonæ fidei, hoc

f

eſt, quia deceptus per dolum non erat alias contracturus, niſi dolo
ad contrahendum fuiſſet inductus, ipſo iure non tenet contractus, ſi
hoc vellet allegare deceptus. Si autem ex primæuo contractu velit
agere: bene poteſt l & eleganter. & ff. de minori. l. in cauſæ. Si verò de-
ceptus neſciens dolum admiſſum rem tradat, eandem repetit actione
de dolo. Vnde vt ait Hiroerius procedit venditio vt infirma, ſi quanta
eſt traditio, veluti infirmanda per actionem de dolo. ff. eo. tit. l. arbitrio.
& l. quod venditor. & l. ſi legatarius. Vbi autem deceptus erat aliter
contracturus, ſed dolo alterius decipitur, vt in minore pretio con-
trahat, tenet quidem venditio, ſed dolus purgatur per actionem ex eo
contracta, etiam ſi vnius nummi deceptio facta fuerit ff. de act. empt.
l. Iulianus. §. ſi venditor. & l. eadem Iulianus. & ff. de dolo. l. ſi quis adfir-
mauerit. Sed ſi dolus det cauſam contractui ſtricti iuris, vel ſi incidat
in contractum, tenet quidem contractus. ſed obſtabit exceptio, in-
quantum doloſus ſibi vellet patrocinari dolum. C. de inutil. ſtipu. l.
dolo. xx. quæſt. ſexta. cap. primo. Martinus.

De in integrũ reſtitutione minorum. *Rub.*

1 *Minores qui dicantur.*
2 *Biſſextus ſingulis quatuor annis fit.*
3 *Aetatem computari de momento ad momentum fauore mino-
ris. & num 4.*
5 *Minor reſtituitur, ſi ipſe decipiatur, vel eius tutor.*
6 *Minori ſuccurritur, etiamſi ſe miſcuit negotiis alienis ſine
mandato.*
7 *Minor facilitate deceptus iuuatur.*
8 *Minor iuuari poteſt actione indulta & iure communi.*
9 *Minoribus ſubuenitur in his, quæ cum eis geſta ſunt.*
10 *Minoribus ſubuenitur in contractibus, quaſi contractibus: de-
lictis, & quaſi delictis,*
11 *Minori ſubuenitur in omiſſione allegationis.*
12 *Minori ſi paſſus ſit ſe arrogari ab homine paupere ſubuenitur.*
13 *Minori ex quibus cauſis ſubuenitur.*
14 *Minori facto maiori obſtat ſua ratihabitio.*
15 *Reſtitutionem minoris quis poſtulet.*
16 *Dominum quando teneatur de dolo ſerui.*

a DE RESTITVTIONIBVS [a] quæ ratione
metus, vel doli indulgentur maioribus ſ. dictum
eſt: videamus de his, quæ indulgentur minoribus
ratione minoris ætatis. Videamus ergo quibus mi-
noribus ſuccurratur, & in quibus, & quando, & qualiter.
1 † Minores autem dicuntur qui nondum compleuerunt xxv.
annum, facta computatione de momẽto ad momentum. Vnde
non ſufficit tetigiſſe vltimum diem: ſed oportet peruenire ad
idem momentum: vt tamen ſi in biſſexto natus eſt, duo dies
computentur pro vno. Nam poſterior dies calendarum in-
tercalatur, id eſt de medio eximitur, vel non computatur pro
die: vt ff. eod. l. iij. §. minorem. & ff. de verb. ſig. l. cum biſſextus.
2 † Et fit iſte biſſextus in ſingulis quadriennus: habet enim
vnuſquiſque annus ccclxv. dies. & vj. horas. Vnde quatuor
annis elapſis, & ſex illæ horæ quater acceptæ faciunt xxiiij.
horas & ita diem vnam integram. Et eſt hic biſſextus ſemper
in februario vj. die ante calendas Martij. Inde etiam dicitur
biſſextus, quia bis dicimus, Sexto cal. Martij & in priore &
3 poſteriore die. † Ideo autem fit computatio de momento
b ad [b] momentum: quia fauor minoris ætatis * prorogandus eſt.
* hoc enim expedit minori cui fauet lex: aliàs autem, vbi non
expedit ei, cui fauet lex, computationem fieri de momento ad
momentum, ſatis eſt ſi perueniatur ad vltimum diem: vt in
vſucapione triennij & decennij, & vicennij, quæ fauore poſ-
ſidentium ſunt inductæ propter titulum & bonam fidem: vt
ff. de vſucap. l. in vſucapionibus. Secus in præſcriptione. xxx.
an. & præſcriptionibus perſonalium actionum, quæ tantùm
odio non petentium ſunt inductæ: & quia odia reſtringenda
ſunt: nec eſt fauorabilis præſcribentis perſona, fit computatio
de momento ad momentum: vt ff. de actionib. & obliga. l. in
4 omnibus. & de liberis & poſthu. l. cùm quidam. † Item quod
dictum eſt in vſucapionibus, ſeruatur cùm tractatur de liber-
tate præſtanda à maiore viginti ann. & de teſtamento confi-
ciendo à maiore quatuordecim annis: quibus libertatibus &
teſtamentis fauent iura: vt ff. de manumiſ. l. j. & de teſta. l. qua
ætate. Sed & in caſu quod eſt notabile nedum vltimam diem
ſufficit attigiſſe, ſed etiam vltimum annum præſtituti temporis
à patre: vt ff. ad Trebellianum. l. qui filium. Nam fauetur filiis
in hæreditate paterna vendicãda: quia eſt eius iure naturæ de-
bita: vt j. de codicil. l. vlt. Ad ſupplendam autem ætatem mi-
noris non computantur ſinguli liberi, pro ſingulis annis: niſi
tractetur de honoribus minoribus conferẽdis: ſed nec decretũ
præſidis cõcedens minori omnia agere, ac ſi eſſet maior valet:
quia cùm contra legem fit per ambitionem præſumitur impe-
tratum. Imperator tamen hoc cõcedere poteſt maſculis maio-
ribus viginti annis: fœminis autem maioribus xviij. vt ff. eod.
l. j. §. vlt. & l. ij. & j. de his qui veniam ætatis impe. l. omnes. ſed
tamen quantum ad immobilia alienanda, non prodeſt ætatis
venia: vt j. de his qui veniam ætat. imp. l. eos qui veniam. Item
ſuccurritur minoribus ſi tamen liberi ſint: ſerui enim nunquã
reſtituuntur: ſed nec domini ex eorũ perſona. Si tamen is ſer-
uus fuit cui fideicommiſſaria libertas debebatur, & antequam
peteret eam ſibi præſtari, in rem mora fieret ei, vel non adiuit
hæreditatem ſibi delatam, vel conditionem hæreditatis non
impleuit, impetrabit ſe manumitti ab hærede, vel à matre: &
reſtituetur ad hæreditatẽ amiſſam: vt ff. eo. l. iij. §. vlt. & l. iiij. &
v. ſed illud nõ diſtinguitur in minore, ſi ſit paterfa. an filiusfa.
Si ergo filiusfamil. conueniatur, reſtituitur: ſiue patre iubente
cõtraxerit, ſiue non: ſi tamẽ facilitas. poteſt ei imputari, quod non
bene contraxerit: vt ſi pater iuſſit vendere, non taxato pretio,
& ipſe modico diſtraxit: in quo caſu loquitur. ff. de mino. l. cũ
mandato. §. ſed ſi in euẽtu. Si verò pater ei taxauit pretium, &
ipſe eo diſtraxit: & poſtea velit reſtitui quaſi deceptus ſit in
pretio, non audietur: ac ſi mãdato extranei feciſſet: quia ſi ma-
iori potius quàm minori ſubueniretur: ſed ſi ex euentu dam-
num ſit minor paſſurus: quia quod præſtiterit ſeruare à man-
datore non poteſt: quia is non erit ſoluẽdo, ſine dubio prætor
interueniet: ſed in mutua cauſa ſpeciale eſt: vt ſi eam accipiat
patre iubente, non reſtituatur in integrum: vt enim eſt vnum
ſpeciale pro patre, ſi mutuum det creditor filiofam. ſine patris
conſenſu: quia remouetur exceptione ſi agat contra patrem,
vel filium: ita eſt aliud ſpeciale pro creditore, ſi mutuet patre
volente: vt denegetur filio ſi conueniatur, in integrum reſtitu.
5 † Item reſtituitur minor, ſi ipſe decipiatur, vel eius tutor, vel
curator: vt j. ſi tutor, vel cura. in l. etiã. Secus ſi decipiatur pro-
curator eius: niſi procurator non ſit ſoluendo: vt ff. eod. l. cum
mandato. magis enim fuit ſubueniendum tutori, quia gerit ex
neceſſitate, quàm procuratori qui gerit ex voluntate. Nam &
hic expedit alicui vt primùm alius conueniatur vel conueniri
6 poſſit. † Item ſuccurritur minoribus, etiam ſi negotiis alie-
nis ſe miſcuerit ſine mandato, vel neceſſario habet domino ne-
gotij cedere beneficium reſtitutionis: vt ff. e. l. quòd ſi minor.
7 † Item iuuatur minor ſi decipiatur ſui facilitate, vel aduerſa-
rij calliditate. ſi enim iure communi eſt vſus, non iuuatur: vt j.
eodẽ. l. vltima. Nam ſi ſeruum neceſſarium comparauit, & is
deceſſit, non reſtituitur: quia euentus damni nõ indiget reſti-
tutione: ſed incõſulta facilitas. Idemq́; & ſi adiuit hæreditatẽ,
in qua res erant multæ mortales: nec enim reſtituitur minor
propter interitũ rerum. In hoc porrò ſubueniri poſſet minori,
quòd interitum non proſpexit poſſe euenire: vt ff. eodem. l.
verum. §. ſciendum. & §. ſi locupleti. Hoc autem debet proba-
re minor, ſcilicet ſe deceptum eſſe. Vnde & ſi adeò induſtrius
erat, vt non ſit veriſimile eum lapſum per ætatem, non ſuccur-
ritur ei: vt j. qui & aduerſus quos. l. j. Nec enim hoc ipſo quod mi
nor eſt ſtatim, circumſcriptum ſe docuit: vt j. eodem. l. minori-
bus. & ff. de iureiu. l. nam poſteà. §. ſi minor. niſi in mutuo pro-
pter fœneratoris odium, vt j. ſi aduerſ. credit. l. j. Quandoque
c autem & ſi decipiatur [c] minor, non reſtituitur: vt ſi mero iure
eſt tutus, ipſo iure non valente, quod factum eſt: vt ſi cõtraxe-
rit pupillus ſine tutoris authoritate. vel ſi dolus alterius dedit
contractui cauſam: vel ſi ſocietatem cõtraxit donationis cau-
8 ſa. † Idemq́; fortè eſt (licet quidam dicant contrà) & ſi teneat
contractus mero iure. ſed minor actione iure communi indul
ta iuuari poteſt: vt ſi cautionem expoſuit indebitam, vel dolo
inductus eſt. vt minori pretio venderet: habet enim cõdictio-
nem ſine cauſa, vel actionem ex vendito: vt ff. eodem. l. in cau-
ſæ primo reſp. & §. j. & ij. Nec obſtat quod legitur j. ſi aduer.
fiſcum. l. j. quia ibi re ipſa erat deceptus, nõ ex propoſito con-
trahentis: vnde deſtituitur iure actionis, niſi decipiatur vltra
dimi

dimidiam iuſti pretij. vt ff. eodem. l. in cauſæ. §. penulti. Item
nec obſt. quod legitur. ff. eodem. l. Æmilius. quia ibi quidem
prorogatum fuerat tempus legis commiſſoriæ, & venditor
poſt tempus petit pretium: vnde & hæredi emptoris de iure
communi videretur danda actio ex empto: vt ff. de lege com-
miſſ. l. penultima & antepenultima Sed dico, quòd ibi in pro-
rogatione fuit certum definitum tẽpus: illud quoq; fuit ela-
pſum. vnde illo finito vẽditor de iure cõmuni legem exercere
poteſt: vt poterat prius: vt ff. de verborum. obligatio. l. cùm ſti-
pularis. Sed hæres emptoris, quaſi cum eo videatur contra-
ctum, hoc ipſo, quòd prorogatio facta eſt ei, in integrum re-
ſtitui poteſt. Porrò hoc non impedit reſtitutionẽ: quia minor
de communi iure contra alium habet actionem, puta cõtra tu-
torem: ſed non habet contra eum contra quem reſtitui vult: vt
j. ſi tutor, vel curator interue. l. etiam. & l. etiam tutoribus.
9 † Subuenitur autem minoribus in his quæ geſta ſunt cum eis.
Secus in his, quæ geſta ſunt cũ prædeceſſoribus eorum maio-
ribus xxv. an. licet tempus ſoluẽdi inciderit in tempus mino-
ris. vt ff. eo. l. Æmilius, quæ verba largiſsimè ſunt intelligẽda:
vt ff. eo. l. vlt. & poteſt hoc notari in l. commiſſoria, & diſtra-
ctione pignorum, & reſciſſione tranſactionum, & venditione
bonorum, quæ fit non ſoluẽte pupillo debita patris: & in com-
miſſione pœnarum: vt ff. eodem. l. Æmilius. & j. de his quib.
vt indig. l. Polla. & ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eatur. l. apud. &
de naut. fœno. l. vltima. Idẽmque dicitur in fiſco: vt ff. de iure
fiſc. & l. fiſcus. Sed in lege commiſſoria poteſt minori, vt ait
Paul. ſubueniri, ſi venditor poſt tempus petiit à minore pre-
tium prorogando tempus, puta, vſque ad menſem, nec minor
ſoluit, reſtitueretur quaſi cum eo geſtum ſit: ſed vſq; ad men-
ſem communi iure poteſt admitti. ff. de lege. commi. l. penul. &
antepenult. §. vltimo. Imperator tamen reſtituit minorem in
contractu legis commiſſoriæ, tum quia diſplicuit ei lex com-
miſſoria, tum quia tutores vt ſuſpecti erant remoti. Ego autẽ
adhærebo ſententiæ Pauli, & Iuſtiniani: vt C. de vet. iur. enu-
clean. l. prima. §. ſed neq; ibi, omnia enim noſtra, &c. id eſt, vt
non reſtituatur minor, tuſi propter prorogationem ſibi fa-
ctam, vt dixi. Et licet non iuſta ratione fuerit motus: bene ta-
men pronuntiauit: quia locutus eſt in caſu, quando erat facta
prorogatio. Nec enim in venditionibus lex commiſſoria eſt
improbata, ſed in pignoribus. Item quid ad thumbum ſi ſint
tutores ſuſpecti, vel non? Pro imperatore tamen eſt argu. j. de
verborum obligatio. l. cùm filius. §. in hac. quæ verba largiſsi-
mè ſunt intelligenda: vt ff. eodem. l. ait. propriè tamen referun
tur ad eas obligationes quæ ſine verbis contrahuntur: vt ff.
10 de verb. ſigni. l. Labeo. † In contractibus ergo, & quaſi con-
tractibus, in delictis, & quaſi delictis ſubuenitur minoribus:
ſuper quibus multæ ſpeciales rubricæ infra ponũtur. Etenim
ſpecialium rubricarum proſequi tractatum ad præſens non
expedit: nam opportunius ſingulis locis quæque tradentur.
quod ergo tenor illarum rubricarum non continet, breuiter
11 præſenti annectamus ſummulæ. † Sciendum eſt igitur mi-
d norem [d] iuuari in allegationibus omiſsis *, dum ea quæ ſunt
• pro cauſa non allegat: vel allegata pro cauſa non probat: vel
ſe proditum ab aduocatis queritur vt ff. eod. l. minor autem.
§. primo. & l. minor annis vigintiquinque miſſam, & licet
pro præuaricatione daretur etiam maiori reſtitutio: vt ſuprà,
de aduoca. diuerſorum iudic. l. prima. & minor reſtituitur ra-
tione ætatis, quia vtrinque ſpeciale eſt auxilium: nec vnum
excludit alterum. Sed ſi confiteatur in iure contra ſe, reſti-
tuitur adultus, ſi non habeat curatorem: alioquin idem eſt
quod in pupillo, id eſt, vt ipſo iure conſeruetur illæſus: vt ff. de
confeſsis. l. certum. §. penultimo. Sed & ſi maluit negare, quod
in iudicium debuit confiteri, ſimiliter reſtituitur: vt ff. eodem. l. ſi
ex cauſa. §. nunc. Sed vbi extra iudicium confitetur ſe maio-
rem, cùm non ſit, locum habet illa rubrica. ſi minor ſe maio.
12 dixerit. † Item ſi deceptus eſt in eo quòd paſſus eſt ſe arro-
gari ab homine paupere. vel non idoneo, reſtituitur: ſecus ſi
minor, maior iam xx. an. patiatur ſe venundari ad pretiũ par-
ticipandum: tunc enim quia fit ſeruus, nõ reſtituitur, ſed arro
gatus remanet liber: vt ff. de eo. deniq;. §. ſi quis. & l. ſi ex cauſa.
§. Pomponius. Iſti autẽ facto ſeruo, nec ſuo ætas: nec patris ſui
poteſtas, nec vxoris vinculũ (vt puto) valet patrocinari. Nec
obſtat quod legitur ff. de li. cau. l. j. & ij. & iij. quia ibi non erat
factus ſeruus, ſed vendicanti eum in ſeruum nolebat reſiſtere.
Item reſtituitur in optione, ſi cùm poſſet eligere rem melio-
rem, eligit deteriorem. Idẽm quę eſt ſi repudiauit legatum ſibi
relictum. Item in licitatione, vt adhuc offerenti amplius quàm
fecerit primus poſsit rem ſuam vendere, & in adiectione in
diem, ſi amplius debuit offerre ne adiectione alterius auoca-
retur ab eo res, vt ff. eodem, l. ait prætor. §. hodie. & ſi ſine. §.
quæſitũ. & l. ſi in emptione. Item iuuatur in ſeparatione bo-
norum minor neceſſarius hæres, qui quæſita bona poſt liber-
tatem immiſcuit bonis domini ſui. Si autem non eſſent immi-
ſta iure ſuo, ſibi ſeruarentur: vt ff. eodem, l. ait. §. non ſolùm. &
inſtit. de hæred. quali. & diff. j. reſp. Item reſtituitur minor in
cõpromiſsione, ſi ei expedit nunquam cõpromiſiſſe: vt ff. eo-
dem. l. ſi minor. §. minores. Item in acceptilatione, & in noua-
tione, ſi ſine cauſa accepto tulit debitori, vel ab idoneo debi-
tore ad inopem nouauit: vt ff. eodem, l. patri. §. penultimo. Et
generaliter dico reſtitui minores, propter ſuæ facilitatem, vel
aduerſarij calliditatem, vel ratione eorum quæ amiſerunt, vel
ratione eorum quæ non acquiſierũt, vel eo quod oneri ſe im-
plicuerunt: vt ff. eod. l. quòd ſi minor. §. non ſemper. & l. non
omnia. pro omni tamen re non datur reſtitutio. ſi maiori rei,
vel ſummæ præiudicet: vt ff. de in integ. reſtitu. l. ſcio. Secus di-
co in re modica, & quę modica vel minima ſit, iudicis arbitrio
relinquitur. arg. ff. de iure deliber. l. j. §. vltimo. Quãdoque ta-
men vt detur reſtitutio, neceſſe eſt grãde damnum pati mino-
rem, ſcilicet in rebus quæ fortuitis caſibus ſubiectę ſunt, ſi eas
diſtrahat minor, & in rebus ex cauſa iudicati captis, & vẽdi-
tis quas vult reuocare minor: vt ff. eo. & ſi ſine. §. quęſitũ. & l. ſi
13 ex cauſa. † Sunt & alię cauſę in quibus nõ reſtituitur minor,
vel ratione doli ſui, vel mẽdacij, vel ſacramenti ſui corporalis,
vel priuilegio libertatis, vel priuilegio parẽtis, vel patroni cõ-
tra quem vult reſtitui, vel quia ſemel denegata eſt reſtitutio,
de quibus quia ſpeciales rubricę j. ſupponũtur, ſcilicet Si ad-
uerſus delictum, & Si minor ſe maio. dixe. & Si aduerſus vẽdi-
tionem, & Si aduerſus lib. & Qui & aduerſus quos, & Si ſæ-
pius in integrum reſtitutio. ad pręſens omitto. In aliis autem
reſtituitur minor, de his quę geſta ſunt in minori ętate: non de
his quę poſteà. Sed vbi impetrauit minor veniam, reſtituitur
14 de his quę geſta ſunt ante veniam. vt ſuprà dictum eſt. † Item
illud certum eſt, quòd minori facto maiori obſtat ratihabitio
ſua expreſſa eorum quę geſsit minor: vel tacita, vt ſi maior fa-
ctus patiatur labi quadriennium, intra quod non petat reſti-
tutionem: vt infrà, ſi ma. fac. ratum habue. l. j. & ij. & de tẽpo-
15 ribus reſtitutionũ. l. ſuperuacuam. † Reſtitutionem [e] autem
e poſtulat minor, vel eius tutor, vel curator, vel procurator ſpe
cialis, vel ſi dubitetur de ſpeciali mandato, ſatiſdabitur ratam
rem dominum habiturum: & pro reſtitutione non competit
minori actio, ſed iudicis imploratur officium: vt ff. eodem, l.
quòd ſi minor. §. vlt. & l. illud. §. primo. & l. quòd ſi de ſpecia-
li, ſcilicet contra eum eum quo contraxit: non contra eum ad
quem res peruenit, niſi ille ſciat rem ita geſtã: vel niſi ille cum
quo cõtraxit minor, non ſit ſoluendo: in his caſibus cognitio-
ne prętoria res auocabitur à poſſidẽte, & reſtituetur minori:
& ſic reſciſſa alienatione dabitur vtilis in rem actio: vt ff. eo. l. in
cauſę. §. vlti. & l. planè. & l. ſed vbi. & euocari debet pars alte-
ra contra quam minor agit, alioquin ipſo iure non tenet re-
ſtitutio: vt ff. eodem. l. verum. §. ſciendum. & l. in cauſę. j. §. cau-
ſa. & l. etiam. §. vltimo. Nam negotiorum merita, partium aſ-
ſertione panduntur: vt j. ſi per vim, vel alio modo. l. vltima. Si
autem pars vocata intra tres menſes non appareat minor, ni-
hilominus reſtituitur: vt in authen. de ſponſ. larg. §. ad hęc.
☞ Quandoque tamen (quod eſt notabile) ita reſtituitur minor
deceptus à ſeruo, vel filiofamil. vt teneatur dominus vel pater
de eo quod ad ſe peruenit. Pro eo autem quod nõ peruenit ad
dominum, ipſe dominus vel ſatiſfaciet de ſuo, vel ſeruũ noxę
debet, vel dabit eum caſtigandum verberibus. Filius autẽ no-
mine ſuo cõdemnabitur: vt ff. eo. l. quòd ſi minor. §. ſi ſeruus. &
ſic liberabitur dominus ſola caſtigatione ſerui: vt ff. de his qui
deiec. vel effud. l. §. j. cùm ſeruus. & de iniur. l. ſed ſi vnius. §. cũ
16 ſeruus. & de iur. om. iudi. l. ſi quis. §. in ſeruos. † Eſt & aliud no
tabile: quia dolum adhibente ſeruo in contractu tenetur do-

minus,aliàs de peculio etiam pro eo quod non peruenit ad
ſe. Si autem adhibeat extra contractū tenetur nox aliter: vt ff.
de dolo.l.ſi oleum.§. pen.ſic & econtrario actio ex contractu
quandoque datur noxaliter:vt ff.ſi menſor fal.mo.di.l.ſi duo-
17 bus.§.vlt. † vbi autem f,& apud quem,& intra quę tempora
f minores vel eorum hæredes petent reſtitutionem, hic nō dico:
18 quia ſpeciales de his j.ſubijciuntur tituli. † Sed illud noto,quòd
vbicunque reſtituitur minor, & eius aduerſarius etiam maior
reſtituitur,in eodem tantū capitulo,non in alio:vt ff.e.l.quòd
ſi minor.§. reſtitutio. & l.patri.§.j. & l.etiam.§.j. de quo ple-
nius dicemus j.de repe. Item aliud noto quòd licet minor im-
petrauit ſe reſtitui.nec poſtea velit vti illo beneficio, poteſt ei
renuntiare quod fauore ſuo fuerat indultū: vt ff.eo.l.ſi iudex.

ANNOTATIONES.

a De reſtitutionibus. Pro ornamento huius tituli aduerte ad vnum, ſcilicet, an reſtitutio in integrum, quæ datur minori ratione ætatis hic in pluribus caſibus hic enumeratis per dom. Azo.ceſſet ſi minori aliud remedium competat,vide acutiſſimè per dom.Bart.Soz.in conſil. clxxvii.

b De momento. Adde gloſſ. Bart.& doct.in l.tertia.§. minorem. in ver. momentum ff.de minor.Bald.in l.cos.§.ſin autem. C.de app.&c.Alex. in l.huiuſmodi.circa princ. ff.de verbor.obligatio. & in conſil. lxxv. in ſecundo volum. ibi habes totam materiam.

c Decipiatur. Adde vnum caſum in quo minor non reſtituitur: quia inducatur ad religionem per dolum, quia non decipitur ſed animæ ſuæ magis conſulitur.c.ſicut.vigeſimaſeptima.quæſt.in.prima.in capit. ex parte ſecunda.& in cap.dudum.de conuerſ. coniug.

d Minorem. Adde tamen, quòd reſtitutio conceſſa minori, non nocet tertio,cui fuit ius quæſitum: vt probatur in l.ordine. ff de muneri. & hono.& vide pulchrè per do.Marianum in conſ.xxxi.ver.nec obſtat.

e Reſtitutionem. Vide ad hoc Specu.in tit.de reſtitut.in integ.§.ſecundo.per to.Bart.& docto.in l.nam & poſtea.§.ſi minor. ff.de iureiur. Et adde etiam quòd reſtitutionis beneficio renunciari non poteſt: vt tenet no.dom.Alexand.poſt Bart.copioſe in l.doli.ff.de noua.doct.in l. ſi intra.C.eod.tit.vbi de hoc late.

f Vbi autem. Vide Ange.Aret.in §.ſi quis agent.ver.in gl.Inſtit.de actio.

* Minoris ætatis. Reſtitutio in integrum eſt prioris ſtatus, vel iuris redintegratio.Solent autem eo beneficio ſubueniri minores xxv.an. Maioribus quoque ſubuenitur quandoque ex iuſta, & legitima cauſa. ff.ex quib.cauſ.maio.per totum.& extrà eod.cap. ex literis. Martinus.
Minores autem xxv.annis accipiendos rectè putat Martinus,eos, qui vigeſimum quintum annum nondum cōpleuerunt, computatione facta de momento ad momentum: quia non ſufficit attigiſſe vltimum diem: vt quis ab hoc auxilio excludatur, ſed oportet vltimū momentum pertranſiſſe.ff.eod. tit. l.tertia.§.minorem. Sed & ſi minoris tutor,curatórve deceptus ſit ille reſtituendus venit. C.ſi tutor, vel curator interuenerit.

* Omiſsis.Minoribus ſubueniēdum eiuſmodi beneficio ſi quid eorum: quę ad cauſæ inſtructionem pertinent,omiſerint extrà.eo.tit.auditis. Generaliter dicendum minoribus ſubueniēdum quicquid omiſerint, ſiue in lucro,ſiue in damno.ff.de min.l.ait Prætor. §. ſi.& l.non omnis. Similiter propter nouas defenſiones nunc apparentes, argu.l.ſiu. C.ſi repet.in integ.reſtitut.poſtu. Sed & qualitercunque minor in iudiciis captatus,reſtituitur, ſiue agat, ſiue conueniatur.ff.eod.l.ait Prætor. §. ſed & in iudiciis. Succurritur etiam eccleſiis, quæ minoris iure cenſentur.cap.primo. extrà eo.ea enim iure minoris debet illæſa ſeruari. Sed & quandocunque reſtituitur ſine temporis præfinitione capit. extrà de reſtitut.Martinus.

De filiofamilias minore. *Rubrica.*

1 *Minor filiusfa.an ſit reſtituendus aduerſus læſionem.*
2 *Filiofa.fideiubenti pro alio quo caſu denegetur reſtitutio.*
3 *Intellectus ad l.cum mandato.§.ſed ſi ex euentu.ff. de minorib.*
4 *Pater an,& quando reſtituatur conuentus nomine filij.*
5 *Filiofa conuento nomine ſuo ex delicto nolente reſtitui, pater eo inuito poteſt reſtitutionem impetrare.*
6 *Filiusfa.minor:is qui mutuam pecuniam à minore accepit, non iuuari exceptione Macedoniani:licet mulieri intercedenti apud minorem non denegetur exceptio Velleiani.*

1 DE MINORE in genere dictum eſt,† nunc autem ſpecialiter ponit de minore filiofamil. quem
non eſſe reſtituendum videbatur:quia per hoc eius
patri maiori ſubuenietur, quod non fuit prætoris
propoſitum:ſed tamen contrarium eſt. Nam non ſolum pa-
tris,ſed & filij videtur intereſſe, cùm & filius ex cōtractu ſuo,
dum eſt in poteſtate inſolidum conueniatur,vel factus ſui iu-
ris conueniatur in quantum facere poteſt: ſed & filij intereſt,
quia & ſi patris bona propter debita puta fiſco occupantur,
peculium eius ſeparatur ex conſtitutione Claudij. Si ergo fi-
lius conueniatur, poſtulat auxilium ſiue patre iubente con-
traxit,ſiue non. Excipitur mutuum,quòd ſi patre iubente ac-
cipiat, non iuuatur:vt ſ.titu.prox.diximus plenè. Nec diſtin-
guo vt Plac. contraxerit filius principaliter, an fideiubendo.
2 ſubuenitur enim ei vtrobique: ex ſequenti † tamen cauſa po-
teſt filiofa.denegari reſtitutio, hoc eſt, ſi ei pro quo interceſ-
ſit,extitit hæres:tunc enim, cùm ſuo nomine non alieno con-
ueniri videatur, non reſtituitur pro ea parte qua ſucceſſit:vt
ff.de ſol.l. Stichum.§.aditio.& j.eo.l.j.& eſt hoc, cum inter-
ceſsit principaliter alienam obligationem in ſe transferendo.
Nam ſi participaſſet alienam obligationem.illa ipſo iure ex-
tingueretur aditione facta: vt ff. de fideiuſ.l generaliter.& l.
hæres. §. ſeruo. Superfluum ergo eſſet tractare de medicina
reſtitutionis,cùm obligatio ipſo iure ſit ſublata. Sed nec di-
ſtinguo, vt Placen. intercesserit pro patre, an pro extraneo.
Nam ſi pro patre, etiam ſi in modica parte ſucceſsit, pro ea
parte non reſtituetur:vt j.eo.l.Nec obſt.quod legitur.ff.quòd
cum eod.l.j.& iij.quia ibi non conueniebatur vt patris hæ-
res, imò ſuo nomine:quod hic non eſt. Porrò antequàm exi-
ſtat hæres patri, vel extraneo, reſtituitur etiam ſi ſoluendo ſit
ille pro quo interceſsit: quia intereſt minoris potius non ſo-
3 luere,quàm ſolutum repetere:vt ff.de compen.l.ideo. † Licet
Plac.dixerit contrà.argumen.ff.eo.l.cum mandato.§.ſed ſi ex
euentu.§.ſi autem ipſe.quia ibi in vno caſu principaliter,con-
traxerat minor in re maioris. Vnde ne ſubueniatur maiori
per minorem,in ſubſidium ſubuenitur minori,id eſt,ſi non ſit
ſoluendo dominus, cuius fuit procurator. Hic autem minor
ſecundariò interceſsit: vnde quia hoc ipſo deceptus eſt, reſti-
tuitur. Item ibi in altero caſu non contraxit minor, ſed pro-
4 curator eius:vnde ipſe in ſubſidium reſtituitur.Si autem † pa-
ter conueniatur ex contractu filij, ſi quidem nomine ſuo,ſci-
licet de peculio,vel de in rem verſo,vel quod iuſſu,nunquam
eſt reſtituendus.Si verò conueniatur nomine filij velut legi-
timus adminiſtrator. vel conueniatur filius patre authore in
aduentitiis,pater etiam inuito filio,implorabit reſtitutionem:
vt ff.de mino.l.iij.§.ſed verum. & l.patri pro filio. & j.de bo.
quæ lib.l.vlti.& de bonis mat.l.j. Sed & mortuo filio ſi pater
quaſi hæres conueniatur, ex eius perſona reſtituetur: vt ff.de
5 mino.l.iij.§.Pomponius. † Poteſt & illud dici,quòd ſi filius
conueniatur nomine ſuo ex delicto, culpa commiſſa,nec ve-
lit reſtitui vt pater, eo damnato, de peculio teneatur: pater
etiam inuito filio reſtitutionem implorabit. Et ita poteſt in-
telligi illa l.patri pro filio. vt j.ſi aduer.delict.l.j.& ff.de pe-
culio.l.licet.§.idem ſcribit,iudicati. Quod autem ibi dicitur,
qui de peculio tenetur:expone, id eſt teneri poteſt. Si autem
non conueniatur filia,vel pater,imò ſi filiafamiliâs velit age-
re,& petat reſtitutionem in eo quòd patri poſt datam dotem
ex interuallo conſenſit, vt ſtipularetur dotem ſibi ſoli reddi,
eſt quidem reſtituenda contra maritum,licet fortè contra pa-
trem non poteſt:vt ff.eod.l.iij §.ſed verum. & j.qui & aduerſ.
quos l.vlti. Idem eſt ſi filiusfamiliâs patri conſenſerit remit-
tenti legatum poſt mortem patris ei relictum. Vel dic etiam
hodie in vita patris relictum,quia aduētitia hodie acquirun-
6 tur filiisfamil.vt ff.eo.l.iij.§.ſi quid. † Porrò illud noto,quòd
ſi filiusfami.minor à minore acceperit mutuum,fauore ætatis
creditoris,denegatur debitori filiofamil. Macedoniani exce-
ptio: ſed mulieri intercedenti apud minorem non denegatur
Velleiani exceptio:vt ff.eo.l. verum.§.vlti.& l.ſi apud.

De fideiuſſoribus minorum. *Rubrica.*

1 *Minoris reſtitutio an,& quādo fideiuſſoribus proſit.& nu.3.*
2 *Minor reſtitutus contra principalem creditorem debet etiam reſtitutionem implorare contra fideiuſſorem.*
4 *Fideiuſſoris minoris prodeſſe reſtitutionem ipſius minoris,vbi vtreque reſtituto creditor habet regreſſum contra alium.*
5 *Minorem ad defendendum ſine mandato non admitti.*

QVIA non ſolùm minores,ſed etiā maiores gra-
tia minorum,id eſt,eorum fideiuſſores reſtituun-
tur,ideo de eis,id eſt,fideiuſſoribus minorum vi-
1 deamus. † Sciendum eſt autem quòd vbi minor
ſui

ſui facilitate decipitur, & ideo reſtitui poteſt, fideiuſſori non
2 ſuccurritur, ſiue reſtituatur minor, ſiue non. † Si tamen reſti-
tuatur minor contra eum cui tenetur, nihilominus & contra
fideiuſſorem reſtitutionem debet impetrare, alioquin neceſſe
habebit ei ſatisfacere. Quod dixi in fideiuſſore, & in manda-
tore, & in conſtitutore, & quolibet qui pro minore interue-
nit, eſt intelligendum: vt j. eod. l. j. & ff. de mino. l. in cauſæ. Et
per hoc patet reſtitutionem ipſo iure non pertinere ad prin-
cipalem obligationem, ſed perſonalem exceptionem inducere-
re: vt ff. de except. l. exceptiones. Alioquin extincta principali
obligatione ipſo iure impoſsibile eſſet durare acceſſoriam: vt
3 ff. de reg. iur. l. cũ principalis. † Si autem minor decipitur ad-
uerſarij dolo dante cauſam contractui, maior quidem ageret
de dolo, minor autem reſtitui poteſt: & ideo denegatur ei
actio de dolo: & ſi reſtituatur minor nihilominus & fideiuſ-
ſor iuuatur: vt ei ſua, non minoris proficiat reſtitutio: vt j. eo.
l. ij. & ff. de except. l. exceptiones. §. rei autem. imò & ſi minor
non curet reſtitui, fideiuſſor iuuabitur: vt ff. de bon. poſſ. con-
tra tabul. l. ſi poſt mortem. §. vlt. Si verò de dolo alterius inci-
denti, non qui dedit cauſam cõtractui decipiatur minor: quia
de iure communi actione ex eo cõtractu poteſt agere minor,
a vt diximus ſ. de dol. dixerunt quidam [a] minorem non eſſe re-
ſtituendum. Alij contrà: quia minor non mero iure ſed iure
4 actionis eſt tutus: vt ff. de minor. l. in cauſæ. §. ij. † Et habent
hæc omnia locum, cùm minor & fideiuſſor tenentur ei, qui eis
reſtitutis contra alium non habet regreſſum: vt quia cum mi-
nore principaliter contraxit: vbi autem ille contra quem re-
ſtituitur minor, habet contra alium principaliter obligatum
regreſſum, fideiuſſori indiſtinctè ſuccurritur: vt ecce, minor
adiuit hæreditatem, & creditori hæreditario dedit fideiuſſorẽ:
deinde reſtituitur, vt abſtineat: fideiuſſori eius indiſtinctè ſuc-
curritur contra creditorem: quia creditori in alium hæredem,
vel ipſam hæreditatem eſt regreſſus: vt ff. de admini. tut. l. ij. &
de acquir. hære. l. ſi pupillus. Idémq; & ſi minor alium defen-
dere volens, dat fideiuſſorem actori de iudicato ſoluẽdo. Nam
& in eum qui defendebatur, erat actori regreſſus: & ideo fide-
iuſſoribus indiſtinctè ſuccurretur. Et ideo dicitur non eſſe
5 admittendum † minorem, vt defendat ſine mandato: quia non
eſt idoneus defenſor: vt ff. de procur. l. ſi minor. Et ridiculum
eſt dicere quod ait Pla. ibi dolo fuit minor inductus vt defen-
deret: imò nec defendit: & quærebatur an reciperetur ad de-
fendendum: & ita nec de facto ſtare poteſt illa reſponſio. Nec
dico vt ipſe, aliud in contractibus quàm in iudiciis: vt j tit. j. l.
ij. vel quod fideiuſſor crederet minorem eſſe maiorem, quia
hoc diuinare eſt. Item & ſi hoc eſſet, quare ſubueniretur fide-
iuſſori in necem creditoris: vt ff. de mino. l. in cauſæ

ANNOTATIO.

a Quidam. Vide Felin. in capit. ſignificauit. quarto notab. de teſti. & in cap. paſtoralis. ver. dum firmat Abbas. de exceptio.

Si tutor vel curator interuenerit. *Rubrica.*

1 *Minor læſus tutore vel curatore interueniente in iudicio vel extra, reſtitui poteſt. & num. 3.*
2 *Minori læſo ex eo, quòd inſtantia iudicij periit triennio, quomodo ſuccurratur.*
4 *Minori contrahenti ſine tutore, vel curatore, quomodo ſubueniatur.*
Minori quomodo ſuccurratur, vbi procurator eius contraxit.

CREDERET aliquis minorẽ non eſſe reſtitu-
a endum [a], vbi contraxit tutore vel curatore au-
1 thore: ſed † tamen contrarium eſt, & in his quæ
geſta ſunt in iudiciis, & in his quæ geſta ſunt ex-
trà: vt j. eodem. l. ſecunda ſed hoc in iudiciis admitte, ſi minor
2 definitiua lædatur ſententia. Nam † ſi lædatur in eo quòd in-
ſtantia iudicij periit triennio, primùm tutores vel curatores
debet conuenire: & ſi non ſint ſoluendo reſtituetur in inte-
grum: vt infrà de iudiciis. l. properandum. §. vltimo. aliâs au-
tem electionem habet minor vtrum reſtituatur: an perſonali
actione agat contra tutores vel curatores ſuos: vt ff. de minor.
l. etiam. §. primo. Idémque & ſi tutor vel curator contraxit in
re pupilli, vel adulti ſolus, id eſt, etiam ſine minore: vt j. eod.
3 l. tertia, & vltima. † Hæc autem fallunt in caſibus, hoc eſt,
quando ſoluuntur penſiones, vel vſuræ, non excedentes metas
biennales, & ſummam centum ſolidorum: vt infrà de admini.
tuto. l. ſancimus. & l. conſtitutiones. Idémque & ſi reſtituatur
eis hæreditas ex Trebelliano: vt infrà ad Trebellianum. l. pe-
nultima. In his enim caſibus ſola tutoris, vel curatoris autho-
ritas pleniſsimam præſtat ſecuritatem ſoluenti, vt nec reſtitu-
4 tio iam poſsit habere locum. Si autem † minor contraxerit
ſolus ſine tutore, vel curatore ſi quidem eſt pupillus, ipſo iure
non obligatur ſine tutore, vt diximus ſ. de pact. §. pactorum.
& plenè notatur j. de autho. præſt in. §. effectus. Si autem eſt
adultus, obligatur quidem: ſed tamen reſtituitur: vt ſ. de in in-
teg. reſtit. mino. l. ſi curatorem. & j. eod. l. ſ. non in iudiciis in
quibus ipſo iure non præiudicatur minori ſine curatore: vt j.
ſi aduerſus rem iudicatam. l. vltima. ff. de re iudic. l. acta. §.
contra pupillum. † item illud præter hæc notandum eſt, quod
procuratore minoris contrahente, minor ſupradictam non
habet electionem: imò primùm debet conuenire procurato-
rem, quàm petere reſtitutionem in integrum. & ff. de mino.
l. cum mandato. plures enim his qui gerunt ex neceſsitate,
quam his qui gerunt ex voluntate tribuendum eſt, vt dixi ſ.
de in integr. reſtit. minorum. §. item reſtituitur.

ANNOTATIO.

a Reſtituendum. Vide Bart. in l. etiam, infrà eodem titulo. & vide late Panormit. conſil. lxxvii. in ſecundo dubio. volumi. ſecundo.

Si in communi eadémque cauſa reſtitutio in integrum poſtuletur. *Rubrica.*

1 *Minoris reſtitutio an, & quando proſit alteri ratione communionis vel ſocietatis.*
2 *Sententia lata pro vno, aut reſcriptum ab vno impetratum quibus caſibus proſit alteri.*

CERTVM eſt ipſis minoribus ſubueniri per re-
ſtitutionem, & quandoque eorum gratia ſubue-
nitur aliis: putà eorum fideiuſſoribus, licet ſint ma-
iores. Item equitate rei ſubuenitur eorum aduer-
ſarus, vt dictum eſt ſ. de mino. & dicemus j. de reputat. Sed hic
1 illud † quærebatur, [a] an reſtitutio minoris proficeret alij
2 maiori, cum quo rem vel cauſam habet communem, ratione
communionis, vel ſocietatis. quod nequaquam verum eſt: vt
j. eod. l. j. aliàs tamen iuuenio, quòd priuilegium minoris ne
currat ei præſcriptio, ipſo iure prodeſt maiori: quia res eſt in-
diuidua, puta ſeruitus quam communiter habet cum minore:
2 vnde † & inter maiores lata ſententia prodeſt alteri: vt ff.
quemad. ſer. amit. l. ſi communem. & ſi ſeruitus vindicetur. l.
loci. §. fundus. Sed vbi de communi cauſa quis reſcriptum ac-
cepit, alteri qui pariter ſupplicauerat conſultum videtur eſſe:
vt ſ. de diuer. reſcrip. l. j. Item ſi ex duobus tutoribus condem-
natis, vnus appellauerit & vicerit, prodeſt eius victoria alteri,
ſi vtriuſque vna fuerit defenſionis cauſa: vt j. ſi vnus ex pluri-
bus appel. l. j. & ff. de appella. l. ſi qui. §. vltimo. Item ex alterius
iureiurãdo nedum iuranti, ſed mihi etiam datur actio ex con-
tractu mecum communiter initio: vt ff. de iureiur. l. ſi duo. Sed
& dilationes in cauſa communi à reo impetratæ proficiunt
actori: vt. j. de tempo. reſtitut. l. vltima.

ANNOTATIO.

a Quærebatur. Vide profundiſsimè circa hoc per do. Felin. in cap. primo. extrà. de præſcrip. vbi multa allegat ad iſtud propoſitum.

Si aduerſus rem iudicatam *Rubrica.*

1 *Minorem reſtitui poſſe aduerſus ſententiam latam contra ſe authoritate tutoris vel curatoris, aut latam contra ipſum tutorem vel curatorem.*

2 *Sententia lata contra maiorem qui iudicium ſuſceperat in minori ætate, an reſcindi poſſit per reſtitutionem.*
3 *Reſtitui aduerſus ſententiam an, & quando poſſit is, qui ſe defenſioni minoris obtulit.*
4 *Sententiam latam contra minorem indefenſum ipſo iure nullam eſſe.*
5 *Minore reſtituto aduerſus vnum caput ſentẽtiæ, aduerſarium etiam in eo capite reſtituendum eſt, non in aliis.*
6 *Præſcriptio an currat contra minorem in appellatione interponenda: an & hic reſtitutione opus habeat.*

1 SICVT † in aliis, ita & in ſententia lata cõtra mi-
nores tutorum, vel curatorũ authoritate, vel lata
ſententia contra eoſdem tutores vel curatores re-
2 ſtitutio datur minoribus: ſi † tamen ſentẽtia lata
ſit in minore ætate: aliàs nõ, niſi hoc ſtructum ſit dolo aduer-
a ſarij, vt minore ᵃ facto maiore ſententia feratur: vt infrà eod.
3 l.j. & l. in re. & ff. de min. l. iiij. §. j. Si † autem is qui obtulit ſe
defenſioni minoris condemnetur, non reſtituitur: vt ff. de min.
l. eum, qui. niſi fortè damnatus defenſor actione neg. geſt. mi-
4 norem conueniat: Vbi † autem damnatur minor indefenſus
ipſo iure non tenet ſententia ſiue habeat, ſiue non habeat tu-
tores, vel curatores. Satis eſt enim, quòd per eos non defendi-
tur in cauſa: vt j. eod. l. vlt. licet in contractibus, & in aditione
hæreditatis, & in aliis omnibus quæ geruntur à minoribus
diſtinguatur, an habeant, vel non habeãt tutores: vt diximus
& probatur ſ. de reſt. min. l. ſi curatorem. & ff. de acquir. hære.
5 l. neceſſarios. † Et hic ſubiicio quandam regulam: quia vbi-
cunque in vno capitulo reſtituitur minor contra ſententiam,
☞ & aduerſarius in eodem capitulo reſtituendus eſt: nõ in aliis,
vel in his quæ non amiſit per ſententiam: vt ff. eod. l. etiam. §.
6 ex cauſa. & l. cùm minor. Videtur † tamen hodie non dari re-
ſtitutionem minori contra ſententiam: quia ipſo iure non
currit ei præſcriptio in appellatione facieñda: & ſic ſemper ha-
bet commune auxilium: vnde debet ei denegari extraordina-
tium: vt ff. de mino. l. in cauſæ. ij. in prin. Olim autem currebat
præſcriptio, ſed reſtituebatur minor non ad appellationem
• tantùm, ſed ad eremodicium *, id eſt, vt lata ſententia ha-
beatur pro nulla: vt ff. de in integ. reſt. l. vlt. Sed dic etiã hodie
minorem reſtituendum: quia plus eſt ei ſubueniri ad hoc vt
quod factum eſt habeatur pro nullo, quàm quòd liceat ei ap-
pellare: vt infrà ſi ſæpius in integ. reſt. l. j. Vnde etiam ſi appel-
lauerit curator pro adulto, adultus poteſt reſtitui: vt ff. de ad-
miniſt. tut. l. ſi minoris. Vel (quod eſt verius) ibi non loquitur
de appellatione, quæ fiat à ſententia, quia abſoluti ſunt tuto-
res, imò de ea quæ fit à ſententia qua condemnati ſunt cura-
tores. Poteſt & alia ratione dici reſtituendum minorem: quia
præſcriptio appellationis faciendæ currit ei, ſicut & currit ei
præſcriptio iudicij finiendi & inuentarij faciendi: vt j. de iudi.
l. properandum. §. vlti. & in auth. de hære. & fal. §. pupillis. In
aliis autem præſcriptionibus temporalibus contrarium eſt: vt
j. quib. ex cauſ. in integ. reſtit. non eſt neceſ. l. vltima.

ANNOTATIONES.

a Minore. Minor an poſſit reſtitutionem in integrum petere contra ſententiam contra ſe latam. vide latiſſimè multa ad propoſitum per do. Bart. ſoci. conſil. ccxiij.
* Eremodicium. Vide Budæum in l. ſecunda. verb. vindicias filiæ. ff. de origine iuris.

Si aduerſus venditionem. *Rubrica.*

1 *Minor quibus caſibus reſtituatur aduerſus venditionem à ſe factam, & quibus caſibus infirmetur ea venditio ipſo iure, vt reſtitutione non ſit opus.*
2 *Minor qui iurauit nunquam ſe venturum contra venditionem à ſe factam, an poſſit reſtitui aduerſus eam venditionem.*
3 *Venditio facta à minore ſine decreto, iuramento tamen interueniente, an valeat, & an minor reſtitui aduerſus eã poſſit.*
4 *Sacramentum quibus caſibus non repellat quẽ, quominus poſſit vti iure cõmuni, non obſtante iureiurando ab eo præſtito.*
5 *Iura communia præferri priuilegiis.*
6 *Minori denegari reſtitutionem aduerſus venditionem contractam à prædeceſſore maiore vigintiquinque annis.*

1 MINOR † reſtituitur in integrum ᵃ in venditione,
a ſi tamen venditio teneat: ſi autem vendat ea, quæ
ſeruando poſſunt ſeruari, ſine decreto, ipſo iure
non tenet venditio: & ideo nec datur reſtitutio.
Si autem vendat cum decreto, tenet venditio: ſed reſtitui po-
terit, ſi doceat ſe læſum: vt j. de admin. tut. l. lex quæ tutores. &
de præd. min. l. ſi quidem. Vbi autem vendit ea, quæ ſeruando
ſeruari non poſſunt, reſtituitur minor propter enorme da-
mnum, vel fraudis conſilium: vt ff. de min. l. & ſi ſine. §. j. Nec
in aliquo prædictorum diſtinguitur, ſit tutor ſoluendo, vel
non: vel vtrum poſſederit emptor tribus annis, vel non, ſi ta-
men minor reſtituat emptori expenſas: vt ff. eod. l. intra. §. vlti.
Et in primis rebus exigitur tutoris, vel curatoris authoritas:
In ſecundis idem: ſi tamen minor habeat tutorem, vel curato-
rem: alioquin adulto vendente tenet venditio, ſed reſtitutio
datur. In pupillo autem non tenet ipſo iure: vt diximus ſ. ſi
tut. vel cur. interue. & probatur j. ſi propter pub. pen. l. j. & ſ.
2 de mino. l. ſi curatorem. † Vbicunque autem dixi minorem re-
ſtituendum, ibidem denegatur ei auxilium ſi corporaliter iu-
b rauerit ᵇ ſe non venturum contra venditionem: ſecus ſi verbo-
tenus iurauerit. nec enim voluit Imperator haberi author
perfidiæ, vel periurij: vt j. eo. l. j. & j. ſi mi. ſe ma. di. l. ſi alterius.
licet ſi decipiatur vltra dimidiam iuſti pretij, nihilominus
quæri poſſet (vt credunt ſapientes) quaſi ſacramentum præ-
iudicauerit ei in iure ſpeciali tantùm, non in iure communi.
3 † Vbi autem minor vẽdidit ſine decreto, quia ſine decreto ven-
dere non poteſt, licet iurauerit ſe non venturum contra ven-
ditionem, tamen ſuo iure, non per remedium reſtitutionis, rem
vendicabit: quia contractus ipſo iure non tenuit: vt ſ. de legi-
bus & con. l. non dubium. licet M. hic, idem quod in ſuperiori
caſu dixerit: ſed hæc diuerſitas per legem imperatoris Frideri-
c ci ſublata eſt: qui ait ᶜ: Sacramenta puberum ſponte facta ſu-
per contractibus rerum ſuarum non retractandis, inuiolabili-
ter cuſtodiantur. & ideo ſiue cum decreto, ſiue ſine decreto
contrahat, repellitur à priuilegio, quod habet ratione ætatis:
4 ſed non repellitur à iure communi: vt dictum eſt. † Et idem a-
liàs reperio vt quis propter ſacramẽtum non repellatur à iure
cõmuni. Ecce enim, qui iurat ſe non vẽturũ contra tranſactio-
nem, prætextu falſorum inſtrumentorum veniet contra eam:
vt ſ. de tranſact. l. ſi ex falſis. Item qui iurat ſe pecuniam reddi-
turum, poteſt opponere exceptionem nõ numeratæ pecuniæ:
vt j. de non nu. pec. l. vl. Sed & mulier, quæ iurauit ſe perſeue-
raturam in ſcenica conuerſatione, iure communi venit con-
trà: vt j. de nup. authen. quod eis. Et eſt ſimile in ff. qui ſatiſda.
cog. l. vlti. Item mulier ſola confeſſione repellitur à priuilegio
Velleiani: ſi confiteatur ob interceſſionem ſe pecuniam acce-
piſſe: vt j. ad Velleia. l. antiquæ. ſed à iure communi non repel-
litur quis propter cõfeſſionem, ne opponat exceptionem non
numeratæ pecuniæ, vel non numeratę dotis, vel aliàs commu-
nes: vt probatur j. de probatio. l. cùm precibus. & de dote cau.
5 l. vlt. & de non nu. pe. l. in contractibus. † Iura enim commu-
nia præferuntur priuilegiis: vt in authẽ. de non alie. §. quia ve-
6 riſimile. Vnde & difficilius expugnantur. † Illud notandum,
quod minori denegatur reſtitutio in venditione contracta
cum prędeceſſore minoris maiore xxv. annis, licet tempus ſol-
uendi incipiat in tempus minoris ſuccedentis: vt ff. de mino. l.
Æmilius.

ANNOTATIONES.

a Integrum. Vide Pano. multos text. alleg. in conſil. cvii. in quarto de- bio. volu. ij.
b Iurauerit. Vide ad huius concluſionis reſolutionem Barto. in l. ij. C. de reſcind. ven. & in authen. ſacramenta. C. ſi aduerſus vendi. in l. ſi dun. §. idem Iulia. ff. de iureiuran. doct. in l. nam & poſteà. §. ſi minor. ff. de iureiuran. Vbi habes materiam propriam.
c Sacramenta. Vide Areti. conſi. xxxi. & limita iſtum tex. quòd iuramentum non confirmat cõtractum, vbi in eo argueretur dolus, ita Ancha. in conſi. ccclxxvi. incip. in ſupradicta quæſtione.

Si aduerſus venditionem pignoris. *Rub.*

1 *Minor quando reſtituatur aduerſus venditionem pignoris.*

Minor

2 *Minor an, & quando reſtitui poſſit aduerſus venditionem pignoris, quod cepit ab eius prædeceſſore.*
3 *Venditio quam vult facere creditor miſſus in poſſeſſionem bonorum pupilli quando differri debeat in tempus pubertatis & quando fieri poſſit in pupillari ætate.*

1 CVM † res minoris pignori obligata diſtrahatur
à creditore diſtinguitur, an ceperit pignus à mi-
nore, vel eius prædeceſſore. Si à minore, in qua
etiam obligatione decretum fuit neceſſarium: vt
ſ. proxi. tit. diximus, licet id non exigam in venditione, quam
facit creditor, reſtituitur minor etiam pro modico damno, vt
in aliis contractibus ſuis: vt ff. de diſtract. pig. l. ſi debitor. §. j.
& hoc ſecundum B. Alij non incompetenter hic adiecerunt:
vt ſi eſſet pignus prætorium, vel iudiciale quod cepit à mino-
re, reſtituatur minor: ita demum ſi patiatur enorme damnum
2 vel adhibeatur fraudis conſilium: vt dixi ſ. de mino. † Si au-
tem ceperit pignus à prædeceſſore minoris, neceſſe eſt ſecun-
dum Bulga. vt alterum iſtorum contingat ad hoc vt reſtitua-
tur minor, id eſt, enormitas damni, vel fraudis conſilium cre-
ditoris participatum cum emptore: nec enim ſufficeret cre-
ditorem mala fide fuiſſe verſatum vt reſtitueretur minor: cre-
ditor tamen perſonaliter teneretur: vt j. eo. l. ij. & j. de prædi.
mino. l. ij. Alij exigunt hic vtrunque contingere vt reſtituatur
minor, quòd ſatis defendi poſſet: quia omni ferè iure defun-
cti videtur quòd debeat vti minor, à quo cepit pignus: niſi
vbi illa duo contingunt, vt dictum eſt, & illis contingenti-
bus, plus habet minor, quàm defunctus, cui contra poſſeſſo-
rem non daretur regreſſus quandiu creditor eſſet ſoluendo:
ſed creditorem perſonaliter conueniret: vt j. ſi vendi. pig. aga.
l. j. & ij. quod in minore non eſt: vt ff. de mino. l. in cauſæ. j. §.
interdum. Si quis tamen vellet dicere, minorem nunquam re-
ſtitui vbi à prædeceſſore cepit pignus, niſi ſicut quilibet
maior: vt dixi j. ſi vendito pignore agatur. iam habet legem
expreſſam: vt ff de mino. l. Æmilius. quod eſt tutius: ſicut au-
tem in hac ratione, ita & in venditione quam vult facere miſ-
ſus creditor in poſſeſſionem bonorum pupilli: quia non de-
fenditur, diſtinguitur an conueniatur pupillus ex perſona
patris, an ex ſua: in ſecundo caſu differtur venditio in tempus
pubertatis: in primo fit etiam in pupillari ætate: vt ff. quibus
ex cauſ. in poſ. ea. l. apud.

Si aduerſus donationem. *Rubrica.*

1 *Donationem factam à minore eſſe ipſo iure nullam.*
2 *Minor quibus caſibus donare poſſit.*
3 *Sponſalitia largitas quatenus a pupillo facienda.*

1 SCIENDVM eſt † quòd minor cum decreto,
vel ſine decreto donare nō poteſt: vt j. ſi ma. fact.
rat. hab. l. vlti. §. vlti. & ideo reſtitutio locum non
2 habet: vt ff. de mino. l. in cauſæ. † ſed in caſibus
donat minor: puta, mercedes præceptoribus, non quas mini-
mas poterat, ſed pro facultate patrimonij, pro dignitate nata-
lium conſtituet. Item alimenta parentibus, & cognatis dabit,
& eis ſolennia munera mittet: ſed extraneis interdū alimenta
dabit, ſcilicet ſi hoc expediret pupillo: & hæ donationes fieri
debent cum decreto: tamen ſi fiant immoderatè reſtitutio lo-
cum habet: vt ff. de admini. tut. l. cùm plures. §. cum tutor. &
de tut. & ratio. diſtra. l. j. in prin. Idémque & ſi donauerit mi-
nor in dotis cauſam, vel donationis propter nuptias: vt j. de
admi. tut. l. lex. Illa tamen non eſt ſimplex donatio, ſed ob cau
3 ſam. Sponſalitia † planè largitas & ſi ſimplex ſit donatio (in
rebus tamen quæ ſine decretu alienantur) fieri poteſt, cum
competenti moderamine: vt j. eod. l. j. & j. de prædiis mino. l.
prædia. alioquin reſtitueretur minor. Quæ autem alienantur
ſine decreto vel à tutore, vel à minore, vel eius curatore, dixi-
mus ſ. ſi aduerſus venditionem.

Si aduerſus libertatem. *Rubrica.*

1 *Minor an poſſit reſtitui aduerſus libertatem, & num. 2.*
3 *Minor an, & quando reſtitui poſſit aduerſus ſententiam pro libertate dictam.*

1 SI MINOR † contra libertatē, quæ iam compe-
rit velit reſtitui: nullo modo poteſt, niſi ex magna
cauſa hoc à principe fuerit conſecutus, ea ſcilicet
quā princeps approbauerit. vel ſi ſerui manumiſ-
ſio pertinet ad euerſionem totius domus minoris: ſi tamen
minor dolo ſerui inducatur vt ipſum manumittat, aget minor
contra manumiſſum actione de dolo olim intra annum, ho-
die intra biennium: poſt biennium autem agat actione in fa-
ctum ad intereſſe: quia licet dolus in ſeruitute ſit admiſſus
(vnde poſt libertatem non videretur iudicis officio conue-
niendus: vt j. an ſeruus ex ſuo facto. l. vlti.) tamen quia pro-
pter dolum illum liber eſt, quaſi ex admiſſo dolo in liberta-
tem tenetur: vt ff. eod. l. ſi ex cauſa. §. vlti. & l. niſi. & l. verum.
2 † Si autem velit reſtitui contra libertatem competituram, po-
teſt: vt ecce, minor xxv. annis maior xx. vendidit mihi ſeruum
ea lege, vt eum manumitterem: nam ante quàm manumittam,
reſtitui poterit, vt recipiat ſeruum ſuum, poſtea non: vt ff. eo.
l. verum. §. quòd ſi minor. Ideo autem dixi de maiore xx. an-
nis. quia minor neque manumittere poteſt, neque vendere vt
manumittatur ab alio, niſi apud concilium cauſa cognita: vt
inſtit. qui. ex cau. manumit. non licet. §. eadem. & ſi. & de ſee.
3 ex por. l. ſi minor. † Et in ſententia pro libertate data idem
diſtingue, an pronuntiatum ſit eum liberum eſſe, an liberan-
dum. In primo caſu non datur reſtitutio, in ſecundo contrà:
vt j. eod. l. j. & ij. & iij. & iiij. & ff. de iud. l. qui ſe dicit. à ſen-
tentia tamen libertatis poteſt appellare minor: & ſi non ap-
a pellet, reſtitui poterit minor ad appellandum [a]: vt j. eo. l. vlti.
& ff. de appel. l. illud.

ANNOTATIO.

a Appellandum. Adde Bartol. in l. ait prætor. 4. item ſi non. ff. de mino. Bald. in l. fin. in ſi. C. de tempo. in integr. reſt. & in l. j. in ſi. C. ſi ſep. in integr. reſtitu. paſtul. doc. in l. præſes. C. de appel. vbi eſt locus proprius huius materiæ.

Si aduerſus tranſactionem, vel diuiſionem in integrum reſtitui velit minor. *Rubrica.*

1 *Minor reſtitutionem petere poteſt aduerſus tranſactionem à ſe factam.*
2 *Tranſactio facta à minore quibus caſibus valeat.*
3 *Diuiſio rei, quam minor habet cum alio communem, quando fieri poſſit, atque ubi quòd minor aduerſus talem diuiſionem poſſit reſtitui.*
4 *Minore aduerſus tranſactionem vel diuiſionem reſtituto, aduerſarius eius quatenus ſit reſtituendus. & num. 7.*
5 *Muliere intercedente ſubducta, vel minore perſona actionem reſtitui aduerſus veterem debitorem.*
6 *Actionem ſemel extinctam quandoque reſtitui auxilio alterius actionis propoſita.*

1 RESTITVITVR † MINOR, contra trāſ-
actionem ſiue ſit facta cum ipſe ageret contra a-
lium: ſiue cum alius ageret contra illum, ita ta-
2 men ſi tenuit tranſactio, verbi gratia, facta † fue-
rit ſuper his, in quibus alienandis non exigitur decretum, ſed
tutoris, vel curatoris authoritas, vel ſolius adulti voluntas,
a [a] ſi non habeat curatorem vt diximus ſ. ſi aduer. vendi. &
de in integrum reſti. mino. Si autem fiat ſuper his, quæ poſ-
ſunt ſeruari, exigitur decretum, & tutoris authoritas: vt j.
de admi. tut. l. lex quæ tutores. & de prædi. mi. l. non ſolum. &
ff. de tranſactio. l. cùm hi §. ſi cum his. Si ergo hoc non inter-
uenıat, tranſactio eſt ipſo iure nulla, nec dabitur reſtitutio.
3 † In diuiſione autem eſt illud ſciendum, quòd ſi minor ha-
bet rem cum alio communem, in qua alienanda exigitur de-
cretum, minor non poterit prouocare ſocium ad diuiſio-
nem, ſed ſocius maior poterit prouocare minorem: vt infrà.
de prædi. mi. l. inter omnes. & ff. de re. eo. qui ſub tutore. l.
ſi pupillorum. primo reſpoo. & ita per decretum ex ne-

ceſſaria cauſa procedet diuiſio, in qua ſi decipiatur minor,
4 implorabit in integrum reſtitutionem. † Vbicunque autem
reſtituitur minor, vel in tranſactione, vel in diuiſione, & alius
cōtra eum ſimiliter reſtituitur. ſ. vt recuperet omnia, quæ pro-
pter tranſactionem, vel diuiſionem amiſit: hoc enim facit ne-
gotij neceſsitas, ſiue contiguitas, & cauſa connexa. Igitur ſi
actioni ex tranſactione obſtat exceptio, modò non obſtabit:
ſi ipſo iure ſua actio per acceptilationem fuit extincta: & nūc
vtilis ex veteri cauſa dabitur actio: & ita quę fuerat extincta
per imperatorem, reſuſcitatur, & tranſigenti reſtituitur, tan-
5 quàm Mariæ & Marthæ Lazarus: vt ȷ̃. eo. l. j. & ij. Sic † & mu-
liere intercedente ſubducta, vel minoris perſona, in veterem
debitorem reſtitutoria datur: vt ff. ad Velle. l. debitrix mulier.
§. ſi pro eo. & de fideiuſ. l. ſi Titius. & ȷ̃. ad Velle. l. antiquæ.
Idémque pro eo qui accepto tulit cauſa mortis donando, &
poſteà conualuerit: vt ff. de dona. cauſa mort. l. quòd debitori.
Et idem in caſibus aliis quilibet plerunque notare poteſt.
6 † Sed illud non prætermitto. quòd quandoque reſtituitur a-
ctio auxilio alterius propoſitæ actionis: vt ecce debitor in
fraudem creditorum liberauit debitorem ſuum: creditores per
Paulianam actionem conuenire poſſunt debitorem debito-
ris, vt ſe reponat in priſtinam obligationem: vt ff. de his, quæ
in frau. cre. l. hac in factum actione. Propter tranſactionem
ideo dixi. quia ſi ex alia cauſa amiſiſſet actionem quomodo-
cunque is, qui cum minore tranſegerit, non reſtitueretur ei a-
7 ctio: vt ff. eod. l. cùm minor. Sed † & ampliùs, ſi quid ad mino-
rem peruenerit ex trāſactione, illud reſtituere debet, inquan-
tum locupletior eſt. Nam hic eadem diſtinctione vtor qua in
venditore, & eadem vtor in mutuo: licet quidam inter ea mi-
nus bene notauerunt differētiam: vt ff. de mi. l. quod ſi minor.
§. reſtitutio. & l. patri. §. j.

ANNOTATIO.

a Voluntas. Vide Imo. conſ. j. col. j.

Si aduerſus ſolutionem à debitore, Vel à ſe factam. *Rubrica.*

1 ☞ *Debitor minoris quomodo poſsit ipſi minori ſoluere, vt in poſterum non poſsit inquietari.*
2 *Minor quibus caſibus reſtituatur aduerſus ſolutionem à debitore factam.*
3 *Debitor ſoluens minori non adhibito tutore, vel curatore, non liberatur. & quid ſi minor ſit effectus locupletior ex ea ſolutione.*
4 *Minor alterius debitor quomodo ſoluere debeat, vt teneat ſolutio.*
5 *Minor ſoluens id quod debebat naturaliter tantum, an & quando repetere poſsit.*

1 SI † DEBITOR minoris velit ſoluere minori
ita vt non poſſit de exterò inquietari ab eo, ſol-
uere debet pecuniam minori cum authoritate iu-
dicis, vt pleniſsimam conſequatur ſecuritatem:
vel iuſſu iudicis in ædem deponere pecuniam, ne vel debitor
oneretur vſuris, vel creditor minor perdat pecuniam. Nec di-
ſtinguo, interueniat tutor in his, vel non interueniat: vt ff. de
mino. l. ait prętor. §. ꝗ. Licet Placen. dixerit debitorem ſolo iu-
dice authore (quamuis adultus curatorem non habeat) de iu-
ris rigore liberari non poſſe. ar. eſt pro eo. inſti. quibus ali. li-
cet. § pe. Et eſt hoc notandum: quia aliud eſt in venditis præ-
diis cum decreto, in quibus non denegatur minori reſtitutio
propter decretum: vt ȷ̃. de prędiis mino. l. ſi quidem. Fortè ideò,
quia ſolutio fit ex neceſsitate, venditio verò ex voluntate. Si
2 † autem debitor ſoluat tutori, vel curatori minoris: vel ipſi mi-
nori cum eorum authoritate: vel ſoli adulto ſi non habeat cu-
ratorem, liberatur quidem ipſo iure: ſed tamen minor cauſa
cognita, id eſt, amiſſa pecunia reſtitui poteſt: vt ȷ̃. eod. l. j. niſi
minor aſpectu corporis, adito præſide falsò probauit ætа-
tem: vt debitorem ſoluere compelleret: tunc enim non re-
ſtituitur contra eundem: curator tamen, qui ſciens eum eſſe
minorem, & perſeuerans in officio, patitur eum accipere pe-
cunias debitas, poterit hoc nomine conuenire: vt ff. eod. l. mi-
nor. xxv. annis, adito præſide. Sed & ſi minor prædictam non
adhibuerit fraudem in caſibus, denegatur ei reſtitutio, id eſt,
cùm reſtituitur ei ex Trebelliano hæreditas: & quando ſol-
uuntur ei penſiones, vel vſuræ non excedentes metas bien-
nales, & ſummam centum ſolidorum vt ȷ̃. de admi. tu. l. ſan-
3 cimus. & l. conſtitutionem. & ȷ̃. ad Trebel. l. pen. † Si autem
debitor ſoluat ſoli pupillo, vel adulto, curatorē habenti ipſo
iure non liberatur. Sed ſi minor habeat pecuniam ſolutam,
aut ex ea locupletior ſit: vt quia ex ea quid habeat emptum,
vel quid ſibi neceſſariò comparauit: vt ff. de ſol. l. in pupillo.
& adhuc eandem pecuniam petat, poterit per exceptionem
doli mali ſubmoueri: quia occaſionē iuris trahit ad iniquum
compendium: & magis de præda quàm de damno eſt ſolici-
tus: vt inſti. quibus ali. li. §. pe. & ȷ̃. pro emptore. l. eum. vt ff. de
4 admi. tut. l. ſi minoris. † Si verò minor, qui eſt alterius debi-
tor, velit ei ſoluere: ſi quidem talia debet in quibus alienandis
exigitur decretum, & tutor. & decretum in eis ſoluendis de-
bet adhiberi: niſi pupillus debeat ei ex perſona patris: vt ſ̃. tit.
proxi. diximus, & ff. de reb. eor. qui ſub tu. l. magis. §. ſi pupil-
lus. Alioquin ipſo iure facta ſolutio non tenet, & quod ſolo-
tum eſt, ſi extat, vendicare minor poterit. Sed ſi creditor con-
ſumpſerit, liberatur minor facto creditoris: vt inſt. qui. ali. li.
§. pe. & ff. ſi cer. pe. l. non omnis. §. vl. & de ſol. l. quòd ſi fortè.
§. vlti. Si autem minor debeat id quod poteſt alienare ſine de-
creto, ſolui poteſt à ſolo tutore, vel curatore, vel minore cum
eorum authoritate, vel à ſolo adulto ſi non habeat curato-
rem: vt diximus. ſ̃. tit. proxi. & tit. ſi aduerſus venditionem. &
ita contingit liberatio ipſo iure. vel ſi hæc non ſeruentur, mi-
nor non liberabitur: niſi conſumptione creditoris: vt dictum
5 eſt. † Et hæc omnia vera ſunt, vbi debet minor ciuiliter, &
naturaliter: ſi autem debeat naturaliter tantùm, & ſoluat legi
timè, vt dictum eſt, non repetit ſolutum: niſi per beneficium
in integrum reſtitutionis, ſiue extet quod ſolutum eſt, ſiue nō
extet. Si autem non legitimè ſoluat, ſi quidem extat ſolutum,
minor ſuo iure vendicare poteſt: quia quod ſoluit, non fecit
accipientis, vt dictum eſt. Si autem conſumptum eſt, quod
ſoluit minor, ᵃcedit quidem in ſolutum mero iure quod ſol-
uit minor: licet tantum naturale erat debitum: nam & eius
nomine minor mero & communi iure compenſationem pa-
titur: ſed beneficio reſtitutionis minor: & repetit, quod in ſo-
lutum ceſsit, & compenſationē euitat: vt ff. de neg. geſt. l. iij. §.
alterius. & ſi cer. pet. l. non omnis. §. vlti. & ȷ̃. eo. l. indebito. &
ff. ad Trebel. ſi eius, qui. Quidam tamen dixerunt pupillum
repetere ſuo iure, etiā ſine reſtitutione. arg. ff. de cond. inde. l.
interdum. ſed certè lex illa cum prædicta determinatione eſt
intelligenda: ſed & pro ſe induxerunt legem prædictam ff. ad
Treb. l. ſi eius qui. per quam totum contrarium dico. Nec ali-
ter dici poteſt, ſi bene intelligatur: quia ibi non loquitur de
reſtitutione in integrum, ſed de reſtitutione hæreditatis.

Si aduerſus dotem. *Rubrica.*

1 ☞ *Dotis promiſsio facta à muliere minore annis xxv. vltra vires ſui patrimonij an, & quatenus valeat.*
2 *Mulieri maiori annis xxv. promittenti dotem plus quàm habeat in patrimonio, quomodo ſuccurratur, hæredique eius numero 3.*

1 SI † MVLIER ᵃ minor xxv. annis promittat
2 nomine dotis plus, quam habeat in patrimonio:
vt ſi habet centum, promittat ducenta nomine
dotis, vel vltra quàm valeat patrimonium, vel
vltra quàm valeant facultates, ipſo iure nulla eſt promiſsio
in eo, quod eſt vltra. vt ff. de iu. dot. l. ſiue generalis. Idém-
que & ſi procurator pro adulta promittat dotem, vt ibi-
dem dicitur, niſi procurator promittat animo donandi, vel
percipiendi: tunc enim tenet in præiudicium procuratoris.
2 † Si verò adulta promittat vltra vires patrimonii, vt ſi ha-
bet centum, promittat octoginta: cum debeat creditoribus
quadraginta, vel ſi totum patrimonium res nominando de-
dit, non detracto ære alieno, tenet quidem promiſsio, ſed
reſtituitur: vt ff. de mi. ſi ex cauſa. §. in dotis. Si verò curator
bona fide promitter vltra vires, tenet: ſed de æquitate gau-
3 det exceptione: vt ff. de admi. tu. l. cum poſt. §. j. † Porrò li-
cet. ſ̃. dixerim mulierem reſtituendam, tamen hæres eius non

videtur

videtur eſt ituendus, cùm ipſe ſuo, & communi iure dotem
repetere poſsit: lex tamen dicit eum reſtituendum: vt j co.l.j.
Sed fortè eſt intelligendum, cùm mulier fecerat pactum de
lucranda dote. vel dic.agit pro fructibus præteriti temporis.
arg.ff.de vſufru.l.quæſitum.

ANNOTATIO.

a Mulier. Vide pulchre in Lud.Ro.conſi.cccxiiij.in fi.

Si aduerſus delictum. *Rubrica.*

1 *Minor delinquens extra contractum vel quaſi, vel in rebus in quibus contraxit an, & quando iuuetur per reſtitutionem.*
2 *Minor an poſsit reſtitui aduerſus adulterium à ſe cõmiſſum.*
3 *Minor an reſtitui poſsit ad accuſandum eum, qui præſcriptione temporis liberatus eſt à pœna.*
4 *Minor quando reſtituatur aduerſus delictum in omittendo commiſſum.*
5 *Minori, qui artem ludicram exercuit, ſubuenitur ipſo iure.*
6 *Minor ratum habens delictum an iuuari poſsit.*

IN CONTRACTIBVS, & quaſi contra-
ctibus iuuantur minores, vt dictum eſt: nunc au-
1 tem in † delictis dicit eos iuuari, ſiue delinquat
minor extra contractum, vel quaſi: ſiue in rebus
in quibus contraxit: putà commodatis, vel depoſitis, vel ven-
ditis, vel locatis, vel ſimilibus. In his tamen diſtingue an de-
2 linquat minor [a] ex culpa, ſeu non ex animi propoſito: an ex
animi ſcientia: In primo caſu iuuatur minor: ſiue ciuiliter, ſiue
criminaliter conueniatur. Nam licet minor mero & commu-
ni iure teneatur, tamen reſtitutionem in integ. poteſt poſtula-
re, vt in nihilum teneatur. Si verò delinquat ex animi ſcien-
tia: ſi quidem ciuiliter conueniatur, non reſtituitur: niſi cum
ex damno dato poterit confiteri quòd ne teneatur dupli, &
maluit negare: in hoc ſolùm reſtituetur vt pro confeſſo ha-
beatur. Item ſi potuit tranſigere, maximè in pœnali actione,
reſtituetur: vt habeatur negocium pro tranſacto. ſ. tãta quan-
titate, quãta potuit tranſigere: vel ſi non appareat certa quan-
titas, accipietur ſumma: ſecundum boni viri arbitriũ, in quam
veriſimile eſt eum tranſigere potuiſſe: vt ff.de mi.l.ſi ex cauſa §.
nunc in minoribus videndum. & §. ſi in commiſſum. Si verò
criminaliter conueniatur ex delicto ſuo commiſſo ex propo-
ſito, non reſtituetur: niſi quatenus miſeratio ætatis perduxe-
rit iudicem ad mitiorem pœnam. Nam & hoc idem in ſene fa-
2 cerem. † Si tamen minor commiſerit adulterium, vel crimen
quod pro adulterio punit lex Iulia, nullo modo reſtituitur
minor. putà, ſi pretium accepit pro comperto ſtupro, vel do-
mum præbuit ad ſtuprum, vel adulterium committendum:
nec enim ſubuenitur ei aduerſus præcepta legum, qui dum
leges inuocat, contra eas committit: vt ff.de mi.l. auxilium. §.
in delictis. & ff.de termi.m.o.l.ij. & hoc, vbi petit ſibi ſubueniri
3 in delictis à ſe commiſsis. Si autem † in delictis ab alio com-
miſsis petat ſe reſtitui: putà, vt liceat ei accuſare delinquen-
tem: quia liberatus eſt à pœna criminis præſcriptione tempo-
ris, nullo modo reſtituitur ratione ætatis: licet minor reſtitue-
retur ratione abſentiæ: vt ff.de min.l.auxilium. & quibus ex
cau.ma.l.ſi qua. Et eſt propriè delictum quod committitur in
☞ omittendo: & dictum eſt quaſi derelictum. plerunque tamen
ponitur pro his quæ omittuntur, & pro his quæ fiunt: vt di-
4 ctum eſt. Porrò † in quodam omiſſo, iuuatur minor ipſo iure:
vt ſi mulier minor non petiit filiis impuberibus tutores: nec
enim, decedentibus eis in pupillari ætate, denegatur matri
ſucceſsio, licet maiori denegaretur: vt j.eo.l.ij. Itẽ in quodam
5 † delicto commiſſo in faciendo etiam ex animi ſciẽtia, ſubue-
nitur minori ipſo iure: vt ſi fecerit ludibrium ſui: nec enim in-
famatur ipſo iure, licet infamaretur alius: vt ſuprà quibus ex
cau.infa.irrog.l.pe. fortè ideo quia ſe tantùm lædit: & non a-
6 lium. † Item ait P. minorem iuuari ipſo iure. vbi minor deli-
ctum ab alio commiſſum nomine minoris ratum habet, quaſi
non verè crimen admittat qui ratum habet. ſed certè hoc non
probatur lege, imò ratihabitio cùm fiat animi ſcientia, man-
dato debet comparari: vt ff.de regul.iur.l.hoc iure.§.j. & de vi
& vi arma.l.j.§.quoties.

ANNOTATIO.

a Minor. Tamen infantie doli non capax, reſtituitur. l.impuberem. de
furt. & l.infans.ff.ad leg. Corne.de ſica.

Si aduerſus vſucapionem. *Rubrica.*

1 *Minori ſubueniri in vſucapione rei ſuæ: neque ei obeſſe præſcriptionem iii. x. aut xx. annorum.*
2 *Præſcriptio xxx. annorum an currat contra minorem, & an reſtituatur aduerſus eam.*
3 *Minor an reſtituatur aduerſus præſcriptionem, quæ inchoata eſt in perſona maioris cui hæres eſt.*
4 *Vſucapio an procedat contra rempubl. & eccleſiam aut fiſcum in rebus earum mobilibus.*

1 MINOR † etiam in vſucapione rei ſuæ reſtitui-
tur, pupillo tamen ipſo iure non currit vſucapio
triennij, vel decẽnij: vt ff.de acqui.re.do.l.bonę fi-
dei emptor. Nec ob. quod legitur. ff.de eo, qui pro
tutore.l.ſi is, qui. & tit. pro emptore.l.ij.§.ſi à pupillo. & de do-
li exc.l.apud. §. ſi quis non tutor. loquuntur enim prædictæ
leges, quando pupillus poſsidebat, vel poſſederat: & ideo cre-
debatur dominus. nam ſæpe pro vero ponitur, quod ad opi-
nionem refertur. vel dici poteſt, rem pupilli immobilem vſu-
capi non poſſe. Idẽmque in rebus adultorum, ex ſententia ora-
tionis diui Seueri: quia & eorum prohibetur alienatio: vt ff.de
reb.eod.l.qui neque. Res autem mobilis vſucapi poterat: ſed
dabatur reſtitutio. Hodie autem prohibita eſt alienatio tam
mobilium, quàm immobilium quæ poſſunt ſeruando ſeruari:
vt j.de adm.tu.l.lex, quæ: Et prohibetur vſucapio: vt ff.de fun.
do.earum.l.ſi fundum. ergo ipſo iure minor tutus eſt: in vſu-
2 capione triennij, decennij, & vicennij. † Præſcriptio autem
xxx.anno. currit adulto, ſed non pupillo: iuuatur tamen ſe-
cundum nos, beneficio reſtitutionis. Alij autem dicunt mino-
rem non reſtituendum: ſed certè ex generalibus verbis edicti
prætoris minor eſt reſtituendus: quæ talia ſunt, ſi quid cum
minore geſtum erit: vt diximus, ſuprà de mino. Item j. in qui-
bus cauſ.in integ.reſti. non eſt neceſ. l.vlt. qua dicitur minori
non currere temporales præſcriptiones: & præſcriptionem
xxx.ann. obtinere ſtatum ſuum, non denegat minori reſtitu-
tionem: pupillus planè, vt dictum eſt ipſo iure illæſus eſt: vt j.
3 de præſcrip.xxx.an.l.ſicut. † Porrò generaliter dici poteſt in
omni præſcriptione tẽporali, & perpetua: vt vbi cœpit in per-
ſona maioris, cui extitit hæres minor, currat quidem præſcri-
ptio minori ſuccedenti: nec interpelletur ex eius ætate: vt ff.de
fun.do.l.ſi fundum. & j. de nume.pec.l.ſi intra. ſed detur reſti-
tutio: vt ff.de mino.l. etiam ei. nec enim ibi potuit incipere ab
eo qui portatur in ventre, cùm triennio in vtero non more-
tur. In duobus tamen caſibus pręſcriptionem cœptam in per-
ſona maioris, inuenio interrumpi ex minori ætate ſucceden-
tis, id eſt, differri quouſque ſuccedẽs fiat maior: hoc eſt in pręſ-
criptione quadriennij, quod datur maiori ad reſtituendum:
& in præſcriptione quinquennij, decennij, vel vicennij, quæ
ſtatutæ ſunt contra maiores.xxv.an. vt rata videantur haberi
quæ geſta ſunt ab eis in minori ætate: vt quia ſine decreto alie-
nauerunt. vel vendiderunt, vel donauerunt: his enim caſibus, ſi
decedentibus maioribus ſuccedant minores, reſidua tempora
prædictarum præſcriptionum non currunt minoribus ſucce-
dentibus: niſi poſteà quando maiores efficiuntur: vt ff.de mi.
l.interdum. & j. ſi maior fac.ali.l.vlti.§.vlti. fortè propter cir-
cuitum tollendum, ne reſtituatur minor ad reſtituendum: &
4 quia pro nulla debet haberi ratihabitio minoris. † Extra
ſummam notandum eſt, quia licet reſpub. & eccleſia fungatur
iure minoris, vt j. ex quibus cauſ.ma.l.reſpub. & j.de iure rei-
pub.l.rempubl. & ſ. de ſacroſanct.eccl.l.vlt. tamen res eorum
mobiles poſſunt vſucapi. Nam omnis præſcriptio minor de-
centuo currit eccleſiæ: vt habuimus ſ. de ſacroſanct.eccle. re-
ſtituetur tamen eccleſia. Item ciuitas, vt adoleſcentula: ſed fi-
ſco fortè ipſo iure non currit vſucapio vt pupillo omnino
cenſeatur iure.

Si aduerſus fiſcum. *Rubrica.*

1 *Minor contrahens cum procuratore Cæſaris ſi decipiatur, an reſtituatur.*
2 *Minor quando reſtituatur aduerſus alium minorem, vel remp. vel eccleſiam.*

1 SI †MINOR contraxerit cum procuratore
Cęſaris, & decipiatur: reſtituitur minor in integ.
ac ſi cum priuato contraxiſſet: & cognoſcit de ea
reſtitutione procurator fiſci: vt j. eo. l. j. Et iſte di-
citur curator reip. vt ſ. de modo. mul. l. curator. & impropriè
quandoque dicitur procurator: quia vniuerſitas procurato-
rem habere non poteſt: vt not. ſ. de procura. Si autem minor
decipiatur à procuratore fiſci, cum quo contraxit, reſtituitur
in inte. & cognoſcit de ea reſtitutione procurator Cęſaris vnà
cum pręſide prouincię: exigitur etiam pręſentia patroni fiſci:
2 vt j. eo. l. ij. † Et patet ex his, vnum priuilegiatum, contra al-
terum priuilegiatum eſſe reſtituendum, ſicut & eccleſia, & ci-
a uitas, & minor contra [a] minorem reſtituitur: nec minor cum
eorum locupletatur iniuria. Planè ſi minor idipſum quod
accepit perdidit, vel conſumpſit non in rem ſibi vtilem, vel
dilapidauit, melior eſt eius cauſa: reſtituetur enim contra ci-
uitatem, vel eccleſiam, vel alium minorem, ne teneatur: vt ff.
de mi. l. verum. §. vlti. Item & duo maiores abſentes vlciſſim
contra ſe reſtituuntur: vt ff. quibus ex cauſis ma. l. vltima.

ANNOTATIO.

a Contra minorem. Adde Bartol. in l. verum. §. fin. ff. de minori. Bald. in l. pupillorum. in fin. C. de repudian. hæred. qui contrà Bart. tenere videtur. vbi vide & ibi ſcribentes.

Si aduerſus creditorem. *Rubrica.*

1 *Minor an, & quando reſtituatur aduerſus creditorem.*
2 *Minor reſtitutus aduerſus mutuantem quid debet ei cedere.*

LICET crediti appellatio ſit generalis: vt ff. ſi cer.
pet. l. j. hic tamen ſpecialiter pro mutuo ponitur:
vt aliàs ff. ad S. C. Mace. l. quia. & ſic ponitur hic
1 creditor pro fœneratore. † Sicut autem in aliis
contractibus reſtituitur minor, ita & in mutuo fortaſsis, &
amplius: quia licet aliàs minor debeat probare ſe deceptum,
vel ſe amiſiſſe, quod ei dicitur datum: vt ſ. de minor. l. minori-
bus. & ff. de iureiur. nam & poſteà. §. ſi minor. hic tamen cre-
ditor debet probare minorem locupletatum: quia, ex quo di-
cit minor ſe perdidiſſe, vel dilapidaſſe, præſumitur pro eo in
odium creditoris, vt reſtituatur in integrum, niſi creditor
probauerit eum locupletiorem factum: vt j. eo. l. j. vel fortè eſt
a lex intelligenda, [a] cùm creditor in ſe receperat onus proba-
tionis: vel vt cùm minor probauerat de amiſsione, & creditor
2 ſemiplene probauerit de locupletatione. † Portò ſi minor ex
mutua pecunia emit prædium, vel eam egenti credidit, actio-
nem quam habet, cedet creditori, vel rem quam comparaue-
rat eidem præſtabit: non eo diſtincto, crediderit ſedenti, vel
non ſedenti in ludo perditionis, ſed eo tamen inſpecto, an in
aliquo ſit locupletior an non: vt ff. eo. l. patri. §. j.

ANNOTATIO.

a Intelligenda. Vide pulchre per Mathe. not. ſuo, lviij. incip. nota vnum caſum quotidianum.

Si minor ab hæreditate. *Rubrica.*

1 *Minor, qui adiuit hæreditatem cauſa cognita reſtituitur in integrum.*
2 *Hæreditatis aditio facta ſine tutoris authoritate, eſt ipſo iure nulla.*
3 *Filius reſtitutus contra aditionem hæreditatis factam à ſe cum authoritate patris, vel factam a patre, non reſtituitur, vt iterum liceat ei adire.*
4 *Reſtitutio minoris aduerſus aditionem hæreditatis quando nulla eſt.*
5 *Legatarij an ſint vocandi, cum minor petit ſe reſtitui aduerſus aditionem hæreditatis.*
6 *Minori hæredi, qui non adiuit hæreditatem, quomodo conſulatur.*
7 *Minor, qui extitit hæres neceſſarius domino ſuo, an & quatenus reſtitui poſsit.*
8 *Subſtitutum vulgariter minori poſſe admitti ex ſubſtitutione, ſi velit, minore reſtituto vt ſe ab hæreditate abſtineat.*

1 SICVT † in aliis, ita & ſi minor [a] adiuit hæredi-
a tatem minùs lucroſam, vel agnouit bonorum poſ-
ſeſsionem, vel ex Trebelliano recepit hæreditatis
reſtitutionem, reſtituitur in integrum cauſa ta-
men cognita, conſiderato non tantum eo, an ſit lucroſa hære-
ditas, vel non: ſed etiam eo, an interſit minoris litibus & ſum-
ptibus nō vexari: vt ff. de mino. l. minoribus xxv. annis. Item
eo conſiderato an in hæreditate ſint multæ mortales res, vel
prædia ruinæ ſubiecta: vt ff. eo. l. verum. §. ſi locupleti. In per-
ſona minoris conſidera ſi ſit pupillus, an pubes. Si pupillus,
& adiuit cum tutore hæreditatem, reſtituitur, vt dictum eſt.
2 Si † autem adiuit ſine tutoris authoritate etiam lucroſam hæ-
reditatem, ipſo iure non præiudicatur ei: vt inſtit. de authori.
tuto. §. neque. Si autem ſit adultus curatorem habens, idem in
eo, quod in pupillo dicam: vt ſ. de in integr. reſt. mil. l. ſi cura-
torem. Nam licet pupillo non ſit ſufficiens curatoris autho-
ritas in adeunda hæreditate: vt ff. de appella. l. cum in vna. §. j.
in adulto tamen contrarium eſt: quia non poteſt habere tu-
torem: vt j. de admin. tut. l. cùm quædam. Si autem adultus
curatorem non habet, adire per ſe poteſt hæreditatem: & re-
ſtitui poteſt in integrum, vt ff. de acquir. hæred. l. impuberi-
bus. & l. neceſſariis. Sicut autem reſtituitur minor habens tu-
torem, vel curatorem, ita & minor habens patrem reſtituitur,
ſiue patris authoritate adiuit in cuius eſt poteſtate, ſiue adiit
pater ſolus pro filio minore: vt j. de bon. quæ libe. l. vlti. §. vbi
3 autem voluntas. † Eſt tamen hoc quoddam ſpeciale, pro-
pter paternam reuerentiam. Nam ſi reſtituatur filius contra
aditionem factam à patre, vel authoritate patris, non reſti-
tuetur in integr. vt liceat ei adire, ne leges fiant ei ludibrio
ſæpius, & amplecti, & reſpuere eandem hæreditatem cupienti:
vt ibidem dicitur: aliàs contrà, vt ff. de minorib. l. & ſi ſine. §.
4 reſtitutus. † In reſtitutione autem danda minori, quod ta-
men fieri debeat cauſa cognita, vocari debent creditores vt
interſint cùm minor abſtinet, alioquin nulla eſſet reſtitutio,
vt ff. de minoribus. l. etiam. §. vltimo. Si autem omnes credi-
tores abſint, vel quidam ſolenniter citentur à iudice, quibus
intra tres menſes non apparentibus minor ſine periculo ab
hæreditate diſcedet iudice prouidente vbi debeant res hære-
ditariæ cuſtodiri, quantitate earum in actis manifeſtanda,
quod tamen periit per imbecillitatem ætatis, non reſtituitur
à minore: vt in authen. vt ſpon. lar. §. ad hæc. & ff. de mino. l.
5 ait. prætor. §. planè qui poſt. † Sed nunquid & legatarij vo-
candi ſunt cùm minor petit reſtitutionem [a] quod ſatis dici po-
teſt, cùm & eos hæc cauſa tangat, & ab eis comprobari de-
beat argu. auth. de hæredi. & falcid. §. ſancimus. & j. de autho-
rita. præſtan. l. vltima. Planè quæ facta ſunt à minore medio
tempore antequàm reſtituatur, vel abſtineat, vel quia ſoluit,
vel quia ſolutum eſt ei, rata habenda ſunt: vt ff. de mino. l. ſi
6 in integrum. † Illud certum eſt minorem tunc demum re-
ſtitui, vt abſtineat, quando adiuit: Nam ſi non adiuit, vel
cùm eſſet ſuus hæres ſe non immiſcuit. In primo caſu ipſo
iure non tenetur. in ſecundo tenetur quidem mero iure, ſed
habet exceptionem: & ita non reputatur pro hærede, vel
quantum ad creditores, vel legatarios, niſi quantum ad liber-
tates in teſtamento relictas: vt ff. de fideicommiſ. liber. l. cùm
quaſi. §. ſed & ſi ſuus hæres. nec eſt neceſſaria teſtificatio ſu-
per hoc quòd aliquis abſtinet, vel ſe non immiſcet: quia fi-
des veritatis, verborum adminicula non deſiderat: vt infrà
7 eodem, l. j. † Extra ſummam illud no, quòd minor qui exti-
tit hæres neceſſarius domino ſuo, nunquam reſtituitur vt ab-
ſtineat: ſed reſtituitur vt acquiſita poſt mortē domini, ſi ſint

immiſta

immiſta bonis domini, ſeparentur : vel ſi non eſſent immiſta,
ſuo communi iure ea ſepararet : vt ff. de mino. l. ait prætor. §.
8 non ſolùm. & de ſeparationib. l. j. §. vltimo. † Item illud no.
quòd qui reſtituitur vt abſtineat, pro non hærede adeò repu-
tatur, vt is qui ſubſtitutus eſt vulgariter, minori inſtituto vti-
liter, ex ſubſtitutione admitti poſsit, ſi velit: vs arg. ff. ad Ter-
tul. l. j. §. ſi quis adita. & l. ij. §. ſi bonorum. nec obſt. quod legi-
* tur de edicto ſucceſſorio. l. vltima. * quia ibi obſtabat infe-
riori præſcriptio anni, vel centum dierum, quibus tacuerat
poſt repudiationem primi. Vnde & ſi poſteà reſtituatur pri-
mus, liceat ei adire: deinde reſtituatur vt liceat abſtinere, non
admittitur ſequẽs. Ideò autem dixi, ſi velit ſubſtitutus: quia ſi
nolit non compellitur: vt ff. de acqu. hære. l. ſi minor. niſi ſub-
ſtitutus minori fuerit ſeruus teſtatoris : tunc enim compelli
tur: quia neceſſarius eſt hæres: ſi tamen bona non ſint ſoluen-
do: vt ff. de mino. l. & ſi ſine. §. ſed quòd Papinianus. Nam ſi
ſunt ſoluendo, non curauit lex eum compellere: cùm ab inte-
ſtato propter lucrum, multos veriſimile ſit ea appetere.

ANNOTATIONES.

a Si minor. Vide do. Alex conſi. s xi. vol. j.
* L. vlt. vide Alc. lib. Parad. 4. cap. 15.

Si vt omiſſam hæreditatem, & bonorũ poſſeſsionem, vel quid aliud acquirat. *Rub.*

1 *Minor repudiatam hæreditatem, nec dum diſtractam reſtitutus adire poteſt: aliàs contra.*
2 *Minor repudiato legato, reſtitui poteſt.*

NE QVIS putaret ſubueniri minoribus tunc
demum cùm certant de damno vitando, ait etiam
in lucris omiſsis, vel repudiatis minores iuuari.
1 † Si ergo repudiauit hæreditatem delatam ſibi
minor, ſic vt repudiatio teneat communi iure, prout explicui-
mus in aliis contractibus, ſuprà, ſi aduerſus venditio. & de in
integr. reſtit. mino. &, ſi tutor, vel curator interuenerit, reſti-
tuetur minor: vt liceat ei hæreditatem adire: ſi tamen poſt re-
pudiationem hæreditas non ſit diſtracta, vel à ſubſtituto mi-
nori, vel ab eo qui repudiante minore ſucceſsit. Si enim ſit di-
ſtracta, repelletur minor, niſi hic minor patris ſui in cuius
erat poteſtate, repudiauit hæreditatem : & ea ſit diſtracta in
ætate huius minoris ab hęrede ſubſequente : tunc enim reſti-
tuetur minor toto tempore minoris ætatis, & poſt intra qua-
driennium. Item poſt quadriennium de æquitate habet trien-
2 nium: vt infrà de repud. hęredi. l. vltima. Item † ſi minor repu-
diauerit legatum ſibi relictum, vel quid aliud quod potuit
acquirere, reſtituitur in integrum, vt ſ. de hæreditate dictum
eſt: vt ff. de mi. l. & ſi ſine.

In quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria. *Rubrica.*

1 *Minores quibus caſibus non egeant reſtitutione. & nu. 4.*
2 *Minorem iuuari ipſo iure aduerſus omnem temporalem præſcriptionem.*
3 *Præſcriptiones aduerſus minorem efficaciſſimè currentes quæ ſint.*
5 *Mora quando & quibus caſibus committatur, & quis eius effectus. & 8.*
6 *Poſſeſſor bonæ fidei qui cœpit eſſe malæ fidei, an teneatur de interitu.*
7 *Poſſeſſorem reputari quandoque malæ fidei, & quando.*
8 *Mora quæ cõmittitur in non ſoluẽdo quem effectum producat.*
9 *Mora quibus modis purgetur.*

1 MVLTAE † ſunt cauſę in quibus reſtitutio non
eſt neceſſaria : vt ecce ſi ipſo iure deficiat contra-
ctus : quia non interuenit tutor, vel curator: vt ſ.
de in integr. reſtit. mi. l. ſi curatorem. & inſtit. de
autho. tuto. Et de his etiam plene diximus ſ. ſi tut. vel cur.
inter. & ſ. ſi aduerſus rem iudic. cùm & minores. Idem eſt
ſi ipſo iure deficiat contractus: quia non interuenit decretum:
vt j. ſi ma. fac. ſat. ali. ha. l. vlt. §. vlt. &, de prædiis mi. l. ij. & l. ſi
quidem. vel quia dolus dedit cauſam contractui, vel quia mi-
nor ſocietatem contraxit donationis cauſa. vt ff. de mi. l. in
cauſæ. Item ipſo iure iuuatur, vt ei parcatur in infamia: vt ſi
fecit ludibrium ſui minor: vt ſ. quibus ex cau. infa. irrog. l. vlt.
Item minor mulier quæ filio impuberi non petiit tutorem,
2 non priuatur eius ſucceſsione: vt ſ. ſi aduer. delict. l. vlt. † Item
iuuatur ipſo iure in omnibus tẽporalibus præſcriptionibus:
de quibus plene diximus ſ. ſi aduer. vſucа. olim autem curre-
bant, ſed reſtituebatur minor: vt j. eo. l. vlt. Ideo autem ſtatuit
lex minorem in temporalibus præſcriptionibus ipſo iure iu-
uari, quia certum eſt minorem deceptum in amiſsione rei, vel
actionis: ſed in contractibus, habet opus petere in integ. reſti.
3 quia non eſt certum eum deceptum eſſe. † Quædam porrò
temporales præſcriptiones ſecundũ moderna, & antiqua iura
efficaciſsimè occurrunt minoribus : vt ecce, temporalis præ-
ſcriptio, quæ obiicitur minori volenti accuſare: vt ff. de mi-
no. l. auxilium. Item quinquennij præſcriptio, quæ obiicitur
minori ad tuendum ſtatum defuncti: vt j. ne de ſtatu defun. l.
ſi mater. & ff. ne de ſtatu defuncti. l. non eſſe. Item præſcriptio
non numeratæ dotis obiicitur minori alij ſuccedenti: vt non
reſtituatur vltrà ſtatuta tempora: ſed intra ea reſtituatur: vt in
auth. de tempo. non ſolu. pec. Item præſcriptio appellationis
faciendæ: vt j. ſi ſæpius in integ. reſt. poſtu. l. j. & iudicij termi-
nandi, & inuentarij faciendi currit minoribus: ſed reſtituun-
tur vt dixi ſ. ſi aduerſus rem iudi. Præſcriptio autem non nu.
pec. non currit minori ex ſua perſona: ſed ex perſona eius, cui
extitit hæres, currit: vt j. de non nu. pe. l. ſi intra. ſed reſtituitur
4 tamen, vt diximus ſ. ſi adver. vſucа. † Item iuuatur minor ipſo
iure in contractibus bonæ fidei, & quibuſdam quaſi contra-
ctibus ſtricti iuris, qui coæquiparantur eis, id eſt, legatis, & fi-
deicommiſsis, in quibus interpellatione ſua debitorem potuit
conſtituere in mora: vt ita debitor teneatur iudicis officio ad
vſuram, vel fructus præſtandos ex mora: vt ff. de vſuris. l. mo-
ra. primo reſpon. & §. j. & ff. de leg. ij. l. ſi quis ſeruo. & de con-
dit. & demon. l. ſi cui. in fin. Nam & ſi non interpellauerit mi-
a nor debitorem, tamen re ipſa eſt in mora [a] fauore minoris, hoc
ipſo, quòd non ſoluit. vt j. eo. l. in minorũ. & j. de actio emp. l.
5 curabit. in maioribus enim exigeretur interpellatio. † ſed ta-
men ad maiorem horum euidentiam, & vt ſuppleam quæ
plerunque vtilia ſunt diſtinguo: quia mora fit iure communi
cùm quis maior. xiiij. annis: vt ff. de verbo. obliga. l. ſi pupillus.
interpellatus per diei appoſitæ lapſum: vt ff. de verbo. oblig. l.
ſi fundum. & C. de contrah. ſtip. l. magnã. vel per litis conteſt.
vt ff. de verb. oblig. l. nemo. in fi. vel per eius cui debetur nun-
tiationem congruo loco, & tẽpore factam: vt ff. de vſur. l. mo-
ra. & ff. de verb. oblig. ſi ex legati. cùm intelligat ſe debere vel
teneri. debuit intelligere: vt ff. de reb. cre. ſi cer. pet. l. quod te-
nec omiſſa ſit rei repetendæ inſtantia : ſi ſine cauſa diſtulit rei
ſolutionem, vel præſtationem: vt ff. de vſur. l. mora. & l. ſcien-
dum. Hæc mora facit rem tantùm, vel intereſſe tantùm, æſti-
mari officio iudicis, prout erat tempore moræ: vel cœpit eſſe
poſteà vſque ad ſententiam, perſeuerante tamen mora: vt ff. de
eden. l. vbi. §. j. & de condict. triticaria. l. pe. & de act. emp. l. iij.
§. ſi per venditorem. & de re iud. l. ſi calendis. & de conditione
6 furtiua. l. in re. & de verb. oblig. l. quoties in diem. † Hæc mora
facit currere vſuram in contractibus bonæ fidei, & legatis, &
fideicom. vt ff. de vſur. l. mora. §. j. & de leg. ij. ſi quis ſeruo. &
l. qui in ſolidum. primo reſpon. & §. etiam. quia legata licet ſint
ſtricti iuris, æquiparantur tamen in hoc bonę fidei contracti-
bus: vt C. in qui. cau. ſ. reſtit. in integ. non eſt ne. l. in minorum.
Secus in contractibus ſtricti iuris : vt j. de condict. inde. l. j.
etiam lite conte. licet F. dixerit contrà. Hęc mora inducit pe-
titionem fructuum, per officium iudicis in quolibet contra-
cto, ſi petam quod aliquando fuit meum, vel eius, cuius iure
vtor. alioquin exigitur litis conteſtatio in cõtractu duntaxat
ſtricti iuris: vt ff. de vſur. l. videamus. ij. §. ſi actionẽ. in j. reſpon.
& §. j. & §. ex cauſa. & §. ſi poſſeſsionem. l. ij. Hęc mora quan-
doque punit in tertia parte debiti: vt ff. de inoffi. teſtam. l. & ſi
quis ſuo. Hęc mora facit rei periculum indiſtinctè pertine-

re ad reum, etiam ſi res erat taliter peritura penes actorem. Satis eſt enim quòd potuit non perire: vt ff. de leg. j. l. cùm res. §. vltimo. nec obſt. quòd dicitur. ff. depoſiti. l. ſi plures. §. vlt. quia ibi non erat in mora: licet eſſet conuentus: quia habebat probabilem cauſam reſiſtendi: et propter expenſas. Item expreſſum probatur in authen. de depoſit. & denun. §. inſuper. colla. vj. cùm enim ibi dicat, teneri eum qui interdicit depoſitario ne mihi reſtituat, de fortuito caſu: multo magis depoſitarius re-
6 netur, ſi ſine cauſa teneat, & perfidus facit. †Vnum hic ſuppono circa realem actionem notabile: vt ſi erat bonæ fidei poſſeſſor à principio, & poſt cœpit eſſe malæ fidei, vel in mora: diſtinguitur, an erat eodem modo peritura penes actorem: vt ff. de rei vendi. l. j. & l. item ſi verberatum. §. vlti. Nam ex præcedentibus & ſeq. patet quòd loquitur in bonæ fidei poſſeſſore, & eſt hoc ratione initij: & vt aliàs in eo. tit. l. Iulianus. ij. Sed illud non omitto, quòd ſi iuſtam cauſam litigandi habebat, indiſtinctè non tenetur: vt eo. tit. l. vtique autem. ſi tamen fuit à principio bonæ fidei, alioquin omnino de periculo tenetur: vt ff. eod. de rei vend. l. Iulianus. in principio. §. reſponſo.
7 & §. ij. † Illud notandum quòd quandoque reputatur quis malæ fidei poſſeſſor qualitercunque ſciuerit ad alium perti-
b nere hæreditatem, quantum ad [b] fructus, [c] & conſimilia: vt ff.
c de peti. hære. l. item veniunt. §. petitam. & §. à quo. & l. ſed & ſi lege. §. ſi antè. Item in rei vendicatione poſt litem conteſtatam, fit malæ fidei, quantum ad fructus: vt C. de rei vendi. l. certum. remanet tamen bonæ fidei poſſeſſor quantum ad vſucapionem triennij complendam, ad hoc vt ſuos faciat fructus, ſed eos vt dictum eſt reſtituit: ſicut & rem vſucaptam poſt litem conteſtatam, vt ff. pro empt. l. ij. in fin. & de vſur. l. qui ſcit. §. vlt. & de rei vendi. l. ſi poſt. Item quantum ad fatalitatem: vt ff. de peti. hæred. l. illud. nullo modo verò videtur poſſeſſor, quantum ad præſcriptionem x. vel xx. ann. quæ in-
8 terrumpitur lite conteſtata, vt C. de rei vendi. l. moræ. † Fit mora iure ſpeciali, & fauore, hoc ipſo quòd non ſoluitur: vt in minore. xxv. ann. & hæc parit vſuras tantùm: vt C. in quibus cau. in integ. reſtu. non eſt nec. l. in minorum. Fit etiam fauore circa libertatem fideicommiſſariam, hoc ipſo quòd non præſtatur, & hoc inducit quod mora detur ad manumittendum: vt ff. de fideicom. libert. l. cùm verò. §. apparet. Item fit fauore, in curſu biennij: & hæc ſimiliter parit vſuras: vt C. de iure do. l. vltima. §. vlt. Fit & quandoque ſpecialiter propter odium: vt in fure, prædone: vt ff. de vi & vi arm. l. j. §. rectiſſimè. & l. penul. Item in meticuloſo, ſed in eo diſtinguitur: vt ff. quod met. cau. l. ſi cùm. §. quod ſi homo. Et hoc, niſi mora
9 purgetur. Purgatur autem † oblatione rei, ſtipulatione nouandi animo interpoſita: vel non nouandi, ſi erat res in præſentia: vt ff. de condictio. fur. l. partis. & de ſol. qui decem. §. j. Item mora quæ fit minori, re ipſa, purgatur curſu temporis: vt ff. de lega. ij. l. Titia Seio. §. vſuras.

ANNOTATIONES.

a Mora. Vide Ioan. de Imo. in conſi. lxxv. in fin. Quantum. Adde ad
b materiam huius concluſionis Bart. in l. ſequitur. §. fructus. de vſucapi. Bald. in l. mala fide. C. de condic. ex leg. Aug. in l. j. C. de vſur. Ioan. de Imol. in authen. ad hæc. C. eo. tit. canoniſtas in cap. vigilanti. de præſcri. & in ca. ſi. eod. titu. vbi eſt locus proprius huius materiæ.
c Fructus. Vide Bart. ſing. conſi. l. liiii. incip. Picerecdus decedens.

Qui & aduerſus quos in integrum reſtitui non poſſunt. *Rubrica.*

1 *Reſtitutio in integrum, vt denegetur minoribus, quæ conſideranda.*
2 *Minor quo caſu non reſtituatur aduerſus creditorem repetentem mutuum.*
3 *Minor petens reſtitutionem quando non admittitur vt iuret in ſupplementum probationis.*
4 *Reſtitutio contra quas perſonas denegetur minoribus.*
5 *Reſtitutio quo caſu concedatur liberis, & libertis.*
6 *Filium reſtitui contra patrem in aduentitia hæreditate.*

PROSECVTVS eſt Imperator caſus, & cauſas in quibus, & propter quas detur, vel non ſit neceſſaria reſtitutio, nunc autem per titulos incipit edocere, propter quę denegetur reſtitutio.
1 † Et in iſto titu. notandum eſt eam denegari ratione perſonarum. ſcilicet petentis in integ. reſtitutionem & perſonæ
2 eius, contra quem petitur. † Et poteſt hic recipi in perſona petentis, cùm creditor repetit mutuum datum minori: nam licet alias debeat probare minorem locupletatum: vt diximus ſ. ſi aduerſus credit. tamen ſi minor, qui accepit mutuum, & petit in integ. reſtitui, ſit diligens paterfa. & actibus publicis induſtrium ſe docuerit: vt lapſum eum per ætatem non ſit veriſimile, non cogetur creditor probare eum eſſe locupletiorem: imò niſi probauerit ipſe ſe circumuentum, id eſt, facilitate ſua amiſſam pecuniam, denegabitur ei reſtitutio, & mu-
3 tuum cogetur reddere: vt j. eo. l. j. † Item poteſt hoc recipi
a [a] in qualibet cauſa, ex qua minor petit reſtitutionem: & in qua neceſſe habet probare ſe deceptum. Nam ſi ſemiplene probat, putà per vnum teſtem: poſſet ei alias deferri ſacramentum: vt iuret ſe deceptum, ſed hoc vbi ita diligens eſt, vt dictum eſt, non defertur ei: quia præſumptio facit cõtra eum. Et idem dici poteſt, vbi minor probauit per duos teſtes ſe deceptum, & aduerſarius per duos probauit contrarium: nec enim minori defertur iuſiurandum. Si autem minor nullo modo probat ſe deceptum, vel probat quidem pleniſſimè, & ſine obſtaculo alterius partis, non eſt opus conſiderare de qualitate perſonę minoris: niſi in mutuo: vt dixi, cum nihil proba-
4 turà minore, nec à creditore. † Propter perſonam autem eius contra quam petitur, reſtitutio ipſa denegatur: vt ſi petat eam quis contra parentes, vel patronos. Qui autem contineantur patroni, vel parentis appellatione: diximus ſ. de in ius vocan. nec diſtinguitur ſit parens, vel patronus honeſtus an turpis vitę: vt j. eo. l. vltima. Nam liberis, & libertis ſemper ſancta, & honeſta debet videri perſona parentis, & patroni: vt ff. de ob-
5 ſequiis. l. liberto. † Et hoc de reſtitutione quam petunt liberi, vel liberti iudicis officio: nam iure actionis poſſunt petere reſtitutionem contra parentes, vel patronos, niſi actio ſit famoſa. ſed & tunc in locum famoſę datur eis actio in factum: vt ſ. de dolo. l. ſi ſuperſtite. Porrò in caſu ait Placen. reſtituendum minorem contra patrem, vel parentem etiam iudicis officio: vt ſi erat quęſtio de patria poteſtate, & pronunciatum eſt pro patre: vt ſ. ſi aduerſus rem iudi. l. ſi cùm. vel dic quòd lex illa corrigitur. j. eod. l. vltima. vel accommodat pręſes partes ſuas
6 denegando reſtitutionem. Item alio caſu videtur reſtituendus filius contra patrem: putà in aduentitia hęreditate, quam repudiauit filius, & pater adiuit, reſtituitur enim filius minor: vt j. de bonis quę liber. l. vltima. fortè quia filius ibi non contraxit, vel quaſi contraxit, nec deliquit, vel quaſi deliquit contra patrem hoc ipſo quòd repudiauit hęreditatem, vel quòd ibi dicit eum reſtituendum, eſt intelligendum, quando pater non adiuit.

ANNOTATIO.

a Recipi. Vide Lud. Roma. in conſil. xxxviii.

Si minor ſe maiorem dixerit, vel probatus fuerit. *Rubrica.*

1 *Minori, qui ſe falsò aſſeruit maiorem, an & quando denegetur reſtitutio in integrum & nu. 4.*
2 *Decepto per dolum dari contra doloſum replicationem doli.*
3 *Priuilegia faciliùs admi, quàm iura communia.*

SICVT ratione perſonarũ denegatur reſtitutio,
1 ita & denegatur ratione mendacij: vt quia † minor
a aſſeruit ſe maiorem: [a] diſtingue tamẽ ſubtiliter, an dicat minor ſe maiorẽ aduerſarij doloſa perſuaſione, an vltro per ſe. In primo caſu non prǽiudicatur ei: vt j. eo. l. j. niſi fortè iurauit ſe maiorem: & ſi iurauit verbotenus tantum, repellitur ſolum à beneficio reſtitutionis niſi palam: & euidenter ex inſtrumentorum prolatione, non per teſtium depoſitio nes

poſitiones ſe fuiſſe minorem oſtenderit:vt j.eod.l.penultima.
b §.quòd ſi per. Sed ſi iurauerit corporaliter,[b] omnino repelli-
2 tur:vt j.eod.l.pe.in fi. Nam † licet alias decepto alterius dolo
detur contra doloſum replicatio doli, vt deceptus communi
gaudeat iure:etiam ſi iurauerit ſe quid facturum, vel non fa-
cturum:vt ff de pac.l.iuris.§.ſed ſi fraudandi.& ſ.de tranſact.
l.ſub prætextu,tamen hic propter religionis vinculum ſacra
mento firmatum,non licet minori aſpirare ad ſpeciale priui-
3 legium reſtitutionis: quia † facilius adimuntur priuilegia,
quàm iura communia:vt ſ.de tranſact. notauimus. & ſ. ſi ad-
uerſus venditionem. Vel fortè hęc diſtinctio,iurauerit,vel nõ
iurauerit minor,adhibenda eſt tunc demum,quando aſſeruit
ſe maiorem ſine doloſa perſuaſione alterius. Et ad hoc induci
4 poteſt quod dicitur.j. eod.l. pen.ibi,aditus itaque,&c. †Hic
tamen quando minor aſſeruit ſe maiorem vltrò ſine dolo al-
terius,diſtingue an voluerit alium decipere,an quia credebat
ita eſſe aſſeruit. Si alium voluit decipere per aſſertionẽ ſuam,
nullo modo reſtituitur:vt j. eod. l. ij. ſi verò noluit decipere,
remanet ei ſaluum beneficium reſtitutionis:niſi & aſſeruit,
& ſe maiorem eſſe verbotenus iurauit:tunc enim repellitur,
niſi palam & euidenter per inſtrumenta,non per teſtes oſten
derit ſe fuiſſe minorem. quod ſi ſacramento corporaliter præ
ſtito aſſeruit ſe maiorem, nullum ſupereſt ei auxilium: vt j.
eod.l.pe. Si enim repellitur à ſacramento, etiam ſi alterius do
loſa ſuaſio interuenerit: multò magis debet repelli, vbi alter
nihil peccauit. Si autem dubium eſt, & aſſeruit minor animo
decipiendi, vel non decipiendi, dici poteſt vt non prǽſuma-
tur contra eum qui modò aſſerit ſe minorem,& tunc dicebat
ſe maiorem,vt j.eod.l.ij.

ANNOTATIONES.

a Maiorem. Vide ad hoc Specu.in tit.de lit.æta. §.iii. verſ. ſed nunquid minor & in tit. de in integ. reſti. §.ii. verſ. item denegatur. Pau. de Caſt.in conſi.cxxxix qui ad iſtam concluſionem bona dicit.
b Corporaliter. Vide Ang.& Moder.in l.pluribus.ff.de verb.oblig.

Si ſæpius in integrum reſtitutio poſtuletur. *Rubrica.*

1 *Minorem poſſe ſæpius in integrum reſtitui.*
2 *Reſtitutio ſemel denegata minori an perpetuo ei denegetur:& quæ ſint noua defenſiones.*
3 *Minor,contra quem bis iudicatum eſt,an poſſit reſtitui.*

VALITER ratione perſonarũ, & cauſarum
ceſſet reſtitutio ſ.dictum eſt:hic antè ponit qua-
liter ceſſet ratione beneficij ſępius collati, vel ſe-
1 mel denegati. † Et eſt illud ſciendum quòd ſæ-
pius minor poteſt in integrum reſtitui niſi in caſu: vt dixi-
2 mus ſ.ſi minor ab hæreditate ſe abſtinuerit.Si verò†ſemel eſt
denegata reſtitutio,minor non reſtituitur poſtea, præterquã
ad appellationẽ:niſi nouis defenſionibus cauſam inſtrui poſ-
ſe dicat:vt j.eod.l.j.& l.vlt.& pe. Nouæ autem dicuntur de-
fenſiones non tantùm, quę de nouo quæruntur, ſed & quæ
tempore prioris cauſæ minori competebant: tamen recitatæ
3 & exhibitæ non fuerunt. †Porrò ſi minori nec ſęmel dene-
gata eſt reſtitutio,nec ſæpius conceſſa,ſed communi iure con
tra minorem bis iudicatum eſt, quærit lex an reſtituatur mi-
nor? & videtur quòd reſtitutio dari poſſit à principe: vt ff.
de minoribus.l.minor autem.

De his qui veniam ætatis impetrauerunt. *Rubrica.*

1 *Veniam ætatis qui poſſint impetrare.*
2 *Veniam ætatis impetrantes quid probare debeant, & apud quem,& num.4.*
3 *Fœminas eſſe tardas ad donandum.*
5 *Veniæ ætatis impetratio quem effectum producat.*
6 *Minor qui veniam ætatis impetrauit, cenſetur iure minoris.*
7 *Venia ætatis in relictis quatenus accipienda.*

ADIICITVR hic et alia cauſa denegandæ re-
ſtitutionis: vt enim denegatur reſtitutio maiori
xxv. annis, in his, quæ gerit maior factus: ita &
denegatur minori, qui impetrauit, vt habeatur
pro maiore: & ſic impetrauit veniam ætatis. Videndum ergo
1 de ea,quis impetret,& qualiter,& quis ſit effectus.† Impetrat
autem eam maſculus maior.xx.annis. Fœmina autem maior
xviij.Maturior eſt enim ſexus fœmineus, quàm virorum: &
2 plus & citiùs creſcit herba mala, quàm bona. † Et hanc ve-
niam ætatis à principe,allegando,non probando Imperatori,
impetrat de morũ honeſtate. Imperator enim qui totius mun
di negotiis eſt intentus.huiuſmodi probationes audire non po
teſt:ſed iudex ille,id eſt,præſes prouinciæ,vel fortè præfectus
prętorio, ſi impetrauit ſenator, vel ſi inferior impetrat veniã
ætatis,apud quem allegatur priuilegium ætatis,probationes
annorum,& de morum inſtituto,& probitate animi,& de te
ſtimonio vitæ honeſtioris debet admittere:quas probationes
minor per ſe, & non per alium debet facere. Fœmina autem,
quia inconueniens eſt eam demõſtrare cœtui publico, etiam
per alium probare poterit numerum annorum tantùm: vt j.
eod.l. omnes. Non autem neceſſe habet probare honeſtatem
morum,vel probitatem animi,vel conſimilia:& ſic maſculus
duo probat,annos & mores:fœmina vnum tantum.ſ. annos:
vt hic. Sagacior enim præſumitur fœmina, quàm maſculus:
3 †vnde & tardæ ſunt ad donãdum:vt ff.ad Velleianum. l.ſed
ſi ego,& ff.de donationibus inter virum & vxo.l. ſi ſtipulata.
4 †Quidam tamen dicunt:quòd maſculi apud principem de
bent probare de honeſtate morũ: & nihilominus etiam apud
iudicem apud quem allegatur priuilegium veniæ ætatis. vel
probant apud principem tãtùm, ſed apud iudicem probat ſe
probaſſe coram principe de honeſtate morum, & conſimi-
lium, ſicut & qui dicit ſe bonorum poſſeſſorem eſſe, debet
probare ſe agnouiſſe bonorũ poſſeſsionem:vt j. quorum bo
5 norum.l.j. †Huiuſmodi autem venię eſt effectus:quia mino-
ri denegabitur reſtitutio de his quæ geſſit poſt veniam æta-
tis, ne qui cum eo contrahunt qui veniam meruit, principali
6 authoritate decepti videantur.j. eod, l.j. †Sed tamen quan-
tum ad alienanda immobilia ſine decreto, vel conſimilia. is
qui meruit veniam,omnino minoris iure cenſetur: vt j. eo. l.
7 pe. Extra ſummam noto, †quòd vbicũque quid relictum eſt
in tempus maioris ætatis,de ea tantum quæ completur nume
ro annorum, non de ea quæ à principe impetratur, eſt intel-
ligendum:niſi aliud probetur:vt j.eo.l.ſi quis.

Si maior factus ratum habuerit. *Rubrica.*

1 *Reſtitutionem in integrum denegare ei qui maior effectus ratum habuit quod in minori ætate geſtum eſt.*
2 *Intellectus ad l.iij.§.} ff.de minoribus.xxv.annis.*

1 NON † tantùm ex ſupradictis, ſed etiam ratihabi
tione denegatur reſtitutio. Nam ſi quis factus
maior approbat ea quæ geſta ſunt in minori æta
te à tutore tantùm:vel à ſe tantùm,vel ab vtroq;
non poteſt petere reſtitutionem in integ. vt j. eod. l. ij. Lo-
quor autem de ea approbatione, vel ratihabitione quæ fit
expreſsis verbis,vel ipſo facto,quod æquipollet verbis: vt ff.
rem rat.ha.l. Paulus reſpondit non tantum. Nec ob.quod le
a gitur.[a] ff.de min.l.iij.§.ſcio.quia(vt ibi ait os aureum) factus
2 maior non fecit approbando prius † factum, ſed ex conſe-
quentia prioris facti incidit in ſecundam captionem: vt ibi-
dem notauit Hirne. Vel ſpeciale eſt in hæreditate, vel ibi in
minori ætate exigere ſtatuerat,vbi autem minor tacite habet
rata ea quæ geſta ſunt in minori ætate. ſ. tacendo per quin-
quennium,vel decennium,vel vicennium,locum habet rubr.
ſi maior factus ratam ali.habuerit.

ANNOTATIO.

a Legitur. Vide dn. And. Barb. conſil. xlii. colum. vii. cum duabus ſequen.in vi.volu.

Vbi, & apud quem in integrum reſtitutio agitanda ſit. *Rubrica.*

1 *Reſtitutionis in integrum cauſa vbi & coram quo iudice agitari debeat.*
2 *Reſtitutionem in integrum à ſolo principe concedi aduerſus ſententiam.*
3 *Pœnam criminis & infamiam remitti poſſe duntaxat à principe & à ſenatu.*
4 *Reſtitutionem in integrum qui iudices poſſint concedere.*
5 *Delegari non poſſe, quod iudicis officio cauſa cognita debet expediri.*
6 *Reſtitutionis cauſa an delegari poſſit.*

1 CAVSA † in integrum reſtitutionis debet agi-
b tari in foro ᵇeius cõtra quem petitur reſtitutio:
vt j.eo.l.ij.Cognoſcit autem de ea iudex ordina
rius,reſtituendo nedum in contractibus & ſimi
libus,ſed etiam contra ſententiam à ſe latam vel ab inferiore
2 ſe,ſed non à ſuperiore. †Porrò princeps ſolus reſtituit in in-
tegrum contra ſentẽtiam procuratoris ſui, vel iudicis quem
delegauit,vel contra ceabis iudicatas, vel etiam contra ſen-
tentiam ſuam.Sed hoc vltimum fit raro. fit tamen quando-
que propter infirmitatem ætatis: quia minor docet ſe captũ,
dum quæ pro cauſa ſunt non allegat, vel ab aduocatis ſe per
ditum queritur:vt ff.eo.l.in cauſæ.§.vlt.& l.præfecti.& l.mi
3 nor.& j.eo.l.j.& ſ.ſi aduerſus rem iudi.l.aduerſus. †Item ſo-
a lus Imperator,& ſenatus,criminis pœnam & infamiamᵃma-
ioribus, & minoribus remittere poteſt: indulgendo ſpeciale
priuilegium per in integ.reſt.vt ff.de poſtu.l.j.§. deinde adij-
4 cit. †Item reſtituit iudex qui habet iuriſdictionem cum admi
niſtratione:vt j.e.l.vlt. Item reſtituere poteſt iudex delega-
c tus, ᶜ ſiue ipſa cauſa reſtitutionis ſpecialiter fuerit delegata
(quod & veteri licebat iure)ſiue fuerit alij delegata cauſa,in
5 ciderit autem quæſtio reſtitutionis:vt j.eo.l.vlt. †Et ſunt hic
duo notabilia: quia alias quod iudicis officio cauſa cognita
expeditur, alteri denegari non poteſt:vt ff.de offi. procon. l.
nec quicquam.§.vbi decretum. Et ex hoc ſequitur aliud mi-
rabile, quod cũ etiam veteri iure ſpecialiter delegari poſſet cau-
6 ſa reſtitutionis,vt dictum eſt,ergo †magiſtratus municipalis
deberet de reſtitutione cognoſcere:vt ff.de offi.eod. cui.man.
eſt iur.l.j.quod lex vetat:vt ff. ad munici.l.ea quæ. Et poteſt
ad hoc reſponderi pluribus modis.Et primò ſic.Quia omnia
quæ competunt iure magiſtratus, delegari poſſunt. Sed non
omnia quę delegantur ſpecialiter,cõpetunt iure magiſtratus,
vt in hoc exemplo:& in mero imperio,cuius cognitio ſpecia
liter demandatur, ſi contigerit præſidem abeſſe: vt in prædi-
cta l.j.de officio eius continetur.Vel dic olim ſpecialiter po-
terat delegari non cuilibet,ſed magiſtratui municipali,ſicut
& in tutoris datione dicitur:vt ff. de tuto. & cu. da. ab. his.l.
nec mandare.& inſti.de auth.tu.§.pe. Et ideò non ſequitur,
quòd iure magiſtratus cõpetat cognitio cauſæ reſtitutionis:
nam nec datio tutoris competit iure magiſtratus. Sed nec eſt
meri imperij tãtùm:vt ff.de tutel.l.muto.§.tutoris datio. Mix
ti ergo dicitur imperij, vt plenè dicemus donante Domino
j. de iuriſd.um.iu.§. poſt & alia. Hodie autem cùm cognitio
cauſæ reſtitutionis de ſpeciali, & generali transeat commiſ-
ſione,ſatis dici poteſt eam iure magiſtratus cõpetere.Ideò ma
giſtratus municipalis de reſtitutione poterit cognoſcere.

ANNOTATIONES.

a Infamiam. Adde quod ad famam etiam in terris eccleſiæ Imperator reſtituere poteſt:vt eleganter tenet Bal.in marg.ver.collegium.ver.j. Alex.de Imo,copioſè in l.infamem.ff.de pub.iudi.

b In foro. Reſtitutio in integrum debet fieri iudice ſedente pro tribunali & aduerſario præſente.vocari enim debet is,contra quem petitur in integrum reſtitutio:alioquin ipſo iure non tenet. ff. de mino.l.verum.§.ſecũdum.& l.in cauſæ.in.§.cauſa cognita. Quia etſi minori pro reſtitutione non detur actio,ſed iudicium.ff.de minorib.l.quod ſi mi nor.§.ſi.& l.illud.§.j.oportet tamen libellum porrigi, litis conteſtationem fieri,& omnia ſolenniter,& ritè procedere. extra. de offi. iu. de.c.ſi.Martinus.

c Iudex delegatus. Delegati à principe vel à papa reſtituere poſſunt. Similiter & ordinarij,& delegati ordinariorum habentium adminiſtrationem, ſiue cauſæ reſtitutionum fuerint eis ſpecialiter cõmiſſæ, ſiue alijs cauſis cõmiſſis corã eis reſtitutionum incidat quæſtionem. Similiter ordinarij non habentes adminiſtrationem poſſunt: ſed delegati ab eis non poſſunt: niſi cauſa reſtitutionum ſpecialiter committatur eiſdem. Sed ſi alijs cauſis quæſtionem reſtitutionum incidãt,& cauſas audire poſſunt,& reſtitutiones indulgere. Idem in arbitris dicendum eſt. Nam ſuper quæſtione reſtitutionis compromitti non poteſt. Sed ſi ſuper aliquo compromittatur ſuper quo compromitti poteſt,& coram arbitro incidat quæſtio reſtitutionis,& audire,& reſtituere poteſt:extra,eo.c.cauſam quæ decretalis ſumpta eſt ex l.ſi.C.vbi & apud quem. Reſtitutio quoque fieri poteſt non ſolum ab epiſcopis & eorum ſuperioribus, ſed etiam à prælatis inferioribus: ſi hoc habent de conſuetudine,alias non. Martinus.

De reputationibus quæ fiunt in iudiciis in integ.reſti. *Rubrica.*

1 *Minore reſtituto vt hæreditate abſtineat, quam adiuit quatenus reſtituendus ſit.*
2 *Reſtitutione conceſſa minori aduerſus interceſſionem pro alio factam,quomodo conſulatur creditori.*
3 *Minore reſtituto aduerſus contractum, prouidendum eſt ne lucrum ſentiat in damnum alterius.*
4 *Debitori, qui ſoluit minori pecuniam, quam ei debebat, facilius ſubuenitur quàm creditori,qui minori credidit.*
5 *Creditori, qui mutuam pecuniam dedit minori, an & quando ſuccurratur.*

QVIA IN reſtitutionibus minorum locus eſt re-
putationibus.i.compenſationibus:vt ait P.vel re
ſtaurationibus,vt puto ego:nam hæc declarant
1 exempla ſequentia:de his plenè tractemus †Et ſi
quidem minor reſtituetur in integrum, vt liceat ei abſtinere
ab hæreditate,quam adiuit: & alius ad quem pertinent bona,
eadem ſanè æquitatis reſtituetur: vt à minore repetat quod
in rem ſuam conuerſum eſt: nec periit per imbecillitatem æta
tis:ſi autem perijt dolo,nihilominus eſt reſtituendus: vt j.eo.
2 l.j.in fi.& ff.de mi.l.ait prętor.§.planè qui poſt. †Si autem re
ſtituatur minor, non diſtinguo(vt Pla. ait)an pubes, vel im-
pubes in eo,quod pro altero interceſſit creditor, cõtra quem
reſtituetur: eadem æquitate poſtulabit vt in veterem debito-
tem reſtituatur actio talis,& tanti temporis,qualis & quanti
temporis ei cõpetebat ante interceſſionem minoris. ff. de mi.
l.vlt.& j.eo.l.ij.§. ſi interceſſor. niſi minor dolo creditoris in-
ducatur vt apud eum intercedat:vt ff.de fideiuſ.l. ſi Titius. &
ff.de ſolut.l.quę res.Porrò vbi minor non reſtituitur in inter-
ceſſione,quia non ciuiliter,& naturaliter fuit ex interceſſio-
ne obligatus, ſed naturaliter tãtùm.erat enim impubes puber
tati proximus,qui ſine tutore interceſſit:vel erat adultus ha-
bens curatorem,qui ſine eo, pro alio ſe obligauerat:licet mi-
nor ſine reſtitutione ſuo iure ſit tutus, non tamẽ creditori cõ
tra veterem debitorẽ ſubuenitur:vt Inſti.quib.mo.obli.tol.§.
prætereà.Eſt enim eius actio, & obligatio ciuilis & naturalis
tranſlata in naturalẽ tãtùm:vt ff.de nouationib.l.j. quod in ſer
uo promittẽti nouãdi animo dici non poteſt,cùm ipſe nec na
turaliter ex tali cauſa obligetur: vt in prędicto §.prætereà.&
ff.de fideiuſſorib.l.ſeruus.& l. ſed & ſi ſerui dominus. Illud ſa
tis cõcedo, vt ſi minor naturaliter tãtùm obligatus poſtea re
ſtituatur in integr.vt quia naturale debitum ſoluit creditori,
quod ſine reſtitutione repetere non poteſt:vt diximus ſ.ſi ad-
3 uerſus ſolutionẽ.& creditor eadẽ æquitate reſtituetur. † Vbi
autem reſtituitur minor in cõtractu ex quo aliquid abeſt ei,
vel abfuturũ eſt,& ex quo aliquid adeſt ei,vel adfuturum eſt
qua æquitate reſtituitur,ne moretur in dãno: eadem decerni-
tur,ne in lucro moretur.Siue ergo emptor ſedenti, vel non ſe
denti in ludo perditionis ſoluerit pretium, vel creditor ad
magidem ludenti, vel non ludenti numerauit pecuniam, mi-
nor(cui ſolutum,vel numeratũ eſt)reddit pecuniam ſi habet:
4 alioquin cõtrà:vt ff.de minorib.l.patri.§. j. †Propior tamen
eſt ratio ſubueniendi ei, qui ſoluit minori,quod debet: quia
fecit ex neceſſitate, quam creditori qui numerat ex volunta-
te:vt ff.eod. l. quòd ſi minor eſt. §. pe. Et ita fauorabilior eſt
vnus,quam alter,quantum ad probationes,vel præſumptio-
nes.Idem tamen dicitur vtrobique. Simile eſt in ea. l. quod ſi
minor

minor. §. Sceuola. & idem vbicunque ponitur in aliqua lege
1 aduerbium, maximè. P. tamen † dubitatiuè differentiam notauit inter credentem, & ſoluentem. vt creditor pecuniam numeratam ſedenti ad magidem non repetat, etiam ſi minor habeat eam: quia credita eſt ei conſumpturo: quod tamen non dicitur in vera propoſitione: quia cōſumpturus dicitur qui verè conſumpſit, ſed refertur ad id quod credebatur, vel ſperabatur, vt ff. ſi cer. pe. l. qui pecuniam. Si autem numerauit non ſedenti ad magidem, reſtituitur minor ſi habet: alioquin contra. Sed ſi ſoluit quis minori ſedenti ad magidem, reſtituitur minor ſi habet: alioquin contra ſedentem. Si quidem non ſedenti ad magidem ſoluatur, ſi quidem à minore incipiat cauſa reſtitutionis alium eo conueniente, & repetēte rem quam vendidit reddet pretium emptori, etiam ſi perdiderit. Si verò ab alio incipiat cauſa: puta, ſi venditor maior petat pretium à minore emptore, tenetur minor in quantum locupletior eſt. Nam & qui ignorans vendidit rem furtiuam emptori cōſcio, nihil ex venditu conſequitur: niſi vltro quid conuenerit emptori præſtet: tamen emptor nihil conſequeretur, ſi cauſæ primordium ab eō incipit: vt ff. de contrab. empt. l. ſi in emptione. §. item & ſi emptoe. Sed noſtra opinio (vt ex præmiſsis patet) verior eſt.

Etiam per procuratorem, cauſam in integ. reſti. agi poſſe. *Rubrica.*

1 *Reſtitutionis in integ. cauſa, non niſi à ſpeciali procuratore agitanda.*
2 *Procuratorem cauere an oporteat.*

1 CAVSA † in integ. reſti. per procuratorem ſpecialem, & non per generalē exerceri poteſt, ſiue minor ſit factus maior, ſiue minor duret adhuc ſed ætatem impetratam nō per procuratorē ſed per ſe maſculus apud ſuū iudicem debet allegare: vt diximus
2 ſ. de his qui ve. æta. impe. † Porrò ſi de ſpeciali ⁿ mandato pro
2 cauſa reſtitutionis iniuncto dubitatur: debet cauere rem ratam dominum habiturum: vt ff. eod. l. illud. §. ſi tali. & l. quòd ſi de ſpeciali.

ANNOTATIO.

n Speciali. Vide Barto in l. cum procurator. per illum textum ff. de ope. no. nuncia. & ibi dnmi. Alexan.

In integrum reſtitutione poſtulata, ne quid noui fiat. *Rubrica.*

1 *Reſtitutione in integrum poſtulata, debere omnia in priſtino ſtatu reponi.*
2 *Minor ſi tēpore litis conteſtatæ, ſuper reſtitutione erat locupletior & poſtea deſinat eſſe, an teneatur, & quid è contrario.*
3 *Appellatione pendente, res mobiles apud ſequeſtrum deponi: immobilium autem fructus ſequeſtrari.*

1 POSTVLATA † in integrum reſtitutione omnia eſſe debent in ſuo ſtatu, in quo erant ante principium cauſæ. Non ergò res in cuius nomine in integ. reſti. eſt poſtulata, debebit alienari, vel ſententia executioni mādari, vel ab aliquo quid fieri in præiudicium alterius partis: donec finiatur cauſa reſtitutionis. Sed
2 & ſi minor † tempore litis conteſtatæ erat locupletior: licet poſtea deſinat eſſe, tenetur. hoc tamen fallit in conuerſo caſu, id eſt, ſi locupletior non erat litis conteſtat. tempore: vt poſtea locupletior inueniatur tempore rei vendicandæ. tenetur enim inſpecto vltimo tempore: vt ſic fiat innouatio quædam in cauſa reſtitu. vt ff. de mino. l. ſi minor. & de pet. hæred. l. ſi à patre. §. quo tempore. Sed certè hæc innouatio fit à minore, vel ex parte minoris contra ſe, non in alterius præiudi-
3 cium, quòd vetat regula præmiſſa. † Et eadem regula locum habet in cauſa appel. penden. ſi appellatum ſit à definitiua ſententia, non ab iniqua executione: tunc enim res mobiles poſſeſſori auferuntur, & apud ſequeſtrum collocatæ permanebunt, donec iudex appellationis pronuntiauerit. Si autem fuerint immobiles, ſequeſtrantur fructus cùm depopulantur à poſſeſſore: vt j. quorum appella. non recep. l. ab executione. & ff. de appel. l. imperatores. §. vlt. Porrò pendente cauſa reſtitutionis, item appellationis, quædam fit nouitas per hoc quod nouæ probationes, & interrogationes, & confeſsiones fieri poſsint de iure: vt j. de tempo. appel. l. per hanc.

De reſtitutione militum, & eorum qui reipubl. cauſa abſunt. *Rubrica.*

1 *Militibus ſubueniri per reſtitutionem pro eo tēpore, quo ſunt in militia.*
2 *Abſentia reipub. cauſa quæ cenſeatur, & num. 4.*
3 *Abſentes reipu. cauſa quoſdam eſſe coactos, quoſdam ſpontaneos. atque inibi quibus concedatur reſtitutio.*
5 *Abſentibus reipu. cauſa in quibus ſubueniatur, & in quibus non, & num. 7.*
6 *Abſentibus cauſa reipu. non ſubueniri, vt videantur vſucepiſſe, quod ab eis non eſt vſucaptum.*
8 *Abſens reipu. cauſa quando reſtituatur aduerſus vſucapionem & pro quo tempore & num. 10. & 13.*
9 *Hæres eius qui abſuit reipu. cauſa an & quatenus reſtituatur vſucapione nondum completa.*
11 *Reſtitutio an detur aduerſus vſucapionem non completam in abſentia, aut in modico tempore poſt reditum, ſed poſtea.*
12 *Reſtitutio quomodo detur aduerſus medium annum vſucapionis, quādo vſucapio cōpleta fuit vltimo anno in præſentia.*
14 *Militibus & alijs abſentibus reip. cauſa, quo modo ſubueniatur aduerſus vſucapionem rerum ſuarum.*
15 *Actionem, ad quam reſtituitur is qui fuit abſens, vocari reſciſſoriam: & quare.*
16 *Reſtitutio aduerſus vſucapionem, quæ præceſsit in abſentia, à quo concedatur.*
17 *Reſtitutio quemadmodum datur militibus, & abſentibus reipublicæ cauſa eorumque hæredibus, ita etiam datur aduerſus eos eorumque hæredes.*

DICTVM eſt ſ. de reſti. mino. ſupereſt videre de reſtitutione maiorum: & quia duæ ſunt excellentiores cauſæ quibus reſtituuntur maiores. ſ. militiæ cauſa: & abſentia propter rempublicam, de his videamus. primò quibus ſubueniatur per eas cauſas, & in
1 quibus, & quando, & qualiter. † In primis autem ſciendum eſt militibus ſubueniri: quia diſcedere à ſignis ſine periculo non poſſunt: vt ff. quibus ex cauſa, ma. l. penu. iurabant enim ſe non euitaturos mortem, propter ſalutem reip. Si ergo miles eſt in domo ſua, interim non reſtituitur: vt j. eo. l. pe. & ff. quibus ex cau. ma. l. miles. Planè ſi nondum eſt in domo ſua, ſed commeatu accepto, reuertitur interim reſtituitur: donec legitima tempora ad reuertendum præſtituta ſuperſunt ei, non poſtea: vt ff. quibus ex cau. ma. l. ſi cui. Nec diſtinguitur, vrbani ſint milites, an extra ciuitatem deſtinati: vt ff. quib. ex cauſ. ma. l. milites planè. & l. qui mittuntur. §. vlt. Idemque eſt & in medicis militum, vt l. inter eos. §. vlt. ff. ex quib. cau. ma.
2 † Abeſſe autem reipublicæ cauſa videtur, qui abeſt propter cauſam reipublicæ Romanorum, non ciuitatum aliarum. Ille tamen iuuatur ex generali clauſula edicti prætorij, qui abeſt pro ciuitate: licet alias dicatur quòd ciuitates ſint loco priuatorum: vt ff. quib. ex cau. ma. l. ſed & ſi. §. vlti. & de ver. ſig. l.
3 eum, qui vectigal. † In omnibus autem his abſentibus diſtinguo, an ſint abſentes coactè, an ſpōtanei, id eſt, ad hoc eis dantibus operam, vt abeſſent: tunc enim non reſtituuntur: quia propter ſuum commodum, vel alterius læſionem veriſimile eſt eos feciſſe: puta, cauſa litis euitandę, vel cōſimilium. Idem multò magis, ſi propter ſuum negotium euidenter pateat militem hoc officium aſſumpſiſſe. Idem & ſi maturiùs profectus eſt, quàm ei iniunctum eſſet, & ſi reuerti potuit, & non reuertitur, interim non reſtituitur, & ad reuertendum legitima ſtatuuntur tempora: vt pro ſingulis xx. miliariis habeat vnam diem: vt ff. ex quibus cauſ. ma. l. item. hi. & l. ſed & qui data. & l. reipubl. cauſa. & l. ſi cui. §. vltimo. & l. non verè dicitur.
4 & ff. ſi quis cautionib. l. 3. † Et poſſunt exempla plura dari de

abſentibus reipub.cauſa. Quicunq; enim eſt dignitatis cauſa
miſſus extra vrbẽ, abeſt reipub.cauſa, ſiue ſit præſes, ſiue pro-
conſul, ſiue legatus, ſiue procurator Cæſaris, vel tribuni mi-
litũ, vel præfecti. Item comites legatorũ ſimili cauſa abſunt:
quia ad ærarium delati aut in commentarium principis dela
a ti ſunt. Et eſt cõmentarium,ᵃ locus vbi princeps cũ conſilia-
riis ſuis ad mẽtem ſecreta reuocat: à verbo cõminiſcor. Item
tabellarij magiſtratuum.& miſſi, vt milites ducerent, aut cu-
rarent qui eſſent legendi.i.eligendi, aut gratularẽtur princi-
pi, aut malos cõpelerent homines. Item qui miſſi ſunt Ro-
mã pro publico negotio, vel in locũ alium: licet per vrbẽ eis
cõpetat iter, videtur abeſſe reip. cauſa. Vrbani autẽ magiſtra-
tus non videtur abeſſe reip.cauſa: fortè quia poſſunt, & con-
ſueuerunt facilè per ſe, & per alium prouidere negotiis ſuis:
vt ff. quib.ex cau.ma.l. ſed & ſi qui data.& l.vt ſunt.& l.abeſ
5 ſe.& l.iter.§.j.& ij.l.qui mittuntur. †Subuenitur autem præ-
a dictis perſonis in quatuor: Vt ſi res eorum vſucaptæ ſunt, vel
præſcriptæ. Item ſi ſeruitutes eorum prædiis debitæ, non vtẽ-
do amiſſæ ſunt. Item ſi eorum debitor actione qua teneba-
tur eis, liberatus eſt præſcriptiue temporis. Item ſi prędictæ
perſonæ aliquid acquirere potuerunt ſine alterius iniuria: vt
ſi erat eis legatũ ſingulis annis, quibus in Italia eſſent, vel eis
erat promiſſum eodem modo. vel ſic ſi tempore mortis eſſent
in Italia: capiunt enim ac ſi impleta eſſet conditio per benefi-
cium reſtitutionis. Nec dici poteſt quod reſtituãtur ad actio-
nem amiſſam: quia verè nulla cõpetit eis: vt ff. qui.ex cau.ma.
6 l.Iulianus.& l.ſi quis Titio. †Sic acquirere potuerit cum alte-
rius dãno & iniuria: puta, per vſucapionem triennij, vel de-
cẽnij, non ſubuenitur eis, vt videãtur vſucepiſſe, quod non vſuce-
perũt: ſicut etiã dicitur in captis ab hoſtibus, vt ff. qui ex cau.
ma.l.ſciendum.& l.deniq;.& l.nec vtilem. Nam licet abſens
cauſa reipu. poſsit per ſe vſucapere (quod non eſt in captiuo)
tamen abſentia potuit ei nocere, ne rem, puta emptam, incipe
ret poſsidere, quã & vſu cepiſſet, ſi non eſſet captus: ad quod
non reſtituitur, vt dictum eſt. Poteſt dici & in quinto eis ſub-
ueniri, hoc eſt in eremodiciis: vt ff. quib.ex cau.ma.l. cum mi-
les.§.vlt. Diſtingue tamen ſi ſiut legitimè defenſi, an non. Si le
gitimè defenſi ſunt, reſtituũtur ad appellationem: non ad in-
ſtaurationem iudicij. Si nullo modo ſint defenſi, vel minus le
gitimè, reſtituuntur ad cauſam totam ex integro agendam:
vt ff. de in integ. reſti. l.vlt. & ff. quib.ex cau.ma.l. is, qui reip.
7 cauſa. †Illud certum eſt non ſubueniri prædictis perſonis in
cõtractibus, vel quaſi cõtractibus, vel delictis, vel quaſi deli-
ctis ex eorum facto cõtractis: vt j.eo.l. quæ à patre: licet in eis
8 inueniãtur minores.xxv.an. †Porrò in vſucapione, vel præſcri
ptione rerũ, vel actionũ, vel ſeruitutum ita demũ reſtituitur
abſens, ſi vſucapio, vel præſcriptio fuerit cõpleta in prę iudi-
cium abſentium. Nam ante cum abſens, vel eius hæres poſsit
rem vendicare, vel ſuo iure agere, non reſtituetur: vt ff. de mi-
9 norib.l.in cauſæ. †Sed hæres abſentis etiam non cõpleta præ-
ſcriptione (licet cõmuni iure agere non poſsit) reſtituetur, vt
cõmode conſequatur quod ex defuncti perſona habuiſſet, ſi
cauſa reip. defuncto non obſtitiſſet: vt ecce, Pãtonius cum in
Sicilia procuraret: delata eſt ei bonorum poſſeſsio quam ali-
quis ſine mandato ſuo petiit: ſed ipſe intra tẽpora bonorum
poſſeſsionis ratum non habuit, & intra tẽpora bonorũ poſ-
ſeſsionis deceſsit. hæres enim eius petere bonorum poſſeſsio-
nem nõ poteſt: licet potuerit defunctus quia deceſsit intra tẽ-
pus: ſed nec ratam poteſt habere petitionem eius qui nomine
defuncti eam agnouit: quia ad hæredem non agnita trãſmit-
titur: vt ff. de de acquiren. hæred. l. Pantonius.& ff. rem ra. ha.
l.pe.& l.ſi is, cui. Sed leges illæ nihil de reſtitutione ſomniant.
De humanitate tamen ibidem dicit dari reſtitutionem: quia
veriſimile eſt, quòd defunctus bono. poſſeſsionem agnouiſ-
ſet, ſed ei abſentia impedimento non fuiſſet. Et eſt illud hic
not. quòd hæres reſtituitur in integ. in iure defuncti, licet de-
functus reſtitui non potuerit. Quod autem dicitur j.eod.l.j.
reſtitutionem dari hæredi centurionis ex perſona defuncti:
ita demum ſi deceſsit poſt exactos dies, verum eſt iure ſtricto:
b ſecus eſt de humanitateᵇ: vt dixi. Vel in caſu præmiſſo non ex
defuncti perſona, ſed propter defuncti abſentiam reſtituitur
ex ſua perſona, vel ſubaudi maxime. Vel referas iſta verba, ita
rectè implorabit, ad vltima verba legis, ſcilicet illa. ſi in mili-
10 tia defunctus eſt: non ad illa, poſt exactos dies. †In vſucapio-
ne autem, vel præſcriptione rei, vel iuris reſtituitur miles, vel
abſens reipu.cauſa, ſi vſucapio, vel præſcriptio fuerit comple
ta in abſentia vel poſtea intra modicũ tempus, id eſt: dum ho
ſpitium conducit, ſarcinulas componit, quærit aduocatum:
hęc enim præſentia modici temporis reputatur pro abſentia:
nec enim habetur delectus, vel reſpectus, habuerit, vel nõ ha-
buerit miles vel abſens procuratorem, an nõ: vt ff. ex qui cau.
ma.l. ſed & ſi.§.vlt. Nec obſt. quod legitur. in eo. tit. l. is qui.
quia ibi habuit procuratorem, & legitimè defenſus eſt: vt ſ.
dixi. Nec diſtinguo ſi incboata vſucapio ante abſentiam, an
11 in abſentia. †Si autem vſucapio non fuerit completa in ab-
a ſentia, vel in modico tẽpore ſed poſtea, pleriq; dicũtᵃ denega
ri reſtitutionẽ, ſecũdum Marti. & Plac. & alios: & pro eis fa-
cit quod legitur. ff. quib.ex cau.ma.l.ab hoſtibus.§.ſed quod
ſimpliciter. Sed domino Bub. videbatur reſtitutionẽ dandam
etiam vſucapione cõpleta in præſentia poſt modicum tẽpus:
lex autem prędicta, licet fortiter videatur obſtare, tamẽ ma-
gna ſubtilitate poſt determinat. Ait enim prætor, ſi quid de
bonis abſentis reip.cauſa præſcriptũ eſt, is cũ abeſſet, in inte-
grum reſtituam. Cõtinebatur etiam in veteri lege vel poſtea
vt ſic continuetur, cùm abeſſet, vel poſtea: quod tamen verbũ
poſtea ad modicum tẽpus (vt dictum eſt) trahitur ſecundum
Vlpianum. & eſt ſimile. ff. de verb. ſign. l. hæc adiectio. Sed
c cuius beneficij reſpectu trahitur verbum, poſteaᶜ ad modicum
tẽpus? certè reſpectu reſtitutionis in integ. Quid eſt in inte-
grũ? ſ. totius tẽporis.i. plenius datur reſtitutio, propter modi-
cum tempus, quàm alias: quia non totius abſentię, alias detra
heretur totum, quòd poſt reuerſionem habet: vel pro toto
tempore vſucapionis quod fluxit in abſentia. Si enim vlti-
mus annus vſucapionis triennij totus fluxit in abſentia, vel
in modico tempore, & reuerſus in nullo ſic negligens, ſed ſo-
licite quærat aduocatum, & litem inferat, in integrum reſtitu
tionem & toto anni tẽpori poſtulabit ſubduci de vſucapio-
ne: licet in quærendo aduocatum per non modicum laboraue
rit tempus. Hoc autem non ſic eſt vſucapione cõpleta in præ-
ſente poſt modicum tempus. Si enim vltimus annus triennij
fluxerit in præſentia, poſt modicum tempus, & medius fluxe-
rat in abſentia, nũquam reſtituitur ad totum annum abſentiæ:
quia tẽpus, quo, vſucapione cõpleta, in præſentia tacuit, con-
putatur ei & creditur ei pro tẽpore abſentiæ. Idemq; dicerem,
vſucapione in abſentia impleta, ſi reuerſus taceat & negligẽs
ſit. Si tamen poſtea euigilet, & litẽ inchoet, tempus quod labi-
tur in perſequenda cauſa reſtitutionis, non nocet quo minus
petat ſubduci reliquum tẽpus vſucapionis, quod reſtabat ei
in principio incboatæ cauſę de reſtitutione. Nam quod fluxit
ante, cõputatur pro rato, & redditur pro tẽpore vſucapionis
in abſentia currẽtis vel completæ. Si quærat aliquis, cur fecit
Vlpianus differentiam, cõpleatur vſocapio in modico tẽpore,
an poſtea cum tu idem ita dicas poſſe cenſeri? Reſpondeo imò
non poteſt idem cenſeri: vt ſ. dixi: niſi cum poſui reuerſum ne-
gligẽtem eſſe. Nam ſi vltimus annus vſucapionis fluxerit in
prę ſentia poſt modicum tẽpus, vix eſt quin aliquod tẽpus la-
batur per negligẽtiam, antequam excitetur ad petẽdam reſti-
tutionem: nam ex præteriti anni negligentia, hæc interuenit,
quaſi continuatione quadam: cum ſuo, & cõmuni iure negle-
xit rem vendicare; quod ſic aſsignari non poteſt vſucapione
completa in abſentia, vel in modico tẽpore ipſius præteritæ
neceſsitatis cauſa adiuuante, & præſenti ſolicitudine cum ea
continuata. Quæret aliquis vſucapione cõpleta in præſentia,
vel in abſentia ſi in ſequenti tempore negligens eſt: quomo-
do hoc tempus negligentię computari pro rata in vſucapione
dixiſti, cùm id quod vſucaptum ſit, ab eodem vſucapi non
d poſsit. Reſpondeoᵈ, verè factus eſt dominus vſucapione: ſed
quia Prætor abſenti pollicetur reſtitutionem, quaſi pro eo
habetur ac ſi non vſucepiſſet: cùm nec dominus videatur re
ſua excluſus: vt ff. de in integr. reſtitu. l. nemo. & de acquiren.
poſſ. l. non videtur. Item non debet eſſe deterioris conditio-
nis qui vſucepit, quàm ſi non vſucepiſſet: vt ff. de capt. & poſt-
lim. re. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. Et de hoc ſatis videtur lex
expreſſa. qui enim traditione dominus factus eſt, præſcribit
rem

rem contra veterem dominum; qui etiam poterat ruocare ab
12 coactione, quod me.cau.vt ſ. quod met.cau.l.ſi vi. † Adhuc quæret aliquis, Vltimo anno vſucapionis in præſentia completo, quomodo dabitur reſtitutio medij anni vſucapionis qui fluxit in abſentia, cum in eo anno non fuerit læſus? Reſpondeo, tunc quidem non erat læſus, ſed tamen lædebatur: quia res ſuas vſucapiebatur, & completa vſucapione, verum eſt eum læſum: quia res eſt vſucapta: & ſicut vſucapio completur triennio, ita & læſio: quia læſio eſt ex vſucapione. Nemo enim ſani capitis dicet veterem dominum læſum vltimo momento vſucapionis: quia ſecundum hoc, etiam toto triennio lapſo, in abſentia reſtitueretur: niſi ad momentum, quo finita eſt vſucapio: quod non eſt verum: quia toto triennio læſus eſt: vt ff. de minorib. l.iij. §.j. & quia lex dicit medij anni vſucapionis reſtitutionem faciendam: vt j. eo.l. quod tempore. licet quidam abutentes legis ſententia, appellent medium tempus vltimum annum vſucapionis completæ in abſentia, vel in modico tempore. Ideo quia eſt inter vtranque præſentiam, ſed certè ſecundum hoc, omne quod eſt, medium dici poſſet aliquorum reſpectu. Cum ergo medio anno vſucapionis, dominus lædebatur, etiam vſucapione completa toto triennio læſus eſt (vt dictum eſt) debet dici reſtitutionem dari: quia quod euenit neque debet prodeſſe, neque obeſſe: vt
13 ff. quib. ex cau.ma.l.j. in prin.& l. videlicet. † inſurget quis,
e præſcriptione decennij inchoata in abſentiam militis per annum vnum, miles in reliquis nouem annis, præſentiæ reſtitui non poteſt: quia ſuo iure vendicare rem poteſt. Item poſtea reſtitui non poteſt: quia ſerò hoc petitur: cum à die reuerſionis intra quadriennium tantum debeat reſtitui. Reſpondeo hoc quadriennium computari à die reuerſionis, quando læſio contingit in abſentia, vel in modico tempore: alioquin computabitur à die læſionis: quia tunc demum incipit, poſſe agi: vt ff. quando de pec. act. eſt an.l.j.§. annus. Eadem quæſtio fieri poteſt in præſcriptione xxx. anno. inchoata contra militem, qui agebat vltimum diem .xxv. anni. & eſt miles ille reuerſus factus: quia maior in ſecundo die præſcriptionis .xxx. ann. nam pro illo die, vel ratione ætatis, vel ratione militiæ dicetur dari reſtitutio, demum completa præſcriptione .xxx. ann. Item apertè probatur dari reſtitutionem pro illo tempore abſentiæ, quo non fuit completa præſcriptio. Si enim quis pluribus vicibus fuit abſens, reuerſus ratione primæ & ſecundæ abſentiæ reſtituitur: licet non in eis, ſed in tertia abſentia completa fuerit præſcriptio: vt ff. quib. ex cau. maio.l. necnon. §. ſi quis ſæpius. Item lex indiſtinctè dicit tempus abſentiæ de medio ſubduci: vt j. titu. ij. l. ſuperuacuam. & j. quib. non obiic. long. temp. l. præſcriptione. Et ex his patet omne tempus abſentiæ de vſucapione ſubduci, ſiue primum ſit, medium, vltimumve: & ſatis videtur hæc ſententia vti æquitate. Sed alia magis videtur confirmari authori-
14 tate legum: ideo tutius eſt eam tenere. † Prędictis autem perſonis ſubuenitur per beneficium in integ. reſti. quam debent poſtulare à Prætore viuente: vt j. eod.l.j. ad ſimilitudinem minoris: vt ff. de excep.l. exceptiones. §. vlti. & hoc ipſum quòd poſtulare poſſunt ex edicto pretoris, mortui eis conceditur. Si autem pretor viuus eos reſtituit, vt ſic agant, ſicut agerent ſi non fuiſſent abſentes, & reſcindit vſucapionem, vel pre-
15 ſcriptionem, ſi dicantur cucurriſſe contra abſentes. † Vnde & actio ad quam reſtituitur abſens, dicitur reſciſſoria: non vt denotet proprium nomen actionis, ſed in vim adiectiui ponitur: vt dicatur vel vtilis rei vendicatio reſciſſoria, vel perſonalis: quia Prætor viuus tribuit eam abſenti reverſo, reſciſſa vſucapione, vel præſcriptione: vt j. de poſtlim. & red. l. ab hoſtibus. iij. & ff. quib. ex cau. ma.l. vlt. & ex hoc quòd reuerſus ponitur in eodem ſtatu, in quo fuerat ante abſentiam. Nam & ſi primò non poterat agere, nec nunc poteſt: videtur quòd hæc reſtitutio dari poteſt, etiam abſente parte altera. Sed tutius eſt, vt dicamus eam dari debere tantum vtraque
16 parte preſente. ſicut ſ. dixi de reſtit. mino. † Quidam tamen dixerunt, quòd reuerſus ex edicto Pretoris mortui ſtatim poſt reuerſionem habet reſciſſoriam actionem, ſed inefficacem antequam Pretor viuus inſufflet in eam ſpiritum vitę, dando reſtitutionem in integ. vt dictum eſt. Pretoris enim mortui opera ſunt mortua, viui autem efficacia. Vnde & minoribus officio iudicis, maioribus autem iure actionis dicunt ſuccurri. Quocunque autem eorum dicatur ſatis, in idem recidit, & in eandem ſententiam decurrit. & verum eſt. Pretorem viuum permittere rem vendicare, vel perſonaliter agere, ac ſi vſucapio, vel præſcriptio non eſſet completa: & ita eſt intelligendum quod legitur in inſti. de act. §. ſed iſte. ſ. vt reuerſus dicat non vſucaptum quod vſucaptum eſt: ſecundum quod P. ait pretorem reuerſo permittere in hoc caſu mentiri, ſicut & in publiciana: vt dicat aliquis ſe vſucepiſſe, quòd non vſuce-
17 pit, vt ibidem dicitur. † Sicut autem ſubuenitur militibus, & abſentibus eorumque hęredibus: vt ff. de in integ. reſtit. l. non ſolum. ita & contra eos, eorumque hęredes ſubuenitur: vt ff. eod.l. cum miles. j. reſpon. ſi tamen nemo eorum exiſtebat defenſor: & hoc ipſum debet inueſtigare actor, interrogando amicos abſentis, ſi qui ſint, an velint defendere abſentem, & iudicatum ſolui ſatiſdare. Quòd ſi nulli ſint, vel nulli appareant, & ita actor, quia litem conteſtari non potuit, dominium vel actionem amiſit præſcriptione, vel vſucapione reſtituetur in integ. contra abſentem reuerſum: vt ff. quib. ex cau. ma.l. Item. §. vlt. & l. ergo. De temporibus autem reſtitutionum, vel ad quanta, vel intra quę reſtituantur maiores vel minores hic non dico: licet quidam in huius tit. ſumma de eis tradiderint. ſed in tit. ij. j plenè dicemus.

ANNOTATIONES.

* Commentariorum. Vide Budæum in l. abeſſe. ff. ex quib. cauſ. maio.

a Subuenitur. Ad huius concluſionis & multorum quæ hoc titu. continentur materiam, vide ſpec. in titu. de reſti. in integr. §. ii. verſi. ſed pone. Bart. in l. cum quidam. in princ. ff. de acqui. hæ. & in l. fin. in j. col. ver. venio. ff. de reſti. in integ & in l. iii. in ii. opp. C. quomodo & quando. & Bald. in Marga. ver. ſententia. multa per do. Alexan. in l. reſcriptum de pact. & in l. j. de verbo oblig.

b Humanitate. Vide do. Franc. de Are. in l. Pamponius. ff. de acqui. hære.

c Poſtea. Adde quod dictio poſtea, de ſua propria ſignificatione importat interuallum: tex. eſt in l. pacta conuenta. in prin. ff. de contrahen. emp. Aliquando tamen dictio poſtea, ſignificat modicum tempus. glo. eſt & ibi Bart. in l. ab hoſtibus. § fina. ff. ex quibus cau. ma. vide omnino plenè per Iaſo. in l. fructus. ii colum. ff. ſolu. matri.

d Reſpondeo. Vide dom. And. Bar. conſil. iiii. col ſi. volu. j.

e Militie. Adde Bart. in l. fin C. de teſt. mili. & in l. neque. §. ſi. co. ii. no. Bal. in ea. j quo tempore miles. & in l militet. C. de teſta. mili. intellige tamen iſtam concluſionem valere vt per Barto. & doct. in l. miles. ff. ex quibus cau. vbi Raph. Fulgo. multa pulchra dicit.

De vxoribus militum & eorum qui reipub. cauſa abſunt. *Rubrica.*

1 *Vxoribus militum & eorum qui reipu. cauſa abſunt, quatenus ſuccuratur.*

1 SICVT † ipſis militibus ſuccurritur, quod plenè ſ tit. j. dictum eſt: ita & vxoribus eorum, vt infra eodem. l. prima. reuerſę ergo, contra poſſidentem reſtituuntur, ſi vſuceperit res earum, calliditate alicuius venditas: vſucaptor tamen opponat doli exceptionem mulieri: nec aliter ei rem reſtituat quàm pretium in vtilitatem ſuam conuerſum: puta creditori eius ſolutum reddat: vt infra eodem. l. ſecunda: & ff. de rei vendicatione. l. emptor.

De tēporibus in integ. reſti. tam minorum aliarúque perſonarum quæ reſtitui poſſunt, quàm hæredum eorum. *Rubrica.*

1 *Minores decepti in contractu vel quaſi delicto intra qua tempora reſtituantur.*
2 *Minor deceptus in tempore, intra quantum tēpus reſtituatur.*
3 *Minor ſuccedens minori læſo intra qua tempora reſtitutionem poſſit impetrare.*
4 *Maior ſuccedens minori, intra qua tempora reſtitutionem poſtulare debeat ex perſona ipſius minoris, & quid ſi minor ſuccedat maiori, cui ſupererat aliquantum temporis ad*

quadriennio, intra quod poterat reſtitui. & num. 7.
5 *Exceptionis non numeratæ dotis præſcriptio, quæ ſpecialia habeat.*
6 *Tempus. xij. annorum quod datur minori ad petendam reſtitutionem, ex quo tempore computetur.*
8 *Quadriennium quod datur exacta minori ætate ſit ne continuum, an vtile.*
9 *Præſcriptio inchoata aduerſus maiorem ex cõtractu inito cum eo, currit.*
10 *Reſtitutio in integ. intra quæ tempora impetrari poſſit à maioribus.*
11 *Officium iudicis, quo quis petit reſtitutionem, non perpetuari.*

DE reſtitutionibus minorum & maiorum ſupradi-
ctum eſt: nunc videamus intra quæ tempora, &
ad quanta reſtituantur minores, & maiores eo-
1 rúmque hæredes. † Eſt autem ſciendum, quòd ſi
minor decipitur in contractu, vel quaſi delicto, in eo quod à
a ſe geſtum eſt, reſtitui poteſt [a] toto tempore minoris ætatis: &
poſtea intra quadriẽnium, quod hodie currit ſtatim cú xxvj.
ann. dies illuxerit. Sed olim reſtituebatur intra annum vti-
lem. Porrò vbi minor impetrauit veniam ætatis: computatur
quadriennium à tempore impetratæ veniæ, præterquam ad
immobilia, in quibus non operatur venia: vt infra eodem. l.
2 ea quæ. & ſupra de iis qui ve. ætatis impe. l. pe. † Si autem de-
cipiatur minor in tempore, id eſt, vt patiatur tempus labi in
præiudicium ſuæ rei, vel actionis, quandoque ipſo iure con-
ſeruatur illæſus: quandoque nullo modo iuuatur: quando-
que autem currit præſcriptio in præiudicium eius: ſed tamen
reſtituitur vt diximus ſupra, in quibus cauſis in integ reſtitu.
non eſt neceſ. Hic tamen diligenter attende, an læuatur mi-
nor maiore tempore quadriennio, an minore, vel tanto. Si læ
datur maiore, vel tãto, habet poſt minorem ætatem quadrien
nium: vt dictum eſt in contractibus, & conſimilibus. Si læda-
tur minore tempore, interim dum minor eſt, reſtituitur. Item
poſtea intra tempus tantum, quantum læſus eſt, argu. ff. quan
do de pecu. ac. eſt an. l. cum poſt mortem. & ff. de minor. l. in-
3 terdum. §. planè ſi defunctus. † Si autem deceſſerit minor,
eique minor ſuccedat, idem ſtatuitur in perſona minoris ſuc
cedentis. Nam & toto tempore ſuæ minoris ætatis reſtitue-
tur ex perſona defuncti, & poſtea habebit tempus quod habe
4 ret defunctus minor, factus maior. † Si autem minori ſucce-
dat maior: ſtatim ab adita hæreditate vel agnita bono. poſ-
ſeſsione habebit tempus quod haberet defunctus minor, ma
ior factus. Si autem maiori defuncto, cui de quadriennio ali-
quid puta biennium reſtabat, ad in integrum reſtitutionem
poſtulandam pro iis, quæ in ſua minore geſſerat ætate ſucceſ-
ſerit minor, hic minor ſuccedens reſtituatur ex defuncti per-
ſona toto tempore ſuæ minoris ætatis, & poſtea intra tem-
pus quod reſtabat defuncto: vt ff. de mino. l. autem. §. vltimo.
& l. interdum. & vltra eodem. l. ea quæ. § ſi quando. Placent.
tamen huic minori ſuccedenti maiori dabat tempus defuncti
ſtatim ab hæreditate adita eo elapſo: nec poſtea reſtitueretur
in minori ætate, ſed prędicta l. interdum. facit contra eum.
Item quod legitur ſupra, ſi minor fac. ma. ratam ali. ha. l. vlti.
§. vltimo. Nec facit pro eo authen. quę eſt intrà eodem, ſi mi-
5 nor de dote, &c. † Nam in pręſcriptione exceptionis non nu-
meratæ dotis contra ſuperiora, quę generaliter obſeruantur,
multa ſpecialia notari poſſunt: licet ipſe notauerit duo tan-
tum. Primum eſt quia pręſcriptio exceptionis de non nume-
rata dote, licet ſit temporalis, quia quandoque eſt anni: quan
doque trium menſium, currit minori ex perſona ſua, vnde
& reſtituitur: aliàs contra: vt ſupra, in quibus cau. in integ.
reſti. non eſt ne. l. vltima. Secundum quia alias reſtituitur
b minor [b] intra tempora pręd icta: ſed hic reſtituitur vſque ad
xij. annum. Tertium, quia alias computatur quadriennium
ſtatim, cùm incipit eſſe maior, præcedente læſione, in mino-
re ætate: hic autem incipiunt. xij. anni ad reſtitutionem dan-
dam tempore nuptiarum, vel contrahẽdarum ſecundum nos,
vel contractarum ſecundum alios. Quartum, quia alias ma-
ior minori ſuccedens habet quadriennium: vt ſupra dictum
eſt: hic autem habet annum, & ſi plus forte, vel ſi minus re-
ſtabat defuncto. Quintũ, quia alias minor minori, vel etiam
maiori ſuccedens habet ætatem ſuam, & poſtea quadrien-
nium: hic autem habet quinquennium: & ex hoc quinto ſpe-
ciali ſuccedit ſextum: quia hoc quinquennium currit etiam
in minori ętate ſua, etiam adeo vt non reſtituatur, vt ſit hoc
ſeptimum ſpeciale: alias contra, vt ff. de mino. l. etiam et.
6 † Et nota, quòd in caſu iſto non reſtituitur minor, niſi cum
in minori ętate completa eſt pręſcriptio exceptionis de non
numerata dote, vt aperte dicit authen. de tempore non ſo.
pe. ſup. do. Et ideo errant quidam dicentes eam extendi in
xxxvij. annum. vna die minus: vt ſi vltima die. xxv. ann. con-
traxit nuptias: conſiderantes illud tantùm, quòd minor con-
traxit nuptias. Sed certè illud potiſsimum eſt inſpiciendum:
an in minori ętate completa ſit pręſcriptio exceptionis de
non numerata dote de iure communi. Et ita ſi à tempore
contractarũ nuptiarum cõputantur. xij. anni non tranſcen-
dit. xxvj. ann. vna die minus: vel quolibet alio minori ſpatio:
vt ſi contraxit matrimonium in vltima die. xxiiij. ann. & ſini
tum eſt in eadem die, & ſtetit poſtea per annum in minori ęta
te, nec oppoſuit exceptionem non numeratæ dotis. Et ita
non poteſt eam opponere de iure communi, ſed reſtituitur
vſque ad xij. annũ: nec enim exigitur, quòd duret matrimo-
nium per biennium, ſed ſatis eſt, quod ſoluitur intra bien-
nium, vt detur intra annum exceptio. Si verò intelligatur ſe-
cundum nos à tempore nuptiarum contrahendarum (& hoc
videtur innuere prędicta auth. cùm dicit, nouimus enim eos,
qui vehementer nuptias citius contrahunt) non minus. xv.
an. ad hoc procedentes computabuntur. xij. ann. completo,
& inchoato: xvj. & ſic poterit extendi præſcriptio. xij. ann: in
xxvij. annum ętatis eius, qui confeſſus eſt ſibi numeratam do-
tem, quæ non erat: vt dicit eadem authen. Et ſecundum hanc
noſtram opi. qua computamus à tempore nuptiarum contra
hendarum. xij. an. ſi minor repellatur à præſcriptione, nec op
ponat exceptionem non numeratę dotis: certum eſt præſcri-
ptionem exceptionis non numeratæ dotis compleri in mi-
nori ętate: vt ſi in minori ętate durauerit matrimonium ſal-
tem vna die: & eo ſoluto labatur annus in minori ætate. Et
certum eſt compleri præſcriptione trium menſium, ſi duraue-
rit matrimonium ſaltem biennio. & in aliquo vltra, & eo ſo-
luto labantur tres menſes in minori ætate. Omnino verò re-
pellitur à querela minor de cõmuni iure: ſi, incipiente xv. ann.
contrahat matrimonium, & durauit in minori ætate per de-
cennium: & ideo repellitur de communi iure, ſed ſpeciali ad-
mittitur adhuc intra duos annos, ſi cómputes. xij. an. ab ince-
pto. xv. Sed ſi computes ab incepto xv. reſtituetur adhuc vſq;
7 ad tres annos poſt xxv. annum completum. † His ergo ſpe-
cialibus huius authentię curioſè notatis, ſciendum eſt, quòd
alias vbi præſcriptio legis cœpit in perſona prædeceſſoris ma
ioris cui ſucceſsit minor: currit quidem minori etiam in mi-
nori ætate, ſed reſtituitur: vt ff. de minu. l. etiam. ſed aliud eſt in
quadriennio, vel in eo quod ſupereſt quadriennio, quod da-
tur minori ex perſona eius, cui ſucceſsit: non enim currit ei, ni
ſi poſtquã maior factus eſt. licet lex in ff. de mino. l. interdum.
dicat minorem decipi hoc ipſo, cum poſsit reſtitui ex defun-
cti perſona, & hoc non fecit. Sed non ſequitur, decipitur, ergo
reſtituitur: nam fallit in minimo damno: vt ff. de in integ. re-
ſti. l. ſcio. Et hoc fallit propter circuitum vitãdum. nam ſi re-
ſtitueretur, ad reſtituendum reſtitueretur: quod laborioſum
eſſet facere. Sed ponamus plures minores ſucceſsiuè aliis ex-
titiſſe hæredes: lex enim, lites, & labores, & circuitus voluit
minuere: vt ff. ſi cert. peta. quidam. & de condi. indebi. l. domi-
8 nus. & † hac eadem ratione poterit eſſe vt hoc quadriennium
non currat etiam incipiente. xxvj. an. ſi is, qui ſit maior, eſt ab-
ſens reipub. cauſa. licet enim quadriennũ dicatur continuum
ad aliquid tamen eſt vtile: quia excipiuntur de eo ea tempora,
quibus abfuit probabili, & neceſſaria cauſa: vt infrà eodem. l.
ſuperuacuam. in fi. & l. j. ij. & iij. Idemq; dico & poſteaquàm
cœpit currere quadriennium facto maiori, ſi is cœperit ſe ab-
ſentare ex ea cauſa, ex qua datur reſtitutio: vt ex pędictis le-
gibus patet. Item excipitur illud tempus, quo impedior do-
lo aduerſarij mei agere cauſam in integrum reſtit. vt ff. de mi-
no. l. intra. Et ita mirabile erit quòd iſtud quadriennium nec
eſt per

eſt per omnia continuum (vt dictũ eſt) neceſt vtile per om-
nia, vel in principio, vel in medio: nam in eo, & non feriati, &
feriati dies, quibus reſtitutio non datur, cōputantur: & idem
in anno vtili olim: quia & eo in militia exiſtēte, currere debe-
ret ſecundum regulas communes: quia ſaltem per alium po-
tuit agere: vt ff. de diuer. & temp. præſcrip. l. j. & quis ordo in
bo. poſſ. ſer. l. ij. Sed hoc eſt contrarium: vt ſupra dictum eſt.
9 † Si verò præſcriptio ex contractu inito cum maiore erat cō-
tra defunctum inchoata, eadem cũ effectu currit minori ſuc-
10 cedenti, vt non reſtituatur: vt ff. eod. l. Aemilius. † Superest,
vt de maioribus videamus; intra quæ tempora reſtituantur:
& certè vbi reſtituuntur iudicis officio tantum reſtituuntur,
intra quadriennium computandum à tempore reuerſionis
& læſionis: & ſecundum prædictum modum idem eſt, quod
in minoribus: ſed vbi reſtituuntur cauſa abſentiæ, computā-
tur à die reuerſionis, ſi læſio contingit in abſentia: ſi verò cō-
tigerit poſteà, computatur à die læſionis: vt diximus ſ. de re-
ſtitu. milit. Et ſicut dictum eſt in minoribus factis maiori-
bus ita & in maioribus reuerſis: ſi poſteà cœperunt obeſſe ex
eadem cauſa, ex qua reſtitutio datur: interim nō curret. qua-
driennium: vt j. eod. l. ſuperuacuam. Item ſicut dictum eſt
c in minoribus dari quadriennium ſi læduntur quadriennio,
vel maiori tempore: ſic in maioribus detur quadriennium, ſi
maior eſt læſus: alioquin dabitur tantum, quantum læſus eſt:
vt ff. ex quibus cau. maio. l. ſed & ſi. §. ſed cum feriæ. & §. quo-
ties. Et poſſunt induci ſimiliter: vt ff. ad velleia. l. debitrix mu-
lier. §. ſi pec. eo. & de iis quæ in frau. credi. ait Prætor. §. præ-
terea. & §. ſi conditionalis. & quando de peculio actio eſt an.
l. eam poſt. nec enim plus debet habere abſens quàm præſens
haberet: vt ff. quib. ex cau. maio. l. j. & l. videlicet. Imo in ali-
quo minus habet: quia cauſa ſua vulnerata eſt, licet ſuccurra-
tur ei per medicinam reſtitutionis, quam ſolicite debet pete-
re: & ideo dicitur ei nō obeſſe abſentia. Item qui vſucepit, nō
debet eſſe deterioris conditionis, quam ſi non vſucepiſſet: vt
diximus ſupra de reſtitut. milit. Quidam tamen dicunt dari
reſtitutionē intra quadrienniũ, & ſi minore tempore ſit læſus,
non vt reſtituatur ad quadriennium, ſed ad quantum læſus
eſt. Et fortiter inſtatur quærēdo, ſi quis fuerit abſens per diē
vnam tantum: & reuerſus eſt poſt ſacramentalium compoſitio-
nem, & aduocatum quæſitum debeat habere diem tantum:
quomodo intra diem illam, & de læſione probari, & ſenten-
tia ferri poterit? Reſpondeo imputandum eſſe ei, qui ita ſe ar-
ctauit: ar. ff. ſi quis cau. l. ij. §. ſi quis. & §. quod diximus. verſi.
vis fluminis. Prædictum autem quadrienniũ, vel etiam minus
tempus, ſi minus oporteat dari, vt dictum eſt, conceditur om-
11 nibus prædictis † perſonis: vt intra id tempus conteſtentur li-
tem reſtit. & impetrēt eam ſibi dari: nec enim iudicis officiũ,
quod imploratur per reſtitutionem perpetuatur per conte-
ſtationem: licet conteſtatione perpetuentur actiones, præter
actionē de dolo: vt j. eo. l. ſuperuacuam. & ſ. de dolo. l. vlt. & j.
de præſcri. xxx. an. l. vlti. Hinc eſt, quòd & ſi is qui petit reſti-
tutionē petat dilationem, quæ porrigatur vltra tempus ſtatu-
tũ ad reſtituendum, denegatur ei. Si autem reus peteret eam,
& actor vtetur beneficio eiuſdem dilationis: vt j. eo. l. vlti. vt
ita habeat ex perſona alterius quod non habet ex ſua: vt ff.
quæ res pig. l. Ariſto. Si autem quis intra tempus indultũ ad
reſtituendum impetret reſtitutionē, & reſtitutus, reſciſſa vſu-
capione, vel præſcriptione, litem conteſtetur in veteri actio-
ne ad quam reſtitutus eſt: dico eam perpetuari litis conteſta-
tione: cum non ſit prohibitum: nec enim eſt hoc iudicium in
integ. reſtit. ſed reſciſſoriæ reſtitutæ, quam licet ſit reſtituta,
ſi tamen non conteſtetur intra annum, olim: vel hodie intra
quadriennium: dicit lex tolli anno, vel quadriennio: vt ff. de
actionib. & oblig. l. in honorariis. & j. titu. j. l. vlti. Reſtitu-
tiones autem, quæ dātur iure actionis de dolo, vel quod me-
tus cauſa quanto tempore durent in ſpecialibus titu. ſuprà
dictum eſt.

ANNOTATIONES.

a Reſtitui poteſt. Sed quid in naturali obligatione ex contractu ſuo. Vi
de Bart. in l. Marcellus. ff. de fideiuſ. Cyn. in l. curatores. de reſti. in in-
tegr. domi. Alex. de Imo. copioſè in l. impuberes. ff. de verbo. obli. do-
ctor. poſt gl. in l. ... ff. de condi. indebi. vbi habes diſtinc. de ma-
teria huius tituli.
b Minor. Vide domi. Abba. Panor. in conſil. lvij. in j. colum. in primo li-
bro volumin. ij.
c Minoribus. Adde quòd reſtitutio in integrũ expirat quadriennio, poſt
maiorem ætatem. vide Socin. in conſi. clxiii. vel. ad ſecundum verò. Et
ibi quibus cauſis non competat. & intellige quòd non durat poſt qua-
driennium à die ſcientiæ vt comprobat idem Soci. conſ. ... col.
iii. ... & in conſ. lxxviii. col. j. ver. nam dicit quod.

Quibus ex cauſis maiores in integ. reſti- tuantur. Rubrica.

1 *Maiores quibus ex cauſis reſtituantur. & nu. 9.*
2 *Vinctorum numero qui habeantur.*
3 *Reſtitutionem in integrum concedi iis, qui in ſeruitute detenti fuerunt.*
4 *Reſtitutionem impetrare an poſſint nati ex captiua.*
5 *Captiui an poſſint impetrare reſtitutionem.*
6 *Maiores quibus caſibus reſtituantur. & nu. 8.*
7 *Libelli oblatio ſola quibus caſibus perpetuet actionem.*
10 *Abſentes quando reſtituantur aduerſus ſententiam: & quando reſtituantur tantùm vt appellare eis liceat. & nu. 11.*
12 *Deceptus in contractu bonæ fidei an, & quando & intra quantum tempus reſtitui poſſit.*
13 *Præſens reſtituitur aduerſus abſentem, qui à nemine defenditur.*
14 *Reſtitutionem præſenti concedi aduerſus abſentem.*

EXPLICITÆ ſunt duæ cauſæ, quibus reſti-
tuuntur maiores; hoc eſt, militiæ & abſentiæ rei-
publi. cauſa: nunc generaliter videamus cauſas
1 quibus reſtituuntur maiores. † Eſt autem ſciẽ-
dum, quod reſtituuntur quandoque, quia abſentes fuerunt
per metum iuſtum: & hoc ipſum debet exquirere iudex: vt ff.
eo. l. ij. & l. iij. Item quia fuerunt abſentes detenti in vin-
culis, vel à priuata perſona puta à latrone, vel publica, hoc
2 eſt, iudicis authoritate. † Item vinctorum numero habentur
etiam incluſi, veluti latumiis, * id eſt, ſubterraneis latebris, ſed
& in eadem cauſa ſunt, qui à militibus, vel ſtratoribus, vel
municipalibus miniſterialibus obſeruantur: ſic vt proben-
tur rei ſuæ ſupereſſe non potuiſſe item qui ita allegati ſunt,
vt ſine dedecore in publico apparere non poſſint: vt ff. eo. l.
3 ſuccurritur. & l. in eadem cauſa. † Item ſuccurritur maioribus
qui abſentes fuerunt detenti in ſeruitute, id eſt, in ſeruitutis
poſſeſſione, vel à bonæ fidei, vel à malæ fidei poſſeſſore: ſed
ex quo de ſtatu ſuo incipiunt agere, non cōtinentur hoc edi-
cto: quia interim pro liberis habentur: vt ff. eo. l. ei quoque.
& l. is autem. & j. de libe. cauſa l. lite. Is autem qui liber, & hę-
res eſt inſtitutus, antequam ſit hęres non pertinet ad hoc edi-
ctum: quia nec bona habet: & prętor in prędicta clauſula de
liberis hominibus loquitur. Puto tamen filiumfami. in caſtrē-
ſi peculio pertinere ad hoc edictum: & ita dicit Labeo: vt ff.
eod. l. rectè. Item qui fuerunt abſentes, ex eo quòd capti ſunt
4 ab hoſtibus, gaudent beneficio reſtitutionis. † Idémque in
natis ex captiua, ſi concepti ſint ante captiuitatem. Si autem
concepti ſint poſteà, tunc idem eſt: ſi tamen reuertantur cum
vtroque parente: ſed ſi reuertantur cum matre tantum, velut
ſpurij * habentur: vt ff. eo. l. ab hoſtibus. & j. eod. l. vlti. & j. de
poſtli. l. j. & ff. de capti. l. diuus. Si cum patre ſolo reuertātur,
dicunt quidam eos non reſtitui: nec eos liberos eſſe: quia fi-
lius ſine matre non inuenitur, ſed inuenitur ſine patre vt in
ſpurio dictum eſt. Poteſt tamen dici & eos eſſe liberos, & pa-
tri ſuccedere, ſaltem vt naturales ex concubina. Nam & fi-
lius adoptiuus, licet quantum ad patrem non habeat matrem,
patri tamen ſuccedit: vt j. de adop. l. penult. Illos autem qui
ad hoſtes tranſfugerunt, certum eſt non reſtitui: quia nec ha-
a bent poſtliminij beneficium, & potius ſunt pœna * digni,
quam prętmio: vt ff. eodem. l. item ei. Nec continetur hęc
clauſula cum ſuperiore: quia illa non loquitur de vera ſer-
uitute: vt ff. eodem. l. ei quoque. Hęc autem loquitur de vera;
quia captiui vere ſerui ſunt: vt ff. de ſtatu. homi. l. v. Nec obſt.

quod legitur. ff. eod. l. item ei. vbi dicit, poterant tamen, &c.
quia illud interrogatiuè legi poteſt: & reſpondebitur non po
terant, vel poterant contineri, id eſt, poſsibile fuerat contine-
ri captiuos ſuperiori clauſula, ſecundum ſignificationem ver
bi: quia ſeruitus ſeruorum tantùm dicitur reſpectu, ſed non
poterant ſecundum mentem prætoris, vt dictum eſt. Captiuis
5 autem † interim dum ſunt in captiuitate, non ſuccurritur:
quia ſerui ſunt: licet quandoque reſtituatur ſeruus, vt nota-
uimus ſ. de mino. nec procuratoribus eorum ſuccurritur: quia
cùm ſerui ſint, nec procuratores habere poſſunt: ſi tamen cu-
rator detur bonis captiuorum, ille poterit reſtitui: vt ff. eod. l.
6 ab hoſtibus. & J. de cap. l. cum cognatos. † Item reſtituuntur
maiores: non ratione abſentiæ tantùm, ſed propter factum ad
uerſarij: quia non facit ſecum agendi poteſtatem, vel tergi-
uerſatione, vel verſutia, vel multitudine rerum diſtractus. vel
quia dilationem petit, vt quærat aduocatum: & interim rem
meam vſucapit, vel à me liberatur tempore: nec enim poteſt
mihi conſuli per miſsionem in poſſeſsionem: vel quia non la-
titat aduerſarius meus, vel quia mitti non poſſum in poſſeſ-
ſionem rerum eius: vt quia prędia vendita ſunt: vt ff. eodem. l.
ait. §. vltimo. & l. ſed & ad eos. & l. quod quidam. & de bo-
7 nis author. iud. poſſ. l. cum vnus. §. vltim. ſed † nec poteſt mihi
conſuli, quaſi dicatur actio mea perpetuata ſola libelli obla-
tione, vt infra de ann. except. l. vt perfectius: quia aduerſarius
meus erat præſens, nec latitabat, vt dictum eſt: ibi autem ab-
ſens erat, vel infans, vel furioſus, vel in dignitate poſitus, in
quibus ſpeciale eſt, vt ſola libelli oblatio contra eos expoſita
perpetuet actionem meam, nec oportet petere medicinam re-
8 ſtitutionis cum ſana remaneant omnia iura mea. † Eſt &
alia ſexta cauſa reſtituendi maiores: vt ſi contra te agere non
potui: quia propter imperium quod habebas, in ius vocari
inuitus non poteras: vt ff. eodem. l. ſed & ſi. §. ait prætor. Et de
iis perſonis plenè diximus, ſuprà de in ius vocando, quando
poſſunt, vel non poſſunt in ius vocari: videtur tamen non eſſe
dandam reſtitutionem, cum (ſicut paulò ante dictum eſt) ſolo
libello poſsit actio perpetuari: vt dicitur ff. de offic. præſid. l.
ſenatuſconſulto. Sed certè non poteſt hoc fieri ſine magno
timore, & graui difficultate. Graue eſt enim cum domino,
vel cum ſubiectis domini litigare: & ideo ignoſcitur alicui ſi
id non faciat, vnde habet reſtitutionis beneficium. Secus vbi
potuit quis facilè agere: puta contra parentes, vel patronos:
vt ff. eod. l. ſed & ſi. §. ait prætor. & de officio præſid. l. ſenatuſ
conſulto. & de bonis li. l. qui cum maior. Eſt & ſeptima cau
ſa reſtituendi maiores, ſi cui per magiſtratum actio eſt exem-
pta: vt quia eius non fuit copia: vel per dilationes eius, vel
per gratiam, vel per ſordes eius eò effectum eſt, vt actio expi-
raret. Secus ſi, me negligente agere, actio pereat, vel ſi mihi iu
riſdictionem denegaret Prætor propter contumaciam meam,
vel delictum: vt ff. eod. l. ſed & ſi. §. ait prætor. vſque ad illum
9 §. ſi feriæ. † Octaua autem clauſula reſtituuntur maiores,
vbicunque prætori viſum fuerit iuſtum: vt ſi quis fungatur
legatione pro ciuitate, vel abeſt cauſa teſtimonij ferendi, vel
appellationis exercendæ, vel cauſa ſtudiorum, vel non eſt in
vinculis, ſeu cuſtodia publica, ſed eſt vbi fideiuſſorum ſatiſ-
datione, & dum propter hoc recedere non poteſt, captus ſit.
Idémque eſt in iis, qui ex neceſſaria, & ex probabili cauſa ab-
ſunt: ſi tamen ſpecialibus non continentur clauſulis. Hoc
non prætermitto, quòd legatis municipiorum ſuccurritur ex
ſpeciali cauſa, hoc eſt, ex conſtitutione diuorum Marci &
Commodi: vt ff. eod. ſed & ſi. §. vlti. & l. necnon. & l. legatis.
10 † Inter hos tamen abſentes vbi fertur ſententia contra eos,
diſtingue an ſit abſens probabili cauſa, & neceſſaria, vel pro-
babili tantum, vel neceſſaria tantum, vel voluntaria tantum.
Primo caſu ſi quidem fuerit legitimè defenſus, reſtituitur ad
appellationem. Si minus legitimè, vel nullo modo, reſtituitur
ad cauſam agendam ex integro: vt ff. de in integ. reſtit. l. vlti.
& de iudi. l. ſi prætor. & ff. eod. l. ab hoſtibus. j. reſponſo. & J.
eo. l. j. vbi autem præſcribitur eorũ iuri, vel actioni quid ob-
tineat, diximus ſ. de reſtitut. mili. In ſecundo caſu legitime
defenſus non reſtituitur: minus verò legitime, vel nullo mo-
do, appellare poteſt ſuo communi iure, non per reſtitutionem
vt ff. eo. l. necnon. & J quomodo & quando iud. l. ab eo. & ff.
quando ap. ſit. l. j. §. vlti. niſi fortè nullum potuit relinquere
procuratorem, vel reliquit & mortuus eſt: tunc enim reſti-
tuitur in totum ſuæ prouocationis in contra eum, ſiue cauſæ
iuri, vel actioni præſcriptum ſit: & hoc videtur innuere illa l.
11 necnon. cum dicit, procuratore ſuo defuncto. † Idémque eſt
& in eo qui eſt abſens neceſſaria cauſa tãtum. nam nec ille re-
ſtituitur vel circa ſententiam, vel circa res, vel actiones vſu-
captas, vel præſcriptas. Vbi nullum potuit relinquere procu
ratorem, vel reliquit & mortuus eſt: vt ff. eod. l. ſed & ſi. §. j.
& de minor. l. Papinianus. Ille autem, qui eſt abſens volunta
ria cauſa tantum, nõ reſtituitur: ſi eius rei, vel actioni ſit præ-
ſcriptum, ſed vbi pronũtiatur contra eum, de æquitate reſti-
tuitur, fortè ad appellationẽ tãtũ. ſi redeat iudice adhuc ſe-
dente pro tribunali: vt ff. de integ. reſti. l. pe. Vel dic eum reſti
tuendum ad totam litem, vel litem totam ei reſtitui, ſicut lite-
ra dicit, vt ſit in eo ſtatu, in quo erat ante ſententiã: quia plus
eſt quã eum reſtitui ad appellationem, vt liquet ex prædictis:
nã quia redit incontinenti: exiſtimat iudex, qui cognoſcit de
reſtitutione, quod nõ ſua culpa defuit, ſed parũ exaudita vo-
ce præconis. ideóq; reſtituit eũ in integ. vel ad appellandum.
Nam cõmuni iure appellare non poſſet: quia vere fuit contu
max, nõ dico quòd ſit fictio tantũ: vt fingatur nõ fuiſſe cõtu-
max: imo eſt beneficiũ velocis reditus tantũ: nec enim ſequi-
tur, ſi non eſt cõtumax: ergo reſtituetur, vt ſ. dictũ eſt in mul-
tis. Sed hoc ſequitur ſi nõ eſt cõtumax, ergo poteſt appellare
communi iure. Sed hic plus petebat, vt dixi, id eſt, reſtitui li-
tem, quod cõceditur: quia ita eius credit, & cõceditur ei hoc,
intra quadriennium, cùm non decipiatur in tempore: ſed in
quaſi contractu, vel in ſententia. ff. de in integ. reſt. l. vlti. Po-
12 teſt hæc clauſula † generaliſ locum habere, quando quis de-
cipitur in cõtractu bonæ fidei: vbi decipitur quis vltra dimi-
diã iuſti pretij. Vnde deceptus iudicis officio ſecundũ quoſ-
dam, reſtituitur intra quadriennium: vt J. eo. l. in contractibus.
Vel ſecundum alios intra xxx. ann. iure actionis ex contractu
competentis: vt J. de reſcin. ven. l. ij. ar. ff. de leg. fideicõmiſ. l.
ſi fundus. & de contrahẽ. em. l. ſed Celſus. §. j. & de act. emp.
l. ex empto. §. ſi qui vina. Nã licet detur actio, nihilominus
tamen videtur fieri officio iudicis. vt ff. quod met. cau. l. metũ
13 autem præſentem. §. ex hoc. † Licet autẽ certæ ſint cauſæ, qui-
bus reſtituantur abſentes contra præſentes, tamen quilibet
præſens reſtituitur contra abſentem: ſi tamen requirente acto
re abſens à nemine defendatur: vt ff. eod. l. item ait. & l. ergo.
14 vt diximus ſ. de reſt. milit. † Et eſt hoc notandum, quòd vbi
abſens vſucepit rem præſentis, & rem vſucaptam vendidit, re
ſtituetur præſens ad pretium rei, ne abſens lucretur cum dã-
no præſentis. Nec diſtinguo vſucapionem compleat abſens,
an hæres eius, vel hæreditas, quia poſſeſsio defuncti, quaſi iũ-
ctim tranſit ad hæredem: & plerunque, nondum adita hære-
ditate, completur: vt ff. eod. l. cum miles. j. reſponſo. & §. j. in
quibus autem reſtituantur præſentes, vel abſentes plenè dixi
mus ſuprà de reſtitut. militum.

ANNOTATIONES.

• Latumiis. Vide Bud. in l. ſuccurritur. ff. ex quib. cauſ. maio.
* Stratoribus. vide Alc. l. vnic. de Stratoribus. lib. xij. C.
* Velut ſpurij. Vnde dicantur ſpurij vide Crinit. de honeſt. diſcip. libr. xx. cap. v.
a Pœna digni. Poſſunt vtique impune occidi, vt tenet Bart. in l. omnes omnes populi. ff. de iuſti. & iure. docti. in l. iij. ff. de ſica. & in l. eiuſdem. §. ſi. ad legem Cor. de ſica quæ not. pro transfugis tempeſtatis noſt. a.

De alienatione iudicij mutandi cauſa facta. *Rubrica.*

1 *Reſtitutio aduerſus alienationem mutandi iudicij cauſa facta quando locum habere poſsit.*
2 *Seruitutum conſtitutiones appellatione alienationis contineri.*
3 *Edictum de alienatione iudicij mutandi cauſa facta in quibus alienationibus locum habeat, & an ſequea.*
5 *Actio ex edicto de alienatione iudicij, ad quid detur, & aduerſus quem. nu. ſequen. & quando ceſſet. nu. 7.*

SICVT

SICVT ſuperioribus edictis proſpexit prætor, ne
cuiuſquam conditio per alterius factum fieret de-
terior, dando in integrum reſtitutionem, de qui-
bus dictum eſt ita & per hoc edictum proconſul,
id eſt, prætor dat in integrum reſtitu. vel iure actionis in fa-
ctum, contra eum qui alienauit rem cauſa iudicij mutandi: vt
tamen nihilominus teneatur ille, cuius eſt res alienata rei vendi
catione, vel alia reali actione, quam ipſa poſſeſſio de iure cō-
muni parit aduerſarium: vt hoc tit. l. vnic. & ff. eod. l. j. Vi-
a dendum ergo, quando locum habeat hoc edictum[a], & cui, &
contra quem, & inquantum detur actio ex hoc edicto, &
1 qualis ſit hæc actio. †Locum autem habet cum quis credēs
ſe ab aliquo conueniendum rei vendicatione, vel aliqua rea-
li actione, vel perſonali, quæ tamen ſit in rem ſcripta, alienat
rem dolo malo, cauſa futuri iudicij mutandi, id eſt, vitandi
quantum ad ſe, & ſuſcipiendi ab alio cui alienauit. Quòd au
tem dixi de alienatione, planè eſt intelligendum ſiue quis do
minium, & poſſeſsionem, ſiue poſſeſsionem tantùm transfe-
rat in alium: vt ff. eodem. l. non ſolum. & l. ex hoc. §. alienare
intelligitur. licet Plac. dixerit non habere locum hoc edictum
poſt translationem ſolius poſſeſsionis: niſi quando poſſeſſor
volens transferre dominium & poſſeſsionem, ſolam poſſeſ-
ſionem transfert. cum plus cedere nequeat, nec plus habeat.
2 †Item nomine alienationis continentur conſtitutiones ſer-
uitutum prædialium: vt ff. eod. l. non ſolum §. ad iura. forſan
& perſonalium, vt vſuscap. vſusfructus. Idémque forſan in iu
3 re emphyteutico, & ſuperficiario. †Hæredis planè inſtitu-
b tio, vel legatum non continetur nomine, vel verbo alienatio-
nis: vt ff. eod. l. ex hoc. §. alienare intelligitur. verſ. ſed hære-
dem. vt pote cum non videantur dolo fieri malo, ratione ſu-
premi iudicij: & hac eadem ratione non continetur ea aliena-
tio quam quis facit ex neceſsitate, id eſt, ei cui obligatus erat
dare, vel ſoluere: vel iuris beneficio, id eſt, ei quem de iure po-
terat compellere recipere id ipſum quod dedit: vt cùm quis
redhibet venditori ſuo: niſi propter hoc ipſum redhibebit
vt vitet iudicium non redhibiturus alias, etiā ſi poſſet redhi-
bere de iure: vt ff. eod. l. ex hoc. §. vlt. & l. quia. & l. nam & ſi.
& ff. de ædilitio edicto. l. bouem. §. ſi quis. Vel dic non redhi-
biturus alias, cum non poſſit redhibere de iure: nam ſi poteſt,
nunquam videtur dolo facere: vt ff. de regul. iur. l. nullus vi-
4 detur dolo facere. †Item quia in prædicta alienatione exigi
tur dolus, non continetur ille, qui alienat cauſa iudicij mutā-
di ratione valitudinis, vel ætatis, vel occupationis neceſſariæ,
propter quæ commodè iudicium ſe ſuſtinere nō poſſe vide-
bat. Idémque eſt & in eo qui alienat ideò tantum quia exe-
cratur lites, & mauult re carere: ne pro ea ſæpe litiget: quòd
eſt vbi rem donat. Secus ſi vendat vel permutet, vel quocun-
que modo alienat, vt æquiualens recipiat: eius enim cogita-
tio eſt vituperanda, qui cum rem vult habere, litem ad alium
transfert: vt moleſtum aduerſarium pro ſe ſubijciat: vt ff. eo.
l. item. §. vlti. Porrò rem habet, qui habet pretium, vel æquiua
lens: vt ff. de peti. hær. l. ſi rem. & de peculio. l. ſed & ſi quis. &
4 l. non penes. †Illud autem certum eſt, quòd licet quis do-
lo malo deſinat poſsidere, puta quòd duntaxat omittit poſ-
ſeſsionem, id eſt, habet pro derelicto, non tenetur hoc edicto:
quia cauſa iudicij mutandi non fecit alienationem, ſcilicet
transferendo rem, vel poſſeſsionem in alium: vt ff. eo. l. item.
§. poteſt. Ideò autem dixi, iudicij futuri, quia ſi iudicium eſſet
inchoatum iam inter petitorem, & poſſeſſorem iudiciaria cō-
uentione, aut per preces principi oblatas & iudici inſinua-
tas, & per iudicem aduerſario agentis cognitas, res eſſet liti-
gioſa, ſi, de eius dominio, vel quaſi dominio eſſet quæſtio: &
ita prohibetur eius alienatio: vt in authen. de litigioſis. j. re-
ſponſo. & j. de litig. l. vlti. ſed hic non prohibetur alienatio,
quia futurum erat iudicium. Porrò & ſi præſens ſit iudicium:
ſi tamen de dominio rei, vel quaſi dominio non ſit quæſtio, &
ideo rei non prohibetur alienatio: quia nec eſt litigioſa, ſatis
dici poteſt hoc edictum locum habere: quia & alienatio te-
net, & plus videtur delinquere qui alienat conuentus, quam
5 ſi conuentus non fuiſſet (vt de peculio. l. ſi poſtea.) †Datur au
tem actio in factum ex hoc edicto ad intereſſe ei, in cuius
fraudem facta eſt alienatio, poteſt autem intereſſe eius ratio-
ne loci: vt ſi alienaſti rem in hominem alterius prouinciæ, &
• in qua oportet me experiri principali actione. • Item ratio-
ne perſonæ, vt ſi alienaſti in potentiorem, vel in alium qui me
vexaturus ſit: nam potentioribus pares eſſe non poſſumus.
Item ratione cauſæ vt ſi hominem quem petebam manumi-
ſeris: eſt ergo mea conditio deterior: quia prætores fauent li-
bertatibus, cùm me nunc oporteat experiri contra manumiſ-
ſum. Item cauſa poteſt conſiderari dupliciter, vel ratione rei
principalis quam difficilius de iure perſequor: vt in manumiſ
ſo dictum eſt, vel nullomodo poſſum perſequi, vt ſi res alie-
nata ab emptore fuerit vſucapta. Eſt & tertia conſideratio: vt
ſi pro eo quod petebam reſtituendo, vel deſtruendo, nunc o-
porteat me expendere, ſi agam contra emptorem, quod non
oporteret ſi agerem cōtra te qui alienaſti, interdicto quod vi
aut clam. vel de operis noui nuntiatione: vt ff. eo. l. j. & ij. & iij.
Nec ob. quod legitur. ff. de oper. no. nū. l. pe. quia ibi nō alie-
nauit dolo malo, & ideo non tenetur ipſe, ſed emptor, ſi tamē
emptor ſciuit nuntiationem factam, alioquin contrà: vt ff.
quod vi aut clam. l. vim facit. §. tamdiu. Poſſet tamen induci
argu. contra. ff. de noxa. l. in delictis. §. ſi damnum extraneus.
De intereſſe autem ratione expenſarum itineris. ſ. dixi, pro-
c ponendo de intereſſe ratione loci. Illud quæri poteſt[c], an pro
intereſſe agam, etiam antequam aliquid expendam quod P.
negauit: & demum poſſeſſore excuſſo, ait dandam hāc actio-
nem: vt ff. eo. l. iij. §. ex quibus. Sed poteſt dici contrariū: quia
iam videtur mihi abeſſe cum ego quodammodo ad id com-
pellar, & maximè re alienata vſucapta, in qua petenda multū
inaniter expenderem: vt ff. eo. l. iij. §. item ſi locum. & de neg.
6 geſt. l. ſi quis mandato. †Ex prædictis colligere licet, quòd
ei, in cuius fraudem facta fuit alienatio, & hæredibus ſuis da
d tur hæc actio in factum[d], quæ prodita eſt ex hoc edicto, & in-
tra annum & datur in eum qui alienauit ſuo nomine directa:
in eum autem qui alienauit nomine alterius: puta tutor vel
curator, vel procurator, datur vtilis, ſed non datur in hære-
des hæc actio: quia eſt ex delicto: vt ff. eo. l. non ſolum. §. vlti.
& l. nam & ſi. §. vlt. Et no. quòd ille in cuius fraudem facta eſt
alienatio de iure communi, directo poteſt conuenire poſſeſſo
rem, & de iure communi & directo, & vtiliter poteſt conue-
nire alienantem principali actione, vt vel rem cōſequatur, vel
exigat quanti in litem iurauerit, vel intereſſe, vel rei æſtima-
tionem. Item de iure ſpeciali habet hanc reſtitutoriā actio-
nem ratione expenſarum & conſimiliū: de quibus dictum eſt
nec eſt hæc ſuperflua propter illas: nam & minor reſtitui po-
teſt, licet de iure cōmuni poſſet conuenire tutorem: vt ff. ſi tu-
7 tor. vel curator. interue. l. etiam. †Ceſſat autem hæc actio,
ſi is qui alienauit eandem rem receperit. tali enim peccato ex-
traordinario, nocens eſſe deſinit pœnitentia, licet ſecus ſit in
furto, & fugitiui vitio, & alijs cōmunibus delictis: vt ff. e. l. ex
hoc. §. ſi quis. & depoſiti. l. j. §. ſi rem. & de ædil. edict. l. quis ſit
fugitiuus. Idem eſt & ſi res non fuerit petitoris, aut ſi is qui a-
lienatus eſt, ſine culpa deceſſerit, niſi quid actoris præterea
interſit: puta, ratione quæſtus, vel acceſsionum. Nā & ſi res
non eſſet alienata, periſſet actori quæſtus. Hæc enim actio
ſuccedit in locum directæ: vt ff. eo. l. non ſolū. §. pe. & de noxa
e lib. actionibus electio. §. ſi is. Item ceſſat[e], ſi is, qui alienauit
dolo malo, paratus ſit vtile iudiciū pati, perinde ac ſi poſsíde-
ret: vt ff. eo. l. iij. §. vlti. quod intelligo, quando omnino eandē
cauſam ſe promittit præſtaturum: puta. promittit ſe reſtitura
rum ſi victor ſub maxima pœna. Alioquin ſi diceret, rem nó
reſtituam, quia nec habeo: ſed quanti intererit tua, vel quanti
in litem iuraueris præſtabo, ſecus eſſet. nam & ſi hoc non of-
ferret, teneretur tamen ad idem, cum vtili rei vendicatione,
(quia dolo deſiit poſsidere) conueniri poſſet: vt dictum eſt.

ANNOTATIONES.

a Edictum. Adde tamen quòd aliquando rei vendicatio datur contra nō
poſsidentem, quam tamen ſperatur de proximo poſsidere. ita no. Bar-
ba. in c. ſi. per illum tex. extra. de iudi.

b Hæredis inſtitutio. Vide ad huius concluſionis reſolutionem Specula.
in tit. de leg. §. j. nunc aliqua in ver. xxii. Bar. in l. à filia. in princi. ff. ad
Treb. Bal. in l. ſi quis. C. de ſecun. nup. Pau. de caſtr. conſi. ix. & in conſi.
cl. ſi. qui de iſta materia late tractat.

c Poteſt. Vide in ſimi. text. in l. ſi ſine iudice. §. cum autem. & §. Marcellus. ff. rem rat. hab.

d Actio in factum. Adde Bart. in l. chirographis. §. fin. ff. de admini. tut. Bart. in l. prima. verſic. Quæro nunquid dominium. C. ſi quid in frau. patro. do. Alexan. de imo. in l. ij. §. item locus. de alie. iu. mu. cau. fact. doct. poſt Barto. in l. iubemus. §. j. C. de ſacr. ſanct. eccl. do. Bart. ſoc. in conſil. cclxx. iii. inci. circa primum. circa principium.

a Ceſſat. Vide glo. in l. j. & ibi Albe. de roſa. ff. de alie. iud. mu. cau. fact.

e Principali actione. Alienatio, quam quis facit, ne conueniatur per literas papæ vel principis, & cauſa mutandi iudicii non valet, quia conueniri poſſit talis alienator extrà de reſtit. in integr. c. j. Martinus.

De receptis arbitrijs. *Rubrica.*

1 *Arbitrium quod ſit.*
2 *Arbiter quandoque dicitur quilibet vir bonus.*
3 *Arbiter quis eſſe poſsit, & numer. 4. & 5.*
6 *Arbiter aſſumi poteſt in omni re, dummodo non ſit à lege prohibita.*
7 *Litigare coram arbitro qui poſsint.*
8 *Pupillus cõpromittens ſine tutore, obligatur naturaliter tãtum.*
9 *Arbitrium quomodo conſtituatur.*
10 *Arbitro ſtipulante pœnam, an teneat compromiſſum.*
11 *Arbitrium plenum quod. & 12.*
13 *Compromiſſum cum conditione quòd arbiter dicat certam ſententiam non valet.*
14 *Compromiſſum valet etiam quòd fiat in vnum.*
15 *Prorogatio cenſetur facta cum eiſdem cõditionibus cõpromiſſi.*
16 *Arbiter vbi cognoſcere debent.*
17 *Compromiſſo facto in plures, dici poteſt quòd vnus, vel plures ferant ſententiam. & 18.*
19 *Arbitrium ſi fuerit vallatum ſacramento, & pœna, valet.*
20 *Satiſdationem iudicii in arbitriis ceſſare.*
21 *Pedaneus qui citet partes, & non venientium pœna.*
22 *Arbiter non poteſt imponere multã contumaci. & 23. 24. & 25*
26 *Arbiter debet ferre ſuam ſententiam in ſcriptis.*
27 *Arbiter extra compromiſſum nihil poteſt facere. & 28.*
29 *Prætor cogere debet arbitrum ad ſententiandum.*
30 *Arbiter quando & quibus caſibus excuſetur ſi non ſententiat. & 31. 32. 33. 34. 35. 36. & 37.*
38 *Pœna non committitur ipſo iure, quando debitor paratus fuit ſoluere intra tempus, & creditor noluit accipere.*
38 *Pœnam abſentia excuſare.*
40 *Arbitrii effectus duo.*

EXPLICITIS præparatoriis iudiciorum, vidẽdum eſſet de iudiciis: ſed quia arbitria tractantur velut iudicia, de receptis à litigatoribus neutraliter, id eſt, de arbitriis inferamus, vel de receptis maſculinè. i. de arbitris receptis à litigatoribus, vel de litigatoribus receptis ab arbitris: viciſsim enim in fidem ſuam ſeſe recipiunt partes, vt ſententiæ ſtent arbitri: vt fideliter examinent, & pronuncient: aſſumunt enim partes iudicis nõ cõciliatoris: vt ff. eo. l. idem Pomponius ſcribit, ſi de meis. §. recepiſſe. Videamus ergo quid ſit arbitrium, & quis poſsit eſſe arbiter, & de qua re, & qui poſsint ſub arbitrio litigare, & qua-
1 liter conſtituatur, & qualiter ad effectũ perducatur. † Arbi-
a trium autem ᵃita definitur ᵃà Placentino: Arbitriũ eſt trinus
a actus trium perſonarum, ſub arbitro litigantium. Sed certè non tres, ſed duo tantũ ſub arbitro litigant. Dic ergo arbitrium eſt trinus perſonarũ actus ſuper pecuniaria quæſtione in quaſi iudicio confligentiũ, vel contendentiũ, nam & arbiter contendit ad inquiſitionẽ veritatis: actor vt ei condemnetur reus. Itẽ reus vt abſoluatur ab actore. Vel (vt puto) melius ita definietur. Arbitriũ eſt cauſa in dicendo voluntariè poſita cũ certarum perſonarũ interpoſitione actoris, rei, & arbitri. Et dicitur quãdoq; receptũ, quãdoq; cõpromiſſum.
2 Et ex definitione arbitrij liquet cuilibet, quis ſit arbiter. † Arbiter tamen dicitur quãdoq; quilibet vir bonus ſuper aliquo æſtimando electus: vt ff. pro ſocio. ſi ſocietatem, quãdoq; ponitur pro iudice delegato, vel quaſi delegato. Quandoq; pro iudice ordinario, quandoq; pro diſpẽſatore rei ſuæ: vt ff. qui ſatiſd. co. l. arbitro. & j. de iud. l. antep. & de poſtul. l. quiſquis.
3 & j. manda. l. in re mandata. † Arbiter autẽ poteſt eſſe homo
b liberᵇ. paterfa. Itẽ filiusfa. etiã de re patris. Nam & iudex in re patris eſſe poteſt, vt dicemus. j. de iud. §. inter iudicem. Itẽ poteſt eſſe arbiter in cauſa ciuili, nõ in criminali. In ciuili tamẽ diſtingue, ſit delegatus, an ordinarius: ſi delegatus eſt, poteſt à principio cauſam diſcutere, & finire: ſi ordinarius non poteſt diſcutere cauſam, & finire, ſed fieri poteſt apud eum conteſtatio litis, vt actio perpetuetur. Sed & in caſu vltra litis conteſtationẽ, procedit filius: quia forte nullum incommodũ pater ſuſtinet: vt cũ ex Trebelliano iure magiſtratus, filius cõpellit patrem adire, & reſtituere: vt ff. de iudi. l. in priuatis. & de iuriſdi. om. iudi. qui iuriſdictioni. & de offi. præſi. ſenatuſconſulto. & ad Treb. l. ille. §. vlti. & l. namque. & ff. eod.
4 l. ſed & filius. & l. quinetiam. † Item poteſt eſſe arbiter ingenuus, & libertinus integræ famæ homo, & infamis quod in iudice nõ eſt ita: vt j. de digni. l. neq;. & j. eo. l. Pedius. Seruus autem non poteſt eſſe arbiter, ſiue ipſe ſolus, ſiue cũ libero recipiat arbitriũ, vel arbitratũ, niſi dictum eſſet vt alterutrius valeret ſententia. Tunc enim ſolus liber poſſet pronuntiare. alioquin contrà, & vitiabitur vtile per inutile: vt ff. eo. l. Pedius. & l. ſed & ſi ita. & de verb. ſigni. l. illa verba. planè ſi cõpromittatur in ſeruũ, & liber ſententiã dixerit, ſi quidẽ liber factus receperit compromiſſum, cõſentiẽtibus partibus, valebit ſententia: vt ff. eo. l. ſed ſi in ſeruum. Item non poteſt eſſe arbiter furioſus, aut ſurdus, aut mutus, vel minor. xx. annis. Maior autẽ xx. annis poteſt eſſe, licet in integrum reſtitui poſſit ſi doceat ſua interfuiſſe, non recepiſſe tale arbitrium: quia interfuit eius litibus non vexari: vt ff. eo. l. ſed & ſi in ſeruum.
a §. j. & l. cum lege. Item fœminaᵃ non poteſt eſſe arbiter: vt j.
5 eo. l. vlt. † Itẽ non poteſt eſſe arbiter ille qui eius rei, de qua iudex eſt ordinarius recipit compromiſſum, vel partibus ſpõte ſub eo litigantibus, vel ipſo eas compellente, vt in ſe compromittant: vt ff. eo. l. ſed ſi in ſeruum. §. ſi quis iudex. Nec eſt contrarium quod legitur in auth. vt differẽtes iudices. §. ſi verò contigerit. quia per amicabilem compoſitionem poteſt diſſoluere quæ dubia ſunt inter eos, nec dicitur arbitrium: vt ff. eo. l. item Pomponius ſcribit. ſi de meis. §. recepiſſe. ſed magis
6 propriè arbitratus. † Poteſt autem eſſe arbiter in omni re, niſi prohibeatur à lege. Porrò prohibetur à lege in cauſa criminali publica, vel priuata. Sed in cauſa ciuili (licet ſit de crimine famoſo) valet cõpromiſſum, non tamẽ infamat arbitri ſentẽtia. Item in cauſa liberali non poteſt eſſe arbiter: quia fauor libertatis eſt, vt maiores iudices debeat habere, & eadem ſunt ſiue de ingenuitate & ſeruitute, ſiue de libertinitate, & ingenuitate ſit quæſtio. Idẽq; eſt, & ſi quæſtio eſt de libertate cõpetitura, vt ſi ex fideicõmiſſo dicatur debita. Item in populari actione non poteſt eſſe arbiter: ne occaſione pœnæ prætermittatur faciẽdum quod publicè fieri expediret: vt ff. eo. l. non diſtinguemus. §. Iulianus & §. de liberali. & de his qui no. infa. l. quid ergo. §. ex compromiſſo. Fortè nec in cauſa reſtitutionis poterit eſſe arbiter: quia certis tãtùm committitur iudicibus: vt ſ. vbi & apud quem. l. vlti. niſi fortè hæc, vel ſuperiores cauſæ incidenter cognoſcantur ab arbitrio vt j. de ordin. iudi. l. j.
7 & j. de iudiciis. l. quoties. † Sub arbitro autẽ litigare poſſunt omnes generaliter, qui in iudicio poſſunt eſſe actores, & rei. Seruus igitur non poterit compromittere: ſed filiusfam. poterit. vt ff. de pecu. l. licet. §. ſi ſeruus cùm ſe pro libero. & §. ſed ſi filius. & infrà de iudiciis l. ſeruus. & ff. eodem. l. non diſtin-
8 guemus. §. ſi ſeruus. † Quid de minoribus xxv. annisᵃ & vtique ſine tutore pupillus compromittens obligatur naturaliter tantùm, non ciuiliter: fideiuſſor tamen eius efficaciſsimè tenetur, & exigitur: vt ff. eod. l. ſi pupillus. ſed in iudicio, nullo modo etiam dato fideiuſſore poſſet pupillus conſiſtere ſine tutoris authoritate: vt ſuprà ſi aduerſ. rem iudic. l. vltima. Si autem fuerit adultus curatorem habens, idem in eo quod in pupillo dictum eſt: ſi non habeat curatorem, ſecus eſt: vt ſ. de in integrum reſtitu. minor. l. ſi curatorem: ſecus verò eſt in iudicio, vt dictum eſt. Habetur etiam miſta conſyderatio rei & perſonæ: quia non poteſt eſſe quis arbiter in re ſua: vt ff. eodem. l. penultim. ſed fortè vt vir bonus eligetur, vt ſatisfaciat de iniuria ſibi illata. Sed & miſta conſyderatio eſt in cauſa, quam quis recipit vt arbiter, cum in ea ſit iudex, vt dictum
9 eſt. † Conſtituitur autem arbitrium partibus adinuicem ſtipulantibus pœnam, ſi arbitri non pareant ſententiæ. c

Quid

10 †Quid ſi arbiter, vel alius pœnam fuerit ſtipulatus? viſum eſt
P. non tenere cõpromiſſum. Poteſt tamen dici contrariũ vbi
arbiter ſtipulatus eſt. Nam ipſe arbiter vel pœnam exactam
præſtare, vel actiones pro pœna neceſſe habebit cedere, quaſi
& inter partes, & cũ arbitro id videatur tacitè actũ. ideoque
pro cauto expreſſo eſt habendum: vt ff. de præſcriptis verbis.
l. ſi gratuitam. §. vlti. Item ſi non pœnam, ſed intereſſe præſta-
re ſtipulentur ad inuicem partes, vel etiam ſtipuleſtur. ſenten
tiæ ſtari, valet arbitrium, & cogitur arbiter pronuntiare, li-
cet Pla. dixerit valere compromiſſum, ſed non cogendum ar-
bitrum pronuntiare: quod falſum eſt: vt ff. eod. l. diem. §. vlti.
Si autem pœna fuerit ab vno promiſſa, & non ab altero, vi-
detur, quòd non teneat compromiſſum quia vnum tenet, al-
terum non adſtringit, & ſic claudicat: vt ff. eo. l. ſi cum dies. §.
pe. quanquam poſſet dici arbitrium tenere, ſi ponas actorem
à reo ſtipulatum pœnam, ſed non reum ab actore: habet enim
actor auxilium pœnæ, ſi pro eo feratur ſententia: reus verò
remedium exceptionis, veluti pacti ſi abſoluatur. Sed id verũ
eſſe non puto: nec enim ſufficit habere exceptionem; vt arbi-
ter cogatur pronuntiare: vt ff. eo. Idem Pomponius ſcribit. ſi
de meis. licet domino meo hic videretur arbitrum poſſe pro-
nuntiare, ſed non cogi. Item tenet arbitrium vbi vterq; pro-
miſit purè pœnam, id eſt, non ſub alia conditione, niſi hac, ſi
arbitri pareatur ſententiæ. Si autem vnus ſub hac forma, alius
ſub hac, & alius ſub conditione promiſerit pœnam, penden-
te illa conditione, non cogitur arbiter pronuntiare, nec valet
ſententia. Prætor tamen ſi poteſt diem compromiſſi proferre
faciat eam proferri: vt ff. eo. l. litigatores. § idem Iulianus. &
l. quo caſu. Item quod dixi in pœna, obtinet, & ſi res depoſi-
tæ ſunt apud arbitrum à litigatoribus vt daret ei qui vicerit,
vel ſi vnus litigatorum rem depoſuit, alter autẽ promiſit pœ-
nam, plenè vallatum eſt arbitrium. Item ſi controuerſiam ha-
beant de domo, ſed inuicem ſint debitores cuiuſcunque rei,
quæ non eſt in controuerſia, & paciſcãtur adinuicem de de-
bito non petendo, ſi arbitri non pareant ſententiæ ſuper do-
mo ferendæ, nudo pacto fiet hoc compromiſſum vt ff. eod. l.
litigatores. §. & quod ait. Nec obſtat, quod legitur. ff. eod. l. ii.
quia non in re, de qua lis erat, habet exceptionem, ſed in alia:
ſed in re de qua lis erat, habet exceptionem, ſi non fuerit ſti-
pulatus pœnam, & arbitrium fuerit expreſsè homologatũ,
vel aliàs confirmatum ſilentio decem dierum: vt j. eod. l. pen.
Fortè idem & ſi ſit ſtipulatus pœnam: ſed eſt adiectum, rato
manente pacto ſeu arbitrio. Si ergo vallatum ſit compromiſ
ſum aliquo de prædictis modis, poteſt dici plenum: vt ff. eod.
11 l. Idem pomponius ſcribit, ſi de meis. †Et quandoque dici-
tur plenum, quod factum eſt de controuerſiis omnibus: vt
ff. eo. l. ſi cum dies. §. plenum. Quandoque dicitur plenũ quod
habet doli mentionem: quia ſi ſtipulantur ad inuicem partes
nihil doli fieri in arbitrio: puta, non corrumpi arbitrum, vel
teſtes, vel aduocatos: vt ff. eo. l. ita demum. Item conſtituitur
arbitrium, vt arbiter pronunciet quod ſibi videtur, non vt
12 pronuntiet quod placuerit Titio diſceptatori. †Nam nec te-
c ſtamentum valet, ſi dicat quis, ius eſto[c] de rebus meis, prout
illi placuerit: vt ff. eo. l. item ſi vnus. §. inde Pomponius, & de
13 hære. inſti. l. illa. †Hinc eſt, quòd & ſi compromittant partes,
vt arbiter dicat certã ſententiã, ſcilicet condemnatoriã tãtũ,
vel abſolutoriam tantum, non valet arbitriũ: vt ff. e. l. qualẽ.
Secus puto ſi cõpromittant vt ferat ſententiã ſecundũ leges
tantũ, vel ſecundũ canones tantũ, vel mores tantũ. Hæc enim
obſeruãda ſunt ab arbitro: quia ſecundũ ſingula prædictorũ
veritatem inueſtigare, & iuri deſeruire poterit. Si autẽ cõpro
miſerint partes, vt ſtent arbitrio Titij, aut Seij, valet compro
miſſum: ſed is cogendus eſt, in quem litigatores conſentiunt:
vt ff. eo. l. item ſi vnus. §. inde Pomponius. ſubaudio ſi & ille re
cipiat compromiſſum, aliter enim non tenetur: vt ff. eod. l. iij.
14 §. j. †Item valet compromiſſum ſi fiat in vnum. Item ſi fiat in
d tres[d]: inuenitur enim pars maior cuius arbitrio pareri poteſt.
Sed & vſitatum eſt in duos compromitti, licet ſi diſſentiant
non inuenitur pars maior: vnde compromiſſum ſine exitu vi-
detur futurum propter naturalẽ facilitatem hominũ ad diſ-
ſentiendũ: adhibet tamen lex tale remedium vt vbi diſſentiãt
duo arbitri, cogat eos prætor tertiam eligere perſonam certã
cuius authoritati pareatur. Si autem à principio ſic fuit cõ
promiſſum in duos, vt ſi diſſenſerint, tertium aſſumant: ſi
quidẽ tertius fuerit ſpecificatus à compromittentibus, valet
compromiſſum. alioquin contrà, niſi ei ſubueniatur per præ-
dictam medicinam prætoris: vt ff. eo. l. item. §. ſi in duos. & §.
principaliter. Item ſit compromiſſum vt arbiter pronuntiet
vſque ad certũ diem, & ſi apparuerit impedimentũ poſsit dies
proferri. Hoc tamen acto, nõ proferetur dies vtroq; litigato-
rũ contradicente arbitro: vt ff. eo. l. arbiter. ita altero autẽ cõ-
tradicente, & altero ſibi conſentiente non proferet diẽ arbi-
ter: quia is qui contradicit nõ conſenſit à principio vt fieret
prorogatio, ſed vt fieri poſſet: vnde modo oportet eũ cõſenti
re: alioquin incidit in pœnã vt dictũ eſt. Vtroque autẽ litiga-
torũ volente diem proferri, non proferetur dies niſi arbitro
ex iuxta cauſa videatur proferendus, & iubeat eum proferri.
Si autem non eſt actũ de die proferenda, impune iubenti non
paretur: vt ff. eo. l. Labeo. ij. reſponſo. & l. non diſtinguemus.
15 §. dies. & §. vltj. †Et poteſt hic ſubijci regula, quòd vbicũque
ſit prorogatio, fiat cũ eiſdẽ cõditionibus & ſecuritatibus quę
in primo compromiſſo expoſitæ fuerunt. Vnde & ſi per fide-
iuſſorem in primo cõpromiſſo fuerit cautũ: ſequens ſimiliter
proferendus eſt, vel ſi iidẽ fideiuſſores fideiubere noluerũt a-
lij non abſimiles adhibẽdi ſunt, vt ff. eo. Labeo ait, ſi arbiter.
§. hæc autẽ. & §. vlt. Impropriè autẽ vocat lex primũ compro
miſſum, cùm vnum tantũ ſit prorogatũ: vt ff. eo. l. ſi cùm dies,
in ſi. j. reſpon. & de preca. l. ſed & ſi manente. Vel dicũtur duo
cõpromiſſa quãtũ ad fideiuſſores iterũ acceptos. Primi enim
fideiuſſores ita ſe obligauerant, vt tenerẽtur, ſi intra illũ diẽ
pronuntiaretur quòd factum non eſt: vnde videtur finitum
cõpromiſſum, quantũ ad eos, non quantũ ad partes, vel quan
tũ ad arbitrium: ſic & aliàs dicitur finitum matrimonium, nõ
quantũ ad maritum & vxorem, ſed quantũ ad ſocerum: vt ff.
16 de don. inter vir. & vxor. l. cũ hic. §. ſi ſocer nurui. †Itẽ ſit
cõpromiſſum vt arbiter certo loco cognoſcat, & pronũtiet,
quòd ſi de loco nihil appareat actum, is videtur ineſſe locus,
vbi compromiſſum eſt, vt tamen & circa vrbem adeſſe partes
arbiter poſsit iubere: Ita tamẽ ſi arbiter ſit eius authoritatis,
vt in receſsibus ſoleat agere, & litigatores ambo facilè, & ho
neſtè in eo loco conuenire poſſunt. Nam ſi locus eſt inhone-
ſtus, impunè nõ paretur arbitro. Et ſi locus eſt vni honeſtus,
ſed non alteri, propter eum cui nõ eſt honeſtus excuſatur, ſi
non venerit ille cui eſt inhoneſtus, vt ff. eo. l. ſi cùm dies. §. ſi
arbiter. Item ſit cõpromiſſum vt arbiter pronuntiet etiã vna
partium abſente. Si autẽ hoc expreſsim non fuerit actũ, pro-
nuntiare debet vtroq; præſente: ſi tamẽ vterque ſit maior &
ſanæ mentis: alioquin exigitur tutorum & curatorum pręſen
tia, aliter autem non valet ſententia. Is qui defuit ſemper cõ-
mittit in pœnã: quia per eũ factũ eſt quominus arbiter arbi-
17 traretur: vt ff. eo. l. diem. §. ſi quis. Poteſt & illud agi, †quando
cõpromittitur in plures vt vel vnus dicat ſententiã, vel maior
pars, vel etiã omnes: ſed ſi de hoc nihil ſit dictũ, omnes debẽt
eſſe præſentes, & pronuntiare, vel pronũtiari nomine ſuo, vel
aliorum: cùm verba ſententiæ in perſonis omniũ arbitrorum
ſint concepta conſentire. Si autẽ vno abſente pronuntiarent
cæteri, non valet ſententia: quia potuit eius præſentia eos tra
here in æquã ſententiam. Quod autẽ dixi in abſente, puto &
in mortuo ſeruandum. Idẽmq; in iudicibus delegatis: vt ff. eo.
l. item §. item plures. & l. ſi in tres. & l. ſicuti. & l. non diſtingue
mus. §. cũ in plures. & j. de peda. iudi. l. placuit. Item poteſt
illud agi in compromiſſo: vt hæredes vtriuſque partis ſucce-
dant in cõpromiſſum: alioquin ſiue nihil ſit actũ, ſiue ſit actũ
de hæredibus vnius tãtũ, vnius etiam tantum morte ſoluetur
18 cõpromiſſum: vt ff. eo. l. ſed & interpellatur. § ſi ab altera. †Il-
lud etiam antiquitus ad conſtitutionem arbitri pertinebat,
vt ſi vallatum ſit arbitrium ſacramento arbitri, & partiũ, vel
arbitri tantum, vel partium tantũ, dabatur ex eo actio, & ex-
ceptio, quod hodie nõ eſt: decreuit enim noua cõſtitutio nul
lum ſic arbitriũ fieri, vt cũ ſacramẽti religione iudicetur: ſiue
ab arbitro tantũ fuerit datũ, ſecundũ Bulg. ſiue à partibus,
ſecundũ Marti. ſed pœnã ſtatuat, qua præſtita liceat à iudica
tis recedere. Si cõtra hoc iudicatũ fuerit, iudex, qui malè iu-
☞ dicat pœnã à Deo expectet. Si ignorantia nihil erit eis præ-

ter ſacramentum. Nam & ſi aliàs iudex, vel arbiter, malè iu-
dicando faciat litem ſuam, tamen quia partes hic deliquerũt,
non poſſunt agere cõtra eum: vt ſ. de pact. l. pe. & in auth. de
19 iudicibus. §. quia verò mulcę. †Quid autẽ ſi vallatum fuerit
arbitrium ſacramento, & pœnis? certè nihilominus tenet cõ-
promiſſum: nec enim debet vitiari vtile per inutile: vt dicit ge
nerale vnũ. & eſt arg. ff. de iure fiſc. non intelligitur. §. ſi quis.
Perducitur autem arbitrium ad finem inchoato eo: in primis
per libelli oblationem, vt reus deliberare poſſit intra ſtatuta
tempora: quia arbitrium ad ſimilitudinem iudiciorum reda-
ctum eſt, niſi in quibus lege poteſt oſtendi cõtrarium: vt ff. eo.
20 l. j. & j. eo. l. pe. §. licet. Satiſdationẽ †tamen de perſequenda
lite ab actore, vel de reo reſponſuro vt locum non habeat in
arbitro ſatis dici poteſt: quia ſatis eſt re ſi pœna cõmittatur
in aliquem eorum & ar. eſt pro hoc in auth. de litig. §. ad exclu
dendas. in fi. Poſtquam autem deliberauit reus, ſi veniat be-
ne eſt: ſi non, poterit iubere arbiter eum adeſſe, vel per nun-
tiũ, vel per epiſtolam: vt ff. eo. l. ſed & interpellatur §. arbiter
21 adeſſe. †Et eſt hoc notandum[e] propter pedaneum iudicem,
c quem dicunt quidam per ſe tantùm poſſe citare partes: ſed
certè & per nuntium citare poteſt: cum arbiter hoc poſſit, qui
eſt inferior eo. Si autem is qui citatus eſt, non veniat, committitur pœna quaſi opera non præbita, id eſt, non adhibito ſtu-
dio, vt finiatur arbitrium: ſi tamen veniat arbiter in locum
compromiſſi deſtinatum cognitioni. Itẽ ſi venerit alia pars:
nam illi debet permitti pœnam petere qui in ipſam nõ inci-
dit: vt ff. eo. l. non ex omnibus. j. reſpõ. & §. j. & l. arbiter. & l.
22 ſi cũ dies. §. pe. & j. eo. l. ſi contra cõpromiſ. †In contumacem
autem non poteſt indicere multã: quia hoc magiſtratibus tã-
tum permittitur: vt ff. de iudiciis. l. ij. §. vlti. quod autẽ dicitur
in prædicta l. non ex omnibus. contumaciã litigatoris eũ pu-
nire poſſe, ſic intellige, vt in arbitraria actione, vel ſimili de-
ferre poſſit iuſiurandum in litem: cùm certũ ſit rẽ reſtitui nõ
poſſe: vel ſi poſſit reſtitui actor mauult, quantũ in litem iura-
uerit reum condemnari, quam ad rem. Vel dic actum eſſe in ar
bitrio, vt ſæpius committatur pœna: alioquin ſemel commiſ
ſa, quia rem non reſtituit, non cõmittetur poſtea: quia iuranti
in litem non ſatis fecit: vt ff. eo. l. ſi duo. §. vlt. Porrò ſi vni par-
tium deferat ſacramentum, quia altera non exhibet nomina
teſtiũ, nõ poteſt ideò iurari in litem: quia nec pro hoc eſt actio
arbitraria: vt in prædicta. l. non ex omnibus. non tamẽ expri-
mit, committatur pœna compromiſſi, nécne. Et videtur com
mitti: quia per hoc impeditur arbiter pronũtiare: & ita perti
23 net ad operã præbendã, vt dictum eſt. †Vtraque autem par-
te veniente fieri debet apud arbitrum litis conteſtatio, cau-
ſæ examinatio, teſtium productio: ſicut & hæc fiunt apud ma
giſtratus, & gratia teſtium, vel inſtrumentorum dare poterit
arbiter dilationem, & datam poterit abbreuiare cauſa cogni-
ta: ſ eque dicitur arbitrum mutare poſſe ſententiam nõ de-
finitiuam, ſed interlocutoriã: vt ff. eod. l. dicere §. j. & l. quia.
f Sed & definitiuam ſententiam[f] quandoq; mutat, ſi ea ſit ipſo
24 iure nulla. †Quid enim ſi arbiter de pluribus controuerſiis
nihil ſibi communibus eſt aſſumptus, & de vna ſententia di-
xit? Si quidem erat compromiſſum vt ſimul de omnibus di-
cat ſententiam, poterit mutare primam ſententiam, & iterum
iudicare de omnibus: nondum enim dixit ſententiam. Si verò
compromiſſum eſt, vt ſeparatim pronuntiet: quaſi plura cõ-
promiſſa ſunt, & ideo quantum ad illam controuerſiam per-
tinet, arbiter eſſe deſiit. vt ff. eod. l. quid tamen. Si autem quæ-
ſtiones erant ſibi communes, videtur; quòd indiſtinctè nulla
ſit ſententia, arg. C. de accu. l. qui de crimine. Sed & vbi quæ-
ſtiones non ſunt ſibi communes, nec aliud apparet actum: pu
to quòd elegerint, vt ſimul de omnibus debeat pronunciari.
Idemq;, & ſi de vna re tantùm erat controuerſia, & pronun-
ciauit de parte rei, non de tota re. vt ff. de doli excep. l. apud.
§. item quæritur. & j. de appell. l. eos. ibi, ſed omnem &c. & l.
ampliorem. ibi, ſi quid iudicatis &c. Vnde patet, quod in par
te damnauerit, & in alia abſolucrit. vt ff. fam. ercisc. l. an hoc.
& de iudi. l. de qua re. & ſic exauditur quod eſt ſ. ſi aduer. rem
25 in l. j. †Et certè vbi deficit ſententia in vna re vel capitulo,
deficit etiam in connexis, vel adiunctis: idem dico in ſenten-
tia iudicis ordinarij. Si verò ſint capitula apud iudicem ordi-
narium propoſita non ſibi coniuncta, non ideo dicitur nulla
ſententia in vno, quia de alio nihil dixit. Porro ſi ſententia iu
dicis delegati eſt ipſo iure nulla, non idem ipſe iudicat, ſed
alij committitur negotium terminandum: vt C. de accuſa. l.
26 iiij. & quomodo & quãdo iu. l. iiij. †Cognitione autem ple-
nè habita, reſtat vt ferat definitiuam ſententiam, quam debet
ferre in ſcriptis. vt infrà de ſentent. ex breui rec. l. j. & tamen-
te, vt ſecundum eam diſcedere velit partes à tota controuer-
g ſia[g]. vt ff. eod. l. dicere. in ſi. prin. & certa debet eſſe ſententia.
vt ff. eod. quid tamen. §. Pomponius. Item debet eſſe ſententia
de re illa tantùm, quæ erat in lite: non de aliis, vel de ſuperue
27 nientibus quæſtionibus. †Vnde & dicitur arbitrum extra
h compromiſſum nihil facere[h] poſſe, vt ſi dicat de hoc ad iudi-
cem eundem, vel in alium compromittendum: niſi fortè de eo
compromiſſum ſit, vt arbiter ſtatuerit cuius arbitratu ſatisda
tur, vel quid ſimile fiat. vt ff. eod. non diſtinguemus. §. de offi-
cio. & §. quæſitum, & §. vlt. Et ex his dixerunt quidam arbi-
trum de fructibus & litis expenſis nihil dicere poſſe, niſi id
actum ſit: quod non puto, quia hæc contigua ſunt: nec dici-
tur fieri extra compromiſſum quod fit circa vel iuxta: nam &
partes in ſeceſſibus eſſe iubet, & iuxta mandatum fiunt mul-
ta. vt ff. iud. ſol. l. iam tamen. & de proc. l. ad rem. & l. ad lega-
tum. Hinc eſt, quòd & ſolutioni diem ſtatuere poteſt: vt ff. eo.
28 l. quid tamen. §. ſolutioni. †Inhoneſtum autem vel impoſſi
bile, vel id de quo non eſt compromiſſum, non debet in ſentẽ
tia comprehendere. vt ff. eo. quid tamẽ. §. vlt. & l. ſi cum dies.
29 §. compromiſſo. †Quid autem, ſi nolit arbiter pronuncia-
s re[s]? certè prætor debet eum compellere, cuiuſcunque ſit di-
gnitatis arbiter: niſi in pari vel maiori magiſtratu, vel poteſta
te ſit poſitus, Conſul fortè, vel prætor. vt ff. eod. l. iij. §. j. & ij.
30 †Et quandoque tamen excuſatur arbiter, ne cogatur, puta ſi
infamauerunt eum litigatores: & tunc diſtingue, vtrum cau-
ſa cognita, quia neſciebat ordinare cauſam: & tũc etiamſi ex
interuallo redeant, admittuntur: an ſine cauſæ cognitione, &
tunc admittuntur mox, non poſtea. vt ff. eo. l. ſed & ſi in ſer-
uum. §. vlt. & hic longum & breue tempus, accipietur pro iu
dicis arbitrio. Si autem partes arbitrum infamauerunt, & ad
alium ierunt, nunquam poſtea admittuntur. vt ff. eo. l. ſed ſi
ſeruum. §. vlt. & l. litigatores. Si autem non ſpreuerunt eum,
ſed ad alium iudicem ierunt: ſiquidem ſub eo litem conteſtẽ
tur, compromiſſum primum ſolutum eſt: vt ff. eo. l. ſi quis. a-
lioquin intra triennium admittuntur, & non poſtea. vt ff. eo.
31 l. itẽ §. ſi multo. †Item excuſatur, ſi ſordes aut turpitudo eius
ſit manifeſta: quia accepit pecuniam, vt pro illo diceret ſen-
tentiam. Sed ſi accepit vt pronunciaret tantùm, compellitur.
32 vt ff. eo. l. iij. §. j. & l. ſed & ſi in ſeruum. §. ſunt. †item excu-
ſatur propter inimicitias capitales, quas cum vtroq; vel vno
33 litigatorum habet. †item propter valetudinem, quæ ei poſt-
ea contingit, aut propter ſuperuenientia negocia, vel vrgen-
tes profectiones, aut munera indicta, vel incommoditates im
minentes: ſi tamen ab his non cito liberaretur. Si autẽ ab his
poſſit liberari, differre cogitur arbitrium. vt ff. eo. l. licet. & l.
34 aut ſi qua. & de iud. l. ſi longius. †Item excuſatur propter
iudicium publicum vel priuatum, quod habet, ſi dies compro
miſſi proferri non poteſt. Si autem poteſt, non aliter excuſa-
tur arbiter, quàm ſi conſentiat denuò in ſe compromitti, hoc
ſcilicet ſi dies eſt exitura. vt ff. eod. l. aut ſi qua. l. arbiter. Nec
obſt. quod legitur ff. eo. l. ſi cùm dies j. reſpon. quia ibi arbi-
ter non excuſabat ſe: imò iure communi dicebat ſe liberatũ
35 finito tempore, in quo compromiſerant in eum partes. †Item
excuſatur, ſi vnus ex litigatoribus bonis cedat: cùm neque a-
36 gere, neque conueniri poſſit. vt ff. eod. item ſi vnus. †Itẽ ex-
cuſatur arbiter, ne cogatur die feriata: quæ ſpecialiter deno-
tatur illa lege, quæ eſt in C. de fer. l. omnes. Non continentur
tamen communi nomine feriarum: tunc enim quandoq; ex-
cuſatur arbiter, id eſt, ſi dies compromiſſi non ſit exitura: a-
lioquin cogitur. Sed ſi dies non ſit exitura, & cogatur: ſi ſibi
iuret de cauſa non liquere, ſpacium datur ei ad pronuncian-
dum. Idémque dico & ſi compromiſſum ſine die factum eſt.
37 vt ff. eo. l. ſi de mens. §. vlt. & l. ſi feriatis. †Poteſt etiam ex-
cuſari arbiter ex eo, quòd dicitur ſolutum compromiſſum:
quod fit die mortis, acceptilatione, iudicio, item pacto de nõ
peten

petendo pœnam:vt ſ.de ſingulis dictum eſt. Sacerdotio autem adueniente non cogitur arbiter. Sed ſi iam factus ſacerdos receperat compromiſſum, cogitur, quia priuilegio renuntiauit. Idem ſi de negotio tranſactum eſt, vel res eſt mortua, de qua erat compromiſſum, non cogitur arbiter niſi poſteriore caſu aliquis litigantiũ interſit fortè. & in eis caſibus ſoluitur compromiſſum:vt ff. eo.l.non diſtinguemus.§.ſumma. Si autem prædictis modis non excuſetur arbiter, vel nõ ſoluatur compromiſſum arbiter pronuntiare debet: quem ſi qua partium prohibeat pronuntiare, incidit in pœnam: vt ff.eo.l.diem.§.& ſi quis. Sicut & cùm quis citatus, non venit:vt dictũ eſt. Idemque & ſi ſententiæ latæ non paret. Et ſiquidem in ea exprimatur dies, ea lapſa committitur. & exigitur pœna: ſi non expri tur dies, ea lapſa committitur, & exigitur pœna: ſi non exprimatur ineſt modicum tempus, ſcilicet quatuor menſium ad ſatisfaciendum, & eo elapſo committitur pœna: licet tamen reo purgare moram ante litem conteſtatam, niſi ante litem conteſtatam interſit actoris: vt ff.eo.l. ſi cùm dies.§.vlti.& l.vtiq;.&
38 l.Celſus. † Et not. ꝙ vbi reus paratus fuit dare intra tempus, & actor noluit accipere, ipſo iure non committitur pœna. Si tamen actor poſtea petat, & reus non det, committitur pœna quaſi duo ſint arbitri præcepta. vnum pecuniam dari, alterum intra calendas dari: licet enim pœnam non committat, ꝙ intra calendas non dederis. quoniam per te non ſteterit, committis
39 in ea parte ꝙ non das. † Item not. ꝙ quis excuſatur à pœna ratione iuſtæ abſentiæ: vt ff.eo.l.ſi cùm dies.§.ſi quis. Item ratione inimicitiarum ex aliis cauſis manifeſtè apparentium inter arbitrum, & vnum litigatorum, ſi arbitro denũtiatum ſit, ne ſententiam dicat. quaſi hæc denuntiatio ſit quædam ſpecies appellandi: vt ff.eo.l.nõ diſtinguemus.§.cùm quidam. verè tamen & propriè appellare non poteſt: quia nec iudicati actio ex ſentẽtia arbitri datur, ſed agitur ad pœnam, ſi promiſſa eſt: vt j.e.l.j. ſi autem non eſt promiſſa, non tenet, niſi arbitrium fuerit confirmatum expreſſè, vel ſilẽtio decem dierum: & tunc ex arbitrio datur exceptio. Item actio quaſi ex re iudicata, vel ex lege principis: vnde dicit Imperator ex ſuo numine dari actionem: vt j.eo.l.iiij.§.vlt.& l.pe. Item obſtat exceptio agẽti, ꝙ ſolutum dicitur ab altero compromiſſum, vel quia ſtipulator pœnæ corrupit arbitrum, vel quia dolo fecit vt pro ſe pronuntiaretur: vt j.eo.l.arbitrorum.& ff.eo.l.ita demum. vel quia pronũtiatum eſt die feriata à lege nominatim excepta: vt
40 ff.eo.l.ſi feriatis. † Extra ſummam noto alios effectus arbitrij: quia actio perpetuatur lit. conteſtatione apud arbitrum facta, quaſi facta ſit in ordinario iudicio. fortè fit tranſitoria in hæredes, & fiet vſuraria. Item in medio arbitrarij ſi fiant profeſſiones: vel atteſtationes, licebit alicui eis vti, etiam apud iudicem ordinarium. vbi tamen teſtes ſuperſint, non compellitur quis apud iudicem credere his, qui teſtificati ſunt apud arbitrum, ſi patiatur eos iterum induci: vt infrà eodem.l.pen.
a §.vlti.& de fide inſtru.l.vlti. *

ANNOTATIONES.

a Arbitrium autem. Vide text. in l.ſi de meis ff de arb. vide Spec. in tit. de arb. in princip. vide dominum Octauum in tract. de arbit.
b Liber. Qui poſſit eſſe arbiter, vide in omnibus iſtis caſibus hic enumeratis plenius per d. Lanfran. de Oriano in ſuo tract. de arbit. in vii. ver. hactenus oſtẽſum eſt per vlti. col. & ibi etiam allegat multos text. qui pro hoc ſigillatim poſſent addi: ſed quia videri poſſunt putaui ſuperfluum hic recenſeri.
c Iua eſto. Vide Ludo. roma. in conſil. cxli. & in conſil lxxv.
d In tres. Ad iſtam queſt. vide Spe. in tit. de arbit.§. ſequuntur. verſic. ſed hic quæro. Bart. & doct. in l. pedius.§. primo. ff. de arbit. Ludo. de ro. in ſingu. ſuis. verſi. compromiſſum. verſ. duo. Lanfran. in tract. de arbitr. quæſt. octaua. in ſecunda parte vbi de hoc ad plenum.
e Notandum. Vide Iaſo. may. in l. ſecunda. ff. de iuriſdict. omn. iudic.
f Sententiam. Vide do. Alciat. in l. quod iuſſit. ff. de re iudic.
g Controuerſia. Vide Iaſo. may in l. ſuper poſſeſſionem. in primo nota. C. de tranſact.
h Nihil facere. Adde quod arbiter non poteſt facere modificationes ad cauſam non pertinentes: vt tenet Bald. in l. ſi ſuper. C de arbitr. anto. de Bu. in conſil. incip. In nomine patris. viſis actis, &c. qui de hoc laté ad materiam concluſionis vide do. Bart. ſoz. in conſil. cexx. incip. viſis compromiſſo. circa primum. & in conſil. ca atis. incip. præſens conſultatio. verſic. ſecundo iſta concluſio.
i Pronunciare. Vide ad hoc Bartol. in l. ſi quis arbitratu. vel ſicu. quæro quanto tempore. de verb. ſignif. & in l. prima. verſic. quæro quo iure. ff. legat. iii. in l. prima. verſ. quæro. gl. ff. de leg. ſecunda. & ibi ſcribentes.

* Definitur. Arbitrium eſt tenuis actus perſonarum, ſuper ciuili quæſtione vel quaſi in iudicio contendentium. Martinus.
* Fœmina. Secundum Canonea mulier poteſt eſſe arbiter ſi hoc habeat ea conſuetudine, & eius arbitrium præſentia & conſilio Epiſcoporum ſit roboratum, vt extra. de arbit. c. dilecti. ibi de hoc in diuerſis gloſſ. Martinus.
* In duos. Arbiter vnus, aut tres ſunt eligendi. & non duo: quia res fortè ſine caſu eſſet futura propter naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem, l. item ſi vnus.§. principaliter. ff. de arbit. Compromittitur ergo in imparem numerum. quia impari numero Deus gaudet. extra. de arb. ca. ſi. in gloſ. Si tamen compromittatur in duos, tenet arbitrium. Et ſi non concordant cogendi ſunt, vt vel concordent vel tertiam perſonam adſumant, vt extra. de offi. deleg. c. ſuſpicionis. c. ſi. Item ſi ſunt tres, ſententia duorum ſufficit, tertio præſente, etiam ſi diſſentiat. Sed tamen tertio abſente ſententia non valet. ff. de arbi. l. ſi in tres. eod. eo. c. j. Sed quid ſi duo pronuntient, tertio præſente & tacente, ita vt nec cõtradicat, niſi expreſſum eſſet in compromiſſo, vt duo ſine tertio non procedant. tenet ſententia. ff. de arbi. l. non diſtinguemus.§. cùm in plures. Quod & obtinet in iudicibus, extra. de offic. deleg. c. prudentiam. & cap. vno delegatorum. vbi de hoc in glo. & ita nota. Item quando ita compromittunt in duos, vt ſi non concordent, eligant tertiam perſonam certam, tunc compromiſſio tenet: ff. de arbi. l. item ſi vnus.§. ſi in duos. Compromiſſum autem factum in arbitrum incertum non valet. quia in incertum arbitrum compromitti non poteſt. extra. de arbi. c. innotuit. vbi de hoc in gl. Martinus.
* l. vtima. Eſt & alius arbitrorum effectus, nempe, vt arbitrio arbitri compromiſſarij ſtetur, ſiue æquum, ſiue iniquum ſit. ff. de arbi. l. diem proferre.§. ſtari. niſi contra ius ſcriptum, vel cõtra formam compromiſſi ſia latum, quia tunc non tenetet. ij. q. vj.§. definitiua. extra. de confir. vtili, cap. examinata. vbi de hoc in gloſſ. duplici ergo. Arbitratoris etiam, ſeu amicabilis compoſitoris dictum eſt reducibile ad arbitrium boni viri, ſi male arbitretur. ff. pro ſocio l. ſi ſocietatem. Item arbitrio non præſtatur ſatiſdatio: quia ſufficit in eo compromiſſio pœnæ, vt in auth. de litigio.§. ad excindendas. in ſi. colla. viii. Item arbitri mora purgari non poteſt vbi dies eſt ab homine præfixus. ff. de arbit. l. Celſus. Secus tamen in iudiciis. C. de fide inſtrumentorum. l. ſancimus. Item poſtquam arbitrium receptum eſt à partibus, ſimpliciter eſt ſeruandum, extra. de arbit. c. per tuas. & de procura. cap. mandato. Poſſunt tamẽ partes ab arbitrio diſcedere, etiam ſi appellationi renunciauerint. & pactum de non recedendo interuenerit. C. de arbi. l. penult. & extra, de arbi. c. dilectus. Finitur autem arbitri compromiſſum morte litigatoris. c. ex parte extrà. de arb. Arbitri quoque officium expirat morte conſocio ſuo, niſi de hoc caueatur in compromiſſo, vt ſi alter intereſſe non poſſit, alter arbitrium poſſit proferre. extra, de ſeſta. c. Rainaldus. in princ. & ff. de arbi. l. non diſtinguemus.§. cùm in plures. Martinus.

De ſatiſdando. *Rubrica.*

1 *Satiſdationes cuiuſmodi ab actore ſint præſtandæ.*
2 *Satiſdatio cuiuſmodi à reo exigatur.*
3 *Satiſdare quid ſit.*

FACTA editione actionis in iudicio inchoando per libellum (vt ſ. dictum eſt) reſtat nunc videre de ſatiſdatione quæ à parte actoris, vel rei interponitur. Non tamen dico idem in arbitris: licet id dixerit P. vt probaui ſ. tit. j. & etiam dicitur ff. de arbi. l. non
1 diſtinguemus.§. pen. † Eſt autem ſciẽdum, quòd etiam is, qui ſuo nomine agit oneratur duplici cautione, hoc eſt, vt ſcribat in libello, & fideiuſſorem præſtet, vel reo, vel negotij executori, quòd intra duos menſes conteſtabitur litem, vel omne damnum ei, qui conuenitur reſtituet in duplum, non tranſcendente cautione xxxvj. aureos: vt in authen. de execu. coll. vij. Item aliam exponit, quòd vſque ad finem litis permaneat: & ſuas intentiones per ſe, aut per legitimum procuratorem exerceat: & ſi poſtea probatus fuerit iniuſtè litem mouiſſe, ſumptuum & expenſarum nomine præſtabit decimam partem quantitatis libello comprehenſæ. Aut ſi fideiuſſorem dare non valeat ſuper eiſdem iuratoriam exponat cautionem, & tactis euangeliis affirmabit ſe fideiuſſorem dare non poſſe. Et hæc niſi moueatur cauſa ex conſenſu vtriuſque partis: vt in authent. de litigioſ. collat. viij.§. ad excludendas. & litigatur coram ſuo iudice. Alia enim quædam tertia præſtatur: vt infrà, de dilat. l. ſi quando. authent
2 quòd fieri. Reus † autem ſatiſdat, quòd vſque ad terminum litis permaneat: quandoque tamen ſufficit iuratoriam exponat cautionẽ: vt ſi poſſideat immobilia: vt ff. qui ſatiſda. cog. l. ſciendum. & j. de principibus agentium in reb. l. multis. & de prox. ſacr. ſcri. l. in ſacris. ij. li. xij. Et quandoq; ſufficit ſola repromiſſio cum hypotheca rerum, vt in clericis, vt in auth.

de ſanct.epiſco.§.ſi quis autem. Et hæ fortè conſiderationes
locum habebunt in perſona actoris,quem diximus debere ſa-
tiſdare. Quæ autem obtineant de ſatiſdatione procuratoris,
actoris vel rei dicetur.j.eod.l.j. & plenè notauimus ſ.de pro-
cura. Hunc enim titulum puto generalem eſſe, quantum ad
principales perſonas,& quantum ad procuratores:licet Plac.
tantùm ad procuratores extenderit:quia in text.de his tantùm
3 loquitur. † Illud etiam ª certum eſt. quod ſatiſdare eſt ſecu-
a ritatem per fideiuſſores præbere:vt ff.qui ſatiſda.cog.l.prima.
& de verb.oblig.l.quinta,§.penultimo.

ANNOTATIO.

a *Illud etiam. Vide text.in l.ſi rem §.omnis pecunia.ff. de pign.actio.*

De formulis, & impetratione actionum ſublatis. *Rubrica.*

1 *Actionis proponenda forma.*

QVID olim fuerat actio,& quid hodie ſit. & qua-
liter proponatur pleniſsimè diximus ſ.de edendo:
1 † certúmque eſt hodie actionem proponi poſſe
ſine aliqua ſolennitate verborum: & ſecundum
Plac.etiam vulgari, & ruſticano ſermone,ſi ea apta ſit propo-
ſito negotio:nec eſt opus impetrare ſolennia verba, vel actio-
nem: niſi ea ſit ad quam quis reſtituatur iudicis officio: vt ſ.
in reciſſoria plenè diximus.

De iureiurando propter calumniam dando. *Rubrica.*

1 *Iuſiurandum calumnia quid ſit.*
2 *Calumnia quid ſit.*
3 *Iuſiurandum calumnia à quibus praſtandum ſit.*
4 *Minor an iuſiurandum praſtet de veritate dicenda.*
5 *Magiſtratus municipales iurare de calumnia, & an omnes iurent.*
6 *Procurator an & quando teneatur iurare de calumnia.*
7 *Iuſiurandum de calumnia an praſtetur à ſyndicis, œconomis, & actoribus.*
8 *Iuſiurandum de calumnia remitti parentibus & patronis.*
9 *Speciem derogare generi,non econtrario.*
10 *Iuſiurandum de calumnia quando praſtetur.*
11 *Iuſiurandum de calumnia recuſans praſtare qua pœna ple-ctendus ſit.*

QVIA edita actione in iudiciis, & arbitriis lite
conteſtata præſtatur iuſiurandum propter calum-
niam: ideo de eo videamus. Videndum ergo quid
ſit iuſiurandum calumniæ, & quis debeat iurare,
1 & quando. † Et quidem iuſiurandum calumniæ eſt,cùm quis
iurat ſe bona fide, & non calumniandi animo agere, vel re-
ſpondere:nec calumniandi animo egiſſe vel reſpondiſſe: vt j.
2 eod.l.ij.§.j.& ff.famil.erciſc.l.inter.§.qui familiæ. † Eſt enim
calumnia, cùm quis ex certa ſcientia iniuſtè agit vel reſiſtit:
vt ff.ad Turpillianum.l.j.§.calumniari. Dicitur ergo iuſiu-
randum calumniæ, ſcilicet vitandæ, vel propter calumniam
vitandam,vt dicit Apoſtolus,Vnuſquiſque habeat ſuam,pro-
pter fornicationẽ ſubaudi vitandam. Adiiciuntur autem duo
in hoc iureiurando, ſcilicet quod non exiget probationem ſibi
non neceſſariam,& quòd nihil dedit, vel dabit iudici pro hac
cauſa:vt in auth.collat. v.de his qui ingrediuntur ad appel §.
3 vlti. & vt litigantes iurent.primo reſpõ. † Iurant autem ª de
a calumnia principales perſonæ,& primò actor, ſecundò reus:
vt j.eod.l.ij.§.j.& ij. Nec obſtat, quod legitur inſtit.de pœna
temere litigantium:quia ibi non ordinem iurandi ponit, ſed
denotat perſonas quæ iurent,argu.ff. de pecul.leg.l.quidam.
In duplici autẽ actione, ille partes ſuſtinet actoris. qui primò
ad iudicium prouocauit: vel ſi ambo prouocant, ſorte diri-
mitur res:vt ff.de iud.l.in tribus. vt ſit etiam hoc argum.quòd
actor primò de calumnia iuret. Et in his duplicibus ſubiţ
vterque ſacramentum rei,& actoris:vt ff.famil.erciſc.l.inter.
§.qui familiæ. item iurant tutores,& curatores,quia ipſi poſ-
ſunt ſcire an cauſa bona ſit,an mala: vt j eodem. l.ij. §. quod
obſeruari. vel omnes,vel etiã vnus: vt j. ſi ex plu.tutor.vnus,
4 vel omnes agere vel conuenire poſſunt.l.j. † Sed nunquid mi-
nor iurabit de veritate dicenda? Et videtur quod ſic: & hoc
placuit Lotario.quia ſeruus cùm de facto ſuo agitur,torque-
tur in pecuniaria cauſa,licet non torqueatur aliàs vt j de teſt.
l.ſeruos. Item ad iudicis officium ſpectat inquirere veritatem:
vt ſ.de eden.l.ij. Item lex dicit minorem confitentem reſtitui:
vt ff.de confeſ.l.certum.§.vltimo. Vnde videtur,quòd debeat
interrogari.& ita conſuetudo iudiciorum admittit, licet arg.
ſit contra.ff.de noxa.l.quoties.§.ſi tutor.Plus etiam dixerunt
quidã.vt minor debeat de calumnia iurare,ſi nouit veritatem
rei,& pubes eſt,vel proximus pubertati: tutorum tamen vel
curatorum interueniente authoritate:vt ff.de adminiſt.tut.l.j.
§.vltimo. Et ſecundum hoc poteſt intelligi quod dicitur ff.de
autho.tuto.l.accipientis. Nam impoſsibile eſt tutorem de ca-
lumnia iurare pro agente,& reſpondente:ſi enim credit hunc
fouere bonam cauſam, ergo credit illum fouere malam. Vel
loquitur illa lex in pupillo qui edit iudicium contra vnum,&
5 contra alium ſuſcipit. † In his autem quæ præſunt munici-
pio,ſeruatur, vt omnes vel maior pars debeãt de calumnia iu-
rare:vt j.eodem.l.ij.§.hoc etiam. & ff.de cond.& demonſtra.l.
municipibus. licet Placen. dixerit maiorem partem ciuitatis
6 iurare,vel ipſam vniuerſitatem:quod difficilè eſt. † Procura-
tor autem non iurat:vt j.eod. l.ij.§.ſin autem. niſi in rem ſuam
ſit factus:tunc enim iurabit ſecundum Placen. ſi intendat vti-
lem actionem nomine ſuo:ſecus ſi directam nomine cedentis.
Rogerio autem viſum eſt dominum ſemper de calumnia iura-
re: ſed certè melius eſt vt procurator ſemper iuret cùm in rem
ſuam ſit, ſiue directa, ſiue vtili actione vtatur. eſt enim eius
cauſa cum ad eum damnum,vel emolumentum pertineat:vt ſ.
de procur.l.qui ſtipendia.& ff.quando appel. ſit.l.j. §. in pro-
pria.niſi reus obiiciat procuratori,quòd non nouit veritatem
eorum quę ſunt in lite,dominus autem nouit:& per hoc veri-
ſimile eſt procuratorem negare, dominum verò cõfiteri veri-
tatem, vel etiam ſi ſcit vterq; veritatem:quia tamen principa-
lis perſona ita eſt honeſta,quòd veritatẽ non negaret.nec po-
neret falſitatem:procurator autem vitæ ſuſpectæ eſt: vnde ne
mẽdaciis procuratoris grauetur alter, poterit iudex ex æqui-
tate perſonarum motus, dominum, & non procuratorẽ,iube-
re de calumnia iurare:vt ſ.de proc.l.vlt.& ff.de proc.l.ſi actor.
Item hoc in eo procuratore,cui deputatũ eſt exercitium cauſę
tantùm. Si autem procurator ſuo nomine conueniatur ex ſti-
pulatione iudicatum ſolui,vel de defenſione,iurabit ipſe de ca
7 lumnia,ſicut & fideiuſſor conuentus ex fideiuſsione. † Quid
in ſyndicis & œconomis, & in actoribus? Reſpondeo, & illi
iurant, quod legitimam habent adminiſtrationem, id eſt, ex
lege ſcripta. vel iudiciali authoritate. vt patres in bonis filio-
rum, & orphanotrophi in bonis orphanorum:vt j.eo.l.ij.§.iij.
& de bonis mater. l.ſ. & ſ. de epiſc.& cler.l. orphanotrophos.
& in auth.ſed hodie.& inſtit.de cura.§.vlt. Et in clericis idem
dico,licet aliàs iurare prohibeantur iudicio ſiſti: vt ſ.de epiſc.
& cle.l.cum clericis.§.pen. Epiſcopus autem ſi per ſe non per
actorem agat,iurabit de calumnia propoſitis,non tactis ab eo
euangeliis:vt ſ.de de epiſ.auth.ſed iudex. Aldericus tamen di-
cebat abbatem,& epiſcopum de calumnia iurare: quia melius
ſciunt cauſam:& ſatis bene mouebatur,niſi quia conſuetudo,
8 (quæ eſt optima interpres legis)contrà ſe habet. † Parẽtibus
autem & patronis puto remitti hoc iuſiurandum: quia nõ eſt
veriſimile eos contra liberos, vel libertos calumniari: vt dicit
lex. vetus.ff.qui ſatiſd.cog.l.de die.§.vlti.& de iureiur.l.iuſiu-
9 randum. quod enim ſub iſto tit.traditur. regula eſt, † ſpecies
autem generibus,non genus ſpeciebus conſueuit derogare:vt
10 ff.de regu.iur.l.in toto. † Præſtatur autem hoc iuſiurandum
a poſt litem conteſtatem ª: vt j.eo.l.ij. §.j. in ciuili cauſa & cri-
minali,vt dicitur generaliter: j.eod.l.j. & arg.j.de fide inſtru.
l.vlti.licet quidam in criminali cauſa dicant contrarium. arg.
Inſtitu.de pub.iudic.in princip.& ff de bonis eorum,qui ante
ſententiam.l.j. Sed certè iſta regula in infinitis fallit; vt patet
cuilibet in libelli oblatione, cauſæ examinatione,& ſententiæ
prola

prolatione. Dicuntur ergo nihil habere commune: quia in ciuilibus agitur ad quid dandum, vel faciendum. In criminalibus autem vt puniatur reus. Item licet permittatur tranſactio in criminali cauſa, non ideo permittitur calumnia, imò ſimili-
1 tudine ſupplicij: & hoc iureiurādo punitur calumnia. † Pœ-
b na [b] autem non iurantis eſt, vt ſiquidem ſit actor, cadat inſtituta actione per ſententiam iudicantis. Reus autem condemnationem ſuſtinet in his capitulis, quæ narratione comprehenſa ſunt: vt j. eodem. l. vltima. §. quid ſi actor. & in auth. vt litigantes iurent. §. j. Quæſtiones quæ ſolent fieri in iureiuran. reſeruo in litera.

ANNOTATIONES.

a Iurans autem Vide latè Barba. conſil. ij volumine primo.
b Pœna. Adde Specu. in tit. de iura. calum. Bar. & do. in l. ſecunda. §. quod ſi actor. hoc tit. de iura. calum. do. Alex. de Imol. in l. manifeſtiſſimæ. ff. de iuretur. vbi hoc in terminis diſcutitur.
* Poteſt litem conteſt. Iuramentum autem de calumnia differt à iuramento de malitia in quatuor: primò quia iuramentum calumniæ præſtatur poſt litem conteſtatam: extra. de teſtib. capit. in cauſis. & de iura. cal. cap. cauſam. Iuramentum de malitia præſtatur ante & poſt litem conteſtatam, extra. de elect. cap. cùm dilectus. de except. cap. paſtoralis. Differunt ſecundò, quia iuramentum de calumnia præſtatur ſemel in tota lite: ſed iuramentum de malitia toties præſtatur, quoties in iudicio quis aliquid proponit, vel poſtulat fieri, quod ex malitia fieri timetur. Tertiò, quia iuramentum de calumnia locum habet tantummodò in profanis. ſed iuramentum malitiæ non tantum in profanis, ſed & in ſpiritualibus, vt probatur iurib. præmiſſis. Quartò quia iuramento de calumnia prouidetur, ne quid calumnioſe fiat in tota lite: ſed per iuramentum de malitia prouidetur, ne illud, quod proponitur, vel petitur, malitioſe proponatur: quod habetur quando proponens eſt ſuſpectus. Iuramentum etiam de calumnia differt à iuramento de veritate in tribus. Primo, quia iuramentum de calumnia locum non habet in ſpiritualibus cauſis: ſed iuramentum de veritate dicēda præſtandum eſt in illis, vt extra de iureiur. cap. ex literis. & de elect. capit. dudum. ij. Sed iuramentum de calumnia in temporalibus, & pecuniariis locum habet, vt de iu. cal. c. cùm cauſam. & c. fi. Secundò differunt quia in iuramento de calumnia reſpondere tenetur iurās de illo, quod exiſtimat, vel credit, vt in auth. de iis qui ingredi. ad appel. §. pen. vnde ſtatim ſine induciis reſpondere debet credo, vel non credo. Nec poteſt dicere, dubito. Sed in iuramento de veritate dicenda reſpondere debet de veritate. Nam hoc ipſum, verbum ſonat. ff. iud. ſol. l. iudicatum: vnde poteſt dubitare: & ideo habebis inducias ad deliberandum: & tunc dicat ſe dubitare: quia ſimpliciter dicere debet, ſcio, vel neſcio. ff. de interrog. actio. l. qui interrogatus. & C. de iure delib. l. ſi curatoria. Item tertiò, quia iuramentum de calumnia multa capitula continet, quæ in iuramento de veritate dicenda locum non habent. Martinus.

FINIT DOMINI AZONIS SVMMA
in ſecundum librum Codicis.

EIVSDEM DOMINI AZONIS SVMMA IN TERTIVM LIBRVM CODICIS INCIPIT.

De iudiciis. *Rubrica.*

1 *Iudiciorum varias eſſe ſpecies.*
2 *Iudicij ſignificatio quam multiplex ſit.*
3 *Iudicium quid ſit, cum pro inſtantia & ordinatione cauſæ accipitur.*
4 *Iudicis perſona quomodo ſit conſideranda.*
5 *Iudicis officio fungi quæ perſonæ prohibeantur. & num. 7.*
6 *Minor an & qua ætate poſſit delegari iudex.*
8 *Agere vel defendere in iudicio quæ perſonæ prohibeantur.*
9 *Pater an poſſit eſſe iudex filio, & an filius patri.*
10 *Iudicem neminem eſſe poſſe in re ſua.*
11 *Iudicium conſtituendum eſſe ſuper rebus præſentibus, non etiam futuris, atque ibi an id ſit perpetuum.*
12 *Actore vel reo ſuffugientibus iudicium ante litem conteſtatam, qua ratione conſultum ſit alterutri contra alterum.*
13 *Reo nolente ſe ſiſtere in iudicio ante litem conteſtatam, qua ratione ſuccurratur actori.*
14 *Actore ſuffugiente iudicium poſt litem conteſtatam qua ratione conſultum ſit reo.*
15 *Cauſæ inſtantia vſque ad quantum tempus poſſit extendi.*
16 *Victum condemnandum eſſe victori in expenſis, atque ibi an id ſit perpetuum.*
17 *Citatus ſi tempore citationis non erat de foro vocantis an, & quando teneatur ſiſtere in iudicio.*
18 *Cauſæ diſcuſſionem plena inquiſitione fieri oportere.*
19 *Cauſæ cognitio ſemiplena vel ſūmaria quibus caſibus ſufficiat.*
20 *Euangeliorum præſentiam debere apud iudicem à principio cauſæ vſque ad finem.*
21 *Iudex cuiuſmodi iuſiurandum præſtare debeat.*
22 *Iudicem debere potius æquitatem ſequi, quàm ius ſtrictum.*
23 *Iudicium quibus ex cauſis ſoluatur.*
24 *Iudicem delegatum quando liceat recuſare.*
25 *Iudicem ordinarium recuſari non poſſe.*
26 *Iudicij effectus qualis ſit, ſiue in principio, ſiue in medio, ſiue in fine.*

EXPLICITIS præparatoriis iudiciorum, ponit de iudiciis: non dicit de iudi-
1 cio: quia plura iudicia ſunt. eſt † enim aliud ciuile, aliud criminale: & de ciuili principaliter hic tractat, ſed de criminali aliquid incidenter interſerit. ff. eod. l. deſtitiſſe. & j. eo. l. properādum. in prin. De criminali tamen principaliter tractat j. qui accuſ. nō poſſ.
a & de accuſ. Videamus itaq; quid ſit iudiciū [a], & quæ ſint neceſſaria in eius cōſtitutione: & qualiter, & quādo ad effectum perducatur. Quis ſit eius effectus in principio, in medio, & in
2 fine. † Iudicium autem quādoque ponitur pro diſcretione, quandoq; pro actione: vt inſti. quib. nō eſt permiſ. fac. teſta. & j. famil. erciſc. l. j. Quandoq; pro ſententia, vnde & dicitur rei iudicatę parendum: vt j. de re iud. l. j. Aliquando ponitur pro inſtātia, vel ordinatione cauſæ: vt j. eod. l. properādum. §. & ſi quidem. ibi, ab obſeruatione iudicij. & ita hic accipitur. & in
3 hac ſignificatione ita cōpetenter definitur. † Iudiciū eſt legitimus actus triū perſonarū. ſcilicet iudicis, actoris & rei. Nam teſtes licet plerūque in iudiciis, vtpote pernecеſſarij producātur, ſine his tamen poteſt eſſe iudiciū. Vel definitur ſicut & ſ. definiuimus arbitriū, eo excepto, quod arbitrium voluntariè, iu-
* dicium neceſſariò [*] ſubitur. † In cōſtitutione autem, vel con-
4 ſtructione iudicij pręcedēte libelli oblatione, de qua diximus ſ. de edē. attēdenda eſt plurimùm perſona iudicis, an vel de facto habeat iuriſditionē ab his, qui poſſunt eam dare: de quibus perſonis plenè dicemus j. de iur. om. iud. Si habeat de facto, cōſiderandum eſt, an ius iudicem eum eſſe permittat: nec
5 † enim omnes iudices eſſe poſſunt. quidam enim impediuntur natura, quidam lege, quidam moribus. Natura, vt ſurdus, & mutus, & perpetuò furioſus. Nam ſi fuerit ad tēpus, dari quidem poteſt iudex, vt ſanę mētis effectus, quod ſententia dixerit, ratum ſit: ſi tamen longius ſpatium interceſſurū ſit quo minus iudex datus operā prius dare incidēte infirmitate, vel neceſſaria profectione, vel rei ſuę familiaris periculo, mutari eū iubet Prętor. Impuberes verò: quia animi iudicio carēt, naturâ pro-
6 hibētur, ne iudices ſint. † Adultus autē iudex vel ordinarius, vel delegatus à principe cōſtitui poteſt: quia omnia ritè agere videtur ei conceſſiſſe. Si verò delegatus ſit ab alio maiore xx. ann. tenet cōmiſſio, & cogitur ipſe procedere in cauſa. Si verò ſit minor xx. ann. & maior xviij. tenet delegatio & poteſt iudicare, ſed non cogitur procedere in cauſa. Si verò ſit minor xviij. ann. nō tenet delegatio, niſi delegatus ſit ſciētibus & cōſentientibus in eum, licet ſit in tali ætate: vt ff. de re iudic. l. qui-
7 dam. & de arbi. l. cum lege. † Legibus autē prohibentur infames, vel turpitudine notati. Moribus prohibētur fœminæ, & ſerui: quia receptū eſt, vt virilibus officiis nō fungātur: & probatur hoc ff. eo. l. cùm prętor. §. nō autem. & l. ſi longius. & l. cùm furioſus. & ff. de ſena. l. ij. & ſ. de offi. prę. prę. l. ſi quos. & j. ad leg. Iul. rep. l. vlti. & de dig. l. j. & ij. & de infam. l. j. & de reg. iur. l. ij. Illud certū eſt, quod militia, vel exercitiū armorū, vel ſimilium non repellit aliquem à facultate iudicandi: vſu enim approbātur magiſtratus militares, & pro ſui, & legis ſentētia
* iudicare poſſunt de ea re cuius habent peritiam vt j. eo. l. pe. [*]
8 † In perſona verò agentis, & reſpondentis ſuo nomine attendes an ius eum agere, vel reſpondere permittat. Serui enim

agere,vel reſpondere irregulariter non poſſunt, niſi ſint ſerui
principis. Regulariter ideo dixi:quia quandoq; fallit, vt ſi le-
ge Cornelia de fal. vel teſtamentaria velit accuſare eum , qui
ſuppreſsit tabulas,in quibus erat relicta libertas , vel accuſat
eũ qui fecit falſam monetã. Item lege Iulia peculatus accuſat
eum qui fraudauit cenſum : vel lege Iulia de annona eum,
qui reddit cariorem annonam. Item pro libertate præſtanda
agitur:ſed & pro alimentis præſtandis,vel pro poſſeſsione ſi ei
fuit turbata conceditur ei agere:vt ff.eo.l.vix certis ex cauſis.
& l.qui te. & ff.ad leg.Corn.de falſ.l.nullo. & de alimentis &
ciba.leg.l.ſeruos.& j.vbi cauſa fiſcal.l.l.vlti.& j.ſi per vim, vel
alio modo.l.j. Minores quoq; xxv.an. agere non poſſunt ſine
tutorum vel curatorum authoritate:de quibus plenè dicemus
j.qui legitimam perſonam habeant ſtandi in iudic. & de eiſ-
dem tradidimus ſ.ſi tut.vel curat.interue. & ſ.ſi aduerſus rem
iudicatam. Si autem aliquis agat vel reſpondeat nomine alie-
no,quid in eius perſona debeat cõſiderari, plenè diximus j.de
procurato.Inter reum etiam,& actorem adhibetur miſta cõſi-
deratio : quia licet quilibet eorum contra extraneum agere
poſsit:inter ſe tamẽ non agunt : puta pater & eius filius famil.
non habens caſtrenſe,vel quaſi caſtrenſe peculium : vt ff.eod.
9 l.lis nulla.& j.de bon quæ lib.l.antepen. §. eodem. † Inter iu-
dicem etiam & litigatores eſt miſta conſideratio : quia neque
pater filio : neq; filius patri poteſt eſſe iudex in criminali : vt à
contrario ſenſu legis percipitur. ff. eod.l. in priuatis. In ciuili
cauſa poteſt eſſe iudex delegatus:quia fungitur vice delegan-
tis:vt in prædicta l in priuatis negotiis. Ordinarius autem nõ
eſt iudex vt poſsit diſcutere cauſam:ſed tamen apud eum fieri
poteſt conteſtatio in delictis quæ eo inuito cõmittuntur, non
ita in cõtractibus:vt ff.de offi.præſid.l.ſenatuſconſulto. & de
iuriſdi.omn.iud.l.qui iuriſditioni. Sed in caſu vltra litis con-
teſtationem procedit:fortè quia pater nullum incommodum
patitur. ſcilicet filius in cauſa patris:nõ dico de patre in cauſa
10 filij:vt ff.ad Trebel.l.ille,à quo.§.vlti.& l.nam quod. † In re
b autem ſua non poteſt quis eſſe iudex [b] : vt dicitur j.ne quis in
11 cauſ.ſua iudex ſit,vel ius ſibi dicat.Sed † & circa rem alienam
ſubiicio regulam,vt ſuper rebus præſentibus tantùm,non fu-
turis conſtituatur iudicium:ſi tamen conſtituitur gratia præ-
ſentium rerum,veniunt quædã futura,id eſt,quæ poſt lit.con-
teſt . accidunt circa rem petitam. Extrinſeca autem non ve-
niunt:vt probatur hic, & ff.eo.l.nõ quemadmodũ. & l.nõ po-
teſt. & l.ſolemus. & de ædili. edict. l.ædiles.§. item ſciendum.
In caſu tamen & propter futurum debitum agitur fortè pro-
12 pter delictum conuenti:vt ff.ad leg.Aquil.l.in lege. † In con-
c ſtitutione quoq; iudicij [c] præcedente libelli oblatione, & lite
conteſta.vel non conteſtata.ſi contingat reũ vel actorẽ abeſſe,
neceſſariæ ſunt vocationes,de quibus videamus qualiter fiant
ante lit.conteſt.vel poſt. Equidem,ſi ante litem conteſta.reus
vel actor ſe abſentet,lege veteri non eſt apertè cautum : quod
enim dicitur ff.eod. l ad peremptorium. videtur quòd locum
habeat poſt litem cõteſtatam : cùm loquatur de peremptorio,
quod comminatur definitiuam ſententiam , quæ non poteſt
ſecundum vetera iura ferri ante litem conteſt.niſi à iudice ap-
pellationis:vt j.de temp.appe.l.vlt.§.illud. Et idem dici poteſt
j.quomodo & quando iudex.l.conſentaneum. Si quis tamen
ſimilitudinariè diceret etiam ante litem cœptam vocationes
fieri eodem modo,id eſt,per interualla non minus decem die-
rum,id eſt, pro perſonæ vel cauſæ qualitate iudex abbreuia-
uerit tempus,non reprobo. Et fiet vocatio non ſemel tantùm,
ſed bis,vel ter,vel quater:prout ordinem,vel cõpendium edi-
ctorum iudex fuerit moderatus.vt ff.eo.l.ad peremptorium.&
l.ſeq.iiij. Hodie tamen vocatur abſens actor, per interualla
xxx.dierũ ter. Et fiunt iſtæ vocationes , vel per edicta in albo
propoſita , vel per executores ad domum deſtinatos , vel per
præconum voces. Si per iſta non veniat actor , expectabitur
per annũ,intra quem ſi nõ veniat, iudex rei allegationes poſt
annum audiet, & probationes recipiet, & ſententiã proferet,
Et ſunt hic duo notabilia & mirabilia : quia ante litẽ conteſt.
producunt teſtes, ſi velit reus in ſe transferre onus probatio-
nis:vt ff.de prob.l.circa.& fertur definitiua ſentẽtia. Sic enim
dicit, & veritate ſubtilius requiſita , legitimam proferre ſen-
tentiam : vt in auth.de litig. §. ſi verò apud iudicem.vel ſi reus
nihil probaret , abſolueretur ab obſeruatione iudicij tãtùm,
cùm non ſit liquidum de cauſa : vt j.eod. l. properandum. §.j.
Vbi autem actor redit intra annum, non admittitur, niſi red-
dat expenſas:& his redditis, ſi iterum à iudicio recedens vſq;
ad exitum cauſæ non permanſerit poſt prædictas citationes,
& anni obſeruationem , omni cadit actione : quod poteſt in-
telligi , vt poſt ſecundam abſentiam iterum tres menſes, &
alium annum debeat habere. Vel intelligatur,facta relatione
ad ſpeciẽ,non ad genus de præmiſſo anno,& præmiſsis men-
ſibus. Quod autem dixi per interualla xxx.dierum de actore
abſente ante lit.conteſt. etiam in reo abſente puto ſeruãdum:
vt ff.de reg.iu.l.non debet.Sed illud,quod dixi in grauamine
actoris vt eo abſente ante litem cœptam, poſsit in eum ferri
definitiua ſententia,vel vt cadat actione competenti,non hoc
ipſum erit in reo ſeruandum : nam quicquid beneficij indul-
getur actori, indulgetur & reo: vt teſtatur prædicta regula,
ſed non è conuerſo:vt ff.de fer.l.vlti.& ſ.de temp.in inte.reſt.
13 per.l.vlti. † Reus igitur abſens ante litem cœptam non po-
terit condemnari : ſed eo vocato, & datis eis prædictis indu-
ciis ſi non venerit, mittetur actor in poſſeſsionem rei petitæ:
vt dicitur j.de præſcri.xxx. an.l.ſi quis.§.vlt.vel ſi agebat per-
ſonaliter pro debito,mittetur in poſſeſsionem rerum debito-
ris,pro menſura declarati debiti ſacramento actoris:vt in au-
then.de exhib.§.ſi verò etiam quidam iurent.durior enim de-
bet eſſe cauſa actoris,ſi deſiſtat:quia ipſe prouocauit ad iudi-
cium,& eius gratia alius inuitus eſt vocatus.Et eadem ratione
etiam iure veteri durius adſtringitur procurator actoris,quã
rei ; vt notaui ſ.de procu. videtur tamen quòd etiam ante lit.
conteſt.poſsit ferri contra reum ſententia.vt in auth.vt omnes
ob. iud. §. ſi verò. ſed dic litem quaſi ibi conteſtatam contra
dominum alio pro reo & pro ſe conuento:vel dic dominum
non condemnari , ſed ſatisfieri debet de rebus eius propter
14 ſuam contumaciam. Si † verò lite conteſtata ſe abſentauerit
actor, eadem ſeruantur in citationibus faciendis, & anni in-
dulgentia,quæ ſupra dicta ſunt ante litem cœptam, niſi præ-
dicta tempora extendantur in tantum, vt de triennio.quod à
lite conteſtata computatur, non ſuperſit iudici ſemeſtre tem-
pus : tunc enim ſic abbreuiabit iudex tempora, vt ſuperſit ei
ſemeſtre tempus intra quod pronuntiet:& ita actor, lite cœ-
pta,minus tempus habet quandoq; quàm ſi non ſit lis cœpta:
quia magis peccat ſe abſentando poſt litem conteſt. Sic enim
dicit eadẽ auth.de litig.§.ſi. deterior namq; dolus eius agno-
ſcitur, qui interruptam litem deſerit, quàm qui ſemel acce-
ptam dereliquit : hæc enim verba(licet loquantur de eo qui
ſecunda vice ſe abſentat)tamen & ad præmiſſum caſum poſ-
ſunt aptari.Quod autem dictum eſt in abſente actore poſt li-
tem cœptam,puto in reo ſeruãdum. Ergo contra quemlibet,
vel pro quolibet poterit proferri definitiua ſententia, ſi per
probationes , etiam abſente altero inductas , vel iuxta finem
triennij, vel etiam antequàm ſit prope finem, liquidũ erit iu-
d dici de cauſa. Alioquin ab obſeruatione [d] iudicij reum præ-
ſentem abſoluet, & actorem condemnabit in expenſas, quas
reus feciſſe iurauerit,ſi actor ſit abſens. Quod enim dicitur ſ.
de eden.l.qui accuſare. actore non probãte, reus abſoluatur,
locum habet,vtroq; præſente:ſecus autẽ vbi eſt actor abſens,
Si verò actor præſens, reus verò ſit abſens,neque ſit liquidum
de cauſa iudici,ſeruabitur quod ſ.dixi ante litem cœptam:&
probantur hæc j.eo.l.properandum.§.j. & ij.& in authen.de
15 litig.§.omnem. † Vtroque autem præſente ſatis dici poteſt
cauſam poſſe extendi vſque ad trienniũ,niſi in caſibus,in qui-
bus quandoq; xx.dies,quandoq; duo menſes,quandoq; tres,
quandoq; quatuor,quandoq; annus,quandoq; biennium ſer
natur:vt ſ.vt omnes iud.tam ciuiles.l.j.§.ſciant.& in auth.vt
clerici apud proprios epiſco. conue. colla.vj. & j.de decur.l.
generali. & de ædific. pri.l.vlti. & ff.de excuſ.tut.l.quinqua-
ginta. & j de aſſer.tol.l.j.§.vlti. & j.ad leg.fal. auth. ſed cùm
16 teſtator.& j.de naufra.l.pen. † In ſententia autem diffinitiua
regula generalis traditur,vt victus victori condẽnetur in ex-
penſis. dicit tamen Irnerius exceptionẽ regulæ facere contu-
maciam,& iuſtam ignorantiam.Sed certè contumacia victo-
ris non inducit vt alter ei condẽnetur in expenſis:dicitur ta-
men victor contumax, vt condemnetur in expenſis ſaltem
præſenti

præſenti, & parenti iudici, hoc eſt, quod dicitur expenſas rei deduci de condemnatione: vt j.eod.l. properandum. §.j. & §. ſin autem. Iuſta porrò ignorátia excuſat aliquem ab expenſis: vt in auth.de iudicibus.§.oportet.& ff.de leg.ij.l.qui ſolidum.
17 §.etiam.Sunt † autem iſta ſeruāda in citatis, ſi ſaltem tempore citationis erant de foro vocantis: vt ff.eo. l.ſi quis poſtea.& de iuriſdict.om.iud.l.pen.Si verò erat de alterius foro, & hoc ipſum ſit iudici & reo certum, non cogitur reus venire, nec videtur latitare, nec fruſtrare actorem: vt ff.eo.l.non videtur. & de iuriſd.om.iud.l.extra territorium. Si autem dubium eſt ſit vocatus de foro vocantis, vel non, venire debet vocatus allegaturus defenſionem, vel priuilegium ſuum. Item in omni iudicio conſtituendo oportet eſſe vnum actorem, & alterum reum, ſed vbi actio duplex eſt, in qua ſecundum ſui naturam vterq; eſt actor, & vterq; reus, ex accidenti, id eſt, eo quòd vnus prouocat, & ſuſtinet ille partes actoris, vel ſi ſimul pro-
18 uocant, ſorte dirimitur res: vt ff.eo.l.in tribus. † In cognitione autem cauſæ etiam alia traditur regula, vt plena inquiſi-
19 tione fiat diſcuſſio cauſæ: vt j.eo.l.iudices.Sed † in caſibus ſemiplena vel ſummaria ſit cognitio, id eſt, cùm impubes ex Carboniano edicto, vel mulier nomine ventris petunt ſe mitti in poſſeſſionem: vel cùm, reo abſente, actor petit in reali vel perſonali actione vt in poſſeſſionem mittatur: vel cùm quæritur an interſit actoris rem ei exhiberi: vel quando petit legatarius ſibi ſatiſdari pro legato, & quæritur an ſit relictū legatum: vel cùm filius petit a patre alimenta, & quæritur an ſit filius: vel cùm capiuntur ex cauſa iudicati pignora, & quæritur an ſint condemnati: vt ff.de Carbo.edi.l.iij.§.cauſæ.& de ventre in poſſeſ.mitten.l.j.§.ſi ea.& j.vbi in rem actio.l.pen.& de bonis autho.iud.poſſeſ.auth. & qui iurat. & ff.vt in poſſeſ. lega.ſi is à quo.& ad exhib.l.iij.§.ſciendum. & de lib. agnoſ.l. ſi quis à liberis. §.ſi vel parens.& de re iud.l.à diuo.§.ſi ſuper. ſiet ergo inquiſitio plena per iudicem ſedētem, audientem, interrogantem, citantem, interloquētem in quæſtionibus emergentibus: vt dicemus j.de ordi.iudiciorum.indulgentem ſpatium menſis, cùm vna partiū ſe adhuc dicat habere, quod proponat.vel ſi hoc non fecerit, indulgetur & alius menſis & iterum alius menſis: vt j.eo.auth. iubemus.& eſt ſimile ſ.ſi minor ab hæred.ſe abſt.authē. ſi omnes creditores.& j.quomodo & quando iudex. authen.qui ſemel.nec enim præſenti & petenti puto ſ dari illas tres dilationes, ſed fortè primam ad malitiam
20 tamen eius ſuperandam aliæ conceduntur. † Præſentia quoq; euangeliorum debet eſſe apud iudicem à principio cauſæ vſq;
21 ad finem. † Item iurare debet à principio regiminis, quod ſecundum leges ſcriptas, & non ſcriptas, id eſt, conſuetudines (prout ſibi melius videbitur) in iudiciis procedet: vt in authent.de defenſo.ciuita. §.iuſiurandum. & auth.iuſiurandum quod præſtatur.§. & æquus. & auth.de iudicibus.§.omnis aūt.
22 Si verò † iuſtitia vel æquitas videantur diſcedere à iure ſtricto potius ſeruabis æquitatem quàm ius ſtrictum: vt j.eod.l. placuit.& poteſt id probari in pluribus exemplis: vt ff.de relig.l.at ſi quis.§.idem Labeo ait, ſi prohibente. & l. ſunt perſonæ.& de in integ.reſtit.l.pen. & de verb.obli. l.ſi ſeruum.§. ſequitur.Idem aſſignari poteſt in exceptionibus cuiuſlibet regulæ. Omnis enim exceptio, vel excuſatio ſua nititur æquitate: contra regulam, quæ eſt ius ſtrictum & commune: vt ff.de vac.mu.l.j.& de re iud.l.j. Loquor autem de æquitate, vel iuſtitia ſcripta, non de ea, quam quis ex corde ſuo inueniat. Soli
e enim principi licet æquitatem inueſtigare * vt ſ.de legibus & conſtitu.princ.l.j. Non obſt.quod aliàs dicitur, quòd legibus omiſſum eſt nō omittetur religione iudicantis: vt ff.de teſtib. quæſitum. quia illud locum habet in his qui non potuerunt lege terminari: & ideo lex arbitrio iudicātis ea permiſit: vt ff.
23 de teſtib.l.iij.& de vſuris.l.mora. Sic † ergo perducitur iudicium ad finem per iudicē ordinarium, vel delegatum, niſi iudicium fuerit ſolutum: quod fit ex quibuſdam cauſis: vt ff.eo.l. ſi à me fuerit. & l.Iulianus ait. & l.iudicium ſoluitur. vel niſi iudex delegatus ante litem inchoatā poſt libelli oblationem
24 intra xx. dies per libellū fuerit recuſatus quod † licet alicui, hoc ipſo ꝙ putat iudicē ſibi ſuſpectum. Nec eſt neceſſe probare cauſam ſuſpicionis: licet quidam dicant contrarium, vt notaui j.eod. l. antepe. vt tamen alius intra triduum eligatur per partes, vel eis diſcordantibus ſuccedit arbitrium magiſtratus loci in arbitrio eligendo, & ille electus reputatur pro de-
25 legato: vt j.eo.l.antepe. & vlti. Ordinarius autem † iudex recuſari non poteſt, ſed peti poteſt vt aſſocietur ei archiepiſco-
26 pus, vt in auth.vt diff.iud.§.ſi verò. † Eſt autem effectus iudicij in principio, quia per litis conteſt.fit nouatio neceſſaria, & ea facit meliorem conditionem actoris, non deteriorem: ſecus in voluntariā nouatione: vt j.eod.l.j.& ff.de no.l.aliam. & vt notaui in diſtinctione de mora. In medio autem confeſſiones vel teſtificationes receptæ valent etiam apud alium iudicem, inter eaſdem partes & in eadem cauſa: vt j.de fide inſtr.l.vlt. In fine autem eſt effectus vt detur ex ſententia actio in factum, vel de re iudicata, & fiat executio niſi fuerit appellatum: vt j. de rebus credito.l.actori, & dicemus j. de re iudicata. & j. de executione rei iudicatæ.

ANNOTATIONES.

a Iudicium. Iudicium habet multa ſignificata. & adde hic quòd iudiciū aliquando ponitur pro tempore. c. præcepta. lv diſtin. vbi archi. quem vide, & vide Panor. & Mod. in rubr. extrà eodem
b Iudex. Adde tex. in l. proſpexit. ff qui & à quib. & i.j. vbi doctores. C. de legibus.
c Iudicij. Adde Bart. in l. proxime. ff. de his qui in teſta. delen. Bald. in l. iudices. C. de fide inſtrum. do. Alex. de Imol. in conſi. cxxxv. in primo volu. qui ponit multas pulchras limitationes.
d Obſeruatione. Et nota. quod text. in c. nullus. i. iiii dicit in omni iudicio quatuor perſonas neceſſe eſſe. ſcilicet, iudicem, actorem, reum, & teſtes. Et ſic iudicium eſt actus quatuor perſonarum, vt c. forus. §. in omni. de verb. ſignif. in antiq.
e Inueſtigare. Vide gloſ. magiſtram. in c. vt noſtrum. in verb. probantur. extra. vt eccle. benefi. & ibi glo. ponit plures alios caſus in quibus non habet locum regula. d. l. qui accuſare. & tene eam fixam cordi.
f Neceſſario ſubitur. iudiciorum autem aliud criminale eſt, aliud ciuile, aliud ordinarium, aliud extraordinarium, aliud ſpirituale, aliud temporale. Martinus.
g Infrà eo. l. penult. Iudicium quoque maioris non conſtituitur coram minore. ff. de arbit. l. tertia & quarta. ſimiliter nec coram pari. ff. ad Trebel. l. ille, à quo §. tempeſtiuum. niſi maior ſubiiciat ſe minori. ſi. quæſt. prima. can. peruenit. vel niſi minor delinquat in territorio minoris, vt in auth. quæ in prouincia. C. vbi de cri. agi. opor. In territorio quoque alieno non conſtituitur iudicium. xxx. q. ii. & ii. Martinus.

De ſportulis, & ſumptibus, & diuerſis iudiciis faciendis, & etiam executoribus litium. *Rubrica.*

1 *Executor quis propriè dicatur.*
2 *Executores à quibus ordinentur.*
3 *Executoris officium quale ſit.*
4 *Sumptus qua occaſione ſoleant in iudicio fieri.*
5 *Sumptuum ratio quomodo ſit à iudice habenda.*
6 *Expenſarum ratio gratia iudicum à principe delegatorum quomodo ſit ineunda.*
7 *Iudices ab ordinariis delegati quantum accipere poſſint expenſarum nomine.*
8 *Sportulæ quæ ſint, & quare ſic dicantur.*
9 *Sportularum nomine quantum præſtari oporteat.*
10 *Sportulas præſtare quæ perſonæ non teneantur.*
11 *Sportulas præſtari in iudiciis, & iuxta quæ iudiciorum formam obtinent.*

DICTVM eſt ſuprà de iudiciis, ſed quia iudicium & executorum laboribus, & ſtudiis multis, ſiue vigiliis negotia deciduntur: & æquum eſt cuiuſq; laborem digna cōpenſatione remunerari quippe,

Cùm labor in damno eſt, creſcit mortalis egeſtas.

ideo tractat de ſportulis, & aliis ſumptibus litium, & de executoribus ipſis. Videndum ergo in primis qui dicantur executores, & à quibus ordinentur, & qualiter: poſtea dicemus
1 de eorum ſportulis, & aliis ſumptibus. † Executor quandoq; ille propriè dicitur, qui executioni, cauſa diſcuſſā, ſententiam mandat: vt j.de execu.rei iud.l.pen. Quandoq; dicitur executor ille qui facit partes apparere in iudicio. Dicitur etiam apparitor, idem dicitur cauſam præparans, idem dicitur officia-

lis, idem dicitur Catholicianus, id eſt, vniuerſaliter ſeruiens.
Idem dicitur viator: vt ſuprà de iudiciis. l.antepenult.& vlti.
& authentica, de iudicibus. §. his qui cauſas præparant. & de
defen.ciui.§ ex prouinciali. & infrà eodem.l. prima. & infrà
de bon.damn.l. penultima. Debent autem eligi executores
locupletes,& probatæ vitę.vt ab eis non peccetur,vel proda-
2 tur,vel malignè agatur. † Permittitur autem à ſuperiore po-
teſtate vnicuique iudici habere executores duos de curia ſu-
* perioris, & exceptores * duos:nec enim valet iudex pluribus
miniſtrare cauſas præparandas. Si autem iudex ſenſerit ali-
quam malignitatem fieri ab eis, expellat eos qui nō cum vtili
opinione cauſis vtuntur, alios autem inſtituat ſententia &
electione eorum,qui deputant eos: vt in authen. de iudicibus.
3 §.his, qui cauſas præparāt. †Eſt autem eorum officium parere
iudicibus, quibus deputati ſunt, & offerre cauſas eis inſtru-
ctis vſque ad finem. Alioquin remouentur ab officio & mul-
ctis afficiuntur: & iudex illuſtris mulctare poterit eos vſque
ad ſex ſolidos, inferior vſque ad tres. Superilluſtris maiores
pœnas, & corporales maculas poterit inferre: vt infrà eodem.
l.prima & ſecunda. & in authenti. de iudicibus. §. neceſſita-
tem. De ſumptibus autem qui fiunt in iudiciis in hoc titulo
4 non tractatur: † Sed ſciendum eſt ſumptus in iudicio fieri oc-
caſione teſtium ab eo, qui deducit eos: vt infrà, de teſtibus. l.
quoniam. §. in exhibitione. & de appellation. l.eos. §. ſi quis.
Quandoque propter ſalaria aduocatorum quæ petuntur, &
ſi non ſint promiſſa: vt ff.de variis & extraordinariis cogn. l.j.
5 §.in honorariis. †Horum autem ſumptuum reſtitutionem
iudex ſua ſententia debet præcipere.vel etiam negare,ſi ex ne-
gotij varietate neutrum eſſe ſubdendum rationi ſumptuum
videbit: vt in authentica de iudicibus. §. oportet. & infrà de
6 fruct.& lit.expenſ. l.terminato. † Fiunt autem expenſæ gra-
tia iudicum delegatorum à principe: quia in vnaquaque cauſa
maiore centum aureorum, accipere poſſunt duos aureos ab
vnaquaque parte in conteſtatione litis, & alios duos in fine:
& inſuper à fiſco percipiunt duas libras auri: vt in auth. de iu-
diciis.§.ne autem. Erant certi homines iſti delegati à prin-
cipe, quibus etiam alij iudices ordinarij poterant delegare
cauſas, & omnes audiebant vſque ad trecentos ſolidos: vt in
authentica de iudiciis.§.vetus igitur.& §.iudices.& §.audient.
7 In † iudicibus autem delegatis ab ordinario non eſt lege ex-
preſſum.quantum debeat præſtari.Puto ergo conſuetudinem
a fori a inſpiciendam. Alicubi enim præſtatur decima pars litis,
vt hic: alicubi vigeſima: & alicubi quadrageſima: alicubi ter-
tia,vt in curiis epiſcoporum: quod clerici ita prauè interpre-
tantur, vt illa tertia ſit dimidia: vt ecce petita ſunt duodecim
pro eodem reputant ac ſi octodecim petita ſint: & ita ſex, id
8 eſt,dimidia duodecim præſtabuntur. † Fiunt etiam ſumptus
gratia executorum, quia eis præſtantur ſportulæ: quæ ſic di-
cuntur, quia ſunt ſalaria apparitorum. Vel fortè iſti appari-
* tores recipiebant ſalaria de publico,& ſportulas *, quę acci-
piebant,non ſibi,ſed pro fiſco: & illę reponebantur in ſporta,
id eſt,in corbe,vel alio ſimili vaſe,in quo conſueuerunt aliqua
portari.vel exportari, vt ita ſub fida cuſtodia fiſco ſeruaren-
9 tur: & ſic continentia ponuntur pro contentis. † In ſportulis
b autem iſtis nō eſt certa quantitas definita b, niſi in quibuſdam
perſonis: puta clericis, & agentibus in rebus, vel conſimili-
bus: vt in authentica de ſanctiſſimis epiſcopis. §.ſportularum.
& j.de proxi.ſac.ſcri.l. hac lege.j.libro duodecimo,& de prin.
agen.in re.l.vltima. Præſtabuntur ergo ſecundum conſuetu-
10 dinem fori loci: vt hic præſtatur pro milliario denarius. † Sed
quidam eximuntur ſuo priuilegio à pręſtatione ſportularum,
c vt epiſcopi c: alij etiam alieno priuilegio abſoluūtur: vt ecce,
ſi vna pars in iudicio habeat priuilegium, & alius vtetur eo-
dem priuilegio in eadem cauſa: vt infrà de fruct. & lit.expen.
l.vltima. & de proximis ſacrorum ſcriniorum. libro duode-
11 cimo.l.in ſacris. §.& quoniam in controuerſiis. † Præſtantur
autem ſportulæ in iudiciis, & iis quæ obtinent figuram iudi-
ciorum: vt in decretis à iudice interpoſitis in tutorum datio-
ne, vel inſinuatione teſtamentorum: quod ex eo colligitur,
quia certis perſonis remittuntur, vt furioſis, & mente captis:
vt ſuprà de epiſcopis audiendis. l.tam dementis,

ANNOTATIONES.

* Exceptores. Vide Bud. in l.inter eos.ff.ex quib.cauſ.maior.
a Conſuetudinem fori. Vide Do. de ſancto gemi. in c.ſtatutum.in 4. aſ-
ſeſſorem de reſcrip.lib.vi.
* Sportulas. De ſportulis vide Alc.lib.3.cap.17.Diſpunct.
b Definita. Vide Iaſo. in l.cùm quandam puella. per illum text.ff.de iu-
riſdi.omnium iudi.
c Epiſcopi. Vide ad hoc Ludo.ro.in ſing.ſuis verſic.ſportulæ.doct.in c.
cùm ab omni. de vi & hon. Non tamen credo, quòd de iure ciuili in
cauſis miſerabilium perſonarum debeantur, nec etiam in cauſis ſum-
mariis: vt tenent doct.poſt Bald.in authen.generaliter.C.de epiſco.
& clericis.

De pedaneis iudicibus. *Rubrica.*

1 *Pedanei iudices qui dicantur.*
2 *Pedaneorum iudicum genera duo.*
3 *Pedanei iudices ordinarij qualem iuriſditionem habeant: qualem item delegati.& nume.ſequen.*
5 *Delegari an, & quando poſſint cauſæ excedentes trecentos aureos.*
6 *Delegari an & quando poſſint cauſa meri vel mixti imperij.*
7 *Delegati iudicis quale ſit officium.*
8 *Iudex alius quando ſubſtitui poſſit in locum iudicis delegati.*

DICTVM eſt ſuprà de iudicibus ordinariis &
maioribus: nunc autem ponit de delegatis & de
minoribus. Sicque ponit de iudicibus pedaneis.
1 † Sunt autem pedanei.qui negotia humiliora
diſceptant: vt j. eodem, l. vltima. à pede nomen acceperunt,
quæ eſt infima pars hominis: quia pedeſtria.id eſt, infima tra-
ctant negotia. Horum autem pedaneorum quidam ſunt ordi-
narij, quidam delegati. Ordinarij, vt magiſtratus municipa-
les,defenſores ciuitatum, quibus competunt ea tantùm, quæ
ſunt iuriſdictionis,non quæ ſunt meri imperij,vel miſti: & co-
gnoſcunt de minuſculariis cauſis ciuilibus vſque ad trecentos
aureos. Et in criminibus leuioribus,vt caſtigationi competēti
ea coerceant. In maioribus autem criminibus accuſatos de-
trudunt in carcerem,& remittunt ad prouinciæ præſidem: vt
2 in auth. de defen.ciui.§. & iudicare. & §.audient. †Item di-
cuntur pedanei quandoque delegati à principe, vel etiam ab
alio,ſi minores ſint iudices,id eſt,ſine dignitate illuſtri vel ſpe
ctabili. Illuſtres autem vel ſpectabiles dignitate ſi delegati
ſunt,licet pedanei ſint officio,non tamen appellātur pedanei,
ſed glorioſiſſimi viri,quibus delegari poſſunt illę cauſæ,quas
diximus competere iure magiſtratus.defenſoribus ciuitatum:
vt in authen.de iudic.§.vetus.§.ſedebunt.& §.audient igitur.
3 †Cauſæ ergo vltra trecētos aureos non delegabuntur à præ-
ſide, niſi id faciat propter publicas occupationes, vel propter
multitudinem cauſarum: tunc enim delegabit quantum ad co
gnitionem, vt tamen ipſe audiat ſemel in principio, ſemel in
medio,ſemel in fine: vt ſuprà, de iudi.authen.ad hæc ſi admi-
4 niſtrator. †Cauſas verò quæ ſunt miſti imperij,vel meri,non
delegabit,vel propter multitudinem cauſarū,vel propter pu-
blicas occupationes,ſed quia incipiat abeſſe. Sunt enim tales
cauſæ ſpecialiter præſidi commiſſæ per legem non tantùm ad
cognitionem, ſed etiam quantum ad definitionem: vt dicitur
in cauſa ingenuitatis,& ſeruitutis,& libertinitatis: vt j.eod.l.
placet.j.Vbi contingit præſidem abeſſe etiam quantum ad de-
finitionem fortè demandabit, cùm & ea quæ ſunt meri impe-
rij delegentur: cùm contigerit pręſidem abeſſe: vt ff. de offi.
eius cui māda.eſt.iur. l.j.In caſu tamen & ſi non abſit,delegat
quæ meri imperij ſunt: puta.proconſul legato ſuo: vt ff.de of-
5 fic.proconſ. l.ſolet.†In delegatis autem obſeruat vt negotium
ſibi commiſſum examinent,& determinent: neq; remittant ad
delegantem: vt j.eod.l.iij. & in authen.vt iudic.non expect.ſa-
6 iuſ.j.reſponſo. †Item ſi iudex delegatus alij muneri pendente
cauſa minima iniuncto,neceſſe habeat ſuperſedere: vel etiam ſi
moriatur pendente cauſa,alius in locum eius debet ſubſtitui:
vt infrà eodem,l.penultima. In minimis autem cauſis præſes
habet libertatem vel retinendi ſibi, vel denegandi: vt j.eo-
dem,l.vlti.licet olim fortè non poterat,vt dicunt quidam,ex
eo,quod legitur j.eodem.l.ij.ibi, quod non poſſent, &c. Sed
illud

illud intelligo de impedimento facti, non iuris, & refertur ad
cauſas quæ ſunt vltra trecentos ſolidos. Ridiculum enim eſ-
ſet dicere, quòd minimas cauſas non poſsit delegare: niſi im-
pediatur multitudine cauſarũ, vel publicis occupationibus.

Qui pro ſua iuriſdictione iudices dare dariue poſſunt. *Rubrica.*

1 *Delegare iudicem quis poſsit, & ad quid.*
2 *Iudex delegatus an poſsit delegare.*
3 *Delegari iudex non debet à parte altera nominatim petitus.*
4 *Appellari quis debeat à ſententia eius qui delegatus eſt à delegato.*

DE OFFICIO iudicum delegatorum, & cau-
ſis ad eos pertinentibus ſ. proximè dictum eſt: &
etiam de iudicis dictum eſt, qui poſsint eſſe iudi-
ces ordinarij: nunc ponit, qui poſſunt pro iuriſ-
dictione ſua alios iudices dare, id eſt, delegare: & qui poſsint
1 dari. † Sciendum eſt igitur, quòd ille ſolus delegat, qui ha-
bet iuriſdictionem ordinariam, & in cauſa quæ eſt de iuriſ-
dictione ſua ordinaria, & in eum qui eſt de iuriſdictione ſua.
Nam extra territorium ius dicenti impunè non paretur, ſicut
in tutore dando dicitur: vt ff. de iuriſdict. omnium iudicum. l.
extra. & de tuto. & curatn. datis ab his. l. ius dandi. & hoc ſi
ordinarius delegare velit cauſam, vt delegatus cognoſcat, &
definiat. Si verò delegat vt cognoſcat, ſed nõ vt definiat, opor
tet eum cognoſcere ſemel in principio, ſemel in medio, ſemel
in fine. Iudici autem appellationis, vel delegato nunquã per-
mittitur retinere definitionem, ſi committat cognitionem.
2 Vtrunque autem poſſet committere iudex appellationis, † iu-
dex autem delegatus neutrum committit, niſi à principe de-
legatus ſit, vel niſi primò lite coram ſe conteſtata alij deleget
ad ſimilitudinem procuratoris: vt ſ. de iud. auth. ad hæc. & j.
eo. l. j. & ſ. de procu. l. neq;. & arg. ff. de iuriſdi. om. iud. & quia.
in fi. Hoc tamẽ plenius dicam j. de iuriſd. om. iud. §. delegatã.
In ſumma in delegatis, & illa notabilia ſunt, quòd etiam via-
tores delegari poſſunt in rebus minimis, & in rebus quæ vr-
gente cauſa deſiderant cognitionẽ. Item, quòd iudices dele-
gati ſolent durare etiam in tempus ſuccedentiũ delegantibus,
3 ad maiorem cautelam facta confirmatione. † Item non de-
bet delegari iudex quem nominatim vna partium petit: niſi
id faciat princeps ad verecundiã petiti iudicis: vt ff. eo. l. vlti.
4 & l. venditor. §. vlti. & l. obſeruandum. Et no. † quòd à dele-
gato principis alij delegante, appellatur à ſecundo delegato
ad primũ: ſecus autem in delegato ab alio alij delegante: tunc
enim appellatur non primus delegatus: ſed primus delegans:
vt ff. quis & à quo appel. & l. j. §. ab eo. & j. eo. l. j. in fin.

Ne quis in ſua cauſa iudicet, vel ius ſibi dicat. *Rubrica.*

1 *Iudicem nullum eſſe poſſe in ſua cauſa, & cur.*
2 *Ius ſibi dicere cognitione, definitione & captione non licet.*
3 *Rei ſuæ quaſi iudex, aut teſtis quis.*

1 LICET † in aliena cauſa [a] poſsit quis iudex eſſe,
2 non tamen in ſua, vel iudicare definiendo, vel ar-
bitrando, vel interloquendo ius ſibi dicere pote-
rit: quia nemo poteſt ſibi imperare: vt j. eo. l. j. &
de arbi. l. pen. Excipitur ſecundum quoſdam, vbi præſidi pro-
uinciæ furtum factum eſt, vel quid ſimile accidit: tunc enim
vſq; ad lit. conteſt. cauſam audiat præſes: vt ff. de offi. præſid.
l. ſenatuſconſulto, vel illud in familiaribus præſidis eſt intel-
2 ligendum. Sicut † autem vetatur quis ius ſibi dicere in co-
gnitione, & definitione cauſæ: ita & vetatur in capiendis quæ
ſua ſunt, vel ſibi debita: alioquin punitur ex edicto diui Mar
ci: vt ff. quod met. cauſ. l. extat. niſi in caſibus: vt j. quando liç.
vni ſine iudi. ſe vendic. l. j. & ij. Vel fortè niſi in eo caſu quan-
do non habet quis copiam magiſtratus: vt ſ. de iudç. l. nullus.
3 & j. de decur. l. generali. † Illud extra noto, quòd quaſi iudex,
vel quaſi teſtis aliquis eſt in re ſua, cùm creditur eius ſacra-
b mento ſibi ab alio delato, vel eius confeſsioni contra ſe [b]. l. j.
in princ. ff. qua. re. act. non detur. vt enim alij teſti vel iudici
crederetur in cauſa aliena: ita & ei contra ſe: vt j. de fideicom.
l. vlti. & ff. de confeſ. l. j.

ANNOTATIONES.

a Cauſa. Vide Alexand. conſi. j volu. v. Fell. in cap. j. de proba. in ij. not. & in c. poſt ceſſionem. eod. titu.
b Contra ſe. Adde Spe. in titu. de inſtru. edi. §. dicto de impugnatione. ver. & not. quòd ſi tutor. doct. in l. ſi. ff. de interroga. act. & in l. j. C. de confeſſ. Paul. de Caſt. in conſi. iii. volu. j.

Qui legitimam perſonam ſtandi in iudiciis habent, vel non. *Rubrica.*

1 *Minores xxv. an. per ſe non poſſe eſſe in iudicio. nume. 2. & 7.*
3 *Interdictum momentaneæ poſſeſsionis quid.*
4 *Interdicto vnde vi damnatum amittere proprietatem.*
5 *Pupillum agere poſſe interdicto poſſeſſorio pro ſe, non etiam pro aliis.*
6 *Seruus an, & quo interdicto agere poſsit domino abſente.*
8 *Pupillus læſus in iudicio momentaneæ poſſeſsionis an reſtituendus.*

QVONIAM in conſtitutione iudicij conſide-
randæ ſunt perſonæ litigatorum: ideo ponit de iis
qui habent legitimã perſonam ſtandi in iudicio:
de quarum perſonarum conſideratione aliqoan-
tulum tractauimus ſ. de iudi. Nunc autẽ quod deeſt, & quod
1 ſub iſta rub. traditur, breuiter perſtringamus. † Sciendum
eſt igitur minores xxv. ann. per ſe ſine tutoris vel curato. au-
thoritate agere, vel conueniri non poſſe. Vnde ſententia lata
a [a] contra eos nulla eſt ipſo iure: pro eis autem lata teneret: vt ſ.
ſi aduer. rem iud. l. cum & minores. & de procur. l. non eo mi-
2 nus. & de re iud. l. acta. §. cõtra. In caſu tamen † etiam ſine tu-
tore vel curatore agit, vel cõuenitur: vt ſi impetrauit veniam
ætatis, vel ſi agat interdicto de libero homine exhibendo: vbi
etiam pupillus admittitur: vt ſ. de his qui veniam ætatis im-
petraue. l. iij. & ff. de lib. ho. exhi. l. quod & lex. §. ſed & ſi mu-
lier. Item interdictum momentaneæ poſſeſsionis quilibet mi-
nor (etſi impubes ſit) etiam ſine tutore intendit. ſub eo tamen
prætextu vel colore, non licet ei obrepere iudicio proprie-
tatis. Sed nec alius eum de proprietate, ſine tutore conueniet:
3 vt j. eod. l. vlti. † Eſt tamen interdictum momentaneæ poſſeſ-
ſionis, quo agitur de poſſeſsione retinenda: vt. vti poſsidetis,
& vtrobi: vel quo agitur de poſſeſsione adipiſcenda: vt, quo-
rum bonorum. quorum legatorum. vel quo agitur de poſſeſ-
ſione recuperanda: vt interdictum vnde vi. Et ideo dicuntur
de momẽtanea poſſeſsione, quia licet aliquis obtineat in poſ-
ſeſsione, ſubinde tamen & quaſi continuo elapſo momento,
ſuccumbere poterit in iudicio proprietatis. Quare & ſua poſ
4 ſeſsione priuabitur. Sed hoc † in interdicto vnde vi, videtur
hoc fallere: quia damnatus in eo amittit proprietatem: vt j.
vnde vi. l. ſi quis. Sed certè illud non eſt ex poteſtate interdi-
cti, ſed cõſtitutionis illius l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. pro-
5 poſita condictione ex lege illa. Proponit † autem ea interdi-
cta pupillus pro ſe, non pro alio. & ita intelligo quod dicitur
j. eo. l. vlti. actionem ne[m]pe momentaneæ poſſeſsionis exer-
6 ceri per quancunq; perſonã. Seruus † etiam domino abſente,
agit pro poſſeſsione recuperanda, quam tenebat nomine do-
mini abſentis, ſi ea fuerit expulſus: & aget pro eo retinenda:
vt j. ſi per vim, vel alio modo. l. j. domino autem præſente
non reperitur quòd agat. Item domino abſente non reperitur
quòd agat eius nomine pro poſſeſsione adipiſcenda. Vbi au-
7 tem † aliquis minor xxv. ann. agit, vel conuenitur: ſiquidem
eſt adultus, & præſens, agere poteſt, & conueniri curatoris
authoritate, vel curator conuenietur eius nomine. Si autem
eſt abſens adultus, curator ſolus litẽ eius nomine adulti ſuſci-
piet. Idẽmq; eſt in pupillis, qui ſunt ſupra ſeptimũ annũ æta-

tis.Si autem infantes ſunt,tutores tantùm eorum nomine iu-
8 dicium ſuſcipient:vt ff.de admi.tut.l.j.§.vlti. † Illud quæri
poteſt, an ſi pupillus lędatur in iudicio momentaneæ poſſeſ-
ſionis poſsit in integrum reſtitui. Videtur quòd non: quia vt
maior litigat. Itẽ quia nec appellari poteſt in tali cauſa. Item
quia non videtur damnum pati cùm integra ſit ei cauſa pro-
prietatis. Sed certè in contractibus quandoque, imò plerun-
que vt maior contrahit.& tamen reſtituitur. Item à ſenten-
tia præfecti prætorio non appellatur, ſed datur reſtitutio:vt
ff.de min.l.in cauſę.ij.§.vlt.nec eſt modicum damnum poſſeſ-
ſionis: vt ff.de rei ven.l.is,qui.

ANNOTATIO.

a Lata. Intelligerem hoc verum, quando de minori ætate fuit legitimè
oppoſitum & de iſta conſtitit iudici, aliàs ſecus,ſicut dicimus in ſimi-
li quòd ſententia lata contra infirmum, & impeditum non valet, nec
tenet.l. quæſitum.ff. de re iudi. tamen habet locum quando fuit op-
poſitum iudici,& conſtitit:vt declarat Alexand.in l.iiij.§.condemna-
tum.ff.de re iudica.Cogita.

Vt nemo inuitus agere,vel accuſare cogatur. *Rubrica.*

1 *Agere vel accuſare qui teneantur.*
2 *Index poſsit ne alicui præcipere vt agat intra diem ſub pœna.*
3 *Productionis tempus an præfiniri ſub pœna poſsit.*
4 *Defendere ſe an quis poſsit præcisè cogi.*

NEMO quidem cogitur agere,vel accuſare præ-
1 cisè. Sunt † tamen quidam,qui ſi non agant,peri-
culum ſubeunt ſubſtantiæ: vt tutores & curato-
res:vt j.arbit.tut.l.nomina. & de admi. tut.l. de-
bitoribus. Item geſtores ſine mandato,ſi erant cognati do-
mini abſentis, & eis facilè fuit ſatiſdare:vt ff.de nego.geſt.l.ſi
autem. Item procuratores:vt j.manda.l.procuratorem. Item
adminiſtratores ciuitatum:vt ff.de admi.re.ad ciui.perti.l.vlt.
§.iiij. & §.penult. Item hęres qui non vindicat necem defun-
cti,accuſando interfectores eius: vt j.ad Sylla.l.j. Item actor
lite conteſtata,vel citato reo:vt in authen.de ling.§. omnem.
2 † Solet fieri quæſtio,an iudex poſsit præcipere vt agat (ſi ve-
lit) vſque ad quinquennium: & ſi non egerit ſe poſtea non au-
diturum. & eſt argu.in hac lege, quòd non. & j. de pignor.l.
a creditor. Sed melius eſt, vt, cauſa cognita a id poſsit ſtatuere,
ſcilicet, ſi actor videatur calumnioſè velle vexare reum , tali
ſcilicet tempore,quo nõ eſſet reo opportunũ reſpondere:vt j.
b de inge. & man.l.diffamari. & de remiſ. pig. l. ſi eo. * (Item
3 † quæritur, ſi iudex velit alicui agenti,vel conuento ſtatuere
terminum intra quem producat omnia ſua iura, an poſsit? Et
dicitur quòd ſic: arg. j. de inge.ma.l.diffamari.& j. qui accuſ.
non poſſunt.l.ſi ea. & ibi notatur. Sed pone quòd poſtquam
ſe dixerit iudex nolle audire agentem,vel cõuentum:niſi pro-
duceret iura ſua intra terminum ſibi aſsignatum & non pro-
duxit:nunquid poterit iudex ipſum audire? Et certè videtur
quòd ſic:quia quod iuſsit,vetuitve prætor, contrario iudicio
tollere poteſt:vt ff.de re iudi.l.quod iuſsit.quanquam ſenten-
tiam definitiuam reuocare non poſſet:vt ff. de quęſt.l.j.§. hac
epiſtola. & de re iu.l.iudex.& l.quod iuſsit.in fi. & l. Paulus.)
4 † Quæ autem dicta ſunt de agentibus,& accuſantibus,fortè
& in defendentibus obtinebunt, ſcilicet vt quis præcisè non
compellatur ſe defendere, ſed mittatur actor in poſſeſsionem
rerum & fiat venditio,& indicatur multa: vt j.de bo.auth.iu.
poſ.l.pen.& ff. ſi quis ius dicen.non obtem.l.j.Quandoque
compellitur quis præcisè defendere alium,ſcilicet procurator
actoris qui cauit de defenſione: vt ff.de procur.l. ſed & hę. §.
pen.Et hęc pro textu,& ſumma ſufficiunt.

ANNOTATIO.

a Cogita.Vide pulchre.Ludo.ro.in conſi.ſuo.liij.
b Quæ his notulis( )incluſa ſunt deſunt in exemplari manu ſcri-
pto vel fideliſsimo.Licet autem nec ad rubrum, nec ad nigrum perti-
nere, nec Summularij inſtituto conuenire videantur; quia tamen
quotidie vſu veniunt ideo notanda paramus,per leg.legati.ff.de lib.
leg.Non igitur delenda ſunt. Prateius.

De ordine iudiciorum. *Rubrica.*

1 *Iudicium variè accipi.*
2 *Actionum plurium ordo.*
3 *Actiones plures eiuſdem rei nomine vtine liceat.*
4 *Accuſationes plures quando poſsit quis proponere.*
5 *Actiones plures criminales an poſsit quis proponere contra duos.*
6 *Accuſationem poſſe ab vno inſtitui contra plures.*
7 *Actione criminis ciuiliter propoſita an poſsit criminaliter agere.*
8 *Actione vna proſecuta an ad aliam conuolare liceat.*
9 *Actore aduerſus reum quæſtionem mouente & viciſsim reo aduerſus actorem,quis ordo obſeruandus ſit.*
10 *Sententia quando ferri debeat ſuper incidens.*
11 *Quæſtiones incidentes & emergentes quid differant.*
12 *Quæſtio ciuilis quomodo incidat ciuili, & ciuilis criminali: & contrà.*
13 *Ordo cuiuſmodi ſit ſeruandus vbi plures contra vnum agunt.*

DICTVM eſt ſuprà de iudicijs:ſed quia in eis ple-
runq; dubitatur quæ actio, vel quæſtio in ordine
cognoſcendi, vel definiendi debeat præferri, vel
poſtponi. Ideo ponit de ordine iudiciorũ,id eſt,
1 actionum,vel quæſtionum,quis debeat in eis ſeruari. † Iudi-
cium enim quandoq; ponitur pro actione, vel quæſtione:vt
hic.quandoq; pro inſtãtia,vel ordinatione cauſæ:vt diximus
ſuprà de iudicijs.& ita etiam ponitur ſuprà,de his,qui ad ec-
cleſiam confug.l.vlt.ibi,iudiciorum ſolitus ordo ſeruetur.id
eſt, quòd ordinariè vel regulariter obſeruari conſueuerit in
vna actione , vel quæſtione propoſita : & in iudicio ſuper ea
cœpto.Ibi ergo ponitur iudicium pro inſtãtia:hic autem po-
2 nitur pro actione, vel quæſtione, vt dixi. † Qualiter autem
a actiones, vel quæſtiones a apud iudicem propoſitæ,debeant
ordinari:vel quis ordo in eis debeat ſeruari,ita breuiter mihi
videtur poſſe comprehendi.Cùm quis alium vult conuenire,
offerre debet libellum in quo ſua contineatur querela. Et ſi-
quidem vna ſit querela, non eſt ibi ordo ſpectandus. Si verò
plures ſunt quęſtiones , ea ſunt aut oẽs ciuiles,aut omnes cri-
minales, aut miſtæ. Siquidem ſunt omnes ciuiles nomine di-
uerſarũ rerum, poteſt omnes ſimul proponere: niſi ſint con-
trarię:vt ecce,ſi velit agere furti,quaſi pecunia ſe inuito con-
trectata : & mandati, quaſi ſe volente accepta: vt j.de fur.l.j.
Vel vult agere ex vendito ad pretium, & mandati, vel ſimili
actione de re vendita ſibi retradenda : vt j.ſi ſeru.extr.ſe emi
man.l.j.& j.de pact.inter emp.& ven.l.commiſſorię.Vel niſi
vna pendeat ex altera:vt ecce,quis tanquam hęres petit debi-
tum hæreditariũ & poſtea vult inquiri ſit hęres,an non:præ-
poſtera enim eſt talis petitio:vt j.de hære.act.l.vt debitũ.vel
niſi vna ſit alterius præambula:vt cùm vult agere de proprie-
tate, & poſſeſsione ſimul : vt j.de rei ven.l.ordinarij.vel niſi
quæſtiones ciuiles ſint tales, vt tollantur electione:vt dicitur
in tributoria, quod iuſſu ,& de in rem verſo, & de peculio,&
de petitione hæreditatis ex vno teſtamento proponẽda,& in
actione ex teſtamento, & rei vendicatione, & hypothecaria
pro legato vel fideicommiſſo hæreditatis, vel ipſa hæreditate
competẽtibus:vt ff.de tribu. ꝙ in hærede.§.eligere.& de lega.
ij.l.cùm filius.§.varus. Vel niſi perſequẽdo propoſitam,fieret
præiudicium primæ quæſtioni:vt ecce,ago contra te rei ven-
dicatione pro fundo Titiano, & eidem dico ſeruitutẽ deberi
per alium fundum,quem conſtat eſſe tuum propriũ:hic enim
nimis feſtino in ſeruitute vendicãda:cùm primò debeat con-
ſtare fundũ petitum eſſe meum,ad quem vendico ſeruitutem:
quàm vendicẽ ſeruitutẽ ipſam:poteſt enim fundus eſſe meus:
& deberi,vel nõ deberi ſeruitus.Secus ſi primò petierim viam
ad fundũ Titianum:deinde fundũ Titianũ petam. Nec enim
obſtat exceptio : quia in petitione viæ ſecundariò ſit quæſtio
fundi:& ſecunda quæſtio de fundo primã quæſtionẽ coadiu-
uare videtur. Item ſi te cõuenio rei vẽdicatione pro parte in-
diuiſa,& interim volo agere cõmuni diuidundo pro eadem re
diuidenda,repellor enim:quia per hanc ſecũdam ſit præiudi-
cium primę. Nam primò debet cõſtare rem eſſe cõmunẽ quã
petatur vt diuidatur.Idẽm q; & ſi petam fundũ rei vẽdicatio-
ne,&

ne, & interim condico fructus:ac ſi certum eſſet fundum eſſe
meum: vt ff. de except. l. fundum Titianum. & l. ſed ſi ante. &
3 l. fundi, quem tuum. † Si verò eiuſdem rei nomine velit quis
plures proponere actiones contra vnum, non poteſt. & ita re-
pellitur à reo: niſi actor contra reum replicet, quòd reus non
certificat actorem qualiter poſsideat: & ideo actor non po-
teſt diſtinguere quam actionem eligat: vt ff. de regu. iur. l. ne-
mo ex iis. §. j. & quorum lega. l. j. §. quod autem nônunquam.
Si autem vnus velit ciuiliter conuenire plures eiuſdem rei, vel
facti nomine, vel diuerſarum rerum, vel factorum, poteſt:
4 cùm non ſit prohibitus: vt ff. de proba. l. ab ea parte. Si † au-
tem plures criminales accuſationes ſimul quis velit propo-
nere contra vnum, ſiquidem ex diuerſis factis velit propone-
re, poteſt: cùm non ſit prohibitus: ſed ex eodem facto non vi-
detur quòd liceat: vt arg. à contrario ſenſu legis percipitur j.
5 de accuſa. l. qui de crimine. † Vbi autem plures criminales
accuſationes quis velit proponere contra duos ex diuerſis
factis, vno & eodem tempore, vnóque libello, non poteſt ac-
cuſare duos, niſi proſequatur ſuam ſuorúmque iniuriam. Di-
uerſis autem libellis poteſt accuſare duos, & non tres: niſi fa-
ciat ſuarum iniuriarum cauſa: quia vna per alteram accuſa-
tionem impediretur: vt j. qui accuſa. non poſſ. l. cum rationi-
bus iuris & ff. de accuſa. l. hos accuſare. §. lege. & ad legem
6 Iul. de adult. l. inter. §. vlti. † De vno autem crimine poteſt
b vnus accuſare etiam centum, qui eodem crimine irretiti ſunt:
vt j. ſi reus, vel actor mor. fue. l. j. & ff. ad leg. Iul. de adulte. l.
vim paſſam. §. inceſti. Sed fallit in adulterij accuſatione: vt j.
ad legem Iul. de adulte. l. reos. & ff. ad legem Iul. de adulter. l. ſi
maritus. §. vlti. & l. nihil. §. vlti. Vbi autem vnus de vno crimi-
ne contra alterum vult agere ciuiliter, & de eodem crimine
interim vult agere criminaliter cōtra eundem: vel è conuer-
ſo intentata criminali, interim vult agere ciuili, non poteſt:
7 vt ff. de publi. iud. l. iiij. & vi bono. rap. l. ij. §. j. Proſecuta † au-
tem vna earum cauſarum, ad alteram poſteà poterit conuo-
lare, ſi vtraque quęſtio proponatur de re familiari, id eſt, pro-
pter rem familiarem: quia aliquid abeſt, vel abfuit de patri-
monio noſtro: vt j. quando ciui. actio præiud. cri. l. j. Nec di-
ſtinguo vt Placen. nam ibi. & de publicis loquitur crimini-
bus & de priuatis: puta de furto. Et alia lex idem dicit in quo-
libet furto: vt ff. de furt. l. vlti. Nec obſtat quod legitur in eod.
tit. de fur. l. interdum. §. qui furem. Nam (vt ibi ait Ray.) illud
ſtatuitur contra me, qui iudicis partes vſurpando, furem ipſi
iudici præſentaui & tradidi: poſtulans ipſum pro furto pu-
niri, & mihi ſatisfieri: vnde contentus eſſe debeo pœna cor-
porali, & reſtitutione rei, ſublata furti actione. Si autem de
crimine naſcatur actio ciuilis, non propter rem familiarem,
ſed ad vindictam tantum: & de eodem crimine naſcatur cri-
minalis accuſatio, quæ non poteſt eſſe niſi ad vindictam: tol-
litur vna per alteram: vt ff. de iniur. l. quòd Senatuſconſul-
tum. & l. prętor. §. j. Hunc tamen articulum proſequemur j.
quādo ciuilis actio prę. cri. Et hæc omnia vera ſunt, & locum
habent quando quæſtiones mouentur ab vno, contra vnum,
8 vel plures, vel ciuiliter, vel criminaliter. † Si autem quæſtio-
nes mouētur à pluribus, aut ab actore vna, & à reo altera, aut
plures & diuerſi agunt cōtra vnum. In primo caſu cùm actor
contra reum vnam, & reus contra actorem alteram proponit
petitionem, non in modum exceptionis, ſed ciuiliter, non cri-
minaliter agendo, petit actorem ſibi condemnari, locum ha-
bet hæc regula quæ dicit, Qui prior appellat, prior agat: vt ff.
de iudic. l. qui prior. quæ regula locum habet, cùm vtraque
quæſtio eſt ciuilis, & neutra præiudicialis. Item cùm vtraque
eſt criminalis, & neutra præiudicat. Item cùm prima eſt ma-
ior ſecunda. Sed & ſi ſecunda ſit maior prima, obtinet regula:
ſi tamen accuſati nomen volentis accuſare accuſantem ſit re-
ceptum inter reos. tunc enim prætextu maioris criminis ob-
iecti non differetur accuſatio prioris. Sicut & ſi quæuis alia
exceptio opponeretur: vt ff. ad leg. Iul. de adulte. l. ſi maritus.
§. præſcriptiones. Fallit autem hæc regula, cum vtraque que-
rela eſt ciuilis, & ſecunda præiudicialis: quia eſt de libertate,
vel filiatione: vt Inſt. de act. §. præiudiciales. & ff. de libe. cau. l.
ordinata. & j. ad leg. Iul. de adul. l. quoniam. & de ordi. cog. l.
j. & l. cum ſtatus. Item fallit cum ſecunda eſt criminalis, &
prima ciuilis, ſed non præiudicialis: vt j. eod. l. vlti. Item fallit
cum vtraq; eſt criminalis, ſed ſecunda maior. Item cum vtraq;
eſt par, ſed tamen accuſatus vult proſequi ſuam iniuriam, vel
ſuorum: vt j. qui accu. non poſ. l. j. & l. neganda. Si verò reus in
modum exceptionis aliquam obiiciat actori exceptionem, id
eſt, non petat eum ſibi condemnari, ſed ſe ab eo repulſo ab-
ſolui: ſemper de exceptione erit cognoſcendum, fundata pri-
mò intétione actoris: vt j. de prob. l. exceptionem dilatoriam.
9 & de except. l. ſiquidem. † An autem ſuper incidenti quæ-
ſtione debeat pronuntiari, quæritur: & ait Bulg. nunquam eſ-
ſe pronuncandum: niſi vbi criminalis incidit ciuili, vel è con-
uerſo. Satis enim eſt pronuntiari de principali, vt ſic per con-
ſequentiam videatur pronuntiari in incidenti: vt j. eod. l. pen.
& j. de ordi. cogn. l. ij. & ad legem Iul. de adult. l. quoniam. &
j. ad legem Flauiam, de plag. l. præſes. & j. de falſis. l. vbi. &
ff. de præuaric. l. præuaricationis. Vel dic in illa l. præuarica-
tionis. neceſſarium eſſe, vt de præuaricatione primùm inten-
datur accuſatio, & pronuntietur ſuper ea: non autem in mo-
dum exceptionis obiiciebatur illud crimen. Item non obeſt,
quod legitur ff. de minor. l. intra. quia ibi non eſt pronuntia-
tum in incidenti quæſtione: ſed ſuper ætate, id eſt, vt reſtitue-
retur in integrum ratione ætatis, vt liceat ei intēdere veterem
actionem: & ita cætera, cognitionis. ſ. reſtitutionis rei facien-
10 dæ, dilata ſunt. Plac. autem ait † ſemper eſſe pronuntiandum
de incidenti quæſtione: vt ff. de iudic. l. de qua re. niſi conditio
rei, vel iudicis impediat: vel niſi iudex impediatur propter cō-
ditionem ſuę perſonæ: quia eſt pedaneus: vel rei, quia pupil-
lus, & mouetur ſibi incidenter quæſtio ſtatus: tunc enim non
11 pronuntiatur ſuper ea, ſed differtur. Domino † autem meo
videbatur diſtinguendum inter incidētes, & emergentes quę-
ſtiones, vel exceptiones vt incidentes, doctrinæ cauſa, dican-
tur defenſiones veteres, quæ ante litem cœptam competebant
reo ex iis, quæ acta ſunt inter ſe, & actorem: vt pactū de non
petendo, res iudicata, ſacramenti delatio, & ſimilia: & in his
obtinet ſententia Bulg. vt non pronuntietur ſuper incidentis
niſi quando ciuilis incidit criminali, vel contrà. Emergentes
autem dicuntur, quæ proponuntur ex iis, quæ emergunt in li-
te: vt ſi quæritur, an ille poſsit teſtificari, vel an ſit danda di-
latio, vel an ille debeat interrogari, vel reſpondere, vel vtrum
ſit hodie in libertatis poſſeſsione, vel ſeruitutis. & de ſimili-
bus. & in his obtinet ſententia Plac. arg. ff. de lib. cau. l. liberis
etiam hominibus. §. vlt. Ratio eſt aperta: quia aliter non poſ-
ſet procedere in ſequentibus: niſi pronuntiaretur in prędictis.
12 † Qualiter autem ciuilis ciuili incidat, planum eſt: vt ſi me
conuenias actione furti, nomine rei, quam dico meam. Item
qualiter criminalis criminali, apertum eſt: vt ſi marito accu-
ſanti de adulterio vxorem, obiiciat vxor crimen lenocinij: vt
ff. ad legem Iul. de adulte. l. prima. §. ſi publico. Idem fortè ſi
tibi me accuſanti de homicidio, obiicio quòd ſocius meus ex-
tuiſti: vt ff. de fide inſtrumen. l. repetita. & j. de liberali cauſa.
l. ſi filium. Item ciuilis criminali, ſi me accuſas de plagio nomi-
ne ſerui, quem dico meum. Item criminalis ciuili, ſi peto ex
13 inſtrumento quod falſum accuſas. † In ſecundo verò caſu
cùm plures & diuerſi agunt contra vnum. Siquidem vnus
primò, & alter ſecundò veniat, & ambo agant ciuiliter, vel
criminaliter obtinebit regula, qui prior appellat, prior agat:
vt ff. de iudi. l. qui prior. Si verò ſimul veniant illi qui agunt
ciuiliter, iudex eliget, quem velit, vt gratificationi ſit locus: ſi-
cut aliàs dicitur ff. de relig. l. vlti. §. j. Si verò plures agant cri-
minaliter, & ſimul, iudex debet eligere magis idoneum: vt ff.
de accuſa. l. ſi plures.

ANNOTATIONES.

a Quæſtiones. Vide Bartol. in l. edita actio. & ibi docto. ſuprà de edend. & eundem Bartol. in l. j. ff. de edendo. & Bart. refert in marchia ſe feciſſe caſſare multos proceſſus in l. j infra de execu. rei iudi.

b Crimine irretiti. Adde ad iſtam concluſionem Bartol. Angel, & doct. in l. ſi quis in tantam. infrà vnde vi. Bartol. & domi. Alexand. in l. nihil infra de adulter. & Alexand. in l. ſi idem. in princip. ff. de iuriſditione omnium iudicum. & in l. hos accuſare. ff. de accuſa. & vide ad materiam domi. Iaſo. de may. in §. ex maleficiis. nume. lvj. cum pluribus. ſequen. inſtitu. de act.

De litis conteſtatione. *Rubrica.*

1 *Litis conteſtatio quid ſit.*
2 *Narratione negotij an ſemper inducatur litis conteſtatio.*
3 *Satiſdationum genera.*

a QVIA iudicium accipit [a] exordium per litis conteſtationẽ. ideo de ea ponit. Videamus ergo, quid ipſa ſit, & qualiter fiat. Nam de præcedenobus, vel ſequentibus eam non eſt opus hic dicere: licet P. in hac ſumma de his interſeruerit: quia de his tradidimus ſ. de eden. & de iureior. propt. cal. dan. de iudi. & dicemus j. de
1 proba. & de execu. rei iudic. & de appella. † Eſt autem litis conteſt. negotij principalis hincinde apud iudicem facta narratio ✱: & neceſſarium eſt vt hanc narrationem præcedat libellus: niſi fortè remitteretur conſenſu partium: vt j. eod. l. j. & authen. offeratur. & ſ. de epiſco. & cler. authen. generaliter. Patet ergo ex his quòd actionis editio, vel libelli oblatio non eſt litis conteſtatio, licet libellus exigatur ad hoc, vt teneat ipſum libellum ſecuta conteſtatio. de quo libello, & editione
2 actionis plenè tradidi ſ. de eden. † Quod autem dixi ſ. de narratione, ita eſt intelligendũ, ſi fiat ab vtroque: ideo vt in cauſa procedatur. id eſt, vt actor probet intentionem ſuam, reus au-
b tem neget [b]: vel exceptionem opponat, & eam probet. Si ergo fiat reſponſio in principali cauſa, ſed non ea mente vt in cauſa procedat: vel ſi reſiſtat, ſed iudici vt amico vel familiari narret negotium, conteſtando id ſe facere ſine præiudicio ſui: & aliqua, vt declinet iudicium, proponat, non erit facta conteſtatio litis: quia fit narratio à reo, ſaluo iure ſuo. argu. optimum pro hoc eſt, ff. quibus mod. pign. vel hypo. ſol. l. ſi debitor. §. ſi in venditione. Sed contra. argu. ff. de condi. indeb. l. quod quis. Sed certè ibi non expreſſerat, quod agebat in mente, vt ſic alius de reddendo paciſceretur: hic autem expreſſit
3 & id quod ex ſua voluntate pendebat. Porrò † incidenter ſub iſto titu. Irnerius poſuit auth. quæ tractat de quibuſdam præcedẽtibus ipſam litis conteſt. id eſt, de duplici ſatiſdatione actoris: quarum vna reſpicit principium cauſæ, altera finem. De vna ſatiſdatione rei, & eiuſdem deliberatione, & tempore deliberandi, vel recuſandi iudicem, vel petendi ſibi alium aſſociari, & de ſportularum præſtatione, & de libelli oblat. ſine qua non poteſt fieri litis conteſta. vt j. eo. auth. libellum, & auth. offeratur. & ſuprà, de epiſcop. & cleric. auth. generaliter. De quibus (quia plenè dicemus in litera, & diximus
✱ etiam ſ. de ſatiſdan.) ad præſens omitto ✱.

ANNOTATIONES.

a Accipit. Alibi dicit Bald. in rub. extra. eod. tit. de lit. conteſt. quòd litis conteſt. dicitur eſſe lapis angularis iudicij.

b Neget. Adde Bart. in l. vnic. C. hoc eo. tit. Bald. in marg. ver. litis conteſt. verſ. ij. plenè per do. Alex. poſt omnes ferè docto. in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de damno. infect. vbi habes medullam totius huius tituli.

✱ Facta narratio. Et fiet hec narratio per perſonas principales non autem per aduocatos: niſi forte principales partes adeo fuerint incautæ & indiſcretæ, vt defectus earum de licentia iudicis per alios ſuppleator. extrà de iudi. c. paſtoralis. Eſt autem litis conteſtatio de ſubſtantia ordinis iudiciarij, ita vt ea omiſſa receptio teſtium niſi in caſu, nec ſententia lata teneat, vt extrà. vt lit. non conteſt. accedens. Litis verò conteſtatio fit aliquando vera, aliquãdo non vera, ſed quaſi vera. Vera fit, per veram narrationem actoris, & reſponſionem rei contradictoriam C. de iudi. l. rem non nouam. & C. de lit. conteſt. l. vnic. ita tamen quod hoc fiat animo procedendi, & ea intentione directe ex propoſito, vt d. iurib. Fit autem quaſi litis conteſtatio, cùm agitur quaſi actione reali. Vocator colonus, vel inquilinus, qui detinet nomine abſentis domini & vocatus nominat dominum. datur tempus ad denunciandum, non venit in termino dato, tunc ex his omnibus, quæ præcedunt, habetur quaſi lis conteſtata vbi in rem act. l. ij. & extra. vt lite non conteſta. cap. & quoniam frequenter. §. quod ſuper. Martinus.

✱ Ad præſens omitto. Litis conteſtatio operatur effectum hunc, vt fructus poſtea percepti & expenſæ factæ poſt lit. cont. valde coniungant & pertineant ad officium iudicis ff. de ædil. edict. l. ædiles. §. ſciendum. Eſt & alius effectus quia facit procuratorem litis dominum. ſuprà de procur. l. neque. Item præſtat vni ex legatariis poteſtatem obtinendi ff. de leg. j. l. ſi pluribus. Tollit quoque dilatorias exceptiones. infrà de probatio. l. exceptionem. & cap. paſtoralis. extrà. de exceptio. Martinus.

De plus petitionibus, *Rubrica.*

1 *Actor quot modis dicatur plus petere.*
2 *Petentis plus, pœna.*
3 *Petentium plus pœna quando locus non ſit.*

QVONIAM in iudicio amplius quandoq; petit actor. ideo ponit de plus petitionibus. Videndum
1 † ergo, quot modis quis petit plus, & quam patiatur pœnã. Et certè cauſa, re, loco, & tempore plus petitur. Cauſa. vt ecce, ſi reus duo debet mihi ſub alternatione, & habet electionem quod eorum ſoluat, vel mihi debet aliquid in genere: vnde ei ſtipulationis iure datur poteſtas ſoluendi quod velit; & ſi ego vnum præciſè petam mihi dari, plus peto, etſi viliſſimum petam: quia electionem reo aufero. Re autem plus peto, vt ſi debebantur mihi x. pro xx. Loco autem peto amplius, vt ſi mihi obligatus eras certo loco dare. & alibi te conueniam ſine commemoratione illius loci. Nam vtilitatem, quam habuit promiſſor, ſi eo loco ſolueret, adimo ei pura intentione. Vnde iudicis officio teneor ei ad intereſſe, propoſita à me arbitraria actione in qua venit intereſſe: puta in oleo, frumento, & vino, quæ per ſingulas regiones diuerſa habent pretia: ſed & pecuniæ non in omnibus regionibus iiſdem vſuris fœnerantur. Tempore autem plus petitur, vt ſi quod debetur mihi in diem, vel ſub conditione, pe-
2 tam ante diem, vel ante conditionem. † Et in his omnibus
a quatuor [a] plus petitionibus ſtatuebatur olim, vt actor nihil conſequeretur, & cauſa, vel petitione in perpetuum excludebatur: niſi magna cauſa cognita iuſti erroris interueniret, vt etiam conſtantiſſimus quiſque labi poſſet, vt ſi totum quis petierit legatum, poſt deinde prolati fuerint codicilli quibus in totum, aut pro parte legata ſint adempta: vel quibuſdam aliis ſint relicta: vel niſi erat minor ille qui petiit. Hodie au-
b tem vbi quis petit amplius tempore [b], in eo punitur, quòd reo duplicantur induciæ ſine vſurarum acceptione: & poſt eas inducias duplicatas finitas, reus non aliter ſuſcipiet litem: niſi omnes expenſas ab actore ante receperit. Si autem quantitate, vel cauſa, vel loco plus fuerit petitum, & aliquod damnum in ſportulis ex ea cauſa acciderit ei contra quem plus fuerit petitum, condẽnationem tripli patietur actor eius dãni, quod intulit in ſportulis: vt Inſt. de actio. §. ſi quis agens. & §. plus. & §. & hæc quidem vero. & §. huic autem qui. & §. ſed & hæc aurea. & de exceptionibus. §. appellantur. & §. hodie. Vbi autem quis & cautionẽ ſuper eo quod plus eſt, exigit, & poſteà in iudicio plus petit, locum habet præſentis tituli conſtitutio: vt ſi quidem ante inchoatam litem conteſtatam calliditatis actorem pœniteat, & veritatem debiti confeſſus fuerit, nullo diſpendio debiti prægrauetur. Et eſt ratio, quia hic non petiiſſe, ſed petere plus voluiſſe videtur: vt ff. rem ratam habe. l. amplius. In expenſis autẽ victus per ſuam confeſſionem damnabitur, ratione ſportularum præſtitarum, pro eo quod plus petiit: vt j. Inſti. de act. §. tripli. & fortè hic damnabitur in triplum: licet Plac. dixerit in ſimplũ. Si verò liti præbuerit exordiũ, & in certaminibus negotij permanens arguatur per teſtes de adiecta falſi quãtitate, non ſolùm ea, ſed etiã toto debito defraudatur: & ita videtur quòd in plus puniatur. quã deliquerit. Si verò idem actor non conuinceretur per teſtes. ſed ipſe cõfitetur ſponte, vel delato, vel relato ei iureiurando de adiecta falſi quãtitate, non punietur in vero debito,
3 ſed in expenſis, vt dictũ eſt. † Item ceſſat huius conſtitutionis pœna, ſi cautione exacta in plus, & lite conteſtata quis arguitur de adiecta falſi quantitate, & poſteà ante ſententiam, vel poſt ſentẽtiam tranſactionẽ facit reus cum actore ſuper pœna actori infligenda. tenet enim tranſactio facta ſuper iſto dolo, etiam per dolum vt dictũ eſt. Secus ſi tranſigetur ſuper re per dolum vt ff. de condict. indebi. l. in ſumma. vel dic eam tenere, ita demũ ſi fiat bona fide. Quod enim dicitur hic in fi. conſtitutionis. talibus enim cautionibus, hoc eſt, præteritũ dolum commiſſum in exactione cautionis, & in plus petitione facta, obiicere non oportet. Dolum autem præſente, id eſt, commiſſum in tranſactione, poſſum obiicere: vt ſ. de tranſa. l. actione. & l.

& l.ſub prætextu.Item ceſſat præſentis legis pœna,ſi actor do-
lo malo exegit à reo cautionem in plus: reus deinde compер-
to dolo confitetur actori idipſum in totum ſe debere actori.
Sicut enim indebitum à ſciente ſolutum repeti non poteſt, ita
cautio vel confeſsio de indebito expoſita à ſciente,reo præiu-
dicabit:vt ī.eo.l.j.& ī.ad leg. Falc.l.vlti.& ff.de reg.iur.l.cu-
ius.& de condict. indeb.l. fideicommiſſum. Simile poteſt in-
duci ſuprà quòd metus cauſa.l.ij. Nec exigitur hic biennij
curſus poſt ſecundam confeſsionem: licet aliâs exigatur in
Velleiano:vt infrà ad Velleia.l.ſi mulier.ij.quia hic eſt perſo-
na quæ ſtatim ſibi potuit præiudicare. Sed ibi fortè non ceſ-
ſabit huius legis pœna, ſi actor non arguitur de adiecta falſi
quantitate, neque eam fatetur: ſed ipſo non probante inten-
tionem ſuam,reus abſoluitur. Nam & vera debiti quantitate
actor priuabitur.

ANNOTATIONES.

a Quatuor. Vltra iſtos quatuor modos plus petendi adde quintum in l. ſi pupillus.ff.& de verborum oblig. ſextum in l. Mæuius.§.duobus. ff.de leg.ii.

b Tempore. Et no. rationem,quare punitur petens ante terminum. eſt enim ratio: quia dilatio dicitur data debitori ad ſui fauorem: et infrà in iſto titul.l.j. & §.plus.inſti. de act.& melius in §. in diem. inſti. de verbo.obli.

De dilationibus. *Rubrica.*

1 *Dilationes propter quæ dentur.*
2 *Dilationum concedendarum materiam amputandam.*
3 *Dilationes quibus indulgeantur,& quoties.& nu.6.*
4 *Dilationes quot dari ſoleant in criminalibus.*
5 *Intellectus ad §.quia verò multi.in authen.de teſtibus.*
7 *Dilatio an concedatur,vbi princeps cognoſcit de cauſa appellationis,vel alij cognoſcendam commiſit.*
8 *Intellectus ad l.cum a nobis.C de dilatio.*
9 *Dilatio an concedatur vbi quis reſcriptum impetrauit ad extraordinarium iudicem.*
10 *Dilatio an & quando poſsit concedi vltra triennium.*
11 *Actor quomodo ſatiſdare debeat ad hoc,vt poſsit reũ in aliam prouinciam trahere occaſione reſcripti.*
12 *Dilatio cuiuſmodi concedatur,vbi reſtitutio in integrum poſtulatur.*
13 *Dilatorium ſpatium indulgeri ſecundum diſtantiam locorum.*
14 *Dilationes quomodo cõcedantur à iudice,& cum cognitio ſit.*

QVONIAM,iudicio cœpto, dilationes ſæpè petũtur.videamus de dilationibus propter quæ dentur,& quando,& quibus,& quoties,& quantæ,&
1 qualiter. † Dantur autem dilationes gratia te-
ſtium,vel inſtrumentorum:vt ī.eo.l.j. in princi. fortè & pro-
pter alias neceſſarias cauſas: vt ī.eod.l.pe.puta aduocatorum,
non dico cognatorum,vel amicorum abſentiam: vt ff.qui. ex
cau.ma.l.ait prætor.§. vlti. Et videtur hoc tenaciter ſeruan-
dum, vt dilationis datio non in libero arbitrio iudicis conſi-
ſtat, ſed ita demum eam dari à iudice conceditur, ſi reum vr-
gentiſsima ratio flagitauerit, & neceſsitas deſideratę inſtru-
2 ctionis exegerit:vt ī.eo.l.j.§.quod ita. † Eſt enim materia dã-
darum dilationum amputanda:vt ī.de tẽpo.appel.l.ij. in prin.
Videtur tamen cõtrarium eſſe, eò quod aliâs dicitur,dilatio-
nem dari ad ſuperãdam malitiam alicuius:vt.ſ.de iudi.authen.
iubemus.ſed ibi non dantur præſenti & petenti,ſed indulgen-
tur abſenti ad eius malitiam ſuperandam,vt dicantur expecta-
toriæ dilationes: ſicut & cùm quis pluries vocatur per inter-
ualla xxx.dierum,vel olim x.vt ſ.de iudi.l. properandum. &
3 ī.quomodo & quando iud.authent.qui ſemel. † Indulgentur
autem iſtæ dilationes actori & reo,accuſatori & accuſato. Et
indulgẽtur in pecuniariis cauſis reo, vel actori, ſemel tantum
pro ſingulis cauſis,i. pro ſingulis impedimentis:vt.ff.eo.l. vlt.
Tutè autem dici poteſt primã dilationem dari,ſine grãdi cau
ſæ cognitione: nam eo ipſo ꝙ petitur gratia teſtiũ, vel inſtru-
mentorum dãda eſt,niſi euidens appareat calumnia. Secunda
verò danda eſt ita demum ſi probet aliquo caſu ſe impeditum
fuiſſe,quo minus produceret inſtrumenta:vt ff.de edendo.l.ſi
quis.§.penulti.& vltimo.& l.veluti.& ff.eodem.l.oratione. &
l.vlti.& hoc eſt quod dicitur in litera,d.l.vlti.ſingulis cauſis.
4 † In criminalibus autem cauſis dantur accuſatori duæ.&
reo tres dilationes. non exquiſita probatione impedimenti in
ſecunda vel tertia dilatione.dabuntur enim cum eadem cau-
ſæ cognitione qua data eſt prima, id eſt, ſecundum modera-
men locorum:& ita ſi bona fide poſtulari videantur.Sed ter-
tia cognitio de probatione impedimẽti non adhibetur. Vide-
5 retur tamen quòd etiam in ciuilibus cauſis plures † daren-
tur dilationes ob vnam cauſam:vt in authentic.de teſtibus.§.
quia verò multi.Ibi tamen non loquitur de pluribus dilatio-
nibus,ſed de pluribus productionibus quę fiunt intra tempus
vnius dilationis:nec conceditur quarta productio, niſi iuret,
vt ibidem dicitur. Vel ſi loquatur de pluribus dilationibus,
exigam probationes impedimentorum in ſecunda, & tertia
dilatione:ſed in quarta ea amplius exigitur, vt iuret. Quinta
verò dilatio non dabitur: quia ſuſpectus eſt, quòd didicerit
teſtificata, etiam ſi probet caſus. & hoc exaudio cùm primò,
& ſecundò,& tertiò, produxerit teſtes, ſed vt aſſerit, non o-
6 mnes erant ei neceſſarij. Si verò † nullos produxerit teſtes,ſed
impeditus in caſibus probatis, etiam quinta & centeſima da-
bitur dilatio. In inſtrumentis autem non nocet didiciſſe te-
ſtificata, ſecundum omnes:nam nec prohibetur lege,& in eis
etiam centeſima poteſt dari dilatio, probatis tamen impedi-
mentis,vt dixi. Et hoc in cauſis quæ examinantur apud alios
7 iudices. † Vbi autem Imperator cognoſcit de cauſa appel-
lationis,vel alij committit eam cognoſcendam: dilatio nulli
partium eſt danda, data ſit, vel non ſit data:petita ſit, vel non
ſit petita in primo iudicio: vt infrà eodem, lege, cùm à no-
bis. In principali autem cauſa Imperator dilationem conce-
dit. Et ita antiquitus fuit intellecta lex prædicta. Nec obſtat
quod legitur, infrà de temporib. appellatio. authentic. ſed
lis.& infrà,vbi ſenat.l.quoties.quia ibi non loquitur de dila-
tione danda, ſed dicit non perire inſtantiam cauſæ ex curſu
fatalium dierum. Magis tamen videtur repugnare ratio na-
turalis, ſi denegetur copia probandi apud iudicem, vel eum
8 cui ipſe cauſam appellationis commiſerit. Probabilius † ergo
intelligitur lex prædicta, cùm facta eſt relatio à iudice, qui
putabat ſe inſufficientem ad iudicandum:& eſt ea relatio fa-
cienda, cùm vtraque pars renuntiauit allegationibus ſuis, &
omnia confeſſa vel probata pleniſsimè ſunt principi mittenda:
vt infrà de relatio.l.prima. & de appellationib.l.ne cau-
ſas. Tunc iuſtum eſt, vt ſibi non detur dilatio: ſiue princeps
cognoſcat, ſiue cauſam alij deleget non diſtincto, ſit cauſa
principalis, an appellationis nec ne. Vel dicam, quòd facta
fuerit relatio, vt conſuleretur princeps qualiter eſſet iudici
de cauſa iudicandum, & princeps eidem vel alij committit
cauſam:nec enim dabitur dilatio: quia vel habuit quis dilatio
nem,vt neceſsitas exigit,vel potuit habere & noluit,& tunc
ſibi imputet. Prima autem relatio videtur prohiberi per au-
thentic.vt iudices non expectent ſacras iuſsiones.coll.ix. Et
huic lectioni accedit quod dicitur in lege, ad appellationem
conſultationémve: Alij habent,vel conſuetudinem:& eodem
modo exponetur, vt vel, ponatur pro &,vel ponatur ſubdiſ-
9 iunctiuè. Item † denegatur dilatio: quia ſi quis reſcriptum
impetrauerit ad extraordinarium iudicem, alteri tamen da-
tur dilatio, qui vocatur ad iudicium ad probanda precum
mendacia,vel proferenda aliqua inſtrumenta,vel teſtes:quo-
niam inſtructus eſſe non potuit, qui præter ſpem ad alienum
iudicium trahitur: vt infrà eodem, l.ſi quando quis. & tunc
etiam actor gaudebit beneficio dilationis: vt ſuprà de tem-
10 por. in integrum reſtitut. petend.l.petendæ. [† Item dene-
gatur dilatio, quæ porrigitur vltra triennium reo: ſi tamen
detur etiam vltra:tunc actor gaudebit ea:vt in prædicta l.pe-
11 tendæ.] Occaſione † autem reſcripti non trahitur reus ad
aliam prouinciã, niſi actor in iudicio in quo reum deducere
vult,ſatiſdederit,certam promittens quantitatem,ſi non exe-
quatur,aut exequens non vincat cauſam. Si ergo poſt tempus
à ſe conſtitutum intra decem dies reo præſente non occur-
rat, dimittitur reus exacto eo quod promiſſum eſt, etſi quid
12 amplius impendiſſe circa litem cum taxatione iudicis iura-
a uerit. Item † denegatur dilatio [a] ei petit in integrum reſti-
tutionem, ſi petat dilationem quæ porrigatur vltra qua

drienniumːreo tamen datur etiam vltrà,& tunc actor gaude-
13 bit eaːvt in prædicta l.petendæ. †Spatium autem dilatorium
indulgetur ſecundum diſtantiam locorum. Nam ſi ex ea pro-
uincia vbi lis agitur.vel perſonæ.vel inſtrumenta poſcentur,
non amplius quàm tres menſes indulgeantur. Si verò ex con-
tinentibus prouinciis:non amplius quàm ſex menſes cuſtodiri
iuſtitia eſt.Continentes autem dicuntur prouinciæ quæ nul-
lo, aut modico freto diſtinguũtur:vt ff. de verborum ſignifica.
l. notionem. §. continentes In tranſmarina autem dilatione
non plus quàm nouem menſes computari oportet: fortè & in
his omnibus minus tempus dari poterit, ſi hoc iudici videbi-
tur. Nec eſt contra quod eſt in authen.vt omnes obed. iud.§.ſi
igitur. quia illa loquitur de induciis quę dantur illi,ex cuius
domo iniquum quid patior, vt veniat ad iudicium: iſta autem
loquitur de iis quæ dantur ratione teſtium,vel inſtrumento-
14 rum. † Indulgentur dilationes à iudice ſedente,vtraque par-
b te præſente [b], & cauſa cognita. Cognitio autem cauſæ non
interpellatione plenaria,id eſt,quæ fiat de plano, vel ſemiple-
nè:ſed conſidente magis iudice colligatur:aliàs dicitur plena-
ria interpellatio quæ fit ſine libello:vt j. de naufrag.l.penult.
& ſi fortè dilationis petitio fuerit improbata, ſuſcepta quæ-
ſtio per ſententiam interlocutoriam iudicis dirimatur: vt l. à
procedente. j.eod. Et eſt notandum quòd illa interlocutoria
ſententia immutari poteſt:vt ff.de re iudi.l. quod iuſsit. & de
arbit.l.dicere ſententiam.Sed ſi non fuerit mutata ſententia,
debet officium iudicis quieſcere, donec petiti temporis effl-
xerint curricula:nec excipiuntur de temporibus dilationum
feriæ repentinæ vel ſolennes:vt infrà eod, l.ſiue pars.

ANNOTATIONES.

a Dilatio. Vide Iaſo.May.in l.admonendi.in lectu.in ii.gl.in tertio in-
tellectu.in ver. tu autem ſubtilius elicere potes ex verbis Bartol.ff. de
iureiuran.

b Parte præſente. Vide ad hoc Bart.in l quod iuſsit.ff de re iudi.Bal.in
l.j.in fi.infrà de temp.app.& in l.cos.§. apoſtolos. de app.do,Alex.de
Imo.in l,Labeo.ff.de iureiuran.& in conſ.xlii.circa fi.in iiii.vol.vbi
habes totam materiam.

De feriis. *Rubrica.*

1 *Feria vnde dicta: quidque his etiam agendum. & nu.5.& 7.*
2 *Feriarum alias eſſe repentinas,alias ſolennes.*
3 *Feriæ ſolennes quibus ex cauſis ſtatui ſoleant.*
4 *Feriæ ſtatutæ ob neceſsitates hominum.*
6 *Feria diebus an,& quando poſsit ius dici.*

DIXIMVS de dilationibus, quæ dantur ab ho-
mine, vel à iudice : nunc audiamus de feriis. Vi-
dendum ergo quare dicantur feriæ, & qualiter
1 diſtinguantur, & quid in eis agi debeat. † Di-
cuntur autem feriæ quaſi foeriæ : quia præſtant vacationem
ab iis,quæ agi conſueuerunt in foro. Ea autem quæ pertinent
ad diſciplinam militarem fortè , vel ſcholaſticam propter li-
berales artes,vel ius ciuile noſtrum,etiam feriatis diebus per-
agenda ſunt. Et intereà etiam cuſtodiarum, id eſt, eorum qui
ſunt in carceris cuſtodia , cognitio eſt adhibenda an habue-
rint victum,vel requiem,an non:vt ff.eod.l.pe.& ſ.de epiſco,
aud.l.iudices, Vel (quod eſt verius) aliud eſt in arte ciuilis iu-
ris, & in qualibet alia in qua eius officiales iubentur ceſſare:
vt j.eo. l.omnes,j.Vel dicũtur feriæ quaſi feſtiuę[Et ſic ſumi-
tur nomen ferię in titulo iſto. Alibi verò dicitur feria quęli-
bet dies ſeptimanæ. quando dicimus prima feria, ſecunda fe-
ria,tertia feria,&c,Et ſic ſumitur extra.de celeb,miſſ.cap.cum
2 creatura. & extra.de treug.& pac.c.j.] † Feriarum aliæ ſunt
repentinæ,aliæ ſolennes.Repentinæ ſunt quas Imperator in-
ducit,vel ob commemorationem hoſtilis,& barbaricæ ſubiu-
gationis,vel quia natus eſt ei filius,vel ob ſimilia. Et iſtę à ſo-
lo principe indicuntur. Si autem alius indixerit, non nomi-
nantur feriæ : ac per hoc ſi nomine eximuntur, etiam fructu
3 carebunt,vt non pręſtent dilationem: vt j.eo.l.à nullo. †So-
lennes autem feriæ aliæ ſtatuuntur ob reuerentiam Dei , aliæ
ob honorem principis,alię ob honores ciuitatum,alię ob ne-
ceſsitates hominum. Ob honorem Dei, vt dies paſchales , &
ſeptem ſequentes , & ſeptem pręcedentes, & dies natalis Do-
mini,& fortè dies circunciſionis:vt arg.ff. eodem.l.pridie Ca-
lendas, qui & dicitur dies calendarum Ianuarij : vt j. eod. l.
omnes.ij. Et dies Epiphaniarum eius, & dies apoſtolicæ paſ-
ſionis : & multò magis puto dies feſtiuos glorioſæ virginis
Mariæ. dies etiam ſolis (quos dominicos ritè dixère maiores)
parem neceſſe eſt habere reuerentiam : qui repetito in ſe cal-
culo reuoluitur , & denominatur dies dominicus à Sole qui
dignior eſt planetarum. Septem enim dies à ſeptem planetis
nomen ſumpſere. Et Sol inter eos primus eſt , & ſummus.
Luna ſecundus, Mars tertius, Mercurius quartus, Amon vel
Iupiter quintus & Venus ſextus, & Saturnus ſeptimus:quem
dicimus diem ſabbati. Sed & dies quadrageſimales (qui pa-
ſchale tempus auſpicio cęremoniarum, id eſt, conſideratione
& obſeruatione ieiuniorum , & contemplatione cœleſtium
anticipant) feriati ſunt quantum ad criminales accuſatio-
nes:vt ſ.eod.l.quadraginta. Ob honorem autem principis ſo-
lennes ſunt ferię dies natiuitatis ſuæ, vel dies principij de im-
perio. Ob honorem ciuitatum ,vel dies natalitij vrbium ma-
ximarum Romæ, & Conſtantinopolis: in quibus debent iu-
4 ra differri , quia & ab ipſis nata ſunt. † Ob neceſsitates au-
tem hominum ſolennes feriæ ſunt gemini vel duo menſes.
Vnus eſt gratia meſsium:alius gratia vindemiarum. Statuun-
tur ergo fructibus decerpendis in æſtate , & in autumno ad
requiem laboris.id eſt, vt quieſcant homines à cauſis cùm la-
borant circa meſſes, vel vindemias. Et ita æſtas & autumnus
dicuntur indulgentior pars anni : quia indulgent infirmita-
ti hominum , concedentes eis ad vitam neceſſaria. Et indi-
cuntur iſti menſes à pręſidibus variis temporibus ſecundum
varietatem terrarum : quia quædam tardius , quædam citius
colligunt meſſes,vel vuas: vt ff.eod.l. pręſides. & de offi.pro-
5 con.l.ſi in aliquam.in prin. † Aguntur autem quolibet tem-
pore feriato ea, quę pertinent ad voluntariam iuriſditionem,
vt emancipationes , & manumiſsiones : vt infra eod. l. actus
a omnes. Item ea quę pertinent [a] ad agriculturam, vel puta-
tionem vinearum , vel foſſuram ipſarum , vel vt ipſę com-
mendentur ſcrobibus : vt infrà eod.l.omnes.j.§. ruri. Item ea,
quæ pertinent ad diſciplinam militarem vt dictum eſt. Item
ea , quæ pertinent ad pacem , & concordiam faciendam : vt
infrà eod.l.vlti. Item quolibet tempore appellari poteſt, ſiue
ſit feria repentina, ſiue ſolennis: vt j.eod.l.j. Item in exercen-
da appellatione ſimilis eſt obſeruantia repentinarum , & ſo-
lennium feriarum, quia in neutris exercetur appellatio: & ta-
men computantur omnes dies : vt j. de temp. appellat.l.ii. §.
pen. Sed nec ſuper aliquibus exercetur contentioſa iuriſdi-
tio. Sed fallit 10 caſibus, quando actio eſt peritura tempore,
vel morte : vt furti , vel damni , atrocium etiam iniuriarum,
de incendio , naufragio, de rapina : & tunc eatenus ius dici-
tur quatenus fiat lit. conteſt. vel executoris conuentio. Li-
beralia quoque iudicia omni tempore expediuntur. Item in
eum qui quid nundinarum nomine acceperit vt impedir en-
tur,vel ne ad eas deferretur frumentum omni tempore ius di-
citur:vt ff.eod.l.j.§. ſed excipiuntur.& l.iij. Item quęſtiones
latronum,& maximè inſignium omni tempore expediuntur,
explorata veritate à conſociis. amicus enim Dei eſt , qui eius
tales inimicos punit:vt j.eodem.l.pen.Item publicę & fiſcales
cauſę,etiam geminis menſibus tractantur. Idémque dicitur in
cauſis piſtorum.Sed iſtę duę vlt. cauſę fortè non tractantur in
6 diebus feriatis ob honorem Dei:vt j.eodem.l.omnes. † Item
b conſenſu partium [b] , geminis menſibus ius dici poteſt: ſi verò
cùm quis abeſſe perſeuerauerit, Prętor pronunciauerit , non
tenebit ſententia:vt ff.eod.l.j.In diebus autem feriatis ob ho-
norem Dei.vel principis,vel ciuitatum prędictarum,non pu-
to aliquid operari conſenſum partium:cùm & qui prohibetur
poſtulare ob reuerentiam prætoris etiam vtraque parte con-
ſentiente,repellatur à poſtulando:vt ff.de poſtu.l.quos prohi-
bet.& arg. ff. de arbit.l.ſi feriatis.in fin. Eſt tamen arg.contra
quod dixi ea, quæ ſunt de voluntaria iuriſditione exerceri
7 etiam in diebus paſchalibus:vt j.eo.l.actus omnes. Sed † hanc
diſtinctionem non puto ſeruari in his cauſis, quæ morte, vel
tempore perituræ ſunt,vt dixi:vel quæ reſpiciunt ad pietatem
maximè

maximè minorum, & debilium perſonarum, vel ipſorum ſu-
ſtentationem, vel conſimilium: vel quæ deſiderāt velocitatem
propter imminentem neceſsitatem. Ergo omni tempore tuto-
res vel curatores dabuntur. Item admonebuntur vt gerant.
Qui volunt ſe excuſare audientur. Alimenta conſtituent: æta-
tes probabuntur: mulier ventris nomine in poſſeſsionem mit-
tetur: creditor iacente hæreditate. Item legatarius & fideicom
miſſarius cauſa rei ſeruandæ, & legatorum in poſſeſsionem
mittetur, ne interim bona pereant. Item pro damno infecto
(quia celeritatem deſiderat: vt ff. de damn. infect. l. j.) fiet miſ-
ſio. Item pro exhibendis teſtamētis (ne præſtetur materia fal-
ſo fabricando: vt ff quemadmo. teſtam. aper. l. j.) fiet cognitio.
Item dabitur curator bonis hæreditariis. Item de alendis libe
ris, parentibus, & patronis cognoſcetur, an inſtitutus hęres ex
Trebelliano cogatur adire, ne interim inſtituto moriente, fi-
deicommiſſum pereat: aut vt ęſtimetur aſpectu atrox iniuria,
aut ne pręſtetur fideicommiſſaria libertas: vt ff. eod. l. ij. In his
enim vel ſimilibus: licet lex prædicta de geminis menſibus lo
quatur: non puto reuerentiam Dei excludere, imò magis indu
cere cauſarum examinationem quæ reſpiciunt ad humanita-
12 tem vel miſericordiam. † Artes autem mechanicæ in geminis
menſibus exercentur, & exerceri conſueuerunt. Secus in aliis
feriatis diebus ob honorem Dei, vel principis, vel duarum ci-
uitatum. vt j. eodem. l. omnes.

ANNOTATIONES.

a Pertinent. Vide Felin. in ca. cum M. Ferrarienſis. col. xix. in ver. tert' concluſio. extra. de conſti.

b Conſenſu partium. Adde Bart. in l. ſi feriatis. ff. de arbi. do. Alexan. in l. pri. ff. de fer. Iac. in l. dies. C. hoc eo. tit. vbi hoc copioſè examinatur.

De iuriſditione omnium iudicum
a & de foro [a] competenti. *Rubrica.*

1 *[Q]Iuriſditio quid ſit.*
2 *Iuriſditionis ſumma diuiſio.*
3 *Iuriſditionum aliam eſſe ordinariam, aliam delegatam: atque ibi qua dicatur ordinaria, qua item delegata.*
4 *Delegatos iudices habere iuriſditionem.*
5 *Intellectus ad l. j. §. vlti. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdi.*
6 *Iuriſditionem ordinariam quandoque conſtitui delegatione.*
7 *Iuriſditionem ordinariam qui dent, & qui delegatam.*
8 *Iuriſditionem ordinariā poſſe priuatorū conſenſu prorogari.*
9 *Iuriſditionem non prorogari ab eis, qui in aliquem iudicem conſentiunt per errorem.*
10 *Iuriſditionis prorogationem fieri aliquando de tempore ad tē-pus: item de re ad rem. nu. ſequenti.*
12 *Delegatam iuriſditionem qui dare poſſint.*
13 *Iuriſditionem aliam eſſe voluntariam, aliam contentioſam.*
14 *Iuriſditionem diuidi in merū, & mixtum imperium: & in eā iuriſditionem, quæ ſtat in generali nomine iuriſditionis.*
15 *Merum imperium quid ſit.*
16 *Merum imperium an poſſit mandari.*
17 *Merum imperium an ſoli principi competat, an etiam magi-ſtratibus, & quibus.*
18 *Mixtum imperium quid ſit.*
19 *Mixti imperij exempla aliquot.*
20 *Mixtum imperium an cōpetat magiſtratibus municipalibus.*
21 *Magiſtratibus iure competere qui dicantur.*
22 *Forum quid ſit, & vnde dicatur.*
23 *Forum qua conſideratione quis ſortiatur.*
24 *Domicilium vbi quis cenſeatur habere.*
25 *Forum ſortitur quis ratione contractus. & an id ſit perpetuū. num ſequen.*
27 *Manumiſſum ſortiri forum manumittentis.*
28 *Forum ſortitur quis ratione originis propria vel paternæ: atque ibi quomodo id ſit intelligendum.*
29 *Forum ſortitur quis ratione dignitatis vel militiæ.*
30 *Pœna an, & quando eximat aliquem à ſuo foro, vel domicilio.*
31 *Actio competens contra deportatum vel damnatum in metallū contra quos detur.*
32 *Mulier ſortitur forum mariti.*
33 *Actionem realem ibi debere intendi vbi res ſint.*

[Q]VONIAM iudicia ratione iuriſditionis
exercentur, & tractantur, ideo apponit de
iuriſditione omnium iudicum, id eſt, de iuriſ
ditione quæ competit ſingulis iudicibus: quę
quidem iuriſditio: quia vnicuique iudici at-
tribuitur per legem ſecundum diſtinctionē
territorij apponit de foro competenti: quia forum cenſetur
ſecundum territorij fines: vt ff. de verborum ſignifica. l. pupil-
lus. §. territoriū. Videamus ergo in primis, quid ſit iuriſdi-
tio: & qualiter diſtinguatur, & poſtea dicemus de foro quid
1 ipſum ſit, & qualiter quis ſortiatur forum. † Eſt autem iu-
riſditio poteſtas de publico introducta cum neceſsitate iuris
dicendi, & æquitatis ſtatuendæ: non autem eſt definitio iuriſ-
ditionis, quæ legitur ff. eod. l. iij. §. vltimo. Quod enim ibi
dicit iuriſditio eſt. q. d. de iuriſditione eſt etiam iudicis dandi
licentia. Nam (vt ait Irner.) nō definit genus, ſed generis præ-
dicationem, vel nomen ſpeciei ponit. Dicitur autem iuriſdi-
tio à ditione, quod eſt poteſtas, & iure, quaſi dicat, legitima
2 poteſtas. † Diuiditur autem iuriſditio: quia alia plenisſima
eſt, & ea eſt in ſolo principe. alia eſt minus plena, & ea eſt in
cæteris magiſtratibus. Magiſtratus tamen cæteri etiam di-
cuntur plenisſimam habere reſpectu inferiorum ſe, vel poſt
principem: vt ff. de officio proconſul. l. ſi in aliquam. §. vltim.
3 & l. ideo. Item † & alia eſt ordinaria, alia delegata. Ordina-
ria eſt ea, quæ datur à principe: non in vna cauſa, vel duabus,
vel etiam decem: ſed vniuerſaliter in omnibus cauſis, quas mo
ueri contigerit in ciuitate illa, vel villa, vel caſtro. Delegata
verò eſt quæ à principe, vel quolibet ordinario committitur
4 in ſingularibus cauſis. † Nam & delegati dicuntur habere
iuriſditionem: vt probatur ff. eod. l. more. [aliàs, l. & quia.]
Nec obſtat quod legitur ff. de re iudica. l. ait prætor. Nam ver
bum notionis, quod ibi ponitur reſpectu arbitri cōpromiſ-
ſarij ponitur, non reſpectu iudicis delegati: licet quidam ibi
5 notauerint contrarium. † Item non obſtat, quod legitur ff.
de officio eius cui manda. eſt iuriſ. l. j. §. vltimo. qui mandatā
iuriſditionem ſuſcepit proprium nihil habet. Dicitur enim
non habere proprium improprìè, eo quod propter reuocatio-
nem cito amittere poteſt: argu. vt infrà, communia de lega. l.
vltima. §. ſed quia. & ff. de iudic. l. iudicium ſoluitur. Vel non
habet proprium aliquid, quod ſit ordinarium, habet tamen
delegatum, vel demandatum: quia & in eodem. §. dicitur iu-
riſditionem transferri ad delegatum. Delegata autem iuriſ-
ditio in prædicto § dicitur mandata, & ita ponitur in l. ij. iij.
& vltim. & ita mandata, & delegata iuriſditio idem eſt. Or-
dinaria autem dicitur, quia & lex dicit poteſtates ordinarias:
vt ſuprà, de officio rect. prouinc. l. qui ordinariam. & de mo-
6 do mul. l. eos. Sed † illud no. quòd ordinaria quandoque dici-
tur conſtitui delegatione: quia ordinarius dicitur legatus,
delegatus, vel præſes prouinciæ, quia ei delegantur prouin-
ciæ: vt ff. de officio proconſul. l. legatus. Vel dic. quòd ordi-
b narius [b] dicitur delegatus: quia ei mandatur, vel delegatur, vel
tribuitur iuriſditio per ſe: vt ff. de officio eius cui manda. eſt
iuriſdi. l. j. primo reſponſo. Et ita delegatus à lege inanimata,
vel animata. i. à principe viuente: vt j. auth. de conſulibus. §.
vlt. eſt ordinarius: niſi ad vnam cauſam delegaretur: & tunc
etiam habetur vice ordinarij quantum ad hoc, quia alteri de-
legat: vt ſ. de iudic. l. à iudice. Delegatus autem ab homine
7 non eſt ordinarius. † Et huic diuiſioni ſubijciamus qui dent
ordinariam, vel delegatam iuriſditionem. Dat autem (vt ex
prædictis liquet) ordinariam Imperator. ſacrilegij enim eſt
inſtar dubitare, an is dignus ſit, quem elegerit princeps: vt j.
de cri. ſacril. l. vlt. Sed & aliàs Imperator præfecto vrbis com
mittit vrbem: vt ff. de offi. præf. vrb. l. j. § cum vrbem. Sed &
quilibet ordinarius in ſacramento, quòd iurat vt purum ex-
hibeat ſeruitium principi, eiúſque coniugi: adijcit, occaſione
traditæ mihi ab eorum pietate adminiſtrationis: vt infrà au-
then. iuſiurandum, quod præſ. colla. iii. Item dat iuriſditio-
nem ordinariam vniuerſorum conſenſus: licet confirmatione
indigeat præfecti præto. vt in auth. de defen. ciuita. §. interim
illud. ſciendum eſt. Item, quòd exerceat aliquam negociatio-
nem, vel profeſsionem. Item cōſenſus eorum, qui ſunt de ea-
dem profeſsione, vel negotiatione iudicem poſſunt facere

ordinarium, adeò vt non poſsit declinari ab iis qui ſunt de
eadem profeſsione, vel negotiatione: vt j.eod.l.vltima. Priua
torum autem ſingulorum, duorum, vel trium, vel etiam plu-
rium ex quibus non conſtituitur vniuerſitas: vel ciuitatis,
vel caſtri, vel villæ, vel burgi, vel congregatio profeſsionis,
vel negotiationis conſenſus non inſtituit, nec facit iudicem:
8 vt j.eod.l.priuatorum. †Poteſt tamen priuatorum c conſen-
c ſus iuriſditionem ordinariam alicuius prorogare, quæ pro-
rogatio fit de perſonis ad perſonas: vt cum aliqui inter ſe liti-
gantes ſcientes ſe non eſſe ſubiectos iuriſditioni alicuius,
qui inter alios eſt ordinarius. Non diſtinguo an iudex cōſen-
tiat partibus, an non. Item non diſtinguo, præſit tribunali, an
non, id eſt, habeat merum imperium, vel non: Conſentiunt ta
men in eum vt inter eos poſsit cognoſcere ac iudicare: vt j.
eod.l.j.& tunc ex conſenſu & aditione ad eum facta, videtur
eius prorogari iuriſditio: vt ff.eod.l.ſi conuenerit. Aditionem
autem intelligunt quidā ſimpliciter, ſcilicet vt vel recipiat li-
bellum, vel alteri offerat: ſed Ioan. intelligebat eam, quam ſe-
quitur litis conteſtatio.ff.ſolu.matri.l.ſi cùm dotem.§.eo tē-
9 pore. Si autem† actor, & reus errantes conſentiunt in eum,
putantes eum eſſe ſuum ordinarium, non eſt eius iuriſditio:
quia nihil eſt tam contrarium conſenſui, quam error, qui im-
peritiam detegit: vt ff.eod.l.ſi per errorem. & ff.de iudi.l.j.&
ij. Nec diſtinguo errauerit in iure, vel in facto: nam d.l.ij. ff.
de iudic ponit primùm de errore iuris. demum de errore fa-
cti. Item nec diſtinguo errauerit vterque, an alter tantum.
Sic enim pluraliter locuta eſt lex Iulia Iudiciorum. Si quid
contingat quo minus conueniatur inter priuatos, non erit
ratum iudicium. Quidam tamen diſtinxerunt, erret actor,
an reus: ſi actor, & non reus, quia forum ex rei metimur per-
ſona, tenebit iudicium. Secus ſi reus erret, & non actor. Sed
prima opinio videtur verior: quia vtrunque conſentire opor
10 tet, vt dictum eſt. †Item fit prorogatio de tempore ad tem-
pus: vt cum inter aliquos iudex delegatus eſt ad tempus, &
ipſi ante tempus conſentiunt in eum: vt elapſo tempore co-
gnoſcat, & definiat quod facere poſſunt iudice conſentien-
te, niſi per delegantem prohibitum fuerit tempora proroga-
11 ri: vt ff.de iudic.l.ij.§.ſed & ſi iudex. Item† fit prorogatio de
re ad rem: vt cùm iudex datus eſt vſque ad certam ſummam,
vel vſque ad certam quantitatem, iudicare poteſt ex ſua iuriſ-
ditione: vt defenſor ciuitatis vſque ad trecentos ſolidos, &
conſentiunt in eum, vt de re cognoſcat: vt ff. de iudi. l. de qua
re.§.·.& in authen. de defenſ.ciuita.§.& iudicare. Prædictam
autem prorogationem de perſonis ad perſonas in omni cau-
ſa indiſtinctè puto locum habere apud eum tantùm qui ha-
bet merum imperium, vel miſtum. Nam ſi non habeat merū
imperium, vel miſtum, non puto quòd partes ſuo conſenſu
poſsint ei deputare cauſas excellentiores, quæ ſui excellentia
deputatæ ſunt maioribus tātùm, præter [aliàs puta] eas quæ
ſunt vltra trecentos aureos: vt ſuprà dixi in prorogatione.
Et ideo nec illæ per delegationem poſſunt transferri: vt in-
frà, vbi cau. fiſc.l.j.& ij. & ſuprà de pedan. iud. l. placet. &
12 ff.de offic.eius cui manda.eſt iuriſdi.l.j. †Delegatam autem
iuriſditionem dant omnes illi, qui dant ordinariam. Item
& alij: nam quilibet ordinarius dat delegatam: delegatus au-
tem ſi quidem poſt litem conteſtatam ante ſe delegare velit,
* fortè poteſt: *ſicut & procurator procuratorem conſtituit
poſt litem conteſtatam: nam delegatus ſimilis dicitur cæteris
mandatis: vt ff.eodem l.& ideo. in fine. & ſuprà de procura-
torib.l.neque. Si verò deleget ante litem conteſtatam: ſi qui-
dem delegatus erat ipſe à principe, vel à proconſule, poteſt:
vt ſuprà de iudi.l.à iudice.& ff.de iudic.l.cùm prætor.§.j. &
de offic.proconſul.l.legatus. Nec obſtat quod legitur in au-
then.vt defunc.ſeu funera.cor.§.vlt. quia ſi delegatus à prin
cipe retenta ſibi ſententia velit cognitionem alteri delegare,
non poteſt. ſicut nec poteſt iudex appellationis: licet id poſ-
ſit adminiſtrator. Si verò cognitionem & ſententiam ex to-
to vellet committere, poteſt: vt dixi. Vbi autem delegatus
non eſt à principe. vel proconſule, alteri non delegabit ante
litem conteſtatam: niſi fortè delegatus eſſet ad vniuerſita-
tem cauſarum: & ita vniuerſa iuriſditio eſſet ei commiſſa: &
vellet delegare vnam cauſam iuriſditionis: videtur enim
quòd liceat, cùm ſub vniuerſitate, & licentia iuriſditionis cō-
tineatur etiam iudicis dandi licentia: vt ff. eodem l. iij.
13 † Item iuriſditio alia voluntaria, alia contentioſa. Volunta-
riam quis exercet, etiam antequàm ingrediatur prouinciam
ſibi decretam, ſed non ita in contentioſa: vt ff.de adoptionib.
l.emancipari.§.j.ff.eodem, l.vltima. [Et certè dicitur volun-
taria, quæ exercetur inter volentes, vt emancipatio, adoptio,
& ſimilia, vt ff.de adoptionib.l.ij.in princip. & infrà, de emā
cipa.l.nec auus. Contentioſa eſt, quæ redditur in inuitos: vt
cum quid petitur ab aliquo: quia iudicium redditur in inui-
tum.ff. de verbo.obligationib.inter ſtipulantem. §. primo.]
14 †Poteſt & alia diuiſio iuriſditionis fieri: quia alia eſt me-
rum imperium, alia miſtum, alia dicitur modica coërcitio,
quæ etiam dicitur miſtum imperium: vt ff. de offic. eius cui
man.eſt iu. l.vlt.§.vlt. alia ſtat in nomine generali, quod ipſa
ſibi aſſumit: vt dicitur in adoptione: vt ff. de adopt. l. j. §. 10
duas. ſcilicet, vt ponatur pro his tantum, quæ iure magiſtra-
tus competunt, & delegari poſſunt: & ita ponitur. ff. de offi.
eius cui man.eſt iur.l.j.§.vlt.& ff.eo.l.iubere. Quod autē no-
mine iuriſditionis contineatur merum imperium, probatur
ff.de offi.eius cui man.eſt iu.l.j. Sic enim dicit. Et ideo vidētur
errare magiſtratus, qui cum habeant publici iudicij exercita-
tionem, iuriſditionem ſuam mandant. Si enim mandato iuriſ
ditionis non contineretur merum imperium, ergo errare nō
dicerentur. Et ad idem poteſt induci princip.l.ij. eiuſdem tit.
☞ de offic.eius cui mand. mandata iuriſditione à præſide conſi-
* lium* non poteſt exercere is, cui mandatur, id eſt, authorita-
tem minori xx. annis præſtare vt manumittat: quia hoc deſi-
derat cauſæ cognitionem: vt Inſtit.quibus ex cau. ma. non.§.
d eadem lege.& ita patet, quòd iuriſditio genus eſt: merum
15 †autem imperium eſt habere gladij poteſtatem animaduer-
tendi in facinoroſos homines. quod etiam poteſtas appella-
tur: vt ff.eo.l.iij.& verbum quidem animaduertendi, ſpecia-
liter mortem ſignificat. Dicitur enim animaduertere, qui ver-
tit alij animam (ſed tamen idem eſt) & dicitur merum impe-
rium ſi quis libertatem, vel etiam ciuitatē adimat. Quolibet
enim iſtorum trium capitalis pœna dicitur imponi: vt ff. de
16 publi.iud.l.ij. Hoc† tamen tale imperium non demandatur a-
licui, etiam ad agnoſcendum: niſi cum præſes cœperit abeſſe:
& tunc fortè demandabitur quantum ad cognitionem tan-
tùm, non definitionem capitalis cauſæ, vel membri abſciſsio-
nem: vt ff.de offi.eius cui man.eſt iuriſ.l.j.& in auth.de col. §.
prohibemus. Sed contra eſt argu.ī.de offic.eius qui vices ali.
iu.ge.l.ij. Sed excipitur in legato procōſulis, cui cognitio cu-
iuſlibet criminis non etiam definitio mandatur: vt ff.de offic.
proconſul.l.ſolet.j.reſpō.& §.ſed hoc genus.& l.ſi quid. Am
plius & ipſe remouet ſuſpectum tutorem: licet alius tantùm
de remouendo cognoſcat: vt ff.ad Turpil.l.j.§.ſuſpecti. & de
17 ſuſpect.tut.l.j.§.an autem.† Hoc merum imperium ſoli prin-
e cipi e competere, & eum ſolum habere quidam dicunt. Dici-
f túrque in eo merum imperium f, eo quòd purè & ſine alicu-
ius prælatura [vel potius miſtura] habet: Sed certè etiam ſub-
limes magiſtratus habent merum imperium, vt videtur nota-
ri.ff.de iudicijs.l.j.ſi bona eſt definitio legis quam diximus.
Nam & præſides prouinciarum habent ius gladij: vt ff.de of-
ff.præſi.d.l.illicitas §.qui vniuerſas. magiſtratus verò muni-
cipales non habent: vt ff.eod.l.magiſtratibus. Plenā ergo, vel
pleniſsimam iuriſditionem ſoli principi competere dico: cùm
lege Hortenſia populus ei, & in eum omne imperium & om-
nem poteſtatē tranſtulerit: vt Inſti.de iure natu.§.ſed & quod
principi.vt ipſe ſolus ſtatuere generalem poſsit æquitatē: vt
C.de legi.& conſt.l.j.quod innuit iuriſditionis definitio: ſic
enim dicit, æquitatis ſtatuendæ. Concedo tamen quòd quili-
bet magiſtratus in ſua ciuitate ius nouum ſtatuere poteſt: vt
ff.quod quiſq; iuris in alte.ſta.l.j.ſed merū imperiū etiā aliis
ſublimioribus poteſtatibus competere dico: licet ob hoc ami
• ſerim equum, ſed non fuit æquum. Dicitúrq; merū eo • quòd
purum eſt, id eſt, ſeparatū ab omni pecuniaria controuerſia:
corporis enim vel animæ vel ciuitatis, vel libertatis, vt dictū
18 eſt. continet verſionem.† Miſtum verò imperiū quidam ap-
☞ pellāt modicā coërcitionem, vt Hog. Dicitúrq; miſtum ſicut
ipſe dicebat, nō quaſi ex vtroq; id eſt, mero & iuriſditione mi-
ſtum

ſtum. ſed quia ita inhæret iuriſditioni, & iuriſditio ei, vt neu-
trum poſſet eſſe ſine altero: vt ff. de offic. eius cui mand. eſt iur.
l. vlti. §. vlti. Sed mihi videtur eſſe quod ipſe apertè negauit. &
dominus Iane. voluiſſe videtur. ſcripſit enim: cõmune & quaſi
de diuerſis miſtum. & ego idem dico, & puto vt ideo etiam
dicatur miſtum. Supponamus ergo aliqua exempla. Et primò
19 † occurrit exemplum bonorum poſſeſsionis ex teſtamento,
vel ab inteſtato delatæ, & quę ius tribuit. Nam ipſa hoc mu-
tuatur ab imperio, ne demãdetur: quia cauſæ cognitionem
deſyderat: vt ff. quis or. in bono. poſſeſſ. l. ij. §. dies. & ff. de reg.
iuris. l. omnia. Quædam verò mutuatur à iuriſditione: quia ſi-
cut ipſa pro pecuniario commodo exercetur, ita & bonorum
poſſeſsio decernitur, vel agnoſcitur: nec corporis ſubuerſio-
nem quærit: & hoc exemplum ponitur ff. eod. l. tertia. Idem
poni poteſt & in decreto, ſuper rebus minorum alienandis in-
terponẽdo: vt ff. de offi. eius cui mãd. eſt iuriſd. l. ij. §. j. Idemq;
& in decreto interponendo ſuper tranſactione alimentorum:
vt ff. de tranſactio. l. cùm hi. §. ſed nec mandare. Et (vt genera-
lius dicam) omnia quæcunq; magiſtratui, lege, vel cõſtitutio-
nibus, vel ſenatuſconſulto ſpecialiter committuntur, id eſt,
excellentiæ cauſa: quia de maioribus ſunt, nec in animaduer-
tendo conſiſtunt, miſti imperij ſunt, iiſdem rationibus, quas
dixi. Idemque dico & in tutelæ datione: ſi pupilli facultates
ſunt magnæ, id eſt, vltra quingentos ſolidos: tunc enim eam
nulli committit præſes, vt ff. de tut. & curatorib. datis ab his.
l. nec mandante. Si verò ſint infrà quingentos ſolidos, magi-
ſtratus municipalis vnà cum epiſcopo dare poterit tutorem:
vt Inſtitut. de Atilia tut. §. penult. Idemq; erat olim in cauſa
in integrum reſtit. vt ff. ad municip. l. ea quæ. Sed in ea hodie
20 corrigitur: vt ſuprà, vbi & apud quem. l. vlt. † Porrò miſtum
imperium ſecundum nos non competit magiſtratibus muni-
cipalibus. Sed ſecundum alios, qui ipſum appellant, modicam
coercitionem competit: vt ff. eod. l. magiſtratibus. Si verò ob-
iicias de eo, quod dicitur ff. eod. l. j. Ius dicentis officium latiſ-
ſimum eſt: quia facit ea, quę diximus eſſe miſti imperij. Reſpon
deo, eſt intelligendum vt ait Irner. de officio conſiſtente in mi
ſto imperio, & iuriſditione: vel de eo qui dicit ius eſſe in cri-
minali cauſa, & ciuili: non ciuili tantùm. Inde etiam eſt quòd
non dixit officium iudicis: ſed officium ius dicentis, non cre-
dens eum loqui de officio cuiuſlibet iudicis quod exercet in
definienda cauſa: ſed de officio quod ratione iuriſditionis, &
meri imperij habet, quod ſe extendit ad multa. Cùm verò no-
men iuriſditionis ſupponit, pro his tantùm quæ competunt
iure magiſtratus, delegari poteſt: vt ff. de offic. eius cui man.
21 eſt iuriſdi. l. j. † Dicuntur autem ea magiſtratus iure compe
tere, quæ quis haberet hoc ipſo, quòd magiſtratus eſſet mini-
mus: puta villæ, vel caſtri, vel ciuitatis: vt ecce. poteſt authori-
tatem præſtare maioribus manumittere volẽtibus, adoptio-
nes, & emancipationes, publicationes teſtium, vel inſtrumen-
torum permittere, cauſas pecuniarias audire, vſque ad trecen
tos ſolidos: vt in authen. de defen. ciui. §. ſed neque etiam. §. ex
prouinciali. & §. audient quoque. & ſ. de magiſt. mut. l. ij.
22 † Nunc videamus de foro quid ipſum ſit, & quibus modis
ipſum quis ſortiatur. Poteſt autem dici forum ipſe locus, vbi
reddi conſueuit ius. Idémque appellatur prętorium. Item di-
citur ius: vt ff. de iuſtitia & iure. l. penulti. Tribunal autem di-
citur maiorum iudicum, qui habent merum imperium: vt vi-
detur notari. ff. de iudi. l. j & ſuprà, vbi & apud quem. l. vlti.
Dicitúrque forum fortè ſimilitudinariè: quia ſicut forum vo
catur locus in quem multitudo hominum conuenit, multas
res inferentes, & deferentes, & referentes, vendendi, emendi,
vel permutandi cauſa: ita & forum dicitur locus in quẽ mul-
titudo hominum conuenit inducentium cauſas, & lites, & va
rias quæſtiones, cognoſcendi, & definiendi cauſa: vel forte di
citur forum ipſum territorium, vt dixi, vel diſtrictum ciuita-
tis, quaſi fodrum, eo quòd qui ſunt de diſtrictu ad fodra vel
ad munera, vel angaria, vel parangaria compelluntur. Sed &
à ferendo dici poteſt, id eſt, à ſuſtinendo, eo quòd munera
ſubeunt. Et diximus forum fori in neutro genere. Forus au-
tem ponitur pro burſa. Sed & fori nauium dicuntur: & de eis
(vt ait Placent.) ſedilia iudicantium conficiuntur: Et fortè
23 ideo dicitur forum. † Sortitur autem quis forum ex conſi-
deratione loci generalis, vel vniuerſalis, id eſt, qui vniuerſorũ
eſt: vt ecce, Roma communis patria eſt l. Roma. ff. ad muni-
cip. vnde quilibet ibi conueniri poteſt: niſi prætendat priui-
legium legationis. Legati enim habent ius reuocandi do-
mum, interim dum ſunt in legatione, niſi ibidem contraxe-
rint tempore legationis: vt ff. de iudi. l. ij. §. legatis. Quod in
legatis dixi, ſerua in quolibet qui iuſta & neceſſaria cauſa Ro
mam profectus eſt: puta cauſa teſtimonij ferendi, vel appella-
tionis exercendæ, vel ſimili cauſa. Hic ſecus: quia iſti reuocan
di domum ius habent, ita demum, ſi Romæ non contraxerint
quandocunque ex aliquo contractu conueniuntur: vt ff. de iu
24 dic. l. j. §. legatis. † Item ſortitur quis forum ratione [g] domi-
g cilij. Eſt autem domicilium, vbi quis ſummam rerum, ac for
tunarum ſuarum ſedem conſtituit: vnde rurſum non ſit diſ-
ceſſurus, ſi nihil auocet: vt cum profectus eſt à loco, peregri-
nari videtur: ad quem vbi rediit, peregrinari iam deſiit: vt ſ.
de incol. l. ciues. & hoc domicilium paterfa. & filiusfa. conſti-
tuere poſſunt: non vbicunque pater habuerit, ſed vbicunque
ipſe domicilium conſtituit. Et poteſt quis habere domiciliũ
in vno loco, vel in pluribus. in pluribus ex eo, quòd negotie-
tur. Poteſt etiam eſſe quis ſine domicilio: vt ſi relicto domi-
cilio nauiget, vel iter faciat, quærens quò ſe conferat, atque
vbi ſedes conſtituat. Nam hic interim ſine domicilio eſt. vt
ff. ad munici. l. placet. & l. non vtique. & l. Labeo. & l. aſſum-
25 ptio. §. pen. & l. eius. † Item ſortitur quis forum ratione cõ-
h tractus [h], ita vt nomen contractus largiſsimè ponatur pro o-
mni pacto vel quaſi contractu: vt ſi quis geſſerit alterius ne-
gotia, vel tutelam. Item ponatur pro delicto, vel quaſi. Quod
autem dixi in contractu, exaudi, in quo contraxit vel conſti-
tuit, non dico iure domicilij tantùm, ſed tabernam, vel pergu
lam, vel horreum, vel armarium habens. Namque vbi quis cõ
parauit à mercatore aduena, vel ei vendiderit quem ſcit inde
confeſtim profecturum, duriſsimum eſt ſe tot locis defende-
re, quot nauigans vel iter faciens delatus eſt: vt ff. de iudi. l. hæ
26 res. §. j. & l. omnem. & l. interdum. §. vlti. † Item quod de cõ
tractu dictum eſt, intelligũt quidam, ſi ille qui contraxit ibi-
dem inueniatur. vt continetur in prin. prædictæ legis hæ-
res abſens. Ego puto idem eſſe, ſi ibi non inueniatur, ſed alibi
ſit latitandi cauſa. Nam & mulcta poterit ei indici, ſi non ve-
niat: & ad locum contractus poterit tranſmitti: ſicut & in cri
minibus dicitur, cùm & puniẽtur per auth. vt omnes obed.
iud. §. hæc conſiderantes. & in delictis hoc dicitur in auth. vt
nulli iudi. §. ſi verò quis. & idem vbi conuenitur quis pro ra-
tiocinijs magiſtratus: vt j. vbi de ratioci. agi oportet. l. vl. Item
& vbicunque certæ perſonæ cognitio mãdatur præſidi: vt j.
ne liceat poten. l. j. & j. vbi quis de cur. vel cohorta. aliáve cõ-
di. l. vlti. Si verò alibi non eſt latitandi cauſa. ſed fortè quia a-
libi habet domicilium: vocari quidem poteſt à iudice de foro
contractus: ſi tamen vocatus non veniat, iudex fori contra-
ctus: mittet actorẽ in poſſeſsionẽ rerũ, quas vocatus habet in
illo foro: vt ff. de iudi. l. hæres abſens. §. j. Item in quodã quaſi
contractu, vbi ille qui agit certat de lucro, reperio fallere prę
dictam regulam: vt ecce, hæres Romæ adiit hæreditatem: &
ideo cum legatarijs videtur contrahere, ſed tamen ibi non ha
bet neceſſe reſpondere. ſi tamen legatarij petant ſibi ibi ſa-
tiſdare & non ſatiſdetur eis, mittuntur in poſſeſsionem rerũ
hæreditariarum: vt ff. de iudic. l. de eo. & l. quid enim & l. ſed
& ſi reſtituatur. De criminibus autem plenè dicemus j. vbi de
27 crimine agi opor. † Item ſortitur quis forum per manumiſ-
ſionem, hoc eſt, vt manumiſſus dicatur eiuſdem fori, cuius eſt
manumittẽs, ratione originis ſuæ, vel fortè domicilij: vt ſub-
audiatur tantum in illa l. eius. in ff. ad munici. vt ff. eod. tit. l.
aſſumptio. §. vlt. & l. ſi quis à pluribus. & j. de munici. & orig.
28 l. ij. † Item ſortitur quis forũ ratione originis proprię, vel pa-
ternæ, vt ab illo voluntate ſua ſe non poſsit eximere: vt j. de
municip. & orig. l. antepen. & penul. & vlti. & ff. ad municip.
l. aſſumptio. primo reſpon. & §. j. Et not. quòd non ſequor o-
riginem patris mei, quam habuit ex parte patris ſui. Sic enim
oporteret nos quærere locum, vbi natus eſt Adam: hic eſt, vt
dicunt, ager Damaſcenus. Sed ſequor originem patris mei
proprij, id eſt, quam habuit origine ſua: ſed hic fortè caſus de
de origine mea, & alius de paterna, & tertius de manumiſsio-

ne non faciunt aliquem municipem,quãtum ad munera, vel
quantum ad hoc vt ibidem conueniatur:ſed quantum ad ho-
nores,vel quantum ad tutelas quas in locis illis habet neceſſe
agnoſcere:ſicut & dicitur in municipe,qui tranſlatus eſt ad
ſenatoriam dignitatem, vt quantum ad munera deſinat eſſe
municeps:vt ff.ad munic.l.municipes.& j.vbi petantur. tut.
vel curat.l.j.Vel fortè ſpeciale eſt propter ſenatoriam digni-
tatem:vt liberetur à muneribus municipij ſui. Alioquin ad
munera eſſet compellendus:niſi alibi conſtiterit ſe habere do
micilium:vt in prædicta l.antepenul.j.de municip. & origi.
29 †Item ſortitur quis forum ratione militiæ,& dignitatis.mi-
les enim domicilium habet vbi inhæret,ſi nihil in patria poſ
ſideat. Item ſenatores in vrbe dignitatis domicilium habere
videntur:vt ff.ad municip.l.municipes.§.vltimo.& j.de inco
30 lis.l.ſenatores.†Pœna autem non eximit relegatum à foro,
vel loco,ſeu domicilio:vnde arcetur per pœnam:vt ff.ad mu
31 nicip.l.eius.§.vlti.deportati†autem,vel damnati in metallum
pro mortuis reputantur:& à nemine poſſunt conueniri:cùm
ciuitatem amiſerint.datur autem actio in eos ad quos bona
eorum peruenerunt:vt ff.de bo.poſſ.contra tabu.l.j.§.vlti. &
de interdic.& releg.l.relegatorum. & de capit. dimin.l. ij.
32 †Item & mulier ratione matrimonij.ſi contraxit matrimo
nium de iure,ſortitur forum mariti:vt j.de incolis.l.vlt.& ff.
ad municip.l.ea quæ.& l.de iure.§.vlti.Sed & ratione ordi-
nis clericatus,vel ſtudij ſcholaſtici.ſortitur quis forum, vel
epiſcopi.vel doctoris ſui:vt ſ.de epiſco.& cler.auth.clericus.
& in proœ.Digeſtorum,& §.vlt.Sed & curſu temporis ſcho
lares.qui alicubi morantur,& decem annis tranſactis eo lo-
co ſedes ſibi conſtituerunt,ibidem creduntur habere domici-
33 lium:vt j.de incolis.l.ij. † Item ratione poſſeſſionis ſortitur
quis forum, vt ibi reali conueniatur actione , vbi res conſti-
tutæ ſunt, propter quas contenditur : vt j. vbi in rem actio.l.
vlt.quod quibuſdam placuit admittere circa immobilia tan-
tùm:lex tamen prædicta loquitur indiſtinctè, & alia ff.de iu-
dic.l.quod legatur.§.ſi autem.

ANNOTATIONES.

a Foro.Vide Pau.de Caſtr.hic,qui refert ſe aliàs feciſſe verecundiam pedum in ſuo examine.
b Ordinarius,Vide Bart.& ſcribentes circa iſta omnia hic allegata per Azo.in l.more.ff.de iuriſdi.omnium iudi.
c Priuatorum.Vide Panor.& Moder.late de hoc multa allegãtes in ca.p.& g.de officio delega.
* Poteſt.Vide Zazium in l.more ff.eodem.
* Conſilium.Vide Alc.lib.j.cap.xli.Parteg.
d Iuriſdictio.Vide declarationem quam Bart.facit in l.j.in j.col.in fine.cum ſeq.ff.de iuriſdictio.omnium iudi.
e Soli principi.Adde ad huius concluſionis materiam Bar,in l.imperiũ.ff.de iuriſ.omn.iud.Bald.in l.j.C.vbi de cri.agi.opor.domi.Alexan.de Imol.copioſe in l.j.ff.de offi.eius.& in l.iii.& hoc eod.tit. vbi de hoc late.
f Imperium.Adde quòd merum eſt illud,quod eſt purum & ſimplex & cum nullo alio miſtum.l.qui res.§.mihi romæ.cum glo.parua,in ver,merum.ff.de ſol.vide Iaſo.in l.imperium.ver,venio ad materiam me-ri imperii.ff.de iuriſdictione omnium iudi.
* Merum,co.Vide Zazium in l.imperium.ff.de iuriſdi.& Cantiune.lib.ii.cap.vi.de offic.iudic.
* Demandetur.Iure canonico non ciuili meri & miſti imperii committi poſſunt Bolog.in interro.d.l.imperium.ff.de iuriſd.omn.
* Forum.Vide Alc.lib j cap.xxiii.Diſpunct.
* Roma.Vide Alc.lib.ii.Diſp.cap.xxi.
g Ratione.Vide Panor.& ſcribentes in c.ſi.de foro compe.
h Contractus.Adde ad huius concluſionis reſolutionem Bart.in l.cum quædam puella.in prin.ff.de iuriſd.omn.iud.& vide Lap.allega.x.do.Alex.in l.ũ hæres abſens.§.ſi quis tutelam.de iudi.& vide do. Bartol.Soci.in regula.cxcix. cxxviii.& reg.cccexxxvii.char.lx.qui ponit ad iſtam concluſionem multas fallentias quas videre poteris.

Quando Imperator inter pupillos,& viduas, & miſerabiles perſonas cognoſcat, & ne exhibeantur. *Rubrica.*

1 *Pupilli,vidua quid à principe impetrare poſsint.*
2 *Specialia eſſe contra ius commune.*
3 *Reſcriptum impetratum contra pupillos & viduas,quando,*
& an non valeat.
4 *Pupillus quis.*
5 *Vidua quæ.*
6 *Miſerabiles perſonæ.*

DICTVM eſt ſuprà aliquem inuitum eſſe cõue-
niẽdum apud iudicem ſuũ de cuius foro eſt. Item
aliquẽ poſſe cõueniri apud extraordinarium iu-
dicẽ ratione priuilegij:vt ſ. de dilationib.l.ij.nũc
1 ponit,qualiter quilibet iſtorũ patiatur exceptionem. †Ecce
2 enim, ſi pupilli & viduæ aliiq; fortunæ iniuria miſerabiles à
principe poſtulauerint beneficium,maximè cùm alicuius po
tentiam perhorreſcunt , vt alius reſpondeat eis ſub principe,
vel fortè vt conueniatur ſub principe tantùm,eorum aduer-
ſarij examini principis coguntur ſe repræſentare.Ita licet hic
pupillis & ſimilibus recuſare iudicem ordinarium : quod nõ
permittitur aliis licet poſſet petere aſſociari ſuſpecto iudici
archiepiſcopum : ſuprà,de iudiciis.authent. ſi vero contige-
rit. Item & aliàs contingit in muliere,ad cuius nuptias aſpi-
rat Poteſtas eius loci:vt infrà ſi quacunq; præditus poteſtate
l.j.ſi ergo iſta ſpecialia ſunt , ergo de iure communi non licet
2 recuſare iudicem ordinarium:quia † ſpecialia ſunt non de iu
re communi,imò contra : vt probatur ff. ad municip.l.prima:
& de condi.inſtit.l.verba. & de legatis primo.l. ſi quando. &
3 j.de theſau.l.prima.libro decimo.Et econtra, † ſi contra præ
dictas perſonas quis à principe impetrauit reſcriptum, vt eas
apud Imperatorem conueniat,vel fortè apud iudicem extra-
ordinarium,poſsit conuenire,non tenebit reſcriptum:neque
ipſe compellitur à iudice delegato copiam facere , vel comi-
tatui principis,vel iudicis delegati, imò intra prouinciam, in
qua litigatur, & teſtes, vel inſtrumenta ſunt, experietur litr-
gandi fortunam, & omnis cautela ſeruetur,ne terminos pro-
uinciarum ſuarum pupilli, vel eis ſimiles cogantur excedere.
Contra perſonas autem alias datum actori reſcriptum tene-
ret in præiudicium rei : licet Imperator terrendo dicat ſe nõ
daturum reſponſum actori, niſi primò adierit ordinarium rei
iudicem: vt in authent. de manda.princip.§. ſi tibi. & §. non
4 permittere. & vt diff.iudic.§.ſi quis verò.primo reſpon. †Eſt
autem pupillus , qui cùm impubes eſt , deſiit in poteſtate pa-
5 tris eſſe,aut morte , aut emancipatione. † Vidua autem eſt,
& ea quæ deſiit eſſe nupta , & ea quæ nunquam fuit nupta :
quia vidua dicta eſt quaſi vecors,id eſt,ſine viro,vel ſine dui-
tate, vel ſine corde : ſic & veſanos ſine ſanitate: vt ff. de verb.
6 ſignific.l.pupillus.in princip. & l.malum.§.viduam. †Mi-
ſerabiles autem dicuntur ſenes decrepiti, & diuturno mor-
bo fatigati,& debiles : & omnes ij , quibus natura mouemur
ad miſerandum propter fortunæ iniuriam : vt in princ. hu-
ius legis. & §.quòd ſi pupilli. etiam ſi diuites ſint. Nam &
pupilli licet diuites ſint , habent tamen priuilegium. Hi au-
tem comparantur pupillis , vtpote cum ſuis rebus propter
debilitatem corporis , vel mentis , ſupereſſe non poſsint : ſi-
cut & pupilli.

ANNOTATIO.

a Pupilli.Vide do Alexan.conſil.cxxi.incip.viſo proceſſu cauſæ verten tis.vlt.colum.volu.j.

Vbi de criminibus agi oportet. *Rubrica.*

1 *Criminis ratione quot locis quis conueniri poſsit.*
2 *Exceptionem fori dilatoriam : nec opponi poſſe lite conteſtata.*
3 *Auth.qua in prouincia.explicari.*
4 *Auth.qua in prouincia.locus.*
5 *Auth qua in prouincia.limitari.*
6 *Domus quomodo accipienda in edicto qui deiec. vel effud. & 7.*
8 *Dominus an & quando conueniendus.*
9 *Ex remedicijs vis.*

DE

1 DE†CRIMINE agitur in tribus locis[a],hoc eſt,
a vbi commiſſa ſunt:vt ff.de accuſ. l. vlti. Item vbi
lis eſt conteſtata , non oppoſita fori præſcriptione
ab eo,qui ſciebat ſe non eſſe ſubiectum. Eſt enim
2 †unatoria exceptio. Vnde non opponitur poſt lit.cõteſt. vt j.
de probat.l.exceptionem. & ff.de iud.l.ſed & ſi.primo reſpon.
Item propter aliam regulam , quæ dicit ibi finiendum iudi-
cium,vbi cœptum eſt:vt ff. de iudi.l.vbi cœptum. Si verò pu-
taret ſe eſſe ſubiectum , nulla eſſet ſententia : vt infra, ſi à non
compet.iud.l.j.& ij.Item vbi reus habet domicilium. Item &
vbi reus latitat,vt ait Placen.ſed hoc non videtur lege proba-
ri. Dicitur tamen, quòd ſi conueniatur, vbi deliquit , & alibi
latitet,quòd tranſmittatur ad locum illum vbi deliquit,auth.
vt nulli iudic. §. ſi verò cognoſcatur. Hæc omnia veteri iure
procedebant:iure verò authenticorum,vt tit. vt omnes obed.
iud. prouinc.& hæc confirmata ſunt, & plenius & generalius
dicta, & multa ſunt addita. Sic enim dicit hic authent. qua in
3 prouincia † quis delinquit. Subaudi, & de eo crimine ciuili-
ter conueniatur.Vel ſubaudi non ex animo : vt ſ. ſi aduerſus
delict.l.j.Aut in qua pecuniarum,aut criminum ſit reus.& ita
accuſetur de crimine,quod commiſit ex animo:vt j.ad legem
Corne.de ſicar.l.j.Siue de re,ra,& terminis,ſiue de proprieta-
te,vt cùm conuenitur rei vendicatione directa , vel vtili. Siue
ſit reus de poſſeſsione recuperanda, adipiſcenda,vel retinen-
da:ſiue de hypotheca,vel qualibet occaſione, illic & iuri ſub-
4 iaceat. Quod ius perpetuum eſt,id eſt generale. Liquet † au-
tem ex prædictis , quòd locum habet in delictis & quaſi deli-
ctis,& in contractibus, & quaſi : & in realibus actionibus in
quibus gratia poſſeſsionis quis ſortitur forum: vt infrà,vbi in
rem actio.l.finali.& ff.de iudiciis.l.quod legatur. & in inter-
dictis poſſeſſoriis. Si ergo ambo ſint in prouincia ſubaudi,vel
in Italia , quæ non eſt prouincia , ſed prouinciarum domina.
Nam in corpore authentic.in fi.dicitur,quòd hæc lex vbique
ſuam virtutem oſtendit:illic, omni priuilegio ceſſante, res ex-
5 pediatur. Excipitur tamen † caſus, quando Imperator, con-
ſilio procerum occaſione publicæ cauſę præcipit quenquam
exhiberi , fortè vt Imperator de cauſa cognoſcat . vel vocat
eum alterius rei cauſa. ſed interim , in quam conueniebatur,
habebit dilationem. Excipitur & alius caſus , quando voca-
tus prætendit ex lege ſcripta priuilegium:ne interim reſpon-
deat,donec exercuerit Romæ cauſam appellationis,vel eſt in
legatione , vel eſt cauſa teſtimonij ferendi. Et idem puto in
omnibus,qui ex lege ſcripta habent priuilegium , vt ff.de iu-
di.l.ij.§. legatis. ſiue ſint clerici , ſiue milites, ſiue Senatores,
ſiue clariſsimi , ſiue ſacerdotes : nec enim caſſantur indulta
priuilegia,ſed indulgenda,præter pragmaticam formam pu-
blicæ cauſæ occaſione præcedentem , præcipientem quem-
piam exhiberi, vt ſ. dictum eſt. Hæc tamen exceptio videtur
caſſari, & tolli per vltimum.§. authentic. vt omnes obed. iu-
dicib. Sic enim dicit,Hanc dicentes iuſtitiæ legem, adhuc fa-
ciemus eam iuſtiorem,ſi nulli,&c. Vnde videtur,quod corri-
gat id quod dictum erat de exceptione , & hoc dixerunt qui-
dam. Vel dic, quòd non corrigit , ſed nominat perſonas , de
quibus poterat dubitari : quia plus ſolet timeri , &c. vt dicit
canon xxiij. diſtinct.c.quamquam. & quia quæ notabiliter
fiunt,niſi ſpecialiter noſcuntur, videntur quaſi neglecta.ff. de
6 iniur.l.item apud.§.ait Prætor.ij. Eo autem abſente, ex † cu-
ius domo iniquum patior , conueniatur ille , qui iniuſtitiam
egit,ſiue curator,ſiue conductor,ſiue quicunque ſit. Et huius
verbi voluerunt quidam ponere exemplum , quando deie-
ctum eſt de domo abſentis. Sed malè dixerunt : quia quando
certum eſt , quis deiecit , non tenetur dominus domus , vel
7 alius, vt ff.de iis,qui deiec. vel effud.l.j.§.fi. & l.ij. Dic † ergo
de domo,id eſt,à domeſticis eius ego damnum patior,vt quia
procurator me deiecit , vel damnum dedit , vel mecum con-
traxit : ex quibus cauſis nedum procurator , vel conductor
tenentur mihi,ſed & dominus, ſi fecerint mandante domino,
vel ratum habente, vel retinente rem nomine abſentis ff de vi
& vi arma.l.j.§. quoties. & de inſtitor.l.cuicunq;.§.h. & l.ſed
& in ipſum. Et permittitur hoc nouum, vt conuentus de-
8 nunciet domino † rerum , quæ geſta ſunt de his. Et datur ei
ſpatium ſecundum quod dominus diſtat , vel iiij. vel vj. vel
viij. menſium. Dominus autem cui nuntiatum eſt , ſiquidem
illi crediderit,nuntianti bene eſt. Si verò aliud de eo ſapiat,
alium dirigat,qui actionem ſuſcipiat, & compleat, quæ de-
cernenda ſunt:niſi appellatum ſit. Si verò neque nuntiantí cõ
mittat,nec alium ordinet,inuitus debet præſentari & condẽ-
nari conuictus in id,in quod noxius apparuerit. Inſuper & il
le qui noluerit mittere tanquam lite contra eum conteſtata,
vt j.vbi in rem act.l.j.debebit condemnari & exigi. Si tamen
adparuerit obnoxius, & ita demum ſi non ſit ſoluendo ille,
qui conuictus eſt. Si verò ille,qui dominum debuit præſenta
ri,non appareat,præconia voce citatus,condemnetur ſecun-
9 dum ſchema quod appellatur† ἐρημοδικίου,id eſt, deſertio cau
ſæ. Eſt autem hoc ſchema,vt lite non conteſtata,vt hic videa-
tur fuiſſe, pronuntiet actorem mittendum in poſſeſsionem
pro menſura debiti declarati,vt in auth. de exhib.& introm.
§.ſi verò. Lite verò conteſtata,idem,ſi tamen nondum liqueat
de cauſa,vt hic. Si verò liqueret de cauſa, ferretur ſententia
definitiua,vt ſ.de iudi.l.properandum. Si verò reus venerit,
vel miſerit,& actor abſit,abſoluetur,vt & damna expenſarũ
ſarciantur. Sed & citari poſſet actor, vt notaui ſupra de iu-
dic.l.properandum.

ANNOTATIO.

a Locis. Vide domi. Barto. Cep. conſi. l.& Panormi.conſi.xxv.

Vbi de poſſeſsione agi oportet. *Rubrica.*

1 *Poſſeſsionis momentaneæ plura interdicta & plures actiones competere.*
2 *Poſſeſsionis cauſa quibus locis agi poſsit.*

1 DE†POSSESSIONE momẽtanea plura
interdicta,& plures competunt actiones : vt
notauimus ſ.qui legi.perſonam. De eis autẽ
2 †omnibus poteſt agi vel vbi exiſtit ipſa poſ
ſeſsio,id eſt,res,quæ poſsidetur, vel vbi fa-
cta eſt violentia: Vt ecce poſſeſsio eſt Muti-
næ,ad quam cum ire vellem,me in itinere detines:& ego ſuſ-
picor me poſſe repellitamiſi enim poſſeſsionem,quam animo
retinebam,& ſi non corpore : vt ff.de vi & vi arma. l.j.§ in-
terdictum autem hoc.& §.ſiue autem.

Vbi fideicommiſſum peti oportet. *Rubrica.*

1 *Legatum,vel fideicommiſſum vbi petendum.*
2 *Legatum quo loco ſolui debeat.*

1 CIRCA†fideicommiſsi,vel legati petitionem di
ſtingue,conſiſtat in genere,an in ſpecie. Si in ſpe
cie,& agitur perſonali actione,cogitur reus re-
ſpondere in duobus locis,id eſt,vbi habet domi
cilium,& vbi maior pars eſt hæreditatis: vt ff.de iudi. l. ſi fidei-
commiſſum.j.reſpon.& §.pen. Si autem agatur rei vendica-
tione,vel hypothecaria,agitur in prædictis duobus locis, &
in tertio,vbi res eſt: vt ff. de iudi.l.quod legatur.§. ſin autẽ. &
j.vbi in rem act.l.vlti. Si autẽ in genere conſiſtat,idẽ eſt quan
tum ad conuentionem inſtituendam:quod eſſet ſi relictũ eſ-
2 ſet in ſpecie,& ageretur perſonaliter. Solutio † autem legati
ſemper eſt ibi facienda,vbi voluit teſtator:vel vbi veriſimile
eſt eum voluiſſe ex verbis ſuis:vt ſi dicat centum modios ex
illo horreo. Nam vbi eſt horreũ,voluit præſtare. Ex genere
autem emnpatationis colligitur voluntas teſtatoris: vt ſi reli-
quit teſſeram frumentariam,quæ alibi quam Romæ non re-
peritur:vt ff.de iud.l.quod legatur.& l.ſed & ſi.§.ſi libertus. Si
verò de voluntate nil appareat,& legatũ ſit in genere,prę̨ſta-
bitur ibi,vbi ipſum peti debere diximus: vt ff.de iudic.l.quod
legatur.§.prætereà. & l.ſi fideicõmiſſum in princ. Si verò ſit
in ſpecie præſtabitur ibi vbi eſt: vt ff.de iudi.l.ſed & ſi.§.ſi ea.
a & de leg.j.l.cũ res.§.j.niſi dolo hæredis ſit alio tranſlata[a], vel

niſi actor ſuis impenſis alibi petat rem ſibi tradi:vt ff.de rei vē
3 di.l.ſi res.& l.niſi.†Item hæc vera ſunt niſi hæres alibi cœpit
ſoluere,vel alio modo ſuo beneficio renuntiauit:vt ff.de iudi.
l.ſi fideicommiſſum.§.vlt.& l.quamuis.& l.ſed & ſi.§.j.reſpon.

ANNOTATIO.

4 Tranſlata.Vide Albēr.& Paul.de Caſt.clarius declarantem.

Vbi conueniatur,qui certo loco dare promiſit. *Rubrica.*

1 *Actio quibus caſibus cenſeatur arbitraria.*
2 *Intereſſe venire iure actionis in bonæ fidei actionibus.*
3 *Actio pro eo quod certo loco eſt ſoluendum,vbi inſtitui debeat.*
4 *Iudicis officium quale in actione arbitraria.*
5 *Actione arbitraria ratione loci intentata quomodo habenda ſit ratio vtilitatis actoris.*
6 *Electio in alternatiuis an poſſit reo auferri.*

1 QVI†certo loco promiſit aliquid ſe daturū,tene-
tur condictione certi arbitraria. Item vbi teſta-
tor certo loco hæredē quid dare iuſſit, actio ex
teſtamento eſt arbitraria.Itē & ſi mutuum acci-
piam vt certo loco reddam,condictio certi de mutuo eſt arbi
2 traria.†Secus ſi in bonæ fidei contractu aliquid certo loco fie
ri conuenerint paciſcentes:quia intereſſe venit,actionis iure,
& eſt in obligatione:hic autem non eſt in obligatione:neq;
actione competēti pro principali debito petitur.Sed cùm pe-
titur principale debitum,principali actione puta actione ex
teſtamento,vel condictione certi,imploratur iudicis officiū,
vel arbitrium,vt habeat rationem vtilitatis actoris,vel rei in
condānatione facienda:vt ff.eod.l.ij.primo reſpon. & §.j. &
Inſtit.de act.§.in bonæ fidei.& §.prætetea.Videamus ergo in
prædictis tribus caſibus vbi actio ex teſtamento,vel condi-
ctio certi arbitraria pro debito ſit inſtituenda:& quod ſit iu-
dicis officium in ea,eo antè præmiſſo,quòd hoc nomen arbi-
traria,non denotat proprium nomen actionis,ſed potius ad-
iectiuè ponitur. Nam in prædicto §.prætetea. ponuntur ſpe-
cialia nomina arbitrariarum actionum:ſed quantum ad ru-
bricam præſentem non pertinet dicere,niſi de ea actione quæ
3 eſt arbitraria ratione loci in præmiſsis tribus caſibus.†Eſt au
tem ſciendum quòd P. ait actionem inſtitui poſſe pro tali de-
bito,vbicunque inueniatur reus:vt ff.de iudi.l.eum,qui.& de
conſtituta pecu.l.ſi duo.§.ſed & certo.Sed & mihi videtur cō
tra. Cùm enim dicat lex.ff.de iudicus.l.hæres.§.pen. eum qui
in prouincia exiſtens,promiſit in Italia ſe ſoluturum, poſſe
conueniri in prouincia:ſi ibidem habeat domicilium. ergo ſi
non haberet domicilium,non conueniretur ibi.hoc enim ar-
gumen.fortiſsimum eſt:vt ff.de offic.eius cui manda.eſt iuriſ
dictio.l.j.& quod dicitur quocunque loco,ſubaudi idoneo:
ſic enim ponitur in conſimili caſu:vt ff.de mone.& hono.l. vt
gradatim.& conſtitutio pecuniæ dicitur fieri quibuſcunque
verbis & mandatum contrahi omni verbo: vt ff. de conſtit.
pec.l.qui autem.§.vlti.& mandati.l.j.Dicam ergo eum con-
ueniendum eſſe,vel vbi habet domicilium,vel vbi de iure cō-
muni quem ſortiri forum diximus, ſuprà de iuriſdict. om-
nium iudicum. Eo notato,quòd hic conueniatur ibi,vbi ſo-
lutio eſt facienda,quaſi ibi videatur contraxiſſe,& nō ibi,vbi
facta eſt promiſsio:niſi habeat ibi domicilium:vt ff.de iudi.l.
hæres.§.vlti.& de bon.autho.iudi. poſ.l.iij. & ff. eodem. l.j.
4 † Eſt autem iudicis officium in hac actione, vt non tantùm
quantitati contractus deſeruire debeat,ſed etiam eam auge-
re(habendo rationem vtilitatis actoris)poſsit,& minuere,cō
ſiderata rei vtilitate,poſsit. habet autem rationem vtilitatis
actoris,cum reo poteſt imputari mora,vel culpa,quare in lo-
co deſtinato ſolutioni non ſoluerit,ſiue agat actor in loco
deſtinato,ſiue alibi:vt ff.eodem.l.quòd ſi ephesi primo reſpō.
Rei autē habetur vtilitas,[illegible] ipſe conueniatur alio loco q[illegible]
vbi erat deſtinata ſolutio:poſsit,vel non poſsit [illegible]
quid actori:& eſt ratio differentiæ:quia reo inuito [illegible]
locus:quòd non poteſt dici in actore. Poteſt & [illegible]

vtriuſque ſimul iudex habeat rationem. quid enim ſi actoris
intereſt in quinque,quia reus loco deſtinato non ſoluerit:rei
autem intereſt in decem,quia non conuenitur loco deſtinato
ſolutioni,habita compenſatione minus quinque, aliorū ha-
bebitur ratio in quinque, & ita minuetur ſumma debiti in
5 quinque.†Quod autem dictum eſt vtilitatem actoris haben-
dam:multa continet.Nam & damni,& lucri eius ratio eſt ha
benda.Damni quidem,vt ſi pecuniam alij ſub pœna promi-
ſerat:quæ per moram contra eum eſt commiſſa.vel debeat pe
cuniam ſub pignoribus vel ſine pignoribus: & pignora di-
ſtracta,vel res eius viliſsimi venditæ ſunt,vel mortua ſunt a-
nimalia quæ pignori dederat,& quæ ſi pecuniam habuiſſet,
luiſſet:& ideo nec damnum hic,nec ſupradicta erat paſſurus,
lucri autem habetur ratio,vt ſi certo loco merces mihi erant
promiſſæ quas in agro diſtraxiſſem: vel debebatur pecunia
certo loco:& ſi in mora ſoluendi non fuiſſet reus, ex ea mer-
ces comparaſſem,& multa eſſem lucratus.Si autem reus non
fuerit in mora,non habetur harum vtilitatum actoris ratio:
vt ſi reus obtulit in loco deſtinato actori pecuniā. alibi enim
inuito actore ſoluere non poteſt:vt ff.eo.l.pe. Nec ob. quod
legitur.ff.eo.l.ij.reum poſſe vbiq; ſoluere: loquitur enim cū
reus alternatiuè promiſerat in locis duobus ſe ſoluturum: &
ideo antequàm conueniatur poteſt ſoluere vbi velit in altero
prædictorum locorum:nam ſi iam conuentus eſt, ibi præciſè
habet neceſſe ſoluere:habita tamen ratione vtilitatis rei, quā
haberet ſi in alio loco conueniretur:vt ff.eo.l.ij.§.ſi quis. & §.
quis Stichum.& §.vlt.& l.quòd ſi ephesi.§.interdum. Vtilita-
tis autem rei habetur æſtimatio,ſi reus conueniatur alibi quā
in loco deſtinato:vt quia pecuniam promiſſam leuioribus v-
ſuris,merces promiſſas leuiori pretio inuenire potuiſſet. vn-
de huiuſmodi damni petet haberi rationem:quia hæc per ſin
6 gulas regiones diuerſa habent pretia:vt ff.eo.l.ideo. †Illud
notandum eſt,quòd licet reus alibi quàm in loco deſtinato
poſsit conueniri,non tamen aufertur ei electio rerum,quæ al
ternatiuè in ſtipulatione continentur:vt ecce promiſi Capuę
Stichum,aut Pamphilum:& hoc ſi ſupereſt res vtraque: nam
vna perempta ad ſuperſtitem præciſè tenetur,vel fortaſsis li
berabitur præſtando mortui pretium,niſi perierit facto ſuo:
vt ff.de leg.j.l.cum res.§.ſed ſi.& de ſol.l.Stichū.in princ. vbi
autem in promiſsione continetur alternatio rerum & loco-
rum,non poteſt reo ſeruari electio in rebus:quia ſi eam habe-
ret in rebus,ergo & per conſequentiā haberet in loco. ſ. cum
ipſe non in tertio loco,ſed in altero deſtinatorum locorū con
ueniatur. Si autem haberet in locis electionem:nunquam cō-
ueniri poſſet:quia locum vnum eligere poſſet,& electū locū
poſſet repudiare,& iterum alium eligere:vt ff.de verb.obli.l.
cum,qui certarū.§.vlti.Nam & vbi non dicitur vt ſit in ele-
ctione,tacitè intelligitur conceſſa per legem:ſed in electione
conceſſa per pactum diſtinguitur inter futurum indicatiui,
& futurum ſubiunctiui:vt ff.de verb.obli.l.ſi quis ſtipulatus.
Ne ergo auferamus actori actionē dum ſeruaremus electio-
nem reo,damus actori electionem etiam in rebus propter lo-
cum:vt ff.eod.l.ij.§.Scæuola.& §.Stichum.

Vbi in rem actio exerceri poſsit. *Rubrica.*

1 *Rei vendicatio,vbi inſtituenda.*
2 *Rei vendicatio aduerſus quem proponatur.*
3 *Poſsidenti nomine alieno conſulitur.*
4 *Actione reali conuentus,an iudicio eximatur.*
5 *Dominus miſsionem paſſus quandudum audiendus.*
6 *Miſſus in poſſeſsionem in actione in rem an ſtatim poſsideat.*

1 REI†VENDICATIO, vel quælibet realis
actio poteſt inſtitui in locis illis, in quibus pro-
pter diuerſas rationes quis ſortitur forum:vt di-
ximus ſ.de iuriſdi. omnium iudicum. Sed & vbi
eſt ipſa poſſeſsio,ſortiri quis videtur forum:vt j.eod.l.vltim.
quod quidam ſuper poſſeſsione rei immobilis intellexerunt:
2 vt ibidē diximus. †Inſtituitur autem rei vendicatio contra
3 eum qui habet ciuilem,& naturalem poſſeſsionem,vel ciuilē
tantum

b tantum[b], vel naturalé tantum. Nam & huius ciuilis poſſeſsio
nis reſtitutionem fieri poſſe dico, & inductionem in poſſeſ-
ſionem. Nec præiudicatur ei, qui habet naturalem poſſeſsio-
nem: niſi fortè ſciuerit, & paſſus eſt cauſam agi: vt ff. de re.iu.
3 l. ſæpe. † Item inſtituitur contra eum qui nullo modo poſsi-
det, ſed eſt in detentione rei: vt contra colonum, vel inquili-
num, vel commodatarium, vel depoſitarium: vt ff. de rei ven.
l. officium. Vbi tamen aliquis rem immobilem poſsidet no-
mine alieno, & conuenitur rei vendicatione permittitur ei à
iudice, ſi velit poſtulare: vel fortè debet, vt dicit litera: ne alio
quin teneatur domino locati: vt ff. locati. l. item quæritur. §.
exercitu veniente. vt intra certum diem domino denuntiet
quatenus litem ſuſcipiat. quod ſi dominus admonitur non fece-
rit, iudex ipſe edictis legitimis ipſum citabit. quod ſi non venerit
tráſferet iudex poſſeſsionem in actorem tanquam lit. cóteſt.
contra dominum: vt j. eo. l. pe. alias autem vbi non eſt lis con
teſt. vel quaſi cóteſt. recuperat abſens poſſeſsionem vſque ad
annum non vltra: vt j. de præſcrip. xxx. an. l. ſi quis. §. penult.
Sed vbi lis eſt conteſt. & liquet de cauſa: nec de poſſeſsione,
nec de proprietate audiuir abſens: vt s. de iudi. l. properádum.
§. ſin autem reus. Sed vbi lis eſt conteſta. & non eſt liquidum
de cauſa, idem dico. quod in quaſi conteſtata diximus. Nec diſtin
guo in eo qui rem immobilem detinet nomine alieno habeat
ius in re, an non, licet diſtinxerit Plac. vt primus denútiet non
4 de neceſsitate domino, alter non denuntiet. † Item quidá di-
xerunt non eximi de iudicio habentem ius in re, quáuis domi
no denuntiet: aliud in eo qui non habet, cùm in lege dicatur,
non veniente domino negotium ſummatim diſcuti: & poſ-
ſeſsionem tantum in actorem transferri: quod nemo dixerit
ſeruari eo vocato qui habet ius in re: vel melius, ille qui ha-
bet ius in re non poteſt dici nomine alio poſsidere, imò ſuo
nomine habet naturalem poſſeſsionem, & interdictum vnde
5 vi: vt notaui in ſum. de acquir. poſ. & vnde vi. † Porrò quod
dictum eſt, ſuper eo dominum audiri de proprietate, quæritur
vſque ad quantum tẽpus audiatur? Et placuit Io. B. vt poſt de
cennium inter præſentes, vel vicennium inter abſentes non au
diatur. Et eſt ratio: quia is qui mittitur in poſſeſsionem, bona
fide poſsidet, propter decretum, & authoritatem præſidis: vt
ff. de ac. poſ. l. iuſtè. vnde & ſicut vſucapit etiá ſciens alienum:
vt ff. de noxa. l. & generaliter. ita & vſucapit actor: licet ille
contra quem facta eſt miſsio ſit dominus. Secus verò dico in
actione noxali: & de damno infec. in illis enim ſtatim ſit domi
nus ſi contumax eſſet dominus. Alioqui vſucaperet. Iacobus
autem ſemper eum vſucapere dicebat: ſed in actione perſona
li ſecus, ſiue ex interlocutoria, ſiue ex definitiua: quia etiam
poſt. xxx. an. audiretur. Non enim poſsidet actor, niſi eſſet
6 adiudicata pro debito, vel niſi diſtraxiſſet. † Item quæritur,
an miſſus in poſ. ſtatim poſsideat in act. in rem quod etiá do-
minus P. & P. negant. Sed poſt annum poſsidet, quaſi curſus
anni completus tantundem operetur in actione in rem, quan
tum operatur in perſonali, ſecundum iudicis decretum. Mar.
contrarium placuit. ſ. quòd ſtatim poſsideret actor: ſed ille in
tra annum recuperare poteſt poſſeſsionem: & non puto eum
in hac parte male dixiſſe.

ANNOTATIONES.

a Inſtituitur autem. Vide Barba. conſi. lxxxiiii. in iiii. volum. multa accumulantem.

b Ciuilem tantùm. Adde doct. poſt gl. in Rub. ff. de rei ven. & Bar. in ter minis. do. Alex. in l. Pomponius. §. ſi is, qui. ff. de acqui. poſſ. & vide Bal. in rub. ff. de rei ven. multa per Pau. de caſtr. in conſi. vj. & in conſi. xxx.

Vbi de hæreditate agitur: & vbi ſcripti hæredes in poſſeſsionem mitti poſtulare debeant. *Rubrica.*

1 *Hæreditatis petitio quo loco inſtitui debeat.*
2 *Miſsio in poſſeſsionem in petitione hæreditatis quo loco peti debeat.*
3 *Hæreditatis petitor, quãdo debet implorare officium iudicis.*

1 SI † HAEREDITATIS petitio propona-
tur: eo loco erit inſtituenda vbi is, qui poſsidet ha
bet domicilium: ſed vbi res ipſæ ſitæ ſunt propo-
ni poterit: ſicut in actione in rem ſuprà dictum
2 eſt. Miſsio † autem in poſſeſsionem ſi quidem petatur per iu-
dicis officium ibi cóſultius petetur vbi res ſitæ ſunt. Ita quis
ratione rei ſortitur forum implorato iudicis officio, ac ſi pro
poneretur realis actio: vt ſuprà tit. j. diximus. quod eſt notan-
dum. Iudex autem in cuius iuriſdictione non ſunt, mittere nó
poſſet per ſe: ſed eo adito, puta iure domicilij rei, pronuntiare
poſſet de mittendo ſic: deinde deſtinaret literas ad eum in cu-
ius territorio ſitæ ſunt res. vt ff. de bo. auth. iudi. poſſeſ. cùm
3 vnus. §. penulti. † Promiſsione autem in poſſeſsionem implo
ratur iudicis officium, vt cùm quis eſt inſtitutus hæres in te-
ſtamento non cancellato, aut aliqua ſui parte vitiato: vt in-
frà de edic. diui Hadria. tol. l. vlti. vbi & plenè dicemus, quan
do, & qualiter fiat miſsio. & ideo ad præſens omitto. Si au-
tem de poſſeſsione ageretur perſonali actione, vel interdicto,
indubitanter etiam tunc apud iudicem, ſub quo habet do-
micilium reus, eam poterit exercere: fortè & ibi vbi ſunt ſi-
tæ res.

Vbi agi oportet de ratiociniis tam priuatis, quàm publicis. *Rubrica.*

1 *Ratio vbi reddenda.*
2 *Teſtimonia veriſsimilia ſint.*

1 SCIT † Imperator eum qui geſsit ratiocinia tam
priuata, quàm publica ibi rationem oportere red
dere, vbi hæc geſsit, fortè non diſtincto eo inue-
niatur ibi, vel non: vt notauimus ſuprà de iuriſdi.
2 omn. iudic. & dicitur ff. de iudic. l. hæres. §. primo. Vel fortè[a]
ſpeciale eſt, vbi geſsit publica ratiocinia: vt & ſi alibi ſit, tranſ
mittatur ad illum locum in quo hoc geſsit: vbi & inſtructio
2 ſufficiens, & nota † teſtimonia, & veriſsima poſſunt docu-
menta præſtari, vt infrà eodem. l. vlti. & ſuprà vt omnes tam
ciuiles, quàm mili. l. prima. licet id domin. Plac. non proba-
uerit multùm.

ANNOTATIO.

a Forte. Vide text. in c. pe. & ibi Fel. & ſcribentes de probatio.

Vbi cauſa ſtatus agi debeat. *Rubrica.*

1 *Actorem debere ſequi forum rei etiam in cauſa ſtatus.*
2 *Actor quis videatur eſſe, quis item reus, vbi de ſtatu agitur.*
3 *Præſcriptionem temporis non impedire quominus quis in libertatem proclamare poſsit.*
4 *Cauſa ſtatus coram quo iudice ſit agitanda.*

1 SICVT † in cæteris, ita & in cauſa ſtatus actor
2 rei forum[a] ſequi debet: vt infrà eodem. l. iij. & iiij.
Sed quis in hac cauſa videatur reus, quis actor ſit,
quæritur? Eſt diligenter notanda diſtinctio: quia
aut quis eſt in poſſeſsione libertatis, & tunc rei partem obti-
net. Alius verò qui dicit eum ſeruum, ſuſtinet partem actoris,
& eius forum ſequetur: aut in poſſeſsione ſeruitutis: & tunc
ſuſtinet partem actoris qui ſe dicit liberum. hoc tamen firmi-
ter eſt tenendum, vt ita demum domino ſua proſit poſſeſsio,
ſi ſine dolo malo poſsidet eum, hoc eſt, quia per vim eum non
occupauit: ſed ei, qui ſeruus dicitur ita demum proderit ſua,
ſi bona fide ſit in poſſeſsione libertatis. Alioquin ſi quaſi fu-
gitiuus receſsit à domino, cui ſeruiebat, & in aliam prouin-
ciam ſe contulit, remittendus eſt ad locum vnde receſsit: non
autem vbi deprehenſus eſt, audiri debet: vt infrà eodem. l. j. &
ff. de probat. l. ſi quis hominem liberum. & j. de probat. l. vis
2 eius. & de libe. cauſa. l. eam, quæ in poſſeſsione. † Bona au-
tem fide videtur eſſe in poſſeſsione libertatis quicunq; putat

ſe liberum, etiam ſi minus probabiliter putet, dum tamen faciat ſine dolo malo. Et hæc omnia antequam cauſa ſtatus incipiat, ſunt examinanda, & terminanda: vt ff. de libe. cauſa.
3 liberis. §. vltimo. & l. igitur. §. poteſt. † Et eſt notandum quòd proclamatio in libertatem nullo ſpatio temporis impeditur, licet olim eſſet contrarium: vt infrà eodem. l. vlti. & ff. ſi libee inge. ſe eſſe. di. l. ij. §. vlti. & infrà de longi. temp. præſ. qui pro
4 liber. l. vlt. † Cognoſcit autem de cauſa libertinitatis, & ſeruitutis inter fiſcum, & priuatum procurator Cæſaris: inter duos autem priuatos cognoſcet quilibet iudex: de ingenuitate verò, & ſeruitute: vel de ingenuitate, & libertinitate ſolus præſes cognoſcit: vt infrà eod. l. penult. & infrà de pe. iu. l. ij. & de arbi. l. non diſtinguemus. §. de liberali.

ANNOTATIO.

a Rei forum. Vide ad hoc Spe. in ti. de compe. iud. §. j. Lud. ro. in ſingu. ſuis. in ver. forus vel actor. d. Bartho. ſoci. in reg. 179. char. 13. qui ponit ad iſtam regulam multas fallentias.

Vbi quis de curiali, vel cohortali aliave conditione conueniatur. *Rubrica.*

1 *Curialis, vel cohortalis ſi aufugerit, vbi conueniendus.*
2 *Fugitiuum quando poſsit quis propria authoritate capere.*

1 SI † QVIS fuerit curialis, id eſt, officio curiæ, vel iudicis, obnoxius vel ſi fuerit cohortalis: quia duro ſeruitio arctabatur, vel cuicunque corpori obnoxius: & aufugerit ab iis quibus ſeruire debebat, diſtinguitur, vtrum ſe dederit armatæ militiæ: an inermi. Si armatæ, conuenietur ſub magiſtro militum. Vel ſi reperiatur in foro alicuius præſidio, prouinciæ præſes cauſam illam debet referre ad magiſtrum militum, vel ad præfectum prætorio. Et hoc eſt quod dicitur infrà eodem, l. vltima. prouinciali iudicio deſtinari, id eſt, per prouinciale iudicium fieri deſtinationem, vel tranſmiſsionem cauſæ. Et quod dico in iis, qui prætendunt armatam militiam, ſeruatur & in iis qui prætẽdunt ſpeciale priuilegium principis. Si autem inermi militiæ ſe dederit, id eſt, ſeruitio alterius curiæ, conueniri poterit apud quemlibet iudicem qui fuerit in locis, vbi eſt deprehenſus. Et ita videtur habere hic illud locum, vbi te inuenero, ibi te iudicabo. Et eſt hoc propter delictum fugientis: nec poterit ipſe prætendere vt conueniatur ſub eo, ſub quo per ambitum cœperat militare. manifeſta ergo rerum probatione conuictus, eorum ſocietati, quos declinauerat, aggregetur: vel ſi nolit venire, nihilominus contra eum vt contu-
2 macem fertur ſententia. Amplius † etiam eſt conceſſa poteſtas, vt ſi præſidis deſit copia, liceat eis à quibus aufugit authoritate ſua eum capere: ſicut & in fugitiuo debitore dicitur: vt infrà eodem, l. prima, & infrà vlt. & de decur. l. generali. & ff. de his, quæ in frau. cred. l. ait prætor. §. ſi debitorem. & quod dixi cohortalibus, vel curialibus: ſeruatur & in iis qui conueniuntur ſuper exactionibus, vel concuſsionibus: vt infrà eodem, l. vltima.

Vbi ſenatores vel clariſsimi ciuiliter, vel criminaliter conueniantur. *Rubrica.*

1 *Senatores, & qui clariſsimi, & apud quos conueniri debeant.*
2 *Illuſtres coram quibus accuſandi.*

DE HIS diligenter eſt attendenda diſtinctio:
1 quia multi errando aliter dicunt. † Verum ſenatores, qui erant illuſtres, vel ij qui ſunt clariſsimi, & in inferiori ordine, conueniantur ciuiliter, aut criminaliter. Si ciuiliter, fieri debet conuentio in ſcriptis. Item non coguntur ſatiſdare, & ſi immobilia non habeant, ſed cõmittuntur iuratoriæ cautioni vt infrà, de digni. l. quoties ex priuata. Fieri autem debet tunc conuentio, ſi prædictæ perſonę degunt Romę, vel in ſuburbanis apud prætorem, vel pręfectum vrbi, vel magiſtrum officiorum quoties id ei commiſerit princeps. Si verò ſunt in prouinciis, conueniuntur ibi, vbi larem fouent, vel vbi maiorem partem bonorum poſsident: & aſsiduè conuerſantur: vt infrà eodem, l. pe-
a nult [Si verò criminaliter [a] conueniantur] ſi quidem conuenti non ſunt illuſtres: conueniuntur ibi, vbi crimina ſunt admiſſa: non obſtante fori præſcriptione. omnem enim huiuſ-
2 modi honorem reatus excludit: vt infrà eod. l. j. Si verò † ſint illuſtres fit diſtinctio ſenatorum licet omnes ſint illuſtres. Patritius enim, vel expatritius. Item prætor, vel pręfectus vrbi. Item conſul, quem tam ordinaria profeſsio quàm ſacra principis ſublimauit oratio. Item magiſter militum, & quæſtor & præpoſitus ſacri cubiculi, qui poſt depoſitum officiũ eſt ordini ſenatorum ſociatus. Item pręfectus ſcholarum, & cuſtos theſauri principis, vel auguſtæ, conuenti criminaliter in crimine publico, vel priuato, in quo tamen non liceat reſpondere per procuratorem coram principe tantum, vel eo quem delegauerit, conuenientur. nec tamen dãnabuntur nocentes inuenti, ſed crimen patefactum ad principis refertur notionem: vt eius arbitrio competens vltio criminoſo inferatur. Si autem reperiantur innocentes, protinus poſſunt abſolui, etiam inconſulto principe. Et eſt hoc bene notandum, quia videtur contra regulam: vt ff. de regul. iu. l. nemo, qui. & ff. de re iudic. l. iij. Sed ſimile notari poteſt in clericis accuſatis apud pręſidem de crimine ciuili: vt in auth. vt cle. apud pro pr. epiſ. con. §. ſi tamen. Accuſatori autem imponitur calumnię pœna: niſi ipſe cum reo fuerit paris dignitatis: tunc enim erit conſulenda principalis authoritas. Alij verò illuſtres pręter ſuprà ſpecificatos, vel etiam ij, qui illuſtrem dignitatem, non adminiſtrationem, ſed purè honorem conſecuti ſunt coram pręfecto prætorio. item coram pręfecto vrbi, & corã magiſtro officiorum, cum tamen ſcripſerit ei princeps, Romæ cõueniantur. In aliis verò prouinciis coram competentibus iudicibus prouincię: hoc tamen obſeruatur in omnibus indiſtinctè vt nunquam nocentes inuenti condemnentur: licet innocentes poſſunt abſolui. Item ſeruatur hoc ſemper, vt prędictæ perſonę accuſatæ interim, cum celebratur cognitio, ſedendi ius habeant in ſecretariis iudicantium: dicendi autem, vel allegandi ſibi non vendicant facultatem: vt infrà eodem, l. vltima in fi.

ANNOTATIO.

a Criminaliter. Vide panor. in c. quòd clericis. circa princ. extra. de foro competen. vbi refert Bart. ſibi contrarium.

In quibus cauſis militãtes fori præſcriptione vti poſſunt. *Rubrica.*

1 *Principum domeſtici vbi conueniendi.*

1 OMNES † principum domeſtici, & agentes in rebus, vel qualibet alia militia, vel dignitate gaudentes, vel quamlibet negotiationem exercentes ſuper publicis functionibus, vel publicis debitis, apud pręſides prouinciarum conueniuntur & exiguntur. Excipiuntur autem armata militia prędit: & qui ad rem propriam componendam, commeatum vnius anni ſe oſtenderint accepiſſe: vt infrà eodem. l. vnic.

Vbi cauſæ fiſ. vel diuinæ domus, hominúmque ejus agantur. *Rubrica.*

1 *Procuratore fiſci aduerſus priuatum litigante, quis iudex de cauſa cognoſcat.*
2 *Procurator fiſci quando poſsit petere bona alicuius defuncti propter inultam eius necem.*
3 *Procuratore Cæſaris agente contra priuatum vel econtrario, quis de cauſa cognoſcere debeat.*
4 *Domeſticorũ prĩcipis cauſa apud quos iudices tractari debeãt.*
5 *Principis actor quando exuendus.*

Si

I † procurator fiſci conuenìatur à priuato, vel cõ
uenìat priuatum, cognoſcit de ea cauſa procura-
tor Cæſaris: vna tamen cum præſide prouinciç: vt
2 §.ſi aduer.fiſ.l.ij.& infrà eo.l.ad fiſcum. Nec † de-
bet iſte procurator fiſci præpoſterè agere, vt petat bona fiſco
propter inultam necem teſtatoris. Debent enim primò accu-
ſari homicidij rei, & conuinci, & damnari: tunc demum poteſt
petere bona, vel ſi certū eſt reos homicidij accuſari non poſſe:
vt quia defuncti ſunt: ſimiliter tunc petet procurator fiſci bo-
3 na: vt j̃ eod.l.j. Si autem† procurator Cæſaris agat contra pri
uatum, vel conueniatur à priuato, procurator fiſci de ea cau-
4 ſa cognoſcet: vt ſuprà ſi aduer.fiſ.l.j. † Cauſæ autem hominū
diuinæ domus ſiue ſint ſerui, ſiue coloni, vel inquilini, ſiue a-
gant, ſiue conueniantur in ciuili, vel in criminali negotio, au-
diuntur, & examinantur apud præpoſitum ſacri cubiculi, &
comitem domorum, vel procuratorem Cęſaris: vt j̃.eod.l.vlt.
& l.cum aliquid. Et eſt hoc notandum, quod ſerui principis
agunt, & conueniuntur, quod eſt contra regulam. item & il-
5 lud notandum eſt, vt ſi actor rerum priuatarū principis, † vel
procurator eius per aliquem prouincialem vexatus fuerit in-
iuriis, patefactis contumeliis, vel deprædationibus, qui fecit
iniuriam publicè viuus concremetur: & certè vt ait P. in prę-
dictis criminibus, tantæ pœnæ, tam horribili, tam horrendæ,
conſilium non dediſſem, ſi eo tempore fuiſſem.

Quando liceat vnicuique ſine iudice ſe vindicare, vel. publicam deuotionem. *Rubrica.*

ANNOTATIO.

* ¶ Vel publicam. Alias, vel ob publicam.

1 *Ius ſibi dicere, vel ſe vindicare nemini regulariter eſſe permiſſum.*
2 *Vindicare ſeipſum quibus caſibus permittatur.*

1 LICET † regulariter tradatur neminem [a] ſibi ius
a dicere poſſe, vel ſe vindicare: vt j̃.de ludæis.l.nul-
lus.& ff.quod me.cau.l. extat. Hic tamen quidam
2 caſus † ponūtur, quibus alicui ſe vindicare permit
titur, vt ſi reperiat quis nocturnū agrorum populatorem, id
eſt, deuaſtatorem: aut eos qui in itineribus frequentatis ſtant
in inſidiis, eos enim impunè quis occidere poteſt. Melius eſt
enim in tempore occurrere, quàm poſt exitum vindicare: &
quod ſerum eſt punire iudicio, ſubiungatur edicto, vt nullus
pareat militi, cui telo obuiare oportet, vt latroni: vt j̃. eodem.
l.j. Sunt & alij multi caſus in quibus impunè quis ius ſibi di-
cit. ſicut notatum eſt in l.generali. j̃.de decur. aliquem impunè
ius ſibi dicere: ſed eos ad præſens non expedit referre. Itē pu-
blicam deuotionem permittitur vindicare: vt ſi quis deſerto-
rem militiæ velit opprimere: & ſi reſiſtat deſertor, præcipitur
vbicunq; in eo velox eſſe ſupplicium: vt j̃.eodem.l.vltima.

ANNOTATIO.

a Neminem. Adde & tene perpetuo memori caſus quibus licet alicui ſibi propria authoritate ius dicere de quibus per Bartol.in l.generali. C. de decurri.lib. x.in fine.

De inofficioſo teſtamento. *Rubrica.*

1 *Inofficioſum teſtamentum quod. & 2.*
3 *Querela inofficioſi ex quibus cauſis inducatur.*
4 *Quando quis repellatur, ex quibus cauſis, à querela inofficioſi. Et vide nu.5.6.7.8.9.& 10.*
11 *Querela inofficioſi teſtamenti quibus perſonis detur. & vide in num.12.*
13 *Inſtitutus quamuis ſit turpis perſona, non tamen repellitur ab hæreditate per querelam. & 14.*
15 *Querela datur patri, nomine filij ipſo volente.*
16 *Querela datur primò liberis, deinde parentibus.*
17 *Querela contra quos proponatur. & 18.*
19 *Effectus querelæ quid ſit & vide num.20.& 21.*
22 *Liberi hodie præſumuntur grati, niſi ab hæredibus probetur contrarium. & 23.*
24 *Querela non eſt propriè actio.*

QVONIAM iudicia, de quibus dictum eſt, in-
ſtituuntur actionibus, & harum aliæ ſunt reales
quibus dicimus quid noſtrum: aliæ ſunt perſo-
nales quibus dicimus quid nobis deberi: cōſtāt-
que quia reales digniores ſunt perſonalibus, audiamus primò
de actione in rem: quia actionum in rem aliæ proponuntur
de vniuerſitate, vt petitio hæreditatis familiæ excisc. propo-
nuntur pro rebus ſingulis, vt rei vendicatiò directa, & vtilis.
Videamus primò de hęreditatis petitione: ſed quia eam pręce
dit querela inofficioſi teſtamenti de inoff. teſt. ad præſens di-
camus. Quod dicatur teſtamentum inofficioſum, & quare, &
quæ cauſę inducant querelam, & quę faciant eam ceſſare, &
quibus detur querela inofficioſi teſtamenti, & contra quos
1 & quis ſit eius effectus, vel de veteri, vel nouo iure. † Eſt
autem inofficioſum teſtamentum, quod factum eſt contra
officium pietatis. Officium enim inter patrem & filium dici- •
tur pietas: vt ff.de obſeq.l.pe. Inter patronum, & libertum di
citur obſequium: vt ſuprà de neg. geſt. l. officio. Inter deum,
& hominem, dicitur religio. Inter hominem & hominem ſtat
in nomine generali: vt dicatur quod homo debet homini ex
2 natura: vt ff. de ſer.expor. l. ſeruus, ea lege. † Dicitur ergo
inofficioſum teſtamentum, quod factum eſt non ex officio
pietatis. Eſt enim quis in eo immerenter exhæredatus, vel præ
a teritus [a] reſque defenditur eo colore quaſi non ſanę mentis
fuerint, qui teſtamentum ordinarāt: & hoc dicitur non qua-
ſi verè furioſus, vel demens teſtatus ſit, tunc enim nullum eſſet
teſtamentum. rectè ſiquidem per omnia factum eſt teſtamen-
tum præterquam ex officio pietatis: vt ff.eod.l.ij.& l.v. Dici-
tur & officioſum cura, vel ſolicitudo, quæ incūbit alicui ra-
tione dignitatis, & ita ponitus de officio præſidis, & ſimiliū.
3 † Inducunt autem querelam duæ cauſæ, immerēter facta ex-
hæredatio: item præteritio in matre, & linea materna: vt inſti.
4 de exhęred.l.j. §.vlti. † Multæ autem ſunt quę diſſuadent &
excludunt vt ecce ingratitudo, cuius xiiij. aſsignātur ſpecies,
quibus liberi exhęredantur, vel prętereuntur à parentibus, &
ſeptem aſsignantur, quibus parentes à teſtamētis liberorum
ſubmouentur: nec opus eſt ſingulas hic enumerare: quia eui-
b denter [b] exprimuntur in authen. vt cūm de ap. cog §.cauſas.&
5 §.hoc quidem. † Item temporis curſus excludit querelam:
vt ſi tacuerit quis quinquennio: quod computatur ab hære-
ditate adita: & ne hęres differendo adire, defraudet eum debi-
to naturali, cui defertur querela, ſtatuitur vt ſi vtraq; pars eſt
in eadem prouincia, hęres adeat intra ſex menſes hęreditatem.
Si autem ſeorſum vterque degit in diuerſis prouinciis, hæres
debet intra annum adire, vel repudiare: quod ſi non fecerit,
compelletur poſtea per iudicis officium adire, vel repudiare:
6 vt j̃.eodem.l.pen.§. vltimo. † Item excludit querelam, por-
tionis debitæ facta traditio, ſcilicet eius partis quæ eum, inte-
ſtato patre defuncto, contingeret: vt j̃.eod.l.cūm quæritur. &
inſtit.eo.§.igitur quartam.& j̃.de col.l.pe.§.quòd tam in alijs.
7 † Item repellitur quis à querela, ſi agnouit voluntatem te-
ſtatoris: puta, præſtando aduocationem pro iis qui agunt ex
teſtamento, vel procurationem pro his ſuſcipiendo, vel agno-
ſcendo quod ſibi, vel perſonæ ſubiectæ poteſtati ſuæ relictum
eſt: cum id alij non ſubminiſtrauerit amplius, & ſi ſeruū ſuum
inſtitutum hæredem manumiſerit vt ſuo arbitrio adeat, idque
fraudulento conſilio fecerit, repelletur à querela: ſi tamen repe
tierit legatum, quod ei poſtea patuit ademptum, non repelli-
8 tur. Si verò non erit ademptum, repelletur. † Item repelletur
& ſi non habuit pecuniam quam ſperabat ſe habiturum à ſta-
tu libero, à quo petiit pecuniam: per mediam autem perſonam,
vel conſequentiam ſi capiat filius, non repellitur à querela: vt
ſi filius erat correus cum alio cui relicta eſt liberatio: vt ff. eo-
dem.l.vlti. ¶.reſponſ. & l.ſi pars.§.vlti. & l.nihil.vſque in fi.&
j̃. eodem.l. parentibus. Idemq; & ſi exhæredatus extiterit hæ
res hæredi inſtituto pro parte in teſtamento exhæredātis: ma-
ximè ſi eam portionem non poſsideat, vel iure ſuo non poſ-

ſideat. Idémque & ſi extiterit hæres legatario. Secus tamen ſi
in rem legatã ſuccesſit ſingulari titulo legati, vel ſimili: tunc
enim repelletur, vtpote agnita voluntate teſtatoris. multóque
magis repellitur, ſi in teſtamẽto adſcripſerit poſt mortem pa-
tris conſentire ſe voluntati eius, vel ſi debitum hæreditarium
pro parte hæreditaria ſoluit, vel ſi exhæredatus hæreditatem
c emerit ab inſtitutis hæredibus: aut res ᶜſingulas, aut prædia
conduxerit, vel quid ſimile fecerit, vel ſoluerit hæredi quod
debebat teſtatori, ſciens eum hæredem eſſe: vt ff. eo. l. penulti.
§. vlti. & l. vlti. & l. ſi ponas. §. penulti. & infrà eod. l. parenti-
bus. Illud certum eſt non nocere exhæredato, ſi eius pater le-
9 gatum ex teſtamento exhæredantis accipiat. † Item & lega-
tarius quilibet agere poteſt querela de inofficioſo teſta. ex
perſona exhæredati, cuius extitit hæres: puta, quòd arro-
gauit eum: vtique ſi iam exhæredatus agere cœperat: aliter
enim non tranſmittitur querela ad extraneum hæredem: vt
10 ff. eod. l. filius. & l. poſthumus. §. vlti. † Item excluditur
quis à querela, ſi competat ei aliud auxilium: puta, bono-
rum poſſeſsio, vel condictio ex lege diui Pij in bonis arrogan
tis: vt inſtit. eo. §. tam autem. & ff. eo. l. Papinianus. §. ſi quis
impubes. Nec ob. quod legitur. ff. eod. l. pater. patri prẹter ito
ᵃ dari querelam. Nec enim loquitur de querela inofficioſi te-
ſtamenti ſed bonorum poſſeſsionis contra tabulas, qua con-
querendo de iure prætorio, reſcindit teſtamentum: & eodem
modo poteſt intelligi quod dicitur infrà eod. l. ſecunda. ſcili-
cet vt dicatur teſtamentum inofficioſum, ratione præteritio-
nis: vnde datur ibi bonorum poſſeſsio contra tabulas, quæ
iuris eſt non facti: vt inſtit. de ſucceſſ. liber. §. ſi verò teſtamen
11 tum. & ff. de bono. poſſeſſ. l. iij. §. j. & ij. † Datur autem que-
rela inofficioſi teſtamenti filio, & nepoti, & omni deſcenden
ti, qui tempore mortis ab inteſtato poſſet ſuccedere, non ob-
ſtante præcedente perſona. Diſtingue tamen in his omnibus,
ſint exhæredati, vel pro exhæredatis habiti, an præteriti. Si
exhæredati ſunt, vel pro exhæredatis habiti: vt quia prætert-
ti ſunt à matre, vel linea materna, datur eis querela: vt ff.
de bono. poſſ. contra tabulas. l. non putauit. Si verò præteri-
ti ſunt, ſi quidem ſint in poteſtate teſtatoris, poſſunt dicere
ipſo iure teſtamentum nullum, vel petere bonorum poſſeſ-
ſionem contra tabul. Si verò ſint emancipati, datur eis bono-
rum poſſeſsio contra tabu. vt inſtit. de exhæred. lib. j. reſpon-
ſo. & §. emancipatos. & de libe. præte. l. vlti. §. ſancimus. Itaq;
& iſti qui pro bo. poſſ. contra tabu. admittũtur: in larga ſigni-
ficatione agere dicuntur de inofficioſo teſta. quod dicitur
inofficioſum ratione præteritionis, vel exhęredationis: vt in-
ſtitu. de ſuc. libe. §. ſi verò teſtamentum. Et ita poteſt intelligi
12 quod dicitur j. eo. l. ij. & l. ſi maritus. † Itẽ datur querela qui-
buſdam collateralibus, ſcilicet fratribus conſanguineis, non
vterinis, contra teſtamentum fratris, vel ſororis, ſi ſcripti hæ-
redes infamiæ, vel turpitudinis, vel leuis notæ macula aſper-
d gantur ᵈ: vel ſi ſcripti ſunt hæredes liberti, qui perperam, &
non bene merentes, maximiſque beneficiis, id eſt, blãdimen-
tis, vel adulationibus, ſuum patronum aſſecuti, inſtituti ſunt:
13 excepto ſeruo neceſſario hærede inſtituto. † Hic enim inſtitu
e tus, & ſi turpis ſit perſona, non repelletur ᵉ ab hæreditate per
querelam: vt infrà eodem. l. fratres. Hodie fortè non diſtin-
guentur conſanguinei ab vterinis per authen. de hæredib.
ab inteſtat. veni. colla. ix. Vel illud obtinet cum ab inteſtato
veniunt. Secus ſi veniant per querelam, & repellitur iſte fra-
ter à querela propter quaſdam ingratitudines: vt in authen.
de nupt. §. ingratitudinem. Sicut autẽ ſubuenitur deſcẽdenti-
bus, & collateralibus quibuſdã: ita & parẽtibus ſubuenitur
cõtra teſtamentũ liberorũ. Nã & ſi parẽtibus non debetur li-
berorum hæreditas, propter votum parentum, & naturalem
erga liberos charitatem: turbato tamen ordine mortalita-
tis, non minus parentibus, quàm liberis piè relinqui debet.
Et ſi quidem ſint parentes lineæ maternæ exhæredati vel prę
teriti à liberis, habent querelam: vt & in liberis, è contra-
rio dictum eſt. parentes autem lineæ paternæ exhęredati, ha-
bent querelam: præteriti autem habent bonorum poſſeſ. con
tra tabu. vt ff. eod. l. j. & l. ij. & iiij. & v. & inſtitu. quibus mo-
dis ius pat. pot. ſol. §. præterea, & obtinet hoc de liberis qui
facti ſui iuris poſſunt teſtari. Nam ſi fuerint teſtati filiifam.

ipſo iure non tenet teſtamentum: niſi teſtentur in caſtrenſi,
vel quaſi caſtrenſi peculio: tunc ceſſabit querela in caſtren-
ſibus, vel quaſi caſtrenſibus bonis, ſi conditum ſit teſta-
mentum eo exiſtente in militia. Secus verò ſi fieret à vetera-
no: vt infrà eodem. l. de inofficioſo. & l. vltima. & ff. de mil.
teſta. l. ſi à milite. §. vltimo. & ff. eodem. l. Papinianus. §. Papi-
14 nianus. † Hodie enim videtur locum habere querela in ca-
ſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi peculio: vt in auth. vt cum de ap.
co. §. ſancimus itaque non licere. & authen. de ſan. epiſc. §.
15 preſbyteros. † Item datur querela patri nomine filij, volen-
te filio, non tamen inuito: vt ff. eodem. l. Papinianus. Alij er-
go omnes præter ſupradictos repelluntur à querela. Sed tá-
men ſi quilibet extraneus agat, non repellitur, ideo quod nõ
eſt de prædictis perſonis: & ſi caſu obtinuerit, non prodeſt ei
victoria, ſed iis qui ſuccedunt ab inteſtato: nam teſtatorem
16 facit inteſtatum: vt ff. eod. l. poſthumus. §. ſi quis. † Illud
videtur dignum notatu in querela. vt primum liberi admittã-
tur, eis autem repudiantibus, vel excluſis tempore, vel ſen-
tentia admittantur parentes, qui ſunt in primo gradu poſt li
beros. Item eo repulſo qui eſt in priore gradu, admittitur ſe
quens: vt ff. eod. l. pater. & l. ſi is. In caſu tamen videtur, quòd
filius, & nepos ex eo admittantur ad querelam, id eſt, vbi fi-
lius eſt emancipatus, & nepos in poteſtate retentus. Et fit hoc
per edictum de coniungendis cum emancipa. liber. Sed illud
hodie ſublatum eſt, cùm non ſit differentia inter ſuos, & emã-
cipatos: vt ff. eod. l. ſi ponas. j. reſpon. & ff. de coniun. cum
emanci. libe. l. j. & in auth. de hær. ab inteſtat. Quare autem
coniũgeretur filius nepoti quærit Pla. ſed certè ſi nouiſſet ti-
tulum de coniungendis, non quæſiuiſſet. Nam illud factum
eſt: vt fieret concordia inter ius ciuile quod ſolum nepotem
admittebat, qui erat in poteſtate, & ius prætorium quod ſo-
lum emancipatum inuitabat: quaſi non eſſet emancipatus.
17 † Proponitur autem querela ᶠ contra ſcriptos hęredes, vel
f fidei commiſſarios vniuerſitatis: & iſti, perlata querela, ita
conueniuntur hęreditatis petitione, ac ſi pro hęrede, vel pro
poſſeſſore poſsideant: vt infrà eodem l. prima. & l. ſi hęre-
dium. & l. cum duobus. & l. cum filium. & l. ſi maritus. & ab
adita hęreditate naſcitur querela: vt ff. eod. l. Papinianus. §.
ſi conditioni. & irritatur teſtamentum pro ea parte, qua eſt
hęres ille contra quem proponitur querela, niſi exhęredatus
in minori parte ab inteſtato ſuccederet, vel niſi ille contra
quem proponitur, poſſet ab inteſtato ſuccedere cum eo, qui
agit querela: tunc enim non irritaretur pro ea parte qua ab
inteſtato ſuccederet inſtitutus, niſi inſtitutus pati vellet, vt
ex pugnaretur teſtamentum in totum: & tunc etiam ipſe ab
inteſtato ſuccederet. Non enim videtur hic repudiare legi-
timam hęreditatem, qui adiit ex teſtamento quod putat inex-
pugnabile eſſe: vt ff. eod. l. mater. & de peti. hęred. l. legiti-
18 mam. † Solet autem quęri, an qui agit querela, agat hęreditą-
tis petitione, quod quidam conceſſerunt: arg. eius quod eſt. ff.
eo. l. qui de inofficioſo. ſed hoc falſum eſt. Nam cõſtat quod ſcri-
ptus hęres, qui adiuit, hęres eſt in ſolidum, licet deſinat eſſe,
tunc demũ cũ contra eum fertur ſententia in querela: vt ff. de
vul. ſub. l. in ſubſtitutione. Ergo alius in ſolidum, vel ex par-
te eſſe non poteſt: vt ff. de reg. iuris. l. quod contra. §. vni. Item
ſi ageret petitione hęreditatis: ergo etiã extraneo prodeſſet la
ta ſententia, quod lex negat. ff. eo. l. poſthumus. §. ſi quis. Itẽ hic
exhęredatus non eſt ex teſtamento hęres. quod patet, quia nõ
eſt inſtitutus: nec ab inteſtato, quia adhuc tenet teſtamentũ: vt
ff. eo. l. ij. ergo nullo modo eſt hęres: quia omnis hęres eſt ex te
ſtamẽto, vel ab inteſtato: vt ff. de peti. hęr. l. j. & ij. & iij. Itẽ pe-
titio hęreditatis datur contra eum qui poſsidet pro hęrede,
vel pro poſſeſſore: hic autem verus eſt hęres, & verũ habet ti-
g tulum: ergo ex non tenetur. Nec ᵍ obſtat quod legitur. j. eo. l. j.
dari querelam contra fidei commiſſarium vniuerſitat. s. ipſe
enim eſt loco hæredis: & ideo intenditur contra eum: & ex in-
tentata & perlata, proponitur contra eum hæreditatis petitio
ac ſi pro hærede, vel pro poſſeſſore poſsideat. Item quod di-
citur in prędicta l. qui de inofficioſo. verſic. Qui verò. nul-
lam aliam exercere, niſi hæreditatis petitionem: ſubaudi perla
ta querela inofficioſi teſtamenti. † Effectus autem querelæ
hic eſt: quia ſi pronuntiauerit iudex contra teſtamentum, nec
fueri-

ſuerit prouocatum, ipſo iure reſciſſum eſt: & erit ſuus hæres,
qui agebat querela, ſecundum quem iudicatum eſt, vel bono-
rum poſſeſſor, ſi hoc eſſe contendat: & inſtitutus hæres deſi-
nit eſſe hæres, & legata non debentur, imo ſoluta repetuntur:
vel ab eo, qui ſoluit, ſi ſoluerit de ſuo, vel ab eo qui obtinuerit
ſi ſoluerit de hæreditate, & repetuntur vtili actione ab eo, qui
vicerit: maximè ſi ante cõtrouerſiam illatam, ſoluta ſunt. Li-
bertates autem ipſo iure non valent, ſi erant directę, & actum
ſit querela intra quinquẽnium. fideicõmiſſariæ autem pręſtan
tur libertates, datis ab vno quoque manumittẽdorum vigin-
ti aureis. Si autem vltra quinquẽnium agatur querela, ex ma-
gna cauſa indulta in integrum reſtitutione contra quinquen
nium, competunt directę libertates, & fideicommiſſarię prę-
ſtantur, quia contra libertatem reſtitutio non debet proficе-
re, vt ff. eo. l. Papinia. §. vlt. & l. ſi autem. & ff. de mino. ſi ex cau
20 ſa. §. vlti. †Et eſt hoc mirabile, quòd lata ſententia contra
hæredem preiudicat legatariis: & ita ſit ius ex ſententia, ſicut
& in caſu filiationis: vt ff. de liber. agno. l. j. §. vltimo. & l. ij.
21 & tertia. †Hodie autem non videtur quòd talis ſit effectus
querelæ: licet enim reſcindatur teſtamentum, quantum ad
inſtitutiones, legata tamen, & fideicõmiſſa valent: vt in au-
then. vt cùm de ap. cog. §. ſi verò contigerit. Vel illud fortè
locum habet cùm ipſo iure non tenet teſtamentum non ex-
preſſa cauſa exhæredationis, vel præteritionis in teſtamento.
& hoc euidenter dicit authen. Si autem expreſſa ſit cauſa, &
perlata querela pronuntiatum ſit contra teſtamentũ, obſerua
bitur quod ſupra dictum eſt: vtpote cùm tunc videantur le-
gata pendere ex inſtitutione, qua caſſata & ipſa debent infir
mari. argu. eſt pro hoc quod legitur. ff. de iniuſto rup. teſt. l.
nam & ſi ſub conditione. & de lib. & poſt. l. & ſi pepererit.
§. vlti. Vel dic (vt plerique dicunt indiſtinctè) præſtari legato
irrito teſtamento per querelam, vel ipſo iure: quia non eſt
præteritio, vel exhæredatio ritè facta. Et benè eſt, vt hic ſub-
iiciamus, quę innouentur in querela per Codicem, vel per
ius authen. Innouatur autem per Codicem: quia olim libe-
ri neceſſe habebant probare ſe gratos fuiſſe: cùm non in-
22 cũbat hæredibus probare de ingratitudine. †Hodie autem
præſumuntur liberi grati: niſi ab hæredibus probentur in-
grati, ſcilicet cùm teſtator eos dixerit ingratos. ſi enim ta-
cuit, non licet hæredibus de ingratitudine aliquid dicere: vt
infrà eod. l. liberi. & l. omnimodo. Item olim agebat exhære-
datus querela, ſi minus habebat quarta: per Codicem agit
ad ſupplementum: ſicut & agit quando relictum eſt ei, quod
ſufficit ad quartam: & poſtea eſt euictum. Nam quartam ſine
onere, & ſine aliqua diminutione debet habere: imò ſi in
quarta, dies, vel cõdictio eſt adiecta, pro non appoſita debet
haberi. Idẽ & in onere quod tamen pater vel mater non cau-
ſa oneris, ſed ob prouiſionem liberorum ſtatuit pupillariter
ſubſtituendo, vel conditionem emancipationis apponendo
ſeruabitur: vt infrà eod: l. omni modo, & l. ſancimus. & l. quo
niam. ij. filius. & l. ex tribus. Idem ſi faciat exẽplariam ſubſti-
tutionem fortè, vel fidei cõmiſſariam, qua non magis quẽli-
bet filiorum grauauit quàm cuilibet prouidit: vt infrà, de
impub. & aliis ſubſtit. l. humanitatis. & infrà eod. l. ſi pater
23 puellæ. †Item iure veteri non tranſmittitur ad hæredẽ que-
rela, niſi præparata: puta per cõminationem, vel denuntia-
tionem, vel libelli dationem, vel agnitionem bonorum poſ-
ſeſſionis extraordinariæ, quæ dabatur gratia agnoſcendæ li-
tis: vt ff. eod. l. poſthumus. §. vlti. & l. quẽadmodum. Hodie
autem tranſmittitur ad ſuum hęredem: & ſi non ſit prępa-
rata: vt infrà eodem. l. ſcimus. §. vlti. per authent. de trien.
& ſemiſ. aucta eſt debita portio liberis. Nam ſi quatuor ſunt
liberi, vel pauciores, debetur eis triens ex ſubſtantia defi-
cientis, hoc eſt, tertia pars aſsis, quę continet quatuor vn-
cias. Si fuerint plures, debetur eis ſemis quoquo relicti titu-
lo, ex æquo inter eos diuidendo: cuius portionis vſusfructu
non poſſunt fraudari à parente: vt in authen. de trien. & ſe-
miſ. §. hæc nos. & ſi inſtituatur in amplius, vel in totum: vt
infrà eod. ſcimus. §. cùm autem. Per aliam autem nouiſsimam
authen. vt cũ de appell. cog. §. aliud quoque capitulũ neceſſa
rium eſt, quòd habeat debitam partem iure inſtitutionis: ſi pa
ter perfectum faciat teſtamẽtum: vt ſi tamen inſtituat filium
hæredem & eum rebus certis pro ſua inſtitutione iubeat eſſe
contentũ, valet teſtamentum: vt in auth. eod. §. hæc autem. li-
cet videretur, quòd tunc debeat habere legatarii locũ: vt in-
frà de hær. inſtit. l. quoties. Sed non eſt ita: quia teſtator eum
onerauit inſtituendo hæredem. arg. eſt ff. de leg. j. l. iij. Itẽ qui
ex teſtamento fuit, vel eſſe potuit hæres: quòd non eſſet ſi re-
lictum accepiſſet iure legati. Si autem non faciat pater perfe-
ctum teſtamẽtum, non exigitur vt filium inſtituat hæredem:
cùm etſi vellet in tali teſtamento inſtituere non poſſet: nec
habere poſſet locum querela, cùm filius ab inteſtato ſucce-
dat: & ita ſeruetur ei debita portio. Idem & illud in veteri,
& in nouo ſeruatur iure: vt debita portio accipiatur detra-
cto ęre alieno, & funeris impẽſa, & libertatibus: & ideo poſ-
ſet contingere, quòd pater fraudaret filium debita portione
ſi ſeruos tantum habeat in patrimonio, quibus reliquit liber
tatem inſtituto filio hærede, niſi fortè hic erat filius emanci-
patus. hic enim ab inteſtato ſuccedet repudiata teſtamenta-
ria ſucceſsione, vt excludat fraudem defuncti, vel ſi habeat
ſubſtitutum, tranſmittet ad eum hæreditatem: & contra eum
querelam inofficioſi teſta. inſtituerit. vt ff. eod. l. Papinianus.
24 §. quarta. †Et nota, quòd hęc querela non eſt propria actio:
nec enim agitur vt quid vel pręſtetur, nec eſt parua accuſatio:
quia non accuſatur quis vt puniatur in corpore, ſed eſt ius
quoddam reſcindendi teſtamentum in totum, vel pro par-
te: vt ff. eodem. leg. circa. & leg. nam & ſi §. vltimo. aperit er-
go viam ſuccedendi, & obtinet medium nomen, vt dica-
tur querela.

ANNOTATIONES.

a Vel præteritus. Ad huius concluſionis & totius tituli materiam vide Barto. in l. ſi quando. §. & generaliter. in ver. vlti. quærit gloſſ. hoc eod. titu. Bal. in l. ſcimus. §. cùm autem eod. titu. domi. Alex. & doct. in l. ſi ita ſcriptum. §. teſtamentum. ff. de li. & poſthu. & vide Paul. de caſt. in conſil. 334. Oldr. in conſi. 138. eundem do. Alexand. in conſil. 86. in iiij. volum. qui multa ad materiam exaggerat.

b Euidenter. Exprimitur etiam per gloſſ. ordin. in ca. quintauallis. ex-trà de iureiurand.

c Res. Vide Bald. in conſil. clxix. v lib.

d Macula aſperguntur. Vide ad hoc doct. in l. fratres. C. hoc eodem tit. Ange. in authen. ex cauſa. de liber. præter. Paul. de caſtr. in terminis in conſi. lix. qui latè examinat totam materiam.

e Repelletur. Vide do Alexan. in conſi. 501. in ſi. vol. iiij.

f Querela. Vide Bald. in conſil. ſuprà alle. & in l. j. de Apoſt.

g Nec. Vide omnino Bald. in conſil. clxix. v. lib.

De inofficioſis donationibus. *Rubrica.*

1 *Inofficioſa donatio quæ.*
2 *Inofficioſa donationis querela quibus detur.*
3 *Querela inofficioſæ donationis ex quibus cauſis non detur.*
5 *Donatio inofficioſa quo iure reuocetur.*

DICTVM eſt ſuprà de querela inofficioſi teſta-
a menti. Sed quia ſępe in fraudem legis excogitan
tur donationes, vt ceſſet querela inofficioſi teſta-
menti: vt infrà eod. l. j. ideo ponit de inofficioſis
donationibus. Videndum eſt ergo, quæ ſit inofficioſa dona-
tio, & quando, & quibus, & contra quos detur querela
1 inofficioſæ donationis, & quis ſit eius effectus. †Eſt autem
inofficioſa donatio, quę contra officium pietatis eſt facta,
b ſcilicet quia per eam liberi, [b] vel parentes excluduntur à de-
bito bonorum ſubſidio, vel ex propoſito donãtis, vel re ipſa,
vt ſequentia declarabunt. Sed illud certum eſt querelam
iſtam competere, ſiue donator decedat teſtatus, vel inteſta-
tus: vt infrà eodem leg. precibus. Superior autem querela
2 facto tamen teſtamento competit. † Datur autem iſta que-
rela his omnibus perſonis, quibus & ſuperior: ergo aſcen-
dentibus, & deſcendentibus datur: vt infrà eodem. l. ſi filius.
Sed excipiuntur, vt dicunt in fratre, qui donauit. Nam licet
querela inofficioſi teſtamenti, quandoque ſibi competat: vt
ſuprà tit. j. l. fratres. hæc tamen ſecundum eos denegatur. Po-
teſt tamen dici contrarium, cùm dicat lex vnam eſſe iſtius vel
illius querelæ cauſam, & ſimilem exiſtimandam eidem eſſe ius
vtriuſque temporibus & moribus: vt j. eod. l. vlti. Item ſicut

ſuperior datur contra ſcriptos hæredes: ita & hæc cōtra eos,
3 quibus donatum eſt in immenſum. † Eſt autem cauſa huius
querelæ inique excluſio à debito bonorum ſubſidio. Multæ
autem cauſæ diſſuadent eam dari. In primis ſi aliud ordina-
rium cōpetat auxilium: vt ſi ipſo iure nulla ſit donatio: quia
c pater[c] donauit filio exiſtenti in poteſtate: ſecus ſi emancipa-
to: vt j. eod. l. ſi pater. nec eſt huic contrariũ quod alias dici-
tur donationē factam à patre in filium, qui eſt in poteſtate,
ſua confirmari morte. Nec enim confirmatur quatenus eſt in
officioſa: & ideo datur actio fam. er. pro legitima parte. Si
ambo ſunt cohæredes, fortè dabitur vtilis actio fa. er. arg. ff.
de dote præleg. l. ij. §. reſpon. Vel dabitur querela confirmata
donatione. in caſibus tamen etiam pater filiofa. donat: vt di-
cemus. j. fa. er. Item ceſſat querela, ſi non ordinariũ, ſed extra-
ordinarium auxilium detur: vt in integ. reſti. ex defuncti per-
ſona: vt j. eo. l. ſi filius tuus. Item quartæ integræ reſeruatio,
ſcilicet eorum bonorũ quæ ante donationē erant donātis: vt
ſupra tit. proxi. auth. vnde ſi parens. Item factæ donationis
agnitio: vt j. eod. l. cùm donationibus. Itē quinquennij tranſ-
curſus: vt. j. eod. l. vlt. Itē ingratitudo: vt in authen de immen
ſis dona. §. hæc itaque. Perficu autem hæc perlata querela, vt
4 reuocetur donatio inofficioſa. † Diſtinguitur tamen à qui-
buſdam: ſit donatio inofficioſa re tantum, an re & conſilio: vt
in primo caſu fiat tantum reuocatio debiti ſubſidij: vt j. eod.
l. ſi totas. In ſecundo caſu reuocetur donatio tota: vt ff. de le-
gat. ij. l. Titia Seio. §. Imperator. Sed certè melius eſt vt dica-
mus ſemper tantũ reuocari debitum bonorum ſubſidium: vt
j. cod. l. ſi liqueat. ibi enim ponitur de inofficioſa donatione
re, & conſilio. Nec obſt. illa. l. Titia. quia dicit id quod dona-
tum eſt, pro dimidia reuocari: Sic intelligendum eſt, vt reuo-
cet dimidiã trientis totius ſubſtantiæ: vt j. eo. l. ſi mater tua.
5 non dimidiã omnium bonorũ. † Quæri ſolet quo iure reuo-
cetur iſta donatio. Et dicunt quidam vt R. vtilem hæredita-
tis petitionem dari quaſi titulo habito pro non titulo: quod
non videtur verum: cùm hic donatarius factus fuerit domi-
nus, & bona fide. Alij dicunt dari vtilē rei vendicationē quod
ſatis dici poteſt: propoſita tamen primò iſta querela: & per
hanc reſciſſa donatione: directa enim non poteſt dari, cũ hæc
donatio in fraudem hominis non in fraudē legis ſit facta: vt
ff. de iure pat. l. ſi libertus. Nec tamen hoc dico vt per omnia
ſimilis ſit patrono hic filius: quia hic ſola donata. ibi quoquo
modo alienata: dolo tamen reuocantur hic, & ſine dolo: vt
dictũ eſt. fiet ergo reſciſsio donationis per hanc querelam, ſi-
cut reſcinditur teſtamentũ per ſuperiorem querelam non ta
men omnino ſic: quia ibi ipſo iure non deſinit hæres eſſe do-
minus: at hic non ita credo, & meritò: quia hic cui donatum
eſt, non ſola voluntate vt hæres habeat dominiũ. Ideoque li-
cet infirmetur voluntas per hanc querelã: remanet tamen do-
minij tranſlatio per traditionē factã. at in hærede infirmata
voluntate defuncti, non poteſt dici penes eũ aliquid remane-
re. Poſſet etiam dici dari condictionem ex lege. Nam ſecun-
dum veteres leges non fiebat hæc reuocatio.

ANNOTATIONES.

a Querela in offi. teſta. Et an eiuſdem naturæ ſit querela inofficioſi te-
ſta. cum hac querela, vide tex. in l. non conuenit: vt infra eod. & vide
do. Alex. in conſil. lv. in primo volu.

b Per eam liberi. Vide ad iſtam materiam Bart. in l. Titia. §. imperator.
ff. de l. ij. & vide Bal. in marg. ver. donatio. Bar. ſoci. in conſil. cviii.
inci. in hac conſultatione. iiii. col. circa ſi. char. 193. cum pluribus ſeq.
vbi multa ad materiam reperies.

c Pater. Vide do. Franc. de crem. in nota. ſuo. xxxvii.

LEX PRIMA.

1 *Quarta relicta, etiam de inofficioſo agi.*
2 *Querelam quarta completa, ceſſare.*
3 *Donatio non excedens non querelanda.*
4 *Donatio inofficioſa quatenus reuocanda.*

SI VT ALLEGATIS, mater. Quomodo
his duobus filijs dari poteſt querela, cùm quar-
tam habeant, & etiamplus: quia & alij duo erant:
vt in litera proponitur: & duæ unciæ plus quarta
ſunt. Reſpondeo, quòd prōptum eſt dicere quòd ex duabus
vncijs, non patrimonij quod erat ante donationem fuerunt
inſtituti, ſed eius quod remanſit: puta, donauit decem vncias,
& remanſerunt duæ tantum: has duas diuide in duodecim, &
ita ex duabus vncijs eius quod remanſit, fuerunt inſtituti. Sed
1 cum † aliquid habeat nomine quartæ: cur querelam intendit?
Reſpondeo, quia & ſuperiorē olim habebat, ſi minus quar-
ta haberet, ſed hodie remittitur omne grauamen: vt ſupra ti-
tu. j. l. ſcimus. Dic ergo quod ſiue hic habebas querelã ſecun-
dum leges veteres, contra legatarios in modũ exceptionis, ſi-
ue etiã hodie remittatur omne grauamen: tamen etiam hodie
hanc querelam eſſe proponendã, ſi id quod apud eum eſt, ad
quartam non ſufficit: & ita habebit vtrũque. Sed quid ſi ſuf-
ficiat remiſſo ſibi onere per legem, non videtur lex iſta velle
quòd hanc querelam proponat. Sic enim ait, vtpote quartã,
2 &c. † Item quærit. Io. B. quid ſi donaui primo nouem. hæc
quidem non eſt inofficioſa donatio: quia adhuc in bonis ſu-
pereſt debitum bonorũ ſubſidium: poſtea facio teſtamentũ,
& te filium inſtituo in reliquis tribus vncijs, & à te multa le-
gata relinquo, an hic filius querelabit aliquo modo? Ecce
enim querelam inofficioſi teſtamenti non habet, quia quartã
habet, vel habere poteſt petitionem trium vnciarum quæ ſu-
perſunt, & remanſerunt factis donationibus tēpore mortis:
3 vt ſuprà titu. j. l. cùm quæritur. † Item hanc non habet: quia
nullo modo donatio fuit inofficioſa. quod ſi ergo ſit ſic, pa-
ter poteſt donando fraudare filium: quod videtur eſſe contra
ſententiam omnium legũ huius tit. Et hoc quidem negari nō
poteſt, quin aliquo caſu fraudare poſſet pater filium. quid
enim ſi omnia in mare proijciat? Reſpōdit Io. B. quòd ſi dona
tio illorũ nouē fraude facta fuit, quòd fiat reuocatio nouem.
Nec prodeſt ſi dicas; non fuit re fraudatus in illis: quia & ſi
tunc non erat fraudatus, fraudabatur tamen, ſicut in viuca-
4 pione alias ſolemus dicere: & nunc † relictis vltimis legatis in
omnibus etiam præteritis donationibus videtur fraudatus.
Vnde etiam propter duodecim ſit reuocatio in mille: quia
etiam vltra dodrantem quid minimũ donat. Nec mirũ: quia
hoc idem dicimus in lege Falcidia: vt ff. ad legem Falcid. l. in
quantitate. §. vlti. Si verò re tantùm fuerit inofficioſa, omni
remedio videtur excludi: niſi per authen. de immen. dona.
quod generaliter loquitur, vbi immenſa fuit donatio: quia
quartam bonorum, quæ erat ante donationem, omnino de-
bet habere filius.

De inofficioſis dotibus. *Rubrica.*

1 *Dotem vt donationem inofficioſam dici.*
2 *Reuocanda immenſa donationis cauſa.*
3 *Titulo de inofficioſa dot. quatenus locus ſit.*

PROMPTVM eſt leges legibus concordare:
vt in auth. de exhi. & intro. reis. §. vlti. in ſi. & in-
1 frà eod. l. j. † ergo ſicut ad inſtar inofficioſi teſta.
querela inofficioſæ donationis inducitur, ita ad
imitar querelæ inofficioſæ donationis, prodita eſt querela
inofficioſæ dotis. Si ergo mater bona omnia, vel penè omnia
in filiorum fraudem dederit in dotem pro ſe: vel fortè ſecun
dum P. pro filia, vel pro muliere alia, per querelam inofficio-
ſæ dotis fiet reuocatio, vt filijs conquerentibus emolumenta
debita deferantur: vt infrà eod. l. j. Videtur tamen quòd vbi
mulier pro alia muliere donat dotem, locum habeat querela
inofficioſæ donationis: quia tantum ad donantem non dos
eſt, ſed donatio. Item hoc ſi mulier erat maior: nam ſi eſſet mi-
nor, reſtitutio cōpeteret: & ideo querela ceſſaret. Nec obſt.
quod legitur infra, de iure do. l. nulla. illa enim ſola ratio,
quia mulier donat omnia bona, non eſt ratio ſufficiens. Sed
2 poſſunt † eſſe aliæ rationes reuocandi: vel quia mulier eſt mi-
nor, vel quia fraudat filios debita portione, vel quia non ſer-
a uaret filiorum affectionem. Hodie[a] tamen videtur quòd cō-
petat iſta querela, cũ filius primi matrimonij habeat condi-
ctionem ex lege, vt tantum conſequatur, quantum mater dat
ſecundo marito ex cauſa dotis, vel pro quocunque alio tim-

lo † vt

3 lo, † vt infrà de ſecun.nupt. l.hac edictali. & in authentici.de
nupt.§.optimum & §.quia verò hactenus dicendum. ſed olim
ita demum locum habebat ſi mulier conueniſſet cum marito,
vt ex morte ſua lucraretur dotem: alioquin cùm mortua mu-
liere dos redeat ad filios: quomodo haberet locum querela
inofficioſæ dotis?

ANNOTATIO.

a Hod ie. Vide circa iſta verba Azonis, Barto. hic in l. prima.

De petitione hæreditatis. *Rubrica.*

1 *Hæreditatis petitio directa cui detur, & contra quem.*
2 *Hæreditatis petitione propoſita, poſſeſſorem ſtatim eſſe interrogandum qualiter poſſideat. & num. ſeq.*
4 *Hæreditatis petitio contra quem detur vtiliter. & nume. 6.*
5 *Poſſidens rem vnam hæreditariam tantum an poſſit conueniri hæreditatis petitione ad totam hæreditatem.*
7 *Debitorem hæredis non ipſius hæreditatis conueniri non poſſe hæreditatis petitione.*
8 *Hæreditatis petitio pro quibus rebus detur, ſeu quæ res in eam veniant. & nu. 10.*
9 *Hæreditatem poſſidens bona fide, facit fructus ſuos.*
11 *Poſſeſſor bonæ fidei quatenus teneatur hæreditatis petitione.*
12 *Hæreditatem poſſidens bona fide quando incipiat fieri malæ fidei poſſeſſor.*
13 *Impenſæ gratia rei factæ qua ratione deducuntur à poſſeſſore hæreditatis aduerſus petitorem, & quando, & quales. & numero 15.*
14 *Impenſæ neceſſariæ quæ dicuntur, quæ item vtiles.*
15 *Impenſas ratione fructuum factas deduci etiam à prædone.*
16 *Hæreditatis petitionem eſſe actionem ciuilem.*
17 *Hæreditatis poſſeſſor vel petitor an poſſint conueniri à creditoribus hæreditariis & à legatariis poſteaquam lis eſt conteſtata ſuper hæreditate, vel ſperatur conteſtanda.*
18 *Libertatis directa vel fideicommiſſaria nomine intra quantum tempus agatur, vbi contentio eſt de hæreditate inter poſſeſſorem & petitorem.*
19 *Hæreditatis petitionem eſſe actionem mixtam in rem, & in perſonam.*
20 *Hæreditatis petitio quæ communia habeat cum rei vendicatione, quæ item differentia.*
21 *Intellectus ad l. j. C. de petitio. hæred.*
22 *Vſura pecuniæ inuentæ in hæreditate quando præſtetur.*
23 *Vſuræ fructuum à quo & qualiter præſtare debeant in hæreditatis petitione.*
24 *Intellectus ad l. ſi poſt motam. C. de petitio. hære.*
25 *Emptor hæreditatis an ſemper poſſit conueniri vtili petitione hæreditatis.*
26 *Intellectus ad l. hæreditatis. C. de petit. hære.*
27 *Intellectus ad l. de hæreditate. C. de petitio. hæred.*
28 *Intellectus ad l. ſi putas. C. de petit. hære.*
29 *Tutores inutiliter dari decreto iudicis ei, qui habere eos non poteſt.*
30 *Hæreditatis petitione conuentus cogitur reſpondere, poſſideat pro hærede, an non: ſicut qui conuenitur rei vendicatione cogitur reſpondere poſſideat, nec ne.*
31 *Intellectus ad l. cogi. C. de petit. hære.*

DICTVM eſt ſuprà de inofficioſo teſtamento
cuius querela præparatoria eſt vniuerſalis iudi-
cij, id eſt, petitionis hæreditatis: & ideo de hære-
ditatis petitione ponit, quæ quidem quandoque
eſt directa, quandoque vtilis: & hic ſuper vtraque confuſe
ponit rubricam: ſed Digeſtis primum ponit de directa, poſteà
de vtili, id eſt, de fideicommiſſaria hæred. peti. & de poſſeſſo-
ria hæred. peti. Et idem in ea, quę datur ei, qui emit à fiſco: vt
ff. eodem. l. ei, qui partes. quę quidem vtiles dicuntur reſpe-
ctu agentium, qui iure ciuili non admittebantur. & ſic dire-
cta dicitur nihil dari hæreditatis petitio: quia de iure ciuili
admittor: ſed illa duo directo, & vtiliter reſpectu reorum po-
nuntur. Plerunque tamen dicitur dari vtilis, id eſt, directa vti-
liter: vel directa, id eſt, vtilis directo: vt ff. eod. etiam. §. j. & §. ſi
quis ſciens. & §. item ſi quis. Videamus ergo de directa, cui de-
tur, & contra quem, & quæ veniant in eam, & qualis ſit a-
1 ctio. † Datur autem directa ab inteſtato, vel ex teſtamento
a ſuccedenti [a] per legem, vel ſenatuſconſul. Item per ſe, vel per
alium, vt ff. eo. l. j. & ij. & iij. Directò autem datur contra eum
qui poſſidet pro hærede, vel pro poſſeſſore, qui nullam cau-
ſam poſſidendi habet, nec contendit ſe hæredem: vel ſi per
mendacium contendit, tenetur. Alioquin expediet ei negare,
quod non debet eſſe: vt ff. de tributoria. l. illud. §. vlti. & ff. eo.
l. regulariter. & l. licet. & l. pro hærede. & l. qui interrogatus.
2 † Hoc tamen eſt notandum, quòd demum petitionis hæredi-
tatis propoſito libello faciendæ ſunt interrogationes poſſeſ-
ſori, qualiter poſſideat: vt ff. de interroga. acti. l. j. in princ. &
l. de ætate. §. ij. hoc eſt, an credat ſe hæredē. Si reſpondeat, cre-
do: ergo proceditur in petitione hæreditatis: quia poſſidet
pro hærede. Si reſpōdeat non: quæram titulum, quem ſi pro-
bauerit, non procedetur in petitione hæreditatis: ſi non pro-
bauerit, præſumitur, quòd pro poſſeſſore poſſideat: & ſic in-
telligitur quod dicitur. j. eo. l. cogi. vt bona ſit exceptio, præ-
ter eum qui, & c. ergo ille qui cogitur dicere, id eſt, reſpon-
dere vtrum pro hærede, vel pro poſſ. poſſideat, cogitur dice-
b re, id eſt, probare titulum, [b] prout præmiſſum, & diſtinctum
eſt. Et huic ſententiæ etiam P. in aliquo videtur conſenſiſſe.
Sed tamen multa alia prauè dixit, ſcilicet quòd non teneatur
reſpondere, poſſideat pro hærede, vel pro poſſeſſore, necne:
& quòd cogatur in peti. hæred. probare titulum per quemli-
bet cognatum, in rei vendicatione per proximū tantum, quæ
ſomnia videntur eſſe potius, quam prudentis opiniones.
[Vel dic quòd bene dixit. Nam in rei vendi. per proximum
ſcilicet filium reſiſtentem: vt l. ſiue poſſidetis. j. de proba. in
petitione hæreditatis per quemlibet cognatum reſiſtentem:
quinimò per extraneum reſiſtentē oportet agentem probare
3 ſe hæredē, ſi vult vincere.] Domino autem † Bul. videbatur,
quòd debeat interrogari, poſſides pro hærede, an pro poſſeſ-
ſore, an non? & ſatis erat, ſi reſponderet: poſſideo pro hærede,
vel pro poſſeſ. vel non poſſideo pro hærede, vel pro poſſeſ-
ſore. Hoc tamen ſerua, vt ſi de mendacio conuincatur, amittat
poſſeſſionem: vt ff. de rei vendi. l. vlti. ſi dolo, vel lata culpa
mentiatur: alioquin pœnitere poteſt, cùm non ſit lis conte-
ſtata, nec ſit captio actoris: vt ff. de interroga. act. l. de ætate. §.
vltimo. Item directo petitur hæreditas, vbicunque titulus re-
putatur pro non titulo: vt ff. eod. l. nec vllam. §. j. Sed quidam
dicunt dari vtilem: quos confundit, quod dicitur ff. eodem. l.
4 etiam. §. ſi quis. † Vtiliter autem dicitur contra eum, qui
dolo deſiit poſſidere, vel obtulit ſe petitioni hæreditatis:
cùm non poſſideret: & hoc ignorante actore: vt ff. eodem. l.
nec vllam. §. vlti. & l. etiam. §. ſed & ſi nihil poſſideat. & l. qui
ſe liti obtulit. vel qui putat ſe bonorum poſſeſſorem eſſe: vel
fideicommiſſarium vniuerſitatis eſſe: vt ff. eod. l. pro hærede.
& l. etiam, §. idem erit dicendum. vel qui emit vniuerſitatem
mala fide: ſi bona, non tenetur, niſi in duobus caſibus, id eſt,
vbi modico diſtracta eſt hęreditas, & vbi non comparet ven-
ditor: vt ff. eodem. l. etiam. §. j. & §. ſi quis ſciens. Nec diſtin-
gunt quidam habeat, vel non habeat regreſſum de euictione
emptor hæreditatis: licet diſtinguant in eo, qui ſingularē rem
emit. & conuenitur rei vendicatione vt ff. eo. l. ſed & ſi lege. §.
item ſi rem. Item qui emit à fiſco, vtiliter conuenitur: vt ff. eo.
l. etiam. §. item ſi quis à fiſco. Illud autem in reo non diſtin-
guo poſſideat hæreditatem totam, vel partem, vel rem ſingu-
larem: quia ſemper in iis locum habet hęreditatis petitio.
5 Hic † tamen errantes quidam dixerunt, quòd ſi vnam rem
tantùm poſſideas, poteris de iure ſtricto conueniri ad hęredi-
tatem totam, ſi actor eſt in ſolidum hæres: ſi pro parte, & pro
illa parte peti poterit hęreditas: ſed de æquitate liberaris, re-
ſtituendo quod habes: vt ff. eodem. l. regulariter. & l. licet. &
ff. ſi pars hęredi. peta. l. j. §. j. Simile inducunt. ff. de peculio. l.
quæſitum. j. reſponſo. Sed domino meo videbatur contrà,
quòd enim ius ſtrictum poteſt aſſignari: vnde teneatur ad id
quod nec dolo, vel culpa deſiit habere: nec in eo eſt delictum
commiſſum, vel quaſi. Dic ergò, quòd ſi in ſolidum ſim hæres:

& tu vnam rem tenes, & peto eam inſolidum mihi reſtitui:
quia inſolidum dico me hæredem. Ecce iſtud, quia vendico,
attribuit mihi totam:non autem peto totam: & in actione de
peculio, quod dicitur tenere: & ſi non ſit in peculio expone,
id eſt, tenere poteris: ſi tamen erit in peculio tempore rei iudi.
vt ibidem dicitur. Nam & hic ſpectatur tempus rei iudicatæ
vt ff.eodem.l.ſi quo tempore. Non autem tenet nunc,quia do
minus nec habet,nec dolo, nec culpa deſiit habere:vt ff.de lib.
legatis.l.ſi quis reum. & ff.de peculio.quoties.§.ſi ſemel. Sed
6 † in reo attendo illud, ſcilicet, an teneat rem corporalem, an
incorporalem. Si corporalem, ſeruatur quod dictum eſt. Si
incorporalē, vt quia debiter fuit defuncti,vel hæreditatis ex
delicto, vel quaſi delicto tenetur; quia pro poſſeſſore quaſi
poſsidere videtur.Si verò debeat ex contractu,vel quaſi,idem
dicendum,ſi tamen ſe contendat eſſe hæredem:alioquin con-
trà:vt ff.eodem.l.etiam.§.vltimo.& j.titulo primo.l.vltima.&
penult. Si tamen debet purè,cauet:vt ff.eod.l.quod ſi in diem.
7 Si † autem ſuit quis debitor hæredis, non hæreditatis:vt quia
geſsit negotia hæredis, non hæreditatis iacentis, non tenetur
hæreditatis petitione, ſicut nec illa res venit in qua hæredi
cœpit competere ^c directa rei vendicatio: quia compleuit vſu-
capionem vt ff.eodem.l. & non tantum.§.quòd ſi. Qualiter
autem debeat quis hæreditati, & qualiter hæredi tantùm di-
citur ff.eodem.l.quòd ſi in diem.vſque in finem legis. Et ſunt
hæc notanda pro eo, quod ſi quis ſemel nactus eſt poſſeſsio-
nem rei hæreditariæ, & poſteà amittat,non agitur hęreditatis
petitione, quia illa actio nunc incipit tantùm ſibi competere.
8 † Nunc videndum quæ veniant in hæreditatis petitione, &
quidem hęreditaria, & quę ſunt in hęreditate: vt res commo-
datę,vel pignoratę, vel quarum habuit teſtator retentionem:
vt plenè dicitur. ff.eodem.l.item videndum.§ vltimo.& l.non
tantum,vſque in finem. & l.item veniunt.vſq; ad illum §.cùm
prędixerimus. & §.idem rectè. Item veniunt incorporalia,
cum illa natura tantùm quam habent naturaliter, non acci-
dentaliter. Et ideò vnum ſimplum quod à principio debetur
per legem Aquiliam veniet in hęreditatis petitione,non aliud
quod eſt ex inficiatione:vt ff.eodem.l.item veniũt.§.cum prę-
dixerimus.& l.illud.§.actiones.& l.euicta. Item res principa-
c les, & fructus, & omnis rei acceſsio veniunt ^c in hanc actio-
nem. Et vna eſt hęc actio pro rebus,& fructibus,quia eſt vni-
uerſalis:ſed in rei vendicatione vna eſt pro re actio, alia pro
9 fructibus: vtrobique † tamen bonæ fidei poſſeſſor facit fru-
ctus ſuos: licet quidam dicunt in petitio. hæreditatis contra:
d ^d vt ff.eodem l.item veniunt.§.fructus.& l.ſed & ſi lege.§.vlt.
& l.quod ſi oues.& l.ancillarum.& l.poſt ſenatuſconſultum.
& l.ſi quid poſſeſſor. Accipe autem fructus, impenſa deducta:
10 vt infrà eod.l.ſi à patre.§.vltimo. Item veniunt † omnia quæ-
cunque occaſione alienationis rerum habuit poſſeſſor, puta
pœnam,vel vſuram. Alioquin contrà: vt ſi ſtipulatus eſt pœ-
nam,ſi alius deiiceret eum de poſſeſsione, vel ſi alius non ve-
niret ad iudicium:cum ipſe alium conueniret pro re hæredi-
taria: vt ff.eodem.l.verum,§.proinde. & l.at vbi:& l.ſed & ſi
lege. primo reſponſo. Item venit damnum datum à poſſeſſo-
re:vt ff.eodem.l.ſi à patre.§.ſi poſſeſſor. Item veniunt in hanc
actionem, quę poſſeſſor exigit à debitoribus hęreditariis no-
mine ſuo,non nomine veri hæredis: & ideo poſſeſſor non te-
netur vero hęredi actione negotiorum geſtorum.vel condict.
certi,ex eo quòd ſuum negotium videatur geſsiſſe. Sed hac
vniuerſali actione:vt ff.eodem.l.ſed & ſi lege.§.petitio.& §.de
tranſact.l.tertia.§.debitor. Veniunt & ea, quæ quis dolo de-
ſiit poſsidere ſi extent non deperdita,vel diminuta: vel ſi reus
ab emptore nullo modo recipere poteſt,iurant contra eum in
litem. Si verò ſint deperdita, vel diminuta tenetur ad pretium
commune.Et eſt deperditum,quod in rerum natura deſiit eſſe:
diminutum,quod eſt vſucaptum: vt ff.eodem.ſi poſſeſſor hæ-
reditatis.§.vltimo. & l.deperditum. & hoc in rebus hęredita-
riis venditis, quę non onerabant hęreditatem, vel non erant
ſteriles. Nam in his, ſi quidem vendantur poſt litem motam,
idem:ſi ante,venit tantùm pretium acceptum: vt ff.eodem.l.
item veniunt.§.à quo.& l.ſi poſſeſſor.§.j.& ff.de rei vendica,
item ſi verberatũ.§ ſi quis rem. Item veniunt vſurę fructuum,
& omnia prædicta veniunt præſtanda à malæ fidei poſſeſſore.

11 † In bonæ autem fidei approbatur regula, quæ non fallit, id
eſt,quòd nullo caſu teneatur ad aliquid præſtandum in peti.
hæredi. niſi in quantum ſit locupletior tempore rei iudicatæ
vel litis conteſta. Bonę fidei autem eſt: vel qui habet iuſtam,
cauſam putandi ſe hęredem: vel etiam iniuſtam errando: pu-
ta in iure vt ſatis ſit quòd non verſatur in dolo: vt ff.eodem.l.
item veniunt.§.eos autem. & l.ſed & ſi lege. §.ſcire. & §.con-
12 ſuluit. & ff. de liberali cauſa. l. igitur.§.ij. † Porrò bonæ fi-
dei poſſeſſor incipit eſſe malę fidei, interpretatione iuris, quo
ad fructus reſtituendos, & ſuperiora pręſtanda. Item quan-
tùm ad vſuras fructuum perceptorum antequàm fieret malę
e fidei,non poſtea denuntiatione ^e facta mota controuerſia,lite
conteſtata, ſcientia vnde cumque habita, quòd ſit aliena hæ-
reditas: vt ff.eodem.l.item veniunt.§. petitam autem. & l.ſed
& ſi lege autem.& l.ſi quid poſſeſſor.§.ſicut.& l.hæres furioſi.
§.vltimo.ſecus quãtum ad fatalitatem pręſtandam.§.vltimo.
vbi verè ſcit alienam haberi: vt ff.eodem.l.illud quoque.Mar-
tinus tamen ad nihil fieri malę fidei poſſeſſorem dicebat, niſi
ſciret alienam. Bulgar.contrà argumen. infrà de acquirenda
poſſeſsione.l.nemo. Item eſt hic notandum quòd in rei ven-
dicatione non ſit quis malę fidei, niſi lite conteſta.niſi denun-
tiatio fiat in comparatione rei:vt infrà de rei vendicatione.l.ſi
13 fundum. † Opponitur autem petenti hæreditatem exceptio
à bonæ fidei poſſeſſore: vel à malæ fidei poſſeſſore imploratur
iudicis officium, ne reſtituat, niſi deducantur expenſæ gratia
rei factę: vt ff.eodem.l.planè.& l.vtiles.Sed in rei vendicatio-
ne non ita,vt j.de rei vendicatione.l. domum. niſi fieret malæ
fidei in faciendo de nouo. vtrobique enim dicam, quòd tunc
videatur donaſſe: quia prædictæ leges loquuntur cùm in refi-
ciendo facta eſt expenſa. Et aſsignatur differentia inter poſ-
ſeſſorem bonæ fidei,& malę fidei:vt benę fidei poſſeſſor omni
modo expenſas deducat:licet res non extet,in quam fecit: ſi-
cut tutor, vel curator conſequitur: prædo autem non aliter,
quàm ſi res melior ſit nũc. Nec diſtinguitur ſit neceſſaria ex-
penſa,an vtilis. Imò etſi voluptaria ſit,proficit poſſeſſori bonę
fidei exceptio doli. Prędoni autem probè dicetur,nõ debuiſſe
in alienam rem ſuperuacuas expenſas facere: vt tamen pote-
ſtas ei fieret tollendorum eorum, quę ſine detrimento rei tolli
14 poſſunt. † Et eſt impenſa neceſſaria:quæ ſi non eſſet facta,res
erat peritura, aut longè deterior futura. Vtiles ſunt quę rem
meliorem faciunt,deteriorem autem eſſe non ſinunt:vt ff.eod.
l.planè.& l.vtiles. & de verb.ſign.l.impenſæ. Hæc autē locum
habent in expenſis ob perpetuam vtilitatem factis. Expenſæ
enim fructuum ſemper deducuntur de fructibus,etiam à prę-
done:imò nec aliter videtur eſſe fructus,niſi deducta impenſa,
quæ ſit gratia quærendorum fructuum, vt in arando: cogen-
dorum,vt in triturando vel metendo: & conſeruandorum,vt
in conducendo vaſa in quibus reponantur:imò & ſi nihil fru-
ctuum perceperit poſſeſſor bo. fid. deducet ſumptus ex hære-
ditate:non ita eſt in malę fidei poſſ. vt ff. eodem. l.ſi à patre.§.
15 vltimo. & l.quòd ſi ſumptus. Item † reputantur hęreditaria,
quæ creditoribus ſunt ſoluta etiam nomine bon. fid. poſſeſ-
ſoris, quia eorum nomine dicit ſe non damnandum: vt ff. de
negotiis geſtis. Neſennius. & tunc cedit condictio indebiti,
quę ei datur ex conſumptione:ſed non cauet de defenſione li-
cet malę fidei poſſeſſor caueat. & ita intelligo, quod dicitur
ff.eodem. l. ſi quid. Si verò bonę fidei poſſeſſor de ſuo, & ſuo
nomine ſoluit, non retinet de hęreditate: nec agit contra ve-
rum hęredem: vt notaui ff.de negotiis geſt.l. ſi pupilli.§.item
quęritur ſuper gloſſ. domini mei: niſi in caſu, quando is cui
ſoluit non erat ſoluendo: tunc enim retinet: vt ff.eod.l.quòd
ſi poſſeſſor. Aget tamen etiam malę fidei poſſeſſor ſi nomine
hęreditario ſoluit:vt infrà eodem.l.vltima.Si verò indebitum
ſoluit, nec ex hęreditate retinet,nec repetit: vt ff. eodem. l. ſi
16 poſſeſſor hęreditatis.§.bonę fidei. † Eſt autem hęc actio ciui-
lis.quia à Senatuſconſulto inducta: vt ff.eod. l.item veniunt.
§.pręter.& ff.de legi. & ſenatuſconſ.l.ius ciuile. vnde & cen-
e tumuiralis ^e dicitur,quia Senatores erant centum numero:vt
infrà eodem.l.vltima.Prętor tamen(quia nihil intentatum re-
liquit) ſuper ea tractauit: vt ff.eodem. l.diuus.& ff.ſi pars hę-
17 red.peta.l.prima.in principio. Et erat † olim priuilegiata hæc
actio:vt lite conteſtata in ea, vel ſi ſperetur conteſtanda, non

poterat

poterat poſſeſſor, vel petitor conueniri à creditoribus hære-
ditariis, vel legatarius: ne fieret præiudicium alteri, qui non
conuenitur, quaſi alter qui conuenitur præſumatur eſſe hæ-
res: quia conuenitur vt hæres. Nam ex eo quod fit inter alios,
quale quale præiudicium generatur inter alios. Magnitudo
enim, & authoritas centumuiralis iudicij, non patiebatur per
alios tramites viam petitionis hæreditatis infringi: vt ff. de in-
terroga. act. in. l. & quia. & de act. & obliga. l. qui cum hærede.
18 Hodie autem diſtinguuntur creditores à legatariis. † Credi-
tores enim, vel agentes ex contractu defuncti, poſſunt agere
contra petitorē hæreditatis, vel contra poſſeſſorem quem eli-
gūt: & ſi electus ſuccumbat in hæreditatis petitione, aget pro
eo quod ſoluit contra victorem neg. geſt. ſi victor erat hæres.
alioquin tenebitur condictione ex lege: creditor autem non
tenetur ſatiſdare electo de reſtituendo eo quod accepit: ſi ele-
ctus ſuccumbat in hæreditatis petitione. Si autem legatarius
agat, datur ei electio an velit cōteſtari pro legato, contra ſcri-
ptum hæredem: & expectare hæreditatis petitionis euentum:
vt reſtituatur ei legatum cum legitimis augmentis ſi competat
ei legatum: vel ſi velit ſtatim exigere legatum à ſcripto hære-
de, poteſt: ſed tamen cauebit, vel ſatiſdabit pro qualitate per-
ſonæ ſuæ: quòd ſi non obtinuerit eius iura, reſtituat rem cum
fructibus deductis, & neceſſariis, & vtilibus expenſis: vel re-
ſtituat pecuniam ſibi datam cum vſuris ex quatra parte cen-
teſimæ currentibus. Hæc procedant in legatis rerum, vel pecu-
19 niarum. Si autem † relictæ eſſent libertates fideicommiſſariæ,
non agitur de his, vel pro eis intra annum à morte teſtatoris
numerandum: ſed ſi quidem hæreditatis petitionis iudicium
intra id ſpatium terminum accipiat ſecundum euentum iudi-
cij, libertates vel habent effectum, vel euaneſcūt, quod eſt no-
tabile, & contra regulam quæ eſt ff. de except. rei iud. l. j. & ita
eſt ſpeciale in querela inofficioſi teſta. Vel quod dicitur, eua-
neſcunt: expone, id eſt, euaneſcere prima facie videntur: quia
quale quale præiudicium generatur eis. Si autem annale tem-
pus emanauerit, tunc libertatis fauore, & humanitatis intuitu
competunt quidem directæ libertates, ex fideicōmiſſariis au-
tem libertatem ſerui accipiunt: etiamſi teſtamentum erat mi-
nus ſolenne, vel ruptum, vel irritum, vel inofficioſum: ſecùs ſi
poſteà probetur falſum. Falſitas tamen codicillorū non obeſt
libertati: vt j. de fideicom. lib. l. j. nec enim hæres habet domi-
nium ſeruorum ex codicillis, ſed ex teſtamento: ſi tamen, qui
ad libertatem peruenerunt, fuerint actores, vel alias ratioci-
niis ſuppoſiti, neceſſitas imponatur eis res hæreditarias, & ra-
tiones reddere: quod eſt contra regulam, quæ eſt ff. de neg. ge-
ſtis. l. eum. & l. quæ vtiliter. §. qui pure. & eſt ideo, quia ſicut
vnum ſpeciale inducitur pro eis: ita & aliud contra eos eſt:
Ius autem patronatus competit ei, qui ex legibus ad id poſ-
20 ſit vocari: & † miſta eſt hæc actio in rem: & in perſonam: vt
ff. eodem. l. ſed & ſi §. penult. & j. eodem. l. hæreditatis. & in eo
quod perſonalis eſt, poteſt dici eſſe ex quaſi contractu bonæ
fidei: vt inſt. de act. §. actionum autem quædā ſunt bonę fidei.
21 † Et habet multa communia cum rei vendicatione & multas
differentias: vt ſ. notaui in quibuſdam, & alia poſſunt notari.
Nam petitio hæreditatis ſoli hæredi: rei vendicatio ex qua-
cunque cauſa domino competit, vt ff. de rei vendica. l. in rem
actio. Ita petitio hæred. datur contra poſſidentem ſine titu. vt
ff. de rei vendi. l. in rem actio. rei vendicatio contra quemlibet
etiam ſine titu. In rei vendicatione bo. fi. poſſeſſor non tenetur
f de conſumptis: [f] & ſi ſit locupletior: niſi in duobus caſibus: vt
ff. de rei vendi. l. ſumptus & l. emptor. hic contra. Item per pe-
titio. hæredi. petitur vniuerſitas iuris tantùm, per rei vendica-
tionem vniuerſitas corporalis, vel corporea tantum: hæc eſt
miſta rei vendi. ſimplex, hæc bonę fidei, illa ſtricti iuris. Hic
prohibetur alienatio mota controuerſia in rei vendi. poſt li-
tem conteſta. Item hic poſſeſſor dicit titulum, ibi non. Item in
petit. hæredi. ſi bon. fid. poſſ. vendat, non tenetur qui emit rei
vendicatione, ſi habeat regreſſum de euictione. Item in petit.
hæredi. miſſus in bona reſpondere nolentis, lucratur fructus,
fortè non ita in rei vend. Notatur & illud à quibuſdam, quòd
in petitione hæredi. veniunt fructus fructuum: non ita in rei
vendic. quod non puto: ita arguitur. ff. de rei vendi. l. Iulianus.
libro ſeptimo. §. primo.

ANNOTATIONES.

a Succedenti. Adde ad huius concluſionis materiam Bart. Bal. & doct. in l. iij. C. de iur. deli. Lapum allegatione. iij. d. Alexand. in l. quædam. §. nihil ff. de edend. & in conſil. cvi. in j. volu. & in conſil. 82. in iiij. volu. vbi multa colliges.

b Titulum. Vide. do. Iaſ. may in l. ſi legatum. circa medium. verſic. tertio per iſtum text. ff. de eden.

c Veniunt in hac. Adde Barto. do. Alexand. & doct. in l. item veniunt. §. item non ſolum ff. de peti. hære. Bal. in l. j. C. de vſu. & fru. le. & l. non eſt. C. fa. er. vbi eſt proprius locus huius materiæ.

d Contra. Vide iſtam materiam aggregatam per do. Alexan. in l. ſi mariito. in fine. ff ſolu mat.

e Denuntiatione. Vide do. Feli. pulchre in c. ſecundo in vlt. col. in verſi. fallit vij. extra. de præſcrip.

f Conſumptis. Vide ad materiam Bart. in l. quòd Nerua. verſic. quinto fallit ff depoſ. Bal. in l. non eſt. infrà fa. ere. doctor. poſt Bart. in l. ſi vi. C. quod met. cau & in §. ſi quis à non domino Inſtit. de re. di. do. Alex. in l. ex diuerſo. ff de rei vendi. & in conſil. xx. in iiij. volu. vbi de materia habes copiosè.

a Centumuiralis. vide Oldend. in act. r. claſſ. v.

LEX. I.

21 SENATVSCONSVLTVM. De quo † ſe-
natuſconſulto hic loquatur: & quid in eo conti-
neatur, dicitur ff. eod. l. item veniunt. §. pridie. &
§. cum antequàm. & §. item placere. & §. inter eos.
& §. eos autem. & §. in priuatorum. Sed illud notandum eſt
quòd huius l. §. vſuras verò pecuniarum, &c. non loquitur, ni-
ſi de vſura eius pecuniæ, quæ fuit habita ex venditione rerum
venditarum. Si ergo dicit in illis, quòd bon. fid. poſſeſſor
qui vendit res hæreditarias, licet collegerit vſuras ex die ven-
ditionis, ſcilicet ex pecuniis rerum venditarum ante litem
conteſt. non tenetur eas reſtituere, niſi locupletior, & qua-
tenus locupletior eſt factus. Potes etiam ſic legere, vt illa
verba, ante litem conteſt. determinentur per illa, reddere co-
gendi non ſunt: q. d. ante lit. conteſta. Alij ſic legunt vt loqua-
tur de vſura pretiorum: Vel vt etiam loquatur de vſura pe-
cuniæ inuentæ: & ſubaudiunt etiam. Sed non eſt opus ſic le-
gere. Quod autem diximus in vſuris, idem & in fructibus re-
ſpondet. Et hæc omnia procedunt ſi quæras de tempore cur-
a renti ante litem conteſtatam. Cæterùm ſi lis [a] eſt contra præ-
dictum bon. fi. poſ. conteſtata, iam quaſi malę fidei tenetur. &
omnia quæ eum præſtare negauimus ante lit. præſtabit poſt
litem: quia de fructibus perceptis, & percipiendis tenetur.
Item à tempore litis currunt vſuræ iam dictorum pretiorum.
22 Sic poſito caſu † videamus de vſura pecuniæ inuentæ in hę-
reditate, quando pręſtetur. Et Io. B. dicit à nullo eam pręſtari,
etiam à malę fi. poſ. niſi malę fidei poſ. eam attigerit: vt ff. eo. l.
ſi poſſ. j. reſponde ſ. conſumendo, vel erogando, non ita ſi con-
templatione hęreditatis latius vtatur rebus ſuis, vel ſi pigno-
ri obligat rem, quę eſt in hęreditate: vt ff. eod. l. ſed & ſi. §. ſi
quis. & §. quòd autem. Item quid eſt, quod dicit poſt litem
conteſtatam, nónne idem eſt mota controuerſia? Reſpondeo
ita: vt ff. eo. l. item veniunt. §. petitam rj. & l. ſed & ſi lege. §. ſi
autem Et not. hoc eſt ſpeciale circa vniuerſales petitiones, &
huius actiones, & famil. erciſcun. vt tantum operetur contro-
b uerſia mota, quantum litis conteſta. [b] Secus in rei vendic. Item
ſecus in iudicio familiæ erciſcundæ, hoc eſt, hæreditatis diui-
c dendæ, [c] Hinc eſt quòd in famil. erciſcun. etiam poſt motam
controuerſiam dicimus prohiberi alienationes: ſecus in com-
muni diuidundo: & hęc quantum ad ea de quibus loquitur, id
eſt, vſuras, & fructus: non quantum ad fatalitatem reſtituen-
23 di. vt ff. eo. l. illud. † Item quæritur de vſuris fructuum à quo,
vel qualiter præſtari debeant: & quidem bonæ fidei poſſeſ-
ſor poſt litem conteſtatam tenetur præſtare vſuras fructuum
perceptorum ante litem conteſtatam, id eſt, ante quàm eſ-
ſet malæ fidei poſſeſſor. Perceptorum autem fructus poſt
litem conteſtatam, non præſtat: quia eos ex neceſſitate
percepit: & ita intelligo quod dicitur ff. eodem, l. hæres fu-
rioſi. §. vltimo. & hic eodem. l. j. licet quidam aliter in-
telligant.

ANNOTATIONES.

a Si lis eſt. Vide text. & ibi Alberi. & Bald. in l. ſi mora. ff. de rei vendi.
b Litis. Vide dom. Alex in l. quòd iuſſit. ff. de re iudicata.
c Diuidendę. Ita legendum ſuadet ipſa rei ratio, & quæ ſequuntur verba, tametſi omnia exemplaria etiam manuſcripta, communi diuidundo legunt. P. Prateius.

LEX II.

24 SI POST motam. Hic † loquitur de eo qui emit vniuerſitatem, id eſt, hæreditatis quotam partem, puta dimidiam: diſtinguitur tamen, vtrum emerit poſt motam controuerſiam: vt tunc ipſe & hæredes eius ſicut malæ fidei poſſeſſores conueniantur de fructibus, ſcilicèt perceptis, & percipiẽdis. Et ad hunc caſum eſt aptanda litera quæ ſequitur: fructibus enim, &c. an ante, & tunc non, niſi à tempore litis conteſtatæ: vt ſuprà l. proxima diximus, velut malæ fidei cenſeatur, ſcilicet, quantum ad fructus & vſuras reſtituendas: & licet ſuperiori caſui bene aptetur litera quæ ſequitur: fructibus enim, &c. tamen & ad hunc aptari poteſt, vt ſubaudias, tonis. Nam & ante litem conteſtatam augetur hæreditas fructibus, bonæ fidei poſſeſſore poſſidente: ſed non totis. nec enim conuenitur, niſi in quantum locupletior eſt. Cæterum poſt litem conteſtatam tenetur de omnibus, & hoc vbi empta eſt vniuerſitas. Si verò quis fuerit emptor rei ſingularis, vel rerum ſingularium, non tantùm tenetur reſtituere fructus, ſed etiam conuenitur ſingularium rerum, id eſt, rei vendicatione: non autem petitione hæreditatis: quia titulo minutus. Noli ſic exponere etiam vt dicas: non tantum tenetur petitione hæreditatis, ſed etiam rei vendicatione. Hoc enim falſum eſt ſecundum quoſdam: Puto tamen, quòd emptor vniuerſitatis tenetur vtili rei vendicatione nomine ſingularum rerum: nam nomine vniuerſitatis tenetur hæreditatis petitione. Et ita dicit lex iſta. Loquitur enim in emptore vniuerſitatis tantùm. Quod autem dicitur ex quo lis, &c. ſubaudi vel controuerſia mota: vt ſuprà proxim. diximus. Hic notabat. B. quatuor, ſcilicet, cum quis emit poſt litem, cùm ante litem. Item tenetur de omnibus. Item tenetur de fructibus, quos percipit poſt litem conteſtatam,
25 ſicque reddetur quartum ſecundo. Item tertium primo. † Caue tibi: quia lex iſta velle videtur, quòd emptor vniuerſitatis ſemper poſsit conueniri vtili petitione hæreditatis: quod dicas ſi vis. Sed ego aliter puto diſtinguendum: quia cum quis emit vniuerſitatem mala fide, tenetur vtili petitione hæreditatis: vt hic. & ff. eod. l. etiam. §. ſi quis. Si bona fide, non tenetur niſi modico eſt diſtracta: vel ſi non eſt, comparet venditor: vt ff. eodem. l. etiam. §. ſi quis. Si tamen non habeat regreſſum de euictione. vt ff. eodem. l. etiam. §. ſed & ſi. & §. item ſi. Item tenetur ſi titulus habeatur pro non titulo, vt ff. eodem. l. nec vllam. §. primo. Si verò rem ſingularem ſiue bona, ſiue mala fide, non tenetur: niſi titulus pro non titulo habeatur,

LEX III.

26 HÆREDITAS. Hic † caſus ita ponitur. Ego à te peto hęreditatem, demum ſuccumbo: decedis, & me hæredem inſtituiſti: & ego eandem hæreditatem modo peto à quodam qui poſsidet eam, aliquo caſu, videbatur quòd non poſſem: quia in hac hæreditate ſemel iam ſuccubui: Sed non eſt ita: quia modò ago non ex prima ſucceſsione, ſed alia, hoc eſt ex perſona eius, cui ſucceſsi, ſed hoc reprobat Ioan. B. quia & ſi ex eadem cauſa vel ſucceſsione ex qua prius egi nunc agerem: non tamen mihi obſtaret exceptio: quia non ſunt eædem perſonæ. Pone ergò vbi à te peto hæreditatem quæ nec ad te, nec ad me pertinebat ſed ad Titium ſuccubui: poſtea Titius me hæredem inſtituit: ſi agam contra te: non ideo quia ſemel ſuccubui contra te, repelleres me: quia nunc ex alia cauſa ago. Sed & ſi nulli ſucceſsiſſem, ſi tamen ex alia cauſa nunc agerem, & ex alia egi: puta, primò vendicabam hæreditatem: quia teſtamentum matris meæ dicebam inofficioſum: modò autem ex alia cauſa peto, potà ex fideicommiſſo, non obſtat mihi exceptio. Et eſt lex iſta in argumentum quòd qui dicit inofficioſum, petitionem intendit hæreditatis.

LEX V.

DE HÆREDITATE. Vt plenè etiam intelligatur lex iſta hanc ſubiicio diſtinctionem.
27 † Cùm poſſeſſor hæreditatis petitione conuenitur, & repetere, vel imputare vult expẽſas, diſtingue expenſas, & poſſeſſores, & reputationes à repetitionibus. Si enim bonæ, vel malæ fidei poſſeſſor ſoluerit creditoribus hæreditariis pecuniam ſuam propriam, & nomine defuncti, vel veri hæredis, ſi alium contra opinionem ſuam
a pateat eſſe hæredem, ipſo iure liberatur [a] hæres. Vnde & poſſeſſor vel retinere poteſt ſolutum de hęreditate, vel repetere per actionem neg. geſt. vt j cod. de peti. hæred. l. vlti. Si verò poſſeſſor bonæ fidei ſuo nomine ſoluiſſet, non liberatur hæres per exceptionem vel ipſo iure: quia ſoluens repetet per condictionem indebiti: nam vna ſolutio & liberationem, & repetitionem parere non poteſt: vt ff. de condict. inde. cùm is, qui. Si autem malæ fidei poſſeſſor ſolueret pecuniam ſuam & nomine ſuo non repetet: quia ſciens ſoluit indebitum, ſed agit actione neg. geſt. contra verum hęredem: & ſi ſuo nomine ſoluerit & verus hęres habet exceptionem doli. Item cauet poſſeſſor malæ fidei de defendendo vt ff. de peti. hære. l. ſi quid. Cùm autem bonæ vel malę fidei poſſeſſor ſoluerit pecuniam hæreditariam nomine defuncti, vel hęredis ipſo iure liberatur hæres: & ita vterque reputat hæredi. Si verò bonæ fidei poſſeſſor, ſoluerit pecuniã hæreditariam nomine ſuo, liberatur hæres per exceptionem, & eidem cedit poſſeſſor condictionem. At malæ fidei poſſeſſor non cedit condict. quia non habet: ſed cauet de defenſione & habet exceptionem hæres. Si autem poſſeſſor bonæ fidei vel malæ fidei expendat gratia fructuum de fructibus tantùm fit deductio: niſi bonę fidei nil percepit de fructibus: vt ff. de peti. hære. ſi à patrono. §. vlti. Si verò gratia rei bonæ fidei poſſeſſor expendat neceſſariò, vel vtiliter, vel voluntariè, habet exceptionem, ne reſtituat niſi deducta expenſa. ſed non habet actionem, ſed malæ fidei, voluptarias abradit: vtiles, vel neceſſarias conſeruat per iudicis officium: ſi tamen melior extet res nunc: ſed in bonæ fidei ſufficit aliquando extitiſſe. At in rei vendicatione ſi quæras de expenſis, dicemus in ſequenti ſumma de rei vendicatione.

ANNOTATIO.

a Liberatur. Vide l. ſi poſſeſſorem. ff. de except. & ibi Bartol.

LEX VI.

28 SI PVTAS. Quo † iure vendicabit hic pater hæreditatem ſui filij? Reſpondeo, ex ſua perſona propria. Si obiiciatur, quod dicitur: prima cauſa eſt in ſucceſsione liberorum: verum eſt, ſi ſint in poteſtate morientis: at hi non erant in eius poteſtate: imò in poteſtate huius aui. Sed hoc non videtur bonum per legem, quæ eſt ff. de bo. poſ. contra tab. l. ſi cetentus. Dicit ergò ex perſona nepotum: & erant hi nepotes infantes: vt nec ſit opus eorum conſenſu: vt j. de iure delibe. ſi infanti. Aliàs autem iuſſus, & voluntas nepotis eſſet neceſſaria: niſi in caſu, cùm ſunt in poteſtate morientis: vt ff. de acquirend. hæred. l. vj. §. interdum. & l. ſi quis. §. iuſſus. & j. de hæred. inſtitu. l. cum proponas. & hoc eſt quod dicitur in hęreditate aliquatenus eſſe operas: vt ff. de acquirend. rer. do. l. liber homo. licet in legato ſit ſecus. Sed huic legi eſt cõtrarium quod dicitur ff. de iud. l. lis. ſed reſpõdeo, Hoc toleratur ratione incertitudinis: vt & legitur. ff. ſi quis in ius vnea. non ierit. l. ij. Et no.
29 quòd decretum † iudicis ipſo iure nullum fuit qui dedit tutores

tores ei, qui habere eos non poterat: vt & aliâs notauimus: vt ff. de tut. & curat. da. ab his l. Seię. igitur non tenebunt quæ per tutores facta ſunt: vt ff. de reb. eo. qui ſub tuto. l. qui neque. quod & verum eſt. Quid ergò? nunquid decreto iudicis decipientur qui eum authoritate talis tutoris contraxerunt? eſſet hoc iniquum: vt ſ. de ijs qu. æta. impe. l. 3. ad hoc ita reſpondet Io. B. quia aliud eſt ibi. vt pote eùm ad hoc detur ætatis venia, vt licitè contrahere, & alienare poſsit, Cæterum tutor non ad alienandum, ſed potiùs ad conſeruandum datur.

LEX X.

SI filiusfamilias. Quid eſt quod dicit acquiſitam eſſe patri hęreditatem, eum vt ſuprà. l. proxima diximus quod iuſſus pręcedere oporteat? Reſpódent quidam, hic fingitur intereeſsiſſe mandatum
a propter diuturnitatem [a] temporis: Vel, ſecundum Ioan. B. imò verè mandatum fuit: ſed non conſtabat filium mandato paruiſſe, vel voluiſſe. præſumitur tamen quod voluerit propter temporis interuallum quo res ipſas tetinuit.

ANNOTATIO.

a Diuturnitatem. Vide dom. Alexand. in l. ſciendum. ff. de verb. obligat. & Felyn. in cap. Albericus. miles. de teſtib. ext. & plenius in cap. ſicut. de ſe iudic.

LEX XI.

30 COGI. Vt huius legis habeatur † notitia ſecundum B. hoc eſt præmittendum. Certum debet eſſe quod eum qui alios vult conuenire rei vendicatione, ſi interrogatur an poſsideat, debere reſpondere, ſicut ait lex Digeſtis de interroga. actio. l. qui ſeruum. §. in iure adeò vt ſi de médacio côuincatur, puniatur: vt ff. de rei vend. l. vlt. Sicut ergo in rei vendicatione cogitur reſpondere poſsideat, vel non: ita & in peti. hære. cogitur reſpondere poſſideat pro hærede, vel non. Nam tantum facit in rei vend. ſimplex poſſeſsio, quantum in hac actio hęreditatis modificata detentio. vtpote eum omnis homo qui ſub cœlo eſt quocunque modo, quocunque titulo, quacunque fide poſsideat: eo ipſo ꝙ poſsideat rei vend. conueniatur. In hac autē actione, vt locum habeat, oportet vt quis pro hærede, vel pro poſſeſſore poſsideat. Merito ergo hic tenetur reſpondere, an hoc, vel illo modo poſsideat. Nec cogitur dicere alterum tantum: ſed
31 ſub alternatione: & hic eſt vltimus caſus huius legis. † Sic ergò ait Bulg. lege iſta: nullus poſſeſſor cogitur dicere modum, ſiue qualitatem poſsidendi. Excipit in hac petitione, in qua quis tenetur dicere modum & qualitatem ſuæ poſſeſsionis, & ita hic ponitur impropriè titulus, id eſt, pro modificatione quadam. Et placet multis hæc lectura, vt pote vrbana & elegans, & curioſa ratione inductæ ſimilitudinis. Sed tamen aliquid ſcrupuli in ſe habet. nec enim dicit lex iſta pro hærede, vel pro poſſeſſore, ſed dicit pro hęrede, an pro poſſeſ. ſed ipſe addebat: vt diceret an poſsideat pro hærede, vel pro poſſ. & an prætermiſſum iterum ſumebat, vt diceret an non poſsideat pro hęrede, vel pro poſſeſſore. P. autem hic ſomniauit, & mirabilia locutus eſt: propter quæ ſi alius dixiſſet, cœno inuolui dignus eſſet: dixit enim quòd in rei vendicat. quis cogitur probare titulum per proximum cognatum, quod falſsiſsimum eſt: imò per nullum omnino cogi poteſt aliquis [ſed pro eo fortè arg. l. ſiue poſsidetis: vt not. ſ. eodem. §. directa.] Item dixit in petitio. hæredita. quem poſſe cogi per quemlibet cognatum, non per extraneum: non vt cogatur dicere, poſsideo pro hærede, vel pro poſſeſ. Sic enim quaſi furioſus contra ſe loqueretur: quia ſe non eſſe hęredem fateretur, ſed aduerſarium eſſe: ſed vt niſi [alias, vbi non] probet titulū iuſtum pręſumatur pro hærede eum, vel pro poſſeſſore poſsidere. quæ ſomnia ſunt. Io. autem quaſi ſententiam B. tenens aliquantulum, & valde modicum: tamen ex eo quod P. dixit, ſumit, ſic ponendo caſum: vt B. ſed interrogatione facienda hoc ſentit: vt debeat poſſeſſor interrogari ſic, primò an poſsideat. Et ſi reſpondeat, non poſsideo, certum eſt quid debeat eſſe. Si verò reſpondeat poſsideo, ſecundò interrogabitur. An putet ſe hęredem. Si dicat puto, expeditum eſt: quia quaſi pro hęrede poſsideat, conuenietur. Si dicat non puto, tertiò interrogabitur quomodo poſsideat, vel qualiter. Si dicat quid ad te? vel dicat non dico, quia nolo, vel ſimilia. ecce ergò, ſcio quòd pro poſſeſſore poſsidet. Si verò dicat, quia emi, poſsideo: quęram à quo: vt certus poſsim eſſe an titulus pro non titulo habeatur, & ſi dicat à compote mentis emi, bene eſt, nec hac actione conuenietur: ſi quidem hoc probet. Si verò non probet, præſumitur quod pro poſſeſſore poſsideat: & quod ita ſint faciendę interrogationes, vt innuit lex quę eſt. ff. eodem. qui interrogatus.

De rei vendicatione. *Rubrica.*

1 *Rei vendicatio quid ſit.*
2 *Rei vendicatio cui detur.*
3 *Rei vendicatio vtilis quibus competat.*
4 *Rei vendicatio contra quem detur directò, & contra quem vtiliter.*
5 *Poſsidens tantum ciuiliter an poſsit conueniri rei vendicatione.*
6 *Rei vendicationem competere pro rebus corporalibus: & an pro incorporalibus.*
7 *Peculium vendicari non poſſe.*
8 *Gregem vendicari poſſe.*
9 *Rei vendicationem competere pro mobilibus & immobilibus, animatis & inanimatis, dum tamen dominio noſtro ſubijciantur.*
10 *Filius an, & quomodo vendicari poſsit, & à quo.*
11 *Vendicari an & quando poſsint ea, quæ ſunt intexta vel inſita aut inſerta aliena materia. & nume. 15.*
12 *Gemma alieno annulo incluſa an & quando poſsit vendicari.*
13 *Tignum iunctum alienis ædibus an poſsit vendicari: & qua ratione conſulatur domino tigni. num ſeq.*
14 *Tignum iunctum alieno ædificio an poſsit à domino vendicari ſoluto poſt xxx. annos ædificio.*
16 *Rei vendicatio vt intendi poſsit, deſignatio rei ſpecialiter eſt facienda, niſi obſtet iuſta ignorantia.*
17 *Fructus poſſe peti per in rem actionem.*
18 *Fructuum multiplex diuiſio.*
19 *Fructus naturales an fiant eius qui poſsidet.*
20 *Fructus induſtriales an cuiuſmodi poſſeſſor faciat ſuos, & quando.*
21 *Fructus extantes an, & qua ratione cogatur bonæ fidei poſſeſſor reſtituere.*
22 *Bona fides quo tempore exigatur in poſſeſſore ad hoc vt fructus ſuos faciat.*
23 *Poſſeſſor malæ fidei quomodo teneatur ad reſtitutionem fructuum, & quorum.*
24 *Impenſarum multiplex diuiſio.*
25 *Impenſæ factæ gratia fructuum quærendorum an ſemper deducantur.*
26 *Impenſæ factæ gratia rerum an, & quando, & qua ratione deducantur per poſſeſſorem.*
27 *Poſſeſſor recuſans reſtituere rem quibus modis ad id compelli poſsit.*
28 *Rei vendicatio quatenus detur hæredibus, vel contra hæredes.*
29 *Hæres poſſeſſoris qui dolo deſierat poſsidere, an & quatenus teneatur ad reſtitutionem rei.*
30 *Rei vendicatio contra quos ſit perpetua, & contra quos temporalis.*

DICTVM eſt ſuprà de vniuerſali iudicio. Sequitur vt videamus de ſingulari: vt ff. eodem. l. prima. Videamus ergo, quid ſit rei vendicatio, cui
1 detur, contra quem, quę veniant in ea, & qualis
2 ſit. † Eſt autem rei vendicatio, [a] actio quę datur ſola ra-

tione dominij, vel quaſi, & poſſeſſionis, vel quaſi. Et caue
tibi: quia non dico vel poſſeſſionis: quia vtrunque debet in-
2 teruenire. † Datur autem rei vendicatio ei, qui de iure gen-
tium, vt per occupationem: vel de iure ciuili, vt per vſocapio-
nem, ſcilicet triennij, dominium acquiſiuit: ſecus in præſcri-
ptione longi temporis ſecundum nos. Alij contrà dicunt: ſi-
cut dicunt etiam in vxore quam dicunt dominam de iure na-
turali: quod omnino negamus. quandoque tamen etiam non
domino datur: vt rei, cui ceſſa eſt actio: nec enim ipſe eſt do-
minus: vt probatur ff. de iure dotis. l. ſi ſponſalibus. §. vltimo.
Item per iuris regulam quæ dicit, minus eſt habere actionem,
quam rem. Sic datur rei vendicatio ratione quaſi dominij.
3 † Datur autem vtilis, ratione quaſi dominij, vt emphyteutę,
ſuperficiario, conductori vectigalium: dummodò ad non mo-
dicum tempus conduxerit. Item datur vtilis ei, qui emit à non
domino: vt ff. ſi ager vectigali. vel emphyteu. petatur. l. prima.
& de ſuperfici. l. prima. §. ſuperficiem. & ff. eodem. l. ſuperfi-
ciarin. vt inſtitut. de action. §. aliæ autem. Item ei, qui longo
4 tempore præſcripſit: licet Martinus contrà dicat. † Com-
b petit autem rei vendicatio directò [b] contra eum, qui poſſi-
det: vnde interrogatus an poſſideat, non quo titulo poſſideat,
reſpondere debet: ff. eodem. l. in ſpeciali. & l. qui petitorin. &
de interrogationis actione. l. qui ſeruum. §. vltimo. & ſuprà
titulo primo. l. cogi. Nam parit actionem in rem, poſſeſſio.
Verbum autem poſſeſſionis, non eſt ita ſtrictè intelligendum:
ſed ponitur pro quacunque detentione: vt ff. eodem. l. offi-
cium. §. quidam. Sed tamen vbi rem immobilem alieno no-
mine teneo: permittitur mihi dominum in iudicio nominare:
vt ſuprà, vbi in rem actio. l. ſecunda. Vtiliter verò datur con-
tra eum, qui non poſſidet: ſed dolo malo deſiit poſſidere: &
vocat lex eam prætoriam. Ego tamen puto nihilominus eam
ciuilem eſſe: vt ff. de noxalibus. l. electio. §. ſi is, quem. Illa ergo
verba in diſtitutione poſita, ratione dominij, vel quaſi, refe-
runtur ad actorem: illa verò ratione poſſeſſionis, vel quaſi, ad
reum: & ſic directa directò, item vtiliter: item vtilis directò, &
5 vtiliter dari poterit. † Quæri ſolet, an is, qui tantum ciuiliter
poſſidet poſſit conueniri rei vendicatione quod quidam ne-
gauerunt. Puto tamen poſſe: quia huius ciuilis poſſeſſionis re-
ſtitutionem in nullo facto præiudicium ei qui tantum natu-
raliter poſſidet, fieri poſſe dico. Qualiter dominium acqui-
ritur. Licet in hoc titulo caſus ponantur, ſingulos tamen mo-
dos proſequi, quibus acquiratur dominium, non viderur ex-
pedire: quia ſpecialis eſt titulus Digeſtis de acquirendo re-
rum dominio. Et hoc præterea notaui in ſumma. Inſtitut.
6 de rerum diuiſione. † Veniunt autem in hanc actionem cor-
c poralia: incorporalia autem non veniunt [c] in hanc actionem:
quia non poſſidentur. Hinc eſt, quòd vniuerſitates, quę ſunt
incorporeæ ſicut per hæreditatis, vel bonorum poſſeſſionis
ſucceſſionem contingit, non peti poſſe actione hac, quia non
7 poſſidentur. Sed nec peculium † dicitur poſſe vendicari: &
eſt ratio, quia in peculio iura, & obligationes & actiones
8 continentur, non tantum corporalia. Sed ſecus † in grege:
grex enim, vel equitium vendicatur: vt ff. eodem. l. prima. §.
per hanc. & l. vendicatio. & de pecul. l. quam Tuberonis. §. in
peculio. & §. ſed & ſi quid furti. quia in eo grege corporalia
9 tantum continentur. † Veniunt mobilia, item immobilia:
dum tamen dominio noſtro ſubiaceant: alioquin non hac
actione, vt ſi ſint ſacra, vel religioſa, ſed actione in factum
petuntur: vt ff. eodem. l. in rem. §. locat. & l. quæ religioſis. Ve-
10 niunt quoque inanimata, † ſed & animata veniunt, ſicuti ſer-
ui. Item filij non ſimpliciter rei vendicatione, quia non ſunt
noſtri dominij, ſed rei vẽdicatione adiecta cauſa de iure Qui-
ritũ peti poſſunt. Eſt enim ius patriæ poteſtatis, ius proprium
ciuium Romanorum: vt Inſti. de patria poteſta. Petuntur au-
tem à patre, non à matre niſi in caſu fortè, vt ff. de fideicom.
lib. l. penul. (vel vt puto) agitur ibi iudicis officio. Vt autem
plenè ſciatur, qualiter petatur filius, diſtinctio eſt facienda.
Si enim filius à nullo detinetur, ſed ipſe ſui controuerſiam
facit, ſcilicet, de filiatione & patria poteſtate, locum ha-
bet cognitio prætoria pro eo exhibendo, & ducendo. Sed
& dici poteſt, quòd & præiudicialis actio in rem locum

habeat, vt diſcutiatur ſit filius, an non: ſicuti contra eum,
quem ſeruum meum eſſe contendo, & ceſſat interdictum de
libe. exhibend. niſi propter adeundam hæreditatem ſit con-
tentio: vt ff. de libe. exhibend. l. deinde. §. hoc autem. & l. ſi
cum, qui ſe. & inſtitu. de actio. §. præiudiciales. Si verò eſt
apud alium, & ſua ſponte locum habet iudicis officium: ſicut
& ſi apud neminem eſſet. nam hic apud ſe eſſe videtur. Item
præiudicialis actio in rem eadem ratione competit. Sed &
rei vendicatio dari poteſt adiecta cauſa de iure Quiritum. &
in hac quæritur de filiatione, & patria poteſtate, & ceſſat
interdictum de liberis exhibendis; niſi qui detinet, pariter ſe
patrem profiteatur. Et in his caſibus loquitur lex iſta. & ff.
de lib. exhibend. l. vlti. Si verò inuitus detineatur, in hoc ca-
ſu proditum eſt interdictum: vt j. de libe. exhibend. l. j. & da-
tur rei vendicatio adiecta cauſa de iure Quiritum: vt hic di-
citur. & ceſſat præiudicialis in rem actio, quæ ſolummodo
contra filium datur: & ratione controuerſiæ, quam de ſe fa-
cit filius. Alia verò rei vendicatio datur ratione poſſeſſionis,
quam alius habet, & controuerſiæ quam facit. Item ceſſat
11 iudicis officium. † Item præiudiciali in rem, quæritur hoc
tantùm ſit filius, an non: ſit pater, vel non. In alia quæ datur
adiecta cauſa quæritur illud, ſit in poteſtate, vel non. Huic di-
ſtinctioni videtur contrà, quod eſt ff. de mino. xxv. an. l. in
cauſæ. ij. vbi non videtur quòd cum iudicis officio alia actio
competat, vel aliud auxilium detur. Ad hoc reſpondeo,
quòd ibi vocat extraordinarium auxilium, reſtitutionem in
integrum, quæ contra ius commune datur: ſecus verò, ſi de
iure communi ſibi quis petat actionem dari: ſic etiam petit
Poteſtas ciuem ſuum: ſic & Abbas monachum ſuum adiecta
cauſa de iure communi, vt petit pater filium. Sic ergo res,
12 quæ noſtri dominij ſunt. petuntur † non tamen ſemper, nec
in omni caſu. nam intexta, ſiue inſita, vel inſerta quamdiu
cohęrent vendicare non poſſumus, ſed agitur actione ad ex-
hibendum vt exhibeantur, deinde vendicantur: vt inſtitu. de
13 re. di. §. ſi tamen aliena. † Quid de gemma mea incluſa alie-
no anulo? Diſtingue, quid cuius ornandi cauſa ponatur: ſi
quidem neutrum alterius ornandi gratia ponatur, ſed vt ha-
bilius portentur, vtraque poſſidentur: & ita intelligitur l.
rerum miſtura. §. quid ergo in his. ff. de vſuc. ideò in eo caſu
vtrunque vendicabitur. Vel forte (quod eſt verius) loqui-
tur ibi cum dubitabatur quid cuius ornandi cauſa ponatur,
nam ſi poneretur habilitatis cauſa, videtur, quòd aurum ce-
dat gemmis: vt ff. de aur. & argen. legat. l. ſi vt habiliter. Si
verò gemma gratia ornandi anulum, non poſſidetur gem-
ma, imò etiam extincta eſſe videtur. & ideò non vendicabi-
tur, ſed agitur pro ea, actione ad exhibendum, vt exhibeatur,
& exhibita vendicetur, vt ff. ad exhibend. l. gemma. & ita
econtrà erit in anulo, ſi cauſa ornandi ei gemma fuerit iniun-
cta: & probatur hæc diſtinctio per legem ff. de aur. & argen.
14 legat. l. & ſi non ſunt. §. perueniamus. † Quid ergo de ti-
gno iniuncto? vtique & ipſum non poſſidetur: vt ff. de ac-
quirend. poſſeſſion. l. qui vniuerſas. j. reſponſo. vnde nec ven-
dicari poteſt ab eo, cuius fuit: licet vere ſit, & remanſerit
dominus, ſed nec poteſt agi ad exhibẽdum vt eximatur quod
maius eſt, ſed hoc eſt propter publicam vtilitatem, ne rui-
d nis ædificiorum vrbs deformetur: [d] vt ff. ne quid in loco pu-
blico fiat. l. ij. §. ſi quis. Conſulitur autem domino per actio-
nem de tigno iniuncto, contra eum, qui bona fide iunxit,
vel qui ab alio iniunctum poſſidet. Nam & contra illum
puto poſſe dari vt duplum habeat dominus. Si verò malæ
fidei iniunctor fuerit, & contra eum prodita ſunt reme-
dia vt rei vendicatio, ad exhibend. item de tigno iniuncto,
item condictio furtiua & actio furti. Duæ primæ dantur
quaſi dolo deſierit poſſidere, aliæ non. Item prima, & ſe-
cunda & quarta: quia rei perſecutoriæ ſunt inuicem vna
per alteram tollitur. Item in tertia quantum ad vnum ſim-
plum quod rei perſecutionem continet: quinta verò nullam
perſecutionem per aliam actionem faciendam tollit, ſed tan-
tum pœnæ. Sed & actio de tigno iuncto in eo quod pœnam
continet furti, actioni detrahit, aliæ verò non: quia rem pro-
ſequuntur. In caſu tamen pro tigno agitur vt ſeparetur, &
vendicetur,

vendicetur, & quando vir vxori donauit tignum, vel econtra: & non vult reſtituere tignum, vel eius pretium: vt ff. de donation. inter virum vxorem. l. ſi donate. & l. Marcellus. & l. de eo quod vxoris. Quid ſi ipſe poſſeſſor velit eximere tignum? Si quidem poſsidet ab alio iunctum licebit ei: aliàs
14 non, niſi bona fide iunxerit. † Item ſolet quæri, an poſt triginta annos ſoluto ædificio dominus quondam tigni poſsit vendicare? & ſi quidem duplum accepiſſet non eſt dubium: vt inſtitut. de rerum diuiſione. §. ſi ex aliqua cauſa. Si verò non accepit, diſtinguo, an is, qui poſsidet mala fide iunxerit, an non: ſi mala fide poſt triginta annos non poterit vendicare: ſi bona, ſecus. Nec videatur hoc tibi abſurdum per legem quæ eſt ff. de petitione hæreditatis. l. ſi à patre. §. ſi prædo. Eſt enim in ea mera ratione inductum: vt potè cum in primo caſu eſt, quod imputetur actori, cùm etiam ſtante ædificio rei vendicationem & ad exhibendum, quaſi qui iunxit dolo deſierit poſsidere, poterit intendere, & ita quanti in litem iuraſſet ipſe, conſequitur. In ſecundo verò caſu, nunquam vel ad exhibendum, vel rei vendicationē potuit intendere: & ideo tempus non debet ei obſtare: vt j. de anna. exception.
15 l. j. §. vltimo. Item † pro applumbatis actio ad exhibendum intenditur, vt eximantur, deinde vendicentur. Secus dicimus in ferruminatis. Item in plantatis, & ſatis, & naturali alimento pullulatis. In his enim caſibus reprobata eſt Vari, & Neruæ ſententia. Item & domini Marti. Rei vendicationem ſecundum Paulum, & Alphenum, & B. non damus ſed actio. in factum ad pretium: vt ff. eodem. l. Idem Pomponius ſcribit ſi frumentum. §. de arbore. & l. in rem. §. item quæcunque. & de dam. infect. l. hoc ampliùs. §. Alphenus. & de acquirendo rerum dominio. l. ſed ſi ex meis. §. arbor. In pictis planè con-
16 cedimus, quod & ipſi. † Porro in rei vendicatio. hoc perpetuo obſeruatur, vt ſiue animata, ſiue inanimata, ſiue facta, ſiue infecta petantur, ſpecialiter facienda eſt deſignatio: vt plenè dicitur ff. eodem. l. ſi rem. niſi in caſu propter iuſtam
17 ignorantiam: vt ff. eodem. l. quæ de tota. §. incertæ. † Fructus
e quoque per actio. in rem petuntur: vt ff. eodem. l. fructus. Sed quia fructuum varia fit diſtinctio, item ſumptuum reputatio, de ſingulis diſtinctiones annectamus, & primò de fru-
18 ctibus. † Fructuum igitur alij ſunt naturales: vt poma, pira, ceraſa, meſpila, quæ ipſa natura proueniunt. Alij induſtria-
f les, vt ſegetes, lac, pilus, & lana [f] quæ induſtria hominis proueniunt: ſegetes enim cultura, lac, pilus & lana, cura quæruntur. Item alij ſunt percepti, vt qui ſunt quoquo modo à ſolo ſuut ſeparati, ſicut in bonæ fidei poſſeſsio. dicitur: vel in horreis reconditi, ſicut in fructuario: vt ff. eodem. l. antepe. §. perceptionem. & quibus modis vſusfructus amittitur. l. ſi vſusfructuarius. Alij ſunt percipiendi, quod & duobus modis dicitur: ſiue quia potuerunt ab aliquo percipi, ſiue quia nondum potuerunt percipi propter immaturitatem: percipi autem potuerunt tempore procedente. Item alij ſunt conſumpti: vt qui deſierunt eſſe: alij extantes, vt qui ſuperſunt, & horum alij ſunt ſtantes, vt ſpicæ: alij pendentes vt in pomis. Item poſſeſſorum alij ſunt ſine titulo alij cum titulo alij bonæ fidei, alij malæ fidei. His ita ſparſis, quæ ſcimus colli-
19 gamus. † Sciendum eſt igitur [g] quòd nullus etiam bonæ
g fidei poſſeſſor, naturales fructus facit ſuos, ſiue titulum habeat, ſiue non: vt ff. de vſufruct. l. fructus. Nec obſtat quod dicitur de acquiren. rer. domi. l. bonæ fidei. quod enim dicit omnes, ſic exauditur etiam alterius facto percepti: vt ff. de vſuris. l. ſi ſcit. §. præterea. Quid ergo eſt de his fructibus? Si quidem hi fructus extant, vendicabuntur à domino fundi: quia & fructuum dominus eſt, cùm ipſe poſſeſſor non fecerit ſuos. Si verò conſumpſerit eos bonæ fidei poſſeſ. non tenetur, vt pote cùm nec habeat, nec habere dolo deſierit, hic in rei vendicatione ſed condictione ſine cauſa tenetur. cum conſumpſerit in eam rem quam de ſuo tantùm expendiſſet:
h vt ff. ſi certum petatur. l. ſi & me. Induſtriales [h] autem † fru-
20 ctus, omnis bonæ fidei poſſeſſor, ſiue cum titulo, ſiue ſine titulo facit ſuos. Sed hoc quidem non inuenitur ita lege expreſſum, ſcilicet quòd etiam ſine titulo ſuos faciat, imò omnes loquuntur vbi titulum habet, ſicut inſtitution. de rerum diuiſione. §. ſi quis à non domino. & de acquirendo rerum dominio. l. bonæ fidei. & de vſuris. l. qui ſcit. §. in alieno. hic tamen poſteà generaliter loqui videtur in omni bonæ fidei poſſeſſore. omnes tamen Iuriſperiti ita intellexerunt, vt dicimus, & eſt ſatis expreſſum. ff. quibus modis vſusfruct. amitta.
21 l. ſi vſusfructuarius. & ff. fi. regun. l. iiij. §. ante. Licet † autem ſuos faciat, tamen ſi extent, iudicis officio, non rei vendicatione (quia percipientis ſunt) tenetur reſtituere: vt j. eodem. l. certum. In ſecundo autem caſu petitori fiet reſtitutio acquiſitorum ex opera, non ex re: & ita loquitur lex quæ eſt ff. eodem. l. præterea. licet Placentinus contradicat. De conſumptis autem nullo modo tenetur: vt inſtitution. de officio iudicis. §. ſi vero bonæ fidei. fortè nec ad pretium: quia lex dicit eum locupletiorem factum propter ruſticitatem, & curam ſuam vt ff. fini.
22 regund. l. iiij. §. poſt litem. Bona autem † fides in initio tantum exigitur: vt ff. de vſur. l. qui ſcit. §. bonæ fidei. Nec obſtat illud, quod eſt. ff. de acquirendo rerum domi. l. bonæ fidei. §. in contrarium. quia ibi loquitur opponendo, vel non ponendo. Et dico etiam poſt litem contra ſe conteſtatā facit ſuos: licet à tempore litis conteſtatæ demum, non controuerſiæ motæ, ſicut in petitione hæreditatis officio iudicis re-
23 ſtituere debeat: vt C. eo. l. certum. Si verò † ſit malæ fidei poſſeſſor ſi quidem ſine titulo, de conſumptis tenetur condictione ſine cauſa, de extantibus rei vendicatione, non dico eadem rei vendicatione qua petitur res ipſa: ſed alia omnino, licet in petitione hæredi. ſit ſecus: vt C. de rei vendicatione. & j. de condict. ex lege. l. mala fide. De percipiendis autem tenetur iudicis officio, id eſt, quos verus poſſeſſor percipere potuiſſet: vt ff. eodem. l. ſi nauis. §. vltimo. & Inſtitutionib. de officio iudicis. §. ſi in rem. & §. illorum autem. Honeſte dicos vt ff. eodem. l. fructus non modò percepti. licet ſi inhoneſte percipiat, reſtituere debeat: vt ff. de petitione hæreditatis. l. ſi poſſeſſor. Si verò cum titulo ſit: de conſumptis tenetur condictione ſine cauſa: de extantibus, rei venditione à percipiendis autem propter titulum excuſatur: vt j. eodem. l. ſi fundum. Niſi in caſibus quando emit ab eo quem ſcit vendere in fraudem creditorum: vt ff. de his, quæ in fraudem creditor. l. ait prætor. §. per hanc. Item cùm emit ab eo qui metu compulſus ei vendidit: vt ff. quòd metus cauſa. l. ſed & partus. Item cùm emit contra interdicta legum: vnde tanquàm malæ fidei poſſeſſor quilibet debet teneri. vt j. de agricolis & cenſitis. l. quemadmodum. & in authentica de non alien. aut permut. §. ſi quis igitur emere. Idem eſt & ſi fructus maturos patiatur
24 corrumpi. † Impenſarum autem alia fit diuiſio: quia aliæ ſunt voluptariæ, ſiue voluntariæ: vt ſi fiant picturæ, incruſtationes, loricationes, ſpecularia. Aliæ ſunt vtiles, quæ rem
i [i] meliorem faciunt, deteriorem eſſe non ſinunt. Neceſſariæ verò, quæ ſi factæ non eſſent, res erat omnino peritura. aut longè deterior futura. quod plenè dic per exempla, vt ff. de verborum ſignificat. l. impenſæ. vſque in fin. Item aliæ fiunt gratia fructuum quærendorum, vt in arando & colendo: vel cogendorum, vt in metendo: vel conſeruandorum, vt in locando vaſa ad reponendum. Aliæ gratia rerum, vt quæ non fiunt gratia fructus præſentis anni, ſed ad perpetuam rei vtilitatem. vt ff. de impenſis in rebus dotalibus factis. l. iij. §.
25 nos. † Sciendum eſt, quòd impenſæ gratia fructuum factæ ſemper deducuntur: nam nullus caſus interuenire poteſt, qui hoc genus deductionis impediat: vſqueadeo, vt nec etiam fructus videatur, niſi in tali impenſa deducta. vt ff. familiæ erciſcundæ. l. fundus qui. & ſoluto matrimonio. l.
26 fructus. Si verò † fiant gratia rerum: aut fiunt de nouo ædificando, aut in reficiendo: nempe differunt hæc inter ſe. vt ff. de itinere, actúque priuato. l. Vnde etiam. §. penultimo. Si quidem in ædificando, aut eſt bona, aut mala fide. Si bona fidei exceptionem habet, ſi conueniatur: nullam autem omnino actionem, ſi cadat à poſſeſsione, ei competere certum eſt, vt ff. de doli metúſve exceptione. l. Paulus reſpondet. licet M. dedit ei ex ſua ficta æquitate actionem. Hoc tamen variè ex perſonis, & cauſis iudici æſtimare permittitur. vt ff. eod. l. in fundo. & hoc ſi fuit ab initio bonæ fidei. & eo tempore erat adhuc quo ædificauit. Alioquin ſi cum ædificauit,

ſciebat rem alterius.& ab initio fuit bonæ fidei,eligitur quæ-
dam media via:vt ff.eodem,l. Iulianus, ſi in aliena. Si verò ſit
malę fidei,donaſſe omnino pręſumitur,vt nihil omnino poſ-
ſit repetere:inſtitu.de re.diuiſio.§.ex diuerſo. Neminem enim
ſibi obligare voluit: vt ff.commu. diui.l. in hoc iudicium.
licet in hoc caſu putent dari vtilem actionem negociorum
geſtorum.argu.ff.de nego.geſt.l. ſi pupilli.§. ſed ſi quis ita.
& C.eodem.l.ſecunda. Sed certè ibi loquitur in vno caſu,
quando ſcilicet poſſeſſor ex aliena materia ædificauit. quod
poſteà excipit, ſi non donandi, &c. quaſi dicat verum eſt
quòd materia ad priſtinum dominum redit, niſi domi. id eſt,
niſi poſſeſſor malæ fidei, hoc ex ſua propria materia ædifi-
cauit. Si verò fiat in reficiendo ſi quidem à bonæ fidei poſſeſ.
aut neceſſariò, vel vtiliter: & tunc habet doli exceptionem:
aut voluptarie & tunc permittitur ei auferre, ſine læſione
prioris ſtatus rei. & eo addito, vt ſi tantum perceperit de
fructibus, quantum fecerit ſumptus, fiet hinc inde compen-
ſatio. & hoc eſt bene notandum: vt ff.eodem,l. ſumptus.
Aliàs verò bonæ fid.poſſeſ.ſemper faciet fructus ſuos. Sed
hic ſi petat ſumptus,cogitur compenſare:t ſic eſt & in caſu,
vt ff.eodem,l. emptor. Quod autem de voluptariis dixi,
verum eſt, niſi dominus tantum dare ei paratus eſſet, quan-
sumeſſet habiturus eis ero ſis: quia malitiis non eſt indul-
gendum: vt ff.eodem, l. in fundo. Si verò ſit malæ fidei hic
qui in reficiendo impedit, neceſſarias impenſas officio iudi-
cis ſibi conſeruat, non per exceptionem doli. Et caue tibi:
quia hoc officium iudicis locum non habet, niſi cùm ipſe qui
malæ fid. eſt poſſeſſor poſteà inutiles ſine læſione prioris ſta-
tus rei auferre poteſt: vt j.eodem, l. demum. Voluntarias di-
cunt & eum poſſe auferre. Alij quidem dicunt, quòd perdit.
quod magis placet. Hæc autem ſunt facienda, vbi probaue-
ro rem eſſe meam,vel verè.vel per præſumptiones,aliter non:
vt j.eodem, l. res alienas. Hæc ita, niſi obuciat exceptiones:
vt ff. eodem.l. officium. propter quod dicunt etiam eum,
qui didicit teſtificata, poſſe producere teſtes: quod ego om-
nino nego. Ampliùs & in reſtitutione facienda habetur da-
mni ratio: vt ff. eodem, l. non ſolum. reſtitutio quidem om-
27 nino eſt facienda, ſi poſſidet. † Et eſt notandum quòd vbi
poſſidet. quatuor contra eum prodita ſunt remedia: id eſt,vt
manu militari ſibi auferatur ſi volo, vel vt condemnetur in-
quantum in litem iurauero: vel vt condemnetur quo ad in-
tereſſe: vel vt condemnetur ad rei æſtimationem. Si verò
non poſſidet, ſed dolo fecit quominus poſſideret: tria vlti-
ma tantùm, præter primum, locum habent contra eum. Si
verò non dolo, ſed culpa, duo tantùm vltima, ſed ſi nec
dolo, nec culpa, nullum.l. qui reſtituere. ff. eodem. Quæ
auxilia debent habere locum, tunc tantum, quando eſt meum
peto, ſecundum Raym.Irne. & Bulga. Sed hoc eſt falſum
ſecundum Ioan. B. quia cùm peto rem quæ non fuit mea
idem eſt, vt cùm ex donatione agitur, vel promiſſione: vt
inſtitu. de dona.§. aliæ. Dicas ergò hanc legem loqui.cùm
iudex iuſſit eum reſtituere: licet iniurioſè quandoque: pu-
ta, cum reus poteſt ſe liberare præſtando intereſſe, ſicut in re
vendita contingit. Non enim dicit, quando iubere debeat:
ſed cùm iuſſit, licet iniuſtè, quòd taliter fiat, & ſecundum
hoc dicetur hæc ſententia: ſcilicet de re manu militari auſe-
renda, non de iurando in litem: quia aliàs & vbicunque ex
obligatione tenetur dare,ad rem debet damnari:vt j.de verb.
oblig. vbi non apparet,§. vltimo. non tamen iuratur in litem
niſi actio ſit arbitraria, vel bonæ fidei, vt ff. de in lit. iur.l. in
act. Alij dicunt, quod hæc ſententia in arbitriis tantùm eſt
reſtringenda: ſed quare poneret de interdict. cum nulla in-
28 ueniantur arbitraria? † Illud verum eſt.q quatuor auxilia in
arbitrariis tantùm locum habent,vt in l.qui reſtituere.ff. eo-
dem. Eſt autem hæc actio (vt ex prædictis apparet) arbi-
traria, ſicut & legitur inſt. de act, §. præterea. quæ ſtricti iu-
29 ris eſt, quia omnes arbitrarias ſtricti iuris dico eſſe. † Hæ-
redibus datur, non quaſi hæredibus, ſed quaſi dominis. in
hæredes non quaſi in hæredes, ſed quaſi in quoſlibet poſ-
ſeſſores: vt ff. ad exhibendum. l. de eodem. §. vltimo.
29 † Quid ſi defunctus dolo deſiit poſſidere? Diſtingue an ſit lis
conteſtata cum defuncto, & tunc omnino tenetur hæres: vt
infrà quæ ex dolo defun.l.j. An non, & tunc inquantum ad
eum peruenit,tenetur actione in factum,non rei vendicatio-
ne,vt ff.de rei vendicatione.l.ſi in rem.& l.cum autem. Io tem
30 eſt actio hæc, vt ex ipſo nomine apparet. Datur † perpetuò
contra eum, qui titulo caret. Si verò titulo & bona fide mu-
niatur, tollitur omnino in rebus mobilibus triennio, ſi res
non ſit vitioſa in immobilibus non ipſo iure, ſed per exce-
ptionem tollitur decennio inter præſentes, & viceonio inter
abſentes. Nec interpellatur vſucapio lit conteſt. licet inter-
rumpatur præſcriptio: vt ff.pro emp.l.ij.§ vlti.& j.eodem.l.
morę.licet M.contradiceret:vt arg.infrà de an.excep.l.vt per-
fectius.ſed conſtat quia illa lex tantum loquitur in certis ca-
ſibus, vnde non obuiat nobis. ſed licet ipſo iure interrumpa-
tur, tamen quantum ad effectum reſpectu agentis idem eſt:
vt ff.eod.l.ſi poſt acceptum.

LEX III.

1 *Ratihabitionem actu regulari.*
2 *Venditum pluribus ſucceſſiuè, à quo repetendum. & tertio & quarto.*

MATER TVA. Quid ſi non meo nomine ſit
venditum:ego tamen petij pretiũ:nunquid præ-
iudicio mihi in rei petitione? Dixerunt omnes,
1 quòd non. † nec argumentum dederunt. & ve-
rum quidem dixerunt: quia cùm petitio pretij ſit nulla, hoc
eſt expreſſum, & id quod tacitè ineſt ſimiliter, non tenet, id
eſt, ratihabitio quæ ineſt: argumen.ff.de ſer.ru.præ.l.item.§,
qui habet. Illud conſtat, quòd ſi expreſſum ratum haberet,
2 de cętero nõ ageret † Item, quid ſi non meo nomine vẽdide-
ris, deinde per plures manus emptio ambulauerit, deinde ſit
vſucapta, & ego in ſubſidium ratum habeo: an à primo tan-
tùm petam pretium, an ab omnibus, qui vendiderunt? Re-
ſpondeo à primo meliùs videtur, cùm ipſe lucratiuam habeat
cauſam. Nam, nec alij videntur habere pretium, cùm eis tan-
tundem abſit:& eſt arg.ff.de mino.l.planè quãdiu. Item pone
te Titio vendidiſſe, poſteà Titium donaſſe Mæuio: item Mæ-
uium vendidiſſe Sempronio. hic non poteſt ſuperior ratio lo-
cum habere, cum to & Mæuius lucratiuam cauſam habeatis:
3 nunquid ergò vterque conuenietur? Poteſt † dici in ſuperio-
ribus caſibus, quòd vltimus tantum debet conueniri. propter
cuius factum rem meam eo vſucapiente amitto. Poteſt etiam
alia ratio ſuperiori reſponſioni aſſignari: quia cum ratas ha-
beo omnes, ergò & primam: ſi primam, ergò hi qui emerunt
à primo rem eius propriam emerunt: deinde ſuam domini fa-
cti vendiderunt: vnde non debent teneri: quia rem ſuam ven-
diderunt, quid ergò in propoſita ſecunda quæſtione dice-
mus? Reſpondeo, videtur aliud dicendum in hoc: quia lucra-
tiuam habet cauſam à ſuo authore. Vel dic idem, quòd non
tranſit ad eum exceptio ex perſona primi: vt ff.de pact.l.quod
dictum.& ff.ſi fami.fur.ſe.dica.l.iij.§.planè ſi emptor.& §.ſed
an. Sed ponamus quod cauſam non habeat vltimus à primo:
4 vt puta, † tu rem meam habes, à nullo tamen deinde emptor
pro derelicto eam habet, occupat eam quis. & ita vendit eam:
quis primò conuenietur vtrum is qui eam pro derelicto ha-
bitam accepit? Illud certum eſt, quòd occupatur ab alio nul-
lam habente cauſam: licet lex dicat eum ex donatione poſſi-
dere: vt ff.de ſtipul.ſer.l.quod ſeruus ex donatione.

ANNOTATIONES.

a Rei vendicatio. vide aliquid per Feli. in ca.licet cauſam. in xiij.not. de proba.
b Directo. Vide do. Fely.in c.pe col.j.de excep.
c Non veniant. Adde no. & doct.in l. vendicatio.ff.hoc cod. titul. vbi domi. Alexand. ſecus tenet, quando incorporalia acceſſoria fuerint. Ad materiam autem huius titul. vide Spec. in titul.de cauſa poſſ. & proprie.§.primo, & ſecundo. & in titul.de loc.§.vj. domi. Alexand. de imo.in conſi.viij.in iiij.volu.qui multa pulchra ponit.

De for

d Deformetur. Adde Bar. & doct. in l. in rem. §. tignum. ff. de rei vend. & in l. ij. ff. de tigno iniunc. vbi eſt proprius locus huius materiæ.
e Fructus. Vide Ludo. ro. in ſi gu. cccxxxv.
f Et lana. Et an penſiones domorum dicantur fructus induſtriales, vide Bar. in l. & ex diuerſo. in prin. ff. de rei vendi.
g Igitur. Vide Alexan. conſi. cxxi. in fi. vo iiii.
h Induſtriales. Vide Alber. in l. ſumptus. & in l. in fundo. ff. de rei vendi.
i Rem quæ. Adde circa hoc & ibi etiam habes pulchrè, quod tria ſunt genera impenſarum gloſſ. magiſtr. quam perpetuo not. in l. in fundo. in glo. in verſi. deductio. ff. de rei vendi.

Quæſtio quædam ſuper titu. de rei vendicatione.

1 *Vendicari an poſſit res aliqua ſub alternatione. & nu. 4.*
2 *Vendicantem debere rem deſignare, quatenus verum ſit.*
3 *Rei vendicatione quis conueniri poſſit, & quis conuenire.*

TITIVS Scio prædium quoddam dederat in feudum, ſed is poſt longi temporis detentionem idem prædium cum alio ſuo proprio prædio vendiderat: vult Titius prior dominus fundum ſuum ab emptore vendicare, quem in feudum dederat, & iſte neſcit
1 quid determinatè debeat petere. Quæritur, † vtrum alterum alternatiuè poſſit vendicare: cùm etiam aduerſarius confiteatur vnum ex duobus ad Titium pertinere? In nomine domini Ieſu Chriſti amen. Apertiſſimè dico, quòd vnum ex prædiis alternatiuè poſſumus vendicare. Nam rei vendicatio directa datur ei qui dominus eſt, vtilis quaſi domino: vt ff. de rei vendica. l. ſi in rem. Conſtat autem, quòd nec aduerſarius ſacramento negaret, quòd alterum iſtorum pertineret ad eum: & ſi non apparet, quòd vnum ex his poſſumus vendicare ſub al-
2 ternatione: † nec habere neceſſe, quod dicitur eum qui vendicat debere deſignare rem: vt ff. de rei vendi. l. ſi in rem: id enim intelligendum eſt, cùm hoc facere poſſit. Nam qui fundum petiturus eſt, nomen eius debet exprimere ſi poſſit: vt in text. eiuſdem leg. verſicu. quid tamen ſi fundus ille non habet nomen, vel ſi habeat, & petitor neſciat, nemo neget ipſum rectè petere, vt ibidem dicitur, imò etiam qui hominem petit, nomen dicere debet: ſi tamen nomen ignoret, remittitur ei iſta neceſſitas. Iam habemus quòd rem petiturus, exprimere debet, vtrum totam, an partem petat. Et ſi partem quis vendicat, ratione incertitudinis admittitur: vt ff. de rei vendic. l. quę de tuta. §. incertę. Sed per hoc permittitur impediente ratione incertitudinis. Idē & eadē ratione in totū ſeruabitur: vt in prin. leg. ſuperius dicitur. In perſonalibus quoque actionibus hoc idem reperies. Nam licet pondus in his dici debeat, non iuranti ſuccurritur, ſi iuret ſe pondus pro veritate, vel pro certo dicere non poſſe. Et ita petit incertum ff. depoſi. l. j. §. ſi quis argentum. ff. de fur. l. in furti actione. §. ſi quis. Iudex certam quoque debet ferre ſententiam, quòd ſi non poſſit, incertam quoque debet ſententiam, quòd ſi non valebit, valebit vt poteſt: vt Inſti. de actio. §. curare. Item videmus, quòd in facienda tali deſignatione, idem eſt in perſonalibus actionibus quod in actione in rem, vt patet ex prædicta lege. Sed in iſtis perſonalibus incertis, quis agit ſub alternatione: puta, ſtipulatus eſt quis Stichum, aut Pamphilum, poteſt agere eiſdem modis, vt Inſtitu. de actio. §. huic autem. Sic ergo dicendum eſt in rei vendicatione: vt idem ſit, quòd quis poſſit petere ſub alternatione. Item alia ratione procedo: quia ſi interrogetur ille poſſeſſor, vtrum ex his fundis credit vnum eſſe meum: dico, quòd cogitur reſpondere, & ante iudicium, id eſt, antequam rem ipſam petam: vt ſciam an, & quam rem petere debeam, vt ff. de inter. action. l. j. & l. quia plerunque. & l. ſi defenſor. §. illud. & l. qui ſeruum. §. fin. & l. vbicunque. Et certè vbicunque in aliquo æquum eſt interrogari, & in hoc eſt ęquum reſpondere. Ecce enim, ne fruſtra experiar, cùm in rem agere volo, cogitur reſpondere, an rem, quam petere volo, poſſideat: quia
3 † is demum tenetur rei vendicatione qui poſſidet, vel quaſi: puta, quia dolo deſiit poſſidere: vt C. de alte. iu. mu. cau. fact. l. vnic. Similiter is ſolus vendicare poteſt, qui dominium habet, vel quaſi. Ergo & hic, ne fruſtra petam, eadem ratione & de hoc interrogabitur: debet enim præualere æquitas quę in paribus cauſis paria iura deſiderat. ad hoc allegari poteſt totum generale. vbi eadem ratio, &c. Et, vbi idem ius, ſiue vbi eadem æquitas vertitur. eadem erunt & iura: vt ff. de fonte. l. prima §. hoc interdictum. Nam & de incerto cogitur quis reſpondere: vt ff. de confeſſis. l. certum. Cur enim confitetur quis certum, vel cur de hoc reſpondet, & tam diligenter exprimitur, ſi non eſſet ad hoc cogendum? Neque obeſt ſi obuciatur: vt ff. de iniuriis. l. prętor edixit. quòd qui agit iniuriarum, certam iniuriam dicere debet? reſpond. quoniam qui famoſam actionem intendit, non debet vagari. Cùm ergo hic famoſam actionem non intentemus cauſa prohibitionis ceſſante, ceſſat ipſa prohibitio; ad hoc totum illud generale, ſublata cauſa, tollitur effectus. Hac via de interrogatione ego conſulo procedēdum. Item duo prędia ſunt ſic poſita, vnum Libonianum, alterum Gabinianum: interrogo autem an Gabinianum ad me pertinere credat, probatum eſt, nec credo poſſe vagari, quin reſpondere cogatur.
4 † Item aliter probo, quòd mihi licet hanc, vel illam rem vendicare. Quidam habens duo prędia, In teſtamento ſic legauit: Ioanni lego prædium meum Gabinianū, vel Libonianum: hic poteſt petere actione perſonali, ſcilicet ex teſtamento, hoc, vel illud alternatiuè: ergo & eodem modo poſſet intendere rei vendicationem: cùm vtraque res fuerit in bonis tempore mortis. Nam pro quolibet legato, datur rei vendicatio ſi res legata fuerit legantis: vt C. communia de legatis. l. j. Item, quemadmodum ſi duæ res alternatiuè legatæ fuerint, electione data legatario, ipſe vendicare poteſt, quam vult, ff. de optio. legat. l. ſi Pamphilo. & l. ſi hæres. & l. ſi apud. Item, cùm hæredis eſt electio, vnum vendicare debeo quem ipſe dare vult, vel voluerit: propter hoc optima ratione dico, quòd poteſt proponi vtile communi diuidundo iudicium: vt ambo prædia diuidantur, quaſi ſint pro indiuiſo communia. Nam licet hoc aliquantulum videatur continere iniquitatis: ſcilicet vt pars illius adiudicetur mihi, quam conſtat non eſſe meam: cùm iniquum eſſet, ſcilicet ſi neutrum peterem, vel haberem vtrunque, cùm conſtat alterum eſſe meum: vt ī. iuribus alleg. dicitur.

Alia quæſtio.

1 *Meum miſtione non deſinere eſſe meum.*
2 *Miſta qui vendicanda.*

ITEM ad rei vendicationem redeo: frumentum alicuius miſtum eſt cum meo, ſine mea volunta-
1 te: hoc † quidem non eſt commune, ſed grana quæ ante mea fuerant, ſunt, & eſſe dicuntur mea, vt Inſtitu. de rerum diui. §. qui verò frumentum. tamen propter impoſſibilem diuiſionem, mihi contra poſſidentem com-
2 petit rei vendicatio: vt ibidem dicitur: proinde vendico † non tamen grana quæ mea fuerant, ſed quod apparet meum fuiſſe in eo aceruo: non quid dico, ſed quantum: vt ff. de rei vend. l. Pomponius ſcribit. Et ne dixeris in quantitatibus ſpeciale eſſe, cùm non fuerit ibi frumentum, vt quantitas: in cæteris quoque rebus mobilibus idem habemus, & ſimile eſt ff. de vſufruct. l. vſusfructus ab initio. §. j. Sed in prædictis, vel hoc ſit pertarò: alioquin tantùm inuenitur commiſtio ſiue permiſtio: vt ff. de ſepara. l. j. §. prętereà ſciendum. Et certè ſi in aliquo prædio, prædia contribui poſſunt, ſine dubio & in hoc contributa dicentur.

De vſufructu & habitatione & ſeruorum miniſterio. *Rubrica.*

1 *Vſusfructus quid ſit.*
2 *Vſumfructum cauſalem non eſſe ſeruitutem, nec peti confeſſoria, ſed negatoria.*

3 *Fructuarium haberi loco domini.*
4 *Vſumfructum conſtitui poſſe ex die, & ad diem, non tamen in diem, quo deſinere.*
5 *Vſumfructum poſſe pro parte relinqui. & quid ſi non adiiciatur ſpecialiter, pro quota parte ſit relictum.*
6 *Vſusfructus in quibus differat a dominio.*
7 *Vſusfructus diffinitio explicatur.*
8 *Vſusfructus quibus modis conſtituatur.*
9 *Vſusfructus quibus in rebus conſtituatur.*
10 *Vſusfructus an conſtitui poſſit in iis rebus, quæ ipſo vſu conſumantur.*
11 *Vſusfructus emolumentum eſſe maximum, atque inibi quomodo attendatur tale emolumentum.*
12 *Fructuarium frui debere eo, quod per alluuionem fundo accreuit, aliter atque ſi inſula in flumine nata ſit.*
13 *Fructuarius quatenus ſeminario frui poſſit, & quatenus aliis fundi inſtrumentis.*
14 *Fructuarium debere frui arbitrio boni viri, quomodo ſit intelligendum.*
15 *Fructuarius quomodo fruatur prædio vrbano, in quo vſusfructus eſt ei conſtitutus. item quæ onera agnoſcere debeat. nume.16.*
17 *Seruus, in quo vſusfructus eſt conſtitutus, quatenus quærat fructuario, & quatenus proprietario. & num.19. & 22.*
18 *Fructus à fure percepti quando fiant fructuarij. & quando proprietarij.*
20 *Futura pendere poſſe, non etiam præſentia aut præterita.*
21 *Patre capto ab hoſtibus, liberorum ſtatum interim pendere.*
23 *Partus ancillæ an pertineat ad fructuarium.*
24 *Vſufructu in iumentis & pecudibus conſtituto, quæ computari debeant in fructu.*
25 *Fructuarium, cui vſusfructus gregis eſt relictus, debere in locum animalium demortuorum alia ex fœtibus gregis ſubſtituere.*
26 *Satiſdatio cuiuſmodi præſtanda ſit à fructuario. & num.48.*
27 *Vſusfructus quibus modis amittatur.*
28 *Vſusfructus conſtitutus filio fam. cuius morte pereat, patris, an filij.*
29 *Vſusfructus an, & quanto tempore amittatur per non vſum.*
30 *Vſusfructus quomodo per alios retineatur.*
31 *Fructuarius an & quatenus poſſit vendere, aut aliàs concedere alteri vſumfructum.*
32 *Vſumfructum amitti rei mutatione, atque inibi quàm variis modis fiat rei mutatio.*
33 *Vſusfructus an & quando extinguatur confuſione.*
34 *Vſusfructus occaſione quæ actiones competant.*
35 *Confeſſoria & publiciana quibus rationibus competant.*
36 *Negatoria actio cui detur, & contra quem.*
37 *Iudicis officiũ quale ſit in confeſſoria, quale item in negatoria.*
38 *Confeſſoria & negatoria quare ſic dicantur.*
39 *Negatoriam actionem dari etiam ſi nunquam ſeruitus fuerit conſtituta, nec potuerit conſtitui.*
40 *Negatoria quanto tempore tollatur.*
41 *Habitationem eſſe ſeruitutem perſonalem, & conſtitui eodem modo, quo vſusfructus, ſed in domo duntaxat.*
42 *Habitationis emolumentum quale ſit.*
43 *Operæ ſeruorum quomodo conſtituantur.*
44 *Operarum incertarum dies quando cedat, quando item incertarum.*
45 *Operæ quomodo reſtituendæ ſiat.*
46 *Operæ quomodo amittantur.*
47 *Seruitutem perſonalem habens non poteſt rem, in qua ſeruitutem habet, pignori dare, ſeruitutem tamen ipſam poteſt pignori obligare.*
49 *Fructuarius ex cuiuſmodi culpa puniatur.*

DICTVM eſt ſuprà, de dominio corporalium rerum, nunc tractare intendit de dominio incorporalium rerum: & præmittit de vſufructu, & habitatione, & miniſterio ſeruorum: quia in eis quædam ſpecialia obtinent, vt ex ſequentibus patebit: quæ in ſeruitutibus aliis non ſeruantur. Videamus ergò quid ſit
2 vſusfructus.[a] & qualiter conſtituatur, & in quibus rebus, & quod in rebus ſingulis ſit emolumentum, vel onus vſusfructus, & quibus modis amittatur vſusfructus, & quibus
1 actionibus de eo, vel pro eo agatur. † Eſt autem vſusfructus, ius alienis rebus vtendi fruendi, ſalua rerum ſubſtantia. Eſt enim ius incorporale, quo ſublato & ipſum tolli neceſſe eſt: vt ff. eodem, l. j. & ij. Et not. quòd hic vſusfruct. formalis,
2 dicitur ius, id eſt, ſeruitus: vt ff. de ſerui. l. j. Cauſalis † autem vſusfructus, id eſt, quem aliquis habeat cauſa dominij, non dicitur ſeruitus, vnde nec petitur confeſſoria, ſed petitur negatoria: cum dominus negat ius eſſe vtendi fruendi alij inuito ſe: & ita hic vſusfructus cauſalis vendicatur ratione dominij: vt ff. de exceptione rei iudi. l. ſi cùm teſtamento argentum. §. penultimo. Primus quidem vſusfructus dicitur domi-
3 nij pars: † cum loco domini fructuarius habeatur: vt cum fructus eius nomine percipiuntur, & tanquàm domino acquiruntur, ſic & ei ſeruus ex opera, & re ſua acquirit, & ei de damno infecto cauetur, & ſeruum pro noxa defendit. Item
4 † ex die & ad diem conſtituitur vſusfructus, non tamen relinquitur in diem quo deſinit: vt ff. eod. l. Titio. cum & pro
5 † parte diuiſa, & indiuiſa cõſtituitur. Et ſi portionis non exprimitur nomen, de dimidia intelligitur: vt ff. eo. l. etiam. Per legem Falcidiam ipſo iure minuitur: & mortuo eo qui vſumfructum promiſit, hæredes & pro hæreditaria parte conueniuntur, & cum ex communi prædio debetur, is qui defendit pro ſua parte tantum reſtituitur. Item pro eo agitur cõmuni diuidundo. Item in venditione bonorum etiam vſusfructus venit: vt ff. eod. l. iiij. & v. & famil. erci. l. & puto. §. ij. de bono. autho. iudic. poſſ. l. in venditione. & ff. de damno infect. l. qui bona. §. & ſuperficiarium. Item quia pro eo obligantur fideiuſſores, reo obligato in nudo dominio: vt j. de fideiuſ. ſi à reo. §. fideiuſſori. In his ergò caſibus dicitur vſusfru. pars do-
b minij[b] eſſe, & habere ſimilitudinem cum dominio: vt ff. de leg. ij. cum filius. §. dominus. Non enim eſt pars prædicamen-
6 talis, vt dicatur dominium: vt ff. de verb. ſignifi. l. rectè. † Diſſimilitudines autẽ habet, quia non vſucapitur. Item quia pro eo non obligãtur fideiuſſores, reo obligato in dominio nudo. Nec videtur malæfidei, qui ſcit vſumfructum alienum eſſe, ſecus ſi crederet alium dominum. Item non habet inſtar dominij: quia ſi fructus portio petetur, & abſolutione ſecuta, pars accreſcens vẽdicetur, non obſtabit exceptio rei iudicatæ. Item ſi is, cui debetur ſeruitus, emat fundum ſeruientem extinguitur ſeruitus: ſecus ſi emat vſumfruct. vt ff. de vſucapio. l. iuſto. §. non mutat. & de acquiren. poſſeſ. l. ſi quis fundum. §. vltimo. & ff. de fideiuſ. l. ſi à reo. §. ſi reo. & ff. eod. ſi Titio. §. vltimo. & ff. de ſer. vrb. prædior. l. ſi quis ædes. §. vltimo. Secundus autem vſusfruct. verè videtur pars dominij eſſe: quia ille, qui habet plenum dominium habet proprietatem, & ius v-
7 tendi fruendi ratione proprietatis. ideò † autem dicitur in definitione rebus alienis, quia res ſua nemini ſeruit. Vtendi autem dicitur, ad differentiam vtilis dominij quod in rebus
c [c]alienis habetur. Fruendi autem dicitur ad differentiam nudi vſus. Salua rerum ſubſtãtia, id eſt, præſtita cautione de fruendo, ſecundum quoſdam: vt j. eodem. l. j. Dicunt enim cautionem eſſe de ſubſtantia vſusfruct. ſed malè: nam & antequàm ſit cautio præſtita, eſt vſusfru. & probatur ff. de vſufru. ear. re. quæ vſu. conſumuntur. l. hoc ſenatuſcon. §. ſi pecuniæ. & quemadmodum ſerui. amit. l. ſi partem. §. j. & quando dies leg. ce. l. cum ita. §. cum ſuo. Item quandoque nullo tempore præſtat cautionem, vt cum certum eſt ad fructuarium proprietatem peruenturam. Item cum vſusfr. pertinet ad fiſcum, vel ad patrem in bonis filij: vt ff. de vſufruct. quemadmodum ca. l. ſi vſusfru. mihi. §. plane. & j. de bon. quæ liber. l. vltima. & ff. vt leg. no. ca. l. j. §. ſi ad fiſcũ. Vnde patet quòd cautio non eſt de ſubſtantia, neq; de definitione. Si enim eſſet nũquam poſſet eſſe vſusfruct. ſine ea. Dicit ergò ſalua rerum ſubſtãtia, id eſt, ne in totum pereat ſubſtantia: Vnde ſubiicit: eſt enim v-
8 ſusfru. ius, &c. † Conſtituitur[d] autem vſusfructus inter viuos
d pactionibus, vt vẽditione, locatione, & ſtipulationibus. Item iudicio familiæ ercıſc. & commu. diui. vt ſi iudex alij proprietatem adiudicauerit: alij vſumfructum: vt ff. eod. l. vj. §. j. Item in teſtamento, vt ſi teſtator legauerit vſumfruct. vel legauit

fundum

fundum, deducto vſufru. vt inſti. eod. §. j. & ff. eod. l. vj. in prin.
ſed & ſi teſtator legauerit fructus annuos fundi Corneliani,
perinde accipi debet hic ſermo, ac ſi vſusfructus legatus eſſet:
vt ff. eod. l. ſi quis ita. ſecus ſi fructus fundi, vel partem eorum
legauerit quam hæres daret Titio: quia tunc legat partem
corporalium rerum, nec concedit legatario ius percipiendi
fructus: vt ff. eod. l. defuncta. §. Sempronio. Et de vſufru. leg. l.
fundi Trebatiani. & l. cùm ita legatum eſſet. Amplius & inter
viuos quodam mirabili modo conſtituitur vſusfruct. vt ecce,
plenæ proprietatis dominus nudam proprietatem quocunq;
titulo vult transferre, & vſumfructum in ſe retinere, quod
poteſt: vt infrà de dona. l. quiſquis. & ita videtur quòd aliud
habebat, id eſt, vſumfructum cauſalem, & aliud retinet, id eſt.
vſumfr. formalem: vel dic, idem retinet, ſed in alia forma ſci-
licet ſeruitutis. Item ex authoritate legis conſtituitur vſusfru.
patri, in bonis filij ſui fami. aduentitiis: vt j. de bon. quæ liber.
l. antepenul. Idémque poteſt aſsignari multis aliis modis: vt
ecce, mater quæ ſuccedit filio ſuo cum fratribus eius rerum
paternarum habet vſumfruct. tantùm. Item & mulier quæ
tranſiit ad nuptias ſecundas, poſt annum à morte viri nume-
randum, omnium quæ lucrata eſt à priore marito habet
vſumfru. filiis autem defertur proprietas: vt j. aoth. de nupt.
9 §. hinc. & j. de ſecun. nupti. l. iij. Nunc † videndum in qui-
e bus rebus vſufru. conſtituatur, * & certe conſtituitur in fun-
do ruſtico, & ædibus, & in ſeruis, & iumentis, cæteriſque
rebus etiam ſterilibus: vt ff. eodem, l. ſtatuæ. §. j. Exceptis
10 his, quæ † ipſo vſu conſumuntur: nam hæ neque naturali ra-
tione, quia non poteſt eſſe ſalua ſubſtantia rei: neque ciuili,
quia dantur ita fructuario vt fiant eius. recipiunt vſumfru.
puta, vinum, oleum, frumentum, veſtimenta modicò dura-
tura: ſecus ſi duratura eſſent diu, vt ſunt veſtimenta Græ-
corum. Item pecunia numerata, quia cum aſsidua permuta-
tione, vel imminitione, vt ff. de ſolu. l. alieni. quodam modo
extinguitur, non recipit vſumfr. Idémque etiam ſeruatur in a-
ctionibus quæ nomina dicuntur, ſed vtilitatis cauſa pecuniæ,
& ſupradictarum rerum quaſi vſusfruct. conſtituitur. Dan-
tur enim prædictæ res quæ conſiſtunt in abuſu, vt fiant eius
cui relictus eſt, vel conſtitutus vſusfruct. & ipſe ſatiſdat de
tanta pecunia reſtituenda ſi moriatur, aut capite minuatur,
de reſtituendo pretio rerum, quanti fuerint æſtimatæ, vt fiat
ęſtimatio tempore ſatiſdationis. vt inſtitu. eodem. §. conſti-
tuitur. & ff. de vſufru. earum rerum quę vſu eon. l. j. & ij.
& iij. & l. in ſtipulatione. vt ff. eod. l. ſed & ſi quid. §. ſed ſi ve-
11 ſtimentorum. † Eſt autem emolumentum vſusfructus ma-
ximum, & attenditur ſecundum qualitatem rei. Si enim con-
ſtituitur vſusfructus in prędio ruſtico, quicquid in fundo
naſcitur, quicquid inde percipitur, vel ipſa natura vel in-
duſtria hominis (licet hoc diſtinguatur: vt in bonę fidei
poſſeſſore) ipſius fructuarij eſt: ſic tamen, vt fruatur arbi-
tratu boni viri. rectè enim colere cogi poteſt. aucupari, &
venari poterit in prędio, ſi tamen fructus prędij ſit in vena-
tione, aliàs non: puta, viuarium, vel ſimile: vt ff. eod. l. vſum-
fructuarium. §. j. & de vſur. l. venationem. Et ſi erat ſylua
cędua, ex ea poterit cędere, & vendere: ſi non erat cędua,
grandes arbores cędere non poteſt. cędet tamen pedamen-
ta, * & ramos ad vineam ſuam, vel ad quamlibet neceſsita-
tem ſuam duntamen fundum non faciat deteriorem: vt ff.
eodem, l. item ſi fundi. in princip. & §. aucupationum. & §.
vltimo. & l. ex ſylua. & l. arbores. §. j. Si autem euulſę ſint
arbores impetu ventorum, poterit eis vti ad refectionem vil-
læ, fundi, id eſt, ędificij, quod eſt in fundo: vt ff. de verb. ſig.
l. fundi. Sed ad vſum ſuum non poterit vti materia, ſi habeat,
vnde vtatur ligno: vt ff. eodem, l. arboribus. & has arbo-
res euulſas non habet neceſſe ſubſtituere fructuarius: ſecus
autem in demortuis: tunc enim & aliæ ſubſtituuntur. & prio-
res fructuarij ſunt: vt ff. eod. l. agri & l. arbores. Item fruetur
12 † fructuarius eo quod accreuit per alluuionem fundo: ſecus
in inſula in flumine nata iuxta fundum, licet enim ea pro-
prietario accedat: tamen quia eſt veluti proprius fundus ad
fructuarium non pertinebit. Alluuio enim fit latenti incre-
mento: hoc autem quia ſeparatum, per ſe cenſetur. Item per-
13 tinet † ad fructuarium ſeminarius fructus: debet enim
conſerendi agri cauſa ſeminarium * paratum habere, quaſi
inſtrumentum agri, & ſemper renouare: vt finito vſufructu
reſtituatur domino. Vnde & ſeminarium inuentum vendere
poteſt: quia tantundem tenetur præſtare domino, aliis au-
tem inſtrumentis fundi poteſt quidem frui fructuarius, non
tamen ea vendere. Fruitur ergo doliis fundi, & ſeruis qui-
bus eſt prædium inſtructum, & cupis, & cadis, & amphoris.
Amplius & ſi vineæ mihi reliquit vſumfructum teſtator,
& ſi ager vnde palo in vineam ſolebat paterfa. vti, vel ſalice,
vel arundine: & ego his vtar, & fruar in vineam, non tamen
quid ex eis vendam: vt ff. eodem. l. item ſi fundi. §. ſeminarios.
14 & §. inſtrumenti. & l. ſed ſi quid. §. proprietatis. Quod † au-
tem dictum eſt ſuprà, vt boni viri arbitratu fruatur, multa
continet. Nam in prædio ruſtico non debet arbores frugife-
ras excidere, nec villam diruere, nec quicquam facere in per-
niciem proprietatis: & ſi fortè voluptarium fuerit prædium,
viridaria: vel geſtationes, * vel deambulationes habens opa-
cas ex arboribus infructuoſis: non debebit deiicere, vt fortè
hortos olitorios faciat, vel aliud quid, quod ad reditum ſpe-
ctet. Si autem non erat prædium voluptarium, ſed ager, lapi-
dicinas vel argentifodinas inſtituere poterit fructuarius: &
venas metallorum poterit inquirere, vt auri, & argenti, &
ſulphuris, & æris, & ferri, ſi nihil agriculturæ nocebit. Sed
& ſi noceat agriculturæ, ſi tamen in hoc, quod inſtituit, plus
ſit reditus, quàm in vinetis, vel arbuſtis, vel oliuetis, forſan
hoc deiicere poterit: ſiquidem permittitur ei meliorare pro-
prietatem: ſi tamen quæ inſtituit fructuarius, aut cœlum, id
eſt, aërem corrumpant agri, aut apparatum ſint magnum de-
ſyderatura, opificum fortè vel figulorum, quæ non poteſt
ſuſtinere proprietarius, non videtur boni viri arbitratu frui.
Item iſte fructuarius ædificium nullum imponet prędio ru-
ſtico: niſi quod ad fructum percipiendum ſit neceſſarium, &
illud appellatur villa: vt ſuprà dictum eſt: vt ff. eodem. l. ſi v-
15 ſusfructus legatus ſit. §. fructuarius. Si autem † in prædio vr-
bano conſtituitur vſusfructus, omnes reditus, vel obuen-
tiones, quæ ſunt ex ædificio vel ex area, vel cęteris ei adia-
centibus, pertinent ad fructuarium. Si autem antequam in-
cipiat vſusfructus locata fuerit domus, penſiones illę non
pertinent ad fructuarium: niſi ſpecialiter hoc dixerit ille, qui
vſumfructum conſtituit. Poſſet tamen fructuarius condu-
ctorem repellere, ad exemplum emptoris: vt ff. eodem, l. arbo-
res. §. j. Nam (vt dictum eſt) omne commodum domus perti-
net ad fructuarium, & ipſe gratia domus cautionem poteſt
deſiderare, vnde & mitti in poſſeſsionem vicinarum ędium
cauſa damni infecti debet: & iure dominij poſsidet ædes, ſi
perſeueretur non caueri, nec quicquam ex eis amittet finito
vſufructu, nec licet proprietario inuito fructuario altius
tollere domum, ſicut nec areæ vſufructu legato poſſet in
area ędificium ponere: vt ff. eodem, l. vij. Niſi ad fructum per-
cipiendum pertineat, vel ad cuſtodiam rerum quę ſunt in
fundo: vt ff. eodem, l. vſufructu legato. & l. penultima. Et
quia omnes fructus pertinent ad fructuarium, etiam ipſe
reficere poteſt ædes inuito proprietario. Nam nec arare, vel
colere prohiberi poteſt, & faciet refectiones neceſſarias, &
voluptarias, vt tectoria, pauimenta, & ſimilia: & quod in-
ædificauerit refectionis cauſa, poſteà neque tollere, neque
reficere poterit. Refecta tamen vendicabit: vt ff. eodem, l.
ſed & ſi quid. Non autem ampliare poterit domos, nec inu-
tiles detrahere, quamuis melius repoſiturus ſit: vt ff. eo-
dem. hactenus. §. Neratius. Sed nec inchoatum ædificium
poterit perficere: vt ff. eodem. l. vſusfructuarius. nouum.
16 † Si autem vſufructuarius nolit reficere, non compelli-
tur: niſi modica refectione domus indigeat: tunc enim co-
gitur, niſi paratus eſſet derelinquere vſumfructum, nec
tunc tamen excuſatur à damno, quòd facto ſuo, vel ſuo-
rum datum eſt: vt ff. eodem. l. cùm fructuarius. Item & alia
onera rei agnoſcit fructuarius vſufructu legato: puta ſtipen-
dium, vel tributum, vel ſalarium, vel alimenta ab eo prædio
relicta: cogitur ergo fructuarius vt ſartiat, & tegat domos, vt
dictum eſt. Si tamen vetuſtate corruerint, neque ipſe, neque
proprietarius cogitur reficere: ſi tamen refecerit, hæres patie-
tur fructuarium frui: vt ff. eodem, l. hactenus. & l. vſufructu

legato. & l. ſi pendentes. §. ſi quid. Permittitur etiam fructua-
rio lumina immittere in domum: licet lumina, quæ habet do-
• mus, non poſsit obſtruere*: ſed & colores, picturas, & ſigilla
& marmora, & ſi quid ad domus ornatum pertinet, poterit
immittere, vel apponere. Sed neque diætas transformare, vel
coniungere ſeparatas, vel coniunctas ſeparare ei permittitur,
vel aditus, vel poſticas euertere, vel refugia aperire, & atrium
mutare, & viridarium ad alium modum conuertere. Excolere
enim quod inuenitur poteſt, qualitate ædium non mutata:
vnde nec altius tollet domum, nec meritoria faciet in domo
quæ vulgò diuerſoria, vel fullonica appellantur, à fullone,
fortè quia facit aquæ diuerticulum quoddam, vt ibi fullo la-
uet telam: & dicitur vulgò Galerhere, nec per cœnacula di-
uidet domum: locare tamen poſſet domum: tamen oportebit
ipſum locare quaſi domum: nec balneum eſt ibi faciendum.
Sed ſi balneum ſit in domo ſolitum vacare vſibus dominicis
in intima parte domus: vel intra diætas amœnas, non locaret
ex boni viri arbitrio, ſi id locare cœperit vt publicè lauetur
non magis, quàm ſi domum locauerit ad ſtabulationem iu-
mentorum: aut ſi ſtabulum quod erat domi vacans iumentis
domus, & carrucis, locauerit ad opus piſtrini, licet multo mi-
nus ex ea re percipiat: vt ff. eodem, l. æquiſsimum. §. ſed ſi
ædium. vſque ad finem legis. Generaliter enim ſeruabit fru-
ctuarius in omnibus rebus mobilibus modum, ne ſua ſærita-
f te, vel ſæuitia corrumpat ſeruum, alioquin tenebitur lege
Aquilia. & ſecundum conditionem eius, debet eo vti. Nam ſi
librarium rus mittat, & qualum, & calcem portare cogat, vel
hiſtrionem, vel balneatorem faciat, vel de ſymphoniaco a-
trienſem, vel de paleſtra extergendis latrinis proponat, abuti
videtur. Sed & ſeruum debet alere, & veſtire ſecundum di-
gnitatem eius: vt ff. eodem, l. ſed & ſi quid inædificauerit. §. j.
17 & ij. † Vbi autem conſtituitur[g] vſusfructus in ſeruo, acqui-
g ritur fructuario ex re ſua. Item ex opera ſerui ſiue ſtipuletur
ſeruus, vel ex quocunque contractu paciſcatur, vel per tradi-
tionem accipiatur: vt ff. eodem, l. ſi ſerui. hoc ſi fructuarius
ſeruus ſtipuletur, vel paciſcatur ſimpliciter: vt ff. de acquiren-
do rerum domin. l. qui bona. Nec obſtat quod legitur ff. eo-
dem. l. ſi ſeruo. §. ſi duos. quia ibi loquitur de ſtricto iure. Nam
aliud eſt de æquitate: vt dictum eſt. Si autem paciſcatur no-
minatim proprietario, vel eius iuſſu quæritur proprietario,
ſed ipſe tenetur condictione ſine cauſa reſtituere fructuario,
quod ex re ſua, vel ex opera ſerui quæſitum eſt: vt ff. de ſtipu.
ſer. l. penulti. Idémque & ſi ſtipuletur ex re fructuarij, vel ex
opera ſua quod fructuario acquiri non poteſt: puta, ſi rem fru-
ctuarij, vel vſumfructum in ſe conſtitutum qui fructuarij eſt,
ſtipuletur ab vſufructuario: vt ff. eodem, l. adhuc. §. quæſtio-
nis. & §. ſeruus. quæritur ergo fructuario per ſeruum domi-
nium, & poſſeſsio, & actio. Item exceptio: vt ff. eodem, l. ſed
& ſicuti. & ſi nolit ſeruus operari fructuario: cogendus eſt ad
id, & inducendus modica caſtigatione fructuarij, vt tamen
ſeruum non torqueat, neque flagellis cædat: vt ff. eodem,
leg. itémque. §. quoniam. Et ſubijcio hic regulam vnam cir-
ca fructus ruſticorum prædiorum, & vrbanorum: vt ita de-
mum pertineant ad fructuarium: ſi percipiantur ab eo, vel ab
h alio nomine ſuo non exigo quod recondantur in horreis,[h] ſed
ſatis eſt quòd à ſolo ſeparati ſunt eius nomine. Si verò fur
18 † decerpſerit, vel deſecuerit fructus: quia hoc non facit no-
mine fructuarij, non ſunt eius, ſed proprietarij. ſi tamen vſu-
fructuarius naneiſcatur poſtea eorum poſſeſsionem, viden-
tur ab initio fuiſſe quæſiti: vt ff. eodem, l. ſi fur. & Inſtitut. de
19 rerum diuiſio. §. ad quam. † In his autem, quæ acquiruntur
ex re quandoque in pendenti eſt acquiſitum: ſit fructuario, an
proprietario: putà, ſeruus iſte rem emit, & per traditionem
accepit fide ſibi habita de pretio: ſi enim poſtea numerauerit
pretium ex re fructuarij fingitur fructuario fuiſſe quæſitum
dominium alioquin proprietario. Idémque & ſi ſtipulatus eſt
numeraturus pecuniã. Numeratio enim declarabit, cui quæ-
ſita ſit ſtipulatio. Vnde & ſi ex vtriuſque pecunia ſoluerit vel
numerauerit nummos, vtrique quæritur id, de quo agitur
pro rata portione pecuniæ. Si verò vniuſcuiuſque pecunia
ſoluerit tot nummos, vt ſufficiant ad totum pretium ſoluen-
dum, vel totum mutuum celebrandum, diſtingue cuius num-
mos prius ſoluerit: vt ei cuius nummos prius ſoluerit, quæ-
ratur id de quo agitur, & ſi non apparet cuius nummos prius
ſoluerit, vt ſi erant ſacculo, & ſimul ſoluunt, nihil fecit ac-
cipientis: & ideo nondum alicui videtur eorum quæſitum
dominium: vt ff. eodem, l. ſed & ſi quis. §. interdum. Quod
autem dixi in pendenti eſſe dominium, vel actionem, dictum
eſt propter fictionem iuris futuram: ex eo quod poterit fieri
ſolutio ex bonis huiuſmodi tantum, vel illius tantùm, non eſt
dictum, habito reſpectu ad ius quòd obtineat tempore præ-
ſenti, vel inſtanti illo, quo fit traditio, vel numeratio: tunc
enim certum ſit dominium quæſitum eſſe, & certum eſſet
quòd non eſt ex re fructuarij, vel ex opera ſerui: & ita con-
ſtat fructuario non eſſe quæſitũ. Reſtat ergo vt quæſitum ſit
20 proprietario. Præſentia † enim, vel præterita non poſſunt
pendere, ſed ſolùm futura: vt ff. ſi cert. petatur. l. itaque. &
ff. de verborum obliga. ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummam.
& de iniur. rup. l. eùm in ſecundo. & Inſtitut. de verborum
obliga. §. conditiones. & ſimile eſt quod notauimus s. in fru-
ctibus decerptis, & defectis. Et aliud ſimiliter ponitur de fœ-
21 tibus ſubmittendis: vt ff. eodem, l. ſi fur. Similiter † etiam di-
citur pendere ſtatus liberorum, capto patre ab hoſtibus: vt
Inſtitu. quibus modis ius patriæ poteſta. ſol. §. ſi ab hoſtibus.
licet intuitu iuris præſentis temporis verum ſit eos eſſe ſui iu-
ris: quia pater verè ſeruus eſt hoſtium: vt Inſtitu. de iur. per
ſonar. Propter fictionem ergo poſtliminij dicitur ſtatus pen-
22 dere. Quòd autem † dictum eſt ex re fructuarij ei quæri, lar-
gè eſt intelligendum quantùm ad res fructuarij: vt ff. eodem.
l. ex re. Item quantum ad alienas quandoque: vt ſi quis con-
templatione fructuarij volens ei donare, ſeruo promittat, vel
donet: quæratur fructuario. Idémque & ſi ſtipulor mihi. aut
ſeruo in quo tu habes vſumfructum permittens ei ſolui dum
volo tibi donare. Sed in hæreditatibus, & legatis relictis ſer-
uo, contemplatione fructuarij idem eſt. Si verò non pateat
contemplatione fructuarij, ea relicta quæruntur proprieta-
rio: vt ff. eodem, l. ſi ſerui. & l. ſed & ſi quid donetur. & l. ſi
quis donaturus. & lege, ſed & ſi quis. in princip. In his au-
tem, quæ ſeruus ſtipulatur ex opera, ſi quidem ſtipulatio ſit
vnius anni, vel alterius ſingularis temporis, quòd labitur du-
rante vſufructu, ſerua id quod dictum eſt. Si verò ſeruus lo-
cauerit operas ſuas in annos ſingulos, vel in alia ſingularia
tempora, mercedes illorum annorum, quibus durauerit vſuſ-
fructus, debentur fructuario: aliorum verò debentur proprie-
tario: vt ff. eodem, l. adhuc. §. ſi operas. & ſi immediatè vnius an-
ni ponas extingui vſumfructum illius anni tota merces debe-
bitur fructuario: vt ff. de annu. lega. l. à vobis. Item hæc om-
nia vera ſunt, quando ponimus vnum fructuarium. Si verò
plures eſſent vſufructuarij, ſingulis quæritur ex re ſua: ex ope-
ra autem quæritur communiter vtrique. Hunc tamen articu-
lum, & circa communes ſeruos, & circa fructuarios ſeruos
plenius explicabimus de ſtipulatione ſeruorum. Non ob-
ſtat quòd legitur ff. eodem, l. ſi ſeruos. §. ſi duos. quia quod
ibi dicit ex re fructuarij quæri domino, verum eſt, de ſtri-
23 cto iure: ſecus de æquitate: vt ſuprà dixi. † Partus autem
☞ ancillarum non pertinent ad fructuarium. Abſurdum enim
æſtimauit natura, hominem in fructu eſſe: cùm omnes fru-
ctus eius gratia comparauerit: vt ff. eodem, l. vetus. & Inſtit.
de rer. diuiſ. §. In pecudum. omnia autem alia, quæ acquirun-
tur extra prędictas cauſas quęruntur proprietario: vt Inſtitu.
24 per quas perſonas nobis acquir. §. de his. † Si verò conſtitu-
tur vſusfructus in iumentis, vel pecudibus, vel quolibet ani-
mali irrationabili, hæc computantur in fructu fœtus anima-
lis, lac, pilus, & lana, & agni, & hœdi, & vituli, & equuli. SI
25 tamen in † vniuerſitate gregis vel armenti vſusfructus con-
ſtituatur, fructuarius debet gregem ſupplere ex fœtibus gre-
gis, vel armenti, id eſt, in loco capitum defunctorum, vel inuti-
lium, alia ex fœtibus debet ſubſtituere: & ſubſtituti fœtus
antequam ſubſtituerentur, verè fructuarij erant: ſed po-
ſtea quam ſubſtituti ſunt, fiunt proprietarij: & fingun-
tur à principio ſui fuiſſe. Demortua autem vel inutilia inci-
piunt pertinere ad fructuarium poſt ſubmiſsionem: hanc au-
tem ſubmiſsionem non habet neceſſe fructuarius facere, ſi
vſumfructum haberet in ſingulis animalibus, non in vniuer-
ſitate

ſtate, vt dictum eſt: vt ff. eodem. l. vetus. & l. vel inutilium. &
l. quid ergo. & Inſtit. eodem. §. ſed & gregis. In rebus quo-
que inanimatis mobilibus conſtituitur vſusfructus, ſi tamen
non conſumantur per vſum: vt dictum eſt in numiſmatibus,
quibus pro gemmis quis vti poteſt: & in ſtatuis & imagini-
bus, quibus quaſi frui quis poteſt bonoris cauſa: vt ff. eod. l.
26 numiſmatum. & l. ſtatuæ. Pro † his autem & omnibus ſu-
i pradictis rebus neceſſe habet ſatiſdare ⁱ fructuarius de fruen-
do arbitrio boni viri, & de reſtituenda re, vel eo quòd ex ea
extabit, finito vſufructu. Nec poteſt hæc ſatiſdatio remitti à
teſtatore: vt infrà eodem, l. j. & ij. & ff. vſusfruct. quemadmo-
dum ca. l. prima. Sed in caſibus hoc tallit, ſcilicet in fiſco, fru-
ctuario, & in patre circa bona filij, & quando ad fructuarium
certum eſt proprietatem peruenturam: vt ff. vſusfruct. quem-
admodum ca. l. ſi vſusfructus. §. plane. & vt leg. no. ca. l. prima.
§. ſi ad fiſcum. & infrà de bonis quæ libe. l. vltima. Amitti-
k tur ᵏ † autem vſusfructus morte fructuarij, & maxima eius
27 capitis diminutione & media: minima autem non amittitur:
& eiſdem modis dico etiam amitti perſonalem actionem com
petentem pro vſufructu, ſicut illud verbum, niſi, videtur in-
nuere: vt infrà eodem, l. penultima, ſiue conſtitutus erat vſuſ-
fructus, ſiue conſtituendus: vt ff. eodem, l. qui vſumfructum.
28 §. ſtipulatus. Porrò † vbi filiofamilias conſtituitur vſusfru-
ctus, ſi quidem ſit ex profectitio peculio peribit morte patris,
ſed ex aduentitio peribit morte filij: vt ff. de donatione cauſa
mortis. l. ſi filio. Si verò dubium eſt, ſit ex hoc, vel ex illo, vel
vtrum patris contemplatione, vel filij ſit conſtitutus, neque
mortuo filio peribit patri, neque mortuo patre peribit filio
29 vſusfructus. infrà eodem, l. vltima. † Item amittitur vſuſ-
fructus non vtendo decennio inter præſentes, vel vicennio
inter abſentes: & tunc dicam amitti perſonalem actionem
non ipſo iure, ſed per exceptionem: quia tempus non eſt mo-
dus tollendæ obligationis ipſo iure: vt ff. de actionib. & ob-
ligationib. l. obligationum. §. placet. Vbi autem vſusfru-
ctus relictus eſt ciuitati exiguntur centum anni in amiſsione:
30 vt ff. eodem, l. an vſusfructus. Videtur † autem vſufructua-
rius frui, ſiue ipſe fruatur, ſiue alius nomine ſuo: vt procura-
tor, tutor, curator, negotiorum geſtor. Vel ſi fruatur alius,
cui locauit vſufructuarius vſumfructum, vel vendidit, vel
precario conceſsit, vel donauit: imo & ſi non fruantur iſti,
retinentur vſusfructus: cùm vſufructuarius habet pretium,
vel mercedem, vel æquipollens. Secus enim eſſet, ſi donauerit
vſufructuarius vſumfructum: quia tunc non retinentur, niſi
frueretur donatarius: vt ff. eodem, l. arboribus. §. vſufructua-
31 rius. & §. non ſolùm. & lege, quia qui pretio. † Et nota,
quòd vſufructuarius vſumfructum vendere, & concedere
poteſt inuito proprietario, vt ius perſonale retineat ſibi. Alij
verò præſtet facultatem fructuum percipiendorum: & ita
vſusfructus peribit ex eius perſona: cedere verò extraneo
non poteſt, volens à ſe abdicare ius perſonale, vnde extin-
guitur vſusfructus & ad proprietarium redit. proprieta-
rio autem bene poteſt cedere: vt ff. eodem, l. cùm vſusfru-
ctus. & Inſtitutione eodem. §. penultimo, & ff. de periculis &
commodis rei venditæ. l. neceſſario. §. vltimo. & ff. de iure dot.
l. ſi vſusfructus fundi. Item non poteſt dici quòd amittatur
vſusfructus non vtendo, quandiu vſufructuarius poſsidet
rem in quam habet vſumfructum. Hinc eſt, quòd ſi in ſer-
uo habeo vſumfructum, & ille à me fugiat: quia ille poſsi-
detur à me antequàm ab alio appræhendatur, vel diu ſteterit
in poſſeſsione libertatis paratus reſpondere de ſtatu ſuo, non
amitto vſumfructum. Sed ſi ab alio poſsideatur, ſi tamen ipſe
aliquid meo nomine faciat, retineo vſumfructum: vt ff. eo-
dem, l. arboribus. §. de illo. & §. Iulianus. Item amittitur
32 vſusfructus morte: vt ſuprà in definitione diximus. † Item
l amittitur rei mutatione ˡ, vt ecce habeo vſumfructum in do-
mo, & illa decidit in totum, vel deuſta eſt. Nec etiam ha-
beo areæ vſumfructum, niſi non ſpecialiter in domo, ſed in
omnibus bonis eram fructuarius: vt ff. eodem. l. quoties. §. vl-
timo. & ff. quibus modis amit. vſusfruct. l. repeti. §. penulti-
mo. & Inſtitutio. eodem, §. vltimo. Idemque eſt, & ſi habeo v-
ſumfructum in area, & in ea fiat ædificium, & ſi deponatur
domus in qua habeo vſumfructum & alia ibidem inſtaure-
tur: ſecus ſi per partes reficiatur: vt ff. quibus modis vſusfruct.
amit. l. repeti. §. vltimo. & l. quid tamen. §. j. Item rei muta-
tio aſsignari poteſt in alijs multis, vt ecce habeo vſumfruct.
in agro, & ipſe inundatur, vt iam ſit ſtagnum: vel palus, vel
habeo vſumfruct. in ſtagno, & poſtea exaruit vt factus ſit
ager: vel habeo vſumfruct. in ſylua & cæſa ea, factæ ſunt ibi
poſtea ſtationes: vel habeo vſumfruct. in maſſa, & ex ea poſt-
ea fiunt vaſa, vel è conuerſo, idem erit: vel habeo vſumfruct.
in ornamento, & illud poſtea diſſolutum eſt, vel transfigura-
tum. vel habeo vſumfruct. in naui, & ea non refecta, ſed diſ-
ſoluta ſit non ea mente vt recomponatur eiſdem tabulis: vel
habeo vſumfructum in balneo, & facta eſt habitatio ex eo:
vel in taberna, & ipſa facta eſt dieta: vel in hiſtrione, & ipſe
tranſlatus eſt ad monaſterium: vel in quadriga legatus eſt mi
bi vſusfructus, & vnus ex equis deceſsiſſet, niſi alius ſubſti-
tueretur ante diem legati cedentem. Si verò equorum relictus
eſſet vſusfructus, tunc & vno mortuo duraret in reſiduis: vt
ff. eodem, l. quid tamen. §. agri. vſque in finem legis, & l. niſi. &
33 l. ſi cui. Item † extinguitur vſusfructus confuſione, ſi fructu-
arius nanciſcatur proprietatem: vt ff. quibus modis vſusfruc.
34 amit. l. ſi ſeruus. † Sunt autem pro vſufructu proditæ actio-
nes confeſſoria, & publiciana, quæ datur ei qui vſufructua-
m rius eſt: & datur confeſſoria ᵐ ei cui conſtituitur vſusfructus
à domino. Publiciana autem datur ei cui conſtituitur à non
domino, & proditæ ſunt ad ſimilitudinem rei vendicationis,
35 dantur † enim ratione dominij, vel quaſi: & poſſeſsionis, vel
quaſi. Ratione dominij competunt directo ei, qui dominus
eſt fundi cui acquiritur ſeruitus. Ratione quaſi dominij com-
petunt vtiliter ei, qui non eſt dominus, ſed habet ius in re: pu-
tà, creditor eſt, vel fructuarius, vel ſuperficiarius, vel ſimilis:
vt ff. ſi ſer. vend. l. j. §. hæc autem. & de remiſſ. l. j. §. item Iulia-
no placet & de ſuperfi. l. j. § vltimo. & ſi vſufruct. pet. l. j. j. re-
ſponſo. Item dantur ratione veræ poſſeſsionis aduerſus eum,
qui poſsidet agrum debentem ſeruitutem: vt ff. ſi vſusfruct.
pet. l. vlt. §. verum. vel quaſi poſsidet, vel ſi dolo deſierit poſ-
ſidere, vel ſi liti ſe obtulit, vel ſi ſit ſuperficiarius agri debentis
ſeruitutem: vt ff. ſi vſusfruct. pe. l. vlti. Sed & quaſi poſsidere
videtur, qui ipſa ſeruitute mihi debita vti me non patitur: ſi-
cut & interdicto vti poſsideris, dicimus. Nam qua ratione fa-
cit quominus poſsideam, eadem & ipſe poſsidere videtur. Vn-
de poteſt conueniri confeſſoria: vt ff. ſi ſerui. vendi. l. loci. §. ſi
36 quis mihi. & l. ſi quis mihi. & l. ſi quis diuturno. Ei † autem,
qui negat ſe vſumfructum debere, vel aliam ſeruitutem, pro-
dita eſt actio negatoria, quæ & ipſa in rem eſt, vt ſuperior, &
datur ratione dominij domino fundi quem negat ſeruire de-
bere. Vtilis autem datur quaſi domino fundi: quia ius habet
in fundo, quem negat ſeruire debere: vt ff. ſi ſeruit. vendic. l. j.
Ratione autem poſſeſsionis intenditur contra eum, qui poſ-
ſidet rem ratione vſusfruct. vt ff. de acquiren. poſſeſſ. l. natu-
raliter. Vel quaſi poſsidet, vt ſi re vtatur, propter aliam ſerui-
tutem, quam dicit ſibi debitam. His ergo, & in hos compe-
n tunt actiones ⁿ iſtæ, & conueniunt eum actionibus in rem
competentibus pro corporalibus rebus: quia & in bis eſt me-
lior conditio poſſeſsionis. Si enim ſim in poſſeſsione ſerui-
tutis, & me negatoria conuenias, nec poſsis probare te domi-
num fundi quem negas debere ſeruire, abſoluor à te: vt ff. ſi
vſusfruct. peta. l. vlti. Si verò te dominum probares, ego ſuc-
cumbam, te agente negatoria contra me, niſi probarem te, vel
eum, cui ſucceſsiſti conſtituiſſe mihi ſeruitutem. Vbi autem
non ſum in poſſeſsione ſeruitutis non vincam, niſi confeſſo-
ria. Si ea vtar, & ſuccumbam in negatoria, ſi ea conueniar, ni-
ſi probauero mihi ſeruitutem deberi: nec eſt opus quòd qui
dicit ſe non debere ſeruitutem, probet ſe dominum fundi, qui
negat debere ſeruire: vt ff. ſi ſeruitut. vendice. l. ſicuti. §. ſed ſi
37 quæratur. † Eſt autem iudicis officium in confeſſoria, vt
præſtetur res, id eſt, vt iubeatur poſſeſſor præſtare patientiam
actori, vt vtatur ſeruitute: & de hoc ipſo vt ita fiat in futu-
rum, cautionem exponet reus. In negatoria autem eſt offi-
cium iudicis, vt pro eo qui vinceret in ea, præcipiat iudex al-
teri ne ipſum ratione ſeruitutis inquietet: quominus vtatur
liberè prædio ſuo: & de hoc ipſo exponet cautionem: vt ff.
ſi ſeruit. vendic. l. barum. & l. egi. hoc quando lite conteſt. ſer-

tur definitiua ſententia. Si autem vocatus non veniat, & non eſt liquidum de cauſa, quid obtineat, notaui infrà, de hon. au-
38 thorit. iud. poſſ. §. vbi autem. † Illud autem falſum reputo, quod ait Plac. ideo dici negatoriam: quia proponitur verbis negatiuis, & confeſſoriam ideo quia proponitur affirmatiuis: nam à ſeruitute altius non tollendi & confeſſoria negatiuis: & negatoria proponitur affirmatiuis. Inſpicienda eſt potius ſententia, quàm verba, vt ideo dicatur confeſſoria, quia quis ſibi aſſerit deberi ſeruitutem: negatoria contra-
39 rio. Item † illud falſum reputo quod ait Placentin. tunc demum dari negatoriam, quando fuit ſeruitus, ſed eſt amiſſa: nam & ſi nunquam fuit, nec potuit eſſe, vt quia erat locus publicus datur negatoria: vt ff. ſi ſeruit. vendice. l. loci. §. com-
40 petit. & l. fiſtulas. Quæritur, quanto † tempore tollitur negatoria. Et videtur, quòd xxx. annis cùm nulla actio regulariter extendatur vlterius: vt infrà de anna. exceptio. l. j. Si hoc dicatur, occurrit contrarium: quia ſi poſt xxx. annos te vti ſeruitute non poſſum prohibere: ergo videris eam quæſiuiſſe ſpatio xxx. ann. quod ſi ſic eſt, ergo contradicit aliis legibus, quæ dicunt ſeruitutem non quæri, niſi tanto tempore cuius non extat memoria. Longo tamen tempore, ſi aliquis vtatur ea, præſumitur conſtituta ex iſta cauſa quæ prætenditur præceſſiſſe: vt ff. de aqua pluuia arcen. l. prima. §. vltimo. & l. ſecunda. primo reſpõſo. & §. primo. & §. idem Labeo ait. Ad hoc reſponderi poteſt, vt dicam ſeruitutem non eſſe quæſitam xxx. annis in fundo tuo. Sed tamen tu propter negligentiam tuam prohibere non potes vtentem ſeruitute: & eſt ſimile ad hoc. ff. de ſeruit. ruſtic. prædio. l. per fundum. quia ſi vnus ſociorum conſtituit ſeruitutem per fundum communem, non tenet ſeruitutis conſtitutio, ſed ipſe non poteſt prohibere. Vel dic, etiam elapſis xxx. annis, negatoriam poſſe intentari, non ex præterita itione, id eſt, ea, quæ facta eſt iam ſunt triginta anni: ſed ex ſequentibus, vel præſentibus: nec enim hæc itio eſt illa, vel è conuerſo: vt ff. de verborum obligat. l. ſi ſic. ij. Nec eſt vnius itionis continuatio ad aliam: vt ff. de ſeruit. l. ſeruitutes prędiorum. quod ſic eſſe non poteſt vbi poteſt aſſignari in poſſeſſione rei meæ, quam per triginta annos poſſediſti, ſuper qua poſtea non es conueniendus: quia hic vna & eadem eſt poſſeſſio propter continuationem, & ſic dices quòd tantùm vna eſt confeſſoria, ſed tot ſunt actus confeſſoriæ, quot ſunt modi. Huic ſententiæ nihil obuiet poteſt, niſi quod mirum videtur quòd tot ſunt actiones quot ſunt itiones: vel dic licet verè plures ſint actiones, tamen cauſa minuendarum litium vna tantùm actio poteſt intentari, propter diuerſas itiones, ſicut & de pluribus hæreditatibus ſufficit vna actio famil. erciſc. l. hæredes. §. de pluribus. & pro ſocio. l. cùm duobus. §. ſi plures. Et ſecundum hoc, ſi actione intentata propter itionem vnam abſoluaris, & iterum te ex alia itione conuentum, non obſtabit exceptio, ſicut in rei vendicatione non obſtat mihi, ſi abſoluaris: quia non poſſides, & iterum reperiris poſſidere. vt infrà ad exhib. l. neque.

41 ¶ † Nunc de habitatione videndum eſt, quæ & ipſa perſonalis ſeruitus eſt, vt vſusfruct. & eodem modo conſtituitur vt vſusfruct. ſed in domo tantùm, non tamen eſt vſusfruc. nec vſus: eſt tamen quoddam medium ius inter eam, & eius com-
42 modum: quia † & ipſe inhabitare poteſt cum familia ſua, & alij locare, ſiue relicta ſit habitatio, ſiue vſusfruct. vel vſus habitationis. Et videtur eſſe relicta in vitam hominis, niſi breuius ſtatuatur tempus. Et extinguitur morte, non autem extinguitur non vtendo, vel capitis diminutione: vt Inſtitut. de vſu & habitatio. §. ſed ſi cui. & infrà eodem, l. cùm antiquitas: vt ff. de vſu & habita. l. ſi habitatio. ¶ Sequitur videre de miniſterio, ſiue opera ſeruorum, qualiter conſtituantur, & in
43 quibus, & qualiter reſtituantur & qualiter amittantur. † Conſtituuntur autem eiſdem modis, quibus vſumfructum conſtitui diximus. Libertis autem aliter fit impoſitio operarum: vt dicemus infrà de operis liber. Sed & in liberis perſonis ſi legantur operæ tenet legatum, non tamen ius in perſona conſtituitur: vt ff. de vſufructu. lega. l. iij. Si verò in ſeruo conſtitueretur opera, habet ius in perſona ille, cui debetur opera: ſicut & ille cui debetur vſusfructus, vel vſus. Cædit autem
44 † dies operarum incertarum, tunc cùm fuerint indictæ: certarum autem, tunc cum potuerunt præſtari, & non ſunt præ-
45 ſtitæ: vt ff. de operis ſer. l. j. & de operis liber. l. quoties. † Reſtituuntur autem operæ, deductis neceſſariis expenſis: ſicut & in reſtitutione aliarum rerum ſolet fieri: ergo non ſolùm aliæ, ſed etiam cibaria deducuntur: cùm operæ repetantur à poſſeſſore, ſi tamen erat ſeruus minor quinque annis vel debilis, vel talis vt non potuerit operari, nulla fiet reſtitutio operarum, licet quis prætendat contra poſſeſſorem, qui fortè dominus eſt ſerui, quòd ipſe poſſeſſor eum dilexerit, vel in deliciis habuerit, vel voluptatis cauſa penes ſe detinuerit: vt infrà
46 de oper. ſeruor. l. antepenultima, & vltima. † Amittuntur operæ vſucapione ſerui, quod notabile eſt: quod non ſeruatur in vſu, vel vſufruct. vt ff. eodem, l. locum. §. proprietarius. & de vſufruct. lega. l. ij. Non autem amittuntur capitis diminutione, vel non vtendo, vel etiam morte, quod mirabile eſt, niſi aliter dictum eſſet: vt ff. vſusfruct. quemadmodum caue. l. huic. in fine. & l. idem. vel illud in annuo legato locum habet, non eſt referendum ad legatum operæ. Et ex his patet quòd opera ſerui, neque eſt vſus, neque vſusfruct. propter diſſimilia aſſignata: habet tamen commoditatem vſusfruct. ſed & plus in pleriſque. Item vſus habet commoditatem: & amplius vt liquet ex præmiſſis. Item & locat operas ille, cui debetur opera: quod non facit vſuarius: & probantur hæc ff. de operis ſeruor. l. in hominum. & l. penult. & ff. ad legem Falc. l. j. §.
47 ſed operas. † Præter hæc nota, quòd licet his omnibus permittatur frui rebus, vel inhabitare domos, vel frui operis ſer-
o uorum: non tamen eis permittitur obligare * rem in quam habet ſeruitutem: vt infrà eod. l. intereſt. licet & alias dicatur, quòd fructus rei eſt, vel pignori dare licere: vt ff. de vſuris. l. vltima. ſed ibi nomen fructus ponitur pro commoditate quadam, nõ pro rei prouentu: ſeruitus autem ipſa perſonalis pignori obligari poteſt: vt ff. de pignor. l. ſi is. §. penult. Item patet ex his quatuor eſſe ſeruitutes perſonales, ſcilicet, vſumfructum,
48 & vſum & habitationem, & operam ſeruorum: & pro † iſtis omnibus interponatur ſatiſdatio de fruẽdo, de vtendo, de habitando, de operis percipiẽdis boni viri arbitrio: vt ff. ſi vſuſ-
49 fruct. peta. l. huic. Et ex † ſtipulatione punitur culpa, non ſolùm quæ eſt in faciẽdo, quæ & ipſa punitur per legem Aquil. ſed etiam ea quę eſt in prætermittendo, nec coërcetur per Aquiliam: vt ſi fructuarius agrum non proſcindit, vites non ſubſerit, ductus aquarum corrumpi patitur: vt ff. eod. l. ſi cuius. & l. ſi vſusfructus. §. denique. Item adiicitur in ſatiſdatione de reſtituendo eo, quod inde extabit: vt ſuprà dictum eſt.

ANNOTATIONES.

a Vſusfructus. Et adde quod vſusfruct. eſt pars dominij pleni, quod dicitur ec proprietate vſusfruct. l. quarta. & ibi Barba. ff. co. tit. de vſufr.
b Dominus. Adde Spec. in tit. de procur. in verſ. ratione quoque. & no. Bar. in l. Mæuius. §. fundo. ver. venio ad ſecundam partem. ff. de legat. ſecundo. doct. in l. qui vſumfructum. ff. de verbor. oblig.
c Rebus. Adde quod vſusfruct. dicitur pars fundi integralis non quotitatiua. Bart. in l. qui vſumfructum. ff. de verbo. oblig.
d Conſtituitur. Adde quod conſtit. vſusfructus ex tempore, & ad tempus. l. cum vſusfructus. ff. de vſufruct. & l. prima. ver. item quia vſusfru. ff. de furtiue.
e Conſtituatur. Adde quod vſusfruct. non poteſt conſtitui in fundo vt pro hoc poſſit alienari. Car. in cle. prima. §. j. de rebus eccle. non alie.
* Pedamenta. Vide Budæum in l. ex ſylua. ff. de vſufruct.
* Seminarium. Vide Budæum in l. item. ff. de vſufruct.
* Geſtationes. Vide Budæum. in l. qui ſella. ff. de ſeruit. vrb. præd.
* Obſtruere. Vide Budæum hic.
f Seruum. Vide Spec. in tit. de pign. §. j. ver. porro vſusfructuarius.
g Conſtituitur. Vide per Flo. in l. vſufructuarius nouam. ff. de vſufruct.
h Hæreis. Adde Bartol. in l. ſi fur. de vſufruct. & in l. ſi vſufructuarius. quibus mod. feud. amitt. doct. in l. de ſuo ſta. ff. de vſufruct. do. Barthol. Cæpo. latè in titul. de ſeruit. ruſti. prædio. Vbi cumulatè totam materiam reperies.
i Satiſdare. Vide Alexandrum plenè conſil. quinquageſimo octauo. col. ſecunda. & ſequenti. volumine ſecundo.
k Amittitur. Vide Bald. in l. prima. §. excepto. C. de ex. tull.
l Rei mutatione. Vide ad hoc Bald. in authen. excipitur. in ver. quæro vtrum vſusfructus. C. de bonis quæ lib. doct. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. oblig. vbi in terminis tangit iſtam materiam.
m Confeſſoria. Adde quod vſufructuarius agit confeſſoria per vſumfructum, etiam ſi non caret. Bald. in l. ſecunda. ad fi. C. de legib. ibi vide.
n Actiones. Adde etiam, & vſufructuarius non habet actionem directam

ſtam pro ſeruitute vendicanda.l.j.ff.ſi vſufruct.pet.
• Obligare. Adde tamen quod vſufructuarius alienat vel vendit fructus,l.arboribus.ſ.vſufructuarius.ff.de vſufruct.

De ſeruitutibus,& aqua. *Rubrica.*

1 *Seruitutum prædialium alias eſſe vrbanas, alias ruſticas. & quæ ſint vrbana, quæ item ruſtica.*
2 *Prædia vrbana quæ dicantur.*
3 *Prædiorum vrbanorum ſeruitutes quæ ſint.*
4 *Seruitus luminis quid differat à ſeruitute proſpectus.*
5 *Seruitutes ruſticorum prædiorum quæ ſint.*
6 *Itineris ſeruitus qualis ſit.*
7 *Actus ſeruitus qualis ſit.*
8 *Via ſeruitus qualis ſit.*
9 *Viæ latitudo quanta eſſe debeat.*
10 *Aquaductus ſeruitus qualis ſit.*
11 *Aquaductus quam varijs modis poſſit concedi.*
12 *Aquæ hauriendæ ius quale ſit.*
13 *Tacitum non valere, vbi expreſſum eſt inualidum.*
14 *Seruitus pecoris ad aquam appulſus qualis ſit.*
15 *Seruitutes prædiorum quatenus conſtitui poſſunt, & quare dicantur prædiales.*
16 *Seruitutes prædiorum vrbanorum quare enuntientur affirmatiuè & negatiuè, prædiorum autem ruſticorum affirmatiuè tantùm.*
17 *Libertas aduerſus conſtitutam ſeruitutem qua ratione acquiratur.*
18 *Seruitus ruſtica quomodo amittatur.*
19 *Seruitutem altius tollendi poſſe conſtitui, & quando.*
20 *Seruitutem prædialem quis poſſit conſtituere. & quid ſi ſint plures domini, an omnium conſenſus requiratur. & numero 23.*
21 *Seruitutem prædialem habens an, & quando poſſit eam alij concedere.*
22 *Seruitus vt acquiratur prædio communi, an oporteat omnes dominos acquirere.*
24 *Seruitutem poſſe concedi vicino prædio, quomodo intelligendum ſit.*
25 *Seruitutes quibus modis conſtituantur.*
26 *Seruitutes non conſtitui ex tempore aut ad tempus, quomodo ſit intelligendum.*
27 *Seruitutem non poſſe conſtitui ſub conditione extinctiua, quatenus verum ſit.*
28 *Seruitus poſſitne conſtitui ſub conditione.*
29 *Seruitutes an conſtituantur per vſum longi temporis.*
30 *Seruitutis quaſi traditio quomodo fiat.*
31 *Seruitute viæ conſtituta per fundum non deſignato certo loco, per quem ire, agere liceat, quomodo vtendum ſit.*
32 *Seruitus an poſſit pro parte conſtitui.*
33 *Seruitus an poſſit ita conſtitui, ne quid fiat in fundo ſeruiente.*
34 *Seruitutes omnes confuſione amitti.*
35 *Seruitus quanto tempore amittatur non vtendo.*
36 *Seruitutes vrbanæ quomodo amittantur.*
37 *Seruituti vti quis cenſeatur.*
38 *Seruitus quæ erat vna à principio an diuidatur in plures, facta diuiſione prædij, cui debebatur.*
39 *Seruitus quomodo amittatur permiſſione.*

DICTVM eſt ſuprà de perſonalibus ſeruitutibus: nunc ponit de prædialibus, quas appellat lex reales: vt ff.eodem,l.j. Sed melius dicentur prædiales: quia rei appellatio nimis eſt larga. Complectens etiam mobilia, & incorporalia: vt inſtitut. de reb. corp. & incorp. & ff.ſi certum petat.l.j. Prædij verò nomen immobilia tantùm complectitur, nec ſufficit ei ponere rubricam generalem de ſeruitutibus: ſed nominatim poſuit de aqua. id eſt, de ſeruitute aquæ, quia in ea quoddam ſpeciale aſsignatur, vt acquiratur longo tempore: vt infrà eodem, l.ſecunda. Et ſimile notauimus ſuprà de hæreticis & manichæis. Viden-
dum ergo quæ dicuntur ſeruitutes prædiales, & quis conſti-
1 tuat, & cui, & qualiter, & qualiter amittuntur. † Sunt au-
tem prædiales ſeruitutes aliæ vrbanæ, aliæ ruſticæ. Vrbanæ
ſunt, quæ debentur prædiis vrbanis. Ruſticæ autem, quę præ-
diis ruſticis debentur: quod puto dictum eſſe per cauſam ne-
ceſſariam, at non ſufficientem. Nam ad hoc vt ſit ſeruitus
vrbana neceſſarium eſt, quòd ſit prędium vrbanum, cui de-
beatur ſeruitus, & quod ei debeatur vt vrbano. Si enim iter,
vel via quę ruſticæ ſunt ſeruitutes debeantur domui, tamen
quia deberi poſſunt non intuitu ædificij, ſed ſoli: nihilomi-
nus dicuntur ruſticę ſeruitutes: vt argument.ff. de ſeruitut.
ruſtico.prędiorum.l.certo generi. ergo ſolum ædificium non
eſt ſufficiens cauſa, quòd ſeruitus debeatur, ſed oportet prę-
cedere pactum, vel ſimile, vt ea conſtituatur. Similiter di-
cam in ruſtica ſeruitute, nam & illa ideo tantùm dicitur ruſti-
ca quòd debetur ruſtico prędio, non intuitu ædificij alicuius.
Et quòd hęc ita ſint, declarabunt exempla vrbanarum, & ru-
ſticarum ſeruitutum: & probari poteſt.ff.de ſeruitut. vrba-
norum prędiorum,l.prima ſicut enim dicitur ſtillicidium a-
uertendi in tectũ, ſiue in aream vicini: & ita poteſt eſſe quòd
area erat prędium ruſticum, vel in villa, vel in vrbe: ſed ta-
men quia vrbanum erat prædium, cui ſeruitus debebatur, di-
citur vrbana ſeruitus, ſic & ſi ruſticum erat prædium: verbi
gratia: ędificium gratia fructuum reponendorum, & ei ab vr-
bano prędio ſeruitus debeatur, vel vt ipſum liceat altius tol-
lere, & officere prætorio vicini, vel vt cloaca habeatur per vi-
• cini domum, vel prętorium, vel protectum • ad quam colo-
ni mei prędij accedant, dicetur ruſtica ſeruitus: vt ff.de ſer-
2 uitute.ruſtic. prędio.l.ij. † Dicuntur autem vrbana prędia
omnia ædificia vbicunque ſint inhabitandi cauſa facta: ſe-
cus ſi fierent cauſa fructuum reponendorum: vt dictum eſt
ſuprà de vſufruct. Et notari poteſt. ff. in quib.cauſ.pign.ta.
3 contra.l.eo iure.§.ſtabula. Sunt † autem hæc iura vrbano-
rum prędiorum altius tollendi, & officiendi luminibus vici-
a ni, aut non extollendi. Item ſtillicidium ᵃ auertendi in te-
ctum, vel in aream vicini, aut non auertendi. Item mitten-
di tigna in parietem vicini, & denique deiiciendi, protegen-
díve, cæteraque iſtis ſimilia. Eſt & inter hæc ſeruitus, ne pro-
4 ſpectui officiatur. Item † vt præſtetur proſpectus. Item vt
præſtetur lumen, & ſi quidem debeat mihi aliquis lumen, id
videor quęſiuiſſe vt cœlum videre poſſim, vel depoſita domo
ſua, vel eius parte: vt plenè recepto lumine a ſe perueniat in
domum meam: vt ff.de ſeruitut.vrbano.prędio.l.luminum. &
l.lumen. Si autem quis debeat mihi proſpectum, non ita de-
beat vt cœlum videam, ſed vt feneſtra, vel aliquo ſimili apertè
claritas diei ad me perueniat: ergo quicunque habet lumen,
habet proſpectum, ſed non è conuerſo: & quia ille, cui debe-
betur proſpectus, minorem habet commoditatem in fruen-
do, quàm ille, cui debetur lumen: maiorem habet poteſtatem
in prohibendo, quàm is qui debet ſeruitutem, ne quid omni-
no faciat quod noceat ad gratiorem proſpectum, & liberum.
Nam cùm minus habeat, minus offendi debet: qui autem de-
bet lumen, & ſi quid faciat quod noceat ad gratiorem pro-
ſpectum & liberum: ſi tamen cœlum videre poſſim, non te-
netur. Si verò cœlum videre non poſſim, vel propter ædifi-
cium à te factum, vel arborem poſitam teneris. Nam & arbor
efficit quominus cœlum poſſit videri. Quid autem ſi arbor,
vel ædificium impediat Solis immiſsionem? Si quidem mihi
expediebat Solem immitti, tenetur ille, qui impedit Solis im-
miſsionem, alioquin contrà: vt ff.de ſeruitutibus vrbano.prę-
dio.l.luminum. & l.inter. & l.ſi arborem. Et not. quòd non
tantùm ædificando, ſed etiam deſtruendo impeditur luminis
immiſsio, ſi fortè preſſura quadam immittebatur in ędes meas
vt in prędicto titu.ff.de ſeruitut.vrbano.prędio.l.ſi arborem.
§. interdum. Vnde & dicitur primi Machabe. ſexto. Refulſit
Sol in clypeos aureos & æreos, reſplenduerunt montes ab
5 eis. † Ruſticorum autem prędiorum iura ſunt hęc: Iter a-
ctus, via, aquęductus, aquęhauſtus, pecoris ad aquam appul-
ſus, ius paſcendi, calcis coquendę, arenę fodiendę, quę tria
vltima poſſunt dici innominatę ſeruitutes ruſticę. Sed ſupe-
6 periora propriis nominibus gaudent. † Eſt autem iter, ius
eundi, ambulandi hominis, ſiue homo eat ſolus, ſiue vehatur

ſella, vel lectica, vel in equo, vel in quouis animali: ſeorſum
verò à ſe non poteſt agere iumentum vel vehiculum ducere,
qui iter tantum habet: vt Inſtitutio. eodem in principio. & ff.
de ſeruitut. ruſticor. prædio. l. prima, & l. qui ſella. & l. inter
actum. Quandoque etiam (quod notabile eſt) iter non eſt
ſeruitus: vt ſi debeatur fructuario à domino prædij alterius:
vt ff. ſi ſeruitus vendicet. l. ij. §. ſecundo. Quandoque dicitur
vulgariter ipſum ſolum, per quod itur, vel trames, vel callis.
7 † Actus autem eſt ius agendi iumentum, vel vehiculum:
itaque qui iter habet, actum non habet: qui actum habet, iter
habet, id eſt, commoditatem itineris, ĩoque poteſt vti etiam
ſine iumentis, non dico, quòd duas habeat ſeruitutes: vt ff. de
8 adimen. lega. l. prima, & Inſtitutio. eodem. §. ſecundo. † Via
autem eſt ius eundi, agendi, & ambulandi: nam & iter, & actũ,
via in ſe continet: vt Inſtitutio. eodem. §. iij. Inſpectis tamen
his definitionibus nõ videtur plus continere via, quàm actus:
ſed tamen probatur ex alijs plus cõtinere viam, quàm actum.
Nam ille qui habet viam, habet habet ius trahendi lapidem
vel trabem, vel ferendi rectam haſtam, quæ non permittun-
tur ei, qui habet actum: ſpectatur enim, quòd fructus eodem
9 modo poſſent lædi. † Item viæ latitudo ſi latior, vel angu-
ſtior non deſignetur per contrahentes: lege definitur octo
pedibus in porrectum, xvj. autem in anfractum, id eſt, vbi fle-
xum eſt: vt ff. de ſeruitut. ruſticor. prædio. l. qui ſella. §. j. & l.
viæ latitudo. & l. certo generi. §. latitudo. & l. via conſtitui.
10 † Aquæductus[b] autem eſt ius aquæ ducendæ per fundum
b alienum, ſiue fiſtula ducatur aqua, ſiue alio quolibet inſtru-
mento fictili, non tamen lapide ſtrato: nec etiam fiſtula quæ
domino prædij reddat aquatium deterius, opere manufacto
eius cui debetur ſeruitus. Cæterùm naturaliter lædi poteſt
fundus ſeruiens, vt ſi imbribus creſcit aqua in riuo, aut ex a-
gris in eum confluat, aut aquæ fons ſecundum riuum oriatur,
vel in eo ipſo poſtea inuentus fuerit: vt ff. de ſeruitut. ruſtic.
prædio. l. j. §. aquæductus. & l. Quintus. & l. ſi mihi. §. ſeruitus.
& de aqua pluuia arcend. l. ſi prius. §. placuit. Quòd autem di-
ctum eſt in aqua: verum eſt in inuenta. Item concedi poteſt
vt inueniatur, & inuenta ducatur. Nam & nondum ædifica-
to ædificio ſeruitus conſtitui poteſt: vt in prædicto titulo l.
11 Labeo. † Item poteſt concedi aquęductus[c] vni, vel pluribus,
vel eiſdem modis, vel diuerſis vel per eundem riuum, vel per
diuerſos: vel primo per eundem & poſtea per diuerſos. Et ſi
primo concedatur vni, & poſteà concedatur pluribus, non
tenet ſecunda conceſſio: ſi per ſecundum minoretur com-
moditas primi: vt in prędicto titulo, de ſeruit. ruſt. pręd. l. ij.
§. j. & ij. & l. per quem locum. & titulo: commun. prędio. l. qui
per certum locum. & quemadmodum ſeruit. amitt. l. aquam.
12 † Hauſtus aquæ eſt ius hauriendi aquam de puteo[d], vel fon
d te vicini, & ſiue hic ius expreſſim concedatur, ineſt & iter ad
fontem, & ſiue concedatur ius adeundi ad fontem, ineſt &
hauſtus: & hoc quando tenet conceſſio hauſtus: quia facta
eſt in fonte priuato: ſi autem non teneat: vt quia facta eſt in
flumine publico, nec tenet itineris tacita conceſſio, quę ex-
preſſim ad flumen publicum fieri potuit: vt ff. de ſeruitut. ru-
13 ſticor. prędio. l. iij. §. vltimo. Nam † vbi expreſſum eſt inuali-
dum, nec valet quod tacitè ineſt. ſimile infrà ſi pendente ap-
pellatione. l. ſi is qui. & ff. de donation. inter virum & vxo-
14 rem. l. ſi ſponſus §. ſi maritus. † Pecoris ad aquam appul-
ſus, eſt habere ius appellendi pecora agri mei, per prędium vi-
cinum ad fontem, vel puteum. Poteſt enim eſſe quòd ex prę-
dio meo non poſſum percipere vtilitatem aliam: niſi, quòd
ibi contineam pecora: vel etiam percipio ex ea fructus, vel ſe-
getes cultura pecorum, id eſt, boum per quos colitur fundus:
quos habeo neceſſe, vel potus cauſa appellere in fundum vi-
cinum, vt dictum eſt, vel cibi cauſa vt ibidem paſcantur. Sic
& concedi poteſt mihi ius in prędio vicino, vt in eo liceat mi-
hi calcem coquere, & arenam fodere, vt ex his fiant vaſa, vel
inſtrumenta, vel granaria, vel ædificia in meo prędio vicino:
in quibus fructus prędij mei reponantur, vel exportentur,
vel quid ſimile fiat, quod ad culturam, vel fructuum agri
15 mei percipiendorum neceſſarium eſt. Et eſt † hoc generale
in omni ſpeciali, alias prędiali ſeruitute: vt eatenus teneat
earum conſtitutio, quatenus expediat prędiis, id eſt, ad fru-
ctus eorum percipiendos. & ideo dicuntur prędiales. Nam
nec iter, vel via, vel actus, vel aquęductus vltra vel aliter con-
ſtitui poſſunt, quam expediat ad culturam agri mei facien-
dam, vel fructus ex eo percipiendos, cui volo acquirere ſer-
uitutem. Dicuntur etiam prędiales, quia ſequuntur prędia,
quę debent ſeruitutem. Quicunque enim poſſideat illud
prædium conueniri poteſt pro ſeruitute. Item ſequuntur
prędia, quibus debetur ſeruitus: quilibet enim ad quem per-
uenit prædium etiam ſingulari titulo vendicabit ſeruitu-
tem, niſi expreſſim dictum eſſet contrarium: vel niſi ex
qualitate perſonę id pateat teſtatorem voluiſſe. verba alia
etiam id indicant quandoque, vt ſi mihi reliquerit defun-
ctus vſumfructum viæ, vel alterius ſeruitutis: & proban-
tur hæc in prędicto titulo de ſeruitut. ruſticor. prædio. l. pe-
coris. & l. ergo. & l. veluti. & l. via. §. ſi fundus. & de ſeruit. leg.
l. pater. & de vſufruct. lega. l. j. & cum actum eſt in contra-
rium, id eſt, ne tranſeant iſtę ſeruitutes ad ſucceſſores, dixe-
runt quidam eas eſſe perſonales. argum. eius quod legitur. ff.
de alien. & ciba. leg. l. Mela. §. quidam. Sed puto eam ſemper
prędialem eſſe: quia quilibet ſucceſſor poteſt eam vendica-
re, licet exceptione doli poſſit repelli propter pactum: vt
in prędicto titulo de ſeruitut. ruſticor. prędio. l. ſi mihi. §. vlti-
mo. Quid[e] ſi ille, cui tales ſeruitutes conceduntur, nul-
lum habeat prędium? Dicunt quidam eſſe tunc perſonales
ſeruitutes, quòd falſum eſt: vt ff. eodem, l. vt pomum. erit er-
go quoddam ius ex ſtipulatione quęſitum, vt ſi ſtipulatus
16 eſſem te mihi daturum decem. † Illud autem quæritur,
quare iura prędiorum vrbanorum aſſignentur in affirma-
tiua, & negatiua, vt altius tollendi, & non tollendi: ſtil-
licidium auertendi, vel non auertendi. & iura ruſticorum
aſſignantur in affirmatiua tantùm, vt iter, actus, via & cę-
terę. Reſpondeo, lex non dicit ſeruitutem, licere altius tol-
lere, vel non licere auertere: ſed dicit eſſe iura ſcilicet com-
munia, quę libertates ſunt: vt infrà eodem, altius. & ff. de
ſeruitute vrbanor. prędio. l. cum eo, qui. & l. cuius. niſi quan-
do nocet ędificium areæ vicini, impediendo ventum venire
ad aream: vt infrà eodem. l. vltima. Hoc tamen verbum ius,
in eadem lege, & in eadem voce ſupponit pro ſeruitute.

Dictio enim ſemel poſita, duas quandoque importat ſi-
gnificationes, propriam & impropriam: & vtramque pro-
priam ſecundum diuerſa: vt notari poteſt ff. de officio pro-
conſulis. l. ſecunda. & ſi certum petatur. l. certi condictio. ibi
ante diem, vel conditionem non potero agere. Nam in vno
nullo modo agitur, in altero agitur, ſed repellitur exceptio-
ne: & ſi placuiſſet legi, potuiſſet dixiſſe iura ruſticorum præ-
diorum ſunt eundi, & non eundi, agendi, vel non agendi,
vel ſimilia. Vel dic acquiſita ſeruitute vrbanorum prædio-
rum: ſi velit ille, qui debet ſeruitutem ſibi quęrere libertatem,
17 non vtente eo cui debetur ſeruitus, libertas † illa ſimilitu-
dine quadam poteſt appellari ſeruitus: quia ſicut in acquiren-
da ſeruitute neceſſarium eſt factum vtentis ſeruitute inter-
uenire, & bonam fidem eius: ita & hic neceſſe eſt, quod qui
præſcribit libertatem vrbanæ ſeruitutis, habeat bonam fi-
dem, ſcilicet, quod putet eam ſe non debere. Item quòd paret
impedimentum volenti vti ſeruitute, vt ædificarum habeat
altius, vel feneſtram clauſerit, ex qua immittebatur lumen,
vel obturauerit foramina, in qua immittebatur tignum: nec
enim ſufficit illud non vti eum, cui debetur ſeruitus: ſed ſe-
18 cus † eſt in ruſtica ſeruitute: quia in eà amittenda, tempore
ſatis eſt, quòd non vtitur ille, cui debetur: licet alter nullum
impedimentum faciat: vt ff. de ſeruitute vrbanorum prædio-
rum. l. hic autem. & eſt argumen. pro hac reſponſione, quòd
lex ſimpliciter vocat quandoque vſumfructum eum, qui non
eſt verè vſufruct. vt in rebus quæ conſumuntur per vſum, &
hoc ſimilitudinis ratione: quia amittitur morte, & capitis di-
minutione: ſicut verus vſusfruct. vt Inſtitut. de vſufruct. §.
conſtituitur. & ff. de vſufruct. earum rerum quæ vſu conſu. l.
19 prima ſecunda & tertia. † Poteſt etiam aſſignari ſeruitus al-
tius tollendi: vt ſi mihi expediat altius te ædificare, quia preſ-
ſura quadam lumen in ædes meas deuoluatur. Vnde & dice-
ris facere contra ſeruitutem, ſi deponis ædificium: vt ſuprà di-
ctum eſt. vel alia quęcunque poteſt aſſignari vtilitas prædij
vel

mei: quòd tu ædificas, vel non auertis ſtillicidium domus
20 tuæ. † Conſtituu autem has ſeruitutes ille qui dominus
eſt prædij vicini, vel ſi plures fuerint domini, omnes debent
e conſentire in [e] imponenda ſeruitute ſuo & communi prædio:
vt ff. eodem, l. ij. Si autem vnus concedat ſeruitutem ſine aliis,
non tenet eius conceſsio: ſed ipſe (quod notabile eſt) non po-
teſt vetare eum cui conceſsit vti iure conceſſo. Si verò vnus
primò conceſſerit, deinde alter, vel alij diuerſis temporibus
conceſſerint: confirmatur prima conceſsio per ſecundam, vel
nouiſsimam, & trahuntur primæ conceſsiones, vel prima con
ceſsio ad tempus vltimæ conceſsionis: perindeque ſit omni-
no eùm vltimus concedit ac ſi omnes concederent. Et ideò ſi
tempore vltimæ conceſsionis non eſſet poſsibile concedere
primos, vel quia defuncti ſunt, vel quia partes prædij aliena-
uerunt, pendebit hic vltima conceſsio: donec illi qui ſucceſ-
ſerunt in locum primorum, vel noui ſocij concedant ſeruitu-
tem: vt ff. de ſeruitut. ruſtico. prædio. l. per fundum. & ff. com
f munis prædio. l. vltima. Nomen autem domini large [f] in-
telligo vt contineat etiam bonæ fidei emptorem, vel emphy-
teutam, vel ſuperficiarium: vt ff. de pigno. l. ſi ab eo. & de ſu-
perfic. l. j. §. vltimo. Sed & qui non eſt adhuc dominus, vel
quaſi conſtituit ſeruitutem: quia proximè & continuè poſt
impoſitionem ſeruitutis futurus eſt dominus: vt ecce, emo à
te prædium, vel ea aliquo alio titulo accipio: & in acceptio-
ne, vel traditione impono ei ſeruitutem ad aliud tuum pro-
prium prædium quod retines: vt ff. de ſeruitut. vrban. prædio.
l. & qui duas. & communia prædio. l. iij. & l. ſi quis duas. primo
reſponſo. & ff. eodem, l. ei fundo. Sed & dominus Imperator
aquam ducere per viam publicam ſine incommodo (ſubaudio
magno) concedere poteſt: vt ff. eodem, l. ſeruitutes. § publi-
co. & de prec. Impe. offeren. l. quoties. ſed & (quod notabile
eſt) ſi priuatus conceſſerit aquam per rotam tollendam ex
• flumine, vel hauriendam, vel ſi ſeruitutem caſtello [*] impo-
ſuerit, non tenet quidem ceſsio ſeruitutis, ſed ille cui conceſ-
ſum eſt, tuendus eſt in iure quod poſsidet fortè contra eum
tantùm, qui conceſsit: vt ff. communia prædio. l. ij. Eſt au-
tem caſtellum receptaculum aquæ publicæ: vt ff. de aqua
21 [*] quotid. & æſti. l. j. §. antepenultimo. † Illud certum eſt quòd
ille, qui ſeruitutem habet, alij eam concedere non poteſt, niſi
hoc eſſet ei permiſſum: quia non poteſt eſſe ſeruitus ſeruitu-
tis. Si tantùm habeat ſeruitutem aquæductus, & aquam poſt-
quàm eſt ingreſſa fundum meum alij velim concedere, poſ-
ſum, niſi noceat fundo ſeruienti: vt ff. de ſeruitu. vrbanorum
prædiorum. l. ea meo. & ff. de aqua quotidia. l. prima. §. illud.
hoc de conſtitutione quę imponit ſeruitutem. perſonaliter
enim quilibet et qui non habet prędium ſe poteſt obligare pro
ſeruitute prędſtanda: vt ff. famil. erciſcun. l. heredes. § an ea. Sic
tamen non legatur ſeruitus ei qui non eſt dominus prędij: vt
ff. de ſeruit. leg. l. & ſi maximè. Fiunt autem conceſsiones iſtę
dominis prędiorum vicinorum, & quaſi dominis eadem ra-
tione, vt dictum eſt: vt ff. eodem, l. ei, qui. Sic & qui habet
ius inferendi in ſepulchrum, ſeruitutem vię ad ſepulchrum,
acquirere poteſt, licet ſepulchro non poſsit imponere ſerui-
tutem: vt ff. ſi ſeruitus vendice. l. prima. primo reſponſo. &
22 §. primo. & communia prędio. l. caueri. Si autem † plures ſunt
domini prędij, cui eſt acquirẽda ſeruitus, neceſſe eſt vt omnes
domini acquirant, vel eorum communis ſeruus. Et ſi vnus
tantùm acquirat, non tenet eius acquiſitio: donec alij, vel a-
liis ſocius concedatur ſeruitus, & vltima acquiſitione confir-
matur prima, & reducitur prima ad tempus vltimę, ſicut & ſu
pra dictum eſt in imponenda ſeruitute prędio communi. Et
23 quòd dictum † eſt de ſuſpenſione primę impoſitionis, vel ac-
quiſitionis: locum habet, ſi fiat acquiſitio, vel impoſitio in-
ter viuos. Nam ſi in vltima voluntate vnus ſociorum prędij
communis legat ſeruitutem in communi prędio non tenet le-
gatum. Sed ſi omnes ſocij legarent, & pariter eorum adeatur
hæreditas, tenet legatum. Idémque eſt ſi vni ſociorum præ-
dij communis legaretur ſeruitus. Nec enim tenet legatum,
nec ſuſpenditur, donec aliis conceditur: quia non ſicut vi-
uentium, ita & defunctorum actus ſuſpendi poſt mortem
teſtatoris, vel aditam hæreditatem, receptum eſt: vt ff. com-
munia prædio. l. vltima. & de ſeruitu. ruſtico. præd. l. ſi vnus.
24 & l. vnus. † Porrò quod dictum eſt vicino prædio concedi
poſſe ſeruitutem, recipit diſtinctionem: in ruſticis enim præ-
diis exigitur tanta vicinitas, vt nullum ſit medium inter fun-
dum ſeruientem, & eum, cui debetur ſeruitus: vt ff. de ſeruitu-
te ruſticor. prædiorum. l. qui ſella. §. vltimo. niſi medium præ-
dium erat tale, quo vti poſſum liberè: & ſi non debeat ſerui-
tutem: puta, quòd erat via publica, vel locus publicus, nec
per vſum meum nocetur tranſeuntibus, vel meus proprius,
vel ſimile: vt ff. eodem, l. ſeruitutes. §. publico. & §. vltimo. &
de ſeruitu. ruſtico. prædiorum. l. ſi mihi. §. penultimo. & l. tria.
& communia prædiorum. l. in tradendis. §. Interpoſitis. Et no-
ta, quod ſi ſeruitus debeatur per plurium prædia, vna tantum
eſt ſeruitus, & non plures: niſi quando locus ſeruituti deſti-
natus diuiditur per longitudinem. & tantum ſpatij ſupereſt
ab vnaquaque parte vt ſufficiat viæ, vel quando erat conſti-
tuta ita ſeruitus, vt per quamlibet partem ire agere liceret.
Idémque liceret ſubinde mutari: vt ff. de ſeruitu. ruſtico. præ
diorum. l. vna eſt via. & quemadmodum ſerui. amit. l. nam ſa-
tis. §. primo. Si verò medium prædium interuenit quod non
ſeruit, impeditur ſeruitus: non vt non ſit, ſed ne quis poſsit
vti ea prohibente prædij medij domino, vt liquet ex prædictis
g legibus. In vrbanis autem ſeruitutibus [g] non exigitur illa vi
cinitas, ſed conſpectus, vt vnum alteri poſsit officere: vt ff. de
ſeruitu. vrbanorum prædiorum. l. ſi ædes meę à tuis. & l. nemo
enim. & ſi ſerui. vendic. l. loci. §. vltimo. & l. & ideo. & l. & ſi
fortè. & communia prędio. l. in tradendis. §. interpoſitis.
25 † Conſtituuntur autem ſeruitutes pactionibus, & ſtipula-
tionibus, & teſtamentis etiam relinquuntur: vt Inſtitutio.
eodem. §. penultimo. & vltimo. Voluntate partium conſti-
tuuntur, non ab inuitis: vt inuitus dicatur, qui non conſentit
expreſſum, & ſi non contradicat: vt ff. de ſeruitu. vrban. prę-
diorum. l. inuitum. Notabile tamen eſt, quod dicit lex, via pu
blica ruina, vel impetu fluminis amiſſa, vt vicinus proximus
viam debeat pręſtare fortè vendendo, vel donando etiam: vt
26 ff. quemadmodum ſeruit. amitt. l. ſi locus. §. vltimo. † Non
conſtituuntur ſeruitutes ex tempore, vel ad tempus. Quod
ſic intellige, vt ſi ſeruitutem tibi conceſſerim alternis diebus
vel aliis tẽporibus alternatis, licet illud tempus finiatur quo
vtereris dictum eſt, non tamen deſinit ipſo iure eſſe ſeruitus:
vt & ſic incipiat alterno iterũ veniente tempore. durat enim
omni tempore ſeruitus, & vna eſt & non plures: ſed tamen
qui vult vti ea in temporibus exceptis, repellitur exceptione
27 doli. † Item non conſtituuntur ſub conditione extinctiua,
id eſt, qua exiſtente extinguatur ſeruitus: nam cum quadam
perpetuitate voluit lex ſeruitutes conſtitui, propter vtilita-
tem prædiorum: hoc tamen de ſubtilitate iuris: nam quan-
tum ad effectum aliud eſt: obſtat enim exceptio vendicanti
ſeruitutem poſt euentum conditionis, quia voluerunt partes
28 ſeruitutem perire. Poteſt autem † conſtitui ſeruitus ſub con
ditione, id eſt, vt incipiat demum exiſtente conditione, ſicut
in transferendo dominio, per traditionem, & poſſeſsionem
dicit lex: vt ff. de acquirend. poſſeſſ. l. qui abſenti. §. ſi quis.
Sic ergo te inducam in poſſeſsionem prędij dicendo, conſti-
tuo tibi ſeruitutem in hoc prædio, ſi Titius fiat conſul, vel nõ,
& conſtituuntur ſub conditione illa, ſi volam: ſicut & poni-
tur in modo illo quandiu volam: vt ff. eodem, l. iiij. primo re-
29 ſponſo. & §. vltimo. & l. v. §. vltimo. † Item conſtituuntur
ſeruitutes per conſuetudinem tanti temporis, cuius non exſtat
memoria, nec conſtituuntur decennio, vel xx. vel xxx. vel al.
annis: niſi ſeruitus ſit talis, quæ habeat vel videatur habere
continuam cauſam, vt eſt ſeruitus tigni immittendi, altius nõ
tollendi. Aquæductus, cum aqua ducitur ſine intermiſsio-
h ne, & ob hoc ſpeciale [h] poſuit in rubrica de aqua. Idémque
eſt in ſeruitute ſtillicidij. Nam & ſi ſine intermiſsione non
exiſtet ſtillicidium, ex naturali tamen ſit cauſa cùm aquam
capiat ex cœlo non opere, vel ductu manu facto ab homine,
& ideo perpetuo fieri exiſtimatur: vt ff. de ſeruitu. vrbanor.
prędior. l. ſed ſi inter. & l. foramen. & infrà eodem, l. ij. & ff. de
aqua pluuia arcen. l. ij. §. ante penultimo. & ff. de ſeruitu. vrba-
nor. prędiorum. l. ſeruitutes. In his ergo caſibus adquiruntur
prædictæ ſeruitutes decennio inter pręſentes, vicennio inter
abſentes: extunc computando cùm aliquis cœpit vti ſerui-

tute,id eſt,prędio iure ſeruitutis,non vi,non clàm, non preca-
rio: vt ff.quemadmodum ſeruit. amitt.l.ſeruitute. fortè non
exigitur titulus,ſed ſufficiet bona fides. In his autem ſerui-
tutibus,quæ habent intermiſſionem,licet non acquiratur ſer
uitus bona fide,& longo tempore vt dictum eſt: ſi tamen ali-
quis ex aliquo titulo præcedenti dicat ſibi ſeruitutem conſti-
tutam, nec id poſsit probare per teſtes, vel inſtrumenta: & in
adminiculum ſuæ intentionis inducit coniecturam,quia vſus
eſt ſeruitute prædij domino ſciente,& non contradicente, per
decem vel viginti an.præſumitur debita ſeruitus ex ea cauſa
quæ prætenditur præceſſiſſe: vt ff. de aqua pluuia arcenda.l.
30 j.§.vltimo. & de vſur.l. eùm de in rem verſo. † Conſtituun-
tur ſeruitutes omnes per traditionem non veram: quia incor-
poralia non recipiunt traditionem: vt ff. de acquirend.rerum
domin.l.ſeruus.§.incorporales.ſed quaſi traditionem,quæ fit
per patientiam domini ipſo me inducente in poſſeſsionem:
vnde & cauet quòd me non impediet vtentem: vt ff. de ſerui-
tu.ruſtico.prædio.l.j.§.vltimo. & de actio. empt.l.iij.§. ſi iter.
31 & ff.eodem,l.quoties via. † Amplius conſtituuntur ſimpli-
citer ſeruitutes in prædio, & tunc totum prædium affectum
eſt ſeruituti: vt in infinito per quamlibet eius partem (niſi à
domino prædij ſeruitus deſignaretur per alteram partem) ire,
agere liceat. ciuili tamen modo: nam quædam in ſermone ta-
citè excipiuntur: non enim per villam ipſam, nec per medias
vineas ire agere ſinendus eſt, eùm id æque commodè per alte-
ram partem facere poſsit & minore ſeruiétis fundi detrimen-
to.& ſi viam ſemel direxerit per vnam partem fundi:amplius
non habebit poteſtatem mutandi. Si verò expreſsim conceda-
tur ſeruitus in prędio,vt per quamlibet partem eius liceat ire,
agere nihil prohibet eum mutare, & variare partem electam:
vt ff.eodem,l.ſi cui ſimplici vſu.& de ſeruitu.ruſticor.prædio.
l.ſi via. & quemadmodum ſeruitu.amitt.l.nam ſatis.§.ſed ſi is
fundus.Item conſtituuntur ſeruitutes omnes ad partem præ-
dij diuiſam,non ad indiuiſam: conſtituta tamen in toto præ-
dio,ſi nanciſcatur eius dominium pro parte indiuiſa, pro ea
extinguetur ſeruitus, & pro alia remanebit. Si verò non eſſet
conſtituta in toto prædio,ſed promiſſa, extingueretur ſerui-
tus in totum me nacto dominium prędij pro parte:nam mul-
ta impediunt aliquid faciendum, quæ non ſoluunt iam fa-
ctum: vt ff. eodem, l.ad certam. & l.vt pomum.§.primo. & l.
32 pro parte.& de his qui ſui,vel alieni iuris ſunt,l.patre. † Item
non poteſt conſtitui pars ſeruitutis, vt quis teneatur ad par-
tem eius: quia omnes ſeruitutes indiuiduæ ſunt præter v-
ſumfructum. Vnde & ſi promiſſor, vel ſtipulator ſeruitutis
deceſſerit, quilibet hæres promiſſoris tenetur inſolidum: &
quilibet hæres ſtipulatoris agit inſolidum: vt ff.eodem,l.pro
parte.§.pro parte.& l.viæ. & famil.erciſcund.l. hæredes.§.an
ea. & de verborum obligatio.l.ij.& ad legem Falcid.l.prima.
33 §.item ſi. † Item conſtituuntur ſeruitutes, vt patiaris me
i vti ſeruitute per fundum tuum: non conſtituuntur, vt tu
aliquid non facias in eo:puta, ne eas per fundum tuum,ne ibi
conſiſtas, ne eo fruaris. ſecus ſi concederes mihi ius tibi non
eſſe in fundo tuo aquam quærere minuendæ aquæ meæ gra-
tia.Sed & non conſtituuntur, vt tu aliquid facias in tuo: pu-
ta, viridaria tollas, amœniorem proſpectum præſtes, vel in
tuo pingas, eo ſaluo, quod in ſeruitute oneris ferendi dici-
tur: vt is debeat reſtituere parietem, vel columnam, qui de-
bet ſeruitutem oneris ferendi in pariete, vel columna ſua: vt
ff.eodem,l.quoties.primo reſponſo.& §.primo. & de ſeruitu.
vrbano.prædio,l.eum debere. & ſi ſeruitus vendicetur.l.ſicu-
34 ti.§.primo.& §.diſtant. † Amittuntur autem ſeruitutes o-
mnes per confuſionem: vt ecce,ſi prædium tuum ſeruiat mi-
hi,& eius dominium ſim nactus inſolidum: vel tu inſolidum
nactus es dominium mei prædij,extinguitur ſeruitus. Secus
ſi communicarem tibi meum pro parte,vel tu communicares
mihi tuum pro parte, vel ego tibi communicarem meum pro
parte,& tu mihi tuum,vel ſimul,vel diuerſis temporibus com
municares,non extinguetur ſeruitus: ſimiliter non extingui-
tur ſeruitus, vt ſi debeatur per plurium prædia, & ego vnum
eorum redemi: vt ff.quemadmodum ſeruitu. amitt.l.ſi cum.
Item extinguitur ſeruitus, vbi alienus fundus ſeruit meo, &
redemimus in commune fundum:vel non redemimus in com
mune fundum: ſed ego communico tibi meum. Si verò rede-
mimus primò fundum ſeruientem, & poſtea tibi meum com-
municaui, vel tibi primò meum communicaui, & poſtea re-
demimus in commune fundum ſeruientem, extinguitur ſer-
uitus.Sed ſi mihi ponas quòd fundus alienus,puta Mæuij,de-
beat ſeruitutem fundo alieno, puta Titij, ſiquidem nos duo
redimeremus vnum tantùm non extingueretur ſeruitus: ſed
ſi redimamus vtrunque,vel ſimul,vel diuerſis temporibus ex-
tinguitur ſeruitus. Et ita diligenter patet,quòd obtineat, ſiue
tuus fundus meo, ſiue non tuus, ſed alienus meo, ſiue alienus
alieno debeat ſeruitutem: vt probatur ff. de ſeruitu. vrbano.
prædio.l.ſi quis ædes. primo reſponſo.§. primo.& de ſeruitut.
ruſtico.prædio.l.ſi communi. & l.vnus. & ff.eodem, l.vt po-
mum.§.primo. Et colligi poteſt ex prædictis,quòd vnius fun
di,vel vtriuſque communicatio nunquam extinguit ſeruitu-
tem. Vnius autem redemptio, & alterius communicatio ſer-
uitutem extinguit: & idem è conuerſo. Item extinguit ſerui-
35 tutem vtriuſque fundi redemptio. † Item amittuntur ſer-
uitutes non vtendo: ſcilicet x annis inter præſentes, & xx. in-
ter abſentes,ſi conſtituta ſit ſeruitus, quæ non habet interual-
la temporum: vel habeat interualla dierum tantùm, vel no-
ctium tantùm, vel breuioris ſpatij. Si autem habet inter-
ualla annorum, vel menſium, amittitur duplicato tempo-
re, ſcilicet,viginti annis inter præſentes, & xl. inter abſen-
tes. Vel (vt dicunt alij) amittitur inter præſentes, & ab-
ſentes vicennio vt ff. quemadmodum ſeruitu. amitt.l.ſi ſic.
& infrà eodem, l.vltima. Nec diſtinguitur an ille cui de-
betur via ſcierit, vel neſcierit viam ſibi debitam, an non:
vt ff. quemadmodum ſeruitu. amitt.l.ſi partem.§ ſi per fun-
dum. Vnde patet quòd amittuntur etiam, ſi non poſsit im-
putari alicui negligentia, licet fortè de æquitate poſſet
ſubueniri per beneficium in integrum reſtitutionis: vt ff.de
ſeruitut. ruſticorum prædiorum. & Atilicinus. Item hæc
36 in ruſticis ſeruitutibus. In vrbanis † autem non ſufficit
me non vti, ſed oportet te præſtare ſeruituti impedimen-
37 tum: vt ſuprà dictum eſt. Vti autem † videtur aliquis ſerui-
tute, qui vtitur ea ita vt fuerit conſtituta, & ſi non ſit eorum
eodem tamen genere: vt ff. quemadmodum ſeruitus amitta-
tur.l.ſtillicidij. §.vltimo.& l. ſi in partem.& l. ſi communem.
§.ſi is.& l.ſi is cui. & l.ſi quis alia aqua.& l.ſecunda. & quibus
modis vſusfructus amittat.l.is qui.Item videtur dominus vti,
& ſi alius vtatur nomine eius. imo & ſi non vtatur alius eius
nomine: vt quia ille ſocius eſt fundi, vel fructuarius eiuſ-
dem, vel bona, vel mala fide poſsidet prædium, cui debetur
ſeruitus, & vtitur ſeruitute fundo debita: vt ff. quemadmo-
dum ſeruitus amittatur. l. quinta. & ſexta. in principio. & l.
38 vſu.& in legibus ſequentibus. Quod autem † dixi in ſociis,
verum eſt ante quàm diuidant: nam facta diuiſione prædij,
cui ſeruitus debebatur, illa quæ erat vna ſeruitus, incipit eſſe
duę, & quilibet dominorum ſibi retinet, vel amittit ſeruitu-
tem: vt ff.quemadmodum ſeruitus amit.l.nam ſatis.§.primo.
Si autem diuidatur fundus, qui ſeruit, aut certus locus deſi-
gnatus erat ſeruituti. aut erat impoſita. vt per quamlibet eius
partem vtar. In primo caſu facta diuiſione loci viæ, ſi diui-
datur per latitudinem,eſt vna via,vt prius: & non vtendo non
poteſt amitti pro parte vt prius: pacto tamen vnum prædium
liberari poteſt. Si diuidatur per longitudinem, duę ſunt viæ,
niſi anguſtia loci impediat, & tunc erit vna: vt ſuprà, ſed vbi
ſunt duę, pacto,vel redemptione vnius prędij ſeruitus extin-
guitur. In ſecundo duę ſeruitutes ſunt: vt eùm vnam amit-
tat, altera poteſt retineri. Et eſt hoc ad commodum ſeruitu-
tis prædij, pro eo incommodo, quòd modo duæ ſeruitutes
ſunt. Nam ante diuiſionem retinebam in totum, & ſi vterer
in parte: & licet locum ſeruientem mutare, ſi ſit dictum in
diuiſione,& imponenda ſeruitute,vel non. ſecus ſi ſimpliciter
conſtituta eſſet in prædio.vt ff.de ſeruitu. l.ſi cui. & ff. quem-
admodum ſeruitus amitt.l.nam ſatis.§. prim. ſed & quando-
que propter priuilegium rei non amittitur ſeruitus non vten
do.vt ſi iter ſepulchro debitum eſt,vt in prædicto titulo l.iter
ſepulchro.ſed & priuilegium ſocij.vt quia pupillus eſt, ope-
ratur in retinenda ſeruitute. vt in prędicto titulo. l. ſi com-
39 munem. Amittuntur † ſeruitutes permiſsione: vt ſi debes
ſeruitu

ſeruitutem altius non tollendi, & permiſerat tibi altius ædificare, vel ſi debeas ſeruitutem ſtillicidij immittendi in areã tuam, & permiſerat tibi in ea ædificare: vel ſi debes mihi ſeruitutem per fundum tuum, & permiſero tibi in loco ſeruiente ædificare, vel aliquid facere: ſi tamen domus tua debeat mihi ſeruitutes iſtas duas, ſcilicet, altius non tollendi, & ſtillicidij recipiendi, vna iſtarum ſeruitutum remiſſa, non ideo remittitur altera. Loquor autem de remiſsione non de precaria conceſsione: nam illa non amitti, ſed retineri facit ſeruitutem. Et probantur hæc ff. de ſeruitu. vrbano. præd. l. ſi domus. & l. ſi ædes meæ. primo reſponſo. & quemadmodum ſeruit. amit. l. ſi ſtillicidij. & communia prædio. l. ſi precario. morte tamen, vel capitis diminutione non amittuntur iſtæ prædiales ſeruitutes: vt ff. quemadmod. ſerui. amit. l. iora prædiorum.

ANNOTATIONES.

a Stillicidium. Vide Cæp. in trac. de ſer. vrb. pred. c. xxviij.
b Aquæductus. Adde ad materiam huius concluſionis Bart. & doct. in l. j. ff. ſi ſer. ven. Bald. in l. ij. C. de ſeruitu. Alexan. de Imol. in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de ver. obl. & in conſ. cvij. in ij. vol. vbi habes totam materiam.
c Aquæductus. Adde quod ſeruitus aquæductus eſt indiuiſibilis, ſed vſus aquæ eſt diuiſibilis, & debet diuidi ſecundum quantitatem agri. l. ſi partem, ff. de ſerui. ruſti. prædio.
d Puteo. Adde quod ſeruitus aquæ hauriendæ de puteo vicini tenet de die, non de nocte.
e Conſentire. Vide ad hoc. d. Bar. Cæpo. in tract. de ſerui. c. xiiij. & xv. Pau. de Caſt. & do. Alexan. in l. ij. §. ex his. de verb. obli. & in l. ſtipulationes. eod. titul.
f Large. Vide Iaſo. in l. j. §. j. ff. de acquir. poſſeſ.
g Seruitutibus. Vide Cæpo. laté in tracta. de ſer. vrb. c. ij. cum ſequentibus.
h Speciale. Vide Io. de Imol. in rub. ff. de aqua plu. arcen.
i Patiaris. Adde Pau. de Caſt. & doct. in l. j. ff. quemadmo. ſerui. amit. Barth. Cæpo. in tract. de ſer. vrb. prædi. ca. xvij. & ca. xx. do. Alexan. de Imo. in conſi. vlt. in j. vol. & in conſi. clxxiij. in ij. vol. vbi de iſta materia ad plenum.
i Patiaris. Vide Iaſo. May. in l. quo minus. ff. de fluminibus.

De lege Aquilia. *Rubrica.*

1 *Actio legis Aquiliæ ad quid proponatur, & quando locũ habeat. & nu. 19.*
2 *Actionem legis Aquiliæ non dari vbi nulla culpa interuenit.*
3 *Defenſio quatenus poſsit procedere ſine culpa. & nu. 5.*
4 *Furem nocte deprehenſum quandò & quatenus liceat interficere.*
6 *Magiſtratum culpa vacare, cùm aduerſus reſiſtentem facit aliquid violentius, alter atque ſi ſiue cauſa damnum dares.*
7 *Culpa eximi eum, qui alterius violento impulſu vel vi ventorum damnum dedit.*
8 *Culpam vnius quandoque compenſari cum culpa alterius: tamen dolum cum culpa non compenſari.*
9 *Aquilia teneri plerunque aliquem ex culpa præcedente factum, quando ex culpa ſubſequente.*
10 *Culpa appellatione comprehendi etiam dolum.*
11 *Actio legis Aquiliæ directa cui competat, & cui vtilis.*
12 *Creditori an, & quando competat actio legis Aquiliæ ob damnum datum in re ſibi pignori data.*
13 *Damno in re debita vel promiſſa, non tamen pignorata dato, cui competat actio legis Aquiliæ.*
14 *Animali occiſo, quod alicui promiſſum erat, qua actio competat, & cui.*
15 *Libero homini vulnerato qua actio competat.*
16 *Actio legis an competat pro libero homine occiſo.*
17 *Commodatario non dari actionem legis Aquiliæ.*
18 *Damno dato à non corpore in non corpus qua actio cõpetat, & quid vbi datum eſt à corpore in non corpus, vel è contrario.*
20 *Actio legis Aquiliæ contra quem detur.*
21 *Dãno à pluribus dato an, & quatenus omnes teneãtur, & quid ſi quis in rixa plurium fuerit occiſus, quis teneatur de occiſo.*
22 *Pœna in actione legis Aquiliæ qualis ſit.*
23 *Occiſo homine à duobus, quorum vterque inflixit vulnus lethale, an teneatur vterque de occiſo.*
24 *Aquiliæ legis actione teneri eum, qui iuſsit damnum dari, & an, & quando excuſetur is, qui iuſſu alterius dãnum dedit.*
25 *Dominus an, & qua actione teneatur nomine ſerui, qui damnũ dedit.*
26 *Seruo communi duorum dante damnum alteri ex dominis, qua ratione ſuccurratur damnum paſſo.*
27 *Confeſſus ſe damnum dediſſe, quod ab alio datum eſt, an teneatur lege Aquiliæ.*
28 *Procuratore, vel tutore, aut curatore, vel quouis alio confitente abſentem vulneraſſe, quæ actio & contra quem detur.*
29 *Sententia an, & qualis poſsit ferri in confeſſum, & quæ ſint iudicis partes in eum.*
30 *Actionem legis Aquiliæ dari in ſimplum contra confitentem, atque inibi quid in eo ſimplo computetur, & quomodo facienda ſit eius æſtimatio.*
31 *Vtilitatis extrinſeca ratio quomodo habeatur in actionem legis Aquiliæ. & nu. 33.*
32 *Amiſſum non propriè cenſeri, quod non eſt habitum.*
34 *Pecudum numero quæ animalia cenſeantur.*
35 *Aquiliæ legis capite ſecundo quid caueatur, & quid rumpendi verbo ſignificetur. & nu. 37.*
36 *Segetem alienam aut vineam alienum corrumpens quæ actione teneatur.*
38 *Aeſtimatio quomodo ſit facienda ex capite ſecundo legis Aquiliæ.*
39 *Negans ſe damnum dediſſe, cùm conuincitur ex lege Aquiliæ, conuictus de mendacio quomodo puniatur.*
40 *Actionem legis Aquiliæ ciuilem eſſe, non prætoriam, & perpetuò dari.*
41 *Occidens ſeruum, qui erat inſtitutus à domino hæres, an, & à quo poſsit Aquiliæ lege conueniri.*
42 *Actione legis Aquiliæ non eſſe famoſum, atque inibi an, & quatenus detur marito cõtra vxorem conſtante matrimonio.*
43 *Actionem legis Aquiliæ eſſe pœnalem.*

DICTVM eſt ſ. de rei vendic. & de vſufructu, ſed quia in rei vendicatione, & in reſtituẽda re vſusfructus nomine data, & in actione fami. erciſcun. & communi diuidundo, de quibus dicetur, habetur ratio damni: vt diximus ſ. de rei vendicatione, & de vſufructu. & patebit ex ſequentibus rubricis. ideo apponit de lege Aquilia. & quando locum habeat actio legis Aquiliæ, quibus detur, & contra quos, & in quantum, & qualis ſit. Dicitur autem Aquilia ab Aquilio Tribuno plebis authore. Aquilius enim, cùm Tribunus plebis eſſet, & plebs in diſcordiam cum patribus perueniſſet, & in Auentinum montem tranſtuliſſet ſe, legem plebe rogata tradidit, quæ etiam à patribus facta concordia, vice cuiuſlibet legis eſt habita: vt ff. eod. l. j. & de origine iuris. l. ſecunda. §. deinde cùm eſſet.

1 †Proponitur autem propter damnum actio legis Aquiliæ,
2 vel damni dati. Dicitur autem damnum [a] à demo, vel à diminutione patrimonij: vt ff. de damn. infec. l. iij. Nam quodcunque dixeris non errabis, & locum habet, cùm damnũ culpa datum eſt. Si ergo damnum nullo modo ſit datum: vt quia res non eſt inde facta deterior, vel etiam facta eſt inde melior, ceſſat Aquilia: vt ecce, oliuam meam maturam decerpſiſti, vel ſegetem deſecuiſti maturam, vel vuas maturas non proiiciendo eas in terram, vel ſalictum maturum, vel ſeruum meũ, qui erat puer, caſtraſti, & pretioſiorem eum feciſti, ceſſat Aquilia. Nulla enim eſt iniuria, cùm tibi impenſas donauerit, id eſt, donaſſe fingatur à lege, quæ in collectione huiuſmodi fructuum, vel in ſimilibus impenduntur. Alio tamen iure poſſet conueniri, qui hoc fecit, ſcilicet ſi collecta interceperit, teneretur enim furti, & pro ſeruo caſtrato iniuriarum erit agendum, aut ex edicto ædilium, aut ex lege xij. Tabular. in quadruplum. Si autem prædicta immatura eſſent collecta, locum habet Aquilia: vt ff. eodem. l. ſi ſeruus ſeruum. §. rupiſſe. & §. ſi oliuam. & [b] §. ſi ſalictum. & de ædil. edicto. l. ædiles aiunt. §. ſed enim. Item oportet damnum datum eſſe facto interueniente, vſqueadeo vt & ſi quis fuerit fructuarius, & rauos patiatur corrũpi, vel vites ſubſerit, agros nõ proſcindit, nõ tenetur Aquilia: vt ff. de vſuf. l. ſi vſusfructus. §. denique. Nec

obſtat quod legitur ff. eodem. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi forna-
carius. quia quod dixi, locum habet, cùm ſine facto hominis
ex ipſa corruptione rei, damnum prouenit: ſecus ſi propter
negligentiam hominis, ignis extrinſecus proueniat, non ex
ipſis rebus in quibus damnum datur: tunc enim agitur Aqui-
lia, ſicut & cum negligentia plauſtrarij lapides malè com-
poſiti in plauſtro ceciderunt, & aliquid diruperunt, vel fre-
gerunt: vt ff. eodem. l. ſi ſeruus. §. ſi ex plauſtro. Culpam † au-
2 tem omnino neceſſe eſt interuenire: alioquin non agetur A-
b quilia[b]. Et ideo neque furioſi, neque infantes tenentur A-
quilia, cùm non habeant animi iudicium. ſecus in eo, qui non
eſt infans, licet ſit impubes: quia ille & furtum, & iniuriam
poteſt committere: vt ff. eodem. l. quinta. §. iniuriam. Item non
3 † poteſt dici vt ille teneatur de culpa, qui ad ſui defenſionem,
& incontinenti, & eodem modo aliquid facit, vt ſi cum ar-
mis vim mihi inferas: & ego tibi reſiſtam armis: alioquin con
4 tra: vt ff. eodem. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. Et hac † ratio-
ne licet mihi interficere furem nocte deprehenſum: ſi eum ſi-
ne periculo mei repellere nequeo: vt dicitur in tabernariu re-
poſcente lucernam, vel mearum rerum parcere non potuit
id tamen idipſum licet, ſi cum clamore teſtificer. Interdum
autem furem deprehenſum ita demum poſſum occidere, ſi
ſe telo defendat: vt tamen æquè teſtificer cum clamore.
5 † Idemque eſt, & ſi quemcunque alium non furem ferro
me petentem, licet nondum percutientem occidam: ſufficit
enim terror armorum, vt mihi permittatur defenſio: ſi tamen
eum potui apprehendere, malui autem occidere, teneor: vt ff.
eodem. l. quarta. §. primo. & l. quinta. & l. ſi ex plagis. §. taber-
6 narius. † Sed & magiſtratus non tenetur de culpa, qui aduer-
ſus reſiſtentem aliquid violentius fecit: ſed ſi ſine cauſa dam-
num daret, teneretur: vt ff. eodem. l. quemadmodum. §. magi-
7 ſtratus. Item † & excuſatur à culpa qui alterius impulſu, vel
violentia ventorum dederit damnum: vt ff. eod. l. quemadmo-
dum. §. qui nauis. & l. ſi ex plagis. §. in cliuo. Illud autem ſo-
lùm non excuſat à culpa, quod dicat ſe ignoraſſe, ſi poteſt ei
imputari quod debuit ſcire, vel aliquid aliud ſeruare: vt ecce
licet mihi ferire percutientem me, & cùm ego vellem eũ per-
cutere, alium percuſsi: vt ff. eod. l. v. §. j. & l. ſcientiam. §. pen. Et
eſt hic accipienda culpa etiam leuiſsima: vt ff. eod. l. in lege.
8 hoc regulariter. Nam † quandoque non agitur de culpa: quia
culpa vnius compenſatur cum culpa alterius: at vbi ex parte
vnius dolus, & ex parte alterius culpa eſt, præponderat do-
lus culpæ. Et ideo in caſibus ſolus dolus venit in lege Aqui-
lia: quod eſt ideo, quia culpa ex parte damnum paſsi: vt ecce,
cum plures iacularentur in campo, ſeruus per campum tranſ-
iens eſt percuſſus, non tenetur ille qui percuſsit: quia non de-
buit ſeruus intempeſtiuè per campum iaculatorum iter face-
re: qui tamen data opera in eum iaculatus eſt, tenetur. Nam
ludus quoque noxius eſt in culpa. Item & ſi cum pila plures
luderent in loco, vbi ex conſuetudine ludebatur, quis ſe cõ-
miſerit tonſori, & pila vehementer percuſſa, & in manus tõ-
ſoris deiecta, gula ſit præciſa adacta raſorio, non tenetur ton
ſor, fortè nec deiector, vel percuſſor: niſi fecerit data opera,
quia poteſt imputari ei, qui in periculoſo loco tonſori habẽ-
ti ſellam ſe commiſerit: vt ff. eod. l. item ſi obſtetrix. §. vlti. &
item Mela. & l. ſi ex plagis. §. vlt. Sed & qui putat arborem ſu-
per eum locum per quem publicè, vel priuatim non eſt iter,
non tenetur niſi data opera immittat ramum in tranſeuntẽ.
Si autem per illum locum eſſet iter, tenetur putator, niſi pro-
clamauerit, vt caſus poſsit euitari. Idémque dicitur & diſtin-
guitur in his, qui faciunt foueas cauſa ceruorum capiendo-
9 rum: vt ff. eod. l. ſi putator. & l. qui foueas. † Hæc autem cul-
c pa[c], quandoque præcedit factum: ſicut in multis exẽplis de-
clarari poteſt: vt in eo qui fecit foueam in eo loco, per quem
publicè eſt iter: & in mulione qui per imperitiam, vel infirmi
tatem impetum mulæ, vel equi retinere non potuit: & in eo
qui malè compoſuit lapides in plauſtro, & in eo qui ſtipulam
ſuam, vel ſpinam cauſa incendendæ eius, ignem immiſit, &
ignis vlterius euagatus, & progreſſus alienam ſegetem, vel
vineam læſerit: ſi enim id eius imperitia, vel negligentia ac-
ciderit: vt quia fecit die ventoſo, vel non obſeruauit, ne ignis
longius procederet, tenetur. nam qui occaſionem damni dat,
damnum dediſſe videtur: vt ff. ad legem Cornel. de ſica. l. ni-
hil. At ſi omnia, quæ oportuit, ſeruauit: non tenebitur: vt ff.
eodem. l. qui occidit. §. in hac. & l. qui foueas. & l. idem iuris.
§. mulionem. & l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi ex plauſtro. Quando-
que culpa ſequitur factum: vt in medico, qui bene ſecuit: &
poſtea dereliquit curationem: quandoque ineſt facto culpa,
vt ſi medicus imperitè ſecat, vel curat: vt ff. eod. l. qua actio-
10 ne. §. vlt. & l. idem iuris. Culpam ſemper † intelligo ſic: vt e-
tiam dolus nomine culpæ contineatur: vt apertè innuitur. ff.
eodem. l. v. §. iniuriam. & probatur ff. de mino. l. ſi ex cauſa. §.
ſi mulier. Nam ibi mulieri denegatur reſtitutio, quia culpa
diuertit à marito, id eſt, dolo. Nam ſi ſine dolo id delictum
eſſet, reſtitueretur: vt in eadem ſi ex cauſa. §. nunc. Ergo quic-
quid fit dolo, fit culpa, ſed non econuerſo. contra me tamen
facit quod dicitur quandoque, in l. ſi culpa, vel dolo quid fa-
ctum eſt: vt infrà de adminiſt. tut. l. ſi tutores. ſed certè ſigni-
ficatio verbi quandoque, reſtringitur ex adiunctis, vel ſpe-
11 ciebus ſuperpoſitis. † Competit autem actio legis Aquiliæ[d]
d directa[e] hero, id eſt, domino rei, in qua damnum datum eſt,
e & ei, qui in locum eius ſucceſsit vniuerſitatis titulo, & domi
ni appellatione etiam hæreditas continetur: vt ff. eodem. l.
item Mela. §. legis. & l. ob id quod. & l. liber homo. §. ſi ſeruus.
Vtilis verò datur his qui non ſunt domini: puta, fructuario,
bonæ fidei poſſeſſori qui habet titulum. Quid ſi non habet
titulum? videtur quòd non agat: vt ff. de religio. l. ij. §. j. &
de ſeruo corrup. l. j. §. j. Qui autem habet titulum aget actio-
ne vtili Aquiliæ, vel in factum ratione operarum: vt ff. eo-
dem. l. ſi dominus. & de ædil. edicto. l. iuſtiſsimè. §. vltimo.
12 † Item competit vtilis actio creditori, cui res eſt pignora-
ta, in qua datur damnum. Nam licet lex dicat de actione in
factum: idem tamen intelligo de actione vtili legis Aqui-
liæ. Nam vbicunque vna competit, & ſi altera competat
non reputo abſurdum, cùm vtraque detur ex æquitate. A-
git tamen creditor lege Aquilia ita demum, ſi debitor non
ſit ſoluendo, vel ſi perſonalem actionem amiſit tempore: &
probantur hæc. ff. eodem. l. item Mela. §. vltimo. & l. qui oc-
13 cidit. §. pignori. Si † verò datur damnum in re mihi debita,
vel promiſſa, ſed non pignorata: puta, vulnerando, nec a-
liquod competit mihi ius in re, datur actio legis Aquiliæ
debitori, ſed ipſe cedet eam mihi creditori: vt ff. eodem. l.
14 huic ſcripturæ. Si † autem animal mihi promiſſum occidi-
tur, ſiquidem occidatur à debitore, perpetuat actionem con
tra ſe, & contra fideiuſſores, & contra patrem qui teneba-
tur ex perſona filij: vt ff. de verborum obligatio. l. ſi ex lega-
ti cauſa. & l. ſi ſeruum ſtichum ſtipulatus. §. de illo. & §. an fi-
lius. Si autem occidatur à fideiuſſore, ſiquidem poſt moram
rei tantùm, tenetur prima actione, & directa. Si verò occi-
dat poſt moram ſuam tantùm, tenetur prima actione, ſed v-
tili. Si verò occidat ante moram ſuam, & rei principalis, te-
netur de dolo. ff. de dolo, l. ſi fideiuſſor. & ff. de vſuris. l. mora.
§. vltimo. Si autem occidatur à ſtipulatore antequam debi-
tor ſit in mora, liberatur quidem debitor ab eo: & eidem te-
netur creditor lege Aquilia. Si autem debitor iam erat in
mora, liberatur quidem debitor, ſed non agit Aquilia: vt ff.
eodem. l. legis Aquiliæ. ij. Si autem occidatur ab extraneo, li-
beratur quidem debitor, ſed creditor agit de dolo: vt ff. de
dolo. l. arbitro. §. vltimo. Sed viſum eſt Rayn. quòd ſiue oc-
ciſor creditori voluerit nocere, ſiue non, detur actio legis A-
quiliæ debitori, ſed eam cedat creditori: vt quod dicitur,
creditori dari de dolo, ſic exponatur, id eſt, propter dolum,
15 actio legis Aquiliæ ceſſat. Sed & † datur vtilis libero homini
vulnerato, non directa: quia dominus membrorum ſuorum
nemo eſt: vt ff. eodem, l. liber homo. Et tunc agetur ratione
operarum amiſſarum, quas quiſque amiſſurus eſſet inutilis
factus, & impenſarum in curatione factarum, non autem
defformitatis: vt ff. ſi quadr. paup. feciſ. dicatur. l. ex hac.
16 Sed † ſi liber homo occidatur, nunquid habet locum actio
legis Aquiliæ? Et certè ſi occidatur in publico certamine
ceſſat actio: quia cauſa gloriæ & virtutis, non iniuriæ gra-
tia videtur damnum datum. Si autem in priuato certami-
ne occidatur, redundat in eum crimen qui cauſam malorum
præbuit: vt infrà ad leg. Iul. de vi pub. l. quoniam. & ff. eod. l.
qua

qua actione. §. ſi quis. Sic ergo tenebitur lege Aquilia, qui
occidit liberum hominem: licet dominus Bul. dixerit con-
trarium, & eſt argumentum pro eo, infrà, de ædil. edic. l. qua
vulgo. & ff. ad legem Aquiliam. l. huic ſcripturæ. §. vltimo.
Sed certè hæres liberi hominis non agit lege Aquilia, quia
abſurdum eſt, vt ſui teſtatoris conſequatur æſtimationem:
vt ff. eodem. l. nam ſicut. §. ſi dominus ſeruum. Et eſt hoc no-
tabile: quia hoc caſu non datur actio legis Aquiliæ hæredi.
Ipſi autem defuncto datetur. At verò l. Aediles. de ædil. e-
dict. reſpondetur quia ibi non erat damnum datum à libe-
ro homine, ſed à fera beſtia, licet liberi hominis incuria in-
terueniat. Et ideo non poteſt agere lege Aquilia. Hoc au-
tem quod dixit de publico certamine, non habet locum, niſi
in liberis perſonis, ſiue ſint patresfamil. ſiue filiifamil. In
ſeruis autem non procedit, quia ingenui ſolent certare: ſi ta-
men aliquis liberum hominem ſedentem pugno vulnerauit,
tenebitur lege Aquilia, vel ſi vulnerauit ſeruum non in pu-
blico certamine. nam ad illud non conſueuit recipi, tenebi-
tur Aquilia, niſi domino committente * cauſam aggreſſio-
nis occidatur, vel vulneretur ſeruus: vt ſuprà dixi de eo qui
17 cauſam malorum præbuit. †Commodatario autem neque
directam, neque vtilem puto competere: vt ff. eodem. l. item
Mela. § eum, qui. Et ſecus dico in actione quæ pro pauperie
competit: vt ff. ſi quadr. pauper. feciſ. dica. l. ſecunda. licet
quidam contra dicant. Et quod dicit lex non competere le-
gis Aquiliæ actionem intelligitur de directa. Dicuntur & a-
lio modo directæ & vtiles actiones competere. Nam ſi da-
mnum detur à corpore in corpus, datur directa: vtputa, ſi
18 ſeruum tuum ſtrangulaui. Si verò †detur à non corpore in
non corpus, datur actio in factum: vt ſi miſericordia motus
ſeruum tuum compeditum ſolui, conſtat enim corpus non eſ-
ſe læſum. Item non potes dicere in eo corpore damnum da-
tum: quia licet ſoluerim: ipſa tamen ſolutione non es damno
affectus, ſed magis propter ſequentem fugam ſerui. Sed &
hoc caſu, ſi dicas vtilem legis Aquiliæ competere, non repro-
bo. Si verò datur damnum à corpore in non corpus compe-
tit vtilis actio legis Aquiliæ: vt puta anulum tuum de mani-
bus tuis excuſſi, vt caderet in mari: vel tibi eripui animo
dandi damnum, vt in mare proiicerem: tunc quidē ipſa pro-
iectione mea damnum tibi datum eſt: nec tamen corpus læ-
ſum eſt. Idem eſt & ſi detur à non corpore in corpus: puta, ſi
panno rubeo fugaui armentum, fugerunt boues, vel pecora
& præcipitata ſunt: teneor enim vtili actione: quia qui oc-
caſionem damni dat, damnum dare videtur, vt ſuprà dictum
eſt. nec ergo corpore meo damnum dedi: vtpote cùm ipſi fu-
ga non ſis damno affectus. Et hæc diſtinctio reperitur: Inſtit.
19 eodem, §. cæterùm. vſque in finem. Vt ergo †directa actio lo-
cum habeat, oportet quòd à corpore in corpus ſit damnum
datum: & quòd dominus ſit, qui vult eam intendere. Aliter
20 enim ſibi non competit directa. Dantur † autem iſtæ actio-
nes in eum, qui damnum dedit: vt infrà eodem, l. ij. Item in
eum qui tulit opem: nam ſi alius tenuit, alius interemit, is qui
tenuit, quaſi cauſam mortis præbuit: & ideo tenetur actio-
ne in factum. Sed & is, qui canem irritauit, & effecit vt ali-
quem morderet, ſiquidem canem tenuit, tenetur lege Aqui-
lia: quia ſuo corpore videtur damnum dediſſe. Si canem non
tenuit, conuenietur actione in factum: vt ff. eodem, l. item
21 Mela. §. ſi alius. & §. item & cum eo. †Item quid ſi plures fue-
f runt qui percuſſerunt¹, vel damnum dederunt? ſiquidem ap-
paret, cuius ictu perierit, ille tenetur quaſi occiderit. Cæteri
verò non tenentur de vulnerato: nam ictus vniuſcuiuſque
in hoc collectorum contemplari oportet: vt ff. ad legem Cor
neliam, de ſicariis. l. vltima. Si autem non appareat cuius
ictu perierit, omnes, quaſi occiderint, tenentur: ne impuni-
ta ſit malitia ab eis admiſſa. Et ſi cum vno agatur, cæteri li-
berantur in eo quod nomine pœnæ ſolutum eſt ex lege A-
quilia. Nam in eo, quod alius præſtitit, alium non releuat.
cùm pœna ſit corporalis l. ſancimus C. de pœn. Si verò no-
mine rei quid ab vno præſtetur, cæteri, liberantur cùm hoc
reperiam in condictione furtiua: vt infrà, de condictione
furt. l. j quod delictum grauius eſt iſto: vt ff. eodem. l. illud.
22 †Eſt autem pœna vnum ſimplum ratione infitiationis: &
in eo obtinet quod dictum eſt: ſed & pœna poteſt eſſe in re-
petitione triginta dierum, vel anni: & hæc pœna tollitur
propter rei perſecutionem præſtitam: vt ff. de action. & ob-
ligation. l. qui ſeruum. §. vltimo. Multò magis ergo ceſſabit
hæc pœna contra vnum, ſi ab alio & damnum reſtitutum, &
repetitionis ſi habita ratio. Vbi autem plures non in hoc
colliguntur, vt percutiant: ſed vnus hodie vulnerauit ſer-
uum meum: alius autem alio tempore, tenetur vterque de
vulnerato, ſi neutrius vulnus erat mortale, licet negligentia
23 domini mors inde ſequatur. Si autem † vtriuſque vulnus
erat mortale, & certum erat eum moriturum ex primo vul-
nere, vterque tenetur de occiſo. Nam & poſterius vulnus
mortale eſſe declarat euentus. Aeſtimatio autem perempti
non eadem in vtriuſque perſona fiet: nam qui prior vulne-
rauit, tantum præſtabit quanti plurimi fuerit anno proxi-
mo homo, repetitis ex die vulneris ccclxv. diebus, amplius
etiam, vt puto, pro ſex horis, quæ quater in quatuor annis
acceptæ biſſextilem diem faciunt, vel inducunt, vt dicunt Cō
potiſtæ. Poſterior in id tenebitur, quanti plurimi homo ve-
nire potuerit in anno proximo, quo vita exceſſit: in quo pre-
tium quoque hæreditatis erit, ſi poſt primum vulnus, ſer-
uus ab aliquo fuerit inſtitutus hæres: cuius hæreditatis non
habetur ratio in perſona primi occiſoris: quia actio legis A-
quiliæ præſens, & præteritum reſpicit tempus, non futurum.
Eiuſdem ergo ſerui occiſi nomine, alius minorem, alius ma-
iorem æſtimationem præſtabit. Nec mirum: cùm vterque
eorum ex diuerſa cauſa, & diuerſis temporibus occidiſſe ho-
minem intelligatur: nec enim ſolus is occidit, qui confeſtim
vita priuat, ſed etiam is ex cuius vulnere certum eſt aliquem
vita exceſſurum. Et ſi quis abſurdè à lege hoc conſtitui pu-
tauerit, cogitet longè abſurdius eſſe neutrum Aquilia tene-
ri, aut alterum potius: cùm non oporteat maleficia impuni-
ta relinqui. ff. eodem titulo. l. ſi ita vulneratus. Et quod dixi
in ſeruo à pluribus vulnerato mortaliter, vel non mortali-
ter diuerſis horis, & in vno homine vulnerante ſeruatur: vt ff.
eodem, l. item Mela. §. Celſus. & l. huic ſcripturæ. §. ſi ſeruus.
& l. ait lex, quanti & l. qui occidit. §. vltimo. & l. illud. §.
vltimo. & l. ſi ita vulneratus. & l. ſi ex plagis. primo reſpon-
24 ſo. †Item tenetur lege Aquilia qui iuſſit damnum dari, &
excuſatur ille qui paruit iubenti: ſi modò is, qui iuſſit habuit
ius imperandi: vt ſi ſeruus domino, filius patri in non atro-
cioribus paruit. Nam nec filius ex cauſa conuenietur, nec
ſeruus liber factus tenebitur: quamuis aliâs noxa caput ſequa-
tur. Si autem non habuit ius imperandi, tenebitur ille qui fe-
cit, & nihilominus ille qui iuſſit. Probantur autem iſta ff. eo.
l. liber homo. §. ſi iuſſu. & de reg. iuris. l. ad ea. & de iniuriis. &
l. non ſolùm. §. Proculus. & de aqua plu. arcend. l. ſi colonus.
25 in ſi. & inſti. de noxa. §. omnis. †Item ſi ſeruus damnum de-
derit, noxalis actio erit pro damno dato contra dominum
ſerui, ſi ipſe eum poſſideat. Si autem poſſideatur ab alio bo-
na, vel mala fide, tenebitur poſſeſſor. Vbi autem ſeruus com-
munis, id eſt, meus & tuus, dat alteri damnum vterque no-
ſtrum tenetur noxali inſolidum. Si autem dat mihi damnum
te iubente, tu mihi teneris ex tua perſona lege Aquilia. Si ve-
26 rò † non fecit voluntate tua, ceſſat actio noxalis, vel ne ſit in
poteſtate ſerui vt vni ſeruiat: vel quia qui tenetur aliis noxa-
li, ea agere non poteſt. Datur autem actio communi diui-
dundo contra ſocium: vt aut mihi adiudicetur ſeruus, aut
litis æſtimatio in ſimplum offeratur. Et ſic tenebitur etiam
ille cui ſocius meus vendit partem ſuam: vt quodammodo
noxalis actio caput ſequatur. Hoc tamen non vſque eo pro-
ducendum erit, vt etiam cum ſeruo libero facto agam. Nam
nec agerem, ſi meus proprius fuiſſet. Item non agam ſeruo
mortuo, niſi quid ex re furtiua ad ſocium peruenerit: vt ff.
eodem. l. ſi ſeruus ſeruum. §. j. & §. ſerui autem. & de noxalib.
l. ſi ſeruus communis. & l. antepenultima. & familiæ erciſcun
dæ. l. & puto. §. vltimo. & de furt. l. ſi ſeruus communis.
27 †item tenetur lege Aquilia, qui confeſſus eſt ſe damnū de-
diſſe, & ſi verè non dederit, ſi tamen dederit alius: nam actio
quæ competit in damnum dantem, transfertur in confitentē
confeſſione ſua: vbi autem nemo dederat, non tenetur confi-
tens quaſi iuri contraria, vel impoſſibilia ſit confeſſus: vt ec-

ce, hominem viuum confeſſus eſt ſe occidiſſe, hominem mor-
tuum morte ſua confeſſus eſt ſe occidiſſe: vel hominem non
vulneratum ſe vulneraſſe, æſtimationem cuius vulneris ad
quod tempus referemus? certè ad nullum. Si ergo confeſ-
ſus es te occidiſſe ſeruum meum, quem alius occidit, teneris:
quia occiſum eſſe hominem à quocunque oportet. Et ſatis eſt
quod ante confeſsionem tuam neceſſe habeam probare te oc
cidiſſe, ſi negares: nunc autem confeſſoria actio tua, id eſt,
actus tuus confeſsionalis, vel confeſsio remittit mihi hoc, ſci-
licet vt non cogar probare te occidiſſe. Cogar tamen proba-
re occiſum eſſe a quocunque, & hoc verum eſt, quando pro-
g baſti hominem viuum eſſe. Alioquin nullo modo ᵍ probare
cogor: vt ff. eodem. l. inde Neratius. §. vltimo. & l. hoc aper-
tius. & l. proinde. & de interrogat. action. l. confeſsionibus. &
l. ſi is. & ita actio ponitur pro actu. vt in authent. ſuprà de ſa-
croſanctis eccleſiis. l. huc ius. & ff. de donation. inter virum &
vxorem. l. tertia. §. vltimo. Aliter accipitur actio confeſſoria,
in ſeruitute, vt diximus ſuprà, de vſufru. Vel dici poteſt actio
confeſſoria, actio legis Aquiliæ, quæ datur in confitentem ex
confeſsione ſua. illa enim remittit actori, id eſt, confitenti,
& agenti nunc, & probari hominem viuum eſſe: & ſic ille qui
agit Aquilia, neceſſe non habet docere eum occidiſſe qui con
28 feſſus eſt. †Vbi autem procurator, vel tutor, aut curator, vel
quiuis alius confitetur abſentem dominum vulneraſſe, vel
damnum dediſſe, confeſſoria in eos vtilis eſt actio danda: non
autem præiudicatur abſenti, niſi fortè ratum habeat, vel niſi
in confeſsione exponenda habeat ſpeciale mandatum: vt ff.
eodem, l. proinde. §. ſi procurator. & de interrogation. actio.
l. ſi defenſor. & l. qui ſeruum. & de confeſſ. l. certum. §. ſed an
ipſos. & in hoc caſu cum conuenitur confitens, iudex datur
non rei iudicandæ, id eſt, vt iudicet damnum ſit datum, vel
non: ſed æſtimandæ, id eſt, vt æſtimet damnum datum quan-
tum ſit, & illud deducat in condemnatione. Nullæ enim ſunt
partes iudicis in confitentem. Quid enim, ſi is qui agit Aqui-
lia, maluit probare damnum datum, & magni litem fecit, reus
verò fatetur occidiſſe, & paratus eſt ſoluere æſtimationem?
non erit audiendus actor: quia boni prætoris eſt litem minu-
ere: vt ff. ſi certum petatur. l. quidam exiſtimauerunt. In
29 criminali †autem cauſa ſecundum omnes fertur contra con-
feſſum ſententia: vt ff. de cuſtod. reu. l. ſi confeſſus: ſed ſe-
cus in ciuili vt dictum eſt. Vel dic etiam in ciuili confeſſum
damnandum: vt ff. de confeſſ. l. Iulianus. Quod autem hic di-
cit non dare iudicem rei iudicandæ, intellige eum præceden-
ti probatione, & cognitione: nec enim eſt eis opus cùm reus
ſit confeſſus: datur tamen rei iudicandæ, id eſt, vt pronun-
tiet damnum datum eſſe, & declarat eius æſtimationem: vel
non datur iudex rei iudicandæ, cùm ſine præcedenti libel-
li oblatione, actoris poſtulatione ſimplici depoſita, reus fa-
tetur ſe damnum dediſſe. Cum autem ſolenni & iudiciali or-
dine, cauſa incepta ſolenniter eſt terminanda: æſtimabit iu-
h dex damnum per probationem ʰ actoris: vt Inſtitu. de verb.
obligatio. §. vltim. & ff. de prætor. ſtipula. l. vltima. fortè ti-
s. ſa, vel aſpectus rei teſtificari poſſet pro damno: vt in a-
ctione iniuriarum & finium regundorum, & tutelæ. vt ff.
de ſeruis. l. ij. in fine. & finium regundorum. l. ſi irruptione.
& C. de adminiſtratio. tut. l. lex, quæ tutores. Nunquid de-
i ficiente probatione ⁱ defert iudex iuſiurandum actori? & fut
te non: niſi quando damnum datum eſt impetuoſa violen-
tia: vt infrà, vnde vi. l. ſi quando. In æſtimatione autem da-
mni, commune pretium, non ſingulare eſt attendendum: vt
30 ff. eodem, l. ſi ſeruum meum. †Competit autem actio le-
gis Aquiliæ in ſimplum, ſi reus confiteatur ſe damnum de-
diſſe. In hoc autem ſimplo, non tantum ipſius corporis, in
quo damnum datum eſt fit æſtimatio, ſed etiam computan-
tur vtilitates corpori cohærentes: vt ecce ſi ex comœdis, aut
• ſymphoniacis, aut gemellis, • aut quadrigis, aut ex mularũ
pari, vnum, vel vnam occideret, non ſolum perempti cor-
poris æſtimatio facienda eſt, ſed & eius ratio debet haberi,
31 cætera corpora depretiata ſunt. †Item extrinſecæ vtilita-
tis habetur ratio, vt ecce, ſi ſeruum meum occidiſti quem
ſub pœna tradere promiſi: vel ſi occidiſti ſeruum meum ab
alio inſtitutum hæredem, qui, me iubente, ipſam hæredita-
tem adiret, & eam mihi quæſiuiſſet, niſi eum occidiſſes: &
hoc ſi occidiſti eum, mortuo teſtatore, qui ipſum inſtitue-
rat hæredem. Nam ſi teſtator adhuc viuit, non videtur quòd
eius hæreditas debeat æſtimari, vel quia nondum vide-
tur delata: vel quia in lege Aquilia præteritæ, non futuræ
vtilitatis habetur ratio: vel quia facilè poſſet mutari te-
ſtamentum: ſicut & cùm quis inſtituit me hæredem ſub
conditione, ſi ſeruum meum manumittam, & tu eum occi-
diſti, viuo teſtatore: vt inſtitu. eodem, §. illud. & ff. eodem. l.
ait lex. & l. inde Neratius. primo reſponſo. & §. idem Iulia-
nus ſcribit. Item extrinſeca vtilitas poteſt aſsignari, ſi ſer-
uum meum occidiſti, qui magnas fraudes in rationibus meis
commiſerat: de quo quæſtionem habere deſtinaueram: vt
fraudum participes eruerentur. Aeſtimabitur enim quan-
ti intererat mea, fraudes ſerui per eum commiſſas detegi:
non quanti noxa ipſius ſerui valeat, id eſt, ipſe ſeruus no-
cens: vt ff. eodem, l. inde Neratius. §. ſed & ſi ſeruus. Patet
ergo ex his, quòd lege Aquilia damnum conſequimur. A-
miſiſſe autem dicimur, quod aut conſequi potuimus, aut ero
32 gare cogimur. †Propriè tamen dicitur amiſſum, quod non
eſt habitum. vt ff. de regul. iuris. l. non videtur. & fit æſtima-
tio omnium rerum communi opinione, non ſingulari vti-
litate, vel affectione alicuius: vt ff. eodem, l. ſi ſeruum meum.
& ad legem Falcidiam. l. pretia rerum. & l. in legem Falcidia.
33 §. vltimo. Et in ſumma vt † generaliter dicam, omnia com-
moda, quæ rem pretioſiorem facerent veniunt in æſtima-
tionem: quorum omnium æſtimationes faciendæ ſunt, ſi ex
primo capite legis Aquiliæ agatur quanti plurimi res fuit
retro intra annum: vt ff. eodem, l. inde Neratius. §. in ſum-
ma. olim enim tria erant capita legis Aquiliæ. ſed hodie,
ſecundo ſublato, duo tantùm locum habent. & agitur ex
34 primo capite de homine occiſo. †Item de quadrupede oc-
ciſa, quæ pecudum numero eſt, & gregatim paſcitur, vt
ſunt oues, capræ, boues, equi, muli, aſini, ſues. Canis
autem inter pecudes non eſt, ſed nec beſtiæ ſunt in numero
pecudum: vt vrſi, leones, pantheræ. Elephantes autem, &
cameli miſti ſunt. Nam & iumentorum vicem, & operam
præſtant, & natura eorum fera eſt: quia in eis præualet na-
tura benignior primo capite conuenitur: vt Inſtitu. eodem,
primo reſponſo. & §. quòd autem. & §. his autem verbis. &
35 ff. eodem. l. ſecunda. †Cæterùm de omni damno cauetur per
tertium caput, quod eſt hodie ſecundum, ſiue damnum
quis dederit, ſiue quod vſſerit, ſiue quod fregerit, ſiue
quod ruperit, & ponitur rumpere pro corrumpere. vnde
36 † ſi lolium, vel auenam, in ſegetem alienam inieceris vt
eam inquinares, dominus & colonus fundi interdicto quod
vi, aut clam agere poſſunt: & ſi colonus agat, debet ca-
uere amplius non agi. Item actione in factum ſubſidiaria
legis Aquiliæ non directa: quia directa locum tunc habet,
vbi res ipſa corrumpitur, vel mutatur: ſed hic ſeges non eſt
mutata, vel corrupta: ſed aliud eſt applicitum, cuius eſt mo-
leſta ſeparatio: tenebitur ergo lege Aquil. ille, qui vinum
ſpurcauit, vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo vitia-
uit. Nam & effuſum, & fractum, & vſtum continentur rupti
appellatione: nec eſt nouum vt lex ſpecialiter quibuſdã enu-
meratis generale ſubiiciat verbum, quo ſpecialia complectan
tur. Qui autem vinum, vel frumentum alienum conſumpſit,
non videtur damnum iniuria dare: & idem tenetur vtili: vt
ff. eodem. l. qui occidit. §. ſi quis. Et ſi fecit dolo, tenetur
37 furti. Item † rumpere dicitur qui vulnerat, vel loris, vel
pugnis cecidit, vel telo, vel quo alio vt ſcinderet alicuius
38 corpus, vel tumorem fecerit. Et fit æſtimatio † ex hoc capite
quanti plurimi res fuerit intra triginta dies: hoc enim ver-
bum plurimi, quia continebatur in primo capite, repetitum
videtur in ſecundo: & ita reſpiciunt iſtæ actiones retrò: quia
oculos habent à tergo, vt Ianus: vt Inſtitu. eodem, §. capi-
te, & ff. eodem, l. ſi ſeruus. §. huius legis. & §. iij. & §. ſi quis.
& §. inquit lex. Si quærat quis, cur in primo capite maioris
temporis fiat repetitio? Reſpondeo, quia acrius punien-
dus eſt is, qui magis deliquit: vt ff. de offic. præſid. l. diuus.
k Conſtat ᵏ autem quòd magis deliquit, & maius dat dam-
nũ is, qui occidit, quàm is qui tantùm vulnerauit: & ideo
ma

39 maioris temporis ſit repetitio. Si† verò diffiteatur aliquis ſe damnum dediſſe, & conuincatur per teſtes, tenetur in duplũ, & duplicabitur omne id, quod diximus ſimplandum. Sed ſi ſacramenti delatione à reo facta actor iurauerit ſibi damnũ datum, agitur ſolummodo in ſimplum: vt ff. eodem, l. Inde Neratius. §. hæc actio. & de iureiurand. l. eum, qui. & quod metus cauſa. l. ſi cùm exceptione. §. quadruplabitur. & de ſer. cor. l. in hoc. & de liber. cau. l. non tantùm. hæc autem ſiue cõfiteatur, vel non, conſiderabitur tempus litis conteſtatæ. Nã ante litis conteſtationem pœnitere poteſt. non poſteà niſi ſit minor, qui in integrum reſtitui poteſt: vt ff. de noxalib. l. electio. §. neque. Item pœna iſta dupli, puto quòd locum habeat & in directa actione legis Aquiliæ, & in vtili, & in actione in factum. Nam lex penultima, infrà eodem, loquitur in vtili,
40 vt vitetur contrarium ibidem notatum. †Eſt autem hæc actio ciuilis, non prætoria. Nam vt diximus, legis vicem ceperunt obtinere plebiſcita perpetuò data: quia ex lege deſcendunt: vt inſtit. de perpetuis & temporalibus actionibus. Hæredibus autem datur hæc actio, niſi in caſu: vt ſuprà diximus.
41 † Alius etiam notari poteſt, cùm ſeruum meum, quem iuſſi eſſe liberum, & hæredem inſolidum occidiſti: hic enim neque ſubſtitutus ſeruo agere poterit Aquilia, neque legitimus hæres meus: neutrius enim intereſt ſeruum viuere: quia neuter eſſet hæres, ſi viueret ſeruus: vt ff. eodem, l. inde Neratius. §. j. Si verò ſeruum pro parte inſtituiſſet: cohæres eius ageret Aquilia: vt ff. eodem, l. ſi dominus. In hæredet autem non datur: niſi in id, quod ad eos peruenitur: vt ff.
42 eodem. l. inde Neratius. §. hanc actionem. †Famoſa non eſt hæc actio: quia & datur viro in [a] vxorem, conſtante matrimonio: vt ff. eodem, l. ſi ſeruus. §. ſi cùm maritus. Et dabitur in ſimplum tantùm fauore matrimonij. Conſtante enim matrimonio neque pœnalis, neque famoſa competit actio: vt ff.
43 de ſeruo cor. l. vltima. & infrà, rer. amota. l. ij. †Pœnalis autem hæc actio eſt ſui natura, ſaltem propter repetitionem præteriti temporis: licet quandoque non exigat pœnam, ſi res pluris eſt cùm datur damnum, quàm prius: nam & homo ſemper eſt actu riſibilis, licet non ſemper rideat: & ſemper rationabilis, quamuis quandoque ratione non vtatur: vt In-
• ſti. eod. §. his autem verbis. Stricti • iuris eſt hæc actio. Item eſt ex maleficio, vt inſtit. de obligatio. quæ ex delicto naſcuntur. primo reſponſo.

ANNOTATIONES.

a Damnum. Lex aquilia damnum deſiderat ex quo ipſa oriatur, quod verum eſt in faciendo non in omittendo. vide Bart. in l. elegantes. §. ſi quadi oper. ff. de dolo.
b Aquilia. Vide Ioan. fabr. in §. j. Inſtit. de lege Aquilia.
c Culpa. Vide Alberic. de Roſa in l. quemadmodum. ff. ad legem Aquiliam.
d Aquiliæ. De iſta actione & eius materia vide Specu. in titu. de iniurijs. . ſequitur. §. verſicu. quid ſi [illegible]. Alexand. in l. qui bona. §. cum inter. de dam. infec. arg. & doctor. Inſtitu. ad legem Aquiliam. & vide do. Bart. ſoc. in conſi. lxxxix. incip. in cauſa agitata. verſic. ſecundum probatur cum plu. ſequen.
e Directa. Vide omnino Florianum in l. iij. ff. ad l. Aquil.
* Committente. vide Bud.
f Qui percuſſerunt. Vide ad huius concluſionis materiam Bart. & doc. in l. ſi in rixa. ff. de ſicarijs. & in l. item Mela. §. ſi plures. ff. ad legem Aquiliam. dn. Alexan. in conſi. [illegible] vol. & multa quæ ad ipſum adiecit ibidem in apoſt.
g Nullo modo. Vide latè per domi. Floria. in l. ſi ex plagis in §. tabernarius. ff. ad legem Aquil.
h Probationem. Vide Cæpol. in conſil. xxvij. in primo dubio.
i Probatione. Ad hoc vide Specu. in titu. de proba. § iij. circa fin. Bartol. & Bal. in l. ſi quando. C. vnde vi. d. Alexan. in conſil. [illegible] in iiij. volum. Barthol. ſoc. in conſi. lv. incil. præſtantiſſimæ doctor. verſi. tertio principaliter. vbi multa ad materiam videbis.
* Gemellis. Alias Thumeliers. de quibus Alcia. in l. veſtis. ff. de verbor. ſig. & Bud. in athletas. ff. de iis, qui not. infam.
k Conſtat. Vide late per Iaſo. may. in l. ſi quando. C. vnde vi.
k Conſtat. Vide Cæpo. conſi. xlii. & conſi. lxxvj.
* Stricti iuris. Contractus ſtricti iuris illi dicuntur, in quibus nihil aliud venit, niſi quod exigit actionis ſiue contractus natura. verbi gratia vſuræ non veniunt ex mora in contractibus ſtricti iuris, niſi ſpecialiter promiſſum fuerit. ff. de neg. geſt. l. quia tantundem. & C. de. vſuris.
• [illegible] In contractu ſtricti iuris non venit intereſſe, ſi rem mihi dari, eſt lis obligatione. ff. de re iudi. l. ſi quis ab alio. In iis contractibus non veniunt niſi ea, de quibus expreſſe cautum eſt. l. & elegantes. §. non lo [illegible] ff. de dolo ma. & ff. de verb. oblig. l. quicquid adſtringendæ. Sic in arbitrio, quod eſt ſtricti iuris in quo non veniunt niſi ea, de quibus actum eſt in compromiſſo, vt extra. de arbit. c. cùm dilecti. Sic & in mutuo, quod etiam eſt ſtricti iuris. Differunt autem contractus bonæ fidei & ſtricti iuris multis modis. Hoc autem habent commune, quia in omnibus contractibus ſeruanda eſt bona fides. C. de actionibus & oblig. at. l. bonam fidem. Martinus.

Familiæ erciſcundæ. *Rubrica.*

1 Actio familia erciſcunda quare ſit dicatur.
2 Actio famil. erciſcunda directa quibus competat.
3 Actio famil. erciſcunda vtilis quibus detur.
4 Bonorum poſſeſſori an competat directa actio famil. erciſc.
5 Actio famil. erciſcunda ad qua competat, ſeu qua veniat in eam. & nu. 7. & 10. & 12. & 23.
6 Donationem factam à patre filio in poteſtate retro trahi, quatenus verum ſit.
8 Statuliber an, & quatenus veniat in actionem famil. erciſ.
9 Alienationem voluntariam fieri non poſſe poſt litem conteſtatã in actione famil. erciſ. vel poſt motam controuerſiam.
11 Diuidi qua res non debeant inter cohæredes.
12 Seruitutes perſonales an, & quando veniant in actionem famil. erciſcunda.
13 Seruitutes prædiales an, & quomodo veniant in iudicium famil. erciſcun.
14 Promiſſum ſub pœna à teſtatore an veniat in iudicium famil. erciſcunda.
15 Nomina vel actiones quare non veniant in iudicium famil. erciſcunda, atque inibi an aliquo caſu veniant.
16 Tabula, vel cautiones, vel rationes an, & quomodo veniant in iudicium famil. erciſ. & cui adiudicari debeant.
17 Donata a patre filio in poteſtate an veniat in iudicium famil. erciſcunda.
18 Donationes ſimplices à patre in filium collata an conferantur.
19 Præceptiones alicui hæredum relicta an, & quomodo veniant in iudicium familia erciſcunda.
20 Filium hæredem patri ex parte, præcipere dotem vxoris vel nurus ſua, quam pater recepit. & an idem in fructibus eius dotis.
21 Debita contracta iuſſu patris, vel verſa in rem eius, vel pro quibus tenebatur de peculio, an & quatenus veniant à filio percipienda.
22 Familia erciſcunda iudicium conſtare ex rebus, & perſonalibus præſtationibus.
23 Præſtationum perſonalium, qua veniunt in iudicium familia erciſcunda, exempla.
24 Sumptus ab vno ex hæredibus facti in res hæreditarias an veniant in iudicium fam. erciſcunda, & quid de vſuris eorum ſumptuum.
25 Culpa cohæredis an, & quando veniat in iudicium fami. erciſ.
26 Fructus percepti ex re hæreditaria ab vno ex hæredibus an, & quando veniant in iudicium famil. erciſcun.
27 Commodum victoria parta ab vno ex hæredibus quando veniat in iudicium famil. erciſc.
28 Actio famil. erciſcun. an debeat intentari inter omnes hæredes, an verò poſſit intentari inter quoſdam ex eis etiam numero pauciores.
Actio familia erciſcunda an locum habere poſſit inter eos, qui non ſunt cohæredes.
29 Sententiam latam in actione fami. erciſcun. non valere, ſi omiſſa fuerit condemnatio vel abſolutio in perſona alicuius ex hæredibus.
30 Actio famil. erciſc. vt intendi poſſit, non diſtingui, poſſideat, néc ne is, qui conuenitur, licet in perſona eius qui agit, diſtinguatur an poſſideat, vel non poſſideat.
31 Euictionis nomine non agi inter cohæredes pro rebus à patre diuiſis.
32 Adiudicationes quando fieri debeant in iudicio famil. erciſcunda, & quomodo.
33 Actionem famil. erciſc. eſſe duplicem, & quare.
34 Actionem familia erciſcunda non poſſe intentari niſi ſemel, atque inibi an id ſit perpetuum.
35 Actio famil. erciſc. qualis ſit.

DICTVM eſt ſuprà de iudiciis petitoriis:ſed quia
ſępe nihil prodeſſet petere,niſi & liceret diuidere.
Nam ſegnius expediunt commiſſa negotia plu-
res. Item naturale vitium eſt negligi, quod com-
mune eſt: vt ſe nihil habere, qui non totum habeat, arbitre-
tur. Denique ſuam quoque partem corrumpi patiatur: dum
inuidet alienæ:vt infrà,quando & quib.quarta pars. l.ſecun-
da. Ideo apponit de diuiſoriis. Et primò de actione famil. er-
ciſcundæ:quia per hoc iudicium diuiditur vniuerſitas,quæ re
ſingulari dignior eſt. Videndum ergo vnde dicatur actio fa-
miliæ erciſcundæ,cui competat,& quę veniant in ea, & inter
quos poſsit intentari,quod ſit officium iudicis in ea, & qua-
1 lis ſit actio. † Dicitur autem actio familiæ erciſcundæ,id eſt,
hæreditatis vel ſubſtantiæ diuidendæ. Nomen autem,familiæ
licet quandoque ponatur pro cognatione:vt cùm dicitur,iſti
ſunt de familia Priami.& quandoque pro ſeruitute,& quan-
doque pro poteſtate: vt cum dicitur,paterfamil. filiusfamil.
Hic tamen ponitur pro ſubſtantia,vel hęreditate: vt ff.de ver.
ſignification.l.pronuntiatio. §. j. Erciſcundę dicitur ab ercer-
ſco,quod eſt diuido. Vnde & hodie deberemus dicere erciſcē-
dę. Sed tamen ſic eo verbo vtimur, (& bene) ſicut ſcriptum
reperimus apud antiquos: quia ita gerundia ſua pronuntia-
2 bant,legundo,audiundo. † Competit autem hęc actio [a] dire-
a recta heredibus [b] ſiue ex teſtamento,ſiue ab inteſtato defera-
b tur hęreditas: vt ff. eod. l. ſecunda. Vtilis † autem actio com-
3 petit bonorum poſſeſſoribus, quia non ſunt hęredes, de iure
ciuili: vt inſtitu.de bonorum poſſeſsione.§. quos autem. Item
arrogato qui ſuccedit in quartam partem bonorum. Nec e-
nim poteſt dici,quòd magis ex teſtamento, quàm ab inteſta-
to debeatur quarta:vt ff.eodem.l.ij.§. ſi quarta. Item compe-
tit vtilis fideicommiſſariis, quibus reſtituta eſt hęreditas: vt
4 ff.eodem,l.ſi ex aſſe. Quidam † tamen dicunt directam actio-
nem dari bonorum poſſeſſori.argumen. eius quod legitur ff.
eodem.l.ij.§.ſi quarta. Dicit enim arrogato dari vtilem: quia
non eſt hęres, neque bonorum poſſeſſor:ergo videtur, quòd
ſi eſſet hæres, vel bonorum poſſeſſor, haberet directam.
Sed certè in eo, quod dicit, cùm neque ſit hęres, notanda eſt
ratio: in eo quòd dicit, neque bonorum poſſeſſor, notatur
diſsimilitudo:ſicut & lego,quod eſt ff. ad legem Falcidiam.
l.j.§.ſi operis. Amplius & competit vtile omnibus quicũque
de iure prætorio ſuccedunt in ius vniuerſum: vt ff. eod. l. ſed
& eius,§.j.& de fideicom.hæredit.petitio.l.ij. De quibuſdã
tamen dubitari poteſt:puta,duo ſunt quorum vnus eſt hęres,
alter bonorum poſſeſſor. Et ſatis dici poteſt vtrique dari v-
tile:vel dic hæredi dari directum, alteri vtile: & tamen non
ſunt duæ actiones:ſed vna eſt in ſubſtantia, licet qualitatem
immutet propter perſonam. Nam & incorporalia qualitatē
dico habere:& probare poſſem,licet Dialectici quidam con-
tra dicant. Item ſatis admitto quòd quandoque ei, qui non
eſt hæres,vel loco hæredis,datur vtilis actio: puta,exhæreda-
to ad percipiendum dotem ſuæ vxoris: vt ff. de dote prælega.
l.ij.§.ſi tamen. vel dic, ibi loqui de vtili actione in factum.
5 † Veniunt autem in hanc actionem ea quæ ſunt in bonis de-
functi tempore mortis. Sed ea quæ ante mortem de bonis exi
uerunt:vt ſi donauit pater filio emancipato,non veniunt: vt
6 ſuprà.de inoffic.dona.l. ſi pater. Nec obſtat † quòd eadem
lege dicitur donationem collatam à patre in filium, qui erat
in ſacris,venire in hanc actionem,vt præcipiatur: & tamen
illa donatio trahitur retrò,,vt à principio videatur valuiſſe:
vt infrà,de donatio.inter virum & vxorem.l.antepenultima.
Sed certè trahitur retrò,& videtur valuiſſe quantùm ad fru-
ctus etiam naturales,qui à principio videntur filio quæſiti.
Item quantùm ad damna data in re donata: vt de eis nullo
modo teneantur:non quantùm ad hoc,vt retro fingatur do-
minus:quia expreſſa voluntate dominus fieri non potuit. ar-
gumenta ſunt ad hæc duo ff.de leg.ij.l.cùm pater. §. pater fi-
liæ. & de officio proconſ.l.obſeruare.§.vltimo. Vel fortè hęc
tacita confirmatio, quæ fit per legem, plus operatur, quàm
poſsit operari voluntas expreſſa. argumen. ff. de ſolution. l.
ſub conditione.& de donatio. inter virum & vxorem. l. ſi is
ſeruus. intuita ergo veritate,magis quàm fictione, dicuntur
7 res venire in actionem familiæ erciſcundæ. † Item veniunt in
hanc actionem quæſita poſt mortem ante aditam hæredita-
tem: vt quæ ſeruis hęreditariis ab aliquo donata ſunt. Sed &
quęſita poſt aditam hęreditatem veniunt quandoque: vt ſi
hęredes egerint communi diuidundo cum extraneo, cum
quo teſtator habebat rem communem:eiſque fuerit adiudica
ta res: veniet enim tota in hanc actionem. Idémque in par-
tibus editis poſt aditam hęreditatem: vt ff. eodem. l. & poſt.
§. idem erit. & l. Męuius. primo reſponſo. & l. parcum. Sed &
veniunt res,quas hęredes vſu ceperunt: cùm defuncto tradi-
tę eſſent. Item ad res quę hæredibus traditæ ſunt: cùm de-
functus emiſſet: vt ff.eodem,l. veniunt. Nec diſtinguitur in
rebus,quas habuit teſtator, fuerint eius, vel ius habuerit in
eis directò, an vtiliter: vt ff. eodem,l. item prædia. Imò & ſi
nullum ius habuerit in eis: quia erant commodatæ res, vel
depoſitę: vt periculum pertineret ad hęredes: vel ſi teſtator
habebat in rebus retentionem tantùm, venient in hanc a-
ctionem,cùm & venirent in petitionem hęreditatis. Abſur-
c dum [c] enim eſt dicere quę peti poſſunt, diuidi non poſſint: vt
ff.de petitione hæredita.l.& non tantùm.& l. ſed & ſi. §. vlt.
Sed & res hęreditariæ legatę in teſtamento ſub conditione,
8 item † ſtatuliberi ſerui veniunt in hanc actionem, & adiudi-
cari poſſunt vni hæredum cum ſua,ſcilicet cauſa, vt exiſten-
te conditione legati eximatur ab eo, cui adiudicata eſt: aut
deficiente conditione, reuertatur ad eum, cui eſt adiudicata,
vel ad eos à quibus eſt derelicta: cùm ipſi diuiſerint ea inter
ſe. Videntur autem loqui de reuerſione tali, qualis fuit di-
ſceſſus: res autem non diſceſsit ab hæredibus, niſi quantùm
ad ſpeciem, & eius reſpectu dicitur reuerti. Et nota, quod ſi
exiſtat conditio poſt litem conteſtatam in actione familiæ
erciſcundę res ſubducitur de iudicio: quia hęc alienatio eſt
neceſſaria & vetuſtiorem habet cauſam, ſicut & ſi extraneus
rem defuncti cœpiſſet vſucapere, & compleret vſucapionem
poſt hęreditatem aditam, & litem conteſtatam in hac actio-
ne. & eſt hoc notabile in hac actione: quia vniuerſale iudi-
cium eſt, & veniunt etiam quę poſsidentur ab extraneis.
9 † Voluntaria autem alienatio fieri non poſſet poſt litem cō-
teſtatam, vel etiam motam controuerſiam: vt & in petitione
hęreditatis dicitur, vt ff de petitione hęreditatis. l. diuus.& ff.
eodem.l.alienationis.& l.ſed & ſi vſucapio. Nec diſtinguo in
rebus hæreditariis ſint domeſticæ,an manſuetæ. Nam co-
lumbę quę ſolent emitti de columbario, veniunt in hoc iu-
dicium cùm noſtræ ſint tandiu,quandiu conſuetudinem ha-
10 bent reuertendi ad nos. Idémque † dico in apibus. Sed & ſi
quid de pecoribus noſtris, aut beſtiis ereptum eſt, veniet in
hanc actionem, ſi à fera euaſerit. nec enim deſinit eſſe no-
ſtrum, quandiu à lupo, vel alia beſtia non fuerit conſum-
ptum: vt ff.eodem.l. Pomponius,§.penultimo.& vltimo. Sed
& res hæreditaria, quę eſt apud hoſtes, & eius pręſtationes
veniunt propter ſpem.poſtliminij, ſcilicet cum cautione: vt
caueat ille, qui accepit pecuniam de reddenda ea, ſi non re-
uertatur res, niſi ęſtimatus tantùm eſſet dubius euentus: vt
ff.eodem.l.item Labeo.§. vltim.& l.propter. Liberti autem
defuncti non veniunt in hanc actionem: vt ff.eodem.l.quę-
11 dam. Item † veniunt quædam comburenda, vel corrumpen-
da: vt libri improbatę lectionis, magici fortè vel ſimiles,
vel mala medicamenta,vel venena quę nec adiectione alte-
rius poſſunt eſſe vſui. Sed & ſi quid ex peculatu, vel ſacrile-
gio quæſitum erit, vel vi, aut latrocinio, aut aggreſſura:hoc
non diuidetur: vt ff. eodem.l.cæteræ. §. mala. & de contra-
12 henda emptione.l.quod ſæpe. §.venenI. Item veniunt † per-
ſonales ſeruitutes: vt vſusfructus fortè & vſus, vel habi-
tatio, ſi hæc defuncto & hęredibus ſunt relicta, vel ſi ſer-
uo hęreditario ſint relicta. Si verò relicta eſſent hæredibus
tantùm, fortè non venirent: quia non videntur habere iu-
re hęreditario, ſed ex ſua perſona.argumen.ff. de petiti.hę-
reditatis.l. quod ſi in diem. §. non ſolùm. Vel dic in vtro-
que caſu, quod ibi relinquitur defuncto, & hęredibus: hę-
redes autem habent alium vſumfructum, non eum, qui fuit
defuncti: vt ff. de verbor. obligatione.l.ſtipulatio iſta habe-
re.§.ſi quis ita. ſic autem veniet vſusfructus: vt vel regioni-
bus hęredes iudex frui permittat, vel locet vſusfructus vni
ex illis, vel tertię perſonę,vt hęredes percipiant penſiones ſi-
ne

ne controuerſia, vel ſi res ſint mobiles, etiam ſic poterit diui-
ſio fieri, ſicut conueniat inter eos, caueántque per tempora ſe
fruituros, hoc eſt, vt apud ſingulos mutua vice, certo tempore
ſit vſusfructus. Sed & adiudicari poteſt vni hæredi ex certo
tempore, & ad certum tempus, & alternis annis: vt ff. eodem.
l. ſed & ſi vſucapio. §. vltim. & l. vel ſi. & l. puto. primo reſpon.
& §. vſusfructus. & communi diuid. l. communi diuidundo. §.
13 cum vſufructu. † Prædiales autem ſeruitutes per ſe non ve-
niunt, ſed cum rebus ipſis, ſed nec earum ſtipulatio venit in
hanc actionem, quia vnicuique hæredum datur actio in ſoli-
dum. Promiſsiones etiam ſeruitutum nõ veniunt, quia ſinguli
hæredes eius, qui promiſit ſeruitutem prędialem, tenentur in
ſolidum: cauent tamen inter ſe, vt ſi quis ex his conuentus li-
tis æſtimationem præſtiterit id pro parte à cæteris conſequa-
14 tur. Idémque † & ſi teſtator legauit viam, vel ſi promiſit ali-
quid ſub pœna. Nam licet obligatio pœnæ, & ſortis diuida-
tur inter hæredes pro hæreditariis portionibus: tamen quia
nihil prodeſt ad euitandam pœnam, partem ſuam ſoluere, ca-
uet cæteris de indemnitate præſtãda is per quem factum fue-
rit, ne tota pecunia ſoluatur: aut ſatisfaciat ei, qui ſolidum ſol
uerit: vt ff. eodem. l. his conſequenter. §. vltimo. & l. hæredes. §.
an ea. & ad legem Falcidiam. l. pœnales. §. Iulianus. & de verb.
15 obligatio. l. eadem. §. j. † Nomina autem vel actiones hæredi-
tariæ non veniunt in hanc actionem: non quia ſint indiuidua,
vt ſeruitutes, ſed quia ipſo iure per legem xij. Tabul. ſunt di-
uiſa: vt j. eodem. l. ea quæ. hoc ita ſi per ſe ſint nomina, id eſt,
ſine rebus corporalibus. Nam & quando miles decedit, inſti-
tuto vno hęrede in caſtrenſibus, altero in paganicis, ceſſat hęc
actio: quia diuiſum eſt patrimonium inter eos per conſtitutio-
nes, & nihil intelliguntur habere commune, vt ff. eod. l. hære-
des. §. j. & de militar. teſta. l. ſi certarum. §. j. Porrò ſi nomina
non ſint ſola, ſed cum rebus corporalibus, veniunt per iudicis
officium aſsignanda, & attribuenda, ſcilicet vt alteri mandet
actiones, procuratorémq; eum in ſuam rem faciat: & ita pro-
mittat ſe diuiſionem ſeruaturum. Idémq; in re aliena ſoluen-
da: quia ſæpe ſolutio, & exactio partium non minima habet
incommoda. l. hæredes. §. idem iuris. ff. eod. nec tamen hæc at-
tributio faciet vt quis ſolus totum debeat, vel totum ei de-
beatur, ſed vt ſiue agendum ſit, partim ſuo, partim procura-
torio nomine agatur: ſiue cum eo agitur partim ſuo, partim
procuratorio nomine conueniatur. Nam licet libera poteſtas
maneat creditoribus, cum ſingulis experiundi: tamen libera
poteſtas eſt his ſuo loco ſubſtituendi eos, in quos onera actio-
nis officio iudicis ſint tranſlata: vt ff. eo. l. ſecunda. §. vltimo. &
l. tertia. & hoc propter vtilitatem. Duo ſimilia induco. Nam in
d actione ſerui[d] corrupti non venit per ſe damnum, ſiue corru-
ptio rerum: ſed ſi animus ſerui ſit corruptus, etiam rerum ha-
betur æſtimatio: vt ff. de ſer. corrup. l. dolo. & l. ſed commo-
dius. & l. ſi quis. §. vltimo. & l. in hoc. ſic & pro rebus mobili-
bus non agitur interdicto vnde vi. Sed ſi ſolius vis facta ſit
mentio, etiam mobilia conuenentur in interdicto: vt ff. de vi &
vi armata. l. prima. §. illud vtique. & §. ſi fundus. ſic & alibi. ff.
de Carboniano edicto. l. ſi impubes. §. ſi pupillus. & §. ſi verò
16 poſt. † Item veniunt tabulæ vel cautiones, vel rationes aſsi-
gnandæ ei, qui de maiori parte eſt hæres, & ipſe ſuis cohære-
dibus deſcriptum, & recognitum faciat, cautione interpo-
ſita, vt cum iudex exegerit, ipſæ exhibeantur. Si autem omnes
ex iiſdem partibus ſunt cohæredes, nec inter eos conueniat
apud quem debeant eſſe, deponuntur apud ſeniorem hære-
dem, vel eum qui amplioris eſt honoris: & potius apud ma-
rem, quàm fœminam. Item potius apud ingenuum, quàm li-
bertinum. Sed ſi nec ex his vnus eorum, alteri poſsit præferri,
ſortiri eos oportet: aut conſenſu ſine ſcriptis, vel ſuffra-
gio ſcripturæ eligendus eſt amicus apud quem deponantur,
vel in ædem ſacram deponi debent, vel ad licitationem rem
deducere: vt qui licitatione vicerit, hic habeat inſtrumenta
hæreditaria, hoc non placet mihi, neque Pomponio: vt ff. eod.
l. cæteræ. §. vltimo. & l. ſi quæ ſunt. & l. nam ad licitationem.
& ff. de fide inſtrumentorum. l. vltima. & hoc quando cautio-
nes vel rationes non ſunt alicui hæredum prælegatæ. Nam ſi
prælegatæ ſunt, traduntur quidem ei, ſed non priuſquam co-
hæredes deſcripſerint. nam & ſi actor ſeruus prælegetur, non
prius traditur, quàm rationes reddat: & cauebit hic præle-
gatarius, vt quoties deſideratæ fuerint ratiões, vel actor præ-
legatus, copia illorum fiat. Authenticæ enim rationes neceſ-
ſariæ ſunt actori ad inſtruenda ea, quæ poſtea emergunt: vt
ff. eodem. l. Pomponius. & de fide inſtrumentorum. l. ij. & ſu-
prà, de eden. l. procurator. & authent. ſi quis. & j. de diuerſis
17 reſcript. l. ſancimus. † Item veniunt quædam adiudicanda:
vt quæ donauit pater filio exiſtenti in poteſtate, conferendo
in eum vltimum arbitrium, vel ei dando: vt extraneo. Nam ſi
donauit concedendo in peculium, veniet res diuidenda non
præcipienda: vt j. eodem. l. certum. & l. filiæ. & j. de collatio. l.
ſi donatione. Donaſſe autem videtur pater, ſi filij nomine ali-
quid emit, vel ſi ei dat vel mittit in alimenta maximè cauſa
ſtudiorum alibi degenti: vt ff. eodem. l. quæ pater. & j. eodem.
l. filiæ. licet Placen. dicat illam l. quæ pater. correctam: quia
18 † hodie fieret collatio. quod non puto verum: quia ſimplices
donationes non conferuntur: & hoc vbi donauit pater filio,
non militi. Nam filio militi donare poteſt mobilia, non præ-
dia, vt computentur in caſtrenſi peculio: vt infrà eodem, l. ſi
filius. ſi pater non erat alias donaturus, niſi filius militaret.
nam quod erat alias donaturus, non erit peculij caſtrenſis,
etiam ſi id diceret donator. veritatem enim ſpectamus: non
quod quis finxit. Vbi autem donator parens, vel agnatus
non habet in poteſtate donatarium, etiam in immobilibus
tenet donatio: & computantur in peculio caſtrenſi, ſecun-
dum prædicta: vt ff. de peculio caſtrenſi. l. ſi fortè. & l. ca-
19 ſtrenſe. † Item præceptiones alicui hæredum relictæ ve-
niunt adiudicandæ, ſiue contineant emolumentum, ſiue con-
tineant onus: vt æs alienum ſoluendum: vt infrà eodem. l. ſi
qua. & ff. eodem. l. ſi filia. §. Papinianus. & §. ſi pater. & l.
idem Labeo. §. j. & l. rem pignori. Hinc eſt, quòd ſi ſtatuliber
de peculio ſuo ſuo dederit vni ex hæredibus aliquid cauſa
implendæ conditionis, non venit illud communicandum, ſed
præcipiendum quaſi prælegatum: vt ff. eodem. l. ſi vni. §. vlti.
20 † Item veniunt in hanc actionem præcipienda, ac ſi præle-
gata ſint mihi quæ pater meus accepit nomine dotis ab v-
xore mea, vel nuru mea pro me: ſed mihi datam dotem perci-
piam, inquantum pater meus tenebatur ex mea perſona, ſci-
licet peculio tenus, vel quatenus verſum eſt in rem ſuam: ſed
& fructus dotalis prædij percipio. & intellige perceptos poſt
litem motam. Qui verò ante litem motam percepti ſunt, æ-
qualiter pertinent ad omnes hæredes. Impenſarum verò ra-
tio eſt habenda, quæ fiunt æqualiter in fructus. Nam nullus
caſus interuenire poteſt, qui hoc genus deductionis impe-
diat. Ideo autem præcipis dotem: quia onera matrimonij ſu-
ſtines. Item filij mei, mortuo patre meo, ſtatim ſequuntur me,
ſicut tutelarum onera, & liberorum. Nec diſtinguitur ſim
hæres inſtitutus purè, an ſub conditione: licet etiam actio de
dote pendeat: quia neſcitur verum ego ſim conueniendus, an hæ-
redes mei patris, qui recepit dotem: tamen non pendet actio
familiæ erciſcundę, qua poſſum præcipere dotem, etiam ſi ex-
hæredatus eſſem, ſi tamen matrimonium aliquo tempore ſte-
tit poſt mortem mei patris, alioquin contrà: vt ff. eodem. l. ſi
filia. §. j. & l. ſi maritus. & l. fundum, qui. & de dote prælega. l.
prima. §. Celſus. Item nec pendet quin cohæredes mihi dati
purè conueniantur pro partibus ſuis: vt ff. ſoluto matrimo-
21 nio. l. ſi marito. §. cùm patri. † Item debita contracta iuſſu
mei patris, inter quæ computantur & munera ſuſcepta, vel
viuo patre, vel poſt mortem: dum tamen ipſe pater conſenſe-
rit, vel quæ verſa ſunt in rem eius, vel pro quibus tenebatur
de peculio, veniunt præcipienda quatenus iuſſum, & quate-
nus verſum erat, quatenus de peculio agi poterat. Sed & ſi fi-
lius cõueniatur à creditoribus, poſtulabit ſibi actiones cedi.
Hinc eſt, quòd ſi filius cùm patrem defenderet condemnatus
ſoluerit, vel viuo eo, vel poſt mortem, datur hæc actio vtilis
in his omnibus dotibus & debitis: quia non ſunt hæc facta à
me poſtquam extiti hæres, vel non ſunt facta à me vt ab hæ-
rede: & ideo ceſſat directa: vt ff. eod. l. & puto. §. penultimo,
& l. his conſequenter. §. Celſus. & l. ſi vni. §. idem ſcribit. & §.
Neratius. & l. qui erat. & l. hæredes. §. penultimo. Et poſſunt
22 hęc comprehendi ſuper perſonalibus pręſtationibus. † Con-
ſtat enim hoc iudicium ex rebus, & perſonalibus præſtatio-

23 nibus: vt ff. eodem. l. item Labeo. §. penultimo. † Sunt & aliæ perſonales præſtationes: vt damna data ab vno hęredum, quæ in ſimplum, non in duplum æſtimantur per hanc actionem etiam contra inficiantem. Hinc eſt, quod ſi vni hæredum ſerui optio generaliter legetur, & ei alij hæredes interdicant ne optet Stichum: quia dicunt eum tabulas hæreditarias deleuiſſe: Optanti obſtabit exceptio doli. ſi vendicet ſeruum: & poterunt cohæredes quæſtionem de ſeruo habere, ſed ſi non cohæres meus, ſed communis ſeruus ex hæreditaria cauſa damnum dederit mihi in re mea propria, agam contra hæredem famil. ercisc. vt aut mihi ſeruus adiudicetur, aut damnum reſtituatur in ſimplum: vt ff. eo. l. & puto. §. vlt. & l. damno. & l. his conſequenter. Sed & perſonaliter agitur pro eo quod cohæres meus non conſentit mihi optare ſeruum relictum in genere defuncto, vel non cõſentit dare ſeruum quẽ eliquit teſtato: vt darẽt, quẽ eligerẽt hæredes eius. Item pro eo quòd cũ ante alios adiiſſet, paſſus eſt amitti ſeruitutes non vtendo: vt
24 ff. eo. l. hæredes. §. ſi incerto. Item † perſonaliter ago * contra
e hæredes pro ſumptibus quos feci in res hęreditarias, & veniũt vſuræ à tempore morę: vt ff. eo. l. his conſequenter. §. ſumptus. Diſtingue tamẽ, potuit ſumptus fieri pro parte, & commodè, an non: vt in primo caſu agitur nego. geſt. in ſecundo autem familiæ erciſcun. Nec diſtingo agat is, qui fecit ſumptum, an conueniatur: vt ff. eod. l. hæredes. §. vnus. & §. non tantùm. & communi diuid. l. ſi quis. §. ſiue. & j. eodem. l. in familiæ. Nec obſtat quod legitur. ſ. de nego. geſt. l. ſiue. quia ibi non poterat agi. famil. erciſcun. vel communi diuid. cum res deſierit eſſe communis: vt ff. communi diui. l. j. Amplius & agitur hoc iudicio: vt ſi ſeruus ſecundum voluntatem teſtatoris exportandus vendatur. Item vt cohæres faciat monumẽtum, prout pręcepit teſtator: vbi & pręſcriptis verbis agi poteſt, ſed & poteſt agi vt cohæres creditoribus ſoluat. Quæſtiones aut necati teſtatoris, aut necatæ vxoris, aut prolis nõ veniunt in hoc iudicium: ſicut nec liberti, nec ſepulchra, nec damna data à ſeruo vnius hæredis, niſi culpa eius id fiat: ſed nec debitor hæreditarius hac actione tenetur: licet teneatur hæreditatis petitione. Quædam enim veniunt in illam, quæ non veniunt in iſtam: vt ff. eod. l. his conſequenter. §. ſed an. & §. ſed cùm. & §. Celſus. & l. quędam mulier. & l. fundum mihi in fi. & l. ſi quid.
25 §. dolus. & l. fundus, qui. §. vl. † Item perſonaliter ago contra cohęredem meum pro culpa, ſi talem diligentiam non præſtiterit, qualem nunc præſtat in rebus ſuis. vt ff. eod. l. hæredes. §. non tantùm. Sed in actione pro ſocio conſideratur qualem diligentiam cõſueuerit adhibere in rebus ſuis: vt ff. pro ſocio. l. ſocius ſocio. Videtur igitur, quòd qui habet mecũ rem communem, tenetur, vt depoſitarius. poteſt tamẽ dici contra: quia licet ſit neceſſe depoſitarium ad minus teneri ad tantam diligentiam, quantam adhibet in rebus ſuis, non tamen ſufficit ſi lata poteſt ei imputari culpa, eò quòd non ſit diligens ad eum modum quem hominum natura deſiderat: vt ff. depoſi. l. quòd
26 Nerua. Item perſonaliter † poteſt agi pro fructibus reſtituendis, quos vnus hæres percepit ex re hæreditaria: vt ff. eod. l. item ex diuerſo. quod intelligo, ſi percepit ſciens ſe cohæredem habere: alioquin cùm bonæ fidei ſit poſſeſſor, non tenetur de conſumptis: vt ff. eodem. l. inter. §. fructus. vel (quod eſt verius) non teneretur de conſumptis directo. quia non fecit vt cohęres: teneretur tamen vtili, inquantum locupletior factus eſt de conſumptis, ſicut & teneretur hæreditatis petitione, quæ imitatur naturam huius actionis. Aliud autem eſſet in rei vendicatione: vt diximus ſuprà, de hæreditatis petitio. & dę rei vendicatio. poſt litem autem conteſtatam, vel motam controuerſiam tenetur cohęres de fructibus, ſiue fiat, ſiue non fiat locupletior: vt Inſtitu. de offic. iudic. §. alloꝛum autem.
27 Item perſonaliter † ago contra cohæredem meum, vt communicet mihi commodum victoriæ ſi expertus eſt contra debitorem hæreditatis: tunc cùm nondum natus eram, vel nondum extiterat conditio meæ inſtitutionis, vel etiam eram in captiuitate: vt non poſſit mihi imputari ſilentium, vel debebit mihi facere poteſtatem experiundi, ſcilicet, cedendo actionem vt dicunt, vel vt ego, repræſentando debitorem, qui ſit ſoluendo. Item trado regulam quòd pro omni perſonali præſtatione poteſt agi ad cautionem: vt ff. eodem. l. ſi. hære-
28 des. & l. item ex diuerſo. † Poteſt autem hæc actio intentari inter omnes hęredes, vel inter quoſdam tantùm, etiam pauciores, gratia perſonalium pręſtationum, non autem gratia diuiſionis: vt infrà eodem. l. cohæredibus. & ff. eodem. l. ſecunda. §. penultimo. Vel dic etiam gratia diuiſionis, ſed in præiudicium præſentium tantùm. Inter eos autem qui non ſunt hæredes non habet locum hæc actio, licet iudicium poſſit ordinari: vt ff. eodem. l. cùm putarem. Quòd enim dicit nullum eſſe iudicium niſi inter cohæredes, expone, id eſt, nulla eſt actio: cum tamen & ordinario iudicio & lata ſententia
29 tenet, & ſoluti ceſſat repetitio: vt ibi dicitur. † Si autem acciperetur iudicium familiæ erciſcundę, inter omnes vel quoſdam: vt dictum eſt, & diſtinctum eſt, & in alicuius eorum perſona omitteretur condemnatio, vel abſolutio, non teneret ſententia: vt ff. eodem. l. in hoc. Quod poteſt fortè intelligi in eodem caſu: vt ſi tibi rem adiudicauit, te autem mihi in æſtimationem non condemnauit. Secus ſi in vno capitulo expleto de aliis nil diceret, & hoc ea ratione: quia tot ſunt ſententiæ quot capitula ſunt expreſſa in ea, ſicut & in ſtipulatione: vt ff. de verborum obligatione. l. quod dicitur: vnde non debet vnam ſententiam vitiare, quod non adiectum. nam & de vna re poteſt accipi hoc iudicium: & poſſunt quædam in-
30 diuiſa relinqui: vt ff. eodem. l. ſi filia. §. familiæ. † Agit f au-
f tem hæres contra cohæredem hac actione, non diſtincto eo, vtrum is, qui conuenitur poſſideat, vel non: vt ff. eodem l. hæres. §. quantum. ſed in eius perſona qui agit familiæ erciſcundæ diſtinguitur vtrum poſſideat, vel non. Nam ſi poſſideat, licet ab alio negetur cohæres, agit familiæ erciſcundæ, & oportebit eum probare ſe cohæredem eſſe: alioquin nihil oportet ei adiudicari, neque aduerſarius eſt ei condemnandus: vt ff. eodem. l. prima. & l. fundus. §. vltimo. Si tamen mihi poneres, quòd qui negat me cohæredem cùm poſſideam, & agam familiæ erciſcundæ. quia in præiudicium dicat ſe petiturum hæreditatem, & bona fide iudex perpendat eum hoc facere, fortè differtur actio familiæ erciſcundæ. quia in præiudicium futuri iudicij petitionis hæreditatis nihil faciendum eſt. Facilius tamen auditur, qui ſe ab alio dicit cõueniendum hęreditatis petitione, quàm ſi ipſe dicat ſe alium conuenturum: vt ff. de hæreditatis petitione. l. ſi quis libertatem. Eſt autem iudicis officium in hac actione: vt diuidat res hæreditarias. Et vt faciat de euictione caueri iis, quibus adiudicat: vt ff. eodem. l. hęredes. §. in familiæ. Nec aliter poteſt agi de euictione ſecundum quoſdam. argu. ff. de legat. l. §. ſi domus. §. j. & de action. empt. l. Iulianus. §. idem Celſus. Vel (quod ibi dicit) cautio eſt neceſſaria: vt ſit actio ex ſtipulatu: verum eſt, quia aliter non poteſt agi ex ſtipulatione pro relegata euicta, niſi cautio fiat: agetur tamẽ ex priſtina, vel actione ex teſtamẽto, vel præſcriptis verbis: vt in hoc caſu. & infrà communia vtriuſque iuris. l. ſi fratres. In l. Iulianus, de actionibus empt. notatur ratio, quare non agatur: quia ex neceſſitate ille qui partem ſuam vendidit, aliam partem accepit, & ex neceſſitate
31 eam ſuo emptori præſtat. † Pro rebus autem à patre diuiſis non agitur de euictione: vt ff. de legatis ſecundo. cùm pater. §.
32 euictis. Fit autem † adiudicatio, cùm res communis diuidi non poteſt. vel non commodè: vt Inſtitu. de officio iudicis. §. ſi familiæ. & ff. eodem. l. antepenultima. Eſt autem adiudicatio facienda cum ſubtilitate quadam: vt ecce, iudex videt mihi poſſe adiudicari domum & propter adiudicationem videt me tibi condemnandum in quinque. Item videt tibi adiudicari poſſe vineam, & te mihi propter hoc condemnandum in decem: ergo in quinque admiſſa compenſatione, in reliquis quinque tantùm mihi condemnaberis: vt ff. eodem. l. Mæuius, qui. §. penultimo. Et in adiudicatione cùm iudex æſtimat partem vnius, debet eam æſtimare cum re tota non per ſe: quia minoris fieret æſtimatio: vt ff. eodem. l. Næuius. §. vltimo. Item (quod notabile eſt) adiudicare poteſt iudex vni proprietatem, alteri vſumfructum: vt ff. communi diuidundo. l. ſi quis
33 putans. §. penultimo. † Et autem hæc actio ciuilis, & duplex, quia in ea eſt vterque actor, & vterque reus ſecundum naturam actionis. Ex accidenti tamen imponitur onus actoris ei, qui primo prouocauit, vel ſi ambo ſimul prouocant, ſorte dirimitur res: vt ff. eodem. l. prima. in princi. & l. ſecunda.

§. in

§.in familiæ.& l.Inter.§.qui familiæ.& de iudiciis.l.in tribus
34 & l.ſed eum. Et † eſt in ea ſpeciale : vt non poſsit intentari, niſi ſemel, niſi id fiat cauſa cognita puta ratione ætatis : vt dicitur, argumen.eius quod legitur.ff.eodem.l.vltima. Et ſatis poteſt admitti quod dicunt, ſed non probatur per illam legem: vt minor volens reſtitui contra ſententiam iterum audiatur, vel etiam maior, ſi fortè per errorem quædam omiſit: nam ibi ſine iudice facta fuit diuiſio, vel etiam dic facta diuiſione, per iudicem agi iterum famil.erciſc. pro perſonalibus præſtationibus gratia diuerſarũ rerum faciendis: vt ff. eod.l.ſi ſeruus. & l. ſed; & eius.j. reſp.& communi diui.l. in ſumma. Pro his autem quæ non fiunt pro rebus diuiſis agitur in factum: vt ff.de relig.& ſumptib. funer. l. at ſi quis. §. Labeo. Si quæras, quare hæc actio ſemel tantùm intentatur, reſpondeo quia vniuerſalis eſt hæc actio ex ſui natura & effectu. Nam pro re vna, vel pro quibuſdam intentari non poteſt : ſic vt eadem actio integra remaneat in reliquis: intentatur tamen pro vna re, vt de hac ipſa teneat iudicium, & de reliquis agatur communi diuidundo. vt ſuprà dictum eſt. & dicitur ff.eodem. l.fundus mihi. Cùm ergo ſemel ſit dictatum, non intentatur poſtea. Nam nec pro his quæ remanſerunt poteſt agi, nec pro primis : quia ſemel diuiſa ſunt, vel adiudicata : at hæreditatis petitio, natura eſt vniuerſalis actio, licet non effectu ſemper: quia & pro vna re intenditur : & ideo pluries intenditur. Si autem ſit actum primò familiæ erciſcundæ. & poſtea pro quibuſdam indiuiſis agere velit communi diuidundo poteſt: quia pro iſtis ſpecialiter non potuit agi. famil. erciſc. Et licet pro his, & aliis actum fuerit vniuerſaliter, non tamen proſecutus eſt efficaciter actione famil.erciſc.in iſtis: vnde non obſtat exceptio ſi agatur communi diuid. vt ſuprà de iudiciis.l.licet. In
35 tem eſt hæc actio, & in perſonam gratia perſonalium præſtationum, vt dictum eſt: vt inſtit.de act.§.quædam. Perpetua eſt, id eſt, vſque ad xxx.annos extenditur : vt j. de ann. except.l. prima. Et vniuerſalis eſt hæc actio: vt dictum eſt. Et bonæ fidei eſt : vt Inſtitut.de act. §. actionum. Et ex quaſi contractu eſt: vt Inſtitut.de obligat.quæ ex quaſi contractu.§.item ſi. Et
g ideo ei currit præſcriptio [g] ex quo cœpit poſſe intentari, ad diuiſionem faciendam: vt infrà de ann.except.l.j. Sed domino Marti.videbatur eam naſci ex voluntate. arg. ff.eod. l. prima. Et dicebat ei non currere præſcriptionem. donec poſsident cohæredes. Idémque dicebat in actione communi diui. Et pro eo poteſt induci quod dicitur pactum fieri non poſſe, ne vnquam diuidatur res: vt ff. communi diuid.l.in hoc. §. ſi conuenit. Sed certè hic plus operatur præſcriptio legis, quàm pactum, & econtra: quandoque plus operatur pactum, quàm legis præſcriptio: vt ff. quemadmo.ſeruit.amit. l.nam ſatis. §.ſed ſi is. nec præſcribitur amiſſione dominij, vel poſſeſsionis, ſed ne diuidantur res.

ANNOTATIONES.

a Hæc actio. Vide ad huius materiam Specu.in tit.de iudic.§.ſequitur. ver.de diuiſione.docto.in l.ij.C.communi diuid.do.Iaſ.de May. præcipuè in §.quædam.num.j nume.iiij.cum plurib.num.ſequen.à char. lxxvij.vſque ad char.xci.inſtit.de actio.vbi in actione famil.erciſcun. dicit quicquid neceſſarium & expediens eſt.

b Hæredibus. Vide Car.Flo.in conſilio trigeſimoſeptimo.

c Abſurdum. Vide Ludo.rom.ſing.cccclxxxiiii.

d Actione ſerui. De iſta actione vide latè per Specu.in tit.de ſeruis non ordin.verſic.ſed & frui.doct.in l.prima.de ſerui.fugi. & in l.ſtipulatio iſta.§.hoc quoque.ff.de ver.obli.vbi multa pulchra ad materiã habes.

e Ago. Adde quod iſtud iudicium famil. erciſc. non datur poſſeſſori, ſi non negetur cohæres.l.i.eo.tit.& in l.cohæredes.§ quantum.ff.eo.tit.

f Agit. Adde quòd etiam acti.famil.erciſc.datur ei qui non poſsidet.l. prima.§.quicquid.famil.erciſc. ſed an pro rebus non poſſeſsis quando nenter poſsidet Bald.in l.non epiſtolis.C.de probatio.

g Præſcriptio. Adde ſolennem glo.& doct.in l.prima. ff. hoc.eod.tit.& doct.in l.prima.§.ad hæc.C.de anna.exceptio.alle.in text.in l.ſi.C.ſin. reg.ad materiam autem vide do.Iaſ.de May. in §. pœnales.nume.122. cum pluri.num.ſeq.ca.62.63.inſtit.de actio. vbi multa colliges.

LEX VI.

1 *Nomina pro portionibus diuidi.*
2 *Diuiſionum genera.*

EA, QVÆ. Quid eſt quod dicit in nomini-
1 bus, nónne eadem ratio eſt in quibuſlibet † rebus corporalibus? nam & ipſarum dominium vnumquenque hæredum contingit pro hæreditaria portione? Reſponde non eſt eadem: quia res corporales etſi ipſo iure ſint diuiſæ, tamen per hominem aliter diuidi poſ-
2 ſunt, † ſcilicet vt loco intellectualis diuiſionis, fiat quædam quæ oculis ſubiiciatur; at in nominibus non poteſt taliter per hominem fieri diuiſio : licet totius nominis fieri poſsit aſsignatio. Sed & facta aſsignatione ſemper tamen actiones remanent penes eum, qui mandat eas, adeò oſsibus eius inhærent: vt ff.pro ſo.l.iij.

LEX XX.

1 *Venditum à ſocio non vendicari.*
2 *Pretium venditi à cohærede petendum,*
3 *Cohærede vendente, quæ actio competat.*
4 *Vendita à cohærede vendicanda.*

IN FAMILIÆ. Iure communi cùm quis eam.
1 qui eius pro parte dominus eſt vendit, † diſtingue vtrùm ſit communis ex ſocietate, an non. Si ex ſocietate, & vnus ex ſociis vendat eam quæ ad emendum, vendendúmve aliorum voluntate, vel mutua vice deſtinati ſunt, pretium tantùm rei per actionem pro ſocio petitur: nec res vendicari poteſt, quia (vt dictum eſt) quiſque alterius voluntate diſtrahere videtur. quod enim dicitur ff. pro ſoc.l. nemo ex ſociis. intelligo cùm id facit prohibentibus cæteris, vel inuitis. Si verò non eſt ex ſocietate, aut eſt ex hæreditaria
2 cauſa, aut aliunde. Si ex hæreditaria cauſa: ſiquidem † vendidit vt communem, ac per hoc veriſimile eſt quòd alterum confiteatur cohæredem: agitur ad pretium famil.erciſc.actione : ſi tamen pro parte non potuit, vel non commodè potuit fieri venditio: vt ff.eodem, l.hæredes.§. idem eſt, & ſi vnus. & communi diui.l. ſi quis putans.§. ſiue. & hoc ſiue mandatum intercedat, ſiue non. Hæc enim actio ſecum aliam admittit: vt
3 ff.eod.l.& puto.§.ſed & ſi dolo. Si verò † pro parte potuit expediri venditio, agitur actione nego. geſt. vel mandati, ſi mandaui de vendendo, nec agitur communi diuidundo, ſicut nec famil.erciſc. quia pro parte commode potuit expediri: vt ff. communi di.l. ſi quis putans. §. ſiue. & in. l. iſta dicitur. j. reſpon. Si autem vendidit vt propriam, ac per hoc veriſimile eſt quòd me diffiteatur cohæredem : proponam ad pretium actionem peti. hæ. vt in hac l.ij. reſponſo. Veriſimile autem ideo dixi, quia poteſt eſſe, quòd vendidit vt propriam, & tamen confiteatur me cohæredem eſſe. & ſic non agetur ad pretium famil.erciſc. quia quod non ſuo nomine geſtum eſt, ratum habere non poteſt: vt j. dicemus. Item ſi vẽdidit vt communem, & diffitetur me cohæredem : & hic agam petitione hære. Vbi autem communis eſt ex alia cauſa non hæreditaria: ſiquidem meo & tuo nomine vendas, nec tamen ego mandaui poſſum agere pro pretio, ſed actione neg. geſt. ratum habendo. Si verò tuo nomine tantùm, non agam ad pretium contra te: niſi in ſubſidium. quod dic vt notauimus ſ. de rei vendi. l.mater.j.reſponſo. & §. ſi autem. Illud in omnibus verum eſt, quòd mandato interueniente, agi poteſt mandati. Illud
4 quoque in omnibus verum eſt, † quòd rem meam ſemper poſſum vendicare: niſi voluntas mea præcedat, vel ſequatur alienationem, vel niſi venditum ſit à fiſco: vt j. de com.rer.alien. l.ij. vel niſi cohæres, qui ſe ſolum putabat hæredem, vendiderit. nam quia bonæ fidei poſſeſſor eſt, Senatus noluit affici damno, vnde res dicitur non poſſe vendicari: vt ff.de petitione hæred.l.ſed & ſi.§.item ſi rem. niſi in caſibus: vt eodem, titu.l. etiam.§.j.

LEX XXIIII.

1 *L. filium, quem. falſi ſpecies.*
2 *L. filium, quem, ſenſus, & nu. 3.*

4 *Quartam ex re vna ſolùm detrahi ex mente teſtantis, & cur. & num. 8.*
5 *Quarta quid imputetur, & num. 6. 7. & 9.*
10 *Quarta ſufficiente, pecunia compenſandum.*
11 *Donatio falcidia imputandum.*

• FILIVM.* Quem habentem. Lex iſta magis
eſt fama difficilis, quàm re. Caſus enim ita poſitus
eſt antiquitus: & ſatis bene poteſt ita poni. Qui-
1 dam † habebat in bonis octingenta: filios qua-
tuor. Sic pater, quod hæreditaria portio ſingulorum filiorum
ab inteſtato, erant cc. vni ex his filiis pater ad ſuſtentationem
ſui fundum valentem, pone xl. conceſſit in peculium. cōdidit
hic pater teſtamentum, & filios omnes & ſolos æqualiter ſcri-
pſit hæredes. Præterea filium cui in peculium fundum conceſ-
ſerat, per fideicommiſſum rogauit vt ſi nauis ex Aſia veniret,
portionem ſuam ſuis fratribus reſtitueret, & cohæredibus.
Item quibuſdam aliis reſtitueret. ſi illi darent ei, pone xx. ſci-
licet ſui cohæredes. Sicq; pater deceſſit: poſt mortem extitit
conditio: vendicat ſibi locum fideicōmiſſaria ſubſtitutio, quæ-
ſitur de reſtitutione fideicommiſſi, in quantum, vel qualiter ſit
facienda? & reſpondet Imperator reſtitutionē eſſe faciendam
retenta quarta. Quod intelligo ex Trebel. Senatuſconſulto,
cùm de vniuerſitate reſtituenda hic fuerit rogatus. Vnde locū
habet Trebel. vt ff. ad Treb. l. cogi. §. & generaliter. licet qui-
dam dixerint q̀ loquitur hic de quarta debita iure inſtitutio-
nis: quod non placet: quia in ſingularibus tantū relictis locum
habet. Item non loquitur de quarta debita iure naturæ: quia
illa tantum ex ſubſtantia defuncti ſoluenda eſt. nec imputaret
quòd à cohæredibus extrinſecus, non ex ſubſtantia defuncti
acceperit: vt C. de inoff. teſt. l. ſcimus §. ſancimus. Hic autem ali-
3 ter dicit, ſtatuit enim in † prædictam quartā imputari: pri-
a mò, quòd iure hæreditario habet in fundo: ſecūdo loco quod
eſt à cohæredibus ſibi relictum. Pone, quòd fundus valet. xl.
Sua ergo hæreditaria portio ſunt. x & accipit à cohæredibus
xx. ſic habet xxx. Adhuc deſunt ei xx. ad quartam haben-
dam. Illa autem xx. ſtatuit imperator, quòd in eodem fundo
ſoluantur: & ita quòd in fundo habet ſ. quartam, id eſt, vnam
3 decimam. item cætera omnia reſtituat. † Si quæras, quid fa-
cit lex iſta ad titulum? Reſpond. Ioan. quia fit hæc reſtitutio
per actionem famil. erciſcundæ, ne nil ad titulum facere videa-
tur. Sed quæritur, quare in hoc fundo tantum quartam ſuam
deducat, cùm in ſingulis ex Treb. debeat detrahere quartam,
licet ſecus ſit in legata parte bonorum: vt inſtitu. de fideicom.
hær. §. altero verò. & ff. de legatis primo. l. non amplius. §. cum
4 bonorum? Ad hoc reſponſum † eſt antiquitus, quòd Impera-
tor ſtatuit hoc ex ea tacita patris voluntate, præſumpto eo
quòd ei in vita conceſſerat in peculium hunc fundum. Vnde
veriſimile videbatur, quòd etiam poſt mortem ſuam eundem
fundum non diminutum vſquequo quarta porrigitur in pa-
trimonio haberet, aliud reſtitueret in teſtamento, vt dixit.
Alij, & aliter reſponderunt hoc ideo eſſe, quia vnum contra
eum ſpeciale inducitur, ſcilicet, quia computat in quartam
quod accepit à cohæredibus. Nam extra quartam id eſſe de-
5 bet, † quod à cohærede percipitur: vt ff. ad l. falcid. l. in quar-
tam. quod omnino falſum eſt in primis: quia ſi à cohærede ac-
cipiat pecuniam hæreditariam, totam in quartam ſibi com-
putat: quaſi totam iure ſuo, id eſt, hæreditario capiat: vt ff. de
legat. ij. l. cum pater. §. reſp. Item ſi corpus non hæreditarium.
Idem ſi hæreditarium pro ſua parte tantum: hic autem non di-
citur, quòd eſſet hæreditarium: tunc enim quod dicunt verum
eſſet, ſicut ait prædicta l. in quartam ibi, pro ea verò parte, &c.
& eſt ratio fortè, quia eadem rem & iure hæreditario, & iure
legati non debent imputare: vnde ex eo ſuo arbitrio inducunt
ſpeciale. hæc tamen ratio non valet, quia litera ꝫ. dicit hæredi-
taria parte prædij, &c. vnde patet, quod hæreditarium erat.
Item ſecundò ea ratione falſum eſt quod dicunt: quia in caſu
propoſito. i. vbi à me meo cohæredi, & à meo cohærede nihil
relinquitur, quod ego ab eo accipio ſi tantum facit quantū id
quod vice falcidiæ deducere deſidero, imputo mihi in quartā
iure reſtitutionis debitam: in qua alias regulariter ea ſola im-
putātur, quæ iure habet: vt ff. ad l. Fal. Neſennius. Multo ergo
6 † magis in hac quarta, in qua etiam legata computantur: vt
in prædicta l. in quartam. Sed poteſt & alio modo quæſtioni
reſponderi vt dicamus, Soluitur à cæteris in eodem fundo,
ſcilicet omnibus conſentientibus, id eſt, & hic filio, & illis fi-
deicommiſſariis: & ita ſoluitur volenti, & à volentibus. Vel
fit tranſpoſitione literæ, vt dicas ſoluitur à cæteris, ſcilicet
ſingulis facta detractione vt dictum eſt fieri debere, & ſequi-
tur, ſcilicet quartam habens, ſcilicet in eo fundo reſtituere
compellitur: vt ſumas illa verba, in eo fundo, quæ prætermi-
ſiſti, & ita planum eſt. Poteſt etiam fieri ſecunda quæſtio ſi-
milis primæ valde, ſcilicet quare totam hæreditariam partem
prædij computat in quartam. Non enim computare deberet:
niſi quartā quartæ: quia ſicut de cæteris rebus, quæ iure hæ-
7 reditario habet, quartam detrahit, † ita & quartæ quam in
fundo habet. Sic enim poſuimus, quod quatuor erāt fratres,
quartam debet detrahere? Reſpondeo, hic ſatis poteſt dari
antiqua reſponſio quæ facta eſt in j. q. ſed non placet: quia ita
dicere, voluit teſtator, vltimum miſerorum refugium eſt. Præ-
terea ſi verum eſſet quod dicunt, Imperator dixiſſet imputari
in quartam quod accepit à cohæredibus: & de reſiduo quar-
tæ ſi deeſſet, ſatisfieri in fundo non deberet de hæreditaria
parte ſimpliciter. Sed placet vt dicam, ſecundum Io. ideo to-
tam portionem hæreditariam computari in quartam: quia
ego dico, quòd hic fundus fuit iſti prælegatus, & contra vo-
luntatem defuncti inducitur quarta. Cæterum, ſi defunctus
cauiſſet, vt quartam retineret, totum quidem prædium vice
prælegationum haberet, ſed non imputaret in quartam: niſi
quartam ſuæ hæreditariæ portionis, ſcilicet quartæ, hoc eſt,
vnam vnciam minus quarta ipſius parte: vel ſi eſſent tres fra-
tres tantum, imputaret vnciam vnam integram, quæ eſt duo-
decima pars prædij: vt apertè dicitur ff. ad l. Falci. l. Tria. Sed
huic lecturæ videtur aduerſari quod poſtea ſequitur, & ſi
quid deeſt in ſupplementum deducto, quod à cæteris in eo
fundo ſoluetur. Si enim verum eſt fundum prælegatum, vt di-
ximus, ergo hæreditaria portio tantum computatur in quar-
tam: non etiam ſi quid adhuc deeſt in eodem fundo ſoluen-
dum eſt, quia (vt dictum eſt) extra quartam deeſt quod à co-
8 hærede percipitur: vt ff. ad l. fal. l. in quartā. Ad hoc † reſpon-
det Io. B. dicens, quòd illi extranei iuſſi erant aliquid huic fi-
lio dare, & hic filius fundum ſibi prælegatum à cohæredibus
viſus erat eis præſtare. Sic ergo (vt dictum eſt) computat hæ-
reditariam partem prædij in quartam. Item quod accepit à
cohæredibus. Item quod accepit ab extraneis in eo fundo, id
eſt, pro eo fundo quem habebat in peculio, eis reſtituendo.
Non enim ſic eſt intelligendum, vt in eo fundo aliquid am-
plius hæreditaria portione ſibi computare debeat. Et ideo
etiam callide ponitur in litera, a cæteris quaſi dicat ab ex-
traneis. Sed mihi videtur, quòd multò leuius poſſunt cuncta
procedere, & ſine diuinatione: vt dicam, quòd hic habebat
fundum ſibi à patre collatum, tanquam ex teſtamento, vel
conferendo in hunc filium vltimum arbitrium. Vnde venit
in hoc iudicium famil. erciſc. percipiendum: vt ſ. eod. l. filiæ. Et
9 bene dico, † quòd tota hæreditaria portio cōputatur in fal-
cidia, quia vice prælegationis habetur talis donatio. Nam &
de eadem detrahitur falcidia: vt diximus. ꝫ. ad l. fal. in ſumma.
& quia contra voluntatem defuncti detrahit: vt ſ. dictum eſt.
ſecus verò eſſet ſecūdum voluntatem, vt dictum eſt per illam
l. Titia. ad l. falcid. nam & lex illa loquitur de quarta Treb.
Quod autem dicit, & ſi quid &c. non ideo dicit vt de fundo
plus hæreditaria parte computet in quartam: ſed vt quaſi re-
petat, quod dedit, quaſi dicat, hæreditaria parte prædij in
quartæ ratione detenta, compenſato præterea quod à cohæ-
redibus vice mutua percepit. & ita dictū eſt, deducto in ſup-
plementum ſi quid deeſt deeſt: quod ſupplementum ſoluitur
à cæteris in eo fundo, ſcilicet quia pro parte hæreditaria com
putatur in quartam. Si verò quæras, quid, ſi nec ſufficiāt illa?
Reſpō. fiet de ſingulis (vt debet fieri) detractio. Vel quod ve-
riſsimum eſt, dicas quòd præter portionem hæreditariā, alias
partes quas habet vice legati à cohæredibus, cōputet in quar-
tam: oppoſita ſibi doli exceptione: vt ff. ad l. Fal. l. Neſennius.
Si mihi opponitur de eo, quod in eodem tēpore dicitur, in l. in
quartā. ff. ad l. Fal. extra quartam, id eſt, quod à cohærede per-
cipitur

cipitur, reſponde illud eſſe verum, quando alij rogatus eſt re-
ſtituere portionem hæreditatis, putà extraneo, & ab alio, id
eſt, à cohærede prælegatum eſt corpus hæreditarium: ſed vbi
prælegatum eſt rogato ab eis, quibus reſtituit. ſeruatur quod
10 dictum eſt. † Item ſciendum eſt, quod vbi hæreditaria por-
tio ſufficit ad quartam: putà, quòd prædia prælegata ſunt ma-
ioris pretij, quàm portio hæreditatis, & reſtituere falcidiam
poteſt in eo quod iure legati habet, ſed concurrentem pecu-
niam placuit compenſari: vt ff. ad Treb. l. deducta. §. nummis.
Si verò quæras, an & prælegationes incidant in fideicommiſ-
ſum. Reſpondeo diſtinguendum eſſe, quod dic vt notauimus
ff. fideicom. libel. l. cum virum. Item ſi quæras, quæ imputētur
in falcidiam Treb. vel quartam inſtitutionis iure debitam, dic
vt notauimus in ſumma in inſt. de fideic. hęr. & in ſumma C. ad
l. falc. Sed mihi opponi poteſt, quod prędicta pro nulla parte
11 debent imputari † in quartam: quia nó habet vt hæres. Nam
& ſi non hæres eſſet: tamen ea haberet, & confirmarētur mor-
te. Reſpon idem dicere poſſet quis in prælegatis: vt ff. de leg. j.
l. qui filiabus. in fi. & l. proxi. Eſt ergo illa ratio: quia cum pa-
ter donationem, vel legatum totum poſſet adimere inſtituen-
do eum ſi adeat, videtur eum oneraſſe in hoc, vt hæreditariam
partem prælegatæ rei, vel quartam hæreditariæ computet.

ANNOTATIO.

a Quartam. Vide Bald. notabili eius conſil. clxxxviii. in primo volum.

Communi diuidundo. *Rubrica.*

1 *Actio communi diuidundo directa quibus detur.*
2 *Actio vtilis communi diuidundo quibus competat.*
3 *Actio communi diuidundo quibus denegetur.*
4 *Actio communi diui. ad quid detur, & 9. & 12.*
Actio pro ſocio qui differat ab actione communi diuidundo.
5 *Pactum, ne res communis diuidatur intra certum tempus, va-
lere: non tamen valet pactum, ne vnquàm diuidatur.*
6 *Pacta dominorum circa res communes an, & quando valeant,
& ad quid.*
7 *Actionem communi diuidundo quandoque ceſſare.*
8 *Iudicis partes in actione communi diuidundo.*
9 *Sumptus facti in rem communem qua actione repetantur, & à
quo. & num. 11.*
10 *Sumptus facti ante quàm res eſſet communis an veniant in
actione communi diuidundo.*
11 *Actionem communi diuidundo ad quid competere.*
12 *Actio cuiuſmodi competat pro perceptis ex re communi, vel
ob rem communem.*
13 *Socius ædificans aut aliquid faciens in re communi inuito ſo-
cio, quando, & quatenus ex eo facto teneatur.*
14 *Actio communi diuidundo qualis ſit.*

POST tractatum actionis familiæ erciſcundæ,
quæ (vt diximus) pro hæreditate diuidenda pro-
ponitur, ponit de actione communi diuidundo. in
quam corporalia, non item incorporalia, ſicut in
ſuperiorem, veniunt. Item nec in iſtam venit vniuerſitas. ſed
res ſingulares tantùm veniunt: vt ff. eo. l. per hoc. Videndum
ergo inter quos locum habeat hæc actio directò, vel vtiliter,
& inter quos ceſſet, quid veniat in eam, & qualis ſit actio.
1 † Datur autem hæc actio directa eis, qui alicuius rei corpo-
ralis dominium habent pro indiuiſo, directò ſcilicet, vt ff. eo. l.
per hoc. Nec diſtinguitur, ex qua cauſa dominium habent di-
rectū: vt ff. eo. l. ij. adeò vt etiam ſi ex hæreditaria cauſa domi-
nium habeant, nihilominùs agere poſſunt communi diui. pro
rebus ſingularibus communibus, & hęreditariis. Nec diſtin-
guo egerint priùs actione fami. erciſ. vel nó: vt ff. fa. erciſ. l. in-
ter cohæredes. j. reſp. Nec obſtat quod legitur. ff. pro ſoc. l. pro
ſocio. l. quibus. quia inter cohæredes verum eſt agi poſſe fami.
erciſc. Nec enim ideo minus agitur communi diui. ſed inter nó
2 cohæredes agitur communi diui. tantùm. † Vtilis autem a-
a ctio datur inter eos, qui non habent dominium, a ſed quaſi do
minium: vt inter eos, qui fundum conduxerunt ad non modi-
cum tempus. & tunc agitur, vt fiat adiudicatio rei vni eorum,
non vt fiat diuiſio regionibus, ne alioquin præſtatio vectiga-
lis confundatur: vt ff. eo. l. communi diui. Item & vtilis datur
his, qui rem à non domino emerunt bona fide: qui dominium
habent de iure prætorio: vt ff. de publicia. in rem act. l. j. Idē q;
eſt & ſi vtile habeant dominium de iure ciuili: vt ſi à non do-
mino qui iure ciuili vtili dominium habebat (erat enim em-
phyteuta) indebita res eſt eis ſoluta: vt ff. eo. l. communi diuid.
j. §. qui in rem. Vel (quod eſt verius) qui à domino acceperunt
in emphyteuſim. Superior enim de iure prætorio habet domi-
nium, niſi qui ſoluit indebitum iure ciuili erat dominus vt em-
phyteuta, vel ſimilis. Item ſi duo pignori rem acceperint, da-
tur eis hæc actio vtilis, vt non vero pretio æſtimetur pars, ſi
pluris valeat, quàm ſit debitum, ſed in tantum dūtaxat, quan-
tum pro ea parte debetur. Si verò res tanti valeat, vel minùs,
æſtimabitur vero pretio. Et ſi aſſignetur pignus vni ex credi-
toribus: licet debitori offerre: & quod ipſe prius debuit, &
quod ſoluit creditor concreditori ſuo. Idēmq; eſt & ſi is, qui
mecum habet rem communem, partem ſuam alij pignori de-
dit. Nam inter me, & creditorem ſocij mei, agi poteſt vtiliter:
vt fiat diuiſio, vel etiam adiudicatio mihi, vel ſibi: & ſiquidem
adiudicetur ſibi, ęſtimabitur pars mea vero pretio. Si verò mi-
hi videretur ſecundum prædicta, quòd æſtimetur pars ſua nó
vero pretio, ſed eo, quod ſibi debetur: ſicut & poteſt agi inter
creditores vtriuſque ſocij: vt ff. eo. l. communi diuid. §. ſi duo.
& §. inter eos. & §. vltimo. lex tamen dixit vero pretio æſti-
mari: vt j. eod. l. ij. Item & ſi duo ſunt fructuarij, vel vſuarij a-
gitur inter eos vtiliter. cur enim patiatur Prętor eos ad rixam
& arma procedere, quos poteſt ſua iuriſdictione componere,
per l. ſi vſusfructus legatus ſit. §. Sed ſi inter duos. ff. de vſufru.
Sic autem pronuntiabit iudex, vt vel regionibus eis vtifrui
permittat, vel licet vſumfructum vni ex illis, vel tertiæ perſo-
næ, vt hi penſiones percipiant, ſine controuerſia. Vel ſi res ſint
mobiles: etiam ſic poterit fieri diuiſio: vt inter eos conueniant.
Caueántque ſe per tempora fruituros, id eſt, apud ſingulos
mutua vice certo tempore ſit vſufructus, vel etiam vſus ſi in-
ter vſuarios agatur. Inter vſuarios etiam iudex poterit vſum
adiudicare vni, & ille alij condemnetur in pecunia: & licet is,
qui accepit pecuniam, videatur non vti, imò frui: & ita plus fa
cere, quàm debeat, tamen toleratur: quia hoc fit propter ne-
ceſſitatem: vt ff. eodem. l. communi diuidundo. §. cùm de vſu-
fructu. & ff. de vſufru. l. ſi vſusfructus legatus ſit. §. ſed ſi in-
ter duos. & l. item quamuis. §. primo. Item & qui miſſi ſunt in
poſſeſſionem prętoris authoritate, iure legatorum, vel rei ſer-
uandæ cauſa, vel ſi ſint duo, vel tres cuſtodiæ cauſa, vel iure
pignoris, habent vtilem actionem. Sed ſi ſecundum decretum
ſit interpoſitum, dabitur directa & ceſſabit vtilis: vt ff. eod. l.
communi diui. §. ſi duo. Nec in his omnibus diſtinguo poſſi-
deat vterque, an alter tantùm, vel neuter: vt ff. eod. l. penult. &
l. communis. §. cùm agere. Diſtinguo tamen, an is, qui conue-
nitur communi diuidundo confiteatur rem eſſe communem,
an neget. In primo caſu agitur hac actione. In ſecundo obſtat
exceptio, donec probatum ſit rem eſſe communem propoſita
rei vendicatione: vt ff. famil. erciſcun. l. j. & l. ſi quid. & de ex-
3 cept. l. fundum Titianum. † Ceſſat autem hæc actio b inter
b prædones. Item inter eos, qui precario poſſident. Item inter
eos qui poſſident clàm: quia clandeſtina poſſeſſio eſt iniuſta:
precaria verò quidem iuſta eſt, ſed non quæ pergat ad vigo-
rem huius iudicij: licet pergat ad vigorem iudicij, vti poſſide-
tis. Item & ſi vnus poſſeſſor ſit prædo, vel clādeſtinus, vel pre-
cario detinens: non prouocabit alium poſſeſſorem iuſtè, vel
iniuſtè, cum titulo, vel ſine titulo poſſidentem: vt ff. eodem. l.
communi diuidundo. §. inter prædones, & §. Iulianus. ff. vti
poſſ. l. ſi duo. Item colonus, vel depoſitarius, vel commodata-
rius non datur hæc actio: quia neque ciuilem, neque natura-
lem ſibi poſſeſſionem habent, ſed domino dicuntur naturali-
ter poſſidere: vt ff. eodem. l. communi diuid. §. neque. & inſtit.
4 de interdict. §. per eos. † Venit autem in hanc actionem ipſius
rei diuiſio, quæ communis eſt directò, vel vtiliter vt dictum
eſt: & ita differt ab actione pro ſocio: quia illa non ad diuiſio-
nem, ſed ad communicationem, & ad perſonales prętationes
pertinet: vt ff. eodem. l. j. & pro ſocio. l. ſi actum. & l. ſi quis ſo-

cietatem. Poſſunt tamen quidam excipi ne veniant: vt ff. eod.
5 l. in iudicium. Sed † & ſi inter ſocios conuenerit, ne res diui-
datur intra tempus, remouetur exceptione ille qui agit intra
tempus: ſi autem conuenit ne vnquàm diuidatur res, tale pa-
ctum non habet vires: vt ff. eod. l. in hoc iudicium. §. ſi conue-
niat. Et eſt hoc arg. pro opinione Mar. qui dicebat, ſocio poſ-
ſidenti rem communem cum ſocio, non currere præſcriptio-
6 nem. xxx. annorum in actione communi diui. In pactis † ta-
men dominorum circa res communes, lex tradit regulam: vt
valeant ſi fiant ſine dolo: vt ff. eo. l. iij. §. vltimo. Et dicunt qui-
dam eam valere, etiam ad actionem, ſi fiant durante commu-
nione, quaſi fiant incontinenti. Ego puto valere quantum ad
exceptionem tantum, non ad actionem: niſi interueniat ſtipu
latio, vel ſimile veſtimentum pacti: vt ff. de pact. l. diuiſionis. vt
ecce, trado rem communem ſocio, vt alternis annis, fructus
percipiamus: nam cõmuni diui. agi poteſt, & præſcriptis ver-
7 bis ex contractu innominato: vt ff. eod. l. ſi conuenerit. † Item
ceſſat quandoque hæc actio in re communi: ne occaſione eius
habeatur ratio etiam rei propriæ cuiuſque ſociorum: vt ecce,
veſtibulum habeo commune ad meas, & tuas proprias ædes.
iam ſi de veſtibulo cogar liceri, neceſſe etiam habeo totarum
pretium ædium facere: vt ff. eod. l. arbor. §. de veſtibulo com-
muni. Eſt autem veſtibulum locus ante oſtium vtriuſque do-
mus, per quam aditum habebant: & tectus erat locus, vt veſti-
mento tegitur homo. vel dicitur ab aue, id eſt, ſalutationibus
quæ fiebant ibidem ſtantibus. Idémque eſt & ſi per eundem
locum ducebamus aquam ad propria noſtra prædia. Nam il-
lius loci nomine per quem aquã ducimus, eadem ratione non
dabitur hæc actio. Si verò iter aquæ deberetur communi præ-
dio, veniret in hanc actionem: non per ſe, ſed gratia prædij
communis, ſi pro eo ageretur communi diuid. Et ita eſt intel-
ligendum, quod dicitur. ff. eod. l. arbor. §. vltimo. In cæteris
8 † autem rebus diuiſio, vel adiudicatio erit facienda, iudice ſe-
quente in primis id, in quo conſenſerint omnes ſocij: ſecundo
quòd omnibus, non vni tãtùm ſociorum vtiliſſimum eſt: nam
communis vtilitas eſt præferenda priuatæ: vt ff. eodem. l. iudi-
cem. & de re iudicata. l. ſi conuenerit. & pro ſocio. l. actione.
§. Labeo. Si ergo pro vna re agatur hac actione, veluti fundo,
& iſte fundus commodam recipiat diuiſionem, eius partes
ſingulis debet adiudicare: & ſi vnius pars prægrauari videbi-
tur, is inuicem certa pecunia alteri condemnandus eſt æſti-
mata re iuſto pretio: vt ff. eodem. l. item quamuis. §. vltimo.
Quòd ſi commodè diuidi non poſſit, veluti homo fortè, vel
mulus ſit de quo actum eſt: tunc totus vni adiudicandus eſt,
& is inuicem alteri certa pecunia eſt condemnandus: vt inſtit.
de officio iudicis. §. eadem. Si verò plurium rerum agatur hac
actione, & quaſdam res mihi, quaſdam tibi iudex viderit ad-
iudicandas, compenſatio inuicem pretij erit facienda. & is,
cui maioris pretij res obuenit, cæteris condemnabitur: vt
ſuprà diximus in actione familiæ erciſcun. In qua (ſicut & in
iſta) iudex vni proprietatem, alteri vſumfructum adiudicare
poteſt: vt ff. eodem. l. ſi quis putans. §. penultimo, ſed & ple-
rumque extraneus emptor in his adiudicationibus admitti-
tur ad licitationem, maximè ſi alter ex ſociis profiteatur ſe vi-
libus licitantem etiam ad iuſta pretia danda non ſufficere vin-
cere, id eſt, vt vincat ſua pecunia: vt j. eodem. l. ad officium ar-
bitri. & ff. familiæ erciſcun. l. Mæuius. §. arbiter. Agitur au-
tem hac actione inter omnes ſocios, vel inter quoſdam tãtùm,
quòd poteſt recipi cum determinatione, quã fecimus in ſum-
9 ma ſuperioris tituli, in illo §. poteſt. Item † venit in hanc a-
ctionem ratio ſumptuum factorum in re communi: ſi feci
ſumptus in rem communem nomine meo, & nomine ſocij.
adeò vt decipiar in perſona ſocij: quia feci eius nomine, qui
non erat ſocius, tenetur tamen verus ſocius: ſicut actio nego.
geſt. datur contra verum dominum, licet alterius putauerim
eſſe negotio. ſecus autem ſi nomine meo geſſi: quia neminem
mihi obligare volui: vt ff. eod. l. j. §. in hoc. & l. iiij. §. ſicut. & l.
ſi quis putans, primo reſponſo. & l. ſi is cùm. Et ſiquidem
fiant ſumptus durante communione, & agatur pro eiſdem du
rante communione, competet hæc actio directa: finita autem
10 communione datur vtilis: vt ff. eodem. l. in ſumma. † Sum-
ptus autem facti antequàm res incipiat eſſe communis, non

veniunt in hanc actionem: niſi fortè ante communionem
ius pignoris, vel ſimile erat contractum: vel quia miſſi era-
mus in poſſeſſionem vicinæ domus ex cauſa damni infecti:
& tunc vtilis non directa dabitur. Si verò ex ſecundo decre-
to iuſſi eſſemus poſſidere, daretur directa: vt ff. eodem, l. iiij.
§. vlti. & l. ſed ſi res. & de dam. infect. l. ſi finita. §. cùm autem.
In caſu tamen, & ſi communionem non præceſſit pignus, vel
ſimile ius in re, datur hæc actio vtilis: vt ſi nomine ſerui quem
cum alio habebas communem, egerim contra te noxali, & tu
partem tuam mihi ceſſeris, tenetur enim ſocius tuus, vt vel
pro ſerui maleficio reſpondeat, vel partem ſuam mihi cedat:
vt ff. de noxa. l. ſi ſeruus communis. Quod autem dixi in
ſumptibus factis in rem communem, ſerua & in his omnibus
quæ nomine rei communis præſtitit vnus ſociorum: vt ecce,
nomine ſerui communis noxali conuentus, ſtatim agere poſ-
ſum cum ſocio, vt partem ſerui mihi tradat: & ego debeo ſibi
cauere, vt ſi non dederim ſeruum noxæ, partem ſuam ſibi red-
dam. Si verò maleficij ſuſtinuerim pœnam, agam pro parte
pœnæ: ſi potiùs expediebat ſufferre pœnam, quàm dedere
ſeruum. Si autem potiùs expediebat dedere ſeruum, æſti-
mabitur ſeruus, & eius æſtimationis partem conſequar
11 à ſocio. † Item & ſi de peculio nomine ſerui commu-
nis ſim condemnatus inſolidum, agam hac actione cum ſo-
cio, vt partem peculij conſequar: vel præſtet partem pecu-
niæ, quam ſolui pro parte peculij, quæ pertinet ad ſocium:
nec liberatur ſocius à parte pecuniæ: licet res peculiares in-
tercidant apud eum. Nam & procurator quod bona fide
præſtitit, repetet: licet peculium poſteà penes dominum inter-
cideret. hoc ita niſi defendenti culpa poſſit imputari: vt quia
facto ſuo res peculiares perierunt, vel quia defenſus noluit
defendi per ſocium: ſed maluit rebus peculiaribus cedere ſine
dolo, & fruſtratione: quod potuit, vt ff. eodem, l. & ſi non om-
nes. §. vltimo. & l. ſed poſtquàm. Hoc ita ſi præſtiterit aliquis
nomine rei communis, cum ſatiſfaciendo pro parte ſua, non
potuerit ſe liberare. alioquin contrarium eſt: vt ſi pro com-
munibus ædibus cauerit de damn. infect. in totum: cùm ſa-
tis fuerit ſi cauerit pro parte ſua tantum: & ideo ceſſat hæc a-
ctio. Datur autem actio nego. geſto. vt ff. eodem, l. ſi quis. §. ſi
12 damni. & §. ſiue. Item † veniunt percepta ex re communi,
vel propter rem communem. & ſi quidem perceperit aliquis
nomine communi, neque lucrum, neque damnum eum ſenti-
re oportet. Si verò non communi nomine, ſed vt lucretur ſo-
lus, damnum reſpicit ad eum, lucrum autem commune eſt.
Et locum habent hæc ſiue locauerit quis rem communem,
ſiue coluerit, ſiue qualitercunque perceperit: ſi tamen partem
ſuam ſine parte ſocij, nullo modo, vel minus commodè po-
tuit percipere, alioquin tenebitur act. nego. geſto. vt ff. eo-
dem, l. ſi quis. §. ſiue autem. Nec obſtat quod legitur. ſ. de ne-
go. geſt. l. ſiue. quia ibi deſiderat res eſſe communis. & ideo a-
gitur nego. geſtorum, etiam ſi negotium non potuit expediri
pro parte. vel etiam agetur vtili communi diuidundo, vt di-
ctum eſt. Item & quæ quæſiuit aliquis propter rem commu-
nem, veniunt: vt ſi communis ſeruus quæſiuit ex re mea mihi,
& tibi, debeo enim percipere per hanc actionem quod per
communem ſeruum tibi quæſitum eſt: vt ff. eodem, l. commu-
nis. Idémque & ſi in re communi mea, & tua damnum dede-
rit Titij ſeruus, egerimque cum eo noxali, & noxæ fuerit mi-
hi deditus: teneor enim communicare ſeruum noxæ deditum,
cùm ob rem communem ad me peruenerit: vt ff. de noxa. l. ſi in
re communi. Item & venit in hanc actionem damnum, quod
quis dederit in rem communem, ſeruum vulnerando, vel ani-
mum eius corrumpendo, vel arbores ex fundo deiiciendo: vt
ff. eodem, l. & ſi non omnes. §. venit. Idémque & ſi culpa ſocij
alius dedit damnum in re communi, ſiue ſit iudex, ſiue priua-
tus: vt ff. eo. l. ſi is, cum quo. & ff. de loca. & conduct. l. ſi mer-
ces. §. culpæ. Sed & communis, ſi cùm apud alterum ſit, crus in
opere culpa ſocij fregit, tenebitur ſocius: vt ff. eodem. l. com-
munis ſeruus. Idémque ſi ſerui communis quis habeat
quæſtionem, non communis negotij cauſa: vt ff. eodem, l.
13 de communi ſeruo. † Item venit in hanc actionem vt præ-
ſtet quis diligentiam circa rem communem, qualem præ-
ſtat nunc in rebus ſuis: ſicut & diximus in actio. familiæ
erciſc

ercíſc. vt ſ. titu. proxi. in illo verſi. item perſonaliter ago. Item venit in hanc actionem, ne inuito ſocio aliquid fiat in re communi. ait enim Sabinus, in re communi neminem dominorum iure quicquam altero inuito facere poſſe: ſic ergo vbi facit ignorante, vel contradicēte altero, tollere tenetur quod fecit, & de damno ſatisfecit, vbi autem facit altero patiente, lege non prohibente, id eſt, cùm prohibere poſsit, damnum ei reſarcitur, ſed opus non tollitur. Vbi autem facit altero conſentiente, nec opus tollitur, nec damnum reſarcitur: vt ff. eo. l. Sabinus. Hic ita, niſi velint in re communi facere, quod rem ipſam non facit deteriorem, neque tibi ſocio meo nocet: vt ecce, licet incruſtare communem parietem, vel ſcalas amotas adhibere ad ipſum. nam ſine læſione remoueri poſſunt: vt ff. de ſer. vrb. præd. l. quidam. §. parietem. & l. fiſtulam. §. vltimo. Idémque eſt, & ſi velit quis inferre in locum communem putum, donec fiat albi monumentum: vt ff. de reli. & ſump. fu. l. ſunt perſonæ. Idémque eſt, & ſi velim facere quod rei communi expediat: puta, ipſam reficere: quod poſſum, te prohibente: vt j. de ædifi. pri. l. ſi vt proponis. & ff. de dam. infect. ſi ædibus. & l. ſi in reficiendo. Idem & ſi in re communi velim facere id ad quod, vel propter quod res eſt comparata licet etiam inuito altero, vt ſepelire in ſepulchro communi: vel ſi
• ſemipedes inter nos contulimus, vt ibi contratitium * parietem inter nos ędificaremus, ad onera noſtra ſuſtinenda, deinde ædificato pariete non patiaris me immittere, pro ſocio teneberis: vt ff. eo. l. ſi quis putans. §. ſi quis in communem. & l. ſi ædes. & de religio. l. vel quæ & pro ſocio. l. ſi fratres. § item
14 Mela. † Eſt autem hæc actio ex quaſi contractu: vt inſtit. de act. quæ ex quaſi contractu naſc. §. item ſi inter. Mixta eſt in rem, & in perſonam. In ea eſt vterque actor, & vterque reus: ſicut & in ſuperiore diximus. Ciuilis eſt. Hæredibus datur, & in hæredes: adeò vt etiam in locum actionis legis Aquiliæ, quæ in hæredem non datur, cōpetat: vt ff. eo. l. item quamuis.

ANNOTATIONES.

a Dominium. Ad materiam huius quæſti, & omnium ferè, quæ continentur in iſto titul. vide Spec. in titul. de iudic. §. ſequitur videre. ver. porrò. Doct. in l. penult. & ff. hoc eo. tit. do. Iaſ. copioſè in §. quædam, nume. 6 cum pluribus ſeq. char. 77. vſque ad 79. inſtit. de act. vbi totam materiam habes.
b Actio. Vide Barba. in conſil. xxviij. vol. j.
* Contratitium. Vide Budæum in l. Diui fratres. ff. de religioſ.

Communia vtriuſque iudicij, tam familiæ erciſcundæ, quàm communi diuidundo. *Rubrica.*

1 *Actionum fami. erciſcun. & com. diui. communia. & 2.*

DICTVM eſt ſeparatim de actione famil. erciſc. & communi diui. nunc de vtroque tractat communiter: volens eorum aſsignare cōmunia, quaſi ſ. expoſuerit ſingularia: & ex his quæ dicta ſunt
a etiam communia ᵃ poſſunt notari, & ponuntur in hoc titulo
1 pleraque. † Videamus ergo quæ ſint communia. Et quidem vtrunque eſt mixtum: vtrunque ad diuiſionem proponitur: vtrunque datur perpetuò: vtrunque eſt bonæ fidei: vtrunque parit iuſtam cauſam vſucapiendi, ex vtroque transfertur dominium, quaſi ex permutatione: in vtroq; agitur de euictione: niſi obſtet alicui ſcientia, qui ſibi de euictione per pactum non cauit: vt j. eod. l. ſi fratres. & ſ. famil. erciſcun. l. ſi familiæ.
2 In † vtroq; punitur dolus, ſiue dederit cauſam diuiſioni, ſiue inciderit. Item & fraus purgatur: ſi re ipſa quis vltra dimidiā decipiatur: vt j. eo. l. maioribus etiam. In vtroque ſic fit diuiſio, vt vna eadémque agnatio apud eandem perſonam remaneat: vt j. eod. l. poſſeſsionum diuiſiones.

ANNOTATIO.

a Communia. Vide Pet. de Ancha. in conſil. cccij. vbi multa ſcribit circa hanc materiam.

Finium regundorum. *Rubrica.*

1 *Actioni finium regundorum locus. & 4.*
2 *Confinia prædia quæ.*
3 *Vrbana prædia quæ.*
5 *Actio finium regundorum ad quid detur. & 6.*
7 *Actio finium regundorum cur data.*
8 *Iudicis partes in finibus regundis. & 9.*
10 *Intereſſe & fructus an, & quatenus veniant in actione finium regundorum.*
11 *Actio finium regundorum qualis. & 14.*
12 *Actionem finium regundorum perpetuam eſſe, quomodo ſit intelligendum.*
13 *Præſcriptio quando incipiat currere aduerſus actionem finium regundorum.*

SICVT actio ſuperior proponitur ad diuiſionem eius quod commune eſt faciendum: ita & hæc actio proponitur ad diſtinctionem finium propriorum, cuiuſcunque faciendam. Videndum ergo in quibus prædiis locum habet hæc actio, quibus detur,
1 & in quos, quid veniat in eam, qualis ſit actio. † Habet autem locum hæc actio in ruſticis prædiis tantùm: in vrbanis autem prædiis locum habere non poteſt. & eſt ideo, quia vrbana prædia ſibi non confinia, ſed magis dicuntur vicina: vt
2 ff. eod. l. iiij. §. hoc iudicium. † Confinia enim ea dicuntur, quæ adeò ſibi proxima ſunt, vt nullus medius paries interponatur. Cæterùm vrbana parietibus diſtingui conſueuerunt.
3 Vrbana † autem prædia dicuntur omnia ædificia, etiamſi in villa ſint: quia vrbanum prædium non facit locus. ſed materia, ſed & horti in ædificiis conſtituti, niſi plurimum ſint in reditu, vinearij fortè, vel olitorij continentur appellatione vrbanorum prædiorum: vt ff. de verbo. ſignific. l. vrbana. & ff. eodem. l. iiij. §. vltim. Si autem inter me, & te contra quem ago fin. regun. via publica interuenerit, confinium non intelligitur: & ideo non poteſt agi hac actione: quia magis in confinio meo via publica eſt, vel flumen, quàm ager tuus. ſi verò riuus priuatus interueniret fini. regun. agi poteſt contra do-
4 minum riui. vt ff. eodem. l. iiij. §. vltimo. & l. v. & vj. Si † ergo vtrunque prædium ſit ruſticum, datur hæc actio. quid ſi alterum tantùm? poteſt dici, quòd non habet locum directò ſed vtiliter: vt ff. eodem. l. ij. j. reſponſo. & l. iiij. §. hoc iudicium. Vel dic ceſſat directum, & vtile. Quod autem in l. ij. dicitur, locum habet cùm vtrunque prædium erat ruſticum: ſed ædi-
5 ficium erat interpoſitum. † Datur hæc actio pro finibus totius fundi regendis, & terminandis. Item pro finibus alicuius partis fundi, quæ locus dici poteſt: vt ff. de verb. ſignifi. l.
• locus. Item datur etſi de quinque pedibus • ſit controuerſia, ſiue de paucioribus, ſiue de maiori numero terrę, quàm quinque pedum ſit lis. Licet olim ſi fieret controuerſia de paucioribus quinque pedibus non poſſet agi: vt j. eodem. l. quinque pedum. Et erat fortè ratio, quia tunc terra fortè viliſsima
6 erat, & de re tam vili non reddebatur hoc iudicium. † Datur autem directum, & vtile iudicium eis, quibus diximus competere directam, vel vtilem actionem famil. erciſcun. vel communi di. ergo & dabitur his, qui habent agrum vectigalem: vt ff. eodem. l. iiij. §. finium. Item & in eos dabitur, in quos
7 dantur prædicta iudicia. † Venit autem in primis in hoc iudicium locorum, & finium diſtinctio, ſeu determinatio, cognitione priùs habita vſque ad quam metam quis poſſederit: Secundò quouſque producantur fines prædij: quòd ſi non eò vſque poſſederim, tamen meum eſſe probaui: cognoſcitur etiam quouſque quod meum eſt, producatur. Vnde & dicitur huius actionis controuerſia proprietatis vendicationi cohærere: vt j. eodem. l. ſi quis ſuper. Nam & in rei vendicatione, ſicut & hic cognoſcitur & quid, & quantum ſit meum. non tamen eſt principalis quæſtio proprietatis: quia non ob hoc cognoſcitur quātum ſit meum vt mihi totum reſtituatur, ſed vt ſi iudici videbitur, vel vltra fines agri tui, vel intra ponere terminos, tanti condēnet eū cui de terra vicini aliquid adiudi-
8 catur, quanti idipſum eſt. Appropriabit, † [vel adiudicabit]

autem tibi iudex quod meum eſt, vel è conuerſo, ſi confi-
nium locorum quæſtioni ſilentium, aliter commodè non po-
teſt imponere. Videtur enim ſemper poſſe oriri de facili ri-
xas, & contentiones, ſi prius porrigerentur fines agri mei,
poneret terminos: vnde prædicta adiudicatio neceſſaria eſt:
vt ff. eod. l. ij. §. iudici finium regundorum permittitur. & l. iij.
& l. ſed & loci. j. reſponſo. & hoc vbi agitur, vt termini de no-
uo ponãtur. Item hoc iudicio agi poteſt: vt poſiti termini, vel
voluntate vicinorum prædia habentium, vel voluntate eius
qui alienauit, cuſtodiantur. Et circa hoc ſciendum eſt, quòd
in primis nouiter poſiti termini ab eis, qui ponere potuerunt,
ſunt cuſtodiendi: qui ſi non appareant, veteres cuſtodientur:
9 vt ff. eod. l. in finalibus. & l. eos terminos. † In omnibus au-
tem his finium quæſtionibus, iudex, ſi viderit expedire, oculis
ſuis debebit ſubiicere loca, & etiam menſores mittere, & hoc
ſiue facto hominis, ſiue fluminis inundatione termini ſint
mutati: vt ff. eo. l. ſi irruptione. j. reſponſo. & §. ad officium. Et
caueat ſibi ille, qui agit fini. regun. ne ante ſententiam rem a-
lienam vſurpet: alioquin non ſolum quod malè petit, amittet:
ſed etiam tantum agri modum, quantum ademit, compelle-
tur præſtare: vel per condictionem ex lege, vel per iudicis of-
ficium, quod extenditur ad omnia quæ poſt lit. conteſt. acci-
dunt: vt j. eod. l. ſi conſtiterit. & ff. de ædi. edic. l. ædiles. §. item
10 ſciendum. † Venit in hoc iudicium intereſſe, vt nomine inter-
eſſe comprehendas fructus. Quid enim, ſi quis aliquam vtili-
tatem ex eo loco perceperit, quam vicini eſſe appareat, an ini-
qua condemnatio eo nomine fiat? Certè non. Lite autem
conteſt. ſine dubio fructus veniunt etiam iudicis officio, ne-
dum iure actionis. Nam & culpa, & dolus exinde præſtantur:
ante iudicium autem percepti, non omnimodo veniunt in
hanc actionem. Nam aut bona fide percepi, & tunc lucrari
eum oportet, ſi eos conſumpſit. Aut mala fide: & tunc condici
oportet. Item nomine intereſſe comprehenditur merces. Nam
ſi menſor ab altero ſolus ſit conductus, tenebitur alius in par-
tem mercedis. Item habetur in hac actione ratio damni, &
contumaciæ. Imponitur pœna pro arbitrio iudicis, ſi quis iu-
dici non pareat in ſuccidenda arbore, vel in ædificio in fine
poſito deponendo, vel in totum, vel pro parte: vt ff. eod. l. iiij.
11 §. j. & inſti. de offi. iudic. §. eo quoque. & §. contumaciæ. † Eſt
autem hęc actio duplex: quia in ea eſt vterq; actor & vterque
reus. Item miſta eſt: quia in rem eſt, & in perſonam, ſicut &
diximus in actione fam. erciſc. Perpetua eſt: vt j. eo. l. vlti. & ff.
eod. l. iudicium. communi di. & inſti. de act. §. quædam. Quod
12 † tamen non ſic intelligas: vt ſi vicinus meus ampliores fines
ei, cui vendiderat oſtenderit, non poſſit ille, qui emit longo
tempore præſcribere. Hoc enim falſum eſt: vt ff. pro emptore. l.
ij. §. ſed & ſi fundus. & l. qui fundum. §. ſi fundum. Sed ſic opor
tet intelligi, vt etiam poſt decem, vel viginti annos locum ha-
beat hæc actio pro finibus terminandis: quamuis de meis fini-
bus aliquid præſcripſeris. Nam & ſi ab initio ſine aliqua pręſ-
criptione hoc conſtaret eſſe tuum, agere poſſes vt commodius
termini imponantur agris: & ita rixarum perimatur occaſio:
13 vt ſuprà dictum eſt. † Si quæras, quando incipiat currere * pręſ-
a criptio huic actioni? Reſpondeo ab eo tempore quo incepit
poſſe hæc actio intentari. Incipit autem poſſe intentari, cum
fines cœperunt turbari: ex eo enim naſcitur hæc actio. Sed
nunquid hæc actio eſt ex maleficio, vel quaſi, vel ex cõtractu,
vel quaſi? Reſpondeo, potiùs dico eam eſſe datiuam quàm na-
tiuam. datur .n. ex lege propter turbationem finium: vt ff. eo. l.
vlti. Hæredibus datur, & contra hæredes: non quaſi hæredi-
14 bus, vel in hæredes: ſed quaſi dominis, & in dominos. † An
ſit bonæ fidei hæc actio quæritur, & puto eam eſſe ſtricti iu-
ris. Satis enim mihi eſt quòd in lege non connumeratur inter
alias actiones bonæ fidei: vt inſtit. de actio. §. actionum. Poteſt
fortè & illa ratio reddi quia quod meum proprium eſſe con-
ſtat, me inuito alteri non adiudicatur.

ANNOTATIONES.

* Pedibus. Vide Alc. de quinque pedum præſcript. & Cælium in lib. antiq. lect. 13. cap. 41.

* Currere præſcriptio. Vide ad iſtam cõcluſionem in terminis Bartol. in l. pro emptore. §. cum ſtichum. in verſ. vlti. oppo. ff. pro empto. doct. in l. fin. C. hoc eodem titu. multa pulchra per domi. Alexand. in l. actionibus. de in litiurand. & ibi ſcribentes.

De conſortibus eiuſdem litis. *Rubrica.*

1 *Conſortes ſimul litigare.*
2 *Sociorum vnum rectè agere.*

QVONIAM * propter cõmunem hæreditatem,
vel res alias, vel etiam propter fines diſtinguen-
dos ſæpe contingit plures agere, & conueniri:
ideo ponit de conſortibus eiuſdem litis. In iis
1 autem † olim ita erat, quòd ſi vnus conueniretur, habebat
exceptionem, ne conueniretur ſine ſocio ſuo. Sic & patieba-
tur exceptionem ne ageret ſine eo. Hodie tamen omni ſub-
2 mora exceptione, agere, † & conueniri quilibet ſociorum po-
teſt pro ſe: ſed & pro ſociis poteſt agere poſt litem conteſt.
contra omnes: etiam ſi conſtat eum non habere mandatum.
duntamen caueat de rato. Ante verò litem conteſt. repellere-
a tur: ſi certum eſſet eum non habere mandatum. a licet caueret
de rato: vt j. eod. l. j. & ij.

ANNOTATIO.

a Mandatum. Nunquid idem ſit ex caſibus requirentibus ſpeciale mandatum, quorum aliqui ponuntur per gloſ. in ca. qui ad agendum. de procur. in vj. Quidã in c. cum M. Ferrarienſis. referunt ſe conſuluiſſe quòd ſic propter generalitatem. l. ij. hoc titu.

De noxalibus actionibus. *Rubrica.*

1 *Noxalis actio vnde ſic dicatur.*
2 *Noxales actiones oriri ex maleficiis ſeruorum.*
3 *Actiones noxales quibus dentur.*
4 *Noxalis actio an detur domino. & 20.*
5 *Seruum teſtamento domini liber eſſe iuſſus, ſi quid ex hæreditate nondũ adita ſurripuerit, qua actione conueniri poſſit.*
6 *Noxalis actio an detur in condominum.*
7 *Noxales actiones quãdoque dari noxaliter, & quãdoque non.*
8 *Noxalis actio aduerſus quem competat. & num. 12.*
9 *Noxalem actionem dari aduerſus malæ fidei poſſeſſorem.*
10 *Noxalis actio ex maleficio ſerui, qui plurium dominorum eſt, contra quem detur.*
11 *Dominorum altero ſatisfaciente in totum ob maleficium ſerui communis, an alter ſit liberatus: & quatenus poſſit agere is, qui ſatisfecit, contra alterum.*
13 *Dominus quando dicatur habere ſeruum in poteſtate, quantum attinet ad noxalem actionem.*
14 *Dominus præſens ſi nolit ſeruum noxali iudicio defendere, quomodo conſulatur actori. & quid ſi nolit defendere ſeruum abſentem.*
15 *Actori qui agit noxali iudicio, quomodo conſulatur, ſi conuentus dicat ſeruum non eſſe in ſua poteſtate.*
16 *Seruum noxali iudicio defendere an teneatur creditor, qui eum pignori accepit, vel vſufructuarius, qui vſumfructum in eo habet.*
17 *Commodatarius vel depoſitarius an conueniri poſſint noxali actione nomine ſerui commodati vel depoſiti.*
18 *Noxales actiones an inſtitui poſſint pro delictis filiorum familias. atque mihi quatenus teneatur pater ex condemnatione filij.*
19 *Noxale iudicium ſuſcipiens ſi ante ſententiam ſeruus ad libertatem peruenerit, an ſit abſoluendus.*
21 *Noxalis actio quomodo inſtituatur.*
22 *Domino, cuius familia tota deliquit, quomodo ſuccurratur ne pro ſingulis ſufferat pœnã, vel ſingulos cogatur noxæ dedere.*
23 *Noxæ dedere vſque ad quod tempus permittatur domino.*
24 *Dominus conuentus à pluribus ex maleficio ſerui, cui eorum debeat ſeruum pro noxa dedere.*
25 *Dominus quibus caſibus liberetur à noxæ deditione, vel delicti æſtimatione permittendo ſeruum caſtigari.*
26 *Dominus quibus caſibus teneatur ſatisfacere pro maleficio ſerui, ne liberetur per noxæ deditionem.*

27 *Noxali iudicio agere an ſemper ſit in poteſtate actoris, vbicunque tractatur de noxæ deditione.*
28 *Petens minus an poſſit poſtea pendente iudicio plus petere.*
29 *Noxalis actio qualis ſit.*

DICTVM eſt ſuprà qualiter quis conueniatur lege Aquiliæ ex delicto à ſe perpetrato: nunc videamus, qualiter conueniatur quis ex ſerui perſona, ſiue ipſe dederit damnum, ſiue quodcunque maleficium commiſerit. Et quia ex delictis ſeruorum oriuntur noxales actiones, ideo ponit de his. Videndum ergo, quare ſic dicantur, quibus dentur, ex quorum delictis, in
1 quos, qualiter dentur, & quales ſint. † Dicuntur autem noxales à noxa, quæ dicitur ipſum delictum: vel à noxa, quæ dicitur ſeruus delinquens: vt inſtit. eo. §. noxa. Quandoque tamen
2 men vnum ponitur pro altero. Naſcuntur † autem iſtæ actiones ex maleficiis ſeruorum: vt ff. eod. l. j. & proditæ ſunt legibus: vt actio furti nec manifeſti quæ ex lege xij. Tabul. & actio damni iniuriæ, quæ eſt ex lege Aquilia. Item proditæ ſunt ex edicto Prætoris: vt actio iniuriarum, & vi bonorum raptorum, & furti manifeſti: vt inſtit. eod. §. ſunt autem: & de
3 perpe. & tempo. act. in prin. titu. † Si quæras, quibus dentur
a ᵃ iſtæ noxales dico, quòd non poteſt hoc ſub regula comprehendi. Nam omnis actio, quæ naſcitur ex maleficio, poteſt dici noxalis: ſi ex maleficio ſerui contra dominum eius intendatur. & ideo furti, vi bonorum raptorum & de dolo, ſi detur ex dolo ſerui commiſſo extra contractum, & Aquiliæ, & iniuriarum, noxales actiones erunt: vt inſtitu. eod. in princi. & ff. de dolo, l. ſi oleum. §. hæc actio. Si ergo de aliqua earum quæratur cui detur, ſemper recurrendum eſt ad directam. Directam autem dico reſpectu noxalis: vt cuicunque detur directa, detur eidem noxalis. Quibus autẽ detur directa, & ſ. de quibuſdam dictum eſt: de aliis dicemus inferiùs, dante domino.
4 † Porrò illud tradi poteſt in omni noxali actione quæ ſub cœlo eſt, quia nunquam datur domino vero, vel putatiuo: vt bonæ fidei poſſeſſori: adeò vt etiam ſi alienetur, vel manumittatur ſeruus, non tamen domino quondam detur actio noxalis, quia inter dominum & ſeruum non naſcitur actio, ſi tamen manumiſſus, vel alienatus ſeruus contrectet, vel detineat res quondam domini, ex præſenti facto conuenietur: vel manumiſſus, vel nouus dominus: vt j. eod. l. j. & inſtit. eod. §. ſi ſeruus domino. & §. vnde ſi alienus. & j. de fur. l. apud. §.
5 cum igitur. ij. reſponſo. † Porrò in caſu actio in factum naſcitur, non dico noxalis, cùm ſeruus dominæ ſuæ, id eſt, hæreditati nondum aditæ ſurripit, cum in teſtamento domini iuſſus ſit eſſe liber: vt ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſ. l. j. j. reſponſo. §. j. Et
6 ſunt † hæc adeò vera, vt etiam ſi fuerit ſeruus communis, noxalis alicui dominorum contra alterum non poſſit dari. & redduntur plures rationes à legibus. Vna eſt, ne ſit in poteſtate ſerui vt alteri tantum ſeruiat, & alia melior ratio: quia qui tenetur noxali, ipſe noxali actione agere non poteſt. Sed tamen datur actio communi diui. noxaliter, vt aut damnum præſtetur in ſimplum, aut partem ſuam cedat alter: & ſic ageretur etiam cum eo cuius pars ſerui alienata eſſet: ſeruo tamen manumiſſo, vel mortuo, nihil eſt quòd actor eo nomine conſequi poſſit: niſi fortè quid ex re furtiua ad ſocium peruenerit: vt ff. ad legem Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. j. & de noxa. l. cum ſeruus. & de fur. l. ſi ſeruus communis. & familiæ erciſc.
7 l. & puto. §. vltimo. † Et eſt hic illud notandum, quòd actio noxalis datur quandoque noxaliter. ſic dici poteſt & in pignoratitia actione: vt cùm ſeruus pignori datus creditori furtum faciat: debitore neſciente ſeruum furem eſſe. Si enim debitor conueniatur à creditore pignoratitia contraria, poterit liberari noxæ deditione: non ita, ſi ſciuiſſet debitor ſeruum eſſe furem. vt ff. de pign. act. l. ſi ſeruus. Idémque dici poteſt in actione mandati contraria, ſi mihi mandaueris in genere, vt ſeruum tibi emam, & ego ſine culpa mea emi ſeruum furem, qui mihi furtum fecit: liberari enim poteris per noxæ deditionem: niſi poſteaquàm ſciueris me emiſſe, & tibi eſſet certum ſeruum eſſe furem, mihi id non prædixeris: tunc enim teneberis ad intereſſe: ſed tunc nec liberaris noxæ deditione. Item nec liberaris noxæ deditione, quando certum ſeruum tibi emendum mandaſti mihi: vt ff. mand. l. inter cauſas. §. ſed cùm ſeruus. & de fur. l. ſi ſeruus communis. §. quod verò. Item quandoque actio noxalis non datur noxaliter: vt cum ſcientia, vel iuſſu domino præ-
8 iudicat: vt infrà dicemus. † Competunt autem iſtæ noxales actiones in dominum poſſidentem, non autem in eum, qui deſiit eſſe dominus, niſi dolo deſierit poſſidere: tunc enim quaſi poſſidens prætoria conuenitur, id eſt, actione noxali, quæ ciuilis eſt inuentione, reſpectu actoris, cui datur: ſed & prætoria poſſet eſſe reſpectu actoris: vt notari poteſt ex præmiſſis. Prætoria tamen eſt extenſione, reſpectu rei, contra quem intenditur actio, qui de iure ciuili non tenetur: cùm non poſſideat: tenetur tamen de iure prætorio, quòd dolum reputat pro poſſeſſione: vt ff. eodem, l. noxalis autem. & l. ſi bona fide. & l. electio. §. item ſi ex pluribus. & l. ſi plurium. j. reſponſo. Et not. quòd vbi dolo deſiiſti poſſidere, datur mihi electio vtrum conueniam te poſſeſſorem, vel ipſum ſeruum manumiſſum. Electo tamen vno liberatur alter. Sed vbi poſſeſſor, vel manumiſſus vltro paratus eſt ſuſcipere defenſionem, datur exceptio ei qui deſiit poſſidere: vt ff. eodem, l. de illo. & l. idem. & l. electio. Multum
b enim operatur ſpontanea oblatio: ᵇ vt j. de his, qui ſe deſe. l. vnic. & ff. de alie. iudic. mu. cauſ. fa. l. iij. §. vltimo. Et eſt ratio, quòd datur in dominum poſſidentem: quia noxa caput ſequitur: vt inſtitu. eodem, §. omnis. Dominum autem dico poſſidentem verum, vel putatiuum: vt ff. eodem, l. bo-
9 na fide. Imo † & non putatiuum, id eſt, malæ fidei poſſeſſorem: nam eodem modo tenebitur: ne ſuum vitium ei proſit. Eſſet enim abſurdum bon. fid. poſſeſſorem excipere actiones, id eſt, reſpondere agentibus: prædones verò eſſe tutos: vt ff. eodem, l. non ſolum. Sic etiam dicitur aliàs, ne melioris conditionis ſint ſtulti, quàm periti: vt ff. quod vi aut
10 clàm. l. Seruius. † Vbi autem plures ſunt domini ſerui, datur actio noxalis in quemlibet ipſorum inſolidum: ſed vnus conuentus ante litem conteſta. cedendo partem ſuam liberabitur: & tunc ille, qui agebat noxali, aget contra ſocios communi diui. actione, vt vel partes ſuas cedant, vel pro maleficio ſerui ſatisfaciant. Si verò ſeruum velint defendere in noxali, contra ſocios aget, vt partes ſuas ſibi tradant, & ipſe cauebit eis de reſtituendis partibus, ſi non dederint ſeruum noxæ. Item ſi ipſe ſatisfecerit inſolidum in noxali, vel quia ſocij non permiſerunt ei deditionem facere, vel quia ipſe noluit facere, aget contra eos communi diui. vt ſ. diximus communi diui. in illo. §. item & venit. & hoc quando omnes domini ignorauerunt ſeruum delinquere. Si autem omnes iuſſerunt ſeruum delinquere, nullus eorum conuentus à ſocio quid repetet: quia ſui delicti ſuſtinuerunt pœnam. Item vno eorum ſoluente, alter non liberatur: niſi in eo, quòd actio rei perſecutionem continebat. Item & nomine ſerui poteſt agi noxali, ſi tale fuit maleficium in quo non debuit parere dominis: quia continebat atrocitatem: vt ff. eodem, l. ſi communis familia. & de reg. iur. l. ad ea. & de vi & vi. ar. l. j. §. quoties. & actio. & oblig. l. nunquam actiones. & ad leg. Aquil. l. item Mela. §. ſed & ſi plures. Idem dico & ſi vnus dominorum fuit iubens, aliter ignorans. Nam & tunc iubens non repetit ab ignorante: ignorans autem ſi præſtiterit, repetit à ſocio pro parte dominica. Item & agit communi di. contra iubentem: quia corrupit ſeruum communem: vt ff. eodem, l. ſi communis familia. §. ſed & eo nomine. Si autem omnes domini fuerunt ſcientes, & patientes, ſed non iubentes: & quilibet tenetur noxali. Sed tamen detracta noxæ deditione id
11 accipiendum eſt. Quid † autem ſi vnus ſatisfecerit in totum, puto alterum liberari: vt ff. eodem, l. in delictis. §. cum dominus. Nec obſtat, quod legitur ff. eodem, l. ſi ex duobus. quia ibi facta noxæ deditione, non liberatur ſciens, quaſi minus acceperit actor: ſecus ſi percepiſſet debitam quantitatem inſolidum: vt ff. eod. l. noxalis. §. Pomponius. Item non obſtat quod legitur ff. eod. l. ſi plurium. nam ibi vno conuento, non liberatur alter: ſed aliud eſt exactione facta, vt dixi. Item puto ſoluentem pro parte, agere contra alium ſcientem. Nam & ſi vnus fuerit ſciens, alter ignorans: & quia ſciens eſt, ſatiſfe-

cèrit in totum, agit contra ignorantem: non vt conſequatur
partem eius quod præſtitit, ſed partem eius quanti ſeruus eſt:
vt ff. eodem. l. ſi ex duobus. Si autem vnus dominorum fuerit
iubens, alius ſciens non repetit iubens à ſciente, vt dictum
eſt: ſciens verò repetit à iubente, ſicut & repeteret ab alio
ſciente, vel ab alio ignorante, vt ſuprà dictum eſt. Et erit hic
notandum hic in his noxalibus, quòd licet omnes re ipſa ſint
perſonales, in rem tamen ſcriptæ ſunt, ſicut & omnia inter-
dicta. Capita enim ſeruorum ſemper conueniuntur, id eſt, eo-
rum domini, vel ipſi ſi fuerint manumiſſi. Et ex diuerſo actio
directa incipit eſſe noxalis, ſi liber homo deliquerit, & poſteà
fiat ſeruus: vt inſt. eo. §. omnis autem. & ff. de interdict. l. j. §.
12 vlti. Prædicti † autem omnes tenentur, ſi in poteſtate habeant
ſeruum non aliter: niſi in caſu eum conuenitur publicanus:
13 vt ff. de pub. l. j. §. vlti. & l. ij. & iij. In poteſtate † autem habe-
re, eſt habere poteſtatem, & facultatem exhibendi ſeruum.
Cæterùm ſi in fuga ſit, vel peregrè, non videtur eſſe in pote-
ſtate: ſi tamen dominus velit ſeruum ſuum abſentem defen-
dere, poteſt. Alienum autem defendere non poteſt: niſi ſit
præſens. Si autem ſit dubium, ſit proprius, an alienus: ſuſci-
piet defenſionem. & ſi ex poſtfacto pateat ſeruum eſſe pro-
prium, videtur quòd tenuerit defenſio: alioquin videbitur
nulla. Proprij autem dicuntur ſerui etiam bona fide poſſeſſi:
vt ff. eod. l. quoties. primo reſponſo. & §. j. & §. in poteſtate.
14 Vbi autem † dominus non defendit ſeruum præſentem, ne-
ceſſe habet ius ſuum ad actorem transferre: vt ff. eodem. l. non
ſolùm. & cauebit de dolo: vt ff. eodem. l. is, qui aliena. Si autem
quis non defendit ſeruum abſentem, quem fatetur eſſe in po-
teſtate ſua: neceſſe habet ad iudicium ſtatim accipere pro ſer-
uo. Aut neceſſe habebit cauere alterum iſtorum, id eſt, quòd
aut eum in iudicio ſiſtat: & tunc demum per ſeruum de facto
certioratus reſpondebit agenti. Aut etiam cauebit ſe exhibi-
turum ſeruum, & traditurum actori, cùm primùm potuerit,
ſicut & in ſeruo præſente dixi. Si verò, domino abſente, pro-
ponatur actio noxalis, & ſeruus qui præſens eſt à nemine de-
fendatur, ducendus erit iuſſu prætoris, & fiet eius qui agit
noxali. Domino tamen poſteà cauſa cognita dabitur defen-
ſio, ne ei noceat abſentia ſua. ergo & actoris actio reſtituēda
eſt perempta, eò quòd ductus ſeruus cœperit eſſe in bonis a-
ctoris: vt ff. eodem. & ſi ex noxali cauſa agatur. l. ij. §. j. & ff.
eodem. l. electio. §. ſi abſente. & l. ſi ſeruus depoſitus. §. domi-
15 nus. Vbi † autem ille qui conuenitur noxali, dicit ſeruum non
eſſe in poteſtate ſua, dat lex electionem actori, vtrum deferat
ſacramēntum reo, quòd iuret ſeruum non eſſe in poteſtate
ſua, vel dolo malo eius abeſſe, & deſiiſſe ſe poſſidere: aut ſi
noluit probare ſeruum eſſe in poteſtate rei, vel dolo malo
deſiiſſe poſſidere, reum conueniet detracta noxæ deditione:
niſi reus velit fateri veritatem ante litem conteſtatam. Præ-
ſtat autem ſacramentum reus, vel eius tutor, vel curator, non
autem procurator, & ſi reus ſemel conuentus à me, iuraue-
rit, & iterum conueniatur à me: & ſi quidem conueniatur ex
noua poſſeſſione, non habet exceptionem iuriſiurandi: imò
ſi hodie mentiendo dicat ſeruum non eſſe in poteſtate ſua,
tenetur ex hoc detracta noxæ deditione. Ex veteri autem
poſſeſſione ſi conueniatur, habet exceptionem iuriſiurandi:
vt ff. eodem. l. quoties. §. prætor. & §. ſi tutor. & §. penultimo.
& vlti. & l. ſi ſeruus. §. vlti. & penulti. & l. ſed ſi poſteà. & l.
16 electio. §. neque. In † creditorem autem, cui ſeruus eſt pignori
obligatus, vel vſufructuarium ſerui non datur actio noxalis:
ſed tamen ſi præſentes ſunt & omittant ſerui defenſionem,
puniuntur. creditor enim ipſo iure amittit pignus. nullum eſt
enim pignus cuius perſecutio denegatur: vt enim pignus con-
ſtituitur nudo pacto: ita negligentia creditoris facilè debet
amitti vſusfructus, etiam ſi duret ipſo iure, donec amittatur
non vtendo: tamen remedio exceptionis denegatur eius per-
ſecutio: vt ff. eodem. l. ſi noxali. vſusfructus enim non in nuda
voluntate conſtituitur, ſed neceſſaria eſt traditio, vel quaſi
traditio. Vnde ſicut difficiliùs conſtituitur, ita & difficiliùs
amittitur, & comprobatur hæc ratio in libertate. ff. qui & à
quibus manu. l. generaliter. §. ſub conditione. & de fideicom-
miſ. lib. l. generaliter. §. ſi quis ſeruo. Si autem creditor, vel
vſufructuarius non ſint præſentes, non præiudicatur eis: vt ff.
de ſolut. l. ſi hominem. Si autem præſentes velint ſuſcipere
defenſionem ſerui, poſſunt: etiamſi proprietarius, vel debi-
tor negligant defenſionem: & ſi dederit ſeruum pro noxa,
poterunt ſe tueri contra proprietarium. Vel ſi proprietarius
ſuſceperit defenſionem, cogetur fructuarius aut vſumfru-
ctum cedere, aut pro æſtimatione vſusfruct. conferre ad litis
æſtimationem. Nam & proprietarius volens noxæ dedere,
c neceſſe habet vſumfructum facere eius, qui agit [c] noxali: vt
ff. eodem. l. electio. §. vltimo. & l. ſi ex duobus. §. vltimo. Cogi-
tur autem debitor pro ſeruo obligato ſuſcipere noxalem a-
ctionem, ſi facultatem habeat reperendi ſeruum, id eſt, ſi ha-
beat pecuniam, ex qua liberari poteſt ſeruus. Nec enim de-
bet cogi vendere res ſuas, vt ſoluat pecuniam, & repetat ſer-
uum. Proprietarius autem ſerui, nedum extraneo, ſed etiam
vſufructuario ſerui tenetur: vt ff. eodem. l. ſi ſeruus depoſitus.
17 §. j. & §. ſed bos. & l. is, qui. Is † autem, cui ſeruus eſt commo-
datus, vel depoſitus non tenetur noxali: ſed tenetur is, qui
commodauit, vel depoſuit: quia in eius poteſtate extitit ſer-
uus, maximè ſi habeat recuperandi hominis copiam: vt ff. eo. l.
ſi ſeruus depoſitus. primo reſponſo. Et puto, quòd prædi-
ctum aduerbium maximè in lege poſitum, abundet, vt ex
ſuperioribus liquet: ſic & abundat j. de teſtam. manu. l. cum
18 conſtitutio. abſ, maximè cum, &c. † Inſtituuntur autem iſtæ
noxales ex delictis ſeruorum. Filio enim fa. delinquente, ipſi
ſui defenſio danda eſt, & lata contra eum ſententia tenet:
quinimò & illud dicendum eſt patrem quoque poſt con-
d demnationem filij, duntaxat de peculio [d] poſſe conueniri:
quaſi iudicium cōtractum ſit cum filio, non quòd actio nata
ex delicto proponatur contra patrem: vt ff. eodem. l. noxali.
& l. quoties. & l. & ſi condemnatus. & de peculio. l. licet. §.
idem ſcribit. & inſtit. eodem. §. vltimo. Multò minùs inſtitue-
tur ex delicto liberi hominis, mihi bona fide ſeruientis: vt ff.
de interroga. act. l. in confeſſionibus. §. vltimo. & l. ſi is. imò
19 † & ſi ſeruus erat eius, cuius nomine ſuſcepi iudicium noxa-
le, & ante ſententiam ad libertatem peruenerit: pota quia ſta-
tuliber erat, mereor abſolui: ita tamen vt transferatur iudi-
cium in ſtatuliberum. Si verò rei iudicandæ tempore adhuc
in ſuſpenſo ſit ſtatuta libertas, liberabor ego hæres tradendo
ſeruum: quia toto iuri meo cedo: ſic & liberor, quando, pen-
dente iudicio, dominium ſerui (putà ex cauſa legati) in alium
tranſit. & fortè ſic liberor in vtroque caſu, vt deditione ſerui
debeam ſatisfacere agēti noxali: ſed non teneor ei de euictio-
ne: niſi contingeret ob factum meum: aliàs autem teneretur:
vt ff. eodem. l. ſi quis à multis. §. vltimo. & l. prætor. & l. ſi no-
20 xale. §. vlti. † Item inſtituitur actio noxalis ex delicto ſerui
delinquentis contra alium. Nam ſi delinquat in dominum
ſuum, nunquàm naſcitur actio ex illo delicto domino ſuo:
niſi ſeruus manumiſſus, vel alienatus, res quondam domini
contrectaret: vel in eis delinqueret: vt j. eod. l. j. & j. an ſeruus
ex facto ſuo. l. vlt. Imò & ſi alienus erat ſeruus, qui contra me
deliquit, & poſteà in dominium meum peruenit, extinguitur
actio noxalis: ſi peruenit in dominium meum, antequàm li-
tem conteſtetur cum domino ſuo extinguitur actio: ſi autē per-
ueniſſet poſteà, durabit actio noxalis: vt ff. eod. l. ſi alienus ſer-
21 uus. † Sic autem inſtituuntur noxales, vt dominus ſatisfa-
ciat pro delicto ſerui, vel dedat ſeruum pro noxa: vt ff. eod. l. j.
22 Vbi tamen † familia [e] alicuius deliquit, ſuccurratur domino,
e ne pro ſingulis ſufferat pœnam, vel ſingulos dedat pro noxa.
Sed ſufficit ſi tantùm præſtet, quantum præſtaret vnus liber
homo ſi deliquiſſet, ſiue præſtet tantum in pecunia, ſiue præ-
ſtet tantùm in pretiis ſeruorum, quos dedidit, vel paratus eſt
dedere: vt ff. eod. l. quòd ait prætor. Hoc procedit, niſi familia
corrupit album prætoris: tunc enim pro ſingulis reſponde-
bit dominus: vt ff. de iuriſd. om. iud. l. ſi familia. Et nota, quòd
vix alibi reperitur: ſcilicet, quòd dominus obligatus eſt ad id
tantùm, in quo deliquit ſeruus: putà, ad pecuniam. & tamen
liberatur dedendo ſeruum, id eſt, ſoluendo ſpeciem: vt ff. de re
iudic. l. miles. §. j. & ij. Aliud etiam ſpeciale notandum eſt,
quòd ſi ſeruus deditus reſarcierit damnum quæſita pecunia
ei, cui deditus eſt, auxilio Prætoris, inuito domino, manumit-
23 tetur: vt inſtit. eodem. §. domini. † Habet autem facultatem
noxæ deditionis dominus, vſque ad quatuor menſes poſt rem
iudicatam

iudicatam à qua non eſt appellatum connumerandos. Vel dic
etiam poſt quatuor menſes habebit prædictam facultatem.
Nam licet iudicati poſsit conueniri, non tamen eſt conuen-
tus: vt ff. de peti. hæred. l. item veniunt. §. item rectè. Et ſunt
24 † hæc expedita, ſi conueniatur aliquis noxali ab vno tan-
tùm ex vno delicto, vel pluribus. Si autem quis conueniatur à
multis, ei dedendus eſt ſeruus, qui occupauit victoriam cau-
ſæ: id eſt, ei qui priùs peruenit ad ſententiam: non ei, qui prior
egit. Sic ergo ei qui poſterior vicerit, denegabitur actio iudi-
cati. Et not. quòd iſte caſus victoriæ, & facti deditionis vni a-
ctori, liberat dominum: ab alio autem non liberatur domi- a
nus: ſi lite conteſta. deceſsiſſet ſeruus. Si autem deceſsiſſet ante
litem conteſta. liberaretur morte ſerui dominus: etiam ſi dolo
deſiiſſet poſsidere, alienando ſeruum in alium: vt ff. eodem. l.
electio. §. ſi is. & l. ſi plurium. §. vltimo. Si autem deſiiſſet dolo
poſsidere, ſeruum manumittendo, non liberaretur morte: vt b
25 ff. eodem, l. ſi hæres. † In caſibus autem ſciendum eſt, quòd c
etiam ſi dominus non dedit ſeruum pro noxia, nec ſoluat de- d
licti æſtimationem, liberatur: ſi patiatur ſeruum caſtigari: vt ſi
ſeruus corrupit albũ prętoris, vel ſi circumſcripſerit minorem,
nec ſatis fiat minori ex peculio ſerui, vel ſi ſeruus commiſit in- e
iuriam, vel ſi ex ſerui habitaculo quid deiectum eſt, quod de-
dit alij damnum: vt ff. de iuriſdic. omn. l. ſi quis id. §. in ſeruos.
& ff. de mino. l. ꝙ ſi minor. §. ſi ſeruus. & de his qui deiec. vel
effu. l. j. §. cum ſeruus. & de iniur. l. ſed ſi vnius. §. cum ſeruus.
26 † Sed & in caſibus aliis notandum eſt, quod etiam noxæ dedi-
tio non ſufficit ad liberationem, imò oportet omninò domi-
num pro maleficio ſerui ſatisfacere, ac ſi liber homo deliquiſ-
ſet: & in primis fit hoc ratione moræ domini. vt ſi quadrime-
ſtri iam elapſo tempore poſt rem iudicatam, cœperit iudicati
conueniri: vt ſuprà dictum eſt. Item ratione ſcientiæ domini,
ſi ſciuit ſeruum delinquere, & cum poſſet prohibere non pro-
hibuit. Si autem prohibere non potuit, excuſatus eſt: vt ſi ſer-
uus contemnat dominum, vel trans flumen erat ſeruus, vel ad
libertatem proclamando deliquit: vt ff. eodem, l. iij. & iiij. Sed
excuſatur dominus, ſi eum deliquit, ſeruus erat alienus, licet
poſteà in ſuum dominium peruenerit: vt ff. eodem, l. iiij. §. j.
Item & ratione iuſſus non liberatur dominus noxæ deditio-
ne. In quo caſu & noxalis actio poteſt habere locum, ſi ali-
quod fuerit delictum ſerui: vt quia in atrocioribus non de-
buerit parere domino: vt ſuprà dictum eſt. Item ratione men-
dacij: vt ſi negauit ſeruum in ſua poteſtate eſſe. Et ratione of-
ficij: vt ſi agat procurator, vel depoſitarius noxali: ſicut ex
præmiſsis liquet. Item ratione doli: vt ſi dominus deſierit do-
27 lo poſsidere, ſicut ſuperiora declarant. † Et hic ſubiicio re-
gulam, quòd vbicunque poteſt agi de noxæ deditione, poteſt
☞ & agi noxali, ſi velit actor: niſi (vt dixi) cùm ſeruus, domino
iubente, debuit parere in non atrocioribus. Non autem ſe-
quitur, ſi potuit agere noxaliter, ergo potuit agere detracta
noxæ deditione, egit noxaliter, & poſtea pœnitendo velit a-
gere detracti noxæ deditione, vel econuerſo, poteſt hoc face-
re pendente iudicio: ſed lata ſententia nequaquam: vt ff. eod. l.
28 in delictis. §. vlti. Et videtur † iſtud fouere quorundam erro-
rem, qui dicunt, ſi petij decem, vel fundi partem, & poſteà
quandocunque iudicio pendente, ante ſententiam velim pe-
tere totum fundum, vel integra xx. quod poſſum: vt inſtitu.
de act. §. ſi minus. Hoc autem admitto in vniuerſali actione:
vt in hæreditatis petitione, & famil. erciſcun. In ſingularibus
autem admitto ante lit. conteſta. Item & poſteà ante ſacra-
mentum calumniæ, vt addat in libello ea, quæ hodie petit:
poſteà autem alia interpellatione erit opus, cum alia res poſt
iudicium plenè inchoatum non petatur: vnde & lata ſentẽtia
in prima re non prodeſſet, nec noceret in alia. In prędicto au-
tem iudicio noxali, & eædem perſonæ ſint, & eadem cauſa a-
gendi, id eſt, ex maleficio ſerui, & eadem res, id eſt, obligatio
pœnæ delicti. Nam & (vt dixi) is qui tenetur noxali, eſt obli-
gatus tantum ad pœnam, non ad noxam. Eſt autem contro-
uerſia de quodam beneficio, ꝙ domino ſolet dari per legem:
ſcilicet poſsit, vel non poſsit dedere noxæ. & ideo licet actori
29 variare, vt dixi. † Quales ſunt hæ actiones ſub regula tradi
non poteſt: quia plures ſunt (vt diximus) noxales: ſed hic in
ſingulis dico: quia qualis eſt directa, talis eſt noxalis. Si ergo
illa eſt prætoria, & hæc. Si illa datur hæredibus, & hæc. In
hæredes autem non datur, tanquam in hæredes ſed quaſi in
dominos: Si illa perpetua eſt, & hæc perpetua: vt ff. eodem. l.
penulti. §. penulti. & vltimo. Quod enim ibi dicitur perpetua
eſt, expone, id eſt, perpetua eſſe poteſt, ſecundum qualitatem
directæ. & ſimilis ſit expoſitio: vt ff. ad Velleia. l. hæ actiones.
& de capit. dimi. l. ij. in fine.

ANNOTATIONES.

a Dentur. Vide per Spec. in titul. de iniur. 4. ſequitur per totum. Bald. in l. ſi prædium. C. de ædil. actio. domi. Alexand. in l. hæc ſtipulatio. de verborum ſignifica. Ia. de May. in §. præterea. nume. 17 cum plur. ſeq. à char. cxiij. vſque ad char. cxiiij Inſtitu. de act. qui omnia neceſſaria tangit. & vide doct. in l. item veniunt. §. cum prædiximus ff. de petitio. hæred.

b Oblatio. Vide Bald. in l. acceptam. C. de vſuris. & per Alexan. & Moder. in l. ſi mora. ff. ſoluto matrimo.

c Agit. Vide dominum Flori. de ſancto Petro in l. ij. ff. de noxali. actio.

d De peculio. iſtam quæſtio. vide in terminis per Bald. in l. executorem. C. de executio. rei iudi. & vide Pau. de Caſtr. in conſil. xxx. qui multa ad materiam ponit.

e Familia. Vide in Inſtit. de noxa. in princip. & ibi etiam aliquid per Ange. de Are.

Ad exhibendum. *Rubrica.*

1 *Exhibere quid ſit.*
2 *Exhibitionis nomine quid plerunque contineatur.*
3 *Exhibitio cur, & cuius neceſſaria.*
4 *Libellus qui concipiendus in exhibitione.*
5 *Exhiberi quæ peti queant.*
6 *Actiones quæ proponantur pro exhibitione. & num. 8.*
7 *Debitor quo modo agat pro exhibitione inſtrumenti.*
9 *Exhibitionem fieri ex iuſta & probabili cauſa, quomodo ſit intelligendum.*
10 *Actio ad exhibendum quando, & cui denegetur.*
11 *Intereſſe eius qui agit ad exhibendum, quo tempore conſiderari debeat.*
12 *Agens ad exhibendum quæ debeat noſſe.*
13 *Actio ad exhibendum aduerſus quem competat.*
14 *Actionem ad exhibendum non habere locum pro tigno iniuncto.*
15 *Actione ad exhibendum propoſita, quod tempus conſiderandum.*
16 *Culpa quando præſtetur in actione ad exhibendum.*
17 *Exhibitio quo loco fieri debeat, & cuius ſumptibus.*
18 *Exhibitio qui facienda.*
19 *Exhibitionis non factæ vtilitates.*
20 *Condemnatio quomodo fieri debeat in actione ad exhibendum.*
21 *Actione ad exhibendum quando iterum intentanda.*
22 *Actio ad exhibendum qualis.*

EXPOSITIS actionibus in rem mixtis & ſim-
plicibus dicendum eſſet de perſonalibus. Sed quia
& prædictarum actionũ, & earundem de quibus
erit dicendum præparatoria eſt actio ad exhiben
dum, ideo de ea ponit. Videndũ ergo, quid ſit exhibere, & pro
quibus rebus agatur ad exhibendũ, & quibus actionibus, &
cui detur hęc actio, & quando, & contra quem, & vbi fiat ex-
hibitio & qualiter, & inquantũ fiat condẽnatio in hac actio-
1 ne, & qualis ſit hæc actio. † Eſt autem exhibere facere in pu-
a blico poteſtatem, vt ei qui agit experiundi ſit copia: vt ff. eo.
l. ij. id eſt, in publicum rem deducere, & videndę, tangendęq́;
& apprehendendę rei facultatẽ præbere. & ſi erat inſtrumen-
tum debet fieri facultas legendi. Item & deſcribendi. Et pro-
priè dicitur exhibere, id eſt, extra ſecretũ habere: vt ff. de tab.
exhib. l. iij. §. quid ſit. & de lib. ho. exhi. l. iij. §. ait prętor. & quẽ
admodum teſta. ape. l. j. j. reſpõſo. & l. ij. §. inſpectio. & ad leg.
2 Fal. l. pen. §. vlti. & de verb. ſigni. l. vlti. Sed & nomine † exhi-
bitionis quandoque continetur, vt qui agit ad exhibendum
habeat omnem poſſeſsionẽ, id eſt, ciuilem, & naturalem: reus

detentionem loco pignoris. Sic enim agit debitor, vel hæres
contra eum, qui eſt in poſſeſſione cauſa rei ſeruandæ, vel cau-
ſa legatorum. item quandoque continetur, vt actor habeat ci-
uilem poſſeſſionem, reus autem naturalem, vt cùm agit pro-
prietarius contra fructuarium: vt ff. eod. l. Celſus. §. Iulianus.
& §. idem Iulianus. Nomine autem exhibitionis non conti-
netur rei reſtitutio: vt ff. de verb. ſignifi. l. plus eſt in reſtitutio-
ne. ſed continentur tantùm ea, quæ ſuprà dicta ſunt: niſi fortè
reus ſuper re non eeſerat item. etiam de facto, quin plenn iu-
re ſit actoris: vt in inſtitoe dicitur: vt ff. eod. l. Celſus. §. item
Celſus. In publicum intellige, id eſt, apud magiſtratus: vt ff. de
3 seruis ſig. l. In publicum. Item † ideo dicitur, vt ei qui agit
experiundi ſit copia: quia antequàm fieret exhibitio plerun-
b que non poſſet quis intendere actiones. b vnde & dicitur hæc
actio neceſſaria. & in vſu quotidiano eſſe: & maximè propter
vendicationes, eſt inducta. maximè, ideo dico, quia non tan-
tùm acturo rei vendicatione & reali qualicunque actione,
ſed etiam acturo pignoratitia, Seruiana, ſiue hypothecaria,
vel interdicto, vel optaturo ſeruum, vel acturo de poſſeſſio-
ne, vel acturo noxali datur hæc actio. Quid enim ſi dominus
paratus eſt ſeruum defendere, actor verò deſignare non poſ-
ſit, id eſt, oſtendere quis deliquerit: niſi ex præſentibus, quia
aut ſeruum non recognoſcit, aut nomen non tenet? æquum
enim eſt ei familiam exhibere: vt noxium ſeruum agnoſcat,
& deſignet eum cuius nomine agit noxali, recenſione, id eſt,
nominatione ſeruorum facta: vt ff. eod. l. j. & l. ij. §. eſt autem.
& §. item ſi optare velim. §. ſi quis noxali §. Pompo. Item per-
quàm neceſſaria eſt hæc actio in rebus, quæ de iure non ven-
dicantur, niſi primò exhibeantur: vt dicitur in gemma incluſa
auro alieno: vt ff. eod. l. gemma. Idémque in aliis, quæ conce-
dunt aliis iure acceſſionis: vt patebit ex ſequentibus. Et vi-
detur ex prædictis, quòd priùs debeat agi ad exhibendum,
quàm intendatur actio principalis: ſic enim diximus eam dari
in rem acturo: vnde hæc actio eſt vtriuſque præparatoria: ſi-
cut & interrogationes quæ fiunt, vtrum ſit aliquis hæres, vel
4 pro quota portione, vel vtrum poſſideat, an non. † Præpara-
toriæ ſunt, petitionis hæreditatis, & perſonalium actionum,
& rei vendicationis, vel etiam (quod verius eſt) dicam conci-
piendum libellum in act. ad exhibendum: & in alia actione
cuius ipſa eſt præparatoria: vt ſic non videatur ſine cauſa pe-
tere exhibitionem. Sed tamen non procedatur in principali
actione, cuius gratia deſideratur exhibitio: antequàm fiat ex-
hibitio. Nam & petitionis hæreditatis, & rei vendicationis
diximus ſ. de pet. hæred. eſſe exponendum libellum, ante-
quàm fiant interrogationes, quæ ſunt ipſarum præparato-
riæ: & probatur hoc ff. de interrog. act. l. j. & l. de ætate, §. ij. ſic
5 enim dicit, ſi cer. pe. Item dicit inſtituta actione. † Agitur au-
c tem ad exhibendum c pro rebus mobilibus, & ſe mouenti-
bus: pro immobilibus verò locum non habet. Immobilia
enim ipſa ſe exhibent, & ſine alicuius exhibitionis propoſi-
tione: vt j. quando & à qui. quarta pars debe. l. j. §. ſed vbi.
6 † Pro exhibitione autem proponuntur plures actiones. ſi
enim hoc ipſum fuerit promiſſum vt exhibeatur res, agitur
actione ex ſtipulatu: quia incertum, id eſt, factum deductum
eſt in obligationem: vt inſtitu. de verb. oblig. in prin. & ff. de
verbo. oblig. l. vbi. §. qui id. Sed & ſi non ſit promiſſa exhibi-
tio, agitur alia actione ex teſtamento contra hæredem, vt ex-
hibeat inſtrumenta rei legatæ. multò magis agetur & ſi ipſa
inſtrumenta fuerint legata: vt j. de fideicommiſſ. l. inſtrumen-
ta, & j. ad leg. Fal. l. ſi prædiorum. Item & emptor aget ex
empto contra venditorem, vt exhibeat inſtrumenta rei em-
ptæ: vel ad probationem proprietatis, vel ad probationes fi-
nium: vt ff. de act. empti. l. Titius hæres. Idémque dici poteſt
in omni contractu ex quo de euictione contra actorem eſt a-
ctio: vt in eodem caſu ex eo contractu pro inſtrumentis rei
exhibendis proponatur. Sed & agitur pro exhibitione, & tra-
ditione inſtrumenti fauore libertatis: ſi manumiſſus petat à
domino manumittente inſtrumentum manumiſſionis: vt j. de
7 libe. cau. l. ſicut datam. Item † debitor ſoluta pecunia credi-
tori, agit condictione ſine cauſa contra creditorem, vt exhi-
beat & tradat inſtrumenta ſi erat inſtrumentum creditoris: vt
quia ſoluit pretium tabellioni: vt j. de condict. ex lege, l. diſ-
ſolutæ. Si verò erat debitoris inſtrumentum, vt quia pro eo
ſatisfecit tabellioni, aget pro eo exhibendo actione ad exhi-
8 bendum: vt j. eod, l. vlti. item & † hæres contra hæredes aget
familiæ erciſc. vt exhibeant cautiones, vel inſtrumenta hære-
ditaria, & etiam tab. ad fidem rei faciendam: nec enim ſufficit
exemplum oſtendere: vt ff. famil. erciſ. l. cæteræ. §. vlti. & l. ſi
quæ. & l. Pomponius. Item ſocius per actionem pro ſocio. Et
procurator per actionem mandati. Et tutor per actionem tu-
telæ: & curator per vtilem neg. geſt. coguntur exhibere, &
tradere inſtrumenta. Idémque in argentario, qui metu actio-
nis in factum compellitur edere rationes. Idémque in tabel-
lionibus dico, qui eis ſunt ſimiles: vt ff. de eden. l. quædam. j.
reſponſo. & §. vlti. Item fit exhibitio per interdictum de li.
ho. exhiben. Item per interdictum de liberis exhibendis qui
ſunt in noſtra poteſtate: vt ff. de li. ho. exhib. l. j. & ij. & de lib.
9 exhi. l. j. Fit † enim exhibitio rerum per hanc actionem qua-
cunque actione quis ſit acturus, vt ſupra dictum eſt: dum ta-
men ſua interſit ex iuſta. & probabili cauſa. Interſit dico pe-
cuniariter, non alio modo: puta ratione affectionis, vel co-
gnationis: vt ff. eodem, l. ſi liber homo. Ex probabili autem
cauſa ideo dixi, quia licet ſtudioſus alicuius doctrinæ poſſet
dicere ſua intereſſe illos, aut illos libros ſibi exhiberi: quia ſi
eſſent exhibiti, cùm eos legiſſet doctior, & melior futurus eſ-
ſet: non tamen de iure poſtulabit eos ſibi exhiberi, quia non
iuſta cauſa interſit. Nam & fur, & raptor, & qui dolo deſiit
poſſidere, ſua poſſunt dicere intereſſe rem exhiberi, eo quòd
aliis tenentur: non tamen agunt: vt ff. eodem. l. iij. §. ſi mecum.
10 & l. pen. In caſu † tamen non datur ad exhibendum actio, li-
cet interſit: ſed datur in factum, puta pro inſtrumento quod
non eſt meum: ſed intereſt mea ipſum exhiberi. Si enim ſer-
uus meæ vxoris rationes meas in charta non mea ſcripſit: &
tu eas poſſides, dabitur actio in factum. Si autem in mea
charta eſſent ſcriptæ, daretur hæc actio: vt ff. eod. l. ij. §. inter-
dum. & eſt hoc mirabile, quòd pro rebus aliis datur hæc actio,
licet non ſint agentis: vt ſ. dixi. & hoc de inſtrumento in quo
non eſt teſtamentum. Si verò teſtamentum eſſet ibi, & poſſeſ-
ſor teſtamenti negaret penes ſe eſſe tabulas, vel diceret ſe non
debere exhibere, datur hæredi, & legatariis interdictum de
tabulis exhibendis. Si autem poſſeſſor confiteretur ſe habe-
re teſtamentum, & non diceret ſe non debere exhibere, lo-
cum habet edictum, quemadmodum teſta. aperiantur. ſed &
hæres habet rei vendicationem, & ad exhibendum, ſi charta
fuit teſtatoris: vt ff. de tabul. exhib. l. j. §. ſi quis fortè. & l. ha-
bet. §. ſoluitur. & quemadmodum teſta. aper. l. ij. §. vlti. & l. iij.
11 & ff. eodem, l. iij. §. ſi quis extra. Intereſſe † autem debet acto-
ris vtroque tempore, id eſt, lit. conteſta. & cum facienda eſt
condemnatio: vt ff. eodem, l. tigni. §. vlti. quod intelligo ſi in-
cipias à primo tempore lit. conteſt. Si autem incipias à tempo-
re ſententiæ, puto quòd ſufficiat tunc intereſſe, ſicut & reum
tunc poſſidere ſatis eſſe ſupra dixi. Item ex hoc liquet in pi-
gnoratitia actione. Nam, qui ante ſolutionem egit pignora-
titia, licet non rectè egit: tamen ſi offerat in iudicio pecuniam,
debet rem pignoratam, & quod eius intereſt conſequi: Sic &
in actione mandati. Si mandauero tibi vt à Titio decem exi-
geres, & ante ea exacta mandati tecum egero: Si ante rem iu-
dicatam exegeris, condemnandus es. Idémque & in querela,
quam quis inſtituit antequàm præcedentes eum perſonæ ex-
cluſæ eſſent, ſed poſtea tempore ſententiæ excluſæ apparent:
vnde actor vincit: vt ff. de pig. actio. l. ſi rem. §. vlti. & mandati.
l. ſi mandauero tibi, vt à Titio. & de inoffi. teſta. l. ſi non mor-
tis. §. vltimo. in perſonalibus autem actionibus, quæ non ſunt
in rem ſcriptæ, ſicut eſt hic, ſatis eſt interfuiſſe actoris, vel lite
conteſta. vel tempore ſententiæ: vt ff. de ſer. corrup. l. doli. §.
vlt. & de fure. l. inter omnes. & ſi quis cautio. l. qui autem. §. il-
12 lud. † In hac autem actione actor d omnia debet noſſe: ſcili-
d cet, quæcunque potuit vt inſtruatur reus, & iudex, cuius no-
mine agatur ad exhibendum, id eſt, dicere debet argumenta,
hoc eſt indicia rei de qua agitur: vt ff. eodem, l. iij. in prin. Si
autem actor non potuit ſcire indicia, non imputatur ei. vt ff.
eodem, l. iij. §. ſi quis noxali. Hoc quantum ad hanc act. nam
poſtea habebit neceſſe in rei vendic. dicere indicia: vt ff. de
rei vendi. l. ſi in rem. & ſatis eſt ſi ſummatim, id eſt, ſemiplene
doceat

doceat ſua intereſſe rem exhiberi: vt ff. eod. l. iij. §. ſciendum.
Et in hac ſemiplena probatione non eſt opus teſtibus, vel in-
ſtrumentis: ſed ſatis eſt quòd iuro non calumniæ cauſa me po
ſtulare exhibitionem: vt ff. eod. l. theſaurus. ſi tamen poſſeſſor
obijciat exceptionem euidentem, quæ facilè repellat agen-
tem, abſoluitur. ſi obſcurior, vel quę habeat altiorem indagi-
nem, quæſtio differenda eſt in directum iudicium, re exhiberi
iuſſa. De quibuſdam autem except. omnino cognoſcit iudex,
id eſt, de exceptione pacti, & doli, & rei iudicatæ, & iuriſiu-
13 randi, vt ff. eod. l. iij. §. ibidem. † Competit autem hæc actio
e contra quemuis poſſeſſorem[e]: ſiue ciuiliter, & naturaliter, ſiue
ciuiliter tantùm, ſiue naturaliter tantum poſſideat, vel deti-
neat, vel per ſe, vel per alium: puta, per ſeruum: vt ff. eod. cum
ſeruus. Vnde depoſitarius, & comodatarius tenentur hac act.
quia etſi non poſſideant, habent tamen facultatem rei reſti-
tuendę. hoc enim ſolum ſufficiens eſt, & neceſſarium, vt quis
teneatur hac actione. Nam & ſi quis poſſideat, non tamen ha
beat facultatem reſtituendi, non tenetur: vt ecce, ſeruum ha-
bes in fuga, vel permiſiſti ei morari vbi velit, vel peregre miſ-
ſus eſt à te, vel in prædiis tuis agit, ad hoc ſolum teneris, vt ca-
ueas te exhibiturum, ſi in poteſtatē tuam peruenerit: vt ff. eod.
l. iij. §. vlt. & l. iiij. & l. Celſus. §. item ſi mortuo. & §. vlt. & l. de
eo. §. ſtatuſta. Si vero nec reſtituere poſſes, nec poſſideres, nec
dolo vel culpa feciſſes, quominus poſſideres, non teneris caue
re: vt ff. depoſi. l. ſi ſine. Item ſunt quidā, qui non poſſidēt res,
eo quòd aliis rebus cedunt iure acceſſionis: & tamen tenētur
ad exhibendum: vt ecce, rotam meam aptaſti vehiculo tuo, vel
armario, vel nauituæ tabulam meam, vel anſam meam cypho
• tuo iniunxiſti, vel emblemata • phialæ, vel purpurā veſtimen-
to intexuiſti, vel brachium ſtatuæ coadunaſti, teneberis ad ex
hibēdum, licet hoc non poſſideas: imo hæc iure acceſſionis vi
dentur exuncta. vt ff. eod. l. tigni. §. ſed ſi rotam. & de acquir.
poſſeſſio. l. qui vniuerſas. primo reſponſo. & inſtitut. de rerum
diuiſio. §. ſi tamen. Idemq; & in gemma incluſa auro alieno,
vel ſigillo incluſo candelabro: vt ff. eod. l. gemma. In gemma
tamen incluſa diſtingue, quid cuius ornādi cauſa poſitum ſit.
Id enim ſolum videtur poſſideri, cuius gratia ponitur alte-
rum: vt ff. de auro & argen. lega. l. & ſi non ſunt. §. vltimo. Si
autem dubitetur, quòd eorum gratia alterius ornandi poſi-
tum eſt: dici poteſt vtrunque poſſideri. Et in hoc caſu eſt
intelligendum, quod dicitur ff. de vſucap. l. rerum mixtura.
Si autem gemmæ includantur anulo, vel auro, vt habilius
portentur: dicit lex aurum gemmis cedere: vt ff. de auro &
argen. leg. l. ſi vt habiliter. patet enim quòd gratia gemmatū
14 facta fuit incluſio. In † tignis autem iniunctis domui, non
habet locum actio ad exhibendum vt poſſeſſor teneatur ea
eximere. & eſt hoc propter publicam vtilitatem ne ruinis
deformetur ciuitas. Datur autem actio de tigno iniuncto cō-
f tra poſſeſſorem: vt ſoluat æſtimationem tigni in duplum.[f]
Sed & ſi ſciens tignum alienum iniunxit ædibus ſuis, tene-
tur actione ad exhibendum, non vt exhibeat, vel eximat ti-
gnum: ſed vt iuretur contra eum in litem, quaſi dolo deſie-
rit poſſidere: vt ff. de rei vendi. l. in rem actio. §. vltim. & de
ſol. l. qui res. §. aream. & ff. de tigno iniuncto. l. j. & inſtitu. de
rerum diuiſio. §. cum quis. & ff. eod. l. gemma. Illud non con-
ſideri in reo, ſit ſingularis perſona, an vniuerſalis, munici-
pium puta, vel collegium. nam omnes poſſunt conueniri hac
15 actione: vt ff. eodem. l. tigni. §. item municipes. hoc † autem poſ
ſideat, vel non poſſideat reus, vel vtrum habeat facultatem
rei reſtituendæ an non, conſiderari debet tempore ſententię.
Nam & ſi tempore litis conteſtatæ non poterat reſtituere,
poteſt tamen tempore ſententiæ. Tenebitur è conuerſo ſi
tempore litis conteſtatæ poterat exhibere: deinde ſine dolo
malo tempore ſententiæ deſiit poſſidere, vel poſſe exhibere:
non tenebitur: quamuis ſic inquit Papinianus, quòd impu-
tetur ei, cur ſtatim non reſtituit: ſed paſſus eſt litem contra
ſe conteſtari, vt ff. eodem. l. tigni. §. ſi quis. Et iſtud, quam-
uis, poteſt legi aduerſatiuè in poſſeſſore qui à principio fuit
bonæ fidei, & habuit cauſam iuſtam litigandi: puta, vt age-
ret de euictione, vel ſi non habuit iuſtam cauſam litigandi,
tamen propter bonum initium (licet poſtea incipiat eſſe ma-
lę fidei) excuſatur à caſu, ſi res eodē modo erat peritura apud
actorem: alioqnin non excuſaretur, ſi actor à tali caſu rei ca-
uiſſet, vel rem diſtracturus erat: vt ff. de rei vendi. l. item ſi ver
beratum. §. vltimo. & l. vtique. Correctiue etiam legi poteſt
in poſſeſſorem, qui à principio fuit malæ fidei: vt ff. de petitio.
hęredita. l. illud. primo reſponſo. & ff. eodem. l. de eo. §. ſi poſt.
Prædicta autem conſideratio poſſit quis, vel non poſſit re-
ſtituere tempore ſententiæ, habetur in his qui carent dolo, &
culpa. Si autem quis dolo deſiit poſſidere, vel ante litem,
vel poſt litem: tenetur hac actione: quia dolus reputatur pro
poſſeſſione: vt infrà eodem. l. ad exhibendum. & ff. eod. l. Iu-
lianus. directa non vtili: quia vtilis nulla datur: vt ff. eodem. l.
cùm ſeruus. Nec obſtat, quod dicitur, infrà eod. l. ſi res. quia
16 ibi loquitur in actione depoſiti. † Culpa autem præſtatur à
bonæ fidei poſſeſſore poſt litem conteſta. à malæ fidei autem
poſſeſſore, etiam ante. vt ff. de rei vendica. ſi homo. Deſinit
autem poſſidere, vel qui rem alienam in alium, vel qui rem peri
mit, vel corrumpit, vel effundit, vel confringit: vt in præ-
dicta l. Iulianus. & hoc ſi ipſa corruptione mutata ſit forma
rei: puta, ſi de maſſa fecit cyphum, vel de cypho maſſam, vel
ex aliena materia ſciens fecit ſpeciem: vt ff. eodem. l. de eo. §.
ſi quis ex viis. Nam forma rei, eſt eſſe rei, vt apud Boëtium
dicitur. & lege idem comprobatur: vt ff. de auro. & argen.
lega. l. Seia. Et forma eſt, quæ dat eſſe rei, vt l. ſi it, qui qua-
dringenta. ff. ad legem Falcid. Si autem forma non ſit muta-
ta, res tamen deterior eſt effecta: vt ſi ſeruum debilitatum, vel
eluſcatum exhibeat, vel cyphum exhibet, ſed deteriorатum,
non tenetur quidem actione hac: imo liberatus eſt ea. vt no-
tatur in principio ſummæ, inſtitu. de leg. ſed de damno tene-
tur actione in factum Aquilia ſubſidiaria, vel Aquilia dire-
cta: vt ff. eodem. l. Iulianus. §. ſi quis. & l. ſi quis hominem. &
infrà eodem. l. exhibitionis. Exhibitio autem eſt facienda
17 † ibi, vbi fuerit res, cùm lis conteſtaretur: & ſi velit actor
rem perferri, & perduci ad eum locum, vbi actum ſit: debet
periculum, & omnes expenſas agnoſcere præter eas, quæ
fiunt in veſtiendo, & in curando. Illas enim agnoſcet reus:
niſi fortè res exhibenda: puta, ſeruus ex operis, vel artificio
ſuo ſolebat ſe exhibere. Nunc autem cogitur vacate: tunc
enim agnoſcet actor expenſas omnes. Sed & quandoque
reus ſuſtinet omnes expenſas, & periculum interim dū per-
ducitur res ad locum iudicij, hoc eſt, ſi data opera in locum
abditum res contulit: vt ff. eodem. l. ſed & ſi hęreditas. §. quod
autem loco. Idémque dico in reſtitutione rei facienda, con-
demnato reo in rei vendicatione. Nam & vbi iudex reo dat
electionem, vt aut rem reſtituat ibi, vbi res eſt: aut vbi agi-
tur, ſed ſumptibus petitoris, extra, id eſt præter, cibaria quæ
in itinere, vel in nauigatione facienda ſunt. & hoc actore nō
contradicente iudici. & hoc eſt, quod dixit lex, niſi malit,
&c. Alioquin actori dabitur electio. vbi reſtituatur ei res, &
ſatiſdabitur ei de reſtituenda re, vt tamen poſſeſſor cum præ-
dicta diſtinctione agnoſcat cibaria: vt ff. de rei vendica. l. ſi
18 res. & l. niſi malit. † Tenetur[g] autem reus exhibere rem,
g id eſt, præſtare in eadem cauſa, in qua fuit cum iudicium ac-
ciperetur: vt quis copiam rei habens poſſit exequi quod de-
ſtinauit: in nullo caſu læſa actione. Si ergo poſt lit. conteſta.
vſucaptum exhibeat, non videtur exhibuiſſe, cum petitor in-
tentionem ſuam perdiderit. & ideo non abſoluitur reus: niſi
• paratus ſit repetita die • intentionem actoris ſuſcipere, ita vt
fructus ſecundum leges æſtimentur, hoc eſt, vt ita reſpon-
deat in rei vendicatione, ac ſi partes eſſent in eo puncto, vel
eo die, quo facta eſt litis conteſta. in actione ad exhibendū.
Item eandem cauſam debet præſtare reus, etiam quantum ad
acceſſiones. puta partus, & fœtus, & fructus. Nam & illo-
rum poſt lit. conteſt. in hac actione ratio eſt habenda. Item
19 † vtilitates ſi quæ admiſſæ ſunt ob hoc, quòd non exhiberen
tur, vel tardius exhiberentur, æſtimandæ ſunt à iudice. Et iſtę
vtilitates maiores erunt interdum, quàm res ipſa. Quid enim
ſi poſtulaui mihi exhiberi ſeruum, vt ipſum mihi iubeam adi-
re hæreditatem delatam, nec exhibitus eſt: habebitur ratio
hæreditatis amiſſæ. Vel quid ſi adoptio ſerui relicta eſt mihi
intra certum tempus, & intra id poſtulaui mihi exhiberi fa-
miliam, neque eſt exhibita: & ita tempus eſt elapſum, vnde po
ſtea fruſtra fieret exhibitio mihi: certè habebitur ratio vtili-
ti

tatis actoris:vt ff.eodem,l. ſi optione. & l.ſed & ſi hæreditas.
20 Fit†autem condemnatio in hac actione,inquantum fieret
ſi rei vendicatione ageretur.ſicut diximus ſ.plenè de rei vẽd.
Si ergo dolo non exhibeatur res,iurabit actor in litem con-
tra reum,& videtur reus facere dolo, ſi rem habuit tempore
litis conteſt.in hac actione: & tunc non exhibet cauſam niſi
probaret contrarium:vt infrà eodem.l.non ignorabit. ſi au-
tem culpa rei interceſſit,tenebitur reus ad intereſſe: vt ff. eo,
l.ſi optione.& l.ſed & ſi hæreditas.primo reſponſo.& l.de eo.
§.ſi poſt. Sunt autem aliæ condemnationes faciendæ in per-
ſona rei,qui dolo,vel contumacia,vel culpa rem non exhibet
actori. Si autem nullum iſtorum reo poſsit imputari, abſol-
uitur reus: ſi tamen poſtea reperiatur poſsidere,vel poſſe ex-
hibere,iterum non obſtante exceptione conuenietur. quia
commutatione litis,alia res incipit eſſe:vt infrà eod.l. neque,
& ff.de excep. rei iudic.l.ſi rem. & l. ſi quis ad exhibendum.
Fuit enim reus abſolutus,quia non poterat exhibere. Si au-
tem eſſet abſolutus,quia res non pertineret ad actorem, ob-
ſtaret exceptio agenti ex veteri cauſa,vt plene diſtinxi in ex-
21 traordinaria ſumma de except.rei iudi. †Eſt autem hæc a-
b ctio arbitraria[b]:vt inſtit.de act.§.præterea.& ideo ferri poſ-
ſunt in ea duæ ſententiæ:vt ſuprà diximus in ſumma, de rei
vendi.Stricti iuris eſt,vt & cæteræ arbitrariæ.Perſonalis eſt,
vt dicit lex.ff.eod.l.iij.§.eſt autem. Sed quidam dixerunt eam
eſſe anomalam,id eſt,irregularem. Alij dixerunt eam eſſe in
rem,& dicunt eam eſſe perſonalem,propter perſonales præ-
ſtationes.Sed certè licet ſit perſonalis,non mirum ſi comite-
tur poſſeſſorem:quia & interdicta omnia vi ipſa perſonalia
ſunt:& tamen pleraque comitantur poſſeſſores: vt ff. de in-
terdictis l.j §.penul.& quod vi aut clam.l.ſemper. primo re-
ſponſo.& l.competit.§.vlti. & ne quid in loco publi.l.ij.§.an
tepenult.& §.penul.Item & actio quod metus cauſa, eſt per-
ſonalis:vt inſtitu.de act.§. præterea. & tamen ſcripta eſt in
rem;vt ff.quod metus cau.l.metum.iij.§.licet. & §. cùm autẽ.
& l.ſi cum exceptione.§.aliquando. Idémque in noxalibus a-
ctionibus:vt ſuprà tit.l.j.dixi.Et dico hanc actionem ex qua
ſi contractu eſſe,vt diximus in actione communi diuidundo.
Perpetua eſt,& hæredi,& in hæredem datur:non quaſi hære-
di,& in hæredem,ſed quaſi cuilibet cuius interſit, & quaſi in
quemlibet,qui exhibere poſsit:vt ff.eo.l.de eo. §. hæres. Nec
videatur alicui hæc actio ſuperuacua:quia res poteſt vendi-
cari,cum in rei vendicatione plena probatio ſit neceſſaria. In
hac autem ſufficit ſemiplena.Item quædam res non poſſunt
vendicari, niſi primo agatur ad exhibendum, vt liquet ex
præmiſsis.

ANNOTATIONES.

a Exhibere. Vide Brixienſem in repertorio ſuo in eo verbo multa accu-
mulatem ad hoc.
b Actiones. Vide Bald.& Moder.in l.ii.C.de edendo.per illum text. in
verb.exhibebis,&c.
c Ad exhibendum. Adde quòd iſta actio non poteſt cumulari cum rei
vendicatione.l.iii.§.eſt autem.& ibi glo.& omnes not.ff.ad exhiben.
d Actor. Vide Bal.in l.penul.C.quemadmo.teſt.aper.
e Poſſeſſorem. Vide text.notabilem ad iſtud propoſitum.& ibi ponunt
ſcribentes in l.non ignorabit.hoc tit.C.
e Emblemata. Vide Bud.in l.Tigni.ff.eod.
f In duplum. Adde in terminis Bar.poſt gloſſ.in l.in rem.§.tignum ff.
de rei vendi.late do.Barthol. Cæpo. in tracta.de ſerui.vrb. prædio.c.
xxx.& vltra,qui omnia neceſſaria adducit.
g Tenetur. Vide do.Lancelo.& Moder.in l.j.C.de eden.
h Arbitraria. Vide Bald.in l.penul.C.eo.quemadmo teſta.ape.
i Repetita die. Vide Bud.in l.Iulianus.ff.eod.

De religioſis & ſumptibus funerum,& de aleæ luſu,& aleato. *Rubrica.*

1 *Religioſus locus quis.*
2 *Sepulturæ perpetuæ traditum an,& quando liceat alio transferre.*
3 *Mortui illatio in ſepulchrum quando faciat locum religioſum.*
4 *Religioſum locum quando & cui liceat facere.*
5 *Mortuum inferre in locum communem an liceat vni ex ſociis inuito altero.& nu.7.*
6 *Mortuo illato in locum alienum citra voluntatem domini,qua ratione prouideatur ipſi domino.*
8 *Sepulchrorum genera.*
9 *Sepelire in ſepulchro hæreditario quibus liceat,& quos.*
10 *Religioſus qui deſinat eſſe locus.*
11 *Monumentum cenotaphium quid.*
12 *Mortuum ne quis impediatur inferre in ſepulchrum, in quo ius eſt ei ſepeliendi,quo remedio ei conſulatur.*
13 *Sepulchrum qua actione peti poſsit.*
14 *Sumptus funeris qui dicantur.*
15 *Sumptus in funus impenſi qua actione repetantur.*
16 *Actio funeraria quando detur,& nu.18.*
17 *Actio nego.geſtorum an,& quando competat pro impenſis in funus.*
19 *Actio funeraria contra quos detur.*
20 *Impenſarum nomine in funeranda vxore alicuius factarum qui teneantur.*
21 *Sumptus factos in funus filijfa.quis reſtituere cogatur.*
22 *Actio funeraria ad quid detur.*
23 *Actio funeraria qualis ſit.*
24 *Actioni funerariæ quæ priuilegia competant.*
25 *Iudicis officium quale ſit circa ſumptus in funus.*
26 *Alea luſus quis,quibuſque caſibus permiſſus.*
27 *Ludo amiſſa an repetibilia.*
28 *Aleator quis dicatur.*

DICTVM eſt ſ.de rebus corporalibus quæ ven-
dicantur,& diuiduntur quia in bonis ſunt: Nũc
videamus de illis corporalibus quæ nec vendi-
cantur,nec diuiduntur,nec in dominio ſunt: ſed
alio iure defenduntur:vt actione in factum, & interdicto de
mortuo inferendo:& ſic de religioſis audiamus. Sepulchra
tamen vulgariter,& abuſiuè noſtra dicimus:ſed quia in mo-
numentis faciendis,& in cadaueribus funerandis, varij ſum-
ptus fiunt,de ſumptibus funerum loquimur. Et quia extrema
luctus,gaudium ſæpe occupat,ſicut & è conuerſo:de luſu a-
leæ,& aleatoribus ſubiiciamus.Videamus ergo quis locus di
catur religioſus,& qualiter fiat, & quid iuris habeat aliquis
in eo,& pro eo.Item cui detur actio pro ſumptibus,& in quẽ,
& inquantum,& qualis ſit.& poſteà videbimus de aleæ lu-
ſu,quis ſit ille,vel dicatur,& quando permittatur, & quali-
ter ex permiſſo agatur, & quomodo prohibitus puniatur.
1 †Eſt autem locus[a]religioſus in quo aliquis eſt ſepultus[b], e-
a tiamſi ſeruus ſit:vt ff.eod.l.ij. primo reſpon. niſi ſepultus erat
b punitus capitaliter,vel in certum locum relegatus. tũc enim
neceſſariũ eſt ſpecialiter peti à principe,vt ſepeliatur: vt ff.de
cadaueribus punito.l.j.& ij. Vel niſi defunctus non erat lugẽ-
dus:vt ſi erat proditor patriæ ſuæ:vt ff.eod.l. minime. Aliter
autem fit locus religioſus,quatenus homo humatus eſt: vt ff.
eod.l.ij.§.Celſus.Hoc ita locum habet,ſi totũ corpus in vno,
loco ſit,vel ſaltem caput:vt ff.eod.l.cum in diuerſis. Item hoc
ita procedit,ſi inferatur homo,vt ibi ſit perpetuo.Secus ſi in-
feratur,vt ibi ſit ad tempus:tunc enim non fit locus religio-
2 ſus. & licet mortuum alio inferre. Si†autẽ traditus eſſet per-
petuæ ſepulturæ,nec iuſta interueniret cauſa, non licet alio
inferre ſine affatibus Auguſti:vt j.eod.l.penul. Iuſta autem
interueniente cauſa, puta quòd flumen contingit reliquias,
ſufficeret autoritas præſidis in tranſlatione:vt infrà eod. l.j.
3 Item†& in mortui illatione diſtinguendum videtur, fiat in
ciuitate,vel in municipio,an extrà: vt prima ſepultura:quia
illicita eſt ſecundum leges,non faciat locum religioſum:[ſe-
cunda autem faciat: vt infrà eodem l.antepenulti.& ff.de ſe-
pulc.vio.l.iij.§.diuus.Hodie tamen ex conſuetudine eccleſia-
4 ſtica,etiam prima ſepultura facit locum religioſum.] †Fit
autem locus religioſus propter illationem meam: ſi inferam
mortuum in locum meum,id eſt,in quo alius non habet ius
inferendi:niſi in caſu,vt cùm hæres in fundum legatum,pen-
dente conditione legati,vult inferre:vt ff.eodem.l.ſi locus. Si
autem aliquis habeat ius, puta pignoris, debitor poteſt in-
ferri,& inferre inuito creditore.Sed alij id non poteſt conce-
dere

dere inuito eo. Si verò in prædio meo ſeruitutem habeas præ-
dialem, & per alium locum non minus commodè vti potes,
poſſum inferre mortuum, & fiet locus religioſus. Secus ſi ha-
beres perſonalem ſeruitutem: vt vſumfructum, vel vſum: tunc
enim te inuito non infero: niſi inferrem teſtatorem, qui tibi
legauit vſumfructum, vel prædium. cùm in alium locum tam
opportunum inferri non potuerit: vt ff. eod. l. ij. §. antepen. &
§. vltim. & penult. & l. ſcriptus hæres. ſi verò inferam in alie-
num locum, non fit locus religioſus: niſi dominus à princi-
pio, vel ex poſtfacto conſenſerit: vt inſtitu. de re di. §. religio-
ſum autem. niſi inferat aliquis teſtatorem ante aditam hære-
5 ditatem: vt ff. eod. l. ſcriptus hæres. † In communem autem
locum non licet inferre inuito ſocio, licet inuito ſocio infer-
re poſſet in commune ſepulchrum: vt inſtit. de re di. §. religio-
ſum. Licet autem quis inferre non poſsit in locum alienum
(vt dictum eſt) tamen non licet domino loci corpus effodere,
vel eruere ſine decreto pontificis, vel iuſſu principis: alioquin
6 teneretur iniuriarum: vt ff. eodem. l. oſſa. † Prouidetur autem
domino loci per actionem in factum, qua petit loci pretium,
vel vt tollatur corpus: vt ff. eodem. l. is qui intulit. Data ſortè
electione inferenti fauore religionis, qua quis inuitus cogi-
tur vendere. vt ff. eodem. l. ſi quis ſepulchrum. vel ſortè dabi-
tur domino electio, cùm non afficiatur modico damno per
illationem. vt ex prædicta lege probatur. ff. de re. amot. l. non
enim. Vbi autem quis infert in locum communem purum, po
teſt conueniri actione famil. erciſcund. vel communi diui. vel
actione pro ſocio, vt corpus tollatur, & damnum ſarciatur:
vel hac actione in factum agetur ad pretium loci, vt ff. eodem.
l. ſecunda. §. an & ſocius. & communi di. l. ſi quis. §. ſi quis in
commune. Et nota, quòd licet ſocius extraneum inferre non
poſsit in locum communem, ad hoc vt faciat locum religio-
ſum, tamen vnus ſociorum poteſt inferri, etiam ſine cætero-
7 rum conſenſu: vt ff. eodem. l. ſi plures. Ideo autem dixi v-
num ex ſociis non poſſe inferre extraneum in locum commu
nem, vt faciat locum religioſum: quia ſi ad hoc nolit infer-
re vt faciat locum religioſum, ſed vt ibi ſit ad tempus, donec
alius locus paretur, vel comparetur, poteſt agere interdicto
de mortuo inferendo, vt id ſibi liceat. & eodem interdicto
proprietarius aget contra fructuarium, vt ad tempus liceat
ſibi ſepelire. Elapſo autem ſpatio quo potuit locus inueniri
tenebitur corpora ſepulta amouere: vt ff. eodem. l. ſunt per-
ſonæ. Et ita incidit notabile quòd aliquid non impedit fa-
ciendum, tollit tamen iam factum. argu. contra. ff. de his, qui
8 ſui, vel alie. iur. ſunt. l. patre. † Diſtinguũtur autem ſepulchra,
c quia alia ſunt familiaria, alia ſunt hæreditaria.[c] Eſt autem fa
miliare, quòd quis ſibi & familiæ ſuæ conſtituit: vt familiæ
nomine intelligantur agnati, & non cognati, vel affines for-
tè præter generum & nurum: vt ỹ. eodem. l. ius. & ff. de verb.
ſigni. l. pronuntiatio. §. communi. & ỹ. de verb. ſignifi. l. vlti.
Hodie tamen cum non ſit differentia inter agnatos, & cogna
tos: vt in authen. de hær. ab inteſt. §. nullam, etiam cognati
continebuntur, nomine familiæ. Hæreditarium autem eſt ſe-
pulchrum quod quis conſtituit ſibi, & hæredibus ſuis: vel
quòd iure hæreditario quæſiuit: & in vtroque licet hæredi-
bus ſepelire ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato ſint hæredes:
etiam ſi tanquam ab indignis fuerit eis ſublata hæreditas: vt
ff. eodem. l. ſi quis fuerit. niſi teſtator caueret contrarium: vt
9 ff. de ſepulc. vio. l. iij. §. ſi quis in hæredem. Item † & quibuſdã,
qui non ſunt hæredes, licet ſepelire in hæreditarium ſepul-
chrum: vt liberis in poteſtate conſtitutis, vel emancipatis,
etiam ſi exhæredati ſint: niſi ſpecialiter teſtator iuſto odio
commotus id vetuerit. Inferuntur autem iſti, & eorum po-
ſteri: ſed ipſi extraneos non poſſunt inferre. Liberti autem nec
inferri, nec alios inferre poſſunt: niſi extiterint hæredes pa-
trono: quamuis ſcripſerit patronus ſe feciſſe monumentum
ſibi, & libertis ſuis: vt ff. eo. l. familiaria. & l. vel quæ pater fa-
milias. & ỹ. eo. l. monumentorum. Nec enim ſola ſcriptura tri
buit libertis ius inferendi, quæ fuit teſtium ſolennitate deſti-
tuta: vt ff. de codicil. l. literæ. Alioquin contra: vt ỹ. de fideicõ.
10 l. & in epiſtola. † Deſinit autem locus eſſe religioſus, capti-
uitate hoſtium, & ſic deſinit eſſe ſacer. Nam & liber homo
fit ſeruus ex captiuitate: vt ff. eo. l. cùm loca. Monumentum
11 † autem eſt quòd memoriæ ſeruandæ gratia exiſtit. l. monu-
mẽtum. ff. de relig. & ſumpt. fun. ſiue mortuus illi ſit illatus:
• & ita dicitur ſepulchrum: ſiue nondum ſit illatus. • Ce-
• notaphium * quoque magis placet locum eſſe religioſum ſi-
cut in ea re teſtis eſt Vergilius lib. iij. Aeneidos, vt ait idem
Marcianus l. in tantum. de rerum diuiſi. ff. Si adhuc monumẽ-
tum purum ſit, poterit quis vendere, & donare. l. vel quæ pa-
ter. §. ſi. ff. eo. tit. de religioſ. & ſumpt. Si tamen vendatur, ne
in eum inferatur quo emptori ius eſſet inferri, nullo pacto
prohibitorio appoſito introduci poteſt. Pactum enim ad
hoc non ſufficit, ſed ſtipulatione id caueri oportet: vt ff. eod.
l. ij. §. monumentum. & l. vel quæ pater. §. vltim. & l. monu-
mentum. & infrà eodem. l. ſi ſepulchrum. Munimentum au-
tem ſepulchri, id eſt, quod cauſa muniendi eius loci factum
ſit, in quo corpus poſitum ſit: vt ſi amplum ædificari quid
teſtator iuſſerit, veluti in circuitu porticationes: vt ff. eodem.
l. ſi funeris. §. j. ergo dicitur munimentum à munio: ſed mo-
numentum dicitur à memoria. Prophanus autem locus, vel
purus ille eſt, qui nec eſt ſacer, nec religioſus, neque eſt ſan-
ctus, ſed ab omnibus huiuſmodi nominibus vacat: vt ff. eo. l.
12 ij. §. purus. † Pro mortuo autem inferendo in locum, in quo
mihi ius eſt inferendi, implorari poteſt iudicis officium: vt
ff. eod. l. nec corpora. Item proponi poteſt interdictum de
mortuo inferendo, quo prohibetur ſi ſic fieri volenti inferre.
Item proponi poteſt actio in factum ad intereſſe: vt per eam
tantum conſequatur actor, quanti interfuit eius prohibitũ
non eſſe: in quam computationem cadit loci empti pretium,
aut conducti mercedes. Item ſui loci pretium: quem quis,
niſi coactus religioſum facturus non eſſet. Datur hæc actio
hæredi, & in hæredem & perpetuo: vt ff. eo. l. liberum. & de
13 mortuo inferendo. l. j. Ipſum † autem ſepulchrum dici poteſt,
vt petam actione in factum, non autem rei vendicatione, vt ff.
de rei vend. l. in rem actio. §. j. & l. quæ religioſis. Eſt & alia
actio in factum, quæ dicitur popularis, qua pœna imponitur
ducentorum aureorum inhabitanti ſepulchrum, vel permu-
tanti vſum eius: vt ff. eod. l. ſi quis ſepulchrum. §. j. & de ſepul.
vio. l. iij. §. ſi quis in ſepulchro. Sed per conſtitutionem prin-
cipis pœna imponitur. x. pondo auri: vt ỹ. de ſep. viol. l. iiij.
14 † Funeris autem ſumptus[d] dicitur, qui ideo fit vt funus duca
d tur, vel ſepeliatur: puta, ſi quid eſt impenſum in elatione mor
tui: maximè ſi mortuus eſt peregre: vel ſi impenſum eſt ad
corpus cuſtodiendum, vel commendandum, vel in locum,
vel marmor emendum vbi ſepeliatur defunctus, qui locus di
citur ſarcophagus: σαρκοφάγος autem dicitur ἀπὸ τῆς σαρκὸς, i. ca-
ſo, & φάγειν. quod eſt comedere: quia caro hominis a vermi-
bus conſumitur, & comeditur: vel in veſtem, puta flammeam
collocandam cum defuncto: quia cum ea voluit ſepeliri, &
quicquid corporis cauſa antequàm ſepeliatur conſumptum
eſt, funeris eſt impenſa. Non autem oportet ornamenta cum
corporibus condi, nec quid aliud huiuſmodi: quod homines
ſimpliciores faciunt: vt ff. eo. l. at ſi quis. §. funeris. & l. fune-
15 ris. † Pro his autem ſumptibus datur actio funeraria ei, qui
fecit ſumptus: vt dicatur funeraria proprium nomen actio-
nis: & ponitur ſubſtantiuè. Vel dicatur actio in factum fune-
raria, & ponatur adiectiuè: quia competit pro eo, quod eſt im
16 penſum in funere. Datur † autem ita demum, ſi alia actio non
competit, puta fa. erciſ. vel mandati: vt ff. eo. l. at ſi quis. §. La-
17 beo. Idémque † & ſi detur actio negot. geſt. puta, quòd adita
hæreditate, ſepeliui defunctum gerens negotium hæredis. Si
autem nondum eſſet adita hæreditas, non daretur actio nego
tiorum geſtorum: quia neque fuit hoc negotium defuncti qui
eſſe deſierat, neque videtur fuiſſe hoc defuncti: quia eo vi-
uente hoc negotium expleri non potuit: multominus eſt
e negotium[e] hæredis qui nondum erat hæres. Pro aliis autem
negotiis geſtis iacente hæreditate daretur actio nego. geſt. vt
ff. eo. l. ſi quis. §. penul. & ff. de neg. geſt. l. ait Prætor. §. hæc ver
ba. & l. ſiue hæreditaria. Nec obſtat quòd dicitur. ff. eo. l. j. qui
propter funus impendit, cum defuncto contraxiſſe videtur,
non cum hærede: nam cum defuncto videtur contraxiſſe, vt
videatur creditor hæreditarius eſſe, ita vt habeat ſeparatio-
nis beneficium: vt ff. de ſeparatio. l. j. Sed cum hærede contra-
hitur quandoque ſi eo mandante funerauit: vt in prædicta. l.

18 at ſi quis.§.penult. †Eſt & aliud conſiderandum, cùm quæ-
ritur, an hæc actio competat, an qui funerauit, fecerit animo
repetẽdi ſ. gerendo negotiũ defuncti, vel hæredis: vel ipſius
humanitatis an verò miſericordiæ vel pietati tribuens, vel af
fectioni, vt in primo caſu repetitio locum habeat: niſi fortè
modicum fecerit ſumptum in contumeliam defuncti homi-
nis locupletis. In ſecundo autem caſu diſtingui poteſt miſe-
ricordia motus. vt ſi in hoc fuit miſericors, vt ſepeliret: ne in-
ſepultus iaceret. non etiam vt de ſuo faceret ſumptum, repe-
titio ſumptuum locum habeat. quis enim ſine pietatis inten-
tione alienum cadauer funerat? In ſecundo caſu non eſt lo-
cus repetitioni. Oportet igitur teſtari quem, quo animo fu-
nerat, vt & ſumptus poſsit ſeruare, & ne poſtea ſuper eis pa-
tiatur quæſtionem: vt ff. eod. l. at ſi quis. §. ſed interdum. & §.
iudex, qui. In caſu tamen datur funeraria, etiam ſi neminem
voluit ſibi obligare: puta, ſi credebat ſe hæredem eſſe cùm nõ
eſſet. vt ff. eo. l. at ſi quis. §. ſi quis dum. & l. ſi poſſeſſor. Nec o-
mnino imitatur actio hæc naturam actionis neg. geſt. Nam
& ſi quis prohibitus funerat teſtatorem, competit ei hæc a-
ctio: licet propter prohibitionem alias ceſſaret actio neg. ge-
ſto. & qui prohibet funerare, non rectè facit, non tamen in
eum ſtatuta eſt pœna: vt ff. eod. l. at ſi quis. §. idem Labeo ait.
19 & ſupra de neg. geſt. l. vltima. †Datur autem hæc actio in
eos ad quos funus pertinet: diſtincto eo, an funeratus ſit pa-
terfam. an filiusfami. vel ſeruus. Si paterfami. tenentur hære-
des eius, & bonorum poſſeſſores, cæterique ſucceſſores, etiã ſi
patroni ſint: quia bonorum poſſeſsionem contra tabu. acce-
20 perunt: vt ff. eod. l. at ſi quis. §. vlti. & l. funeris. Et vbi †alicu-
ius vxorem funerauit, etiam prædictæ perſonæ tenentur: tene
tur præterea maritus, penes quem ex dote quid remanet. qui
pactus erat de lucranda dote tota, vel parte: puta, in dotem da
ta centum ſunt, quæ lucratur maritus, in hæreditate ſunt du-
centa: duas partes hæres, vnam vir conferet, ſi ſoluendo eſt: a-
lioquin condemnabitur inquantum facere poteſt: neq; per-
mittitur hæredi defunctæ deducere legata, vel pretia ſeruo-
rum manumiſſorum, vel æs alienum. Si verò defuncta nullos
habeat hęredes, vel non ſint ſoluendo, tenebitur maritus, etiã
ſi nullam habuit dotem, & damnabitur inquãtum facere po-
teſt, ne iniuria eius videatur quondam vxorem eius inſepul-
tam relinqui: vt ff. eod. l. in eum. & l. Celſus ſcribit, quoties. &
l. velut. & l. Iulianus. & l. nec pretus. & l. nec ære. & l. ſic. j. re-
ſponſo. §. vltimo. & l. quòd ſi nulla. Quòd dixi in marito, ſer
ua in quolibet qui ex morte mulieris pactus eſt de dote ſibi
reſtituenda: adeo, vt ſi pro muliere dotem dedi, & ex eius mor
te pactus ſim eam mihi reſtitui, neceſſe habebo in funus con-
21 ferre: vt ff. eodem. l. Neratius. Si †autem funerauerit quis fi-
liumfami. vel filiamfam. tenetur paterfa. actione funeraria,
vel de in rem verſo: quia funus filij, æs alienum patris eſt: vt
ff. de in rem verſo. l. filiusfam. Si tamen filius habeat caſtren-
ſe peculium, ſucceſſores eius ante tenentur, ſic deinde ad pa-
trem peruenitur: vt ff. eod. l. ſi filius. Si autem filiafa. ſit alte-
rius vxor, antequàm maritus patri reddat dotem, conuenie-
tur vir ipſe funeraria: repetiturus à patre quod eo nomine
præſtiterit. impenſa enim funeris, æs alienum dotis eſt. Ideó-
que etiam dos ſentire hoc æs alienum debet. Si autem dos
reddita ſit patri, poſt modum ipſe conuenietur funeraria: vt
ff. eodem. l. ſed ſi nondum. & l. impenſa. & l. ideo. & l. ſi mu-
lier. §. j. Si autem funerauerit quis ſeruum alienum, vel ancil-
22 lam, tenetur dominus funeraria: vt ff. eod. l. filius. §. j. †Con-
tinet hæc actio funeraria, impenſam funeris: non autem ex-
terorum ſumptuum factorum, vel in teſtatorem curandum,
vel in ſimilia, quæ non reſpiciunt cauſam ſepulturæ: & ex
bono & æquo inducit repetitionem. Aequum autem accipi-
tur, ex dignitate eius, qui funeratus eſt, & ex cauſa: vt ſi erat
funus in peregrinatione, oportuit perferri & ex tempore: vt
ſi fecerit in hyeme in qua plus expendit, quàm impenderet
in æſtate. & ex bona fide, vt neque plus imputetur ſumptuũ
nomine quàm factum ſit, neque tantum, quantum factũ eſt,
ſi immodicè factum eſt. debet enim ratio facultatem eius ha-
beri, in quem factum eſt, & ipſius rei quæ ſine cauſa vltra mo
dum conſumitur. Nam nec voluntas teſtatoris ſequenda eſt,
ſi res egrediatur iuſtam ſumptus rationem: vt ff. eodem. l. at ſi
23 quis. §. hæc actio. †Eſt autem hæc actio prætoria ſtricti iu-
ris, & ex quaſi contractu: vt ff. eodem. l. j. & mirum eſt, quòd
non eſt bonæ fidei. Hæredi datur, & in hæredes, & perpe-
24 tuò: vt ff. eod. l. ſi filius. §. vlt. †Priuilegiata eſt inter perſona-
les actiones. Nam impenſa funeris omne æs alienum ſolet ſu
perare: vt ff. eod. l. pen. Sed & hypothecæ tacitæ præcedenti
præfertur: vt ff. eod. l. at ſi quis. §. j. Fortè non ita in expreſſa
25 hypotheca: vt j. qui po. in pig. ha. l. eos, qui. †Eſt autem ſciẽ-
dum, quòd vbi nemo eſt, qui ſumptus faciat de ſuo, prætor ex
hæreditate fieri ſumptum decernit, ſi quidem pecunia eſt in
hæreditate, ex ea pecunia: ſi non eſt, diſtrahere iubere debet
ea, quæ tempore peritura ſunt, & quorum retentio onerat hę
reditatem. Si non ſunt, diſtrahi, vel pignorari iubetur ſi quid
auri, argentíque fuerit. & ſi quis impediat eũ. qui emit quo-
minus res ei tradantur, prætor interueniat, & tuebitur huiuſ
modi factum: vt ff. eod. l. ſi quis ſepulchrum. §. vlti. & l. vel à
debitoribus. & l. at ſi quis. j. reſponſo. Accedamus ad ſequen
26 tem partem rubricæ. †Eſt autem luſus [f] aleæ omnis, qui vi-
f ribus fortunæ nititur: & eſt omnibus prohibitus, ne fiat in
pecunia, præterquam ſi quis certet haſta, vel pila iaciẽda, vel
currendo, ſaliendo, luctando, pugnando: ſic enim cauſa vir
tutis, id eſt, fortitudinis corporis: vt in auth. vt omnes obe.
iu. in prin. Item & pro eo, quod ponitur in conuiuiu veſcen-
di cauſa, permittitur ludere familiæ: vt ſic poſsint aliquid lu-
dere inter ſe cauſa comeſtionis faciendæ. Item & approbatur
• ſponſio, • quæ vulgo dicitur, gaudia, facta in caſibus præ-
miſsis, virtutis cauſa: vt ff. de aleatoribus. l. antepen. §. vltim.
& l. pen. & l. vlt. in princ. Alias autem ſi ludatur in ludo pro-
27 hibito, non tenet ſponſio. †Sed nunquid ſoluenti dabitur re-
g petitio [g]? Et certè ſi filius meus, vel ſeruus cum filio tuo, vel
ſeruo luſerit & amiſerit, mihi dabitur repetitio contra te: in-
quantum locupletatum eſt peculium filij cui, vel. ſerui: adeo
vt ſi manumiſeris ſeruum, vel emancipaueris filium, & pecu-
lium retinueris, eodem modo tenearis: vt ff. eod. l. vlt. §. j. Si au
tem paterfa. in ludo amiſerit, ait Plac. non dari repetitionem
eius, quod in ludo eſt amiſſum: quia licet ſit prohibitum lu-
dere, non tamen eſt perpetuò prohibitum. Item & alia ratio-
ne, quia turpitudo videtur obſtare agenti: ſed hoc fortè lo-
cum habet in condictione ob turpem cauſam, cum dedi vt
quid turpe facias. Sed ſi dedi contrahendo, vbi lex contractũ
prohibet, contrarium eſt: vt j. de agri. & cenſi. l. quemadmo-
dum. Item græca conſtitutio vſque ad quinquaginta annos
videtur dare repetitionem. Nec obſtat: quod legitur ff. qua-
rum rerum actio non da. l. ſi ſibo. §. j. Nam & ſi in alea rem vẽ
dam, aut ludam: & res euincatur, nó teneor de euictione, quia
emptor ſuo periculo videtur rem emiſſe. Itẽ nec ibi erat pro-
hibita venditio, ſed ludus. Item & ſi rem luſero, ibi non dene-
28 gat repetitionem. †Aleator autem eſt qui & luſum aleæ cõ
ſueuit apud ſe cauſa ſui emolumenti exercere. ſicut & in cau-
ponibus dicitur: vt ff. nau. cau. ſta. l. j. §. caupones. Nam ſecus
puto ſi incidenter apud aliquem ludatur. Hic autem odioſus
eſt iuri: vt neque iniuriarum, neque legis Aquiliæ agere poſ-
ſit, ſi ludi occaſione vbicunque, & quandocunque fiat ei dã-
num, vel iniuria: vt quia dicebatur malos decios [aliàs dena-
rios] dediſſe: vel malum vinum vendidiſſe. Si autem non illa
occaſione contingant iſta, puto quod agat. Alioquin etiã de-
poſito illo officio impediretur agere, quod eſſet iniquum. Sed
& ſi fiat ei furtum domi, eo tẽpore quo alea ludebatur apud
eum, non datur ei actio furti à quocũque fiat furtũ. Et quod
dico in actione furti, idem dico in condictione furtiua. Et
idem multomagis ſi mutuam pecuniam dederit ludentibus:
ſecus dico, ſi alius non aleator crederet ludentibus. Si autem
non fiat ei furtum illo loco, vel eo tempore, quo luditur apud
eum, actio competit ei de iure communi. Domus autem pro
habitatione, & domicilio ponitur. Colluſores autem ſi rapi-
nam fecerint inter ſe, non prohibentur agere. Suſceptorem
enim duntaxat prohibuit prætor vindicari, non etiam collũ-
ſores: quamuis & hi indigni videãtur: vt ff. de alea. l j. j. reſpõ
ſo. §. j. ij. & iij. Et iſtud, quamuis, puto poſitum aduerſati-
uè, non correctiuè: licet contrarium dixerit P. vel vt ipſe ait,
h dubitatiuè ponitur more ſolito. Nam & luſor [h] qui compu-
• lit colluſorem ludere, mulctatur, aut in latomias • ducitur:
vt ff. eo.

vt ff.eod.l. j.§.vlti.id eſt, in carcerem: quia ibi latent incarcerati. ſolet enim quidam cogere ad luſum, vel ab initio, vel
• dum victi retinent amiſſa: vt ff.de aleæ luſu. * l. ij.

ANNOTATIONES.

a Locus religioſus. Vide pulchre circa hoc per Alb.de ro.in rubri.ff.eo. tit.& Alb.de Roſate in eodem verbo in dictionario ſuo.
b Eſt ſepultus. Adde ad iſtam concluſionem do.Alexan.& doct.in l.qui propter.§.locum.ff.de religio.& ſum. fu. ſecus tamen dicas de iure canonico vt tenent doct.in c.ad hæc.de religio. domi. vbi eſt locus propria huius materiæ.
c Hæreditaria. Vide allegata per do.Felin.in c.cum cauſam. col. ſecunda.de probat.
* Illatus. Quod ſequitur ex Iuriſconſol. Martiano ita reſtituimus nam mendoſe in omnibus exemplaribus legebatur.
* Cenotaphium. Vide Bud.in l.in tantum.ff.de rer.diuiſ.
d Sumptus. De iſta materia vide Spec.in tit. de ſepul. verſi. porrò. doct. in l.impenſa.ff.de religio. & ſumpt.fu. do.Alex.de Imol.in l.fin.§.in computatione. C.de iure delibe.vbi copioſe tractat.
e Negotium. Vide Ang.in l. prima.ff. de relig.& ſumpt.fu.& ibi etiam per Baldum.
f Luſus. Vide omnino extenſe ad iſta omnia ſcripta & allegata per do. Paridem de puteo in ſuo aureo tractatu de ludis, per totum. Ex aliis ibi dictis potuiſſent ad omnia iſta dicta Azonis fieri multæ additiones: ſed quia ibi plene videre potes ſoſtitui non neceſſarium.
* Sponſio. Vide Bud.in l.ſecunda ff.de origio.iuris.
g Repetitio. Adde quod ludens authoritate propria poteſt accipere, vel furari id quod amiſit: vt tenet Floria.poſt Bart.& doct.in l.prima.ff. de aleæ luſu. Bar.Cæpo.in cautelis ſuis.cautela centeſimaſeptima.ad materiam autem multarum concluſionum quę hic continetur, vide Old. in conſil.lxxviij. Paul.de Caſtro in conſi. quadrageſimoſecundo. & Bald.in ſua mar.ver.ludus.ver.primo.
h Luſor. Vide de hoc per do. Stephanum Coſtam docto. Papien.in ſuo tract.de Ludo, qui habetur in formis.in tertia col.
* Laromias. Vide Bud.in l.ſuccurritur.ff.ex quib.cauſ.maio.
* ff.de aleæ luſu.l.ſecunda. Quum hic ludus ſit reprobatus, quia contra Deum, & contra iura: ideo per talem ludum nullus aliquid acquirere
i poteſt, nec titulum nec bonam fidem habere: quia iniuſtus titulus pro non titulo habēdus eſt. Similiter malæ fidei poſſeſſor dicitur, qui contra legum præcepta mercatur. C. de agricol. & cenſit.l. quemadmodum. Perditum igitur ad taxillos, ſiue ad aleas repeti poſſe certiſſimi iuris eſt. ff.de aleato.l fin.in fin. & hoc probant quidam per hoc, quod dicit Græca conſtitutio. Quod autem ludo amiſſum eſt, poteſt repeti vſque ad quinquaginta annos.c.officia.de vi.& hon.cler. Martinus.

Libri Tertij Finis.

AZONIS SVMMA IN QVARTVM LIBRVM CODICIS.

De rebus creditis & iureiurando. *Rubrica.*

1 *Iuſiurandum quid ſit.*
2 *Iuſiurandum aliud eſſe voluntarium, aliud neceſſarium, aliud iudiciale.*
3 *Iuſiurandum voluntarium quid ſit.*
4 *Iuſiurandum neceſſarium quid ſit.*
5 *Iuſiurandum iudiciale quid ſit, & an poſſit recuſari, an duntaxat referri, & quando.*
6 *Appellari an poſſit a ſententia ex iureiurando lata.*
7 *Iuſiurandum vbi, & à quo poſſit deferri.*
8 *Procuratori an, & quando liceat deferre iuſiurandum.*
9 *Iureiurando delato an inſpiciatur cuius ſexus, vel ætatis ſit is cui delatum eſt.*
10 *Iuſiurandum neceſſarium à quo deferri poſſit, & quando.*
11 *Iuſiurandum ſuper quibus rebus deferatur. & nu.13.*
12 *Iuſiurandum alterius alteri neque prodeſſe, neque nocere, quatenus verum ſit.*
14 *Iuriſiurandi delatorem non iurare de calumnia.*
15 *Iuſiurandum delatum ſiue ſit neceſſarium, ſiue iudiciale, quibus in locis præſtari debeat.*
16 *Iuſiurandum ſiue iudiciale, ſiue neceſſarium quo tempore deferri & præſtari poſſit. & nu.18. & 22.*
17 *Iuriſiurandi delationem an, & quando liceat deferenti reuocare.*
19 *Iuſiurandum delatum poſſe recuſari ex iuſta cauſa, & poſſe etiam referri.*
20 *Iuriſiurandi relatio quomodo ſit facienda.*
21 *Iuſiurandum ita præſtandum eſſe vt delatum eſt.*
23 *Iuriſiurandi neceſſarij delatio an, & quando reuocari poſſit.*
24 *Iuriſiurandi effectus qualis ſit, & quæ actio detur ex eo. & num.28.*
25 *Iuſiurandum paris eſſe authoritatis cum re iudicata. & an id ſit perpetuum.nu.ſeq.*
27 *Iuſiurandum in quibus maiorem authoritatē obtineat, quam res iudicata.*
29 *Iuriſiurandi vires ſeu effectus quibus proſint, & quibus præiudicent.*
30 *Periuria an puniantur lege ciuili.*

PERTRACTATIS in rem actionibus, vtpote dignioribus * (inſtituuntur enim & competunt gratia eius quod noſtrum eſt) ad perſonales actiones tranſitum faciamus. Et quia earum aliæ ſunt ex contractu, vel ex quaſi contractu: aliæ ex maleficio vel quaſi: & digniores ſunt quę ex contractibus naſcuntur, de his primò videamus. Nouum itaque librum dominus Iuſtinianus orditur tractaturus de actionibus ex contractibus, titulum de rebus creditis etiam inſcripſit: & partis nomine, id eſt, rei creditæ deſignat totum contractum. Quippe contractus duæ ſunt partes: credere, & debere. Quæri poteſt quare non inſcripſit de rebus debitis?
☞ Reſpondeo ſubauditur: & ex altero alterum intelligitur. Vel ideo ſic inſcripſit: quia in hoc libro agitur de actionibus, quæ dantur creditoribus, non de exceptionibus quæ dantur debitoribus. Item quæri poteſt, quare ſic inſcribatur de rebus creditis cum in hoc titu. nihil de rebus creditis dicatur: ſed certè licet in hoc tit. non tractetur, eſt tamen tractaturus ſub hoc titu. in ſeq. rub. & j. poſt hunc titu. ſic & ponitur rubri. ff.de eo quod cum eo, qui in aliena poteſtate. Nam licet generalitas rubricæ pertineat ad actionem de peculio, & quod iuſſu, & de in rem verſo: non tamē tractat niſi de quodam beneficio quod habet filius factus ſui iuris. Verbum autem rei poſitum in rubrica, generale eſt: comprehendens corporalia, & incorporalia, vt inſtit.de rebus corp. & incor. & ff.eod.l.j.in fi. licet in rei ven. deſignet corpus: vt ff. de rei vē. l.ſi in rem. Item verbum, credendi, generale eſt. Nam cuicunque rei aſſentiamus alienam fidem ſequuti, mox recepturi quid ex contractu, credere dicimus: vt ff.eod. l.j. Quia ergo horum generalium verborum non in hoc tit. ſed ſub eo proſequitur tractatum, ad ſequentem partem rubricæ de iureiu. accedamus: quia tam in realibus, quàm in perſonalibus inopia probationum decurritur ad iuſiurandum. Videndum er-
b go quid ſit iuſiurandum[b], & qualiter diſtinguatur, quis poſſit deferre, & cui, & ſuper quibus, & qualiter ſit deferendum, & qualiter debet iurari, & quis ſit iuriſiurandi effectus, & ad
c quem tranſeat effectus. † Eſt autem iuſiu. vt ait Plac. aſſirma-
* tio, vel negatio adhibita religione. • Competenter potuit appellari factum iuratum, vel ius iuratum. Placuit tamen vt factum dicatur ius: quia de facto iure iuratur. Adiicitur iurādum, quia id debet eſſe iuratum, quod antea fuerat iurandū. ergo competentius dici poſſet ius iuratum, quàm ius iurandum. Vel fortè ponitur ius non ad differentiā facti, ſed ponitur pro religione: quaſi diceret, religione firmanda. eſt enim quædam non firmāda, vel ſuperſtitioſa: vt Apollinis, vel Dianæ, vt ff.eo. l.non erit.§.j. & ita ponitur iuro, pro firmiter aſſero: & ius, ponitur pro religione: quaſi diceret, & per ius, id eſt, per religionem firmiter aſſero. Et quòd ipſa verba, vel verborum aſſertio per religionem dicatur iuſiurandum, probatur in auth.de mand.princ.§.ſed neque. ſic etiam intelligitur quod legitur.ff.de adopt.l.ſi pater. Sic enim dicit, perinde cōfirmatur adoptio cùm pater non loquendo conſentit: ac ſi eſſet facta ipſo iure.i.expreſſis verbis, vel expreſſa aſſertione verborum. Vel fortè ius ponitur pro Deo: ipſe enim ius eſt, &

iuſtitia, via, veritas, & vita. Iuro autem ponitur pro aſſero,
vt dictum eſt: quaſi diceret per ius, id eſt, per Deum firmi-
ter aſſero. Inde & iuſiurandum. i. per Deum firmiter aſſertio
facienda. Sic enim iurandum eſt, niſi à deferente aliter fuerit
2 delatio facta: vt ff. eo. l. qui per ſalutem. †Diſtinguitur au-
tem iuſiurandum: quia aliud eſt voluntarium, aliud eſt neceſ
3 ſarium, aliud iudiciale. Voluntarium †dicitur, quod pars par
ti defert extra iudicium. Et ideo ſic dicitur: quia ex voluntate
defertur, & voluntate ſuſcipitur, & relatum, vel delatum vo
luntariè ſuſcipitur, vel recuſatur: vt ff. eo. l. iuſiurandum quod
4 ex conuentione. †Neceſſarium autem dicitur quod neceſ-
ſitate à iudice impoſita defertur, & ſuſcipitur. ar. pro hoc. ff.
de in litem iur. l. vlt. Nec enim poteſt hoc ſacramentum refer-
ri. Item nec recuſari: niſi prætendatur iuſta cauſa recuſatio-
5 nis; vt j. eo. l. generaliter. §. ſin autem. †Iudiciale autem di-
citur à iudicio: quia in eo pars vna alteri defert iuſiurandũ,
quod non eſt neceſſarium ſubire, imò poteſt recuſari. Itẽ po-
teſt & referri: vt j. eo. l. delata. & l. generaliter. §. ſin autem is,
cui. Olim autem non poterat recuſari, ſed referri: vt ff. eod. l.
manifeſtè. Vel illud intelligitur cum iuſiurandum ſuſcipitur:
ſecus ſi non ſuſcipiatur ab eo, cui delatum eſt: vt diximus. In
caſibus tamen non refertur hoc iuſiuran. vt in act. rerum amo
tarum, furti, & ſimilibus famoſis actionibus, vt ff. rerũ amo. l.
Marcellus. §. vlt. & l. non magis. Idem credo, vbicunque lex
defert iuſiurandum, vt j. de fideicom. l. quæſtionem. & de iure
deli. l. ſcimus. §. licentia. & de iure do. impe. l. ſi. niſi eadem le-
ge referendi permittatur poteſtas: vt j. de bono. autho. iudic.
6 poſſi. l. vlt. §. vlt. In hoc †iureiurando, certũ eſt quod delator
non appellat: vt j. eo. l. generaliter. §. ſiue autem. ſecus in rela-
tore, ſecundum Plac. Ego idem puto: quia omnis relator eſt
delator. Item ille, cui refertur non appellat: vt j. eo. l. generali-
ter. §. omne. ſed ille, cui defertur, appellat, ſiue deferatur à par
te, ſiue deferatur à iudice. Sed iudex appellationis, ſi videat
non iuſtè recuſatum ſacramentum, confirmat primam ſentẽ-
tiam, quæ proceſſit quaſi ex recuſato, id eſt, quaſi iſte detuliſ-
ſet alteri ſacramentum: & ille iſto volente recuſaſſet. i. iſte
☞ remiſiſſet ſacramentum: vt j. eod. l. generaliter. §. ſin autem is.
Fuerunt alij doctores, qui nominauerunt iuſiurandum iudi-
ciale id quod nos dicimus neceſſarium, & è conuerſo. Hæc ta
men diſſenſio (quia de nomine tantùm eſt) minus de ea labo-
7 randum eſt, cum res intelligatur, vt ait Marcus Tullius. †Po-
teſt autem iuſiurandum in iudicio, & extra iudicium ab vna
partium alteri deferri: ſi delator eſt maior. xxv. an. paterfa. li-
ber. compos mentis, in rebus quæ pertinent ad eũ. Maior ideo
dixi: quia ſi quidem eſt pupillus, non obſtat ſibi cum effectu
exceptio, replicationis ope: vt ff. quarum re. act. non datur. l.
j. §. ſi pupillus. & ff. eo. l. iuſiurandum quod ex conuentione.
§. pupillus. Si autem ſit adultus is, qui detulit, & habeat cura
torem, idem iuris eſt: vt ſ. de in integ. reſtit. mi. l. ſi curatorem.
Si verò non habeat, cauſa cognita, dari poteſt reſtitutio. Nec
enim hoc ipſo, quòd minor eſt, ſtatim circumſcriptum ſe do-
cuit: vt ff. e. l. nam & poſteà. §. ſi minor. Si ergo habebat alias
tationes, in promptu, & ad emendicatum ſuffragium iuriſiu-
randi facilitate ſua conuolauit, reſtituetur: ſecus ſi deficienti-
bus alijs probationibus ad delationem perueniſſet: vt ff. eod.
l. tutor. Item paterfa. ideo dixi: quia filiusfa. in rebus profecti-
tijs ſuo patri non præiudicat: niſi habeat liberam peculij ad-
miniſtrationem: de peculio tamen ſemper datur actio in pa-
trem. Seruo autem deferente iuſiurandum non præiudicatur
domino: nec etiam tenetur de peculio: niſi cùm ſeruus defe-
rat extra iudicium iuſiurandum. E contrario autem ſacra-
mentum filij, vel ſerui prodeſt domino, vel patri: ſi eius rem
eſſe, vel ſibi dari oportere, vel eum dare non oportere, vel
quid ſimile iurauerint: vt ff. eo. l. ſeruus. & l. huic eoim. & l.
quidam. & l. ſi ſeruus. & l. quantò magis. & l. ſed ſi ſeruus. &
ff. de peculio. l. depoſiti. §. ſi filius. Compos autem mentis, nõ
fruſtra apponitur. Nam ſi à prodigo, vel ab homine inſanæ
mẽtis deferatur, nulla eſt delatio: vt ff. eo. l. tutor. §. prodigus.
Pertinere autem oportet ad deferentem id ſuper quo defer-
tur iuſiurandũ, vel quia ſua res ſit directo, vel vtiliter, vel eius
rei ſit tanquam tutor, vel curator, vel defenſor vniuerſitatis
habeat adminiſtrationem, Iſti autem deficientibus alijs pro-
c bationibus[c], ſuper re dubia poſſunt deferre iuſiu. Nam in re
certa non poſſunt facere gratiam: vt ff. eod. l. tutor. & l. iuſiu-
8 randum. §. vlt. & ſ. de tranſactio. l. præſes. Si† verò tanquã
procurator habeat adminiſtrationem, licet ei deferre ſacra-
mentum in tribus caſibus, id eſt, ſi habeat ſpeciale mandatũ,
vel in rem ſuam ſit procurator, vel ſi habeat liberam, & ge-
neralem adminiſtrationem, alias autem non præiudicabit
domino, quominus conueniat reum. Nec multum proficit
reo, ſi fuerit eis à procuratore de rato cautum. Nam ſi ex ſti
pulatione de rato agat contra procuratorem, neceſſe habe-
bit ipſe de ſuo periurio docere: vt ff. eodem. l. iuſiurandum
quod. & l. alias autem. & ff. de procur. l. procurator cui libe-
ra. & l. procurator tutorum. Ad hanc autem doctrinam per-
iurij videamus quomodo perueniatur. Si autem peruenitur:
quia cum reus dicit procuratori ſe non damnatum: quia nõ
habuit ratum, quæret procurator iuſtè fuerit damnatus, an
iniuſtè. Si iniuſtè: quia verè domino nihil debebas, ergo tibi
non teneor: quia iniuria tibi facta mihi non debet præiudi-
care: vt ff. de euict. l. ſi per imprudentiam. & ff. rem rat. ha. l. ſi
ſine iudice. §. cùm autem. Si iuſtè, ergo deieraſti. Sed illud
quæri poteſt, an ſtipulatio de rato ſtatim ſit commiſſa, cùm
dominus ratum non habuit, licet nondum litem conteſtatus
ſit, vel nondum ſit iudicatum: quod verum eſt: ita tamen, ſi
poſtea dominus ratum haberet, obſtaret doli exceptio a-
genti ex ſtipulatione: vt ff. rem ra. hab. l. qui enim. §. primo.
Illa autem ſtipulatio, amplius non peti, demum lite conteſta
ta committitur: vt ff. rem ra ha. l. amplius. Cùm ergo (vt di-
ctum eſt) ſtipulatio de rato committitur contra procurato-
rem, ſtatim vt dominus non habuit ratum, ſiquidem reus
qui iurauit ſe non debere, modo cum agit ex ſtipulatione,
concedat ſe debuiſſe pecuniam domino, quam modo ſibi cõ-
pellitur ſoluere de iure, licet nondum egerit dominus: nec
eam compelleretur ſoluere, ſi verus procurator fuiſſet. Di-
cendum eſt, vt pecuniam illam ex ſtipulatione poſſit conſe-
qui hic reus, licet fateatur ſe periurum, quia hoc contingit
propter aduerſarij voluntatem, qui fuit contentus iureiu-
rando, & ideo non licet procuratori, reo obiicere turpitudi-
nem periurij: vt ff. eodem. l. qui iuraſſe. & vt notaui in illo ge-
nerali, dolum proprium, &c. In caſu tamen non agit reus ex
ſtipulatione de rato, ante ſententiam: vt ff. rem ra. ha. l. pro-
curator. §. vlti. Si verò reus non debebat, nec deierauit: agit ad
impendia tantùm: vt ff. rem ra. ha. l. ſi ſine. §. cùm autem. & ſe-
cundum hoc optimè exponuntur illa verba, nec multũ pro-
ficere &c. quia ſi dicat ſe verum iuraſſe, petet impendia tan-
tùm. Si verò dicat ſe velle petere pecuniam quam obligatus
eſt domino dare, ergo deierauit: & ita non proficit ei multũ:
quia magis grauatur opinio, quàm poſſit æſtimari commo-
9 dum pecuniæ: vt ff. de regu. iur. l. ſi in duabus. †In perſona
autem eius, cui defertur iuſiuran. non habetur diſcretio cu-
ius ſit ſexus, vel ætatis. Nam ſiue verum, ſiue falſum iuratum
ſit: omnino cuſtoditur iuſiurandum aduerſus illum, qui con-
tentus eo fuit, cùm deferret. Pupillus tamen, qui iurauit alio
deferente, non videtur deierare: quia ſciens fallere non vi-
detur, id eſt, non præſumitur propter ſimplicitatem ætatis: vt
ff. eodem. l. qui iuraſſe. Sed non habetur diſcretio ſit liber, an
10 ſeruus, paterfam. an filiusfamil. vt patet ex præmiſſis. †A-
liud autem iuſiurandum quòd dicitur neceſſarium, conſtat
poſſe deferri ab omni homine, qui poteſt eſſe iudex: Sed
quando à iudice deferatur, bene eſt vt videamus. Et quidem
ſi actor nil probauerit de intentione ſua, reus eſt abſoluen-
dus etiam ſine iuramento: vt ſuprà de edendo. l. qui accuſa-
re. niſi in quibus caſibus lex defert reo ſacramentum ad pur-
gationem ſui: vt ſuprà de his qui ad ec. confu. l. vltim. §. ſicu-
bi. & infrà de fide inſtru. l. vltim. & de iu. deli. l. vltim. §. licen-
tia danda. & in authen. de inſtr. cau. §. ſi tamen quiſquam. Si
autem actor probauerit ſemiplenè: puta, vel per ſcripturam
domeſticam, vel collationem literarum, vel per vnum te-
ſtem, vel per fugam rei, qui finito officio debuit reſpondere
ibi, vbi geſſit officium, vel per ſe, vel per procuratorem de-
d fertur ſacramentum[d] actori qui nouerit veritatem rei, maxi-
mè ſi res petita ſit modica, & actor eſt honeſtus: vt in authen.
de inſtr. cau. §. ſi verò mouantur. & de colla. §. ſuper hoc. &
§. ſed

§. ſed ſi quis autem. & ff. de re mili. l. non omnes. §. vlti. & de
legat. tut. l. legitimos. j. reſpooſo. Nam & vnum teſtem dico
inducere præſumptionem. arg. eius quod legitur. ff. de do.
præ lat. l. Theopompus. & quemadmod. teſt. aper. l. j. §. fi. & ff.
eod. ſi duo. Item ſi duo faciunt plenam probationem: ergo
vnus ſemiplenam probationem. Nec obſtat, quod legitur. ff.
de quæſtioonibus. l. maritus. ibi enim non prohibuit quæſtio-
nem haberi de ancilla: quia non præceſſerat iudicium: ſed quia
ancilla non debeat torqueri contra dominum ſuum in pecu-
niaria cauſa, etiam præcedentibus iudiciis: vt j. de quæſtioni-
bus. l. j. Item propter enormitatem delicti à reo commiſsi, de-
fertur actori ſacramentum, vel iuſiurandum, ſi non poſsit quæ
perdidit. vel quæ ablata ſunt ei ſingula, comprobare: vt j. vn-
de vi. l. ſi quando. Item propter temeritatem rei, & improbi-
tatem litigandi deferetur actori iuſiurandum. vt ſ. de iud. l.
properandum. §. ſiue autem. Alias autem, vbi actor non noue-
rit veritatem rei, vel ſumma non eſt modica, & perſona eſt ſu-
ſpecta, vel non eſt ſuſpecta, ſed reus eſt ita honeſtus vt actor:
& ſumma eſt modica, defertur iuſiurandum reo vt abſolua-
tur in contractibus bonæ fidei. & ſtricti iuris, & in delictis,
& quaſi delictis, propter regulam generalem, quæ eſt ff. eod.
l. admonendi. & j. eodem l. in bonæ fidei. Hæc tamen vltima
regula quæ eſt j. eo. l. in bonæ fidei. confuſe ponitur, & confu-
ſe intelligitur tam in reo, quàm in actore ſecundum ea quæ ſu
• pradicta ſunt in actoris perſona. • † De quacunq; autem re
11 quæſtio moueatur inter partes, ſuper eadem deferri poterit
iuſiurandum ſiue de proprietate rei, vel perſonæ, vel de poſ-
ſeſsione agatur: ſiue agatur in rem perſonaliter, ſiue ordina-
ria, ſiue extraordinaria actione: ſiue de conditione perſonæ ſit
in poteſtate, vel non: ſiue de filiatione, ſit filius an non: vel mu-
lier conceperit ex defuncto, an non. Et ſi quidem mulier de-
lato ſacramento iurauerit ſe concepiſſe ex defuncto, an non
prodeſt ei vt mittatur in poſſeſsionem cauſa ventris? non ta-
men proderit partui, ne edito eo non quæratur an ſit editus
ex defuncto: ſicut & ſi muliere deferente iuſiuran. iurauerit
12 alius eam non eſſe ex defuncto prægnantem, nocebit † mu-
lieri, nec at in poſſeſsionem: nō autem nocebit partui ne quæ-
ratur ſit defuncti filius, an non: quia iuſiu. alterius, alteri non
prodeſt, vel nocet: vt ff. eo. l. iij. vſq; ad illum §. iurari. Alte-
rius dico. i. eius, qui omnino eſt alter. Nam tutor, curator, pro-
curator, alter eſſe videtur. Idem in ſocio, & reo, & fideiuſſore:
vt patebit. j. Sed & omnino alteri ſemiplenā præſumptionem
inducit ſacramentum alterius. Nam ſi duo ſunt, quorum qui-
liber inſolidum vendicat patronatum agendo contra liber-
tum: & libertus iurauerit vnum non eſſe patronum: & deinde
docens de periurio ſuo velit probare eum eſſe patronum,
quem iurauit non eſſe patronum, vt ſic alter pro dimidia vi-
deatur eſſe patronus: parua fides habetur probationibus li-
berti, propter iuſiurādum quod præſtitit, altero deferente, iu-
rando ſe non eſſe libertum eius. & maior habetur fides proba
tionibus patroni qui nunc nititur probare ſe inſolidum pa-
13 tronum: vt ff. eo. l. ſi duo. † Item & in populari actione defer-
tur iuſiurandum: & præiudicat aliis, ſi bona fide delatum ſit:
vt ff. eod. l. eū, qui. §. in popularibus. Quid in cauſa criminali? &
fortè idem vt dicatur tenere delatio, ſi fiat ab vna parte alteri
etiam ſi ſuper crimine non poterit tranſigi. quia non ita hoc
videtur confiteri crimen iurans, ſicut tranſigens: imò negaret
apertè. Iudex tamen inopia probationis non ita decurret ad
delationem, ſicut & in pecuniaria cauſa. eſt enim reus abſol-
uendus crimine plenè non probato: vt j. de proba. l. ſciant. I-
tem in cauſa monachationis, vel conuerſionis, vel matrimonij
fortè defertur iuſiurandum ad ſimilitudinem aliarum cauſa-
rum. Item ſuper facto deferri poteſt iuſiurandum vt iures te ſe
ciſſe, vel non feciſſe, me feciſſe, vel nō feciſſe, vel me, vel te de-
diſſe, vel non dediſſe: fortè & ſuper iure fiet delatio. vt iures le
gem ita ſtatuere, vel non ſtatuere, vel ita eſſe intelligendam,
vel non intelligendam. & eſt ar. ad hoc ff. eo. l. vlti. §. ſi verò
creditor. In delatione autem iudicialis ſacramenti deferentem
oportet primò iurare de calumnia, ſi hoc exigatur: niſi remit-
tatur iuſiurandum eis per legem, vt parentibus & patronis.
14 † Relator autem de calumnia non iurat: vt ff. eod. l. iuſiu-
randum & ad pecunias. § qui iuſiurandum. & §. antepe. olim
enim ſemper iurabatur de calumnia in cauſa ꝑut emergeban
capitula in ea. Sed hodiè iuratur ſemel tantummodo; in princi-
pio, quòd non exigat probationem ſibi non neceſſariam. ergo
nec iuſiurandum cum ipſum ſit loco probationis: vt ff. eod. l.
ſed ſi poſſeſsori. §. vltimo. Delatio etiam iuriſiurandi volun-
tarij procedit ex toto ſecundum voluntatem partium: neceſ-
ſarij iuriſiurandi procedit delatio ſecundum arbitrium iuſdi-
e centis. [e] † Vtrunque autem iuſiurandum. i. iudiciale, & neceſ-
15 ſarium pro conditione perſonarum in diuerſis præſtabitur lo-
f cis. Nam ad perſonas [f] egregias, & eos qui valetitudine im-
pediuntur domum mitti oportet ad iuſiuran. præſtandum, &
alter per ſe, vel per procuratorem poteſt adeſſe ſacramenti
præſtationi, vel relationi, vel recuſationi. Expenſæ autem pro
huiuſmodi cauſa fient vel ab vtraq; parte: vt cum vnus detu-
lit, alter retulit: vel ab altera tantum, vt cum vnus detulit, al-
ter non retulit: vt ff. eo. l. ad perſonas. & j. eo. l. pe. §. his de præ-
ſentibus. Si autē ſit quæſtio de perſonis ſint egregiæ, integræ,
vel honeſtæ, an non dirimetur arbitrio iudicis: ſicut & eſt in
arbitrio iudicis, vt iubeat repræſentari in perſonam, vel ei mit
tat iuſiurandum, vel vtrum iuretur in eccleſia, vel extra, vel
ſuper altare, vel ſuper ſancta euangelia dei: vt ff. eodem l.
iuſiurandum & ad pecunias. §. ſi de qualitate. & j. eod. l. pe. §.
16 vlt. † Item vtrunque iuſiurandum defertur, & præſtatur, vel
in principio litis, vel in medio, vel in ipſa definitiua ſententia.
i. ante ſententiam prope ipſam, non expectata ipſa vltima de-
finitione, vel prouocationis formidine. Sed olim deferebatur
in ſententia, vt ſciret poſt ſententiam: vt j. eo. l. antepe. §. j. & j.
17 de ſen. & interlo. l. cum iudex. † Delatione autem ſacramen-
ti facta ab vno alteri, licet deferenti reuocare delationē, quan-
docunq; ante ſententiam, quæ non ſit appellatione ſuſpenſa:
18 duntamē non ſit præſtitū ab eo cui delatum eſt. † Præſtabatur
autē olim poſt ſententiā: hodie in principio, vel in medio, vel
incontinenti ante ſententiam: vt j. eo. l. pe. j. reſponſe. Et ſi ſa-
cramentum delatum reuocauerit ſemel, non licet ei decurrere
ad ſacramēti delationem. abſurdum eſt enim cū redire ad hoc,
cui renuntiandum putauit. l. antep. j. eod. Et cum deſperaret
aliam probationem, tunc denuo ad religionem conuolare: vt
19 j. eod. l. antep. Si autem † delatio non ſit reuocata, ille, cui de-
latum ſacramētum eſt, habet plura auxilia. Nam & ſacramen
tum recuſare poteſt, ſi prætendat iuſtam cauſam recuſationis,
& ipſum poteſt referre ſi velit, niſi in caſibus, vt ſ. dixi: & tunc
ſi alter relatum ſibi ſacramentum non ſuſcipiat, hic abſolui-
20 tur ab eius petitione. † Eſt autem relatio ita facienda, vt fuit
facta delatio: niſi varietas rerum, vel perſonarum, aliud indu-
cat: vt ff. eod. l. iuſiurandum & ad pecunias. §. pen. vt ecce, in
actione de dolo deferri tibi iuſiu. vt iures te non feciſſe dolum,
licet tibi referre: niſi iurem te feciſſe dolum in re, quæ ſit vltra
duos aureos. Vel, libertus defert iuſiurandum patrono, vt iu-
ret ſe non feciſſe iniuriam, licet patrono referre, vt libertus iu
ret patrono feciſſe atrocem iniuriam. Vel tibi defero, vt iures
te mihi donaſſe: licet tibi referre vt iurem te mihi non donaſſe
vltra quingentos ſolidos: vt ff. de dolo. l. ſi oleum. in fi. & de in
ius vocand. ſed ſi in hac. §. pen. & j. de dona. l. pen. in fi. Item is
g cui delatum [a] eſt, poteſt etiam ſoluere quod petebatur ab eo:
& ita abſoluetur à iudicij obſeruatione. vel poteſt hic iurare,
21 & à petitione alterius abſoluetur. † Iurare autem debet,
prout delatum eſt iuſiurandum. Nam ſi delatum eſt, vt iuret
per Deum, & iuret per caput ſuum: vel filiorum ſuorum, non
erit ratum iuſiurandum. Nam licet per Deum videatur iurare:
(reſpectu enim diuini numinis ita iurat) tamen ſi non ei ita de
latum eſt, iuraſſe non videtur: & ideo ex integro ſolenniter
iurandum eſt, id eſt, per Deum: vt ff. eod. l. iij. §. vlti. & l. iiij. &
v. in princip. & l. qui per ſalutem. Si autem delatum ſit iuſiur.
per ſuperſtitionē publicè improbatam, vt Apollinis, vel Dia-
næ non erit ratum iuſiurandum. Secus fortè ſi non eſſet publi
ce improbata: vt ſi delatum eſt, vt iuret per crede mihi, vt ſo-
lent monachi facere: vt ff. eodem. l. quinta. §. diuus. & §. ſed ſi
quis. Siue autem iuret is, cui delatum eſt, ſiue cum ſuſceptum
ſacramentum paratus eſſet præſtare incontinenti delator ei
remiſerit, vel cum iurare noluit, pro eodem habetur. Si autem
22 is † cui delatum eſt, delationem tunc incontinenti non ſu-
ſcepit: ſed poſtea nolente delatore iurare velit, vel etiam ſuſ-

ceperit,ſed incontinenti iurare noluit, licet poſtea iurare ve-
lit, nil ei prodeſt:vt ff.eod. l.non erit.§.vltimo.& l. remittit.&
.j.eod.l.actori.Illud notabile eſt, quòd quandoque ſacramen
tum iudiciale delatum, & præſtitum reuocatur prætextu
periorij: vt ſi legatarius petijt legatum ab hærede, & teſta-
mento non apparente hæres detulit legatario iuſiuran. vt iu-
ret ſibi relictum legatum, & iurauit. deinde pateſacto te-
ſtamento, liquet ei nihil relictum: vt j. eod. l. vlti. Et eſt
fortè ratio: quia de his controuerſiis quæ ex teſtamento
proficiuntur, nec exquiri veritas, nec tranſigi poteſt, niſi
inſpectis, & cognitis verbis teſtamenti: vt ff. de tranſactio.
23 l. de his. † Delatio autem iuriſiur. neceſſarij antequam præ-
ſtetur, reuocatur pro arbitrio iudicantis. Si autem ſit præ-
ſtitum,non reuocatur poſteà: niſi propter noua inſtrumen-
ta poſtea reperta: vt ff. eod. l. admonendi. tunc enim etiam
lata ſententia, fiet reuocatio. Sicut enim dicit ibi iuriſcon-
ſultus, cum abſolutus fuerit. Sed fortè dicitur abſolutus
delatione. Si enim lata eſſet ſententia, non liceret reuo-
care: vt dicitur in ſacramento in litem: vt ff. de in litem iu-
ran. l. videamus. §. pe. Voluntarium autem iuſiu. in nullo
24 caſu reuocatur. † Effectus autem iuſiurandi voluntarij, vel
neceſſarij, vel iudicialis eſt: quia ex eis omnibus datur actio
in factum: ſi iurauerit quis, quid ſibi deberi, non adiecta
forma, vel rem ſuam eſſe: j. eod. l. actori. Si autem adiecta
forma quid iurauerim mihi deberi, dabitur mihi vtilis actio
ex eo contractu: & non tantum mihi, ſed etiam aduerſario:
vt ecce, iuraui me emiſſe à te Stichum decem. Nam & ago ex
empto ad Stichum, & teneor ex vendito ad pretium. Vel iu-
raui me dediſſe Stichum pignori pro x. quæ accepi mutuo: a-
go pignoratitia pro ſticho, & teneor condictione certi ad de
cem. Vel iuraui mihi fundum datum in dotem: & ipſum poſ-
ſum perſequi: & ſoluto matrimonio teneor ex ſtipulatu: vt ff.
eod. l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit. & §. marcellus. Vbi autem iu-
raui rem meam eſſe, dabitur actio in factum, & vtilis rei ven-
dicatio: ſicut & datur vtilis perſonalis, in locum perſonalis,
ſed contra deferentem tantum, ſi nitar ex delatione & præſta
tione iuriſiurandi: ſi verò nitar ex delatione, & præſtatione ex
eo quòd nactus ſum poſſeſſionem rei à non domino bonę fi.
propter ſacramentum dabitur mihi publiciana contra quem-
libet poſſidentem: præterquam contra dominum. ſicut & ſi
rem emiſſem à non domino, vel pro me iudicatum eſſet: vt ff.
de pub. l. j. & ij & iij. & iiij. Nec ob. quod legitur. ff. de publi-
ciana in rem act. l. eum, qui §. ſi petenti. Quòd enim dicit dari pu
blicianam contra deferentem duntaxat, eſt intelligendum, vt
excludat proprietatis dominum, non autem cæteros poſſeſ-
ſores. Vbi autem iuraſti rem meam non eſſe, competet tibi ex-
ceptio tantùm: actio verò nulla: vt ff. eod. l. ſed & ſi poſſeſſori.
Quidam autem vt P. dixerunt, ex iudiciali, vel neceſſario ſa-
cramento non dari actionẽ in factum iuranti: quia habiturus
eſt eam ex ſententia: ſed certè hoc nihil impedit: quia eiuſdem
rei nomine plures competere actiones non eſt mirum: vt ff. de
act. emp. l. non eſt nouum. Nam & poſſet dari ex confeſſione.
ſi confeſſus in iudicio eſt. quia confeſſus habetur pro iudica-
25 to: idem ergo in iureiurando. In hoc † ergo quòd actio, & ex-
ceptio datur ex iureiu. patet, quòd ipſum paris eſt authorita-
tis cum re iudicata. l. j. ff. eod. imo maiorem habet authoritatẽ
tem quàm res iudicata. l. ij. ff. eod. Nam & Apoſtolus ait: Finis
omnis controuerſiæ iuſiurandum eſt. Hæc autẽ exceptio obſtat
quotieſcunq; agi non poſſet, ſi verum eſſet, quòd iuratum eſ-
ſet. Nam pro veritate accipitur iuſiu. vt ff. eod. l. ſed & ſi poſ-
ſeſſori. §. item ſi iurauero. & §. ſed & ſi rerum in quibus. nec
refert agatur eadem act. an alia, dum tamen agatur ad idem &
ex eadem cauſa: vt ff. eo. l. ſi duobus. §. exceptio vſq; ad pe. §. &
l. ſi duo. §. item Iulianus. Hoc verum niſi ſacramentum poſte
rius præiudicet primo. vt ecce, iuraui mihi dari oportere, dein-
de cum eſſet controuerſia iuraſſem: vel me deferente, iuraſti me
non iuraſſe tantum, poſterius iuſiurandum erit ſeruandum:
vt ff. eod. l. duobus. §. vltim. & l. quòd ſi iurauit. Igitur in a-
gendo, & excipiendo parificatur iuſiurandum ſententiæ.
26 Minus † autem eſt in duobus. Nam lata ſententia contra
ſententiam à qua non fuerat appellatum, eſt ipſo iure nulla:
ſecus ſi damnetur aliquis de furto: cum iurauerit ſe furtum
non feciſſe: vt ff. eod. l. nam poſtea. §. ſi damnetur. & j. quan-
do prou. non eſt neceſſe. l. j. & j. de ſententiis & inter. l.
poſt ſententiam. Item & qui iurauit ſe patronum eſſe, li-
cet quantum ad alia ſit patronus, non tamen eſt quantum ad
bonorum poſſeſ. contra tab. Secus ſi iudicatum eſſet eum
eſſe patronum. vt ff. de iure patronatus. l. ſi iurauero. Sed
& iuſiuran. prætextu nouorum inſtrumentorum reſcindi-
tur: vt ſ. dixi. §. iurare. in fin. Secus in re iudicata: niſi in
caſu: vt ff. de re iu. l. imperatores. & j. de re iu. l. ſub ſpecie.
27 † Item è contrario iuſiurandum maioris eſt authoritatis,
quàm res iudicata: quia minor non reſtituitur contra ſa-
cramentum corporale, licet reſtituatur contra rem iu. vt
ſ. ſi minor ſe maior. di. l. vltim. & ſi aduerſus rem iudi. per
28 totum titul. Sed † & iuſiur. tollit ipſo iure naturalem obli-
gationem: vt ff. eod. l. vltim. & de ſolut. l. ſtichum. §. na-
turalis. non ita in re iur. vt ff. de condict. indebit. l. Iulia-
nus. Et quantum ad extinguendam naturalem obligatio-
h nem[h] poteſt dici, quòd iuſiurandum obtineat vicem ſolu-
tionis: ſed & vtranque obligationem extinguit in his actio-
nibus quæ ipſo iure tolluntur per pactum, vt furti, & iniu-
riarum: vt ff. eod. l. iuſiurandum. & de pactis. l. ſi vnus. §. i-
dem dicimus. & l. ſi tibi. §. quædam. ſed & vicem obtinet
delectationis: quia iureiu. incipit quis alij obligari, quàm cui
tenebatur prius. & vim nouationis: quia noua actio tribui-
tur creditori ſi iurauerit ſibi deberi durante & non extincta
prima: vt ff. eod. l. qui iuraſſe. §. vltim. & l. eum, qui iu-
rauit. ibi, cum omiſſa hac parte, &c. Item & vim obtinet
lit. conte. quia ſicut actio temporalis perpetuatur litis con-
teſtatione, ita & iureiur. ſi iurauero te mihi teneri redhibito-
ria, vel quanto minoris: vt ff. eod. l. nam poſtea. §. ſi is, qui
29 temporali. † Vires autem ſacramenti proficiunt iurantibus,
& ſuccedentibus ſingulari, vel vniuerſitatis titu. vt ff. eod. l.
ait prætor. & l. etiam. & l. nam poſtea. in princ. & præiudi-
cat ſacramentum deferentibus, & eorum omnibus ſucceſſo-
i ribus,[i] eo ſaluo quòd iuſiu. tutoris, cura. procu. item iuſiu-
randum ſerui, & filij proficit nobis: vt ſ. dictum eſt. & dici-
tur ff. eod. l. nam poſtea. §. pen. Non ob. quòd dicitur ff. de
procu. l. non ſolùm. §. j. quoniam vtilis, non directa mihi da-
tur actio ex ſacramento procuratoris. Item ſi duo ſunt rei cre
dendi, vel debendi, & ſocij, vnius ſacramentum prodeſt, &
nocet alteri: vt ff. eod. l. duobus. & de arbitris. l. ſi duo. Quòd
enim legitur ff. de pactis. l. ſi vnus. eſt intelligendum argen-
tarijs ſocijs in menſa, non ſocijs in negotiatione, vel con-
tractu: vel ibi erat ab vno lis conteſtata. Item iuſiuran. rei
principalis prodeſt fideiuſſori. Fideiuſſoris autem iuſiuran-
dum prodeſt reo: ſi iurauit ſe ſoluiſſe ſocijs: ſecus ſi iurauе-
rit ſe non fideiuſſiſſe forte, vel pecuniam mutuo datam eſſe:
vt ff. eod. l. duobus. §. j. & ij. Extra notandum eſt, quòd
iuſiu. non eſt omnino loco probationis: nam licet ille, qui te-
nebatur lege Aquilia, & negabat ſe damnum dediſſe teneatur
in duplum, ſi conuincatur per teſtes: ſi tamen eo deferente iuſ-
iu. iuraui mihi damnum datum eſſe, tenetur in ſimplum tan-
tùm: vt ff. eodem, l. eum, qui. Simile j. de non nume. pecu.
30 auth. contra qui propriam. Item † notandum quòd iuriſiu-
randi contempta religio, punitur à ſolo Deo, non per princi-
pem: Secus ſi iurauerit aliquis per principem, vel per ſalutem
eius, vel per caput, vel per genium: & eſt genius deus princi-
pis, qui in genitura potentiam exercet. olim enim princeps
tempore illo, quo nondum erat chriſtiana fides, colebat vel
Iouem, vel Mercurium, qui in genitura ſibi patrocinaretur, &
in his caſibus fuſtigatur ille qui deierat: & ita ei ſuperindicitur
• προπετῶς μὴ ὄμνυε id eſt, temere ne iurato, reſcriptum eſt: vt
ff. eod. l. ſi duo. §. vltimo. Item notandum, quòd in toto ti-
tul. iſtu tractat de iureiurando quod eſt de re, id eſt, de verita-
te: vt ff. eod. l. quoties. res enim ponitur pro veritate: vt ff. ad
leg. Cornel. de fal. l. j. §. qui in rationibus. Vnde & qui non
nouit veritatem, impetrat ſibi remitti iuſiurandum, aut dari
ſpatium, vt certiorari poſſit: vt ff. eodem, l. iuſiurandum. & ad
pecunias. & ff. rerum amot. l. Marcellus. §. qui rerum. Iurare
autem debet aliquis ſic eſſe, vel non eſſe. Iuſiurandum autem
calumniæ eſt de opinione. Item aliud iuſiur. in litem eſt de af-
fectione: vt dicemus j. de in litem iurando.

Anno

ANNOTATIONES.

a Dignioribus. Vide Decium & moderniores, in rubrica ff. eod. titul.

b Iuſiurandum. Vide Corſetum de hoc plenè in rubrica de iureiuran. in ſua ſolemni repeti. in prima chart.

c Probationibus. Iſtam concluſionem vide per Lodo. Roma. in ſingul. ſuis in ver. iuramentum. verſi. quæro vtrum. & in conſil. octauo. Paul. de Caſtr. in conſil. nonageſimo quarto. domi. Alexand. de Imo. in conſil. xxxij. in primo volumine. qui multas limitationes ponunt.

d Sacramentum. Adde tamen pro magiſtrali doctrina, & hoc vt deferatur ſacramentum ei qui ſemiplenè probauit, & requirantur quæ magiſtraliter declarat Paul. de Caſtr. in l. admonendi. in v. col. ff. de iureiurand. quam doctrinam ſemper tene mente in iſta materia: quia vtilis eſt, & ſæpe faciet honorem in actu practico.

e Iudicantis. Adde tamen quod iuramentum tale neceſſarium non ſinit cauſam ſicuti voluntarium & iudiciale. vt tenet Bart. & doct. in l. admonendi. ff. de iureiurand. ad materiam autem vide Bar. & docto. in l. nam poſtea. § ſi. ff. de iureiurand. qui multa pulchra ponit.

f Perſonas. Vide Felin. in cap. ſi qui teſtium. in penulti. colum. extra de teſtibus. & Alexand. in l. alia. § eleganter. ff ſolut. matri.

g Delatum. Vide Felin. in cap. propoſuiſti. in fin. de probat.

h Obligationem. Adde Bar. in l. ſecunda. ff. de in li. iuran. & in l. Stichum. § naturalis. ff. de ſol. do. Alexand de Imol. in l. fin. circa princip. ff. de iureiur. & in conſi. xxvij. in primo vol. vbi multa ad materiam habes.

i Succeſſoribus. Vide Panor. in cap. cùm ſit generale. de foro compet. vide d. Franc. de Are. infra l. qui ſuperſtitis. in penulti. & vlti. col. ff. de acquirenda hæred.

* Adhibita religione. Iuramentum eſt negatio, vel affirmatio de aliquo, ſacræ rei atteſtatione firmata. Sacræ rei ideo dicitur, quia non eſt licitum iurare per creaturas non ſacras, vt per capillum, per terram, &c. vt c. & Chriſtus. extra de iureiurand. In primitiua eccleſia ita iurabatur, teſtis eſt mihi Deus: teſtis eſt mihi conſcientia mea. & hoc, immo coram Deo. xxij. quæſt. prim. c. ſi peccator. Licet autem iuſiurandum competentius appellaretur factum iuratum: placuit tamen quod iuſiurandum dicatur eò, quod idem eſt, eſſe iuratum: quod factum ſuit iurandum relatione facta ad id quod fieri conuenerit. ff. de iuſtitia & iure. Martinus.

* Actoris perſona. Iuramentum autem illud licitum eſt, quod habet tres comites, veritatem, iudicium & iuſtitiam: quòd ſi aliquod eorum deſit, non iuramentum, ſed periurium erit dicendum. xxij. quæſt. prim. & iurabunt. & ca. animaduertendum. Item licitum eſt iuſiurandum, quando aliæ probationes haberi non poſſunt. xxij. quæſt. prima. ita ergo. & extra de probat. cap. ſicut. in fine. Iuramenta igitur licita ſeruanda ſunt, niſi vergant in deteriorem exitum: quod ſex modis contingit, primo, quando iuratur aliquid, quod eſt mortale in ſe. Secundò, quando iuratur id, quod in ſe veniale eſt. Tertio, quando eſt indifferens. Quarto, quando excludit opus ex charitate faciendum. Quinto, quando excludit opus de genere bonorum. Sexto, quando excludit opus indifferenter pia intentione pro Deo. Huc adde notabile verbum, quod ille qui iurat ei, cui non tenetur, non abſoluitur propter hoc quin iurare debeat ei, cui tenetur, vt extra de iure iurando. c. cam te. in gloſſ. in verb. quod alii. Martinus.

* L. ſi ſequeſter. Sequeſtratio fit duobus modis. Vna de re immobili: & hæc fit omittendæ poſſeſsionis cauſa. & tunc neuter litigantium poſsidet, ſed ſequeſter. fit etiam ex neceſsitate, vt quando controuerſia eſt de re mobili & perſona eſt ſuſpecta, ne cum ipſa re aufugiat. ff. de offic. præſidis. l. Senatuſconſulto. § fi. & C. de agrico. & cenſit. l. litibus. lib. xj. Quando verò ſequeſtratio fit cauſa cuſtodiæ, tunc poſſeſsio remanet penes poſsidentem. ff. depoſiti. l. licet. primo reſponſo. & § j. Generaliter autem prohibita eſt ſequeſtratio. l. vnic. C. de prohib. ſeq. pecu. Caſualiter autem permiſſa eſt aliquando ſcilicet voluntate partiũ, vt lite finita, res victori detur. ff. de acq. poſ. l. intereſſe. & niſi hoc fiat, poterit victor agere cum ſequeſtro ſequeſtrataria actione, ff. depoſi. l. ſi in Aſia. § cum ſequeſtro. Si fructus poſſeſsionis diſsipentur, fieri debet ſequeſtratio vt extra. de ſeque. poſſeſ. & fruct. c. adhæc. & dudu. c. ſeq. Martinus.

* προπεῖν μεθ' ὅρκον. Vide Alcia. lib. Diſp. iiij. c. ij.

Si certum petatur. *Rubrica.*

1 *Actio cuiuſmodi competat, vbi certum quid eſt in obligatione.*
2 *Contractus certus & incertus quis.*
3 *Condictio quando detur.*
4 *Commodatarius & depoſitarius ad quid teneantur.*
5 *Certum quid.*
6 *Obligatio quando dicatur incerta.*
7 *Certi condictio an detur pro mutuo.*
8 *Condictio triticaria in quibus locum habeat.*
9 *Mutuum vnde dicatur.*
10 *Mutuum an, & quatenus confirmetur conſumptione.*
11 *Mutuum quomodo reconcilietur ſtipulatione.*
12 *Mutuum quomodo per vſucapionem reconcilietur.*
13 *Mutuum varie reconciliari.*
14 *Mutuum quibus rebus conſtet.*
15 *Pecuniæ appellatio quàm lata ſit.*
16 *Mutuum quando dicatur contrahi. & 29.*
17 *Mutuum contrahatur necne, ſi librum ad pondus dedero, vel oues ad numerum, recepturus librum tanti ponderis vel oues tanto numero.*
18 *Contractus cuiuſmodi ſit, cùm tibi do panem meum, vt alium æquè bonum reddas.*
19 *Mutuum quotuplex ſit.*
20 *Mutuum naturale tantùm quid ſit, & quæ actio oriatur ex eo.*
21 *Mutuum ciuile in quo natura cooperatur, quid ſit; & quæ actio oriatur ex eo.*
22 *Actio quando naſcatur alicui ex numeratione pecuniæ, & quando cenſeatur numerata pecunia nomine alicuius. & nu. 24. & 27.*
23 *Mutuum an, & quando contrahatur cùm quis permiſit depoſitario vti ea pecunia, quam apud eum depoſuit.*
25 *Re perempta, quam quis ab alio acceperat vt venderet an, & quomodo teneatur is, qui accepit. & nu. ſeq.*
28 *Mutuum vt contrahatur, conſenſum vtriuſque & numerantis & recipientis requiri.*
30 *Mutui contractus quæ ſpecialia habeat.*
31 *Mutuum ciuile tantùm quid ſit, & quando contrahatur.*
32 *Certi condictio ex mutuo cui detur.*
33 *Mutuum accipiens alterius officium gerendo an, & quando obligetur. vel alium reddat obligatum.*
34 *Mutui obligationem variò impediri.*
35 *Præſidem prouinciæ poſſe mutuum accipere ab iis, qui non ſunt ei ſubditi.*
36 *Mutui contractus quot teſtes requirat.*
37 *Contractus quando cenſeatur factus in ſcriptis.*
38 *Certi condictio pro mutuo in quantum detur.*
39 *Actio, quæ datur pro mutuo, qualis ſit.*
40 *Creditore ſibi nõ præiudicare accipiẽdo pignus minus idoneũ.*

SICVT ſuperiori titulo diximus, Imperator in
hoc quarto libro tractare intendit de perſonalibus actionibus: ſed quia inter perſonales actiones digniores ſunt cõdictiones, cùm per eas præciſè quid dari intendatur, & quia à iure ciuili habent originem, de eis primò dicamus: & quia inter condictiones digniores ſunt illæ quibus certum condicitur, quàm illæ quibus incertum petitur: videamus primò, quid iuris ſit, ſi certum petatur: & quæ actiones locum habeant pro eo. quibus dentur, &
1 in quos, & in quantum, & quales ſint. † Eſt autem ſciendum,
ꝙ vbi certum quid, eſt in obligatione, datur condictio certi
generaliſsima, * quæ competit ex omni cauſa, & ex omni obligatione: ſiue ſit nata ex certo contractu, ſiue ex incerto: dummodo tamen ſit pura obligatio. Nam ante diem, vel condictionem agere non poteſt creditor: vt ff. eo. l. certi. Et in vno caſu ponitur propriè, hoc verbum, poteſt: & impropriè in alio. nam non ante conditionem ſed ante diem agere poteſt. obſtat tamen ei exceptio. & aliud notatur ſimile, ff. de offi. proconſ. & leg. l. ij. vbi dicit manumitti apud eos poſſunt: & tam liberi,
2 quàm ſerui: & † appellant quidam certum contractum nominatum. Incertum appellant innominatum. Vel dic incertum contractum in quo continetur incertum: puta, quid fieri, vel non fieri: vt ff. de ver. obl. l. vbi autem non apparet. §. quid. Nam ſi agatur ex eo ad factum, agitur actione ex ſtipulatu: vt inſtit. de ver. obl. in princip. Sed & poteſt agi ex eo ad intereſſe: quia vbicunque factum eſt in obligatione, ad intereſſe agi põt: vt ff. de re iud. l. ſi quis ab alio. §. vl. Si ergo ad hoc intereſſe quod eſt penè incertum velit quis agere condi. certi, cum ipſum dari ſit in obligatione, non video cur non poſsit. Nec obſt. ꝙ legitur ff. ſi quis in ius voc. non ier. l. vlti. Quod enim dicitur incerti agendum, expone. id eſt, ex incerta ſtipulatione condictio certi ad intereſſe. Habet & hæc actio locum in delictis, & quaſi delictis, & quaſi cõtractibus: vt ff. eod.
3 l. certi. Et no. † non dari condictionem aliquam quæ ſub cœlo ſit, ſi ego dico alium mihi obligatum vt mihi quid det, id eſt, vt meum faciat, niſi in fure. nam ipſe licet dare non poſsit: quia quod meum eſt, amplius meum fieri non poteſt, tamen in odium ſuum, vt pluribus actionibus tenea-

Falso, ut opinor, putat certi condictionem dari et ad id quod interest.

aliquid
tur, datur contra eum condictio furtiua, & rei ven. Dicor er-
go à te condicere: quia dicen te obligatum ad aliud dandum.
priſca enim lingua, id eſt, ſecundum veteres condicere di-
citur quis, id eſt, denuntiare ſolenniter in iudicio. Nam ipſa
oratio ſolennis denuntiata in libello vt alius quid det, dicеba-
tur actio. Hodie autem ſine conceptione verborum ſolenni,
cuilibet ſtatuta ſunt certa nomina condictionum, & actio-
num: vt inſti. de act. §. ſic itaque. & ſ. de formu. impet. l. j. & ij.
4 Porrò † commodatarius, & depoſitarius obligati ſunt ad cer-
tum, non tamen dandum, ſed reſtituendum: & ideo non te-
nentur condictione: vt ff. de vſufr. quemad. cau. l. vlti. vnde et
tam contingit, quod conueniunt ad intereſſe, vel ad fructus.
quod non eſt in condictione aliqua niſi furtiua: vt no. in ſum-
ma inſti. de actio. §. ſequitur quinta. & in illo §. ſed illud quæ-
5 rendum. & §. eſt notandum. Eſt † autem certum [a], cuius
a ſpecies vel quantitas quæ in obligatione verſatur ex ipſa pro-
nuntiatione facta nomine proprio, vel demonſtratione, quæ
fungitur eius vice, apparet quæ ſit, qualis ſit, quanta ſit: vt ec-
ce, aurei decem, fundus Tuſculanus, homo ſtichus, tritici
Aphrici optimi modij centum. Vini campani amphoræ
6 centum. Vbi † autem non apparet quid, quale, quantum ſit
in obligatione, incerta eſt obligatio: ergo ſi fundum non pro-
pria appellatione, vel hominem in genere ſine proprio no-
mine, vel vinum, vel frumentum ſine quantitate quis dari
ſtipuletur incertum deducit in obligationem: adeò vt ſi ſti-
puler, tritici aphrici boni modios centum, vini Campani bo-
ni amphoras centum, incertum videar ſtipulari: quia bono
melius inueniri poteſt. quo fit vt boni appellatio non ſit cer-
tæ rei ſignificatiua: cùm id quod bono melius eſt, ipſum quo-
que bonum ſit: at cùm optimum quis ſtipulatur, id ſtipulari
intelligitur cuius bonitas principalem gradum bonitatis ha-
bet, quæ res efficit vt ea appellatio certi ſignificatiua ſit: vt
ff. eod. l. certum. & ff. de ver. obl. l. ſtipulationum quædam
7 ſunt certæ. ff. eod. l. vbi autem. Dicet † aliquis, non ergo da-
bitur certi condictio pro mutuo, niſi vbi quid optimum mu-
tuatum eſt? Reſponderi poteſt in mutuo ſpectari bonitatem
rei quæ datur. vt ſit ſecundum eam mediocris, vel optima,
quã certum ſit in obligatione, fiat redditio, vel ſolutio. At
vbi non præcedente bonitate, quam oporteat nos ſpectare,
ſtipulor aliquid in pondere, numero, vel menſura, incerta erit
ſtipulatio: niſi exprimatur qualitas, vt dictum eſt. Fuerunt ta-
men, qui dicerent, quod vbi ſtipulor vini amphoras centum, quia
certum quantum ad quãtitatem, non ad qualitatem eſt in ob-
ligatione, detur condictio certi. Sed certe illud nomen quan-
tum, refertur ad ea quæ ſunt in pondere, numero, vel menſura:
& ad eadem refertur hoc nomen, quale. Illud autem nomen,
quid, refertur ad ſpecies quas oportet (vt dictum eſt) de-
monſtrare. Si ergo rem incorporalem, puta vſumfruct. ſti-
puler, incertum ſtipulor. idem etſi corporalem: ſed naſcitu-
ram: vt quod ex Arethuſa natum erit, vel fructus, qui in fun-
do nati erunt: ſi tamen ſtipulor, quod in horreo eſt, vel quod
ille debet mihi, certũ deduco in obligationem. vel ſi ſtipulor
illud, vel illud, data mihi electione: ſecus ſi reſeruetur electio
reo, vt ff. de ver. ob. l. vbi autem. §. fundi. & §. illud. & §. qui il-
lud. Et ex his reprobatur quorundam opinio, qui dixerunt
condictionem certi in ſola pecu. vndecunq; debita locum ha-
8 bere. Sunt enim verba generalia vt diximus. † Eſt & condictio
triticaria, quæ locum habet in omni ſpecie, & quantitate: niſi
Falsū vt hoc quoque, condictionem triticariam non dari ex causa mutui. ſit debita ex cauſa mutui. Item & in incorporali re: puta ſerui-
tute perſonali, vel prædiali. Item & pro poſſeſſione, quã quis
obligatus eſt mihi dare. In rebus autem meis condictio non
competit: niſi contra furem: vt dictum eſt: vt ff. de condi. tri. l.
j. & ij. Sic ergo incertis non tamen omnibus: quia non in mu-
tuo: & etiam in incertis, puta ſeruitutibus locum habet con-
di. trit. vnde videtur, quod iſtæ duæ condictiones habeant
ſe vt excedentia, & exceſſa. Et fortè dicitur triticaria, à Tri-
e tico [e] authore, non dico prætore, ciuilis eſt enim actio, ſi-
cut & omnes condictiones. Eſt & certi condictio ſpecialis,
b [b], quæ competit in ſolo mutuo: & hæc à quibuſdam dicitur ſi
certum petatur: vt ſit proprium eius actionis nomen. arg. pro
eis. ff. de triti. l. j. Ego autem non ita voco eam: ſed certi condi-
ctionem ſpecialem pro mutuo eam nomino. Nam quod ibi
dicitur, Illa actione vtitur ſi cert. pet. expone, id eſt, illa actione
quæ locum habet ita demum ſi cert. peta. De hoc mutuo no-
bis eſt agendum: vnde dicatur, & in quibus conſiſtat, quan-
do contrahatur, & qualiter diuidatur, cui detur actio ex eo,
9 & contra quem, & in quantum, & qualis ſit actio. † Dici-
tur autem mutuum nomine compoſito ex corrupto & inte-
c gro: quia quod fuerat meum, ſit tuum [c] vt ff. eod. l. ij. §. appel-
lata. Sed licet ab initio non teneat, reconciliatur tamen ex
poſtfacto tribus modis, ſcilicet conſumptione, ſtipulatione, &
10 vſucapione. † Conſumptione, vt ſi tibi ex cauſa mutui pecu-
niam alienam, etiam quam ſurripui numero: & tu eam con-
ſumpſeris in totum. Si autem conſumpſeris pro parte, fortè
quia admonitus fuiſti pecuniam alienam fuiſſe, & ideo no-
luiſti conſumere in totum: teneberis pro parte conſumpta
tantùm, vt ff. eod. l. nam & ſi furt. & ff. de fideiuſſo. l. ſi quis
pro eo. §. ſi nummos. fortè ſecus eſt ſi nemo tibi denuntia-
uit pecuniam alienam eſſe, & ſtat per te quo minus eam con-
ſumas: quia tunc quantum ad me pro conſumpta debet ha-
beri. argu. ff. de condi. & demon. l. iure ciuili. Conſumptio
autem pecuniæ intelligenda eſt fieri, hoc ipſo quod immi-
ſcetur cum alia, nec ab alia diſcerni poteſt, vel ſeparari: non
11 ex eo, quod deſierit eſſe: vt ff. de ſol. l. ſi alieni. † Stipula-
tione autem reconciliatur mutuum: ſi tibi pecuniam alie-
nam ex cauſa mutui numeraui, & eandem mihi reddi ſtipu-
latus ſum: vt j. eod. l. quamuis. Quid ſi dominus vendicet
eam antequam ſit conſumpta ab eo cui numerata eſt? puto,
quòd doli habeas exceptionem contra me: quia amiſiſti pe-
cuniam propter quam mihi tenebaris in genere: nec tibi po-
teſt imputari dolus, vel culpa: vt ff. de ſtipulat. ſer. l. j.
12 §. ij. † Vſucapione autem reconciliatur: ſi is, cui credidi
pecuniam alienam pro ſuo, poſſidendo vſucapiat ipſam an-
tequam conſumat. Sic videtur reconciliari deos, ſi libera mu-
lier dedit pecuniam alienam in dotem, & ea eſt vſucapta à
marito conſtante matrimonio: vt ff. de iure do. l. Proculus
nepoti. Idémque & in donatione cauſa mortis, vt ff. de do-
nation. cau. mort. l. ſi alienam. Et ſunt hæc tria notanda:
quia contractus ab initio inutilis confirmatur ex poſtfacto.
Nam & aliâs dicimus ex contractu præcedenti dudum po-
ſtea oriri actionem, vt j. de re. permu. l. ex placito. Sed ar-
gum. contra eſt. ff. de regu. iur. l. quod initio. Item tria
ſunt argum. pro quæſtione: an qui accepit reprobam pecu-
niam, & expendit eam pro proba teneatur. Sed contrarium
eſt argum. ff. eod. l. cùm quid. & ff. de pig. act. l. eleganter. §.
13 qui reprobos. Poteſt † etiam mutuum quod pendet ex poſt fa-
cto confirmari: ſcilicet ex conditionis euentu, vel repudia-
tione legatarij: vt ſi dem tibi nummos mutuos quatenus fiant
tui, vt ſi conditio aliqua extiterit, ſisq; mihi obligatus. Item ſi
hęres legatã pecuniam crediderit, & legatarius legatum repu
diauerit, fiet mutua pecunia, quia hæredis videtur nummus
14 fuiſſe ab adita hæreditate: vt ff. eod. l. proinde. † Conſiſtit au-
tem mutuum in his rebus quæ pondere, numero, menſura ve
conſiſtunt: vt ff. eo. l. ij. §. mutui datio. Nec obſt. quod legitur
15 in ead. l. ij. §. item mutuũ non poteſt. Item † mutuũ non poteſt
d eſſe: niſi proficiſcatur pecunia. Nomen enim pecuniæ [d] cõple-
ctitur ea, quæ ſunt in põdere, numero, vel mẽſura: vt ff. de leg.
j. l. talis ſcriptura. Quãdoq; autem nomen pecuniæ etiam cor-
pora cõtinet, & omnia quæ ſunt in alicuius patrimonio: vt ff.
de ver. ſig. l. rei appellatio. & l. pecuniæ verbum. Quãdoq; et-
16 iam ſupponitur tantùm pro his quæ ſunt in numero. † Contra-
hitur autem mutuum ſi recepturi ſumus non eandem ſpeciem
quam dedimus, alioquin commodatum erit, aut depoſitũ: ſed
idem genus, id eſt, tantundẽ in eodẽ genere. Nam ſi aliud ge-
nus, veluti vt pro vino triticum recipiamus, vel è conuerſo,
non erit mutuũ, ſed innominatus contractus, do, vt des: vt ff.
eo. l. ij. j. reſponſo. & de præſcr. verbis. l. naturalis. §. j. Quid ſi
acceperim argenti põdus, vel velim reddere pecuniã ad nume-
rum? videtur quòd liceat: vt ff. de aur. & arg. leg. l. j. §. vlti. hoc
ſi erat pecunia argentea, non contaminata ære. Nã tunc idem
genus reddo, & tantũdem. Genus autem non ita hic accipi-
tur vt Porphyrius aſſignat, ſed ponitur ſpecialiter pro qui-
buſdam rebus, quæ ſunt in pondere, numero, vel menſura,
non pro aliis: vt ſi dedi bouem, vt alium, vel eundem mihi
red

redderes.mutuom enim recipit functionem, per ſolutionem
in eodem genere ſactam: vt ſi dedi ad pondus, accipiam ad
pondus: ſi aliquid dedi ad numerum, recipiam ad numerum:
ſi ad menſuram,recipiam ad menſuram.Sunt enim ſingula ſin
gulis reddenda, id eſt, recipit mutuum, vt illud omnino ſua
vice fungatur, & tantæ ſit vtilitatis & pretij. Non autem re-
cipit functionem per ſpeciem eandem,quę data eſt: vel aliam
quæ non eſt in eodem genere. quod enim ponitur ibi magis,
vel potius,electiuum eſt:quia aut redditur idem: & tunc non
eſt mutuum: vt ſ. dictum eſt: aut aliud, & tunc non eſt in eo-
dem genere. nec enim in rebus aliis inoenitur omnimoda ſimi
litudo:vnde nec contingit liberatio, quia aliud pro alio inui-
to creditore ſolui non poteſt:vt ff. eodem.l.ij.§.pcimo. niſi in
caſibus vt in eccleſia de bitrlee:Et in eo qui debet aurum,cùm
in eius ſubſtantia non reperitur aurum: & in eo qui debet ſer-
uum, cuius vult ſoluere pretium: quia dicit ſuom cognatum
eſſe. & in eo qui tenetur noxali actione, & conſimilibus,vt ſ.
de ſacroſanct. eccleſ. authent. hoc ius. & j.de ſolut. authen. ni-
ſi. & ff. de leg.j.l.ſi domus.§. in pecunia.& de re iudic. l. miles.
17 §.j. † Quæret aliquis, nunquid erit mutuum, ſi librum ad
pondus, oues ad numerum dedero, recepturus librum tanti
ponderis,vel oues tanto numero? Reſpondeo, non. In mutuo
enim eſt inſpicienda natura,conſuetudo,& aptitudo,quæ na
turæ coaptantur. hæc etenim eſt natura pecunię, vt ferè ſem-
per detur ad numerum: & ad hoc eſt inuenta,vt detur ad nu-
merũ, & ſi conſueuit dari, & bene coaptatur ſuæ naturæ: quia
apta eſt ad numerum. Sic dico in frumento, & ſimilibus quæ
conſiſtunt in pondere,numero,vel menſura. Libri verò non
ad hoc ſunt inuenti,vt dentur ad pondus: imo ſecundum æſti-
mationem bonitatis. Idem in omnibus, & ſimilibus. Nam &
ſi darem tibi bouem, vel hominem vt alium mihi des, nun-
quam poteſt eſſe alius omnino eiuſdem bonitatis. In mutuo
autem, etſi aliud ſit quod redditur, idem tamen videtur eſſe
propter omnimodam ſimilitudinem, & formam. Item ſpe-
ctandus eſt in mutuo actus, non ſolùm natura: nam & ſi pe-
cuniam dedero non in quantitate,ſed in ſacculo,vt mihi tan-
tum ſacculum pecuniæ reddas, non erit mutuum: quia licet
quod datum eſt naturam habeat motui: non tamen ſic datum
eſt vt mutuum: debuit enim in quantitate dari. Inſpicienda
eſt ergo natura & actus cum his, quæ dicta ſunt, quorum
18 ſi aliquod defecerit, non erit mutuum.† Vnde ſi quæratur, an
ſit mutuum cum tibi panem vnũ do, vt alium æquè bonum
reddas? dico mutuũ non eſſe,vt patet ex prædictis: neq; com-
modatũ,quia quod datur,vſu conſumitur:vt ff.commo. l. iij.
19 §.vltimo.Erit ergo contractus innominatus, do vt des. † Di-
• uiditur • autem mutuum:quia aliud eſt naturale * tantùm, a-
e liud ciuile natura ſibi cooperante,*aliud ciuile tãtùm, in quo
20 nihil cooperatur natura. Naturale † tantùm eſt,vt cum nume
ro pecuniam,vt tantundem mihi tenearis reddere: vnde & re,
id eſt,numeratione,dicitur obligatio cõtrahi,& naſcitur con-
dictio ex ea:vt inſti.quib. mod. re contra. ob.j.reſponſ. Ciuile
21 † autem in quo operatur natura,eſt,cum tibi mutuo: ſed ean-
dem pecuniam, vel paululum ante numerationem, vel poſtea
paululum,hoc eſt,incontinenti,ſtipulor mihi reddi.nec enim
naſcitur actio ex numeratione, ſed ex ſtipulatione, vt tolla-
tur,vel nouetur ea,quę naſcitur ex numeratione,per eam quę
naſcitur ex ſtipulatione, quia id agitur tacitè vt ſola ſtipula-
tio teneat: & magis implendæ ſtipulationis gratia eſt nume-
ratio intelligenda fieri, quàm vt agatur ex ea. Agitur ergo
tantùm ex ſtipulatione, quæ eſt de iure ciuili: vt ff. de nouat.l.
ſi ita fuero.§. vltimo. & l. cum enim. & inſtitu. de actio. §.de
conſtituta pecunia & ff.eodem.l.ſecunda. §.vltimo. & l. certi.
§.quoniam ſibi, ſiue coiunctim: duæ tamen in eo videbantur
actiones naſci,vna ex numeratione,alia ex ſtipulatione,ſed v-
bi ſtipulatio vtilis ſequitur incontinenti numerationem, fin-
gitur nec fuiſſe nata ex numeratione actio: quod ex eo patet,
quia vbi incontinenti poſtea ſtipulor, inutiliter agitur ex nu
meratione:vt ff.eodem.l.certi.§.quoniam. patet ergo fuiſſe a-
ctum,vt agatur ex ea: alioquin non ageretur, vt ff.eod. l. non
omnis. Idemque etiam ſi pro extranea muliere dotem nume-
22 raui.nam ex ipſa lege quæritur actio:ſed † ſi incontinenti ſti-
pulor eam mihi reddi, fingitur illi nec nata: vt C. de rei exor.

act.l.vnic. §. accedit. Numerare autem tibi videor pecuniam,
ſiue eam numero ex cauſa mutui,ſiue alius, me etiam ignoran
te tibi numeret pecuniam ſuam nomine meo,tanquam meam,
hac ſcilicet mente, vt ego eam videar numerare. Nam ego ra-
tum habendo numerationem tanquam pecuniæ meæ factam,
videor numeraſſe: ſecus ſi non tanquam mea pecunia ſit nu-
merata, & pactus, vel ſtipulatus ſit eam mihi reddi: quia tunc
non quæretur mihi actio, vt ſ. dixi: ſed ſi pecuniam meam
numeres, me ignorante, nomine meo, indiſtinctè quæri vi-
detur mihi actio fortè,& ſi non vt mea ſit numerata, ſi ratum
habeo: alioquin reprobato à me nomine, quæritur actio tibi
vtilis, vt j. eod. l. ſi abſentis. Si autẽ me mandante, alius ſuam
pecuniam numeret meo nomine, indubitanter quæritur mihi
actio: quotidie enim ſi credituri ſumus alicui pecuniam, vel
ab alio petimus, vt noſtro nomine creditor numeret futuro
debitori, vt ff. eod. l. certi. §.ſi nummos meos. Item quotidie
mando debitori meo, vt tibi nomine meo numeret pecu-
niam: obligaris enim mihi, quamuis verè non acceperis num-
mos meos, ſed interpretatione iuris videris accepiſſe: vt ff.
eodem, l. ſingularia. breui ſcilicet manu: vt ff. de iure dotium.
l. licet ſoleat. §. quoties. vel per procuratorem. vt ff. de dona.
inter vir. & vxorem. l. iij. §. vltimo. Quod ergo in duabus
perſonis recipitur, & in eadem perſona recipiendum eſt: vt
cùm ex cauſa mandati pecuniam mihi debeas, & conuene-
rit vt crediti, id eſt, mutui nomine eam retineas, videtur mi-
f bi data pecunia, & à me ad te perlata f: vt ff. eodem, l. ſin-
gularia. Poteſt tamen differentia notari inter hunc caſum,
& ſuperiorem: quia ibi interuenit procurator, per quem ſo-
let acquiri dominium, quod hic non eſt: vt ff. mandati. l. i-
démque. §. ſi quis. nec enim contrarium eſt quod dicitur ff.
mand. l. qui negotia. quia quod dixi intelligendum eſt in de-
bitore, qui paratam,& deſtinatam pecuniam ſolutioni habe-
bat: vt ait Irnerius: vnde conuertitur in cauſam mutui, etiam
ſi præſens, vel in conſpectu non ſit pecunia: vt ff. eodem, l. cer
ti. §. vltimo. Si enim exigeretur præſentia, vel cõſpectus pecu-
niæ: non eſſet in pecunia ſpeciale, vel ſingulare: vt ff. de ſol. l. ſi
pecuniam. ſed in pecunia ſpeciale dicitur eſſe vt in prædicta l.
ſingularia. ſi ergo non eſſet pecunia parata & deſtinata ſolu-
tioni, non cõuertitur in cauſam mutui: vt in prædicta l. qui ne-
23 gotia. † Item & numerare tibi videor pecuniam ſi apud te de-
poſueram pecuniam, & poſtea tibi permiſi ea vti: ſtatim enim
cœpit eſſe mutua, etiam antequam moueatur, etiam ſi non e-
rat in conſpectu, pecunia tamen parata erat & deſtinata ſolu-
tioni. animo enim cœpiſti eam poſsidere. vnde trãſit ad te pe-
riculum, qui mutuũ rogaſti. Si verò ab initio, cùm deponerem
permiſero tibi vti, ſi voles, id eſt, ſi voluntariè fueris vſus: mu-
tua non erit antequam mota ſit: vt ff. eodem, l. certi. §. vltimo.
24 & l. quod ſi ab initio. † Item numerare tibi videor, ſi lancem,
vel maſſam auri dedi, vt eã venderes, & nummis vtereris. Nam
ſi vendideris, & nummos acceperis, erit mutuum: ſi non acce-
peris, teneberis actione præſcriptis verbis, vt præſtes dolũ &
culpam in eo, quòd pecuniam non exegiſti, vel vt cedas mi-
hi actiones: vt ff. de præſcrip. verbis. l. rogaſti. Si autem lanx
25 † ſine culpa tua perierit antequam vẽderes, ſiquidem eam ha-
bui venalem, mihi perit, alioquin tibi, vt ff. eod. l. rogaſti. &
ita videtur hic ſpeciale, quòd caſus fortuitus ad te pertineat:
propterea quòd tui vtilitate rem accepiſti: vt ff. eodem, l. ſi
quis. commodatarius autem, licet ſui cauſa accipiat, non tene-
26 tur de fortuito caſu: vt ff. commodati. l. in rebus. Vel dic, † quod
perit lanx ſine culpa tua lata, vel leui: leuiſsima tamen inter-
ceſsit. Vbi autem alium rogo de re mea vendenda, indiſtinctè
meum eſt periculum: vt ff. de præſcrip. ver. l. ſi gratuitam: §. j.
27 † Item & numerare tibi videor, ſi numerauit tibi ſeruus meus
voluntate mea: alioquin ſi non extet pecunia, vel dolo ma-
lo deſierit poſsidere, agetur rei vendicatione, & ad exhiben-
dum. Si verò conſumpta ſit, reconciliatum erit mutuum con-
ſumptione: vt ff. eodem, l. rogaſti. §. vltimo. ſic & reconcilia-
tur mutuum, vel ſolo pupillo credente, vel alij ſoluẽte, ſi con-
ſumpta ſit pecunia ab eo, cui numerata ſit, vel ſoluta: vt ff. eo-
dem. l. non omnis. §. vltimo. Si autem ſeruus communis decem
crediderit, ſiue voluntate: ſiue ſine voluntate dominorum, &
conſumantur nummi, æqualiter competit eis actio, id eſt,

vnicuiq; in quinq;. Nam & ſi communes nummos mihi, & ti-
bi, centum ſcilicet credidero, quinquaginta condicam etiam
ſi ſingula corpora fuerint communia: vt ff. eo. l. nam & ſi fur.
§. vlt. ſi autem filiusfa. mutuum dederit de profectitio peculio,
patri quæritur actio. Sed & filius agit ſi mutuauerit viaticum
ſuum, cùm Romæ ſit cauſa ſtudiorum, vel implorabit iudicis
officium patre abſente, & eius procuratore: vt ff. eod. l. cùm fi-
28 lius. & de iudicijs. l. ſi longius. §. j. † In numeratione autem
neceſſarium eſt id agi conſenſu vtriuſq; partis, vt contraha-
tur mutuum: alioquin non naſcitur obligatio mutui. vnde &
ſi furioſus numerauerit pecuniam quaſi mutuam, non con-
trahitur mutuum, ſed aget condictione ſine cauſa, contra eũ,
in cuius rem pecunia eſt verſa: vt ff. eod. l. ſi à furioſo. & l. nõ
omnis. Idemq; eſt ſi tibi pecuniam numero quaſi donaturus,
& tu quaſi mutuam accipias. Nam & hic deficit mutuum: nõ
tamen agitur condictione ſine cauſa: quia ſecundum volun-
tatem dantis conſumpti ſunt nummi: ſed ſi quaſi deponens
tibi dedero, tu quaſi mutuam accipias: vel quaſi mutuam de-
di, & tu acceperis quaſi commodatam, deficit mutuum: & lo-
cus eſt condictioni ſine cauſa: vt ff. eod. l. ſi ego. Idemq; ſi me
& Titium rogaſti dare mutuam pecuniam, & ego tibi dele-
gaui debitorem meum, cùm putares eum Titij debitorem eſ-
ſe. Nam quia pecunia mea, id eſt, mihi debita ad te peruenit,
bonum & æquum eſt eam mihi à te reddi: vt ff. eod. l. ſi & me.
29 † Item & de ſtricto iure, vel ſubtilitate iuris contrahitur
mutuum: ſi ego numero ſponte. Nam ſi pecuniam mihi do-
nares, vt eaudem tibi crederem, non eſt mutuum ſecundum
ius ſtrictum: ſecus autem de æquitate: vt ff. eod. l. ſi tibi pecu-
30 niam. † Et ex prædictis patet quatuor eſſe ſpecialia in mu-
tuo. Vnum eſt, vt quis facilius cõſequatur dominium, etiam ſi
res non ſit in conſpectu. Secundum, vt diſcretius vel petat, vel
retineat partem ſuam, non autem in ſingulis cõmunibus num
mis petet dimidiam: ſed petet dimidiam quantum ad numerũ:
vt ff. de ſolu. l. cùm Stichus. Tertium, vt facilius dicantur con
ſumi. Quartum vt difficilius petatur vſura: quia neceſſaria
eſt ſtipulatio: licet aliàs pactum incontinenti appoſitum pa-
riat actionem, vel in ſorte, vel in vſura: vt infrà de vſuris. l.
31 quamuis. & ff. eo. l. lecta. † Ciuile g autem mutuum eſt, quod
g per chirographum contrahitur, quando ſpe futuræ numera-
tionis ſcripſi me accepiſſe: & tunc intra biennium non eſt effi-
cax: quia ſi agat creditor, repellitur exceptione, ſi non probet
ſe numeraſſe pecuniam: poſt biennium verò efficax factum
eſt, vt etiam naturale mutuum dici poſſit. Nam (vt quidam di
cunt) biennium numerat: vel (vt noſtri doctores dixerunt) ci-
uile quidem remanet, ſed efficaciam habet naturalis: niſi intra
biennium paritum ſit iuri in teſtando, id eſt, in teſtificãdo ex-
ceptionem non numeratæ pecuniæ, vt j. de non num. pecun. l.
32 ſi intra, & l. cum vltra. † Datur autem certi condictio ex
mutuo numeranti, vel ſtipulanti pecuniam nomine ſuo. Item
& ei cuius nomine mutua data eſt: etiam ignoranti multò ma
gis, quàm mandanti. Si autem reprobet exercitium nomiunis,
datur numeranti vtilis actio etiam ſine ceſſione: vt j. eod. l. ſi
abſentis. & vt patet ex præmiſſis. Item datur directa in eum,
cui ſuo nomine numeratũ eſt: cùm & is, qui accepit mutuum,
ſuo nomine accepit, non alterius officium gerendo: & ideo
non datur actio in eum, in cuius rem expendit pecuniam, vel
in eum, qui ſubſcripſit inſtrumento: nec requiritur vnde ha-
buit originem pecunia. Item nec liberatur debitor incendio:
vt j. eod. l. cum, qui. & l. mutuæ. & l. non vnde. & l. incendium.
33 † Vbi autem quis accipit mutuum gerendo alterius officium,
& ita creditor dat alicui mutuam pecuniam in alterius vtili-
tatem: ſi quidem is, qui accipit, gerat officium ciuitatis, tene-
tur ciuitas, ita ſi pecunia in vtilitatem verſa ſit: alioquin tene-
bitur ille, qui accepit mutuum: vt ff. eod. l. ciuitas. Si autem de
bitor gerat officium priuati: vt quia tutor eſt, vel curator, te-
netur tutor, & præterea pupillus: vt plenius de hoc dicemus j.
quando ex facto tuto. vel curato. minores ag. vel con. poſsit.
Si autem debitor gerat officium priuati, quia procurator eſt,
& creditor dat ei pecuniam in vtilitatem domini: aut manda-
tum eſt creditori directum, aut non. Si mandatum creditori
directum eſt, & per nuntium, tenetur dominus: quia cum eo
principaliter eſt contractum, & non tenetus nuntius: vt ff.
quod iuſſu. l. vlt. in princ. & j. quod cum eo. l. ſi ex contractu.
nuntius enim gerit vicem epiſtolæ, vt probatur ff. de conſtit.
pecun. l. qui autem. in fi. & l. & licet. Si verò per procurato-
rem directum eſt mandatum ipſi creditori, quod ita fit, Vade,
& accipe à tali creditore mutuo x. tenetur dominus mandati
contraria: vt j. manda. l. ſi literas. & præterea procurator: vt
ibidem dicitur: quia in ſua perſona celebrauit contractum.
Si verò dominus non dirigat mandatum creditori, ſiquidem
creditor dat huic procuranti negotium alienum contempla-
tione domini tantum, tenetur dominus tantùm actione nego.
geſt. & vtili inſtitoria, vt j. de inſtito. l. ſi mutuam. & ff. de ne-
got. geſt. l. ſi pupilli. §. j. Si verò cedit contemplatione procu-
ratoris tantùm, tenetur procurator ex contractu, & dominus
inſtitoria. Si autem vtriuſque contemplatione, tenetur vter-
que, vt dictum eſt: & eſt hoc totum verum de vtraque actio-
ne, ſi accipiens habebat mandatum à domino negotij: ſi verò
non habet mandatum, & creditor dedit contemplatione do-
mini tantùm: ceſſat vtilis inſtitoria, & datur actio nego. geſt.
ſi ille in domini vtilitatem vertat, vel incipiat vertere pecu-
niam vel caſu pereat, vel dominus ratum habeat, ſicut & in ſe
quenti caſu dicetur: alioquin contra, ſicut & ſeruo accipien-
te pecuniam ceſſaret, vel daretur actio de in rem verſo. Nam
tunc datur actio hæc de in rem verſo: vt ff. de in rem verſo. l.
quod ſi ſeruus. §. j. & §. vnde rectè. Si verò dederit contempla
tione accipientis tantum, tenetur ipſe tantum, & non domi-
nus: niſi in rem ſuam procedat pecunia, vel ratum habeat, vel
eum in eo procuratorem conſtituat: vt j. quod cum eo, qui in
alie. poteſt. eſt. l. et qui. in fi. & j. eod. l. cum. & ſi tuto. vel curat.
l. penult. & j. de exercit. l. ſi mutuam. Si autem vtriuſque com
templatione tradidit, tenetur vterque, prout ſ. dictum eſt, &
diſtinctum, vt ff. de nego. geſt. liberto. j. reſpon. & l. ſi pupilli.
§. j. eo ſaluo, quod datur quandoque vtilis inſtitoria, & ſi ex-
preſſum mandatum non interuenit: vt ff. quod cum eo. l. vlti.
34 † Illud notandum eſt, quod quandoque officium cre-
dentis mutuum impedit mutui obligationem: vt ecce, Præſes
prouinciæ mutuam pecuniam dare, & fœnus exercere prohi-
betur. Idem & in officialibus eius temporalibus: perpetui e-
nim non prohibentur mutuum dare, & fœnebrem pecuniam
exercere, vt ff. eod. l. principalibus. & j. eod. l. eos. Item quan-
doque officium accipientis mutuum impedit mutui obliga-
tionem, vt ecce, qui in prouincia verſatur, iudici eiuſdem pro
uinciæ fœnebrem pecuniam mutuare prohibetur, videtur e-
nim quaſi emptor legum & prouinciæ. vnde & iudex, & cre-
ditor, exilij damnantur pœna. Idem in collectario dicitur
qui honoris pretium dederit ambiens, vt j. eod. l. quiſquis. Eſt
• autem collectarius, qui * qui emit honorem, vt ex honoris, vel
dignitatis emptæ occaſione multa colligat, & congreget, & in
decuplum vendendo ſententias, & alia iudicis officia: & ideo
damnatur in quadruplum, & in exilium: vt in authen. vt iud.
ſine quoquo ſuf. §. cogitatio. & §. eos. in fin. & §. ſi quis autem.
35 † Ab his autem qui ſibi non ſunt ſubditi, præſes poteſt ſu-
mere mutuum: vt ff. eod. l. præſidis. §. præſes. vel forte à ſubdi-
tis accipit in publicam vtilitatem, non in rem ſuam: vt ff. eod.
36 l. ciuitas. † Item & in mutui obligatione contrahenda, & in
quolibet contractu celebrando, diſtingue vtrum fiat ſuper
minore ſumma libra auri, aut ſuper maiore. Si ſuper minore,
i ſufficiunt duo teſtes i ad plenam probationem ſiue peritus li-
terarum cõtrahat, ſiue imperitus, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcri-
ptis contrahatur: & hoc eſt, quod dicitur in authen. de inſtru-
mentorum caute. §. vltim. nun de rebus exiguis, &c. ſed fortè
ſpeciale eſt in ſolutione debita in ſcriptis vt exigantur quinq;
teſtes vel ſcriptura publica, & ſi ſumma, ſit minor libra. nec
eſt ibi contractus, ſed ſolutio: vt j. de teſt. l. teſtium. & authen.
rogati. vel illa determinatur per hanc. Si ſuper maiore ſiqui-
dem imperitus literarum contrahat, & in ſcriptis, exiguntur
quinque teſtes inter quos exigitur tabellio, & omnes ſubſcri-
bere debent cum ipſo contrahente. vel pro contrahente ſub-
ſcribit vnus teſtium, vel præmittetur ſignum contrahentis: vt
in authent. de inſtrumentorum caute. §. oportet. Si verò im-
peritus ſine ſcriptis contrahat in maiori ſumma, exiguntur
tres teſtes: vt in authent. de inſtrumentorum caute. §. ſed & ſi
inſtrumenta. in eo quod dicit, adiiciatur teſtium ex ſcripto

præſentia. Cùm autem perites literarum contrahit in maiori
ſumma, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis: requiruntur tres: vt in
prædicto titulo. Et fit examinatio, quæ fortè dicitur compa-
ratio priuatarum literarum, ſi priuata interceſſerit ſcriptura,
ita demum ſi ſuperſint teſtes: nec exigitur eorum ſubſcriptio.
Sed ſi ſubſcripſerint, exigitur vt veniant, & propriis ſubſcri-
ptionibus atteſtentur. Vel ſi non ſubſcripſerint, exigitur vt
veniant & atteſtentur, quòd eis præſentibus confectum eſt
documentum: & ita collatio iuuatur augmento teſtium. Et in
hoc caſu poteſt loqui j. de fide inſtrum. auth. at ſi contractus,
&c. vt in authen. de inſtru. cau. §. j. & ij. & iij. Vbi autem pu-
blica facta inde eſt ſcriptura, ſi probetur de eius fide per tabel
lionem, & eius miniſtrum, & per eum per quem numerata eſt
pecunia, vel per ſolum tabellionem, non eſt locus compara-
tioni, nec opus comparatione. Si verò non ſupereſt tabellio,
ſed miniſter, & adnumerator, fit comparatio literarum tabel-
lionis, & ſignorum, vel notarum ad plenam fidem ſubſcriben
tium, & non ſubſcribentium. Item miniſter, qui ſcripſit de-
bet venire, & adnumerator, vt teſtificentur in cauſa, & tam ex
collatione, quàm teſtibus cauſa fidem habeat. Si verò nec ta-
bellio, nec miniſter, nec adnumerator veniat, tabellionis, &
ſubſcribentium fit comparatio: vt ita ex pluribus compara-
tionibus, tam completionis [aliàs tabellionis] quàm ſubſcri-
bentium, aut contrahentium, vna quædam colligatur & effi-
37 ciatur fides. † In ſcriptis k autem contrahi dico, quando id
k agitur, vt aliter non valeat, niſi ſcriptura fiat, ſicut innui vide-
tur in auth. de inſt. caut. §. & hæc dicimus ſuper inſtrumentis
ex ſcripto confectis. & C. de fide inſtru. l. contractus. in princ.
vbi dicitur, in ſcriptis fieri placuit. nec alibi inuenitur expreſ-
ſum: tunc enim contractus, vel charta dicitur confici ex ſcri-
pto, cùm id agitur ne teneat, niſi facta ſcriptura, vel aliter: vt
not j. de inſtrumento. caut. & fide. §. vltimo. Et hoc procedit
ſi contractus fiat in vrbe. in agris autem vetera iura ſeruātur:
vt in auth. de inſtr. fid. per totum titulum, in nouel eo. tit. Quæ
iura ſunt illa, vt in omni ſumma ſufficiant duo teſtes: niſi vbi
contractus chirographario inſtrumento initus eſt, vltra quin-
quaginta libras auri, vbi tres exiguntur: vt j cod. l. vlti. & ff.
38 de teſtib. l. vbi numerus. † Datur autem certi condictio l ex
l mutuo, in tantum quantum eſt datum, non vltra. Nam ſi tibi
dedero decem, vt vndecim debeas, non contrahitur ipſo iure
obligatio, niſi in decem: nec enim re poteſt contrahi obligatio,
niſi quatenus datum eſt. l. ſi tibi decem. ff. de pact. quod enim
ſuperfluum eſt, neque tanquam ſors poteſt peti, vt dictum eſt,
neque tanquam vſura: quia vſura fœnebris pecuniæ citra vin-
culum ſtipulationis peti non poteſt: licet aliàs pactum in rei
traditione appoſitum pariat actionē præſcriptis verbis, etiam
in mutuo, quod contrahitur menſura, vel pondere, vel nu-
mero, vt dictum eſt: vt ff. de pactis. ſi tibi x. & j. de vſu. l. quam-
uis. & l. frumenti: Si tamen data eſſent decem, vt reddantur vn-
decim, non contrahitur obligatio amplius quàm in decem: vt
ff. eodem, l. rogaſti §. ſi tibi. & d. l. ſi tibi decem. nec venit vſura
eius quod datum eſt in mutuo, etiam ſi debitor fuerit in mora,
vel litem conteſta. fuerit: vt infrà de cond. indeb. l. prima. Pla-
39 cen. tamen hic dixit venire vſuram poſt litem conteſta. † Eſt
autem hæc actio ciuilis, ſicut & omnes condictiones: hæredi-
bus autem datur, & in hæredes, & perpetuò, ſicut & omnis
condictio. Item ſtricti iuris eſt, ſicut & omnis condictio. Fa-
moſa non eſt, ſicut & nulla condictio: etiam ſi competat ex
turpi cauſa, vt furtiua condictio, grauat tamen opinionē ali-
cuius apud bonos, & graues: vt ff. de actio. & obligatio. l. ceſ-
ſat. & de obſequiis. l. honori. Illud notandum eſt, quòd licet
quis tanquam accepturus pecuniam ſpoponderit creditori
futuro: tamen habet in poteſtate ſua ne accipiendo pecuniam
40 ſe obliget: vt ff. eo. l. qui pecuniam. Item † notandum, quòd
creditor accipiendo non idoneum pignus, ſibi nō præiudicat:
m m vt ff. eodem. l. creditor, qui non. & j. eodem. l. ſi pro mutua.

ANNOTATIONES.

* Generaliſsima. Vide Oldendorp. hic claſſ. iiii. act. xvii. Alc. & alios in l. Certi. ff. hoc tit.

a Certum. Vide text. & ibi Iaſ. aliqua notabilia. alle. in l. certum. ff. eod. titu. ſi certum peta.

* Tritico. Vide Zaz. in l. certi. ff. eod.

b Condictio ſpecialis. Vide Iaſ. hoc declarantem in l. certi condictio. in princ. ff. ſi cer. petatur.

c Fit tuum. Adde materiam huius concluſionis, & multarum, quæ in hoc titu continentur. vide Bart. in l. ij. §. ſi. ff. ſi certum pe. Bal. in rub. C. hoc eo. titu. Alexand. de Imo in l. ſingularia. in princ ff. eod. & in §. Chriſogonus ff. de verbor. obligat. Paul. de Caſtr. copioſè in conſil. c: ex xv. in. Bart. ſoc. in conſi. clxxj. incip. Diuiprofectò. ver. prætereà. in vj. vol. cōſi. xl. qui ibi multa bona dicit.

d Pecuniæ. Adde quòd pecunia accipitur largè ſtrictè & largiſsimè vt declarat Bart. in l. ſi alis ſcriptura. & ibi Iaſ. late. ff. de leg. j.

e Naturale. Vide Barto. in l. ii. §. in mutui datio. ff. ſi certum petatur.

* Diuiditur. An hæc diuiſio ſit neceſſaria vide Oldendorp. claſſ. iiij. act xvii.

f Ad te pertinet. Vide ad hoc Bart. in l. non vnde. C. hoc eo. titu & in l. ii. §. mutui. ff. eo. titu. doc. in terminis. in l. qui negotia. ff. mandati. ad materiam autem vide. do. Bart. ſoci. in l. ii. §. mutui. nume. xvi. cum plu. ſeq ff. eo. tit. & in l. certi. §. quoniam. eo. titu. num. iii. char. xiii. vbi multa examinantur. quæ ſupra doctor iſte tetigit.

g Ciuile. Vide Iaſ. in l. ii. §. j. ff. ſi certum peta. & ibi etiam per Becium.

h Exercere. Vide Bal. in l. quiſquis. infrà eod. titu.

* Collectarios. Vide Alc. lib. iiii. Diſpunct. cap. xxii.

i Duo teſtes. Vide ad hoc Bart. in l. cum quid. ff ſi certum pe. d. Alex. de Imo. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. falſus ff de furt. Barto. in conſil. quodam duo incip. in quæſtione propoſita. & Paul. de Caſtr. in conſil. ccxii. domi. Bart. ſoci. in conſil. xv. incip. viſis prædictis. ver. nec eſt verum. cum plo. ver. ſeq. char. xxiii. qui exagerat totam materiam probationis mutui.

k In ſcriptis. Vide do. Fran. de Are. in conſil. clxiii.

l Condictio. Vide Iaſ. in l. certi condictio. in §. j ff. ſi certum peta.

m Præiudicat. Imo poteſt ad ſupplementum agere, vt tenent Bart. Bal. & doc. in l. j. C. de pig. Bald. in l. qui ſpecialiter. C. de diſtra. pig. Doctor. in l. creditor, qui non idoneū. ff. ſi cer. peta. vbi do. Alex. copioſe.

De ſuffragio. *Rubrica.*

1 *Suffragium quid ſit.*
2 *Salarium quando poſsit peti ab aduocato.*
3 *Salarium promiſſum aduocato palmarij nomine an debeatur, vbi pars eius obtinuit in vno capitulo, & in altero ſuccubuit, & quid ſi tranſegit.*
4 *Salarium quibus actionibus petat aduocatus.*
5 *Salarium quando debeat aduocato præſtari.*

SVPRA de rebus creditis generaliter rubricam
poſuit, & quia aduocato debetur à ſuo cliente,
ſub eo nomine, & eadem generali condictione
de qua ſ. diximus concluditur: ideo ponit de ſuf-
fragio. Vnde videndum quid ſit ſuffragium, & quando, &
1 quo iure petatur. † ſuffragium quandoque ponitur pro ſa-
lario quod debetur aduocato. quandoque ponitur pro ipſo
2 patrocinio, & propriè, quod præſtat aduocatus. † Petitur
autem ſalarium cùm ante litem inchoatam, vel poſt litem fi-
nitam eſt promiſſum: pendente enim lite facta promiſsio non
tenet. ſ. de poſtula. l. quiſquis. §. prætereà. & ff. de variis & ex-
traord. cog. l. j. §. ſi is, cui. quod intelligo ſi fiat promiſsio de
augendo ſalario: ſed ſi ante non erat promiſſum, ſatis intelli-
go quòd etiam poſt litem conteſt. poteſt conſtitui. & ſic in-
telligimus ſ. de poſtul. l. quiſquis. & arg ſ. de conſor. eiuſdem
lit. l. ij. Item petitur cùm non ex eo ſuper quo litigatur cer-
tam partem ſibi dari paciſcitur: vt diximus ſ. de poſtul. Item
patitur, ſalarium ſi eſt infra centum aureos, ſecus ſi vltra
computatur in centum aureos, etiam id quod nomine palma-
rij, id eſt, victoriæ eſt promiſſum: puta, ita ſi victor præter ſa-
larium tuum dabo x. vt ff. de variis & extraor. cog. l. j. §. ſi eu.
3 & §. licita. † Porrò illud quæri poteſt ſi plura fuerint capi-
tula, & in vno vicit, & in altero ſuccubuit: an quod nomine
palmarij promiſſum eſt, in totum, vel pro parte peti debeat?
Et fortè in totum: quia verum eſt eum viciſſe. Similiter &
quæri poteſt, an debeatur, & ſi non vicit, ſed tranſegit? Et pu-
to poſſe: quaſi vicerit, vel quaſi per eum ſteterit, quominus
vincat. Item petitur ſalarium cùm præſtitum eſt patroci-
nium, vel per aduocatum nō ſteterit: ſiue agatur eum aduo-
cato, ſiue cum hærede eius: vt j de condi. ob cauſ. l. aduocatio-
4 nis. & ff. de variis & extraord. cog. l. j §. diuus Seuerus. † Peti-
tur autem ſalarium ijs modis vel condictione certi, ſi cer-
tum fuerit promiſſum, vel ex ſtipulatu actione, ſi in facto con
ſiſtit quod eſt promiſſum, vel condictione ex lege, vbi nudo

o

pacto tantùm, non per ſtipulationem eſt promiſſum: vt in hac lege dicitur. j. reſponſo. vel officio iudicis, inſpecta facundia aduocati: vt ff. de variis & extraordinariis cognit. l. j. §. in honorariis. Porrò per hanc legem, quæ eſt in hoc tit. non ſufficit promiſſum eſſe ſalarium iure immobili, aliter mobili: ſed oportet ſcripturã interuenire: & dico quòd ſufficit vna ſcriptura, ſi etiam duæ exigantur: licet quidam contradicant per quædam verba huius legis: aliter non locum habet petitio; ſed nec valet etiam traditio: vt j. eodem. l. vnica. §. ſi quid. & §. quòd ſi.

5 † Illud extra quæri poteſt, quando ſalarium debet præſtari?
a Et [a] dico etiam ante cauſam finitam: vt ſuprà de iudi. l. properandum. §. illo proculdubio obſeruando. verſ. honorariis. licet
b & in lege iſta videatur innui contrarium [b]. Item poteſt quæri an pro ſalario vno etiam in cauſa appellationis debeat præſtari ſuffragium: quod non puto, ne ſic in infinitum teneatur arg. contra. C. de reb. credi. l. antepe. Item & poteſt quæri, an cogatur exire prouinciam, ſi dicatur quod in cauſa appellationis tenetur eum defendere: & non puto: vt argu. ff. de procurato. l. ſed & hæ perſonæ. §. non ſolùm.

ANNOTATIONES.

* Aureos. Vide Ale. libro tertio Diſpunct. cap. ix.
a Debeat præſtari. Vide ad hoc Specul. in tit. de ſalar. §. ſequitur videre, Bart. in l. prima. §. diuus. ver. ex prædictis apparet. ff. de variis & extraordina. cogn. Bald. in l. prima. ver. vlterius quæritur. C. hoc. eod. ti. do. Alex. de imo. in alleg. l. prima. §. diuus. de var. & extraor. cogn. & in l. diem functo ver. ſed quæro. de offi. aſſeſ. do. Iaſ. de May. in §. triplici. num. 7. cum plu. nume. ſequen. inſtit. de act. char. lxxxiii. do. Bart. ſoci. in conſil. cxcvi. incip. circa præſentem conſultationem. ver. ſecundo. principaliter in ſecundo volu. char. lxxi.
b Contrarium. Adde in contrarium facere etiam quod notat Bart. in l. archiatræ per illum text. C. de profeſ. & medi. lib. x. nam ibi eſt text. quem etiam not. Bart. quod etiam aduocati non debent habere ſalarium lite durante, ſicut medici non debẽt habere ſalarium niſi quando ſanatus eſt infirmus. Vide Iaſ. in l. diem functo. ff. de offi. aſſeſ.

De prohibita ſequeſtratione pecuniæ. *Rubrica.*

1 *Sequeſter quis dicatur.*
2 *Sequeſtratio quid ſit.*
3 *Sequeſtrationem fieri ex voluntate partium, & an & quando fiat ex neceſſitate.*

NE crederet aliquis debitorem, qui ex quolibet contractu conuenitur, condictione ad pecuniam ſoluendam eſſe compellendum: vt faciat ſequeſtrationem pecuniæ, quæ eſt in litem, ponit de ſequeſtratione prohibita pecuniæ: vt nomen pecuniæ ponatur pro ſpecie, vel quantitate, quæ eſt in obligatione: vt infrà de conſtitut. pecu. l. penultima. licet aliter ponatur ſtrictè: vt notauimus ſuprà ſi certum petat.
1 † Eſt autem ſequeſter ille apud quem plures eam rem de qua controuerſia eſt depoſuerunt. dictus ab eo quòd occurrenti, & quaſi ſequenti eos qui contendunt, committitur res: vt ff. de verborum ſignificatio. l. ſequeſter.
2 † Sequeſtratio [a] autem dicitur ipſa ſeparatio rei, vel poſſeſſionis. Interim enim, cum res apud ſequeſtrum
a eſt, nec poſſidet actor, nec poſſidet reus: niſi hoc actum eſſet in ſequeſtratione, vt cuſtodiæ cauſa tantùm fiat depoſitio: vt ff. depoſiti. l. licet primo reſponſo. & §. primo. & de acquiren. poſſeſſione. l. intereſſe. Si ex quolibet contractu pecunia poſtulatur, ſequeſtrationis neceſſitas conquieſcit: oportet enim debitorem conuinci primò, & ſic ad ſolutionem pulſari.
3 † [Ex voluntate autem partium fieri ſequeſtratio poteſt,] vt patet ex præmiſſis. Item fit quandoque ex neceſſitate: ſi de re mobili ſit controuerſia, & perſona rei ſit ſuſpecta quod cum ea fugiat: vt ff. de officio præſid. l. ſenatuſconſulto. & qui ſatiſdare cogantur. l. ſi fideiuſſor. §. vltimo & infrà de agricolis & cenſitis. l. litibus. ſic etiam quandoque ſequeſtratio fit de re mobili vel immobili: quia perſona eſt ſuſpecta, quod depopuletur fructus, vel quòd rem ſit diſſipatura: vt ff. ſolu. matrimonio. l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſæuiſſimo. & ff. de appellationibus. l. imperator. Fit & quandoque propter contumaciam non cauentis de collatione facienda: vt ff. de collatione bonorum. l. prima. §. ſi ſuper. fit etiam quandoque propter conditionem perſonæ: vt ſi ſeruus de poſſeſſione ſeruitutis proclamet in libertatem & contra eum pronuntiatum eſt. fit enim ſequeſtratio rerum earum, de quibus dubitatur, ſint domini, an eius qui dicit ſe liberum: vt j. quibus ad li. procla. non licet. l. vltima. & de aſſer. tol. prima. §. ſuper peculio.

ANNOTATIONES.

a Sequeſtratio. Multa de iſta materia vide per practicum Papien. in forma libelli ſequeſt. vel. ſaximenti. & per Curtium in ſuo tractatu de ſequeſtro.
a l. ſequeſter. Sequeſtratio fit duobus modis, vna de re immobili, & hæc fit omittendæ poſſeſſionis cauſa, & tunc neuter litigantium poſſidet, ſed ſequeſter. Fit etiam ex neceſſitate, vt quando controuerſia eſt de re mobili & perſona eſt ſuſpecta, ne cum ipſa re aufugiat. ff. de offi. præſidis. l. Senatuſconſulto. §. fi. & C. de agricol. & cenſi. l. litibus. lib. vndecimo. Quando verò ſequeſtratio fit cauſa cuſtodiæ, tunc poſſeſſio remanet penes poſſidentem. ff. depoſiti. l. licet. prima reſponſo. & §. primo. Generaliter autem prohibita eſt ſequeſtratio. l. vnic. C. de prohib. ſeq. pecu. Caſualiter autem permiſſa eſt aliquando, ſcilicet voluntate partium, vt lite finita, res victori detur. ff. de acquir. poſſeſ. l. intereſſe. & niſi hoc fiat, poterit victor agere cum ſequeſtro ſequeſtraria actione. ff. depoſ. l. ſi in Aſia. §. cum ſequeſtro rectè. Si fructus poſſeſſionis diſſipentur, fieri debet ſequeſtratio: vt extra. de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct. capit. ad hoc. & cap. ſequen. Martinus.

De condictione indebiti. *Rubrica.*

1 *Indebitum quot modis quid dicatur.*
2 *Indebitum naturaliter & ciuiliter, vel naturaliter tantùm qua actione repetatur ſi ſolutum ſit.*
3 *Indebiti ciuiliter tantùm ſed naturaliter debiti exempla aliquot: & an, & quando tale indebitum ſolutum poſſit repeti, numer. ſequent. & 6.*
5 *Pupillo, qui ſoluit quod naturaliter tantùm debebat, an detur repetitio iure communi.*
6 *Libertus qui ſoluit patrono operas, quas putabat ſe debere, an poſſit repetere.*
7 *Solutum vi obligationis ad antidora an poſſit repeti.*
8 *Indebitum ope exceptionis, debitum tamen ciuiliter & naturaliter, an ſolutum poſſit repeti.*
9 *Repetitionem dari eius, quod eſt indebitum niſi præſtetur cautio, vel niſi impenſa deducatur.*
10 *Indebitum ſcienter ſolutum non repeti, atque inibi an id ſit perpetuum.*
11 *Indebiti ſoluti repetitionem ceſſare propter rei iudicatæ authoritatem.*
12 *Indebiti ſoluti repetitio an impediatur propter iuſiurandum.*
13 *Tranſactio an impediat indebiti ſoluti repetitionem.*
14 *Tranſactio interpoſita per calumniam actoris an teneat, & quid ſi per dolum ſeu calumniam rei. num. ſeq.*
16 *Tranſactio an, & quando ſit inutilis propter authoritatem rei iudicatæ.*
17 *Indebiti ſoluti repetitionem ceſſare ob cauſam pietatis.*
18 *Indebitum ſolutum ex ea cauſa, quæ creſcit per inficiationem, an poſſit repeti.*
19 *Hæredem ſe eſſe exiſtimans, & ob id ſoluens creditori hæreditario, vel legatario, an poſſit repetere.*
20 *Repeti an, & quando poſſit quod ſolutum eſt procuratori creditoris.*
21 *Solutum alicui nomine creditoris an, & quando poſſit repeti.*
22 *Condictio indebiti cui detur.*
23 *Soluens indebitum nomine alieno an, & quando detur condictio indebiti, & quando ei, cuius nomine ſolutum eſt. & nu. 25. & 27.*
24 *Fideiuſſor eius, qui indebitam pecuniam promiſit, ſoluens pro eo an repetat, & qua actione.*
26 *Tutor ſi ſoluerit indebitũ nomine pupilli, an ipſe condicat, an pupillus: & an, & quando alius hoc nomine detur condictio numero 28.*
29 *Condictio indebiti contra quem detur.*
30 *Indebitum incertum ſolutum qua actione repetatur.*
31 *Aedificio poſito in ſolo alieno qua ratione conſulatur ei, qui ædificauit, pro impenſis ab eo factis.*

Actio

32 *Actio cuiuſmodi competat ad repetendum certum aliquid, quod indebitum ſolutum eſt.*
33 *Indebitam ſpeciem ſibi ſolutam diſtrahens ad quid teneatur.*
34 *Soluens vtranque ex iis rebus, quas alternatiue debebat, an detur electio repetendi vtram velit.*
35 *Condictio indebiti an detur ei, qui cùm debitor generis eſſet, ſpeciem aliquam ſoluit, ad quam putabat ſe obligatum.*
36 *Fructus & partus rei indebitæ ſolutæ venire in condictionem indebiti, & quid de aliis acceſſionibus.*
37 *Repetitionem nonnunquam dari in totum, cùm tamen id, quòd ſolutum eſt, eſſet indebitum duntaxat pro parte.*
38 *Repeti an poſsit id verè debitum eſt, ſolutum tamen non parit liberationem.*
39 *Condictio indebiti qualis actio ſit.*

SICVT mutuum, de quo dictum eſt, re contrahitur, ita & in indebito contrahitur obligatio re: vt inſtitut. quibus modis re contrahi. obliga. §. is quoque. & ideo ponit de condictione indebiti. Videndum ergo quot modis aliquid dicatur indebitum. & quando hæc condictio locum habeat, & ex quibus cauſis ceſſet, cur detur, & in quem, & in quantum, & qualis ſit actio.
1 † Dicitur autem indebitum quandoque iure ciuili & naturali: & de hoc cuilibet licet videre exemplum. Sed & poni hic poteſt in eo quod ſub conditione debetur, quam eſſe extituram non eſt certum: vt ff. de verborum ſignificat. l. cedere diem. & ff. eodem. l. ſub conditione, vel ſi vſuræ vltra duplum promittantur, vel aliquid contra legem: vt ff. eodem. l. ſi nõ ſortem. §. proinde. & s. de pact. l. pacta, quæ. vel ſi neſciens emerim rem meam: vt ff. eodem l. ſeruum meum inſciens. niſi gratia poſſeſsionis: vt ff. de contrahen. emptione. l. ſuæ rei. & l. ſi in emptione. §. rei ſuæ. Quandoque iure naturali tantùm: vt ſi ſpe futuræ numerationis ſcribo me debere quod non eſt numeratum, nec biennium eſt elapſum: vt diximus s. ſi certum petatur. Idem eſt & quandocunq; debeo ciuiliter, & naturaliter: & creditor facit pactum de non petendo, tollitur enim naturalis obligatio tantùm, & remanet ciuilis: vt ff. de ſolut. l. ſtichum. §. naturalis. & inſt. de excep. §. præterea. Idémque & ſi debitor legat in teſtamento liberationem: vt ff. eo. l. ſi non. §.
2 adeò. † In præmiſsis autem caſibus ſoluta talia indebita repe-
a tuntur [a] per condictionem indebiti, ſiue per ignorantiam facti, etiam non probabilem (vt quia errabat quis in facto ſuo: vt ff. eodem. l. ſed ſi me putem. & l. eleganter. primo reſponſo. & de iuris & facti ignoran. l. plurimum) per ignorantiam iuris ſoluatur, quia ignorantia iuris non habet alicui nocere in damno vitando: vt j. de non nume. pecu. l. ſi quaſi. & l. penulti. & de condi. ex lege. l. vltima. & s. de pactis. l. debitor. & ff. eod. l. qui exceptionem. l. vlt. & l. ſi quis iurarit. & l. cùm is, qui. §. j. & l. fideiuſſor. & de iuris & facti ignoran. l. antepe. & l. iuris
3 igno. de iure iu. l. vlt. † Quandoq; eſt indebitum aliquid iure ciuili tantùm, & debitum naturali: & de hoc multa poſſunt notari exempla: vt ecce, ſeruus obligatur de iure naturali cuilibet: & eadem obligatio naturalis remanet poſt manumiſsionem: & eodem iure quilibet poteſt obligari ſeruo. Sic & naturaliter obligatur pater filio ſuo famil. & filius famil. ſuo patri: vt ff. eodem. l. naturaliter. & l. frater à fratre. §. quæſitum. Item & qui cauſa tranſactionis conuenit ſe actori daturum pecuniam, vt recedat à te, naturaliter quidem obligatur, non ciuiliter: niſi interuenerit ſtipulatio: vt s. de tranſaction. l. ſiue apud acta. & de pactis. l. cùm proponas. & ff. eod. l. ſi id, quod. Item & naturalis obligatio eſt in legatis relictis in teſtamento minus ſolenni, vel etiam ſolenni: ſi tamen ea per Falcidiam diminuantur. Nam quatenus diminuuntur per Falcidiam, indebita ſunt iure ciuili: debita autem iure naturali: vt ff. eodem, l. fideicommiſſum. Item & naturalis tantùm obligatio eſt, & in contractibus innominatis, cùm neque ſtipulatione, neq; rei interuentu ſint veſtiti: vt j. de rer. permu. l. ex placito. Item & naturalis obligatio eſt in pupillo proximo pubertati paciſcente cum alio. Nam ſi eſſet infans, vel infanti proximus nec naturaliter obligaretur: vt ff. eodem, l. quod pupillus. & de a-
4 ctio. & obligatio. l. pupillus. & de noua. l. j. §. vltimo. In † talibus autem debitis naturalibus ſi fiat ſolutio per ignorantiam iuris, ceſſat repetitio. Si autem fiat per ignorantiam probabilem, repetitio locum habet: ſecus ſi fieret per facti ignorantiam non probabilem: vt j. ad legem Falcid. l. error. & s. de iur. & facti ignor. l. cùm quis. & ff. de iuris & fact. ignoran. l. penu.
5 §. ſed facti. & ff. eod. l. fideicommiſſum. Idémque † dico in pupillo ſoluente debitum naturale. Nam ſecundum prædicta repetitio ei denegatur de iure communi. Vnde & talis debiti patitur compenſationem: vt ff. de neg. geſtis. l. iij. §. pupillus. quod non fieret ſi ſolutum repeteret iure communi: vt ff. de compenſatio. l. quæcunque. Placen. tamen dixit ei de iure communi dari repetitionem. argumen. eius quod legitur. ff. ad Trebel. l. ſi eius. per quam legem totum contrarium dico: & ipſam in eius caput retorqueo: nec enim ibi tractat de in integrum reſtit. ſed de reſtitutione hæreditatis, quæ fit ex Trebel. ſenatuſconſ. Item nec facit pro eo, quod legitur ff. eod. l. interdum. perſona enim pupilli, & furioſi facit locum repetitioni: quia ſi extat pecunia ſoluta, repetitur per rei vendicationem. Si autem conſumpta ſit pecunia ſoluta à pupillo, cedit in ſolutum debiti naturalis: nec repetitur: niſi iuuetur pupillus beneficio in integrum reſtitutionis: vt s. ſi aduerſ. ſolu. l. indebito. & pupillo petenti in integrum reſtitutionem. & non puto obiici poſſe compenſationem naturalis debiti: licet aliàs non compẽſatur naturale debitum: quia ſecundum hoc non patrocinaretur ei in integrũ reſti. Furioſus autem, & prodigus cõſumptam pecuniã repetent & condictione ſine cauſa quia nec intelliguntur voluiſſe ſoluere, ſiquidem in negotiis contrahendis alia cauſa eſt furioſorum, alia pupillorum: vt
6 ff. de neg. geſt. l. in negotiis. † Eſt & quædam naturalis obligatio, quæ non contrahitur vi pacti, ſed naturali ratione propter beneficium manumiſsionis collatum in ſeruũ: vt ecce, libertus debet patrono obſequiales operas, etiam ſine impoſitione aliqua: ſi libertus credat eas debere vi pacti, & ſoluat, repetere non poteſt, maximè, quia etſi non ſoluiſſet, tamen iudicis officio poſſet compelli ad eas præſtandas. Idémque & ſi libertus ſoluerit alij delegatus à patrono. In fabrilibus autem, vel artificialibus operis quas non pepigit ſe daturum libertus, ſi eas ſoluerit patrono credens ſe ei eas pepigiſſe, locum habet repetitio, non operarum, quia non poſſunt eędem reddi. Nam, & ſi eidem, & ab eodem exhibeantur, ſunt tamen aliæ: quia plerunque robur hominis, ætas, temporis opportunitas, naturalem mutant cauſam operarum: & ideo nec quis volens reddere poteſt: ſed quanti patronus erat conducturus operas: vt ff. eodem, l. ſi non ſortem. §. libertus. & de præſcrip.
7 verbis. l. penultima. † Eſt & alia naturalis obligatio, quæ non contrahitur vi pacti, nec agitur ex ea, ſed naturali quadam ratione qua mouetur aliquis ad benefaciendum ſuo benefactori: vt ecce, ad remunerandum, vel ad antidora quis obligatur. vt ff. de peti. hære. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. & hoc non inhibet donationem. Nam & qui remunerat, donat. Sed ſecus in ſupradictis naturalibus obligationibus: vt ff. de dona. l. hoc iure. §. ſi quis. ſed & hoc fortè non inhibet condictionem indebiti, ſi credens me promiſiſſe donare, tibi donauerim:
8 vt ff. iſto titulo. l. damus. † Eſt autem quandoque aliquid debitum iure naturali, & ciuili, ſed indebitum exceptionis ope, circa quod diſtingue, aut erat exceptio temporalis, aut perpetua: ſi temporalis ceſſat repetitio: vt ff. eodem, l. in diem. & ideo etiam maritus qui habet priuilegium, vt condemnetur in quantum facere poteſt: ſi ſoluat, non repetit: vt ff. eodem, l. nam & maritus. Nec enim veriſimile eſt, quòd maritus, & hæredes eius ſemper ſint inopes vt non poſsint ſoluere: & fortè ceſſat, quia videtur renuntiaſſe priuilegio ſponte: & hac ratione ceſſat repetitio vbi promiſi me daturum cùm moriar. Idémque ſi conditionaliter protulerim me daturum ſi moriar: cùm enim conditio omnino ſit extitura in diem incertum, videor promiſiſſe: vt ff. eodem, l. nam ſi cùm moriar. & l. quòd ſi ſub conditione. Idémque & ſi promiſerim ſiue nauis venerit ex Aſia, ſiue non venerit: alteram enim earum conditionum certum eſt extituram, ſic dico, licet plerique dixerint in cõtrarium. & ſi debeo purè, & idem promitto nouandi animo ſub conditione: quia certum eſt animo me debiturum. Secus ſi quod debeo purè, alius tibi promittit nouandi animo ſub conditione: hic enim quilibet veſtrûm

ſoluendo repetit: quia non eſt certum eum, qui ſoluit pecu-
niam debiturum: vt ff. eodem. l. Iulianus. Si autem eſt perpe-
b tua exceptio, quæ competit mihi, & in odium [b] agentis, vt
Macedonianum Senatuſconſultum, ſolutum non repetitur.
Idémque & ſi abſoluto debitori per ſententiam à creditore,
competat exceptio rei iudicatæ de iure communi, rigore na-
turalis enim ſupereſt obligatio quæ inhibet repetitionem: vt
ff. eodem. l. iudex. & l. Iulianus. vbi autem competit mihi ex-
ceptio perpetua, fauore, id eſt, priuilegio meo ſolutum repeti-
tur: vt ff. eod. l. qui exceptionem. Si autem dubium eſt, vtrum
exceptio ſit perpetua, an temporalis pro eodem habetur ac ſi
eſſet perpetua: vt ecce, debeo tibi purè: & paciſceris mihi de
non petẽda pecunia, donec Titius fiat conſul poteſt enim eſſe
quòd fiet conſul: & tunc demum conueniar, ac ſi promiſiſſem
tibi ſi Titius fiet cõſul. vt ita iſta duo ſint proportionalia, pro-
mitto ſi Titius erit conſul, vel promitto purè: & tu paciſceris
de non petendo, donec Titius fiat conſul: & in vtroque caſu
ſolutum interim repetitur ſic & aſsignantur alia duo propor-
tionalia, promitto tibi poſt Paſcha, vel promitto purè: & tu
paciſceris de non petendo, vſque ad Paſcha: & in vtroque ſo-
lutum non repetitur: quia in diem debitum eſt. Poſſet autem
eſſe in ſuperiori caſu exceptio perpetua, ſi Titius moriatur
9 antequam fiat conſul: vt ff. eodem. l. ſufficit. † Eſt & quan-
doque aliquid indebitum, niſi præſtetur cautio, vel niſi dedu-
catur expenſa, vnde datur condictio: vt ff. eodem. l. qui exce-
ptionem. §. ſi pars. & de legatis primo. l. ſi domus §. de auctio-
ne. & ꝟ. de ſol. l. etiam circa. & de verborum obliga. l. Iulianus.
10 §. j. & ꝟ. eodem. l. ſi quis cùm à fideicommiſſario. † Ceſſat [c] au-
c tem hæc actio: quia ille qui ſoluit indebitum, ſcit eſſe indebi-
tum, quod ſoluit, adeò vt ſi ſoluat ei mente, hoc non expreſſo,
ſed tacitè in mente retento: vt poſtea repetat, denegatur ei re-
petitio: vt ff. l. j. & l. ſi is, qui perpetua. & l. ſi non ſortem. § in-
d debitum. & §. qui filio. in fi. nam donare [d] videtur cuius enim
dati per errorem repetitio eſt, eius conſultò dati eſt donatio: vt
ff. de reg. iur. cuius. Impuberis tamen ſcientia non præiudicat
ei, cùm nihil ſcire de facto, vel de iure intelligatur: vt ff. de iur.
& facti ignorantia. l. vltima. Idem & in pubere habente cura-
torem. Adultus enim qui non habet curatorem adiuuabitur
reſtitutione: vt ſuprà de in integrum reſtitution. minorum vig.
l. ſi curatorem. Item nec illud prætermitto, quia quandoque
ſciens indebitum ſoluo & repeto: quia gratia alterius rei ſolui
quam putabam me debere: vt ecce, falſò credo me debere ſor-
tem, & vſuras ſoluo: nec enim videor ſciens indebitum ſoluiſſe:
vt ff. eodem. l. ſi non ſortem. §. ſi quis falſò. titubatio autem
quæ media eſt inter ſcientiam & ignorantiam, non impedit
11 hanc actionem: vt infrà eodem. l. pro dubietate. Item † ceſſat
hæc actio propter authoritatem rei iudicatæ. Nam & ſi con-
demnatus ſum ſoluere, cùm nihil deberem, & ſoluero, non re-
peto: vt infrà eodem. l. prima. niſi tu falſò ſcienter aliquid alle-
gaſti: & ita contra me obtinuiſti: tunc enim reſtituar in inte-
grum contra te ex generali clauſula: vt ff. de iudicijs. l. ſi præ-
tor. vel agam ex præcedenti contractu, puta commodati, vel
depoſiti contraria actione cum iuſta cauſa deducta ſit ad in-
iuſtam, eò quòd tibi rei ſolui æſtimationem: & eadem res poſt-
12 ea ad te peruenit: vt ff. de condict. ſine cauſa. l. ſecunda. † Item
& iuſiurandum impedit hanc actionem ſi me deferente iuraſti
tibi deberi, cùm nihil deberem, & ſoluerim: vt inſtit. de actio.
§. item ſi quis poſtulaore. & hic plenius diximus ſuprà de iure-
13 iurando. † Item & tranſactio impedit hanc actionem: vt ſi
me de iure non poteras conuenire, & vt deſiſteres à lite dedi
tibi partem eius quod petebas: vt ſuprà de tranſact. l. ſecunda.
ita tamen ſi tenuit tranſactio: vt quia credebas te de iure agere
14 poſſe. Si † ſciebas autem te agere non poſſe de iure, & ita per
calumniam inſiſtebas, tranſactio nulla eſt, & repetitio dabi-
tur: & agi poterit actione in factum ex edicto de calumniato-
ribus: quia dedi tibi pecuniam, ne mihi faceres negotium per
calumniam: vt ff. eodem. l. in ſumma. & de calomnia. l. prima.
Nec obſtat quod legitur ſuprà de plus pet. l. prima. quia ibi
facta fuit tranſactio ſuper dolo, per dolum, hic autem ſuper re
per dolum. vel illud cum hac determinatione eſt intelligen-
dum, ne tranſactioni obuiatur dolus adhibitus in eo, quod
15 plus petiit, ſed adhibitus in eo quod dolo tranſegit. † Porrò

rei dolus, id eſt, ſi per calumniam reſiſtat actori, non vitiat
tranſactionem quo minus teneat mero iure, imò dico eam ſer-
uandam in ciuili cauſa. In criminali autem, quæ irrogat pœ-
nam ſanguinis idem: ſi autem non irrogat pœnam ſanguinis
reus habetur pro confeſſo: vt ff. de præuarica. l. vltima. & ꝟ. de
tranſactionib. diximus. hoc niſi reus qui reſiſtit per calum-
niam ſubtrahendo actori inſtrumenta, dolo inducat eum ad
tranſigendum: tunc enim etiam in ciuili cauſa tranſactio te-
net, ſed actori ſi ſupereſt ei vetus actio, dabitur replicatio do-
li, aut ſi non ſuperſit ei vetus actio, dabitur ei actio de dolo:
vt ꝟ. de tranſact. l. ſub prætextu inſtrumenti. Roglerius ta-
men dixit indiſtinctè nullam eſſe tranſactionem: vbi quis per
calumniam inſiſtit, vel reſiſtit: vt d. l. in ſummam. & ff. ad Ter-
tul. l. j. §. fin. Sed (vt liquet ex prædictis) diſtinguendum inter
16 ſiſtentem. & reſiſtentem. † Cenſetur etiam quandoque tranſ-
actio nulla propter authoritatem rei iud. id eſt, ſi certum eſt
eſſe iudicatum, neutra partium id diffitente, nec in aliquo re-
medio retractationis poteſt attentari ſententia: vt ff. eodem. l.
eleganter. §. ſi poſt. & de tranſactio. l. & poſt. & l. poſt rem. Po-
teſt enim eſſe, quòd reus dicat actori, inueniam tibi quinque
vt remittas mihi alia quæ continentur in ſententia. Idémque
& de tranſactio. alimentorum dicitur: vt ff. eod. l. eleganter. §.
item ſi. Quod ergo ſolutum eſt ex tranſactione tali, quæ nulla
eſt ipſo iure tanquam indebitum ſolutum, non remanet ſo-
lutum in cauſam, in quam eſt ſolutum, ſed conuertitur ſolu-
tio in debitum quod erat ex ſententia, vel in alimentariam
cauſam: vt dicitur ead. l. eleganter. ff. eod. Et licet quantum
ad tranſactionem irritandam ita accipiatur res iudicata, vt di-
ctum eſt: tamen verè poteſt dici res iudicata, etiam ſi appella-
17 tum ſit: vt ꝟ. de appella. l. litigatoribus. Item † cauſa pietatis
e [e] facit ceſſare hanc actionẽ. Ecce enim ſi mulier credat ſe pro
dote obligatam, aliquid dederit nomine dotis pro alia, ſolu-
tum repetere non poteſt: ſublata enim falſa opinione relin-
f quitur pietatis cauſa ex qua ſolutum repeti non poteſt [f]: vt
ff. eodem. l. cùm is. §. ſi mulier in ea. niſi in caſu, cùm pater fi-
liam expoſuit, & ille qui eam ſuſtentauit, deſiderat eam con-
iungi filio ſuo: pater autem reſiſtit: & ideo reddit expenſas
18 ei: vt ꝟ de nup. l. patrem. Item ceſſat † hæc actio ſi ſoluam in
indebitum ex ea cauſa quę creſcit per infitiationem: vt ꝟ. eo. l.
ea quæ. quaſi videar confiteri me damnum dediſſe, quod ab
alio datum eſt. Nam ſi à nullo datum eſt, non impediar repe-
tere: ſicut nec mihi præiudicaret confeſsio: vt ff. ad leg. Aqui. l.
inde Neratius. §. vltimo. cum illa l. ea, quæ dicit ignorantem
ſuperiori caſu repetere non poſſe: fortè non diſtinguetur
ignorauit ius, an factum. argumen. ff. vt in poſſeſ. leg. l. j. licet
quidam dicant ignorantem ius repetere non poſſe: ſed igno-
rantem factum poſſe repetere. vbi autem ſoluitur indebitum
ex ea cauſa quæ à principio pœnalis eſt, non inhibetur repe-
titio: vt ff. eod. l. eleganter. §. vlti. & inſtit. de actio. §. ſed furti.
19 † Item impedit hanc actionem debitum ab alio, cuius no-
mine tibi creditori ſolui: vt ecce, aliquis credit ſe hęredem eſſe,
& ſolui creditori hæreditario, vel legatario: ſiquidem ſoluat
nomine defuncti, vel nomine hæreditatis, non repetit ab eo,
cui ſoluit. & hoc eſt quod dicitur, in l. repetitio. ff. eod. repeti-
tio nulla eſt ab eo, qui ſuum recipit. permittitur tamen ei de-
trahere de hæreditate: vt ꝟ. de petitione hæred. l. de hæreditate.
ſi autem ſoluerit nomine ſuo, hoc ſcilicet adiecto, quia cre-
debat ſe obligatum, repetitur ab eo cui ſoluit, propter illam
regulam, tamei ſi is qui accepit, debitum accipiat: tamen ſi is
qui dat non debitum dat, repetitio competit: vt ff. eo. l. ſi pœ-
næ cauſa. §. j. ſi autem non ſit ſoluendo is, cui ſolutum eſt, per-
mittitur bonæ fidei poſſeſſori ex hæreditatis retentione re-
rum hæreditariarum ſibi conſulere: vt ff. de petitione hæredi-
tatis. l. quòd ſi poſſeſſor. & hoc etiam plenius explicauimus ꝟ.
de petitio. hæred. Idem etiam poteſt aſsignari in procuratore
qui nomine domini ſoluit debitum: nec enim repetitur: vt ff.
20 eod. l. ſi procurator. Idem † & è contrario poteſt aſsignari in
procuratore creditoris cui procuratori ſoluò quod debeo
creditori. Nam & hic ceſſat condictio indebiti: quia licet non
eſſet pecunia debita procuratori, erat tamen debita credito-
21 ri cuius nomine ſolui. Hic tamen (hoc eſt cùm † quis ſoluit
alicui debitam pecuniam nomine creditoris) conſideratio
habenda

habenda eſt, vtrum is cui ſoluitur ſit verus procurator, nec
deſiit eſſe: vel adiectus in ſtipulatione, an fuit procurator, ſed
deſiit eſſe. an nullo tempore fuerit procurator. In primo caſu
contingit liberatio, adeò vt ſi ſoluam adiecto in ſtipulatione,
inuito creditore contingit liberatio: niſi creditor ſit primò li-
tem conteſtatus contra me: vt ff. de ſolutionib. l. verò. & l. ſi
ita ſtipulatus ſim. & l. aliud. & inſtitut. de inuti. ſtipulation. §.
ſi quis alij. Vbi autem fuit procurator, & deſiit eſſe, ſiquidem
ſciam creditorem reuocaſſe mandatum, non liberor: nec ta-
men repeto, quia ſciens ſolui indebitum. Si autem ignoro
reuocatum eſſe mandatum: & ille, cui ſoluo accipiat pecu-
niam bona fide, id eſt, vt domino referat eam, dici poteſt me
liberatum ipſo iure, & per eum, licet falſum procuratorem,
quæratur dominium creditori: quod eſt notabile propter
præcedens mandatum, licet ſit finitum: & aliàs notari ſolet:
vt ff. de regulis iuris. l. ſemper qui non prohibet. & pro em-
ptore. l. ſecunda. §. ſi à furioſo. ſi autem acceperit pecuniam
animo intercipiendi eam, non ſum liberatus ipſo iure, ſed per
exceptionem: quia iuſta ignorantia ſolui: ſi tamen ante con-
dictionem furtiuam mihi competentem: tunc contra procu-
ratorem falſum cedam creditori. Sed & ipſe (quia ſua intereſt
pecuniam non eſſe interceptam) habet furti actionem ex ſua
perſona: vt ff. de ſolution. l. cùm quis. §. j. Si verò ſoluam ei,
qui nunquam fuit procurator: ſiquidem credidi me libera-
tum, & tranſtuli dominium in accipientem: quia credebam
eum procuratorem in rem ſuam: datur mihi condictio inde-
biti contra eum: vt j. eo. l. creditoris. Si verò tradidi, vt referat
pecuniam domino, & ipſe acceperit animo intercipiendi, te-
nebitur mihi actione furti, & condictione furti: vt j. de fur. l.
falſus. & ff. de furt. l. falſus creditor. § j. Si verò dedi ei, vt fa-
ciat me deliberari, dabitur mihi condictio ob cauſam contra
eum: vt ff. de condi. cau. da. l. ſi procuratori. Illud no. quòd qui ac-
cepit furti non tenetur. ſi tranſtuli dominium pecuniæ in eum,
vt ff. de cõd. cau. da. l. pe. licet M. dixerit contrariũ per l. antepe.
eiuſdem tit. Item not. quòd vbicunq; dixi eum teneri quia ac-
ceperit ibidem contingit liberatio, ratum habente creditore:
vt ex prædicta lege antepenulti. & de condictione indebiti. l. ſi
22 procurator. in fine. † Datur autem condictio indebiti ſol-
g uenti indebitum nomine ſuo [g]: ſoluenti autem indebitum no-
23 mine alieno, non datur condictio indebi. † imò datur ei cu-
ius nomine ſolutum eſt, ſiue ipſe nominatim mandauit de ſol-
uendo, ſiue ratum habeat: nec enim hoc ipſo quòd generalem
procuratorem qui ſoluat conſtituit, mandaſſe videtur ei de
indebito ſoluendo: vt ff. eod. l. ſi procurator. Si verò neque
mandauit, neque ratum habuit, competit condictio indebiti
ei, qui ſoluit pecuniam ſuam nomine alterius, & indebitè. Et
24 hæc † diſtinctio approbatur etiam in eo qui fideiuſſit pro
alio promittente indebitã pecuniam: vt ff. eo. l. inde pecuniam.
25 nec eſt ei quod † dictum eſt contrarium quod dicitur ſoluen-
tem indebitum nomine alterius agere poſſe condictione fur-
tiua: & ne cõdictione indebiti. ſi ratum habeam: vt ff. de cond.
furt. l. quoniam. quod enim dicit de condi. inde. conſonat cum
prædictis, ſcilicet, vt mihi detur ad poſſeſſionem condicendam
quam, ille nomine meo tranſtulit in accipientẽ. poſſeſſio enim
cùm ſit facti, facilius tranſit quam dominium: vt ff. eo. l. inde-
biti. § ſed & ſi nummi. & ff. de acquir. poſſeſ. l. j. § ſi vir vxori.
Vel ſi dicas errorem obſtare tranſlationi poſſeſſionis, ſicut &
dominij. Verum eſt tamen, quod accipiens rei indebitæ tradi-
tæ habet poſſeſſionem, vt fur, ſed non dominium: vt ff. de acq.
poſſeſ. l. rem quæ. vnde eam condico: quia tradita fuit ei no-
mine meo, & indebitè: vt dixi. labebatur enim tradens in per-
ſona accipientis: vt not. in ff. de condi. fur. l. quoniam. Vel dic
procuratorẽ meum tradidiſſe nomine meo ſuos nũmos falſo
procuratori creditoris putatiui, & erat plenius ſoluenti dari
condictionem furtiuam: quia accipiens accipit animo inter-
cipiendi, & mihi datur condictio indebiti ad poſſeſſionem, vel
contra accipientem, ſi creditor putatiuus non habeat ratum,
vel ſi habet ratũ ille tenetur cõd. ind. vt ff de fur. l. ſi vẽdidero.
§. pe. & vlt. quod dicit de condict. ind. furtiua, eſt intelligendũ
quando ille, qui ſolùm labebatur in perſona eius cui ſoluit.
Credebat enim dominum ſuum cuius nomine ſoluebat de-
bere pecuniam Titio: & eum cui ſoluebat, credebat Titium
eſſe cùm non eſſet. Vnde non tranſtulit dominium. Sic ergo
agit condict. furt. Sed tamen ſi ratam habeam ſolutionem, de-
bet condictionem mihi cedere. vt ff. de fur. l. ſi quis vxori. §.
cùm Titio. & l. ſi is, qui §. ſi Titium. & l. ſi vẽdidero. §. vltimo.
26 † Vbi autem ſoluit tutor indebitum nomine pupilli impu-
beris condictio eſt, & tutor poteſt ab eo contraria act. tutelæ
id conſequi quod ſoluit, ſi iuſta ignorantia ſoluit indebitum
nomine pupilli. Si autem pupillus id non imputauit, vel finita
tutela pubes factus non habeat ratam ſolutionem, competit
condictio indebiti tutori: vt ff. eodem. l. neque tutorem. & l.
cùm indebitum. & l. Stichus. §. primo. & de nouatio. l. ſi pupil-
27 lus. † Item datur condictio indebiti quandoque de æquitate
h ei [h] qui non ſoluit, nec eius nomine ſolutũ eſt, ſed ei ad quem
res vel à principio pertinet cùm eſt indebitè ſoluta, vel ex
poſtfacto declaratur pertinere vel pertinuiſſe: vt ecce, poſſeſ-
ſor hæreditatis ſoluit legata ex teſtamento quod à principio
erat nullum, vel quia erat falſum, vel quia erat ruptum poſt-
humi agnitione, vel ab hoſtibus reuerſo filio quẽ pater obiiſſe
falſo præſumpſerat, vel alio teſtamento prolato, vel quia irri-
tum capitis diminutione, vel quia poſtea pronuntiatur inoſ-
ficioſum, vel erant legata indebita propter æs alienũ: vt ff. ad
Treb. l. j. §. is, qui. vel erant pro parte minuta legata: quia in co-
dicillis aliis etiam erant relicta legata. his enim caſibus bo-
næ fidei poſſeſſ. qui ſoluit ſine culpa ſua, non timet periculum
huiuſmodi nominum, cùm ipſe conueniatur ſolummodo in-
quantum locupletior eſt factus. dabitur ergo condictio ind.
ei ſecundum quem de hæreditate iudicatum eſt, nec nouum
eſt, vt quod alius ſoluit, alius repetat. Nam & cũ minor xxv.
annis inconſultè adita hæreditate ſolutis legatis indebitis in
integ. reſtitu. non ipſi repetitio competit, ſed ei ad quem per-
tinent bona: vt ff. eodem. l. ſecunda. §. j. & l. iij. & iiij. & v. Nec
diſtinguo ſoluerint legata indebita minores, an tutores: dum-
28 modo tutores careant dolo: vt ff. eod. l. tutores. Si verò † tuto-
res dolo ſoluiſſent etiam amplius: tũc primo conueniatur ille
cui ſolutum eſt indebitum: ſed eo non exiſtente ſoluẽdo, con-
uenitur tutor actione de dolo: vt ff. de dolo. l. ideóq;. & l. nam
is. & ſublato circuitu datur quandoque condictio indebiti
non ei qui ſoluit, ſed alij, vt ecce, ſeruus in perfecto teſtamento
domini data ſibi libertate ſub conditione, ſi mihi daret de-
cem, rogauit te vt nummos tuos mihi dares cauſa adimplẽdæ
conditionis, quod & feciſti: licet enim videretur, quòd tu age-
res mandati contra dominum ſerui, vt tibi redderet pecu-
niam, & dominus ſerui conueniat me condict. indebi. tamen
benignius eſt, & vtilius te, qui nummos dediſti, certa via tuum
29 recipere. vt ff. eodem. l. dominus teſtamento. † Datur iſta
condictio in eum, cui ſolutum eſt indebitum nomine ſuo,
non inſpecto eo, cui proficiat pecunia ſoluta: vt ff. eodem. l. is
ſolùm. Si autem nomine alieno, & ſine mandato eius ſolu-
tum eſt tibi indebitum, & ipſe ratum habeat, tenebitur ipſe
condictio. indebi. Si autem ratum non habeat teneberis tu
condict. indeb. nec videtur diſtinguendum, an ſoluta ſit tibi
pecunia indebiti nomine alieno per iudicem, an ſine iudice: vt
ff. rem ratam habe. l. ſi ſine. Si autem mandato domini recepi-
ſti pecuniam indebitam eius nomine, tenebitur ipſe condi-
ctione indebiti. & non tu. Speciale tamen oportet interuenire
mandatum de indebito ubi ſoluendo: nec enim eo ipſo quod
procurator generalis es conſtitutus, videtur tibi mandaſſe in-
30 debitũ accipere: vt ff. eo. l. ſi procurator. † Pro eo autem quod
t indebitè ſolutum eſt, datur [t] condictio: diſtingue tamen an
indebitè ſolutum ſit incertũ, an certum. Si eſt incertum: puta,
iter, vel actus, vel aliquid quod eſt in faciendo, dabitur con-
dictio incerti: vt ſit proprium nomen actionis: vt ff. eo. l. ſed &
ſi me. §. j. & l. qui exceptionem. §. penul. Vbi enim hæres domũ
maximè ſuam non teſtatoris relictam in diem incertam, puta
poſt mortem ſuam, reficit ipſam domum combuſtã ante diem,
& adueniente die tradat ſine deductione expenſarum, condi-
cit reſtitutionem poſſeſſionis condictione incerti: vt ibidem
dicitur: ſic & creditor agit condictione incerti: vt reſtituatur
ei poſſeſſio pignoris à non domino obligati: vt ff. de condict.
31 fur. l. & ideò eleganter. §. vlt. Sed † ſecus eſt vbi in aliena area
ædifico. hæc enim ſoli traditio trãsferet proprietatem impen-
ſarum in dominum ſoli: vt neque in eis proprietatem amodo

videatur habere, neque poſſeſsionem: quia non hinc ipſo quòd
poſsideo domum in ſolo tuo poſitam, poſsideo tabulas quæ
ſunt in ædificio: vt infrà de acquirenda poſſeſsione. l. qui vni-
uerſas. vbi autem ego ædificaui in ſolo tuo de nouo, nullo alio
modo poteſt mihi conſuli. niſi per retentionem: vt ff. eodem. l.
ſi in area. Vbi autem ex ſtipulatione quid debetur incertum,
agitur actione ex ſtipulatu: vt Inſtitut. de verborum obligat.
32 a in princ. Si autem † indebitè ſolutum eſt incertum. ſi quidem
conſiſtat in pondere, in numero, vel menſura agitur condi-
ctione indebiti, ad tantundem in genere, ſicut ſupradictum eſt
in condictione certi ex mutuo: vt ff. eod. l. in ſumma. §. in fru-
mento. Si autem conſiſtat in ſpecie certa, condicetur ſpecies
ipſa, ſi erat dantis proprietas. ſi autem non eſſet dantis proprie-
tas, ſed poſſeſsio, condicitur ipſi poſſeſsio, & non proprietas,
niſi vſucapta etiam ſit proprietas ab eo cui ſolutum eſt inde-
bitum: tunc enim reconciliatur indebitè ſolutum vſucapione:
vt ff. eodem. l. quod indebitum. & l. indebiti. §. ſed & ſi nummi.
33 & de do. cau. mort. l. ſi alienam. & l. qui alienam. Vbi † autem
ſpeciem indebitam tibi ſolutam diſtraxiſti, ſi quidem ſciebas
indebitum, teneberis ad iuſtum pretium. Alioquin ad id tan-
tum quod bona fide accepiſti: vt ff. eo. l. ſi non ſortem. §. liber-
tus. Idémque & ſi ſeruum indebitum manumiſiſti: vt ff. eo. l. in
ſumma. §. penult. vbi autem duos debebam ſub alternatione,
& ſolui vtrunque, & vterq; ſupereſt, datur mihi hodie electio.
Nam olim erat contra, electio in repetendo, ſicut dabatur in
ſoluendo, vt j. eodem. l. pen. & ff. eod. l. ſi non. §. vbi. hoc ſi vnus
eram debitor, ſi autem correus eram debēdi cum alio alterna-
tiuè, habebit electionem creditor: quia facilè poſſemus diſſen-
tire: vt ff. eodem. l. planè. Hodie tamen videtur quod debitor
indiſtinctè habeat electionem: vt C. eodem. l. penultima. Vbi
34 † autem non vterque, ſed alter ſolus ſupereſt, nihil repeto: is
enim remanebit in ſoluto, qui ſupereſt: vt ff. eodem. l. cum is,
qui. Sed ſi non ſolui vtrunq;, ſed alterum ad quem præciſe me
putabam teneri, nihil repeto: vt ff. de legatis ſecundo, lege, ſi
is cui. erat enim ſolutus in obligatione alternatiua, & ſi non
35 præciſe. Si autem † ſolutus nullo modo eſſet in obligatione:
k ✝ vt quia promiſi hominem in genere, & ſolui Stichum, quem
ſolum putabam me debere, datur mihi condictio indebiti.
Idémque ſi debeo decem, vel hominem in genere, & ſimiliter,
vt dictum eſt, ſolui Stichum: vt ff. eodem. l. cum is. §. vltimo.
Lex tamen videtur dicere, quòd vbi homo in genere debetur,
orationis compendio ſinguli continentur homines: vt ff. de le-
* gatis ſecundo. l. Mæuius. §. duorum. * Sed ſic intellige conti-
neri ſingulos: vt quocunque homine ſoluto, videatur oratio
legati, vel promiſsionis ipſum continuiſſe facta ſolutione. vbi
autem ſolui indebitè vſumfru. datur mihi, & hæredibus meis
condictio inde. & ff. eod. l. ſi fundi mei. in operis autem indebi-
36 tis ſolutis quid obtineat, ſuprà dictum eſt. Venit † etiam in
cōdictione, fructus rei ſolutæ, & partus, & quod alluuione ac-
ceſſerit: vt ff. eo. l. indebiti ſoluti. ciuilis autem acceſsio non ve-
niet etiam lite conteſtata: vt j. eod. l. j. licet Rogerius dixerit ve-
nire vſuras à lite conteſtata, argumen. eius quod dicitur. ff. de
37 vſuris. l. in fideicommiſſ. §. in his. ſed illud in naturali † acceſ-
ſione eſt intelligendū. Quandoq;, quod notabile eſt, proponi-
tur condictio indebiti pro eo, quod ſolutū eſt, quaſi totum ſit
indebitum: cum tamen pro parte tantùm ſolutum ſit indebi-
tum: vt ecce, debeo centum, ſed puto me debere ducenta: &
ideò dedi in ſolutum fundum ducentorum: repetam enim to-
tum fundum: ne alioquin mihi inuito, & ei communicetur. A-
ger tamen loco pignoris retinebitur, donec pecunia ſoluatur:
ſecus ſi debeo centum, & quaſi deberem ducenta, ſolui ali-
quid in pondere, numero, vel menſura: tunc enim repetam ſu-
perfluum tantùm, cum tamen pro parte tantùm ſit indebitum,
& reliquum remanebit inſolutum: vt ff. eodem. l. ſi non ſor-
38 tem. §. ſi centum. & §. idem Marcellus. † Eſt & aliud not.
quia quandoque ſoluitur aliquid quod verè debitum eſt, ſolu-
tum, tamen non parit liberationem, nec repetitur: vt ecce, de-
beo hominem certum: & eum ſtatuliberum factum facto
meo, vel eius cui ſucceſsi, ſoluo: nec enim liberor: quia plenè
non feci hominem accipientis: nec tamen poſſum repetere: ſi
tamen me conueniat ſtipulator, repellam eum exceptione
doli: niſi reddat eum, quem ſolui: vt ff. eodem. l. Neratius. & de
ſolutio. l. ſi cùm aurum. Si verò ſtatuliber eſſet ex præcedenti
cauſa, vel non, ex facto meo, vel eius alicui alienaui: ſed alte-
rius antequàm eſſet in mora ſoluendi, & ita ſeruus erat alie-
nus, ſolutione eius liberarer: vt ff. de verborum obligationib. ſi
ſeruum. & ff. de ſtatuliber. l. ſtatuliber. §. primo & ſecundo. &
ff. de ſolutio. ſi mihi alienum. Vbi autem debeo ſeruum in ge-
nere, & ſtatuliberum ſoluo, non liberor, & datur mihi repe-
39 titio: vt ff. de ſolutionibus. l. cùm quis. §. qui hominem. † Da-
tur autem iſta condictio hæredibus, & in hæredes, & perpe-
tuò. Ciuilis autem eſt nec infamat: ſicut in aliis condictioni-
bus ſuprà dictum eſt: & eſt ex quaſi contractu: vt Inſtitu. de
obligationib. quę ex quaſi contractu naſcuntur. §. item is, cui.

ANNOTATIONES.

a Repetuntur. Vide ad huius tituli materiam Bart. poſt not. glo. in l. eleganter. §. ſi qua. ff. de con. indebi. & l. ſi per ignorantiam. C. hoc eo. ita Bald. in l. falſus. verſ. tertio quæritur. C. de furtis. Bar. in l. cum quis. C. de iur. & fac. ignoran. do. Alex de Imo. diffuſe in l. j. ff. hoc eo. tit. & in l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. do. Bar. ſoci. in l. ſi non ſortem. §. libertus. nume. xii. cum ſequen. ff. de condi. inde. chart. xxix. & in l. prima, numero. j. cum ſequen. cod. tit.

b Odium. Vide Azo. pulchre declarantem aliter quam iſte in l. qui ſe debere. poſt alios ibi in glo. j. ver. in eadem glo. ibi, & per cauſam. ff. de condi. ob cauſam.

c Ceſſat. Vide Iaſo. & Decium in rub. ff. de condi. indebiti.

d Donare. Adde Spec. in tit. de appel. §. reſtat. ver & no. Bart. poſt glo. in l. cum quid. ff. ſi cer. peta. Bal. & do. Alexan. in l. j. ff. de condi. inde. doc. in l. diſpenſatorem. de ſol. & in l. falſus. C. de furtis.

e Pietatis. Vide do. Alexan. in conſil. cxlii. in ſi. in ii. vo.

f Non poteſt. Adde Bart. do. Alexan. & doct. in l. cum is. §. ſi mulier. ff. de condi. inde. elegantem glo. in l. eleganter. circa ſi. in ver. quadrupli. ff. de condic. inde. doct. in l. j. ver. iudicat. C. hoc eod. tit. canoniſtas. in cle. ii. § j. de pœni. & remiſ. vbi eſt propriùs locus huius materiæ.

g Suo. Vide glo. in l. ſi. ff. vſusfru. quemad. caueat.

h Aequitate. Vide tex. & ibi plene notant. omnes, in l. nam & hoc natura. ff. de condictione indebiti.

i Datur condictio. Adde Bar. in l. j. §. & pro vi. ff. quod vi aut clam. Paul. de caſtro. in l. ii. §. ſi quid. ff. de condi. inde. do. Barth. ſoci. in rub. & in l. j. ff. eo. Iaſ. de may. copioſe in §. item ſi quis. nume. lii. inſtit. de actio char. 32. qui fere diſcurrit per omnes caſus. Soc. in conſi. xl. incipio. grates geſtis circa principium. in j. volumine. ſo.

k Obligatione. Adde etiam in iſta materia quod condictio indebiti competit aduerſus indebite promiſſum. vt per Soci. in conſil. xl. circa tertiam & ibi quod datur etiam per viam exceptionis in ver. ex ſupradictis.

* Duorum. Vide Alciatum lib. j. Diſpunct. cap. 14.

De condictionibus ob cauſam datorum. *Rubrica.*

1 *Condictio ob cauſam datorum quando locum habeat.*
2 *Condictionem ob cauſam non habere locum in contractibus nominatis.*
3 *Condictio ob cauſam vnde inducatur.*
Cauſa defectus an ſemper inducat condictionem ob cauſam. & nu. 11.
4 *Condictio ob cauſam an detur ex defecta cauſa non expreſſa, ſed ab vtroque paciſcentium tacitè ſubintellecta. & numero 7.*
5 *Mulier qua dedit dotem ob matrimonium quod ſciebat eſſe nullum, an poſſit repetere eam.*
6 *Hæreditas an poſſit repudiari impleta conditione, ſub qua aliquis erat inſtitutus.*
8 *Dotis condictio cui competat non ſecuto matrimonio, & quid eo ſecuto, præſertim vbi extraneus dotem dedit pro muliere.*
9 *Condictionem ob cauſam dari licet ſi fiat quod fieri debuit, ſi tamen non fiat legitimè.*
10 *Seruus, cui relicta eſt purè libertas, ſi credens ſe ſtatuliberum dederit pecuniam conditionis implendæ cauſa, an faciat eam eius, cui dat.*
12 *Condictio ob cauſam an locum habeat vbi is qui debuit dare vel facere impeditus eſt caſu fortuito, nulla mora vel culpa præcedente.*
13 *Intellectus ad leg. ſi. ff. de condict. cauſa da. &c.*
14 *Condictio ob cauſam an, & quando detur ex pœnitentia.*

pœnit.

15 *Pænitentia quando locum habere poſſit in contractibus innominatis.*

16 *Pænitentiã non habere locũ in contractibus nominatis, præterquam in mandato, ſocietate, & depoſito, atque inibi quare locum habeat in his tribus contractibus.*

17 *Condictio ob cauſam an, & quando ceſſet propter effectum.*

18 *Condictio ob cauſam quibus detur, & in quos.*

19 *Condictio ob cauſam ad quid detur ſeu quæ veniant in eam.*

20 *Actione præſcriptis verbis poſſe eum agere, cui competit condictio ob cauſam.*

DICTVM eſt ſuprà de ea condictione quæ datur ob cauſam præteritam, nunc videamus de ea quæ datur ob cauſam futuram & honeſtam. Propriè tamen cauſa de præterito dicitur tantùm: vt ff. de condi. & demonſtr. l. ſi ita legatum ſit: eas verò in futurum: vt ff. de condi. indebit. l. damus. Videndum ergo quando locum habeat hæc condictio, & quæ cauſæ inducant eam, vel faciant eam ceſſare, quibus detur, & in quos, & in quantum, & qualis ſit. † Habet autem locum iſta condictio vbicunque locum habent duo contractus innominati, ſcilicet do, vt des: do, vt facias: vt ff. de rerum permutatio. l. prima. in fin. & de præſcript. verb. l. naturalis. §. at cum do. Item in alio caſu: vt, do vt non facias: puta, ne alienes: vt infrà eodem. l. ea lege nec datur ibi rei vendicatio, etiam ſi in tradendo fiat pactum, licet B. dixerit contra. argumen. ff. de actione empt. l. ſi tibi. quia ſolo pacto non potuit transferri dominium in donantem: vt ſuprà de pact. l. traditionibus. & hoc plenius dicam infrà de rebus aliena. non aliena. Item tali lege poſita negatiuè, ait Placent. non dari actio. præſcript. verb. quod non puto verum. In illo autem contractu innominato facio, vt des, non habet locum: quia ibi datur actio de dolo: vt ff. de præſcript. verb. l. naturalis. §. quòd ſi faciam. quæ non admittit ſecum aliam ſpecialem actionem: vt ſuprà, de dolo. l. de dolo. cum generali enim, puta condictione certi, vel triticaria non prohiberetur concurrere: quia ſpecies non excludit genus ſuum. Et forte videretur alicui hanc condictionem generalem eſſe: quia ferè ſemper competit cum ſpeciali: puta, actione præſcript. verbis. quæ datur in contractibus innominatis. Sed tamen puto magis eſſe eam ſpecialem. In illo autem contractu innominato, facio vt facias, ſimiliter non puto vt locum habeat hęc condictio: quia factum ſolutum repeti non poteſt, ſicut & in ſuperiori titulo diximus. Operæ enim indebitæ ſolutæ repeti non poſſunt, ſed ad æſtimationem agitur
2 earum: vt ff. de præſcriptis verbis. l. penult. † vnde nec dicitur condictio factorum ob cauſam, ſed datorum. In contra-
a ctibus autem nominatis [a] non habet [b] locum hæc condictio:
b vt ſubtiliter probatur, & apertè. ff. de rerum permut. l. prima. licet Mar. dixerit contrarium. argumen. eius quod dicitur ff. de actione empt. & vend. l. ex empto. §. is, qui vina. Sed certè ibi non dicitur dari condictionem in contractu venditionis: ſed cum contractu dationis, vel donationis arrarum, qui eſt quidam contractus per ſe gratia venditionis initus, & quod dicatur ſpecialis contractus probatur j. de fide inſtrument. l.
c contractus. Porrò [c] in vno contractu, puta, donationis olim innominato: quia ex ſolo conſenſu non naſcebatur actio: hodie verò nominato: quia ſolus conſenſus parit actionem: vt ff. de rerum permuta. l. j. §. item emptio. & j. de dona. l. ſi quis argentum. §. vltimo. Datur etiam iſta condictio ob cauſam:
☞ imò & quandoque datur rei vendicatio, ſi donatarius alimentorum præſtationi, pacto donationis inſertæ, non pa-
3 reat: vt j. de dona. quæ ſub modo. l. j. † Inducit autem iſtam actionem cauſæ defectus: vt ff. de condict. ob turp. cauſ. l. j. §. ob rem igitur. hoc ita, ſi cauſa fuerit finalis, id eſt, qua finita, vel non completa, voluit vterque reſtitui quod datum eſt: ſecus ſi fuerit impulſiua cauſa, id eſt, in corde tradentis retenta, ob quam impellebatur animo ſuo ad dandum. Illa enim non ſecuta non parit repetitionem: vt puta, dedi tibi, vt te mihi redderem amiciorem, vel vt te prouocarem ad proficiſcendum mecum, nec profectus es, nec amicior factus es: non ideo datur repetitio: vt j. eod. l. ſi repetendi. & ff. eod. l. dedi. §. ſubtilius. & argument. j. de nupt. l. imperiali. §. ſed & ſi tales. Eſt enim talis datio ſimplex donatio: vt ſi darem tibi decem ſolidos vt caligas tibi emeres: vt ff. de dona. inter vir. & vxo. l. ſed ſi mors. §. vltimo. & ff. de condit. & demonſtr. l. Titio. j. reſpon. Item dico cauſa expreſſà in pacto: putà, vt emancipetur filius, ſeruus manumittatur: vt ff. eodem. l. j. primo reſponſo. vel meis creditoribus ſoluas: vt hic eod. titu. l. ſi vt proponis. Idem, & ſi dedi ne eas ad iudicem contra me: ceſſat enim condictio quandiu non itur: nec teneris cauere
4 de non eundo, niſi aliter dictum eſſet: vt ff. eod. l. iij. † Idem eſt & ſi cauſa tacitè ab vtroque intelligatur, non ab altero tantùm, vt dixi: vt ecce, inſtitutus eram hæres, vel legatum erat mihi ſub conditione, ſi decem darem. & dedi pecuniam cauſa implendæ cõditionis, id eſt, vt conditionalis inſtitutio, vel legatum purificaretur: vt ſic deinde liceret mihi deliberare, adeam, vel non adeam, vel vtrum repudiem legatum: nam ſi poſteà repeto hæreditatem, vel legatum, repeto quod dedi. Idémque & ſi hæreditatem, vel legatum habere non potui: quia teſtamentum pronuntiatum eſt inofficioſum, vel etiam falſum, ſine ſcelere tamen meo adhibito in falſo committendo: vt ff. eodem. l. j. §. ſed ſi parendi. & l. ij. & eſt hoc argumen. pro eo, quòd ſi mulier ſciat matrimonium nullum,
5 & † dedi pecuniam in dotem, non poſſit eam repetere: licet Placent. dixerit contrarium. argumen. eius quod legitur ff. de condi. ſine cauſa. l. auunculo. ſed certè ibi deliquit errando in iure. Idem multò magis, ſi errarem in facto: & ita poteſt intelligi quod dicitur j. eodem. l. j. ſecus ſi ſciret ius, & factum. Item nec ibi ſecutum fuerat matrimonium de facto. Et vero
6 † quod dictum eſt hæreditatem poſſe à me repudiari, etiam
d impleta conditione [d], videtur contrarium: vt ff. de hæredit. inſtit. l. iam dubitari. §. vltimo. & ff. de condit. & demonſtr. l. conditionibus. Sed fortè aliud in ſuo & neceſſario hærede, quàm in extraneo. Vel dic hæreditatem non poſſe repudiari impleta conditione eo animo vt ſit hæres: non vt puram redderet inſtitutionem: vt ff. de condict. inſtitu. l. ſi quis ei, qui ita hæreditatem. & de acquirenda hæreditate. l. Antiſtius. Item
7 † & de tacita cauſa ſunt alia exempla: vt ſi donet quis cauſa mortis: ineſt enim cauſa reſtituendi. ſi conualuerit donator, vel ſi ipſum pœnituerit: vel ſi decedat donatarius: vt ff. eod. l. cùm quis. & de dona. cauſa mor. l. Senatus. §. j. vel ſi mulier dedit ſponſo pecuniam cauſa dotis, nec ſequatur matrimonium repudiatione miſſa ſpõſalibus: donec enim in pendenti eſt an ſequatur matrimonium, non datur repetitio: vt ff. eo. l. quod Seruius. & j. de donat. ante nupt. l. cum veterum. Item
8 multò † magis ſi expreſſim dictum eſt in dote danda: vt non ſecuto matrimonio, reſtituatur, vel mulieri, vel extraneo dãti dotem. Et videtur mulier dotem dare etiam accepto ferendo pecuniam ſibi debitam: vt ff. eod. l. ſi mulier. Vbi autem extraneus dat pro ea dotem, nec paciſcitur de ea ſibi reſtituenda: ſi quidẽ non ſequatur matrimonium, mulier agit condictione: vt j. de rei vxo. act. l. vnica. §. accedit. Si nõ ſequatur, & voluit donare mulieri, ipſa repetit: ſi noluit, repetet ille. Si verò non appareat, repetet extraneus: vt ff. de iu. do. l. ſi ego Seiæ. j. reſponſo. & l. licet. §. quoties. & ff. eod. l. ſi donatarius. Vbi autem extraneus paciſcitur de dote ſibi reſtituenda in omnem caſum ſoluti matrimonij, videtur eſſe pactus, etiam in illum caſum: ſi non ſequatur matrimonium: vt ff. eod. l. ſi extraneus. Si autem pactus eſſet in vnum caſum in quo ſoluetur matrimoniũ: vt puta morte, videtur ſibi præiudicaſſe in alium caſum in quo ſoluitur matrimoniũ: vt ff. ſol. matr. l. ſi cum dotem. Vbi autẽ debitor mulieris, vel qui putat ei ſe debere pecuniam, promiſit ſponſo pro muliere pecuniam. & ſoluit: neq; ſunt nuptiæ ſecutæ, repetit ille qui ſoluit. Nam antequã con-
e traheretur matrimonium [e], habebat exceptionem, vel defenſionem perpetuam ille, qui promiſit ſponſo, vnde ſolutum repetit. Item nec mulier videtur mandaſſe de ſoluendo: niſi contracto matrimonio. Si ergo debitor erat mulieris, remanet eiuſdem debitor: vt tamen liberetur cedendo condictitiam
9 actionem: vt ff. eo. l. qui ſe debere. Item † defectum intelligo, ſi nullo modo fiat, quod fieri conuenit: vel etiam fiat, ſed non legitimè: vt ſi mulier dederit ob matrimonium, quod de iure non potuit contrahere, acerrimo errore interueniente: vt j. de inceſtis nuptiis. l. qui contra. vel ſi homo liber dederit vt ma-

numittatur: nec diſtinguitur vtrum manumiſſor ſciat ſe manumittere liberum, an neſciat: vt infrà eodem, l. ſi liber. & ff. eodem, l. tertia. §. ſi liber. Idémque & ſi quis credens ſe ſtatuliberum, ſoluat pecuniam cauſa implendæ conditionis: cùm
10 ſit purè liber: vt ff. eodem, l. tertia. §. ſi quis. † Et ſequitur illa ſubtilis inquiſitio, an non fecerit pecuniam domini, cùm crederet eam domini eſſe, & quidem non fecit: nam cùm tibi nummos quaſi tuos do, non facio tuos. Si autem is ſeruus non domino dederit, ſed alij, cui putabat ſe iuſſum dare, & erat pecunia peculiaris non facit eam accipiétis. Si verò alius pro eo, vel ipſe liber factus dederit, fit accipientis pecunia. vbi enim verè ſtatuliber eſt, permittitur ei dare pecuniam hæredi, vel etiam extraneo de peculio ſuo cauſa implendæ conditionis. Hic autem non erat verè ſtatuliber: & ideò non eſt ei permiſſa à lege alienatio pecuniæ peculiaris. Sed ſi hæres eum, qui verè ſtatuliber eſt, ſub conditione, videlicet, pecuniæ dandæ extraneo, velit ad libertatem peruenire, & nummos meos ſaluos facere, poteſt vetare eum dare: ſic enim fiet vt ſtatim ad libertatem perueniat quaſi impleta conditione cui parere prohibitus eſt, & nummi non peribunt hæredi, nec enim eo inuito dare poteſt ſeruus: imò ſi dederit, pro poſſeſſore poſſidet qui acceperit: vt ff. de condi. & demonſtratio. l. ſi inuitis. Nec obſtat, quod legitur ff. de ſtatuliberis. l. ſi peculium. §. de illo. quia ibi prælegatum erat ſeruo peculium: is tamen, cui erat pecunia à ſeruo danda cauſa implendæ conditionis, agere poteſt actione in factum contra hæredem, vt teſtatori pareatur: vt ff. eodem, l. tertia. §. vltimo. Si quæras, quomodo ergo nummi non pereunt hæredi? reſpondeo, quia ſui ſunt, nec eos præciſè tenetur dare: ſed tamen tenetur in genere ad tantam pecuniam, & ita parum vtilitatis videtur mihi in ſe portare conſilium legis. Et eſt illud notandum quòd ſubuenitur in caſu prædicto ei, cui eſt danda pecunia cauſa implendæ conditionis: nec aliàs ſubuenitur ei contra hæredem, ſi omiſerit cauſam teſtamenti: vt ff. ſi quis omiſſa cauſa
11 teſta. l. ſi quis ſub conditione. Item † in defectu cauſæ [f] non
f diſtinguo fuerit poſſibile eam adimpleri, an impoſſible. Nam & ſi impoſſibile erat vel de iure, vel de facto, dum tamen cauſa non ſit turpis, vt dicemus infrà titu. j. de facto, nihilominus datur condictio iſta: vt infrà eodem, l. ſi militem. nec obſtat quod dicitur infra eodem, l. dictam. Si verò non impoſſibile contineat cauſam, ſubauditur enim maximè: vel dic denegari condictionem, ſi tamen is, qui dedit, ſciebat impoſſibilitatem cauſæ. Item non obſtat quod legitur ff. de actio. & obliga. l. non ſolùm. quia illa regula in hoc innominato contractu deficit. vel etiam dic non deficiente alia ratione: quia ſicut alij contractus ſunt nulli, ita & iſte propter impoſſibilitatem cauſæ non repetitur quod datum
12 eſt deficiente cauſa. † Circa deficientem cauſam poſſibilem, cum is qui debuit dare, vel facere impeditur caſu fortuito, nulla mora, vel culpa ſua præcedente, quæri poteſt, an locum habeat condictio: putà, dedi tibi Stichum, vt ſeruum tuum manumitteres: & ſeruus tuus deceſſerit ante manumiſſionem: & certè diſtinguendum eſt, an ſeruum tuum eras diſtracturus, ſi non accepiſſes aliquid pro eo manumittendo: & tunc non repetam quod dedi. Idémque & ſi pactum manumiſſionis aliquam occaſionem dedit morti ſerui: vt puta, ſeruo eras vſurus in domo tua: ſed, cùm ires ad præſidem cauſa manumittendi, ſeruus eſt à latronibus interfectus, vel ruina in ſtabulo oppreſſus, vel vehiculo obtritus. Si verò nihil eorum interuenerit, repetam quod dedi: vt ff. eodem, l. ſi pecuniam. §. vltimo. & ita etiam eſt intelligendum, quod not. ff. eodem, l. vltima. ſcilicet cum prædicta determinatione. Mi-
13 rum † eſt tamen quòd ibi dicit contractum eſſe innominatum, ſi dedi pecuniam, vt mihi Stichum dares. Sed dic datam fuiſſe pecuniam in ſpecie, non in quantitate: alioquin contrà: vt ff. de præſ. verb. l. naturalis. §. primo. vel dic etiam in quantitate, ſed ideo contractus eſt innominatus: quia agebatur ab vtroque de transferenda proprietate Stichi in me, quod eſt contra naturam venditionis: quia venditor non tenetur facere rem accipientis: vt ff. de actio. empt. & ven. l. ex empto. & ideo dicit, quòd prædictus non eſt contractus emptionis, & venditionis pro portione vna, id eſt: quia ab vna parte dabatur quantitas, & pro parte contractus innominatus: quia agebatur de transferenda proprietate vtriuſque rei, vt ſic partim ſit innominatus, partim nominatus, ſed totus eſt innominatus. Vnde & locum habet in eo condictio, ſiue Stichum non des, ſiue de euictione eius non caueas: vt ibidem
14 dicitur. † Item inducit hanc actionem pœnitentia. Nec diſtinguo, vtrum interponatur pactum gratia accipientis, & dantis, vel dantis tantùm. Videtur enim mihi, ea eſſe natura innominatorum contractuum: vt liceat pœnitere, etſi vtriuſque gratia celebrentur: vt declarant exempla. Si enim dedi pecuniam vt manumittas, mea gratia fit manumiſſio: tua, pecuniæ datio: & tamen ſi pœniteo, repetam pecuniam. Idémque & ſi dedi, vt Capuam ires: hic tamen accipiens debet conſeruari indemnis, ſi ſua interſit ob cauſam hanc pecuniam
g non accepiſſe, vel ratione ſumptuum, vel ſimilium [g]: vt ff. eod. l. dedi. §. j. & l. ſi pecuniam. j. reſponſo. & §. ſed ſi accepe-
15 rit. Caue † tamen, quia pœnitere poſſum antequam facias, vel inchoaueris facere, non poſtea: vt ff. eod. l. quod Seruius. Nam ibi erant ſponſalia ab accipiente contracta. vnde non licet pœnitere danti. Item non licet vnquam pœnitere accipienti, quo minus ad intereſſe teneatur, prædicta ratione: quia dans iam adimpleuit contractum. Et idem dico in contractibus, do vt des, vt in do vt facias, & in permutatione, & fortè eſt ratio: quia ſicut debiles ſunt iſti contractus in con-
16 trahenda obligatione, ita in ea retinenda etiam. In † contractibus autem nominatis non licet pœnitere ſecundum regulam: vt j. de actio. & oblig. l. ſicut præterquam in mandato & ſocietate & depoſito: vt ff. depoſiti. l. j. §. penul. & Inſtit. mandati. §. rectè. & Inſtit. de ſocieta. §. manet. Et eſt ratio in mandato: quia non damnificatur dominus, vel procurator: vt ff. manda. l. ſi procuratorem. §. mandati. & l. ſi mandauero tibi. §. vlti. In ſocietate agitur ad intereſſe: vt ff. pro ſocio. l. ſed ſocius. §. vlti. In depoſito non tenetur deponens depoſitario, ne reuocet. & idem in iſta condictione: quia is cui dedit, non obligauit me veſtiendo contractum ex parte ſua. Addunt quidam & aliam cauſam quę inducat hanc actio. ſcilicet moram: quod non placet, cõtinetur enim ſub prima, imò eadem
17 eſt: & ideo non addo eam. † Facit autem ceſſare hanc actionem effectus rei verus: vt dictum eſt. Interpretatiuus autem, puta ſi ſteterit per dantè, quo minus fieret, non impedit hanc actionem, cùm liceat pœnitere danti: vt dictum eſt. Et ſecus in contractibus nominatis: puta, locatione: vt ff. loca. l. qui
18 operas. & donatione: vt Inſtit. de dona. §. j. † Datur autem iſta condictio directa, & vtilis eis, & in eos, in quos datur ſu-
19 perior. Venit † autem in eam data res, vel quaſi data: vt dedi x. vt ſeruũ mihi emeres. & manumitteres: emiſti, ſed nolo quòd tu manumittas. teneberis ad ſeruum ſi emiſti, alioquin ad x. vt ff. eo. l. ſi pecuniam. §. item ſi quis. Item & fructus rei datæ veniunt: vt ff. eodem. l. vlti. & l. qui ſe. § vlti. & l. cùm quis. & de vſur. l. videamus generaliter, quando. j. reſpon. & §. ſed & ſi per mulierem. & §. idémque eſt ſi mortis cauſa. Hoc idem, etſi non verè, ſed interpretatiuè res ſit data: vt puta, pura obligatio per acceptilationem eſt extincta: ſi autem erat in diem, vel conditionalis: & antequàm agatur, non venerit dies, vel non extiterit conditio. Condicitur non res, ſed ipſa obligatio ſub eodem die, & ſub eadem conditione: vt ff. eodem. l. ſi mulier. & l. ſi quis accepto tulerit. & de iure do. l. licet. §. quotiet.
20 † Poteſt etiam agi actione præſcriptis verbis ad intereſſe, vel vt fiat, quod conuenit: vt ff. de præſcriptis verbis. l. ob eam. Videtur etiam aliud mirabile, quòd condictio ob cauſam competat ad id quod conueniſti dare prius: vt ego darem, vel facerem poſtea: vt ff. eod. l. dedi. §. primo. Eſt autem hæc condictio talis, quales ſunt ſuperiores.

ANNOTATIONES.

a Nominatis. Vide Moder. maximè Decium in recollectis in l. petens. C. de pact. vbi plenè de hoc.

b Non habet locum. Adde Bartol. in l. ex empto. §. is, qui vina. in vlti. oppo. ff. de actio empt. Bald. in l. ſi donationis. in fin. C. de contrahen. empto Alexand. de imol. & doct. in l. bona fides. ff. de actio. empto. & in l. actione. C. de tranſact. vbi ad ſtomachum habes examinatam iſtam materiam.

Porro.

c Porro. Vide dominum Alex. in conſi. iiij. in fin. volu. iiij.
d Impleta conditione. Vide ad materiam Bart. in l. qui hæres. in priu. ff. de acqui. hære. Pau. de ca. in l. quidam. C. de iu. deli. facturus multa quæ ponit do. Alexan. in l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de acqui. poſ. & ibi doct.
e Matrimonium. Vide ad iſtam materiam doct. poſt gloſ. in l. penul. de dona. inter vir. & vxor. & in lege ſi. C. de ſponſal. in l. Titia. ff. de ver. obl. Canoniſtas in c. tuæ: & infra. c. gemma. de ſponſali multa per Oldra. in conſi. xvi.
f Cauſæ. Vide do. Fran. de Are. & Moder. in l. impoſsibilis. ff. de verborum obligationib.
g Conſimilium. Vide omnino Zanetinum in repe. c. j. in viii. prima differentia. extra. de accuſa.

De condictione ob turpem cauſam. *Rubrica.*

1 *Condictio ob turpem cauſam quando locum habeat.*
2 *Condictio ob turpem cauſam an, & quando competat alicui ob datum ab eo, vt ſolueretur ei, quod ex præcedenti contractu debebatur. & nu. 4.*
3 *Furem indicare an quis cogi poſsit.*
5 *Condici an poſsit quod datum eſt iudici ab altero ex litigantibus, vt pro eo ferret ſententiam in cauſa iuſta, & an eo caſu turpitudo verſetur duntaxat ex parte iudicis, an etiam ex parte dantis.*
6 *Meretrici datum non repeti, & quæ ſit huius ratio.*
7 *Meretrici an liceat petere quod ſibi promiſſum eſt.*
8 *Condictio ob turpem cauſam an detur mulieri pro repetenda dote, quam dedit ob matrimonium quod ſciebat eſſe nullum.*
9 *Stipulationem in qua verſatur turpitudo vtriuſque, nempe ſtipulantis & promittentis, non valere.*
10 *Condictio ob turpem cauſam qualis actio ſit.*

DICTVM eſt ſuprà de condictione indebiti, & ob cauſam datorum, quarum prima reſpicit præteritam cauſam, ſecunda rem futuram: vtraque tamen honeſtam, nunc ponit de ea quæ reſpicit præteritam, & futuram cauſam, vtraq; tamen turpem. Videndum ergo quando locum habeat iſta condictio, cui detur, &
1 contra quem, & in quantum, & qualis ſit. Eſt autem † diſtinguendum, cùm do tibi ob turpem cauſam: vtrum verſetur tur-
a pitudo ex parte tua tantùm: an ex parte tua & mea [a]: an ex parte mea tantùm. Si ex parte tua tantùm, datur mihi condictio iſta: vt ecce, dedi tibi vt ſacrilegium non facias, ne furtum committas, ne hominem occidas, ne mihi iniuriam facias: ab iſtis enim debuiſti abſtinere, etiam nullo tibi dato.
2 † Item & ſi dedero vt des mihi, quod ex præcedenti cauſa tenebaris dare, & ſi quidem præcedens cauſa erat ſtricti iuris: puta ex ſtipulatu, vel ex teſtamento hac actione tantum mihi conſulitur. Sic conſulitur mihi, vbi dedi furi, vel furis ſocio ob indicium: ſed; ſecus ſi darem extraneo. nam tunc non repeto: imò conuentum habeo neceſſe ſoluere per actionem præſcriptis verbis. & de dolo, ſi fuit facio vt des: vt ff. eodem, l.
3 iiij. §. vltimo. & ff. de præſcriptis verbis. l. ſolent. Vnde † patet quem non teneri mihi indicare furem: alioquin inhoneſtè acciperet. Præſides tamen ex officio ſuo ſolent compellere in-
4 dicare: vt ff. de officio præſid. l. congruit. Si autem † præcedens cauſa erat bonæ fidei, non tãtùm locum habet hęc actio, ſed etiam illa bonæ fidei ex præcedenti contractu: puta, dedi tibi vt rem tibi locatam, vel commodatam, vel apud te depoſitam mihi redderes: vt ff. eodem, l. prima. in fine. & l. ſecunda. & l. iiij. §. quoties. & l. vltima. Nam in bonę fidei actione multa veniunt poſtea: de quibus à principio non eſt actum, vel cogitatum: vt notari poteſt infrà de actionib. empti. lege ſecunda. Sicut autem datur mihi condictio dati in præmiſsis caſibus: ita ſi non ſolui, ſed multò magis debeo habere exceptionem, ſi conueniar à te antequàm reddidiſti, vel poſtea quàm reddidiſti: & ita intelligitur quod legitur ff. de verborum obligationib. l. ſi plagij. in eo quod dicit plagij facti cauſa. Si autem poſtea quàm reddidiſti, eum ſciam me tutum exceptione, ſoluerim quod promiſi, repetere non poſſum: quia ſublata eſt proxima cauſa ſtipulationis, quæ ſtipulatio propter exceptionem inanis eſſet, ſi priſtina cauſa, id eſt, turpitu-
5 do ſupereſſet: vt ff. eo. l. penul. Item † dixerunt quidam (vt M.) verſari turpitudinem ex parte accipientis tantùm, cùm dedi
b iudici [b], vt in bona cauſa ſecundum me, id eſt, quæ erat bona cauſa, pro me pronunciaret iudex. Vnde & dixerunt condictioni locum eſſe. Sed certe ſiue dederim ei vt pronuntiet pro me, ſiue dederim ſimpliciter, vt pronuntiet, crimen contraho. Iudicem enim corrumpere videor: & ita pridem Imperator ſtatuit me litem perdere vtranque, ſcilicet & pecuniæ repetendæ, & cauſæ principalis: vt ff. eo. l. ij. §. vlt. & j. de pœ. iudic. qui ma. iud. l. conſtit. maximè per auth. vt liti. iu. ſi ergo verſatur turpitudo vtriuſque, maximè ſi dedi, vt malè iudicet. Idémq; & ſi dedi mulieri non meretrici ob ſtuprum, vel cuicunque ob crimen cõmittendum, vel ſi deprehenſus in adulterio redemerim me, vel ſi dederim, ne furtum meũ proderes. Nam licet (vt dictum eſt) non tenearis indicare furem: non tamen potes accipere, ne indices: vt ff. eo. l. iij. & iiij. & tamen ceſſabit repetitio per actionem quod met. cau. cum iuſto metu mortis, vel cruciatus corporis dederim: quanquã non omnem adulterum, vel furem liceat occidere: potuit enim vel non iu-
* ſtè [*] (aliàs nõ iure) occidi: vt ff. quod metus cauſa. l. nec timorem. Ius ergo ciuile in cõdictione iſta deneganda reſpicit pręteritam turpitudinem, ſed prætor non. Reſpicit enim tantùm
6 iuſtum præſentem meum. Si † autem meretrici aliquid dederim, non repeto: & denegatur mihi cõdictio, illa ratione quòd vtriuſque turpitudo verſetur. verſatur enim turpitudo ſolius dãtis, ſed alia ratione noua. Illa enim turpiter facit ꝙ ſit meretrix: nõ turpiter accipit, cùm ſit meretrix: vt ff. eo. l. iiij. §. ſed quod meretrici. Turpitudinem enim meretricis non dignatur lex reſpicere propter vilitatem ſui: vt infrà ad legem Iul. de adult. l. quæ adulterium. Nec obſtat quod legitur ff. de furt. l. verum. quia ibi non meretricis turpitudinem ſpectat, ſed eius
7 qui acceſsit ad eam. † Quæret aliquis an meretrici liceat petere ſibi promiſſum? & videretur ꝙ ſic: quia non turpiter accipit (vt dixi) cùm ſit meretrix: ſed certè non ſequitur ſi non turpiter accipit, ergo non turpiter petit. Quædam enim honeſtè accipiuntur, ſed inhoneſtè petũtur: vt ff. de variis & extraor-
8 dinar. cogn. l. j. Item † verſatur turpitudo ex parte dantis tantùm: vbi mulier, quæ dat dotem, ſcit matrimoniũ nullum eſſe de iure. Vir autẽ credit tenere: & ideo mulieri denegatur repetitio: vt dixi ſuprà titu. proxi. & ſi mulier non ſoluiſſet, ſed promiſiſſet, teneretur ſoluere. arg. eius, quod legitur ff. de cõ-
9 dict. indeb. l. fideicommiſſum. Vbi † autem promitto alicui ob turpem cauſam, ita quod turpitudo verſetur ex parte mei, & ex parte ſtipulantis: & promittit mihi alius aliquid turpe, ipſo iure nulla eſt ſtipulatio: vt ſi promitto tibi decem, vt illum occidas, vel plagio illum exportes, vel quid ſimile committas: vt ff. de verborum obligatio. l. ſi plagij. Vbi autem non promitto tibi ob turpem cauſam à te implẽdam, ſed aliquid tibi ſimpliciter promitto, & turpiter, id eſt, dolo, vel metu à te mihi illato, tenet quidem promiſsio, ſed ſi agas, repello te exceptione doli: vt infrà de inutili ſtipul. l. dolo. Si autem ſoluerim neſciens à te dolum commiſſum, agere poſſum actione de dolo. Sed & ſi metu promiſſum ſoluero per metum adhibitum in ſoluendo: datur mihi actio, quod metus cauſa: vt ff. eo. l. ex ea. Si autem promiſſum metu ſoluero, ſponte non repeto: vt ſuprà quod metus cauſa. l. cùm te. Licet ibidem Irner. gloſſauerit contrarium. Sic & ſi dolo promiſſum ſciẽter ſoluero, non
10 repetam. † Quibus autem, & in quos, & in quantum detur hæc actio, & qualis ſit ex ſuperioribus colligi poteſt, eo excepto, quòd hæc actio etſi non ſit famoſa: turpis tamen eſt: vt ff. de obſeq. l. honori. & l. licet.

ANNOTATIONES.

a Et mea. Vide Cæpo. in cautela ſua chart. xxviii.
b Iudici. Vide Bald. conſil. cccxxiii. v. lib. vbi ponit quandam aliam diſtinctionem ſuper hoc, quam dicit eſſe And. de Piſis.
* Non iuſtè. Aliàs non iure.

De condictione furtiua. *Rubrica.*

1 *Condictio furtiua cui detur.*

2 *Condictio furtiua an, & cui competat re furtiua per dominum*
alienata, & quid ſi dominiū receſſerit ab eo ex neceſſitate.
3 *Furtiua rei nomine qualis actio competit ei, qui dominus non*
eſt, ſed habet ius in re.
4 *Condictio furtiua an, & quando poſſit dici nouata per ſtipu-*
lationem.
5 *Condictio furtiua contra quem detur. & num. 7.*
6 *Furto à pluribus commiſſo an & quomodo ſinguli teneantur*
in ſolidum.
8 *Condictio furtiua quatenus detur contra dominum ex furto*
ſerui, & quatenus in patrem ex furto filij famil.
9 *Condictio furtiua ad quid detur ſeu quæ veniant in ea.*
10 *Aeſtimatio rei quomodo fiat in condictione furtiua.*
11 *Condictio furtiua vnde naſcatur.*

SICVT ſuperior conditio turpem cauſam reſpi-
cit, ita & iſta: reſpicit enim furtum commiſſum:
Videndum ergo, cui detur, & contra quem, quid
1 veniat in eam, & qualis ſit. † Datur autem hæc
a conditio ᵃ ſoli domino rei cuius res eſt ſurrepta. Item hæredi
eius: vt ff. eod. l. j. & l. ſed nec. licet de hærede dubitauerit Pla-
centin. tamen dixit, ei dari quaſi ſit alter ipſe. Hæc ita proce-
2 dunt ſi dominium non mutetur. † Nam ſi dominium mute-
tur facto, & ſpontanea voluntate eius cui res eſt ſurrepta,
b non dabitur ei, vel hæredibus ᵇ eius condictio. Nec diſtin-
guo rem ſponte alienauerit inter viuos, an in vltima volun-
tate legando: ſi tamen legauerit, vel alienauerit ſub conditio-
ne, interim pendente conditione agit ipſe, & hæres eius: & ea
pendente, iudex in condemnando æſtimabit rem quanti em-
ptorem inuenerit. Nam multò minori pretio æſtimatur res
pro eo quod rei dominiū exiſtimatur receſſurum à domino,
vel hærede eius. Si autem extitit conditio alienationis, vel le-
gati pendente lite, abſoluitur reus: ſi non extitit, condemna-
tur, vt dictū eſt, nec cauebit actor reo de reſtituendo eo quòd
accipit exiſtente conditione legati: vt ff. eod. l. ſiue manifeſtus.
§. vltimo. & l. ſi ſeruus furtiuus. Si autem dominium non re-
cedat à domino voluntate ſua: ſed ex neceſſitate, nihilominus
durat ei condictio: vt ecce, res mihi & tibi communis eſt ſur-
repta, & interim me conuenis communi diuidundo, quod
potes: licet non poſſideamus: vt ff. familiæ erciſcundæ. l. item
Labeo. §. vltimo. ſi quidem tibi prouocanti mea res eſſet ad-
iudicata, ſine dubio duraret tibi condictio: quia dominium
non amiſiſti eius partis, quàm habebas in re communi: mihi
autem duraret in parte mea: quia me inuito pars mea eſt tibi
adiudicata. & in hoc caſu ſatis eſt in condictione, mea ali-
quando interfuiſſe: & ſi nunc non interſit, ſed in actione furti
eſt hoc generale: vt ff. de furtis. l. inter omnes. Si autem mihi
prouocato res eſſet adiudicata, durabit indubitanter condi-
ctio ratione partis meæ: maximè, quia nec eius deſiiſſē domi-
3 nus: vt ff. eo. l. & ideo. Si autem † ille, cui ſurrepta eſt res, non
ſit dominus: ſed habet ius in re ſurrepta, putà quòd creditor
eſt, vel ſimilis: datur ei condictio incerti: vt ff. eod. l. & ideo §.
vltimo. Si verò nec ſit dominus, nec habeat ius in re, ſed ha-
beat rei poſſeſſionem, dabitur ei condictio triticaria, vt con
dicat poſſeſſionem: vt ff. de condict. tritica. l. ſecunda. ſed & ſi
neque dominium, neque ius in re, neque poſſeſſionem ha-
beat, ſed habeat detentionem rei: vt quia erat commodata-
rius, vel depoſitarius, vel ſimilis, videtur deſtitui omni actio-
ne de iure communi: vel fortè conſuletur ei actione in fa-
ctum. argument. infrà de agricol. & cenſi. l. ſi coloni. Dan-
4 tur † autem iſtæ actiones prædictis perſonis: ita demum ſi
non fuerint nouatæ condictiones: vt ecce, ſtipulor à fure rei
meæ nouandi animo quod ex cauſa condictionis dare facere
oportet. Si verò rem meam ſurreptam mihi dari ſtipularer,
nulla eſſet ſtipulatio, licet ipſa ſuperior ſtipulatio idem vi-
☞ deatur continere: vt ff. de verborum obligationibus. l. ſcire.
§. vltimo. & ff. eod. l. parui. Sed certè ſæpè expreſſa nocent,
non expreſſa non nocent. Si verò ſtipuler non nouandi ani-
mo, quod oportet dare furem, non fit nouatio: ſed nec res
ſurrepta videtur oblata: vt purgetur mora, niſi fiat in præ-
ſentia noſtra: vt ff. de ſolutionibus. l. qui de rem. §. primo. &
ſi ſine ſtipulatione fur obtulerit rem, purgat moram: ſed ſe-
cus ſi paratus eſſet excipere actiones: vt ff. eodem. l. parui. &
5 l. vltima. & infra eodem. l. vltima. † Datur autem hæc con-
dictio contra furem, & hæredem eius: vel ſi plures ſint, qui-
libet tenetur pro hæreditaria parte: vt ff. eodem. l. ex furtiua.
& l. ſi pro fure. §. condictio. & l. in condictione. Sed ſi fortè
ad vnum ex hæredibus res tota peruenerit, ipſe inſolidum
poterit conueniri: vt ff. commod. l. iij. §. ſi hæres. Si autem
6 plures † ſint fures, quilibet tenetur in ſolidum condictione
furtiua: & vno ſatisfaciente, liberantur alij, ſed in actione
furti, vnus non liberat alium: ſecus tamen eſt in tutoribus,
qui propter res pupillo ſubtractas tenentur in duplum, a-
ctione de rationibus diſtrahendis: quia ibi vno ſatisfacien-
te, liberantur alij. Nam tutores propter adminiſtrationem
admiſſam, non tam inuito domino rem tractare videntur,
quàm perfidè agere: vt infrà eodem. l. prima. & ff. de admi-
7 niſtr. tuto. l. tres tutores. Item † datur condictio contra ra-
ptorem: vt ff. eodem. l. ſiue. §. ei. Non autem datur contra eum
qui tulit opem, vel rapinæ, vel furto: vt ff. eodem. l. proinde.
Quod autem dictum eſt furem teneri condictione furtiua,
intelligunt quidam de fure manifeſto: manifeſtus enim fur
non tenetur: niſi in tribus caſibus, hoc eſt, eum rem ſubtra-
ctam occidit, vel fregit, vel effudit: vt infrà eodem. l. ſine. Sed
certè illa tria ſupponuntur exempli cauſa: quid enim ſi fur
non occidit, ſed vulnerauerit? Item quid ſi non fuerit captus
cum re, ſed viſus: & ad eum apprehendendum eſt occurſum?
fur quidem eſt manifeſtus: vt ff. de furt. l. ſi quis in ſeruitute.
& quis negabit eum teneri condictione furtiua, cùm rem
8 meam ſurreptam habeat, vel eius furto mihi abſit? † Item
datur condictio in dominum, ſerui ſurripientis pro eo quod
ad ipſum peruenit: & datur contra patrem: ſed pro reſiduo
datur noxaliter contra dominum non autem contra patrem:
ipſi tamen filiofami. condici poteſt: vt ff. eodem. l. ſi ſeruus. & l.
ex cauſa furtiua. & Inſtit. de noxa. §. vltimo. Si autem ſeruus
ſit manumiſſus, condictio furtiua noxalis non proponitur
directa contra manumiſſum: niſi liber factus contrectaret: vt
ff. eodem. l. quod ab alio. quod non ſeruatur in actione furti,
vel alia noxali: vt ibidem dicitur: & notauimus, ſ. de noxa.
9 † Venit autem in condictionem res ipſa etiam impenſa, &
diligentia furis melior facta: vt ff. eodem. l. ex argento. Et
10 † æſtimatur quanti plurimi fuerit res à tempore furti, etiam
ſi deſierit eſſe ſine culpa furis. Semper enim moram fur facere
videtur: vt ff. eod. l. in re furtiua. §. ſi ex cauſa. & l. qui furtum.
Item habetur ratio in ea extrinſecæ vtilitatis, vt hæreditatis
amiſſæ in qua inſtitutus erat ſeruus ſurreptus: & pœnæ in
quam incidit, propterea quòd eum me daturum promiſeram
ſub pœna. Item fructuum perceptorū. Percipiendi autem ve-
niunt per iudicis officium: vt ff. eo. l. iij. & l. in re. §. vlti. & hoc
plenius perſecutus ſum j. in ſumma de fur. §. competunt. Talis
11 eſt hæc actio, qualis eſt ſuperior. † Conſueuit quæri vnde
hæc condictio furtiua naſcatur? Et dixerunt quidam eam naſci
ex maleficio. Alij dixerunt eam naſci ex varijs figuris cauſa-
rum, vel ex quaſi maleficio, vel quaſi contractu: & ita intelli-
gunt diuiſionē quę eſt ff. de act. & obl. l. j. ſcilicet obligationes
c aut naſcuntur ᶜ ex contractu, aut ex maleficio, aut proprio
quodam iure ex varijs cauſarū figuris, id eſt, quaſi contractu:
vel quaſi maleficio. Sed certè non poteſt dici, quòd ſortiatur
naturā earum actionū, quæ ſunt ex delicto, vel quaſi: quia illæ
dantur noxaliter, & in manumiſſum: quod hic non eſt: vt ſ. di-
ctum eſt. Item illæ non dantur in hæredē ſi ad eum nihil per-
uenerit: vt j. ex deli. defun. l. j. hæc autem datur in hæredē, & ſi
ad eum nihil peruenerit: vt Inſt. de ob. quæ ex delic. naſ. §. vlti.
Nec ob. quod legitur ff. de cōpenſ. l. ſi ambo. § quoties. Cùm
enim dixerit ſ. compenſionē locum habere in cōdictione quæ
naſcitur ex maleficio, & ſubiicit, idē eſt ſi condicatur ex cauſa
furtiua, innuit apertè cōdictionē non eſſe aut naſci ex male-
ficio: alioqnin fruſtra prædicaret idem ius in cōdictione, cum
ſuprà idipſum ius ſit dictum: & ſtultè videretur repeti. Nam
hoc pronomen, idem, in diuerſis ſolet notare eandē iuris cen-
ſuram. Item non poteſt dici propriè eam imitari naturam ea-
rum actionum quæ ſunt ex contractu, vel quaſi: quia illæ non
dantur noxaliter, & hæc datur, vt dictū eſt: imò datur illæ pe-
culio tenus: vt ff. de his qui deie. l. j. §. cùm ſeruus. Dicam igitur
eam

eam anomalam eſſe,& ex varijs figuris cauſarum naſci:quia
varia & diuerſa habet inſignia. cum omnis generis actioni-
bus.ſ. partim cum his quæ ſunt ex contractu, vel quaſi: par-
tim cum his,quæ ſunt ex maleficio,vel quaſi. Et hoc eſt ter-
tium membrum diuiſionis : quæ habet , quòd obligatio-
num aliæ ſunt ex contractu, aliæ ex maleficio , aliæ pro-
prio iure ex varijs figuris cauſarum : nec enim illas quæ
ex quaſi contractu vel ex quaſi delicto intellexit naſci ex
varijs figuris cauſarum,& proprio quodam iure. Et eſt ratio,
quia illæ non proprio iure reguntur : imò illæ, quæ ſunt ex
quaſi contractu imitantur naturas earum , quæ ſunt ex con-
12 tractu. Et illæ † quæ ſunt ex quaſi delicto, imitantur naturas
earum quæ ſunt ex delicto. ſicut curioſus lector per ſingula
notare poteſt. Ergo in primo membro diuiſionis nomine
contractus ſubauditur quaſi contractus:& in ſecundo nomi-
ne maleficij ſubauditur quaſi maleficium, ſicut & ſubauditur
per totum titu. Inſtit. de obl. ex quaſi contractu. ne alioquin
ab inſufficienti partium enumeratione argumentari videa-
tor ſic dicendo : quia non ex maleficio ſubſtantiam capient,
quaſi ex contractu naſcuntur.

ANNOTATIONES.

a Datur autem hæc condictio. Ad huius concluſionis reſolutionem vi-
de Bart. in l.& ideo.§ 6.ff. de condi.furt.& ibidem domi. Alexan. cu-
pioſè omnia differentem Bald. & doct. in l. ſub prætextu. verſi. ſed
hic quæro.C.de tranſact.

b Hæredibus. Vide Bartol. in l. ſtipulationes non diuiduntur. in viij.
oppoſ.ff. de verb. obligat & in l. ſi pro fure. §. fina.ff.eod de condi.
furtiua.

c Naſcuntur. Vide omnino Albe. de Roſ.& Moder.j.reſpon.ff.eod.de
condi.fur.& per Brixien.in ſuo repertorio in eodem verbo,&c.

De condictione ex lege,& ſine cauſa,vel iniuſta cauſa. *Rubrica.*

1 *Condictio ex lege quando locum habeat.*
2 *Condictio ſine cauſa quando, & quomodo concurrat cum con-*
dictione indebiti : item quando cum condictione ob cauſam,
nu. ſeq. Item quando cum condictione ob turpem cauſam,
& nu. 4.
5 *Condictio ſine cauſa quare vocetur condictio incerti.*

SPECIALITER ſuprà de ſingulis condi-
ctionibus dictum eſt:nunc autem de duabus con-
dictionibus generalibus, id eſt , condictione ex
lege, & ſine cauſa ponit : nec enim nouum eſt, vt
lex ſpecialiter quibuſdam enumeratis generale ſubiiciat ver
bum,quo ſpecialia complectatur:vt ff. ad legem Aquil. ſi ſer-
uos. §. inquit lex. Videndum ergo quando locum habeant:
nam quibus dantur,& in quos,& in quantum,& quales ſint,
1 ex ſuperioribus liquet. † Habet [a] autem locum condictio ex
a lege, quoties noua lege obligatio eſt inducta : nec eſt eadem
lege cautum,quo genere actionum experiamur:vt ff. de con-
dic.ex leg.l.j. & exemplum poni poteſt in nudo pacto dona-
tionis,ex quo datur condictio ex lege:vt j. de dona. ſi quis ar-
gentum.§.vlti.& in nudo pacto de ſalario præſtando:vt ſ. de
ſuffragio.l.j. Item in bis,quæ poſſeſſor hæreditatis ſoluit cre-
ditoribus hæreditarijs,mota ſibi controuerſia hæreditatis ab
eo,qui non erat hæres:& pronuntiatum eſt pro petitore,qui
non erat hæres:nam ſi eſſet verè hæres,etiam iure veteri tene-
batur poſſeſſori negotiorum geſtorum: vt ſ. de peti. hære. l vl-
ti. Item poni poteſt in legatarijs,quibus legata ſunt ab hære-
de ſoluta facto inuentario,cùm hæreditas non ſit ſoluendo,&
creditores quod ſolutum eſt,cùm ipſum non extet:volunt re-
petere. Si enim extaret, iure veteri conſultum eſt eis per hy-
pothecariam actionem,vel per condictionem indebiti:vt j. de
iure delib.l.vlt.§.ſinantem à locis. Item poni poteſt in domi-
no ſerui torti ob quæſtionem adulterij contra dominum inſti
tutam. nam ſi ſeruus mortuus eſt in tormentis,& dominus ſit
abſolutus , cõdictione ex lege petet medietatem æſtimationis
ſerui.vt ff.ad leg.Iul.de adul.l.ſi poſtulauerit.j.reſpõ. §.vl.& l.
2 quod ex bis.& j.ad l.Iul.de adul.l.nõ ſolum verba.† Cõdictio
b ſine cauſa [b] locũ habet cum cõdictione indebiti, ſi indebitum
ſolutum ſit. Item etſi non eadem, ſi non eſt ſolutum ſed pro-
miſſum, vel etiam ſi ſolutum eſt debitum , ſed tamen poſteà
factum eſt indebitum:vt ecce, fullo veſtimenta lauanda con-
duxit,deinde bis amiſsis à domino ex locato conuentus pre-
tium præſtitit. poſteàque dominus inuenit veſtimenta, aget
fullo ex conducto: item ex hac condictione ad pretium ſibi
reſtituendum:vt ff.eod.l.ij.Hoc tamen videtur impugnari ra-
tionibus duabus. Nam ſi fullo conuentus fuit per iudicem,&
ex ſententiæ authoritate ſoluit:ceſſare debet condictio inde-
biti:vt ff.mand.l.ſi fideiuſſor.§.in omnibus. Sed dic,quod fuit
conuentus extra iudicium verbo:vt ibi dicitur. Vos,inquam,
conuenio ò Iudæi.Vel dic,ceſſat condictio indebiti ex autho-
ritate ſententiæ, non autem condictione ſine cauſa: illa enim
datur propter præcedentem contractum:vt ff.commo.l.rem.
primo reſponſo. Secunda autem ratione impugnatur: quia
fullo non pretium repetere, ſed ad veſtimenta publiciana de-
beret agere:quaſi videatur ea emiſſe:vel quaſi videatur emiſſe
rei vendicationẽ.vt ſic tanquam emptor nominis habeat vti-
les actiones:vt ff. de rei vend. l. ſi culpa. Sed dic, quòd lex illa
locum habet, cùm experior contra eum qui non habet à me
cauſam. Sed ſi habeat à me cauſam:quia commodatarius eſt,
vel fullo:fortè eſt in arbitrio ſuo petat rem, an repetat, quod
dedit:vt ff.commod.l.in commodato.§.vltim. nam & aliàs ſi
dolo commodatarij, vel depoſitarij res abſit : & mihi eo no-
mine condemnetur : teneor eis cedere actiones mihi compe-
3 tentes:vt ff.de rei vendic.l.is, qui dolo. † Item concurrit cum
condictione ob cauſam : vt ſi fuit ab initio cauſa aliqua pro-
miſsionis,ſed ea ſecuta non eſt:vt ff.eod.l.j.§.ſed & ſi ob cau-
ſam. Idémque dici poteſt in debitore,qui ſpe futuræ numera-
tionis ſcripſit ſe accepiſſe, quod non accepit : nam intra bien-
nium condicit cautionem. Item poſt biennium:ſi tamen intra
biennium conteſtatus eſt exceptionem non numeratæ pecu-
niæ:vt j.eod.l.vlti. Item ſi fuit cauſa promiſsionis aliqua,ſi fi-
nita eſt,datur hæc actio,licet non detur condictio ob cauſam:
vt ecce, debitor condicit cautionem ſoluta pecunia:vt j.eod.l.
diſſolutæ. Item concurrit cum condictione ob turpẽ cauſam:
vt ſi ex parte dantis non interueniat turpitudo:vt ſ. tit.ij.dixi.
4 Item † concurrit cum condictione furtiua. Fur enim de fru-
ctibus condictione ſine cauſa cõuenietur,& condictione fur-
tiua:vt j.eod.l.penul.& ff.de condi. furt.l.in re furtiua.§.vlti.
Illud notandum, quòd hæc condictio vocatur incerti : quia
competit ad intereſſe:vt ff.eod.l.iij. vel fortè ſpecialis eſt actio
condictio incerti,quæ concurrit cum condictione ſine cauſa.
vbi incertum eſt in obligatione:vt diximus ſ.de condi.indeb.

ANNOTATIONES.

a Habet. Adde ad hoc Spec in tit.de loca.§.j. vide Bald.in l.cum virum.
ver.de hoc.C.de fideicom.doct.in l.ij.C.de conſtit pec. Paul.de Caſt.
in conſil.cxxvi. qui totam materiam enucleat. Vide etiam Iaſ.in §.
actionum.inſtit.de actionibus.

b Sine cauſa. Adde quòd condictio ſine cauſa competit etiam ratione
erroris.vt per Soci.in conſi.clix.quia competit.

De obligationibus & actionibus. *Rubrica.*

1 *Obligatio quid ſit,atque inibi perpenſa eius diffinitio.*
2 *Actio,obligatio,& contractus quid differant inter ſe.*
3 *Obligationum ſubſtantia ſeu natura in quibus conſiſtat.*
4 *Pacto nudo quibus caſibus dominium transferatur.*
5 *Obligationes non finiri tempore.*
6 *Obligationum aliam eſſe naturalem tantum , aliam ciuilem*
tantum. Item aliam prætoriam,aliam ciuilem.
7 *Obligationum alias eſſe ex contractu vel quaſi contractu,alias*
ex maleficio vel quaſi maleficio.
8 *Obligationum quaſdam purè contrahi, quaſdam in diem vel*
ad diem,alias autem ſub conditione.
9 *Obligationi ſemel cõtracta an,& quando liceat alteri ex con-*
trahentibus renunciare citra conſenſum alterius.
10 *Obligatio in qua non interuenit bona fides,an ſit firma.*
11 *Obligationis vi non poſſe ab alio exigi quod alius debet.*
12 *Seruituti neminem addicendũ ob æs alienum:& quæ ſit pæna*

creditoris compellentis debitorem ſuum ſibi ſeruire, atque inibi an id ſit perpetuum.
13 *Actionem habens contra aliquem quibus remediis debeat eum cogere ad ſolutionem.*
14 *Actione perſonali & hypothecaria alicui competente, eſſe in eius arbitrio vtra velit primo agere, vel etiam vtraque ſimul agere, & quid ſi pignus poſsideatur ab extraneo, non ab ipſo debitore.*
15 *Actionum alias eſſe directas, alias vtiles, atque inibi quando competat directa, & quando vtilis. & nu. 17.*
16 *Actiones vtiles quibus caſibus dentur.*
17 *Actiones vtiles quibus caſibus citra ceſsionem competant,*
18 *Ceſsio quando neceſſaria.*
19 *Intellectus ad l. 3. C. de actio. & oblig.*
20 *Actiones vtiles vnde naſcantur.*
21 *Fideicommiſſarij actiones.*

DICTVM eſt ſ. de condictionibus quæ perſo-
naliſsimæ ſunt actiones, per quas præciſè inten-
ditur quid dari: vt Inſtitu. de actio. §. ſic itaque.
ſequitur, vt videamus de cæteris perſonalibus a-
ctionibus: & quia in illis etiam ſuperioribus quædam gene-
ralia obſeruantur, ideò hic in medio pono de actionibus, &
obligationibus. Videndum ergo quid ſit obligatio, & quæ
ſit eius natura, & qualiter diuidatur. Et poſteà dicemus ge-
neralia actionum. nam quid ſit actio plenè diximus ſ. de
eden. & quæ ſint diuiſiones actionum aſsignabimus. Inſti. tit.
de act. Nec eſt opus eas hic aſsignare: quia nec tali modo hic
1 tractatur de eis. † Eſt autem obligatio, ᵃ iuris vinculum
a quo neceſsitate adſtringimur alicuius ſoluendæ rei ſecun-
dum noſtræ ciuitatis iura. Quod dicit vinculum, impropriè
ponit. i. ius quoddam vinciens: vt enim corporali vinculo
quis vincitur, ita & obligatione quæ intellectuale vinculum
eſt, aliquis dicitur adſtringi. Quod dicit, ſecundum iura no-
ſtræ ciuitatis, exauditur primo de iure ciuili. Et ita definitur
tantum ciuilis obligatio. Vel dic, quòd etiam naturalis obli-
gatio definitur, & quod dicit, ſecundum iura noſtræ ciuita-
tis, ponitur temotiuè, non contra iura noſtræ ciuitatis. Si
enim contra iura eſſet, ſiue nudum pactum tantùm interceſ-
ſerit, ſiue non, nulla naſcetur obligatio: vt ff. de verb. oblig. l.
generaliter. & de pac. l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. Item
quod dicit rei ſoluendæ, exponendum eſt, vel facti. Nam rei
2 verbum generale eſt: vt ff. de reb. cre. l. 3. §. vlt. & † caue tibi:
quia difficile eſt diſcernere inter contractum, obligationẽ, &
actionem. Videtur enim, quòd vnum ſit alterum, ſed non eſt:
quia contractus appellatur ipſe conſenſus partium, vel etiam
ipſa verborum prolatio, ſicut in ſtipulatione habetur: vt ff. de
verbo. oblig. l. v. §. ſtipulatio. Ex conſenſu partium naſcitur
obligatio, de qua loquimur. Ex tali obligatione naſcitur ius
quoddam, ſiue formula quæ contra obligatum ad exigen-
dam pecuniam in iudicio proponitur; vt ff. de procur. l. li-
cet. §. ea obligatio. Vel etiam ipſa verborum prolatio, ſicut
in ſtipulatione habetur: vt ff. de verb. oblig. l. v. §. ſtipulatio. ſed
3 prima opi. verior eſt. † Obligationum autem ſubſtantia, id
eſt, eſſe, & natura, non in eo conſiſtit, vt aliquod corpus no-
ſtrum, aut ſeruitutem noſtram faciat, ſed vt alium nobis ob-
ſtringat dandum aliquid, vel faciendum, vel præſtandum. Et
huic bene conſonat, quod dicitur in l. traditionibus ſ. de pac.
traditionibus, & vſucapionibus dominia rerum transferun-
tur, non nudis pactionibus. Nuda enim omnia dicimus pa-
4 cta quæ rei traditione non ſunt veſtita. † Sed in caſibus exci-
pitur: vt in pacto legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem.
Item manus iniectionis: vt dicemus j. de pac. inter empt. &
ven. Item in pacto donationis, & venditionis, inito cum ec-
5 cleſia: vt ſ. de ſacroſan. eccle. l. vlti. † Item obligationum na-
b tura eſt ne tempore finiantur, hoc eſt, quod vulgò ᵇ dicitur,
tempus non eſt modus tollendæ obligationis. l. obligatio-
num ferè. §. placet. ff. de act. & obli. Nam & ſi promiſeris mihi
te daturum decem ſingulis annis vſque ad decennium, etiam
elapſo decennio obligatus es. ſed tamen habes exceptionem
6 doli: vt ff. eo. l. obligationum ferè. §. placet. † Diuiditur autem
obligatio, quia alia eſt naturalis tantum, alia ciuilis tantum,
alia ciuilis & naturalis, & quæ ſunt naturales obligationes,
vel ciuiles per exempla notaui ſ. de condi. indeb. Et largè hic
accipio ciuilem obligationem, omnẽ, ex qua naſcitur actio:
ſiue ſit prætoria, ſiue a Senatuſconſulto inducta. Sic & alias
dicimus omnem cauſam ciuilem, quæ non ſit criminalis: vt ſi
eſt liberalis, vel de matrimonio. Strictè verò ponitur, cum ita
diuidimus, obligationum alia eſt prætoria, alia ciuilis (vt In-
ſti. de obli. §. 1.) id eſt, vel ex lege xij. tab. vel poſteà ciuium Ro-
manorum voluntate, non prætorum authoritate, eſt inducta.
Ciuilis verò & naturalis eſt obligatio: vt in omnibus contra-
ctibus nominatis quos notauimus ſ. de pact. Porrò de quibuſ-
dam obligationibus poteſt dubitari ciuiles eſſent, an præto-
riæ: vt de commodato: & ſi quis dolo deſierit poſsidere: vt di-
ximus ſ. de noxa. Sed has dubitationes referuo contractibus
ſingularum actionum, cum obligationes maxima vicinitate
7 coniunctæ ſint actionibus, hæ naſcuntur enim ex illis. Fit † &
alia diuiſio obligationum. Aut enim ſunt ex contractu, aut
ex quaſi contractu, aut ex maleficio, aut ex quaſi maleficio. Et
nomen contractus, largè ponitur, vt contineat omnes obliga
tiones, quę pacto contrahuntur, vel in perſona vtriuſque, vel
alterius tantùm. Strictè verò denotat eas tantùm, quæ vltro-
citròque inducunt obligationem: vt ff. de verbo. ſignifi. l. La-
beo. Item & hæ, quæ ſunt ex contractu diuiduntur: quia aliæ
contrahuntur re, aliæ verbis, aliæ literis, aliæ conſenſu: vt In-
ſtit. de obli. §. vlti. De quibus ſingulis non proſequor tracta-
tum hoc generali tit. quia ſpeciales tit. de eis ponuntur in In-
8 ſtit. Item † obligationum aliæ contrahuntur purè, aliæ in
diem, aliæ ad diem, aliæ ſub conditione. Conditio verò efficax
eſt, quæ in conſtituendo obligationes inſeritur, non quę poſt
perfectam eam ponitur, veluti centum dare ſpondes mihi, ſi
nauis ex Aſia venerit. Sed hoc caſu, exiſtente conditione, lo-
cus erit exceptioni pacti, vel doli: vt ff. eo. l. obligationum fe-
rè. §. conditio. Continetur etiam in obligationibus quando-
que modus, id eſt, alternatio rerum: quandoque acceſsio rei,
vel perſonæ, vt cùm ſtipulor mihi, aut Titio, vel mihi decem,
aut Titio hominem: vt in prædicta l. obligationum ferè. §.
9 modus. & §. acceſsio. † Illud notandum eſt eſſe generale in
• qualibet obligatione, quòd ſicut in ea contrahenda exigitur*
vtriuſque voluntas: ita renuntiare ſemel conſtitutæ obliga-
tioni vnus, altero non conſentiente, non poteſt: vt j. eod. l. ſi-
cut. niſi in mandato, & ſocietate, & depoſito, & in contractu
innominato, do vt des, do vt facias: vt diximus ſupra de pro-
10 curat. & de condi. cauſa dat. † Item generale eſt in qualibet
obligatione contrahenda, vt bona fides interuenire debeat:
vt j. eo. l. bonam fidem. Alioquin excipietur, vel agetur de do-
lo: diſtinctis tamen contractibus bonæ fidei à contractibus
11 ſtricti iuris: vt diximus ſ. de dolo. † Item generale eſt in qua-
libet obligatione, vt ab altero nõ exigatur: quod alius debet:
vt j. eo. l. ob cauſa. & l. nimia. & l. cum cui. niſi in caſibus vt ha-
12 bebimus infrà. quando fiſcus vel priuatus. Item generale † eſt
in omni obligatione: vt ob æs alienum liber homo non com-
pellatur ſeruire: alioquin creditor cadit ſibi debita quantita-
te: & tantundem dabit ei, quem retinuit inuitum, vel parenti-
bus eius agentibus nomine retenti in quorum erat poteſtate
retentus, vel agent hæredes retenti. Sed & corporalibus pœ-
nis ſubduntur creditores: vt in auth. vt nulli iudic. §. quia ve-
rò & huiuſmodi. & j. eod. l. ob æs. hoc tamen fallit in captiuo,
qui habet neceſſe ſoluere pretium redemptionis ſuæ, vel ſer-
uire per quinquennium: vt j. de cap. & poſtli. re. l. vlti. Item po-
13 teſt fallere, cum hoc ipſum ſeruire eſt in obligatione. † Circa
actiones poteſt illud generale tradi, quòd ille, cui competit
actio non armata vi terrere debet debitorem negantem, ſed
cum per teſtes, vel inſtrumenta, vel per confeſsionem ſuam
debet conuincere, & iuris remediis ad ſolutionem vrgere.
14 Eſt † & aliud generale circa actiones: quia ſi alicui competat
actio perſonalis, & hypothecaria, eſt in eius arbitrio, an agat
primò perſonali: vel hypothecaria, an ſimul vtraque: vt j. eo.
l. aduerſus. & l. vlt. Hodie verò per ius authenticorum debito-
re poſsidente pignus, eadem electio datur creditori: extraneo
verò poſsidente, permittitur creditorem agere hypothecaria
contra eum: niſi egerit primò perſonaliter contra reum, &
fideiuſſores, vel mandatores, vel ſponſores. Sed nec hypothe-
caria

ex interceſſoris petantur, antequàm petantur hæpothecæ de-
bitoris: vt in auth. de fideiuſſo. §. ſed neq;. Nec ob. quod legi-
tur in auth. de litig. §. ad hæc. quia illa cum prædicta determi-
natione eſt intelligenda. Vel ibi loquitur cum lite conte-
ſtata à creditore ſuper hypothecaria, alienauit debitor pi-
gnus: nam licet actio hypothecaria lite conteſtata non faciat
rem litigioſam: tamen hactenus melioris eſt creditor cõditio-
nis, quòd habet electionem, vt, ſi velit, agat hypotecaria cõtra
extraneum poſſeſſorem, aut perſonali, alienato pignore à de-
15 bitore poſt lit. conteſtata. in hypothecaria. Poteſt † & circa
actiones quædam generalis diuiſio ſub iſto titulo notari: quia
actionum omnium quædam ſunt directæ, quædam vtiles. Eſt
autem actio directa quæ datur ex voluntate legis expreſſa, ſi-
ue detur alicui ex lege, ſiue naſcatur ex contractu, vel quaſi,
vel ex delicto, vel quaſi. Ideo autem dicitur directa: quia ver-
ba legis directa ſunt ad eum, cui lex voluit dari actionem: &
ita in ea actione danda verba legis, & ſententia concurrunt:
vbi verò deficiunt verba ſed volũtas vel ſententia legis tacita
exigit actionem dari, datur actio vtilis: vt ecce, ait lex xij. Ta-
bul. dari actionem in factum. ſi quadrupes dicatur pauperiem
feciſſe. Si ergo quadrupes fecerit pauperiem, verba & ſenten-
tia legis exigunt actionem dari directam. Si autem bipes dede-
rit damnum, ſecundum verba legis, videtur deſtitui actione
ille, cui facta fuit pauperies: ſententia tamen legis, vel volun-
tas erit contraria. Lex enim quæ locuta eſt de quadrupede
(gratia exempli) voluit etiam reſarciri pauperiem ei, cui eſt
irrogata per animal alienum: & ideo quia eſt æquum hoc,
vel vtile reipu. datur actio vtilis pro bipede: vt ff. ſi quad. pau.
fe. di. l. penult. & ſimile poteſt notari exemplum. vt ff. de iuriſ-
dict. omnium iudic. l. ſi quis id. §. quòd ſi dum proponitur. Sic
& in quolibet edicto, vel interdicto ferè quilibet etiam mille
ingenio ſuo poteſt inuenire exempla. Sic & in contractibus
dantur actiones eis qui pacti ſunt, & eorum vniuerſalibus
16 † ſucceſſoribus: quandoque tamen & his qui non ſunt pacti
dantur vtiles actiones: vt diximus ſuprà, ſi cert. petat. Ex con-
tractu quoque procuratoris noſtri datur mihi vtilis, ſi ipſe
non ſit ſoluendo: vt ff. de inſtit. l. j. & ij. & idem ex pacto tuto-
ris, vel curatoris: vt ff. de conſtit. pecu. l. cum, qui. §. ſi tutori.
Et idem ex pactis quandoque aliarum perſonarum, vt aui ma
terni, & in depoſito: vt ff. ſolut. matrimon. l. Caius. & ſuprà
ad exhib. l. ſi res. & idem in aliis conſimilibus: vt diximus ſu-
17 prà de pact. & pleraque quilibet per ſe notare poteſt. † Dan-
tur etiam quandoque vtiles actiones ex eo, quod ſuper actio-
ne concedenda mihi, pactum à me, & te initum eſt: vt ecce,
actionem tuam mihi vendidiſti, vel in dotem dediſti, vel in ſo-
lutum, vel loco pignoris habeo. Lex permittit mihi intende-
re vtilem actionem etiam ſine ceſſione: vt j. eod. l. ij. & j. quan-
do fiſc. vel pri. l. vlti. & de hære. vel actio. vend. l. poſtquàm. &
l. ex nominis. verè tamen competit venditori tantùm, vel ſimi-
libus, & non mihi. Nam mihi etiam ceſſa non competit, vt in-
frà patebit: ergo non ceſſa non competit. Videtur tamen non
eſſe dandæ vtiles actiones in præmiſſis caſibus: quia ſicut in
venditione, vel quolibet titulo alienationis rei corporalis ne-
ceſſarium eſt, vt ſequatur traditio, quantum ad dominij tranſ-
lationem, vt inſti. de rer. diui. §. per traditionem. ita & in tali-
bus nominibus venditis, vel ſimilibus titulis conuentis vide-
retur eſſe neceſſarium ceſſionem actionis ſubſequi, quæ repu-
18 taretur pro traditione. Sed † tamen in prædictis omnibus
caſibus contrarium eſt: aliàs autem puto neceſſarium eſſe ceſ-
ſionem: vt ipſa ſequatur contractum. Nam & ſi ſocietatem
contraho tecum, vt communicentur inter nos omnia bona
noſtra, corporalia quidem communicantur, ſed in omnibus
neceſſe eſt ſubſequi ceſſionem: vt ff. pro ſocio. l. j. §. vlt. & l. ij.
c Idemq; eſt & in contractu innominato.[c] nam ſi dederim cer-
tam pecuniæ quantitatem tibi, vt cederes mihi actionem con-
tra debitorem tuum: ſiquidem ceſſeris actionem contra debi-
torem pro quo ſolui, poſſum vti facta ceſſione: niſi deceſſeris
antequàm litem conteſter: tunc enim finitur demandatio, vel
ceſſio actionis. Oportebit ergo hæredem tuum mihi cedere.
Si autem deceſſeris ſine hærede, vel ſi ipſe non ſit ſoluendo, in
19 ſubſidium dabitur mihi vtilis actio: vt j. eod. l. j. nec † videa-
tur alicui in præmiſſo caſu fuiſſe venditionem actionis. Nec
enim fuit data pecunia in certa quantitate quantum ad nu-
merum, ſed erat certa pecunia: quia in ſpecie oſtendebatur,
vnde, & vice ſpeciei cenſebatur: vt ff. de leg. j. l. ſed & ſi certos.
Item verbum quantitas etiam ad corpora refertur: vt ff. de le-
gatis tertio quiſquis. Item mihi non obſtat, quod dicitur in
litera, ſoluiſti: licet enim plerunq; dicor ſoluere, cùm libero
me, vel alium numerando: tamen ponitur hic pro tradidiſti,
vel (quod eſt verius) fuit venditio nominis. Nec obſtat
quod dicitur in fine legis, quaſi ita, &c. ſuprà enim loqui-
tur de exercitio directæ, quod nolebat habere procurator,
quod non poteſt, extincto mandato. Eſt ergo ei neceſſe in-
tendere vtilem. Item quod dicitur, pro quo videretur impe-
dire ceſſionem cùm ea ſolutione liberatus eſſe videatur debi-
tor: ſed hic pro quo. i. pro cuius obligatione tibi quærenda.
Item videtur in prædicto caſu quòd non finiatur mandatum a-
ctionis, morte mandantis re integra, id eſt, ante litem conteſt.
vt j. de dona. l. illam. Ad hoc reſpondent quidam, quòd ibi loqui-
tur in ceſſione actionis, hic in mandato. Cedit enim qui omni
no vult eam ſeparare à ſe: mandat qui eam retinet, ſed alteri
exercitium committit: ſed certè licet intercedere, & mandare
poſſit prædicta aſsignari differentia: tamen inter cedere &
mandare actionem nulla eſt differentia: nam & ſi aliquis velit
eam omnino a ſe ſeparare per ceſſionem, non poteſt, adeò in-
hæret oſsibus eius: vt ff. de pecu. l. quis ergo. & pro ſoc. l. ij. §.
vlti. & l. iij. Per delegationem autem, vel per acceptilationem,
vel ſimiles modos certum eſt, quòd quis actionem à ſe ſepara-
re poteſt. Dic ergo illud locum habere ceſſa, vel mandata a-
ctione ex cauſa donationis, vel ſimili. ex qua daretur etiam a-
ctio vtilis ſine ceſsione. Hic autem loquitur in contractu in-
nominato, ex quo non daretur vtilis actio ſine ceſsione, vt
dixi. vel illud nouo iure additum eſt, quod hic corrigit: vel
fortè mandatum, vel ceſsio mihi in rem meam facta, morte
mea non perit, vt ibi: ſed perit morte mandantis, vt hic.
20 † Conſueuit quæri, vnde naſcuntur hæ vtiles actiones. Ego
dico ex veteri cauſa: vt puta, vendidiſti mihi actionem furti,
ego habeo vtilem actionem furti: ſed nũquid nata eſt ex con-
tractu? abſit: imò ex maleficio primo, & veteri, ſi propter cõ-
tractum datur: Et nunquid eſt hic alia ab illa, quæ tibi compe
tit? Reſpondeo non: imò eadem eſt in ſubſtantia: licet alte-
rius qualitatis, quia tibi directò, mihi vtiliter datur: nã & in-
corporalia qualitatem habere dico. Sicut etiam notari poteſt
in rubrica Inſti. de hære. & quali. differ. Quis autem debeat de
calumnia iurare in directa, vel vtili actione notauimus ſupra
21 de procur. † Illud ſciendum eſt etiam ex vltima voluntate
d [d] dari vtilem actionem: puta, ex legato nominis: vt j. de legat.
l. ex legato. Item ſi fideicommiſſaria hæreditate reſtituta per
S. C. Trebel. habet fideicommiſſarius vtiles actiones contra
debitores: & creditoribus tenetur vtilibus: vt ff. ad Treb. l. j. &
inſtit. de fideicommiſſ. hære. §. ſi verò totam.

ANNOTATIONES.

a Eſt autem obliga. Vide ad huius ti. materiam Bar. in l. j. in prin. ff. de pac. & in l. ſi non ſortem, in prin. ff. de condiction. inde. & in l. ſi aliq. nus. cod. tit. do. Alexand. & doc. in l. ſtipulatio iſta §. alter. ff. de verb. oblig.

b Vulgo. Vide do. Lancelotum qui ponit qualiter intelligatur hoc. & a-liter declarat quàm Azo. in l. nemo poteſt: in ij. col. in fi. ff. de leg. j.

c Innominato. Vide Bar. referentem iſta verba Azo. in l. j. in prin. infrà eo. tit. & Lud. Ro. in conſi. xxxvj. in fi.

d Ex vltima voluntate. Adde Bar. & doct. poſt no. gl. in l. ij. circa prin. C. commu. de leg. & doc. in l. plura. §. fi. C. ad Tre. Vbi multa ad materiam dicunt.

* Vtriuſque voluntas. Nullus poteſt ſe obligare, niſi animum ſe obligandi habeat. ff. de actio. & obligation. l. obligationum. & argumentum l. ſingularia. ff. ſi cert. petat. vnde per errorem facta, per errorem non tenet ff. ſi quis caut. l. ſed & ſi §. fi. & ff. de fideiuſ. l. ſi quis. Facta quoque per vim, vel metum non tenet. c. j. quod met. cauſ. Nudis tamen verbis obligamur xij. q. ſecunda can. quicunque. Quæ libet autem obligatio per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. c. primo de reg. iuris in antiq. Martinus.

* Actionibus. In omnibus corruptis exemplaribus perperam hactenus lectum fuit, de actionib. & obligationib. cùm obligatio præcedat actionem: nam & ex obligatione naſcitur actio. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurat. ergo obligatio mater, præcedere debet filiam actio-

P

nem. Sic & inſtitu. Iuſtiniani & Theophili obligationum tractatus
præcedunt titulum de actio. Sic itaque legas. de obligationibus & a-
ctionibus quod & Azo noſter liquidè oſtendit,promittens ſe primum
lecturam de obligationib.poſteà de actionib. P. prateius.

a Vt actiones [a] ab hæredibus, & contra hæredes incipiant. *Rubrica.*

1 *Legata ad contractus extendi.*
2 *Contractus & legata in quo paria.*
3 *Legati & ſtipulationis diſcrimen.*

QVANDO actiones ad hæredes, vel contra hæ-
redes tranſeant,plenè dicemus j. de hære. act. Sed
hic poonit de quadam regula quæ olim obtine-
1 bat in legatis: † & eorum exemplo extendeba-
tur ad ſtipulationes, & contractus quoſlibet. ſic enim dice-
batur,quòd poſt mortem hæredis, aut legatarij legatum re-
2 linqui non poſſet. Sic † & non poterat aliquis ſtipulari poſt
mortem ſuam ſibi dari; ſic non poterat quis promittere dare
poſt mortem ſuam. Vnde & tradebatur regula: vt ab hæredi-
bus,& contra hæredes actio non inciperet. Hodie autem regu-
la iſta emendata eſt per legem vt infra eodem,l.voic. & inſtit.
de leg.§. poſt mortem. & de inutil. ſtipul. §. poſt mortem. Et
caue tibi: quia aliter dicitur poſt mortem incipere actionem
3 in ſtipulatione, & aliter in legato. In ſtipulatione † enim di-
citur incipere: non quia nulla fuit obligatio, vel actio ante
mortem;ſed quia tunc incipit eſſe efficax: vbi verò legas mihi
poſt mortem meam:nunquam mihi debetur, ſed hæredi meo
tantum,quaſi ex ſua perſona:vt ff.de euictio.ſi per impruden-
tiam.§.non mirum.& l.qui à pupillo.

ANNOTATIO.

a Actiones. Et quia non ita dixit vt obligationes.vide Oldra.conſi.xxii.
vbi bene declarat.

Ne maritus pro vxore, vel vxor pro marito, vel mater pro filio conueniantur. *Rubrica.*

1 *Vxorem non conueniri pro marito.*
2 *Vxor quando teneatur pro marito.*
3 *Maritus quibus caſibus pro vxore conueniatur.*
4 *Obligari neminem ex contractu alterius.*

DICTVM eſt in ſuperiori titulo hæredem iure
ſucceſſionis conueniri. Sic putaret quis maritum
pro vxore, vel vxorem pro marito, vel matrem
pro filio, vel filium pro matre conueniri debere:
1 ſed † contrarium dicitur, vxor enim non conuenitur pro ma-
rito,etiamſi pro eo interceſſerit:niſi interceſſerit in rem ſuam.
2 vt j.eo.l.j & ff.ad Vellea.l.ij. §. vlti.& l.uj. † Speciale tamen
eſt in primipilaria ſarcina, quam ſubiuit maritus: vt ob eam
cauſam bona data in dotem viro à muliere, quaſi tacitè obli-
gata petantur à fiſco ſi vir & eius nominatores non ſint ſol-
3 uendo:vt j.quibus cauſis pign.tac.contra. l. ſatir. † Item ma-
ritus pro vxore non conuenitur:niſi ſolitis modis ſi pro ea fi-
deiuſſerit, vel ei ſucceſſerit. hoc tamen fallit in caſu: vt cùm
maritus pro conſulatus cauſa proficiſcitur in prouinciam
cum vxore:nam ſi quid ibi deliquerit vxor, à viro ratio & vin
dicta exigitur:vt ff.de offi.pro conſ.l.obſeruare. §. proficiſci.
4 † Itē mater pro filio, vel è conuerſo,non conuenitur: vnde
& traditur regula certiſſima, ex alterius contractu neminem
obligari:vt j.eod.l.pen.nec eſt oppoſito de hærede:quia eadem
perſona eſt cum defuncto : vt in auth. de iureiuran. à morien.
Item regula tradita eſt ſecundum ius ciuile. Iure enim præto-
rio conuenior ex contractu inſtitoris,& magiſtri nauis, & ſer
ui,& filij,& procuratoris: vt dicemus j. de peculio. & de in-
ſtitoria.

Ne filius pro patre, vel pater pro filio emancipato, vel libertus pro patrono, vel ſeruus pro domino conueniantur. *Rubrica.*

1 *Filius quibus caſibus pro patre conueniatur.*
2 *Patrem pro filio emancipato non conueniri.*
3 *Exigens vi alium pro alio qua pœna puniatur.*

DVBITABATVR ratione filiationis,vel pa-
ternitatis, vel libertinitatis, vel ſeruitutis aliquē
1 conueniri debere, dicitur tamen in hoc contra-
a rium. † Filius [a] ergo pro patre ſuo non conue-
b nietur:niſi ſolitis modis, [b] id eſt, niſi pro eo interceſſerit, vel
ei ſucceſſerit,ſiue ſit filius emancipatus, ſiue in poteſtate con-
ſtitutus:vt j.eod.l.nec contra. & ff.de mino. l.iij.§. ſed verum.
§.Nec eo mouemur.Excipitur in caſu, ſcilicet propter primi-
pilariam cauſam. nam ibi etiam ſi liberi non extiterint hære-
des,conueniuntur ex perſona patris:vt infrà de primipil.l. vl.
2 † Item pater pro emancipato filio, vel libertus pro patrono,
vel ſeruus pro domino,non conuenitur:niſi ſolitis (vt dictum
3 eſt) modis: vt infrà eodem. l. vlti. Si quis † autem aliquem ex
prædictis, vel ſi omnino extraneum aliquis pro alio vi exe-
gerit,vel etiam rem aliquam vt in pignus habiturus acceperit,
hoc eſt,quod dicit lex, ſecundum formam pignorationis exe-
gerit, idipſum, quicquid ſit, in quadruplum vim paſſo reſti-
tuat, necnon actione, qua talia præſumit, cadat: vt in auth.
vt non fiant pignor. coll. v. circa. princip. Si verò filius ſit
in poteſtate, conuenitur pater ex eius perſona: vt plenè dice-
mus infrà,quod cum eo,qui in aliena poteſtate eſt.

ANNOTATIONES.

a Filius. Vide Albe.de Roſ.hic & Bald.& alios.
b Solitis modis. Limita iſtam concluſionem vt per Bart.in l. prima C.
de liber.alen.doct.in l.ſi quis à liberis.§.parens.ff de libe.agno.ad ma-
teriam autem huius tit.vide dom.Bartho.Soci. in l.cùm filius.nume.
6.ſi cert. petat. chat. viii.& in regula xxv.chart.v.& in regula clxv.
chart.vigeſimaprima.vbi quamplures notabiles limitationes colligit.

An ſeruus ex ſuo facto conueniatur poſt manumiſſionem. *Rubrica*

1 *Seruus contrahens,liber factus non tenetur ſallit.2*
2 *Libertates quando euaneſcant,competantve.*
4 *Actionis quando recepta conuerſio.*
5 *Seruo delinquente an non teneatur dominus.*

DICTVM eſt ſuprà alium pro alio cōueniri non
poſſe: & ideo quæritur, an ſeruus quondam, fa-
ctus liber,conueniatur ex eo,quod geſſit in ſerui-
tute,alius enim videtur homo:vt ff. de ſolut. l.qui
res.§.aream. Circa quod ita diſtinguitur: quia aut contraxit,
aut quaſi cōtraxit in ſeruitute:aut deliquit,vel quaſi deliquit.
1 Si † contraxit, non tenetur factus liber: niſi promiſerit pecu-
niam pro libertate ſibi danda.vt j eod. l. promiſiſſe. non ita ſi
promiſerat operas ſe daturum poſt libertatem: vt ff. de liber.
cauſa. l. vlti. & de oper. lib. l. vt iuris. Vbi verò non promiſit
pecuniam pro libertate domino,ſed pro pecunia dedit domi-
no expromiſſorem, ea conditione vt poſt libertatem transfe-
2 ratur in eum obligatio, & † manumiſſus non patitur in ſe
trāſferri obligationem, datur expromiſſori actio de dolo con
tra manumiſſum: aut ſi expromiſſor non ſit ſoluendo, dabi-
tur domino actio de dolo in manumiſſum: vt ff. de dolo.l.&
eleganter. §. ſeruus. Item & directo in teſtamento manumiſ-
ſus (qui & dicitur orcinus libertus) tenetur creditoribus, qui
contraxerunt cum eo in ſeruitute,ſi peculium eſt ei legatum à
domino: non ita in eo, qui manumiſſus eſt ex cauſa fideicom-
miſſi in teſtamento:vt j.eod. l.ij.& ff.de dote præleg.l.ij.§.per
contrarium. Si autem ex quaſi contractu ſeruus conuenia-
tur poſt manumiſſionem, ſimiliter dicam eum non teneri: ſi
admi

adminiſtratio non fuerit connexa, ſed ſeparata: vt de nego. geſt. l. ſi cognati. niſi in caſu, ſcilicet eum libertates directæ, vel fideicommiſſariæ relictæ ſunt in teſtamento, & inſtituto hæredi ſit à legitimo controuerſia, qua dicatur teſtamentum non tenere, tunc enim differuntur libertates directæ, & fidei-
3 commiſſariæ vſque ad annum. † Et ſi quidem intra annum pronuntietur pro teſtamẽto, competunt libertates directæ & fideicommiſſariæ dantur. Si vero pronuntietur contra teſtamentum, euaneſcunt libertates & directę, & fideicommiſſariæ omnes. Si autem intra annum à morte teſtatoris defuncti numerandum non ſit pronuntiatum, competunt libertates directæ, & fideicommiſſariæ eripiuntur, ſi non teſtamentum falſum approbetur: manumiſſi autem ſi quidem fuerint actores, vel alias ratiocinũt ſuppoſiti, neceſſe habent res hæreditarias, & rationes reddere: vt ĩ. de hæred. pet. l. vlti. Si verò connexa ſit adminiſtratio, agitur pro eo, quod eſt in ſeruitute geſtum, non vt præſtetur, ſed vt ſeparetur: vt ff. de nego. geſt. l. eum, qui. Item & ſi factus liber perſeueret in eodem actu, & non ſoluit, quod debuit in ſeruitute, eùm ſoluere poſsit:
4 conuenitur. † actio. nego. geſt. nec tamen tenetur, quia culpam adhibuit in ſeruitute: ſed quia culpam adhibet in libertate: quia factus liber ex peculio quondam, vel ex rebus aliunde quæſitis à ſe poteſt exigere naturale debitum contractum in ſeruitute: alioquin ſi à ſe exigere non poſſet, nihil imputaretur ei. ſic & in geſtore qui domino tenetur temporali actione quæ expirat tempore geſtionis. nam & ibi naturale debitum geſtor à ſe tenetur exigere: vt ff. negot. geſt. l. atqui natura. primo reſponſo. & §. j. Vbi verò ſeruus deli-
5 quit † vel quaſi deliquit, ſiquidem in dominum ſuum, nulla naſcitur inde actio: ſed dominus eum caſtigare, & verberare poteſt. Si verò deliquerit in alium, dominus tenetur noxali. & illa ſit directa poſt manumiſsionem ſerui: vt infra eodem l. licet. & l. vltim. & vt plenè diximus ſuprà de noxa.

Quando fiſcus, vel priuatus debitoris ſui debitores exigere poteſt. *Rubrica.*

1 *Fiſcus quando poſsit conuenire debitorem ſui debitoris.*
2 *Debitorem ſui debitoris quo caſu poſsit priuatus aliquis conuenire.*

DICTVM eſt ſuprà regulariter ex alterius contractu, alium non conueniendum, nunc autem ponit quaſdam exceptiones in fiſco, & in pri-
1 uato. † Fiſcus autem ratione ſpeciali conuenit
a debitorem ſui debitoris[a] ſi debitor principalis non ſit ſoluendo, vel ex ratione fiſci nomina facta liquido probentur, vel ex contractu fiſcalis debitores conueniantur: & videtur quòd conueniantur debitores debitoris ante tempus ſolutionis. Sed fortè habebitur ratio interuſurij medij temporis: vt ff. de iure fiſc. l. iij. §. multa. & ĩ. de condi. ex lege. l. j. & j̃. de conuenien. fiſ. debi. l. j. & ff. ſol. mat. l. ſi conſtante. §. quo-
2 ties. † Item ratione communi, quæ & in ſingulis priuatis locum habet quæ eſt vt conuento meo principali debitore, & etiam condemnato, ſi nihil mobile, vel immobile ſit in bonis eius, quod ſine quæſtione capi poſsit, debitores eius poſſum exigere: vt j̃. eod. l. ij. & ff. de re iudi. l. à diuo Pio. §. ſed & illud debet dici. hoc tamen ita, ſi confiteantur ſe debere debitores ſui. Cæterum ſi negent, contra eſſe ſcriptum eſt: vt ff. de re iudi. l. à diuo Pio. §. ſic quoque. verſicul. ſed verum. nec diſtinguo vtrùm negetur per malitiam, an non: licet Placen. diſtinguat, tum quia nemo ſit: tum quia non eſſet differentia inter res corporales, & nomina. quod lex prædi. videtur velle apertè. Si quæras, quid ſi malitioſè negat? reſpondeo, dabitur curator bonis, qui actiones moueat, & exerceat: vt ff. de Carbo. edic. l. ſed & ſi is. §. ſi impubes.

ANNOTATIONES.

a Debitoris. Et an debitores fiſci ſummatim conueniantur, & quid in debitore debitoris, Vide tex. iunctis ibi not. per Bar. in l. ei, qui. C. de conuenien. fiſci debi. & vide Bald. in conſi. ac. lib. v. & not. hoc. quia ſæpe vidi in practica.
b Sui debitoris. Adde Bart. in l. j. C. de condi. ex le. Bald. in l. non priùs. C. hoc end. ti. do. Alex. in l. pecuniam. ff. ſi cert. docto. poſt Bart. in l. Paulo. §. ſi. de leg. iij. limita tamen illam quotidianam conclusionem vt per Bar. in l. ii, qui. C. de conue. fiſci debito. vbi multa expedientia ad materiam colliges.

De hæreditariis actionibus. *Rubrica.*

1 *Hæreditariæ actiones quæ dicantur.*
2 *Actiones transmiſsibiles quæ, & 3.*
4 *Actiones quæ confuſione extinguuntur non tranſire ad hæredes.*
5 *Debitore ſuccedente creditori, vel econtrario, tolli obligationes.*
6 *Creditore ſuccedente fideiuſſori cuiuſmodi obligatio extinguatur.*
7 *Obligatio an, & cuiuſmodi extinguatur, vbi extraneus aliquis ſuccedit reo, & fideiuſſori.*
8 *Hæreditariæ actiones contra quos dentur.*
9 *Hæres quatenus teneatur ex pollicitatione facta à defuncto reipub.*
10 *Hæreditaria actio quatenus competat.*
11 *Actiones reales quemodo inſtituantur contra hæredes.*

CIRCA actiones, de quibus ſupra dictũm eſt, nota ſub iſto titulo diuiſionem: quia actionum aliæ ſunt hæreditariæ, aliæ non. Sunt autem hæ-
1 reditariæ, † quæ tranſeant ad hæredes, & contra hæredes. Item quæ ab hæredibus incipiunt, vel contra hæredes: vt ff. de act. & obli. l. hæreditarium. Abuſiue tamen dicitur hæreditarius debitor, non qui debet hæredi, vel hæreditati, ſed ipſe hæres: qui ideo debet, quia eſt hæres: vt j̃ eo. l. ſub
2 prætextu. † Vt autem plenè ſciatur quæ tranſeant ad hæredes vel non, diſtingue, vtrum naſcatur actio ex maleficio vel quaſi an ex contractu vel quaſi. Si ex maleficio vel quaſi ſemper dabitur hæredibus: niſi ad ſolam vindictam ſit prodita: non quia ex matrimonio nobis aliquid abſit: nec datur contra te: quia aliquid ad te peruenit: vt in actione iniuriarum, & actione quæ contra libertum temere vocantem patronum in ius, datur: vt ff. de in ius voc. l. penu. & de col. bo. l. cum emancipati. §. emancipatus. & inſti. de perpe. & tempo. actio. §. ſed hæredibus. & idem in pupillaribus actionibus: vt ff. de his qui de ie vel effu. l. ſi verò plures. §. quæ autem de eo competit. Non autem ita ſeruatur in actione in factum de calumniatoribus: nam illa datur, aut quia mihi abeſt, aut quia ad te peruenit: vt no. ff. de calum. l. hæc actio. Dici tamen poteſt eſſe ſpeciale in illa actione in factum de calumniatoribus, ne detur hæredibus: cum hæredes eius, qui dedit pecuniam, habeant condictionem ob turpem cauſam: contra hæredes verò nullæ dantur, niſi in id quod ad eos peruenit. Sed excipitur actio vi bon. rapt. quæ nec in id, quod peruenit, datur. Datur tamen in locũ eius condictio furtiua: vt ff. vi bono. rap. l. ij. §. vlti. Idem fortè & in interdicto vnde vi, in cuius locũ datur actio in factum: vt ff. de vi & vi arma. l. j. §. vlti. Hoc ita, niſi lis ſit conteſt. tunc enim hæredibus, & contra hæredes dantur: vt inſtit. de perpe. & tempo. act. §. pœnales. niſi in caſu: vt ecce aliquis eſt ingenuus pronuntiatus: licet alicui ingenuitatis ſententiam retractare prætextu colluſionis, viuo tamen eo, qui ingenuus pronuntiatus eſt non etiam poſt mortem, in tantum, vt ſi incœpta fuerit quæſtio retractationis, morte eius extinguatur: vt ff. ne
3 de ſtatu. def. l. j. §. ſed interdum. Si † autem ſit actio ex contractu, vel quaſi, ſemper datur hæredibus: niſi in actione in factũ, quæ datur patrono contra libertum pro operis incertis: quæ ad extraneum hæredem non tranſit. etiam lit. conteſt. niſi res in condemnationem ſit deducta: vt ff. de operis liber. l. ſi operarum. Idem & in actione ex ſtipulatu pro dote filiæ, quam quis habet in poteſtate, nam ibi, etſi lite conteſtata decedat pater, non tamen eius hæredibus, ſed filiæ datur actio: vt. j̃. de rei vxo. act. §. videamus igitur. Sed & contra hæredes dantur ſemper iſtæ actiones etiam ex doli clauſula: vt ff. de actio. & obligatio. l. ex contractibus. & l. ex depoſiti. Sed excipitur, cùm teſtatoris dolus dedit cauſam contractui, & ad hæredem res tradita per dolum non peruenit: vt inſtit. de perpe. & tempo.

p ij

act. §.aliquando. Idemq; & in actione in factum, quæ datur
contra menſorem: vt ff. ſi menſor fal. mod. di. l. iij. §. penulti.
Idémque & in tributaria: vt ff. de tribu. l. illud. §. vlti. Idémq;
& in actione competenti ex ſtipulatione iudicio ſiſti pro eo,
quòd quis cóueniebatur iniuriarum: vt ff. ſi quis cau. l. ſi eum.
4 §. qui iniuriarum. † Porrò quædam actiones dicuntur non
tranſire ad hæredes: quia per confuſionem extinguuntur: vt
5 notatus, infrà de ſol. §. videamus. (Si † enim debitor principa-
lis creditori, vel è conuerſo ſuccedat, omnis omnino tollitur
obligatio: vt ff. ad legem Falci. l. j. §. ſi debitor. & ff. de fideiuſ.
l. ſi ſtichum. § à Titio. & l. ſi debitori. & de ſol. l. ſtichum. §. à
Titio. Si verò fideiuſſor fideiuſſ. ſuccedat nulla tollitur ob-
ligatio: vt ff. de fideiuſſor. l. hæres § non eſt. Si debitor fide-
iuſſori, vel è conuerſo ſuccedat, acceſſoria ſemper tollitur: &
non principalis: niſi principalis ſit tantum naturalis: tunc enim
durat vtraque: vt ff. de fideiuſſ. l. hæres. §. quòd ſi hic ſeruus. Si
6 verò † creditor fideiuſſori ſuccedat, extinguitur acceſſoria ob
ligatio tantum: vt ff. de fideiuſ. l. hæres: §. quòd ſi ſtipulator. &
7 l. Lucius. † Quid autem ſi extraneus ſuccedat reo, & fideiuſ-
ſori principalis tantum remanet: vt j. de fideiuſſ. l. fideiuſſo-
ris. & de ſolu. l. ij. Si extraneus ſuccedat reo, & actori, omnis
obligatio tollitur: ſic & quoniam ſuccedunt ſibi adinuicem ſi
ſunt duo rei debendi, vel credendi, & reus reo, & creditor cre-
ditori ſuccedat, vterque remanet: vt ff. de act. empt. l. non eſt
nouum. & ff. de duobus reis. l. ſi reus promittendi. & de fide-
iuſſo. l. ſi reus. & argum. de lega. j. l. ſi mihi. primo reſponſo.)
8 † Dantur autem hæreditariæ actiones in ſucceſſores vniuer-
ſales, non ſingulares: puta legatarios, vel emptores, vel conſi-
miles: vt j. eod. l. vltim. niſi rerum creditoribus obligatarum
pretia perceperint: vt j. de iure deliberan. l. vltim. §. ij. Item
inſtituuntur contra hæredes pro partibus hæreditariis: niſi
indiuiduum ſit in obligatione tunc enim quilibet tenetur in-
ſolidum: vt ff. de verborum obligatio. l. in executione. §. ij.
vel niſi res quæ debet reſtitui, ab vno poſsideatur inſolidum: vt
9 ff. commod. l. ſed mihi. §. hæres. & depoſiti. l. ſi duo. vel † niſi
in pollicitatione facta ob honoré apud rempublicam: tunc e-
nim pollicitator inſolidú tenetur. item hæres eius inſolidum
tenetur. Facta verò pollicitatione ſine cauſa ob id quod opus
promiſſum cœptum eſt, ſi bona non ſint ſoluendo, extraneus
hæres in quintam partem patrimonij defuncti, liberi verò in
decimam tenentur: vt ff. de pollic. l. j. §. ſi quis. & l. ex pollicita-
10 tione. vel † niſi in alimentis, quæ pro voluntate defuncti, vel
iudicis, vel ab vno inſolidum, vel à pluribus pro partibus
deſignatis petuntur: vt ff. de alimen. & ciba lega. l. iij. vel niſi
teſtator ab vno hæredum legauerit creditori hæreditario pro
eo, quod ſibi debetur compenſandi animo. Tunc enim hæres
ille vſque ad quantitatem legati onus æris alieni ſuſtinebit,
ſi creditor reſpuerit legatum, & petit debitum: vt ff. de legat.
ij. l. cum ab vno. vel niſi in funeraria quæ non tantum in hæ-
redes pro hæreditariis portionibus, ſed etiam in virum ad
quem aliquid peruenit nomine dotis inſtituitur pro rata por-
tione eius, quam lucratus eſt de dote: vt ecce, lucratus eſt vir
centum, in hęreditate ſunt ducenta, ipſe conuenietur pro ter-
tia, & hæredes pro duabus, vt ff. de reli. & ſum. fu. l. Delſus ſcri
bit, quoties. & l. veluti. Item hæc omnia in hæreditariis actio-
a nibus perſonalibus * intelligenda ſunt, reales † enim actiones
11 inſtituuntur contra hæredes, non tanquam contra hæredes,
ſed tanquam contra quoſlibet poſſeſſores: vt diximus ſ. de rei
vendi. & ſ. ad exhibendum. & de noxa.

ANNOTATIO

a Perſonalibus. Vide ad hoc Bart. in l. j. C. ſi cer. pet. & in l. cum ab vno. de leg. ij. & in l. j. C. de hære. act. Ludouic. Roma. in l. poſt dotem. ff. ſolu. matrimo. do. Alex. de Imo. in conſi. xciij. in iij. volu. qui late examinat totam materiam.

Ex delictis defunctorum & inquantum hæredes conueniantur. *Rubrica.*

1 *Actionem à Prætore non pollicitam dari.*

SVPRA de delictis, & contractibus, & quaſi de
lictis, & quaſi contractibus plenè comprehenſum
eſt, ideo accedamus ad literam. Sed illud non præ
1 termitto, quod † P. ait, vt ſit intelligendum quod
ait prætor, ſe non polliceri daturum actionem vbi bonn. rap.
in hæredem: vt licet non polliceatur prætor, nihilominus de-
tur: vel non datur, ſi per condictionem exigatur: vel dic eſſe in
ea ſpeciale, vt ſuprà dixi.

De conſtituta pecunia. *Rubrica.*

1 *Conſtituere quis dicatur.*
2 *Conſtitui cuiuſmodi debitum poſſit.*
3 *Conſtituens ſe daturum certam perſonam pro ſe fideiuſſuram, quatenus teneatur.*
4 *Conſtituens ſe plus debito ſoluturum in quantum teneatur.*
5 *Conſtituens id debitum, cuius actionis dies exierat, an teneatur.*
6 *Conſtitutum quomodo fiat. & nu. 8.*
7 *Teſtamentum imperfectum non valere.*
9 *Conſtitutum, quo quis conſtituit ſe ſoluturum alij, an teneat, vt ille alius poſſit agere.*
10 *Conſtituens cui debeat.*
11 *Conſtitutum qui fiat.*
12 *Conſtitui inter quos poſſit.*
13 *Conſtituere quæ perſonæ poſſint.*
14 *Conſtituti effectus quis ſit, ſeu qualis actio ex eo competat.*
15 *Conſtituto à pluribus facto, an ſinguli inſolidum teneantur.*
16 *Conſtitutor intra quantum tempus poſſit exigi.*
17 *Conſtitutori quando ſubueniendum.*
18 *Actio de conſtituta pecunia qualis ſit.*

NON ſolùm hæreditario nomine, ſed etiam actio-
ne de conſtituta pecunia quis alterius nomine con
uenitur: & ideo ponit de conſtituta pecunia. Vi-
dendum ergo, quid ſit conſtituere, quid conſtitua
tur, qualiter conſtitutum fiat, quis conſtituat, & cui, & quis
1 ſit effectus conſtituti, & qualis ſit actio iſta. † Et quidem lar-
a gè dici poſſet conſtituere * quilibet, qui pro alio ſe obligat.
2 Sed hic ponitur pro eo tantùm, qui † quod alius debet, ſe ſo-
luturum cóſtituit. Nec diſtinguitur ex qua cauſa quis debeat
certa, vel incerta, ciuili, vel honoraria. dum tamen debitum
efficaciter potuerit peti, & exigi: vel ſaltem ſolutum retinerí:
vt quia tantum naturale erat debitum. Nam quod debet ſer-
uus meus, vel filius, ego nomine eius conſtituere poſſum me
ſoluturum: & vltra vires peculij ſi conſtituam, non teneor: vt
ff. eod. l. j. §. vlt. & l. ij. Ciuile autem debitum, quod per vires
exceptionis vtiliter exigi non poteſt, non conſtituetur: vnde &
dicitur, non videtur iuribus debita pecunia, quæ conſtituta
eſt: vt ff. eo. l. iij. §. j. Perſonalis tamé exceptio, vel priuilegium,
quod habet vir vt damnetur in quantum facere poteſt, non
facit ne teneat conſtitutum, ſi maritus conſtituat in ſolidum ſe
ſoluturum: vt ff. eod. l. iij. Item debitum accipio, ſiue debitum
erat à cóſtituente, ſiue à quocunque hominè alio, vel etiam ab
hæreditate iacente: vt ff. eod. l. eum, qui. §. quod exigimus. & l.
hactenus. Item quod dixi in debito, producitur etiam ad pi-
gnoris obligationem pro debito faciendam. Si ergo pignus
me daturum conſtituerim, tenet conſtitutum, cùm vtilitas pi-
gnorum irrepſerit: expedit enim potius pignori incumbere,
quàm in perſonam agere: vt inſtit. de obliga. quæ ex delic. na-
ſcunt. § furti. Item & ſi cóſtituo me ſatisfacturum pro debito
à me, vel ab alio, tenet conſtitutum, & liberor dando pignora,
3 vel fideiuſſorem: vt ff. eod. l. promiſſor. §. vlti. Si † autem cer-
tam perſonam cóſtituerim me daturum, fideiubere teneor, etſi
is me fideiubere nolit. Si autem deceſſerit antequam ſim in
mora, non teneor: ſed poſtea teneor, vel ad intereſſe, vel vt a-
liam perſonam non minus idoneam præſtem: vt ff. eod. l. qui
4 autem. § j. & l. promiſſor. §. vlt. vbi † autem vltra verum debi-
tum conſtituo, non tenet cóſtitutum in eo, quod eſt vltra: te-
net tamen ſi fieret in minorem ſummam: vt ecce, debentur vi-
ginti mihi, & conſtituo me ſoluturum quadraginta, non te-
neor

neor vltra.xx. Si autem constituo me soluturum decem, in his tantum teneor: vt ff. eod. l. hactenus. §. vlti. Item & ſi pro vero debito aliud constituto me soluturum, tenet. Idemq; & ſi rei debitæ constituo pretium me soluturum: vt ff. eod. l. j. §. ante-
5 penulti. & l. promiſſor. primo reſponſo. † Item ſit aliquid debitum, vel non debitum, conſidera tempora constituti. Quid enim ſi temporali actione obligatus constituerit ſe ſoluturũ? tenetur quidem t licet poſt conſtitutum exierit dies temporalis actionis: vt ff. eod. l. item. §. j. Non ergo, qui liberatur tempore, ſimilis eſt ſoluendo, licet ita ſit, alias: vt ff. de admi. tut. l. ſi pupillus. Item nec hoc videtur falſum, quod veritatis primordio iuuatur: vt ff. de lega. ij. l. cùm filius. §. hæres. Sic ergo pater, vel dominus ſi quid fuit in peculio conſtituit ſe ſoluturum: nihilominus tenebitur etiam mlouto peculio: vt ff. eo. l. id
6 quod. §. j. † Fit autem coostitutum nudo pacto. nam interueniente ſtipulatione non agitur de iure prætorio: imò de iure ciuili actione ex ſtipulatu, vel condictione certi: vt inſtitu. de actio. §. de conſtituta pecunia. nec prodeſt inutiliter ſtipulanti dicere, inutilem ſtipulationem nudi pacti habere vires: cùm ſtipulandi, nõ paſciſcẽdi animum babuit: vt ff. eo. l. j. §. cum, qui.
7 Sic & † in eo. qui voluit teſtari, & fecit imperfectum teſtamentum: nec enim trahitur ad codicillos, niſi aliter ſit dictum vt ff. de iure codic. l. j. & j̃. de codicil. l. vlti. & ff. de teſt. l. ex ea.
8 † Item fit conſtitutum verbis conceptis in perſona conſtituentis, & eius cui conſtituitur: vt ſi dixero, conſtituo me ſoluturum tibi. Si autem dico, conſtituo me, & Titium, & Mæuium ſoluturum tibi, illis quidem non conſentientibus non præiudico: ſed ego ſolus pro tata tantum portione perſoluam. SI autem dixero ſatisfiet tibi à me, aut à Titio, aut à Mæuio, illis non conſentientibus, ego ſolus inſolidum teneor: vt in au-
8 thent. vt eum de appel. cog. †. vlti. † Si autem cõſtituo tibi me ſoluturum alij, non poteſt ille alius agere contra me: niſi ſit pupillus, vel adultus, vel ciuitas, cuius adminiſtrator es, vel collegium, cuius prælatus es: tu autem agere potes, quanti tua intereſt illi ſolui, ſicut in ſtipulatione: vt ff. eod. l. eum. §. item ſi mihi. & §. Iulianus. & §. item tutori. & §. ſi actori. & de verb.
10 oblig. l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. & l. decem. §. vlt. † Item faciendum eſt conſtitutum creditori, vel eius filio, vel ſeruo, vel alij voluntate ſua, alioquin non præiudicabitur ei. Si tamen ſint duo rei credendi: poteſt debitor vni eorum conſtituere: & abinde non licet ei alteri ſoluere: nam & vno litem conteſtante, poſteà non ſoluitur alteri. Item & ſi mihi, vel Titio ſtipulor à te, & poſteaquàm mihi te ſolututum cõſtituiſti, ſolueris Titio: mibi teneberis. & Titius tibi tenebitur cõdictione indebiti. Si verò poſteaqoàm mihi conſtituiſti ſimpliciter te ſoluturum, non adiecto illo nomine ſoli, ſi ſolueris Titio liberaris. Item abſecto in ſtipulatione conſtitui poteſt nomine ſtipulantis, non nomine ſuo: & probantur hæc. ff. eo. l. eum. §. vlti. & l. idem. & l. ſed ſi filio. & l. ſi verò. & l. Titius. & l. idem eſt ſi ex
11 duobus. & ff. de ſol. ſi ita ſtipulatus. † Item fit conſtitutum purè, & in diem, & ſub conditione, ſi debitum ſit purum. Idéq; & ſi ſit in diem: nam & ibi, & vlteriore die, & citeriore quis conſtituere poteſt ſe ſoluturum: vt ff. eod. l. quòd ſi maritus. §. vlt. & l. ſed & ſi. Et in hoc differt à fideiuſſore: quia fideiuſſor citeriore die ſe ſoluturum promittere oon poteſt: vt Inſtit. de fideiuſ. §. item ſi ille. Conditionale autem debitum ſiue purè, ſiue certo die conſtituatur, eadem conditione ſuſpenditur: vt, exiſtente conditione, teneat: deficiente vtraq; actio pereat: vt
12 ff. eo. l. id quod. † Item fit conſtitutum inter præſentes & ab-
b ſentes, ſcilicet epiſtola,[b] vel nuntio miſſo. Et licet libera perſona ſit, per quam conſtitiitor tibi, non erit impedimentum conſtituto quòd per liberam perſonam acquirimus. magis enim quæritur mihi actio per me, id eſt, ex meo contractu. & libera perſona, miniſterium tantummodo boc caſu præſtare videtur. Item fit conſtitutum quibuſcunq; verbis: idoneis tamen, & aptis ad exprimendum hunc ſenſum, quòd debitum paciſcatur quis ſe ſoluturum: vt ff. eodem. l. qui autem. §. vlti.
13 † Fit autem conſtitutum à maſculo, & fœmina niſi pro alio intercedat, à patrefamil. & filiofami maiore. Item à minore cum tutoris, vel curatoris authoritate: vt ff. eo. l. j. §. j. & ij. De
14 quibus perſonis plenius dixi ſuprà de pact. † Eſt autem effectus conſtituti, eo qoia ex eo naſcitur actio de conſtituta pecunia, ſiue aliquid inpondere, vel numero, vel menſura, ſiue in ſpecie, vel in facto conſtituatur. Nomen pecuniæ generale eſt. Item & poſsibile eſt omnes res in pecuniam conuerti. Item & Imperator vult omnia prędicta nomine pecuniæ ſignificari, ac ſi eſſent pecuniæ. Cùm ergo res intelligitur, vt dicit Marcus Tollius, minus eſt de nomine laborandum: vt j̃ eod. l. pe. Sublata ergo actione receptitia ſufficiat hæc actio in omni-
15 bus. † Si autem plures ſunt conſtitutores, tenetur quilibet inſolidum, ſed habet beneficium epiſtolæ, vt diuidatur actio inter omnes qui tempore litis conteſta. ſoluendo ſunt: vt infrà
16 eod. l. vlti. Item † notabile eſt in hac actione. quòd conſtitutor habeat ſpatium decem dierum, ne intra eos exigatur: fortaſſe vt ſicut in eo grauatur, ꝙ nudo pacto exigitur ita in hac expectatione, vel exceptiõe modicũ releuetur: vt ff. eo. l. promiſſor. §. j. alias enim promiſſor ſtatim poteſt conueniri, aliquo minimo ſpatio interiecto, quod magis intellectu percipitur, quàm elocutione exprimitur: nec enim debitor debet venire cum ſacco paratus: vt ff. de ſolu. l. quod dicimus. & l. ratum. Item
17 & ſobuenitur conſtitutori, ſi res conſtituta caſu perierit antequàm ipſe ſit in mora, vel poſteaquàm ipſe purgauerit mo-
18 ram: vt ff. eo. ſi duo. §. vlti. & l. ſed ſi alia. Eſt † autem hæc actio prætoria: vt inſtit. de act. §. in perſonam. Item perſonalis, & perpetua: vt j̃. eo. l. ij. Hæredibus, & in hæredes datur: qoia eſt rei perſecutoria: vnde & ex ea facta exactione, non ita dico in
c lit. conteſt. extinguitur[c] actio prima: vt ff. eodem. l. item. §. penulti. & l. vlti. Olim verò quandoq; erat pænalis & ideo erat annalis: vt infrà eodem. l. ſecunda. fortè in eo caſu, cum pro debito conditionali purè fiebat conſtitutum.

ANNOTATIONES.

a Coostituere. Vide Ioan. Fab. & alios in §. de coostituta. inſtit. de act. vide Ia. in repet. rubric. ff. de verborum obliga. & ibi plenè de iſta materia.

b Epiſtola. Adde Bar. & doc. in l. qui autem. §. conſtituere. ff. de conſti. pecu. Bald. in rubric. C. hoc io. tisu. do. Alex. de Imo. & doc. in l. j. §. ſi. ff. de conſtito. pec. & ioco oſi. xcij. in j. volu. vbi totam materiam cõgerit.

c Extinguitur. Adde Barto. & doct. in l. item illa. §. ſi. ff. de cooſtit. pecu. vbi eſt fons huius materiæ.

De probationibus. *Rubrica.*

1 *Probatio quid, & vnde dicta,*
2 *Probare quis debeat.*
3 *Intellectus ad l. actor. C. de proba.*
4 *Reum in exceptione actoru partes ſuſtinere.*
5 *Negantem non debere probare, quomodo intelligendum.*
6 *Negantis factum quibus caſibus incumbat onus probandi,*
7 *Probatio an admittatur aduerſus præſumptionem. 9.*
8 *Probatio non interpoſita ſtipulationis an admittatur aduerſus inſtrumentum.*
10 *Præſumptio legis qui elidatur,*
11 *Accuſatorem comprehendi appellatione actoris.*
12 *Iuſiurandum an, & quando deferri poſsit actori ſemiplenè probanti.*
13 *Accuſato quibus caſibus incumbat onus probationis,*
14 *Probatio quibus in cauſis ſi incumbat vtrique parti.*
15 *Accuſatus quibus caſibus conuincatur.*
16 *Probatio an ſoli iudici fieri debeat.*
17 *Probatio ſuper quibus interuenire debeat.*
18 *Exceptiones quando proponi & probari debeant.*
19 *Probatio an, & quando poſsit fieri ante litis conteſtationem.*
20 *Probatio quibus medijs procedere poſsit, & nu. 23.*
21 *Confeſsio facta parte abſente an, & quando præiudicet.*
22 *Teſtator dicens ſibi deberi tantum decem ab eo, qui centum debebat, an præiudicet hæredi.*

QVIA in cauſis, quæ inſtituuntur per actiones, de quibus dictum eſt, & per actiones de quibus eſt dicendum, opus eſt probationibus: audiamus de probationibus. Videndum ergo quid ſit pro-

batio, quis debeat probare, & cui, & quid debeat probari, &
1 quando, & qualiter. Et † quidem probatio eſt rei dubiæ per
a argumenta oſtenſio. * Et fortè vt ait P. dicitur à probè aduer
2 bio. probè enim agit qui probat. † Probare autem debet
a actor *, qui aliquid aſſeuerat: vt ff. eo. l. ij. & l. eum, qui. ſic enim
per rerum naturam inductum eſt, vt affirmantis, non autem
3 negãtis aliqua ſit probatio: vt j eo. l. actor. † Rerum naturam
ita intelligunt quidam, vt affirmatum: quia eſt, vel fuit. & in
eo natura ſua iam exercuit vim, vt poſſit probari per genera,
vel ſpecies, vel affinia, vel ſimilia. Quod autem non eſt, neque
genus, neque ſpeciem dicitur habere ſub ſe, vel fortè dicitur
natura rerum conſuetudo cauſarum, vt res ponatur pro cau-
ſa, & natura pro conſuetudine. Eſt enim conſuetudo altera,
vel ſecunda natura. quaſi dicat, per ſolitum curſum cauſarum.
nam iudices in cauſis onus probandi conſueuerunt imponere
actori aſſerenti, non reo neganti & ita eſt intelligendum, fa-
ctum negantis nulla eſt probatio ex neceſſitate, vel non eſt
probatio directè, vel immediate: eſt tamen per medium termi-
num: nam ſi in inſtrumento contineatur me promiſiſſe die ta-
li, & ego me die illo probo fuiſſe abſentem: probatur negatio
mea: vt infra de contrahen. ſtipul. l. optimam. Actoris autem
4 appellatio hic largè ponitur, vt contineat accuſatorem. † Item
reum in exceptione: tunc enim actoris locum quantum ad o-
nus probationis dicitur obtinere: vt dicitur ff. eodem. l. in ex-
ceptionibus. hoc ita tamen procedit, ſi reus in exceptione ali-
quid aſſerat; cæterum, ſi neget, ſecus eſt: vt patet in exceptio-
ne non numeratæ pecuniæ. nam eam creditor probat non cõ-
petere debitori, probando ſe pecuniam numeraſſe: non autem
incumbit debitori probare ſibi non eſſe numeratam: vt infrà
5 de non numerata pecunia. l. ſi ex cautione. † Hinc ergo tra-
ditur regula, negantem non debere probare: Diſtinguũt ta-
men quidam, an negetur ius, an factum, vt is qui negat ius te-
neatur probare: ſecus in eo, qui negat factum: vt ff. eodem. l. ab
ea parte. Sed certè ſubtiliter intuenti idem videtur in vtroque.
Siquidem ille qui negat ius, neceſſe habet probare contra-
rium: quia præſumitur pro eo, qui dicit ſibi aliquid licere de
iure: ſi quidem omnia videntur eſſe conceſſa: niſi probentur
prohibita: vt ff. ex quibus cauſis maio. l. necnon. §. quod eis. &
de procurato. l. mutus. §. cum quæritur. & de teſtibus. l. j. §. vl-
timo. Vnde & dicit generale, licet per leges fieri, quod per le-
ges prohibitum non eſt. & in idem recidit lex prædicta, eum
qui negat emancipationem rite factam probare debere. Nam
a negando videtur aliquid affirmare, * ſcilicet ſic quòd ius ſic
6 fieri emancipationem prohibeat. Quod † autem dictum eſt
in negante ius, conſidera & in negante factum: nam licet acto-
ri aſſerenti incombat probatio (vt dictum eſt) ſi tamen lex
præſumat eſſe factum quod ipſe aſſerit, incumbit reo neganti
onus probandi contrarium; vt ecce, tu dicis hominem ſanæ
mentis, & ego nego, præſumitur ſecundum naturam quòd
ſit ſanæ mentis: niſi probetur contrarium: vt j. de codicil. l. nec
codicillos. Vel dicit maritus vxorem quæſiuiſſe de bonis ſuis,
& illa negat: præſumitur pro marito, niſi vxor probet con-
trarium: vt infra de donat. inter virum & vxorem. l. etiam.
Præſumptio enim transfert onus probationis ab actore in
reum; vt in prædictis caſibus & alibi vt infra eodem l. ſiue
poſſidetis & ff. eodem. l. cum de indebito. Item à reo in acto-
rem: quia licet reus exceptionem teneatur probare, ſi tamen
pactum factum ſit ei de non petendo, vel chirographum obli-
gationis ſit cancellatum, præſumitur hæredi debitoris & ipſi
debitori debitum eſſe remiſſum: vt ff. eodem. l. ſi pactum. & l.
7 ſi chirographum. † Ex his patet, quòd licet à lege aliquid
præſumatur, tamen contrarium probatur: niſi lex ipſa præ-
ſumat: & ratione præſumptionis generale faciat ſtatutum,
hoc eſt (vt dicunt & benè) quòd eſt præſumptio iuris & de
iure: tunc enim non probatur contrarium: vt ecce, ſi tutor
in inuentario confiteatur de ſubſtantia pupulli: vt infrà ar-
bitr. tutelæ. l. vlti. non licet ei poſteà probare contrarium.
Vel ſi miles filiusfamil. accipiat mutuam pecuniam, præſumi-
tur quòd accipiat in caſtrenſes cauſas: & ideo ceſſat Mace-
donianum: vt infrà ad Macedon. l. vlti. Et ſi mulier in in-
ſtrumento publicè confecto & tribus teſtibus ſubſignato
confeſſa ſit ob pecuniam ſe interceſſiſſe, præſumitur quòd
acceperit pecuniam, & denegatur ei Velleianum: vt infrà ad
Vellea. l. antiquæ. Idemque & in vltima voluntate ſi mulier
in puerperio decedit, quæ inſtituerat iam filios natos hære-
des, præſumitur inſtituiſſe eum in cuius partu decedit, & ideo
non infringitur eius teſtamentum per querelam: vt ſupra de
inofficio. teſta. l. ſi mater. Idem not. & vbi mulier pro te in-
tercedit, & iterum exponit cautionem poſt biennium: vide-
tur enim pro ſuo debito hoc facere: vt infra ad ſenatuſcon-
ſult. velleian. l. ſi mulier. Idémque ſi teſtator filio ſuo ſubſti-
tuit per fideicommiſſum: præſumitur enim non voluiſſe fi-
deicommiſſum valere: niſi ipſe decedat ſine liberis: vt infrà
de inſtitu. & ſubſtit. ſub condit. factis. l. generaliter. §. vlti-
mo. In hoc tamen vltimo exemplo ſi conſtaret de contraria
8 voluntate defuncti, poſſet dici contrarium. † Item dixerunt
b quidam ſi in inſtrumento inueniatur aliquis promiſiſſe [b], vel
fideiuſſiſſe: adeò præſumitur ſolennem ſtipulationem interue-
niſſe, vt non poſſit probari contrarium: vt infrà de contra-
henda & committend. ſtipulatio. l. j. & Inſtitut. de fideiuſſo.
§. vltimo. & de inutil. ſtipulatio. §. ſi ſcriptum. & ff. de verbo-
rum obligation. l. ſciendum. Sed id non puto verum: vt ff.
9 de pact. l. iuriſgentium. §. quòd ferè. Et ſunt hæc vera, cùm
lex præſumit ſuper facto quod eſt ei incertum: & quia eſt ei
incertum. Si verò legi factum ſit certum, ſed ipſa aliud fuiſſe
c fingat: non poteſt ei probari cõtrarium [c]: vt ecce, reuerſus ab
hoſtibus fingitur non fuiſſe captus. Item mulier fingitur ſti-
pulata de dote ſibi reſtituẽda, non liceret in talibus alicui pro
bare contrarium, vt j. de rei vxo. act. l. vnic. j. reſponſo. & § ac-
cedit. & inſtit. quibus mo. ius pat. poteſta. ſol. §. ſi ab hoſtibus.
10 † Porrò præſumptio legis per aliã præſumptionem legis eli-
ditur: vt ecce, qui dicit ſe ſoluiſſe indebitũ, debet probare: quia
præſumitur pro eo qui accepit debitum, eo quòd ſoluens non
facilè pecuniam ſuam iactaret, & indebitũ effunderet: niſi ſol-
uens erat pupillus, vel miles, vel agricultor, vel forenſiũ rerũ
expers: tunc enim præſumitur pro eo indebitũ ſoluiſſe: vt ff.
11 eodem. l. cum de indebito. † Item actoris appellatione con-
tinetur & reus: qui licet non opponat exceptionem, tamen
ipſo iure dicit deficere intentionem actoris, eo quòd inten-
dat ſe ſoluiſſe: vt infrà eodem. l. prima. Item & appellatione
actoris comprehendo & accuſatorem, qui lucidius in cauſa
criminali, quàm ciuili neceſſe habet probare intẽtionem ſuam
inducendo teſtes idoneos, vel apertiſſima documenta, vel
indicia ad probationem indubitata, & luce clariora: vt infrà
12 eodem. l. vltima. & ff. de pe. l. abſentem. † In cauſa autem
pecuniaria actore ſemiplenè probante deferri poſſet ſacra-
d mentum [d]: vt notauimus ſupra de iureiurand. niſi ex quali-
tate perſonarum præſumeretur contrà: vt ff. quod met. cau-
ſa. l. non eſt. Sic & ratione perſonarum præſumitur repetitum
tacitè fideicommiſſum: vt ff. eodem. l. cum tacitum. quod non
fieret, ſi perſona eſſet capax: vt ff. de adimendis legatis. ſi ubi.
Item & ſi legaui ei, qui vſque ad certum modum poterat ca-
pere, deinde ſcribo me ei aliqua debere, qui mihi pertulit, vel
quæ percepi de bonis eius, præſumitur me in fraudem legis
13 feciſſe, vel tacere: vt ff. eodem. l. antepenultima. In † caſibus
tamen nedum accuſatori, ſed accuſato incumbit onus pro-
bationis: vt in violata maieſtate, & patria oppugnata, vel pro-
dita, & peculatu admiſſo, & ſacramentis deſertis, & crimine
falſi: vt infrà de abolit. l. fallaciter. & ad legem Corneliam. de
falſis. l. vbi in omnibus caſibus tamen dico quòd accuſatore
non probante (ſicut in ciuili cauſa, ita & in criminali) reus
debet obtinere: vt ſuprà, de edendo. qui accuſare. & ſuprà de
rei vendi. l. res alienas. licet enim in his criminalibus vtrique
parti probatio incumbat: principalius tamen actori in cauſa
14 ciuili, etiam † incumbit aliquando probatio vtrique parti:
vt in duplicibus iudiciis, in quibus quid iuris ſit, dicitur ex-
15 tra eod. titul. cap. ex literis. §. vlti. ſed † & in criminali cauſa
per præſumptionem legis quandoque conuincitur accuſatus:
vt ecce, adulterij accuſatus obtento proximitatis accuſatio-
nem depulit, ſi poſtea cum ea muliere cõtrahat matrimonium
confeſſus de adulterio videtur. Item & ſi denũtiauerim ei, qui
mihi de vxore mea eſt ſuſpectus, & in ſcriptis, & ſub præſen-
tia

tia teſtium fide dignorum: & poſtea inueniam eum cum vxo-
re mea in domo mea, vel vxoris, vel adulteri, vel in popina,
vel in ſuburbanis, ſine periculo eum perimam. Si autem in-
ueniam eum in ſacro oratorio, licet mihi vtraoque perſonam
defenſori eccleſiæ, aut clericis tradere, vt ad eorum periculum
iſti diuiſi ſeruentur, donec iudex hoc cognoſcens mittat
ad epiſcopum ciuitatis: vt ei iſti tradantur ad ſuſtinenda tor
menta: vt infrà ad leg. Iuliam, de adulte. l. ſi qui. & auth. ſi quis
ei. Si autem alibi inueniam, tribus teſtibus vocatis tradam eũ
iudici, qui nulla alia ratione quæſita, habet licentiam vtrun-
16 que puniendi. †Debet enim probari iudici tantum, & non
aduerſario, licet præſens debeat eſſe aduerſarius: vt ſuprà, de
edend. l. procurator. & j. titu. proxi. l. eos. & l. ſi quando. §. ſed
cum. & ſ. quib. ex cau. ma. l. ſi idcirco. Debet autem probari
id de quo poteſt eſſe iudicium, vt de pecunia, de conditione
perſonæ, de poſſeſsione, de dominio, de hypotheca, de ſerui-
tutibus rerum, vel perſonarum, de honoribus decernendis, de
tutoribus nominandis, non autem philoſophicæ quæſtiones:
vt ſuprà diximus de iudi. Item id eſt probandum, quo proba-
to adiuuat intentionem. volenti ergo probare dominium,
non expedit probare ſuam numeratam pecuniam ab emptore
re rei, ſiquidem licet huiuſmodi probetur factum, intentioni
nullum præſtat adminiculum: vt j. eodem. l. ad probationem.
17 †Probari autem debet cauſa pendente, & primò actoris
18 intentio, ſecundò rei exceptio: in exceptione † tamen diſtin-
gue ſit perpetua, an temporalis. Si perpetua, proponi & pro-
bari poteſt quandoque ante ſententiam, ſcilicet poſtquam a-
ctor ſuam probauerit intentionem, ita tum ſi non didicit te-
ſtificata, vt in dilatoria, vt j. de except. l. ſi quidem. & j. reſcin.
non poſſ. l. peremptorias. & de præſcrip. lon. temp. l. emptor
bona. Hæc tamen lex, & alia de except. videntur velle, quòd
reus debeat eam conteſtari ante probationem actoris. Sed pu
to, quòd illa conteſtatio initio litis ex voluntate fiat, non ex
neceſsitate. Item & quædam peremptoriæ opponuntur poſt
ſententiam: vt dicemus. j. de except. & in tit. ſen. reſcin. non
poſ. Si autem dilatoria ſit exceptio, ſiquidem dilatoria ſit ſo-
lutionis, vel ex pacto, vel ex lege opponi debet in initio cau-
ſæ: & ſub conditione, ſi actor probauerit intentionem ſuam:
vt in prædicto titulo de excep. l. ſi quidem. [verbi gratia, non
confiteor, vel non credo me tibi aliquid debere, vel ſi tibi de-
beo, habeo dilationem, vel ex pacto, vel ex lege: & ita ſimul
duas propono exceptiones: quòd licet: vt ff. de exce. l. nemo.]
Initium cauſæ appello, litis conteſtationem: vt ſ. de iura. ca-
lum. l. ij. j. reſponſo. & §. vltimo. Probatur autem hæc exceptio
poſtquàm actor monſtrauerit, quod aſſeuerat: vt j. eod. l. ex-
ceptionem. Ita tamen ſi reus nõ didicit teſtificata: vt dicemus
j. titu. proxi. Si autem exceptio dilatoria ſit declinatoria iudi
cij, ſiquidem aliquis ſciat eam ſibi competere, debet opponi,
& probari in principio, & ſuper ea debet pronũtiari: alioquin
ſi tacuerit aliquis, perpetuo ſilere debebit: vt j. de excep. l. vlt.
Si autem neſciat aliquis ea ſibi competere, & ita litigauit co-
ram iudice extraordinario, vel cum falſo procuratore, ea ex-
ceptio poteſt opponi, nedum poſt litem conteſtat. ſed etiam
poſt ſententiam: vt ſuprà de procur. l. licet. & j. ſi à non com-
19 pe. iudi. l. vlt. Item† & ante litem conteſt. poteſt probatio in-
duci vt publicentur teſtes, & inſtrumenta, admonito aduer-
ſario contra quem producuntur, vt veniat ad perennem pro-
bationem rei. Imò & ante conditionem debiti exiſtentem:
vt in lege Aquilia inducuntur teſtes ad probationem inten-
tionis actoris: quod ſpeciale eſt: quia alias ante diem, vel cõ
ditionem agi non poteſt, alioquin contra: vt ff. de iudi. l. non
quemadmodum. & ff. ad leg. Aquil. l. in lege. & poſſent in-
duci publicationis cauſa: vt in authen. de teſti. §. pen. & ff. de
teſti. l. curent magiſtratus. [ſicut inſtrumenta publicantur:
20 vel inſinuantur: vt infrà de teſt. l. ij.] †Probari debet per te-
e ſtes, vel inſtrumenta[e] de quibus. j. plenè dicemus, non nudis
aſſeuerationibus, vel ementita profeſsione, vel epiſtolis: vt j.
eodem. l. non epiſtolis. & l. non nudis. Et eſt aſſeueratio, nu-
da confeſsio quæ fit extra iudicium: quam Iacob. dicit alicui
præiudicare, niſi probaret contrarium: vt ff. eodem. l. qui-
dam. Sed id non puto verum: & quod in præfatis legibus
dicitur, ideo ſic ſtatuitur: quia quis erat in quaſi poſſeſsione
filiationis, vel fraternitatis. Vnde niſi probetur contrarium,
21 præſumitur eſſe pater, vel filius. Sed † ſecus vbi confiteor
rem iſtam tuam eſſe, vel me tibi debere. x. te abſente, me te-
cum non contractante: vt ff. de dona. l. nuda. tunc enim qua-
lequale præiudicium mihi eſt, & cum aliis poſſet proficere ad
probandum: vt infrà eodem. l. inſtrumenta. & ff. de neg. geſt.
l. Neſennius. ibi, maximè, &c. & ff. eodem. l. vltima. Sed in ca
ſu generat grande præiudicium, ſcilicet, cùm quis confitetur
alium ſuum filium eſſe: vt ff. de libe. agno. l. j. §. Iulianus. j. re-
ſponſo. [Per ſe autem non ſufficit ad probationem plenam:
vt ff. de inter. act. l. j. §. vlti.] multominus proficit ſi mea priua
ta ſcriptura alij vellem præiudicare inter viuos, vel in teſta-
22 mento: vt infrà eodem. l. rationes. † Porro ſi teſtator dixit ſibi
deberi. x. ab eo, qui debeat centũ, nõ præiudicat hæredi: quia
teſtator id errore videtur dixiſſe, niſi ipſe iurauerit ita eſſe:
tunc enim veriſimile eſt vt de reliquo liberare voluerit de-
bitorem: & ideo præiudicatur hæredibus, non tamen præiu-
dicat creditoribus defuncti, ſi ex aliis bonis eius ſibi non
poſsit ſatisfieri: vt in authen. de iureiur. à moriente. §. ſed nec
quidem. Vbi autem me tecum tractante, confiteor me tibi de-
bere ex certa cauſa, præiudico mihi omnino, niſi probarem
contrarium: vt plenè dicemus infrà, de non nume. pecu. Hæc
enim confeſsio non eſt nuda, imò cenſetur vt pactum veſti-
23 tum. †Item probatur per rei apparentiam, vel per rei eui-
f dentiam[f], vt in actione iniuriarum, vbi æſtimatur aſpectu
atrox iniuria. & in actione finium regundorum vbi iudex
oculis ſuis debet ſubiicere loca, vt ſciat an, & quomodo poſ
ſint melius terminari, & in actione tutelæ contraria, & teſti-
ficabitur opus factum à procuratore de quantitate expenſa-
rum: vt ff. de ſer. l. ij. in fi. & fi. regun. l. ſi irruptione. & infrà de
admini. tut. l. lex, quæ tutores: & poſſunt hæc dici plenę pro-
bationes. Seruorum quoque reſponſiones in quæſtione po-
ſitorum non plenas faciunt probationes: ſed cum aliis pro-
ficiunt: vt infrà de quæſtio. l. j. & ff. de quæſtio. l. j. §. quæſtio-
nis. & ff. eodem. l. cum probatio. Per leges quoque fit proba-
tio quandoque plena: vt cum lex eſt in eo negotio, ad quod
producitur: quandoque ſemiplena: vt cum eſt ſimile, vel argu
mentum aliquod. Et tale ſimile poteſt eſſe quod vim plenè
probationis obtineat.

ANNOTATIONES.

a Actor. Adde tamen quòd ſunt multæ cauſæ in quibus actor non cogi-
tur probare, quas enumerat. gloſ. in ca. j. vt eccle. benefi. quam gloſſam
perpetuo tene memoria.
b Promiſiſſe. Vide plene Alexan. & Moder. in l. ſciendum. ff. de verbor.
obligatio.
c Contrarium. Vide Bartol. in l. prima. ff. de his, quæ in teſtamen. de-
lend.
d Sacramentum. Adde Bar. & doct. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l.
bonæ fidei. C. eod. ti. Bald. in authen. ſed nouo iure. C. ſi certum peta.
d. Alex. de Imo. in l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. Ludo. ro. in ſing. ſuis
ver. iuramentum. verſi. ſic quære verum. & in conſi. viii. Pau. de Caſt. in
conſi. xciiii. in j. volu. eundem do. Alex. in conſi. xxvij. in j. volu. & in
conſilio centeſimotrigeſimoquarto. in ij. volum. vbi multas limita-
tiones colliges.
e Inſtrumenta. Et quænam melior & dignior ſit probatio, an probatio
quæ fit per teſtes, an illa quæ fit per inſtrumenta. vide Barb. extenſe
in repetitione rubricæ extrà de fide inſtrumen.
f Euidentiam. Et adde quòd iſta probatio, quæ fit per euidentiam dici-
tur melior probatio de mundo, & illa præfertur cuicunque probatio-
nis generi. & illa nunquam intelligitur excluſa. dictum eſt notabile
eiuſdem Azo in l. ij. in tit. C. ad l. Aquil. quod dictum ſolet ſæpe ma-
gnificare Iaſ. præſertim in l. j. §. j. ff. de oper. noui nun.
* Argumenta oſtenſio. Hæc deſcriptio licet habeat locum in his, quæ
probantur per inſtantiam diſputandi, non tamen habet locum in
his quæ in iudicio probantur: quia probantur per teſtes & inſtru-
menta, & per violentas præſumptiones & indicia. Vnde ſic deſcri-
bi poteſt. Probatio eſt rei dubiæ per teſtes vel inſtrumenta oſtentio:
& plerunque per indicia, & præſumptiones. Plerunque ideo dicitur:
quia in cauſis pecuniariis, & ciuilibus præſumptiones, & indicia pro-
bant. l. ſicut. C. de fide inſtrumen. & de præſump. per totum ita vt per
eas, ſi certę fuerint, vel violentæ ad ſententiam procedatur ff. de his,
qui ſunt ſui, vel alie. iur. l. filium. & de præſum. cap. literas. Non tamen
in criminalibus ad condemnandum ſufficiunt. quia in criminalibus
ad pœnam ex præſumptionibus procedi non debet. ff. de pœnis. l. ab-
ſentem & ext. de præſump. c. literas. niſi eſſent indicia indubitata, &
luce clariora. leg. ſciant. C. de probat. Martinus.

Negando videtur affirmare. Incumbit neganti probatio, cùm natura
negationem impugnat. Vnde cùm quis negat hominẽ eſſe ſanæ men-
tis, probare debet eum furioſum eſſe: quia natura præſumit quemlibet
ſanæ mentis. C. de codicill. l. nec codicillos. & tertia quæſt. octaua can.
iudicas. Item cùm nemo credatur ita ſupinus, vt pecunias ſuas de faci-
li iactet, neganti debitum, & aſſerenti ſe indebitum ſoluiſſe probatio
incumbit. ff. de probat. l. cùm de indebito. §. ſi verò. Probatio autem fa
cienda eſt iudici. quarta q. tertia. can. ſi teſtes. §. item in criminali.
verſ. ſi teſtem. & C. de condict. ob turp. cauſ. l. prima. & C. de dona. an-
te nup. l. ſecunda. Sed hoc, aduerſario præſente, intelligendum eſt. C.
de teſtibus. l. ſi quando. §. ſed cùm. & extra de teſtib. cap. in nomine do
mini. Probandum verò id eſt, quod probatum releuet. C. de proba. l. ad
probationem. Item probare debet duo quamuis alterum eorum ſuffi-
ceret, qui ſe adſtrinxit ad duo probanda. C. de rei vendic. l. vlti. extra
de proba. c. licet. & de cauſ. poſſ. cap. cùm eccleſia. Sed & ſi duo coniun
ctim mandantur, vtrunque probare oportet, extra de reſcript. c. olim.
Sed ſi alterum per ſe ſufficiat, tunc ſuffiet, ſi alterum probetur: quam
uis copulatiuè illa duo mandentur, vt de reſcript. c. ex parte Conuen-
trenſis. In duplicibus autem iudiciis vtraque pars probat extra de pro-
bat. c. ex literis: licet regulariter dictum ſit, actorem probare debere. l.
actori, quod adſeuerat. C. de proba. & reus abſoluendus ſit, licet nihil
præſtiterit. l. qui accuſare. C. de edendo. Martinus.

LEX IX.

1 *Aetatem allegans probet.*
2 *Dominij probandi modus multiplex, & 3.*
4 *Dominij & ætatis diſcrimen.*
5 *Poſſeſſionem præſentem ex præterita non argui.*

1 CVM TE. In † ætate diſtinguitur, vtrum quis ſe
dicat minorem, vt in eo caſu ipſe probet, quod
vel hoc modo oſtendere poteſt, vt probet ſe tem-
pore contractus minorem eſſe: vt ſupra de in in-
tegr. reſtit. l. ſi minorem. An maiorem, vt tunc ſi quidem dicat
intendendo: puta, volens ſe liberare ab officio tutoris, debeat
probare: vt ff. de minor. xxv. ann. l. mioo. & l. de ætate. An ne-
gando: puta, cum tutores volunt finire tutelam dicentes eum
factum puberem, & tunc debeant probare tutores eum ma-
2 iorem. Quid de dominio? & certè † dominium probo hoc
ipſo quòd me probo, vel patrem meum, cui hæres extiti, vel
matrem aliquando dominium habuiſſe: vt infrà eodem l. ſiue
poſſidetis. & ff. finium reg. l. in finalibus. & in authen. de teſt.
§. ſi verò dicatur. Item ait Pla. dominium probari hoc ipſo,
quòd probo me emiſſe, & in vacuam poſſeſſionem inductũ,
& pretium numeraſſe: vt infra eod. l. cum res. Sed certè reſtat
probare quartum, ſcilicet quòd venditor fuerit dominus: vt
3 ff. de pign. & l. & quæ nondum. §. quod dicitur. † Dicebat etiã
Plac. venditorem præſumi dominum hoc ipſo quòd poſſede-
rit: & ſic etiam quidam intellexerunt, quod legitur j. eod. l. ij.
dominium ſubaudi præſumptum apud eum remaneat. Proba
bitur ergo dominium per vſucapionem, per præſcriptionem,
per occupationem eorum, quæ nullius ſunt, & ſpecificatio-
4 nem, vel ſimiles modos. † Si quæras, quare ooo præſumitur
aliquem non eſſe minorem hoc ipſo quòd fuit minor, ſicut in
dominio? reſpondeo quia ſic minor fit maior ſolo tractu tem
5 poris, ſed ſolo tempore non admittitur dominium. † Itẽ nec
præſumitur me poſſidere, hoc ipſo quòd aliquando poſſedi:
quia poſſeſſio facilius amittitur, quàm dominiũ: vt ff. de ac-
quir. poſ. l. ſi quis vi. §. differentia. niſi conſtaret me poſſediſſe
tempore litis conteſt. vt ſ. ad exhi. l. iij. vel niſi conſtaret me
poſſediſſe, à te tradente mihi & obligante me ad rem reſtituẽ
dam: vt j. de pig. act. l. ſi creditor.

De teſtibus. *Rubrica.*

1 *Teſtes à quibus ſint producendi.*
2 *Teſtes quales eſſe debeant, vt produci poſſint.*
3 *Teſtes inuiti qua ratione coerceantur ad teſtimonium feren-
dum, atque inibi qui non dicant teſtimoniũ inuiti. & nu. 14.*
4 *Teſtimonium dicere qui & quibus modis prohibeantur. &
num. 6. & 9.*
5 *Infames prohiberi à teſtimonio dicẽdo quomodo ſit intelligẽdũ.*
7 *Impuberem factum puberem teſtificari poſſe de eo, quod vidit
in pupillari ætate.*
8 *Serui teſtimonium an recipiatur.*
10 *Teſtimonium cuicunque prohibitum eſſe in re ſua, atque inibi
an id ſit perpetuum.*
11 *Teſtis in cauſa criminali an poſſit eſſe is, qui eſt conſcius eiuſ-
dem criminis.*
12 *Socius an admittatur teſtis in cauſa ſocij litigantis pro parte
rei communis.*
13 *Parentes & liberos non admitti ad ferendum aduerſus ſe inui
cem teſtimonium.*
15 *Teſtimonij domeſtici fidem improbari, atque inibi qui dican-
tur domeſtici.*
16 *Teſtem ſemel approbatum an & ex quibus cauſis liceat repro
bare.*
17 *Teſtis perſona quomodo à iudice conſideranda.*
18 *Teſtes quando & quomodo ſint producendi.*
19 *Teſtium productorum officium quale ſit. & nu. 22.*
20 *Teſtes quot exigãtur pro ratione negotiorũ quibus adhibẽtur.*
21 *Teſtes quibus caſibus debeant eſſe rogati.*
22 *Teſtis productus quomodo iurare debeat.*
23 *Teſtis quomodo teſtimoniũ ferre debeat.*
24 *Teſtis deponens de auditu an fidem faciat.*
25 *Teſtes an & quando interrogari debeant de tempore: & an de
loco.*
26 *Teſtis ſemel productus an poſſit iterũ in eadẽ cauſa produci.*
27 *Teſti ſponte reuerſo & deponenti contrarium eius, quod primo
depoſuerat, an fides adhibeatur.*
28 *Teſtium productio quoties permittatur in eadem cauſa.*
29 *Teſtimoniorum effectus.*

DICTVM eſt ſupra de probat. in genere, ſequi-
a tur videre per ſpecies & quia validior [a] eſt viua
b vox, quàm mortua[b], [vt in authen. de inſtrumen
torum cau. tale. coll. vj. §. ſi verò] vel quia quòd
in ſcriptis redigitur primò coram teſtibus proponitur: ideo
primò de teſtibus videamus de quibus nobis hoc ordine erit
dicendũ, vt primò videamus à quibus debeãt produci, & qui
poſſint produci, & qualiter ſint producendi: quid producti
teſtes debeant obſeruare, & quot neceſſarij. & quod ſit te-
1 ſtium officium, & quis ſit effectus teſtimoniorum. † Pro-
ducendi ſunt autem teſtes ab his qui æſtimant eos ſibi profu-
turos: non autem debet quis compelli vt teſtes, vel inſtru-
menta contra ſe, vel ſibi nocitura inducat. vt infrà eodem. l. ni
mis graue. & ſupra, de eden. l. j. & l. qui accuſare. & extra. de
proba. c. j. niſi in caſu, cum præſes conuenitur finito officio:
compellitur enim exhibere iudices, vel domeſticos ſuos quos
habuit in officio, vel vt conueniantur, vel fortè vt ferant te-
ſtimonium de his quæ commiſſa ſunt in officio: vt ſupra, de
2 aſſeſſ. l. ſi poſt depoſitam. † Poſſunt autem produci omnes: vt
• inuiti, • & volentes, & quicunque non prohibentur: vt infra
eodem. l. ſi quando. & ff. eodem. l. j. Nec obſtat quod legitur.
ff. quemadmod. teſt. aperi. l. ſi quis. quia ibi noo loquitur in of
ficio teſtificandi, quòd fiat in forma, & figura iudicij: ſed in
agnitione ſigillorum teſtamenti, quod ab aliquo deſiderat a-
periri. Vel fortè illud locum habet, cum teſtes ſunt in alte-
rius territorio, & tunc, quia cum difficultate vel cum magna
captione auocantur à rebus ſuis non cogũtur venire: ſed mit-
3 tuntur tabulæ ad eos, vt ibi agnoſcant ſigilla. † Coercebun-
c tur autem inuiti teſtes, vel indicta multa[c]: vt ff. ſi quis ius di-
cen. non obtemp. l. j. vel captis pignoribus, ad exemplum tu-
torum, vel curatorum ſatiſdare nolentium, quorum publicũ
eſt officium, ſicut & teſtium: vt inſtitut. de ſatiſda. tut. §. vlti-
mo. & de excuſ. tut. primo reſponſ. vel ad exemplum paren-
tum nolentium alere: vt ff. de libe. agn. l. ſi quis à liberis. §. ſi
quis ex his. Quidam tamen teſtes excuſantur, ne compellan
tur: nam ſenes, valetudinarij, milites, & magiſtratus, cum
reipubli. cauſa abſunt, & quibus venire non licet, & publi-
• cani, & qui exercitui præbenda * conducunt, non dicunt
inuiti teſtimonium: vt ff. eodem. l. inuiti. Senes intellige, qui
compleuerint lxx. annos: ſicut & in excuſatione tutelæ, &
publicorum munerum obſeruant: vt ff. de iur. immu. l. ter-
tia, & infra, qui ætate. l. j. licet quidam malè gloſſauerint
de lx. annis. Porro in valetudinariis fortè mittetur eis iuſiu-
randum

randum ad domum. ſicut & alias fit in iureiurando neceſſa-
rio, vel iudiciali: vt ff. de iureiur. l. iuſiurãdum & ad pecunias.
& extra. de teſti. c. ſi qui teſtium. Venire autem non licet in vr
bem eis, qui ignominiæ cauſa miſsi ſunt de militia, & hi ab
hoc officio excuſantur, ſicut & à tutelis vrbiers: vt ff. de excu.
tuto. l. ſed & milites. §. ſed & ignominia. & eſt hoc mirabile,
quòd eorum pœna eſt eis in præmium excuſationis, quod eſt
arg. contrarium ei, quod dicitur ff. de interdict. & rele. l. rele-
gatorum. §. vltimo. Porrò quod in prædicta l. inuiti. dicitur
excuſari eum, qui abeſt non cauſa retractandi teſtimonij, for-
tè reſtringendum eſt ad eum, qui abeſt probabili cauſa, & ne-
ceſſaria: nam ſi quilibet excuſaretur abſens ab ipſo quòd eſt
abſens, non cauſa retractandi teſtimonij, pro nihilo enume-
carentur abſentes: eum magiſtratus reipublic. cauſa vel qui
exercitui præbenda conducunt. Item dixerunt quidam pro-
xenetam non cogi teſtificari: ſed certè bene cogatur, ſi vtra-
que pars conſentiat: ſi verò conſentiat altera tantum, non co
gitur quidem: ſed tamen poteſt admitti, ſi velit: vt in authen.
eo. tit. §. quoniam verò propoſuimus. Si verò neutra conſen-
4 tiat, conſtat quia non admittitur. †Prohibentur autem te-
ſtes alias legibus, alias iudicis officio. Legibus repelluntur
infames: vt ff. eod. l. iij. §. lege Iulia. hæretici tamẽ, licet ſint in-
d fames[d], admittuntur: vt s̃. de hære. l. quoniam. Habetur diſtin
ctio hæreticorum, vt not. ſupra de hæretic. & manichæ. §. qoæ
ſunt. Item & in crimine læſæ maieſtatis omnium eſt exæqua-
ta conditio: vt ff. de quæſtio. l. de minore. j. reſponſo. & j̃. ad le
gem Iulia. maie. l. nullus. cum tormentis tamen admittuntur
5 infames: vt ff. eo. l. ob carmen. §. ſi ea. Dicunt† tamen quidam
infames prohiberi teſtificari in cauſa criminali tantum: ſicut
lex tertia. ff. eodem titu. ponit de cauſa criminali, & ſupponit
exemplum de accuſato lege Iulia. de vi. In pecuniaria autem
cauſa etiam infames non prohibentur recipi: vt ff. eod. l. quę-
ſitum. cùm tormentis tamen: vt in authen. eodem titu. §. ſanci-
6 mus. Item†repelluntur, qui ob dicendum, vel non dicendum
teſtimonium pecuniam accepiſſe iudicati, vel cõuicti ſunt: vt
ff. eod. l. iij. §. lege Iulia. Item repelluntur impuberes in cauſa
ciuili, & in cauſa criminali. Item repelluntur minores. xx. an-
7 nis: vt ff. eod. l. inuiti. & l. in teſtimonium. & iiij. q. ij. c. j. †Im-
pubes tamen factus pubes poterit teſtificari de eo, quod vi-
dit in pupillari ætate. Et idem dico in ſeruo facto libero: vt ff.
de verbor. ſignifica. l. notinnem. §. inſtrumentorum. & ff. eod.
8 l. iij. §. lege. †Item repelluntur ſerui: vt infra eodem. l. quo-
niam liberi. Quid ergo ſi, cum producitur in teſtimoniũ, obii
ciatur ei quòd ſit ſeruus? Siquidem dicat ſe liberum ex nati-
uitate recipitur teſtimonium eius. Sed ſi, habita diſputatio-
ne, apparuerit ſeruus, reſpuitur eius teſtimonium. Si verò li-
bertum ſe dicat, prius inſtrumentum oſtendat, quàm teſte-
tur, niſi iurauerit alibi ſe probationes habere: quo facto, teſta
tio quidem ſcribatur, ſed niſi inſtrumẽtum protulerit reſpua
tur. Item repellũtur odioſi, & ſi quidem ſit odioſus ex mota
lite criminis maximè capitalis inter eos, & hoc probauerit:
non ante audiatur, quàm de crimine iudicetur. Si verò ex lite
pecuniaria, vel alias odioſus eſt: procedat quidem teſtatio, tẽ-
pore autem diſputationũ ſeruentur huiuſmodi quæſtiones.
9 Itẽ repelluntur†ignoti, aut nimis obſcuri: ne habeatur ei ple-
na fides: recipiuntur tamen cum verberibus inferendis à iu-
dice, ſi adminiſtrator ſit: vel per apparitores ſui maioris, ſi nõ
ſit adminiſtrator: vt in authen. eodem titulo, §. ſi verò ignoti.
10 †Habeatur etiam in his qui legibus prohibentur miſta conſi-
deratio, ſcilicet rerum & perſonarum: nam ſi in re qualibet
poſſum teſtificari, in re tamen mea principaliter, vel ſecunda-
e rio non feram teſtimonium[e]: vt infrà eodem. l. omnibus. exci-
pitur in legatario, vel fideicõmiſſario: ſed nec in eo ſemper:
niſi cum agitur de hæreditate, non de ſuo legato: vt inſtit. de
teſta. §. legatariis. quod enim dicitur. j̃. de fideicommiſſ. l. vlti-
ma. quia hæres ſibi iudex, & teſtis inuenitur, impropriè loqui
tur. Venditor ergo pro emptore admitti non poterit: quia
propria eius cauſa videtur, vſq; adeo vt intra biduum (ſicut
olim) in ſua cauſa præſtituatur: vt ff. quando appella. ſit. &
intra quæ tempora. l. ij. §. ſed ſi alius. & de appella. l. iiij. §. alio.
Idem in iudice qui iudicaturus eſt interim, dum cauſa pendet,
fortè idem & ſi finita ſit, licet Pla. de hoc dicat ſe nihil legiſſe.

Idémq; in patrono cauſæ, & in executoribus negotiorum: vt
ff. eodem. l. vlti. & in decretis. ij. quæſt. vj. c. ſtatutum. Sed &
mulier in omni cauſa teſtificatur, præterquam in teſtamento.
In hermaphrodito autem an poſsit eſſe teſtis in teſtamento,
qualitas ſexus incaleſcentis conſideratur: vt ff. eodem. l. repe-
11 tundarum. §. j. & l. ex eo. †Item in cauſa communis crimi-
nis mei & tui, licet hæc ſit tua cauſa te accuſato, & non mea:
non tamen admittor, obſtante in eodem crimine mihi turpi-
tudine mea: & hoc verum eſt ſi aduerſarius meus probat de
mea turpitudine. Idem eſt etſi ego confiteor: vt infrà de ac-
12 cuſa. l. vltima. & extra eodem. titu. c. veniens. Quid in † ci-
uili cauſa: puta, in re communi? lex idem videtur dicere: vt in-
frà eodem. l. quoniam liberi. Secundum hoc ergo in parte ſo-
cij mei non admittar: quod non puto. Et diſtinguo, vtrum
cõdemnato, vel abſoluto ſocio meo, aliquod lucrum, vel dam
num ſim ſubiturus: & tũc nullo modo admittar, alioquin cõ-
tra: vt ff. quando ap. ſit. l. j. §. propriam. Sic ergo & rei, & per-
ſonæ habetur miſta conſideratio. Item perſonæ ad perſo-
f nam fit conſideratio[f]: †ſiquidem parentes, & liberi in infini-
13 tum inuicem aduerſus ſe nõ ferunt teſtimonium: vt infra eo-
dem. l. parentes. Inuenio tamen quòd filiofa. milite teſtamen-
tum faciente ante miſsionem pater poſsit eſſe teſtis in teſta-
mento: vt ff. de teſta. l. qui teſtamẽto. §. per contrarium. & in-
ſtitu. de teſta. §. in teſtibus. [Sed tamen non in iudicio. & ita
non obſtat. d. l. parentes.] Itẽ inuenio profeſsionem matris re
cipiendam, cùm quæritur de ætate filiorum: vt ff. de probat. l.
etiam. Sed fortè non recipitur eius profeſsio, vt teſtis: ſed vt
ex eius reſponſis iudex melius inueſtiget veritatem. Fratres
autem inter ſe ferent teſtimonium. In confectione autem te-
ſtamentorum ſi inſtituatur filiusfami. non poteſt adhiberi te-
ſtis pater eius, vel frater qui eſt in poteſtate eiuſdẽ, vel filius.
Reprobatum eſt enim in ea re domeſticum teſtimonium. vt
inſtitu. de teſta. §. pater. In cauſa tamen criminali non cogi-
tur frater contra fratrem teſtimonium dicere. [In ciuili verò
nolens & inuitus frater pro fratre, & contra fratrem teſtimo
14 nium ferre cogitur.] Sed nec†cogitur quis ferre teſtimoniũ
contra ſocerum, generum, vitricum, priuignum, ſobrinum,
cõſre qui priores gradu ſunt, vel contra parẽtem patroni ſui,
vel contra liberos patroni ſui. Item nec libertus viri compel
litur contra vxorem, nec libertus vxoris contra virum. Item
nec patroni coguntur contra libertos, liberti etiam volentes
non recipiuntur contra patronos. Item (quod notabile eſt)
libertus patroni mei contra me collibertum ſuum non cogi-
tur ferre teſtimonium: vt ff. eodem. l. iij. & infrà eodem. l. ad-
uerſus. Et ſicut contra prædictos non cogor ferre teſtimo-
nium, ita nec pro eis cogi poſſum. & eſt ratio: quia teſtis in-
rat pro vtraque parte ſe veritatem dicturum. iij. quæſtio. ix. c.
hortamur. Si ergo diceret pro eo, ergo & contra eum. Si autẽ
ego vltro velim teſtificari, teſtificabor & pro eis, & contra
15 eos, licet Pla. de hoc ſe nihil legiſſe dicat. †Item habetur miſta
g conſideratio inter eos qui domeſtici[g] ſunt: nam etiam iure ci-
uili domeſtici teſtimonij fides improbatur: vt j̃. eodem. l. etiã.
& ff. e. l. pe. Domeſtici autẽ ſunt coloni, adſcriptitij, filij, ſerui,
fortè & mercenarij: quia & eorũ furta, domeſtica dicũtur: vt
ff. de pœ. l. reſpiciendũ. §. furta. fortè & vxor, licet Plac. de hoc
nihil ſe legiſſe dicat. Hos autem omnes quicunque prohi-
bentur repellere non poſſum, ſi eos aliquando pro me pro-
16 duxi. Et†reprobare non poſſum, quos ſemel probaui: niſi o-
ſtendam eos poſtea pecunia corruptos, vel inimicos poſtea fa
ctos, vel niſi ex ipſis depoſitionibus. i. ex his quę aſſeruerũt in
teſtificationibus ſuis velim arguere teſtimoniũ eorum: vt j̃.
eod. l. ſi quis teſtibus. Ego idem puto in omni ſuperuenienti
cauſa: licet quidam in prædictis tantum dicant eſſe ſpeciale.
Per officium autem iudicis fit prohibitio, vt vel omnino quis
non admittatur, vel vt omnino modicæ fidei credatur. Re-
pellit autem iudex effrenatam multitudinem teſtium, permit-
tendo eos produci vſque ad certum numerum: vt ff. eod. l. j. §.
vlti. Modicam fidem habeat, vel magnam ſecundum diuerſi-
17 tatem perſonarum, & qualitatem teſtificationis. †In teſte
autem cõſiderabit conditionem eius, ſit decurio, an plebeius,
& an honeſtæ, & inculpatæ vitæ, an verò notatus, & reprehẽ
ſibilis. Item vtrum ſit locuples, vel egenus, vt lucri cauſa quid

facilè admittat, vel vtrum ſit inimicus contra quem, vel amicus ei pro quo fert teſtimonium: vel vtrum teſtis ſimpliciter videatur ferre teſtimonium. Nam ſæpe pallor vultus, rubor faciei, titubatio, faciunt vt minus fidei alicui habeatur: vt dicit Marcus Tullius in Topicis ad C. Trebatium Iuriſcon. vel vtrum vnum eundemq́; & præmeditatum ſermonem attulerint plures teſtes, vel vtrum ex tempora veriſimiliora dicant: ſed & ſæpe conſentiens fama confirmat fidẽ rei de qua quæritur. Hoc ergo ſolum præcipitur iudici, vt nõ alliget animum ſuum ad vnam ſpeciem probationis, ſed ex ſentẽtia animi ſui æſtimet, quid aut credat, aut parum probatum ſit, vel quanta
18 fides ſit habenda teſtibus: vt ff. eod. l. iij. † Producuntur au-
• tem teſtes • poſt lit. conteſt. vt diximus ſ. tit. proxi. Producendi autem ſunt teſtes de prouincia in Italiam, vel è cõuerſo, de Italia in prouinciam, vel de ciuitate in ciuitatem. Hoc itã procedit ſi iudex perſpexerit expedire. Poteſt enim, ſi velit, & expediat non vocare coram ſe teſtes: ſed deſtinare literas ſuas ei, ſub quo degunt, & cui obediunt, vt coram eo ſua proferant teſtimonia: & ea in ſcriptis redacta, & ſigillata, & nulli partium prodita, mittat ad eum qui iudicaturus eſt: & hoc in pecuniariis cauſis. Nam in criminalibus præciſè cogendi ſunt teſtes venire, vt in authent. eod. tit. §. & quoniam ſcimus. & j. de fide inſtru. l. iudices. & iij. q. ix. ca. teſtes. & extrà de teſti. c.
19 ſi qui. † Repræſentati autem teſtes, expectare debent donec ſuum iudici præbeant teſtimonium, ſumptus ab eo, qui eos putauerit ſibi neceſſarios exhibẽdo: vt j. eod. l. quoniam. §. in exhibitione. Si autem timor eſt, ne recedant, dent fideiuſſores de non recedẽdo, vel ſi non poſſunt, iurent. Non tamen expecta-
20 re coguntur vltra xv. dies: vt j. eod. l. ſi quando. Sunt † autem neceſſarij teſtes regulariter ſaltem duo, & non rogati: vt ff. eo. vbi numerus. & l. ad fidem. Quandoque exiguntur tres, vt notauimus ſuprà, ſi certum petatur. [Quandoque quinque, vt
h cùm aliquis debitum in ſcriptis [h] ſe ſoluiſſe vult probare per teſtes: vt j. eodem. l. teſtium. & vt diximus ſuprà, ſi cert. petat.] Item & in mortis cauſa donatione. Et in codicillis exiguntur quinque. In teſtamentis autem vij. vt j. de donatio. caui. mor. l. vlti. §. vltimo. Et de codicillis, l. vlt. §. vltim. & de teſt. l. vlt.
21 † Et eſt notandum quòd in teſtamentis exiguntur rogati: & in confeſſione creditoris dicentis ſibi ſolutum, & in ſolutione debiti in ſcriptis, quam quis vult probare per teſtes: Et in diuortiis faciendis: & idem certè videtur in qualibet obligatione facienda, vt videtur dicere auth. eod. tit. §. & licet. & j. de diuor. l. nullum. Sed fortè quod dicit auth. eſt intelligendum cùm celebratur obligatio in ſcriptis, de qua ſoluenda principaliter poſuerat. Porro in caſu exiguntur. xv. teſtes, hoc eſt cum quis inter agentes in rebus promouendus eſt: vt j. de prox. ſacrõ ſcri. l. vnicuique. vnius verò tãtum teſtis vox nunquam eſt recipienda: vt j. eod. l. iuriſiurandi. ſed nec inducit præſumptionem ſecundum Iacob. Areti. ff. de quæſtionibus. l. maritus. P. autem dicit de hoc ſe nihil legiſſe. Ego contrarium puto, arg. ff. quemadmo. teſt. aper. l. j. in fi. Præterea, ſi
22 duo faciunt plenam, vnus ergo ſemiplenam. † Eſt autẽ productorum teſtium officium, vt ante, quàm aliquid dicant de
i re, iuſiurandum ſubeant tactis ſacroſanctis euangeliis. [i] iij. quæſtion. ix. c. hortamur. niſi ſit epiſcopus. Ille enim non tangit euangelia licet proponantur ei: vt j. eod. l. iuriſiurandi. & ſ. de epiſc. & cleri. auth. ſed iudex. vel niſi ſit laicus, cui remittatur ex conſenſu partiũ: vt & aliàs. ff. de feriis. l. j. vel niſi cùm tractatur de ven. inſpiciendo, vt ff. de ven. inſpi. l. j. primo reſponſo. Iurabit autem ſe dicturum omnem veritatem de negotio, pro quo lis eſt, nulla mixta falſitate. quod propter cuiuſdam ſubtilitatem inuentum eſt qui iurauit ſe dicturum veritatem, & poſtea dixit duas contradictorias: & ita dixit ſe veritatem dixiſſe. Item præſtabitur iuſiurandum pro vtraq; parte, quod quidem non eſt ita lege expreſſum, ſed ex conſuetudine generali tantum ſeruatur. Item & prædicta auth. ſed iudex. ita dicit, diſtinctè dicant quæ nouerint. Et ſubitur hoc iuſiurandum vtraque parte præſente: vt j. eo. l. quoniam. & iij. quæſtione. ix. can. charta. Sed teſtimonium feretur ſoli iudici, ſeparatis aliis teſtibus nulla partium audiente: vt per Danielem inductum eſt, Danielis. xiij. à Salomone autem eſt introducta repetitio allegatorum cùm dicitur in ſententia: ait enim 3. Reg. 3. & in c. afferte mihi. de præſumpt. Hæc dicit, filius meus viuit, tuus autem mortuus eſt: & hæc alia dicit, imo tuus mortuus eſt, meus autem viuit: poſtea ſententiam tulit.
23 Per dominum quoque † in terram ſcribentem forma ſentẽtiæ ſcribenda eſt introducta, Io. 8. & per eundem introductum eſt, vt iudex non niſi per allegata iudicet: licet aliàs nouerit veritatem. Sic autem teſtificabitur teſtis vt dicat ſic ſub præſentia ſua factum eſſe, vel nõ eſſe: vt j. eo. l. teſtium. & ita feret
24 teſtimonium de viſu. † Sed & de auditu bene proferet teſtimonium vt in contractibus, & obligationibus: dicendo, ego audiui eos ita contrahentes: ego vidi eos ita facientes, aliàs
k autem de auditu [k] teſtimonio non creditur, vt de re principali fidem iudici faciat: vt ſi dico, audiui illum dicentem ſe vidiſſe eum: dicitur enim quòd audiuerit, non quòd ita ſit: excipitur in actione quæ pluuiæ arcendæ: vt ff. de proba. l. pen. & ff. de aqua pluuia arcen. l. ij. Item in conſanguinitate, vt dicunt decretiſtæ. vbi etiam mater pro filio fert teſtimonium. Nec exigo vt dicant, nos vidimus: ſic enim de viſu alterius teſtis ferret vterque teſtimoniũ: quod periculoſum eſſet dicere, maximè vbi de auditu teſtificãtur. qualiter enim vnus ſcire poteſt quòd alter audiuit: licet nimia ſubtilitate videatur aliter dicendum, vt pote cùm pariter debeant videre. Sicut enim varietas locorum reprobat teſtes: vt in Daniele dicitur de Suſanna & varietas temporis, argumen. iij. quæſtion. ix. c. nihilominus. & xxxv. quæſt. vj. c. de parentela. Sed & de credulitate quandoque ferri poſſe teſtimoniũ videtur: vt ff. de vẽtr.
25 inſpic. l. j. j. reſponſo. † Porrò non interrogantur de tempore, niſi ſint ſuſpecti iudici: tunc enim debet ſtudere vt eos in verbis capere poſſit: quærendo, ſi tempus erat clarum, an nebuloſum, qualiter ille erat indutus, de quo loquitur, quid habebat in capite, qui Conſules erãt, & quis imperator, in quo anno, vel menſe: & ad hoc facit ſecundum vnam literam, quod legitur. ff. ad Sillam. l. prius. Sic enim dicit, quo in anno flagitium ſit admiſſum. ſed & alia dicit quo mandante. Item de loco debet interrogare, vt dictum eſt per Danielem: Ad hoc autem reſpondere teſtis erit officiũ ſi fuerit interrogatus. Quod ſi non faciat, non eſt ei fides habenda: quia cauſas & circumadiacentia ſuæ teſtationis non dicit, & hoc eſt, quod dicitur j. eod. l. ſola. vbi dicitur ſolam atteſtationem prolatam, nec aliis legitimis adminiculis cauſam approbatam, nullius eſſe momenti: vt in auth. eod. tit. §. & licet. ibi, cauſam teſtimonij &c. [Vel poteſt intelligi vt lex prædicta loquatur de teſtifi-
• catione ſola, & iuramento vacua, quæ non valet: vt j. eodem. l. iuriſiurandi. niſi partes remiſerint: vt j. dicetur. Vel intelligitur, quando teſtes non iurant coram iudice, vel alio voluntate eius. vel coram amicis, & tabellione. arg. ff. eodem. l. iij. §. idem diuus.] Quòd ſi de his interrogatus nõ fuerit, puto nihilominus teſtimonium tenere, & teſtis plenè, & breuiter officio ſuo videtur eſſe functus. nam nec verboſa oratione vtendum eſt teſti, vel tabellioni: vt ſ. de preci. impe. off. l. vlti. & j.
26 de appel. l. ampliorem. §. in refutatoriis. † Sic autem ſemel productus teſtis à modo produci ſuper eodem capitulo non poteſt, & ſic poteſt intelligi quod eſt. ff. eodem. l. produci. & benè innuitur. j. eod. l. vlti. §. ſi autem. quanquam aliæ multæ expoſitiones fiant in d. l. produci. [Super alio tamen poteſt: & in hoc niſi didicit teſtificata: tunc enim nec illum induceret, nec alium: vt in auth. eod. §. & quoniam.] Sed & ſuper eiſdem capitulis producuntur ſæpius, cùm quis teſtibus productis coram arbitris non vult credere poſtea, cùm agitur cau-
27 ſa apud iudicem ordinarium: vt j. eodem. l. vltim. Quid † ergò ſi ipſe teſtis ſponte ſua reuerſus aliquid immutet, & dicat ita, & ita res proceſſit, non, vt ego dixi, an poſſit haberi argumẽtum quòd tantùm vltimo teſtimonio poſſit, vel debeat ſtari: vt ff. de hæred. inſti. ſi ita ſcriptum: primo reſponſo. & de manumiſſ. teſta. l. ſtichum. Sed ego puto fidem ei non habendam, ſi locuti fuerint cum aliqua partium. Item quid ſi poſt primum teſtimonium, & ante reuerſionem contingat teſti cùm aliqua partium affinitas, fortè non creditur ei. Si verò non reuertatur, licet poſteà fiat affinis, ſtabitur ei quod dixit.
28 Vbi † autem ſemel produxi teſtes, & poſtea alios volo producere, concedetur mihi ſecunda teſtium productio. Item tertia, etiam ſi concluſerim, id eſt, teſtibus renuntiauerim:

rim:& ſic exponitur in nouellis:non tamen teſtificata didice rim. Nec diſtinguo meorum teſtiũ, vel aduerſarij. vt in auth. eod. tit. §. & quoniam. tunc enim nullo modo poſſum producere, etiamſi ſemel tantùm produxiſſem: habetur enim ſuſpicio quòd prima teſtificata velim emendare per ſequẽtia, aut eis addere. Et ex hoc relinquitur quòd ſi quis vt cõprobet eorum dicta, velit producere teſtes, non vt addat, vel emendet, quòd poſsit: etiam ſi didicerit teſtificata: vt in auth. eod. tit. §. ſi verò. & extrà eod. tit. c. in cauſis. & ca. vltra tertiam. ergo ſola ſcientia teſtificatorum nocet, ſiue per me, ſiue per alium ſciam. [Vnde non eſt neceſſe, vt iudex faciat teſtificari atteſtationes.] Sed renontiatio ſola non nocet: vt dixi, quominus tertia fiat productio. Et ita probatur in nouel. & in authen. eo. tit. §. illud tamen. Quarta verò productio mihi non conceditur: niſi præſtito à me ſacramento quòd non didicerim teſtificata: vt in auth. eod. tit. §. ſi verò deducens. Vnam autem productionem appellant quidam, vnam dilationem cauſa teſtium, intra quam produxit teſtes quotcunque, & quotieſcũque voluerit: ego contra. Dicitur enim vna productio, quando ſemel induxit. Secunda, quando ſecundo, & ita de ſingulis. & intra vnam dilationem: quia veriſimile eſt, quòd didicerit teſtificata teſtium ex trina productione, ergo pluries intra vnam dilationem producuntur teſtes: non tamen id concedi-
29 tur fieri quarto, niſi præſtito ſacramento: vt dixi. † Eſt au-
l tem effectus[l] teſtimoniorum, vt ſi quidem conſentiant in idẽ pro eadem parte, iudex ſequatur ea. Si verò à diuerſis partibus producantur & ſibi contraria dicant, eis potius credant
m qui dicunt quòd naturæ negotij congruit[m] magis: & quæ rei aptiora ſunt: & proximiora. Item quibus potius lux claritatis adſiſtit: non enim ad multitudinem reſpici oportet, ſed ad ſynceram teſtimoniorum fidem: vt ff. eod. l. ob carmen. §. ſi teſtes & in auth. eod. titu. §. ſi verò apertè. Si verò omnia ſunt paria, tunc ſpectabit iudex multitudinem, & maiorem numerum teſtium in idem conſentientium. Et in eo caſu exaudio, quod dicitur aliàs, quòd numerus teſtium facit fidem rei de qua quæritur: vt ff. eod. l. iij. §. eiuſdem quoque principis. Sed quid ſi ſunt pares, & numero, & dignitate, & in omnib. vt notatur in glo. extraor. l. ſi quando. hoc tit. quæ gloſ. incipit, ſi vnus teſtis. Vbi ab vna & eadem parte producuntur, dicebat Marti. nulli eſſe credendum. arg. duarum legum j. tit. proxi. l. in exercendis. & l. ſcripturæ diuerſæ. Sed ego & alij contrà putamus: quia lex hoc videtur dicere apertè: vt ff. de proba. l. cùm de ætate. Vnde & ſi aſtu appareant teſtes incidere in contrarietatem, ſubijciuntur verberibus, niſi ſecundum aliquem errorem fortuitum, & non aſtu contraria dicẽtes demonſtrentur: & vt in authen. eod. § ſi verò apertè. Item & alia ratio poteſt aſsignari in inſtrumentis, quàm in teſtibus: ſi quidem qui producit inſtrumenta contraria ſibi potuit prouidere, ne ea ſic contraria produceret: vnde in pœnã ſuam ſtatuitur ne vllis habeatur fides. teſtes verò producti ſæpe dicunt producenti ſe aliud dicturos, quam dicant, & ideo producenti nihil imputari poteſt.

ANNOTATIONES.

a Validior. Vide Bald. in repetitione Rubricæ extrà de teſtib. qui iſtud comprobat per. viij. rationes ſcilicet quòd ſit validior. ibi vide.

b Quam mortua. Pro reſolutione huius no. concluſionis vide text. & Doct. in authen. de inſtru. cau. & fi. §. ſed & ſi quis. ver. ſi verò. Alexan. de Imol. in conſi. cix. in iiij. volu.

c Multa. Adde Ioan. de pla. & doct. in l. quibus diebus. circa princi. ff. de condi. & demonſt. & in l. lege. ff. de teſta. & in l. ſi quando. C. de teſtib. Canoniſtas poſt Inno. in c. j. de teſtib. cogen. multa ad materiam per Alex. in l. argentarius. §. cùm autem. ff. de eden. do. Bart. Soci. in conſi. cclxii. incip. in cauſa d. Ioannis. verſi. præterea. in ij. col.

d Infames. Vide ad hoc Bar. poſt gl. in l. iij. §. duæ cauſæ. ad carbon. Bald. in l. j. C. de ſum. trini. & in ſua marga. verſi. infamis. canoniſtas in c. licet ex quadam. de teſti. & per to. tit. Oldr. in conſi. cxci. qui totam materiam diſcutit.

e Teſtimonium. Adde no. & doc. in l. dictantibus. C. de teſta. & in l. qui in poteſtate. eo. tit. Canoniſtas in c. in literis. de teſtib.

f Conſideratio. Vide dom. Franciſ. de Aret. in l. qui teſtamento. ff. de teſtamen.

g Domeſtici. Vide do. Alexan. conſi. cxxii. volu. iiij. & conſi. v. volu. j. Felin. in c. j. de teſtibus.

h In ſcriptis. Vide Iaſo. may. in l. ii. C. de iure emphy.

i Euangelijs. Adde Spec. tit. de iura. cala. Bartol. in l. qui per ſalutem. in prin. ff. de iureiur. Bal. in marg. ver. iuramentum. Alexand. de Imol. & Doct. in l. iij. §. iurari. de iniur. Canoniſtas in c. & ſi Chriſtus. de iureiuran. ad illud autem quod dicit de epiſcopo vide Firmanum in ſuo aureo tract. de epiſcopo, qui accumulat quicquid dici & excogitari poteſt.

k De auditu. Vide Franc. Curtium in ſuis alle. ſeu in tractatu de teſtib. in ea concluſione quam facit de teſte deponente de auditu.

l Effectus. Vide multum per Albe. in tract. de teſti. vbi multa in iſta materia.

m Congruit. Vide ad hoc Barto. in l. j. in princip. in j. col. ver. per hoc. & ibi d. Alex. de oper. no. nunti. Bald. in l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. ff. de inter. act. Cano. in c. cùm tu. de teſti. & do. Alex. in l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de verb. oblig. & in conſi. cxxxii. in j. volu. & in conſilio xlvi. in iiij. volu. qui totam materiam exaggerat.

* Vt omni. Teſtes coguntur generaliter in ciuilibus cauſis perhibere teſtimonium veritati. C. de teſti. l. ſi quando. ff. de tab. exhibend. l. locũ. §. exhibere. Similiter in criminalibus videntur forte cogendi teſtes. extra de teſtib. cap. cum cauſa & de ſimo. c. licet Heli. Et hoc verum eſt cum de crimine ciuiliter agitur: & ſecundum hoc, nõ obeſt quod no. in c. dilectorum. extra de teſti. cogen. Cogendi autem non ſunt ad teſtimonium, niſi quando per alius liquere non poteſt xvi. q. j. can. generaliter. Sublimitas, niſi quando gratia, odio, vel timore ſe ſubtraheret. extra de teſtib. cogend. c. j. & ibi. Martinus.

* Producantur autem teſtes. In quibuſdam tamen caſibus producuntur ante litem conteſtatam, ſcilicet quando timetur de morte, vel diuturna teſtium abſentia. Similiter vbi aliquid expediri videtur officio iudicis C. vt minor ſe ab hæred. abſtineat. authen. ſi omnes. verſic. quib. Sed & cùm reſtitutio in integ. iudicis officio incidenter præſtatur do offi. iudi. c. j. Item recipiuntur lite non conteſtata in petitione legati, ceu fideicommiſſi. C. ſi reg. l. iij. Similiter in Trebelliana reſtitutione C. ad Trebel. l. penul. Similiter ob partis aduerſæ contemaciã. Sed & ob actoris abſentiam reo tamen præſente. C. quom. & quan. iudex. authen. qui ſemel. extra de dol. & contu. ca. cauſam, quæ. Atteſtationibus etiam publicatis non licet teſtes producere ſuper iiſdem articulis, ſecus ſi ad diuerſum articulum, c. teſtes. de teſtibus. extra. Mar.

De fide inſtrumentorum, & amiſsione eorũ, & de apochis, & antapochis faciendis, & de his quæ ſine ſcriptura fieri poſſunt. *Rubr.*

1 *Inſtrumentorum appellatio quàm latè pateat.*
2 *Inſtrumentũ quale eſſe oporteat, vt ei habeatur fides. & nu. 9.*
3 *Inſtrumentum quatenus iteratò producendum.*
4 *Inſtrumenti veritas probata ab eo, qui illud producit, an liceat aduerſario probare eius falſitatem.*
6 *Comparatio literarum ex quibus fieri poſsit.*
7 *Comparatio literarum an, & quando fiat ex priuato inſtrumẽto, & nu. 9.*
8 *Comparationes literarũ fieri quãdoque ex fortuſi inſtrumẽtis.*
10 *Comparatio literarũ a quibus fieri debeat, & qua ſolennitate.*
11 *Comparationis literarum effectus qualis.*
12 *Inſtrumentis an maior fides adhibeatur quàm teſtibus.*
13 *Inſtrumenti fides quando derogetur per confeſsionem.*
14 *Inſtrumento amiſſo an contractus nihilominus maneat firmus.*
15 *Inſtrumento amiſſo quæ probatio exigatur.*
16 *Antapocha quid ſit.*
17 *Antapocha quare ſit inducta.*
18 *Apocha quid ſit.*
19 *Contractus quando cenſeatur fieri in ſcriptis, & quando ſine ſcriptis. & nu. ſeq.*

EXPLICITO tractatu probationis, quæ inducitur per vocem viuam, ſubijciamus de ea probationis ſpecie quæ fit per vocem mortuam, id eſt, per ſcripturam. Videamus quid ſit inſtrumẽtum, & qualiter hic accipiatur, & quibus inſtrumentis habeatur fides & ex quibus fides inſtrumento inducatur vel minuatur. poſtea dicemus de amiſsione inſtrumentorum, & de antapochis faciendis, & de his, quæ fiunt ſine ſcriptura.
r † Eſt autem appellatio inſtrumenti[a] generalis.[b] nam & teſti-
a monia. & perſonæ, quibus inſtruitur cauſa, inſtrumentorum
b loco habentur: vt ff. eodem, l. j. Sed hic ponitur inſtrumẽtum pro chartis, vel ſcripturis tantùm. Sed & aliàs dicitur inſtrumentum apparatus fundi, quo exercetur poſſeſsio: vt ff. de
2 fundo inſtruct. & inſtru. lega. l. quæſitum. j. reſponſo. Soli † autem publico inſtrumento habetur fides per ſe, id eſt, ſine aliquo alio adminiculo, eò quòd ſine aliqua vituperatione ap-

pareat: vt in authent.eod. tit. §.ſi verò moriantur.niſi is con-
tra quem profertur,probet falſum: vt infra eodem.l.ſi veteris.
3 †Quid ergo,ſi is,qui protulit ſemel, iterum non producit:
cum is contra quem producitur paratus ſit arguere falſum? &
certè accuſator falſi debet prius iurare, quòd exiſtimans ſe
poſſe arguere falſum, poſtulat ſibi exhiberi inſtrumentum.
Item debet prius inſcriptionis paginam apud iudicem compe
tentem deponere, & tunc imponitur neceſsitas ei qui ſemel in
troduxit inſtrumentum, iterum producere: niſi iurauerit ſe
non habere chartam, nec dolo malo deſiiſſe habere, & re vera
ipſa charta ſine dolo ſuo deperdita eſt, & productio eius ſibi
eſt impoſsibilis, quòd ſi ita iurare noluerit aliam quidem pœ-
nam non patitur, ſed chartulæ nulla habetur fides: vt j.eod.l.
4 vlti. Vbi autem †eſt aliqua in ea vituperatio, & quid ſuſpe-
ctum videtur, oportet eum qui producit, probare veritatem.
Quod ſi non fecerit, præſumitur falſarius: vt ſ.de prob. l. iu-
bemus.calũnioſam enim ſcripturam vim obtinere non opor-
5 tet: vt ff. eod. l. ij. †Si autem ille, qui producit, probauerit
veritatem chartę, licet ei contra quem producta eſt, probare
falſitatem, ſicut & ſ. dixi in inſtrumento quod ſine vitupera-
tione apparet: & eſt hoc notabile, quòd poſteaquam vna pars
probauit fidem inſtrumenti, licet alij poſtea probare contra-
rium. Sed tamen licet ante ſententiam, vel poſt ſententiam,
pendente appellatione: nam ſi non eſt appellatum, vel eſt ap-
pellatum, ſed nouiſsimè confirmata prima ſententia non licet
poſteà de falſitate proponere querelam: vt j.eod. l.vlti. & eſt
ratio, quia de falſo fuit habita quæſtio ante ſententiam appro
bantem fidem inſtrumenti, à qua non eſt appellatum, vel eſt
appellatum, ſed cauſa eſt amiſſa. Si autem falſitatis nulla eſſet
habita quæſtio, vel mentio, liceret retractare ſententiam præ-
textu falſi, quod poſtea opponetur, etiam ſi non eſt appella-
tum à ſententia: vt j.ſi ex fal. inſtrum. fuit iudic. per totum ti-
tulum. Quod autem dixi publico inſtrumẽto eſſe habendam
fidem, eſt intelligendum, ſi ſit originale: quod & poteſt voca-
ri authenticum vel exemplar. Cæterum ſi ſit exemplum, quod
& vocatur index, vel ſumptum, non eſt ei habenda fides: vt ff.
eod.l.quicunque. Sed oportet vt authenticum inſtrumẽtum,
vel alia probatio debitæ quantitatis exhibeatur, ſi vult ali-
quam exactionem facere: vt in authen. vt ſpõ.lar. §. & hoc in-
ſuper.coll.ix. Si verò non ſit publicum inſtrumentum, ſed pri
uatum: fides nõ habetur ei: niſi per teſtes id probetur, vel per
comparationem literarum: vt ſ.de proba.l.inſtrumẽta. Idẽm-
que dico in forenſi inſtrumento, eſt autem inſtrumentum fo
renſe quod eſt compoſitum ex his quæ in iudicium fiunt, vt
ſequitur, licet arg. contrarium videatur. j.de dona.l.in dona-
6 tionibus. †Et quia comparatio literarum fidem dat, vel de-
rogat inſtrumentis publicis, & priuatis & omnibus omnino,
videamus ex quibus poſsit fieri comparatio, vel ad derogan-
dam, vel ad iuuandum fidem inſtrumenti. Et quidem fit com
paratio ex publico inſtrumento: vt putà, producis contra me
inſtrumentum alicuius tabellionis: ego, vt derogem fidei in-
ſtrumenti, induceam aliud inſtrumentum quod conſtat eſſe fa-
ctum ab eodem tabellione, & eſt diſsimilis literæ & formæ:
vel induco aliud inſtrumentum quod conſtat eſſe factum ab
eodem tabellione, & eſt conſimilis literæ & formæ: vel ſi in-
duco aliquod inſtrumentum, & illud eſt ſuſpectum: vt probè
eſſe verum, vnde inſtrumenti mei quod induxi fides per illud
adiuuatur. Fit autem iſta comparatio publici inſtrumenti,
quando tabellio non ſupereſt: ſi enim ſuperſit, fides per illum
declaratur authorem: ſed vbi non ſupereſt, fit comparatio li-
terarum tabellionis, & ſignorum, vel notarum, ad plenam fi-
dem faciendam, & non fit comparatio literarum ſubſcriben-
tium. Si tamen ſuperſit miniſter tabellionis, adnumeratur, a-
c lioquin etiam ſubſcribentium fiet comparatio: c vt authen. de
inſtrumentorum caute. §. ſed & ſi inſtrumenta. coll.vj. & vt
notauimus. ſ. ſi cer. pe. §. pe. Ex his omnibus comparationi-
bus vna quædam colligetur, & efficietur fides, vt in prædict.
7 authen. dicitur. †Item fit comparatio ex priuato inſtrumen
d to: d ita tamen ſi habet ſubſcriptionem trium teſtium probatæ
opinionis, quos eidem priuato inſtrumento conſtat ſubſcri-
pſiſſe: vel per comparationem aliarum literarum, quas ab eiſ-
dem teſtibus conſtat eſſe formatas, vel per ſacramentum ſal-
tem duorum teſtium, non exigo trium: licet trium teſtiũ exi-
gat ſubſcriptiones. Et eſt hoc bene notandum: quia eſt opti-
mum arg. pro ſententia quorundam, qui dixerunt ſolennita-
tẽ teſtamenti ſaltem per duos poſſe probari, licet in teſtamen
to ſeptem ſint neceſſarij: vt j.eo.l.comparationes. nec eſt con-
trarium quod dicitur in authen. eod. tit. §.j. & ij. & iij. videtur
enim per legem illam, quòd & ſi non ſubſcripſerint teſtes, ta-
men fiat comparatio: ſi ipſi interfuerint contractui. Sed certè
ibi loquitur de priuata ſcriptura, ad quam probandam vel
improbandam fit comparatio. Et ita demum ſi teſtes ſuper-
ſint, vt notauimus. ſ. ſi cert. per. §. pen. verbi gratia, ego te con
uenio ad res, quas ego dico me tibi commodaſſe, & induco
tuam priuatam ſcripturam contra te, quæ non ſufficit: vt ſ. de
proba. inſtrument. vnde teſtes debent venire vt atteſtentur
ſubſcriptionibus ſuis, vel contractui. Item examinatio, id eſt,
comparatio literarum non repellitur, ſed fit ad ſolatium, id
eſt, ad maiorem cautelam, ita & in contractibus cæteris: hic
autem loquitur de priuata ſcriptura, ex qua fit comparatio
ad aliam probandam, vel improbandam. Item & ibi loqui-
tur quando contrahitur à perito literarum in ſcriptis, vel ſi-
ne ſcriptis ſuper maiore ſumma libra auri: vnde & ibi tres te
8 ſtes exiguntur: vt ibidem dicitur. †Item fit comparatio ex fo
renſi inſtrumento: vt j.eod.l.comparationes. Eſt autem foren
ſe inſtrumentum quod eſt compoſitum ex his, quæ fiunt in iu
dicio & dicuntur tales ſcripturæ acta, ſiue geſta. Et no. quòd
ſingula ad ſuam referenda ſunt materiam, id eſt, vt per priua
tum priuato, per publicum publico, per forenſe forenſi fides
detur, vel detrahatur: nec enim diſsimilitudo detrahit, niſi v-
bi conſueuit eſſe ſimilitudo: nec diſsimilitudo iuuat: niſi vbi
conſueuit eſſe. Certum eſt enim, quòd in alia forma fiunt pri-
9 uata inſtrumenta, quàm publica. †Item fit comparatio ex
quibuſcunque literis, quibus aduerſarius meus vtitur: puta,
profert ſuam ſcripturam contra me, quam fateor eſſe veram:
volo ipſum conuenire ex alia ſua propria ſcriptura, quam cõ
tra eum profero, & peto fieri comparationem ſuæ ſcripturæ
quam contra me profert, ad eam quam contra eum profero,
tanquam ab eo factam: quod quidem eſt æquum: quia quod
in ſua perſona æquum putat, & contra ſe debet admittere: vt
in auth. de his qui ingre. ad appel. §. illud etiam. Item fit com-
paratio ex charta, quæ profertur de archiuo publico: & teſti
monium habet publicum: vt in auth. de his qui ingre. ad ap-
pel. §. ſi verò etiam ex publicis. coll.v. Eſt autem archiuum,
e locus quidam ab archa ſic dictus in quo publicæ chartæ re
ponuntur: vt ff. de pe. l. moris. §. ſolæ. & ſic ne eo loci, ſed teſti
monium publicum eam habere intelligo, ex quo confitentur
magiſtratus eam ex archiuo eſſe, vel ex quo ſigna talia conti-
nentur in ea, qualia ſolent fieri manu commentarienſis, vt ff.
de iure fiſci. in fraudem. §. quoties. alioquin ſi dicas eam habe
re teſtimonium publicum: quia forma publica à tabellione
ſit ſcripta, nihil noui adderet authen. quod nõ placet. Ex his
10 quinque generibus inſtrumentorum fit comparatio. †Eſt au
tem facienda comparatio ab his qui bene nouerunt formas
& figuras literarum, & varietates. arg. C. de re milita. l. ſemel.
& præſtari debet ſacramentum ab eis, quòd neque lucri cau
ſa, neque inimicitiis, neque gratia moti, huiuſmodi faciant cõ
parationem: vt j.eo. comparationes. §. omnes. Item & iurat il
le, qui induxit inſtrumentum ad comparationem, & ille, qui
petit fieri comparationem, quòd non aliam idoneam habens
fidem ad collationem inſtrumentorum veniat, nec quicquam
circa eam egit, aut machinatus eſt quod fortè poſsit veritatẽ
11 abſcondere: vt in auth. eod. §. ſi verò nihil. †Effectus autem
comparationis erat olim, vt per eam omnino inſtrumentum
e approbaretur, vel eius fidei omnino derogaretur. Hodie e
autem vna quædam, id eſt, ſemiplena colligitur fides ex com-
parationibus literarum, & ſignorum, & quandoque omnino
creditur ei prout iudici videbitur: vt in auth. eod. tit. §. ſi verò
moriantur. quandoque nullo modo creditur ei: vt quando eſt
ab vna parte inſtrumentum, & vox viua: ab alia verò ſola cõ-
paratio literarum. Item & hodie diligentiùs & cautiùs fit
comparatio, & aliter ſtatuitur. Diſtinguitur enim, vtrum ſu-
perſit tabellio, an non: & vtrùm priuata ſit ſcriptura, an pu-
blica: contrahatur ſuper minore ſumma libra auri, an ſuper
maiore:

maiore:& vtrum à perito literarum, an ab imperito,& vtrum
in ſcriptis, an ſine ſcriptis: vt plene notauimus ſuprà in præal-
legato §.ſummæ.ſuprà ſi certum petatur. Quare autem ſoli
coliationi non ſit habenda plena fides notat. in authentica
eodem titulo. primo reſponſo. Literarum enim diſſimilitu-
dinem (vt ibi dicit textus) ſæpe quidem tempus facit. Non
enim ita quis ſcribit iuuenis & robuſtus, vt ſenex & fortè tre
mens, ſæpe autem & languor facit hoc. Item calami,& atta-
menti mutatio, ſimilitudinis per omnia aufert puritatem.
12 † Porrò (vt generaliter de fide inſtrument. ſciamus) regula
illa eſt dicenda quæ eſt infrà eodem. l. in exercendis litibus.
eandem vim obtinent * tam fides inſtrumentorum, quàm te-
ſtium depoſitiones. Nec admitto in aliquo caſu vt vox viua
duorum teſtium tantùm validior ſit publico inſtrumento, imò
publicum inſtrumentum in pluribus caſibus validius eſt te-
ſtibus duobus, vel pluribus, vt notari poſſunt plures caſus.
ſuprà ſi mi.ſe maior. di.l.ſi alterius.& infrà de non numerata
pecu. l.generaliter.& ſuprà de teſtibus. l.teſtium. & de ſuffra.
l.vnic. & infrà qui teſtament.fa poſſ. l.hac conſultiſſima.& ff.
de probationibus.l.cenſus. Quidam autem dixerunt vocem
viuam duorum teſtium validiorem eſſe inſtrumento: argum.
eius quod legitur in authent. eodem titulo.§.ſi verò tale ali-
quid.Sed certè illud non eſt contra me:ſiquidem ab vna parte
erat inſtrumentum.& vox viua,quæ pro inſtrumento teſtifi-
cabatur:ab alia verò parte erat comparatio literarum diſſimi-
litudinem notantium,& nihil aliud:vnde ſtatuitur vt compa-
rationi non habeatur fides. Siquidem aliter ſcribit quis iuue-
tus,aliter ſenex,vt dictum eſt:& ita viuæ voci,& inſtrumento
quod firmabatur viua voce magis creditur, quàm compara-
tioni.Si autem quatuor, vel quinque teſtes bonæ opinionis
dicerent contra inſtrumentum publicum,magis crederem te-
ſtibus, quam inſtrumento publico: vt ſuprà de probationi-
bus. l. cùm precibus. niſi præſumptio iuris, & de iure ſit pro
inſtrumento: vt in confeſſione, quæ fit in inuentario, & quæ
fit à muliere in interceſſione: vt notauimus ſuprà,de probat.
f Porrò contra priuatum inſtrumentum [f] poteſt probari con-
trarium etiam per duos teſtes omni exceptione maiores: vt
13 infrà de contrahend. ſtipulatio. l.vltima. † Illud noto, quod
fidei inſtrumenti quandoque derogatur mea confeſſione: vt
ecce, produxi inſtrumentum quod dicebas falſum,& ego poſt-
eà profeſſus ſum me non vſurum eo: videor enim confeſſus
ſcripturam non eſſe veram, & ideo non habetur ei poſteà fi-
des: vt infrà eodem.l.tertia. Et hæc de fide inſtrumentorum.
14 † De amiſſione autem inſtrumentorum talis traditur regu-
la: vt quicunque contractus eſt qui ſine ſcriptis fieri poteſt.in
eodem caſu,ſi ſcriptura interuenerit, & amiſſa ſit nihilominus
ſuam obtinet firmitatem: vt infrà eadem.l. prima.& l.ſicut.&
l.ſtatum tuum. & l.ſi ſolennibus. & l.inſtrumentis. & l. cùm
inſtrumentis & l.an idcirco. & ff. eodem. l.in re. & de pigno-
g ribus.l.contrahitur. Poteſt autem quilibet contractus [g] fieri
ſine ſcriptis, niſi in caſibus quibus ſuprà diximus præferri in-
15 ſtrumenta teſtibus. † In amiſſione autem inſtrumenti [h] di-
h ſtingue, vtrum per factum aduerſarij mei ſit amiſſum, an per
alterius factum,vel per caſum. In primo caſu non eſt alia pro-
batione opus ad fundandam intentionem meam: niſi vt pro-
bem eius vitio me amiſiſſe inſtrumentum quo continebatur
id de quo intendo: vt ſuprà, de probationibus. l.ſi de poſſeſ-
ſione. In ſecundo caſu non teneor probare amiſſionem [ſed
nec prodeſſet probare amiſſionem.] Nam & ſi teſtes dice-
rent, in inſtrumento continebatur Titium emiſſe, & poſſeſ-
ſionem habuiſſe, vel accepiſſe, & illud ſubtraxit Mæuius,non
probaretur intentio mea. Sicut enim non probaretur per
exemplum, vt ſuprà dictum eſt, ita nec probaretur per teſtes
qui dicerent in inſtrumento ita fuiſſe ſcriptum. Supereſt ergo,
vt per teſtes qui interfuerunt ei negotio, de quo agitur fun-
dem intentionem meam. Porrò vbi debui pecuniam in ſcri-
ptis,quam ſolutam neceſſe habeo probare per ſcripturam,vel
per quinque teſtes: ſi probarem de amiſſione ſcripturæ con-
tinentis ſolutionem factam in aliquo, releuor à probatione
teſtium:quia non erunt quinque neceſſarij,ſed duo ſufficient:
16 vt ſuprà titulo proximo. l.teſtium.Nunc de antapochis. † Eſt
autem antapocha * chirographum quod facit debitor cre-
ditori in quo confitetur ſe ſoluiſſe tantùm, & non dicitur ab
anti, quod eſt contra, ſed ante: quia fit ante apocham: & eſt
17 † inducta ad ſecuritatem creditoris, qui enim nomine alie-
no poſſedit, & penſionem ſoluit: vel qui creditori ſuo vſuras
repræſentauit: ſi quandoque dicat ſe ſuo nomine poſſediſſe,
& ita ſe dominum factum, vel præſcriptione liberatum con-
tendit, ius agentis facit vacillare: niſi probet dominus, vel
creditor penſiones, vel vſuras in præteritis annis ſibi ſolutas.
Probat autem per antapocham debitoris: vt j.eod.l. plures.
Vel (dicunt alij) antapocha eſt ſcriptura creditoris confiten-
tis quam facit debitor obligando ſe, ab anti, quod eſt contra.
18 Sed apocha † ſecundum omnes eſt ſcriptura creditoris pro-
fitentis ſibi ſolutum à debitore: & ſic ponitur ff. de admini.
tut.l. Lucius. §. tutor. Sic plenè conſulitur creditori, vel do-
mino vt faciat apochas duas: & ita erit vtraque authentica,
vt dando apocham debitori, vel colono, retineat eius exem-
plar cum ſubſcriptione coloni, vel debitoris: vel dominus de-
bet debitori apocham & ab eo accipit antapocham. Quid ſi
dominus habuit à colono antapocham & eidem deſcriben-
do eam reddidit colono? Conſulitur vt repetat antapocham,
vt tamen det colono apocham, vel ſi non repetat antapo-
cham, faciat apocham, & eidem faciat ſubſcribere colonum,
& eam ſibi retineat. Repetitio antapochæ fauore domini in-
ducta non debet in eius læſionem retorqueri: vt j.cod.l. plu-
19 res.Nunc de his quæ ſine ſcriptura fieri poſſunt. † Et ſcien-
dum eſt omnem contractum ſine ſcriptura fieri poſſe: niſi in
caſu, in quo exigitur ſcriptura, vt ſuprà dictum eſt: & id exi-
i gunt quidam in emphyteutico contractu, [i] vt & dicemus in-
frà de iure emphyteutico. Semper autem videtur fieri ſine
ſcriptis, etiam ſi ſcriptura inde fiat ad probationem: niſi inter
contrahentes id actum ſit, ne aliter ſit ratus contractus, niſi
k ſcriptura interueniente [k] ſicut placet ſapientibus: quod qui-
dem non dicitur lege expreſſum,ſed ſatis innuitur infrà cod.l.
contractus. Cùm enim dicit,ſi conuenitur vt fieret in ſcriptis,
notat apertè quod aliter, id eſt, ſine ſcriptura fieri non vo-
luerunt: tunc enim in ſcriptis dicitur fieri. Vbi autem contra-
hunt,& ad probationem volunt inſtrumentum fieri,non con-
uenit fieri in ſcriptis: quia & ante ſcripturam contractus te-
20 net. † Notanda eſt ergo vis in eo verbo vt fieret in ſcriptis,
id eſt, vt ſubſtantia caperet per ſcripturam, vel (quod verius
puto) tunc dicitur fieri in ſcriptis, quando in contractu, vel
ante contractum conueniunt vt ſcriptura inde fiat. Vbi au-
tem in ſcriptis celebratur contractus, non aliter habet vires:
niſi inſtrumenta, quæ vulgò dicuntur rogationes, in mun-
dum recepta ſint. Mundum dicitur charta, quæ plenè conti-
net omnia, quæ conſueta ſunt inter partes, & dicitur mundi-
cia, eo quòd ſine vituperatione debent eſſe. Et debent partes
ſubſcribere huic mundo. Item & teſtes. & videtur innuere in
authentic. eodem.titu.§.ſed ſi inſtrumenta.& §.oportet. Item
oportet mundum ex toto compleri à tabellione: nec aliter
habet vires contractus, adeò vt antequam iſta ſint completa
quælibet pars recedere poſſit à contractu: nec timet præſta-
tionem intereſſe licet timeat amiſſionem arrarum ad dupli-
cationem ipſarum, de quo neceſſe eſt timere ſi contractus ce-
lebratur in ſcriptis: vt infrà eodem.l.contractus.& inſtitu. de
contrahen.empt.§.j.

ANNOTATIONES.

a Inſtrumenti. Vide Barb. qui latiſſimè examinat in repetitione ſua ſolenni de fide inſtrumen.

b Generalis. Vide ad hoc Bar. in l.admonendi. circa fi. de fi. inſtr. & in l. notionem ff. de verb. ſignif. Bald. in ſua marg. ver. inſtrumentum. doct. in l. j. C. de iura. cal. do. Alex. in l. j. ff. de fi. inſtru. & in conſi. cxxij. in ij. vol. nouiſſimos ſcribentes in rub. de fid. inſtr. qui omnia accumulant. Canon. in cle. ſæpe. de verb. ſignif.

c Comparatio. Vide Felin. in iſta materia multa dicentem in c. ij. de fide inſtr. & vide aliquid per Soc. in l. ſi ita ſcripſero. ff. de cond. & demon.

d Inſtrumento. Ad materiam huius, & aliarum quàm plurimarum concluſionum vide Bar. in l. admonendi. in ver. circa primam. ff. de iureiu. Bald. in authentic. ſed nouo iure. in ver. fi. de fide comparationis. ſi cer. pe. & in l. comparationes. de fi. inſtru. Lanfranc. in c. quoniam contra. ver. inſtru. de proba. Pau. de Caſtr. in conſi. cxcvj. & in conſi. cccxxviij. domi. Alexan. de Imo. in conſi. clxxx. in ij. volu. & in conſi. xj. in iiij. volu. vbi habes totam materiam huius tituli.

* Archiuum. Vide Bud. in l. Moris. in illis verb. Archiuo forte, &c.
e Hodie. Vide Iaſonem May. in repe. l. admonendi. fo. xvi. ff. de iureiu.
f Inſtrumentum. Vide Soci. conſil. cxliij. & conſilio clxxxi. & conſilio cc lxxiiii.
g Contractus. Vide glo ord. in cap primo. de cenſibus. in ſexto, quæ ferè enumerat omnes caſus in quibus requiritur ſcriptura. vide Iaſ. & Moderu. in l. pactum quod bona fi. C. de pact.
* Antapocha. Vide Ale. lib. primo. prætermiſ. in prino.
h Inſtrumentis. De iſta materia vide Bar. in l. ſecunda. ff. de iur. fiſ. & in l. prima ff. ſi cert. pet. Bald. in l. ſicut C. de fi. inſtr. & l. cum inſtrumentis, C. de probat. do. Alexan. de imol. in l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fiſci. docto. in l. teſtium, C. de teſt. & in l. hæredes. ff. de teſtam. & facit quod voluit dominus Barthol. ſoci. in conſil. cclxxiiii. incip. in cauſa do. Gor. verſic. poſtremo.
i Contractu. Vide late Iaſo. in l. prima. C. de iure emphy.
k Interueniente. Adde Bart. in l. contractus. ver. ſed hic quæro. C. de fide inſtru. & in l. generaliter. C. de non numer. pecun. Bald. in authent. ſed nouo iur. C. ſi cert. petat. docto. in l. cum res. C. de probat. & in rubr. C. de condi. ex lege.
• Eandem vim obtinent. Inſtrumentorum tamen fidei derogatur, ſeu reprobantur inſtrumenta. ſi habeant caſuram in loco ſuſpecto extrà de priuileg. capit. cùm olim. ij. Item ſi habeant lituram, ſeu mutationem primæ figuræ. ff. de probat. l. ſi chirographum. extrà de fide inſtrum. cap. inter dilectos. C. de edict. diui Hadri. tol. l. ſecunda. & ff. de his, quæ in teſt. delen. Literæ tamen vel ſy labæ mutatio, immiſsio, vel ſubtractio vitium non inducit, niſi ſenſus variationem inducat. extra de fide inſtru. ex parte. & ff. de manumiſ. teſta. l. qui habebat. Vnde raſura paucarum literarum, quæ ſapientis animum non immutant, permittitur, & toleratur. cap. primo, extrà ne etiam ſi l. niſi caſura ſit in loco ſuſpecto. dicto capitulo, cum olim. ſecundo. Martinus.

LEX XIIII.

1 *L. ſcriptura facti ſpecies.*
2 *L. ſcriptura. ſenſus.*
3 *Inſtrumenta quatenus accipienda.*
4 *L. vbi. de regu. iur. explicatur.*

SCRIPTVRÆ. Quidam ponũt caſum huiuſmodi legis in eo, qui profert duo inſtrumenta, in quorum vno cõtinetur quòd ipſe ſit vſufructuarius, in alio, quòd proprietarius, has ſcripturas dicunt contrarias, & ſibi derogantes fidem quod falſum eſt. Poteſt enim eſſe quòd vtraque ſit vera: vt ſi primò proprietatem, poſtea vſumfructũ habuit. vel contra, licet ſimul vtrum-
1 que haberi non poſsit. Pono † ergo caſum in diuerſis, ſimúlq; aduerſis: puta, produco vnum inſtrumentum in quo continetur, quòd promiſerit tali die decem aureos Bononiæ. Item aliud, in quo continetur quòd eadem die promiſi tibi Romæ centum. hæ ſcripturæ aduerſæ ſunt: & ſi non directò: tamen per medium: vt puta, ſi dico, homo eſt animal: & alius dicat, homo non eſt ſubſtantia; vnde loquitur, ergo non eſt animal. Et ita per medium. Si vero directò negaret: vt puta, homo non eſt animal: ſine dubio directò contrariæ ſunt. Et mentiuntur, qui dicunt me dixiſſe, quòd hic non loquitur in cõtrariis, ſed
2 in diuerſis; hoc enim † dixi quòd in diuerſis quæ non ſunt aduerſæ loqui poteſt: vt puta, produco vnum inſtrumentum in quo continetur me emiſſe cum vxore mea pro x. tali die. item aliud, in quo continetur, quòd emi ſolus pro centum, & aliis teſtibus interuenientibus, & eodem die: iſta quidem non ſunt contraria per ſe, vel per medium: quia vtrumque eodem die
3 potuit eſſe: ſed ita ſunt † diuerſa, ᵃ vt veriſimile non ſit rem
a ita proceſsiſſe: & fidem ſibi inuicem derogant: neſcio enim, cui inſtrumento magis credam, cum eadem die dicantur compoſita: vnde neutrum tenet. Et hoc vbi ab vna & eadem parte producuntur: ſed ſi à diuerſis, ſecus eſt: quia iudex inſpicere debet quæ magis eſt ſine ſuſpicione, & raſura, vt ei credatur: vel ſi vtraque pars eſt pro reo credat; vt j. de contrahend. ſtipul. l. optimam. & ff. de teſti. l. ob carmen. §. vltimo. nec poteſt
4 ad hoc adaptari quod eſt ff. de regulis iuris. vbi † quia ibi loquitur de repugnantia iuris. quę eſt propter perplexitatem verborum: vt ff. de cond. inſtit. l. ſi Titius. vel quæ eſt propter contrarietatem iuris: vt ff. de vſu. & habita. l. per ſeruum. §. vltimo. & l. vſus. & de ſerui. l. via.

LEX XVI.

1 *Dominium an ante mundum transfi ratur.*

1 CONTRACTVS. Hac lege quæritur ſi venditor ante mundum completũ tradat. † an transferat dominium? quod aliquãdo dixit Bul. quod dic vt notauimus ſuprà de ſuffra. Sed poſteà bene mutauit ſententiam: quia ſapientis eſt mutare ſuum cõſilium in melius. Sed de vſucapione quæro, & ibi aliud dici poteſt, quàm in dominio: vt ff. pro dote. l. prima. §. & primum.

ANNOTATIO.

a Diuerſa. Vide Alexand. conſilio cxli. volumine ſecundo. & conſilio xxia. volumi. quarto. Barba. conſi. xli. vol. primo.

Plus valere quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur. *Rubrica.*

1 *Fraus quibus modis fiat legi.*
2 *Veritatem in contractibus ſimulatis potius ſpectari, quàm id quod in ſpeciem geſtum videtur.*
3 *Legatum auri relictum ab eo, qui voluit legare argentum, non valere.*
4 *Scriptura quibus caſibus plus valeat, quàm id quod agitur.*

DE FIDE ſcripturæ plenè ſuprà dictum eſt, ſed quia ſæpe aliud verè agitur & aliud ſcribitur,
a ᵃ ſicque fraudes ſæpe committuntur, conſtétque plus valere veritatem, quàm ſimulatè geſtũ: ideo ponit plus valere quod agitur, quàm quod ſimulatè concipi-
1 tur. Videamus ergo, quibus modis hæ fraudes fiant. † Fit fraus legi quandoque de re ad rem, quandoque de contractu ad contractum alterum: vt ff. ad Macedo. l. ſi filius, §. is autem ſolus. & l. ſed Iulianus. §. mutui. quandoque de contractu ad contractum eundem, ſed altero modo: vt j. ad velleia. l. ſi cùm ipſe. quandoque de perſona ad perſonam: vt j. de donat. inter
2 virum & vxorem. l. tertia. §. non tantùm. Et † in omnibus talibus magis ſpectamus veritatem, vt præualeat falſitati, quod verè actum eſt, vel etiam vt non valeat ſecũdum naturam rei, de qua quæritur. Nam & vbi donare volui vxori, & ſcriptum eſt me vendidiſſe, non valet venditio: quia ſimulata eſt: nec donatio: quia inter me & vxorem meam valere non poteſt: ſecus ſi voluiſſem donare alij: tunc enim donatio teneret: & ſic de cæteris exaudi: vt ff. de contrahen. empt. l. ſi quis donationis. & de donatio. inter virum & vxorem. l. ſi ſponſus. §. circa. Et
3 idem † notari poteſt, vbi legaui aurum, & volui legare argentum. Nam nec aurum debetur: quia de eo non conſenſi, neque argentum: quia de eo nihil expreſsi: vt ff. de leg. primo.
4 l. quarta. §. ſi quis. & de rebus dub. l. in ambiguo. † In caſibus magis attenditur ſcriptura, quàm id quod actum eſt: vt ecce, teſtator alij legauit vſumfructum fundi, & alij fundum: concurrit vterque ſcilicet in vſumfructum, etiam ſi teſtator aliud egerit, id eſt, vt vnus haberet proprietatẽ nudam, alius vſumfructum: vt ff. de vſufructu leg. l. ſi alij. Vel (vt dicunt alij) ibi dicebatur teſtatorẽ aliud egiſſe, ſed nó cõſtabat ita eſſe. Vnde
5 magis ſpectatur ſcriptura. Item † & vbi ſpe futurę numerationis me obligaui poſt biennium, eùm effectu teneor, vt nec liceat probare contrarium, licet Iacobus contradiceret: vt j. de non numerata pecunia. l. ſi intra. Sed & præiudicat veritati ſententia, quantum ad eos inter quos eſt lata: vt ff. de re iudicata. l. res iudicata. Idémque eſt in iureiurando. vt ff. de iureiuran. l. ſed & ſi. §. item ſi iurauero. Sed & in caſibus contra omnes præiudicat ſententia: vt in teſtamento inofficioſo, & in ingenuitate, & in filiatione: vt dicemus infrà quibus res
6 iudi. non nocet. † Illud notandum, quòd quandoque ſcriptura non attenditur & fraus præſumitur: vt puta, clàm emit tutor à pupillo & alterius nomine inſtrumentum eſt adſcriptũ, nam per fraudem & per interpoſitam perſonam facta videtur emptio: ſecus ſi palam emiſſet; vt ff. de authori. tuto. l. v. §. ſanè.

ANNOTATIO.

a Scribitur. Vide pulchra dicta accumulata per Iaſ. de ſimulatione. & ibi quid

quid ſit ſolutio ad materiam iſtius titu. in l. nemo poteſt. ff. de legatis
primo. & vide etiam in materia do. Vitalem. de zanbanis in ſuo tract.
clau. vbi multa circa clauſulam de ſolut. &c.

De commodato. *Rubrica.*

1 *Commodatum quid ſit, atque qui differat à locatione & à precario.*
2 *Commodatum non reuocari niſi finito vſu ad quem eſt conceſſum.*
3 *Commodatum quibus in rebus conſiſtat.*
4 *Commodare quis, & cui poſſit.*
5 *Pupillo commodante, vel ſi ei commodetur, an & quatenus contrahatur obligatio.*
6 *Fur & prædo an poſſint agere commodati ratione rei furtiua ab ipſis alij commodata.*
7 *Commodatum quas actiones pariat. & quibus dentur tales actiones.*
8 *Commodati actio vtilis quando detur, & pro quibus rebus.*
9 *Commodati actio directa ad quid detur, ſeu quæ veniant in eam, & num. 11.*
10 *Dolus & culpa quomodo veniant in actione commodati, & quando.*
11 *Actio commodati quomodo competat aduerſus plures hæredes*
13 *Commodato pluribus facto quatenus teneantur ſinguli commodatarij.*
14 *Commodati contraria actio ad quid detur, ſeu quæ veniant in eã.*
15 *Commodator ſurripiens rem à ſe commodatam qua actione, & ad quid teneatur commodatario, qui ignorans ſoluit ei æſtimationem rei, vel intereſſe.*
16 *Commodator, cui pro re perdita pretium à commodatario ſolutum eſt, ad quid teneatur ipſi commodatario, ſi poſtea res commodata in ſuam poteſtatem perueniat.*
17 *Actiones, quæ ratione commodati dantur, quales ſint.*

DE Actionibus perſonaliſſimis, quibus quid dari
præcipuè intenditur, dictum eſt, ſequitur videre
de his, quæ proponuntur ad intereſſe. ſed quia il-
læ naſcuntur ex contractibus, & contractuum
quidam re celebrantur, quidam conſenſu, de his qui rebus ce-
lebrantur videndum eſt. Et quia intra eos laudabilior eſt is
qui tantùm gratia accipientis contrahitur, ſi quidem beatius
eſt dare, quàm accipere, de commodato qui re contrahitur
diſpiciamus: vt inſtitut. qui. mo. re. contrahi. obliga. §. item is
cui. Dicamus primò quid ſit commodatum, & vnde dicatur:
In quibus rebus conſiſtat. Quis poſſit commodare, & cui, &
quæ actiones oriantur ex eo, quibus dentur, & in quos, & in-
1 quantum, & quales ſint. † Commodatum eſt alicuius rei ad
aliquem ſpecialem vſum gratuita facta conceſſio. Ideo dico
conceſſio, & non tranſlatio: quia is qui qui commodat reti-
net dominium, & poſſeſſionem: vt ff. eodem. l. rei commoda-
tæ. Dicitúrque commodatum quaſi commodo vtentis da-
tum. Quare autem dixerim gratis, patet: nam interueniente
mercede, vel ſpecie tranſibit res in locationem vel in contra-
ctum innominatum, do vt facias: vt inſtitut. mand. §. vltimo.
Ad aliquem vſum. ideo dixi vt notarem differentiam inter
commodatum, & precarium. Precarium enim conceditur
ſine certi vſus præfinitione. Vnde quandocunque reuocari
a [a] poteſt: vt ff. de precar. l. cùm precario. Hinc eſt quòd latam
culpam ſolummodò præſtare tenetur: vt ff. de preca. l. quæſi-
tum. §. illud. Commodatum autem ad certum vſum concedi-
tur: & hoc diligens & curioſus lector notare poteſt ſemper
vbicunque tractatur de commodato alicuius rei, ſtatim ſup-
poni vſum ad quem res eſt conceſſa. Sic dicitur, commodaui
equum vt ad villam duceres, pecuniam vt diues appareres: vt
ff. eodem. l. tertia. §. vltimo. & l. quarta. & l. ſi vt certo. §. inter-
dum. & l. vl. Sic dicitur, commodaui ſcalas vt feneſtris ſuppo-
neres: vt inſt. de oblig. quæ ex delicto naſcuntur. §. ope. & con-
2 ſilio. Vnde † commodatum non reuocatur niſi finito vſu ad
quem eſt conceſſum, alioquin tenetur commodator contraria
commodati. Adiuuari enim nos, nõ decipi beneficio oportet.
Sic eſt & in eo qui abſentis negotia quaſi omnia geſturus g e-
rere inchoauerit, neque peritura impunè deſerit. Idémque &
in eo qui recepit mandatum. Nam recipere mandatum vo-
luntatis eſt, neceſſitatis eſt conſummare: vt ff. eod. in commo-
b dato. §. ſicut. & extra. eod. ti. c. vnic. in fi. Quidam [b] tamen di-
xerunt tunc eſſe commodatum cùm dicit, commodo: tunc eſ-
ſe precarium cùm dicit, precario concedo. quod ridiculum eſt
dicere, vt pote cum verbis tantum, non rebus lex imponere-
3 tur, quod eſſe non debet: vt j. communia de le. l. omne. † Con-
c ſiſtit commodatum in rebus mobilibus [c] & ſe mouentibus, &
immobilibus. Item & in incorporalibus, putà ſeruitute ha-
bitandi: vt ff. eod. l. j. Cùm enim dixerit prius rem ſoli commo-
dari poſſe, & adiecerit Iulianus etiã habitationem poſſe com-
modari, patet intelligendum eſſe de ſeruitute habitandi, ne a-
lioquin nihil dicatur adiectum: licet Pla. dixerit ſe non legiſ-
ſe incorporalia commodari poſſe. & in eiſdem rebus vide-
tur conſiſtere precarium: vt ff. de preca. l. ij. §. vlti. & l. iij. &
iiij. Porrò quod vſu conſumitur non commodatur: niſi for-
tè ad pompam, vel ad oſtentationem quis accipiat. ſæpe etiam
ad hoc Commodantur pecuniæ vt dicis gratia numera-
4 tionis loco intercedant: vt ff. eod. l. iij. §. vlti. & l. iiij. † Com-
modat autem, & ei commodatur qui & aliàs poteſt obliga-
5 tionem contrahere: de quibus diximus ſ. de pact. † Quid
ergo ſi pupillus commodauerit, dico ab vno latere tantum
ſtat contractus. Nam pupillus non eſt obligatus, ſed alius
obligatur ei: vt ff. de act. empt. l. Iulianus. §. antepenult.
Idémque & ſi pupillo commodatum ſit: nec enim tenetur
commodati: niſi inquantum locupletior factus eſt: vel niſi
inquantum dolo deliquit: vt ff. eodem. l. j. §. vlti. & l. ij. &
6 l. iij. & depoſiti. l. j. §. an in pupillum. † Fur autem, & prædo,
& conſimiles rectè agunt commodati: vt ff. eod. l. commoda-
re. & l. ita. imò & rei vendicationem dixerunt quidam furem
poſſe intendere contra commodatarium: cùm ipſi non liceat
intendere dominij quæſtionem contra furem à quo habeat
cauſam: vt j. titu. j. l. nec creditores, & de non nume. pecun. l. j.
& de his omnibus fortius eſt arg. j. de præſcrip. xxx. vel xl. an.
l. ſi quis. §. ſed hæc ſuper illis. vt enim prædoni non licet obii-
cere dominij quæſtionem ei, qui expulit de prædio, propter de-
lictum ſuum ex quo obligatus eſt expulſo: ita ſi obligatus ſit
ex contractu, non debet ei litem referre de dominio: vel forte
durior eſt cauſa delicti, quàm contractus. Quod enim dicit
de non nume. pecu. & de pig. act. ſi pignus datum probaturus
es: vel ſi originem rei probare potes, vendicare dominium de-
bes: non ideo dicit quòd ſola traditio pignoris det debitori
rei vendicationem, ſed quia probata traditione pignoris, præ-
ſumitur creditorem hodie poſſidere. cum à debitore habuit
poſſeſſionem: vt j. de pig. act. l. & ideo poteſt intentari rei ven-
dicatio, quam parit ſola poſſeſſio: vt ſ. de aliena. iud. mu. cau-
ſa. l. vnic. Si ergo agat rei vendicatione contra commodata-
rium: quia ipſe, vt quilibet poſſeſſor conuenitur, plenè opor-
d tet commodantem de dominio probare: [d] vt ff. ad exhiben. l.
7 de eo. §. hæres. & §. idem hæres. † Ex commodato autem duæ
oriuntur actiones, directa, & contraria: & datur directa com-
modanti, & eius hæredi contra commodatarium, & eius hæ-
redem. Contraria autem datur commodatario, & eius hære-
di contra commodantem. & eius hæredes. Nec refert inten-
datur directa, vel non: ſicut & in qualibet contraria: vt ff. eod.
l. in commodato. §. j. & de act. & oblig. l. ex depoſiti. & l. ex
contractibus. & inſt. de perpe. & tempora lib. actionib. §. ſed &
8 hæredibus. † Vtilis autem commodati datur pro pullo, qui
comitabatur, equam commodatam: vt ff. eodem, l. iiij. §. vſque
Item & quando ego non commodaui, ſed tu amicus meus
propria authoritate equum ſtabulo accepiſti, dabitur vtilis,
vt dicunt, me ratum habente quod factum eſt, quòd mihi
non placet. magis enim dicerem præſcriptis verbis agi poſ-
ſe: ſicut & cùm ei qui mihi bona fide ſeruit commodo: vt ff.
eodem, l. ſi is, qui. §. ſi libero. Porrò ratione perſonarum da-
tor vtilis: vt ecce, tu alij commodaſti, vel apud alium depo-
ſuiſti vt mihi redderetur res: dabitur enim mihi vtilis actio
ex pacto tuo: vt ſuprà, ad exhiben. l. ſi res. Item & ſi pu-
pillo commodauerim, datur mihi vtilis in eum ex ſuo dolo,

9 vel inquantum locupletatus eſt, vt ff. eo. ſed mihi. † Venit au-
tem in directam actionem commodati reſtitutio rei, & ſi plu-
res res commodauerim ſeparatas, poteſt vel de omnibus, vel
de vna agi. Si autem coniunctæ ſint, vt efficiant aliquod totú
integrale, non poteſt agi pro ſingulis partibus, ſed pro toto:
vt ff. eod. l. in commodato. §. vlt. Pla. tamen vtiliter pro parti-
bus agi poſſe ait, ſed nõ rectè, vt dicit l. j. directa. Rei dico non
deterioratæ: nec videtur eſſe reddita res, ſi reddatur deterior:
vt ff. eod. l. ſed mihi. § ij. & ideo debet præſtari intereſſe, vt ibi-
dẽ dicitur, & vt plenè notaui in ſumma, inſti. delegatis. in prin.
Si vero non reſtituitur res per contumaciam, iuratur in litem
contra contumacem. Si verò non fuerit contumax, ſed culpa
ceſſat reſtituere rem, æſtimatur quanti ſi res à tempore moræ
vſq; ad ſententiam: ſed in actione ſtricti iuris æſtimatur cul-
pa à tempore moræ vſque ad litis conteſtatio. vt ff. eodem. l.
ſed mihi. §. ij. Si verò dolo cõuenti res deſierit eſſe, fortè etiam
in actione ſtricti iuris æſtimabitur à tempore moræ vſq; ad
ſententiam, quanti res ſit: vt ff. de rei vendicatione. l. Iulianus
10 ſcribit. & l. ſi hominem. §. primo. † Item veniũt acceſſiones rei
vt fructus, & partus, & fœtus. Item venit dolus, & lata culpa,
& leuis, & etiam leuiſſima ſi commodaui tibi gratia tua tan-
e tum. Si autem commodauerim gratia mea [e] tãtùm ſponſæ: vel
vxori. quo honeſtiùs culta duceretur ad me: vel ſi ludentibus
etiam in ſcena apud me commodauerim ludi cauſa, vel ipſi
• prętori * vltro commodauerim aliquid, veniet dolus tantùm,
& lata culpa. Si autem cõmodauerim tibi gratia tua, & mea,
argentum, vel Stichum: quia communem amicum inuitaue-
ramus ad cœnam, veniet dolus tantùm, & lata culpa, & leuis:
vt ff. eodem. l. ſi vt certo. §. interdum. & l. in rebus. Caſus verò
fortuitus non venit. Et hæc ita, niſi pactum, & culpa, & mora
aliud inducant: vt extra eodem, capit. vnic. in principio. Si
enim commodaui tibi equum ad villam, tu ad bellum duxiſti,
teneberis de caſu: ſecus ſi commodaſſem tibi ad bellum, tunc
enim meum eſſet periculum, licet aliud milites obſeruent tnam
& ſi tibi ſeruum tectorem commodauero vt in machina ope-
retur, meum erit periculum: niſi machinæ minùs diligenter
f [f] non ab ipſo ſeruo ligatæ. culpa perticarum, vel funium ve-
tuſtate, caſus contigerit: ſecùs, ſi commodaſſem tibi, vt opus
de plano faceret: vt ff. eodem. l. ſi vt certo §. interdum. Item &
g culpa poteſt imputari cõmodatario, [g] ſi rem tibi commoda-
tam commiſerit mihi perferendam, non per idoneam perſo-
nam. Si enim eſſet idonea, & non debuerit æſtimari, quòd à
quibuſdam malis hominibus intercipéretur, commodantis
erit damnum: niſi in commodato actum eſt, vt commodata-
rius rem per ſe perferat: tunc enim dolus, vel culpa electi ab
eo videtur commiſſus: quia mala electio eſt in culpa. Si verò
ego commodator miſerim ei aliquem, per quem mihi refera-
tur res, meum erit periculum. ſecus ſi miſerim aliquem tan-
tùm cauſa admonendi, vt mihi perferatur res: vt ff. eodem. l.
eum. §. vltimo. & l. qui non tam. & l. ſi mea. & l. argentum. & ſi
menſor falſ. mod. dixerit. l. per literas. Item agitur commo-
dati, ita demum ſi expleatur vſus cuius gratia commodatum
eſt: vt ſuprà dixi. Item quod in pacto dixi eſt verum ſi ſpeci-
ficentur caſus: vt & diximus ſ. de pactis. Item quod dixi de
mora, eſt intelligendum etiam ſi res eſſet eodem modo peri-
tura penes commodantem: vt ff. de legatis prima, l. cùm res
§. vltimo. & in authentic. de depoſito, & denuntia. inquili.
primo reſponſo. Damnum autem ab alio datum non venit in
hanc actionem. quia enim cuſtodia potui conſequi ne dãnum
iniuria detur ab alio: ſi tamen poneres rem ſic potuiſſe cuſto-
diri ne damnum daretur, æſtimari poterit hæc culpa: vt ff. eod.
11 l. ad eos. & ff. loca. l. ſi damno. † Item datur hæc actio in-
quantum eſt in peculio ſerui, vel filiifa. vt ipſius patris, vel do
mini, dolus tantùm, non etiam culpa æſtimetur: vt ff. eod. l. ij.
12 §. ſi filiofam. Item hæc † actio datur in hæredes pro hæredi-
taria parte: niſi fortè vnus hæredum habeat facultatem totius
rei reſtituendæ nec faciat: tunc enim condemnatur inſolidum
quaſi hoc boni iudicis arbitrio cõueniatur. Idémq; & ſi vnus
hæredum ſolus in commodato admiſerit dolum, vel culpam:
vt ff. eodem. l. tertia. §. hæres. & l. in commodato. § ſi ex facto.
13 † Vbi autem pluribus commodaui, videtur quod quilibet
tenetur inſolidum, & cuilibet corũ detur actio furti. & alter-
utro agente, alterius actio tollitur contra furem & ex vnius
eorum dolo, vel culpa alter tenetur: & ſi conueniatur ceden-
dæ ſunt ei actiones contra alterum: & commodati, & legis
Aquiliæ. Nam & ſi ille commodatarius, qui dederit damnum
conueniatur commodati, remittenda eſt ei actio legis aquiliæ:
niſi fortè in hoc quod plus eſt in ea, ratione inficiationis, non
ratione repetitionis triginta dierum, vel anni. Vel fortè remit-
titur in totum de æquitate, ſed de ſtricto iure fit remiſſio ad
concurrentem quantitatem duntaxat: vt ff. eodem. l. ſi vt certo.
§. vltim. & l. alterutro. & l. vnde quæritur. & de actionib. &
oblig. qui ſeruum. §. vltim. & infrà de diuidenda tutela. l. ij. §.
vltimo. Hodie autem, vt duo commodatarij fiant duo rei de-
bendi, oportet quòd expreſſim dicatur: vt in authentic. de
duobus reis promit. Nec dicat aliquis authentic. locum ha-
bere. vbi res diuidua eſt in obligatione: hic autem reſtitui res
pro parte non poteſt: vt ff. depo. ſi duo. & de verb. obligatio.
ſtipulationes non diuiduntur. Sed certè illud locum habet
quando id eſt actum, quòd quilibet teneatur inſolidum: vel
quando vnus ad rem totam tenebatur: alioquin quilibet te-
nebitur pro parte, vt in hæredibus dicitur, & in pluribus de-
ponentibus: vt ff. depoſiti. l. j. §. ſi apud duos. & l. in depoſiti.
14 † Contraria autem commodati ad multa proponitur: vt ad
impenſas in ægritudines ſerui maiores factas: modica enim
impendia pertinent ad commodatarium, ſicut & cibariorum.
Cibariorum enim impenſa naturali ratione ad eum pertinet,
qui vtendum accepit. Item & qui commodauit ſciens vaſa
h vitioſa, tenetur [h] contraria, ſi infuſum vinum, vel oleum cor-
ruptum, effuſumve eſt. Ignorans autem excuſaretur pro-
pter ignorantiam: vt ff. eodem. l. in rebus. §. poſſum. & §. Item
qui ſcient. & l. penulti. Depoſitor tamen non excuſatur ra-
tione ignorantiæ, nec locator vaſis vitioſi. ſicut in locatore
ſerui vitioſi: vt ff. de fur. ſi ſeruus communis. §. quod verò. &
locati. l. ſed addes. §. primo. & l. ſi tibi domum. §. prim. & l. cum
in plures. §. ſeruum. Item venit in contrariam commodati
actionem, ne intempeſtiuè reuocetur commodatum vt ff. eo. l.
15 in commodato. † Item tenetur mihi commodator contra-
ria, ſi rem mihi commodatam ſurripiat, & ego ignorans eum
ſurripuiſſe præſtiti ei æſtimationem rei, vel intereſſe. Nam, re
poſteà comperta, furti quidem actio non datur mihi: ſi nul-
las reſtituendi cauſas habebam: nam ſi impenſas neceſſarias
in rem commodatam fecerim, interfuit mea potius per reten-
tionem eas ſeruare, quàm vltro commodati agere, idcòque
furti actionem habeo. Commodati autem datur mihi actio
i [i] ad intereſſe, vel condictio indebiti: quia indebitum erat,
quod ſolutum eſt: niſi fortè ſententia condemnatus fuerim:
vt ff. eodem. l. rem mihi. & de furt. l. ſi is qui rem commodaſſet
16 & vt diximus ſuprà de condictio. indebiti. Si autem † com-
modator mihi non ſurripuit rem, ſed ego pro ea perdita pre-
tium ei dedi: deinde res in poteſtatem ſuam peruenit, tenebi-
tur contraria, vt aut rem præſtet, aut quod acceperit à me, re-
ſtituat: vt ff. eodem. l. in commodato. §. vltimo. Sed cuius erit
electio? videtur enim quòd commodator ad rem præciſè te-
neatur, ſicut & in rei vendicatione, cùm vendicator accipit rei
æſtimationem à poſſeſſore: vt ff. eodem. l. ſi vt certo. §. j. & de
rei vendicatione. l. ſi culpa. nam & ſi extraneus poſſideret, ce-
deret mihi commodator actiones ſuas: vt ff. de re iudic. l. in de-
poſiti. vel (ſi malim) tenebitur ad pecuniam: vt ff. de condit.
ſine cauſa. l. ij. niſi ſententia condemnatus pecuniam ſoluerit:
tunc enim ad rem agam, non ad pecuniam, propter authorita-
tem ſententiæ. Item tenetur contraria commodator, ſi ſeruum
ſciens furem mihi commodauerit: vt ff. eod. l. penulti. Quæ-
cunque autem veniunt in contrariam, poſſunt compenſari,
vel ſi compenſationis rationem non habuit iudex, vel ſi actum
non fuerit directa, nihilominus agetur contraria commodati:
& eſt hoc generale in omni contraria actione. Reprobata au-
tem compenſatione, ampliùs non poteſt agi: vt ff. eodem. l. in
17 rebus. §. quod autem. & l. in commodato. §. j. † Sunt autem
iſtæ actiones perſonales, ciuiles, non prætoriæ: vt ff. eodem. l.
in commodato. §. ſicut. Sed & poteſt dici eas prætorias eſſe:
quia prætor ſuper eis expoſuit edictum ſuum: vt ff. eodem. l. j.
Illud conſtat, quòd perpetuæ ſunt.

ANNOTATIONES.

a Reuocari. Adde quòd iſta concluſio vera eſt, etiam ſi pactum interueniret de non reuocando, vt tenet Bartol. in l. vbi ita. ff. de donat. cauſa mort. doctor. in l. cum precario. ff. de preca. Ad materiam autem vide Bald. in l. ſecunda. C. commo. Alexand. & Doct. in l. ſi pœnam. ff. de verb. oblig. & in l. j. ff. de prec. vbi eſt principalis locus huius materiæ.
b Quidam. Vide Barba. in reſponſione & in capitulo primo. extra de commo.
c Mobilibus. Adde Bartol. & Doctor. in l. prima. §. huius edicti. ff. commo. & in l. tertia. §. non poteſt. eod. titu. Bald. & Docto. in l. ſecunda. C. commo. qui multa de materia tractant.
d Probare. Vide ad hoc Specu. in tit. de commoda. §. primo. Docto. poſt glo. in l. ita vt ſi. ff. commo. & in l. ſi. C. de fur. Paul. de Caſt. in conſilio sexiii. & in conſil. cxiiii. vbi eſt tota materia.
e Mea. Vide Ioan. Fab. in §. ſecundo. Inſtitut. commo. & ibi etiam per alios doctores.
f Diligenter. Vide per do. Fely. in cap. ſuper eo. ij. extra de teſtibus.
g Cômodatario. Vide ad hoc Bart. in l. quod nerua in repe. ver. ij. quæro. ff. depoſi. & in l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. commo. Bal. & docto. in l. prima. verſi. quæro igitur. C. commoda. Alexand. de Imo. in l. ſi quis. ff. ſi certum petatur.
h Tenetur. Adde Bart. & Doctor. in l. in rebus. §. pen. ff. commod. & in l. tenetur. §. ſed ſi vas. ff. de actio. emp. vbi eſt locus proprius huius materiæ.
i Actio. Vide Iaſ. & Cur. in l. ſi fullo. ff. de condict. ſine cauſa.
k Reuocari poteſt. Commodati ea eſt natura, vt res ipſamet reſtituatur, & hoc eſt de iure naturali. prima diſtinct. cap. ius. naturale. Commodatum etiam prætextu alicuius debiti non poteſt retineri. C. commo. l. fin. Comodatum ad certum vſum côceditur. & ſi ad alium vſum fueris eo vſus, tenebêris. ff. commo. l. ſi vt certo. §. interdum. Mart.
l Dicis gratia, non dictis legendum, ex Pandectis Flo. cenſuit Aut. August. emend. lib. ſecundo. capit. ſecundo. ſignificatéque ſcribit, apud Iuriſconſultos perfunctoriè, & defunctoriè. P. Prateius.
* Dicit. Alias dicis. Vide Alciatum. lib. quarto Diſpunct. cap. xv.

De pignoratitia actione. *Rubrica.*

1 *Pignoratitia actio quid differat ab hypothecaria.*
2 *Pignoratitia directa quando locum habeat.*
3 *Satisfactum à debitore pro pignore quando dicatur. & nu. 8.*
4 *Debitor an liberetur ſolutione reproba pecunia, quæ fuit approbata per electum à creditore.*
5 *Debitorem hominum non liberari ſoluendo ſtatuliberum, vel noxæ deditioni ſubiectum.*
6 *Oblatio ſola debiti an, & quando inducat pignoratitiam.*
7 *Pignoris obligatio an extinguatur per nouationem: & an per acceptilationem, & pactum de non petendo, & iuſiurandum delatum à creditore.*
8 *Satisfactum quando cenſeatur creditori.*
9 *Solutio quando videatur facta.*
10 *Conductor ſoluens locatori ſui locatoris an liberet pignora.*
11 *Inuecta & illata quatenus ſint domino domus obligata.*
12 *Pignoratitiam quandoque competere, etiam ſi nihil ſoluatur.*
13 *Pignoratitia actio cui detur.*
14 *Pignus rei alienæ an, & quando teneat.*
15 *Pignoratitia actio contra quem detur, & ad quid competat, ſeu quæ veniant in ea, & num. 18.*
16 *Acceſſiones rei venire in pignoratitia actione.*
17 *Pignoris redhibiti nõe quid creditor debitori cauere debeat.*
19 *Pignore amiſſo, vtri probatio incumbat dolum, vel culpam interueniſſe.*
20 *Pignoratitia contraria cui detur, & ad quid, & nu. 22. vſque ad num 26.*
21 *Actio de dolo contra quem dari poſſit.*
22 *Pignoratitia contraria contra quem detur.*

De commodato, quod re contrahitur, & gratia tantum accipientis fit, dictum eſt: ſequitur de actione pignoratitia videre, cuius obligatio contrahitur re, & gratia vtriuſque, id eſt, creditoris & debitoris: & inſtitu. quibus mo. re contrahitur ob. §. credi-
1 tor. Nam † ita demum locum habet pignoratitia, ſi res interueniat, id eſt, creditor eam à debitore accipiat, licet hypothecaria ſola conuentione naſcatur, & rei traditio nihil ad eam operetur, niſi in caſu cum côtrahitur obligatio pignoris, non ex côuentione partium, ſed ex iuſſu magiſtratus, cum iuberet aliquem in poſſeſsionem mitti: vt ff. eod. l. j. & l. non eſt. §. j. De hypothecaria tractatur. j. de pig. Sed hic de pignoratitia directa, & contraria nobis eſt agendum. Et primò de directa, quando locum habeat, cui detur, & ad quid. & poſtea eodem
2 ordine dicemus de contraria, & quales ſunt actiones. † Habet autem locum directa, ſoluto toto debito creditori, vel aliter ſatisfacto, nec aliter naſcitur actio pignoratitia. [Et dicimus eam naſci ex contractu inito inter debitorem, & creditorem, ſed demum ſolutione facta, & nô ante naſcitur. & hoc ad inſtar eius, quod dicitur in contractu innominato, do vt des, vel do vt facias: in quibus dicit lex actionem dari demum * adimpleto eo quod conuenit in contractu: & dicit eam naſci ex contractu: vt ff. de pact. l. iuriſgentium. §. j. & j. de re. permu. Lex placito. Alij dicunt eam ſtatim naſci, ſed eſt inutilis donec ſoluatur, ſolutione facta efficitur vtilis actio pignorati-
a tia, aut alio modo ſatisfacto.] Satisfactum * autem † accipi-
3 mus, quemadmodum voluit creditor, licet non ſit ſolutum, ſiue pignoribus aliis ſibi voluit caueri, vt ab hoc recedat, ſiue fideiuſſoribus, ſiue reo dato, ſiue pretio aliquo, vel nuda conuentione. Quoties enim vult creditor recedere à pignore, videtur ſibi ſatisfactum, ſi vt ipſe voluit, ſibi cauit, licet in hoc deceptus ſit ſui facilitate: vt ff. eodem. l. ſi rem. §. omnis. & l. ſi neceſſarias. §. ſi vnus. Si verò decipiatur calliditate debitoris dicentis comminus ſe ſoluturum pecuniam: & ita creditor reddidit ei pignus, quod debitor per feneſtram dimiſit excepturo eo, quem de induſtria ad id poſuerat, non eſt liberatum pignus: imò debitor tenetur furti, & ad exhibendum: quia pignus non redditum, ſed per fallaciam ablatum intelligitur: vt ff. eodem. l. ſi quaſi. Soluere autem debitor debet id quod debet. & ita vt debet. Si enim ſoluat creditori reprobam pecuniam, nihil videtur ſoluiſſe: quia reproba pecunia non liberat ſoluentem: reprobis videlicet nummis redditis etiam ſcienti debitori reprobam pecuniam, oppoſita ei ab eo exceptione
4 doli contra creditorem: vt ff. de ſol. l. ſi cùm aurum. † Eſt autem quæſtio Sabbatina, an liberetur debitor, ſi reproba pecunia fuerit approbata ab electore creditoris: quod videretur quia mala electio eſt in culpa. arg. ff. de condict. & demonſt. l. quamuis. & pro ſocio. l. ſocius. Puto tamen, quòd non contingat liberatio. quia deficit ſolutio ex eo, quod eſt erratum in ſubſtantiali qualitate. argu. ff. de contrahen. emptio. l. in venditionibus. & de opt. leg. l. ſecunda. §. vltimo. Item, quid ſi creditor expendit reprobam pecuniam quaſi probam? videtur quòd repellatur: ſaltem quia non reddit reprobam, vt dictum eſt. Sed puto contrarium: quia à debitore debet habere debitum non caſu: vt ſuprà de inoffi. teſtam. l. ſcimus. & quia illis quibus ſoluit, adhuc tenetur. Item poteſt reddere æſtimatio-
5. nem reprobæ pecuniæ. † Item ſi homo ſit in obligatione, nô debet ſoluere ſtatuliberum, vel noxæ ſubiectum: quia auferri poſſunt creditori, ſi tamen ſoluerit debitor ſeruum veſpilo-
nem, aut aliàs turpem hominem, videtur quòd liberatio contingat habet enim ſeruum creditor, qui ei auferri non poteſt: vt ff. de ſolutio. qui decem. §. penultimo. Item eſt ſolutio facienda verè, vel interpretatiuè, vt oblatione, & ſolenni de-
6 poſitione: ſola autem † oblatio b non inducit pignoratitiam
b niſi fiat in iudicio, vt j. eodem. l. nec creditores. & j. de vſuris. l. ſecunda. & l. acceptam. & ff. eodem. l. ſi rem. §. vltimo. & l. aliena. de hac tamen obligatione plenius dicemus. j. de vſuris.
7 † Item extinguitur pignus nouatione volûtaria, niſi repetitum eſſet pignus in ſecunda ſtipulatione. Nouatione autem neceſſaria, quæ fit per lit. conteſta. vel per ſententiam non extinguitur pignus: vt ff. eod. l. ſolutum. j. reſponſ. & §. primo. Idémque ſi acceptilatio ſit facta, vel pactum de non petendo, quia vicem obtinet ſolutionis: vel iuſiurandum ſit præſtitum à debitore creditore deferente quòd non det etenim & ipſum loco ſolutionis eſt. Et habent iſta locum, cùm creditor numerauit pecuniam debitori: nam ſi acceperit pignus quaſi daturus pecuniam, nec dederit, pignoratitia tenetur etiam nulla ſolutione facta. & probantur hæc. ff. eodem. l. ſolutum. §. ſi quaſi. & de iureiurando. l. duobus. §. à fideiuſſore. & de pactis.
8 l. ſi vnus. §. ſi cùm mihi. † In ſolutione autem non diſtinguo, ſoluat debitor, an alius: vt ff. de neg. geſt. l. ſoluendo quiſque. vel vtrum ſoluat debitor, an ex operis ancillæ obligatæ, vel fructibus rei creditor percipiat debitam quantitatem: vt j. eo. l. j.

& l.ſecunda.& vltima. His enim omnibus modis ſatisfactum
videtur eſſe creditori,vel ſolutione debiti,vel compenſatione
eius: ſicut vbi creditor inſtrumentum rei obligatæ non exhi-
bet debitori vt probet de latitudine prædij,vnde damnum de-
bitor patitur dolo,vel culpa creditoris: vt ff.eodem.l.vltima.
§.primo,primo reſponſo. Idémque & creditor exegerit furti,
vel condictione furtiua pro pignore ſibi ſurrepto ab extra-
neo. Nam quod actione furti,vel condictione incerti conſe-
cutus fuerit debito imputabit. Si autem egerit furti,vel con-
dictione incerti pro pignore ſibi ſurrepto à debitore. nihil
reſtituet ex eo quod conſecutus eſt. nec debito imputabit: ſi-
cut & ſi actione, quod metus cauſa quadruplum à debitore
9 conſecutus eſt: vt ff.eodem.l.ſi pignore. † Item non diſtin-
guo ſoluatur creditori,an alij voluntate ſua, vel ei,cui extitit
10 hæres,vel ei,cui obligatus erat tantundem dare. Nam † ſi
domum conduxeris,& eius partem mihi locaueris,& ego lo-
catori tuo penſionem ſoluero, pignoratitia te conueniam.
Sunt enim liberata pignora tibi obligata, & tradita expreſ-
ſim,vel tacite per inductionem factam: vt probatur ǰ locati.l.
certi.& ff.de damn.infect.l.vtique.& in quibus cauſis pignus
tacitè contrahitur.l.eſt differentia. Planè in eam duntaxat
11 ſummam. † inuecta in ea & illata tenebuntur pignori domi-
no domus,in qua cœnaculum conduxi quaſi ei tacitè pignori
videar obligaſſe: non vt per primam conductionem ei quæ-
ratur hypothecaria actio. Primus tamen conductor habet
hypothecariam, ſicut & dominus domus: & habet pignori
poſſeſſionem expreſſim,vel tacitè ſibi traditam.vnde & con-
uenitur pignoratitia, vt dictum eſt,quia tet ibi illatæ traditæ
videntur ſibi loco pignoris pro ea tantùm penſione quam de-
beo. Non enim credibile eſt hoc conueniſſe, vt ad vniuerſam
• penſionem inſulæ friuola * mea teneantur: vt ff.eodem.l.ſo-
12 lutum.§.ſolutam. † Illud notandum quod quandoque a-
gitur pignoratitia etiamſi nihil ſoluatur, ſcilicet, ſoluta ſibi
pignoris obligatione propter delictum creditoris: vt ſi pro-
ſtitutis ancillam,vel alium improbatum facere coegit: vt ff.eo-
dem.l.eleganter.§ vltimo. Item quandoque etiam ſoluatur
pecunia, non agitur pignoratitia: vt ſi creditor emerit pignus
13 à debitore: vt ff.eodem.l.aliena §.interdum. † Datur autem
pignoratitia ei, qui obligauit pignus ſuum, vel alienum, do-
mino volente, vel ratum habente: & ideo tenet pignus: vt ff.
eodem.l.aliena res. imò etſi inuito domino obligauerim no-
mine meo rem ſuam, datur mihi pignoratitia. Nam & præ-
doni datur pignoratitia: vt ff.eodem.l.ſi rem.§.is quoque.& l.
14 ſi pignore.§.ſi prædo. Sed † & ſi rem alienam nomine do-
mini obligauerim, vel quia tutor eram, vel quia curator. vel
procurator, agere poſſum pignoratitia: & tenuit pigno-
ris obligatio.ſi eram tutor vel curator,& in rem pupilli pecu-
niam accipiam decreto interueniente: vt ff. eodem. l.tutor.&
infrà de adminiſtratione tutorum. l. lex, quæ tutores. Vel ſi
eram procurator, tenuit pignoris obligatio: vel ſi habebam
ſpeciale mandatum: vel eram procurator generalis eius, qui
ſub pignoribus ſolebat mutuas pecunias accipere: vt ff. eod.
l.ſolutum. §. vltimo. & l.vltima. imò etiam ſi eram geſtor ſine
mandato: puto quòd habebam pignoratitiam, teneat, ſiue
non teneat pignoris obligatio: vt dictum eſt in eo, qui rem
alienam ſuo nomine obligat. Sicut autem iſti agunt pigno-
ratitia, ita & ſi pignus accipiant non alieno: quia tutores
ſunt, vel curatores, vel procuratores, & ſoluta ſit eis pecunia
conuenientur pignoratitia: vt ff. eodem, ſolutum. §. vltimo.
15 † Datur autem pignoratitia debitori contra creditorem,
vel eius tutorem, vel curatorem, ſi pignora acceperunt: vt ff.
eodem.ſolutum.§ vltim.& intenditur ad hoc,vt creditor re-
ſtituat rem,vel poſſeſſionem pignoris corporalem, quæ apud
eum fuerit: vt ff.eodem.l.penultima.& ff.eodem.l.cum & ſor-
16 tis.§ vltimo. & l.debitor. §.vltimo. † Item acceſſiones rei
reſtituendæ ſunt.nam ſi nuda proprietas pignori ſit data,vſuſ-
fructus,qui poſtea creuit,eſt pignori obligatus: & idem eſt in
eo quod accedit per alluuionem: vt ff.eodem. l.ſi conuenerit.
§.ſi nuda. Vnde & talia reſtituentur per pignoratitiam. Soluta
enim pecunia,extinguitur pignoris obligatio in perſona cre-
ditoris, & eius cui creditor obligauerit pignus, cuicunque
eorum ſoluta fuerit pecunia,vt patet ex prædictis: vt ff.eod.l.

17 debitor.§.vlt. † In redditione tamen pignoris creditor debet
cauere debitori de dolo,fortè & de culpa:& ſi prædium fuerit
pignoratum de iure eius repromittendum eſt: ne fortè ſeruitu-
tes (ceſſante vti creditore) ſint amiſſæ: vt ff.eod.l.creditor cùm
18 pignus. † Item & debitor debet cauere creditori (qui inuen-
tione pignoris cauit) de euictione indemnem rum futurum in
eo, quod euictionis nomine promiſerit: vt ff.eod.l.ſi neceſſarias.
§. ſi pignori plura. Item venit in pignoratitiam vſura eius,
quod plus debito accepit creditor ex venditione pignoris,ſiue
ſuperfluum fœneret,ſiue vtatur eo,ſiue fuerit in mora redden-
di eius: vt ff.eod.l.quamuis.§.vltimo.& l ſi autem. Item venit
in pignoratitiam dolus, & lata culpa & leuis,non autem le-
uiſsima: quia vtriuſque gratia contrahitur pignus: vt inſtitu.
quibus modis re contrahitur obligatio.§.vltim. & ff.eodem.ſi
cum venderet. & l.ea. Vbi ergo non poteſt imputari creditori
dolus, vel culpa, vt ſi pro maleficiis ſerui pignorati ipſum
coercenit,vel uinxit,vel obtulit præfecturæ,vel præſidi,excu-
ſatur: vt ff.eo.l.eleganter.§.ſi. Item nec tenetur de caſu fortui-
c to: vt ǰ.eo.l.quæ fortuitis.& l.ſi nulla. † Sed quid pro-
19 babit creditor ſine dolo, & culpa ſe amiſiſſe: an debitor pro-
babit ei dolum & culpam. Illud enim certum eſt ſecundum
omnes quòd ſi debitor negat amiſsionem, creditor debeat
probare manifeſtis rationibus perdidiſſe: alioquin damnatur:
vt ǰ.eod.l.ſi creditor. Sed ſi conſtat de amiſsione, vel per pro-
bationem creditoris. vel per confeſsionem debitoris, hæſita-
tio eſt in probatione.vel purgatione doli,vel culpæ. Fertur B.
reſpondiſſe,quòd ſi debitor infitiatur amiſſum,creditor debet
probare ſe amiſiſſe ſine dolo, vel culpa, & eſt ratio: quia qui
probat amiſsionem, & eius qualitatem debet probare. Si verò
confiteatur debitor amiſſum, tunc debet probare debitor cul-
pam,vel dolum creditoris interceſſiſſe. quod mihi non placet:
tum quia ipſe creditor bene poteſt probare amiſtionem: nec
tamen de culpæ immunitate aliquid poteſt oſtendere: tum
quia tantùm debet facere probatio creditoris de amiſsione,
quantum confeſſio debitoris,& non minus. Nam vt ait Irne.
æquum eſt in eo probando quem grauari. quo probato de-
beat reſeruari. Ideóque puto debitorem ſemper culpam, vel
dolum debere probare: vt ǰ eod.l.ſi nulla.& ff.de prob.l.quo-
ties. §. qui dolo. Fuerunt & alij qui dixerunt, quòd creditor
debeat probare ſe ſine dolo amiſiſſe: vt ff.locati.ſi quis fun-
dum §.Imperator Sed certè probat caprarius latrones abegiſ-
ſe capras citra fraudem ſuam, hoc ipſo, quòd non probatur
contrarium de fraude caprarij.arg.eorum, quæ no.ǰ. qui mil.
non poſ.l. vlti. Abactionem enim neceſſe habet omnino pro-
• bare caprarius, vt ſuprà dictum * eſt. † Contraria verò pi-
20 gnoratitia datur creditori ad multa. Si enim decipiatur à de-
bitore vel re ipſa, vel eius propoſito, vt quia obligauit ei rem
alienam,tenebitur ei debitor pignoratitia contraria. Item &
poterit accuſari ab eo crimine ſtellionatus, ſi ſcienter obliga-
uerit ei rem alienam. Nam ignorantia excuſat eum à crimine:
vt ff.eodem,l.tutor.§.contraria. Idémque dici poteſt, ſi obli-
gauerit ei rem alij obligatam: niſi ea res ſit ampla & ad modi-
cum æris fuerit alij pignerata,quaſi in nullo captus ſit qui pi-
gnori accepit ſecundo loco: vt ff.eod.l. ſi quis in pignore.§.
21 ſed & ſi quis. Et eſt mirum † quòd ibi poſuerit de actione de
dolo, cùm ipſa non detur cum alia. Sed dic dari de dolo,non
contra debitorem, ſed contra extraneum, qui me in pignore
22 (quod pro alio dabat) decepit. Et in † prædictis caſibus
competit pignoratitia contraria,ad hoc vt debitor æquè bo-
num det pignus creditori,vt dicunt quidam. Vel (vt puto) a-
gitur ad intereſſe creditoris: etiam ſi ſoluendo ſit debitor: vt
ff.eodem,l. cum debitore. Eſt enim periculum,ne poſſe face-
re deſinat: vt ff. de negot.geſt.l. diuortio. & poteſt intereſſe
creditoris alia ratione, ſi debitor debebat aliud ſine pignoris
obligatione, quod ſibi poterat creditor reſeruare per pigno-
ris retentionem: vel fortè obligatum erat pignus pro naturali
debito tantùm: vel creditor iſte expendit aliquid agendo per-
ſonali, contra debitorem: quod non feciſſet, ſi habuiſſet pi-
23 gnus. † Item agit creditor pignoratitia cõtraria: ſi in accipẽ-
do pignore decepit eum debitor, vt ſi oſtẽderit corpus æneum,
vel ſtanneum,quod dicebat eſſe aureum, vel argenteum. Hoc
enim corpus oſtenſum pignori quidem eſt obligatũ, ſed agi-
tur

tur pignoratitia contraria, quanti eius intereſt eum non eſſe deceptum:vt ff.eodem.l.prima.§.vltimo. Vel (ſi malit) contendere ipſo iure nullam eſſe obligationem (quia erratum eſt in ſubſtantiali qualitate) poteſt:vt ff.de contrahend. emptione.l. in venditionibus. ita petet totum ſuum intereſſe. Præterea ſtellionatus crimen intendere poteſt. Si autem oſtenderit corpus aureum vel argenteum, & pro eo ſubiecerit & dederit æs,tenetur furti,& aurum & argentum eſt pignori obligatum:non autem æs,quia in hoc non conſentiunt:vt ff.eod.
24 l.prima. & l.ſi quis in pignore. † Item agit creditor contra-
d ria pignoratitia [d] pro eo quod præſtitit conuentus & condemnatus de euictione venditi pignoris:ſi promiſerit de euictione ratione conſuetudinis in loco obtinentis:vel ideo,quia vendidit maiori pretio, quàm vendidiſſet, ſi de euictione non cauiſſet. Si verò nec conſuetudinis ratione, nec emolumenti cauſa de euictione cauit, ſed tanti vendidit, quanti vendere potuit etiamſi hoc non promiſerit,regreſſum non habet contra debitorem pro toto eo quod præſtitit de euictione conuentus: nec enim amplius à debitore, quàm debiti ſummam conſequi poterit. Quid in vſura ſortis pro medio tempore quod eſt inter venditionem pignoris, & euictionem ſecutam, pro qua ſatisfecit creditor emptori? Et certè eius temporis non repetit creditor vſuram à debitore:quia habuit vſum pecuniæ pretij,quod ab emptore acceperat:niſi creditor de euictione conuentus duplum præſtiterit emptor. Nam propter pœnam, quam præſtat, nec vſum pecuniæ pretij videtur habuiſſe, & ideo agit ad vſuram medij temporis:vt ff.eodem.l.ſi pignore.§.vltimo.& l.nec enim. Secus eſt ſi creditor impetrauerit à Cæſare,vt pignus iure dominij poſsideat,idque poſteà euictum ſit:tunc enim non habet pignoratitiam contrariam: quia videtur finita obligatio pignoris, & à contractu receſſum. Vtilis autem pro ex empto datur ei actio, quemadmodum ſi pro ſoluto data fuerit ei res, vt in quantitate debiti ei ſatisfaciat,aut inquantum eius intereſt, & multomagis ſi conueniatur à debitore pignoratitia directa, poterit ei obiicere
25 compenſationem: vt ff. eodem.l.eleganter. † Item agit creditor contraria pignoratitia, ſi ſeruos pignoratos artificiis inſtruxit, ſi cœperant imbui ante, quàm ſibi pignorarentur, vel debitoris volũtate creditor eos inſtruxit. Si verò nihil eorum interceſsit [ſi quidem artificiis neceſſariis eos inſtruxit, erit actio contraria] non tamen ſic vt cogatur cauere pro quantitate ſumptuum debitor. Sicut enim creditorem negligere rem pignoratam dolus & culpa non patitur, quam præſtat, ita nec talem efficere rem pignoratam, vt grauius ſit debitori ad recuperandum: puta, ſaltum grandem pignori datum ab homine qui vix ipſum luere poteſt, nedum excolere, tu acceptũ pignori excoluiſti ſic vt magni pretij faceres:alioquin non eſt æquum me aut quærere creditores alios,aut cogi diſtrahere, quod velim receptum aut penuria coactum relinquere me tibi.igitur à iudice hoc eſſet diſpiciendum,vt neque delicatus debitor,neque oneroſus creditor audiatur:vt ff.eo.l. ſi ſeruos. Simile eſt ei quod notauimus ſ.de rei vendicatione, de bonæ fidei poſſeſſore,qui ignorãs ædificauit in area aliena.
26 † Item creditor agit contraria pignoratitia,vt debitor poſſeſsionem pignoris conducti, vel rogati precario à creditore ei reſtituat:vt ff.eodem.ſi pignore.§.ſi poſt.Item agit creditor contraria pignoratitia contra debitorem, qui ſcienter obligauit ſeruum furem:ſecus ſi ignoraſſet:vt ff.eodem.l.ſi ſeruus
27 pignori. † Datur hæc actio contra debitorem, & hæredem eius. Perſonalis eſt, directa, pignoratitia, & contraria:vt j.de de diſtract. pigno.l.vltim.vtraque eſt perpetua:vtraque de peculio proponi poteſt:vt ff.de pecu.l.in bonæ fidei.

ANNOTATIONES.

a Satisfactum. Vide Iaſo. May.in l.prima.ff.qui ſa.cog.
b Obligatio. Vide Bar. in l. ſi rem alienam.§. ſin. in vlti. verbis. ff.de pig. act. & vide Matheſilanum in.ſuo.cxxviii. Ang.in §.ſequens.inſtitu.de actio.
c Fortuito. Vide Bart.& doct.in l.quæ fortuitis.C.de pig.act. Bald.in l. ſi creditor. eod.titu. & in l.ſi inter.§.quicquid.ff.de pig. Spec.in titu. de iudi.§.ſpecialia.vbi habes totam materiam.
d Pignoratitia. Vide late Ang.& Iaſo.in §.item ſeruiana.inſtit.de actio.
e Suprà dictum. Tenetur quoque pignoratitia creditor pignus reddere ſi integrè debitum ſolutum ſit C.de luit.pignorum.l.ſi. Debito tamen pro parte ſoluto,pignus remanet obligatum:nec cogendus eſt eo caſu creditori pignus reddere.l.quamdiu.C.de diſtract.pigno. Eadem quoque actione coercebitur creditor reddere pignus non deterioratum, nec vlli pignoratum. ff. de pign. act.l. ſi cum venderet. §.venit. & l. creditor. Sed & tenetur fructus pignoris in ſortem computare, deductis tamen expenſis, etiam ſi res tranſeat per creditores multos,idque ſta im, vbi fructus adæquantur ſorti. C.de pignora.act.l.prima. Directa quoque pignoratitia compelletur creditor reddere pignoratæ rei poſſeſsionem.c.cùm contra.extra eodem titulo. Martinus.
☞ Veſpilonem. Quod ad veſpilonem attinet: falsò ex ſententia Iuriſcõſulti.in Pandec. Floren.legitur,Viſpellionem,ſcriptorum inſcitia. Veſpilonem igitur legendum rectè cenſuit Baptiſta Pius. Eſt autem Veſpilo, qui noctu mortuos ſpoliat. Vide Bud.in l.ſi ita.ff.de euict.& Alc.lib.iii.de verb.ſignific.

De exercitoria actione, & inſtitoria. *Rubrica.*

1 *Exercitoria actio quibus detur.*
2 *Magiſter nauis quis dicatur.*
3 *Exercitor nauis quis dicatur.*
4 *Exercitor quando teneatur.*
5 *Exercitoria quatenus detur aduerſus plures.*
6 *Exercitor quibus caſibus non teneatur. numero ſequenti, & numero 8.*
9 *Exercitoria actio qualis ſit, & an detur heredibus & in haeredes.*
10 *Inſtitoria actio contra quem detur, & quibus ex cauſis. & nume.14.& 16.*
11 *Minor an teneatur inſtitoria.*
12 *Inſtitoria quibus caſibus quis teneatur.*
13 *Inſtitoria quatenus teneantur plures.*
14 *Inſtitoria quando,& ad quid teneatur præponens.*
15 *Inſtitoria an teneatur quis nomine eius, quem cuſtodiendis mercibus præfecit.*
17 *Creditor qui egit inſtitoria, & probata vna cauſa actionis quam propoſuerat indiſtinctè, ſuccubuit, an poſsit agere inſtitoria ex alia cauſa.*
18 *Inſtitoria actio qualis ſit.*
19 *Actio cuiuſmodi competat aduerſus eum qui præpoſuit inſtitorem.*

QVALITER quis conueniatur ex contractu ſuo ſuprà dictum eſt, ſequitur videre, qualiter quis conueniatur ex contractu alieno: & quia quandoque inſolidum, quandoque peculio tenus, vel quatenus iuſſum, vel quatenus verſum eſt actio datur:videamus de his actionibus, quæ dantur inſolidum contra nos ex contractu alieno: vt exercitoria, & inſtitoria. Videndum igitur, quibus dentur, & in quos, & in quantum,
1 & quales ſint. † Datur autem exercitoria [a] contrahentibus
a cum magiſtro nauis contra exercitorem qui magiſtrum præpoſuit, ſcilicet in eam cauſam in qua præpoſitus eſt expreſsim
2 vel tacitè. † Eſt autem magiſter nauis is, cui totius nauis
☞ anchora mandata eſt:ſecus ſi contraheretur cum aliquo nautarum: licet enim ex delicto cuiuſuis eorum teneatur ille, qui vtitur operis eorum,ex quaſi delicto per actionem in factum: non tamen tenetur ex contractu cuiuſuis nautæ: quia non permittit eis contrahere: ſed culpa & dolo eos carere curare debet:vt ff.eodem.l.j.§.primo. Nec diſtinguitur ſit iſte magiſter nauis liber, an ſeruus: maior, vel minor, ſibi imputatur non,qui præpoſuit:vt ff. eod. l.j. §. cuius. Mandari autem debet anchora nauis à domino nauis, qui & appellatur exerci-
3 tor. Is eſt enim exercitor, ad quem † obuentiones, & reditus omnes perueniunt: ſiue is dominus ſit nauis, ſiue à domino
• nauem cõduxerit per aduerſionẽ, [•] id eſt, recepta aduerſitate nauis,vel periculo in ſe,vel in tempus,vel in perpetuum. Nec diſtinguo ſit exercitor maſculus,an fœmina:paterfa.an filiusfami.liber an ſeruus:ſi tamen ſit minor exigo in præpoſitione ſua,tutoris vel curatoris authoritatem:vt ff.eo.l.j.§.exercito-

4 rem. † Quid autem ſi magiſter nauis alij commiſerit ancho-
ram, id eſt, gubernationem nauis, an tenebitur exercitor? Et
certè tenebitur: adeò vt ſi prohibuit exercitor magiſtrum, ne
alium præponat: vel ne Titium præponat, nihilominus tenea-
tur ex contractu ſecundi magiſtri: quia eum præpoſuit magi-
ſter primus. Si enim exercitor ſciuit eum præpoſitum eſſe, &
paſſus eſt eum in naue miniſterio fungi: ipſe eum videtur præ-
5 poſuiſſe: vt ff. eo. l. j. §. magiſtrum autem. Vbi † autem exerci-
tor præpoſuit plures, non diuiſis officiis, quodcunque cum vno
geſtū erit, obligabit exercitorem. Si autem diſtinxit officia, vt
alter locando, alter exigendo, pro cuiuſque officio obligabi-
tur. Sed & ſi ita præpoſuit ne alter ſine altero quid gerat, qui
contraxit cum vno, ſibi imputabit: vt ff. eo. l. j. §. ſi plures. Na-
uem accipe marinam, vel fluuialem, ſiue in aliquo ſtagno na-
a uiget, ſiue ſit ſchedia,[a] id eſt, paruula nauicula: vt ff. eod. l. j. §.
b nauem. Dicitur ergo exercitoria[b] à præponēte in præponen-
tem: ſi quidem ſit in poteſtate mea: puta, ſeruus vel filiusfa. ſi
quidem præponat voluntate mea expreſſa, ego teneor inſoli-
dum: ſi autem præponat me ſciente, & non contradicente, te-
neor quaſi tributoria in quantum patiuntur ea, quæ obuene-
runt ex nauis exercitio: vt ff. eod. l. j. §. ſi is, qui nauem. & l. qui
ſeruus. Si præponat me ignorante, teneor de peculio tantùm.
Vbi autem plures præpoſuerunt aliquem naui, quilibet tene-
c tur[c] inſolidū, ne in plures aduerſarios diſtringatur, qui cum
vno contraxit. Nec refert quotam portionem quis habeat in
naui. Cōuentus autē, quod præſtiterit, ſocietatis iudicio à cæ-
teris cōſequetur. Si tamen plures per ſe exerceant nauem pro
portionum exercitionis conueniuntur. Nec enim inuicem ſui
6 magiſtri videbūtur: vt ff. eo. l. j. §. vlt. & l. ij. iij. & iiij. Ideo † au-
tem dixi, meam cauſam: quia præpoſitor certā legem dat con-
trahentibus. Si enim eum præpoſuit naui, ad hoc ſolùm vt exi-
gat vecturas, nō vt locet quod fortè ipſe locauerat, non tene-
bitur exercitor, ſi ipſe magiſter locauerit. Vel ſi ad locandum
tantùm, non exigendum: idem erit dicēdum. Aut ſi ad hoc, vt
vectoribus locet, non vt mercibus nauem præſtet, vel contrà,
modum egreſſus non obligabit exercitorem. Sed ſi, vt certis
mercibus eam locet, præpoſitus eſt: putà, leguminis, canabi, ille
verò marmoribus, vel alij materiæ locauerit, nō tenetur exer-
citor. Quædam enim naues onerariæ ſunt, quædā (vt ipſi di-
a cunt) epibatæ,[a] id eſt, homines ferētes, quæ vulgò ſuperſeden-
tes dicuntur. Huius generis nauis meminit Iuriſconſ. in l. ſi. ff.
nau. caup. ſtab. Idem & ſi mandauerit, ne recipiat vectores, vel
7 vt regione certa, vel certo mari negotietur. † Tacitè autem
videtur permiſiſſe exercitor magiſtro præpoſito nauigandi
cauſa, vt emat res vtiles ad nauigandum, vel vtiles reficiendæ
nauis, vel armandæ, vel inſtruendæ, vel nautis exhibendis, vel
vt ſoluat mercedes pro operis nautarum. Si ergo acceperit
pecuniam mutuò ob aliquam prædictarum cauſarum, & hoc
expreſſerit creditori, quod ob aliquam prædictarum cauſa-
rum acciperet: & fortè maiorem, quam eſſet opus accepit, &
ita fefellit magiſter creditorem in pretio rerum emptarum,
tenebitur exercitor, licet magiſter nauis mutuata voluntate
pecuniam poſtea conuerterit in vſus ſuos: niſi poſſit credito-
ri imputari, quòd credidit pecuniam multò maiorem, quàm
eſſet neceſſaria: vel credidit in eo loco, vbi non poterat com-
parari velum: vel quid ſimile naui neceſſarium, cuius gratia
credebatur pecunia. Sed vbi magiſter à principio non expreſ-
ſit ſe recipere in cauſa nauis, imò à principio accepit conſilio
fraudandi creditoris, non tenebitur exercitor: vt ff. eod. l. j. §.
8 non autem ex omni cauſa. & l. vlti. Et † videtur quòd ita de-
beat diſtingui, quando contrahit præpoſitus: vtrum contra-
hat in eam cauſam, quæ nominatim erat ei permiſſa, an in
cauſam, quæ tacitè. In primo caſu non inſpecto, vtrum verta-
tur in rem domini, vel non: præponens ſemper tenetur inſti-
toria & exercitoria. In ſecundo idem: ſi quod accepit, vel in
quo contrahit vertatur in rem domini. Si non vertatur, locum
habet lex Africana, quæ dicit creditorem ſcire debere ſe con-
trahere in eam cauſam, quæ erat tacitè permiſſa, quod nō cre-
dat plus, quam ſit neceſſarium: & ꝙ res poſſit ibi comparari.
Non ergo ſufficit ſola aſſertio accipientis, ꝙ accipiat cauſam
neceſſariam: imò debet & eo ſciēte, ſubeſſe cauſa, licet ex præ-
dictis videretur contrà: & hoc dico inſtitoria & exercitoria:
vt ff. cod. l. j. in princ. Nec obſtat lex vltima, quæ dicit ferè ea-
dem, & c. quia philoſophicum eſt temperamentum: vt ff. de
arbi. l. ſi duo. Sed quidam dixerunt, quòd in inſtitoria debeat
eſſe diligētior, quam in exercitoria. In actione de in rem verſo
debet eſſe diligentiſſimus. Licet autem teneatur exercitor, non
tamen datur ei actio contra eos, qui cum magiſtro contraxe-
runt: ipſe enim ex locato, vel conducto agere poteſt contra
magiſtrum, qui ei mercede locauit operas ſuas: vel mandati, ſi
gratuitam operam exhibet ei: vt actiones quas eo nomine ha-
bet, cedat exercitori contra contrahentes ſecum. Solent planè
præfecti annonæ propter miniſterium annonæ: item in pro-
uinciis præſides extra ordinem eos iuuare ex contractu magi-
ſtrorum: vt ff. eod. l. j. §. eſt autem. & l. ſi eum. Habent etiam
contrahentes cum magiſtro electionem, vtrum conueniant
exercitorem de iure prætorio, an magiſtrum de iure communi:
vt in prædicto §. dicitur. Et quolibet eorum ſoluente, con-
tingit liberatio: nec enim hoc edicto transfertur actio, ſed
additur: vt ff. eodem. l. j. §. penulti. & l. ſi eum. §. item ſi ſeruus.
9 † Hæ autem actiones quæ proponuntur contra exercitores
ex contractibus magiſtrorum, perpetuæ ſunt. Hæredibus dan-
tur, & in hæredes: & dicimus, quòd non eſt proprium nomen
actionis exercitoria, ſed adiectio cauſæ, vel actionis: vt dica-
tur actio empti, exercitoria, vel mandati: & quæuis alia.
10 † Inſtitoria autem actio datur contra illum, qui præpoſuit
aliquem ſtationi, vel negotiationi gerendæ contrahentibus
cum præpoſito, in eam cauſam, in quam præpoſitus eſt ex-
preſſim, vel tacitè. Dicitur inſtitoria ab inſtitore, ſcilicet præ-
poſito: quamuis exercitoria nominetur à præponente. Inſti-
d tor[d] enim dictus eſt ex eo, quòd negotio gerendo inſtet: nec
refert, tabernæ ſit præpoſitus, an cuilibet negotiationi: nec
mutat cauſam actionis locus vendendi, vel emendi: vt ff. eod.
l. iij. & iiij. Siue enim quis præponatur pecuniis fœnerandis,
vel agris colendis, vel mercaturis faciendis, vel mulis, vel mu-
labus locandis, vel veſtimentis farciendis, vel poliendis, inſti-
toria dabitur. Nec diſtinguitur præponatur loco certo, an
ſine loco: vt ff. de inſtito. l. quicunque. §. j. ij. iij. & iiij. & l. inſti-
torem. non tamen inſtitor dicetur, qui rogatur, non vt con-
trahat, ſed vt imperet diſcipulis: vt ff. eodem. l. quicunque. §.
ſed & cum fullo. Tenetur autem præponens ſi ſit maior xx.
annis. Si enim ſit minor, & adultus, habet in integrum reſti-
11 tutionem. † In pupilli autem præpoſitione exigitur tutoris
autoritas: alioquin non tenetur, niſi in quantum locupletior
factus eſt. Si tamen pupillus, vel furioſus maiori præponenti
extiterit hæres, tenebitur inſolidum: ſiue contrahatur cum
præpoſito ante aditam hæreditatem: ſiue poſteà. Remouen-
dus enim fuit præpoſitus à tutoribus ſi noluiſſent eius opera vti.
Nec imputatur contrahenti, qui ſciens dominum deceſſiſſe,
cum inſtitore exercente contrahit: vt ff. eodem. l. quicunque.
§. vltim. & l. vetum. & l. eatenus. & l. ſed & ſi pupillus. & l. ſi
12 quis. §. j. & §. certè eius. † Item & tenetur inſtitoria is cuius
e tutor, vel curator, vel procurator[e] generalis præpoſuit ali-
quem: vt dictum eſt. Sed & in ipſum procuratorem dabitur
hæc actio: vt ff. eod. l. de inſtito. l. quicunque. §. vlti. & l. ſed &
in ipſum. & in tutorem, vel curatorem: vt ff. de pignor. act. ſo-
lutum. §. vlti. Sed & ſi quis eam rem gerens ſine mandato præ-
poſuerit, & ratum habuero, idem eſt: vt ff. eod. l. ſed & ſi quis.
13 † Vbi autem plures ſunt qui præpoſuerunt, quilibet tenetur
inſolidū: non pro portione mercis, vel pro portione dominij,
ſi fortè præpoſuerunt ſeruum communem. Quod autem præ-
ſtiterit conuentus, eius partem ſocietatis, vel communi diui-
dundo iudicio cōſequetur. Si autem actio pro ſocio, vel com-
muni diuidundo non dentur inter eos, qui tenentur inſtitoria,
quilibet pro parte ſua conuenietur: vt ſi is, cuius ſeruo creditū
eſt, duobus hæredibus inſtitutis ſeruo libertatem dedit. Nam
quiſque hæredum pro ſua parte conuenietur: quia ceſſat inter
eos actio communi diuidundo: vt ff. eod. l. habebat. §. vlti. In
præpoſito autem non diſtinguo, ſit maſculus, an fœmina, liber
an ſeruus, proprius an alienus, maior vel minor: quoniam ſibi
debet imputare, qui præpoſuit eum: vt ff. eod. l. ſed & ſi quis.
14 † Datur hæc actio, vt dixi in præponentem, ex ea cauſa, in
quā præpoſitus eſt expreſſim, vel tacitè. Expreſſim, vt ſi præ-
poſui eum ad diſtractionem mercium, tenebor eius nomine
inſtit

inſtitoria actione ex empto. vel ſi præpoſui eum ad emendum, tenebor duntaxat ex vendito: ſed neque ſi ad emendum præpoſui, & ille vendiderit: neque ſi ad vendendum, & ille emerit tenebor. Item ſi certa lege, & interuentu alicuius perſonæ, vel ſub pignore volui cum eo contrahi, vel ad certam rem, vel ſi plures habui inſtitores, & cum omnibus ſimul, vel cum vno ſolo contrahi volui, ſeruandum erit id in quo ipſum præpoſui. Tacitè autem videor permiſiſſe præpoſito ad emendas merces, vt accipiat mutuum pro pretio ſoluendo, vel pro penſione tabernæ ſoluenda. Et ſi quis in eadem cauſa pro eo fideiuſſerit, ei tenebor inſtitoria: vel ſi eum præpoſui ad vendendum, & acceperit pignus, vel arram, eorum nomine teneor inſtitoria, niſi ei mandaſſem præſenti pecunia vendere. Item ſi eum præpoſui ad emendum, vel vendendum oleum, videor ei permiſiſſe accipere oleum mutuum: vt ff. de inſtitoria. l. quicunque. §. non tamen. vſque ad §. ſi ab alio. & l. ſed pupil-
15 lus. §. conditio. † Vbi autem expreſſim vetui ne contraheretur cum eo, non habetur loco præpoſiti, vel inſtitoris, ſed cuſtodis. ergo nec vendet merces, nec modicum quid ex taberna. Et ſi denunciaui alicui, ne cum eo contraheret, non tenebor ei inſtitoria. Nam & certam perſonam poſſum prohibere contrahere, vel certum genus hominum, vel negotiatorum, & certis hominibus permittere. Si autem aliàs cum eo permiſi contrahi, vel vetui omnibus contrahentibus & ignorantibus continuam variationem danda eſt contra me actio, ne decipiantur contrahentes qui iuſtè prætendunt ignorantiam. Porrò vbi non prohibui in ſecreto, ſed palàm: & in euidenti, ſcriptura facta ante eum locum, in quo negotiatio exercetur, non in loco remoto: non poterit quis excuſari ignorantia: nam ſi dicat ſe ignoraſſe literas, vel non obſeruaſſe quod propoſitum erat, cùm multi legerent cúmque palàm eſſet propoſitum, non auditur, & debent eſſe literæ Græcæ, vel Latinæ ſecundum conſuetudinem loci. Item oportet durare proſcriptionem in id tempus, quo contractum eſt: alioquin, ſi tunc erat obſcura proſcriptio, vel ſublata vetuſtate, vel pluuia, vel ſimili caſu, vel ab extraneo, tenebitur præponens inſtitoria. Si tamen inſtitor cauſa decipiendi detraxit proſcriptionem, dolus eius præponenti nocebit, non autem contrahenti eum præpoſito, niſi particeps fuerit doli: vt ff. de inſtito-
16 ria, l. ſed & ſi pupillus. §. de quo. & §. conditio. † Si ergo ex prædictis modis non repellantur contrahentes, datur eis inſtitoria contra præponentem: etiamſi dominus præponens merci ſuæ dominicæ præpoſuerit ſeruum. Nam in dominica merce locum habet inſtitoria: in peculiari autem tributoria:
17 vt ff. de inſtito. l. ſed & ſi pupillus. §. pen. † Quid ſi ſeruum præpoſuit merci oleariæ, & mutuis pecuniis accipiendis nominatim, accepit autem mutuum: puta, decem, creditor autem egit ad decem inſtitoria actione, & in agendo non diſtinxit cauſam actionis, qua ageret, quod nominatim eſſet permiſſum præpoſito accipere mutuum: an quia acceperit mutuum in cauſa merces oleariæ: poſtea tamen in probando proſequitur cauſam illam tantum, quòd in cauſam mercis oleariæ acceperit pecuniam: hoc tamen probare non potuit: vnde præponens eſt abſolutus: ſi velit poſtmodum agere inſtitoria propter ſpecialem permiſſionem de mutua pecunia accipienda, repellitur exceptione rei iudicatæ: quia decem petiit indiſtinctè. ſed tamen, quia proſecutus eſt vnam ſpeciem tantùm replicatione iuuabitur, & vtilis actio ei dabitur: vt ff. de inſtito. l. habebat. & ĩ. de iud. l. licet. In reali autem actione indiſtinctè propoſita omnino repelleretur: vt ff. de except. rei iudic. l. & an eadem. §. actiones. Domino tamen meo videbatur eum repelli iure electionis, quod non puto: quia creditor ignorabat ex alia cauſa ſe poſſe agere. Vnde non poteſt videri elegiſſe, vel in electione ſibi præiudicaſſe: vt ĩ. de furt. l. vlti. §.
18 ſi autem neſcius. † Eſt autem hæc actio perpetua. Hæredibus datur, & in hæredes. Et licet ea teneatur præponens tamen præpoſitus de iure communi conuenitur, vel ex ſtipulatio-
19 ne, vel alia competenti actione: vt ff. eod. l. in eum. Item † & præponens tenetur non ſolum ad ea quæ conuenit præpoſitus: ſed etiam in redhibitoria, vel quanto minoris, ac ſi cum eo eſſet contractum: vt ff. eo. l. ſi quis. primo reſponſo. & §. vlt. Præponenti tamen non datur actio contra eos, qui cum præpoſito contraxerunt, quandiu præpoſitus ſit ſoluendo: agit tamen contra præpoſitum mandati, vel conducti: vt cedantur ſibi actiones contra eos, cum quibus ipſe cõtraxit: vt ſuprà dictum eſt in exercitoria: vt ff. eod. l. j. & ij. Illud notandum eſt, quòd inſtitoria quãdoque datur contra præponentem ex ea cauſa, quæ non videretur permiſſa: vt ecce, præpoſui ſeruum mutuis pecuniis dandis, & ſolitus eram fideiubere pro negotiatoribus horrei, ſeruus autem ſimiliter fideiuſſit pro eis, & multis ſatisfecit, horrea conduxit, & quædam alia geſſit me ſciente, & non contradicente, vt ſolitus eram gerere: teneor enim pro eis inſtitoria actione: vt ff. quod cum eod. l. vltim. Item dici-
f mus[f], quòd inſtitoria non eſt proprium nomen actionis: ſed dicitur actio ex empto, vel vendito inſtitoria: vt ff. eod. l. quicunque. §. non tamen.

ANNOTATIONES.

■ Exercitoria. Vide late dom. Alex. in conſi. cxlvii. in ii. volu. & Franc. Cremonenſem nu. clxv.

* Aduerſionem. Aliàs auerſionem & rectius. Quid autem ſignificet planè & apertè docet Anto. Auguſt. Emend. lib. j. cap. 2. & lib. 3. vbi in fine explicat etiam quid ſit oneris auerſi actio.

* Schedia. Vide Budeum in l. j. §. nauem. ff. de exercitoria.

a Exercitoria. Actionis exercitoriæ materiam vide per Specul. in tit. de obligat. & ſolu. §. præterea ad dum. cumulare per do. Iaſ. de may. in §. actiones. nu. xlv & nu. xlvii. inſti. de act.

b Exercitor. Vide Albe. de ro. in locis ibi per eum relatis in reſponſione. ff eod. de exer. actio.

c Tenetur. Vide ad hoc Bald. in rubri. C. de inſtito. qui contrarium tenere videtur. & vide doctores in l. ſi cùm plures. ff. de exerc. vbi eſt proprius locus huius materiæ.

* Epibatæ. Vide Budeum in l. prima. §. Qui ſunt igitur. ff. Naut. caup. ſtabul.

d Inſtitor. Vide Panor. in conſi. lxxiiii. ad fi. volu. ii. vide Iaſo. & Decium in l. ſi inſtitorem. ff ſi certum petatur.

e Procurator. Vide ad iſtam concluſionem, & quàmplurium præcedentium & ſequentium do. Iaſ. de may. in §. actiones. nu. xlviii. & li. inſti. de act. do. Alexan. de imo. in l. prima. ff. de verb. oblig. & in cõſi. xlxiii. in ii. volu. vbi habes totam materiam.

f Et adde in iſta materia an inſtitor alicuius qui ſcripſit alteri mercatori qualiter apud menſam domini ſui habebat mille, an finito officio inſtitor ipſe, vel dominus ſit conueniendus, vide pulchre per Soci. in conſi. cliiii. verſiculo octauus caſus.

Quòd cum eo qui in aliena poteſtate eſt negotium geſtum eſſe dicetur, vel de peculio, ſeu quod iuſſu, aut de in rem
a verſo [a] eſt. *Rubrica.*

ANNOTATIO.

■ Verſo. Adde quod iſta actio de in rem verſo competit etiam vbi datur actio negociorum geſtorum, ita comprobat Soc. conſ. xxvi. verſ. Quarto principaliter.

1 *Filiusfamilias ſui iuris effectus an, & quatenus teneatur ex geſto à ſe durante patria poteſtate.*
2 *Pater vel dominus quatenus teneantur ex contractu filiifa. vel ſerui.*
3 *Tributoria actione quis teneatur.*
4 *Minor quatenus teneatur ex contractu ſerui.*
5 *Procuratoris ſcientia an noceat.*
6 *Mercis peculiaris appellatione quid contineatur.*
7 *Tributoria actio quibus competat.*
8 *Dominus de peculio conuentus an poſsit deducere, quod teneretur præſtare creditoribus, ſi tributoria conueniretur.*
9 *Tributoria actio ad quid detur.*
10 *Tributoria actione conuenti officium.*
11 *Tributoria actio qualis ſit.*
12 *Peculium quàm variè accipiatur, & quid propriè ſignificet, & vnde dicatur.*
13 *Peculium an non aliter ſeruus habere poſsit, quàm ſi dominus expreſsim concedat.*
14 *Peculium an poſsit concedi ſeruo minoris vel furioſi.*
15 *Peculium quomodo naſcatur, ſiue incipiat.*
16 *Peculium qua ratione creſcat, aut decreſcat, vel moriatur.*
17 *Peculium eſſe quandam vniuerſitatem, atque vbi qua poſſint eſſe in eo.*

18 *Peculium quomodo conſtituatur permiſſione domini.*
19 *Actio de peculio quibus competat. & nume. 21.*
20 *Seruus intercedens pro alio an, & quando obliget dominum de peculio.*
22 *Pater & dominus an, & quatenus teneantur de peculio.*
23 *Pater an, & quando teneatur nomine filij ad munus aliquod electi.*
24 *Pater quando, & quatenus teneatur ob tutelam quam geßit filius, qui erat in eius poteſtate.*
25 *Pater poßit ne cogi agnoſcere munus à filio ſuſceptum.*
26 *Actio de peculio contra quos detur. & nume. 28.*
27 *Actione de peculio quatenus quis conuenіatur: & qua poßint deduci ab eo, qui ea conuenitur. & nume. 29.*
30 *Deductio de peculio cui permiſſa ſit.*
31 *Peculij aſtimatio quo tempore ſit facienda, cùm dominus de peculio damnatur.*
32 *Peculij rationibus qua imputentur, & cuiuſmodi dolus noceat volenti deducere de peculio.*
33 *Creditores priuilegiati agentes de peculio an praferantur domino volenti deducere quod ſibi a ſeruo debetur.*
34 *Priuilegij rationem haberi inter plures creditores peculiares.*
35 *Creditor peculiaris qua caſu non agat vſque ad vires peculij.*
36 *Socio cuiuſmodi actio competat contra conſocium loco actionis de peculio qua ei denegatur.*
37 *Actio de peculio qualis ſit.*
38 *Actio quod iuſſu quando detur. & nume. 44.*
39 *Alienationem non contineri in libera adminiſtratione.*
40 *Actionem quod iuſſu, induci ex tacita permiſſione.*
41 *Actionem, quod iuſſu, induci ex ratihabitione domini ſubſequente contractum ſerui.*
42 *Domini appellatione qui contineantur, cùm quaritur an competat actio, Quod iuſſu.*
43 *Actio quod iuſſu, quando non detur.*
45 *Actio, quod iuſſu, quatenus. & quando competat in plures*
46 *Mandare & iubere qui differant,*
47 *Actio, quod iuſſu, contra quos detur.*
48 *Actio de in rem verſo quando detur.*
49 *Verſum in rem domini quando quid cenſeatur.*
50 *Actio de in rem verſo ad quid detur.*
51 *Actio de in rem verſo quibus caſibus deficiat.*
52 *Actio de in rem verſo quibus detur.*
53 *Actio de in rem verſo contra quos detur.*
45 *Actio de in rem verſo quatenus detur.*
55 *Vſura an, & quando veniant in actione de in rem verſa.*
56 *Actio de in rem verſo qualis ſit.*
57 *Actionem de in rem verſo dari quandoque, licet ſeruus non propoſuerit dominum obligare.*
58 *Agentem contra dominum ex contractu ſerui debere eligere, qua actione velit agere.*

DE contractibus initis nobiſcum ſuprà dictum
eſt, nunc ponit de negotio inito cum eo, qui eſt
in noſtra, vel aliena poteſtate. Super eo autem
1 ſciendum eſt quòd varia ſpectantur iura. † Spectatur
enim ius, ſcilicet qualiter filiusfamilias factus paterfamilias,
conueniatur de eo negotio, quod geſtum eſt cum eo,
tempore patriæ poteſtatis. In eo autem breuiter ſciendum
eſt, quòd cùm filiusfamilias factus eſt ſui iuris emancipatione,
vel dignitate, vel morte patris, vel conſimilibus modis,
tenetur ex primis contractibus, in quantum facere poteſt:
niſi patri ex non modica portione extiterit hæres: vel niſi
a conueniatur ex delicto [a]: vel niſi ſe patremfamilias eſſe mentitus
eſſet cùm contraheretur cum eo, id eſt, niſi longo tempore
poſt emancipationem conueniatur: vt ff. eodem. l. ij. iij.
& iiij. Minimam portionem hæreditatis paternæ intellige
quartam, vel tertiam hodie: vt ſuprà de inoffic. teſtament.
l. ſi quis in ſuo. primo reſpon. vel minimam intellige pro arbitrio
iudicantis. argumen. ff. de iure deliberan. l. j. §. vltim.
Item in quantum facere poteſt, intellige ſic, vt ſui habeatur
ratio, ne egeat: vt ff. de regulis iuris. l. in condemnatione. Aes
etiam alienum quod debet creditoribus, qui contraxerunt
cum eo poſt emancipationem poteſt detrahere. Quod autem
debet creditoribus, qui contraxerunt cum eo ante emancipationem,
non detrahit: imò inter eos melior eſt occupantis
conditio: niſi quis priuilegiatus venerit: huius enim prioris,
id eſt, præferendi, non ſine ratione habebitur ratio: vt ff. eod.
l. iij. Ergo pecuniam alij ſolutam ille priuilegiatus fortè repeteret
condictione ex lege, vel officio iudicis, vel ex cautione
interpoſita: vt infrà de priuileg. fiſc. l. pecuniam. & infrà
de peculi. l. ex facto. §. vltim. Quod dixi in emancipato ſeruatur
etiam ſi poſteà ab aliquo ſit adoptatus: vt ff. eodem. l. ij.
Hic enim adoptatus poſtea per bonorum poſſeſſionem vnde
cognati, admittebatur ad bona paterna: vt Inſtitut. de hæred.
quæ ab inteſtato defe. §. admonendi. & ideò iuſtè quæritur
an damnetur inſolidum, inſpecto eo ſucceſſerit ex minima
parte, an non. Ideo autem datur prædictum priuilegium
emancipato filio, quaſi alterato ſtatu videtur eſſe alius homo,
quàm fuerat prius. Vnde & de ſubtilitate iuris non tenetur
creditoribus primis: ſed tamen de æquitate tenetur eis
ex illo edicto, de capitis minutione. Illud enim edictum creditoribus
primis reſuſcitat veteres actiones vtiles, vel indulget
actionem in factum: vt ff. de capitis diminutione. l. prima.
Hoc autem edictum, quod cum eo qui in alia (de quo tractatur
ff. eodem titul.) modificat actiones, in quantum facere
2 poteſt emancipatus, vt dixi. † Spectatur & aliud ius ſuper
negotio geſto cum filio, vel ſeruo qui eſt in aliena poteſtate,
ſcilicet qualiter teneatur dominus, vel pater ſi contraxerit
aliquis cum filio, vel ſeruo, in merce peculiari domino ſciente,
& non contradicente: & quia ibi datur actio tributoria,
de ea videndum eſt, contra quem detur, & quando, & in
3 quantum, & quibus, & qualis ſit. † Tenetur autem tributoria
dominus ſerui, vel pater filij, cum quo contractum
eſt. Idem in bonæ fidei poſſeſſore ſerui, vel qui habet vſumfructum
in eo. Ita ſi filij, vel ſerui negotiantur in peculiari
merce, prædictis perſonis ſcientibus, & non contradicentibus:
ſi tamen expreſſa interueniret voluntas, non ideo tenerentur
in amplius per actionem iſtam quod iuſſu: tamen inſolidum
tenerentur, vt ff. de tributoria. l. prima. §. ſcientiam.
vſque in finem legis, & ff. quod iuſſu. l. prima. §. primo.
4 † Idémque eſt & ſi tutores, vel curatores iam dictarum
perſonarum ſcierint ſeruos ipſarum negotiari, & locupletati
ſunt ex dolo tutorum, vel curatorum: vel etiam habeant
actiones contra tutorem, qui ſoluendo eſt, vel qui
idoneè cauit prædictis perſonis: vt ff. eodem. l. uj. §. ſed, vt
Iulianus. & de adminiſtratione tuto. l. vltim. Pupilli autem
ſcientia non ſufficit, vt inducat tributoriam: ſed ſcientia tutoris,
vel curatoris eam inducit, vt dictum eſt: & tunc pupillus
ſi quid dolo amittat, tenetur: vt ff. eodem. l. iij. §. vltim.
5 procuratoris † generalis ſcientia proculdubio nocet domino:
ſecus autem in ſpeciali procuratore, ſicut diximus ſuprà
de inſtito. & probatur ſuprà de inſtito. & de procuratorib. l.
procuratorem. & ff. eodem. l. procuratoris. & de exceptio.
6 doli. l. apud. §. quæſitum. † Mercis autem peculiaris appel-
b latione non continetur peculium [b] totum, ſed id duntaxat,
in quo negotiatur, domino ſciente. Item & inſtrumentum
mercis continetur. Plerunque enim hic apparatus ex merce
eſt, imo ſemper eſt. Cætera ergo quæ extra hoc in peculium
habuit, non tribuentur, vt argentum, aurum, niſi hoc ex
merce comparauit: vt ff. eodem. l. procuratoris. §. non autem.
& §. ſi propter. Item in merce non diſtinguo, negotietur in
ſeruis emendis, vel vendendis, an in aliis. Propriè autem ſignificatio
mercis non continet ſeruos, ſed ex interpretatione vocabuli
aliud eſt: vt ff. eo. l. j. §. hoc. & l. procuratoris. §. mercis.
7 & §. item ſi mancipia. & de verb. ſignific. l. mercis. † Datur
hæc actio creditoribus qui contraxerunt in merce peculiari
cum ſeruo, vel filio. & ſi quidem ſit vna merx, & vna ſtatio inter
dominum & creditores, diſtribuitur merx peculiaris pro
rata portione debiti. Si autem plures ſunt merces, & quidam
in iſta, & quidam in alia contraxerunt: qui contraxerunt
in iſta, ſimul vocantur in iſta ſine aliis: & qui contraxerunt
in iſta, ſimul vocantur in iſta ſine aliis. Sed & ſi eiuſdem negotiationis
habuit duas ſtationes, & quidam cótraxerunt in iſta
ſtatione, alij in illa: ſeparatim vocantur illi qui contraxerunt
in iſta, ad mercem quæ eſt in iſta: & ſeparatim vocantur alij
qui

qui cōtraxerunt in illa, ad mercem quæ eſt in ea. Nec amplius
feret creditor de mercibus: quia dicat eas ſua pecunia compa-
ratas, niſi fuerint ei pignoratæ. Qui autem vendidit ſeruo ne-
gotianti in peculiari merce, nec habuit ei fidem de pretio, rem
ſuam poſſet vendicare, vt ff. eo. l. procuratoris. §. ſi plures. Do-
minus ergo ſerui paris conditionis eſt in tributoria cum cre-
ditoribus cęteris in eo, quod ſibi debetur à ſeruo, vel quod de-
betur eis, qui ſunt in poteſtate ſua. Nec refert cœperit debere
ſeruus domino ante mercem, vel poſteà: & ita amittit dominus
priuilegium deducendi propter ſcientiam. Nam ſi de peculio
conueniretur, deduceret ſibi debitum: vt ff. eod. l. j. primo re-
8 ſponſo. & l. procuratoris. §. in tributum. † An autem domi-
nus de peculio conuentus, poſsit deducere, quod debet præ-
ſtare eis, quibus tenetur tributoria, dubitatur. Lex enim ponit
quæſtionem, ſed non definit: vt ff. de tribu. l. vlti. & non puto.
Si ergo totum peculium, vel pretium eius ſoluit de peculio
conuentus, non conuenietur poſteà tributoria: quia nihil do-
lo fecit. Si verò prius eſt tributoria conuentus, & malè diſtri-
buit: quia plus ſibi, quàm deberetur, retinuit, adhuc tenetur
tributoria, nec liberauit ſeruum in eo, quod plus ſibi ſoluit,
quàm deberet. Vnde poſteà ſi de peculio conueniatur, dedu-
ceret ſibi debitum: quia quod amplius accepit ſibi, tenetur
præſtare tributoria agentibus: vt in prædicta l. vltim. dicitur.
9 Agitur autem tributoria † contra dominum vt diſtribuat
merces pro rata, vt dictum eſt, & ſiue nullo modo diſtribuat,
ſiue diſtribuat, ſed malè, tenetur: vt quātum minus tributum
ſit, quam debuerit, præſtet. Nec diſtinguitur neget me credi-
torem peculiaris mercis, an confiteatur. Si ergo peculiarem
mercem perire patiatur, aut eam ruerit, aut viliori data ope-
ra diſtraxit, vel ſi ab emptoribus pretium non exegit, vel ſi ex
ea merce ſolui ſoli ſibi fecit, tenebitur tributoria, ſi dolus in-
teruenit: quod fortè præſumendum eſt, ſicut & cum ſeruo in
teſtamento manumiſſo per fideicommiſſ. hæres domini tradit
ſeruo, quem manumittit, peculium, non deducto eo quod tri-
buendum erat, vel non exacta cautione de eo reſtituendo. Si
autem libertas directa, & peculium ſeruo legatum eſſet, nihil
imputaretur hæredi, & creditores agerent contra manumiſ-
ſum. Item ſi dominus ignorans in merce ſeruum habere ali-
quid, quod habebat, & minus tribuit, nō videtur dolo minus
tribuiſſe, ſed ſi re comperta non tribuat, dolo non caret: vt ff.
eo. l. illud. §. ſi cuius dolo. & l. quod in hæredem. §. ij. & de do-
10 te prælег. l. ij. §. per contrarium. † Eſt autem officium domini
in diſtributione: vt ſi agat vnus tantùm creditor peculiaris
mercis, & ei inſolidum ſatisfaciat, accipiat ab eo cautionem
quòd ille refundat pro rata, ſi fortè alij emerſerint creditores:
non enim hæc actio (ſicut de peculio) meliorem facit cauſam
occupantis, ſed æqualem quandocunque conditionem agen-
tium. Cauebit etiam creditor iſte ſe refuſurum pro rata: ſi quod
aliud debitum domini emerſerit. Finge enim conditionale de-
bitum imminere: vel in occulto eſſe. Nam iniuriam dominus
pati non debet, licet vocetus in tributū. Si autē dominus malit
cedere peculio, vel mercibus, quàm moleſtiam diſtributionis
ſuſcipere: erit audiendus, & plerunque prætor debet arbi-
trium dare, cuius interuentu diſtribuantur merces peculia-
res: vt ff. eodem, procuratoris. §. vltim. & l. non enim. & l.
illud. Illud non prætermitto, quod quidam dixerunt domi-
num non poſſe cogi tributoria, vt diſtribuat, ſed iudicis offi-
cio ad hoc compellitur. Si autem diſtribuat, ſed malè agitur
tributoria. argumen. ff. de tributo. l. vltima. ſed ſecus eſſe li-
11 quet ex præmiſsis. † Eſt autem hæc actio perpetua. Hæredi-
bus datur, & in hæredes ex ſuo dolo, & inſolidum. Ex dolo
verò defuncti non, niſi inquantum ad eos peruenit: vt ff. de
tributo. l. illud. §. vltimo. & l. quia. & l. quod in hæred. §. vl-
timo. Et eſt hoc ſpeciale, quòd cùm ipſa ſit ex contractu, non
datur in hæredem inſolidum, ſicut aliæ: vt ff. de actio. & obli-
gatio. l. ex contractibus. & de regulis iuris. l. ad ea. §. vltimo.
nec eſt proprium nomen actionis tributoria, vt de exercito-
ria & inſtitoria ſuprà diximus, licet quidam dixerint con-
trà. Spectatur & aliud ius ſuper negotio, quod geſtum eſt
cum eo, qui eſt in aliena poteſtate, ſcilicet. an ipſe conuenia-
tur de peculio. Circa quod videndum eſt, quid ſit pecu-
lium, cui detur actio de peculio, & contra quem, & in quan-
12 a tum, & qualis ſit actio. † Peculium [e] autem [f] ponitur pro
e cuiuſcunque patrimonio: vt ff. ad Trebellia. l. cogi. improprie
f tamen, vt ſuprà de inofficioſo teſtamento. l. vltim. §. vltim.
Quandoque ponitur pro pecunia parata præſidij cauſa: vt ff.
de legatis tertio. l. ſi chorus. §. primo. Quandoque ponitur pro
rebus paraphernalibus: vt ff. de iure dotium. l. ſi ego. §. dotis.
Quandoque ponitur pro his tantùm, quæ iuſtè obueniunt
ſeruo: vt ff. de acquiren. poſſeſſ. l. ſi ſeruus. Quandoque autem
ponitur propriè pro eo, quod ſeruus domini permiſſu ſepa-
ratum habet à rationibus dominicis, deducto tamen ſi quid
domino debetur, vel his qui ſunt in poteſtate ſuā, vel tutela,
13 vel curatione. † Dicitúrque peculium quaſi puſilla pecunia,
ſiue patrimonium puſillum: vt ff. de peculio. l. depoſiti §. vltim.
& l. peculium autem. in princip. Permiſſum autem domini in-
teruenire oportet, ſecundum quoſdam, expreſsim eo conce-
dente: vt ff. de peculio. l. peculium. Sed certè ſiue dominus con-
cedat expreſsim, ſiue patiatur ſeruum habere apud ſe res ali-
quas peculium erit: nec exquiritur domini ſcientia circa res
ſingulas. Alia autem cauſa eſt peculij liberæ adminiſtrationis;
nam hæc ſpecialiter concedenda eſt circa alienationem re-
rum. Debitores enim peculiares ſeruo poſſunt ſoluere, & ipſe
creditoribus ſoluere poteſt: vt ff. de peculio. l. quam Tubero-
nis. §. ſunt quidam. & l. peculium. & l. ex eo. & de ſolut. l. quod
14 ſeruus. † permiſſum intellige domini maioris. Minoris au-
tem xxv. annis permiſsio etiam tutoris, vel curatoris autho-
ritate facta, non conſtituit ſeruo peculium. multò minus con-
ſtituet peculium permiſsio ſolius tutoris, vel curatoris, mino-
ris, vel furioſi. Peculio autem permiſſo à patre pupilli, vel ante
furorem furioſi, poterit tutor vel curator adminiſtrationem
peculij dare, & denegare ſeruo minoris, vel furioſi: vt ff. de pe-
culio. l. licet. §. idem adiicit. & l. quam Tuberonis. primo re-
15 ſponſo. & l. curator furioſi. Incipit † ergo, vel naſcitur pecu-
lium (vt dictum eſt) domini permiſsione, ſcilicet ſi acquiſierit
ſeruus quod dominus neceſſe non habet ei præſtare. ſi verò
tunicas, vel aliquid ſimile quod ei dominus neceſſe habet
præſtare, non incipiet peculium ex his tam friuolis. Si tamen
prius cepiſſet peculium, iſtæ tunicæ ab alio, vel à domino da-
tæ, vt eſſent perpetuò penes ſeruum, in id peculium computa-
rentur: ſecus ſi veſtimentum dediſſet ſeruo vtendum, non ſem-
per: ſed ad certum vſum, vt cùm eum ſequeretur, vel ſibi cœ-
16 nanti miniſtraret, tunc enim non eſſet peculium. † Creſcit
autem peculium, cùm fuerit auctum fœtibus pecorum, vel ſi-
milibus. Decreſcit, cùm res peculiares moriuntur: Moritur,
cùm ademptum eſt à domino, & ideo dicitur eleganter pecu-
lium ſimile eſſe homini: vt ff. de peculio. l. id veſtimentum. & l.
17 peculium naſcitur. † Et nota, quòd peculium eſt vniuerſitas
quædam. Nam in eo poſſunt eſſe mobilia, & immobilia, &
corporalia, & incorporalia, vt nomina debitorum. Item hære-
ditas, & legatum. Item quod debetur ſeruo ab extraneo, vel
ex furto, vel alia actione. Item quod debetur ſeruo à conſeruo
ſuo: ſi modò ille habet peculium, vel habebit. Item quod de-
betur ei à domino naturaliter: vt ſi in rationem domini im-
penderit, & dominus ei debitor manere voluit: aut ſi debito-
rem ſerui dominus conuenit: vt ſi ex rei nomine, quam emit
ſeruus propter euictionem duplum dominus exegit: niſi fortè
fuit eo propoſito, vt nollet hoc eſſe in peculium ſerui: de qui-
buſdam autem veriſimile eſt vt nolit dominus in peculio eſſe,
vt ſi ſeruo dederit damnum, vel ſurripuerit: vt ff. de peculio. l.
18 quam Tuberonis. §. in peculio. & l. ſed ſi damnum. Item † per-
miſsio domini conſtituit peculium, ſiue tradat res ſeruo, ſiue
patiatur res eſſe apud ſeruum. re enim, & non verbis peculium
augendum eſt. Si autem voluit rem ſuam peculij eſſe, nec vl-
trà proceſsit, non ideo erit peculij: quia nuda voluntate non
poteſt augeri, vel conſtitui: niſi ſeruum debitorem ſuum no-
luit liberare: vt ff. de peculio. l. peculium. & l. non ſtatim.
19 † Competit autem actio [g] de peculio contrahentibus cum
g ſeruo. vel filiofamiliàs, patre, vel domino volente, vel inuito:
licet ſecus ſit in inſtitoria: vt ff. de peculio. ſi quis. §. vltim. & l.
quoties. primo reſponſo. In filio autem famil. hoc fallit, ſi ac-
cipiat pecuniam mutuam contra. Macedonianum: vt infrà
ad Macedo. l. vltim. Item fallit tam in filio, quàm in ſeruo, ſi
quis eorum voueat: vt ff. de pollicita. l. ſecunda. §. voto autem.

20 Item fallit prædicta regula † in ſeruo, & non in filiofamilias,
ſi ſeruus intercedat non in cauſam peculiarem: puta, pro ſuo
creditore, ſed interceſſoris officio fungens, vel ſi iudicio con-
demnetur, vel ſi compromittat, vel ſi mandauerit alicui de ſe
emendo: vt ff. de peculio. l. licet. §. ſi filiusfamiliás. & §. Iulia-
nus. & §. ſi ſeruus. & mandati. l. cùm ſeruus. Cæteráque dicta
21 cómuniter ſeruantur in filiofamil. & ſeruo. Item datur † actio
de peculio, quaſi contrahentibus cum ſeruo: vt ſi quis eius ne-
gotia gerat, vel ipſe gerat negotia alterius: vt ff. de neg. geſt. l.
22 ſi pupilli. §. ſed ſi ego. & l. ſi ſerui. Si autem † filius, vel ſeruus
deliquerit, vel quaſi deliquerit non tenetur pater, vel domi-
nus de peculio, niſi inquantum locupletatum eſt peculium: ſi
tamen ex furto ſuo conuentus fuerit filius, & damnatus, iu-
dicati tenebitur pater de peculio, quaſi iudicio videatur cum
filio contractum. Nec inſpicietur prima origo maleficij, ſed
ſecunda cauſa ſententiæ: vt ff. de peculio. l. licet. §. idem ſcribit.
23 † Quid autem ſi filiusfamil. non contraxit, vel quaſi contra-
g xit, nec deliquit: ſed eſt electus ad aliquod munus [g]? Diſtin-
gue vtrum ſit publicum authoritate, & vtilitate: vt conſula-
tus, vel magiſtratus: an publicum authoritate, ſed priuatum
vtilitate, vt tutela, vel cura, quæ in hoc ſenſu dicuntur publi-
ca munera: vt Inſtitu. de excuſat. tuto. In primo caſu, ſi filius
eligitur, vel creatur, patre conſentiente, vel non contradicen-
te, pater tenetur inſolidum, quaſi fideiuſſor: vt ff. ad municipa.
l. quoties. ob ea tamen quæ principaliter ſpectant ad remp. pub.
ob alia autem quæ ſecundario ſpectant: vt ſi tutorem ratione
officij ſui minus idoneum dedit minori, non tenetur pater, niſi
24 de peculio: vt ff. de peculio. l. licet. §. vltimo. Sed † in ſe-
cundo caſu quando datur tutor filiusfamil. ſi quidem detur à
teſtatore etiam patre conſentiente, pater tenetur de peculio
tantùm, & de in rem verſo: niſi fortè à tutore, vel aliquo vo-
lente etiam eum facere ſuſpectum, pater interceſſit pro filio:
& quaſi periculum in ſe receperit: vt ff. de adminiſtra. tut. l.
Lucius. Si autem detur tutor à magiſtratu, ſi quidem pater tu-
telam agnouit, inſolidum tenetur: ſi non agnouit, de peculio
tantùm. Agnouiſſe videtur, ſiue geſſit, ſiue gerenti filio con-
ſenſit, ſiue omnino attigerit tutelam, ſiue mandauerit filio, vt
diligenter gerat tutelam: cùm ſcias (inquit) ad nos periculum
pertinere. Planè ſi ſolum monuit filium, non videtur agno-
25 uiſſe: vt ff. de tutelis. l. ſi filius. † [Quid ſi pater * nolit agno-
• ſcere, nunquid compelletur? Reſpond. non: quia nec in eo
munere cogi debet quod publicum eſt authoritate, & vtilita-
te: vt infrà libro x. de filiusfamil. & quemadmodum pater te-
neatur pro eis. l. ij. iij. & iiij. Diceret aliquis contrà, occaſione
cuiuſdam legis Græcæ: vt ſi pater pro filio fideiubere noluit:
quó filius non ſit tutor, vtcéque teneatur recipere tutelam: vt
ff. de ſuſpect. tuto. l. vlti. & de excuſa. tuto. l. ſi quis. §. vltimo.
ſed certè non reputo eas leges: quia Græco more contra ſty-
lum factæ ſunt. & quia aliæ pręcedentes, & ſequentes leges di-
cunt contrà: vt patet ex pręmiſsis. Nec eſt obiectio de libe. au-
thenticorum, quia volumen eſt per ſe. Item Iuſtinianus dicit
leges extrauagantes non eſſe ſeruandas, vel legendas: vt C. de
26 Iuſti. codi. confir. l. j.] † Datur hæc actio contra dominum
ſerui, & ſi plures ſint domini quibus tenetur inſolidum, ſcili-
cet pro toto peculio, quod eſt eis commune pro indiuiſo.
h Item tenetur bonæ fidei [h] poſſeſſor ſerui, & fructuarius: ſed &
vſuarius ſerui, ſcilicet de eo peculio quod quæritur eis ex re
ſua, vel operis ſerui, vel quod quæritur vſuario ex re ſua tan-
tùm. Nam quòd quæritur aliunde, pertinet ad proprieta-
rium: & ita dicitur ſe poſſe habere duplicis iuris pecu-
lium. Si ergo contractum eſt in eo peculio, quod ſpectat ad
proprietarium, ipſe primò conuenietur de peculio ſuo: in ſu-
perfluo conuenietur bonæfidei poſſeſſor, vel fructuarius, in
cuius peculio non eſt cótractum. Maritus tamen nomine ſer-
ui dotalis de peculio inſolidum conuenietur: quia conſtante
matrimonio, omnia quæruntur ei, licet eo ſoluto, reſtituat
omnia, quæ non ſunt ex re, vel opera quæſita. Vnde ſi gratia
eius quod habet neceſſe reſtituere, mulieri aliquid præſtite-
rit, deducet ex dote, vel peculio quod mulieri reſtituendum
eſt: vt ff. de peculio. l. prima. §. vltimo. & l. ſecunda. & l. hinc
quæritur. . poteſt. & de vſu & habita. l. per ſeruum. Item da-
i tur hæc actio [i] contra emptorem ſerui, & contra quemlibet

ad quem tranſiuit dominium ſerui, & eo conuento, non libe-
ratur venditor, ſi minus actor fuerit conſecutus. Interim ta-
men donec conuenietur emptor, non conuenitur venditor: vt
ff. de pecul. l. quotiens. §. ſi creditor. & §. vlti. & l. & ancillarum.
§. ſi ſeruus. Arrogatus ex contractu præcedenti non tenetur
de peculio, licet emptor teneatur, vt dixi: ſed niſi defendat ar-
rogatum, mittitur creditor in bona quondam arrogati: ſed ſi
de peculio teneretur, etiam in bona arrogatoris fieret miſsio.
De ſequentibus autem contractibus certum eſt arrogatorem
de peculio conueniri: vt ff. de peculio. l. in arrogatorem. &
quibus ex cauſis in poſſeſsio. eatur. l. Fulcinius. §. ſi quis actio-
27 ne. & Inſtitu. de acquiſitione per arrogationem. §. vlt. † Pro-
k ponitur hæc actio [k] contra prædictas perſonas, inquantum
vires peculij patiuntur, deducto tamen quod domino debe-
tur. Item quod debetur alijs, qui ſunt in poteſtate ſua: niſi in
caſu, cum conuenitur de peculio ordinarij: nec enim deducam
quod debetur vicario ſuo ab ipſo ordinario: alioquin ſi vna
manu de peculio tolleres, altera poneres, ſi ſubtiliter conſide-
rabis. Item deducto eo, quod debetur eis, quorum ſum tutor,
vel procurator, vel curator, vel negotiorum geſtor. In eo au-
tem quod domino debetur, nó diſtinguo, debeatur ei ex con-
tractu, vel quaſi, an delicto, vel quaſi: vt tamen ſi ſeruus ſurri-
puit domino non pœnam furti, ſed rei æſtimationem deducat
dominus: vt ff. de peculio. l. peculium. autè. §. ſiue autem: ſed ſi
damnum. §. ſi autè. & l. depoſiti. §. Stichus. Hoc autem dánum
non deducit dominus, ſi ipſe ſeruus ſe vulnerauerit, vel occi-
derit, vel præcipitauerit. non licet enim ſeruo naturaliter in
ſuum corpus ſæuire. Si tamen dominus ſeruũ à ſeipſo vulne-
ratum curauerit, ſumptus curationis de peculio deducet, quem
ſi nó curaſſet, nil deduceret. Item deducet dominus id, in quo
de peculio cõdemnatus eſt. Si verò in ſuſpenſo eſt prius iudi-
cium de peculio, & ex poſteriore iudicio res iudicaretur, non
debet ratio prioris iudicij haberi in cõdemnatione poſterio-
re: quia in actione de peculio occupantis melior eſt conditio.
Occupare autem videtur, nó qui primò litẽ cõteſtatus eſt, ſed
qui prior ad ſententiã iudicis peruenit: vt ff. de peculio. l. ſed ſi
dánum. §. vltimo. l. ſi verò. l. peculiũ. §. ſi ipſe. Item deducit do-
minus id quod ipſe nomine ſerui obligatus præſtitit, vel con-
demnatus eſt præſtare. Si verò nihil præſtitit, nec cõdemnatus
eſt, ſed obligatus eſt nomine ſerui, nihil deducit de peculio:
imò ſatisfacit creditori peculiari ex eo. Cauet tamen ille pe-
culiaris creditor domino ſe refuſurũ ei, ſi quid præſtiterit do-
minus ex obligatione ſerui ſuſcepta: & ſic creditor medij tem-
poris interuſurium conſequetur: vt ff. de peculio. l. ſed & ſi da-
mnum (aliàs l. peculiũ autem) §. item deducetur. Item deducit
dominus noxali iudicio pro ſeruo conuentus, litis æſtimatio-
nem pro ſeruo ſolutã. Quòd ſi ipſum noxæ dediſſet nihil de-
duceret. Item & deducit quod ſibi à ſeruo debebatur pro li-
bertate quam ei pręſtitit. Item ꝙ ſeruus nomine domini exe-
git à debitore dominico cùm dominus ratũ habet: vt ff. de pe-
culio. l. ſi noxali. vſq; ad §. eſt autem quęſtionis. Item & dedu-
cit quod ſibi debetur, & quod debetur ſocio, cum quo habet
commune peculium pro indiuiſo. Qua enim ratione pro toto
peculio cõuenit, pari ratione deducet quod alteri debetur. Si
autem aliquod iſtorum deficiat, vel quia communionem non
habent ſerui, vel quia cõmunionem non habẽt peculij, quili-
bet eorum non alteri, ſed ſibi debitũ deducit. Non eſt autem
cõmunio ſerui inter duos bonæ fidei poſſeſſores, vel duos fru-
ctuarios, vel inter emptorẽ & venditorem ſerui, vel inter fru-
ctuarium & proprietarium, vel inter proprietarium & bonæ
fidei poſſeſſorem. Videtur tamen eſſe contrarium, quod dici-
tur ff. de peculio. l. ſi creditor. §. ſeruum. ſcilicet emptorem ſer-
ui cõueniendum eſſe de peculio, quod remanſit penes vendi-
torem. Sed certè illud ideo eſt: quia emptor ſerui emit ſeruum
cum peculio, quod per actionem ex empto poteſt exigere à
venditore: vnde intra annum, poſtquam emit, tenetur emptor
ex perſona venditoris qui de peculio nominatim accepit pre-
tium, quia venditor intra annum tenebatur de peculio. poſt
annum autem tenetur emptor ex ſua perſona tãtùm, non ven-
28 ditoris: vt ff. de peculio. l. ſed ſi quis. † Item venditor quando-
que cõuenitur de peculio emptoris, ſi poſt litem conteſtatam,
ſeruum cum peculio ei vendidit: vt infrà eodem, l. ſi poſtea. ſed
illud

illud eſt propter dolum ſuum. Item cum ſeruus præſenti die
liber eſſe iuſſus eſt, quilibet hæredum pro parte ſua de pecu-
lio conuenitur, nec deducit alteri debitum. Sicq́ eſt, & cū ſer-
uus viuo domino mortuus eſt: deinde dominus intra annum
plures reliquit hæredes: nam actio de peculio, & deductionis
ius ſcinditur: quia non habent iſti omnes aliquam commu-
nionem ſerui. Et videtur in omnibus prędictis quòd vno eo-
m rum conuento, liberentur alij de ſubtilitate iuris m: de ęqui-
tate tamen ſuccurritur agenti contra cęteros, vt magis perce-
ptio, quàm intentio liberet eos: vt ff. de peculio. l. ſi ex duobus.
Item & qui habent communionem ſerui, ſi non habeant com
munionem peculij non cōuenitur aliquis eorum, niſi pro ſuo
peculio: vt ſi dimidiam partem ſerui vendidi, nec peculium ei
conceſsi: vel ſi ſeruo communi rem corporalem tradidi, vt
proprietatem mihi retinerem: adminiſtrationem autem ſeruo
concederem. Incorporalem autem rem: puta, nomen, vel
actionem, etiam ſi omni modo conceſsi ſeruo communi, vt
per eum quęreretur cum ſocio meo, non tamen poteſt ei quę-
ri, adeò inhæret oſsibus meis actio: vnde in tabulis ſocio meo
non communicatur peculium: vt ff. de peculio. l. ſi noxali. §. vl
29 timo. & in l. ſequenti. vſque ad l. ſi ſeruus. Quod † autem di-
ctum eſt dominum debere deducere, quod ſibi debetur à ſer-
uo: eſt intelligendum, ſi dominus aliunde non potuit conſe-
qui. Si enim ſeruum cum peculio vendidi, vt nominatim ac-
ciperem pro peculio pretium, teneor intra annum quidem de
peculio creditoribus peculiaribus: & ſi ab eis de peculio con-
ueniar, & velint deducere, quod mihi debetur, poſſunt mihi
imputare quòd hanc deductionem non feci: cùm emptori ſer
ui tradidi ſeruum, & peculium. Nam & eum ex vendito poſ-
ſum conuenire: quoniam non eſt in peculio, quod mihi do-
mino debetur. Hoc ita locum habet, ſi tantum fuit in peculio
cùm vendidi, vt ſatisfacere debito potuerim: nam ſi poſtea
quid acceſſerit conditionibus debiti peculiaris exiſtentibus,
quod ego non diſtraxi (excepi enim de peculij venditione de-
bitum quoddam conditionale) nihil poterit mihi imputari,
quominus etiam hodie faciam deductionem: vt ff. de peculio.
30 l. ſi noxali. §. quod autem. † Eſt autem domino permiſſa de-
ductio: ſiue fuit dominus ſerui tunc cùm contractum fuit de-
bitum, ſiue poſtea incipiat eſſe: vt quia ſeruum qui ei teneba-
tur comparaui. licet autem venditorem de peculio poſsit con
uenire intra annum, tamen & deducere permittitur ei, ſi de
peculio conueniatur. nam & quiuis creditor poteſt eligere v-
trum cum emptore, an venditore agere velit. Nec video quid
habeant creditores quòd querantur, cùm poſsint venditorē
conuenire, ſi quid fortè putant eſſe in peculio, id eſt, in pre-
tio peculij. Venditor enim ita demum de peculio tenetur, ſi
pretium nominatim pro peculio accepit: vt ff. de peculio. l. ſi
noxali. §. penulti. & l. ſi ex duobus. §. vlti. & l. ſed ſi quis. Item
permiſſa eſt deductio ei, qui de peculio tenetur, & conueni-
tur, etiam ſi nullo tempore fuerit dominus: vt ecce, creditor
ſerui hæres extitit domino eius ſeruo in teſtamento manumiſ
ſo, vel legato purè. quæ enim legantur purè, recta via tranſ-
eunt ad legatarium, & nullo momento dominium eorū fuit
hæredis. In legatis autem ſub conditione, dominium habet
hæres pendente conditione: vt ff. de peculio. l. peculium autē
deducto. §. ſed & creditor. & de furtis. l. à Titio. His ergo
31 † deductis damnatur dominus, quatenus eſt in peculio tempo-
re rei iudicandæ: licet lite conteſtata nihil fuerit in eo. In-
tenditur enim rectè hæc actio, etiamſi nihil ſit in peculio nūc.
& idem in actione ad exhibendum, & rei vendicatione: vt ff.
de pecul. l. quæſitum. Ego puto eam rectè intendi, non quā-
tum ad præſentem ſtatum: quia dominus ſum, etiamſi nunc
latitaret: tamen ego non poſſem mitti in poſſeſsionem bono-
rum eius, imò mereretur abſolui: vnde nec cauet de futuro in-
cremento peculij: licet ſocius qui non eſt ſoluendo ſuo ca-
ueat ſocio: vt ff. de pecul. l. quoties. §. ſi ſemel. & l. eo tempore.
Sed quantum ad futurum ſtatum, ſcilicet, qui eſt tempore rei
iudicandæ, in quo peculium eſt aliquod, dicitur rectè inten-
tari. Si verò tunc in peculio nihil eſt, & poſt cœperit eſſe, ite-
rum agetur: vt ff. de peculio. l. quæſitum. §. is qui. Quandoque
autem ſpectatur quantum ſit in peculio, quando dominus vi
eſt coemptus, cùm eſſet de peculio conuentus. Item ſpectatur
quandoque, quantum ſit in peculio cùm moritur ſeruus: niſi
probetur poſtea minutum, vel auctum peculium: vt ff. de pe-
culio. l. is cum quo. & l. penultim. & quando de peculio actio
32 annalis eſt. l. vlti. Porrò id in peculio computatur, quòd do
lo malo domini diminutum eſt de peculio. Idémque & ſi
ademit ſeruo peculium dolo malo, vel ſi paſſus eſt ſeruum in-
tricare peculium in necem creditorum. Item & cùm ſuſpica-
cetur dominus alium ſecum acturum, aliò peculium auertit:
dolo enim non caret. Si verò ſoluerit vni creditori peculiari
inſtanter repetenti, de hoc non tenetur cæteris: quia credito-
ri ſoluitur. & licet creditori vigilare ad ſuum conſequēdum:
vt ff. de peculio. l. ſumma cum ratione. Item & dolus tuto-
ris, vel curatoris domini in prædictis admiſſus, vel ante litē,
vel poſt litem præiudicat domino, ſi tutor, vel curator ſit ſol-
uendo, vel ſi minori cautū eſt à tutore: vt ff. de peculio. l. ſum-
ma §. ſi dolo. & de adminiſtratio. tuto. l. vltima. Dolus autem
defuncti non præiudicat hæredi, niſi inquantum ad eum per-
uenit: ſed ſeruus præiudicat ei in totum: vt ff. de pecul. l. quæ-
ſitum. §. vltim. & l. ſed ſi egn. Item & dolus domini quem
admiſit non in peculiaribus, ſed in rebus ſeruo pignoratis,
commodatis, depoſitis, in dotem datis, præiudicat domino: &
tamen iſta quolibet agente de peculio, non computarentur
in peculio: vt ff. de peculio. l. in bonæfidei. & l. depoſiti. §. re-
33 ſponſo. † Porrò in deductione facienda non præfertur domi
ni priuilegium creditoris peculiaris, quòd dicatur agere ex
dote, vel ex tutela, niſi ex re pupilli ſeruus nomina fecit, vel
pecuniam in area depoſuit. Tunc enim dabitur pupillo ven-
dicatio nummorum, & aduerſus debitores vtilis actio: vt ff.
de peculio. l. ex facto. In caſibus tamen quibuſdam videtur
ceſſare priuilegium domini in deducendo, ſcilicet in quibus
ipſe tenetur inquantum locupletatum eſt peculium, vt cùm
conuenitur ex maleficio ſerui, vel ex eo, quòd contractum eſt
cum impubere, vel ex eo, quòd geſsit quis negotia peculiaria
contemplatione ſerui, vel ex eo quòd ſeruus acceperit pecu-
niam mutuam, vt ludat in alea: vt ff. de peculio. l. j. §. ſecum. &
l. licet. §. ex furtiua cauſa. & de negotiis geſtis. l. ſi pupilli. §. ſed
34 ſi ego. & de aleato. l. vlti. §. item ſi ſeruus. † Inter credito-
res autem peculiares habetur ratio priuilegij. Si enim vnus
agat, cuius pecunia verſa eſt in vtilitatem domini, ipſe vberio-
rem debet actionem habere: vt ff. de in rem verſo. l. j. §. item ſi
plures. Item primò ſatisfiet agenti ex dote, vel tutela, quàm
cæteris. Si verò non priuilegiati agant primò, vel differe-
tur eorum exactio, vel cauebunt de reſtituendo eo, quod ac-
ceperunt, ſi poſteà inferatur actio priuilegij, id eſt, priuilegia
ta: vt ff. de peculio. l. ex facto. §. vltimo. Si autem aliquid domi
no debitum, vel non debitum, de iure naturali eſt intelligen-
dum. Nam in quo caſu contraheretur ciuilis, & naturalis ob-
ligatio inter liberos, in eodem contrahitur naturalis tantùm
inter dominum, & ſeruum, vel inter ſeruum, & extraneum: vt
vt ff. de peculio. l. nec ſeruus. & l. non ſolum. §. an debitor. &
abuſiuè dicitur debitum. vt ibidem dicitur: vt ff. de verborum
35 ſignifica. l. debitor. † Illud notandum eſt, quod quandoque
nec vſque ad vires peculij agit creditor peculiaris: vt ecce, a-
git fructuarius de peculio contra proprietarium, vel agit em-
ptor ſerui de peculio contra venditorem pro eo, quòd credi-
dit ſeruo ante emptionem. Oportet enim, vt primùm ſatisfa-
ciat ſibi actor de eo peculio, quod ſuum eſt, & pro reliquo
permittitur ei agere: vt ff. de peculio. l. hinc quæritur. §. vltim.
& l. & ancillarum. §. in venditione. & l. ſi creditor. §. vltimo.
36 Vni † autem ſociorum non datur actio de peculio contra ſo-
cium: ſed eius loco datur actio communi diuidundo, vel pro
ſocio: vt ff. de peculio. l. hinc. §. vltimo. Habet autem domi-
nus omnino neceſſe ſuſcipere actionem de peculio. Nec po-
teſt eam recuſare, niſi fortè paratus ſit cedere peculium: vt ſu-
prà dictum eſt in tributoria. nam & ſi vnus ſociorum conue-
niatur de toto peculio, & paratus ſit cedere actionem com-
muni diuidundo agenti, liberatur. Sic eſt, etſi debitor pecu-
liaris paratus ſit delegare: nec enim quòd debetur ſeruo om-
nino in peculio computatur. Cùm & ſumptus in petendo,
& euentus executionis ſit incertus: & cogitanda ſit mora tem
poris, quæ datur iudicatis. l. quod debetur. ff. de peculio. Nā
nonnullas moras habet dilatio iudiciorum: vt ff. vt leg. no.

37 ea. l. etiam. †Eſt autem actio de peculio perpetua viuente
ſeruo.eo autem mortuo,vel alienato,vel manumiſſo eſt anna
lis,id eſt,poteſt eſſe annalis & perpetua:quod intelligo ſecū-
dum naturam actionis,quam intendit actor. Quid enim ſi a-
gat redhibitoria,vel quantò minoris de peculio. Nam etiam
viuente ſeruo limitabnur ſtatutis temporibus,& ſeruo mor-
tuo intentabitur intra tantum tempus,quantum ſupereſt: vt
n ff.quando actio * de peculio eſt anna.l.cùm poſt mortem. &
o * infrà eodem.l.ei qui.Nec enim eſt actio de peculio propriū*
nomen actionis,ſed actio:vt ff.de peculio.l. licet. §. Iulianus
quoque.Sic enim dicit,de peculio actionem mandati præſta-
turum.Et idem dicimus in tributoria,& exercitoria & inſti-
toria. Annus autem vtilis computabitur poſt mortem ſerui.
Vnde ſi conditionalis fuerit obligatio,non incipit annus cur
rere,niſi à tempore exiſtentis conditionis:vt ff. quando de pe
cul.actio eſt an.l.j.Quod dixi in ſeruo alienato,vel mortuo,
vel manumiſſo locum habet in filio emancipato,vel mortuo,
vel quocunque exiſtente de poteſtate:vt ff.quand. act.de pe-
cul.eſt ann.l.j.§.meritò. Spectatur & aliud ius ſuper nego-
tio quod geſtum eſt cum eo qui eſt in poteſtate noſtra iuſſu
noſtro interueniente. vnde videndum eſt quando locum ha-
beat actio quod iuſſu,cui detur,& contra quem, & in quan-
38 tum. †Datur autem hæc actio quod iuſſu,ᵖvel cum manda-
p to domini contrahit ſeruus,ſiue dirigatur iuſſus ad contrahē-
tem,ſiue dirigatur ad ſeruum: nec eſt in eo opus verbis, vel
ſcriptura. Nec diſtinguo dirigatur ſpecialiter in vno con-
tractu,an generaliter,vt ita,quid volens cum ſeruo meo ge-
rere.videor enim ad omnia iuſſiſſe:niſi lex certa, id eſt,pactū
contrarium aliud prohibeat, vel vocat legem ius ſtatutum
in donatione facta ei.cui permiſſio generalis erat directa:nec
39 enim teneret donatio ei facta. †Nam in libera ᑫ adminiſtra-
q tione non continetur alienatio,vel dilapidatio: vt ff. de pact.
l.contra.§.vltimo.& de do.l.filiusfamil.item non præiudicat
domino permiſſio generalis facta contrahenti cum ſeruo,vel
filio: ſi ſeruus cœperit eſſe fugitiuus, vel ſi fuerit ſurreptus,
vel ſi dominus neſciat de eo vtrum viuat,an ſit mortuus. Vn-
de patet ex prædictis permiſſionem generalem reſtringi ad
ea quæ ſpecialiter quis erat permiſſurus:vt ff.de pecul. l. qui
peculij.& l.libera.& ff.quod iuſſu.l.j.item in permiſſione cō-
ſidera an ipſa durauerit,an reuocetur ante contractum, con-
trahente cum ſeruo ſuper hoc certiorato: & tunc non datur
hæc actio:an poſt contractum,& tunc poteſt agi:vt ff. quod
40 iuſſu.l.j.§.ſed ego. Et not.quòd etiam tacita permiſſio in-
ducit hanc actionem:vt ſi ſerui chirographo ſubſcribat do-
minus,ſeruo cum alio contrahente.Nam ſecus eſt vbi in teſta
mēto in quo datur ſeruus tutor,dominus interuenit,vel ſub-
ſcribit:vt ff.de admini.tut.Lucius.Item ſecus,ſi fideiubat pro
ſeruo dominus,nam quaſi extraneus interuenit,non quaſi do
minus:neque hoc ideo dico,quòd tenetur ex cauſa fideiuſ-
ſionis,ſed quia aliud eſt iubere,& aliud fideiubere: nam & ſi
inutiliter fideiuſſerit,non tamen tenebitur,quod iuſſu.Seruo
autem fideiubente pro domino præſente,datur hæc actio: vt
41 ff.de fideiuſſ.l.ſi dubitetur.Item† & ſubſequens domini vo-
luntas inducit hanc actionem, vt ſi ratum habuerit id quod
eius geſſerit ſeruus:vt ff.quod iuſſu.l.j.§.ſed & ſi ſerui. & §.ſi
ratum.Si autem dominus ratum habeat quod geſſerit alius
nomine ſerui,non ideo tenetur quod iuſſu:vt ff.de nego.geſt.
42 l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.† Domini autem appellatione ʳ conti-
r netur etiam tutor,vel curator,vel adminiſtrator ciuitatis,vel
verus procurator. Nam & prædictæ perſonæ tenētur,& præ-
terea minores,ſi ex vtilitate eorum ſit contractum. Item &
continetur fructuarius,& bonæ fidei poſſeſſor.Minores au-
tem iubentes non tenentur,niſi iubeant tutore, vel curatore
43 authore.Item† oportet iubentem dominum eſſe tempore il-
lo,quo iubet.Nam ſi iuſſu meo cum alieno ſeruo contraxe-
ris,cúmque poſtea redemero:non teneor mādati, cum illa ad-
iectione quod iuſſu:vt ff.quod iuſſu.l.j.§.ſi pupillus. vſque in
fi.& l.ij.vſque in fi. & l pe.Sed fortè tenebor mandati actio-
ne,cum & pro ſeruo alieno quilibet intercedere poſſit: vt ff.
de act.emp.l.ſi ſeruus.§.vlt.licet autem dominus iuſſerit ſer-
uum contrahere,non tamen permittere, videtur ei obligarē
res ſuas,vel alienare:vt ff.quod iuſſu.l.antepenul.Item iuſſus
44 †obligat dominū,quando cum ſeruo contractum eſt. Nam
ſi contractum eſt cum domino, & ipſe præceperat numerari
pecuniam ſeruo,non ideo tenetur quod iuſſu: vt ff.quod iuſ-
45 ſu.l.vlt. in princi.& j.eod.l.ſi ex contractu. Vbi† autem plu-
res domini ſerui iubent,quilibet tenetur inſolidum : ſicut &
fideiuſſores & mandatores.Sed ſi vnus ſolus iubeat,ille ſolus
tenetur.vt ff.quod iuſſu.l.vlt.§.pe.& vlt.Hodie autem neceſ
ſe eſt expreſſim agi:vt quilibet iubentium, vel fideiubentium
teneatur inſolidum: vt in auth.de duo.re.coll.vij. Illud non
diſtinguo,vt in re peculiari,vel dominica domini iuſſus, vel
voluntas præcedat,vel ſequatur. In re tamen dominica con-
currit hæc actio,quod iuſſu,cum actione de in rem verſo: ſed
in re peculiari hæc ſola datur:vt ff.de in rem verſo.l. ſi res do
46 mino.§.pe. † Et eſt quædam differentia ˢ inter iubere,& mā-
s dare:quia iuſſus importat neceſſitatem, ſicut & præceptum,
vel imperium.mandatum autem non importat neceſſitatem,
ſed voluntatis ſententiam,ſicut nouerunt, qui verſantur in
curia domini Papæ.Sed quantum ad hanc actionem non eſt
47 differentia inter ea,vt liquet ex prædictis. † Datur hæc a-
ctio hæredibus,& in hæredes,& perpetuò,& inquantum iuſ
ſus interuenit. Nec eſt proprium nomē actionis,ſed adiectio,
vt in aliis diximus. Spectatur & aliud ius ſuper negotio quod
geſtum eſt cum eo,qui eſt in noſtra poteſtate, ſcilicet an te-
neamur,de in rem verſo,pro eo,quod geſſit ſeruus,vel filiuſ-
fa. Videndum ergo quando locum habeat hæc actio de in rē
verſo,cui detur,& contra quem,& in quantum,& qualis ſit.
48 †Datur autem hæc actio quotieſcunque ſeruus volunta-
te domini gerendo negotium eius vtiliter,vel non vtiliter,ali
quid ei emerit:vel pro eo aliquod pactum iniuit,vel etiā eme
rit pro ſe,vel qualitercunque.Nam etiam ſi ad luxuriæ mate
riam,vel ad delicias, vel ad turpes ſumptus aliquid domino
volenti emerit,vel geſſerit, tenetur dominus de in rem verſo:
vt ff.de in rem verſo.l.iij.§.neceſſariò.& l.ſi res. §. quod ſer-
49 uus.Si† autem ſine voluntate domini ſeruus gerendo nego-
tium eius aliquid ei emerit,& obligationem pro eo iniuit, vel
etiam emit pro ſe,vel qualitercunque pro ſe contraxerit, vt
habeat in peculio,ſed tamen poſteà in rem domini vertit, di-
ſtinguendum eſt an gerat negotiū domini voluptariè,an vti-
liter,vel neceſſario.Si voluptariè, puta quòd mutua pecunia
accepta domum dominicam exornauit tectoriis, & quibuſ-
dam aliis quæ pertinent ad voluptatem,non ad vtilitaté,non
tenetur dominus de in rem verſo ei qui ſeruo vendidit, vel
mutuauit,vel quid ſimile geſſit.ſed debet pati creditori impo
ſita auferri ſine domus ſuæ iniuria:vt ff.de in rem verſo. l. iij.
§.ſed & ſi mutua niſi domus erat venalis, vel mercalis: &
propter hoc pluris vendi poteſt:vt ff.de impen. in re.do. ſa. l.
quòd ſi ea res. vel niſi dominus ratū habuerit:vt ff.de in rē ver
ſo.l.iij.§.ſed ſi mutua.& l.ſed ſi res §. quòd ſeruus. Si autem
geſſerit negotium domini vel vtiliter,vel neceſſariò, tenetur
dominus de in rem verſo,etiamſi ratum non habeat:vt ſi tri-
ticum accepit vt aleret domini familiam,vel ſe aleret, vel ve-
ſtiret ſecundum conſuetudinem domini,id eſt, vſque ad eum
modum quem dominus præſtare cōſueuerat ei:vel ſoluit cre-
ditori domino,vel ei promiſit nouandi animo volens ſibi do
minum naturaliter obligare,& ei donare : vel filiusfamiliâs
cœpit in iudicio defendere patrem nouandi animo, vt libe-
raret eum:nam iudicio accepto,liberauit.Sed & vbi ſoluit ei,
quem putat domini creditorem eſſe,tenetur dominus de in rē
verſo,quatenus repetitionem indebiti dominus habet.Idém-
que & ſi mutuam pecuniam acceptā nomine domini alij cre-
didit:nam & hic quæſita eſt domino actio ex mutuo:ſicut &
ſuprà,condictio indebiti:ex vtraque iſtarum cauſarum liberabitur per ceſſionem actionum: vt ff.quod iuſſu.l. iij.§.in rē
autem verſo. vſque ad §.ſed & ſi mutua.& §.idem Labeo ait.
& l.ſi pro patre.& l.ſi filiusfamiliâs.& l.penultima. & l. vlt.
Item & in rem domini verſum videtur eſſe ſi acceperit filius
mutuò quod dederit in dotem pro ſorore ſua, vel pro filia:
quia & ei pater dotem daturus fuerat.ſi verò non fuerat da-
turus,vt quia Iudæa erat filia,non tenetur de in rem verſo: vt
ff.de in rem verſo.l.& ideo.§.vltimo. Quid autem ſi ſeruus
deceperit creditorem, ſibi ad hoc dantem vt in rem domini
verteret,nec vertit,imò conſumpſit, vel aliò conuertit? non
tenet

tenetur dominus de in rem verſo etiam ſi ſeruus ſolitus erat
vertere. Curioſus enim debet eſſe creditor, quò vertatur. Poe-
rò illud non nocet creditori ad hoc danti vt in rem domini
vertatur, quod ſeruus in rem domini vertens habuit animum
ei donandi. Si autem creditor ad hoc non dediſſet, & ſeruus
habuit animum donandi domino quod in rem eius impēde-
bat, non tenetur dominus de in rem verſo: vt ff. de in rem ver-
ſo. l. iij. §. ſed ſi ſic. & l. ſi res domino. §. vltimo. & l. nam & ſi.
50 & l. & ideo. † Tenetur autem dominus pro eo quod (vt
t dixi) in rem ſuam verſum eſt. Item & pro eo quod ſeruus
gerendo negotium dominicum acceperat, vt verteret, ſed ca-
ſu fortuito impeditus non vertit: vt ecce, ſeruum domino ne-
ceſſarium emit, & is deceſsit: vel inſulam fulſit, & ea ruit: vel
mutuatus eſt pecuniam, & ſine culpa eam perdidit. Nam &
procurator, vel negotiorum geſtor ſi pecuniam mutuatus eſt
in rem domini impenſurus, ſi ſine culpa eam perdiderit, tene-
tur dominus mandati, vel negotiorum geſtorum: vt ff. de in
rem verſo. l. iij. §. ſed ſi ſeruum. & l. ſeruus ſi in rem. Nam vbi-
cunque datur procuratori, vel negotiorum geſtori actio mā-
dati, vel negotiorum geſtorum: datur & contrahenti cum ſer
uo gerenti negotium dominicum: vt ff. de in rem verſo. l. iij.
§. j. Sed è conuerſo hæc regula non obtinet. Nam & pro inde-
bito ſoluto à ſeruo nomine domini datur hæc actio, vt dixi-
mus: licet non daretur à ſeruo negotiorum geſtor. vt ff. de ne
51 gotiis geſtis. l. ſi quis aliena. † Deficit autem hæc actio à prin
cipio, ſi tantum debeat domino ſeruus, quantum vertit in
rem eius: ſi minus debeat, eatenus non vertit, quatenus domi
no debet: quod autem excedit vertitur. Idémque eſt etſi poſt-
ea cœperit ſeruus domini debitor eſſe, vel ſi dominus tantùm
ei remunerandi, non donandi cauſa donauit: multo magis de-
ficiet actio, ſi dominus ſoluit ſeruo, quod ipſe in rem eius im-
penderat. ſi tamen in necem creditoris, id eſt, perdituro ſeruo,
ſolutum ſit, quamuis ſolutum deſinit eſſe verſum, tamen te-
netur dominus de dolo. Nam & peculiaris debitor ſi fraudu-
lenter ſoluerit ſeruo, quod ei debebat, non liberatur. Et pro-
pter hoc dici non videtur verſum, niſi duret verſum: vt ff. de
in rem verſo. l. ſi pro patre. §. verſum. & §. ſi domini. & l. qui-
dam. Idémque eſt ſi creditori ſerui pro ſeruo ſoluerit domi-
nus, maximè actione de peculio conuentus: & ita notabile eſt,
quòd actio de peculio extinguit actionem de in rem verſo:
52 vt ff. de in rem verſo. l. j. §. vltim. † Datur hæc actio contra-
hentibus cum ſeruo in eam rem quam à principio accepit ſer
uus, vt in rem domini vertat, vel vt habeat in peculio: ſed po-
ſtea impendit in rem domini, volens ſibi dominum obligare:
vt ff. de in rem verſo. l. iij. §. j. Si autem plures crediderūt ſer-
uo in cauſam vnam: puta, vnus pecuniam mutuauit ad ve-
ſtem emendam, alter vendidit veſtem, vterque poteſt agere
de in rem verſo: ſi neutri ſatisfactum eſt, etiam ſi pecunia, &
veſtis perierit. nam ambo in rem domini vertere voluerunt:
& ſic incipit dominus teneri ex vna cauſa duobus inſoli-
dum. Sed dicendum eſt occupantis meliorem conditionem
eſſe debere. Nam vtriuſque dominum condemnari de in rem
verſo iniquum eſt: quia bis idem, id eſt, pretium veſtis redde-
ret: vt ff. de in rem verſ. l. iij. §. vltimo. & l. ſed dicendum. Fi-
deiubenti autem pro ſeruo apud creditorem, qui credit in
rem domini, non datur actio de in rem verſo, ſed de peculio,
53 vel alia: vt ff. de in rem verſo. l. quamuis. Proponitur † au-
tem hæc actio contra dominum, vel patrem: vel ſi plures ſint
domini, ille ſolus tenetur, in cuius rem verſum eſt reprobata
à Marcello aliorum opinione, qui dixerunt etiam alium te-
neri de in rem verſo, in cuius rem non eſt verſum. vel dic vnū
dominorum conueniri de peculio inſolidum, & eùm in pe-
culio computetur quòd ſeruus in rem domini vertit, volens
eum ſibi obligare, vt ſuprà diximus in actione de peculio,
meritò in actione de peculio habebitur ratio eius, quod in
rem alterius verſum eſt, non in actione, vel adiectione de in
rem verſo. Si ergo indiſtinctè velis defendere contra vnum
dominorum conuentum non haberi rationem eius, quod
in rem alterius verſum eſt, poteris hoc ita tueri: ſi de peculio
communi contra vnumquenque inſolidum agi non poteſt,
quia non eſt commune, vt quia alter ademit: vt ff. de in rem
54 verſo. l. ſi eem. & l. Marcellus. & l. filiusfamilias. † Competit
hæc actio in quātum verſum eſt in rem domini. Si ergo in to
tum ſit verſum, agitur in totum: ſi pars, agitur pro parte. Itē
55 † & veniunt vſuræ, ſi eas promiſerit ſeruus: ſecus, ſi non promi
ſerit: niſi ſeruo darem pecuniam non gerenti negotia, ſed vt
ego ipſe gererem: tunc enim per actionem negotiorum geſto
rum ex mora veniunt vſuræ: vt ff. de in rem verſ. l. ſi pro pa-
tre. §. in rem. nec habet dominus priuilegium deducēdi in hac
actione, ſicut in actione de peculio. Item poteſt hæc actio
intentari, & ſi nullum ſit, vel fuerit peculium, vel ſi à domino
ſine dolo ſit ademptum: vt ff. de in rem verſo. l. j. Et (vt ibidē
56 dicitur) hæc † actio eſt perpetua. Item hæredibus debet dari,
& in hæredes, cùm ſit ex contractu, vt diximus ſuprà, de hære
57 ditariis actionibus. † Illud notandum eſt, quòd quandoque
videtur dari hæc actio de in rem verſo, licet ſeruus non præ-
poſuerit obligare dominum, vt ſi ei mutuaui pecuniam, quam
domino dedit pro libertate: in rem enim domini videtur eſſe
verſum, ſi quid plus ſit in eo, quod ſeruus dedit domino,
quàm eſt in ſerui pretio: ſecus, ſi ipſi domino darem pecuniam
vt manumitteret ſeruum ſuum: tunc enim non datur de in rē
verſo. & redditur ratio in lege, quia dando libertatem locu-
pletior non fit ex illis nummis: vt ff. de in rem verſo. l. ij. & iij.
in principio. Sed melior eſt ratio: quia cum ſeruo non eſt con
tractum. Item non eſt proprium nomen actionis de in rem
verſo, ſed eſt adiectio, vt in ſuperioribus dicitur: ſicut & dici-
tur ff. eodem, l. filiusfamilias. in fin. & patet ex præmiſsis, con
trahentibus cum ſeruo plures eſſe proditas actiones, vel adie
58 ctiones: ſed vna electa, repellitur quis ab altera. † Cogitur
autem actor eligere: vt ff. de regulis iur. l. nemo ex his. §. quo-
v ties. & de tribut. l. quod in hærede. §. eligere. Nec obſtat
quod legitur. ff. quorum legato. l. prima. §. quod autem. quia
ibi poterat reo imputari, quòd non certificabat actorem vtrū
poſsideat pro hærede, vel pro poſſeſſore, an pro legato. Vnde
nec actor cogitur eum certificare an agat hereditatis petitio-
ne, an quorum legatorum. Quid ſi quod credidi ſeruo pro pa
tre verſum eſt in rem domini, & pro ea velim agere de in rem
verſo: pro non verſa autem velim agere de peculio, vel quod
iuſſu? videtur quòd liceat: vt inſtit. quod cum eo. §. in rem au-
tem verſum. & fortè hoc idem eſſet in tributoria. Sed prima
facie videtur velle. inſtitut. quod cum eo. §. is quoque. quod
tollitur electione.

ANNOTATIONES.

a Delicto. Ad huius concluſionis reſolutionem vide Bartol. in l. ſecun-
da. C. de libert. & eorum liber. Bald. in l. finali. C. de liber. cauſa. Alex.
& doctor. in l. tertia. ff. de interdict. & releg. copioſè in conſil. xxiiii. in
primo volumi. vbi habes totam materiam.

b Peculium. Ad hoc vide Bald. in l. tertia. C. de nau. fœno. doct. in l. pri-
ma. §. ait prætor. ff. nautici caupo. ſta. vbi eſt locus proprius huius con-
cluſionis.

c Peculium. Et quod propriè dicatur peculium in iſta materia, vide So-
cinum in conſil. nonageſimoprimo.

d Peculium. Vide Bar. in l. peculium. in princip. ff. de pec. Doct. in l. quam
Tuberonis. §. peo. ff. de pact. dom. Barth. Soci. in rubr. ff. ſolu. matr. nu.
28. Alexand. in l. frater à fratre. ff. de condi. indebi.

e Peculium. Quid ſit peculium. & de quo peculio loquatur iſte titulus,
vide Aret. in l. cum fundus. §. ſeruum cuum imprudens. ff. ſi certum
petatur. & Cepo. conſil. vigeſimoprimo.

f Actio. Vide etiam Bart. in l. frater à fratre. in verſicul. ſumus expediti
de ſecunda parte. ff. de condi. indebit.

g Aliquod munus. Vide Bart. in l. ſi cum dotem. §. transgrediamur. ff. ſo-
lut. matrimo. & ibidem do. Alexand. Bald. & doct. C. de h. pro pat. Ang.
in l. prima. ff. de eo per quem fact. er. vbi eſt fons huius pulcherrimæ
quæſtionis.

h Bonæ fidei. Et an actio de peculio reſpectu filii ſit bonæ fidei, & reſpe-
ctu patris ſit ſtrict. iur. Bartol. fuit in hoc ſibi contrarius prout de iſta
contrarietate perpendit Soc. & Iaſo. in l. de diuiſione. ff. ſoluto matri-
monio. vt ibi per eos.

i Actio. Vide aliquid per Pau. de Caſtr. Alexand. & moder. in l. cum fun-
dus. §. ſeruum cuum imprudens. ff. ſi certum petatur.

k Actio. Ad huius concluſionis materiam vide Specul. in titul. de libel.
concep. §. xiiii. verſic. & ad hoc. Bald. in l. penultima. C. quod cum eo.
Doct. in §. actiones autem. inſtit. de action. vbi Doct. Iaſ. de May. nume.
30. & in aliis locis quampluribus diffuſe tangit.

l Iuris. Vide Pau. de Caſtr. & Alexand. in d. §. ſeruum cuum imprudens.
ſupra in proximo apoſtil. alleg.

m Actio. Vide Albe. de Roſate. in rubr. ff. eod. titul. de peculio.

n Proprium nomen. Adde do. Iaſo. May. in §. omnium. numer. 57. & in
§. actiones. nu. 26. & nu. 47. & in pleriſque aliis locis, quæ vide ex te.

o Quod iuſſu. De iſta actione vide do. Alex. de Imol. in l. prima ff. de verb. ob. Doc. in l. ſi per mutuam. C. de exerci. vbi eſt proprius locus huius materiæ.

p Libera. Vide Alex. conſ. xxii. vlt. col. in j. vol. & Roma. conſ. l.ii. dubio Feli. in ca. dilecte. de teſt. Barba. conſ. vii. in j. volu.

q Appellatione. Vide ad hoc Bart. in l. j. §. domini. ff. ad Sylla. & in l. venditione. ff. de bo. autho. iud. poſ. Bal. in l. prima. ff. de religi. ducat. Alexand. de Imol. in conſi. cxxix. in ii. volu. & in conſi. v. in iiii. volu. vbi in iſta materia multa not. habes.

r Differentia. Multas differentias vide eſtenſe per do. Fel. in cap. cũ in ver. inter mandatũ ext. de reſcriptis. vbi omnino vide, vbi ponit quaſque differentias inter iuſſum, ſeu præceptum, & mandatum.

s Dominus. Vide Bart. in l. ſi fundus. §. ſeruum. ff. ſi certum petat. docto. poſt not. glo. in l. qui ſatis. ff. de fideiuſſo. & inſtit. per quas perſo. nobis acquir. vbi de iſta materia late.

t Eligere. Vide d. Fran. de Are. in conſi. xix. & aliquid per Alex. in l. cum proponas poſt Bart. ibi in j. col. C. de tranſac.

Per quas perſonas nobis acquiritur obligatio. *Rubrica.*

1 *Filiosfa. olim omnia patri quæſiuiſſe, præter caſtrẽſia, & quaſi caſtrenſia, & quid hodie per eos patri quæratur.*
2 *Domino quæ acquirantur per ſeruos.*
3 *Seruus quomodo acquirat domino ea, quæ ſibi relicta ſunt ex vltima voluntate.*
4 *Seruus communis pluribus dominis quatenus cuique dominorum acquirat.*
5 *Seruus duorum dominorum ſi ab vno ex dominis iuſſus ſtipulari, alteri nominatim ſtipuletur, utri acquirat.*
6 *Seruus alienus ab aliquo bona fide poſſeſſus quando acquirat poſſeſſori, & quando proprietario.*
7 *Liber homo bona fide mihi ſeruiens quatenus mihi acquirat, & quatenus ſibi.*
8 *Hæreditas an, & quando poſſit mihi acquiri per liberum hominem bona fide mihi ſeruientem.*
9 *Seruus, in quo quis vſumfructum habet, an & quatenus acquirat vſufructuario.*
10 *Seruus in quo quis vſum dumtaxat habet, an & quatenus acquirat vſuario.*
11 *Procuratores noſtri quatenus nobis acquirant.*
12 *Acquiri alicui quatenus poſſit per extraneã perſonã. & nu. 14*
13 *Fideiuſſoribus quatenus quæratur ex pactis debitorum.*

EX QVARVM perſonarum contractibus cõueniamur ſ. dictum eſt, nunc ponit per quas perſonas nobis acquiratur. nam plerũque vbi eſt onus, ibi & emolumentum: vt ff. de reg. iur. ſecundum naturam. & inſtit. de leg. pa. tu. Acquiritur autem nobis per noſipſos: & de hoc nulla eſt hæſitatio. Item per filios in poteſtate noſtra poſitos, vel conſtitutos. Item per ſeruos noſtros. Item per alienos quos bona fide poſſidemus, vel in quibus habemus vſumfructũ, vel vſum: & de ſingulis videndum.

1 †Sciendum eſt autem, quòd olim omnia acquirebantur per filiosfamiliâs parentibus, præterquam caſtrenſe, & quaſi caſtrenſe peculium: ſed hodie in caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi peculio nihil eſt immutatum: in aliis autem rebus ſiquidem acquirantur ea re patris, vel occaſione rerum paternarum, pleno proprietatis iure patri quæruntur. Si autem aliunde obueniant filiofami. vel laboribus ſuis, vel proſpera fortuna, filiusfamil. habet proprietatem nudam, & pater vſumfructum: vt inſti. eod. §. igitur. & j. de bon. quæ lib. l. cùm oportet. Et ple-

2 nius de his aduentitiis dicemus j. de bon. quæ lib. l. j. †Per ſeruos autem quicquid acquiritur ex aliquo pacto, vel traditione inter viuos facta, acquiritur dominis volẽtibus, imo & inuitis: vt ff. de acqui. rer. dom. l. etiam. & de verb. obl. l. ſeruus vetante, & de iis, qui ſui vel alieni iuris ſunt. l. j. & inſti. eod. §. itẽ

3 nobis. In his† verò quæ ſeruis obueniunt ex vltima voluntate, ſubtilis quædam differentia notatur inter hæreditatem, & fideicommiſſum vniuerſitatis, vel legatum ſingulare. Si enim ſeruus meus inſtituatur ab aliquo hæres, oportet quòd iuſſus meus præcedat, & voluntas ſerui ſequatur in adeunda hæreditate: nec aliter acquiritur mihi. Poteſt enim ſeruus etiam iubente domino nolle adire: vt ff. de acqui. hæred. l. ſi quis bona. §. iuſſum. & j. de hæredi. inſtit. l. cùm proponas. In reſtitutione autem hæreditatis ſeruo per Trebellianum facienda, ſolius domini voluntas præcedens, vel ſubſequens eſt neceſſaria. In bonorum autem poſſeſſione per ſeruum, puta inſtitutum, domino delata, & domini voluntas præcedens, vel ſubſequens eſt neceſſaria: præterea voluntas ſerui. In legato autem, vel fideicommiſſo ſingulari, quod aliquis ſeruo meo reliquit, ſufficit vel me dominum, vel ſeruum conſentire vt acquiratur mihi: vt ff. ad Trebellian. l. ſeruo inuito domino. & rem ratam habere. l. bonorum. & de acqui. rer. domi. l. liber homo. & l. etiam inuitis. & de adimend. lega. l. ſi ſeruo cum li-

4 bertate & de donat. cauſa mortis. l. vlt. Quod† autem dictum eſt in ſeruo proprio alicuius, ſeruatur & in ſeruo communi: vt per eum vnicuique dominorum acquiratur pro portione dominica. Si enim communis ſeruus ſibi, vel ſine nomine, vel ſi dominis, vel ſi conſeruo ſtipuletur, vel ſi propria nomina dominorum exprimit, præcedẽtibus tamen appellatiuis, acquirit dominis pro dominicis portionibus. Si verò eorũ propria nomina exprimat ſine appellatiuis nominibus: vel ſi adſint nomina appellatiua, ſed præcedant propria, quęrit pro virilibus partibus: vt inſtit. de ſtipul. ſeruo. §. ſeruus communis. & ff. de ſtipul. ſeruo. l. ſi communis ſeruus ita, eo ſaluo, vt ſi vtrique quæri non poteſt, alteri quæratur in ſolidum, vt ff. de ſtipula. ſeruo. l. j. §. communis ſeruus. & l. item ſi ſeruus. & l. ſi alienos ſeruus. & inſtitu. de ſtipul. ſeru. §. vltim. Et hoc cùm iuſſus vnius tantùm interuenit, vel nomen vnius tantùm in ſtipulatione non eſt adiectum: alioquin ſoli iubenti, vel nominato quæritur: vt ff. de ſtipul. ſeru. l. ſeruus communis. §. licet. & de acqui. rer. domi. l. per ſeruum. §. ſicut ſeruus. Sed ſi iubenti. vel nominato quæri non poſſit, nec alteri, cui quæri poteſt acquiritur: vt ff. de ſtipula. ſeru. l. ſi ſeruus alienus: & hoc, cùm

5 iuſſus non concurrit cum nominatione. Si enim† vnus iuſſit, alter nominatus eſt, ſi quidem res non ſpectat ad iubentem, ſemper nominato quæritur. Si autem ſpectat ad iubentem, vt quia ſeruitutem prædij ſui, vel dotem vxoris ſuæ ſtipulatur ſeruus, acquiritur iubenti tantùm: & ſic intelligitur j. eod. l. ſi duo per legẽ. & ff. de ſtipulat. ſeruo. l. proinde. §. vltim. Vel diſtingue ſecundum quod notatum eſt antiquitus vtrum ſimpliciter iubeam ſeruum ſtipulari & ipſe alium nominet, & tunc acquiritur nominato: an iuſſi eum ſtipulari, & meo nomine:

6 vt hic mihi iubenti quærat, licet alium nominauerit. †Per ſeruum autem alienum, quem bona fide poſſideo acquiritur mihi ea re mea, & ex opera ſua, quòd aliunde obuenit acquiritur proprietario: & ex mea videtur eſſe, ſi mei contemplatione inſtituatur hæres, vel legatum ei relinquatur: non tamen poſſum iubere eum adire hæreditatẽ, ſed proprietarius iubere debet: & ad hoc fortè cõpelletur iudicis officio: vt inſti. eo. §. de his autem ſeruis. & ff. de acqui. hær. l. ſi quis bona. in prin.

7 & de vulg. ſubſti. l. ſed ſi plures. §. in arrogato. Item† & per liberum hominem, quem bona fide poſſideo, ea eiſdem de cauſis acquiritur mihi. Ex cæteris autem acquiritur ſibi dominium, & actio, vel obligatio: ſed non poſſeſſio, vel vſucapiendi cõditio: vt ff. de acquirend. rerum dominio. l. homo. §. quicquid.

8 Si ergo† homo liber inſtituatur hæres mei contemplatione, & ſciens conditionem ſuam adiuit hæreditatem iuſſu meo, volens mihi quærere: quærit eam mihi. Si autem aliquod iſtorum deficiat, eam hæreditatem mihi non quærit. Si enim eſt ignarus conditionis ſuæ, nulli acquirit hæreditatem: nam ſibi non: vt ff. de acq. hær. l. qui putat §. qui bona. & l. qui in aliena. quia ſe obligare nõ voluit. Poſſeſſori autem non acquirit, ſi iuſſus non interuenit, ſicut & in proprietario, ſed & ſi interueniat, idẽ: vt ff. de acq. hær. l. qui in aliena. §. j. & §. Celſus. nam & ſeruili neceſſitate creditur hoc feciſſe: vt ff. de neg. geſt. l. at qui natura. §. ſi libero homini. quia nõ poteſt acquirere: vt ff. de hær. inſti. l. liber homo. in prin. Item & ſi mei cõtemplatione non inſtituatur hæres, non acquiritur mihi. Sed nec acquirit, ſi inſtituatur mei cõtẽplatione, & non adiuit, vt me vellet fieri hæredẽ. Si enim ſe voluit fieri hæredem, ſibi quidẽ quærit, ſed reſtituet per cõditionẽ ſine cauſa: vt ff. de acq. rer. do. l. liber homo. & l. homo liber. & de acq. hær. l. aditio. §. vlt. & de ſtip. ſer. l. pe. Itẽ notandũ, quòd quandoq; quęritur mihi hæreditas per liberum hominem, quem nõ poſſideo, & ergo per iudicem

iudicem adire: vt ſi dicat teſtator, Titium ſeruum illius hære-
dem inſtituo. vt j. de iure deli. l. cùm aliquis. Quod autem di-
9 ctum eſt † in ſeruo bona fide poſſeſſo, obtinet etiam in eo, in
quo habeo vſumfruct. quia & tunc mihi acquiritur ex dua-
bus prædictis cauſis: & relicta mei contemplatione mihi ac-
quiruntur: vt inſtitu. eod. §. de his. & ff. de vſufruct. l. ſi ſerui v-
ſusfructus. & l. ſed ſi quid donetur. & de acquir. hære. l. aditio.
§. præterea. ſecus eſt in bonæ fidei poſſeſſore: quia ille habet
ciuilem poſſeſſionem & vſucapere poteſt: fructuarius verò
a quilibet poſsidet naturaliter tantùm [a], nec vſucapit: quia ſit
alienum: vt ff. de acquir. poſſ. l. naturaliter. & inſtit. eo. tit. §. de
10 his. † Quid autem ſi plures in ſeruum habeãt vſumfructum,
ſiquidẽ ex opera ſtipuletur ſine nomine, & ſine iuſſu fructua-
riorum, id obſerua quod diximus ſ. in initio in pluribus do-
minis ſerui: & ſi vnus iuſſerit vt ſtipuletur ex opera, & nullum
nominauit: vel ſi vnus nominatus eſt, & nullus iuſsit, ſoli iu-
benti, vel ſoli nominato quæritur. Sed tamen ille, cui eſt quæſi-
tum, tenetur alteri condictione ſine cauſa: quia opera quodã-
modo ex re eius eſt: vt ff. de acquir. rerum domin. l. qui bona.
Quid ſi vnus iuſsit, & alter eſt nominatus? dico ſoli nomina-
to quærit: quia plus valet dominici nominis mentio, quàm he-
rilis iuſsio. Quid ſi ſtipuletur ex re vnius fructuarij tantùm?
Reſpondeo, ſi ſine nomine ſibi ſtipuletur, partem quærit pro-
prietario, de ſtricta ratione: partem fructuario: vt j. de vſufr. l.
ſi ſeruo fructuarius. §. ſi duos. de æquitate tamen, ſoli fructua-
rio quæritur: vt ff. de ſtip. ſer. l. ſi alienus. Vel etiam proprieta-
rio de æquitate quæritur. Quod autem adiicitur ſolidum ei,
ex cuius re eſt, quæri ideo ſtatuitur: quia fructuarius condi-
ctione ſine cauſa repetit à proprietario: vt ff. de ſtipula. ſeruo.
l. penultim. Si autem nominatim ei ex cuius re eſt totum, ſti-
puletur totum, totum etiam ei quærit: vt ff. de acquirend. rer.
domin. l. qui bona fide. §. ſed & ſi adiiciat. Sed ſi nominatim
proprietario, ei ſoli quærit: vt ff. de acquirend. rer. domi. l. per
ſeruum. §. fructuarius. & de vſufruct. l. ſi ſeruo. §. ſi duos. in fi.
tenetur tamen reſtituere per condictionem ſine cauſa: vt ff. de
ſtipulatio. ſeruor. l. penultim. Sicque intelligitur lex illa, ff. de
acquiren. rerum dom. l. qui bona. §. ſed ſi adiiciat. Si autem ex
re vnius fructuarij ſtipuletur alteri fructuario, nihil agit: vt
ff. de ſtip. ſeruo. l. ſi alienus. in fin. Quod autem dictum eſt de
ſeruo fructuario, ſeruatur & in ſeruo vſuario: quantũ ad ea
quæ acquiruntur ex re. ex operis enim non vſqueadeò acqui-
ritur vſuario: vt operas ſerui vſuarij poſsit locare. Operis ta-
men eius vti poteſt, & in rebus ſuis, & in rebus alienis, in qui-
bus aliquid faciendum conducit: vt ff. de vſu & habit. l. per
ſeruum. Et eſt bene notandum quòd licet eius operis vtatur
vſuarius, non tamen ex eius opera acquirit: vt ff. de vſu & ha-
b bita. l. plenum. §. operas. Sunt & alij per quos acquirimus [b]: vt
tutores, & curatores, de quibus ſpecialiter tractatur j. quan-
do ex facto tut. vel curator. & ff. de conſtitu. pecu. l. eum, qui.
11 §. penul. Et idem in prælatis eccleſiarum. Item † per procura-
tores: vt plenè dicam j. in ſumma de acquiren. poſſeſ. Nec ad-
mitto, quod dicunt poſſeſsionem tantùm quæri per procura-
torem, dominium verò per ipſam poſſeſsionem: quia & per
procuratorem quæritur & per poſſeſsionem. Nam & lex di-
cit rem mihi acquiri per traditionem, & in eodem caſu nihi-
lominus verum eſt rem per me acquiri: ſicut & cuilibet patet,
& dicitur inſtit. eod. tit. in princi. & de rerum diui. §. per tra-
12 ditionem. † Item per extraneas omnino perſonas acquiritur
mihi vtilis actio: vt ſ. ad exhibendum. l. ſi res. & ff. de inſtito. l.
j. in fi. & de exercit. l. j. §. ſed è conuerſo. & ſolu. matri. l. Caius.
& de verb. obli. l. quodcunque. §. ſi ita quis. & de pig. actio. l.
ſi eùm venderet. & j. de pact. do. l. pater pro filia. & de donat.
quæ ſub modo. l. quoties. Item & directa acquiritur mihi iu-
re ſpeciali in mutuo: vt ff. ſi cert. peta. l. certi. §. ſi numos. ſic &
13 notaui ſ. de pactis. §. ſupereſt. Item † & acquiruntur exceptio-
nes fideiuſſoribus ex pactis debitorum. Item ex pactis fide-
iuſſorum acquiruntur debitoribus, ſi nominatum paciſcan-
tur fideiuſſores, ne petatur ab eis: vt ff. de pact. l. fideiuſſores.
14 & l. idem. & l. videlicet. Sunt † & alij multi caſus, quos modò
ſpecialiter exequi vel proſequi non multùm expedit. Sed hoc
eſt notandum quod diximus, nunquam ex pacto extranei ho
minis (etiam ſit ſit procurator noſter) dari actionem, niſi vbi
reperitur lege cautum: vt inſtitu. eod. §. ex his. & j. eod. l. j. ſed
Mart. reſpondet, quòd ſemper ex alieno pacto daretur à lege
vtilis: quia in pleriſque caſibus à lege ſtatutum videbat. De
his autem perſonis, quas poſsidemus, vel ius aliquod habe-
mus, breuiter dixiſſe ſufficiat. ſiunt enim ſtipulationum di-
uiſiones de quibus ſpecialis eſt rubrica inſtitu. de ſtipu. ſer.
ideo hoc ad præſens omitto. Porrò vnum notandum eſt,
quòd liberum hominem nullo modo poſsideo, ſi ſcio ipſum
liberum: vt ff. de acquiren. poſſ. l. qui vniuerſas. §. j. at verè
poſsideo, ſi puto eum eſſe ſeruum meum: vt inſtitu. eodem. §.
idem placet. mala verò fide poſsideo, ſi non liberum, ſed a-
lienum ſeruum eſſe puto: vt ff. de acquirend. poſſeſ. l. j. §. ſed
& per eum. Item illud bene notandum eſt, quia per eum,
quem puto ſeruum meum eſſe, vel in quo vſumfructum me
habere puto, acquiro: vt ſuprà dictum eſt, licet non acqui-
ram per eum quem puto eſſe filium meum. ſuo enim vero pa-
tri acquiritur: vt ff. de vſucap. l. iuſto. j. reſpon. & de acquir.
poſſeſ. l. quicquid.

ANNOTATIONES.

a Naturaliter tantùm. Adde Bar. in l. ſi furt. in primo nota. ff. de vſur. & in l. prima. verſi. quæro. extra glo. ff. de acquir. poſ. Floria. in l. iii. ff. de vſufru. do. Alex. poſt omnes in l. naturaliter. in prin. ff. de acqui. poſſeſ. & do. Iaſ. de May. in §. æque. nu. 50. cum plu. ſeq. Inſti. de acti. multa per do. Barth. Soci. in conſi. xxxii. incipien. ex his. verſi. circa ſecundam.

b Acquirimus. Adde in iſta materia pro ornamento iſtius tituli tex. in l. Gaius. ff. de an. lega. per quem tex. Bar. ibi in fin. not. quòd ſicut quando legatur ſeruo meo acquiritur mihi, ita quando legatur rei meæ, videtur mihi relinqui: & mihi acquiritur. quod eſt bene tenendũ menti, ſecundum Bar. & ita limitatur glo. ſingularis in §. pen. in verb. per hanc inſti. per quas perſon. nob. acqui. quæ vult, quòd per rem inanimatam nihil nobis acquiratur: & illam gloſ. dicit eſſe multum ſingularem Bal. in l. ſi de proprietate. in pen. col. C. ſi à non compe. iu. vide Moder. in l. ſi ſeruus plurium ſit pro domino. in prin. ff. de leg. primo.

Ad Senatuſconſultum Macedonianũ. *Rub.*

1 *Macedonianum quam ob cauſam factum.*
2 *Macedonianum Senatuſconſ. quando locum habeat. & nu. 4.*
3 *Exceptio Macedoniani quando locum habeat.*
5 *Exceptio Senatuſconſul. Macedoniani qualis ſit, & quando poſsit opponi.*
6 *Filiusfamil an ſi ſoluerit poſsit repetere.*
7 *Exceptio Senatuſcon. Macedoniani quibus detur & contra quos.*
8 *Beneficium Senatuſcon. Macedoniani quibus caſibus denegetur filiofa. qui accepit mutuam pecuniam.*
9 *Pater quando cenſeatur ratum habere mutuum à filiofa.*
11 *Miles filiusfa. ſi mutuam pecuniam acceperit, an iuuetur beneficio Senatuſconſulti Macedoniani.*

QVALITER conueniatur pater ex filij contra-
ctu ſuprà in genere dictum eſt, nunc autem ponit
in ſpecie, quid iuris ſit, ſi filiusfamil. acceperit mu
tuam pecuniam: & quia ſuper ea Senatuſconſul-
tum Macedonianum expoſitum eſt: ideo ponit ad Senatuſ-
conſultum Macedonianum. Videndum ergo vnde ſic dica-
tur, & vbi habeat locum, & quod ſit eius beneficium, quibus
1 detur. & contra quos, & quando ceſſet. † Eſt autem di-
ctum à Macedone, peſsimo illo fœneratore, qui inter cæte-
ras ſcelerum artes, quas ſibi natura, id eſt, conſuetudo ad-
miniſtrabat, etiam alienum æs adhibuit. & ſæpe peccandi,
vel occidendi parentes occaſionem, vel materiam præſtitit.
Pecuniam enim credebat, & non expreſsè, ſed tacitis & vela-
tis verbis ſuadebat de occiſione patris. Puta ita, ego credo ti-
bi pecuniam, & tu fili facias ita vt cito ſis tui iuris, & obti-
neas hæreditatem patris tui: & tunc mihi reddas pecuniam
iſtam: ſicque maximum conſequebatur lucrum pecuniæ,
remuneratus à filio facto ſui iuris, quod quia apertè iniquum
erat, per ſenatores ſuper hac re conuenientes, accepit corre-
ctionem: ſicque hoc Senatuſconſultum Macedonianum in-
2 duxerunt. † Et habet tunc locum, cùm mutua pecunia da-
ta eſt filiofamil. vt ſtrictiſsimè accipiamus nomen pecuniæ,
ſcilicet pro eo tantùm mutuo, quod eſt in numero: non pro

eo quod in pondere, vel menſura: niſi fraus adhibita ſit à cre-
ditore: puta, credit frumentum, vel vinum, vel oleum, vt his
diſtractis, vtatur pecunia: vt ff. eod. l. ſed Iulianus. §. mutui.
Multominus habebit locum ſi filiusfamil. aliter contraxit nõ
accipiendo mutuum: puta, vendidis, locauit, vel quid ſimile
fecit. nam pecuniæ datio pernitioſa parentibus eorum viſa
eſt. Et not. quòd vera numeratio exigitur: vt hoc Senatuſ-
conſul. locum habeat, nec ſufficit ficta, vel interpretatiua. Si
enim filiusfamil. debeat mihi pecuniam ex cauſa emptionis,
vel ſimili, & eandem ſtipulatus ſim ab eo mihi reddi ex cauſa
mutui, cùm deſtinata eſſet ſolutioni pecunia: vt diximus ſ. ſi
certum peta. licet cœperit eſſe mutua pecunia, tamen quia pe-
cuniæ numeratio non concurrit, ceſſat Senatuſcon. niſi fraus
ei ſit facta, vt dixi: vt ff. eo. l. ſi filius. §. is autem ſolus. & l. quia
3 quod vulgo. & l. ſi quod alij. & j. eod. l. ſi filius. †Ideo autem
dixi hoc Senatuſconſ. locum habere, cùm mutua pecunia ſit
data filiofa. quia ſtipulatus ſum à filiofa. mihi reddi mutuam
pecuniam, quam ex cauſa mutui, ſum ei numeratus, & poſtea
numerauı, eo facto patreſa. ceſſat Senatuſcon. & ſic habet lo-
cum è contrario cùm ſtipulatus ſum ab eo quando erat pa-
terſa. & poſtea numeraui cùm erat filiusſa. vt ff. eod. l. ſi filius.
4 §. vltim. & l. quia quod vulgo. & l. ergo. & l. contra. In†terce-
dente non diſtinguo quis crediderit: vt ff. eodem. l. nihil. In fi-
liofami. non diſtinguo qualis ſit dignitatis, vel vtrum ſit in
eo mutata patria poteſtas: vt quia pater dedit eum alij in ad-
optionem, vel vtrum pendeat poteſtas, vt quia patrem habet
in captiuitate hoſtium. Nam interim denegatur creditori a-
ctio. Sed patre mortuo in captiuitate, non videbitur fuiſſe
commiſſum in Senatuſconſ. ſecus eo reuerſo: vt ff. eod. l. j. §. ſi
pendeat. & §. vlti. & l. ſed Iulianus. §. ſi filius in alterius. Item
locum habet Senatuſconſ. in filiabus, & extenditur ad nepo-
tes, & pronepotes: vt ff. eodem. l. ſed ſi pater. §. hoc ſenatuſcõ-
5 ſultum ad. & j eo. l. pen. †Eſt autem Senatuſconſulti be-
neficium, quia exceptio opponitur creditori, & hæredibus e-
ius: & eſt odioſa: quia in odium, & pœnam creditorum eſt in-
ducta: & poteſt opponi quandocunque ante ſententiam. Itẽ
6 †& poſt ſententiam: ſicut & exceptio Velleiani. Solutum ta-
men non repetitur ex beneficio huiuſmodi Senatuſconſ. licet
aliud ſit in Senatuſcon. Velleiano, quia illa exceptio eſt fauo-
rabilis: vt ff. eod. l. ſed & ſi paterſam. factus. § vlti. & l. quia. &
l. tamen. & de condi. indeb. qui exceptionem. Porò filiofam.
ſoluente pecuniam paternam, pater ſi extat pecunia repetit
eam rei vendicatione. Si autem creditor conſumpſerit eam: ſi-
quidem bona fide, quia credebat eam ſolui ſibi voluntate pa-
tris, non tenebitur condictione ſine cauſa: ſecus ſi mala fide
conſumpſiſſet. Sed vbi filiofa. donata eſt pecunia ea cõditio-
ne, vt creditori ſuo ſolueret, indiſtinctè denegatur patri repe-
titio: vt ff. eod. l. ſed & ſi paterſamil. §. j. & ſi cert. pet. l. ſi filius.
Fuerunt & alij qui dixerunt etiam filiofa. dari repetitionem
ſolutæ pecuniæ, ſi ſoluerit eam facti errore: vt ff. eod. l. vlt. Sed
vbi non dicit ei dari repetitionem, ſed exceptionem ſi paterſa.
factus, cùm neſciret de morte patris promiſerit creditori,
7 quod acceperat mutuò, viuente patre. †Datur huiuſmodi
a Senatuſconſulti beneficium filiisfamiliâs (vt dixi) interim
dum ſunt in poteſtate. Item ſui iuris factis, & hæredibus eo-
rum. Item fideiuſſoribus, & mandatoribus, ſi tamen habeãt
mandati actionem: vt ff. eodem. l. ſed & ſi pater. § non ſolùm.
& l. ſed Iulianus. §. quanquam. & j. eod. l. penultima. & ſuprà.
quod cum eo. l. ſi ex alio contractu. Item datur contra cre-
ditorem, & hæredem eius. Item contra eum, qui ſtipulatus
eſt pecuniam ſibi reddi procuratorio nomine, mandato cre-
ditoris: vt ff. eodem. l. ſed Iulianus. §. non ſolum. Secus ſi ſti-
pulatus eſſet iure delegationis ſibi factæ à creditore: cùm non
habeat cauſam lucratiuam, imò verè erat creditor illius, qui
crediderat filiofamil. vt ff. de doli except. l. Iulianus. & de nõ-
8 ua. l. doli. †Ceſſat hoc Senatuſconſultum propter menda-
b cium filiifamil. ſi creditor[b] quæſierat ab eo, ſi eſſet filiusfam.
an paterfami. & ipſe dixit ſe eſſe patremfamil. decipere volẽs
creditorem, qui ei non dediſſet, ſi veritatem nouiſſet: vt j. eo.
l. j. Item ratione publicæ ignorantiæ: quia publicè paterfami.
pleriſque videbatur. ſic agebat, ſic contrahebat, ſic muneribus
fungebatur: vt ff. eod. l. ſi quis patremfam. Item ratione æta-
tis: vt ſi pupillus filiofami. crediderit, maximè ſine tutoris au-
thoritate: nec enim fit pecunia mutua, quam ipſe dedit ſine tu
tore: ſi cum tutore dedit, reſtituetur in integr. & ſic reſtituere-
tur adultus: & idem ſeruatur in filiofami. quod dixi in pupil-
lo ſi ipſe alij filiofa. crediderit ſine patris ſpeciali conſenſu.
Nam & ſi liberam adminiſtrationem habuerit peculij, nõ ta-
men perdere peculium pater ei permittit: vt ff. eod. l. ſi quis pa
trem. §. proinde. & l. ſi filius. Item ceſſat in eo, qui accipit mu-
tuum in rem patris verſurus, & vertit: puta, vt dotaret ſoro-
rem ſuam: non tamen ei rem patris permittitur obligare: vt ff.
eod. l. ſed Iulianus. §. ſed & ſi filiusſa. & §. proinde ſi accepit.
& l. ſi filiusſamilias. Et eadem ratione ceſſat, vbi filio cauſa
ſtudiorum alibi degenti, vel cauſa legationis eunti vſque ad
eum modum quem pater non recuſaret, creditum eſt: vt j. eo.
l. Macedoniani. & ff. eo. l. ſed Iulianus. §. quod dicitur. Quod
enim dicitur, non recuſaret, intelligo, id eſt, recuſare nõ debe
ret. Sic & adminiſtrare ſolebat intelligo, id eſt, ſecundum cõ-
ſuetudinem debebat habere, quòd tantùm adminiſtraret in-
ſpecta filij, & patris perſona, dignitate. & diuitiis. Quid enim,
ſi pater erat impius, & ſeuerus? nam & his caſibus daretur a-
ctio de in rem verſo: vt ff. in rem verſo. l. iij. §. proinde ſi ſeruus.
& l. pater pro filia. & l. & ideò. §. vlti. & l. & nihil. & l. ſi verò
pater. & l. vlt. Item ceſſat, quia pater cõſenſit, vel præſens non
contradixit, vel cum ei filius deſtinaſſet literas quòd accepe-
rat mutuum, pater actum filij non improbauit: vt ff. eod. l. ſed
Iulianus. §. quamquam. & l. ſi tamen. ſciente. & l. ſi filiusſami-
liâs. & j. eod. l. ſi permittente. Loquor autem de patre, qui ha
bet filium in poteſtate: filius enim familias ſuo filio conſen-
tiendo, qui in aui poteſtate eſt, non facit vt ceſſet Senatuſcon-
ſultum: vt ff. eod. l. filium ab eo. Item ceſſat ſi filiusfamil. ac-
cepit mutuum, vt ſe liberaret à creditore alio: illùmque credi-
torem liberaret à ſeipſo, qui nulla poterat exceptione ſubmo
uere: vt ff. eod. l. ſed Iulianus adiicit. §. pen. Item & ex poſtfa-
cto ceſſat Senatuſconſultum, ſi poſtea ratum habuit pater,
quod filius acceperat mutuò: quia ratihabitio trahitur retrò:
vt j. eod. l. vlti. & fortè non tantùm patri adimetur exceptio,
ſed etiam filio: quia ratihabitio (vt dixi) trahitur retrò: vt j.
eod. l. vlti. & comparatur mandato. ſed argumen. eſt contra.
9 ff. de pact. l. vltima. Porrò †pater videtur ratum habuiſſe, ſi
cœperit ſoluere, quod filius acceperat mutuò: vt ff. eodem, l.
ſed Iulianus. §. penulti. Idem ſi filiusfamiliâs factus paterſa.
cœperit ſoluere quod filius acceperat mutuò. Si autem non
cœperit ſoluere, quod filius acceperat mutuò, ſed rem pigno-
ri dedit: ratum habere videtur, vſque ad pignoris quantita-
tem: non vltra: vt ff. eod. l. ſed Iulianus. & l. cùm tamen. & l.
ſed & ſi pater fa. j. reſponſo. & ita potentior eſt ſolutio par-
tis debiti, quàm pignoris obligatio pro toto debito. Et eſt ra
tio: quia illa extinguit principalem obligationem pro parte:
hoc autem in nihilum extinguit principalem obligationem.
10 Idémque †eſt & ſi filiusſamiliâs factus paterſam. pro mutuo
fidem ſuam obligauit, vel quocunque modo agnouit ratum
habendo: vt j. eod. l. Zenodorus. & ex hoc colligitur, quia &
ſi filiusſa. non mutato ſtatu, hanc exceptionem vellet remit-
tere, non poſſet. nec enim ſui cauſa, ſed in odium creditoris
eſt inducta: quod ſecus eſt in Velleia. vt dicemus j. titu. proxi.
Item ceſſat ſi non accepis quaſi verſurus in patris rem, ſed ta-
men vertit poſtea. Si autem non in rem patris vertiſſet, ſed a-
liter conſumpſiſſet locupletando, vel non locupletando pe-
culium, non tenebitur pater: vt ff. eo. l. ſed Iulianus. §. ſed ab
initio non ſic. & l. ſed & ſi pater. §. hoc Senatuſconſultũ. Illud
notãdum eſt, quia quandoq; locum habet Senatuſconſultũ:
c ſed tamen in alium datur actio: vt ecce,[c] filiumſa. alienũ præ-
poſuiſti ſtationi, accepit mutuũ te iubente, vel non contradi-
cente, in eam rẽ, in quam præpoſitus erat, teneberis inſtitoria.
Sed ipſe filius, vel pater eius habet exceptionem: vt ff. eo. l. ſed
Iulianus. §. interdum. & hæc omnia in filiisſa. qui priuati, vel
11 pagani homines ſunt. †Si autem miles filiusſa. pecuniam mu-
tuam accepit, etiam nõ præcedente, vel ſequente conſenſu pa
tris, ſtare oportet contractum, nulla differentia introducẽda,
ob quã cauſam pecuniæ creditæ, vel vbi conſumptæ ſunt. In
pluribus enim iuris articulis filiiſa. milites non abſimiles vi-
dentur hominibus, qui ſui iuris ſunt, & de præſumptione iu-
ris, &

ris,& de iure, omnis miles non creditur in aliud pecuniam accipere, & expendere, niſi in cauſas caſtrenſes: vt j. eod. l. vlt. & ff. eod. l. j. in fi. & l. ij.

ANNOTATIONES.

a Filiis familias. Ad materiam huius concluſionis & totius tituli vide Spe. in titu. de excep. & repli. §. ij. verſic. hoc fallit. Docto. in l. fi. C. hoc eod. tit. & adde quod Macedonianum inducit peccatum mortale, filiusfamilias eo vtatur: vt tenet Inno. & doct. in c. quia pleriſque. de immunit. eccle. quod not.

b Creditor. Vide pulchrè Iaſ. in l. eſt receptum. ff. de iuriſdi. omnium iu. in ver. ex aduerſo, &c.

c Ecce. Vide omnino Pau. de Caſt. bene declarantem in l. iii. ff. eod. tit. Et Adde pro ornaměto iſtius tituli quæſt. quàm ſæpe habui in facto, an ſi filiusfam. dicat ſe patremfamilias in inſtruměto, reddatur actus ſuus validus. Vide Pau. de Caſtr. in conſi. clxxiiii. incip. ad primum quæſitum.

Ad Senatusconſultum Velleianum. *Rubrica.*

1 *Velleianum Senatuſc. quando locum habeat. & nu. 3.*
2 *Mulier principaliter ſe obligans quo caſu iuuetur ſenatuſc. Velleiano.*
4 *Mulier intercedens pro alio quibus caſibus non iuuetur beneficio ſenatuſcon. Velleiani, & nu. 7. 9. 11.*
5 *Mulier renuntians, an iuuetur exceptione Velleiani.*
6 *Mulier, quæ interceſsit in rem ſuam non iuuatur beneficio Velleiani.*
8 *Mulier pro alio intercedens ſi ſe iterum eius interceſsionis cauſa obligauerit, an iuuetur beneficio Velleiani.*
10 *Mulier remittens ius hypothecarum marito, vel cuicunque alteri, an iuuetur beneficio Velleiani.*
11 *Mulier delegans debitorem ſuum creditori alterius an, & quando iuuetur beneficio Velleiani.*
13 *Mulier principaliter ſe obligans pro mutuo an, & quando iuuetur beneficio Vellei.*
14 *Velleiani ſenatuſcon beneficium quale ſit, & quibus detur.*
15 *Beneficium Velleiani qui differat à beneficio Macedoniani ſenatuſcon.*
16 *Mulier, quæ pro alio interceſsit, ſi ex ea cauſa ſoluerit, an poſſit repetere.*
17 *Creditori, quomodo conſulatur per Velleianum ſenatuſcon. & nume. 19.*
18 *Actio reſtitutoria vel reſciſſoria quibus detur.*
20 *Mulier, an non aliter poſsit hodie teneri, quam ſi intercedat inſtrumentum publicè confectum.*

SICVT filiusfami. & pater eius habent exceptionem ex ſuperiori Senatuſcon. ita & mulier ex hoc Senatuſc. Velleia. quòd ſic nuncupatum eſt à Velleo Conſule, qui fuit author huius conſtitutionis. Videndum ergo vbi habeat locum, & quando ceſſet, quod ſit eius beneficium, vel circa mulierem, vel circa creditorem, quibus detur, & contra quos, & an hodie locū habeat Senatuſconſultum. † Habet autem locum hoc Senatuſcon. cùm mulier a alienam ſuſcipit obligationē, vel eam participando, ſcilicet mandato, fideiubendo, conſtituendo, vel eam in ſe transferendo, promittendo nouādi animo quod alius debet, vel ſuſcipiendo iudicium nouandi animo: vt infra eodem l. prima. & l. iiij. & ff de noua. l. delegare. §. ſit autem. & ff. eodem. l. ſecunda. §. omnis omnino. Qualiter autem fiat conſtitutum, diximus ſ. de conſtituta pecunia. & qualiter fiat mandatum, vel fideiuſsio, ſuis exponetur rubricis. Item † locum habet vbi nullius ſuſcipit obligationem, ſed fraude excogitata à creditore, qui cum alio erat cōtracturus, & mulierem fideiubentem accepturus, obligauit ſe mulier principaliter creditori, & maſculus pro ea interceſsit. Sed & † vbi nullo modo fuit obligata, locum habet: puta ſi rem, vel ſubſtantiam ſuam, vel rem ſibi obligatam pro alio obligauit, vel ei obliganti conſenſit. Secus ſi taceret alio obligante, volens decipere creditorem: vt ff. eodem, l. quamuis. §. ſi cùm eſſem. & l. vir vxori. §. ſi mulier. & j. l. ſi ſine. Item & locum habet, vbi creditor, & ipſa mulier ſe ignorabat tutam hoc Senatuſconſul. Ex hoc enim patet, quòd noluit decipere: ſubauditur, ergo maximè: vt ff. eodem, l. imò. & j. eodem. l. j. in eo quod dicit ſi id contrahentes non ignorant. Idem dico, & ſi vterque ſciat Velleianum locum habere, licet quidam dicant contrarium ratione pro ſe inducta: quia mulier voluit decipere: quod falſum eſt: neque enim videtur creditor deceptus qui ſciuit, neq; certiorari debuit, qui non ignorauit: vt ff. de actio. empt. l. j. §. vlti. multomagis ſubuenitur mulieri, vbi ipſa ignorauit ſe tutam, creditor verò ſciuit: vt ff. eod. l. imò. Nec diſtinguo, cùm creditor pro alio obligauit mulierem, vtrum ſciat mulierem intercedere pro alio, an putet eam in rem ſuam interuenire. Nam & ſi hoc putet, nihilominus ſubuenitur mulieri quæ non intercedebat in rē ſuam. Debuit enim diligētior, & curioſior eſſe creditor, cùm mulierem obligabat pro alio: vt ff. eod. l. vir vxori. vbi autē creditor accipit maſculum fideiubentem pro maſculo, qui fideiubebat mandato mulieris, quam huic mandaſſe creditor ignorabat, non ſubuenitur mulieri hoc Senatuſconſ. ſecus ſi ipſe ſciret fideiuſſor: tamen qui mandato mulieris interceſsit agendo contra mulierem, repellitur exceptione Velleiani: cùm nullam facti proprij poſsit ignorantiam prætendere: vt ff. eodem, l. ſi fide-
4 iuſſores. & l. quanquam. † Ceſſat hoc Senatuſcon. cùm mulier renuntiauit auxilio Senatuſconſul. vt ff. eod. l. vltim. §. penult. Eſt enim ſuo fauore inducta hæc exceptio. Et valet hæc renuntiatio, cùm mulier ſciebat ſe tutam, puta certiorata
5 à contrahente, vel aliunde cognouit. Cæterùm † ſi neſciuit, & Senatuſcon. Velleiano renuntiauit, vel omni legali auxilio, nihilominus erit tuta: quia generalis renuntiatio ad hoc, quod ipſa neſciuit, vel non cogitauit, non trahitur: vt ff. de tranſact. l. cùm Aquilia. hæc ergo renuntiatio ad hoc, quod ipſa neſciuit in eo caſu tantummodo creditori proficit, vbi vterque ſciebat Velleianum ſuccurrere: aliàs autem vel non tenet renuntiatio, quod eſt vbi ipſa ignorauerit ſe tutam Senatuſconſulto: vel alia ratione ſuccurritur creditori: puta, quia illa voluit decipere, ſe ſciens tutam eo Senatuſconſult. cùm creditor ignoraret: & ideo non ſubuenitur mulieri: vt ff.
6 eod. l. ſi decipiendi. † Item ceſſat hoc Senatuſcon. cum mulier interceſsit in rem ſuam, defendendo eum, qui ſibi hæreditatem vendiderat, vel cum qui mandato ſuo obligationem ſuſceperat: vt ff. eodem. l. ſed ſi eum. & l. aliquando. Vbi autem partim in re ſua, partim in re aliena interceſsit, pro parte aliena ſibi ſubuenitur, ſed non pro ſua: vt ecce, mulier, & Titius ob rem aliquam emendam mutua pecunia accepta ſe inſolidum obligauerunt. Si verò communem inſulam fulciendam, vel in rem communem à pœna, vel pignore liberādam, accepta mutua pecunia, ſe inſolidum obligauerunt, quod ſi mulier non feciſſet, maius erat dānum paſſura, quàm ſit pecuniæ acceptæ quantitas, ceſſabit Senatuſcon. quaſi mulier non videatur interceſsiſſe. ergo ſecundum prædicta ſi mulier ſit cum alio inſolidum obligata: & nil in mulieris vtilitate proceſsit, in totum iuuabitur mulier: vt ff. eodem. l. vir vxori. §. vltimo.
7 & l. idem. † Item ceſſat Senatuſc. cùm mulier interceſsit pro pretio libertatis dando domino manumittenti. Item & cùm interceſsit pro dote alicuius mulieris: vt j. eod. l. vlti. & penul. Item ceſſat vbi accepit pretium, vel aliquid loco pretij pro interceſsione. vel vbi confeſſa eſt inſtrumēto publicè confecto, & à tribus teſtibus conſignato, ſe quamcunque rem pro in-
8 terceſſione accepiſſe: vt j. eod. l. antiquæ. ſed & ceſſat ex † poſt facto, vbi perfectæ ætatis fœmina interceſsit, vel pignus, vel fideiuſſorem pro alio dedit: & poſt biennium à prima cautione numerandum iterum ſe obligauit, vel iterum pignus, vel fideiuſſorem dedit. ſibi enim debet imputare ſi vltrò firmauit, quod ſæpius poterat cogitare, & euitare: videtur enim ex tali prolixitate temporis non pro aliena obligatione ſe obligare: ſed pro ſua cauſa aliquid agere, & tam ex ſecunda cautione ſe obnoxiam facere cum effectu, quàm pignus, vel interceſſorem vtiliter dare. Intra biennium autem ſiue iterum ſe obliget, vel iterum det pignus, vel fideiuſſorem, ſibi non præiudicat: quia ex conſequentia ſuæ fragilitatis in ſecundam incidit
9 iacturam: vt infrà eodem. l. ſi mulier. Sic & † ceſſat ex poſt facto, vbi mulier interceſsit pro Titio, & ei poſtea extiterit hæres: nam ſiue hæreditaria actione, ſiue ſuo nomine ex inter-

ceſsione conueniatur,non refert: quia ſuo nomine conueni-
tur,vel periclitatur,& intelligo hoc cùm interceſſerit nouan
di animo:alioquin acceſſoria obligatio per principalem iure
confuſionis tolleretur:vt ff.de ſolu.l.ſtichum.§.aditio. & ff.
de fideiuſſ.l.hæres.§.ij.& ff.eod.l.quamuis.§.planè ſi mihi pro
ponas.Idemq; eſt ſi Titius pro quo interceſsit mulier, mu-
lieri ſoluerit id,in quo obligauit ſe creditori:vt ff.eod.l.ſi mu
lier contra ſenatuſc.Velleianum In his ergo etiam ſi verè in-
10 tercedit mulier,non tamen iuuatur. † Vbi autem nulla eſt in-
terceſsio,ſine dubio non iuuatur,quòd pluribus modis con-
tingit:vt quia ius hypothecarium marito, vel cuicunque re-
mittit:vt j.eo.l.etiam conſtante matrimonio. & ſi quidem re-
mittat hypothecas in vno contractu,vel in vna re,vel pro v-
na perſona,in alia re,vel contractu alio, vel circa aliam per-
ſonam ſibi non præiudicat:licet generalibus verbis vtatur in
renuntiatione:quia reſtringuntur ad ea de quibus cogitatum
eſt:vt j.eo. l. iubemus. Nec prohibetur vxor propter matri-
monium remittere ius hypothecarium marito, ſicut prohi-
betur donare:quia pignoris remiſsio non eſt donatio:vt ff.de
his,quæ in fraud.cred.l.ſi pignus.quid enim amittit cùm ſal-
uam habeat perſonalem actionem? Dotem tamen inæſtima-
tam pro qua res viri obligatæ ſunt vxori, non poteſt aliena-
se vir:etiam muliere conſentiente:cùm omnia priuilegia do-
ti data inuiolata ſeruentur per auth.Donationem autem pro-
pter nuptias in rebus ſoli conſiſtentem alienare poterit vir,
muliere primò conſentiente ſcilicet, & iterum poſt bienniũ,
ſicut dictum eſt in interceſsione.Si autem aliæ ſint res viro, ex
quibus mulieri poteſt conſuli:abſq; his enim nec ſi frequen-
ter conſentiat lædetur,imò pro donatione dabitur mulieri in
rem actio ſol.mat.vel etiam cõſtante:vbi tamen pro dote poſ-
ſet agi.ſed & vir ſecum contrahentibus obligatur huiuſmo-
di alienationis,vel obligationis occaſione: vt in auth. vt im-
mobilia ante nup.dona.coll.v.& de æqualitate dotis.§. vlt.§.
11 vlt.col.vij. † Itẽ ceſſat ſenatuſc. vbi mulier non obligata pro
debitore extraneo ſoluit creditori eius:donat enim, & in do-
natione non ſubuenitur ei:quia rarò donat, imò ad donãdum
erat potius calcaribus impellenda, quàm freno temperanda.
Eſt enim genus mulierum auariſsimũ:facilè autem obligat ſe
pro alio,& ideo ſubuenitur ei:vt ff.eod.l. ſed ſi ego.in fi. & ff.
de dona.inter vir. & vxo.l.ſi ſtipulata. & j. de don.ante nup.
12 ſi à ſponſo.Sic † & nõ ſubuenitur ei mulieri,cùm ipſa nõ ob-
ligata pro debitore Titio, creditori eius delegauerit debito-
rem ſuũ.niſi aũt delegaſſet non debitorẽ ſuum, fraus videre-
tur eſſe facta Senatuſc.& ideo iuuaretur mulier. Si aũt mulier
pro ſocio obligata delegauerit eius creditori debitorem, vel
non debitorem ſuum, locum habet Senatuſc. & ideo mulier
condicit pecuniam,quaſi videatur ſoluiſſe.ſoluit enim & qui
reũ delegat.Item & delegatus,quaſi mulieris fideiuſſor habet
13 exceptionem:vt ff.eo.l.quamuis.§. interdum. Item[b] & ceſſat
b quando mulier principaliter cum creditore contraxit, acci-
piendo ab eo mutuum.etiam ſi creditor ſciat mulierẽ alij vel-
le donare,pro alio velle ſoluere,:vt j.eo.l.ſi fœnebris. niſi cre
ditor ſciat mulierẽ,cui dat mutuũ, vel rem ſuam pro alio ob-
ligatam contra Senatuſc.tunc enim ſubuenitur mulieri, etiã
ſi principaliter contraxerit,quod notabile eſt:vt ff.eo.l.vlt. §.
item ſi mulier. & l.Seia.§.fundum. Item ceſſat vbi mulier non
ipſi creditori promittit,quod debet ſibi Titius, ſed ipſi Titio
promittit quod debet, vel debebit creditori ſuo. nec enim po
teſt fieri interceſsio pro eo,& eidem, vel apud eundem: vt ff.
eo.l.tutor.§ reſpon. & l.quãuis.§.ſi mulier. Eſt ergo differen-
tia ſi dicã promitto tibi ꝙ debes, an promitto tibi quod tibi
debet Titius:ſic ergo vbicunq; nõ eſt interceſsio, ceſſat Vel-
leianum Senatuſc. niſi quod tacitum eſt pro interceſsione ha-
beatur:vt ſi ſeruũ alienum intercedendi animo reſpondit eſſe
ſuũ,volens dominũ defendere in noxali iudicio:vel ſi reſpon-
debit tibi hæredem, cùm alius eſſet hæres quẽ volebat defen-
dere:vel putabat ſe hæredẽ eſſe:ſecus ſi voluit decipere inter-
rogantẽ.vt ff.eo.l. ſi mulier in iure interrogata & l.ſi mulier
intercedẽdi.ſed & pro interceſsione habeatur,quãdo mulier
creditori ſuo dedit pecuniã ne delegaretur ab eo,quod nota-
14 bile eſt:vt ff.eo. l. debitrix. §. ſed ſi pecuniam. † Eſt autem
ſenatuſconſulti beneficium maximum: quia mulieri cùm in-

terceſsit, vel quaſi interceſsit locũ habet ſenatuſc. vt dictum
e eſt: & hæredibus eius, & interceſſoribus[e] eius datur exce-
ptio,ſi cõueniantur:vt j.eo.l.hæredes. & ff. de excep. l. exce-
ptiones.§.interceſsionis.& ante ſententiã, & poſt ſentẽtiam,
quandocunq; ante ſolutionem:vt ff. ad Mace. l. tamen ſi non
15 oppoſita.Nec † in fideiuſſoribus eius diſtinguo habeant, vel
non habeant contra eam mandati actionem: licet ita diſtin-
guatur in Macedoniano Senatuſcon.& eſt ratio: quia hic etſi
mulier & fideiuſſor eius repellant creditorem:tamẽ prior de-
bitor reſtituitur creditori: at ibi creditori nullus reſtituitur
debitor.& hæc ratio videtur notari ff.eo.l.ſi mulier.contra Se
natuſcon.Velle.& ad Macedo.l. ſed & ſi paterfamil. §. vlt. &
hæc eſt fauorabilis,illa eſt odioſa exceptio.vt ff.de condi.in-
de.l.qui exceptionem. fauores autem prorogandi ſunt, odia
reſtringenda,vt ff.de lib.& poſth.l.cum quidam.Porrò in ca-
ſu datur mulieri exceptio,non tamen interceſſori eius:vt ſti-
pulator accepit fideiuſſorem à debitore, quem mandato mu-
16 lieris intercedere creditor ignorabat:vt diximus. † Item &
datur mulieri repetitio pecuniæ ſolutæ, quia credebat ſe te-
neri ex interceſsione. Si enim ſciret ſe tutam, donaſſe videre-
tur:vt ff.de condi.indeb.l.j.& l. qui exceptionẽ. creditori au-
17 tem datur beneficium ex † hoc ſenatuſc. quia datur actio ei
reſtitutoria,vel reſciſſoria contra veterem debitorẽ:vt j.eod.
l.mulier a ſenam.& ff.eo.l.quamuis.§.quoties.Hæc ita ſi præ
cedens actio erat ſublata acceptilatione,vel nouatione: alio-
quin non eſt neceſſe reſtitui veterem actionem, cùm creditor
habeat primam efficacem: ſicut eſt in eo caſu quando credi-
tor acceptò tulit debitori,vt ei daret expromiſſorem, & ipſe
dedit mulierem quæ iuuatur Senatuſconſul. & creditor pu-
tabat eam de iure teneri. Nec enim neceſſaria eſt creditori re-
ſtitutoria actio, cùm poſsit debitori condicere liberatio-
nem, vel pecuniã ſi pura fuit obligatio quæ acceptolata eſt:
vt ff.eod.l. quamuis. §.ſi conuenerit. Eſt & notandum quòd
plus prodeſt creditori,ſi errauerit in iure, ſcilicet credens mu
lierem poſſe intercedere, quàm ſi in facto probabiliſsimè er-
raret, puta, maſculum intercedentem eſſe ſoluendo, qui non
eſt: vt ff.de fideiuſ.l.iij.Dicitur q; reſciſſoria, quia reſciſſa no-
uatione, vel acceptilatione quæ facta eſt, vetus datur actio.
Eſt ergo adiectiuũ hoc nomen reſciſſoria, non proprium no
men actionis.Item datur creditori reſtitutoria, ſcilicet vtilis
actio ex eo cõtractu,quem cũ maſculo propoſuerat celebra-
re,muliere interceſſura: & poſtea fraude excogitata contra-
xit cum muliere principaliter, & cum fideiuſſorẽ accepit cum
quo propoſuerat contrahere,vt ſ.diximus:vt ff.eo. l.quãuis.
§.ſi cùm eſſem tecũ contracturus. & eſt hoc nomẽ adiectiuũ,
ſicut & ſuperius. Datur aũt creditori, reſtitutoria,etiã ſi ſciat
mulierẽ intercedere:niſi deciperet eum dolo ad hoc vt interce
deret:vt ff.eo.l.quidam.& de fideiuſ.l.ſi Titius. Creditori au-
tem ignoranti mulierem intercedere, non datur reſtitutoria:
vtpote cùm non habeat locum Senatuſc. Velleia. reſciſſoria
autem datur creditori ſcienti,vel ignoranti intercedere: vt ſ.
diximus. at enim apbricanus diſtinguendum, vtrum cum mu
liere quis ab initio contrahat, an alienam obligationẽ in eam
☞ transferat:quia tunc debet eſſe diligentior: vt ff.eod. l. vir v-
18 xori.Item † dantur iſtæ actiones reſtitutoria[d], vel reſciſſo-
d ria eis ſolis quibus mulier ſe obligauit, & non aliis. Si ergo
apud vnum ex correis ſtipulandi mulier nouandi animo in-
terceſsit,ei ſoli reſtituitur actio,& nõ correo ſuo:licet ipſe in-
terceſsione mulieris fuerit læſus, & amiſerit veterem actionẽ.
19 Porrò ei † cui mulier obligauit ſe, reſtituitur actio contra
debitorem,& fideiuſſorem,& pignora,vt ff.eodem,l. quãuis.
§.quanquam.& l.ſi pro vno.Et ſit reſtitutio hæc per legem ſta
tim cum interceſsit mulier:vt nõ ſit creditori opus adire præ-
torem viuentem: & ideo videtur actio perpetua cùm detur à
lege, vt Inſti.de perp.& temp.actio in principio.ſed tamẽ non
eſt ita,ſi prima actio erat temporalis:talis enim, & tanti tem-
poris reſtituitur,qualis,& quanti fuerat ante interceſsionem:
nec etiam in interceſsione diſtinguitur fiat purè, an ſub con-
ditione,vel in diem.Quid enim in reſtitutione actionis bonũ
eſt expectare conditionem,vel diem, cùm in ea cauſa ſit prior
debitor.vt omnino debeat ſuſcipere actionem? vt ff.eod. de-
bitrix.§.ſi Senatuſconſul.& §.vlti.& l.aliquando. §. vlti. Hæ
autem

autem actiones hæredibus, & in hæredes perpetuò dantur: vt
ff. eodem. l. hæ. actiones. quod ſic intelligo, dantur, id eſt, dari
poſſunt, cõſiderata natura veteris actionis: vt paulò ante dixi.
20 † Extra ſummam noto, quòd Mart. ait, hodie ipſo iure non
teneri mulierem, niſi intercedat in inſtrumento publicè con-
fecto, & à tribus teſtibus conſignato: etiam ſi intercederet pro
dote, vel libertate, vel in rem ſuam. in quibus caſibus olim non
iuuabatur: vt j. eod. l. antiquæ. §. vlt. nam l. antiquæ. habebat vl
timam in libro ſuo, & ideo dicebat eam corrigere alias præ-
cedentes, quæ loquuntur de dote & libertate: imò & ille §. vl
ti. corrigeret principium eiuſdem legis, quòd dicit mulierem
e teneri, ſi accepit pretium [e] pro intercesſione. Noſtri autem do
ctores dixerunt efficacisſimè eam teneri, etiam ſi non interce-
dat in inſtrumento publicè confecto, & à tribus teſtibus con-
ſignato, ſcilicet in caſibus illis, in quibus non iuuabatur olim
Senatuſconſulto: vbi autem olim tenebatur, ſed iuuabatur
Senatuſcon. hodie ſeruatur ipſo iure illæſa: niſi intercedat in
inſtrumento publicè confecto, & à tribus teſtibus conſigna-
to. nam ſi ſic intercedat in inſtrumento publicè confecto,
omnia tractantur quæ veteri, vel nouo iure cauta ſunt pro
intercesſionibus fœminarum. & facit pro nobis tenor dua-
rum conſtitutionum poſitarum poſt illam l. antiquæ. Item eſt
veriſimile multùm, quod finis illius l. antiquæ. corrigat prin-
cipium. Præter hæc dicunt quidam, hodie iure nouisſimo non
habere locum Velleianum: quia etiam ſi in publico inſtrumen
to conſentiat, proprio viro, aut ſcribat & ſe, vel ſuam rem ob-
liget. ſiue ſemel huiuſmodi aliquid pro eadem re fiat, ſiue mul-
toties, ipſo iure nõ tenet quod actum eſt: niſi in vtilitatem mu-
lieris pecunia ſit verſa: vt in auth. vt nulli iudic. §. & illud ve-
rò præuidimus. Si ergo verſa eſt in vtilitatem mulieris, non
iuuatur mulier: ſi non eſt verſa, ipſo iure non tenetur: ſed certè
ibi non loquitur niſi in marito mulieris. vnde aliud debet eſ-
ſe, quàm in extraneo, ne mutuo amore ſpolientur: vt ff. de do-
na. inter virum & vxorem. l. iij.

ANNOTATIONES.

a Cùm mulier. Vide notum dictum Alber. de Ro in ſelatis per Alexand. in l. ſecundum ff de verbo. obligat. de notario qui in inſtrumento non expresſit mulieri quid importaret iſtud beneficium ſenatuſconſulti Velleiani.

b Item. Vide in materia iſtius tituli omnino Rom. ſingula. ſuo. cccxxv. Alex. in l. in repudianda ff. de acquiſ. hære.

c Intercesſoribus. Vide tex. in l ſi mulier. §. ſi ab ea. ff. eo. titu. vbi mulier, & fideiuſſor eius Velleiano iuuantur, & in primum debitorem actio reſtituitur. quod bene not. & vide Ro. ſing. ccclxxi. incipi. tu ſcis.

d Inſtoria. Adde Spec. in tit. de oblig. & ſolu. §. pænotandum. ver. item frequenter. Bald. & doc. in l. ſi à muliere. C. ad Velleia. do. Iaſ. May. in §. actiones. nu. xlviij. cum plu. ſeq. inſti. de act. vbi habes copioſe.

e Pretium. Ad huius concluſionis materiam vide Bald. Albe. & doctor. in authen. ſi qua mulier C. ad Velleia & adde alium caſum poſitum per
a d. Alex. & docto. in l. ſi duo. §. ij. eo. tit & in l. ſecundum, ff. de verb. obli. & vide in terminis concluſionis Bald. in l ſi. C. de pact. do. Alex. in l. ſi mulier. ff. ad velleia. vbi eſt fons huius materiæ.

De non numerata pecunia. *Rubrica.*

1 *Pecuniam non numeratam duobus modis dici.*
2 *Pecunia verbum quàm latè pateat.*
3 *Exceptio non numeratæ pecuniæ quando locum habeat.*
4 *Cautio, nulla adiecta cauſa, an ſit efficax ad obligandum, item quid ſi ſtipulatio interpoſita ſit. nu. 6.*
5 *Soluens pecuniam, quam cautione expoſita confeſſus fuerat ſibi numeratam, licet reuera non fuiſſet numerata, an poſſit repetere.*
7 *Exceptio non numeratæ pecuniæ an poſſit obiici aduerſus cautionem expoſitam ex alia cauſa, quam ex cauſa mutui.*
Maritus intra quæ tempora poſſit obiicere exceptionem non numeratæ dotis.
8 *Confesſio facta in ſcriptis ad alium liberandum an, & quando præiudicet confitenti.*
9 *Creditor qui confeſſus eſt ſe debitam pecu. recepiſſe, ſi intra dies xxx. conteſtetur pecuniam ſibi non fuiſſe ſolutam, an trãſferat in debitorem onus probandi pecuniam à ſe ſolutam.*
10 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ quando competat.*
11 *Exceptio non numeratæ pecuniæ quibus detur.*
12 *Exceptio non numera pec. an detur, vbi præter ſcripturam interuenit etiam ſacramentum.*
13 *Cautionem ſuam nolens agnoſcere quatenus, & quando puniatur.*

DICTVM eſt ſuprà de exceptio. Velleiani Se-
natuſconſulti, & Macedonia. ſenatuſconſul. qua-
rum prima eſt fauorabilis, altera odioſa: nunc
autem ponit de exceptione iure communi conſi-
1 derato, propter non numeratam pecuniam. † Vbi tamen
ſciamus non numera. pecu. duobus modis dici, vel reſpectu
creditoris, qui propriè dicitur numerare pecuniam debitori
vt ſibi reddatur, vel reſpectu debitoris, qui propriè dicitur
ſoluere creditori: & impropriè dicitur numerare, cùm ſol-
2 uit quod debet. Pecunia autem † largisſimè [a] ponitur pro
a omni re, quam quis non numerauit, vel non ſoluit: vt ff. de
verbo. ſignifica. l. pecuniæ verbum. tale eſt ergo acſi dicerent
de pecunia, vel re non credita, vel non reddita. Vt autem
3 † ſciatur plenè quando non nu. pecuniæ locum habeat [b] ex-
b ceptio, diſtingue, quod quis confitetur, aut pro ſe, aut contra
ſe. Si pro ſe, non eſt habenda ei fides: vt ſ. de proba. l. exemplo
Si aũt contra ſe confiteatur, aut confitetur ſe debere, aut aliũ
4 à ſe liberatum. Si † cõfitetur ſe debere, & nullam adiiciat cau-
ſam, hoc eſt, quod dicit lex (ſin cautio indiſcretè loquatur: vt
ff. de prob. l. cùm de indebito, §. ſi.) non præiudicat ei. Si verò
cauſam adiiciat, vt ſi quidem numerationis, nõ præiudicat ſi-
bi vſq; ad bienniũ. Ciuiliter enim tãtùm eſt obligatus ex con-
feſsione emiſſa per ſcripturam: & ex illa ſcriptura oritur con-
dictio certi, & literarũ dicitur obligatio naſci: ſed habet ex-
5 ceptionem non numeratæ pecuniæ. Inſuper † obligationis
ciuilis liberationem condicere poteſt: vt infrà eodem. l. ſi qua-
ſi. [Item ſi ſoluit pecuniam, repetit eam: vt not. ſ. de condi-
ctione indebiti. §. j. & ſic etiam repetit pignus: vt infrà eodem.
l. j. niſi ſciens ſe non debere, vel deceptus ſoluat, agnoſcen-
do fidem cautionis: vt infrà eodem. l. cùm fidem. Vel ibi for-
tè lex increpat eum, qui nimis tardè venit ad proponendam
querelam de non numerata pecunia, cùm iam ſoluit: ſi tamen
velit repetere per cõdictionem indebiti, quod ignoranter ſol-
uit, poteſt. iam enim non de exceptione, ſed de actione tractã-
6 dum eſt. † Item ſolutio non inducit liberationem, & repetitio
nem: vt ff. de condictione indebit. l. cùm is. §. primo. & l. fide-
iuſſor.] Sed ſi non ſteterit in finibus ſcriptæ confesſionis, imò
ſtipulatione promiſit ſe redditurum, quod ſperabat ſibi nu-
merandum eſſe: nec numeratum eſt intra biennium, ſi ex ſti-
pulatione conueniatur, opponit exceptionem in factum &
condicit obligationem, vt dixi. Cæterum ſi tacuit biennio, ef-
ficacisſimè obligatus eſt, nulla obſtante exceptione, & ſub-
lata eſt condictio: quia à principio efficaciter videtur fuiſſe
obligatus, adeò (vt quidam dixerint) etiam iure naturali eum
obligatum, quaſi intra biennium numerauerit, & ita veritati
præiudicat, vt res iudicata, & iuſiurandum. & tranſactio: vt
infrà eodem. l. ſi tranſactionis. Vel (vt dixerunt alij) ciuilis
tantùm eſt obligatio, ſed habet effectum ciuilis, & naturalis
c obligationis. Hæc ita Iacobus admittebat, niſi [c] ipſe debi-
tor onus probationis in ſe ſuſcipere vellet, quòd non eſſet ſi-
bi pecunia numerata. Aliis contrarium placuit, & bene, vt
non admittatur eius probatio, cùm nec permittatur ei defer-
re ſacramentum creditori, vt iuret ſe numeraſſe: vt infrà eo-
dem, l. in cõtractibus. §. ſuper cæteris. & hoc ita niſi intra bien-
nium iuri inſiſtando ſit paritum, id eſt, quòd debitor quere-
lam de non numerata pecunia detulit in ſcriptis coram teſti-
bus denuntiationem faciendo creditori, quòd pecuniam non
numerauit. Vel ſi apud iudicem quis deferat querelam in ſcri-
ptis, oportet creditorem vocari: vt infrà eod. l. cùm vltra. & l.
in contractibus. primo reſponſo. & inſtit. de literarum oblig.
& in authentic. de tempo. non ſolut. pecu. ſuper dote. §. con-
teſtationem. Videtur alia cauſa notanda: quia ciuilis obli-
gatio chirographo contracta, efficaciam ſumat, ſcilicet, ſi
intra biennium debitor agnouit fidem cautionis, ſoluendo
7 partem: vt infrà eodem. l. cùm fidem. Si verò † adiiciat aliam
confitendo ſe debere in ſcriptis, ſiquidem maritus adiiceret

cauſam dotis, opponeret exceptionem intra annum à tem-
pore ſoluti matrimonij, vel intra alia tempora, vt diſtingue-
mus, donante Domino, infrà, de dote cauta. & hoc, ſi ſteterit
maritus in finibus vnius confeſsionis tantùm. Nam ſi poſt
primam confeſsionem dotali inſtrumento inſertam iterum
confiteatur ſibi dotem numeratam eſſe, omnino denegatur ei
exceptio: vt j. eodem, l. in contractibus. §. ſed quoniam. Nam
& ſuperiori titulo magis præiudicari mulieri ex ſecunda con-
feſsione diximus, quàm ſi ſtetiſſet in prima tantùm. Vbi verò
neque mutui, neque dotis adijciat cauſam, ſed aliam, ex qua
ſcribit ſe debere (non diſtinguo promittat, vel non) neceſſe
habet acquieſcere ſuę ſcripturæ. Nec poteſt exigere probatio-
nes cauſæ ab actore: nimis enim eſt indignum, vt quod quiſ-
7 que ſua voce dilucidè proteſtatus eſt, id in eundem caſum in-
firmet, & teſtimonio proprio reſiſtat, niſi ipſe è contrario per
apertiſsima rerum argumenta ſcriptis inſerta, religionem iu-
dicis poſsit inſtruere: quod in alium quenquam modum & nō
in eum, quem cautio perhibet negotium ſubſecutum ſit: vt j.
eodem, l. generaliter. & l. aduerſus. §. cùm autem. & ff. de prob.
l. cùm de indebito. §. vltimo. puta, cauit debere decem ex em-
ptione fundi. modo profert inſtrumentum in quo contine-
tur, quòd eum accepit ex permutatione, vel profert inſtrumen
tum in quo ſubſcribit factū eadem die in alia ciuitate.) Quid
ſi confiteatur ſe debere ſine ſcriptis, adiecta tamen cauſa? Pu-
to, quòd præiudicetur ei, vt dictum eſt. Sed ipſe poſſet proba-
re contrarium etiam per teſtes, nec exigatur ſcriptura: quia na
turale eſt eo vinculo quodque diſſolui, quo ligatum eſt. vt ff.
de reg. iur. l. nihil tam naturale. (Si quidem in mutuo, ſi ſine
ſcriptis confiteor, videtur ſecus: quia literarum non dicitur
8 obligatio.) Si † verò quis ſcribat alium à ſe liberatum, in qui-
buſdam caſibus ſtatim ſibi præiudicat: vt ſi procurator fiſci
ſcribat ſibi ſolutas publicas functiones, vel pretia rerum ven-
ditarum, vel ſi maritus (vt dixi) poſt primam confeſsionem
dotis, iterum confitetur vxorem ſibi ſoluiſſe dotem: vt j. eo-
dem, l. in contractibus. §. j. & de quadrien. præſcript. l. omnes.
§. vlti. Et inter hos caſus lex videtur etiam alium caſum adij-
cere, ſcilicet cùm quis res ſcribit apud ſe depoſitas, vel ſe de-
bere ex certa cauſa. Sic enim dicit in inſtrumento depoſitio-
nis. & verum eſt, quòd ibi non habet locum exceptio bienna-
lis, vt in hoc habeat ſimilitudinem cum prædictis caſibus: ſed
tamen melius aptatur ad ſuperiorem materiam, cùm quis ſe a-
lijs debere confitetur: non ad hanc, cùm quis ſcribit alium ſi-
bi ſoluiſſe. Placen. autem intellexit legem illam loqui, cùm
depoſitor eſt confeſſus rem depoſitam ſibi reſtitutam. ſed hoc
non videtur pati litera. Hic autem præterquam in prædictis
caſibus non paratur confitenti præiudicium intra xxx. dies.
ſed poſt xxx. dies non licet ei quæri, quòd pecunia non ſit ſo-
luta: niſi intra xxx. dies conteſtatus fuerit exceptionem non
ſolutæ pecuniæ. Idémque eſt in muliere, quæ ſoluto matrimo
nio, cauit ſibi dotem redditam: vt j. eod. l. in contractibus. §. ſu
9 per cæteris. & §. in omni. Sed † nunquid intra xxx. dies pro-
bare debebit debitor ſe ſoluiſſe, ſi agat creditor: an & credi-
tor debebit probare ſibi non ſolutum? Et puto, quòd debet
probare debitor ſe ſoluiſſe, cùm nihil intra xxx. dies debeat
præiudicare creditori. Nam & in biennali exceptione, cùm
ſcribit debitor ſibi mutuatum, non præiudicatur ei intra bien
nium: & ideò creditor neceſſe habet probare pecuniam ſe nu-
meraſſe, niſi fortè debitor renuntiauerit exceptioni non nu-
meratæ pec. vt tunc probetur debitum ſibi numeratum. Por-
rò creditor probat ſe numeraſſe, ſi in publico inſtrumento
10 ipſum numeraſſe contineatur: ſecus † ſi contineatur in eo de-
bitorem confeſſum, quòd numerata fuerit pecunia: tunc enim
opponet exceptionem, ac ſi priuato inſtrumēto eſſet ita con-
feſſus. Nec obſtat quod legitur infrà, arbitrium tuto. l. vltim.
quia illud ſpeciale eſt in inuentario fauore pupillorū, & pro-
pter præſentiam publicarum perſonarum: & ideo ſibi præiu-
dicat confeſsio. Item nec obſtat quod legitur ſ. ad Velleia. l.
antiquæ. primo reſponſo. quia facilius mulier à priuilegio
Velleiani repellitur propter confeſsionem ſuam, quàm repel-
latur quis ab exceptione non numeratæ pecu. de iure com mu
ni competente. Item ei, quod dixi ſ. pecuniam numeratā pro-
bari, ſi eam eſſe numeratam contineatur inſtrumento, videtur
obſtare, quod dicitur j. eo. l. in contractibus. in princip. in qui
bus pecuniæ, vel aliæ res datæ, vel numeratæ eſſe conſcribun-
tur: vt j. de dote cau. l. vlti. & tamen dicit locum habere exce-
ptionem. Sed dic, quòd priuatum erat inſtrumentum. Vel, ſi
erat publicum, expone, quòd dicit in eo ſcriptum rem datam
eſſe, id eſt, confeſsio debitoris ſcripta eſt, continens rē datam
11 vel numeratam. † Datur [d] autem hæc exceptio non numeratæ
pecuniæ à creditore, principali debitori, & mandatori, & eius
fideiuſſori. Item & creditoribus eius, & volente, & inuito de-
12 bitore: vt j. eod. l. tam mandatori. & l. ſi cui. † Illud puto no-
tandum, quod hæc exceptio locum habet etiam vbi ſacramen-
tum, & ſcriptura interuenit: vt j. eo. l. vlti. Illa autem exceptio
non ſolutæ pecuniæ creditori à debitore, datur creditori tan-
13 tùm, & eius vniuerſali ſucceſſori. Sicut † autem prædictis per-
ſonis ſubuenitur, ſi non agnoſcant cautionem, quam agnoſce
re non tenentur: ita ſi aliquis teneatur agnoſcere cautionem
propriæ ſcripturæ, vel teneatur agnoſcere numerationem ſibi
factam, nec agnoſcat eam, non tantum non ſubuenitur ei, imò
& punitur. Diſtingue tamen an conuincatur de mendacio
per teſtes, vel inſtrumenta, an illato ſibi ſacramento, vel ſine
delatione ſacramenti, pœnitens de mendacio fateatur verita-
tem, antequam alius eum conuincat teſtibus, vel inſtrumen-
tis. In primo caſu damnatur in duplum: & poſt numerationis
inficiationem, licet prætendat ſolutionem, non euitat dupli
pœnam: nec enim prodeſt ei facta ſolutio. In ſecundo caſu non
punitur, niſi in expenſis circa probationes factis, actoris ſacra
mento declarandis. Sic eſt & ſi actor literas ſuas à reo prola-
tas abneget. nam eadem eſt & pœnæ, & iuſiurandi forma. &
eadem pœna imponitur curatori minoris, ſi de ſuis literis
quæſtionem referat in cauſa minoris: vt in authen. de trien. &
ſemiſ. §. ſtudium. (Item notandum puto, quòd d. §. ſtudium.
locum non habet, niſi quando propriam ſcripturam quis infi
ciatur, vel eius tenorem. Sic enim dicit, literas quidem ſuſci-
piat, dicat autem non ſolutum ſibi. Secus ergo dicendum erit
ſi negaret publicam, vel alienam, vel priuatam pecuniam ſolu-
tam, cùm nulla interuenit ſcriptura.)

ANNOTATIONES.

a Largiſsime. Vide circa hoc theoricam Bart. in l. talis ſcriptura, quam ibi ornat Iaſ. poſt alios. ff. de lega. primo.

b Locum habet. Ad hanc materiam vide Bart. & doct. in l. in contractibus. §. ſed quoniam. C. de non numer. pecu. Bald. in authent. rogati. C. de teſtib. Bart. & Bald. in l. ſi ex cautione. C. de non numer. pecu. dom. Alexand. in l. ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verbor. oblig. domi. Barth. Soci. in l. qui pecuniam. ff. ſi cert. petat. num. 1. & ſeq. Iaſ. may in §. perſonam. num. 1. inſtit. de actionib.

c Niſi. Vide Zanetinū in cap. j. de accuſat. in lxxxv. differentia. Ro. conſilio quadrageſimo quarto.

d Datur. Amplia iſtam materiam & eam limita pluribus modis vt per Iaſ. in l. qui pecuniam. ff ſi certum petat.

De compenſationibus. *Rubrica.*

1 *Compenſatio quid ſit, & in quibus rebus locum habeat. & nume. 17.*
2 *Compenſatio quando admittatur.*
3 *Compenſationem admitti eius, quod naturaliter tantùm debetur.*
4 *Compenſari an poſſit debitum naturaliter & ciuiliter, quod tamen ope exceptionis elidi poteſt.*
5 *Compenſationem admitti in delictis, & negligentiis.*
6 *Compenſatio doli cum dolo, vel doli cum culpa an admittatur.*
7 *Compenſare quis poſsit.*
8 *Fideiuſſores non videri inuicem eos, qui duo rei conſtituti ſunt.*
9 *Compenſatio quibus caſibus opponi poſſit ei, qui non debet.*
10 *Compenſatio quibus caſibus ceſſet propter fauorem, atque inibi an, & quando reipu. poſſit obijci compenſatio.*
11 *Compenſatio quibus caſibus ceſſet propter odium.*
12 *Compenſationem ceſſare ratione incertitudinis.*
13 *Compenſatio an fiat ipſo iure citra factum hominis, & quibus caſibus, & nume. 15.*
14 *Mora non poſſe ei imputari, qui habet exceptionē ſi conuenia tur.*
16 *Actionem non rectè ab eo intendi, cui obſtat compenſatio.*

SICVT

SICVT ſuperioribus exceptionibus, quis repel-
litus ab agendo, ita & ipſo iure per compenſa-
tionis opem deſtituitus actione. Videndum ergo
quid ſit compenſatio, & in quibus fiat, & quis
compenſet, & cui, & quando ceſſet, & quis ſit effectus com-
1 penſationis. † Eſt autem compenſatio ᵃ debiti, & crediti
a inuicem contributio, id eſt, ab vtraque parte inter ſe, id eſt,
inter contrahentes contributio: vt ff. eodem, l. j. Et eſt ideo
inducta, quia noſtra intereſt potius non ſoluere, quam ſolu-
tum repetere: vt ff. eodem. l. iij. & de fideiuſſor. l. ſi ſtipulatus
eſſet. Diciturque compenſatio, quaſi communis penſatio,
ac ſi apertè diceret lex, non, niſi in ponderibus, & quantitati-
bus, locum habet: vt infrà eodem, l. ſi conſtat. Si verò ab
vtraque parte debetur ſpecies, vel ab vna ſpecies, vel ab al-
tera quantitas, vel ab vtraque parte pecunia, ſed vt ſpecies,
non admittitur compenſatio: vt ſuprà de rei vendicatione,
ſi ex ea pecunia. & ff. de pig. act. l. ſi conuenerit, vt nomen. pri-
mo reſponſo. & de condi. indebit. l. ſi non ſortem. §. ſi centum.
& de impenſis in reb. domeſti. l. quod dicitur. primo reſpon. &
de peculio. l. ſi creditor. §. j. Quid autem, ſi ab vtraq; parte de-
betur aliquid in genere, vt equus, vel homo? Satis dici poteſt
compenſationem hincinde admitti ipſo iure. arg. ff. ſi pars hæ-
reditatis pet. l. j. §. item ſi cum me. & de hære. inſtit. l. qui non
militabat. primo reſponſo. & de leg. ij. l. vnum ex familia. §. ſed
ſi vno. & ad Trebel. l. deducta. §. nummis. §. cum autem, &c.
2 arg. tamen contra. ff. de leg. ij. l. Mæuius. §. duobus. Sed † vbi
rei vendicatione mihi teneris, & ego tibi ſum obligatus ad
quantitatem, ſimiliter (vt ex prædictis patet) non fiet com-
pẽſatio, niſi deſierit res poſſe præſtari, vel quoquo modo non
præſtatur. tunc enim fit compenſatio rei æſtimatæ cum quan-
titate. & ita eſt intelligendum, quod legitur infra eodem, l. vl-
tima. in prin. nulla differentia vel in rem, vel in perſonalibus
inter ſe ſeruanda: res tamen tantum eſt in obligatione: vt ff. de
verborum obligation. l. ſi ſeruum ſtichum ſtipulatus. §. an fi-
lius. & §. effectus. & §. nouari autem. Si quæras, cur ergo æſti-
mationis, quæ non debetur, nec eſt in obligatione, fit compen-
ſatio? Reſpondeo, videtur eſſe in obligatione inſpecto exi-
tu: & arg. eſt, quod dicit lex, Pretium rei peremptæ poſt mo-
ram debitoris debitorem poſſe conſtituere ſe ſoluturum: & ta-
men res ipſa erat in obligatione, & non pretium, de ſubtilita-
te iuris: ſed inſpecto exitu: quia ipſum ſoluendum eſt quaſi ſit
debitum, tenet conſtitutum. licet alias dicatur ea tantum con-
ſtitui poſſe, quæ debentur: vt ff. de conſtitu. pecu. l. j. §. debitum
autem. & l. hactenus. j. reſponſo. & l. promiſſor Stichi. j. reſpon
3 ſo. † Item fit compenſatio eius debiti, quod tantum naturale
4 eſt: vt ff. eodem. l. etiam. Idem dicunt † quidam & ſi erat na-
turale, & ciuile, ſed debitor habebat exceptionem contra cre-
ditorem, ex qua ſolutum repetere non poterat, vt Macedonia
ni. Nam & in naturali debito ideo videtur admiſſa compen-
ſatio, quod ſolutum non repetitur à debitore. Ego puto non
poſſe compenſari debitum ciuile, & naturale, quod exceptio-
nis ope eliditur: licet ſolutum non repetatur: vt infra eodem, l.
quæcunque. Nam qui debet in diem, exceptionem habet, ex
qua ſolutum non repetere: vt ff. de condi. inde. l. in diem. & ta-
men non compenſat, ſi habeat dilationem ex pacto. ſecus ſi
habeat dilationem ex benignitate legis: vt ff. eodem. l. quod in
diem. & l. ſi cùm militi. §. j. Multo magis ceſſabit compenſatio,
ſi erat fauorabilis exceptio, ex qua ſolutum repeti non poſ-
5 ſet. † Item fit compenſatio in delictis, vel negligentiis. Nam
ſi ambo ſocij parem negligentiam, id eſt, quæ par attulit dam-
num ſocietati, adhibuimus, ipſo iure deſiſtimus inuicem eſſe
obligati, compenſatione negligentiæ facta à ſociis, vel fortè à
lege. Sic eſt ſi alter ex re communi aliquid percepit, alter tan-
tum negligentiam adhibuit, quæ quãtitate eadem æſtimatur.
b Compenſatio ᵇ enim videtur eſſe facta, & ipſo iure inuicem
liberatio. Si quis ergo compenſare potens ſoluerit, condicere
6 poteſt quaſi indebite ſolutum: vt ff. eodem. l. ſi ambo. † item
& dolus cum dolo ſimiliter compenſari ᶜ videtur: vt ff. ſolu-
c to matrimonio. l. viro. & de dolo. l. ſi duo. Item doli, & cul-
pæ ſimiliter fiet compenſatio, ſi in diuerſis rebus admittan-
tur, id eſt, ſi diuerſa ſunt damna. Eſt enim vnum, quod at-
tulit dolus tuus, aliud quod culpa mea. Sed vbi vnum, & idem
eſt damnum in quo tu dolum, ego culpam admiſi, prӕpon-
derat dolus culpæ, & ita poteſt dici admitti in vna re: nam ſi
in eadem re, præponderabit dolus culpæ, vt diximus ſupra
ad legem Aquiliam. Permittitur autem mihi compenſare,
quod mihi meo nomine debetur, vel ex perſona alterius, vt
quia procurator ſum in rem meam, & iam conteſtatus ſum li-
tem, vel partem debiti accepi, vel denuntiaui debitori, ne
ſolueret creditori: vt ff. eodem. l. in rem. & infra, de noua.
7 l. iij. † Item compenſat fideiuſſor quod ſibi debetus vel prin-
cipali debitori, vel ad alterutrũ ipſorum prout elegerit: vt ff.
eodem. l. ſi quid. Item ſi duo ſint correi debendi, vnus eorum
compenſat alteri debitum, ſi ſocij ſint: non aliter: vt ff. de
duo. re. l. ſi duo rei. & l. eandem. §. ſed & ſi quis. in fin. Et
8 † hoc eſt argu. contra eos, qui dicunt duos reos inuicem fide-
iubere videri. Nam ſi hoc eſſet, quilibet eorum compenſaret
alteri debitum: vt dixi in fideiuſſore, & reo: alias obtinet re-
gula, vt quod alij debetur, compenſare non poſſim: vt infra
9 eodem. l. eius. † Item licet mihi compenſationem opponere
ei tantum, qui debet: niſi in caſu: vt ecce, contraxi cum filio
tuo, vel ſeruo, & tu agis contra me ex illo contractu. Com-
penſabo enim tibi, quod debet mihi filius tuus, vel ſeruus, &
quidem in ſolidum: licet, ſi te conuenirem peculiotenus, te e-
xigerem. Filius autem patri debitum compenſat, vt tamen ca-
ueat patrem ratam rem habiturum: vt ff. eodem. l. ſi cum filio.
Idémque dici poteſt in quolibet procuratore, vel geſtore
pro domino contra alium agente, & reſpondente, & com-
penſationem obiiciente. Compenſantur etiam ea, quorum
nomine litis conteſtatio facta eſt, ne diligentior quis dete-
rioris ſit conditionis. Si autem procurator non agat, nec
compenſet, imò nomine domini conuenitur, quem dicit com-
penſationem oppoſuiſſe, ſatiſdabit iudicatum ſolui, &
non, ratam rem haberi. Nec enim compenſat, ſed ab initio
minus petitur ab eo: vt ff. eodem. l. in compenſatione. & l.
10 poſteaquam. † Ceſſat autem compenſatio quandoque fauo-
re, quandoque ᵉ odio. Fauore: vt in republica. Nec enim po-
teſt ei compenſari, ſi ipſa aliquem conueniat ex calendario,
e id eſt, pro pecunia deſtinata dari mutuo in calendis, ſub v-
ſuris. vel ex vectigalibus, vel frumenti, vel olei publici pecu-
nia, vel tributis, vel alimentis relictis certis perſonis reipubli-
cæ deſeruientibus, vel pro eo, quod quis debet ei quod deſti-
natum eſt ſtatutis ſumptibus: vt muris faciendis, vel reficien-
dis, vel ex cauſa fideicommiſſi: vt infra eod. l. in ea. Alias au-
tem poteſt obiici reipublicę compenſatio de eo, quod certum
eſt eam debere: vel ſi ſit dubium, debet probare eam debere in-
tra duos menſes: vt ff. de iure fiſci. l. aufertur. §. qui compenſa-
tionem. Vbi autem respublica me habet obligatum: quia con-
traxi cum Præpoſito vni ſuæ ſtationi, & eadem eſt mihi obli-
gata ex eo, quòd contraxi cum alio Præpoſito alij ſtationi,
non poſſum ei obiicere compenſationem de eo, quod debet
mihi ex vna ſtatione, ſi conueniar ex eo, quòd alij ſtationi ob-
11 noxius ſum: vt infrà eodem. l. prima. † Quandoque ceſſat
d compenſatio ᵈ odio: vt ecce, qui alienam poſſeſsionem perpe-
ram occupauit, non poteſt obiicere compenſationem. Et ad
hoc bene aptatur, quod dicitur in actione depoſiti: ſi depo-
ſitarius conueniatur ea propter perfidiam ſuam, non licet ei
obiicere compenſationem, ne prætextu compenſationis quis
defraudetur exactione depoſitarum rerum, vt inſtitutio. de
actionib. §. in bonæ fidei. & infra eodem. l. vltima. in fine. Item
& poteſt aſsignari cauſa odij, curatore condemnato ob ne-
gotium copiarum expeditionis tempore: vt ff. eodem. l. ob ne-
gotium. Erat enim alicui commiſſa cura: vt exercitui faceret
copiam panis, & vini, & carnis, & conſimilium, quod facere
prætermiſerit dolo, vel culpa, & inde damnetur, non licet ei
12 compenſare. † Item ceſſat compenſatio ratione incerti-
tudinis. ecce enim, ſi debeo tibi decem, & idipſum confiteor,
vel etiam nego: tu tamen me conuincis per inſtrumentum,
vel teſtes, ſi quidem velim tibi compenſare, quod tu confite-
ris te mihi debere, poſſum. Si quidem negas, & incontinenti,
& apertè probare poſſum te debere, obſtabit tibi compen-
ſatio: ſi verò maiorem & ampliorem indaginem expoſcit,
quæſtio mea alij iudicio reſeruabitur. Lis autem priſtina, iam
penè expedita ſententia terminali, componetur à iudice: vt

infra eodem.l.vltim.His autem,vel ſimilibus exſtantibus,com-
13 penſatio fiet.Et † dixerunt quidam eam fieri ipſo iure, vt etiã
hominis facto non ſit opus.Et dicunt, ius ipſum compenſat.
Sed ego puto eam ipſo iure tunc demum fieri cum à partibus
eſt oppoſita:vt dixi tex.Inſtitu.de act.§.compenſationes. in fi.
titu.Secus dico in delictis, in quibus etiam ſine facto hominis
fit compenſatio ipſo iure:vt ſupra diximus. Sed & in aliis di-
co eam fieri ipſo iure, quantum ad inhibendum curſum vſu-
rarum:vt ff. eodem. l. cum alter. & eſt in illis ratio: quia illæ
14 non currunt niſi ex mora. At ille non videtur † in mora, qui
conuentus habet exceptionem:vt ff.ſi certum petatur. l. lecta.
15 Pro † nobis autem faciunt multæ leges. Ecce enim conuen-
tus habet electionem quòd debitum deſtinet compenſationi:
vt ff.eodem. l.quod Labeo. Sed & ſi fideiuſſor eligit, & com-
penſet ſibi debitum, quod debetur reo: & ſic patet eam non
fieri ipſo iure: alioquin huiuſmodi non daretur electio com-
16 penſandi. Sed † & præterea dicit lex,eum male agere, cui ob-
ſtat compenſatio: vt ff.eod.l. verum. vnde patet eum habere
actionem, licet elidatur exceptione: vt ff. quando dies vſuſ-
17 fruct.lega.ced.l.j.§.vltimo.† Extra notandum eſt non tantum
in quantitatibus,& ponderibus, & in iis quæ dantur ad men-
ſuram poſſe obiici compenſationem, ſed etiam in cautioni-
bus, vel ſtipulationibus. Ecce enim ſi damni infecti nomine
nolui tibi cauere propter vnam de domibus meis, quæ mina-
batur tibi ruinam,& tu in eius poſſeſſionem fueris miſſus, &
ego a te mihi peto caueri de damno infecto: quia domus illa
in cuius poſſeſſionem miſſus es alij domui meæ minatur rui-
nam,non poſſum id poſtulare: quia parum probé poſtulo à
te mihi caueri ædium nomine,quarum ego ipſe cauere nolui:
vt ff.eodem.l.ſi ambo.§.vlti.& de damno.infec.l.qui bona.§.ſi
quis quia.

ANNOTATIONES.

a Compenſatio.Vide ad hoc,& totam huius materiam Bar.Bal.& Doct.
C.de compenſa.& l.diuortio.§.ob donationes.ff.ſol.matri.& in l. ge-
ſit.§.in ver.item compenſatio.ff.de aequi.hære.& in l.ſi conſtat.C.hoc
eod.titu.do.Alex.copioſe in l.aufertur. §. qui compenſationem. ff.de
de iure fiſ.Bart.ſo.in l.qui Romæ.de verbo.obli.ou.v.Iaſo. May. in §.
bonæ fidei:nume.x.inſti.de act.& in verſic.compenſationes per to. eod.
ti.Pau.de Caſt.in conſi.xxxv.

b Compenſatio. Vide Feli.vbi multa ſcribit in iſta materia in cap. ſub-
orta.de re iudi. & ibi in locis per eum relatis & vide etiam conſi. Bart.
quod fecit in ciuitate Parmæ pro nonnullis dactariis in materia com-
penſationis. quod conſilium non eſt impreſſum: ſed habeo authenti-
cum eius propria manu ſcriptum in filza mea.

b Compenſatio.Et adde etiam in iſta materia, quòd compenſatio indu-
cit exceptionem oppoſita exceptione lex compenſat.ita Soci.in conſi.
x.ver.accedit ad hoc.

c Compenſans.Limita iſtam concluſionem vt per Bal.in marg. ſua verſi.
dubius.ad fi.Docto.in l.pri.in vlt.col.C.vnde vi.do.Alex.in l.ſi non ſun
nt.ff.de interitan.& in multis aliis caſibus,quos vide per te.

* Calendario.vide Alc.lib.j.Diſpunct.c.pri.

d Compenſatio.Vide Ange.do.Iaſ.poſt alios in §.in bonæ fidei. inſtitut.
de act.vbi omnino vide.

De vſuris. *Rubrica.*

1 *Vſura quid ſit.*
2 *Vſura qui differat à pœna.*
3 *Vſura vnde dicatur,& in quibus rebus locum habeat.*
4 *Vſura quibus caſibus locum habeat pro ſpecie debita.*
5 *Vſura an,& quando debeatur ex nudo pacto.*
6 *Vſuras deberi ex mora,vel quaſi.*
7 *Mora quando committatur iure communi.*
8 *Mora iure communi commiſſa effectus qualis ſit.*
9 *Mora quibus caſibus committatur iure ſpeciali, & quomodo purgetur.*
10 *Mora iure communi commiſſa quo modo purgetur.*
11 *Vſura an,& quando veniant ex quaſi mora.*
12 *Vſura qua actione petantur.*
13 *Vſura quibus caſibus præſumantur per ſtipulationem promiſſa.*
14 *Vſura quando petantur officio iudicis & quandiu.*
15 *Vſura quando & à quibus exigantur minores, & à quibus maiores.*
16 *Fructibus prædij pignorati inuicem vſurarum conceſſis, non poſſe pactum reſcindi prætextu maiorum emolumẽti ex prædio pignorato percepti.*
17 *Vſura quales exigenda ſint,vbi earum quantitas non eſt in conuentione expreſſa.*
18 *Vſuras varia quantitate à legibus præſtitui pro diuerſitate negotiorum emergentium.*
19 *Oblatio debiti in quas cauſas fieri ſoleat.*
20 *Oblatio,qua fit ad ſortis liberationem, quo modo debeat fieri.*

DIXIMVS ſupra, qualiter actio perimatur, vel
minuatur per exceptiones: nunc audiamus qua-
liter augeatur: & quia hoc fit per vſuras, videa-
mus de vſuris:quid ſit vſura, & pro quibus rebus
1 detur,& ex quibus cauſis,qualiter petatur,& quare.† Eſt au-
a tem vſura,a quæ propter vſum rei conceſſæ datur. Conceſſæ,
dico,id eſt datæ, vel mutuatæ. Nec enim dico vſuram, quod
debetur pro re locata nomine mercedis: retinet enim domi-
nium,qui locat. Sed cùm transfertur dominium in accipien-
tem,& tantundem eiuſdem generis eſt præſtandum cum incre
mento aliquo,idipſum, quod accepit,eſt vſura:hoc eſt, quod
vulgo dicitur ab omnibus,quicquid ſorti accedit,eſt vſura. Si
2 quæras,quid † ergo differt à pœna? reſpondeo,differẽtia col-
ligitur ex ſpatio temporis.Nam omnis vſura præſtabitur,ſem
per facta relatione ad annum. quicquid enim præſtatur per
menſes,totum computo ad annum: vt infra eodem. authenti.
ad hæc.niſi ſcilicet,an excedat legitimum vſurarum modum.
Cæterum pœna non præſtatur ſecundum ſpatium alicuius
temporis,ſed ſecundum quod conuenerit inter partes, aliqua
exiſtente,vel deficiente conditione,vel ſtatim,vel quandocun-
que placeat actori,agitur ad pœnam. (Item vſura eſt id,quod
conueniſti dare, vt differam exactionem eius, quod debebas
mihi dare pondere, numero, vel menſura. Idémque & ſi non
conueniſti dare,ſed lex præcipit dare propter moram, vel di-
lationem adhibitam in ſoluendo, vt patebit ex ſequentibus)
3 † Dicitur a autem vſura ab vſu,quia ob vſum rei datur: & ha-
* bet propriè locum in pecunia tantum, non diſtinguo mutua,
an non mutua:largè tamen extenditur ad omne id in quo con
4 ſiſtit mutuum.In ſpeciebus † autem non habet locum, niſi in
caſibus bonæ fidei enim poſſeſſor in hæreditatis petitione fru
ctuum perceptorum ante lit. conteſtat. præſtat vſuram, non
poſt lit.conteſtat. vt ff.de pe.hæredi.l.hæres.§.vltimo. Item &
ſi teſtator legauerit mihi aurum in ſpecie,& hæres in præſtan-
do fecerit moram,tenetur ad vſuram,ſi erat mihi relictum, vt
eo diſtracto,vterer pecunia: ſi autem eſſet relictum vt eo vaſe
vterer,non ſine robore deſiderarem vſuras. Item & ſi teſtator
damnauit hæredem,vt ſtatuas,vel imagines poneret in muni-
cipio in honorem municipij, & præſes præfiniuerit hæredi
diem ponendi,& non impoſuerit, præſtabit municipio vſurã
vſque ad tertiam centeſimæ: vt ff.eodem.l. in fideicommiſſi. §.
5 vlti. † Præſtatur autem vſura ſi fuerit in ſtipulatione b dedu-
b cta,vel pacto incontinenti appoſito conuenta, in cõtractibus
bonæ fidei:vt ſupra, de pactis. l. in bonæ fidei. vt ff. eodem l.
cum quidam.§. ex locato.& depoſiti,l.Publia. §. Lucius. & l.
Lucius.in fi.& l.Quintus.& infra,de pactis inter empt.l. ini-
tio.Idem dico in contractibus ſtricti iuris: vt ff. ſi certum pe-
tatur. lecta.§. ſed cum ſortis. niſi in caſu quando mutuum in
numero contractum eſt: tunc enim ſine vinculo ſtipulationis
vſura peti non poteſt: ſoluta tamen non repetitur vt in debi-
ta,neq; in ſortem accepto fertur: vt infra eodem. l. quamuis.
Quid autem, ſi debitor talem vſuram nominatim non ſoluat
creditori,ſed ſimpliciter ſoluit pecuniam? certè ſolutum ſim-
pliciter non accepto feretur in talem vſuram, niſi pro eis pi-
gnus ſit obligatum:ſi tamen creditor pignus ſibi obligatum di
ſtraheret, licet ei accepto ferre pretium, etiam in vſurã nudo
pacto debitam,vt ff.de ſolu.l.in his.§.pen ultimo.& l. Paulus.
ij.primo reſpon.& §.Paulus. Si verò cõtractum eſſet mutuum
in menſura, etiam ex nudo pacto debetur vſura: vt infra eod.
l.frumenti. Item in ciuitate ſpeciale eſt: vt ex qualibet cauſa
agat ad vſuram,etiam ex nudo pacto:vt ff.eodem l.etiã. Item
in quolibet priuato, ſpeciale eſt vt traiectitiæ pecuniæ petat

vſu

vſuram, etiam ex nudo pacto: vt ff. de nauti. fœno. l. periculi. §.
6 in his. Item † veniunt vſuræ ex mora, vel quaſi mora. Fit au-
tem mora iure communi. Item ſpeciali. Et quidem propter
caſuum varietatem plenè definiri non poteſt mora quando
committatur: vt ait l. mora. ff. de vſuris. Sed tamen vt regula-
7 riter tradam, ita videtur mihi poſſe definiri. † Mora fit iure
communi, cum quis maior. xiiij. annis: vt de verborum obli-
gatio. l. ſi pupillus. interpellatur per diei appoſitæ lapſum: vt
ff. de verborum obligat. l. ſi fundum. & infra, de contrahend.
& committend. ſtipulatione. l. magnam. vel per litis conteſta-
tionem: vt ff. de verborum obligatio. l. nemo. in fine. vel per
eius cui debetur denuntiationem congruo loco, & tempore
factam: vt ff. eodem. l. mora. & de verborum obligatio. l. ſi ex
legati. cum intelligat ſe debere, vel teneri debuit intelligere:
vt ff. de re. cred. l. quod te mihi. nec omiſſa ſit repetendæ rei in-
ſtantia, ſi ſine cauſa diſtulit rei ſolutionem, vel præſtationem:
8 vt ff. eodem l. mora. & l. ſciendum. † Et huius moræ * effe-
c ctus eſt in contractibus bonæ fidei, & legatis, & fideicommiſ-
ſis, vt pariat vſuram. Sed ſecus in contractibus ſtricti iuris: vt
ff. eodem. l. mora. §. j. & de legatis. ij. l. ſi quis ſeruum. & l. qui
ſolidum. primo reſponſo. & ſuprà de condictio. indebiti. l. j.
& hunc, & alios effectus moræ communis, notauimus plenius
9 in diſtinctione. Speciali † autem iure fit mora in perſona mi-
norum, hoc ipſo, quòd quis ei non ſoluit quod debet purè: vt
ſuprà, in quibus cauſis in integr. reſtitut. non eſt ne. l. in mino-
rum. Nam ſi debeat in diem, vel ſub conditione, non poteſt
ei imputari ſi non ſoluat interim, cùm nec teneatur ſoluere:
ſed & ſi debeat purè, ſi tamen pupillo, quia tutorem non ha-
bebat, non potuit ei ſoluere, non videtur eſſe in mora. Quid
enim poteſt imputari debitori, cùm etſi vellet ſoluere, non
poſſet? Nec obſtat, quod alias dicitur minori in lucro ſubue-
niendum. vſuræ enim non propter lucrum, ſed propter mo-
ram non ſoluentium infliguntur: vt ff. eodem. l. cum quidam.
§. ſi pupillo. Et purganit hæc mora quodam mirabili modo,
ſcilicet minore facto maiore: vt ff. de leg. ij. l. Titia Seio. §. vſu-
ras. & huius ſpecialis moræ effectus plenius notaui in diſtin-
ctione moræ ſupra, in quibus cauſis in integ. reſti. non eſt ne.
in fin. Item & fiſco fit mora ex re ipſa: ſi quod ei debetur ex
ſuo contractu non ſoluitur ei: vt ff. eodem. l. cum quidam. §.
10 fiſcus. Mora † autem communis, quam diximus parere vſu-
ras, non purgatur: niſi per oblationem, & depoſitionem, &
conſignationem: vt infra eodem l. acceptam. & oportet de-
poſitionem durare. Si enim is, qui depoſuit, depoſitam pecu-
niam poſtmodum recipiat, non videtur depoſuiſſe: vt ff. eod. l.
debitor. & infra eodem. l. acceptam. in fin. porrò vbi vſura
nondum concurrit: vt quia vſura promiſſa erat maior, ſi non
præſtaretur minor, ſi offeratur minor, ipſo iure non debetur
maior: vt infra eodem. l. ſi per te non ſtat. Item & ſi minorem
vſuram non offerat debitor, ſed creditor in exactione mino-
rum perſeuerauerit, cum poſſet petere maiores: quia ceſſa-
tum fuerat in minoribus, repellitur ſi poſtea petat maiores:
11 vt infra eodem. l. aduerſus. & l. quamuis. † Sed & ex quaſi
mora veniunt vſuræ: vt ecce, emptor, re ſibi tradita, non ſo-
luit pretium: vt infra eodem. l. j. & infra, de act. empt. l. curabit.
Item & creditor, qui pecuniam redactam ex venditione pi-
gnoris conuerterit in vtilitatem ſuam, tenetur ad vſuram: vt
ff. de pigno. l. quamuis & §. vltimo. & l. ſi autem. Idémque eſt
in procuratore, vel geſtore, qui pecuniam domini conuertit
in vtilitatem ſuam: vt ff. manda. l. idémque. §. procurator. &
de nego. geſto. l. qui ſine. Porrò ſi geſtor, id eſt, procurator
ex eo conueniatur, quòd pecuniam domini fœnerauit, non
conuenitur ad vſuram tanquam ad vſuram ex quaſi mora:
licet id quidam dixerint, ſed quaſi ad ſortem. Item & vbi
adhibuit moram, conuenitur ad vſuram, ſed non quaſi ad
vſuram: imò ideo, quia intereſt domini moram eum non
adhibuiſſe. Idémque eſt in ſocio, qui in eo quòd lucratus erat
ex ſocietate, in reddendo moram adhibuit: vt ff. pro ſocio. l.
12 ſocius qui. & de admini. l. tuto. §. ſi quas vſuras. † Petun-
tur autem vſuræ certi condictione: ſi conſtat eas deductas eſſe
in ſtipulationem, vel pactionem, prout ſupra, diſtinximus.
13 Porrò † ex duobus præſumuntur in ſtipulationem deductæ.
Nam ſi in inſtrumento contineatur quòd promiſſæ ſint, præ-
ſumitur interrogationem præceſſiſſe vocem ſpondentis: vt j.
de contrahend. ſtipulatio. l. prima. Item præſumuntur pro-
miſſæ ex diuturnitate temporis. Si enim dico me ſtipulatum
eas, & tu longo tempore eas ſoluiſti, ſed modo negas in ſtipu-
lationem deductas, præſumuntur in ſtipulationem deductæ:
quia longo tempore ſunt præſtitæ, vt ff. eodem. l. cum de in
rem ver. Si verò nullam ſtipulationem, vel ſimilem caſum
prætendo præceſſiſſe: ſed ideo ſolummodo exigo eas, quia
longo tempore ſunt præſtitę, nulla eſt petitio earum, vel obli-
gatio: vt infrà eodem. l. creditor. & de oper. liber. l. operis.
Tempus enim non eſt modus inducendæ obligationis, imo
nec tollendæ: vt ff. de actio. & obligatio. l. obligationum ferè.
§. placet. multo ergo minus inducit obligationem, cum pro-
penſiores debeamus eſſe ad liberandum, quàm ad obligan-
dum: vt ff. de actio. & obligat. l. Arrianus. Et vbi vſuræ petun-
tur iure actionis, poteſt ſubiici regula generalis: vt ſiue duret
actio principalis, ſiue non, nihilominus agatur pro vſuris. Si
14 † verò iudicis officio petuntur i pura, ex mora, poteſt pro eis
implorari officium iudicis, quandiu durat actio principalis.
Nam qui de cauſa cognoſcit, ſuum officium incidenter ad v-
ſuras extendit. Enimuero ſi actio principalis, vel etiam actio
hypothecaria nomine debiti pro pignore competens, ſolutio-
ne, vel præſcriptione ſit ſublata, à modo pro vſuris agi non
poteſt: vt infrà eodem. l. in bonæ fidei. §. ſed ſi finitum. & l. eos,
qui. primo reſponſo. & infrà depoſiti. l. quarta. & ff. de eo
d quod certo loco. l. centum. Porrò de nullis vſuris * futuris
cauetur per iudicis officium: vel quia non pertinet ad iudicis
officium futuri temporis tractus: vel quia in poteſtate eſt a-
ctoris exigere ſortem: maximè ex ſententia debita: vt ff. de
15 vſuris. l. prima. §. nec tamen. † Petuntur autem vſuræ minores,
vel maiores ſecundum diuerſitates perſonarum. Illuſtres enim
vel ſuperilluſtres trientes ſtipulari poſſunt vſuras, & nihil vl-
tra. Negotiatores verò vſque ad beſſem. Alij autem omnes
ſtipulantur ſemiſſes. In traiectitia pecunia licet ſtipulari vſu-
• ram centeſimam •, quæ coæquiparatur ſorti in anno: vt enim
centeſimus numerus completus & perfectiſsimus eſt, & nihil
vltra ipſum numeratur, niſi redeas ad principium, ita & vſura
cẽteſima eſt, quæ plenior vel maior eſt omni alia vſura. & eius
reſpectu dicitur præſtari vſura vſq; ad tertiam centeſimæ: &
eadem dicitur triens reſpectu ſortis: vt computatione ad an-
num facta triens non tranſcendat tertiam partem ſortis: puta
ſors eſt triginta, eorum vſura triens, erunt decem ſingulis an-
nis: ſemis erunt quindecim: bes erunt viginti: quincunx eſt mi-
nor pars, quàm ſemiſsis: vt l. cum quidam. vt diuidas quin-
decim per ſex partes. quarum vna adempta remanent xij. &
dimidia, quæ erit quincũx vſura. Præſtatur autem vſura cen-
e teſima * raro: vt pro traiectitia pecunia, & pro expenſis factis
in rem communem reficiendam, & pro re iudicata, & pro eo
quòd tutor pecuniam pupilli clanculo conuertit in vtilitatem
ſuam: vt ff. de nau. fœno l. nihil intereſt. §. quod in. & in l. peri.
& de negotiis geſtis. l. qui ſine. & infrà de vſur. rei iudic. l. vl-
tima. & de ædifici. priua. l. ſi, vt proponis. Et hæ omnes vſuræ
poſſunt dici legitimæ. & poteſt quis eas ſtipulari: ſed nihil
vltra, etiam occaſione conſuetudinis in regione obtinentis.
Nam & ſi prioribus legibus maiores debent vſuræ, coarctan-
tur tamen lege prædicta, quæ etiam ad præterita trahitur ne-
16 gotia: vt infrà eodem. l. penultima. Inuenio † tamen quod
ſi quis prædium pignori obligauit, & conuenit vt in vicem
vſurarum creditor fructus conſequeretur, obtentu maioris
emolumenti percepti pactum reſcindere non poterit: recepit
enim creditor in ſe incertum fructuum euentum: vt infrà eo-
dem. ſi ea. Quod tamen poteſt intelligi, cùm probabiliter po-
terat dubitari vtrum fructus eſſet maior vſura, an non. Si
17 † autem in ſtipulatione non fuerit adiecta quantitas vſura-
rum, leuiores, quæ in regione frequentantur, præſtabuntur: vt
ff. de adminiſtratione tutorum. l. tutor qui. §. ex cæteris. Aliæ
autem omnes dicuntur non legitimæ: vt nec naturalis obliga-
tio naſcatur pro eis, ſi promittantur. Idem dico & ſi vſuræ v-
ſurarum promittantur: vt infrà eodem. l. eos. §. ſi quis autem.
18 & l. vltima. † illud notandum eſt quòd in quibuſdam ca-
ſibus lex ipſa certum modum vſurarum ponit ſemiſſes: vt ſci-
licet, quando ab hærede indigno aufertur hæreditas: vt infrà

de his quibus vt indig.l.prima. Item ſtatuitur vſura triens in creditore, cui obligatur res eccleſiaſtica: vt in auth. de alienat. & emphy. §. hoc etiã ſuper. Item & in agricolis ſtatuitur vſura certa, vt pro modio accipiat quis octauam partem modij in anno quolibet: pro pecunia verò quã dedit, accipiat ſiliquam
e *vnam annuam pro ſingulo ſolido, vt in auth. nullum creden. agricol. Olim verò propter incertitudinem pretij, quancunque licebat ſtipulari vſuram: vt j. eo. l. oleo. Et hoc de iure humano. Nam propter mundi neceſſitates, & anguſtias Imperator ex toto non potuit ceſſare obligationem vſurarum: ſed tamen minuit. Lege autem Dei, quæ veteri, & nouo teſtamẽto continetur, omnes vſurarum obligationes prohibitæ ſunt, &
f execratæ f: nihil ergo valet quod ſequitur ex eo, vel ob id: vt ſuprà de legi. & ſenatuſcon. l. non dubium. cum & Imperator dicat ſacros canones pro legibus obſeruandos: vt in authen. vt clerici apud prop. epiſc. §. vlt. & quomodo opor. epiſcopos & cæter. cleric. ad ordinationem perduci. §. ſed etiamſi eum. Certum eſt ſi quidem quòd lex minoris, non derogat legi ſuperioris. Nam nedum ſuperiori, ſed etiam pari quis imperare non valet: vt ff. de arbitr. l. nam magiſtratus. & ad Trebel. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. Quomodo ergo ſeruus abolebit legem domini ſui? certè hoc durum eſſet, & contra naturam. vnde & Paulo Apoſtolo dictum eſt, durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Act. ix. cap.

ANNOTATIONES.

a Dicitur. Vide latiſsime per Rodulphum in tractatu de vſuris, in prima charta. & Barba. etiam diffuſè in rubrica de vſuris. & vide etiam Sozi. in col. iij. verſic. circa tertiam.

b Stipulatione. Adde Barto. in l. qui negotia. in verſicu. tertio hæres ff. mand. Bal. in l. j. quæſt. x. ff. pro ſoc. & in ſua marg. verſi. vſura. verſi. ij. d. Alexand. in l. Iulianus. §. offerri, circa fin. ff. de act. empt. Doct. in l. quamuis. C. de vſuris. & in l. prima. C de ſum. trini. Canoniſtæ in cap. conqueſtus. & in cap. ſalubriter. de vſuris. Paul. de Caſt. in conſi. xx. incip. præſens dubitatio. do. Alexand. de Imol. in conſi. lii. incipi. Callimachus. in quarto volu. Soz. in conſil. cclxxiii. char. xlv. in ſecundo volum. incip. profectò ni fallor. circa principium.

c Moræ. Et an vſuræ in bonæ fidei iudiciis veniant ex mora, vide Sozi. in conſi. cxxxiii. verſic. ſed ad hoc reſpondetur. & in conſil. clxxiiii. eodem verſic.

d Vſuris futuris. Adde Bart. Ange. & docto. in l. vbi autem. §. qui ſortem. in prima quæſt. ff. de verb. oblig. & in l. prima. C. de ſen. quæ ſine cert. quand. & vide Bald. in marg. verſi. vſura. Canoniſtas in ca. conqueſtus. de vſur. vbi eſt principalior locus huius materiæ.

e Centeſimam. Vide latè ſubtiliter & pulchrè per do. Barth. Sozi. in repetitione parua. l. penultima. §. item ſi reipublicæ. ff. ad leg. Falcid.

* Vide Alcia. libro tertio Diſpunct. capitulo primo.

* Siliquam. Vide not. ſuprà de epiſc. & cle. in verb. eod. ſiliquam.

f Execratæ. Adde Specu. in procœmio. Bal. in rub. C. de vſur. & in l. ij. §. mutui. ff. ſi certum petatur. Anto. de pa. in conſil. xvj. inter conſilia do. Alexand. in quarto volum. & eundem do. Alex. in conſil. primo. in ſecundo volum. Canoniſtas in cap. conqueſtus. alleg. ſuprà vbi eſt fons huius materiæ. do Barth. Soci. in conſi. ſecundo. incip. ſequendo ordinem. verſi. circa tertiam quæſt. cap. iij.

g Eſt autem vſura. Vſura eſt ex mutuo lucrum pacto debitum vel exactum. Non enim vſura committitur, vbi gratis oblatum, gratis recipitur arg. xvij. quæſt. iij. can. vſura. & xviij. diſt. can. de eulogiis. Nulla enim oblatio ſuſcipienti culpæ maculam ingerit, quæ non ex ambitu pecuniæ proceſsit. (Quod autem ait vſuram ex pacto deberi, intelligendum ex pacto ſtipulatione vallato. nam ex pacto nudo peti eam nõ poſſe certiſsimi iuris eſt. l. quamuis. l. j. C. de vſuris. Quamuis (inquit text.) vſuræ fœnebris pecuniæ citra ſtipulationis vinculum peti non poſſint, &c.) Item vſura eſt quicquid accidit ſorti, ex intentione corrupta creditoris, qui non mutuaſſet principaliter, niſi propter ſpem lucri. xiiij. q. iii. can. plerique. Quo caſu tenetur creditor totum reſtituere, quæcunque intentione ei dederit debitor ſiue propter mutuum, ſiue propter aliud, vt extra eod. capit. conſuluit. vbi de hoc in gloſſ. in contra, & cap. conqueſtus. Quod intelligas verum eſſe, cum cauſa mutuandi principaliter ponitur in ſpe, ſiue expectatione lucri, ſiue emolumenti. Alioquin ſi non principaliter, ſed ob charitatem mutuat; ſecundariè tamen aliquid inde ſperat, non videtur eſſe vſura, arg. lxxvii. diſtinct. can. in ſingulis. & lxi. diſt. can. quid proderit. Vſurarum autem alia eſt directa, alia indirecta. Directa eſt duplex. ſcilicet, cum pacto, & ſine pacto. Item cum pacto duplex, ſcilicet, vſura ſortis, & vſurarum vſura. Vſura ſortis eſt, quãdo datur mutuum, vt aliquid recipiatur præter ſortem, vt ſi quotidie. Sed vſura vſurarum eſt, quando vſura ponitur in capitali: ita quòd ex vſura ſit vſura: & hæc vocatur improbum fœnus, & qui eam exercet infamis eſt ſecundum leges. l. improbum fœnus. C. ex quib. cauſ. infa. irrog. Item vſura ſine pacto fit duobus modis. Vno modo cum dicis, Non facio pactum tecum, ſed dabis mihi ad libitum tuum: qui tamen niſi principaliter inde ſperaret, non mutuaſſet pecuniam. Secundo modo fit, quando ſimpliciter mutuat nihil dicendo, habet tamen principalem intentionem aliquid accipere vltra ſortem. Vſura autem conuentionis committitur tribus modis. Primo, quando capitale, & vſura ponuntur in certitudine, vt cum dicitur, Mutuo tibi x. pro xv. in quo tamen aduertendum eſt obligationem non poſſe contrahi, niſi quatenus datum eſt l. ſi tibi decem. ff. de pact. & l. rogati. §. ſi tibi. & ff ſi cert. petat. Sed hodie vſurariorum commentis fraus his legibus fit, nam & capitale: & vſura numerantes, nihilo ſecius legis ſententia tenentur, non enim vult lex debitorem obligari, niſi catenus quatenus datum eſt nomine ſortis. Secundo vſura conuentionis committitur, quando capitale ponitur in certitudine, & vſura in fortuna, vt quum dicitur mutuo tibi x. ita, vt ſi quid inde lucratus fueris, aliquid mihi dabis. Tertio quando lucrum ponitur in certitudine, & capitale in fortuna, ſicut faciũt qui mutuant ad fortunam maris, vt c. nauiganti. extra de vſuris. Vſura autem indirecta fit in fraudem præcepti, mutando contractum mutui in contractum venditionis. Item vſurarum alia eſt centeſima vt l. eos. C. eo. alia ſeſcupla, vel ſemis &c. de quibus per glo. in dicta l. eos. Sunt tamen certi caſus, quibus vſura permittitur. Primus, in cap. primo. & ca. conqueſtus. extra eo. Secundus in cap. conſtitutus. de fideiuſſ. Tertius cap. ſalubriter. extra de vſur. Quartus. l. ſocium. ff. pro ſoc. Quintus arg. l. nec creditores de pigno. act. C. Sextus in capit. nauiganti. extrà de vſuris. Septimus. xiij. queſt ſecunda. capit. in legibus. Octauus extra de feudis, capit. primo. Martinus.

LEX XIX.

1 *Oblationis cauſa.*
2 *Oblationis vis. & 7. 8.*
3 *Transferre qui nequeant.*
4 *L. acceptam ſenſim.*
5 *Oblatio quæ tollat an non. & 6. 9. 10.*
11 *Conſignationi quid præcat.*

Acceptam. Quoniam oblatio, & conſignatio & multa, & varia ſua præſtant adminicula: ideo quem in ſuis ſingulis exhibeant effe-
1 ctum, notare vtile fortè putaui. † Sciendum eſt ergo fieri oblationem quãdoq; ad ſortis liberationem, quandoque ad vſuræ tantum, quandoque ad rei periculum euitandum, quandoque vt pignus actione pignoratitia repetatur. Et ſiquidem fiat ad ſortis liberationem, oportet quòd præcedat oblatio congruo loco, & tempore facta: vt ff. de ſolut. l. ſi ſoluturus. & infrà de ſolut. l. obſignatione. §. ſed ita demum. Item totius debiti, niſi in tribus caſibus, id eſt, pro libertate. Item, cùm debitum non eſt liquidum. Item, cum ſic conuenit, vt etiam pro parte tantum liceret ei ſoluere: vt ff. de ſtatu liber. l. cum hæres. §. vltimo. & ſi certum petatur. l. quidam, & de vſuris. l. tuto. §. lucius. Item ſequitur depoſitio, & conſignatio in publico loco: vt infrà de ſolution. l. obſignatio. quo fa-
2 cto † poteſt dici ſortis obligationem ipſo iure perimi a, & ex-
2 tingui: vt in prædicta lege continetur, & benè. Nec mirum ſi non fiat creditoris pecunia, & tamen ipſo iure contingit liberatio: quia & hoc idem in caſibus quibuſdam fit, videlicet vt cùm mulier rem quam in dotem promiſit, ſoluit. remanet enim apud eam de iure naturali dominium, licet maritus de iure ciuili dominus eſſe videatur: vt infrà de iure dotium. l. in rebus. & eſt hoc bonum exemplum ſecundum alios: non ſecundum nos qui diximus ſolum maritum, & non mulierem rei dotalis omni iure eſſe dominum, id eſt, & ciuili, & naturali. Idem & in alio caſu ſecundum omnes ratione impoſſibilitatis contingit: puta, cum nomen eſt legatum alicui, & hæ-
3 res cedit actionem legatario. Nam & † ſi miles velit actionem, & obligationem transferre in legatarium, non tamen poteſt: quia adeo huiuſmodi incorporalia, hominis inhærent oſſibus, vt ſic nunquam ſeparari poſſint: & tamen quòd quis poteſt faciendo liberatur: vt ff. de pecul. l. quis ergo. & pro ſocio. l. tertia. Idem poteſt & in alio caſu dici, ſcilicet cùm creditor debitori mandauit vt Titio ſolueret, & poſtea ignorante debitore reuocato mandato debitor Titio bona fide accipienti dedit, vt ad creditorem perferret: accepit hic quidem, non tamen eſt pecunia facta creditoris: vtpote, cùm per eum qui procurator eſſe deſierat, & ita falſus erat, dominium creditori non fuerit quæſitum: vt inſtit. per quas perſon. nob. acquir. §. ex his. & tamen dicitur liberationem contigiſſe, vt dicimus nos, & alij, ipſo iure: vt ff. de ſolut. l. vero procuratori. §. ſed & ſi quis mandauerit. & l. cum quis. §. ſi debitorem. Hic

tamen

tamen Bul. aliter ſentiebat. dicebat enim dominium creditori
per talem falſum procuratorem quæſitum: propter præcedens
mandatum. Quòd autem creditori non ſit quæſitum domi-
4 nium probatur: † quia (vt in fine huius l. acceptam. dicitur)
vtilem habent contra pecuniam in rem ſcilicet actionem, vel
vtilem depoſiti actionem contra eos apud quos ſunt depoſi-
tæ. Sed ſi hoc eſt, quòd ipſo iure contingat liberatio: quomo-
do ergo ipſe idem qui depoſuit ſolenniter, ſi poſtea eandem
recipiat pecuniam ex priori cauſa conueniri poteſt, vt dicitur
in hac l. in fine? Reſponderi poteſt quòd non conuenitur ex
priori cauſa, ſed vtili rei vendicatione, vel ad exhibendum
actione, vel alia conſimili: ſicut quilibet alius conueniretur.
nam prima eſt in perpetuũ ſublata: & ideo non poteſt reſuſci-
tari: vt ff. de ſolutionibus. l. qui res. §. aream. & depoſi. l. prima.
§. ſi pecunia. in fine. Vel dico, imo etiam prima actione con-
uenitur, non obſtante facta conſignatione. non enim videtur
facta, cùm non durauerit, & fingitur non facta: vt ff. de in rem
verſ. l. ſi pro patre. §. verſum. Vel (quod verius eſt) dicamus
quòd & prima poteſt conueniri: quia non ipſo iure per obla-
5 tionem, & depoſitionem † ſolenniter factam (vt dictum eſt)
contingit liberatio, ſed per exceptionem, quæ exceptio fit
inefficax cùm debitor depoſitam recipit pecuniam: ſic ergo (vt
dictum eſt) ſurtis contingit liberatio. Idem dico, & in vſura,
quæ iam cœpit currere: & idem in omni omnino debito. Ita
tamen ſi tale ſit quòd conſignari, & deponi poſſit. immobilia
enim deponi, & conſignari non poſſunt. Item nec omnia mo-
b bilia: puta, equus[b], vel bos, vel aſinus, vel homo, cæterùm
aurum, & argentum, item pecunia, & libri, & ſimilia rectè
conſignantur: & ideo in eis prædicta omnia, id eſt oblatio-
nem, & depoſitionem, & conſignationem (vt diximus) exigi-
6 mus. Quid ergo ſi fiat ſola oblatio? Reſpondeo † non parit
liberationem ſortis, vel debiti, licet curſum futurarum vſura-
rum incipiendũ impediat, non eorum quæ iam cucurrerunt:
vt infrà eodem. l. non ſtat per te. & ff. de adminiſtratione tu-
torum. l. tutor pro pupillo. §. tutor. In hoc caſu loquitur
ſupra eodem. l. ex prædiis. Sed & pœnæ ſub conditione pro-
miſſæ, ſtipulationem ipſo iure faciunt non committi: vt ff.
de arbitr. l. Celſus ait, ſi arbiter intra. & l. ſed & ſi poſtea.
7 † Item & debiti, & principalis obligationis præſtat libera-
tionem ipſo iure: ſi tamen debitum oblatum, & ſine cauſa ſit
recuſatum, & ſine culpa debitoris debitum perierit: & hoc ſi
debitum in ſpecie ſit. Nam ſi in genere, contingit non ipſo
iure, ſed per exceptionem, liberatio, vt notauit Ioan. ff. de ſo-
lutionib. l. qui decem. Item ſola oblatio hypothecariam tol-
lit, ſaltem per exceptionem: vt hic. & ff. quibus modis pignor.
vel hypotheca. ſolut. l. Paulus. §. vltimo. Si quæras, an indu-
cat pignoratitiam? Diſtingue an obtulerit in iudicio, & tunc
aget pignoratitia actione: an extra, & tunc non aget pi-
gnoratitia, licet creditorem pignus petentem poſſit repellere:
vt ff. de pignoratitia actio. l. ſi rem alienam. §. vltimo. & qui-
bus modis pignus vel hypotheca. ſolut. l. rem liberatur. §. qui
8 paratus. † Item ſola oblatio[c] operatur vt mora purgetur,
c & ob hoc deſinat rei periculum ad aliquem pertinere: vt ff. de
verborum obligat. l. ſi ſeruum ſtichum ſtipulatus. § ſequitur.
9 Sed inſtant, & quærunt, quare ſola oblatio †[d] non tollat cur-
d ſum præteritarum vſurarum, ſcilicet ne currant in futurum,
ſicut & interitum rei pro futuro tempore transfert in alium?
Reſpondeo, quod de vſuris propoſuiſti, quidam diſtinguen-
do recipiunt, ſcilicet vtrum debeatur iure actionis, vt tunc
obtineat quod diximus in officio iudicis, vt tunc etiam ſola
oblatio earum vſurarum quę iam cucurrerunt, curſum impe-
diat. argumen. infrà eodem. l. ſecunda. & l. ex prædiis. & aſſe-
runt id Ioan. dixiſſe, quod nõ puto. & ſine diſtinctione præ-
10 dicta dico præteritarum vſurarum † curſum non poſſe ſola
oblatione impediri: vt diximus. & aliud eſt in rei periculo,
de quo quæris. Nam in vſura debita, poteſt imputari de-
bitori, quare non conſignat, & deponit ſolenniter. Vnde
quia eſt, quod ei imputetur, meritò ab vſura non liberari
dicitur. cæterum in ſpeciebus debitis non poteſt imputari
debitori conſignatio: vt pote cùm talia non conſueuerint
conſignari: vt pote, animalia de quorum periculo agimus.
etiam ſi ponas eſſe talem ſpeciem debitam, quæ conſueuerit
cõſignari. aliud eſt tanquam in vſura oblata: quia in vſura ſo-
la ſit oblatio: hæc eſt etiam oblatio, & ſequitur poſtea rei pe-
riculum, ſiue amiſſio, propter quod debitor ad ſpeciem (cùm
nec habeat, nec culpa habere deſierit) conueniri nec poteſt,
Cæterùm ſi debitor obtulit vſuram, nihil tamen amiſit: vnde
11 aliud eſt. Conſignatio † verò ſola non præcedente oblatione,
nihil operatur: vt ſ. eod. l. ij. niſi cum non eſt cui offerri poſſit:
vt ſ. eod. l. ſi creditori. §. vlti.

ANNOTATIONES.

a Perimi. Adde Pau. de caſt. & do. Alexan. de imol. in terminis in l. ſi cum dotem. §. primo. ff. ſol. mat. doct. in l. prima. C. de vſur. multa per d. Barth. ſoci. in conſil. clxxvi. incip. præſens conſultatio. verſic. primo, cum ſequen. in pri. volu.

b Equus. Adde in equo quod Barto. in hac l. in verſic. quæro ſecundo. tenet quòd non requiritur depoſitio, ſed contrarium tenet Alexan. in l. ſi mora. ff. ſolu. mat. vide Panor. in conſi. lvi. vol. pri.

c Oblatio. Vide per do. Alexan. & mo. in l. ſi mora. ff. ſolu. mat.

d Oblatio. Adde à contrario ſenſu tex. & Doct. in l. conſtat. C. de vſuris. Bal. in l. ſi. C. eo. multa per doct. in l. acceptam. eo. titu.

De nautico fœnore. *Rubrica.*

1 *Nautica pecunia qua dicatur, & quæ quaſi nautica.*
2 *Nautica pecunia quæ ſpecialia habeat.*

DE VSVRIS in genere dictum eſt, nunc ponit
de ſpecie, tractando de nautico fœnore quod
propter nauticam, vel quaſi pecuniam exigi-
1 tur. † Eſt autem nautica pecunia, quæ pericu-
lo creditoris in nauigio ſuſpecto datur traiicienda. Quaſi
nautica eſt: vt cum periculum mutuatæ pecuniæ in me reci-
pio, ſi aliqua conditio non exiſtat: puta, ſi piſcator non capiat
piſces, athleta ſuperetur in pugna, & exiſtente conditione id-
ipſum quod credidi recipiam, cum centeſima vſura: vt ff. eo. l.
2 periculi. In † his autem ſpecialia ſunt multa. Nam vſuram
centeſimam licet ſtipulari, id eſt, tantum, quantum eſt ſors re-
uoluto anni ſpatio: & incipit currere hæc vſura: ex quo na-
uem nauigare conueniat, & quandiu pertinet periculum ad
creditorem: vt ff. eod. l. in nautica. & l. j. & ij. & l. nihil intereſt.
Item & hæc vſura debetur ex nudo pacto: vt ff. eod. l. periculi.
§. vltimo. Item & in hac pecunia ſpectat periculum ad credi-
torem: niſi aliquid poſſit imputari debitori, vel quia non ſer-
uauit locum nauigij, vel quia illicita tranſportabat in naui:
vt j. eod. cùm proponas. Alias autem incendium, vel caſus
fortuitus non liberat eum, cui mutuatum eſt: vt ſupra, ſi cer-
tum peta. l. incendium. & inſtitu. qui. mo. re contrahi. ob.
§. primo.

Depoſiti. *Rubrica.*

1 *Depoſitum quid ſit, & quomodo contrahatur.*
2 *Depoſiti quando agi poſſit tametſi tranſlatum ſit dominium in depoſitarium.*
3 *Deponens quo caſu cenſeatur tacitè conſentire, vt depoſitarius vtatur re depoſita.*
4 *Depoſitum vnde dicatur.*
5 *Depoſitum in quibus rebus conſiſtat.*
6 *Depoſitum propriè dici in ſequeſtro atque inibi quomodo fiat.*
7 *Poſſeſſio rei depoſita apud ſequeſtrum an remaneat apud ipſos deponentes.*
8 *Sequeſter an, & quando poſſit renuntiare officio recepti depoſiti.*
9 *Depoſiti actio cui detur.*
10 *Furi & prædoni dari actionem depoſiti, non etiam furti.*
11 *Prædoni expulſo de prædio dari interdictum vnde vi. & quæ ſit huius ratio.*
12 *Fur vel prædo volens agere depoſiti contra depoſitarium, an repellatur à domino agente rei vendicatione contra eundem depoſitarium.*
13 *Dominus vendicans rem ſuam an præferatur bonæ fidei poſſeſſori agenti depoſiti contra depoſitarium.*

14 *Depoſitum an valeat, ſi quis rem, quam filioſu. vel ſeruo ſubtraxit, deponat apud patrem dominumve eius ignorantem detractam.*

15 *Depoſitarius an poſsit deponenti obiicere compenſationem.*

16 *Denunciatio facta deponenti ab extraneo, ne rem mihi depoſitam mihi reſtituas, an mihi noceat: & quo iure puniatur denunciator.*

17 *Depoſiti quatenus agát ſinguli ex pluribus, qui depoſuerunt, vel ſinguli hæredes vnius deponentis. & num. 19.*

18 *Depoſitarij vnius plures hæredes quatenus teneantur.*

20 *Depoſiti actio vtilis quando detur.*

21 *Depoſiti actio contra quem detur.*
Pupillus an, & quatenus depoſiti teneri poſsit, & quatenus filiusfa. & quid in patre & domino nomine filij, aut ſerui.

22 *Depoſiti actio quatenus detur aduerſus hæredem depoſitarij, & quatenus aduerſus eam, qui putans ſe hæredem vendidit rem depoſitam.*

23 *Depoſiti actio quando detur.*

24 *Actio cuiuſmodi mihi competat ſi rem ad alium perferendam vt eam cuſtodiat, tradidi alicui tanquam eius procuratori.*

25 *Dolum venire in actione depoſiti: & an etiam culpa, & qualis & nu. 28. & 31.*

26 *Lata culpa an poſsit dici eſſe dolus.*

27 *Latam culpam in depoſitario reputari pro dolo.*
Depoſitarius qualem diligentiam adhibere debeat circa rem apud ſe depoſitam.

29 *Depoſitarius, qui recipit mercedem pro cuſtodia rei depoſitæ, an & qua actione teneatur de leui culpa.*

30 *Depoſitarius an, & quando teneatur de caſu fortuito.*

32 *Depoſitarius vtens re depoſita, an & quando teneatur furti.*

33 *Depoſiti actio ad quid detur ſeu quæ veniant in eam. & n. 35.*

34 *Depoſitarij hæres qui rem apud defunctum depoſitam vendidit, ignorans eſſe depoſitam, quatenus teneatur.*

36 *Depoſiti actio quibus caſibus detur in duplum.*

37 *Depoſiti agens an, & quomodo debeat deſignare rem depoſitã.*

38 *Depoſiti actio qualis ſit.*

39 *Depoſiti actio quatenus detur pluribus hæredibus deponentis, & quatenus aduerſus plures hæredes depoſitarij.*

40 *Depoſiti actio quatenus ſit priuilegiata.*

41 *Depoſiti actio quando naſcatur.*

42 *Depoſiti actio contraria cui detur, & contra quem, & quæ veniant in eam.*

EXPOSITIS contractibus celebratis exeipientis gratia, vel vtriuſque: de depoſito audiamus, quod regulariter tantum gratia deponentis celebratur. Videamus itaque quid ſit depoſitum, & vnde dicatur, & quibus in rebus conſiſtat, cui detur actio depoſiti, & contra quem, & quando, & inquantum, & qualis
1 ſit actio. † Eſt autem depoſitum, quod cuſtodiendum alicui datum eſt, id eſt, traditum. Contrahitur enim re obligatio in depoſito: vt inſtitu. quibus modis re contrahi. ob. §. penultimo. Rei enim depoſitæ ſicut & commodatę proprieta-
2 tem retinemus. Quandoque † tamen in depoſito transfertur dominium in depoſitarium, quod eſt cõtra notiſsimos terminos depoſiti: & tamen depoſiti agitur, vt cùm depono apud te quod eſt in pondere, numero, vel menſura, & conuenio vt vel idem reddatur mihi, vel tantundem in eodem genere, quod obtineo ſiue conuentiam id expreſsim, ſiue tacitè videar con-
3 uenire: vt cùm † prædicta depono non obſignata, vel clauſa. Nam ſi ſignata, vel clauſa deponerem, videor tacitè prohibere, ne vtatur eis: niſi agatur in contrarium: vt ff. eodem. l. licet. §. rei. & l. Lucius. & l. dic. §. qui pecuniam. & l. Quintus.
4 † Eſt autem dictum depoſitum, ex eo quòd ponitur & præcedit præpoſitio de, quaſi diceret deorſum poſitum à ponente apud alium: vt oſtendatur totum fidei eius commiſſum, apud quem deponitur, quod ad cuſtodiam rei pertinet, & in totum videatur ſeparata cuſtodia à deponente: & ideo dicitur præpoſitio de, augere poſitum: vt ff. eodem. l. prima: primo reſponſo. Et ex his verbis quæ continentur in definitione prædicta voluerunt quidam dicere quòd vbicunque locum habet actio depoſiti, ibi habet locum & mandati, eo quòd ſemper cuſtodia mandatur. & argument. pro ſe. ff. eodem. l. prima. § quod ſi rem tibi. Alij etiam diſtinguunt, vtrum in ipſa rei datione cuſtodia committatur: vt tunc non agatur mandati, ſed depoſiti tantum, an non, vt tunc poſsit agi & mandati propter omiſſam cuſtodiam, & depoſiti propter factam depoſitionem: ſed nos hoc non putamus, imò ſemper depoſiti tantum agi poſſe dicimus: & quod pro ſe inducunt, non obſtat: quia ibi præceſſerat con-
5 tractus mandati, cuius forma, & initium ſeruãdum eſt. † Conſiſtit autem depoſitum in rebus mobilibus, & ſe mouentibus tantum: niſi fortè vbi apud ſequeſtrum deponitur. Et eſt pro-
6 priè in † ſequeſtro depoſitum, cùm res aliqua inter plures in controuerſiam deducitur: & ipſi inſolidum certa conditione cuſtodiendum tradunt, vt reddatur ei qui vicerit. ergo iſtud depoſitum fit à pluribus tantum, & inſolidum ab vnoquoque: cùm verò rem communem plures deponunt, pro parte vnuſ-
7 quiſque deponit. † Item in depoſito [a] quod fit apud ſeque-
a ſtrum, poſſeſsio non remanet apud deponentes: niſi aliter ſit actum, ſcilicet, vt cauſa cuſtodiæ tantum detineat ſequeſter: vt ff. eodem. l. propriè. & l. licet. & de verb. ſignifi. l. ſequeſter. &
8 de acquiren. poſſeſ. l. intereſſe. Eſt † & aliud ſpeciale in hoc depoſito: quia ſequeſter non poteſt renunciare officio recepti depoſiti, niſi iuſtiſsima cauſa interueniente: & ea interueniente raro eſt ei reſtituenda res qui vicerit: ſed oportet arbitrio iudicis apud ædem aliquam deponi. vt ff. eodem. l. ei. §. vltimo.
b & in hoc caſu competit actio depoſiti ſequeſtraria [b], quod non eſt proprium nomen actionis, ſed adiectiuum: vt ff. eodem. l. ſi in Aſia. § cum ſequeſtro. & ea conuenitur ſequeſter, vt rem exhibeat, vbi conuenit. Si de pluribus locis conuenit alternatiuè, in eius eſt arbitrio quo loco exhibeat. Si copulatiuè, in omnibus debet exhibere. Si autem nihil conuenit, denunciandum eſt ei, vt apud prætorem exhibeat: vt ff. eodem. l.
9 ei apud quem § an ſequeſtrum † Datur iſta actio depoſiti ei qui depoſuit, vel cuius ſeruus depoſuit. & ſi ſeruus erat plurium, vnicuique dominorum in partes competit actio: vt ff. eodem. l. prima. §. ſi ſeruus meus. & §. ſi ſeruus depoſuit. & §. ſi duorum. Item & ſi hæreditarius ſeruus deponat, hæredi poſtea adeunti hæreditatem datur actio. ſed & ſi ſeruus mihi bona fide ſeruiens, vel in quo habeo vſumfructum, deponat rem ex eo peculio quod ad me pertinet, mihi datur actio depoſiti: vt ff. eodem. l. prima. § non ſolum. & §. item ſi ſeruus hæredita-
10 rius. Nec † obſtat deponenti ſuum delictum, quominus agat depoſiti actione. Nam & fur, vel prædo deponentes agunt depoſiti: vt ff. eodem. l. j. §. ſi prædo. Agunt enim ex contractu ſuo: non tamen poſſunt agere furti actione: quia ex improbitate ſua non quæritur eis actio. iuſtior enim, & honeſtior eſt cauſa domini, cui defertur actio furti: eo quòd intereſt ſua ra-
11 tione proprietatis: vt ff. de furtis. l. itaque. † Interdictum au-
b tem vnde vi datur prædoni expulſo [b] de prædio: vt ff. de vi & vi arma. l. j. §. qui à me. & eſt ratio, quia ſi prædoni non daretur, nulli daretur. Nam domino non datur: quia non eſt expulſus, licet eius interſit: quod non eſt in actione furti. ne ergo impunitum ſit delictum inuaſoris, defertur inuaſori interdictum vnde vi. Amplius etiam dixit Gulielmus furi, vel prædoni dari rei vendicationem contra depoſitarium: quia non licet ei obiicere deponenti de dominio quæſtionem: vt & diximus ſupra de commodato. & de pign. act. hoc ſi agat fur, deponens
12 contra depoſitarium ſine dominio proprietatis. Si enim † fur agat contra depoſitarium depoſiti, & dominus agat contra eundem rei vendicatione, potior erit cauſa domini: vt ff. eo-
13 dem. l. bona fides. † Quid ſi depoſitor erat bonæ fidei poſſeſſor: fortè dominus non præferetur ei. argu. ff. naut. caupo. ſta. l. j. § idem Pomponius. Vel dic de æquitate potiorem eſſe cauſam domini. Sic enim dicit lex, probo hanc eſſe iuſtitiam, quæ ius ſuum vnicuique ita tribuit, vt non diſtrahatur ab vllius perſonæ iuſtiore petitione. Nec obſtat quod eſt in authen. de depoſito, & denunciationib. inquil. ne quis extrinſecus interdicat depoſiti reſtitutionem. Nam verbum, extrinſecus, ponitur propter dominum cui permiſſum eſt interdicere. Vel melius extrinſecus dicit, id eſt, præter deponentem. Nam ſi proprietarius ſimpliciter interdiceret reſtitutionem, nihil valeret

valeret:ſecus autem ſi coram iudice ordinario, iure proponat
14 rei vendicationem. † Quid autem, ſi fur apud proprietarium rem ſibi, vel filio ſuo, vel ſeruo ſubtractam, ignorantem delictum admiſſum, rem deponat? certè nullum eſt depoſitum:etſi proprietarius ignorans rem reſtituat, competit ei indebiti dati condictio:vt ff.eodem.l.bona fides. quòd ſic intelligo vt condicat poſſeſſionem: vt ff.de condictione indebiti. l.indebiti.§.ſed ſi nummi.non proprietatem.rem enim ſuam tradidit non tanquam ſuam ſed tanquam accipientis eſſet: vt ff.
15 de condictio.cau.data.l.dedi. §. ſubtilius. Item † non obſtat deponenti compenſatio à depoſitario obiecta: vt diximus ſuprà de compenſa.niſi fortè (vt dicunt quidam) ratione expenſarum: vt ff.de acquirenda poſſeſſione.l. ſi quis rem.& de furtis.l.ſi is,qui rem commodaſſet. Sed hoc non puto verum. Loquuntur enim leges illæ in commodato:ſed in depoſito ſpeciale eſt,vt nulla doli exceptio,nulla deductio,nulla compenſatio opponatur: etiam ſi ab vtraq; parte fuerint res depoſitæ: ei enim fit primo reſtitutio, quia primus egit, & alteri inte-
16 græ actiones ſeruantur: vt infrà eodem.l. penultima. † Denuntiatio autem extranei,miſſa depoſitario meo,ne mihi rem reſtituat,mihi non præiudicat: ſed tamen olim mihi incùbebat onus,vt ſatiſdarem depoſitario quòd ipſum defenderem contra denuntiantem: vt infrà eodem. l. penultima. §. quod ſi in ſcriptis. Hodie autem huius cautionis immunitas præſtatur mihi deponenti. Item & denuntiator tenetur deponenti de caſu fortuito:ſi per eius denuntiationem impedita fuerit reſtitutio, & poſtea perierit res:vel ſi depoſitum erat in pecunia, vel in pondere, vel in menſura, tenebitur denunciator ad trientem vſuram à tempore ſuæ denuntiationis. Et eædem pœnæ imponuntur denuntianti inquilinis ne ſoluant penſionem, vel denuntianti publicæ perſonæ ne panis adminiſtrationem exequantur, tenebitur enim domino rerum denunciator,vel ei cui pecunia,vel res erat ſoluenda:vt in authen.de
17 depoſito,& denuntiationib.inquilinor.§.nemini igitur. † Vbi autem depoſuerunt plures: ſiquidem ſic depoſuerunt, vt vel vnus tollat totum,poteſt ille inſolidum agere:alioquin experietur pro parte tantum: nam & duo hæredes deponentis, agunt pro parte, & duo domini ſerui deponentis agunt pro parte:vt ff.eodem.l.prima.§.ſi pecunia in ſacculo. Nec obſtat quod legitur.ff.commod.l.ſi vt certo.§.vltimo. nam ibi actum erat, vt quilibet commodatariorum teneneretur inſolidum: alioquin contra. Nec obſtat, quod legitur ff.de verborum obligat. l. ſtipulationes non diuiduntur. quod enim ibi dicit rem pro parte reſtitui non poſſe, exaudi cùm vnos ad rem totam tenebatur: vel cùm ita actum eſt vt quilibet teneatur inſolidum. Item non obſtat, quod legitur. ff.eodem. l. ſi duo.
18 Nam † quod ibi dicit vnumquenque hæredum depoſitarij teneri inſolidum, caſuale eſt, ſcilicet quando quiſque hæredum rem depoſitam interuerterat,vel interuerti paſſus fuerat: puta, conflando lancem, vel aliam ſpeciem, alioquin tenebitur quilibet pro parte, etiamſi pecuniam apud defunctum depoſitam inter ſe diuiſerint. Idem multo magis ſi de pecunia, vel re depoſita nihil ad eos peruenit. Si enim reſtitutio rei pro parte fieri non poſſet,vel eſſet res indiuidua,ergo quilibet hæredum deponentis teneretur inſolidum: vt ff. de verborum obligat.l.ij.§.primo.nam & quilibet hæredum deponentis agit inſolidum pro re indiuidua: ſed ſatiſdat depoſitario quòd eum defendet contra alterum: vt ff.eodem.l.prima. §.ſi pecu-
19 nia. Si autem † duo depoſuerunt, ne vni eorum redderetur ſine altero:etiam hoc ſeruandum erit. Et in hoc caſu quidam Philoſophus ancillam quandam liberauit à ſuſpendio. cùm enim duo depoſuiſſent apud eam ne vni eorum redderet ſine altero alioquin ſuſpenderetur: ipſa pactum non ſeruauit, & vni reddidit ſine altero. & cum alter ſolus inſtanter repeteret ab ea, & ipſa neſciret ſe defendere, iuit ad quendam philoſophum vt ei conſuleret qualiter poſſet liberari. Philoſophus autem cõſuluit ei,vt negaret ſe reddidiſſe vni ſine altero.quòd & ipſa fecit:tūc ille depoſitor ſubiunxit: ergo mihi redde. philoſophus autem reſpondit, non debet tibi reſtituere ſine altero:ſed nec is cui redditum erat petere poterat, quia ſibi reddi-
20 tum fuerat. & ſic ſaluata eſt ancilla. † Vtilis autem actio depoſiti datur ex pacto extranei:vt ſuprà ad exhibendum.l.ſi res. Item datur vtilis cùm debitor creditori debitā obtulit pecuniam, & quia ille recepit, conſignauit, & depoſuit. creditor enim
e contra depoſitarium habet vtilem [e] actionem:vt ſuprà de vſu. l.acceptam. Fortè & vtilis datur ratione præſentiæ: vt ecce, ſponſus ſponſæ donaturus res obtulit, & pater ea præſente ſuſcepit eas:vnde ipſa apud patrem videtur depoſuiſſe:& ideo ſi ſui iuris erat,agit contra patrem, vel hæredem eius actione depoſiti,& ad exhibendum:vt ff.eodem.l.die ſponſaliorum. Si autem puella non eſſet præſens, ageret contra patrem negotiorum geſtorum qui recepit res,quas alius ei donare volebat: vt ff.de negot.geſt.l.fideiuſſor.§.ignorante. Et ſi ratione præſentiæ diceretur actio depoſiti directa competere,nõ reprobo. Nam & hic fideiuſſor agit mandati:quia præſente domino fi-
21 deiubet:vt ff.mandati.l.ſi remunerandi.§.primo. † Datur hęc actio contra eum,apud quem depoſitum eſt,etiam ſi ſit pupillus. Nam & ipſe tenetur inquantum locupletior eſt, vel quatenus dolum commiſit:vt ff.eodem. l.prima.§.an in pupillum. Item & filiusfa. tenetur tanquam paterfa. Item & pater ex eius perſona de peculio tenetur:ſic & tenetur dominus ex ſerui perſona de peculio.ſi tamen ſeruus manumiſſus rem depoſitam teneat, tenebitur depoſiti actione, hoc inducente tam præterito contractu, quàm præſenti detentione. Nam neque præſens detentio ſufficeret,neque præteritus contractus:quia ex eo,quòd contraxit,vel quaſi contraxit ſeruus, non tenetur liber factus,ſed in delictis, & quaſi delictis contrarium eſt.ff.
22 eod.l.ſi apud filium. & l.prima.§. ſi apud ſeruum. Item † datur hæc actio contra hæredem depoſitarij ex dolo defuncti inſolidum.multo ergo magis ex ſuo:vt ff.de actio.& obligat. l.ex depoſiti. vel ſi plures ſint hæredes, quilibet tenetur pro hæreditaria parte: vt ff. eodem. l. ſi hominem. §. datur. Item (quod notabile eſt) etiam ille qui non eſt hęres depoſitarij, tenetur ex dolo defuncti, ſi putauit ſe hæredem eſſe, & vendidit rem depoſitam, & pretium exegit: tenetur depoſiti actione vt pretium reddat:vel ſi non exegit pretium,cedat actiones: vt ff.
23 eodem. l. ſecunda, tertia, & quarta. † Datur hæc actio,cum tenuit depoſitum,ſi enim non teneat:quia rem meam apud me deponis,non agitur depoſiti: quia neq; commodatum, neque depoſitum,neque precarium,neque conductio renet in re mea propria, niſi rem meam ab eo, quem ſcio poſſidere precario, rogem,vel conducam,vel ſimilia faciam:vt ff.eod.l.qui rem.& ff.de regulis iuris. neque pignus. & de precario. l. certæ. §.vltimo.& de contrahen.empt.l.ſuæ rei.& l.ſi in emptione. §.rei ſuæ.& infrà locati.l.qui rem. Item regulare eſt vt agatur depoſiti, cum res non eſt facta depoſitarij: vt ſuprà plenè diximus. Item licet agere depoſiti quandocunque placet deponenti.Nam & ſi depoſuero apud te,vt poſt mortem meam,vel poſt mortem tuam reddatur mihi, potero & ego mutare voluntatem,vt agam antequàm moriar, vel antequam moriaris: vt ff.eodem.l.prima.§.penultimo. Item agitur depoſiti etiam antequam depoſitarius admittat dolum, vel culpam. Quid enim ſi depoſitarius eſt in furore, vel pupillus eſt, vel neque hæres, neque bonorum poſſeſſor, vel ſucceſſor eius extaret, nihilominus locum habet actio depoſiti: vt ff.eodem.l.prima. §.idem Pomponius quærit.in fin. Item agitur depoſiti cum
24 verè apud te depoſui: ſecus † ſi tibi vt procuratori rem tradidi, vt perferas ad Titium, qui mihi rem ſeruet:tu enim mandati mihi, ille verò depoſiti tenetur, ſi recepit rem ſeruandam nomine meo. Si verò recepit rem ſeruandam nomine tuo, tu mihi mandati, ille tibi depoſiti tenetur, ſed eam actionem mihi cedes mandati à me conuentus. Si verò in mandato faciendo tibi præceperim: vt ſi ille non reciperet, tu cuſtodires, poteſt agi mandati actione: quia is primus fuit contractus, & plenius fuit mandatum, habens & cuſtodiæ legem, fortè & nihilominus ageretur depoſiti. Item & agitur mandati, ſi tibi mandauero vt rem ab aliquo receptam meo nomine cuſtodias, quia is primus contractus eſt. nam & hic ego non depoſui,ſed alius:quod mandaui te recipere. Porrò apud te videor deponere, ſi quod volebam apud te deponere, iuſſeris me deponere apud libertum tuum, quaſi id tu eſſes cuſtoditurus: ſecus ſi mihi perſuaſiſſes apud alium deponere: tunc enim ex conſilio non teneris. Si autem pro eo fideiuberes, vel mandatoris nomine te obligare velles,ſine dubio teneris:vt ff.eodem.

l.prima.§.ſi te rogauero.& §.idem Pomponius quærit.in fine.
25 † Venit autem in actionem iſtam dolus tantum: vt ff. eod.
l.prima.§. ſi quis.in fine. Subaudi, & lata culpa. quam latam
culpam, vel latiorem Nerua dixit dolum eſſe: quod ſic intel-
ligo,id eſt. dolum præſumi: vt ff. mand.l.ſi fideiuſſor. primo
26 reſponſo. Nec † enim verè poteſt dici, quòd lata culpa ſit do-
lus:cum & in eadem lege dicatur ipſam prope dolum eſſe, &
alibi dicatur eam dolo comparari: vt ff ſi menſor fal.mo.di.l.
prima.§.lata. Si enim ſimile eſt dolo:ergo impoſſibile eſt eam
dolum eſſe. Nam & Ariſtoteles ait, nihil eſt id, cui ipſum ſit
ſimile. Alibi dicitur, quòd lata culpa in doli crimen cadit,
quòd cum prædicta determinatione eſt intelligendum: vt ff.
de actione & obligatione. l.prima.§.is quoque. Alibi dicitur
quòd culpa dolo proxima dolum repræſentat:vt ff. ſi quis te-
ſtamento liber eſſe iuſ. l. prima. §. non autem. Alibi dicitur,
quòd magna negligentia ſit dolus: vt ff. de verborum ſigni-
ficatio. l. magna. Et illud eodem modo expono, vt diximus.
Nam ſi verè eſſet dolus, ergo veniret in legem Corneliam,
quod lex negat: vt ff.ad legem Corneliã, de ſicarijs.l.in lege.
comparatur ergo dolo lata culpa: quia ſi in pecuniaria cauſa
aliquis teneatur mihi de dolo, tenebitur & de lata culpa. &
eius ponitur vnum exemplum, vt ſi non intelligat aliquis,
quod omnes intelligunt:vt ff.de verborum ſignificatio.l.latæ
culpæ. Et quilibet multa exempla poteſt aſsignare ex ingenio
ſuo. Nam & ſi depoſitarius, vel ſequeſter, hominem apud ſe
depoſitum, vt quæſtio haberetur de eo,ac propterea vinctum,
vel ad malam manſionem extenſum, ſoluerit miſericordia
ductus,dolo proximum eſt, quod factum eſt: quia cum ſciret
cui rei pararetur, intempeſtiuè miſericordiam exercuit: vt ff.
27 eodem. l. ſi hominem. † Præſumitur autem lata culpa dolue
circa depoſitarium: qui licet non ſit adeo diligens, vt natura
deſiderat, vel vt homines conſueuerunt eſſe diligentes: ſi ta-
men curam in depoſito non præſtet ad modum ſuum, id eſt,
quem obſeruat in rebus ſuis proprijs, fraude non caret: nec
enim ſalua fide minorem depoſitis rebus diligentiam præſta-
bit,quàm ſuis. Abeſſe enim præſumitur bona fides, cum res
ſuas habet ſaluas, & res depoſitæ non apparent: vt infrà eo-
dem.l.quod Nerua.& infrà locati.l.prima. Exemplum pone,
ſi res ſuas reponebat in arca benè clauſa: res autem depoſitas
relinquebat in domo ſuper bancas. Leuiſsima ergo culpa non
venit in hanc actionem. Item & multominus caſus fortuitus:
niſi aliter conuenerit inter contrahentes:Contractus enim ac-
cipiunt legem ex conuentione. l. prima. §. ſi conueniat.ff.de-
poſi. quod enim in pactum deuenit, debet ſeruari vt lex.l.
iuriſigentium. §. Prætor ait ff.de pactis. Imò & lex eſt : niſi
improbatum ſit à iure,vt ſi in deponendo conueniat ne præ-
ſtetur dolus:vt ff.eodem.l.prima.§.ſi conueniat. In pacto ta-
men caſus fortuiti neceſſe eſt ſecundum nos, vt nominentur
28 caſus: vt diximus ſuprà de pactis. Sed nec † leuis veniet cul-
pa:niſi aliter conuenerit,vel niſi depoſitarius ſe obtulit depo-
ſitor:vt ff.eo.l.j.§.ſæpe. vel niſi ſui tantum gratia apud eum de-
ponam: vt ff.ſi cert.petat.l.ſi quis. Nec fortè & tunc veniret le-
uiſsima culpa, ſicut & diximus ſ. ſi certum petatur. Si autem
29 depoſitarius recipiat mercedem in quantitate pro cuſtodia,
tenetur quidem de leui culpa: ſed non per actionem iſtam,
imò per actionem conducti: quia videor operas eius condu-
xiſſe.Si autem accipiat non quantitatem, ſed ſpeciem pro cu-
ſtodia,vel exhibetur ei operæ pro cuſtodia, veniet leuis culpa
per actionem præſcriptis verbis ex innominato contractu:vt
ſi depoſui apud te ſeruum, & volui vt tibi operaretur,vt & o-
peræ compenſarentur cum cuſtodia: vt Inſtitut. mandati. §.
30 vltimo.& ff.eod. l. j. §. ſi quis ſeruum. † Poteſt etiam dici ca-
ſum fortuitum venire in actionem iſtam propter moram præ-
cedentem. Diſtinguitur tamen à quibuſdam, vtrum erat peri-
tura eodem modo penes deponẽtem,an non: vt in primo caſu
non teneatur depoſitarius, in ſecundo teneatur: vt ff.eod.l.ſi
plures.§.ſiue autẽ. Sed noſtri doctores dixerunt depoſitarium,
& quemlibet debitorem teneri de caſu fortuito:quia ſatis eſt,
quòd res potuit non perire penes actorem: vt ff.de leg.j.l.cùm
res.§.vlti.& ff.eod.ſi in Aſia.§.vlti.& vt plenè diximus ſuprà
de vſuris.& in diſtinctione de mora.ſ.in quibus cauſis in in-
tegr.reſtitu.non eſt nec. §. nec mora. Item venit caſus in hanc
actionem propter præcedentem dolum, vel latam culpam de-
poſitarij. Si enim rem depoſitam vendidit, & tradidit: licet
eam poſtea redimat, vt habeat in cauſa depoſiti: ſi tamen non
habeat eam in hac cauſa depoſiti, & in eodem ſtatu, tenetur,
etiamſi ſine dolo malo poſtea perit:quia ſemel fecit dolo cùm
venderet:vt ff.eo.l.j.§.ſi in rem.& ſ.in quibus cauſis reſtitu.in
integ. non eſt ne. §. hæc mora facit. Si autem redemiſſet, &
poſtea in eodem ſtatu habuiſſet, videtur enim purgatum vi-
tium,& res in domini poteſtatem reuerſa: vt ff. de vſucap.l.ſe-
31 quitur.§.idem Labeo ait. † Porrò ſi depoſitarij præcedens do-
lus non interueniat in vẽdendo,ſed in vtendo,veniet in actio-
nem iſtam dolus, & lata culpa, non leuis.vel caſus fortuitus:
32 vt ff.de condict.furti.l.qui furtum. † Quid ſi putabat domi-
num conceſſurum? Reſpondeo non tenetur furti etiam in eo
caſu, vbi videtur prohibuiſſe: vt ſi depoſuit ſignatam pecu-
niam,ſicut ſupra diximus: ſed in expreſſa prohibitione aliud
eſſe:vt ff.eo.l. ſi ſacculum. Sed ſi non debuit putare dominum
conceſſurum, nunquid eſt in culpa vt veniat æſtimatio in a-
ctionem depoſiti? Reſpondeo,non licet arg. poſsit in contra-
rium ſumi:vt ff.eo.l.quod ſeruus. Sed ego dico reprobari Sa-
bini opinionem: vtpote, cum culpa non niſi lata veniat in a-
ctionem iſtam. Aliúdque eſt in commodato,ſi non debuit pu-
33 tare dominum conceſſurum:vt ff. de fur.l.qui re. † Item venit
in actionem iſtam reſtitutio rei depoſitę non deterioratæ:nec
enim videtur eſſe reddita res,quę deterior facta redditur:vt ff.
eod.l.j.§.ſi res. Veniunt & acceſsiones rei,licet non ſint depo-
ſitæ:puta,homo veſtitus deponitur,vel equus cum capiſtro,id
eſt,qui tenebatur capiſtro. Nam ſolus depoſitus eſt equus: vt
ff.eod.l.j.§. quæ depoſitis. ſecus ſi deponendo dicerem:depo-
no equum cum capiſtro: tunc enim vtrunque videretur eſſe
depoſitum:vt ff. commo.l. ſi vt certo.§.ſi me. & de vſufruct.
34 leg.l.illi cum illo. † Item venit pretium rei depoſitæ. vt ſi hæ-
res depoſitarij rem depoſitam apud defunctum ignorans eam
e depoſitam diſtraxit. tenetur enim ad pretium quod exigit:
vel ſi nondum exegit,cedet actiones. Sed & ſi poſsit rem redi-
mere & pręſtare,nec voluit,non caret culpa,quemadmodum
ſi redemptum,vel aliqua ratione ſuam factam noluit præſta-
re,cauſatus quod ſemel ignorans vendidit. ſed & ſi non ſit hę-
res depoſitarij,putauit tamen ſe hęredem,ſimili modo lucrum
35 ei extorqueretur:vt ff.eodem,l.j.§.vlti. & l.ij. & iij. † Venit
quandoque & exhibitio rei, vt cùm apud ſequeſtrum eſt de-
36 poſitum:vt ſ. diximus. Venit † quandoque duplum in actio-
nem iſtam, vt cum depoſui cauſa tumultus, incendij, ruinæ,
naufragij: nec enim volebam deponere, nec depoſuiſſem:niſi
immineret periculum ex ſupradictis cauſis. Et ideo,quia exi-
gente neceſsitate, depono, & plerunque nullo teſte præſen-
te,vel ſcriptura facta creſcit perfidiæ crimen, & publica vti-
litate coercendus eſt vindicandæ reipublicæ cauſa. Eſt enim
inutile in cauſis huiuſmodi fidem frangere. Cùm verò nul-
la neceſsitate imminente eligo depoſitarium, nec depoſitum
redditur, contentus eſſe debeo ſimplo:vt ff.eo.l.j.§.prim.& ij.
Dupli autem non naſcitur actio, niſi depoſitarius inficietur
depoſitum: vt inſtitu. de actio. §. omnis autem. In his caſibus
actio depoſiti datur hęredibus. In hæredes autem de dolo hę-
redum datur in duplum.de dolo autem defuncti tenentur hę-
redes in ſimplum pro hæreditaria portione, & intra annum
tantum. Depoſitarius autem tenetur perpetuo: vt infra eod.
37 l.j.§.prim.& l.quod tumultus. Planè vbi † agitur depoſiti a-
ctione ad aurum,vel argentum depoſitum, & pondus, & ſpe-
cies eſt nominanda. ſi autem purpura infecta ſit depoſita,vel
lana, pondus ſimiliter erit adiciendum. Quid ſi actor de
quantitate ponderis eſt incertus? ei iuranti ſe neſcire ſuccur-
ritur:vt ff.eodem,l.j.§. ſi quis aurum. ad hoc ſcilicet vt libel-
lus recipiatur. probabit tamen poſteà in iudicio pondus. non
enim poteſt ei ſuccurri vt pro eo feratur ſententia: quia cùm
incertum contineret,ſententia nulla eſſet. Vbi autem in nume-
ro quid deponitur, numerus erit adiciendus: ſic veſtis color
erit adijciendus vt ff. de furtis.l.in actione. Si autem depoſita
ſit ciſta ſignata, in qua continebantur res plures, poterit agi
depoſiti pro ciſta:ſed & pro rebus ſingulis agi poterit depoſi-
ti:quia ſingulares res videntur depoſitæ,etiam ſi depoſitarius
res illas in ciſta contineri ignorabat:vt ff. eodem.l.j.§.ſi ciſta.
Eſt

38 † Eſt autem hæc actio bonæ fidei: & ideo ex mora, vel ex pa-
cto incontinenti appoſito, vel ex eo quòd depoſitarius con-
uertit rem in vtilitatem ſuam, admittit vſuras: vt ff. eodem. l. j.
§. hanc actionem. & l. Lucius. & l. Publia. §. Lucius. & infra
eodem. l. ij. & iiij. Famoſa eſt adeo, etiam vt hæres depoſitarij
ſuo nomine videatur conueniri, & ideo infamatur: vt ff. de iis,
qui not. infa. l. furti. §. illud. & infra eodem. l. qui depoſitum.
Item ciuilis eſt, non prætoria: niſi in quatuor prædictis caſi-
bus: vt notari poteſt Inſtitu. de actio. §. omnes. & ff. eodem. l. j.
§. primo. Ex hoc enim quod dicit prætorem illis quatuor ca-
ſibus reddere actionem, ſatis patet quòd alias non eſt à præ-
tore inducta, ſed à legibus: vnde ciuilis eſt. Item iuratur in ea
in litem: vt ff. eodem. l. j. §. in depoſiti. Hæredibus datur vt di-
39 ctum eſt. † Et eſt illud notandum, quòd ſi plures ſunt hære-
des deponentis, & maior pars eorum agat, res reſtituitur ei in
totum, quamuis ſit res diuidua. nam ſi diuidua, fit reſtitutio
vni, vel maiori parti, præſtita tamen ſatiſdatione depoſitarior
vt ff. eodem. l. j. §. ſi pecunia. Maior autem pars hæredum dici-
tur primò ex magnitudine portionum hæreditariarum. Se-
cundò, ex numero perſonarum: vt ff. eodem. l. ſi plures. & de
pactis l. maiores. Contra hæredes datur, etſi ad eos nihil per-
uenerit pro portione hæreditaria: vt ff. eodem. l. ſi hominem. §.
f datur. Ex dolo autem [f] ſuo tenentur hæredes quandoque pro
parte: vt ſi decem depoſita apud defunctũ diuiſerunt, & quin-
que abſtulerunt quandoque inſolidum, vt ſi lancem depoſi-
tam conflauerunt, aut conflari ab aliquo paſſi ſunt: aliave ſpe-
cies dolo eorum ſit interuerſa: tenetur enim quilibet eorum ad
rem reſtituendam in totum: ſi tamen non reſtituat, condem-
40 natur pro hæreditaria portione: vt ff. eod. l. ſi duo. † Item pri-
uilegiata eſt hæc actio inter creditores chirographarios, id eſt,
qui non habent hypothecas: & ſi plures depoſitores agant,
non habetur ratio temporis: quia ſimul omnes admittuntur.
Datur tamen eis priuilegium, ita demum ſi vſuras non acce-
perint pecuniæ depoſitæ: tunc enim videntur iuiſſe in credi-
tum. Aliud eſt enim credere, aliud deponere. Item compe-
tit iſtud priuilegium deponenti, vt præferatur omnibus aliis
priuilegiis, ſi pecunia depoſita eſt pro qua agitur depoſiti a-
ctione: ſed & poſſet pro ea agi rei vendicatione. Si autem pecu-
nia depoſita non extat, habet deponens priuilegium vt præ-
feratur non priuilegiatis. Item, vt concurrat cum priuilegia-
tis, & præponatur quibuſdam priuilegiatis: vt fiſco, & mulieri
dotem ſuam repetenti, & agenti funeraria, & agenti pro eo,
quòd credidit ad rem reficiendam: ſed & ſumptus qui neceſ-
ſariè factus eſt ab his creditoribus qui primum poſtulaue-
runt ſe mitti in poſſeſſionem, ſemper præcedit. Nam deducto
eo, bonorum calculus ſubduci, vel ſubiici debet: cùm ad om-
nium agentium commodum miſſio facta pertineat: vt ff. eo-
dem. l. ſi hominem. §. quoties. & l. quod priuilegium. & de priui.
cre. l. ſi ventri. §. in bonis. & l. quod quis. & de relig. l. penulti.
& qui por. in pigno. l. interdum. & ĩ. qui potio. in pign. habe. l.
vlti. & l. eos. & ff. de pecu. lega. l. depoſiti. & de bo. autho. iudi.
poſſid. l. cum vnus. & ĩ. de bonis author. iudi. poſſid. l. vltim.
41 † Illud quæritur, an ſtatim facta depoſitione naſcatur actio
depoſiti, an demum admiſſo dolo, vel lata culpa? & dicunt
quidam demum admiſſo dolo, vel lata culpa. Sed verius eſt,
vt etiam ante naſcatur: vt ff. eodem. l. j. §. idem Pomponius.
Sequitur videre de actione depoſiti contraria, cui detur, &
42 contra quem, & ad quid, & qualis ſit. † Datur autem depo-
ſitario, & eius hæredi, in deponentem, & eius hæredem: in qua
venit, quòd vtiliter eſt impenſum à depoſitario in rem depoſi-
tam. Item & vſuræ: ſi depoſitarius fœnebrem pecuniam, vel de
ſuo impendit, cùm fœnerare ſolitus eſſet. Item ſi debitor fuit
in mora reſtituendi: vt ff. de negn. geſt. l. at qui natura. §. vlti.
& mandati. l. ſi verò non. §. vſuras autem. & ff. eod. l. actione.
& de vſuris, l. qui ſemiſſes. §. vlti. Item venit intereſſe: ſi ſciens
furem eſſe ſeruum, depoſueris apud me, & damnum patiar.
Quid ſi ignorabas furem eſſe ſeruum, & depoſueris apud me,
& damnum patiar? Pla. dixit & ſcripſit, quòd potes pro noxa
relinquere ſeruum: vt ff. de pigno. act. l. ſi ſeruus pigno. ſed id
non puto: quia officium ſuum non debet ei eſſe damnoſum: vt
dicitur in actione mandati, & actione depoſiti: vt ff. de fur. l.
ſi ſeruus communis. §. quod verò. Eſt autem hæc actio ciui-
lis, & perſonalis, nec in ea iuratur in litem: vt ff. eodem. l. ei
apud quem. Famoſa non eſt, quia nulla contraria infamat re-
gulariter: vt ff. de iis qui nota. infami. furti. §. vltim. Item bonæ
fidei eſt: vt Inſtit. eod. §. actionum.

ANNOTATIONES.

a Depoſito. Vide Barba. & Moder. in c. examinatæ de iudi. & in l. ſi fide-
iuſſor. in §. fin. ff. qui ſatiſd. cog.

b Sequeſtraria. Vide Franciſ. Cur. infra de ſequeſtro. Vide Aretin. in l.
intereſſe. ff. de acquiren. poſſ.

c Expulſo. Adde ad materiam Pet. in titu. de eo qui mitt. in poſſ. verſic.
porro Bartol. & docto. poſt not. gloſſ. in l. iis, qui. §. quæri poteſt. ff. vt
in poſſ. lega. domi. Alexand. in l. cùm fundus. de vi, & vi armata. multa
per Soci. in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. not. clxvii. & ſequen.
de acquirend. poſſeſ.

d Vtilem actionem. Adde Felin. in l. ſi abſentis. ſi certum peta. hoc titu.
docto. in l. penulti. C. ad exhibendum. & in l. Publia. circa princip. ff.
depoſi. multa ad materiam per domi. Iaſo. may. in §. prætereà. nume.
lxix. & nume. lxxj. inſtitut. actio.

e Ad pretium. Adde Paul. de Caſtr. in l. j. §. fin. in l. ſeq. ff. depoſi. doctor.
in l. mater. C. de rei ven. & in l. cum ſeruum. in fina. ff. ſi certum peta.
vbi eſt locus proprius materiæ.

f Ex dolo. Vide ad hoc Bartol. & docto. in l. j. §. ſæpe. ff. depoſ. Bald. in l.
pignus. C. de pigno. actio. domi. Alexand. in l. quod Nerua ff. & doct.
in l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. peta. Ange. Are. in §. prætereà. nume. j.
inſtit. quib. mod. re contrahi. obligatio.

* Reſtitutio rei. Ea eſt depoſiti natura, vt res ipſa depoſita reddatur: hoc
enim de iure naturali procedit, vt c. humanum genus. j. diſtinct. Hoc
tamen fallit quatuor modis. Primus cùm quis gladium, aut enſem de-
poſuit, & poſteà reperit furens. xxii. q. ii. Can. ne quis arbitretur. Se-
cundus, cùm deponens fuerit deportatus, ſtatim eius bona in ærarium
principis deferuntur, & confiſcantur. Tertius, cùm fur deponit, & re-
petit, & dominus rei concurrit. Quartus, cùm rem furtiuam deponis
apud eum, à quo ſubripuit: vt in l. bona fides. ff. depoſ. Depoſitum ta-
men quandocunque repeti poteſt à deponente. ff. eodem. l. prima. §.
eſt autem. & extra. de depoſito. capit. fina. Et ſi non id reſtituat depo-
ſitarius condemnatur, & eo nomine infamis efficitur. C. depoſ. l. qui
depoſitum. Martinus.

Mandati.[1] *Rubrica.*

1 *Mandatum quid ſit, & nume. ſequen.*
3 *Salarium promiſſum procuratori an impediat, quominus agi poſſit mandati.*
4 *Salarium promiſſum mandatario qua actione petatur.*
5 *Salarium incertum an peti poſſit.*
6 *Salarium procuratori promiſſum in euentum litis, an peti poſſit.*
7 *Mandatum vnde dicatur, & in quibus propriè dicatur.*
8 *Mandatum qualiter contrahatur, & quibus verbis.*
9 *Mandatum inter quas perſonas contrahatur.*
10 *Mandatum quibus in rebus contrahatur.*
11 *Mandatum quibus caſibus non teneat, etiam ſi fiat ſuper re honeſta.*
12 *Mandatum quibus caſibus ſit nullum ob id, quòd contra bonam fidem videtur eſſe ſuſceptum.*
13 *Intellectus ad l. ſi quis cum. ff. pro emptore.*
14 *Mandati actionem quandoque denegari, licet mandatum nec turpe ſit, nec legibus contrarium, nec ſit mala fide ſuſceptum.*
15 *Mandatum factum gratia mandatarij tantum an valeat.*
16 *Mandans alicui vt Titio credat, cui alias mandatarius erat crediturus, an teneatur mandati.*
17 *Mandatum quot modis contrahi poſſit.*
18 *Mandatum poſſe tacitè interuenire, nedum expreſſè, & quo modo.*
19 *Mandatum an cenſeatur tacitè interpoſitum inter duos reos promittendi.*
20 *Mandati actio quando naſcatur.*
21 *Mandatum producere duas actiones, directam, & contrariam, atque ibi quando competat directa, & quatenus detur.*
22 *Emens aliquid mandato alterius ad quid teneatur mandatori.*
32 *Mandatarius cui mandatum eſt vt rem, quam cum aliis habet communem emat, ad quid teneatur mandatori.*
24 *Intereſſe quomodo computetur in actione mandati: & quomodo etiam vſuræ in eam veniant.*

25 *Procurator conſtitutus ad cauſam agendam ad quid teneatur actione mandati.*
26 *Mandatarium teneri de dolo, & de culpa etiam leuiſſima.*
27 *Mandati contraria actio quando competat, & nu.32.*
28 *Fideiuſſor & conſimiles perſona qua actione agant aduerſus eum, pro quo interceſſerunt, & quibus caſibus denegetur eis actio.*
29 *Fideiuſſor, qui omiſit exceptionem ſibi competentem cum conueniretur, an poſſit agere contra reum pro quo fideiuſſit, & ſoluit.*
30 *Fideiuſſor, cui à creditore remiſſa eſt actio donandi cauſa, an habeat actionem mandati contra reum principalem.*
31 *Fideiuſſorem cenſeri varijs modis ſoluiſſe, vt poſſit mandati agere contra reum.*
33 *Mandati contraria actio ad quid detur, ſeu quæ veniant in eam.*
34 *Vſuræ an, & quando veniant in actionem mandati contrariam.*
35 *Mandati contraria actio quas reputationes admittat.*
36 *Mandati contraria actio quibus detur, & quibus directa.*
37 *Mandati actio qualis ſit.*
38 *Mandatum qualiter finiatur ex parte mandantis.*
39 *Intellectus ad l. vlt ff. de ſolut.*
40 *Mandatum quando finiatur reuocatione.*
41 *Mandatum quibus modis finiatur ex parte mandatarij.*

EXPOSVIMVS ſuprà de contractibus, qui re contrahuntur, vt de depoſito, & pignore, & in debito, & in mutuo, & commodato, nunc videamus de cõtractibus in quibus ſolo conſenſu naſcitur obligatio. At quia inter eos excellentior eſt contractus mandati: trahit enim originem ex officio, & amicitia, de mandato eſt videndum quid ſit mandatum, & vnde dicatur, qualiter contrahatur, inter quas perſonas, & in quibus rebus, & quot modis, & quando naſcatur actio mandati directa, vel contraria, & quando competant, & inquãtum, & qualia ſint.
1 Mandatum autem ita definiunt quidam. † Mandatum eſt officium honeſtum, gratis ſuſceptum exhibendum ab amico. Quæ definitio non placet: quia de inhoneſta re fit mãdatum, licet non ſit obligatorium. Item etiam quia is qui non eſt amicus, mandatum ſuſcipere, & implere poteſt, & tenetur: vt ſi abſenti, & ignoto ſcribam, & mandatum ſuſcipiat. nec enim ob hoc ipſum eſt amicus: vt ff. de verb. ſignificatio. l. latè. §. a-
2 micos. Ego † itaque ita definio, Mandatum eſt officium, ab eo, qui gratuitò ſuſcepit, exhibẽdum. Gratis ideo dixi: quia aliàs non eſſet mãdatum: nam originem ex officio, & amicitia trahit. Contrarium porrò eſt officio merces. Interueniente enim pecunia res ad locationem potiùs reſpicit: vt ff. eo. l. j. §. vlt. Si
3 tamen † mandatum ſuſcipiatur gratis, & dominus poſteà honorauit procuratorem remunerãdo eum, nihilominus locum habet actio mandati: vt ff. eo. l. ſi remunerãdi. Idémque eſt & ſi dominus conueniat procuratorem de certo ſalario pręſtando remunerationis cauſa: quia locũ habet mandati: niſi ſalarium, vel mercedem conuenit ne agat pro expenſis. Sicut de eo dicitur, qui pecunia accepta ſpopondit: vt ff. eo. l. ſi remunerãdi. §.
4 vlti. & l. idémque. §. idem Labeo. Salarium † autem ſiquidem conueniat dominus ſe daturum ſtipulatione, petetur condictione certi. Si autem conueniat ſine ſtipulatione, & incontinenti poſt mandatum, petetur ſalarium, contraria mandati competit. Si autem conueniat ex interuallo petetur iudicis
5 officio: vt j. eod. l. j. & ff. eod. l. ſalarium. † Si autem ſalarium ſit incertum re, & genere, nullo modo petitur: vt j. eodem, l. ſalarium. & ff. eod. l. qui mutuam §. penul. ſecus ſi incertum eſt re, & non genere, vt quia promiſi equum in genere, vel promiſit
6 quod faceret eum militem. † Porrò illud neque tanquam ſalarium, neque tãquam merces petetur, quod dominus conuenit procuratori dare in euentum litis, ſi pro eo iudicatum eſſet: quia procurator litis redemptor extitit, & maioris pecuniæ præmio remunerari ſuum officium voluit: vt ſ. de procu. l. item. & ff. eod. ſi remunerandi. §. vlti. & l. ſalarium. & j. eod. l.
7 ſi contra legitum. & vt plenè diximus ſ. de poſtulan. † Dicitur autem mandatum, quaſi manu datum. quod enim quis per ſe facturus erat, alij gerendum committit: & dicitur propriè in his, quæ quis conſequitur ratione mandati, nec per ſe ſine mandato valet explicare: vt in mandato iuriſdictionis, & in mandata actione de qua aliqua tractantur j. eod. l. penulti. & vltim. Sed de his hîc nihil dico: quia articulum iſtum plenè expleui ſ. lib. 2. titu. 13. ne liceat potentioribus. Cæterùm ſi tibi mandauero vt tu mihi equum emas: cum & per te, & tibi emere poſſes, non dicitur propriè mandatum: quia nil à manu
8 mea conſequeris. vt ex etymologia nominis patet. † Contrahitur mandatum ſolo conſenſu, & ideo inter præſentes, vel
a inter abſentes per nuntium, vel per epiſtolam [a] ſuſcipi poteſt. Item fieri poteſt & pure, & in diem, & ad diem: putà, ad hunc, aliàs vſque ad decennium, & ſub conditione. Item ſiue rogo, ſiue volo, ſiue mando, ſiue alio quocunque verbo idoneo ad exprimendam ſententiam iſtam quis ſcribat, vel mittat, mandati eſt actio: vt ff. eod. l. j. Quod autem de verbo, rogo, dicitur, non eſt ita intelligendum vt qui duntaxat admonet, teneatur: vt ff. eo. l. idémq;. §. ſi quis ea. vel tantùm commendat: vt ff. eo. l. ſi verò non remunerandi. §. cùm quidam. vel tantùm exhortatur: vt ff. de iis qui no. infa. l. ob hoc. vel qui tantùm perſuadet: vt ff. depoſi. l. j. §. idem etiam Pomponius quærit. Oportet ergo vt quis roget ea mente, vt velit obligari: ſicut & de proxeneta dicitur. Nam & ſi laudet nomen, vel mandet ſuſcipi, monſtrare potiùs videtur, quàm mandare. Vnde non tenetur mandati, niſi dolo & calliditate creditorem circumuenerit: tunc enim tenebitur actione de dolo: vt ff. de proxene. l. ij. In ambiguo autem ſicut & in teſtamentis, & in contractibus non aliter verborum propriam ſignificationem omittam quàm manifeſtè apparuerit contrahentes aliter ſenſiſſe: vt ff.
9 de leg. iij. l. non aliter. & de exerci. l. j. §. licet. † De perſonis autem inter quas contrahitur mandatũ. & de miſta earum conſideratione illud breuiter noto, quòd inter eos cõtrahitur qui aliàs poſſunt inuicem obligari: de quibus plenè dixi ſ. de pact.
10 † Contrahitur mandatum in rebus honeſtis. Super re autem
b inhoneſta, & turpi ſi fiat mandatũ non eſt obligatorium: [b] vt inſtit. eod. §. illud quoq;. & ff. eo. l. ſi remunerandi. §. rei turpis.
11 & l. ſi mandauero. §. qui ædem. Sed † ſi ſuper re honeſta fiat mandatum, tamen quandoque non tenet: quia contra legem interponitur: vt ſi mandaui creditori dare pecuniam mutuò filiofamil. contra Senatuſconſul. Macedonianum: ſecus ſi ſenatuſcon. non obuiaret: vt ff. eod. l. ſi verò non remunerandi.
12 §. ſi quis mandauerit. Sed & † quandoque, licet non ſit inhoneſtum mandatum, vel contra legem, non tamen agitur: quia contra bonam fidem videtur eſſe ſuſceptum: vt ſi adoleſcens luxurioſus mandet mihi, vt pro meretrice ſua fideiubeam: idque ego ſciens mandatum ſuſcipiam. Simile eſt enim quaſi perdituro pecuniam credam. Idémque eſt & ſi meretrici iuſſerit me numerare: vt ff. eod. l. ſi verò non. § ſi adoleſcens. Quid ſi maior eſſet xxv. annis, qui talia mandaret? Reſponderunt
13 † quidam idem eſſe arg eius quod legitur. ff. pro emptore. l. ſi quis cum. ſed certè illud poteſt intelligi in eo venditore, cui bonis erat interdictũ, vel qui non erat ſanæ mentis. Vel fortè malæ fidei videtur quis emiſſe, quantum ad vſucapionem impediendam. Si autem venditor erat dominus conſequetur emptor ab eo dominium, licet ſciat venditorẽ ſtatim pecuniam conſumpturum: pro me eſt quod legitur. ff. de in rem verſo. l.
14 quòd ſi ſeruus. §. nec non illud. Item † quandoque non agitur mandati, licet non ſit turpe mandatum, vel contra legem, vel contra bonam fidem ſuſceptum. Et eſt ratio, quia alius principalior interuenit contractus: vt ſi mandaui tibi vt ab actoribus meis mutuam pecuniam acciperes, quia volebam tibi mutuare. ſatis eſt enim quòd de mutuo mihi tenearis. Idémq;, & ſi iuſſero te accipere pecuniam meam, & fœnerari periculo tuo, ita vt certas vſuras mihi impendas: ſi plura fœnerari volueris, ſiue potueris, lucreris. Nã & hic teneris ex mutuo, & non mãdati: niſi omnium negotiorum adminiſtratio erat tibi conceſſa: vt ff. eo. l. idémque. & § ſi quis Titio. & l. ſi remunerandi. §.
15 apud. † Miſta etiam habetur inſpectio rerum: quia licet aliàs de omni re poſſit mihi mandari, non tamen mihi mandatur quòd gratia mea tantum interuenit: puta, vt potius emam prædia, quàm fœnerem, vel è cõuerſo: vel vt in meo quid faciam, cùm tibi id non expediat: tunc enim ageretur: vt ff. eo. l. ſi quis

mihi

mihi. eſt enim potius cõſilium, quàm mandatum: & ideo non
eſt obligatorium: niſi aliàs facturus non eram: vt ff. eod. l. ii. §.
16 quod ſi tua. & §. vlt. & l. ſi remunerandi. §. ſi tibi. Planè † vbi
mandaſti mihi vt certæ perſonæ crederem, teneris, etſi aliàs
crediturus eram: licet P. in ſumma inſti. de oblig. quæ ex delic.
naſc. dixerit contrarium, ſcilicet, quòd ita demum tenearis, ſi
aliàs non eram facturus: & vbi mandaſti incerto me credere
potius quàm emere, dicebat te non teneri, etſi alias facturus
non eram. Item & miſta conſideratio habetur cum tibi man-
do vt à me rem meam emas: quod mandatum non eſt obliga-
torium, vt plenè dicemus j. tit. proxi. ſecus ſi tibi mandarem
vt à creditore meo emeres pignus quod ſibi obligaueram: tũc
enim de æquitate tenet mandatum: vt ff. eo. l. ſi mandauero. §.
17 ſi hi. † Modi autem contrahendi mandatum aſsignantur
quinque. Primus eſt ſi tibi mandem gratia mea tantùm: puta,
vt negotia mea geras, vel vt fundum mihi emas, vel vt pro me
fideiubeas, & primum mandatum interponitur vt retineam
quæſita, ſecundum vt accipiam, tertium, ne vexer à credito-
ribus. Secundus autem modus mandati eſt cùm mando aliena
gratia tantùm: vt ſi tibi mandem quòd Titij negotia geras,
vel fundum ei emas, vel pro eo fideiubeas. Tertius eſt cùm
mando tibi gratia mea, & aliena: puta, vt mea, & Titij nego-
tia geras. Quartus eſt cùm mando tibi gratia tua, & mea: pu-
ta, vt ſub vſuris crederes procuratori meo. Quintus eſt cùm
tibi mando tua, & aliena gratia: veluti, vt Titio ſub vſuris
crederes: quòd ſi mandaui vt crederes ſine vſuris, aliena tan-
tùm gratia interuenit mandatum. Poteſt & ſextus adijci mo-
18 dus: vt cùm mando tibi gratia tua, & mea, & aliena. † Item
contrahitur mandatum non ſolùm verbis expreſsis (vt plenè
dictum eſt) ſed & tacitè. Nam ſi me præſente fideiubeas, vi-
deor tibi mandare, vt fideiubeas. Item ſi patiar te mandare
creditori, vt mihi numeret, videor tibi mandare vt mandes.
c Item & ratihabitio prodeſt quandoque ad actionem c man-
dati, vt ſi dirigo tibi mandatum de gerendo, & tu non ſuſci-
pis, tandem pœnitentia ductus adimples, & ego poſtmodum
ratum habeo: vt ff. de reg. iur. l. ſemper, qui non probibet. §. j.
19 & ff. eo. l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. & l. qui patitur. † Item &
ſecundum quoſdam tacitum mandatum interuenit in duobus
reis promittẽdi: vt j. de duo. reis. l. j. & ff. de duo. re. l. reos pro-
mittendi. Sed hoc non placet, niſi ſint ſocij: vt ff. de fideiuſſ. l.
Vranius. & ſatis etiam concedo, vt inuicem videatur quilibet
eorum fideiubere, pro eo quod in alterius vtilitatem perue-
20 nit: vt notauimus ſ. ad Velleia. † Naſcitur actio mandati ſe-
cundum quoſdam dolo, vel culpa admiſſa, vel cum procura-
tori aliquid obuenit ex re domini, vel procurator expendit
in rem domini, vel quid ſimile accidit: & tunc non dicetur na-
ſci actio ex dolo, vel culpa: ſed ex contractu mandati præce-
dentis: ſicut & aliàs dicimus, maximè in contractibus inno-
minatis: vt j. de rer. permu. l. ex placito. Vel dic actionem man-
dati ſtatim naſci: ſicut & in actione depoſiti ſuprà diximus.
21 † Ex mandato oriuntur duæ actiones directa, & contraria.
Directa competit, cùm cœperit intereſſe eius, qui mandauit.
Cæterùm, ſi nihil intereſt, ceſſabit: & catenus competit, qua-
tenus intereſt: puta, mandaui tibi, vt fundum emeres: ſi mea
intererat emi, teneberis: ſi tamen ego ipſe eundem fundum
emi, vel alius mihi, nec intereſt aliquid, ceſſat hæc actio. Item
ſi tibi mãdaui vt negotia mea gereres, & nihil perijt: quamuis
nemo geſſerit, nulla eſt actio: aut ſi alius idoneè geſſit, ceſſat
actio mandati. In ſimilibus idem erit probandum, vt ff. eod. l.
ſi procuratorem. §. mandaui tibi. & ſi geſſeris, quod tibi man-
daui, non teneris, quia geſsiſti, ſed quia mandatum ſuſcepiſti:
vt ff. eod. l. ſi remunerandi. §. ſi cui. Idémque eſt & ſi mandaui
vt aliquid mihi emeres, nec emiſti, teneberis ad intereſſe: vt j.
eod. l. ad comparandas. Quid autem, ſi dolo emere neglexiſti?
fortè enim pecunia accepta, vel gratia, alij conceſsiſti vt eme-
ret, aut lata culpa paſſus es alium emere mihi teneberis. Si au-
22 tem † emeris, quod tibi mandaui emendum, teneris mihi vt
ipſum tradas. Et ſi cautum eſt de euictione, aut potes deſide-
rare vt tibi caueatur, ſufficit ſi actionem mihi cedas, & pro-
curatorem me in rem meam facias. Item debes cauere de fa-
cto tuo, quòd rem illam emptam non pignoraueris, vel ius a-
liquod in ea non conſtitueris. Nihil enim amplius, quàm bo-
nam fidem debet præſtare procurator, ſubaudi cum cætera
adſint, quæ adeſſe oportet. Nam & de culpa tenetur, ſi culpa
ſibi caueri non curauerit de vitijs, & morbis rei emptæ. vel ſi
ſeruus emptus fugerit dolo, vel culpa procuratoris, tenebitur
procurator: vt ff. eod. l. ſi procuratorem. §. vltimo. & l. de tuo.
& l. idémque. in princi. Et hoc, quando tibi mandaui vt eme-
23 res mihi rem extranei. Si † autem mandauerim tibi, vt emeres
mihi rem, quam cum alio communem habes, tenet manda-
tum ratione partis alterius: non ratione partis tuæ, quia tibi
non poſſum mandare, vt rem tuam mihi vendas: vt ff. eod. l. ſi
mandauero tibi. §. Iulianus. & in hoc caſu cum de te commu-
ni emenda tibi mando, ſiquidem pretium tibi taxaui, quanti-
cunque aliorum partes redemeris, ſic & tua pars coarctabitur
vt non excedat mandati quantitatem. Quid ſi alias partes vi-
liori pretio emeris? certè pro tua parte præſtabitur tibi quanti
tua intereſt: dummodo erit intra id pretium, quod mandato
continetur. Quid enim fieret, ſi exiguo pretio hi, cum quibus
tibi communis fundus erat, rem addicere, vel neceſsitate rei
familiaris, vel alia cauſa cogerentur, an tu ad idem diſpen-
dium deduceris? ſed nec lucrum tibi ex hac cauſa debes ac-
quirere, cùm mandatum debeat eſſe gratuitum. Quid enim ſi
quanto viliori alij diſtraxerint, tanto cariori velis vendere
partem tuam? Vel quid, ſi alium animoſiorem emptorem in-
uenias, qui tibi ſit paratus dare amplius, quàm mandato con-
tinetur, nec aliter velis vendere? hoc tibi concedendum non
eſt. Si autem nullo pretio taxato emere tibi mandauerim, tú-
que ex diuerſis pretijs partes cæterorum redemeris, & partem
tuam boni viri arbitratu, æſtimato pretio dari mihi opor-
tet, ita vt omnes ſummas maiores, & minores coacceruet vir
bonus, & ita portionem mediocrem inter eas præſtet ei, qui
mandatum ſuſcepit. Quid, ſi partes omnium ſociorum eme-
re non potueris? nihilominus mandati ages: & teneberis, niſi
mandauerim, vt non aliter ex mandato tenear, quàm ſi totum
fundum emeris. Illud etiam dici poteſt, ſub conditione par-
tem tuam, mihi venditam eſſe: ſi aliorum partes redemeris: vt
ſic agi poſsit ex empto, vel etiam mandati, nec extinguatur
mandatum morte mea, aut tua, quantum ad partem tuam, ſi
ante mortem meam, & tuam partes aliorum omnes, vel vna,
fuerint emptæ: & probantur hæc ff. eodem, l. qui negotia. §.
24 vltimo. & l. ſi fundum. & l. ita etiam. † Intereſſe autem, d quod
d venit in actionem iſtam, computatur omne id, quod ex re
mandantis penes mandatarium eſt: nam ex mandato nil apud
eum remanere oportet: vt ff. eodem, l. ex mandato. Item &
intereſſe computatur ratione vſurarum. Si enim dedi tibi pe-
cuniam, vt creditori meo ſolueres, & non feciſti, præſta-
bis mihi vſuras, quo caſu & à me creditor pecuniam debi-
tam, cum vſuris recepturus ſit: vt ff. eodem, l. ſi verò non. §.
dedi. Item & ſi procurator meus pecuniam meam habet,
ex mora tenebitur ad vſuram: vel ſi fœnerabit pecuniam,
præſtabit mihi vſuram. Idémque eſt & ſi pecuniam conuer-
terit in vtilitatem ſuam, præſtabit enim mihi vſuram, quæ
legitimo modo frequentatur in regione: vt ff. eodem, l. idém-
25 que. §. ſi procurator. Item † & procurator quem conſti-
tui ad agendam cauſam, inſtrumenta cauſæ ſibi commiſ-
ſa reſtituet per actionem mandati, non per actionem depo-
ſiti. vniuſcuiuſque enim contractus initium ſpectandum eſt,
& cauſa, l. ſi procuratorem. in princip. ff. manda. Item &
mandati tenetur, ſi colluſit cum aduerſario meo. Vel ſi non
ſit ſoluendo procurator, tenebitur mihi aduerſarius actione
de dolo, ob cætera damna quæ paſſus ſum occaſione abſolu-
tionis. Nam & ad rem principalem agere poſſum veteri actio-
ne, & ſi excipiatur, replicabo: vt ff. eodem, l. ſi procurator, &
de dolo malo. l. & eleganter. §. ſi dolo. & l. cum à te. & l. cum
26 quis. Et non † tantùm venit dolus in actionem iſtam, ſed
etiam culpa lata, leuis, & leuiſsima, ſecundum nos: vt in-
frà eodem, l. à procuratore. & l. in re mandata. Quidam
tamen vtuntur eadem diſtinctione hic, qua & in commo-
dato: vt dixi ſuprà commodati. & ſic ſi mandarem tibi gra-
tia mea tantùm, ſecundum eos, teneris de dolo, & lata cul-
pa tantùm. Sed certè (vt ait Bulg.) alia eſt natura huius con-
27 tractus, quàm illius. † Contraria autem actio mandati com-
petit, cùm procurator impleuit mandatum iniunctum.

Si ergo mãdauerim tibi vt fundum mihi emeres: etiam ſi non-
dum pretium ſolueris, ages mecum mandati vt ſuſcipiam obli-
gationem: qua teneris venditori. Nam & ego tecum agere
poſſum vt cedas mihi empti actionem. Item ſi mandato meo
iudicium ſuſcepiſti, manente iudicio ſine cauſa iuſta, non de-
bes agere contraria, vt transferatur iudicium in me: nondum
enim perfeciſti mandatum. Vbi autem pro me promiſiſti pe-
cuniam nouandi animo, agis mecum mandati, etiam ante-
quàm præſtes, vel damnatus ſis: quia tua obligatione me li-
beraſti: ſecus ſi pro me feceris te mandatorem, vel fideiuſſo-
rem, vel conſtitutorem. Nec enim agis in his caſibus ante-
quàm ſoluas, vel damnatus ſis, vel diu ſteteris in obligatio-
ne, vel niſi bona mea diſsipem, vel niſi aliter actum fuerit in-
ter nos: vt ff. eodem. l. Lucius. & C. eodem. l. ſi pro ea. & ff. de
fideiuſſo. l. fideiuſſor pro venditore, & l. ſi fideiuſſor, qui mi-
nori. Et eſt ratio, quia fideiuſſori & ſimilibus videor man-
daſſe vtrunque, id eſt, & de obligando ſe, & de ſoluendo.
Vnde non perfectè videtur impletum mandatum: ſi vtrunque
non fiat. argu. ff. de condict. indebi. l. indebitam. Vel alia ratio
eſt, quia nihil mihi prodeſſet fideiuſſor, ſi ſtatim tenerer libe-
rare eum: ſic ergo officium ſuum, quod impendit gratis me
potiùs deciperet, quàm iuuaret. Intempeſtiuè ergo non debet
agere mandati: ſicut & intempeſtiuè non reuocatur commo-
datum. Adiuuari enim nos, non decipi beneficio oportet. l.
28 in commodato. §. ſicut. ff. commodati. Agant † [e] autem fide-
e iuſſor, & conſimiles mandati, ſi intercedant pro me præſente:
ſed ſi pro me abſente, agunt negot. geſt. vt ff. eodem. l. ex man-
dato. §. j. & l. qui fide. Nullo verò modo agit fideiuſſor, ſi in-
tercedat pro me vetante, vel in rem ſuam, vel animo donandi,
vel hoc acto, ne agat mandati: vt ff. eodem. l. ſi remunerandi. §.
29 ſi paſſus. & §. vlti. ibi, Marcellus autem, & c. Item & † nullo
modo agit fideiuſſor, cùm ipſe conuentus omiſit exceptionem
ſibi competentem, & in hoc caſu, id eſt, cum fideiuſſor omit-
tit exceptionem ſibi competentem. Siquidem competat ex
perſona ſua, & inhoneſta cauſa, vt quia iniquum ius impe-
trauit: vel quia perſonale pactum erat ei factum ſi foderet vi-
neam, cùm ipſe eſſet in dignitate conſtitutus: agit mandati. Si
autem honeſta, & talis quam potuit reus opponere, vt ſi fide-
iuſſor faciat pactum ne ab eo, vel reo petatur: non agit man-
dati. ſi verò reo non poterat proficere, ſecus: vt in Velleiani
exceptione: vt ff. eodem. l. idémque. §. generaliter. & l. ſi fideiuſ-
ſor. §. vlti. & ad Velleia. l. penulti. & vlti. §. ſi mulier pro eo. &
de pactis. l. idem. §. vltim. Nec attendo, vtrùm ſciat, vel ne-
ſciat fideiuſſor eam ſibi competere: quia de ſuo facto agitur:
vt ff. ad Velle. l. quanquam. Si verò competat ex perſona rei,
& porrigebatur ad fideiuſſorem: ſiquidem fideiuſſor igno-
rabat eam ſibi competere, agit mandati: niſi errauerit in iure:
vt ff. eodem. l. fideiuſſor. j. reſponſo. & §. non malè. Si verò ſcie-
bat eam ſibi competere, ſi quidem illa exceptio ſit declinato-
ria iudicij: putà, non diſputauit an procurator creditoris poſ-
ſet eſſe procurator de iure, an non: vt quia erat fœmina, vel
erat miles: verus tamen erat procurator, agit mandati: quia de
bona fide agit, cui non congruit diſputare de apicibus iuris.
ſecus ſi non inquiſierit diligenter an eſſet verus procurator,
vel non: vt ff. eodem. l. ſi fideiuſſor. §. quædam. & l. inter cau-
ſas. §. mandato. ſi autem illa exceptio ſit dilatoria, vel perem-
ptoria ſolutionis: non agit intra tempus dilationis. Vel in ſe-
cundo caſu nunquam: vt ff. eodem. l. ſi mandauero tibi, vt pro
me in diem. & l. ſi fideiuſſor. j. reſpon. Si verò ex perſona rei,
non porrigitur ad fideiuſſorem exceptio, nihil imputatur ei,
ſi non opponat eam: quia nec poteſt. Illud planè imputatur
ei, ſi reo denuntiare poteſt, vt iudicium ſuo, vel procuratorio
30 nomine ſuſcipiat: vt ff. eodem. l. idémque. §. penulti. † Item
non agit fideiuſſor mandati, vbi liberatus eſt à creditore, qui
ei volebat principaliter donare: ſecus ſi liberauit eum legando
liberationem, vel mortis cauſa donando, vel etiam inter viuos
donando remunerandi tamen cauſa: vt ff. eodem. l. idémque. §.
vlti. & l. ſi verò. j. reſpon. Vbi autem alius volens donare fide-
f iuſſori ſoluit pro eo creditori, agit fideiuſſor mandati, [f] ſi fi-
deiuſſor liber homo eſt, & paterfam. Nam ſi eſſet ſeruus, vel
filiusfa. non agit pater, vel dominus: quia qui ſoluit pro filio,
vel ſeruo, patri vel domino donatum non voluit: vt ff. eod. l.
31 ſi verò non remunerandi. §. j. Item & agit † fideiuſſor manda-
ti, ſi ſuum debitorem delegauerit creditori, etiam ſi is non ſit
ſoluendo: quia bonum nomen facit creditor, qui admittit
debitorem delegatum. Item & ſoluiſſe videtur fideiuſſor, ſi
alius volens ei donare creditorem liberauit in tanta pecunia,
quanta tenebatur ei fideiuſſor: ideo, vt creditor non conueni-
ret poſteà fideiuſſorem: vt ff. eodem. l. inter cauſas. §. abeſſe. &
§. ſi is. Item videtur eſſe impletum mandatum, vbi, te mandan-
te, promiſi iudicio ſiſti: nec te exhibui, nam & antequàm præ-
ſtem, mandati agam, vt me liberes: vt ff. eodem. l. ſi mandato
32 meo. §. ſi iudicio. Item † vt competat actio contraria, neceſſe
eſt, vt quis diligenter fines mandati cuſtodiat. l. diligenter. ff.
eod. Si autem aliquis excedat eos omnino: vt ecce, mandaui
tibi vt emeres mihi domum Titianam, & emiſti Seianam: nul-
lo modo agis contraria: ſed teneris mihi directa. Si autem
emeris Titianam, & ego taxaui tibi pretium: ſi dederis am-
plius, non ageres pro ſuperfluo vel mandati, vel neg. geſt. ſe-
cundum nos, etiamſi vtiliter feceris: quia prohibuiſſe videor
ne des vltra: vt ff. de nego. geſtis. l. qui aliena. §. libertos. & C.
de nego. geſt. s. l. vlti. & d. l. diligenter. Minùs autem ſi dederis,
agis: quia videor tibi mandaſſe, vt minori pretio emeres, ſi
poſſes: ſic & è contrario, ſi mandauerim vt rem meam vende-
res pro decem, videor mandaſſe vt vendas maiori pretio ſi
potes: minori autem ſi vendas, mihi non præiudicas. nam ſi
ab emptore petam rem, non obſtabit exceptio: niſi reliquum,
quod deeſt mandato meo, præſtes, & indemnem me per om-
nia conſerues. & probantur hæc ff. eodem. l. præterea. & l. ſed
33 Proculus. & j. l. diligenter. & l. poteſt. Item † & veniunt in
in contrariam actionem impendia: licet mandator minus erat
expenſurus: vt ff. eodem. l. ſi quis alicui ſcripſerit. §. impendia.
Quod autem procurator amiſerit latrocinio, vel naufragio,
vel alio caſu fortuito, non veniet in contrariam actionem: li-
cet ſecus ſit in actione pro ſocio: vt ff. eodem. l. inter cauſas. §.
non omnia. & pro ſocio. l. cum duobus. §. quidam. quia ſocie-
tas fraternitatis ius eſt optimum, & cauſa lucri contrahitur
ob commodiorem vſum: vt ff. pro ſocio. l. verum. Vel fortè
idem eſt in vtraque actione: & diſtinguetur an ſocius, vel pro-
curator erat prædicta damna paſſurus: etiamſi mandatum non
ſuſcepiſſet, vel pro ſocietate iuiſſet, an non: vt in primo caſu
non agat, in ſecundo contrà. Sed & de conſuetudine vrbano-
rum eſt, vt procuratori reſtituantur damna. Damnum autem
vel furtum quod ſenſit procurator per ſeruũ, quem compara-
uit mandato meo, eſt ei reſtituendũ, ſi mandauerim ei de certo
ſeruo emendo: ſi autem mandauerim de incerto, non teneor
ei: ſi ipſe fuit in culpa quod emit ſeruum talem. Si autem nõ
fuit in culpa, & ego potui eum certiorare poſt emptionem fa-
ctam, & non certioraui, vt ſibi præcaueret, teneor ad inter-
eſſe. Si verò certiorare non potui, teneor mandati contraria,
non noxali noxaliter: vt ff. eo. l. inter cauſas. §. ſed cum ſeruus.
34 & de fur. l. ſi ſeruus communis. §. quòd verò. † Veniunt etiam
vſuræ in contrariam actionem ex mora: vel quia procurator
ab alio accepit mutuum ſub vſuris, quod expendit in re mea:
vel ſi exegit à debitore ſuo à quo conſequebatur legitimas v-
ſuras, & exactum impendit in rem meam: vt ff. eodem, ſi verò
35 non. §. ſi mihi. † Fiunt & reputationes in his actionibus: vt
enim procurator fructus reſtaurare cogitur, ita & ſumptum
quem fecit in fructus percipiendos deducere eum oportet. Sed
ſi ad vecturas, dum excurrit in prædia ſumptus fecerit, repe-
tere poterit hos ſumptus, niſi ſalarium fuerit ei datum pro ſum
ptibus, & conuenit vt ſumptus faceret de ſuo ad hæc itinera,
hoc eſt, de ſalario. Si autem procurator voluptariè expendit,
permittitur ei auferre ſine læſione domini, niſi dominus pa-
ratus ſit reddere expenſas: vt ff. eodem. l. idémque. §. idem La-
36 beo. † Competit hæc contraria procuratori, & hæredibus
eius, niſi procurator fingatur donaſſe, quod impendit. Quid
enim ſi prædium emeram, & pretij beſſem ſolueram, & ipſum
mãdaui tibi tradi donationis cauſa vt reliquum pretium ſol-
ueres: quod & feciſti: deinde mihi vendenti prædium con-
ſenſiſti; non ages pro triente pretij ſoluto, contra me: quia cùm
donationem prius à me receperis duarum partium pretij, ve-
riſimile eſt vt & tertiam quam ſoluiſti mihi donaueris: vt ff.
eodem. l. ſi verò non. §. contrario. Directa verò mandatori, &

eius

37 eius hæredi competit. Famoſa † eſt directa, ſed non contraria: niſi in caſu: vt ff. de iis, qui not. in famil. l. furti. §. mandati. Perpetua eſt vtraque, & perſonalis, & bonæ fidei. Sed quia contraria, & directa ita demum competunt, ſi mandatum non fuerit finitum: vt ff. eo. l. ſi verò non. §. ſi mandauero. niſi probabilis ignorantia interueniat: vt ff. eodem, inter cauſas. primo
38 reſpon. & §. j. & l. ſi præcedente. Ideo † qualiter mandatum finiatur videndum eſt. Et quidem ex parte mandantis finitur re integra, morte eius contingente: vt j. eod. l. mandatum. niſi concipiatur poſt mortem: vt ſi mandauit ſibi fieri monumentum poſt mortem ſuam, aget enim procurator contra hæredem mandantis, ſi ex pecunia fecerit monumentum: niſi ei ita mandaſſet defunctus vt procurator non ex ſua pecunia, ſed ex pecunia mandantis faceret monumentum in vita mandantis, potuit enim agere, etiam cum eo, qui mandauit vt pecuniam daret ad faciendum monumentum, maximè ſi quædam parauit ad faciendum. Idem eſt, ſi mandauerit quis poſt mortem ſuam emi fundum hæredibus ſuis: vt ff. eo. l. ſi verò. §. vlti.
39 Nec † obſtat quod legitur. ff. de ſolu. l. vltim. quia licet ibi eſſet conceptum mandatum poſt mortem, non tamen expediebat hæredi mandantis id mãdatum impleri poſt mortem. mandauerat enim creditor debitori vt poſt mortem ſuam ſolueret Titio. Prædicta autem mandata expedit hæredi mandantis impleri. Vel ſic ordina literam, ei autem cui iuſſit debitorem meum ſoluere, non rectè ſoluitur poſt mortem meam.
40 † Item finitur mandatum reuocatione[g] mandantis, ſi faciat
g eam re integra: vt inſtitu. eo. §. rectè. licet enim mandanti pœnitere, vt ſi ſeruum tibi tradidero, vt eum manumittas poſt mortem meam, & pœnitentia accepta ſeruum recuperare velim: vt ff. eod. l. ſi quis alicui. §. ſi ſeruum. In reuocatione autem diſtingue an fiat à domino, vt tunc obtineat quod dixi: an ab eius generali procuratore: & tunc ſiquidem generalis procurator habeat iuſtam cauſam reuocandi mandatum, tenet eius reuocatio: vt ecce, hominem tibi dedi vt eum manumitteret. poſteà procurator comperit ſeruum illum falſas rationes confeciſſe, inſidias vitæ meæ paraſſe, teneberis niſi denuntiationi procuratoris parueris prohibentis manumiſſionem: ſed nulla iuſta cauſa interueniẽte, ſi prohibeat, nihilominus manumittes: vt ff. eodem l. ſi hominem. Probabilis autem ignorantia ſuſcipientis mandatũ circa reuocationem factam
41 excuſat eum: vt ff. eo. l. ſi mãdaſſem. Item † ex parte mãdatarij finitur mãdatũ morte eius, re integra: vt inſti. eo. §. itẽ ſi adhuc integro. & ff. eo. l. ſi quis alicui. §. morte. Itẽ renuntiatione eius, quæ facienda eſt re integra, ſcilicet vt integrum ius mandatori ſeruetur explicãdi eandem rem per ſe, vel per alium: quod ſi non fecerit, redundat in eum captio qui ſuſcepit mandatum, niſi iuſta interuenerit cauſa, quare non renunciauit mandatarius tempeſtiuè: vt ſi prætendat excuſationem circa intempeſtiuam renuntiationem valetudinis aduerſæ, vel capitalium inimicitiarum, vel inanium actionum, vel aliarum iuſtarum cauſarum: vt ff. eod. l. ſi mandauero. §. vltimo. & l. ſeu. & l. ſi quis alicui. §. qui ſuſcepit.

ANNOTATIONES.

a Epiſtolam. Adde Barto. in l. ſi quis mihi bona. §. circa finem ff. de acquiren. hæredi. & in l. prima. ff. de contrahen. empt. doct. in l. ſi cùm dotem. §. ſi pater. ff. ſolu. matri. vbi do. Alexan. copioſè & facit, quod voluit Bart. & doct. in l. fideiuſſor. §. pater ff. ſolu. matri.
b Obligatorium. Intellige iſtam concluſionem eſſe veram in vim contractus: ſecus tamen credo eſſe in vim delicti, vt tenet not. Bald. in l. ſi maritus, C. mand.
c Actionem mandati. Adde Bart. & doct. in l. ſi fundus. §. ſi neſciente. in ſecundo not. ff. de pig. & in l. ſi pecuniam C. de nego. geſt. do. Alexan. copioſè in l. Iulianus qui ſatiſdare cog. do. Bart. Soci. in conſi. ccevrii. incip. iuſtiſſime iudeo. ver. ii. conſilio. in primo volumine chart. cxcviii.
d Et adde in iſta materia quod mandatum requirit diſtinctionem perſonarum: vt per Soci. in conſi. lxxxvi. & quòd tot ſint mandata quot ſunt res ſuper quibus datur mandatum. Vide per Soci. conſil. clxxiiii. verſi ſed ad hanc obiectionem.
e Agunt. Vide Alexan. conſil. cxviii. in ii. volu. & vide aliquid per Alex. & Modes. in l. ii. §. eo his. ff. de verbo. oblig.
f Mandati. Adde not & doct in l. ſi negotia. ff. de nego. geſt. & in l. Titius. ff de procur. Bald. in l. cæterum. famil. erciſc. & in l. ſi pro ea. C. manda. do. Alexand. de Imol. in l. frater a fratre. ff. de condict. indebi. do. Bart. Socin. in regula cccclv. & in conſil. cclxxiii. incip. In præſenti conſultatione. nu. circa princ. cum plur. verſic. ſequenti in prima volu.
g Reuocatione. Adde Bart. & do. Alexan. in l. ſi cum Cornelius. de ſolu. Bald in l. mandatum. C. mandati. do. Bart. Socin. in l. rogaſti. §. ſi fugitiuus. ff. ſi certum peta. nume. i. & vide Ange. Aretin. in §. rectè. nume. i. cum plu. ſeq. inſti. de man.

Si ſeruus ſe emi extero mandauerit. *Rubrica.*

1 *Mandatum quo ſeruus mandat alicui, vt ſuis nummis ematur, & manumittatur an, & quando ſit efficax.*

DICTVM eſt ſuprà generaliter de mãdatis, nunc
1 autem ſpecialiter † de quodam mandato ponit, ſcilicet, cùm ſeruus mandat alicui vt ſuis nummis ematur, & manumittatur: quod quidem mandatum nullum eſt ab initio, ſi ſtetur in finibus mandati, id eſt, ſi vltrà quis non progrediatur: nec enim tenere poteſt, vel ratione ſerui, id eſt, eius perſona inſpecta: vel inſpecta perſona domini. Ex perſona ſerui, non: quia hoc non poſſet aliquis homo liber mandare. Abſurdum ergo videtur, quòd liceat ſeruo: vt ff. de libera. cau. l. ordinata. §. ſi is, qui in libertatem. & quibus ad libertatem proclam. non licet, l. penult. Item quia aut dices, quòd tenet eo iure: quo ſeruus eſt liber, id eſt, naturali: & tunc tenere non poteſt: quia libero homini aliquis mandare non poteſt. vt iure ciuili. & tunc nullum eſt omnino: quia quantum ad ius illud, ſeruus pro mortuo habetur: vt ff. de regu. iur. l. quod attinet. Item non tenet ex perſona domini: quia qui mandat à ſe rem ſuam emi, videtur emere: quia quod per alium facio, ego videor facere, & vendo. In veritate ergo eſſem venditor, & emptor reſpectu eiuſdem rei. quod ratio relatiuorum non patitur: vt ff. de rerum permuta. l. j. apertè probatur: ſed licet non teneat (ſicut dictum eſt) mandatum, tamen ſi emptio fuerit ſecuta dicendum eſt ex tali mandato poſſe agi. Nam & aliàs videmus ſtipulationem pœnalem præſtare robur primæ ſtipulationi inutili: vt j. de rei vxo. actio. in princip. legis vnicæ, non tamen fit vt agatur ex prima: hic autem quia ſequens contractus, venditionis ſcilicet, eſt bonæ fidei, non ſtricti iuris, vt ſtipulatio, in ſupradicto exemplo tantum præſtat robur, vt ex primo contractu etiam detur actio, ſcilicet actio mandati. & hoc pro ſumma ſufficit.

LEX *Vnica.*

1 *Externus quis.*
2 *Ratio optima, quæ ſit.*
3 *L. ſi extero. explicari & 4.*
5 *Et, copula vis.*
6 *Actionum an admiſſibilis concurſus.*
7 *Conditio, ſi x. det. quomodo accipienda.*
8 *Emi, ſimpliciter, & ſuis nummis, diſſidere.*
9 *Conſtitutio duorum fratrum explicatur.*

1 SI SERVVS extero. Quem † vocat exterum? Reſpondeo omnem hominem præter dominum. ſi enim hic ſuo proprio domino mandaſſet, non ab initio, nec ex poſtfacto poſſet mandatum conualeſcere, cùm adimpleri non poſſet. Nec enim ipſe à ſeipſo emere poſſet. Sed ſuper prædicto verbo, extra caſus poſitionem quærit Ioann. Si erat ſeruus plurium, & mandauit vni ex dominis, vt ſe ab altero domino ſuis nummis emeret, & manumitteret, vtrùm ab initio, vel ex poſtfacto tale mandatum teneat, vel pro parte, vel inſolidum? Item quid iuris eſſet, ſi mandaſſet alteri ex dominis, vt rem quæ erat alterius do-
a minorum emeret? Item quam vocat optimam † rationem? Reſpondeo æquitatis, quæ dicitur optima: quia & iuri ſtricto, & rationi iuris ſtricti præiudicat: vt diximus ſuprà, de iudi. l. placuit. De æquitate enim dominis dari actionem mandati propter mandatum, quod interceſſerit, ſecundum Io. licet penitus proſpicientis videatur lex iſta innuere, quòd ex ipſa

venditione detur actio mandati, ſecundum Irner. quod eſt
abſurdum. Poteſt etiam dici ſecundum Bulg. quòd ex ipſo
3 mandato detur actio: ſed non. ſi dicitur † in finibus mandati, ſed
ita ſi ſequatur vẽditio. Sic & ego conuerſiuè lego cõtextum,
ſiue literam, quaſi diceret: quia id non agitur vt ex ipſo man-
dato, ſcilicet, ab initio: ſed propter alium contractum ſequen-
tem, ſcilicet venditionis detur actio ex mandato. Et eſt talis
conuerſio literæ ſ. com. diuid. l. j. & in concordantiis ſignatis
4 ibidem. Quid eſt quòd dicit non † poſſe exerceri duas con-
trarias actiones, ſcilicet mandati de ancilla: & empti, id eſt,
venditi pro pretio. Natiuitas ſi quidem duarum iſtarum a-
ctionum non impeditur, ſed exercitium: vt eſt infrà de furtis.
l. j optimum ſimile, nec enim poſſet eſſe magis ſimile: niſi eſſet
idem; quia hic, & ibi de actione mandati loquitur, quæ pro
ancilla retrahẽda competit: ſicut & ſi ſeruus emi aſinum man-
daſſet. Et dicuntur contrariæ: quia vna naſcitur, vt emptor ca-
reat re empta, altera verò vt ſoluat pretium. Et quòd de ancil-
la conſequenda loquatur, ſeries ipſius literæ oſtendit apertè.
5 Copulatiua † enim coniunctio, &, facit hic vt illud verbum,
conſequendo, concipiat in ſe fœmininum, vt dicas mandati
actionem competere de ancilla conſequenda. & hoc etiam
ſubſequens ordo literæ clariùs indicat: cum dicit, ſanè in il-
lius arbitrio, &c. Sed contra nos videtur quod dicitur, cõtra-
riam mandati non dari contra dominum emptori. non ergo
debet dari directa eadem ratione: vt ff. mãdati. l. ſeruus meus.
Sed illud non obſtat, quia quod dicitur, mandati actio vltro-
citroque eſt: expone, id eſt, eſſe ſolet. Quandoque tamen aliter
eſt, vt in hoc caſu. ſicut ibidem dicitur, & ff. eod. tit. mandati. l.
poteſt & ab vna. & ff. locati. l. ſicut §. interdum. Placẽtinus ve-
rò ſummando dicit quòd non poteſt agi mandati de ancilla re-
tradenda, ſed loquitur de actione mandati, quæ competit pro
ancilla manumittenda, quam impeditur ratione contrarieta-
tis exercere cum actione venditi pro pretio. Quod nihil eſt.
6 † nam aut non intereſt mea, ratione cognationis ipſam manu-
mitti: & tunc nulla eſt contrarietas duarum actionum: vt po-
te, cùm vna, id eſt mandati, non competat: quia mea non inter-
eſt: vt ff. mandati. l. ſi procuratorem. §. mandati actio. aut in-
tereſt, & tunc non impediuntur ratione contrarietatis: vt po-
te, cum vtraque ſimul poteſt intendi: vt ff. mandati. l. cùm ſer-
uus. Sed quare non conceditur ſeruo de peculio ſoluere, ſicut
& vbi manumiſſus eſt ſi decem dederit: vt ff. de ſtatulibe. l. ſta-
tuliberos. §. & parui? Reſpondeo, vbi teſtator apponit illam
7 conditionem, ſi decem † dederit, & ſciat eum non habere pa-
trimonium aliquod, niſi peculium, videtur voluiſſe quòd de pecu
lio det. argu. ff. de manumiſſ. teſta. l. ſi quis locuples. & de eõdi.
inſtit. l. quæ ſub conditione. & infrà de conditio. inſert. l. cum
patrem. at hic nihil videri poteſt permiſiſſe, cùm & mandatum
ſic à ſeruo factũ emanauerit. Alij ſunt qui diſtinguunt vtrum
ſimpliciter mãdet ſeruus ſe emi, & manumitti: aut emi, & ma-
numitti ſuis nummis, vt in primo caſu non poſſet fieri ſolutio
nummorum peculiarium: in ſecundo poſſit. Quæ diſtinctio
quantum ad id quod quærimus nulla eſt. Ad quid enim illius
mandati diſtinctionem faciam, cum inter dominum, venden-
tem, & emptorem extraneum contractus celebretur, & opor
a teat [a] emptorem ſecundum generalem legem, pretium vendi-
toris facere: vt ff. de actio. empt. l. ex empto? Ad aliud porrò
non nego eſſe differentiam: quòd vbi ſimpliciter mandat ſe emi,
& manumitti, non poſſit ſeruus conſequi aduerſus empto-
rem ex aliqua conſtitutione, vt manumittatur: vt ff. de ma-
numiſſ. l. iij. §. ſi ab ignoto. Fortè nec aliut ratione ſerui agit, ſi
8 mandauit vt ſuis † nummis emeretur, & manumitteretur: &
ipſe ſeruus cõſiſtit aduerſus emptorem: vt ff. de iudi. l. vix cer-
tis. & etiam dominus ipſe ratione affectus: vt ff. mãdati. l. cum
ſeruus. Nec pronuntiatur liber ex conſtitutione duorum fra-
9 trum miſſa ad Vrbium † Maximum: ſed pronuntiatur libe-
randum, licet quidam contradixerint, & ſcripſerint & poſteà
abraſerint ad vocem, & ſecundum ſententiam noſtram: vt ff.
de manumiſſ. l. iiij. in princip. & de iudic. l. qui ſe dicit. De aliis
autem conſtitutionibus, quibus quis in libertatem produci-
tur, quia alibi diximus, hic non dico. Hoc autem quod diximus
de prædicta conſtitutione exaudiebat Placentinus, ſi ſer-
uus & ſe emi, & manumitti ſuis nummis mandaſſet: cæterùm
ſi tantùm ſe emi ſuis nummis mandaſſet, non dicebat poſſe agi
ad manumittendum: & pro eo facere videtur quod eſt ff. eo. l.
cùm ſeruus. Sed Ioan. putat d. conſtitutionem duorum fra-
trum locum habere, cum etiam locum habeat vbi dictum eſt,
ne manumitteretur: vt ff. de manumiſſ. l. iiij. §. ſiue. & maximè,
quia in lege non fit mentio quòd ſeruus de ſe manumittendo
mandauerit, ſed tantùm de emendo. Porrò hic differentia eſſe
poteſt. quam & facere videtur lex, quæ videtur facere pro P.
quia vbi tantùm de ſe emendo ſuis nummis mandat dominus,
non poteſt agere, vt manumittatur: & ſic dicitur nullum eſſe
mandatum: quia dominus vtrũque conſequi propter manda-
tum non poteſt: & pretium ex venditione, & quòd manumit-
tatur. Sed in altero caſu, cùm de vtroque mandauerit, & ad
vtrũque agere poterit dominus ratione affectus. Cætera, quæ
ad huius legis intellectum neceſſaria ſunt, ex caſibus, & ex
his, quæ alibi diximus, & ſcripſimus colligi poterunt.

ANNOTATIO.

a Oporteat. Vide domi. Alexand. in conſil. xliii. in primo volumine.

Pro ſocio. *Rubrica.*

1 *Societas quid ſit.*
2 *Societas quomodo contrahatur.*
3 *Societas inter quas perſonas contrahatur.*
4 *Societas quatenus in bonis & rebus contrahatur.*
5 *Societas quos modos non admittat.*
6 *Societatem dolo coitam, eſſe nullam.*
7 *Societas an poſſit ita coiri, vt tranſeat ad hæredes.*
8 *Societas an, & quando poſſit ita coiri, vt vnus plures partes lucri ſentiat, quam alius.*
9 *Societas an admittat hoc pactum, vt vnus ex ſociis nullam partem damni ſentiat, lucrum autem ſit commune, & an vt vnus ex ſociis totum lucrum, alter totum damnum ſentiat.*
10 *Lucrum quomodo accipiendum ſit in ſocietate.*
11 *Societati non poſſe intempeſtiuè renunciari, atque inibi an id ſit perpetuum, & an pactum de renunciando intempeſtiuè ſocietati valeat.*
12 *Pactum adiectum ſocietati, vt partes ſocietatis conſtituantur arbitrio Titij. an valeat, & quid ſi Titius nolit arbitrari, aut iniquè arbitretur.*
13 *Actio pro ſocio quando naſcatur.*
14 *Societas quibus modis ſoluatur, atque inibi ſolui eam morte vnius ex ſociis, etiam inter eos ſocios, qui ſuperſunt.*
15 *Societas an, & quomodo diſſoluatur interitu rerum, quæ erant in ſocietate. & nu. 20.*
16 *Societas an ſolui poſſit voluntate.*
17 *Societati renuncians dolo, quatenus teneatur ſocio.*
18 *Societatis renunciatio à quo, & quomodo ſit facienda.*
19 *Societas an ſoluatur per ceſſionem bonorum ab vno ex ſociis factam.*
20 *Societas an & quando ſoluatur actione perempta, vel mutata.*
21 *Societatem ſolui emancipatione vnius ex ſociis. & quæ actiones tum competant alteri ſocio.*
22 *Actio pro ſocio ad quid competat, ſeu quæ veniunt in eam. & nu. 28. & 31. & 34. & 37. & 42.*
23 *Societate contracta nominatim omnium bonorum, cuiuſmodi res communicanda ſint.*
24 *Socius. qui ſocio communicauit, quod ſurripuerat, vel alias turpiter quæſierat, ſi poſtea eius delicti nomine condemnatus ſit, an poſſit auferre ex ſocietate, quantum ex ea condemnatione ſoluerit.*
25 *Societate ſimpliciter contracta, quorum bonorum ſocietas coita eſſe videatur.*
26 *Societate contracta alicuius negotiationis, quæ veniant communicanda.*
27 *Communicatio quando fiat ipſo iure citra factum hominis.*
28 *Dolum venire in actionem pro ſocio: & an veniat culpa, & qualis.*
29 *Intellectus ad l. cum duobus. § ſi in coeunda ff. pro ſoc.*

30 *Socij dolus vel culpa an compenſetur cum alterius ſocij dolo vel culpa.*
31 *Dos vxoris vel filiæ quando veniat præcipienda in actione pro ſocio. & nu. 33.*
32 *Dos an ſit in ſocietatem referenda, ſoluto matrimonio manente adhuc ſocietate.*
34 *Actione pro ſocio propoſita, æs alienum an, & quando & quomodo ſit præcipiendum.*
35 *Legatum relictum ab vno ex ſociis ſeruo communi ſine libertate, acquiri in totum alteri ex ſociis, & præcipiendum eſſe ab eo in actione pro ſocio.*
36 *Donatio vel alia promiſſio per ſtipulationem ab vno ex dominis ſeruo communi, an & quatenus valeat.*
38 *Actione pro ſocio tolli actionem legis Aquiliæ, & econtrario: item etiam actionem communi diuidundo, & conditionem furtiuam, non etiam actionem furti.*
39 *Furti actio an tollatur per actionem mandati intentatam vel econtrario.*
40 *Commodati actione an tollatur actio furti, vel econtrario.*
41 *Socius quando teneatur actione furti ratione rei cõmunis contrectatæ.*
43 *Actio pro ſocio quibus detur: & contra quos.*
44 *Actionem pro ſocio directam eſſe ab vtraque parte, nec reperiri hic actionem contrariam.*
45 *Actio pro ſocio vtilis an, & quando detur.*
46 *Actionem pro ſocio eſſe famoſam.*
47 *Socium non eſſe condemnandum niſi quatenus facere poteſt, atque ibi an id ſit perpetuum, & an tale beneficium extendatur ad hæredes ſocij, vel ad patrem aut dominũ eius.*

QVONIAM ſocius quaſi procurator eſt pro
parte, poſt tractatum mandati ponit de ſocietate.
Videndum ergo quid ſit ſocietas, qualiter contrahatur,
inter quas perſonas, in quibus rebus &
quis modus, vel quod pactum apponi poſsit in ſocietate contrahenda,
quæ actio naſcatur ex ea, quando, ad quid, & qui-
1 bus detur, in quos, & qualis ſit. † Eſt autem ſocietas duorum,
vel plurium conuentio contracta, ob commodiorem vſum,
& vberiorem quæſtum. Quæ diffinitio non in legibus, ſed in
Marco Tullio reperitur. Accedere tamen ad definitionem
videtur quod dicitur, quemlibet ſociorum non tantùm damnum,
ſed etiam lucrum debere expectare. Item quod dicitur
vnius ſocij induſtriam, vel operam plus ſocietati conferre,
quàm alterius pecuniam: Vnde patet in ſocietate commodiorem
eſſe vſum vnius, propter alterum: & vberiorem eſſe quæſtum
vnius, propter alterum: vt ff. eod. l. ſi non fuerint. §.
2 ita. & §. vltim. in fine. † Contrahitur ſocietas ſolo conſenſu:
a ª vt ſuprà diximus in mandato. vt ff. eod. l. qui admittitur. &
ad tempus, & ex tempore, & in perpetuum, id eſt, dum viuunt
ſocij: & ſub conditione: vt ff. eod. l. j. & C. eo. l. pe. In æternum
autem, id eſt, vt duret ſine fine, per omnia ſecula non
poteſt: vt ff. eod. l. nulla. Non obſtat quod legitur. ff. eo. l. iiij.
Societatem coire, & verbis, ſubaudi, interuenientibus. Nam
& re interueniente, vel non interuenientibus verbis, id eſt,
ſtipulatione interueniente, vel non interueniente contrahi
poteſt. Solo enim conſenſu (vt dictum eſt) contrahitur vera
ſocietas: & ſimilis locutio eſt. ff. de rebus cre. l. certi. §. quoniam.
& de pig. l. j. Incidens autem ſocietas, id eſt, communio,
re tantùm contrahitur: vt ff. eodem. l. vt ſit. & famil. erciſ.
hæredes. §. non tantum. Quaſi ſocietas ſolo conſenſu contrahitur
inter cohabitantes, vt ff. de iis qui deiec. l. percept. ione.
Item inter virum & vxo. ob debitum carnis: vt j. de crimi.
expil. hære. l. aduerſus. Item inter dominum, & colonum: vt
3 ff. locati. l. ſi merces. §. vis. † Contrahitur ſocietas inter eas
perſonas, quæ aliàs poſſunt conſentire, & obligari: de quibus,
4 & de miſta conſideratione, plenè diximus ſ. de pact. † Con-
b trahitur ſocietas quandoq; vniuerſorum ᵇ bonorum, quandoque
negotiationis alicuius, quandoq; vnius rei: vt ff. eod.
l. v. In re autem turpi, vel flagitioſa, ſocietas contrahi non poteſt,
vt pro furto faciendo, vel aliquo facinore committen-
5 do: vt ff. eodem, l. nec prætermittendum. † In ſocietate autem
contrahenda non poteſt ille adijci modus, vt quæcunque
ex ſocietate obuenerint, donationis cauſa pertineant ad
ſocium meum, & ego nihil habeam: vt ff. eod. l. v. §. vlti. Nec
enim ego ſocius ſuus eſſe, ſed potius mercenarius videor. Item
nec poteſt adijci modus, vt ſocius de dolo non teneatur, ſicut
6 ſuprà diximus in depoſito. † Nam & ſi à principio dolo te
inducam vt mecum ſocietatem contrahas, cùm aliàs non eſſes
contracturus: ipſo iure non tenet ſocietas: vt ff. eodem. l. iij. §.
7 vlt. & vt diximus ſ. de dolo. Item † non poteſt in ſocietate
adijci modus, vt tranſeat ad hæredes: vt ff. eod. l. nemo poteſt.
Et hoc in ſocietate priuatorum. In ſocietate autem vectigalium
publicorum tranſit ſocietas ad hæredem: ita demum
ſi hoc fuerit dictum: & perſona hæredis ſit idonea ſocietati.
Quid enim ſi defunctus erat idoneus, & propter ius
operam, vel diligentiam, maximè ſocietas erat contracta: hæredis
autem perſona inutilis ſocietati eſt omnino? certè nec
tranſibit ſocietas ad hæredem talẽ: vt ff. eo. l. adeò. & l. verum.
Ille autẽ modus põt adijci in ſocietate, vt partes ſocietatis ſint
æquales. quod ſemper videtur eſſe dictum, niſi in contrarium
8 ſit actum. Poteſt enim id agi vt quis † duas partes vel tres habeat,
alius vnam: ſi modò aliquis plus tulerit ſocietati, vel
pecuniæ, vel operæ, vel cuiuſcunque alterius rei cauſa. Et fortè
aliter non tenet prædicta conuentio, ea ratione, quia ſocietas
eſt quoddam ius fraternitatis. Et licet aliter pacta tolerentur
inter contrahentes, hic tamen reprobantur: vt ff. depoſiti.
l. j. §. ſi conuenerit. & ff. eod. l. ſi non fuerit. j. reſponſo. & l. ve-
• rum. j. reſponſo. & Inſtit. eo. §. j. Vel forte (vt ait Guil. *) non
valet conuentio ſocietatis iure, ſed valet iure pactionis. Domino
autem meo videbatur ſubaudiendum eſſe maximè, ſicut
& alibi. ff. de contrahen. emp. l. fundi. Ego primæ ſententiæ ad-
9 hæreo: quia lex hoc videtur apertè velle. † Item in ſocietate
poteſt apponi pactum, vt vnus nullam partem damni ſentiat,
lucrum autem ſit commune. quod quidem ita demum valebit
ſi tanti ſit opera, quanti ſit damnum. Plerunq; enim tanta eſt
induſtria ſocij, vt plus ſocietati conferat, quàm pecunia: vt ſi
ſolus nauiget, ſi ſolus peregrinetur, pericula ſolus ſubeat: vt
ff. eod. l. ſi non fuerint. §. j. & inſt. eod. §. & adeò. & in hoc caſu
in prædicta determinatione ita demũ eadem ſit quæſtio, quã
ſ. proxi. feci: & eadem adhibetur determinatio. Si autem in ſocietate
contrahenda fiat pactum, vt vnus totum damnum ſubeat,
alter verò totũ lucrum habeat, non tenet ſocietas: quia
leonina eſt: vt in fabulis Æſopi continetur: vt ff. eod. l. ſi non
fuerint. §. vlt. Si autem in ſocietate contrahenda exprimatur
aliquid de lucro, idem videtur tacitè dictum in damno, & è
conuerſo idem eſt: vt inſti. eod. §. illud. eadem enim debet eſſe
10 ratio contrariorum. arg. ff. de legatis iij. l. vltim. §. fin. † Lucrum
autem eſt intelligendum primò deducto damno: nec enim
intelligitur lucrum, niſi primò fiat deductio damni: neq;
videtur damnum, niſi lucro deducto, id eſt, computato. Igitur
in eadem ſocietate impoſsibile eſt lucrum eſſe, & damnum
ſecundum prædictum intellectum: ſed poteſt eſſe lucrum
tantum, vel damnum tantum. Poteſt ergo quis paciſci,
vt eius lucri quod ſit reliquum in ſocietate omni damno deducto
pars alia feratur: & eius damni quod ſimiliter relinquatur,
pars alia capiatur: vt ff. eod. Mutius. loquor autem de damno,
quod caſu contingit. nam ſi contingeret dolo ſocij, vel culpa ex
qua teneatur, non deducitur ex ſocietate tale damnũ: imò potiùs
inducitur actione pro ſocio, qua conuentus ille qui damnum
dedit, ſarcire compellitur: vt ff. eodem, l. non ob eam.
11 † Item in ſocietate contrahenda ſuperuacuum eſt pactum de
non renuntiando ſocietati: quia ipſo iure ſocietatis intẽpeſtiua
renuntiatio venit in æſtimationem: vt ff. eod. l. ſed & ſocius.
§. vlt. Si autem fiat renuntiatio tempeſtiuè, etiam ſi fiat
intra tempus pacto comprehenſum, non agetur contra renuntiantem:
quia nihil mea intereſt non renuntiari: nec debet cõſiderari
meum intereſſe tantum, ſed ſocietatis totius. Semper
enim non quod priuatim intereſt vnius ex ſociis ſeruare ſolet,
ſed quod ſocietati expedit, niſi in ſocietate coeunda aliter ſit
dictum, id eſt, vt etiam intempeſtiuè renuntiare quis poſsit:
& ita pactum de non recedendo ſuperuacuum eſt. Pactum verò
de recedendo etiam intempeſtiuè, vtile eſt: & ſi non conuenerim
vt liceat recedere intempeſtiuè, poſſum tamen recedere
iuſta ratione interueniente: nec tenebor pro ſocio. puta,

ſi ideo renunciaui quòd condictio quædam quæ erat ſocie-
tas coita non præſtatur mihi. aut quod ita damnoſa, vel iniu
rioſus ſit ſocius vt non expediat eum pati. Idemque eſt & ſi
renuntio ei, quòd non liceat ea re frui gratia cuius negotiatio
eſt ſuſcepta: vel ſi ideo renuntiaui quod reipublicæ cauſa
diu, & inuitus ſim abfuturus, cum valde idoneus ſim ſocie-
tati, nec potuerim per alium ſocietatem adminiſtrare, vel ſo-
cio committere. ſi enim facilè erat mihi ſocietatem per alium
adminiſtrare, vel valde idoneo ſocio potius committere, non
ſum excuſandus. Et not. quòd licet conuenerim cum ſocio,
ne intra certum tempus communis res diuidatur, non tamen
videor conueniſſe ne à ſocietate habeatur. Socius tamen qui
intra tempus prouocat ad diuiſionem: item qui emerit ab eo,
repellitur exceptione. Sed & ſocius pro ſocio tenetur ad in-
tereſſe: quia alienauit, & fecit contra pactionem: vt ff. eod. l.
ſi conuenerit. & l. vel quod. & l. idémque. & l. ſed & ſocius.
12 Item † poteſt in ſocietate adijci pactum, vt partes ſocietatis
conſtituantur arbitrio iudicis. Et ſiquidem ille nihil arbitre-
tur, non valet ſocietas. Nam id ipſum actum eſt, ne aliter te-
neat ſocietas, quàm ſi Titius ſit arbitratus: vt ff. eod. l. ſi coita.
ſic etiam dicitur in emptione. j de contrahen. empt. l. vltim. Si
autem Titius ſit arbitratus, ſed iniquè, recurritur ad arbitriũ
boni viri, id eſt, iudicis: vt ff. de verb. obligatio. l. continuus. §.
cum ita. Quid enim ſi Titius conſtituerit, vt alter ex milleſi-
ma parte: alter ex duabus milleſimis ſocius eſſet? corrigetur
per iudicium bonæ fidei manifeſta iniquitas. Iſtud poteſt eſſe
conueniens boni viri arbitrio, vt non vtique ex æquis parti-
bus ſocij ſimus. veluti ſi alter plus operæ, induſtriæ, gratiæ,
aut pecuniæ in ſocietatem collaturus ſit. Et hoc amicabili ar
bitrio dicendum eſt. In arbitrio autem compromiſſario, quod
obtinet ſimilitudinem iudicij, non recurritur ad alium: vt
ff. eod. l. vj. & l. ſi ſocietatem mecum. & l. veluti. & l. ſi in propo
13 ſita. & l. vnde ſi Neruæ. & l. quid enim. † Naſcitur autem a-
ctio pro ſocio demum ſocietate finita: vt j. eodem, l. tandiu.
niſi in caſu, id eſt, ſocietate vectigalium, cùm non refertur in
medium, quod ad alterum peruenit, propterque varios con-
tractus neutri expediat à ſocietate recedere: vt ff. eodem, l.
actione. §. nónunquam. Et fortè idem eſſet in priuata ſocie-
tate ſi non communicetur à ſocio, quod communicandum
eſt, & non expediat ſocietati adhuc eam diſſolui, & exempli
14 cauſa dicetur de vectigalibus poſitum. † Soluitur autem
c ſocietas morte [c] hominum naturali, adeò, vt ſi vnus mo-
riatur, & plures ſuperſint, ſoluatur tamen ſocietas inter
omnes: niſi nouo conſenſu redintegrauerint ſocietatem: vt
ff. eodem l. actione. §. morte. & l. planè ſi hi. vel niſi actum
eſt, vt vno moriente ſocietas duret inter ſuperſtites: vt inſt.
eodem. §. ſoluitur. Item ciuili morte, vt capitis diminutio-
ne maxima, vel media. nam cùm in locum capite minuti ſuc-
cedat fiſcus, pro mortuo habetur. Publicantur enim bona.
15 Item † morte rerum naturali, vt cum deſierunt eſſe, vel ciuili,
vt cum conditionem mutauerint: quia conſecratæ ſunt, vel
publicatæ quantum ad vſum & proprietatem: vt ff. eo. l. ve-
rum. §. vlti. & l. actione. §. publicatione. & inſt. eod. §. publi-
16 catione. † Item ſoluitur voluntate, vt cùm renuntiauerit
quis ſocietati. & ſi quidem renuntietur intempeſtiuè, vel ante
17 tempus quid iuris ſit, plenè ſ. diximus. Si † autem renuntiet
quis dolo malo, id eſt, vt aliquod obueniens lucrum ipſe ſo-
lus habeat: puta, hæreditate ſibi delata, cum eſſet alij ſocius,
omnium bonorum commodum eius hæreditatis tenetur
communicare ſocio: damnum autem ipſe ſolus ſentit. quod
autem alter acquiſiuit poſt renuntiationem factam, non tene
tur renuntianti communicare: vt Inſtit. eod. §. manet. & ff. eo-
18 dem, l. actione. §. diximus. † Et nota. quòd hanc renuntiatio-
nem facit ſocius, non ſocij dominus. ff. eodem, l. ſi ſeruus ſo-
cietatem. Item nota, quòd fit ſocio præſente, non abſente. Si
enim fiat abſenti, antequàm ſciat abſens, omne quod acquirit
renuntians commune eſt vtrique. Damnum autem eſt ſocij
renunciantis tantum: ex quo verò ſcierit abſens, ſeruãtur pro
ximè dicta: & ea quæ diximus ſ. eodem, in illo verſicul. Item in
ſocietate commune. Eſt & alia tacita renuntiatio, quæ fit a-
19 ctione perempta, vel mutua: de qua dicemus infrà. † Item
ſoluitur ſocietas ſi quis ex ſocijs ceſſerit bonis ſuis, propter
publica debita, vel priuata: vnde eius ſubſtantia venditur: &
ita fortè eſt intelligendum quod dicitur, egeſtate ſocietatem
ſolui: vt ff. eodem, l. iiij. in fine. Sed in hoc caſu, ſi adhuc
conſentiant in ſocietate, noua videtur incipere ſocietas: vt
Inſtitu. eodem. §. penult. Item ſoluitur ſocietas, ſi eſt in aliqua
re contracta, & eius finis eſt impoſitus vt Inſtitut. eodem, §. i-
tem ſi alicuius. Si ergo, cùm tu tres equos haberes, & ego vnũ,
ſocietatem coiuimus, vt accepto equo meo, quadrigam ven-
deres, & ex pretio mihi quartam partem redderes, & ante ven
ditionem equus meus eſt mortuus, non manet ſocietas: nec ex
pretio tuorum equorum partem mihi debes: quia videtur pe-
riſſe equus meus ante ſocietatem contractam: nec enim ha-
bendæ quadrigæ, ſed vendendi ſocietatem coiuimus. Si verò
id actum ſit vt quadriga fieret, eáque communicaretur tibi
pro tribus partibus, mihi pro quarta, adhuc manet ſocietas.
Idémque eſt & ſi pecuniam contulimus ad mercem emen-
dam, & ea perit poſt collationem. Secus ſi perit ante, licet
deſtinata eſſet collationi: vt ff. eodem, l. ſi id, quod primo reſ-
20 ponſo. & §. j. † Item ſoluitur ſocietas actione perempta, vel
mutata: vt ſi quod mihi debes actione pro ſocio, ab alio ſti-
pulor nouandi animo, vel cõtra alium litem conteſtor nouan
di animo, vt tu libereris: renuntiatum enim videtur ſocietati:
vt ff. eodem, l. verum. §. vlti. & l. actione. Et hanc renuntia-
tionem puto poſſe fieri per me tantum, vel ſpecialem procu-
ratorem, vel generalem qui habet liberam adminiſtratio-
nem. Alia autem ſimplex renuntiatio, qua non extinguitur
actio prima, fiet per procuratorem generalem, fortè & ſi
non habeat liberam, niſi dominus prohibuerit eum renũtia-
re. E conuerſo procuratori ſocij renunciari non poteſt vt li-
beretur renuncians: niſi ratam habeat renunciationem is cu-
ius procuratori renunciatum eſt: vt ff. eodem, l. actione. §. re-
21 nuntiare. † Emancipatione autem ſocij nõ ſoluitur ſocietas,
imò durat. Duabus autem agitur actionibus, vna contra pa-
trem pro tempore præcedenti emancipationem, & eadem pro
eo agitur contra emancipatum, altera autem agitur contra e-
mancipatum pro tẽpore ſequenti emancipationem: vt ff. eod.
l. ſi id quod. §. penultim. Manumiſſione autem ſocij, qui erat
ſeruus, vel alienatione eius, ſoluitur ſocietas: & ſi in eadem
mutato ſtatu permanſerit, alia inchoatur: vt ff. eod. ſi id quod.
22 §. penulti. † Competit actio pro ſocio ad collationem facien-
dam: & ita in hoc habet naturam contrariam actioni famil.
erciſcun. vel communi diuidundo. Illæ enim proponuntur, vt
communia diuidantur. hæc autem proponitur, vt proprium
23 communicetur. Circa hoc tamen diligenter attende. † Con-
tracta ſit ſocietas nominatim omnium bonorum, an ſimplici-
ter, an alicuius negotiationis vel rei: vt ff. eodem. l. v. In primo
caſu communicantur omnes res corporales ſociorum ſtatim,
quas habent tempore illo, quo ſocietas initur. tacitè enim vi-
detur fieri traditio vnicuique ſociorum ab altero: & ideo do-
minium & poſſeſſio quæritur cuicunque ab altero pro par-
te. Incorporales autem res, id eſt, actiones vnicuique compe-
tentes, manent in ſtatu ſuo: nec communicantur: quia non ita
facilè ſeparantur, vt corporalia. Actiones tamen inuicem præ-
ſtari debent pro parte, quolibet eorum conſtituente alterum
procuratorem in rem ſuam: vt ff. eodem. l. j. §. j. & l. ij. & iij. Si
autem poſt contractam ſocietatem aliquod corporale acqui-
ratur alicui eorum, id eſt, ſociorum, ex aliquo pacto, ſuum
quidem eſt, ſed tamen tenetur communicare: vt ff. eodem. l. ſi
quis ſocietatem contraxerit. In actionibus etiam poſtea com-
petentibus id ſerua, quod diximus. Item & ea, quæ ex vltimis
voluntatibus obueniunt, communicanda ſunt: & caſtrenſe
peculium, vel quaſi caſtrenſe, & ſtipendia, cæteraque ſalaria
in communionem rediguntur, licet non conferantur: vt ff.
eodem. l. tertia. §. primo & l. fratres. §. idem Papinianus. & l. ſi
ſocietatem vniuerſarum. Item & communicantur omnia quæ
eorum vnicuique obueniunt per ſententiam, etiam ſi ob iniu-
riam ſibi, vel filio factam aliquid conſequatur: ſic è contrario
expenſæ debent eſſe communes. Item & quod damnatus eſt
aliquis ſoluere iuſtè, vel iniuſte, ex communi ſoluendum eſt:
niſi quis culpa ſua, puta per contumaciam eſt damnatus.
Quæ verò ex furto, vel ex alio maleficio quæſita ſunt, non
conferuntur: quia delictorum turpis, & fœda communio eſt:
ſi tamen

ſi tamen in medium ſit collatum, commune erit lucrum. In
24 hoc † autem caſu vbi communicaſti mihi, quod ſurripuiſti,
vel turpiter quæſiuiſti, ſi poſteà ex illo delicto fueris damna-
tus, & velis ex ſocietate auferre totum in quo damnatus es,
potes hoc facere: ſi mihi ſcienti delictum tuum, communi-
caſti furtum. Si autem communicaſti ignoranti, auferet id
ſolùm quod mihi communicaſti. Et eſt hoc totum ſeruan-
dum, cum licitè erat contracta ſocietas, in quam communica-
ta ſunt furta, vt diximus. Si autem principaliter contrahere-
tur in furtis, vel ſimilibus delictis, ipſo iure eſſet nulla: vt ff.
eod. l. ſi fratres parentum. §. vltim. vſque ad illam l. ſi id quod.
25 & l. ſi ſocietatem vniuerſarum fortunarum. In † ſecundo ca
ſu, ſcilicet, cùm ſocietas contrahitur ſimpliciter inter me, &
te, videtur eſſe coita vniuerſorum bonorum, illorum tamen
d tantùm, quæ obueniunt ex quæſtu. d hoc eſt, ſi quod lucrum
ex emptione, locatione, venditione, deſcendit. Hæreditas er-
go, vel legatum, donatio cauſa mortis, non ſunt communican
da: fortè ideò, quia non ſine cauſa obueniunt, imò ratione co
gnationis, vel ob præcedens meritum. Quæſtus enim intel-
ligitur, quod ex opera cuiuſque deſcendit. Idémque eſt & ſi
contraherentur ſocietas lucri, & quæſtus: vt ff. eod. l. coiri. vſq;
ad illam. l. ſi conuenerit. & l. duo. §. vltimo. Illa ergo adiectio
lucri nihil operatur, imò ſuperflua eſt: nec enim mutat quic-
quam non neceſſaria verborum multiplicatio: vt ff. de aur. &
argen. leg. l. Pediculis. §. Labeo. Nec diſtinguo, an opera ad-
e hibeatur in arte mechanica, e an in liberali, putà, in gramma
tica, vel Dialectica. Poſſunt enim duo ſocietatem contrahere
vt Grammaticam doceant: & quod ex eo artificio quæſtum
fecerint, ſit eis commune, & poteſt agi pro ſocio inter eos: ni-
ſi nouandi animo ſtipulentur adinuicem pœnam, ſi non fue-
rit ita ſeruatum vt conuenerunt: vt ff. eodem, l. duo. Fortè non
eſt ita in ſcientia legum docendarum, quæ pretio nummario
non eſt æſtimãda, vel de honeſtãda, vt aliæ vtiliſſimæ libera-
les artes: vt ff. de var. & extraordi. cog. l. j. Si autem in ſo-
• cietate contrahenda conuenerint: vt ſi qua iuſta • hæredi-
tas eis obuenerit, ſit communis, non videtur eſſe dictum, niſi
de hæreditate illa quæ iure, vel lege, id eſt, ab inteſtato defer-
tur: non ex teſtamento: vt ff. eodem, l. iij. §. de illo. Largè tamen
legitima hæreditas dicitur etiam teſtamentaria: quia confir-
matur per legem: vt ff. de verb. ſignific. l. lege. de hæreditate
enim certi hominis fieri non poſſet pactum: quia prohibitum
eſt paciſci de futura ſucceſsione, vt plenè diximus ſ. de pact.
26 in l. fina. † In tertio caſu, cùm contrahitur ſocietas alicuius
negotiationis, quicquid ex ea quæritur communicãdum eſt.
Quod autem aliunde quæritur, non eſt communicandum: vt
ff. eodem, l. cum duobus. §. duo. Idémque eſt & ſi contra-
hatur ſocietas in re vna, vel in rebus pluribus, vel patrimonio
f quodam: veluti, fratres f hæreditates parentum indiuiſas te-
nuerunt, vt emolumentum, & damnum in his commune ſen-
tirent. Nam quod aliunde quæſierunt, non redigetur in com-
mune: vt ff. eod. l. ſi fratres. §. idem Papinianus. & §. item Mela
ſcribit. Sic & agitur, vbi mandaui tibi ſocietatis contrahen-
dæ cauſa, vt fundum vicinum, & tibi, & mihi coniunctim
emeres. Nam ſiue tu, ſiue ego emerim communicari debet.
Secus ſi tibi, vt procuratori mandaſſem, & poſteà per me
emerim: quia tunc non teneor tibi communicare: vt ff. eo-
dem, l. cùm duobus, primo reſponſo. & l. actione. §. item ſi ſo-
27 cietatem. † Præter hæc notandum eſt quòd quandoque fit
communicatio ipſo iure ſine hominis facto: vt ecce, arbor in
confinio nata eſt, vel lapis per vtrunque fundum extenditur,
quandiu cohæret fundo è regione finium cuiuſque pro diuiſo
vtriuſque ſunt: At lapide exempto, vel arbore eruta, vel ſuc-
ciſa communis fit vtriuſque pro indiuiſo. & ita venit in a-
ctionem communi diuidundo. Quod enim erat finitis parti-
bus cuiuſque proprium, à principio, poſteà confunditur: ſi-
cut & duabus maſſis duorum dominorum conflatis, tota
maſſa communis eſt: licet ex prima ſpeciali quid ſeparatum
maneat. Et eſt euidentior ratio in arbore, quàm in maſſis.
Maſſa etiam ante confuſionem, & poſt, nomen retinet maſſæ.
Arbor autem ſucciſa, dicitur materia, vel lignum: vt ff. de leg.
iij. l. ligni. Naturali tamen conuenit ratione vt poſt ſucciſio-
nem arboris, vel exemptionem lapidis, tantam partem quis

habeat in arbore, & lapide quantam habebat prius: vt ff. eo-
28 dem, l. penultim. & commun. diuidun. l. arbor. Item † venit
in hanc actionem bona fides, vt dolus abſit. Item culpa, ſi
nón præſtet eam diligentiam, quam in rebus ſuis adhibere ſo-
let: vltra autem non tenetur, ſibi imputaturo, quòd parum
diligentem ſocium ſibi aſſumit. & ſic dicitur de ſe quæri: vt
ff. eodem, l. cum duobus. §. venit autem. & l. ſocius ſocio. &
inſtit. eodem, §. vltim. In depoſitario autem non ſpectatur
præteriti temporis conſuetudo, ſed præſentis quod eſt poſt
depoſitionem: vt ad minus adeo ſit diligens in depoſitis, vt in
ſuis: vt diximus ſ. depoſi. Et idem fortè eſt in eo qui non eſt
ſocius, ſed habet mecum rem communem: vt & ibi præſentis
temporis diligentia, quam adhibet in propriis, præſtanda ſit
in communibus: vt ff. famil. erciſcund. hæredes. §. non tan-
tùm. De culpa nimirum tenetur ſocius mihi, etiam ſi ipſe in
ſocietate artem, & operam pollicitus eſt: & ego pecuniam ſo-
lummodo in ſocietatem contuli: pretium enim operæ, artis
• eſt velamentum: • vt ff. eodem, l. cùm duobus. §. ſi in coe-
29 unda. quod † ſic intelligo, vt pecuniam, quam contuli pro
mercibus, vel bobus emendis (& ita pecunia mea, eſt earum
rerum pretium) videatur velare ſocij mei artem, vel operam,
vel artificialem operam eius, vt non videatur ipſe plus opera-
ri, quàm ego. Suppleo enim in pecunia, quod mihi deeſt in ar-
te, vel opera. Placen. tamen verba iſta mirabiliter intellexit, &
ait conuerſim propoſitionem intelligendam: vt pretium præ-
dicetur, & velamentum ſubiiciatur, vel artem, qui dicit ſe ha-
bere quam non habet: inde eſt, vt perinde teneatur cùm pro-
miſerit artem, & mentitus eſt, ac ſi haberet artem. Vel ali-
ter. ſecundum eum, artis velamentum, id eſt, ars velata: vt
pingendi, fabricandi, eſt pretium operæ, id eſt, opera pre-
tioſa. Velãre enim dicitur, qui peritè ſculpere, & pingere no-
uit: & eſt ad inſtar dictum: ſicut enim vilis pellis optimo ſu-
perimpoſito pallio, ne appareat, velatur: ita turpis paries ap-
30 poſita pictura pulchrior eſſe videtur. Vbi † autem ambo ſo-
cij parem culpam, vel dolum admiſerint, compenſatio fit ipſo
iure inter eos: ſicut & ſi alter ex re communi quid percepe-
rit, alter tantam negligentiam admiſerit, quæ eadem quanti-
tate æſtimabitur: vt ff. de compenſ. l. ſi ambo. nec releuatur ſo
cius à culpa, ideo quia in pleriſq; aliis diligentia ſua lucrum
attulit ſocietati: vt ff. eod. l. non ob eam rem. & l. & ideo. Li-
cet ſecus videatur in actione negot. geſt. vt ff. de neg. geſt. l. ſi
negotia. vel verius, ibi non contingit damnum culpa geſto-
ris: licet fuerit in culpa quod acceſsit ad noua negotia geren-
da. Hic autem loquimur, cùm culpa ſocij attulit damnum, vel
illud obtinet cùm in eadem negotiatione damnum, & lucrum
eſt allatum circa res diuerſas eiuſdem negotiationis. Hoc au-
tem locum habet, cùm in diuerſis negotiationibus, puta lucrũ
in ſale, damnum in vino eſt allatum: & ideo non fit compenſa-
31 tio. † Item veniunt in actione pro ſocio quædam percipien-
da. Si enim diſtrahatur ſocietas inter me, & te omnium bono-
rum, tempore illo quo durat matrimonium inter me, & vxo-
rem meã, debeo percipere dotem vxoris meæ: quia apud eum
eſſe debet, qui onera matrimonij ſuſtinet. Si verò conſtante
ſocietate matrimonium ſoluatur, ſiquidem dos apud me ſit re
manſura in totum, vel pro parte, diuidetur inter me, & ſocios
quod apud me remanſurum eſt. Reliquum autem quod reſti-
tuẽdum eſt, debeo percipere eodem die quo teneor reſtituere:
vt ff. eod. l. actione. §. vlt. & l. quod ſi. Item & dotem quam te-
neor iure paternitatis dare pro filia, debeo percipere, ſi fortè
conuenerimus, vt de communi dotaretur filia mea, & filia ſo-
cij mei. Nam ſi commune pactum eſt, non refert quòd ego ſo
32 lus filiam habui. † Quid ſi dotauerim filiam meam, & ma-
nente ſocietate, ſoluatur matrimonium? redditur dos ſocieta
ti cum ſua cauſa, ſcilicet: vt ea alij marito dari poſsit. Si autẽ
à primo marito propter inopiam dos exigi non poſsit, nõ erit
denuò de ſocietate cõſtituenda. Si verò ſoluatur matrimoniũ
non durante, ſed finita iam ſocietate, non erit referenda pecu-
33 nia dotis ſocietati. Si † verò pro filia mea dotẽ non dedi, ſed
promiſi manente ſocietate, & antequam dotẽ numerarem ſo-
luta eſt ſocietas, percipienda erit pecunia dotis: niſi promiſsio
dotis acceptilatiõe ſit ſublata, vel ex cauſa donatiõis, vel quia
ſolutum eſt matrimonium filiæ meæ antequam dotem nume-

34 rarem: vt ff.eod.l.ſi ſocius pro filio. † Item venit percipien-
dum omne æs alienum quod, manente ſocietate, purè contra-
ctum eſt. Si autem contractum ſit in diem, vel ſub conditio-
ne, cautio eſt interponenda de indemnitate: & ſi vnus ſocio-
rum ſoluendo non eſt, redundabit damnum hoc ad cæteros:
vt ff.eo.l.omne.& l.ſi ſocij.& l.verum.§.ſi cùm tres. & l.ſi v-
nus.j.reſp.& ff.comm.diuid.l.cùm ſocij.ſic eſt in prætorio pi-
gnore, & in tributo. Sed ſecus in actione de peculio: vt ff.de
tributo.l.procuratoris.§.vltimo. & l. non enim. & ff. de bo.
autho.iudic.poſsi.l.cùm vnus.& j.de bo.autho.iudi. poſsi.l.
vltim. Non obſt.quod legitur ff.eod.l.ſi Titius. quia (vt di-
xi) non ago contra ſocios reliquos pro eo, quod alius debet
niſi in ſubſidium eo non exiſtente ſoluendo: vel niſi poſsit im
putari mihi culpa quod non ſuo tempore egi pro prædicta
perſonali præſtatione. Pro eo autem quod commune eſt con
tra quencũq; poſsidentem, agere poſſum ratione partis meæ:
vt ff.famil.erciſcũ.l.item Labeo.j.reſp. Item ſunt aliæ præſta-
tiones perſonales percipiendæ: vt ecce, ſocius profectus eſt
cauſa negotiationis ad merces comparandas, incidit in latro-
nes, ſuam pecuniam perdidit: ſerui eius vulnerati ſunt, tenebi
tur ſocius hac actione, vt damni partem agnoſcat, tam pecu-
niæ, quàm cæterarum rerum, quas ſecum non detuliſſet iſte,
niſi ad merces communi nomine comparandas proficiſcere-
tur: & ſi quid in medicos expenſum eſt, pro parte ſocius agno
ſcet. Idemq; & ſi alio caſu fortuito damno ſine culpa ſua ſen
ſerit ſocius, damnum enim ſicut & lucrum, debet eſſe cõmu-
ne: vt ff.eod.l.cùm duobus.§. quidam. Procurator tamen qui
officium ſuum gratuitum impendit, talia damna imputaret
potius caſibus, quàm domino. Liberaliter enim officium ſu-
um impendit: vt ff.mandati.inter cauſas.§.non omnia. Iſti au
tem ſocietatis iure dãna etiam, & lucra patiuntur. Itẽ & per-
ſonalis præſtatio eſt agnoſcenda à ſocio pro parte, ſi cùm v-
nus ſociorum reſiſteret cõmunibus ſeruis venalibus ad fu-
gam erumpentibus, & vulneratus eſt: impenſam enim quam
in curando ſe fecit, conſequetur hac actione: vt ff.eodem, l.ſo-
35 cium §.vlti.& l.ſecundũ Iulianum. † Item & venit percipien-
dum per hanc actionem, quod ſocius meus legauit ſeruo com
muni ſine libertate: legatum enim acquiritur mihi in totum:
neq; teneor id communicare: quia id non propter communio
nem, ſed propter meam partem quæſitum eſt. nec enim com-
municari ſolent ea, quę quis non propter ſocietatem, ſed ob
ſuam portionem quæſiuit: vt ff.eod.l.verum.§.ſi ſeruo. Aliud
36 † autem reperio vbi vnus dominorum ſeruo communi quid
promittit per ſtipulationem, vel donationem: Nec enim ſtipu
latio, vel donatio tenet pro ea parte qua promiſſor, vel dona-
tor eſt dominus: pro reliquo autem tenet promiſsio, vel do-
natio, vt quæratur cæteris dominis pro dominica portione: vt
ff.de ſtipul.ſeruo.l.proinde.§.ſi ſeruus cõmunis.& de acquir.
37 rerum domi.l.per ſeruum. † Item & venit perſonalis præſen-
tatio in actionem iſtam: vt ecce, in rem communem reficien-
dam aliquid impendo. Agere enim poſſum pro ſocio pro ex-
pẽſis: & venit etiam vſura cẽteſima pręſtãda vſq; ad quatuor
menſes. elapſo autem ſpatio quatuor menſium, deſinit cur-
rere vſura, & pars rei communis, quę eius erat, qui noluit ex-
penſas reddere, applicatur ipſo iure mihi reficiẽti: & eſt actio
pro ſocio, in caſu priuilegiata pro expẽſis inter alias perſona
les actiones: vt ff.eo.l.ſi fratres.§.idem reſpondit. Item & ſi a-
liàs impendam in rem communem, agam pro ſocio, vel com
muni diuid. Sed ſi propter ſocietatem profectus impendam,
agam pro ſocio, non communi diuidun. quia in rem commu
nem non impendo. Item agi poteſt pro ſocio, vel communi
diuidũ. contra ſocium: ſi ex re communi fructus percipiat,
vel damnũ in eam det, vel per fallaciam, vel dolo amouit rem
communem, vel eam celandi animo contractet: pro damno
tamen agi poteſt lege Aquilia, & pro furto poteſt agi actio-
38 ne furti ad pœnam dupli, vel quadrupli. † Tollitur autem
actio legis Aquiliæ per actionẽ pro ſocio, vel ecõuerſo: quia
vtraque actio reſpicit rei perſecutionem: ſic & actio commu
ni diui. vel condictio furtiua: non autem ita in actione furti:
quia illa continet pœnam tantùm. Vnde nec iſta propter il-
lam, nec illa propter iſtam tollitur. Idémque ſeruatur in a-
ctione mandati, & furti cõpetentibus contra procuratorem
meum: ſed & idem vbicunq; concurrit actio furti, cum actio-
ne bonæ fidei. Verbi gratia: cum actione tutelæ contra tuto-
rem meum, vel cum actione locati contra colonũ meum: &
probantur hæc ff.eo.l.pro ſocio.§.ſi tecum. & l.rei cõmunis.
& l.idem.& l.ſed & ſi ex cauſa.j.reſponſo.& §.j.& l.ſed nihil-
ominus.& l.ſi hoc. & l.ſed actione. & l.ſi fratres.§. ſi quis ſo-
39 cius. † Videretur tamen quòd actio furti tolleretur per actio-
nem mandati intentatam.& è conuerſo: vt j.de furtis. l. j.ſed
certè ibi loquimur, cùm aliis non actor mandauerat: & ideo
datur electio agenti, vt vel mandatum ratum habeat, & ex eo
agat, vel furti, dicens alios ſine voluntate ſua contrectaſſe: v-
trunq; autem non poteſt facere, quia contraria ſunt. Si enim
agit mandati, ratam habet contrectationem: ſi furti, non agit
mandati. Hoc enim in actione furti intẽdit, non debuiſti con
tra meam voluntatem pecuniam contrectare: & cùm agit po
ſtea mandati, videtur approbare contrectationem: vnde velu
ti ſibi contrarius repellitur: quia ratione eiuſdem contrecta-
tionis & mandati, quaſi ſit mandata: & furti, quaſi non ſit
mandata, experitur. argumen.ff. quando appell.ſic.l.ſecunda.
§. ſed ſi alius. Prædicta autem locum habent, cùm actor ge-
ſtionem mandauerat: procurator deinde non inuito actore
res contrectauerat: agit enim actor vtraque, quia licet manda
uerit aliquid, ſequens tamen non commiſit. Item videretur
contrarium prædictæ regulæ aſsignatæ quod dicitur in actio
40 ne commodati, † ſi commodatarius furtum rei commodatæ
admiſerit, tenetur commodati, & furti, & tollitur vna per al-
teram: vt ff.de furtis.l.ſi is, cui. ſed fortè ibi non loquitur de a-
ctione furti quæ datur ad pœnam dupli, vel quadrupli: ſed
de condictione furtiua: quod enim dicit, ſi furti eſt actum, ex
pone, id eſt, condictione furtiua. & ita conſonabit prædictis.
Alij tamen varias ſolutiones accommodant, quas hic non cu
41 ro proſequi. Illud † tamen notandum eſt, quòd ſocius ita de
mum tenetur furti, ſi probetur apertè dolo malo contrectaſſe
rem cõmunem & ſanè plerunque credendum eſt eum, qui par
tis dominus eſt iure ſuo potius vti, quàm furti cõſilium inire,
vel plagium ſerui cõmunis admittere: vt ff.eod.l.meritò autẽ.
42 Item † datur actio pro ſocio contra ſocium, vt patiatur me
vti re communi ad vſum illum, cuius gratia comparata eſt: vt
• ecce, ſemipedem contulimus inter nos, vt inter concratitium •
parietem ædificaremus ad onera noſtra ſuſtinenda, ſi ædifica-
to parieti me immittere non patiaris, pro ſocio teneris. Ideni-
que & ſi aream in communi ẽmerimus, ne luminibus noſtris
officeretur: & tibi tradita ſit, nec mihi præſtas quod conueni-
ſti, teneberis pro ſocio: vt ff.eodem.l.cum duobus. §.item Me-
la. ſic e conuerſo agitur pro ſocio, ne fiat in re communi cuius
gratia eſt comparata, vt mortui illatio: vt ff.eodem. l.ſi fundus
43 mihi. † Datur hæc actio ſocio, & hæredibus eius, contra ſo-
g cium [g], & hæredes eius. † Directa eſt ab vtraque parte: vt in-
44 ſtitut.de pœna temerè litigant. §.ex quibus. Nec enim reperi-
tur contraria: ſicut in depoſiti actione: quod ideo eſt, quia a-
liud eſt officium deponentis, aliud depoſitarij. ſic & in actio-
ne mandati & ſimilibus. Cæterùm hic non magis eſt vnus ſo-
cius quàm alius. vterque ad idem tendit, id eſt, ad lucrandum
vtriuſque idem eſt officium. Vnde vna hic non poteſt dici ma
gis directa, quàm alia: & ideo vtraque dicitur directa, quia
45 nulla eſt contraria: non quia vtilis actio pro ſocio quando-
que non detur: datur enim inter cohabitantes: vt ff.de iis, qui
deiec.l.j.§.vlti.& l.ſecunda, tert. & quart. ſic & ſi contrahere-
tur cum procuratore meo ſocietas: vtilis ex eius contractu, ſi-
cut & aliàs daretur mihi actio: vt ff.de actio.empti.l.Iulianus.
46 §.ſi procurator. † Famoſa eſt actio hæc: nam damnatus ea fit
infamis: vt inſtitut. de pœna temere litigant. §.ex quibuſdam.
47 In † condemnatione tamen facienda, diſcretio eſt adhiben-
da: quia non in ſolidum, ſed in quantum facere poteſt (quod
conſideratur tempore rei iudicandæ) ſocius condemnatur. ni-
ſi dolo ſuo, vel pacto id beneficium amiſerit. Dolum accipe
ſiue conuenïatur ex eo quod fecit dolo: ſiue cõuenïatur ex eo,
quod fecit culpa: ſed obiiciatur ei quod alienauit in odium
ſocij, ne ſolidum poſſet ei ſoluere. Nec extenditur hoc bene-
ficium ad hæredem, vel patrem, vel dominum ſocij: defenſor
autem ſocij gaudet hoc beneficio. Item quilibet qui habet
beneficium hoc, cauet nuda promiſsione de eo, quod eſt ad
præſens

præſens ſoluere non poteſt: vt ff. eod. l. verum eſt. j. reſp. & §. j. & ij. & iij. & §. tempus. Perſonalis eſt hæc actio. Perpetua, & bonæ fidei eſt.

ANNOTATIONES.

a Solo conſenſu. Adde Barto. & doct. in l. Titium. §. altero. ver. quæro, an ſocietas. ff. de admi. tuto. do. Bartho. Soc. in conſil. lxxvii. incip. in præſenti conſultatione. ver. præterea. in primo volu. vbi hoc in terminis latè examinatur.

b Vniuerſorum bonorum. Vide ad hoc text. & doct. in l. iii. §. cùm ſpecialiter. ff. pro ſoc. elegantem gloſ. in l. cum duobus. §. idem Papinianus. eod. tit. d. Pe. de Peruſio in tract. ſocietatis. in ii. part. d. Alex. de Imo. in conſil. xxiiii. in primo volu. & in conſil. xxxvi. in iiii. volumine. vbi habes totam materiam.

* Guil. Alias Bulga.

c Morte. Adde Barto. in l. actione. §. morte. all. text. hic eod. tit. Bal. in l. tandiu. C. eod. Ang. are. in §. ſoluitur. nu. 1. cum plur. ſeq. inſtit. de ſocie. vbi in terminis multa q. ad hanc tit. facientes examinantur.

d Ex quæſtu. Vide ad hoc text. & Doct. in l. duo ſunt. §. ſi. ff. pro ſoc. & l. iii. §. cum ſpeciali. eod. tit. do. Alex. de Imo. in conſil. xxxvi. in iii. vol.

e Mechanica. Adde ad iſtam concluſionem do. Alexan. de imo. in l. rei iudicatæ. cum ſequē. ff. ſo. ma. Pe. de ancharr. in conſi. incip. de materia quæſitum. multa per do. Alex. in conſil. xxxvi. in iiii. volu.

* Iuſta. Vide Bud. in l. iii. §. de illo. ff. pro ſoc.

f Fratres. Vide ad huius concluſionis materiam Bart. in l. ſocietatem. ff. pro ſoc. & in l. prima. in fin. ff. de concub. Bal. in terminis in l. prim. in prima col. verſ. extrà quæris hic Oldr. C. qui ſe. fac. poſſ. l. ſi patruus. C. communia vtri. iu. do. Alex. de imo. & doct. in l. cum duobus. §. Papinianus. ff. pro ſoc. & in conſilio xxxiiii. & xlix. in primo volu. & in conſil. xxxvi. in iiii. vol. vbi colliges totam materiam.

* Velamentum. Vide Bud in l. cum duobus. §. ſi in coeunda.

* Cōcrasiinum. Vide Bud. in l. ſi fratres. §. item ſi in cōmunem. ff. pro ſo.

g Socium. Adde Spec. in tit. de arbitr. §. differunt autem. verſi. ſed quid ſi ſit. multa per Ange. aret. in §. ſocius. nu. 7. Inſtitu. de ſolut. do. Iaſo. de may. in §. ſequens. num. 57. cum plur. ſequens. inſtit. eod. tit. ul. dn. Alex. & doct. in l. actione. ff. pro ſocio. vbi omnia copioſè colliges.

De contrahenda emptione: & venditione. *Rubrica.*

1 *Emptionem ſolo conſenſu contrahi.*

2 *Pretium in emptionibus conſiſtere oportere in quantitate certa, non in ſpecie.*

3 *Pretium in venditionibus an poſſit conferri in arbitrium alterius ex contrahentibus, & an in arbitrium tertij.*

4 *Inſtitutio hæredis & legatum an poſſint cōferri in volūtatem inſtituti, vel legatarij: & an in voluntatem tertij.*

5 *Venditionis conditio quando poſſit conferri in arbitrium alterius ex contrahentibus, vel alicuius tertij.*

6 *Fructus & partus futuri an vendi poſſint: atque inibi, iis natis ex quo tempore cenſeatur contracta venditio.*

7 *Venditio ſpeciei vt valeat, oportet ſpeciem demonſtrari ad oculum, vel ad intellectum.*

8 *Venditio rei, quæ non extat, quam tamen venditor putabat extare, an valeat, & quid ſi pro parte non extet.*

9 *Venditio rei vt valeat, cuiuſmodi res vendi oportet. atque inibi quæ res vendi non poſſint.*

10 *Vendi non poſſe, quæ de domo aliqua eximuntur negotiationis cauſa: atque inibi qua pœna puniatur venditor earum rerum, quæ etiam emptor.*

11 *Veneni venditio an, & quando valeat.*

12 *Emptio rei, quæ eſt emptoris, an valeat.*

13 *Emptio quibus caſibus reddatur nulla ob diſſenſum, vel errorem contrahentium.*

14 *Venditio, quam contrahentes volunt fieri in ſcriptis, quæ cenſeatur valida & perfecta.*

15 *Venditor, qui ante perfectum contractum tradidit rē emptori, an tranſtulit in eum dominium, atque inibi qua ratione ei conſulatur.*

16 *Contractus quando dicatur fieri in ſcriptis.*

17 *Arra datio quid operetur in contractu venditionis.*

18 *Conditio venditioni appoſita an & quando cenſeatur impleta, ſi ſtet per emptorem quo minus impleatur.*

19 *Emptio quibus modis poſſit dici perfecta.*

20 *Venditio inter quas perſonas poſſit contrahi.*

21 *Emptionem contractam cum ea perſona, cuius adminiſtrationem habet emptor, non valere.*

22 *Venditio qua ratione impleatur.*

23 *Venditor qua actione & ad quid agat contra emptorem.*

24 *Vendere aut emere quibus caſibus quis cogatur.*

SICVT ſocietas ſolo conſenſu contrahitur, ita & emptio. Videndum eſt ergo plenè quando, & qualiter emptio cōtrahatur, vel perficiatur quantum ad obligationem. Et inter quas perſonas, miſtim tractantes, & conſiderantes quæ fiant, vel apponantur in his omnibus ex neceſſitate: & quæ ex voluntate contrahentium, demum dicemus qualiter impleatur vēditio per
1 traditionem. † Contrahitur autem a ſolo conſenſu emptio, ſi de pretio cōuenerint eo animo vt debeat ſolui. Nam ſi pretium apponatur imaginariè, vel per ſimulationem, quia donationis cauſa non eſt exacturus venditor iſte imaginarius, venditio nulla eſt. Non autem pretij numeratio, ſed conuentio perficit ſine ſcriptis habitam conuentionem: & ideo quia contrahitur ſolo conſenſu, ſatis eſt ſi vel inter præſentes, vel inter abſentes conſenſus interueniat per nuntium, vel per epiſtolam: vt ff. eod. l. j. §. vltimo. & l. ij. §. j. & l. cùm in venditio-
2 ne. & l. nuda. † Oportet autem ex parte emptoris conueniri pretium in quantitate, non in ſpecie, puta in pecunia, quæ eſt in illo ſæculo: tunc enim eſſet potius innominatus cōtractus: vt ff. de condict. ob cauſ. l. Iulianus. & j. eod. l. empti. & inſtitu. eod. titu. §. item pretium. Et intellige quantitatem certam, vel ſermone, vel re ipſa, vt ſi dicam, ſit tibi empta, quanti emeris, vel quanti eſt in area: vt ff. eod. l. hæc venditio. §. huiuſmodi. Nam hoc caſu quantitas re ipſa deſignatur, in altero ſpecies: v. ff. de leg. j. l. planè. §. ſed hoc ita. & l. ſed & ſi certos. Vnde & valeret emptio ſub conditione, ſi quantitas ſit in arca, vel ſi
3 empta fuerit res, aliàs non: vt ff. eod. l. ſi quis fundum. † Vbi autem pretium confertur expreſſim in arbitrium alicuius contrahentium: puta, vendo tibi, quanti voluero, vel quanti volueris, nulla eſt emptio. Idemq; & ſi non pretium, ſed commercium conferatur in arbitrium alicuius eorum: vt j. eod. l. in vendentis. & ff. eod. l. quod ſæpe. §. j. Tacitè autē poſſet conferre: vt, vendo tibi ſi aſcenderis Capitolium. Porrò res ipſa confertur in arbitrium emptoris: vt inſtit. eod. §. emptio. Si autem pretium conferatur in arbitrium tertij, & nominatim, valet venditio ſub conditione. Si ille fuerit arbitratus, & ſiquidem malè arbitraretur recurreretur ad alterius arbitrium boni viri, ſicut & in ſocietate: vt ff. pro ſocio. l. ſi coita. & l. ſocietatem. Si verò nominatus arbitrari nollet, nō recurreretur ad alterius arbitrium: vt ff. eodem, l. vltim. Si verò in alterius innominati arbitrium conferatur pretium, non tenet venditio: ſicut & in locatione: vt ff. loca. l. ſi merces. niſi fortè in caſu: vt ff. de pign. l. ſi fundus. §. vltim. Imò agitur actione præſcriptis verbis: vt ff. loca. in principio titu. In vltimis volunta
4 tibus hoc non ita ſeruatur. Si † enim tibi lego, ſi volueris, tenet. Idem & ſi ſic te inſtituo, ſi volueris. Si verò te inſtituo, vel lego tibi, ſi ille voluerit, non tenet. Secus ſi velatè conferatur in eius voluntatem tacitam: vt, ſi aſcenderit capitolium. Item in hæredis arbitrium conferri poteſt legatū, ſi fuerit arbitratus, ſi æſtimauerit: non ita, ſi voluerit. Si tamen lego, niſi hæredes voluerint, tenet & conditionale eſt, exigitur prima voluntas hæredis, vt ff. de cōditio. & demonſtratio. l. nonnunquam. & l. ſi ita expreſſum. & de legatis iij. l. fideicommiſſa. §. ſic. & §.
5 quanquam. † Vbi verò aliquid accidentale venditionis confertur in arbitrium contrahentis, vel alterius, recurritur ad boni viri arbitrium, ſiue quis nullo modo arbitretur, ſiue arbitretur, ſed malè: puta, vendo tibi ſeruum pro decem, ſi rationes adminiſtrationis reddiderint arbitrio meo: vt ff. eod. l. hæc venditio. vel loco hoc opus tibi pro decem, ſi feceris arbitrio meo: vel contraho tecum ſocietatem, vt partes fiant
6 arbitrio meo: vt ff. pro ſocio. l. ſi ſocietatem. Item † ſpeciem, vel mercem interuenire oportet ex parte venditoris: vt ff. de rerum permuta. l. j. Nec obſtat, quòd fructus futuri emuntur, & partus: quia edito poſtea partu, venditio intelligitur eſſe facta tempore contractus: licet ineſſet conditio, ſi fructus naſcantur, vel partus. Si tamen id egerit venditor ne naſcatur, vel ſi certum eſt naſci non poſſe: vt quia vendis futurum partum ſterilis ancillæ, teneberis ex empto. Hoc

ita, niſi id agatur vt ſola ſpecies emitur: veluti, cum quaſi
alea emitur, quod fit cùm captus piſcium, vel auium, vel ſimi-
lium emitur. Emptio enim etiam ſi nihil inciderit, ſine re con
trahitur: quia emptio ſpei eſt: vt ff. eo. l. nec empt. & de actio.
empt. l. ſi ſterilis. & de hæred. vendita. l. cum hæreditate. & l.
quòd ſi nulla. & l. quòd ſit in vẽditione. & de condit. & de-
monſtr. l. j. in fine. & de verb. oblig. l. inter ſtipulantem. §. ſa-
7 cram. Quod aũt dictum eſt ſpeciem, † intellige, vel demon-
ſtratiuam ad oculum, vel demonſtratiuam ad intellectum: vt,
vendo tibi pro indiuiſo tertiam partem huius predij, vel ho-
minem in genere, vel equum incertum, vel numerũ tegularũ:
vt ff. eo. l. conuenit. vel decem cados olei: vt ff. eo. l. ſi debitor.
§. j. Item nomine ſpeciei, vel mercis, vel rei etiam incorporalia
continentur: vt actiones, hæreditates: vt j. & ſeruitutes, vt ff.
8 eod. l. cum manu ſata. §. huius. & vt dixi ſ. de ſeruit. † Quid ſi
venditor rem quam vendebat putabat extare, cùm ante ven-
ditionem deſierit eſſe in totum? nulla eſt emptio: vt ff. eod. l. &
ſi conſenſum. Si aũt domus vendita ante vẽditionem deſierit
extare pro parte: ſi quidem emptor, & venditor ſciebant eam
non extare, nihil videtur eſſe actum: dolo inter vtranq; partẽ
cõpenſando, & iudicium ꝙ ex bona fide deſcendit, dolo ex v-
traq; parte veniente venditionem ſtare non concedente. Si ve
rò vterq; ignorabat domũ pro parte conſumptam, vel exu-
ſtam: ſi quidem dimidia pars, vel minor quàm dimidia ſi exu-
ſta, tenet venditio, detracto ex pretio ꝙ propter incendium
decreſcere boni viri arbitrio fuerit inuentum. Si maior pars
domus ſit exuſta, nulla eſt emptio. Si verò vẽditor ſciebat do-
mum pro parte exuſtam, & emptor ignorabat, tenet venditio:
& oportet totũ pretium ſoluere. Eadem ſeruãda ſunt quan-
tacunq; pars ædificij remaneat: & tenebitur vẽditor emptori
quanti ſua intereſt domum non eſſe exuſtam pro parte. Si ve
rò venditor ignorabat, emptor autem ſciebat, tenet venditio,
& oportet emptorem totum pretium ſoluere. Eadem ſeruan-
da ſunt, & ſi arbores fundi vẽto deiectæ, vel igne conſumptæ
ſunt, & contemplatione illarũ arborum fundus comparaba-
tur: nec enim tenebit emptio diſtincta ſcientia, vel ignorãtia:
9 vt ſ. dictũ eſt: vt ff. eod. l. domum. & l. arboribus. † Quod aũt
dictum eſt rem oportere interuenire, eſt intelligendum de re
quam natura, ius gentium, vel mores ciuitatis, cõmercio non
exuerunt. ergo liberũ hominem ſcientes emere nõ poſſumus.
Sed nec talis emptio, vel ſtipulatio eſt admittenda, cùm erit
ſeruus: quãuis dixerimus futuras res emi poſſe. Nec enim fas
eſt huiuſmodi caſum expectare: quia caſum aduerſamq; for-
tunã liberi hominis expectare neq; ciuile eſt, neq; naturale:
vt ff. eod. l. ſi in emptione. §. j. & §. liberum. & de verborum
obligat. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. Idemq; ſi ſciens emam
rem ſacram, vel religioſam. Si tamen emam rem prophanam
in qua ſit res ſacra, accedit emptioni maioris partis: vt ff. eod.
l. in modicis. Si autem emptor, & venditor ignorant rem prin
cipaliter venditam eſſe ſacram, vel etiam ignorat ſolus em-
ptor vtrinq; obligatio contrahitur. Si verò venditor ignorat
rem eſſe ſacram, & emptor ſcit, non tenetur venditor empto-
ri, ſed emptor tenetur venditori: habet tamen exceptionem
emptor, ſi conueniatur à venditore, ne præſtet pretium: niſi re
ſibi tradita: ſic enim diſtinguit lex in re furtiua vendita: vt ff.
eod. l. & liberi. & l. quia. & l. ſed Celſus. & l. ſi emptione. §.
item ſi emptor. & l. quia officij. §. j. & l. liberi. & inſti. en. §. vl.
Quid in re vi poſſeſſa vendita? puto, quòd teneat emptio: ſe-
cus eſt in re mobili furtiua: quia ibi cõtrahitur ſciente empto
re furtum, occaſione contractus: non autem fit in poſſeſſa oc-
caſione cõtractus. Item quod dixi in rebus ſacris, intelligo in
publicis, quæ publica ſunt vſu, & proprietate: ſecus ſi eſſent
10 in pecunia populi: vt ff. eod. l. ſed Celſus. † Item & vendi-
tio cenſetur nulla earum rerum, quæ de domo eximuntur,
ſiue eximuntur cauſa negotiationis: & imponitur pœna per
Senatuſconſultum Velleianum: vt venditori irrita ſit vendi-
tio. Emptor verò tenebit rem: quia ex eius parte non cenſe-
tur irrita, licet ipſa puniatur. Ille verò qui emit duplum eius,
quanó emiſſet, in ærarium cogetur inferre: & ſi pretium ven
ditori ſoluerit, repetet quaſi indebitum: vt ff. eod. l. Senatus.
& de legat. j. cætera. Ita (ſi bene computes) & emptor in v-
num ſimplum, & vẽditor in aliud punitur: vt ff. de damno in-
fec. l. vlti. Item & nulla eſt venditio in ſeruo in fuga conſtitu
to: Si tamen amico peregrè eunti mandauerim, vt fugitiuum
ſeruum quærat, & ſi inuenerit, vendat, tenet mandatum, & te
net venditio: nec enim incidit dominus in Senatuſconſultũ,
quia non vendidit: neque amicus: quia præſentem vendidit:
neq; emptor: quia pręſentem emit: vt ff. eod. l. quod ſæpe. §. ſi
11 quis. & j. ad leg. Fal. de plag. l. in fuga. † Item & veneni mali
nulla eſt emptio. ſi tale ſit venenum, vt nullo modo adiectio-
ne alterius materiæ nobis poſsit eſſe vſui. Si verò talia ſint ve
nena quæ alijs miſta materiis adeò nocendi naturam depo-
nant, vt ex his antidota, & alia quædam ſalubria medicamen
12 ta cõficiantur, vẽditio tenet. † Item rei meæ nulla eſt emptio,
ſiue ſciens, ſiue ignorans emerim: ſed vbi ignorans emi, quod
ſoluerim, repetam. Hoc, ſi mea erat res in totum. Si verò mi-
hi, & alij communis erat, idem eſt quantum ad partẽ meam.
Si autem in ea re habebã vſumfructum, tenet emptio, ſed mi-
nuitur pretium ratione vſusfructus. ſed quandoq; tenet em-
ptio rei meæ, ſcilicet cùm agitur vt emam poſſeſsionem, quã
habet venditor in re mea. Idemq; ſi habeat dominium vtile,
vel ius: vt l. officium. & l. ſed ſi communis. & l. ſi in emptio. §.
rei ſuæ. & j. eod. l. cùm res. In re autem quæ eſt emẽtis, nec ven
13 dentis, venditio tenet: vt ff. eod. l. rem alienam. Item † in vendi
tione oportet interuenire cõſenſum. ſed enim diſſenſus ratio
ne impediunt venditionem. Si enim putabam me tibi ven-
dere pro decem, tu verò putabas emere pro quinq;, nulla eſt
emptio. Secus ſi putarem me vendere pro quinque, & tu pu-
tares emere pro decem. Si enim voluiſti dare decem, ergo mul
tomagis quinque: in quibus ego conſenſi: ſed non ſequitur, ſi
voluiſti dare quinq; ergo voluiſti dare decem in quibus ego
conſenſi: vt ff. locati l. ſi decem. Item error cõtractus facit nul
lam eſſe venditionem: vt ſi ego putabam me vendere, tu autem
putabas tibi donari, vel è conuerſo: vt ff. de rebus credi. l. ſi e-
go. Item ſi emptor & vẽditor errauerint in corpore, nulla eſt
a * emptio: vt ſi ego me fundum emere putarem Cornelianum,
vel Stichum: tu autem Sempronianum, vel Pamphilum ab-
ſentem vendere putaſti: nam cùm in corpore conſtet nos diſ-
ſenſiſſe, nulla eſt emptio. Quid ergo ſi dubitetur cum ita dixe
ris: vẽdo Flaccum piſtorem, cùm Flaccus eſſet fullo, Fulloni-
cus verò piſtor? Diſtingue, vtrum venditor nomina ſeruorum
habuit nota, an non. Si nota habuit, ille debetur qui nomina-
tus eſt, tametſi in artificio erratum ſit. Si autem non habuit no
ta, ille videtur venditus cuius artificium adiectum eſt, perinde
ac ſi nomen alterius adiectum non eſſet: quia error nominis
proprij, nihil nocet: vt ff. de rebus dub. l. qui habebat. & ff. eo.
l. in vẽditionibus. & eſt prædicta diſtinctio Iaboleni optima.
vt teſtator, vel vẽditor ſemper deceptus in eo præſumeretur,
quod ſibi non fuerat notum. Item & nulla eſt emptio, ſi non
in ipſo corpore erratur, ſed in ſubſtantia, id eſt, ſubſtãtiali qua
litate, vel materia: vt puta, ſi æs pro auro, vel plumbum pro ar
gento, vel aliquid aliud argẽto ſimile. Quid ſi acetum væneat
pro vino? certè venditio tenet, ſi modo vinum acuit: quia ea-
dem ^{ouſia} eſt, id eſt, ſubſtantialis qualitas. Propè autem ideo
dicit, quia vinum à principio fuit calidum, & ſiccum. Acetum
autem frigidum & ſiccum. Corpus autem idem eſſe negari
non poteſt. Cæterum ſi vinum non acuit, ſed ab initio fuit ace
tum, id eſt, ſicut erat acetum cum emebã. Potuit enim à prin-
cipio fieri de aqua, vt aliud pro alio veniiſſe videtur: & ita nul
la eſt emptio. Vbi autem non erratur in ſubſtantiali qualitate
rei, ſed in bonitate, vt quia vendis mihi aurum, quod puto eſſe
melius, quàm ſit, venditio tenet: vt ff. eodem. l. in venditioni-
bus. §. vltim. & l. alioquin. & l. aliter. Vbi autem in parte eius,
quod venditur, errant partes in ſubſtantiali qualitate, ſed in
alia parte non errant, tenet venditio quantum ad eam partem
qua non errant, non quantum ad aliam: vt ff. eodem. quid ta-
men. & l. cùm ab eo. §. vltimo. Item nulla eſt emptio, ſi erra-
tum eſt in ſexu: vt ſi ego mulierem me vendere putarem, tu
puerum emere exiſtimaſti: Secus ſi putarem me emere virgi-
nem, cùm eſſet iam corrupta: vt ff. eodem. l. alioquin. §. quòd ſi
ego. Sed in hoc caſu, ſi vẽditor ſciebat me errare, tenebitur ex
empto ad reſoluendam emptionem: vt ff. de actio. empt. l. ex
empto. §. ſi quis. Ex his ergo patet vẽditionem perfici ſolo con
ſenſu pretij, & rei: ſi res ſit talis, in qua venditio poſsit contra-
hi.

hi. Et hæc vera ſunt quando contrahitur ſine ſcriptis. Nam ſi
14 †fiat in ſcriptis venditio, vel alius contractus, non aliter ha-
bet vires: niſi inſtrumenta in mundum recepta, ſubſcriptioni-
búſque partium confirmata ſint: & ſi per tabellionem cõſeri-
bantur etiam ab ipſo completa, & poſtremò partibus abſolu
ta ſint: vt ſ. de fide inſtrum. l. contractus. & antequam iſta ſint
completa, non licet alicui aliquod ius ex eodem cõtractu ſibi
vendicare. Non ergo venditor habebit neceſſe vel contractũ
perficere, vel id quod emptoris intereſt perſoluere: vt in lege
prædicta, contractus. Quid ergo, ſi antequam prædicta com-
pleantur, venditor rem tradiderit emptori? puto, quòd tranſ-
ferat in eum dominium. Nam & ex doloſo contractu fit idẽ.
Item & qui nihil debet, credens ſe debere, ſi tradat transfert
15 dominium. Quid ergo †faciet miſer venditor, qui non poteſt
pretium petere? puto, quòd poſsit agere condictione ſine cau
ſa ad rem, niſi emptor velit ſoluere pretiũ. Nec obſtat, quod
dicimus ex contractu nominato traditum non poſſe condici.
Hic enim contractus non conſummatus fuit, ſed initiatus. Di
16 citur† autem fieri contractus in ſcriptis, quando conuenerũt
partes, ne aliter valeat, quàm facta inde ſcriptura: vt ſ. de pro-
batio. l. cùm ſes. vel (vt puto, ſicut & ait Placen.) tunc dicitur
fieri in ſcriptis, quando conuenit vẽditionem fieri in ſcriptis,
ſcilicet, hoc acto in contractu, vel incõtinenti vt ſcriptura in-
de fiat: ſecus ſi à principio ſimpliciter contrahatur, & poſtea
ad probationem fiat inde charta: & hoc eſt quod dicitur in
prædicta l. contractus. in princ. quas tamẽ in ſcriptis fieri pla-
cuit: tranſactionũ etiam quas in inſtrumento recipi conuenit.
17 †Illud autem certum quòd arræ datio non perficit emptio-
b nem, ſed eſt argumentum[b] emptionis. & venditionis contra-
ctæ: vt ff. eo. l. quòd ſæpe. in principio. Arris autem interueniẽ
tibus, ſiquidem ſteterit per dantem quominus cõtractus per-
ficiatur, perdit id quod dedit. Non diſtinguo emerit in ſcri-
ptis, vel ſine ſcriptis: vel vtrum perfectũ ſit mundum, an nõ. Si
verò ſteterit per accipientem venditorem, duplum reſtituere
compellitur: vt inſtit. eod. tit. §. in his autem. vel condictione
ex lege, vel iudicis officio, vel etiam actione ex empto: ſi tamẽ
venditio fiebat ſine ſcriptis. Nam ſi fieret in ſcriptis, nec eſſet
mundum completum, non ageretur actione ex empto, ſed cõ-
dictione ex lege, vel iudicis officio, vt dictum eſt. Nec puto
venditorem teneri ad intereſſe: cùm ſatis ſit eum puniri in ar-
ris: & id videtur tacitè inter contrahentes agi vt arrarum a-
miſsione, & duplicatione debeant eſſe contenti. Quidam ta
men putauerunt etiam venditorem teneri ad intereſſe: vt ta-
men arræ computentur ad intereſſe. & hoc vltimum magis
approbant Ioan. & B. Sicut autem ex voluntate partium in-
teruenit arra, ita ex voluntate eorum vel purè contrahitur vẽ
ditio, vel in diem. vel ſub conditione: ſiue ſit cõditio caſualis,
18 ſiue poteſtatiua, † ſiue mixta: & ſiue ponamus conditionẽ im-
pletam eſſe, ſiue ſteterit per emptorem, quominus impleatur,
pro impleta habetur: vt ff. eod. l. ſi mihi bibliothecam. niſi cõ-
ditionis poteſtas ſit collata in arbitrium emptoris, vel expreſ
ſim, vel tacitè: vt, vendo tibi rem iſtam ſi placuerit tibi res, vel
ſi aſcenderis Capitolium: vt inſtit. eod. §. pen. vbi verò vendo
tibi rem iſtam pro decem, vt ſi tibi diſplicuerit, ſit inempta,
non contrahitur emptio ſub conditione, ſed reſoluitur ſub
19 conditione ſi diſplicet res: vt ff. eod. l. iij. †Et not. quòd em-
ptio dicitur perfici tribus modis. Vno modo, quem diximus
quantum ad obligationem, ne vnus, altero inuito, recedat ab
ea: & illa conditionalis venditio dicitur perfecta. Altero mo-
do dicitur perfecta ea tantùm, quæ pura eſt, id eſt, ex qua po-
teſt iam agi: quia ceſsit & venit dies eius. Altero autem modo
dicitur perfecta venditio ita demum, ſi pertineat periculũ ad
emptorem: vt quia res ſit tradita: quamuis ipſa ſit pura: nec v-
nus, altero inuito, poſsit diſcedere, vt cum venditur aliquid
in pondere, numero, vel menſura: vt ff. eod. l. quod ſæpe. §. in
his, & de hoc periculo ſpecialiter dicemus in ſpeciali titu. j. de
20 peri. & com. rei venditæ. †Contrahitur autem venditio in-
ter eas perſonas, quæ aliàs poſſunt obligari: de quibus, & de
mixta conſideratione eorum plenè diximus ſ. de pactis. Non
igitur tenet inter patrem & filium, niſi in caſtrenſi, vel quaſi
caſtrenſi peculio: vt ff. eod. l. ij. Nec tenet inter tutorem & cu-
ratorem, vel procuratorem, & pupillum, vel adultum, vel do-
minum negotiorum: vt ff. eo. l. ſi in emptione. §. vlti. niſi tutorẽ
vnus emat à pupillo, cum alterius tutoris authoritate inter-
ueniẽte: vel niſi emat à pupillo ſeipſo tutore authore palàm,
& bona fide præſtando authoritatem in rem ſuam, vel alte-
rius: vt ff. de authorita. tuto. l. pupillus obligari. §. Item ipſe.
§. & de admi. tut. l. non exiſtimo. & ff. eo. l. fiſtulas. §. j. & j. eo.
21 l. cùm ipſe. Et eſt †hoc generale in omnibus perſonis admini-
ſtrantibus ex officio publico, vel priuato (vt dictum eſt) vt nõ
liceat eis emere rem, cuius ſuſtinent adminiſtrationem: alio-
quin non tantùm rem amittunt, ſed etiam in quadruplũ con-
demnantur, quod applicatur fiſco: niſi ſpecialiter quibuſdam
conceſſum eſt à lege. veluti ſi paterna bona alicuius vendan-
tur: vt ff. eod. l. non licet. & l. qui officij. & de iure fiſci. l. aufer
22 tur. §. quod à preſide. †Impletur autem venditio propoſita
actione ex empto contra venditorem: vt tradat rem: vt ff. de
action. empt. l. ſi quis alienam. & l. ex empto. quæ res facit em
ptorem dominum, ſi venditor erat dominus: alioquin tene-
c tur venditor de euictione[c]: ſi ſoluit pretium, vel aliter ſatisfe-
cit, vt ibidẽ dicitur. & ff. eo. l. quod vendidi. & l. vt res. Quan-
doque etiam ſine traditione tranſit dominium, vt ſi venditor
tradat claues coram horreo, in quibus conditæ ſunt merces
venditæ, vel ſi vendiderit quis rem emptori, quam depoſuerat
penes eum: vt ff. eod. l. clauibus. & inſti. de rerum diuiſione. §.
interdum. vel ſi emptor, ſciente & non contradicente vendi-
tore ingrediatur poſſeſsionem: vel ſi venditor rem in præſen-
tia emptoris poni iuſsit, vt emptor tolleret: vt ff. de acq. poſſ.
l. j. §. pen. & l. quarundam. In traditione autem rei venditæ ad
menſuram, non cedunt in agri modum littora, quæ fundo vẽ
dito coniuncta ſunt: ſed de iure gentium omnibus vacãt: nec
viæ publicæ, aut loca religioſa, aut ſacra, niſi aliter ſit cautũ.
Idem in limitibus & lucis, id eſt, nemoribus publicis. & dici-
tur lucus per contrarium à luce, eo quòd non lucet, imò vm-
bra plenus eſt: vt ff. eod. l. littora. & de pericu. & commod. rei
23 venditæ. l. id quod. §. j. †Venditor autem agit contra em-
ptorem ad implendam emptionem actione ex vendito, vt
emptor ſibi det pretium, id eſt, ſaciat accipientis, vt ff. de a-
ctio. empt. l. ex empto. De his tamen actionibus plenius dice-
mus infrà, de actio. empt. Item agit, vt ſibi adimpleantur pa-
cta in venditione appoſita. De his tamen pactis. Item de re-
bus quæ poſſunt venire in venditionem licet dicatur ſpecia-
liter in rubric. ff. titul. eodem. nihil dicitur in præſenti rubri-
ca. Breuiter tamen notari hic poſſunt duæ diſtinctiones pa-
ctorum, ſcilicet vltima, & penultima, quas diximus ſuprà in
ſumma de pactis. & de his dicemus plenè infrà de pactis in-
ter emptorem & vendito. & de rebus aliqua perſtrinximus ſ.
24 eodem. Et dicemus j. quæ res venire non poſſunt. †Illud
extra ſummam notandum eſt, quòd emere, vel non emere eſt
in poteſtate emptoris: vt infrà eodem. l. inuitum. Quando-
que tamen occaſione emptionis factæ in parte vna indiuiſa,
cogitur quis accipere partem alteram quaſi acceſsionem: vt
cùm venditor partis, ante traditionem prouocatus eſt à ſocio
in actione communi diuidun. vt ff. de actione empt. l. Iulia-
nus. §. idem Iulianus. Item & vendere eſt in poteſtate vendi-
toris: niſi in caſu fauore libertatis: & in alio fauore religio-
nis, & in alio propter odium ſeruientis: vt j. de commu. ſer.
ma. l. j & ff. de religio. l. ſi quis ſepulchrum. & de iis qui ſui, vel
alie. iuris ſunt. l. ij.

ANNOTATIONES.

a Nulla eſt. Vide ad hoc Barto. in l. libellorum. in ver. il. quæro. ff. de ac-
cuſationi. & in l. demonſtratio falſa. circa princ. in vij. q. ff. de condit.
& demon. Paul. de Caſt. & do. Alexan. in l. iiſi. ff. de leg. j. & in l. quod
ſæpe. §. j. ff. de contrahen. empt. Doct. in l. ſi in venditione. §. in libro.
ff. de pericul. & commo. rei vendi. vbi omnia copioſe habentur.
b Argumentum. Adde Bart. in l. ab emptione. ff. de pact. Bal. in l. iſ. circa
princi. quando licet ab empti. diſce. Ange. Are. in §. emptio. au. in. cum
pla. ſe inſtit. de emptio. & venditio. vbi multa pulchra de arrarum ef-
fectu colliges.
c Euictione. Adde not. gloſſ. in l. qui rem. C. de euic. text. & doct. in l.
emptorem. §. qui autem. ff. de act. empt. Bald. in l. non dubitatur. C.
de euict. Bartol. & d. Alexand. in l. prima. §. ſtipulationum. ff. de præ-
tor. ſtipula. Doctor. in l. prima. de rerum permuta. & in l. quod ſi
nolit. §. qui aſsidua. ff. de ædili. edi. Paul. de Caſtr. in conſil. 50. incip.
vbi omnibus.

Contrahitur autem. Emptio contrahitur poſtquàm de pretio conuentum eſt ea mente, vt ſoluatur. Nam ſi ſimulate de pretio conuenerint, tunc emptio nulla eſſet. Sicut autem ſolo conſenſu contrahitur, ita & per nuntium & epiſtolam. ff. eod. l. prima. §. ſi. & l. ij. §. primo. Emptionem autem non perficit datio arræ, ſed argumentum emptionis, & venditionis contractæ. ff. de contrahend. emptio. l. quod ſæpe. Quod ſi de pretij quantitate non conuenerint, ſed dicat emptor ſic, dabo tibi pretium, quod eſt in ſacculo, tunc non eſt emptio, nec venditio, ſed eſt contractus innominatus. ff. de condi. cauſ. da. l. ſi. & C. eod. l. empti. fides. vt igitur res, cuius eſt commercium eſt de natura emptionis, ita & pretium. dict. l. ſecunda. & l. nec emptio. Pretium autem iuſtum eſſe debet, quemadmodum & menſura, extra de emptio. & venditio. c. ij. Cogitur autem emptor nummos facere venditoris ff. de act. emp. & vendit. l. ex empt. primo reſponſo. Venditor verò tenetur rem tradere, ita, vt emptor habeat vacuam poſſeſsionem. Vacuam autem habere poſſeſsionem accipiendum eſt ita, vt emptor potiatur in poſſeſsionem ſit ita quod ab eo auocari non poſsit. Nam ſi quis eã auocauerit, perinde eſt, ac ſi tradita non fuiſſet. Item vacua poſſeſsio non traditur, ſi alius ſit in vacuam poſſeſsionem miſſus cauſa rei ſeruandæ, vel legatorum, vel mulier ventris nomine. ff. de actio. empt. l. prima. §. primo & l. tertia. Martinus.

De hæreditate, vel actione vendita. *Rubr.*

1 *Hæreditatis venditio quando teneat.*
2 *Venditor hæreditatis, quæ nulla eſt, ad quid teneatur emptori: & quid ſi aliqua eſt hæreditas vendita, ſed ea non pertinet ad venditorem.*
3 *Venditor hæreditatis, quæ verè ſua eſt, ad quid teneatur emptori. & numer. 5.*
4 *Emptori hæreditatis quæ actiones competant, ceſsione actionum ei facta à venditore.*
5 *Venditorem hæreditatis teneri emptori pro iis omnibus, quæ ad ſe peruenerunt, vel peruenient de hæreditate: atque inibi quæ dicantur ad eum perueniſſe, & quomodo intelligendum ſit verbum, perueniſſe. numer. ſequent.*
7 *Venditor hæreditatis, qui vendidit quaſdam res hæreditarias, quas tenebatur præſtare emptori hæreditatis, ad quid teneatur ipſi emptor.*
8 *Vendens alteri rem, quam alij vendiderat, vel promiſerat, ad quid teneatur.*
9 *Venditor, qui conſecutus eſt pœnam ob furtum vel inuaſionem rei venditæ, an teneatur eam pœnam præſtare emptori.*
10 *Venditor hæreditatis an, & quatenus teneatur cauere de euictione.*
11 *Venditor hæreditatis ſi quaſi hæres vendiderit hæreditatem, quæ ſibi reſtituta erat ex Senatuſconſ. Trebelliano, ad quid teneatur emptori.*
12 *Emptor hæreditatis quatenus teneatur venditori pro iis, quæ venditor ſoluit occaſione hæreditatis.*
13 *Venditor hæreditatis qui excepit ſeruum cum peculio, an repetat ab emptore id, quod ſoluit conuentus de peculio.*
14 *Venditor hæreditatis, an & quando poſsit repetere ab emptore, quod ſibi defunctus debebat.*
15 *Venditorem hæreditatis teneri reſpondere creditoribus hæreditariis, atque inibi quibus caſibus emptor hæreditatis teneatur eis reſpondere.*
16 *Emptor hæreditatis quare non teneatur creditoribus hæreditariis vtilibus actionibus, cùm habeat vtiles actiones aduerſus debitores hæreditarios.*
17 *Actiones omnes vendi poſſe: atque inibi ad quid teneatur venditor actionis emptori.*
18 *Actio iniuriarum an vendi poſsit.*

DICTVM eſt ſ. de venditione corporalium rerum, nunc loquamur de venditione incorporalium. Videamus ergo quando teneat hæreditatis venditio, & ad quid vẽditor emptori, vel emptor venditori teneatur. Sed illud in primis ſciẽdum eſt, quia quæ de impedienda venditione diximus ſ. eod. hic repetita credantur.
1 tur. Tenet †autem hæreditatis venditio, cùm aliqua eſt hæreditas quæ venierit: niſi dolus emptoris cõtractui dederit cauſam: vt j. eod. l. qui nondum. Si verò nulla eſt hæreditas: puta, viuentis, aut eius qui nullus eſt de iure ciuili, vt quia ſeruus eſt: vel quia nec eſt ille, nec fuit in rerum natura, cuius hæreditas venditur, venditio eſt nulla: vt ff. eod. l. j. Nec enim poteſt eſſe emptio ſine re: quia non emitur alea, vel ſpes: vt ff. eo. l. cùm hæreditatem. & vt diximus ſ. tit. proximo. Hic ergo
2 †tenebitur venditor emptori, vt reddat emptori pretium, & præſtet ei ſuum intereſſe, & expenſas quas expenderit in eã rem, ſcilicet per actionem ex empto: licet non teneat emptio. argu. ff. de actionib. empt. l. ſi ſterilis. §. quamuis. Si autem eſt aliqua hæreditas, ſed ad venditorẽ non pertinet, tenetur venditor emptori ad intereſſe: vt æſtimetur ipſa hæreditas: niſi in venditione hæreditatis id actum eſt, ſi quid iuris eſſet venditoris venire: vt quaſi ſpes hæreditatis vendatur, & ipſum incertum rei. In hoc enim caſu diſtingue, vtrum venditor ſciebat ad ſe nihil pertinere, & tunc tenebitur. Aut ignorabat, & tunc non tenebitur: vt ff. eod. l. quòd ſi nulla. & l. & qui. & l.
3 quòd ſi in venditione. & l. nam hic. & l. hoc autem. †Firma autem & valida exiſtente venditione, & venditore ſuam hæreditatem vendente, ad multa tenetur venditor emptori. In primis res hæreditarias tradere debet emptori, ſi ſint apud eũ: licet non vendiderit eas. Eſt enim aliud vendere hæreditatẽ, aliud res hæreditarias: quòd ſi non ſint apud eum, vel dubitatur quæ ſint, vel vbi ſint res hæreditariæ, cedere debet actiones omnes hæreditarias quæcunque ſibi competunt ex hæreditate, vel etiam quas ipſe occaſione hæreditatis conſtituit, vt ſi accepit fideiuſſorem ab hæreditario debitore, vel ſi nouauit, vel litem conteſtatus eſt: vt ff. eod. l. ij. §. perueniſſe. & §. non ſolùm. & l. qui filij. §. j. Et eſt hoc bene notandum: quia idem dico in prolatione ſententiæ in tribus vniuerſalibus iudiciis, ſcilicet familiæ erciſcundæ, peti hæredita. & actione ex teſtamento competente pro Trebellianica reſtitutione: ſicut notauimus inſtitu. de actionib. in xj. diuiſione.
4 †Ceſsione autem actionum facta, vtetur emptor directis actionibus competentibus venditori. Vnde & emptor dicitur procurator in rem ſuam, quia actiones non potuerunt recedere à cedente, etiam ſi velit: vt ff. pro ſocio. l. j. in fi. & l. ij. & iij. Hinc eſt etiam, quis ceſsione facta, poteſt agere venditor: niſi emptor litem ſit conteſtatus: vel denuntiauerit debitori, ne ſoluat: vel partem debiti acceperit. j. de nouatio. l. uj. Hæc tamen ceſsio nihil videtur proficere emptori. cùm & ſine ceſſione habeat vtilem actionem contra debitores hęreditarios: vt j. eod. l. emptor. Fortè & aduerſus quemlibet detinentem rem hæreditariam, non tamen contra venditorem: quia ipſe ante traditionem dominus eſt, & alij vendendo transfert dominium: vt j. eo. l. qui tibi. Nam & ſi contra alium emptori ceſſiſſet actionem, pręferetur venditor in agendo emptori: niſi in tribus caſibus: vt ſ. dictum eſt. In actionibus autem, quę nõ ſunt hæreditariæ, ſed quas ipſe hęres ſibi conſtituit propter res hæreditarias, vel occaſione rerum hæreditariarum, negari non poteſt ceſsionem eſſe neceſſariam: ſicut dicitur in hærede rogato reſtituere hæreditatem ex Trebelliano Senatuſcon. vt
5 ff. ad Treb. l. ſi hæres pecuniam. †Amplius & præſtat vẽditor emptori quòd ad ſe peruenit, vel peruenict de hęreditate. Præſtabit ergo pretia venditarum rerum, licet alij donauerit ea. Item & ea, quæ alienauit, præſtabit: & ea in quibus aliquẽ debitorem liberauit. Item & illa quæ peruenerunt ad eum, quibus liberatus eſt adeundo hæreditatem: quia ipſe debitor erat defuncti, vel nomine ſuo. & ita tenebitur inſolidum emptori ſuo, vel nomine filij, vel ſerui. & ita tenebitur emptori vt præſtet ei quantum tenebatur dare defuncto per actionem de peculio, vel de in rem verſo, vel per alias ſimiles: vt ff. eod. l. ij §. perueniſſe. in fin. & §. illud. in fin. & §. non tantùm. & §. feciſſe. & §. illud quæſitum eſt. Idémque & ſi venditor hæreditatis Lucij poſtmodum extiterit hæres debitori eiuſdem Lucij: vt ff. eod. l. ſi hęreditatem. Item & ea videntur perueniſſe quæ deperdita ſunt, & diminuta dolo, vel lata, vel leui culpa vẽditoris: alioquin non tenebitur venditor. & ff. eo. l. ij. §. ſed & ſi quid dolo. & §. deperdita. & l. ſi venditor hæreditatis. & de periculo & com. l. cuſtodiam. Item & perueniſſe videntur ea in quibus ne acquirerentur hæreditati, vel ne adipiſceretur poſſeſsionem quam poſſet adipiſci operam dedit hæres dolo malo: vt ff. eodem. l. ſecunda. §. feciſſe. licet aliud ſit in edicto, de iis quæ in fraudem creditorũ: & in libertis non acquirentibus in fraudem patroni: vt ff. de iis, quæ in fraudem creditorum. l. qui autem. & ſi quid in fraud. patroni. l. j. §.

6 l.j.§.vtrum. †Perueniſſe autem dicimus cum effectu, & ple-
nè:non prima ratione,vel prima facie:idcirco, quod legatu-
rum nomine,vel æris alieni,vel cuius alterius oneris hæredi-
tarij,cauſa,quam de hæreditate præſtiterit venditor,non vi-
detor ad eum perueniſſe:vt ff.eod.l.ij.§.illud.In his autem om
nibus quæ peruenerũt plenè ad hæredem,dicendũ eſt ita de-
mum reſtitutionem faciendã,ſi erant apud illum tempore il-
lo,quo vendidit hæreditatem:niſi actum eſt in venditione hæ
reditatis, vt ea præſtentur emptori, quæ erant in hæreditate
tempore mortis defuncti, vel quæ erant in hæreditate tẽpo-
re illo,quo adimr hæreditas:tunc enim ſeruabitur id,quod a-
ctum eſt: vt ff.eod.l.ij.§.in hæreditate.Pro his autem,quæ per-
uenerunt ad hæredem,vel potuerũt peruenire, & generaliter
dico de facto ſuo,ſtipulatio eſt interponenda,per quã cauet
emptori de his reſtituendis,quæ ad ipſum peruenerint. Si er-
go res peruenerunt ad ipſum per ſtipulationẽ tenebitur em-
7 ptori nomine rerum. Quid†ſi eaſdem res vendiderit? tene-
bitur ad pretia earum rerum quæ exegit, vel vt cedat actio-
nem eorum.Sic ergo ſtipulatio illa committetur bis, ſcilicet,
ad rem,vel ad pretium, non vt vtrunque ſed alterum eorum
tantùm præſtetur.Si verò ſtipulatio eſt interpoſita poſt ven-
ditionem rerum,venit tantùm pretium rerum in ſtipulationẽ
iſtam,& non res.Puto tamen quòd veniat pretium, vel res in
actionem ex empto:etiã nulla facta ſtipulatione:vt ff.de vſur.
l.ſi ſtipulatus.§.vltim. Pleraque enim fiunt in contractibus
cauſa tollendæ dubitationis: & plus ſolent timeri expreſſa,
8 quàm tacita.In re†autem ſingulari mihi à te vendita,vel pro-
miſſa,ſi eandem poſtea alij vendas, non venit pretium in a-
ctionem ex empto. Pretium enim hominis non ex re,ſed pro-
pter negotiationem percipitur:mihi enim rem debebas, non
actionem.In hæreditate autem,quia vniuerſitas eſt quædam,
tacitè hoc agi videtur, vt ſi quid tanquã hæres feceris,id præ-
a ſtes[a] mihi emptori:vt tam meum negotium agas, quàm hære-
ditatis:vnde & ad actiones mihi teneberis.certè & ſi in re ſin
gulari contractu bonæfidei celebraro,idem omnino aſsigna-
retur quod in hæreditate,idem reſponderetur,hoc eſt,vt ven
ditor rei ſingularis aliquid in ea faciat,ſicut hæres in hæredi-
tate:puta,fundi vẽditor fundum excolit,& fructus inde per-
cipit,tenebitur ad fructus bonæ fidei ratione,id eſt,quia bo-
næ fidei eſt iſte contractus, nam aliud eſſet in ſtipulatione,
quamuis ſi neglexiſſet, vt alienum, nihil poſſet ei imputari:
niſi culpa eius argueretur:vt quia fructus maturos paſſus eſt
corrumpi: vt ff.ſoluto matrimo.l.ſi mora. Quod autem dixi
in re ſingulari mihi à te vendita,vel promiſſa,ſi eam alij ven-
das,ſeruatur:& ſi quaſi vendas,vt ſi ab eo,alio poſsidente,pe-
tieris,& litis æſtimationem acceperis, cùm culpa tua deſieris
poſsidere:vel cùm vendideris mihi rem, quam non poſside-
bas,teneberis.n.ad rem,non ad pretiũ:nec liberaberis ceden-
do actiones. Si autem ſine culpa deſieris poſt venditionem,
vel promiſsionem poſsidere rem venditam,liberaberis ceden
do actiones:quia illæ ſolæ remanſerunt apud te. Nam &
venditor domus,aream quæ ſupereſt, debet tradere emptori
exuſto ædificio.Sic ergo iſte cedet actiones, & non præſtabit
rem, vel æſtimationem eius · vt ff.eodem, l. venditor. Item
9 †ſicut venditor,vel promiſſor rei ſingularis non reſtituit pre
tium,vel quaſi pretium (vt dictum eſt) ita nec reſtituit pœ-
nam furti,vel inuaſionis rei venditæ quam exegit à fure, vel
prædone:vt ibidem dicitur, Videtur tamen contra infrà, de
furt.l.eos qui.& ff.de contrahen.emp.l. quod ſæpe. §. ſi res.
Sed ibi loquitur,cùm ſine culpa deſijt poſsidere: & ideo non
tenetur ad rem. Oneratur tamen,vt cedat actiones etiam pœ
nales:vel ſi exegerit pœnam reddet eam. Sed vbi culpa deſijt
poſsidere:quia tenetur ad rem,vel ad intereſſe,retinet omnes
pœnas. Vel ibi loquitur,cùm vendidit rem,quæ fuerat ſibi
ſurrepta ante venditionem: & ideo pœna furti pertinet ad
venditorem.Secus ſi ſurriperetur poſt venditionem. Vel ibi
loquitur,cùm venditor rem non poteſt pręſtare.Nam ſi prę-
ſtat rem,non tenetur ad pœnas,quas exegit. Et videtur quòd
prædicta ſtipulatio fideiuſſore debeat vallari: vt ff.eodem. l.
10 ij.in fi.j.reſponſo. †Item cauebit emptori ſine fideiuſſore
tamen:niſi aliter eſſet dictum de euictione hæreditatis: vt ff.
de euict.l.emptori.j. De euictione autem ſingularum rerum
non tenetur cauere venditor hæreditatis ſecundum cornu-
tum ſyllogiſmum.[ſiue potius dilemma,argumentum ex diſ
ſentaneis ſumptum]:quia aut euicta erat res hæreditaria,aut
non.Si erat hæreditaria,non tenetur venditor: quia emptori
à iudice facta eſt iniuria, quæ non debet contingere vendi-
torem: vt ff.de euictioni.l.ſi per imprudentiam.niſi fortè em-
ptor nullam cauſam iniuſtæ damnationis præbuit: vt ff.de fi-
deiuſſoribus.l.exceptione. Si non erat hæreditaria,non tene-
tur venditor: quaſi nec fuerit vendita, cùm id inter empto-
rem,& venditorem agatur: vt neque amplius, neque minus
iuris emptor habeat,quàm apud hæredem futurum eſſet: vt
ff.eod.l.ij.niſi venditor affirmauerit rem eſſe hæreditariam:
vt ff.eod.l.qui filij.§.j.& l. niſi. Et hoc totum intellige cùm
res ſingularis eſt euicta,non quia hæreditas non pertinuiſſet
ad venditorem: tunc enim teneretur venditor de euictione:
vt j.de euictio.l.j.ſed quia res illa ex alia cauſa ad agentem
11 dicebatur pertinere. †Item tenetur venditor, ſi quaſi hæres
vendiderit hæreditatem,cùm ſibi ex Senatuſconſulto Tre-
belliano eſſet reſtituta:vt ff.eod.l.ſi quaſi. Intereſt enim em-
ptoris propter Falcidiam quæ remanſit penes hæredem. Item
propter iura ſepulchrorum,& operas libertorum, ſecundum
quoſdam:vt ff.ad Trebellianum.l.ſi patroni.& l. quia perin-
de.§.j. Sed hæc non placent:quia non pertinent ad empto-
rem,ſicut non pertinent ad fideicommiſſarium:vt ibidem di-
12 citur.Sicut†autem venditor emptori (vt dictum eſt)tenetur:
ita & emptor venditori tenetur,ſi venditor hæreditatis ab a-
liquo conuentus,& condemnatus ſoluerit aliquid etiam in-
debitè: licet,ſi indebitum ſine iudice ſoluiſſet,ſed nihil repe-
teret ab emptore: quia nec emptori præſtaret indebita, quæ
exegit:vt ff.eod.l.ij.§.ſolet queri.Et hoc intellige, ſi venditor
damnatur vt hæres.Si enim damnetur,quia rem hæreditariã
alicui vendidit,ſecus eſt:vt ff.eod.l.ij.§.denique ſi rem.Item ſi
propter onera hæreditaria aliquid pręſtiterit de ſuo vendi-
tor: puta. gratia æris alieni: vel nomine publici vectigalis,
vel cauſa funeris,ab emptore repetet: vel ſi eorum nomine
eſt obligatus[aget contra emptorem vt liberetur:ſiue vendi-
tor,ſiue procurator eius eſt obligatus,vel]aliquid præſtite-
rit:vt ff.eod.l.ij.§.ſiue ipſe.& §.ſi quid.& §.quod ſi funere fa-
cto.& §.vlti.in fi. In caſibus tamen etſi aliquid videatur præ-
ſtitiſſe, tanquam hæres. non tamen repetit ab emptore: quaſi
videatur actum eſſe in contrarium. Quid enim ſi venditor
ædes, quarum nomine de damno infecto promiſerat, in ven-
ditione ſibi exceperit, & poſtea aliquid ex ea ſtipulatione
præſtiterit? certè non repetet ab emptore, ſi aliquid præſtite-
rit: ratione damni,quòd exceptæ ædes dederunt vicino poſt
venditionem. Secus ſi præſtiterit pro eo damnum quod da-
tum erat ante venditionem:vt ff.eod.l.ij.§.ſi venditor. Idém-
que diſtinguo,& ſi venditor exceperit ædes, & earum nomi-
ne eſt aliquid lucratus:vt quia ſtipulatus erat de damno infe
13 cto:vt ff.eod.l.vlti. †Item quid ſi exceperit venditor hære-
ditatis ſeruum cum peculio? certè non repetet ab emptore,
quod præſtiterit, de peculio conuentus: ſi ea intentione ex-
cepit peculium, vt quod ex eo ſupereſſet, ipſe haberet. Si ve-
rò exceperit ea intentione vt creditoribus tantùm ſatisface-
ret,ex eo repetet ab emptore quod præſtitit creditori pecu-
liari. In dubio autem videtur excepiſſe,ſi non probetur con-
trarium ea intentione,vt quod ſupereſſet,ipſe haberet. & ita
non habet ex vendito actionem. Si autem exceperit ſeruum
ſine peculio, & poſtea aliquid præſtiterit de peculio, aut de
in rem verſo conuentus, repetit ab emptore. ſecus ſi conue-
niatur ex maleficio ſerui, quem ipſe ſibi retinuit: vel ex eo
quod ſuo iuſſu cum eo contractum eſt:vt ff.eod.l. ij. §. apud
14 Iulianum. Item † petit venditor ab emptore quicquid tene-
batur defunctus dare hæredi:ſi modò hæres iſte,idémque ven
ditor, habebat obligatum defunctum ex tali cauſa, ex qua
teneretur quilibet alius hæres defuncti: vt quia erat ex con-
tractu,vel quaſi:non ex maleficio, vel quaſi: vt enim ſi alius
extitiſſet hæres defuncto, teneretur huic venditori, ita &
emptor debet ei teneri, quaſi emptor reputetur pro hærede,
& non venditor. Item & ſi venditor iſte in prædiis defun-
cti habebat ſeruitutes, & eius aditione ſunt amiſſæ, erunt
in priſtinum ſtatum reſtituendæ:vt ff.eodem.l.ſecũda.§. vlti-

mo. & habet locum pro his omnibus actio ex vendito, vt in
prædicta lege: ſi tamen per errorem hæres tradiderit omnia
hæreditaria, cùm ſibi earum retentione poſſet conſulere, repe
tit ea condictione indebiti: vt ff. de condict. indebit. l. ſi is, qui
15 hæreditatem. † Ideo autem dixi venditorem conuentum re-
petere ab emptore: quia ipſe creditoribus hæreditariis reſpon
dere tenetur, & non emptor: niſi emerit à fiſco, vel niſi ipſe
creditoribus hæreditariis cœperit ſponte reſpondere: vt infrà
eodem. l. prima. & ſuprà de pactis. l. poſt venditionem. Nec
poteſt venditor compellere emptorem vt reſpondeat, vel ſa-
tiſdet de reſpondēdo creditoribus, quod eſt notabile, & con
tra rationem æqualitatis: cùm ſuprà dixerim venditorem ca-
uere emptori, & emptor non cauet venditori de his præſtan-
dis, quæ oportet eum præſtare: imò & ſi conueniſſet de reſpon
dendo, teneretur venditori ad intereſſe: non tamen poteſt
compelli à creditoribus, vt reſpondeat eis: vt infrà eodem. l.
16 ratio iuris. † Solet quæri cur emptor agat vtilibus actionibus
contra debitores, non autem teneatur creditoribus vtiliter? &
fortè illa ratio eſt, quia venditor actiones ſuas poteſt directo
mandare, vel etiam vtiliter lex interpretatur mandatas. Certe
ex ſuo pacto non poteſt venditor creditoribus aliquam actio
nem directam, vel vtilem parare: nemo enim alteri cauere po-
17 teſt: vt ff. de regul. iuris. l. quo tutela. §. vltim. † De actionibus
autem venditis ſciendum eſt, quod omnes actiones vendi poſ
ſunt, ſiue ſint puræ, ſiue conditionales, ſiue reales, ſiue perſo-
nales: & tenetur venditor ſi debitor nihil debet: vel ſi habet
exceptionem, non autem tenetur præſtare locupletem debi-
torē, vel in ſummam certam: niſi in contrarium ſit dictum, vt
ff. eodem. l. ſi nomen. & l. & quidem. & l. nomina. & infrà eo-
dem. l. vlti. & ſiue venditor nominis cedat actionem emptori,
vtetur directis emptor: ſiue non cedat, habebit emptor vtiles
actiones, & in perſonam, & in pignora: vt ff. eodem. l. empto-
ri. & contra principales debitores, & contra fideiuſſores, &
imputatur venditori nominis, ſi nomen exigat, vel compen-
ſet. Vnde exactum vel compēſatum teneretur reddere empto-
18 ri: vt ff. eódem. l. venditor actionis. † Illud notandum, quod
b quidam dixerunt actionem iniuriarum vendi non poſſe [b] ante
litem conteſtatam: quia non eſt in bonis noſtris ante litem
conteſtatam: vt ff. de iniuriis. l. iniuriarum actio. nec poſt litē
conteſta. quia litigioſa eſt: ſed fortè ideo dicitur non eſſe in
bonis noſtris ante litem conteſtatam: quia non datur hæredi-
bus noſtris, ſed interim dum viuimus, & nobis, & alij noſtro
nomine dari poteſt.

ANNOTATIONES.

a Id præſtet. Vide ad hoc Bald. & Docto. in l. ſi. §. j. C. de iure delibera
di & multa per doct. in l. fin. C. de conſt. ut. Hadri. tol. & etiam per
docto. hic.

b Non poſſe. Adde not. glo. & Doc. in l. ſi nomen. in ver. præſtare. ff. de
hære. vel act. ven. tex. & Docto. in l. cùm emancipati. §. emancipatus
filius. ff. de col. bonorum. multa per Barto. Bald. & Doct. in l. ſi. C. de
hæredit. vel actio. vendita.

Quæ res vendi non poſſunt: & qui vendere, vel emere vetantur. *Rubrica.*

1 *Frumentum in annonam exercitus miſſum vendens vel emens qua pœna puniatur.*

2 *Serici à barbaris emendi facultas cui conceſſa ſit, item quibus prohibeatur purpura commercium.*

DICTVM eſt generaliter ſ. de contrahenda ven-
ditio. & de perſonis & de rebus: nunc autem ſpe-
cialiter tractat de quibuſdam rebus, quæ vendi
non poſſunt, vel etiam ſi poſſunt, venduntur ta-
1 men certis perſonis. † Ecce enim frumentum quod deuotiſ-
ſimo exercitui mittitur, ne in prædam, lucrúmque alicuius
vertatur, prohibetur vænundari: & imponitur pœna capitis
ementi, & vendenti: ſi inferiores, viliorésque perſonæ ſunt: ſi
honeſtiores, ſtylum proſcriptionis incurrunt, id eſt, deporta-
tionis ſecundum Placen. Nam & inferiores decapitantur. Vel
die, quòd verbum proſcriptionis ponitur pro publicatione
bonorum. Inferiores enim cùm lex capitali pœnæ ſubiciat,
& capitalis pœna dicatur, vel mortis, vel ademptionis liber-
tatis, & ciuitatis, vel ciuitatis tantùm: vt ff. de bono. poſſeſ. l.
edicto. ergo in dubio mitior pœna erit ſequēda: vt ff. de pœn.
l. interpretatione. ſcilicet. vt inferiores debeant deportari: vt
2 j. eod. l. penul. & vlt. Sericum † non debet aliquis emere à bar
baris præter comitem commerciorum. Item nec aliquis pri-
uatus purpuram diſtrahere alij priuato, vel fucare, id eſt, tan-
gere debet. l. iij. iiij. & v. C. de veſtib. holo. nec diſtinguo facta
ſit purpura de ſerico, vel de lana, ſeu de vellere muricis, quæ
lana apud Græcos blatta, vel oxyblatta. [vel oxobapta], atq;
hyacinthina dicitur. & eadem fit prohibitio in ſupradicto
vellere ſacri muricis, ne ipſum priuatus vendat, vel emat. &
ementibus, & vendentibus imponitur pœna capitalis: vt infrà
eod. l. j. & ij. & videtur quòd hæc actio etiam poſt mortē poſ
ſit incohari: vt ff. de iis quibus vt indig. l. j. Erit illud notā-
dum quòd de corpore prædicti muricis cocti, qui dicitur pi-
ſcis, & triti conchylij ardore fit encauſtum imperiale: vt dixi-
mus. ſ. de diuerſ. reſcrip. & de eius lana fit purpura: hæc ergo
commoda reddit nobis bis lanoſus piſcis.

Quæ res exportari non debeant. *Rubrica.*

1 *Fructus liquidos non debere transferri in regiones barbarorū ſeu hoſtium, & quid de fructibus aridis.*

2 *Arma aut armorum materiam non debere hoſtibus vendi: atque inibi quæ ſit pœna vendentium.*

SVPRA de quarundam rerum venditione in-
hibita dictum eſt: nunc autem ponit de inhibita
1 tranſlatione quarundam rerum. † Ecce enim
ad barbaricum ſolum transferre vinum, vel oleū,
vel aliquod liquamen non debet aliquis Romanus, vel cauſa
vendendi, vel cauſa guſtandi, vt ſciant barbari (qui ſunt ho-
ſtes Romani imperij) qualia ſunt noſtra liquamina: vt infrà
eodem. l. j. Quid in fructibus aridis, qui non ſunt liquores?
lex non prohibet ea transferri: ergo videtur eſſe conceſſum
ſecundum regulam: vt ff. de probationib. l. ab ea. vel fortè ra-
tio liquaminum, vel liquorum trāsferetur ad fructus aridos:
a vt ait Placen. † Item ferrum factum, vel infectum, & ſcuta, &
arcus, & ſagittas, vel cuiuſcunque generis arma, non debet
quis in aliquo loco vendere, vel quocunque titulo concedere
barbaris, etiamſi tanquam legati veniant Romam. Pernicio-
ſum eſt enim Imperio, & proditioni proximum, barbaros in-
ſtruere, vt reddantur validiores, quos conuenit telis indigere.
Et imponitur pœna capitis, & publicationis bonorum delin
quentibus circa prædicta: vt j. eod. l. vlti.

De eunuchis. *Rubrica.*

1 *Eunuchi qui.*

2 *Barbari ubi eunuchi, an non, fieri poſſint.*

3 *Eunuchorum vetitum facientis pœna.*

QVIA quandoque contingit homines fieri eunu-
chos, ponit de eunuchis, ſcilicet, quando poſſunt
vendi: & quæ ſit eorum pœna, qui faciunt eunu-
1 chos. † Eunuchi autem dicuntur ſpadones tan-
2 tùm, & non caſtrati. Sciendum † autem quòd homines barba
ri extra ſolum Romani imperij fieri poſſunt eunuchi, & facti
eunuchi poſſunt vendi, & quolibet modo alienari. Si verò fa
cti ſunt eunuchi in Romano ſolo, non poterunt vendi: ſed
confiſcabuntur, ſi dominis patientibus hoc fuerit factū. Sed
a & qui fecerit eunuchos [a], capite punietur: vt j. eod. l. j. & ij. §.
3 barbaræ. Si verò ſint † Romani imperij homines, in nullo lo-
co fieri poſſunt eunuchi. Quòd ſi fiat, qui fecit, capitis pœnam
ſubibit. Sed & ſerui tales non poſſunt alienari. Tabelliones
etiam qui in huiuſmodi contractibus interfuerunt, puniun-
tur grauiſſima pœna: ſed & mancipium puto confiſcandum,
ſi domino volente fiat: vt j. eod. l. ij.

ANNO

ANNOTATIO.

a Qui fecerit eunuchos. Vide ad hoc Bar. in l. ij. ff. de pub. iud. Bal. & Sa-
lyce. in l. tranſigere. C. de tranſa. Ang. in l. ij. §. qui his. ff. de adul. elegã
tem gloſ. & Doct. in l. fi. in verſicu. proſcriptionis. C. quæ res ven. poſ.
Angel. Are. in tract. malefi. verſicu. caput à ſpatulis. do. Alex. in conſil.
cxiij. in j. volu. vbi omnia cumulata habes.

De parentibus, qui filios diſtraxerunt. *Rub.*

1 *Patri an, & quando liceat filium diſtrahere.*
2 *Filius à patre ob neceſsitatem venditus, an efficiatur ſeruus.*
3 *Matri an liceat ex cauſa famis vendere filium.*

DE diſtractione eunnehorum ſuprà dictum eſt:
1 nune de diſtractione filiorum: & dicitur † patri
non licere filium vendere: vt j. eo. l. j. niſi pro ne-
ceſsitate famis, vt tamen pretio quandocunque
emptori reſtituto, ſcilicet, vel pretio à filio reddito, vel ab a-
lio quocunque, vel etiam mancipio pro filio præſtito, emptor
vnum oblatorum accipiat, & filius perueniat in ingenuitatẽ
vt j. eod. l. ij. Quod autem dixi in venditione, & pignoratio-
ne intelligo, vt cui licet quod plus eſt, liceat & quod minus
2 eſt: vt ff. de regu. iur. l. non debet cuique. Sed † vtrum fiat ſer-
uus propter venditionem prædictam quæritur? quod quidã
negant, ſed ſeruire eum debere concedunt. Pro his induco ar
gumen. j. commu. de manumiſ. l. j. Ego puto & eum fieri ſer-
uum. Nec obſtat, quod dicitur eum poſſe ingenuitatem repe
tere: quia hoc idem eſt in multis caſibus j. de latina liberta. tol
lend. notatis, etiam in iis, qui verè fuerunt ſerui. Idémque di-
citur in reo empto ab hoſtibus reddito pretio redemptionis,
vel eis ſeruientibus per quinquennium: vt j. de poſtlimi. reuerſ.
l. vlti. Quæri poteſt, an quod dictum eſt in neceſsitate famis,
poſsit extendi ad aliam neceſſariam cauſam: quod non puto.
3 † Item quæri poteſt an, & matri liceat quod patri licitum eſt,
quod non puto: cùm non reperiatur lege cautum: argu. ſ. de
tranſac. l. tranſactione matris. Nam & filius eſt in poteſtate
patris, & non matris. Aliâs liber homo vendi non poteſt, vel
alienari: niſi patiatur ſe venundari ad pretium participãdum:
vt dicemus j. quibus ad libert. procla. non licet. l. j. Sed hodiè
vſurpatum eſt vt liberi hominis dentur obſides.

De reſcindenda venditione. *Rubrica.*

1 *Venditio quibus ex cauſis reſcindatur.*
2 *Venditore vel emptore deceptus vltra dimidiam iuſti pretij quomodo ſuccuratur.*
3 *Venditioni iuratæ an contraueniri poſsit.*
4 *Venditor vel emptor quando cenſeatur deceptus vltra dimidiam iuſti pretij.*
5 *Contractus bonæ fidei cur reſcindatur.*
6 *Emptor deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, an re perempta teneatur ad iuſtum pretium ſupplendum.*
7 *Venditionis reſciſsio quàm varijs modis fieri poſsit.*

QVALITER venditio contrahatur dictum eſt:
nunc autem ponit qualiter reſcindatur, id eſt, vt
vnus, altero inuito, eam diſſoluat. Videamus ergo
legitimos modos, quibus ab initio vẽditio ſit nul-
1 la, vel ex poſtfacto reſcindatur, & quo iure fiat. † Reſcindi-
tur autem venditio propter metum adhibitum per actionem,
quod metus cauſa. Item propter dolum emptoris, & non al-
terius: & per actionem de dolo, ſi dederit dolus cõtractui cau
ſam: & tunc impropriè dicitur reſcindi, cùm ipſo iure non te-
neat: vt ff. de dolo. l. & eleganter. & j. eod. l. ſi dolo. de quibus
omnibus, & de doli probatione, & de dolo incidenti, & quis
teneatur ex eo, plenè diximus ſ. quod metus cauſa. & ſ. de do
2 lo. Vbi † autem decipitur quis re ipſa, non alterius propoſito,
tenet venditio: ſed deceptus vltra dimidiam iuſti pretij quòd
a erat tempore venditionis, agit [a], vt non decipiatur: vt j. eod. l.
ij. & l. ſi voluntate. implorato iudicis officio: vt dicunt qui-
dam: & habebit in integrum reſtitutionem: ſicut quilibet ma-
ior, & ſecundum hoc non reſtituetur vltra quadriennium: vt
ſuprà quibus ex cauſ. maio. l. in contractibus. & ſuprà de tem
poribus. in integr. reſtit. l. ſuperuacuam. Vel dic ſecundum a-
lios habere locum actionem ex empto. arg. ff. de contrahend.
empt. l. ſed Celſus. §. j. & de actio. empt. l. ex empto. §. is qui vi-
na. & tamen nihilominus dicetur fieri officio iudicis: vt ff.
quod metus cauſa. l. metum. §. ex hoc. & de alie. iu. mu. cau. fa.
3 l. iij. §. fin. Et ita agetur perpetuò: & eſt hoc † adeò verum ſe-
cundum Placent. vt etiam ſi iurauerit venditor ſe non ventu-
rum contra venditionem, nihilominus poſsit prædicto modo
agere: quia non agit præciſè vt reſcindatur contractus, ſed vt
vel hoc fiat, vel vt iuſtum pretium ſuppleatur. Ego contra-
rium puto: quia altera ratione vrget emptorem reſcindere
contractum: vt ff. de conditio. inſtitu. l. quę ſub conditione. §.
ſed & ſi ſub iuriſiurandi. Secus dico in minore iurante: quia
ſacramentum conſtituit eum loco maioris. Vnde ſicut quili-
bet maior, prædictum beneficium implorare poteſt: niſi iura-
ret ſe non venturum contra rationem minoris ætatis, vel mi-
noris pretij. Vel niſi dixerit ſe donare, quod erat vltra pretiũ
conuentum: quod ſemper videtur dici, ſi ſciat rem valere vl-
tra dimidiam. Nec enim videtur deceptus qui ſciuit: vt ff. de
4 actio. empt. l. j. & de reg. iur. l. nemo videtur. Eſt † autem hoc
totum intelligendum in venditore decepto vltra dimidiam
iuſti pretij: vt ecce, res valet decem, [vendidit pro quatuor,
patet eum deceptum in ſex. Sic & in emptore decepto. pone
quòd res valet decem, & emit pro xvj. ſi enim deciperetur in
quinque tantùm, non ageret: quia quinque ſunt dimidia de-
cem: ſed ſi dedit ſex vltra decem, iam eſt deceptus vltra dimi-
diam,] & ideo aget. Sed quidam dicunt, quòd neceſſariũ eſt
vt duplum veri pretij, & vltra conuenerint: vt ecce, valet res
decem, & emi pro xxj. quod nulla lex dicit, & nihil eſt quod
dicunt. Nam qua ratione venditor in ſex deceptus agit, ea-
5 dem & emptor. † Quod dixi in venditione, ad quemlibet
contractum bonæ fidei extenditur: in cõtractu vero ſtricti iu
ris contra eſt: ſed licet agatur, fortè obſtabit doli exceptio
decipienti re ipſa: vt ff. de ver. bo. obli. l. ſi quis eum. & vt ſ. de
6 dolo diximus. † Quid ſi res perierit, an iuſtum pretium ſup-
plendum eſt? quod quidam dicunt: quia vbicunque alternati-
uè duo ſunt in obligatione, vno extincto debetur quod reli-
ctũ eſt: vt ff. de contrahen. empt. l. ſi in emptione. §. ſi emptio.
Sed id non puto: quia non eſt vtrunque in obligatione, ſed
res tantùm: licet liberetur ſoluendo iuſtum pretium: hoc au-
tem re perempta liberatus eſt emptor. nam & homini conſu-
lere debet venditor, quòd eam æſtimationem habeat quæ fa-
7 cta eſt: vt ff. de iure dotium. l. ſi res. §. ſi mulier. † Item fit re-
ſciſsio venditionis per actiones ædilitias, nempe redhibito-
riam quantò minoris, & in factum, de quibus plenè dicemus
j. de edil. actio. Item ratione ætatis: vt plenè diximus ſ. titu. ſi
aduerſus vendi. Item ratione erroris, ſiue diſſenſus: vt nota-
tumus ſ. de contrahenda emptio. Item ratione ſolennitatis o-
miſſæ: vt in prædijs eccleſiaſticis habuimus ſ. de ſacroſanctis
eccle. auth. hoc ius porrectum. & in prædiis minorum, vel re-
bus eorum: vt j. de admi. tuto. l. lex, & in prædiis debitorum
reipublicæ, ſi non vendantur iuſto pretio: vt j. eod. l. ſi quos.
Item reſcinditur ratione pacti non ſeruati, ſi aliquis non e-
rat contracturus aliâs: niſi ſeruata ſibi conuentione, & tunc
agit actione ex vendito, non condictione ob cauſam. Aut ſi
erat aliâs contracturus, agitur ad intereſſe: vt j. eodem. l. ea
conditione. & de pact. inter empto. l. cùm te. Item reſcinditur
ratione cauſæ: vt ecce, illi quibus ſunt impoſita munera ciui-
tatum, puta decurionis: vt ſ. de aduo. diuerſo. iudic. l. ij. fuga
volentes deſtituere ea ſuper rebus ſuis, furtiuos ineunt con-
tractus, venditio facta nullius momenti eſt, & emptor fugæ
conſcius mulctatur pretio: vt j. eo. l. pen. Item reſcinditur ra-
tione officij publici: vt ecce, comites Palatini, vel iudices cum
priuatis ſibi ſubiectis contrahere non debent, nec emere ve-
ſtes, vel aurum, vel argentum: vt j. eod. l. vlt. & ſ. de contracti-
bus iudi. Item ratione iuſtæ ignorantiæ reſcinditur: vt ecce,
Titius procurator Seij, defuncto Seio ab eo ſcriptus hæres,
cùm ignoraret ſe ſcriptum hæredem, ſeruo hæreditario ven-
dente fundum quaſi procuratorem ſubſcripſit: ſi poſteà ante
traditionem rei cognouerit ſe ſcriptum hæredẽ, ſerui quidem
nomine conuenietur, ſed non ſuo, quaſi iuſſerit: & ita vendi-

tionem poterit reſcindere: vt ff.eod.l.Titius.Sunt & aliæ cau-
b ſæ reſcindentes venditiones [b] ex pactione contrahentium:ſci-
c licet,legis commiſſoriæ [c], & adiectionis in diem: de quibus
plenè dicemus j.de pactis inter emp.vel quia emptor ita emit,
vt ſi diſplicuerit,ſit inempta:vt ff.de contrahend.empt.l.iij. &
ff.eod.l.ſi conuenit. Aſſignantur & quædam cauſæ in iſto tit.
propter quas non reſcinditur venditio:vt ecce, quia venditor
offert emptori duplum,vel quia reſcriptum impetrat à princi-
pe,vt reſcindat venditionem,vel quia dicit ſe vendidiſſe neceſ-
ſitate rei familiaris,vel quia prætendit ignorantiam iurium lo
corum: vt infra eodem. l.non eſt. & l. ratas. & l. non idcirco.
& l. quiſquis.

ANNOTATIONES.

a Agit. Limita tamen hoc vt non procedat in foro conſcientiæ, quan-
do quis emit rem à venditore ſagace, quia etiam ſi emeret pro dimi-
dia minus iuſto pretio, poteſt licitè in foro conſcientiæ retinere rem
ſibi venditam,ita Barba. in Ioannina ſua col.xliij.
b Venditiones. Vide dom.Alexand.in conſil.x.in primo volum.& dom.
Franc. Cur.in conſil.xu. & vide latiſsimè per domi. Fabianum in di-
cto tractat.de contrahenda empt.in primo volu.viij.q.prim.
c Commiſſoriæ. Ad hoc vide text.& Doct.in l.ſi fundus. ff.de lege com
miſſ.Bald.& do.Alexan.in l.fin.C.de pact.pignor. & late per eundem
do.Alexand.in conſil.x.in primo volum.

a Quãdo liceat ab emptione recedere [a]. *Rubr.*

1 *Venditione celebrata quando conſtatur res adhuc eſſe integra.*
2 *Emptione contracta an, & quando poſsit ab ea conſenſu v-*
triuſque partis recedi re integra.
3 *Pactum quando reſciſsioni proſit.*
4 *Intellectum ad l.j.circa fin.C.quando liceat ab empt.reced.*

QVALITER altero inuito recedatur ab em-
ptione,ſuprà dictum eſt,nunc qualiter,& quan-
do,vtroque volente diſcedatur, ſupponit. Scien-
dum igitur , venditione contracta , quandoque
1 rem eſſe integram, quandoque non. † Rem dicimus eſſe
integram, ſi res in totum, vel pro parte, verè, vel interpreta-
tiuè non fuerit tradita:nec pretium in totum, vel pro parte
fuerit ſolutum. Interpretatiuè res intelligitur tradita, cùm
perierit penes venditorem.Eſt enim liberatus acſi tradidiſſet
emptori:vt ff.eod.l.cùm emptor.§.vlt. Arræ autem datio nõ
facit rem non eſſe integram:quia arrarum datio eſt quidam
contractus per ſe ſubſiſtens,venditioni accedens : vt §. de fide
inſtr.l.contractus.niſi fortè ſicut ruſtici iſtius ciuitatis faciũt,
ignari antes quare dicant dederit emptor arram loco pretij.
Vel (quod verius eſt) illa datio id non operatur:quia ſit arra,
ſed quia pretium.Sed & datio fideiuſſoris,vel ſtipulatio non
facit rem non eſſe integram : vt ff.eod.l.emptio. Sunt & alij
modi perpendendi rem eſſe integram : ſicut notauimus pro-
pter mandatum iuriſdictionis,& ſimilia.vt ff.de iuriſdi. om-
nium iudicum.l.& quia.Sed iſta ſufficiant ad præſentem ar-
2 ticulum. Si † ergo (vt dictum eſt) fuerit res integra, poterit v-
triuſque contrahentis conſenſu diſcedi ab ea:vt ff.de regulis
iur.nihil tam naturale.Contrahentis dico,qui plenæ ſit æta-
tis,ſi enim pupillus,venditione perfecta cum ſuo prædeceſſo
re,vel etiam cum ipſo,interueniente eius tutore velit poſtea
ſolus ſine tutore cum aduerſario paciſcendo diſcedere nõ po
teſt:quia ratione minoris ætatis pupillus non poteſt ſibi præ-
iudicare,vt liberet aduerſarium ſuum maiorem. Et eadem ra
tione nec ipſe liberari poteſt in diſſoluendo contractum, ſed
in contrahendo,ſibi alium obligat licet non obligetur:vt ff.
de reſcind.vend.l.ſi id.§.item poteſt quæri. & ff.de act. empt.
Iulianus.§.antepenul.Sed & ſi quilibet maiores contraxerũt:
& poſtea vnus velit diſſoluere contractum pro parte ſua, nõ
poteſt:licet ex cauſa donationis quilibet eorum alteri poſſit
remittere debitum:vt ff.eod.l.Iabi.nam quod Ariſto.& ff.lo
ca.ſi tibi.Sed hoc non eſt diſſoluere contractum pro parte.
Item contrahentes dico,vel eius,cui ex contractu quæſita eſt
obligatio:vt ſi ſeruus tuus vendidit mihi:& poſtea re integra
conuenimus,vt diſcedatur ab emptione illa. Idémque & ſi
vendiderit filius tuus fami.ex peculio profectitio.nã te diſce-
dente mecum à contractu,tu & filius tuus obiter, id eſt, ſta-
tim liberaris,& ego liberor à vobis:vt ff.eod.l.j.Si autẽ diſce-
derem paciſcendo cum filio tuo,tibi non præiudicaretur : vt
ſuprà de pactis.l.filius. In peculio autẽ aduentitio, filiofamil.
contrahente,pater fortè non præiudicabit filio diſcedendo à
contractu:licet legitimus ſit adminiſtrator in aduẽtitiis: quia
domini loco eſt,cùm bene adminiſtrat,non cum filium ſpo-
liat:vt ff.pro empt.qui fundum.§.ſi tutor. Item contrahentis
conſenſu dico,non fideiuſſoris eius:tunc enim per exceptio-
nem non ipſo iure fortè diſſolueretur contractus:vt ff.eod.l.
emptio.Item conſenſu dico etiam non ſolenni. nam etſi in-
teruenit ſolennis cõſenſus:puta,acceptilationis,vel ab vtra-
que parte,vel altera tantùm,diſſoluitur ipſo iure contractus:
non ex natura acceptilationis,ſed poteſtate conuentionis: vt
ff.eod.l.cùm emptor.& de accepti.l.vlti. Item conſenſu dico
contrario,hoc eſt,de reſcindendo veteri contractu,nõ de no-
uo incohando.Sed & ſi nouus inchoetur eodem pretio con-
uento,vel alio,idem eſt:dumtamen poſterior emptio ſit perfe
cta:vt ff.eod.ſi quam.& de contrahen.emp.l.pacta conuenta.
Si autem prima emptio ſit perfecta, & pura, ſecunda autem
ſit conditionalis,non diſſoluitur prima.Idémque & ſi ſecun-
da ſit imperfecta:vt ſi emit primò pupillus cum tutoris autho
ritate,& poſteà emit ſine eius authoritate. Sed ſi primò eme-
rit ſine tutoris authoritate,& poſtea emit cum tutore, diſſol-
uitur ipſo iure prima:vt ff.de reſcind.vend.l.ſi id,quod. j. re-
ſpon.& §.j. Ergo per emptionem plenam,& puram,diſcedi-
tur à prima plena,vel ſemiplena:ſed per ſemiplenam, vel con-
ditionalem,non receditur à plena,vel pura. Aucto ergo, vel
minuto pretio,prima emptio finita eſt, & alia contrahitur:
niſi agatur in contrarium, vt prima emptio teneat:vt ff. de re
ſcin.vend.l.ſi quam.Sed quidam dicũt veterem remanere : niſi
agatur in contrarium:& nouam contrahi, vt diximus ſuprà
3 de pact. Si † verò res non fuerit integra [b],pactum ſolùm ad re
b ſcindendum primum contractum non prodeſt:ſed nec ex eo
datur actio ad repetendum,quod ſolutum eſt:vt ff. de pactis.
l.ab emptione.§.vlti. Sed nunquid datur exceptio pro eo pre
tio quod fuerit conuentum, nec eſt ſolutum ? reſpondeo ſine
dubio datur in caſu, ſcilicet cùm propter pactum de receden-
do emptor reddiderit venditori, quæ ſibi tradita erant : vt ff.
de pact.l.ab emptione.§.Ariſtoni.aliàs videtur,quod dari nõ
debeat ex illa lege. j.eod. l. ij. (ibi, ſin verò partem.licet aliàs
omne pactum nudum pariat exceptionem: vt ff.de pact.l.iu-
riſgentium.§.ſed cùm nulla. Oportet ergo actum priori ſimi-
4 lem intercedere:vt infra eod.l.j.) Hoc † eſt ſecundum quoſ-
dam quòd is qui emit , vendat : & is qui vendit, emat : quod
non placet.quia non à primo recederetur,ſed alius nouus fie
ret contractus.& in hoc differt ab ea venditione quæ fit ab
ea perſona quæ ſimiliter primò vendiderat:tunc enim (vt di-
ctum eſt) ipſo iure à priori receditur. Dic ergo actum priori
ſimilem intercedere,quando ſpontaneè omnia redduntur : &
quæcunque data,vel ſoluta erant.

ANNOTATIONES.

a Recedere ab emptione bo.fi. An liceat recedere & quando,vide melius
quàm alibi per do.Fabianum de Giochis in dicto tracta.in j.vol.viij.
q.prim.
b Integra.Vide Barba.in conſi.xlvii.ii.col.in ii.vol.& do.Alex.in conſi.
cxviii in j.volu.

Si ob publicas penſitationes venditio fuerit celebrata. *Rubrica.*

1 *Penſitationes publicæ quæ dicantur.*
2 *Venditio ob non ſolutas publicas penſitationes à quo & quan*
do fiat.
3 *Reliquorum appellatione quid veniat.*
4 *Venditio vt poſsit procedere ob non ſolutas penſitationes pu-*
blicas,quanto tempore ceſſatum eſſe oporteat.
5 *Venditio,quæ fit propter non ſolutas penſitationes publicas,*
quomodo debeat procedere.

SÆPE

SÆPE contingit ob publicas pẽſitationes, vendi-
tiones fieri, & reſcindi. Videamus ergo quæ di-
cantur publicæ penſitationes, & quando, & qua-
liter fiat venditio propter eas, & qualiter poſsint
1 reſcindi. † Dicuntur autem publicæ penſitationes, annuæ
exactiones tributorum, vel veſtium, aurique, vel argenti, quæ
à certis perſonis debebantur fiſco: ſed & ea, quæ ad viarum,
vel pontium refectionem præſtanda ſunt à poſsidentibus, vt
ſic fiat omnium datorum quædam collatio, publicæ penſita-
2 tiones dicuntur. Ob hæc † autem omnia procurator fiſci ven
ditionem prædiorum tacitè ad prædicta obligatorum facere
poteſt, ſcilicet, ſi in ſolutione prædictorum fuerit ceſſatum,
vel in totum, vel in partem: vt j. de diſtract. pign. quandiu. & j.
3 eodem. l. j. Vnde † & propter reliqua dicitur fieri venditio,
hoc eſt, propter ea, quæ reſtant ad ſoluendum. Sed & omnia
ſignificare poteſt reliquorum appellatio: vt ff. de verb. ſignif.
4 l. cæterorum. † Per quantum autem temporis ceſſare ſuffi-
ciat, non eſt ſatis lege expreſſum: & ideo fortè dici poterit, vt
a per biennium debeat ceſſare: ſicut & in ſimplici colono * pri
uati dicitur, & in emphyteuta eccleſiaſticæ rei: vt ff. loc. l. quæ-
ro. §. inter. & auth. de alien. & emphy. §. ſi verò quis aut loca-
tor. [Vel dic ſtatim, cùm ceſſatum eſt, poſſe vendi: vt ff. de ve-
ctig. & commi. l. iiij. & pro hoc eſt, quòd dicit lex pœnam re-
mitti pupillo intra xxx. dies, ſubaudi poſtquam ceſſatum eſt:
5 vt ff. de publicatio. l. imperatores.] Item † oportet, vt iuſto
pretio fiat venditio, & vt præconizetur, vel ſubhaſtetur res, &
quòd adſit authoritas præſidis, & quòd bona fide compare-
tur: vt j. eodem. l. ſecunda. & quòd interueniat authoritas tu-
toris, vel curatoris illius, qui ceſſat & cuius prædium diſtra-
hendum eſt. Et ſi aliquid iſtorum defuerit, non tenet actus: vt
infrà eodem. l. vltima. & penultima. & j. de fide inſtru. & iure
haſt. fiſc. l. quod in libellum. & l. penult. quòd ſubſit debitum,
non oportet dicere: quia ſatis continetur in primo membro,
cùm dixi, ſi ceſſatum fuerit in ſolutione.

ANNOTATIO.

a Colono. Vide Bald. in conſil. ccxc. in ſecundo volu. & per Io. Alexan. in conſi. cxxx. in quarto volumine.

Sine cenſu, vel reliquiis fundum comparari non poſſe. *Rubrica.*

1 *Tributa ſemper exigi à poſsidentibus.*
2 *Pacto priuatorum fieri non poſſe ne tributa à poſſeſſoribus prædiorum vectigalium exigantur.*
3 *Emptor qui ſoluit tributa pro tempore præcedenti emptionem, repetit à venditore.*
4 *Venditor prædiorum fiſcalium ad quid teneatur, emptore non idoneo.*
5 *Profeſsio cenſus aut vectigalium quid ſit.*

HABITA mentione publicarum penſitationum,
& venditionum, ſupponit adhuc de his, vt nemo
fundum emat tali pretio, ne præſtet integrum cen-
ſum, ſi nihil pro præterito tempore fuerit ſolutum:
ſed vel ſi quid fuerit ſolutum, vt non præſtet reliqua, id eſt,
reſidua, quæ ſuperſunt ad ſoluendum, vt ſuperiori titu. dixi-
1 mus apertius. & eſt ratio: quia † tributa ſemper à poſsiden-
tibus exiguntur, nedum pro tempore, quo poſſederunt, ſed
etiam pro præterito tempore. Secus tamen vbi à perǽquatore
tore venditur: quia tunc pro præterito tempore non conue-
nitur emptor: vt infrà libro xj. de cenſitoribus, & peræquato-
ribus. l. vltima. Sed contra eſt, cùm à priuato fit venditio præ-
dij: & ideo dicitur res non perſona conueniri: vt ff. de publi-
catio. l. imperatores ſic & aliàs ſententia datur prædio, non
homini: vt ff. de negotiis geſtis. l. qui aliena. §. vno defendente.
2 Nec † poteſt forma publici iuris pactis priuatorum immu-
tari. & j. eod. l. j. & ff. de pact. ius publicum. Non ergo tenebit
ea pactio in præiudicium fiſci: vt ff. de pact. l. inter debitorem.
3 Sed † fortè tenebit quantum ad emptorem, & venditorem:
vt actione ex empto, & præſcriptis verbis emptor vrgeat
venditorem, vt ſibi reſtituat tributa: ſed ſecus in vſuris quæ
fiſco dependit. Sed ſi nondum depẽderit emptor, non arctabit
venditorem vt dependat tributa. Sed ſecus in vſuris, quas pa-
ciſcitur mulier cum marito, ſe ſoluturam creditoribus, qui-
bus obligata ſunt prædia æſtimata, quæ dat in dotem: ibi enim
& poſtquam vir ſoluit, & antequam ſoluat, agit contra mu-
lierem: vt ſ. de pact. l. ex conuentione. & j. eodem. l. j. & ff. de
4 pact. l. epiſtola. §. pactum. † Hodie autem in venditione fiſca-
lium prædiorum, ſi examinatione ante traditionem facta em-
ptor minus idoneus fuerit inuentus, venditor profiteri cogi-
tur apud acta quòd ſuo periculo tranſpoſitio ſit fiſcalium
tributorum. Pro eis enim promittet ſe ſatisfacturum fiſco: vt
in authen. de man. princ. §. non permittas. Liquet ergo ex præ-
dictis, quòd omnes pro his agris, quos poſsident publicas pen-
ſitationes agnoſcere debent: nec pactionibus contrariis adiu-
uantur: nec ex eo, quòd non ſit tranſlata profeſsio cenſualis
in poſſeſſorem fundi, ſi apud priorem dominum fundi per-
5 maneat: vt j. eod. l. vlti. † Eſt autem profeſsio ſcriptura, qua
profitebatur poſſeſſor tantùm ſe debere, & pro tali agro: vt
ager deſignetur, & eius quantitas & qualitas, & eius confines:
vt ff. de cenſibus. l. forma. Et ex hoc multùm inſultant pro-
uinciales, dicentes omnia prædia eſſe hodie exæquata: vt etiam
nomine Italicorum debeant præſtari tributa, cùm inter ea, &
prouincialia non ſit differentia: & ſic ſublata eſt differentia
rerum mancipi, id eſt, Italicarum: & nec mancipi, id eſt, pro-
uincialium, quę olim plenè mancipabantur alicuius dominio:
& nec mancipi, id eſt, prouincialium quę plenè non erant poſ-
ſeſſoris: vt Inſtit. de rerum diui. §. per traditionem. & j. de vſu-
cap. transfor. & in Rubric. & in text. Sed certè ſublata eſt
quantum ad vſucapionem, vel quantum ad dominij tranſla-
tionem, quæ fit traditione: vt ex præmiſsis legibus patet, non
quantum ad ſolutionem tributorum à quibus immunes ſunt
Italici, & etiam quædam aliæ prouinciæ, quæ ius Italicũ ſor-
titę ſunt: vt ſ. de epiſc. & cle. l. de his. & ff. de cenſi. l. j. Quod er-
go dicitur j. eo. l. vlt. ꝙ omnes agnoſcãt publicas pẽſitationes,
referendum eſt ad eos tantum, qui debent pręſtare tributa, ſi-
cut & dico, omnis homo diligit filium ſuum. Item cùm dici-
tur, exceptis nobiliſsimis illuſtribus, reliqui omnes ſolo con-
ſenſu contrahunt matrimonium: non tamen concubinarius
cum concubina. Item cùm dico, mulier præfertur omnibus
creditoribus, ſcilicet talibus qualis eſt ipſa id eſt, hypothecis
tacitis, non expreſsis intendẽtibus. Abſit ergo, vt dicamus Ita-
liam (quæ domina eſt prouinciarum) factam eſſe ſub tributo.

De periculo & commodo rei venditæ. *Rub.*

1 *Periculum rei venditæ quando ſpectet ad emptorem.*
2 *Venditione ſub conditione facta periculum ad quem ſpectet.*
3 *Periculum rei in genere venditæ ad quem ſpectet.*
4 *Periculum alternatiuè venditorum ad quem ſpectet.*
5 *Venditione rei deguſtationem exigentis periculum ad quos ſpectet.*
6 *Vino ſub conditione vendito ad menſuram periculum eius ad quem ſpectet.*
7 *Periculum publicationis rei venditæ ſpectet ne ad venditorem, an ad emptorem.*
8 *Periculum rei venditæ quando ſpectet ad venditorem.*
9 *Periculum rei venditæ poſt moram contingens quando, & ad quem ſpectet.*
10 *Euictionis rei venditæ periculum ad quem ſpectet.*
11 *Venditione facta commodum acceſſorij ad quem ſpectet.*
12 *Domo vendita, quæ res cenſeantur accedere ipſi domui.*
13 *Prædio ruſtico vendito, quid cenſeatur eſſe eius prædij.*

QVIA in re vendita, & non tradita ſæpe contin-
git periculum, ideo commodè ponit de periculo
& commodo rei venditæ. De hoc autem tradidit
a lex regulam *. vt perfecta venditione, omne com-
modum, & incommodum, quod rei venditæ contingit, per-
tineat ad emptorem: vt infrà eodem. l. j. quæ regula in qui-
buſdam eſt falſa, in quibuſdam inſufficiens, in quibuſdam
1 obſcura. Ego autem † circa præſentem materiam, & do-
ctrinam ſic perfectam tradam regulam rotundam, & qua-

dratam. Cùm venditio ſit purè ſine ſcriptus, certæ ſpeciei
quæ deguſtationem non exigit, omne periculum ſpectat ad
emptorem, excepto caſu publicationis: niſi pactũ, culpa, mora,
vel calliditas interuenerit. Et ſciendum eſt, quòd quælibet verba
regulæ in ſe pondus habent. Purè autem ideo dictum eſt: quia
2 † ſi ſub conditione fiat, & ante conditionis euentum pereat
res, perit venditori: licet ſecus ſit. ſi facta ſit deterior: vt ff. eod. l.
neceſſario. § planè. ſi pendente. & eſt ratio: quia nulla omnino
eſt emptio, nec obligatio. cùm enim tempore exiſtentis condi
tionis non reperiatur res, in qua obligatio figere pedes ſuos
poſſit, peperit noſtra filia mortuũ quem ſperabat viuum. Sine
ſcriptis ideo dixi: quia ſicut propter conditionem non exiſten
tem eſt emptio imperfecta, ita & ſi ſcriptura non ſit completa,
quam interuenire voluerunt. vnde idem in periculo ſtatuetur:
vt ſ. de fide inſtrumentorum. l. contractus. & j. eodem. l. cùm
3 inter. & Inſtitut. eodem. § cum autem. Speciei ideo dixi: † quia
ſi in genere ſit facta: puta, vendis mihi hominem, nunquam
ſpectat periculum ad emptorem, etiamſi omnes ſerui quicun-
que ſunt in mundo, perirent: quia quod in genere debetur, pe-
rire non poteſt l. incendium. ſ. ſi certum petatur. debetur enim
incertum de incertis: & ita poteſt intelligi, quod dicitur in ven
ditione lectorum. ff. eodem lectos. & l. cum. & l. quòd ſi neq;
vel venditor in ſe periculum ſuſceperit, vel eius culpa perie-
runt. Secus, ſi debeatur incertum de certis: vt promitto vnum
de ſeruis meis, vel decem corbes vini ex hoc dolio: tunc enim
liberor, ſi omnes ſerui mei perierint, vel ſi omne vinũ dolij ſit
effuſum: vt ff. ad legem Falcidiam. l. in ratione legis. §. incertæ
autem. Vel fortè alia eſt natura venditionis, alia legatorum.
Legatarius autem non petit vinum, quia totum eſt effuſum:
neque pretium, quia legatum non eſt: emptor verò non vinum
petit, ſed repetit pretium quod dedit: quia ſine cauſa eſt apud
venditorem. Vel ſi non ſoluit, habet exceptionem in eo. &
4 ideo dicitur non ſpectare periculum ad eum. † Item certæ,
ideo dicit, quia ſi ſub incertitudine ſit vendita, licet ſit ſpe-
cies, non tamen ſemper ſpectabit periculum ad emptorem: pu-
tà. vendo Stichum, vel Pamphilum: ſi enim moriatur vterq;
vel ſimul, vel diuerſis temporibus, periculum eſt emptoris. ſe-
cus, ſi alter eorum tantùm pereat. Nam eius periculum ſpectat
ad venditorem: vt ff. de contrahend. emptio. l. ſi in emptione.
5 † Item quæ deguſtationem non exigit, ideo dixi: quia ſi exi-
git deguſtationem diſtinguendum eſt, ſecundum dominum
meum, & complures alios, an vendatur in ſpecie, an in menſu-
ra. Si in ſpecie, pertinet periculum ad emptorem poſt degu-
b ſtationem b, non ante. Nec dicunt ſpeciale in vino, licet vinum
lætificet cor hominis. Imò idem in alijs, quæ deguſtantur: vt
zinzibere, vel cinamomo, vel ſimilibus. Si verò venditum eſſet
ad menſuram, exiguntur duo: & vt periculum ſit emptoris,
id eſt deguſtatio & menſura. & pro eis eſt, quod legitur ff.
eodem. l. prima. & l. ſi quis vina. Sed certè in l. prima. loquitur
in vino vendito in ſpecie, cùm venditor in ſe recepit pericu-
lum. Et ſiquidem præfinierit diem periculi, vſque tunc ſubſti-
nebit periculum; alioquin ſubſtinebit vſque ad deguſtatio-
nem. Nam ſi nil de periculo conueniſſet venditor, ſpectaret
periculum ad emptorem, cùm in ſpecie vinum emerit: ſicut in
qualibet ſpecie vendita: vt ff. de contrahen. emptio. l. quod ſæ-
pe. §. in his. & ff. eodem. l. prima. §. ſed & cuſtodiam. & l. ſi vina,
quæ. & l. ſi quis vina. §. ſi per aduerſionem, & infrà eodem. l.
cùm conuenit. Quod autem dicitur in l. illa, ſi quis vina. di-
ctum eſt in vino vendito ad menſuram: quod erat deguſtan-
dum poſt diem certum. Vnde ſpectat periculum ad vendito-
rem: quia eſt in mora. quòd non patitur deguſtari. Alioquin
ſpectaret periculum ad emptorem: quia die ſtatuta non degu-
ſtat: vt ff. de act. empt. l. iij. §. ſi per venditorem. & ff. eodem. l. ſi
per emptorem. §. ſi verbi gratia. Nec in periculo, diſtinguo ſi
acoris, vel mucoris, an effuſionis: licet quadam ratione poſſet
diſtingui: quia cùm venditio ſit ad menſuram, quaſi ſub con-
ditione videtur fieri: vt ff. de contrahend. emptio. l. quod ſæpe.
§. in his. In conditionali autem venditione dic, vt ſuprà dixi-
mus. diſtinguitur periculum amiſſionis, vel peremptionis à
6 periculo, deteriorationis. † & eandem diſtinctionem fecit do-
minus B. pluribus annis in vino vendito ad menſuram: ſed
poſteà in ſequentibus mutauit ſententiam: quia ſapientis eſt
mutare conſilium in melius. In hac enim conditione diuerſum
eſt, quàm in cæteris: quia eſt in poteſtate venditoris emptori
menſurare, vel ei offerre vt menſuretur. Quòd ſi emptor nolit
accipere, poterit venditor menſurare ad corbem. & effundere
ſi vaſa in quibus vinum eſt, ſint venditori neceſſaria: vel pro-
pter nouam vindemiam, vel propter aliam rationem: vt ff. eo.
7 l. prima. §. vltimo, & l. ſecunda. † Item excepto caſu publica-
tionis ideo dixit: quia illud periculum venditorem reſpicit: vt
8 ff. locati. l. ſi fundum. Item pro pacto † ideo dixi: quia ex natura
contractus venditor de dolo, & lata culpa, & leui tenetur, non
de caſu: vt ff. eodem. l. cuſtodiam autem. & l. ſi vendita. & ff. de
de actio. empt. l. penultima. primo reſponſo. & infrà eodem. l.
vltima. Pactum verò etiam fortuito caſu derogat: vt ff. eodem.
l. ſi in venditione. ſi ſpecialiter exprimatur ſecundum nos, vel
ſecundum alios, & ſi generaliter. Item in vitio quod contin-
git poſtea ex natura rei, præiudicat venditori pactum, vel af-
firmatio, ſi dixit bonitatem duraturam: vt ff. eodem. l. ſi vina.
Item & ſi nihil dixerit, ſi tamen ſciebat bonitatem vini non
duraturam, id tacuit, tenebitur emptori propter calliditatem
ſuam, vt in prædicta lege dicitur. Item de culpa ideo dixit: quia
ſi culpa inſit caſui, vel præcedat, ſpectat periculum ad vendi-
torem qui culpam adhibuit, ſicut & in commodato ſuprà di-
9 ximus. Item † de mora ideo dixit: quia ex ea ſpectat pericu-
lum ad venditorem: vel ſi emptor, & vẽditor fuerint in mora,
poſterior mora præponderabit primæ, & transfert hæc mora
periculum in moroſum, etiamſi res eodem modo eſſet peritu-
ra penes actorem, ſecundum nos. Secundum alios ita demum,
ſi non erat res peritura penes actorem: vt diximus ſ. depoſiti.
Item hoc de periculis amiſſionis, vel peremptionis. vel dete-
riorationis, vel diminutionis rei, quæ fieri poteſt per fluminis
10 curſum. † Periculum autem euictionis, quæ fit ex cauſa præ-
cedente venditionem, pertinet ad vẽditorem: ſi tamen emptor
denuntiauerit venditori, vt eum defendat, & eo præſente con-
tra eum pronuntietur: vt infrà eodem. l. prima. hunc tamen ar-
ticulum plenius explicabimus infrà de euiction. donante do-
mino. Si verò ex cauſa ſequenti venditionem res euincatur,
pertinet periculum ad emptorem: vt quia ſeruus venditus &
traditus, poſteà raptorem virginis, vel adulteratorem monetæ
ad cædem domini ſui deduxit in publicum: vt infrà, pro qui-
bus cau. ſerui pro præ. acci. libert. per totum titu. Item, & ſi in
limine contractus, id eſt, poſt traditionem, ante ſolutionem
pretij mota ſi emptori quæſtio, periculum eſt venditoris, nec
emptor cogitur ei ſoluere pretium, niſi fideiuſſores idonei à
venditore euictionis nomine offerantur: vt ff. eodem. l. penult.
11 §. vltimo. & j. de euict. l. ſi poſt perfectam. Quod † autem di-
ctum eſt in periculo rei venditæ, eſt intelligendum & in com-
modo: vt ecce, quod acceſſit per alluuionem: pertinet ad em-
ptorem. Item & fructus, & partus ex re vendita, poſtea pro-
uenientes: vt infrà de actio. emp. l. fructus. & l. penult. Item &
actiones nomine rei competentes venditori: vt legis Aquiliæ,
& damni infecti, & aquæ pluuiæ arcen. & interd. quod vi aut
clam. & ſimiles ſunt cedendæ emptori à venditore: vt ff. de
actio. empt. l. Iulianus. §. ſi fructibus. Item & ea quæ venditor
ſerui quæſiuit per ſeruum non ex re ſua: & quæ donata ſunt
ſeruo, & relicta non contemplatione venditoris, ſed ſerui vel
emptoris. vt ff. de actio. empt. l. Iulianus. §. ſi fructibus. in fine.
& §. ſi quid. Item & ea quæ occaſione rei venditæ peruene-
runt ad venditorem: vt ſi prouocatur vẽditor in actione com-
muni diuid. vt ff. de actio. empt. l. Iulianus. §. Idem Celſus. Si
tamen ſerui emptor ipſum ſeruum conduxerit, vel precario
rogauerit à venditore, nihil per eum acquirere poteſt: quia nõ
videtur traditus is cuius poſſeſſio per locatorem retinetur à
venditore: [vt ff. eod. l. ſerui. Sed is qui emit prædium, ſi eundẽ
precario rogauerit à venditore] fructus percipiendos ſuos fa-
cit: vt ff. de actio. empt. Iulianus. §. poſſeſſionum. Illa enim re-
gula Aphricani. vt in quo caſu poſſeſſor prædij facit fructus
ſuos, in eodem poſſeſſori ſerui acquirantur ex re, vel ex operis:
& è conuerſo, vt ff. de acquiren. rerum dominio. l. quæſitum.
locum habet in poſſidentibus ciuili, & naturali iure: non in
detinentibus precario, vel ex conducto. Vbi autem poſt vendi-
tionem domino quid acceſſit rei venditæ, ſed tempore vendi-
tionis aliquæ res quadam in ciuitate videntur rem venditam
reſpi

reſpicere, tamen diſtiogue domum à prædio ruſtico vendito.
12 Nam † ædibus diſtractis, ea quaſi pars ædium ſunt, quæ propter ædes inter ædificium, vel extra ædificium habentur perpetui non temporalis vſus cauſa: vt putealia: & eſt id puteal,
* quo puteus operitur. Item funes & labra,* per quæ diſtillantur aquæ ſalientes, & fiſtulæ, quæ ſalientibus iniunguntur. Item cauales. Item & ea, quæ ædificio detracta ſunt, vt ibidem reponantur, ædium ſunt: atque parata ſunt, vt reponantur: non ſunt ædium: vt regulæ, vel tigna. Granaria autem ita
c ſunt ædium [c], ſi ſtipites eorum in terra defoſſi ſunt. quòd ſi ſupra terram ſunt, ruptis & cæſis cedunt. Item & piſces qui ſunt in piſcina, non ſunt ædium, nec fundi, non magis quàm pulli, aut cætera animalia: ſed & quæ parata ſunt cauſa domus, ſi tamen nondum perfecta poſita ſunt in ædificio, non ſunt ædium, & probantur hæc ff. de actio. empt. l. Iulianus. §. vltimo. & l. adeſt. & l. funes. & l. & non magis. & l. fundi. §. item quòd inſulæ. & §. Labeo. & §. ea. & l. granaria & l. vendi-
13 tor. §. vltimo. † Vendito autem ruſtico prædio, nihil eſt eius: niſi quod intra ſe tenet. Vnde etiam vaſa vinaria, & torcularia, etiam ſi ædificio villæ cohæreant, non cedunt: quoniam hæc inſtrumenta magis ſunt: ſed vinum & fructus non ſunt villæ. Pali tamen qui exempti ſunt de vinea, vt ibidem reponantur, vineæ ſunt: aliud in his quæ erant parata vt ibi imponerentur. In ſterquilinio autē diſtinctio fit Trebatij: vt ſi quidem ſtercorandi agri cauſa comparatum ſit, emptorem ſequatur, ſi vendendi, venditorem. Nec intereſt iaceat in ſtabulo, an ſit aceruus. Rupta ergo, & cæſa etſi nihil dicatur, pertinent ad venditorem: niſi cæſa ſint, vel rupta ea intentione, vt ibidem reponantur: vt ff. de actio. empt. l. fundi. ȷ. reſpon. & §. ſi rupta. & §. vlti. in fine. Viæ autem publicæ, & limites, & luci, qui fun-
d dum tangunt, pertinent ad commodum emptoris [d], vt non cedant in menſuram, niſi aliud dictum ſit: vt ff. eod. l. id quod. §. vltimo. Si autem vendatur res mobilis, vt ſeruus, non cedet peculium: vt ff. de contrahen. empt. l. quoties.

ANNOTATIONES.

a Regulam. Vide pulchre per Pet. de Anch. in conſil. clj. & per dnm. Fran. de Are. in conſil. xj.
b Deguſtationem. Ad iſtam q. vide in terminis. Bar. in conſil. ſuo incip. Factum tale eſt Petrus vendit. Bal. in l. ij. in princ. C. hoc eodem titu. Doct. in l. ſicut. C. de act. empti.
c Sunt ædium. Adde Bart. poſt not. glo. in l. vxori. in prin. de leg. tertio. Doct. in l. granaria. ff. de act. empt. vbi iſtud in terminis habes.
d Emptoris. Adde Bartol. in l. binas ædes. de ſeruit. vrba. prædio. & in l. ij. in verſi. quæro quando legatur. ff. de ſeru. leg. Doct. in l. via. †. fin. de ſer. ruſti. prædi. Bar. cepo. co. in. cxxxviij. qui omnia accumulat: multa per do. Barth. ſoci. conſi. ccxj. incip. bi curier. verſi. confirmatur.

De actionibus empti, & venditi. *Rubrica.*

1 *Actio ex empto directa cui competat, & cui vtilis.*
2 *Actio empti directa contra quem detur, & contra quem vtilis.*
3 *Actio ex empto ad quid detur, ſeu quæ veniant in eam, & nu. 10. & 20. & 25.*
4 *Venditorem teneri ad rem tradendam emptori, quomodo intelligendum ſit.*
5 *Emptor quando, & qui efficiatur dominus.*
6 *Venditor qui recuſat rem tradere emptori, ad quid ei teneatur. & num. 29.*
7 *Intellectus ad l. qui reſtituere. ff. de rei vendi. & num. ſequen.*
9 *Traditio incorporalium rerum quomodo fiat a venditore.*
11 *Venditor ſerui quomodo cauere debeat emptori eius ſerui nomine. & numero 13.*
12 *Vendens ſeruum furem an, & quando teneatur ad id quod intereſt emptoris, eum non eſſe furem.*
14 *Venditor animalis quid cauere debeat emptori.*
15 *Venditor pecoris morboſi quatenus teneatur emptori. & numero 16.*
17 *Venditor ignorans quibus caſibus excuſetur.*
18 *Venditor, qui non admonuit emptorem deberi ſeruitutem per prædium venditum, an, & quando, & quatenus teneatur eo nomine emptori.*
19 *Vendens alienum aliàve obligatum quatenus teneatur.*
21 *Actio ex empto quando detur ad redhibitionem faciendam. & nu. 23.*
22 *Actio ex empto ad quid detur.*
24 *Venditor qui recuſat cauere in totum, vel pro parte, quatenus teneatur emptori eo nomine.*
25 *Actio ex empto quatenus detur ob dolum.*
26 *Venditor quando & quatenus teneatur emptori ob falſas aſſertiones.*
27 *Deceptio contingens ex falſa menſura, quatenus veniat in actionem.*
28 *Venditor an teneatur eadem præſtare circa acceſſoria rei venditæ, quæ tenetur præſtare circa rem ipſam venditam.*
30 *Actio ex vendito directa, ſiue vtilis, cui detur.*
31 *Actionem ex vendito ad quid detur, ſeu quæ veniant in eam. & nu. 33. & 36.*
32 *Emptor non ſoluens pretium, ex quo tempore teneatur ad vſuras.*
34 *Venditioni conuentio adiecta, quibus proſit.*
35 *Actio ex vendito an, & quando detur ad pœnam.*
37 *Actio ex vendito quando competat venditori.*
38 *Sequeſtratio quo caſu fiat in venditionibus.*
39 *Actiones empti & venditi quales ſint.*

QVIA emere, & vendere nihil, vel parum prodeſſet, niſi emptor & venditor actionem haberent, de actionibus empti & venditi videamus, ſcilicet, quibus. in quos dentur directæ, vel vti-
1 les: in quantum, & quales ſint. † Datur autem actio ex empto directa ei qui emit, vel cuius ſeruus, vel filius, vel ſimilis perſona emit, quæ ſolet nobis acquirere, de quibus perſonis diximus ſ. per quas perſo. no. acquir. Vtilis autem datur ei, cuius procurator emit, procuratore non exiſtente ſoluendo: vt ff. eod. l. Iulianus. §. ſi procurator. & de inſtit. l. j. & ij. vel cuius tutor, vel curator emit, vel actor vniuerſitatis: vt ff. de conſtit. pecu. l. cum qui. §. ſi actori. & ſ. quando ex fact. tut. vel cura. l. ij. Vel ei cuius aduerſarius confeſſus eſt in iure ſe ei vendidiſſe. Item & ei, qui iurauit ſe emiſſe: vt ff. de iureiur. l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauit. & §. Marcellus. & de confeſſ. l. cer-
2 tum. §. ſi alia quacunque actione. Item † directa datur in eum qui vendidit per ſe. Nam ſi vendidit per fiſcum, vel ſeruum alium iuri ſuo ſubiectum, qualiter ex eorum cōtractibus ſubueniatur de iure prætorio plenè notauimus ſ. in tit. quod cum eo. Item ſi vendidit per tutorem, vel curatorem, tenetur vtili actione, vt patebit in ſumma ȷ. tit. quando ex fact. tuto. §. vlti. Item ſi vendidit per procuratorem, tenetur vtili actione: vt ff. de inſtito. l. j. & ij. & de act. empt. l. Iulianus. §. ſi procurator. Sed & ipſe procurator tenetur ratione contractus ſui, ſiue de euictione promittat: vt ff. de procu. l. procurator, qui ſiue non promittat: quia videtur promittere hoc ipſo quòd vendit: vt ȷ. de euict. l. non dubitatur. Item & vtilis datur in eum qui iurauit ſe vendidiſſe delato iureiurando, vel in eum, qui detulit alij iuſiurandum, vt iuret ſe emiſſe: vel in eum qui confeſſus eſt ſe vendidiſſe eadem ratione qua & in iſtis perſonis ſ. diximus dari vtiles actiones. Et dantur vtiles actiones ita demum, ſi contractus teneat: pluribus enim modis deficit: vt diximus ſ. de contrahen. empt. Quandoque tamen etſi non teneat contractus, datur actio, vt ibidem diximus: & quandoque datur, ſi retinuerit, ſi tamen poſtea ſit vtriuſque voluntate reſciſſus, ſcilicet, ad reſtitutionem arrarum, & ſimilium: vt ff. eod. l. ex empto. § is qui vinum. & de contrahent. empt. l. ſed Celſus. §.
3 ſi fundus. † Venit autem in actione [a] ex empto in primis hoc
a quod conuenit præſtare: quia ſi nihil conuenit, præſtabuntur ea, quæ naturaliter inſunt: huiuſmodi iudicij poteſtate. Et in primis oportet venditorem cauere de re tradenda, ſi nondum venerit dies tradendi: vt ȷ eod. l. emptor, & ff. eod. l. ex
4 empto. §. idem. & ff. de iud. l. in omnibus. Si † autem venerit dies tradendi, ipſam rem præſtare venditorem oportet, id eſt, tradere: ita quòd emptor habeat vacuam poſſeſſionem. Quid eſt vacuam poſſeſſionem habere? hoc eſt, vt emptor prior ſit in ea poſſeſſione, ita quòd de iure ab eo non poſſit auocari. Nam ſi quis auocauerit eam, perinde eſt ac ſi non eſſet tradita: & ſi non ſit auocata (poteſt tamen auocari) non videtur eſſe

tradita. Quid enim ſi alius erat in ea poſſeſſione cauſa legato-
rum, vel rei ſeruandæ cauſa, vel mulier cauſa ventris, non vi-
detur eſſe tradita vacua poſſeſſio: vt ff. eodem. l. ſecunda. §. j.
& l. tertia. & l. ex empto. primo reſpon. & l. emptorem. §. idem
5 Neratius. † Hæc autem traditio facit emptorem dominum, ſi
dominus erat venditor. Si non erat, obligatur nomine eui-
ctionis, ſi modo pretium ſit ſolutum, aut eo nomine ſatisfa-
ctum: vt in prædicta l. ex empto. Nec obſtat his quod dicitur
ff. eodem. l. Iulianus. §. poſſeſſionem. videri traditam poſſeſ-
ſionem, & ſi precario ſit tradita: & tamen certum eſt, quòd
emptor in ea poſſeſſione non eſt, imò ſuccumbit: ſi agat ven-
ditor qui precario conceſſit. vt ff. vti poſſi. l. j. §. vlt. & l. ij. Sed
certè videtur tradita, quantum ad hoc vt emptor poſtea te-
neatur ad vſuram pretij, quaſi iam videatur eſſe in mora ſol-
uendi, non quantum ad hoc vt liberetur venditor ab actione
6 ex empto. † Quid ergo ſi venditor nolit rem tradere? certum
b eſt eum teneri ad intereſſe: vt ff. eodem. l. prima. & (ſicut
c ibidem dicitur) præſtatur in hoc caſu ſingulare intereſſe,
quod egreditur pretium commune, vel conuentum: nunquam ta-
men extenditur vltra duplum pretij communis, cùm iſte con-
tractus certam ſpeciem, vel quantitatem contineat. Si autem
contineat factum, intereſſe quantumcumque eſſet, deberet præ-
ſtari: vt infrà de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt pro fe. l. j.
Item prædictum intereſſe conſyderatur circa rem, non extra;
neque enim, ſi potuit ex vino negotiari emptor, id æſtimatur:
vel ſi familia eius periit fame: quia frumentum non tradidit
venditor, id conſyderatur: vt ff. eodem. l. ſi ſterilis. §. cùm per
venditorem. licet ſecus dicam cùm venditor tradidit rem vi-
tioſam: vt dicemus. Item nunquid à præſide manus militaris
auxilium poterit implorari, vt res ab inuito venditore extor-
queatur, quod M. viſum eſt. argu. ff. de rei vend. l. qui reſtitue-
re. Sed certè vt ait B. contrarium eſt verius. nam etſi venditor
ſit contumax, vel procax, dicit lex eum liberari præſtito in-
tereſſe: vt j. eod. l. ſi traditio. & ff. eod. l. ex empto. §. idem ait. &
ei conſonat quod dicit lex dominum prædij debere inducere
in poſſeſſionem eum cui emphyteuta vendidit ſua emphyteu-
mata: ſi emphyteuta venditor maluerit: ac ſi diceret emphy-
teutam qui vendidit, non compelli tradere, ſi nolit. Satis eſt
d enim ſi præſtat intereſſe. & illam † l. qui reſtituere. intelli-
7 gebat Bulgar. cùm quid peto meum, non futurum meum.
Ego nec hoc multum approbo: quia hoc idem eſt in quibuſ-
dam perſonalibus actionibus, quibus peto non meum: vt in
conditione ex lege contra donatorem: licet venditor, & do-
nator videatur aſsimilari: quia vtrique imponitur neceſsitas tra-
dendi: vt Inſtitut. de donatio. §. eſt & aliud. Sed vni imponitur
neceſsitas cauſatiua, id eſt, ſi nolit præſtare intereſſe, alij præ-
ciſa. Item quilibet qui promiſit ſe daturum omnimodo neceſſe
habet dare quoquo modo: vt ff. de verborum obligatio. l. vbi
8 autem. §. vlt. Exaudiam † ergo illam l. qui reſtituere. cùm
iudex iuſsit rem reſtitui: non dico, quòd ſemper debeat rem
reſtitui iubere, vt hic nam & ſocius inuitus ſocio renuntiat ſo
cietati, & mandatarius domino. licet teneantur ad intereſſe. Si
tamen iudex debeat, vel non debeat iubere, & iuſſerit, locum
9 habent auxilia numerata in illa l. qui reſtituere. † In qui-
buſdam autem rebus venditis, puta in corporalibus vacuæ
poſſeſsionis traditio nulla eſt: quia incorporalia non poſſunt
tradi: ſed quaſi tradi dicuntur, venditore ſeruitutis patiente
emptorē vti ſeruitute, & cauet venditor per ſe non fieri, quo-
minus vtatur emptor: vt ff. eod. l. iij. §. ſi inter. & de ſeruituti-
bus. l. ſi ſeruitutes. §. primo. & l. quotiens. & de acquir. rer. do.
10 l. ſeruus. §. j. Item † veniunt in actionem ex empto acceſsio-
nes, id eſt, res accedentes rei venditæ tempore venditionis, &
actionis, nomine rei poſt venditionem venditori competen-
tes. Item & partus & fœtus, & fructus, & quæſita per ſeruum
venditum. de quibus omnibus plenè diximus ſ. titu. proxi. §.
vlti. & penulti. Item venit cautio de euictione, vel vt caueat
venditor emptori rem ei licere habere: vt ff. eod. l. ex empto.
§. idem Neratius. de hac tamē cautione plenius dicemus infrà
11 de euictionibus. Item † neceſſe habet cauere venditor
ſerui. de vitiis ſerui, ſcilicet, eum non eſſe fugitiuum, vel er-
ronem: vt j. eodem. l. emptor. Nec excuſatur ratione ignoran-
tiæ: non autem cauere debet eum non eſſe furem: & eſt diffe-
rentiæ ratio: quia fugitiuum quidem de facto nō licet emptori
habere, & quaſi euictionis nomine tenetur venditor: vnde ad
ſimilitudinem euictionis promittit venditor de duplo, ſi man-
cipium ſit fugitiuum: vt ff. de ædili. edic. l. quòd ſi nolit. §. quia.
12 & l. quæro. §. vltim. Furem † autem habere poſſumus. ſi tamen
venditor ſciebat furem eſſe, tenebitur emptori ad intereſſe. ſi
autem ignorauit furem eſſe, aſſeuerauerit autem bonæ frugis,
& fidum, tenebitur quanti minoris emptor empturus eſſet:
quia non debuit venditor facilè aſſeuerare, quod ignorabat,
& eſt differentia inter hunc venditorem temerariè aſſerentem
quod ignorabat, & eum, qui vendidit ſciens ſeruum fugiti-
uum, vel furem: quia ſciens tenetur ex eo quòd non præmo-
nuit ſeruum eſſe furem: hic autem tenetur ex temeraria aſſer-
e tione: vt ff. eod. l. Iulianus. §. item qui furem. Licet autem di-
xerim venditorem ſerui fugitiui, vel erronis ignorantem te-
neri, non tamen tenetur, niſi quantò minoris emptor emptu-
rus erat, cum ſi ſciuiſſet, teneretur ad intereſſe omne, etiam
quod eſt extra rem, puta ſi ſeruus fugitiuus res quaſdam ſe-
cum abſtulit, vel alios ſeruos ſollicitauit: vt ff. eod. l. Iulianus. §.
13 quod autem. Item † cauet venditor ſerui eum eſſe ſolutum fur-
tis, & noxiis, hoc eſt noxali iudicio ſubiectum non eſſe: ergo ſi
noxiam commiſit, nec permanet, noxa ſolutus videtur. Noxas
accipere debemus priuatas: hoc eſt eas, quæcunque commit-
tuntur ex delictis, non publicis criminibus; ex quibus agitur
iudiciis noxalibus. Ex capitalibus autem criminalibus ſpe-
cialiter prouidetur emptori per edictum Ædilium Curulium
vt j. eod. l. emptor. & ff. eod. l. ex empto. §. idem Neratius. & de
ædi. edic. l. qui ſcit. §. quod aiunt. & agit emptor ex hac ſtipu-
latione, vel act. ex empto, ſiue ſoluerit noxali iudicio conuen-
tus. ſiue condemnatus fuerit: cum ſeruum in noxali iudicio de-
fendit, ſiue eum non defendit: quia manifeſtum, id eſt, noto-
rium erat ſeruum noxium fuiſſe: non tamen conſequetur em-
ptor: niſi tantum, quanto minimo potuit defungi, id eſt, libe-
rari ab eo, qui contra eum agebat noxaliter: vt ff. eo. l. empto-
rem. In caſu tamen agit emptor contra venditorem: & ſi nun-
dum quid ſoluerit, vel condemnatus ſit, vt ſi venditor ſciebat
ſeruum eſſe furem, vel noxium. & agitur hic ex empto, non
ex ſtipulatu: quia nondum aliquid abeſt emptori: vt ff. eod. l.
14 ſi ſeruum. † Item venditor cuiuſlibet animalis cauere debet
præſtari animal ſanum, & eſſe, & bibere, vt oportet: vt j. eod. l.
15 emptor. & ff. eod. l. ex empto. §. animalium quoque. Si † verò
vendiderit quis pecus morboſum, & ſciens deceperit empto-
rem, tenetur emptori ad intereſſe: etiam quod eſt extra rem: vt
ſi pecora alia morboſi pecoris cōtagione perierint. ſi verò ven-
ditor ignorabat pecus morboſum, tenetur emptori quanti
16 minoris empturus erat. Et quod † dixi in pecore morboſo. ſer
uatur in tigno vitioſo: vt ff. eod. l. Iulianus. Idēmque in veſti-
mentis interpolatis, vt ff. de contrahen. empt. l. Labeo. Idémque
& in vaſe non integro vendito: vt ff. eo. l. tenetur. §. ſi vas. Quid
in vaſe vitioſo vendito? forte idem. In vaſe tamen vitioſo lo-
cato, etiam ignorans tenetur ad intereſſe. Eſt enim alia natura
locationis, quam venditionis: vt ff. locati. l. ſed addes. §. j. Re-
17 perio † tamen venditorem excuſari propter ignorantiam,
cùm vendidit ſeruum furem: vt ſ. diximus. & forte ratio eſt
ibi: quia emptor, aut ſciuit, aut ſcire debuit ſeruum furem. Fur
enim dicitur etiamſi domino ſuo ſurripiat: vt ff. de ædil. edic.
l. quod ſi nolit. §. j. & qui eſt ſeruus, vel captiuus qui domino
ſuo panem, vel vinum, vel alia domeſtica non ſurripiat, certè
imò relatiua ſunt fur, & ſeruus. Vnde Vergilius:

Quid domini facient, audent cum talia fures?

Item reperio excuſari venditorem propter ignorantiam, ſi
vendidit prædium tributarium: vt ff. eod. l. ſi ſterilis. §. j. Poteſt
etiam in hoc caſu aſsignari ratio: quia ſiue emptor ſciebat præ-
dium eſſe tributarium, non aget ex empto: quia non videtur
eſſe deceptus qui ſciuit: vt ff. eod. l. in fin. ſiue ignorabat eſſe,
quòd debeat ſibi imputari: quia cum emeret prædium prouin-
ciale, ſcire debuit tributarium eſſe: ſecus autem in Italicis: vt ſ.
de epiſc. & cleric. l. de his. Si autem prædixerit venditor præ-
dium tributarium eſſe, pone in x. cum deberet xx. tenebitur
emptori quanti minoris emiſſet: vt j. eo. l. ſi minor. ſicut ſ. dixi
in venditore qui aſſeruit ſeruum non eſſe furem. Dicam ergo
regulare

regulare eſſe, vt venditor teneatur de vitiis etiam ignorans ea
(vt dictum eſt in ſeruo fugitiuo, pecore morboſo, tigno vitio-
ſo, vaſe non integro, vel vitioſo, & veſtimentis interpolatis)
ſed fallit regula in ſeruo fure, & prædio tributario: quia non
non tenetur, ſi ignorans fuit venditor. Quidam tamen dixe-
runt propter iſtos duos caſus regulare eſſe, ne teneatur igno-
rans, niſi in caſibus ſuperius notatis: ſed certè non refert an
decipiatur emptor calliditate venditoris, an ignorantia: nam
18 vtrobique teneri debet: licet non teneatur in tantum. † Item
tenetur venditor actione ex empto, ſi ſciebat ſeruitutem de-
beri, & nō admonuit emptorem. Sed ſi ita dixit, nulla quidem
ſeruitus debetur: verùm, ne emergat inopinata ſeruitus, nolo
teneri: tenebitur ex empto: ſi ſciebat ſeruitutem debitam, &
emptor ignorabat. Si autem ſciebat, non videtur eſſe celatus:
neque certiorari debuit, qui non ignorauit. Securitati autem
ſuæ proſpicit venditor, ſi ſeruitutem debitam exprimat em-
ptori, cuius nomine non vult teneri, vel etiam ſi nō exprimat
ſeruitutem debitam: quia nullā credebat deberi: ſi tamen emer
geret inopinata, & dixerit ſe nolle teneri, proderit ei pactum:
vt ff. eo. l. j. & l. quæro. ſi autem ſeruitutis nulla eſt mentio fa-
cta, tenetur vēditor emptori ad intereſſe, ſi ſciebat ſeruitutem,
f alioquin quantò minoris [f]. quaſi ſemper videatur vendere vti
eſt optimus: niſi dicatur contrarium: vt ff. de contrah. empt. l.
cùm fundus. & de ædil. edict. l. quoties. & de hoc plenè dice-
19 mus j. de euict. † Item tenetur venditor, ſi ſciens alienum, vel
obligatum vendidit, etiam antequàm res euincatur: vt ff. eod. l.
ſeruus. §. vltimo. Nec prodeſt huic ſcienti venditori, ſi adiicia-
tur, néve eo nomine, quid præſtari: vt ff. eod. l. tenetur. §. vlti.
Idémque dicitur in venditore, qui ita vendidit, vt intra tri-
ginta dies de dupla promitteretur emptori ſtipulanti: poſtea
verò ne quid præſtaretur, & emptor hoc fieri intra diem non
deſiderauit. Nam ſi venditor ſciebat alienum, nihilominus te-
netur ad intereſſe. Si ignorabat, tenetur ad pretium, niſi dictū
eſſet venditorem, nec ad pretium teneri. Item & creditor qui
vendidit iure creditoris, licet non teneatur de euictione, nec
ad pretium: ſi tamen ſciens ſibi non obligatam rem, vel non
eſſe eius, qui obligauit, & vendiderit, tenebitur ex empto: vt ff.
20 eo. l. emptorem. §. denique apud. & §. qui autem. † Item agitur
ex empto cōtra venditorem, vt præſtet dolū & latam culpam,
& leuem in re vendita: vt diximus ſuprà de peric. & commo.
rei vendi. §. item de pacto. vt dicitur ff. eod. l. ſi ea res. & l. ven-
21 ditor domus. §. j. Item † agitur ex empto ad redhibitionem fa
ciendam: [vt ff. eodem. l. ex empto. §. redhibitionem.] vbicun-
que enim ſuprà dixi venditorem teneri emptori quanto mi-
noris empturus eſſet, ibidem actio ex empto continebit
redhibitionem, ſi emptor nullo modo empturus erat: vt ff. de
except. rei iud. l. ſi is, qui. §. j. Sed & continet redhibitionem vbi
venditor ſciebat ſe vendere corruptam, & emptor putabat ſe
emere virginem. reſoluetur enim emptio, & pretio reſtituto
mulier reddetur, licet non habeat locum actio redhibitoria:
quaſi videatur mulier eſſe vitioſa, vel morboſa: ideo quia cor-
22 rupta eſt: vt ff. eod. l. ex empto. §. ſi quis. † Item vbi à contractu
vtriuſque voluntate receſſum eſt, agitur ex empto, vt integræ
reſtituantur arræ: & nihilominus habet locum condictio ſine
cauſa, vel ob cauſam, cùm cauſa ſit finita propter quam datæ
ſunt: vt ff. eo. l. ex empto. §. is, qui vina. Item & agitur vbi non
23 tenuit contractus: vt ff. eod. l. ſi ſterilis. §. quamuis. † Porrò
quòd dictum eſt redhibitionem fieri per actionem ex empto,
non eſt ita intelligendum, vt nomine morborum, & vitiorum
fiat redhibitio de iure ciuili per actionem ex empto: imò fit
ex edicto ædilium per actionem ex empto ex eorum edicto
propoſitam, quæ dicitur redhibitoria: quia facit redhibitio-
nem. Vel ſecundum alios eſt proprium nomen actionis quæ
dicitur redhibitoria: ſed licet non fiat redhibitio de iure ciuili
pro morbis, & vitiis, ex cautione tamen quam facit venditor
promittendo animalium ſanitatem, tenebitur ad intereſſe. Et
24 ad idem dicitur actio vetus informati ex empto. † Si autem
venditor de ſanitate, vel de aliis (de quibus ſ. diximus eum te-
neri) cauere noluerit, cautionem exponere tenebitur emptori,
quanti plurimi intereſt eius: & ſi fortè de quibuſdam cauerit,
de aliis non tenebitur emptori ad intereſſe nulla facta dedu-
ctione. Sed ſi ideo quia de vno noluerit cauere, præſtitit ven-
ditor aliquid emptori: vt quia nolebat cauere de ſanitate:
deinde conueniatur vt caueat de euictione, propter quod de-
bet damnari in duplum, de hoc duplo deducetur, quod præ-
ſtitum eſt, propter aliam cautionem non præſtitam: vt ff. eod.
25 l. ex empto. §. idem Neratius. item † venit in actionem ex em-
pto: vt emptor decipiatur in quātum eſt deceptus à venditore
propter dolum eius. Sic & teneretur emptor venditori, ſi dolo
decepiſſet venditorem: vt ff. eod. l. Iulianus. §. ſi venditor. & §.
per contrarium. & §. idem Iulianus. deceptio enim quæ fieret
re ipſa toleraretur: vt diximus ſ. de dolo. Item venit in actio-
nem ex empto: vt venditor exhibeat emptori originalia in-
26 ſtrumenta rei: vt ff. eodem. l. Titius hæres. Item † in actionem
iſtam veniunt falſæ aſſertiones venditoris, ſiue reperiatur fal-
ſitas in qualitate rei: vt ecce, dixi quinquaginta iugera eſſe vi-
neæ, & quinquaginta prati, & in prato plura enumerantur:
ſiue in quantitate: vt quia dixit quinquaginta eſſe iugera agri,
& pauciora inueniuntur, in quibus caſibus venditor tenebi-
tur ad intereſſe. ſi venditio contrahebatur in ſpecie. Si autem
fiat venditio ad menſuram, diminuetur pretium pro numero
iugerum, quæ deſunt: vt ff. eod. l. ſi ſeruum. §. j & l. ſi in quali-
tate. Poteſt tamen venditor releuari in falſa aſſertione, ex eo,
quòd ſuperueniens incremētum alluuionis ſupplet antequam
detegatur falſitas aſſertionis, quod deerat in fundo: ſi modò
venditor ignoranter aſſeruit falſum: ſecus ſi dolo: vt ff. eod. l.
Iulianus. §. ſi Titius. Item poteſt releuari ex eo quòd duobus
fundis venditis ſuppletur in vno, quod deeſt in altero: vt ff.
27 eod. l. ſi duorum. Item † venit in actionem ex empto, vel ven-
dito, deceptio, quę contingit ex falſa menſura, vel falſis pon-
deribus. Circa quæ ita diſtinguo, cùm venditor mentitur, vel
pondera menſura falſa, vel pōderibus falſis: aut conuenerunt
inter ſe vt ſtarent illis, aut nihil conuenerunt de menſura. Si
nihil conuenerunt, ſeruatur cōſuetudo regionis: & ſiquidem
decipiatur emptor, petet quod reſtat ſoluendum ex empto a-
ctione. Si autem decipiatur venditor, petet quod amplius prę-
ſtitit actione ex vendito, & rei vendicatione. Item & habet
condictionem furtiuam, & actionem furti [i]. ſi emptor ſciebat
maiora eſſe pondera. Nec enim venditor tranſtulit dominium
in eum, licet eam ei tradidit: quia quod amplius eſſet, noluit
transferre: vt ff. de furt. l. ſi quis. §. ſi maiora. & de contrahen.
empt. l. Imperatores. & de actio. empt. l. ſi quis à me. Si autem
conuenerunt vt ſtarēt illis ponderibus, ſiue eſſent maiora, ſiue
minora: ſiquidem neuter eorum ſciebat iniquitatem ponde-
rum, neuter agit contra alterum. Idémque & ſi vterque ſcie-
bat. Si autem alter eorum tantùm ſciebat, ſi quidem ille erat
deceptus, nō aget: nec enim videtur deceptus, cùm ſciuit: vt ff.
eo. l. j. Si vero erat decipiens, tenetur, nec adiuuatur ratione pa
cti: vt ff. de hær. vel act. ven. l. hoc autem. & ff. eod. l. j. Si autem
tertius accommodauit falſa pondera ſciens; ſiquidem decipia-
tur commodatarius, tenetur ei commodator contraria com-
modati. ſi autem non decipiatur commodatarius, ſed alius eſt
cum quo ipſe contraxit: ſi quidem deceptus cōtra commoda-
tarium agere non poteſt (quod quando contingat ex prædi-
ctis patet) agit contra commodantem de dolo: vt ff. de dolo. l.
28 arbitrio. §. de eo. † Quęcunque autem diximus præſtanda in
re principali vendita, pręſtantur etiam in his quæ nominatim
dictum eſt accedere: vt tamen nomine rei acceſſoriæ non aga-
tur de euictione in duplum, ſed in ſimplum, ſiue euincatur res
à venditore, vel eius hærede, ſiue ab alio: vt ff. eo. l. emptorem.
29 §. ſi quis. † Item vbicunque dixi venditorem teneri ad inter-
eſſe, eſt intelligendum pręſens, vel ad omne quod fuerit à tem-
g pore [g] moræ [h]: vt ff. eo. l. ni §. ſi per venditorem. Quandoque
h tamen conſideratur à iudice intereſſe ſecundum temporis fu-
turi vtilitatem: vt ſi iactum retis emero, & venditor nolit ia-
30 ctare rete: vt ff. eo. l. ſi iactum. † Actio autem ex vendito datur
venditoribus directa, vel vtilis. quibuſcunque enim diximus
dari actionem ex empto, ſi emiſſent per ſe, vel per alios eiſdem
datur actio ex vendito, ſi vēdidiſſent per ſe, vel per alios. Sæpe
tamen reperitur actionem ex vendito, vel venditi competere
emptori: & è conuerſo actionem ex empto competere vendi-
tori, veteres enim viciſſim vel promiſcuę his vocabulis vte-
bantur. Idem in locatione & conductione: vt ff. eo. l. veteres.
31 † Datur autem hæc actio ex vendito in primis ad pretium,

quanti vænit res,& neceſſe habet emptor nummos facere ven
ditoris. Licet venditor non teneatur facere rem emptoris.&
eſt ratio differentiæ: quia venditor ad certam ſpeciem eſt obli
gatus. Vnde meritò conſulitur ſibi, vt præſtet eam, ſicut po- a
teſt, emptori verò eſt obligatus ad pretium in genere. nam
quamlibet pecuniam dando liberari poteſt, dummodo ſuam
det:& ideo ſtrictius obligatur ad transferendum dominium
in venditorem: quia latiorem habet poteſtatem: vt ff. eod. l. ex
empto.& l. Iulianus. §. ex vendito. & eſt arg. pro hoc quod di
citur in legato generali & ſpeciali: vt ff. de euict. l. hæres. & de
32 leg. j. l. ſi à ſubſtituto. † Item veniunt in eam vſuræ pretij ex
mora: vt j. eo. l. fructus. vel ex quaſi mora, vt ſi venditor tradi-
derit emptori rem: ſatis eſt enim, vt videatur emptor in mora,
quia poteſt fructus percipere: vt ff. eo. l. Iulianus. §. ex vendito.
Si quæras cur non præſtet emptor vſuram, nedū à traditione,
ſed etiam à tempore venditionis, cùm ab eo tempore fructus
ſibi præſtari poſſit petere emptor à venditore: vt ſ. diximus.
Reſpondet quidam diſtinguendo, vtrum emptor per ſe capiat
fructus, vt tunc non teneatur ad vſuras: an per alium, vt tunc
non teneatur, niſi à tempore traditionis: & nihil videntur di-
cere. arg. induxerunt ff. de pign. act. l. ſi pignore. §. ſi prædia. in
fi. quod certè non eſt pro eis, ſi ſubtiliter videatur caſus ille.
Dico ergo quod poſt traditionem omnino tenetur emptor ad
vſuram, etiam ſi fructus nō percipiat. Satis eſt enim quòd po-
teſt percipere, ſed ante traditionem non tenetur: niſi petat fru
ctus. tunc enim eadem æquitate, qua & ſ. tenetur. Nec poteſt
venditor obiicere emptori culpam, quod rem non petiit, cùm
ex tali culpa lucrum ſenſerit, id eſt, fructus: vt ff. de iure dot. l.
33 cùm in fundo. §. quòd ſi mulier. † Item veniunt ſumptus, quos
fecit venditor in re diſtracta: puta, ædificia reficiendo, ægrum
ſeruum curando ante traditionem, vel aliquid expendendo
in diſciplinas, in quas erat veriſimile, etiam emptorem velle
impendere, vel ſi quid impenderit in funus mortui ſerui ſine
culpa venditoris: vt ff. eodem. l. Iulianus. §. præterea. Item ve-
niunt ea, de quibus conuenerunt: putà, vt emptor daret fideiuſ
ſorem de pretio ſoluendo, vt aliquid aliud faceret venditori,
vel vt patiatur venditorem habere fundum conductum certa
mercede: vt ff. eod. l. tenetur. §. j. & l. Iulianus. §. præterea. in fin.
34 & l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. vel † vt patiatur emptor habitatores,
vel inquilinos inhabitare: & tunc videtur eſſe conſultum ex-
traneis non domino: nec omnibus extraneis, ſed illis, quibus
venditor ex locatione tenetur. Secus ſi gratis eis conceſſerit
habitationem: etiam ſi talia fuerunt verba, habitatoribus, aut
in quam quiſque diem conductam habeat: vt ff. eo. l. ſi merce-
dem. §. vlt. vel vt augeatur pretium: quia emptor vendidit alij
35 maiori pretio: vt ff. eod. l. Iulianus. §. ſi inter emptorem. † Non
tamen omnia conuenta veniunt: vt ſi venditor ſtipulatus eſt
pœnam dupli non ſoluto pretio ad diem. Videtur enim adie-
cta eſſe pœna in fraudem legitimarum vſurarum: vt ff. eodem.
l. Iulianus. §. idem. Si autem venditor ſtipulatus eſſet pœnam
ab emptore, ſi emptor non faceret aliquid, quod fieri conue-
nerat, & agitur ad pœnam, ſic & emptor ageret ad pœnam
quam ſtipulatus eſt à venditore: ſi venditor intra diem mate-
riam, vel rem venditam, non repræſentaret: vt ff. eod. l. prædia,
36 & l. Lucius. † Item veniunt in hanc actionem ruta, & cæſa, vel
fructus iam ſecti, & in fundo vēdito iacentes, ſi per emptorem
exportentur, vel iniuſtè ab eo detineantur: vt ff. eod. l. fundi. §.
* ſi ruta.* & j. eodem. l. ij. Hac enim occaſione venditionis iniu-
ſtæ peruenerunt ad emptorem. Idémque & ſi ſeruus venditus
venditori quid ſurripuit: & ad emptorem pertulit: vt ff. de
contrahend. empt. l. quoties. & l. ſed & ad exhibendum. & l.
ſed & ſi quid. Item agitur ex vendito contra eum qui emit la-
37 pides ex fundo, vt eos tollat: vt ff. eod. l. ſi is, qui. † Illud ſcien-
dum eſt, quod actio ex vēdito ita demum competit venditori
ad ea, quæ dicta ſunt, ſi paratus ſit rem præſtare: vt ff. eo. l. qui
38 pendentem. † Quid ergo, ſi neque venditor emptori, neque
emptor venditori habeat fidem? ait Placent. ſequeſtrationem
i * faciendam. arg. ff. de ſolut. l. ſi ſoluturus. Sed certè ibi loqui-
tur quando vterque conſenſit in ſequeſtratione. altero enim
inuito non eſt facienda: vt ſ. de prohib. ſeq. pecuniæ. Dicam
ergo quòd ſi quis illorum vult agere, prius debeat tradere
id, ad quod eſt obligatus, alioquin patitur exceptionem: vt
ff. de ædil. edic. l. ædiles etiam. §. vltimo. & l. videamus. & l. il-
lud ſciendum. primo reſponſo. Item ſciendum eſt venditi a-
ctionem non facilè dari ad contractum reſcindendum, niſi a-
liud conuenerit: vt infrà eod. l. venditi. ii. putà apponendo pa-
ctum legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem: vt dicemus
39 infrà de pact. l. inter emptorem. † Hæ autem actiones bonæ
fidei ſunt, famoſæ non ſunt. Hæredibus, & in hæredes & per-
petuò competunt.

ANNOTATIONES.

a Actionem. Vide Angel. & Iaſon. May. in §. actionum. in inſtit. de a-
ctionibus vbi aliqua aggregantur ad hoc.
b Teneri. Vide per eundem Azo. in ſum. C. de ſenten. quæ pro eo quod
intereſt profe. refert Bart. in l. j. §. primo. in fi. ff. de actionib. empti.
c Intereſſe. Adde Bart. Bald. & doct. in l. j ff. de actio. empt. & in l. Iulia-
nus. §. idem. eodem titu. Paul. de Caſtr. & do. Alexand. de imol. in l. ita
ſtipulatos. de verbo. obl. do. Iaſ. de may. in l. cùm ſtipulatus ſim. nu. 11.
cum plu. ſequen. ff. de verbo. obli. chart. xxv. & in §. omnes. nu. 58. inſti.
de actis. chart. cxvii. multa per do. Bartho. Soci. in conſi. cclii. incip. in
cauſa do. Ioan. verſi. circa ſextam. chart. clu. & in conſi. clxi. incipien.
pro fundamento. verſi. præterea. cum plu. ſeq. charta. xx. in ii. volu.
d Illam. Vide Ang. & moder. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. & Ange.
in d. l. qui reſtituere. hic alleg.
e Aſſertione. Vide Al. de ra. 10 reſponſione. ff. de act. empt. & Pau. de
caſt. in l. Iul. § j. ff. eod. tit. de actio. empt.
f Minuat. Vide Bar. & do. in l Iulianus. in §. j. in prin. ff. eo. tit. de act.
empt. & in l. quod ſiualit. §. ſi plures. ff. de edil. edict.
g Tempore. Adde Bar. Ang. & doct. in l. ſi. ff. ſi quis in ius vo. non ier. &
in l. j. ff. de ac. emp. doc. in l. ſi quis ab alio. de re iudi. Canoniſtas. in c.
conqueſtus de vſur. qui idem etiam tenent de iure cano.
h Moræ. Vide late Bartol. in l. vnum & dominum Alexan. ibi in ff. ſi
certum petatur. & ibi etiam habes multa ad hoc per repetentes.
* Ruta. Vide ibi Bo-quum.
i Sequeſtrationem. Vide practicum Papinia. in forma libelli faſi-
menti.

Si quis alteri, vel ſibi ſub alterius nomine, vel aliena pecunia emerit. *Rubrica.*

1 Nuntius & procurator qui differant.
2 Emptio quomodo contrahatur per nuntium.
3 Nuntius miſſus ad emendum nomine domini mittentis, ſi emat nomine ſuo, an ob hoc teneatur domino.
4 Procurator qui domini mandato contrahit, ſi contrahat verbis in perſonam domini conceptis, an valeat contractus: & quid ſi verba concipiat in perſonam ſuam. & numero ſequenti.
6 Ementi nomine ſuo ex pecunia aliena, quæritſibi.
7 Emptum ex quibus caſibus quæratur ei, ex cuius pecunia emptum eſt.

DE CONTRAHENDA emptione dictum
eſt: & quia ſæpe emit quis ſibi alterius nomine
vt procurator, hoc expreſſo, vel tacito, vel etiam
aliena pecunia, & ſuo nomine, & in vtroque ca-
ſu verbis collatis in ſuam perſonam: [vel etiam emit quis
verbis collatis] in perſonam domini: ideo quid iuris ſit in his
1 ponit. † Sciendum eſt igitur aliud eſſe nuntium, aliud eſſe
procuratorem: licet in larga ſignificatione quilibet nuntius
ſit procurator: ſed non quilibet procurator ſit nuntius: vt di-
ximus ſuprà de procura. Nuntius eſt is, qui vicem gerit epi-
ſtolæ: éſtque velut pica, & organum & vox domini mittentis
2 ipſum, & recitat verba domini: puta, miſit † dominus vt ſciret
an ille ſibi venderet rem pro decem. Et ideo dixit ei: ſcias, an
ipſe venderet rem pro decem, & nuntius quæſiuit, vendis illi
rem iſtam pro decem? & ille reſpondit vendo, tenet contra-
ctus, & domino quæritur actio per ſeipſum: non enim alius
quærit ei, licet alterius miniſterium intercedat: vt ff. de conſti.
pec. l. qui autem. §. vlt. & l. licet. & de contrahend. emptio. l. j. §.
3 vlt. † Quid ergo ſi nūtius dicat ei, vendis mihi, cùm dominus
voluerit celebrari contractum in perſona ſua. Illud conſtat,
quia tenet cōtractus, vt pote cum ſibi emere potuerit: ſed nun-
quid domino detur vtilis, poteſt hæſitari. [Videtur tamen,
quòd non: quia non fecit quod ſibi iniunctum eſt. Nam & ſi
fecisset

feciſſet,non tamen domino datur vtilis:niſi in ſubſidium,pro-
curatore non exiſtente ſoluendo:vt ff.de inſtit.act.l.j.& ij.] Si
4 verò † quis fuerit procurator talis, qui mandato domini ver-
bis in ſuam non in domini collatis perſonā contrahere poſsit.
Siquidem dicas vendis illi, non tenet contractus, quantum ad
dominium:quia non potuit:nec quātum ad ſe,quia noluit:tra-
ditione tamen in quemlibet eorum facta transfert dominium:
quare ex vtili contractu transfertur dominium:vt aliàs dixi-
mus:vt ff.de contrahen. empt.l.fundus. & j.eod.l.multum.§.ſi
verò. Sed & quantum ad dominum tenet contractus in caſi-
bus:vt cùm tutor, vel curator minoris, vel actor vniuerſitatis
ipſi minori,vel vniuerſitati dicunt ſe emere,vel paciſci:vt ff.de
5 conſtit.pec.l.eum.qui.§.ſi actori. † Si verò dicat procurator,
vendis mihi,tenet contractus ,& datur procuratori actio di-
recta: domino autem non datur vtilis, niſi procuratore non
exiſtente ſoluendo:tenetur tamen dominus vtili actione ex
contractu procuratoris:vt ff.de inſti.l.j.& ij.& de actio.empt.
Iulianus §.ſi procurator. hoc ſi procurator erat homo liber,
vel non nobis ſubiectus. Nam ſi ſeruus eſſet meus,vel filiusfa.
meus,directo nobis acquirit:vt j eod.l.cùm per eos.& vt dixi-
mus ſuprà per quas perſo.no.acqui.dominium autem rei ven-
ditæ & traditæ procuratori nobis quæritur,vt dicemus plenè
6 infrà de acquir. poſſ. & dicetur j.eo.l.vlti. † Vbi autem quis
a emit ſibi nomine ſuo, ſed aliena [a] pecunia [b]: nihilominus re
b tradita cōſequitur dominium, etiam ſi eſſet alterius omnium
bonorum ſocius: quamuis ſocius agere poſſet ad communi-
candum:vt j eod.l.j.& l.penul.& de adminiſt.tut l. Titium.§.
7 altero. In caſibus † tamen dominium rei emptæ quæritur ei,
cuius pecunia omnis res eſt empta: vt ſi erat pecunia militis,
vel minorum, quorum adminiſtratores ex alia pecunia res
emerunt:vt ſuprà de rei vendi. l.ſi vt proponis. & j.arbi.tut.l.
ſi curator. & ff. quando ex facto tut.l.ij. Quod in curatoribus
dixi,& prælatis eccleſiarum concedo. Idémque eſt & ſi de pe-
cunia dotali vir emerit res aliquas de voluntate vxoris:vt ff.
de iure dot.l.ita. & l.cùm vir.§.vlti. hoc tamen caſu concurſu
voluntatu vtriuſque videtur dominium tranſire in vxorem.
Item & ſi vxor donauerit marito pecuniam. & ille ex ea rem
emerit,vel ſoluendo eſt,datur mulieri vtilis in rem actio:vt ff.
de donation.inter vir. & vxo.l.vxor marito. Cùm autem quis
ſua pecunia, & ſuo nomine emit, & per traditionem accipit,
ſine dubio quæritur ei dominium. licet in inſtrumēto ſit ſcri-
ptum alium emiſſe. Nam plus valet,quod agitur,& c.vt ſuprà
plus valere quod agitur. per totum:& j.eod.l.quamuis. & l.
cùm propria.& l.multùm. Caue tamen tibi: quia ſemper pro
inſtrumento,id eſt,ſecundum quod inſtrumentum dicit,præ-
ſumitur:niſi probetur contrarium.

ANNOTATIONES.

a Aliena. Vide per domi. Felin.in c.afferte.de præſumpt. & per Ludo.
roma.in conſil.cccxcj.

b Aliena pecunia. Adde Bart.& docto.in l mancipia.C.ſi quis alteri vel
ſibi. Bald.in l.filij.C.de don.inter vir.& vxor.doct.in l.ſi ancillam.C.
de actio.empt.multa per Paul.de Caſtr. in conſil.cxxx.in j.volumi.&
do Bart.Soci.in conſi.clxxix.incip.circa præſentem conſultationem.
verſi.j.quia in ij.vol.char.l.vbi de materia ad plenum habes.

De rebus alienis non alienandis,& de prohibita rerum alienatione,vel hypotheca. *Rubrica.*

1 *Alienari non poſſe rem alienam,licet vendi poſsit.*
2 *Alienam rem quibus alienare permiſſum ſit.& nume.4.*
3 *Cenſitor quis dicatur.*
5 *Alienatio alieni inualida,an & quibus firmetur.*
6 *Alienatione prohibita à lege,nullum dominium tranſire in accipientem.*
7 *Alienationis prohibitionem factam pactione contrahentium, non impedire, quominus dominium tranſeat in accipientem.& an id ſit indiſtinctè verum.& nume.10.*
8 *Intellectus ad l.fin.C de reb.alie.non alienan.*
9 *Hæres rem ſub conditione legatam interim alienare poteſt.*

DE rerum propriarum alienatione, & venditione
ſuprà dictum eſt:nunc ponit de rebus alienis non
1 alienandis:licet † enim aliena quis poſsit veodere,
oon tamen poteſt alienare:vt ff.de verb. ſignific.l.
2 alienatum.& de contrahend.empt.l.alienam rem. † In caſi-
bus tamen hoc fallit.ecce enim creditor rem alienam ſibi obli
gatam, vel ex pacto,vel ex lege, alienare poteſt:vt Inſtit. qui-
bus ali.licet. & j de iure domi.imp.pe.l.vltim. Item iudices ra-
tione officij publici, & executores eorum. Item cenſitores:vt
Inſtitu.de offic. iudi.§.vltim. & de acquireo.re.domi.l.ergo.§.
3 alluuio. & j. eod. l. nemo. † Eſt autem cenſitor, qui cenſum
exegit,& ſi non ſoluatur ei cenſus, rem iure pignoris capit, &
diſtrahit:vt ff. de cenſib.l.forma.§.illam. & l.cùm poſſeſſor. §.
4 pro pecunia. Item ratione † officij priuati vt procurator,
filiusfami.& ſeruus. Item Imperator ſi tanquam ſuam vendat
rem alienam, transfert dominium:vt j.de quadri. præſcrip.l.
ij.& l.bene. Item & rem, quam ſcit ſe habere cum alio com-
munem, partis ratione, alienat in totum:vt j.titu.proxi.l.ij.&
de vendi.re.fiſca.l.j. Item tutores, qui loco dominorum ſuo-
rum alienant:vt j.de admini.tu.l.lex, quæ. & ff.de fur.l.inter-
dum. §. qui tutelam. Idem in omnibus prælatis eccleſiarum.
Aliàs ergo præterquam in prædictis caſibus, vel ſimilibus non
poteſt quis alienare rem alienam:vt ff.de acquir.rer.do.l.tra-
5 ditio. † Sed quamuis non teneat alienatio tempore traditio-
nis, confirmatur tamen ex quibuſdam accidentibus: puta, ſi
dominus ratam alienationem habuit: quod poteſt, ſi ſuo no-
mine facta eſſet alienatio. Secus ſi fieret tradentis nomine:niſi
in ſubſidium in re perempta, vel vſucapta, & præſcripta. Alij
dicunt quandocunque ratum haberi poſſe,ſed & quandoque
cogitur dominus ratum habere: puta, ſi expediat ei quæ fe-
cerit geſtor. & de hac ratihabitione plene tractaui ſuprà, de
nego.geſt. In vero autem procuratore non eſt neceſſaria ra-
tihabitio:vt ff.de condi. inde.l.ſi procurator tuus. & l.indebi-
tam. Item confirmatur alienatio rei alienæ propter ſucceſsio-
6 nem:vt j.eod.l.venditrici. † De prohibita autem alienatione
ſciendum eſt, quia ſi à lege prohibeatur alienatio, vt in rebus
minorum, eccleſiarum, vel ſimilium, vel etiam prohibetur à
teſtatore: nullum omnino in accipientem tranſit dominium,
niſi teſtatoris præceptum fuerit dubium: quia non apparet
perſona cuius gratia prohibita ſit alienatio. Si verò appareat
facta alienatione,immutatur ad fideicommiſſa, & datur ei rei
vendicatio,ſi res fuerat teſtatoris:vt ff. de leg. j.l.filiusfamil.§.
diui.& de leg.iij.l.pater.§.quindecim. In legatariū enim etiam
ignorantem tranſit dominium rei: vt ff. quemad. ſer.amit.l.ſi
7 partem.§.ſi per fundum. Si verò † pactio contrahentium pro-
hibeat alienationem, dico nihilominus tranſire dominium in
accipientem. ſicut enim ſolum pactum non poteſt in aliquem
transferre dominium ſine traditione, ita & ſimplex pactio in
tradentem non debet transferre dominium: niſi rei traditio
interueniat. & eſt pro nobis arg. quod dicitur ſ.de pact.l.tra-
ditionibus. & ff.de pact.l.traditio. & ff.de iure pact.l.ſi liber-
a tus.§. planè. At in vltimis voluntatibus [a]: quia & ſine tradi-
tione transfertur dominium,& ſine traditione transfertur re.
8 At ipſi opponunt, quod eſt j.eo.l.vlti.ſed † certè ibi non dici-
tur,quòd lex prohibeat alienationem:cùm pactio contrahen-
tium prohibet: ſed dicit, quæ videantur prohiberi ab eo, qui
prohibet alienationē, ſcilicet, vt ob hoc ſi contrà factum fue-
rit, poſsit agi ad intereſſe, vel ad pœnam promiſſam ob hoc,
vel ad rem repetendam condictione ob cauſam:vt ſ.de condi.
cauſa da.l. ea lege. cum pactio contrahentium prohibuerit,
vel transferatur etiam dominium (vt dictum eſt) ex volun-
tate defuncti: vel vbi lex prohibuit alienationem,impediatur
tranſire in accipientem. Hoc dicimus præterquam in eo caſu
vbi prohibitus eſt quis per pactum manumittere ſeruum:vt j.
ſi manci ita fue.ali.l.vlt. fortè ideo:quia libertas ſi ſemel com-
peteret,poſteà non poſſet reuocari:quod non ita eſt in domi-
nio.arg.Inſtit.quib ex cau.manu.non lic.§.ſemel.& probatur
9 † hæc ratio in legatis. Nam hæres rem legatam ſub conditio-
ne interim poteſt alienare: ſeruum tamen legatum ſub condi-
tione interim manumittere non poteſt: vt ff. de fideicommiſ.
lib.l.generaliter.§.vltimo.& ff.qui & à quibus ma.l.generali-
ter.§.vltimo.vel eſt ea ratio in ſeruo prohibito manumitti:vel

quia prohibitus eſt propter maleficia ſua: & quia publicè intereſt pœnas ob maleficia ſolui, impeditur libertatis datio: vt ĵ de pœn. l. ſi operis. vel eſt ea ratio: quia prohibita alienatione videtur eſſe cogitatum de facto: ſed prohibita manumiſſione videtur cogitatum de effectu beneficij: vt ff. de ſer. export. l. ſi venditor. Quidam tamen & in prohibita alienatione diſtinguunt, ſi ſit cogitatum de facto: vt tunc transferatur dominium: an de effectu transferendi dominium, vt tunc non transferat dominium. Item † & alij diſtinguunt, vtrum in tradendo apponatur prohibitio, vt tunc non transferatur dominium: an in contrahendo tantum, vt tunc transferatur: & inducunt pro ſe quod eſt, ff de act. empt. l. ſi tibi. & de ſer. vrb. præd. l. ſi binarum. Sed certè ibi loquitur de pacto quodam imponendæ ſeruitutis rei ſuæ, quam quis vendebat, ex quo certum eſt ſeruitutẽ imponi non poſſe ante traditionem: quia res ſua nemini ſeruit. vt ff. ſi vſusfruct. pet. l. vti frui. Nobis autem videtur contradicere quod eſt in auth. de alie. & empby. §. ſancimus. Sed certè ibi non ſolum pactum impedit alienationem fieri: ſed generaliter prohibitio legis, quæ pa-
b ctum cõaduuat [b]. Sed & in alio caſu propter pactum prohibitorium prohibet lex vſumfruct. competere patri in rebus aduentitiis: vt ĵ. auth. vt lic. ma. & auiæ. j. reſpon. vbicunque ergo pactum non coadiuuatur ſpeciali lege transfertur in accipientem dominium: vt dictum eſt.

ANNOTATIONES.

a Vltimis voluntatibus. Vide ad hoc Bar. & doc. in l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. de lega. j. & in l. legatum. de leg. ij. Bal. in l. ij. in ij. col. C. comm. de leg. Ange. in l. hæreditatem. §. fin. ff. ad l. fal. do. Barth. Soci. in reg. cccxxvi. chart. xliiij. qui limitat totam iſtam materiam. Iaſo. de may. in §. ſed iſte. nu. lxxv. inſti. de act. char. xxij. doctor. in l. ſi in rem. ff. de rei ven. & in l. ſeruum filij §. j. de leg. j.

b Coadiuuat. Vide ad iſtud propoſitum ea, quæ ſcribit ſingulariter do. Iaſ. in l. filiusfa. in §. diui. in x. col. ff. de legatis. j.

De communium rerum alienatione. Rub.

1 *Socius an & quatenus & quando poſſit rem communem alienare.*
Alienationem prohiberi ob motam actionem familiæ erciſcundæ.
3 *Fiſcus vendens rem, quam cum alio habet communem, eam in totum alienat.*

QVÆCVNQVE dicta ſunt de alienis rebus in totum, intelligantur eſſe dicta de alienis rebus
1 pro parte, quantum ad partem. † Nam & ſi ſocius omnium bonorum ſit, non tamen niſi pro parte ſua alienat, ſed nec pro parte ſua poſt lit. cõteſt. niſi ſuo ſocio velit alienare: vt ſ. communi di. l. j. In actione fa. er. etiam
2 † poſt motam controuerſiam prohibetur alienatio: quia ſimilis eſt actio hæreditatis petitioni: vt ff. de hære. pe. l. Diuus. & l.
3 ſed & ſi lege. §. penul. Fiſcus † tamen ratione partis alienat rem communem in totum: vt ſ. tit. proxi. dixi. Quid ſi ſciens vendat rem alienam, in qua non habet partem? non puto quòd poſſit alienare. pro nihilo enim poneretur in lege, ratione partis, ſi idem eſſet, & ſi partem non haberet. Si autem ignorantes vendat rem alienam vt ſuam, conſtat, quòd alienat: vt inſtit. de vſuca. §. vltim.

ANNOTATIO.

a Rerum alienatione. Alienationis verbum variè ſumitur. Quandoque ſumitur ſtrictè pro eo contractu tantum in quo dominium transfertur. C. de fun. dota. l. Item largè pro conductione, donatione, emphyteuſi, & omni perpetuo contractu. Quandoque largiſsime, vt extra. de officio delegati, ca. venerabilis. & de reb. eccleſ. non alienand. c. nulli. vbi de hoc in glo. verbum. Martious.

Rem alienam gerentibus non interdici rerum ſuarum alienationem. Rubrica.

1 *Tutores vel curatores, aut procuratores non prohiberi rerum ſuarum alienatione vel pignoratione.*
2 *Tutor vel curator qui depoſito officio contrahit cum fiſco nondum reſtituta tutela vel cura, qua pœna puniatur.*

1 HIC non eſt opus, niſi ipſa caſus poſitione. † Qui enim gerit rem alienam, vel tanquam tutor, vel tanquam curator, vel etiam tanquam procurator (nec enim hic diſtinguo publicum officium à priuato) res ſuas alienare, vel pignori obligare non poteſt, vel fi-
2 ſco, vel priuato. Si † tamen tutor vel curator, officio depoſito, nondum reſtituit tutelam, vel curam, cum fiſco contrahere non poteſt: alioquin accuſabitur lege Cornel. de falſis: vt proinde puniatur, ac ſi falſum commiſiſſet. Et hoc verum, ſi viuat is, cuius tutela, vel cura eſt adminiſtrata. Nam ſi deceſſerit, licet nondum ſit ratio reddita hæredi eius, cum fiſco iure contrahitur. Si verò tutor nondum reddita ratione res ſuas pignori obligauerit priuatóque pupillo tacitè obligatæ ſunt, tenetur crimine Stellionatus: quod ſubſidiarium eſt: vt ff. de crimi. ſtellio. l. iij.

De pactis inter emptorem & venditorem compoſitis. Rubrica.

1 *Pactorum genera.*
2 *Pacta ſubſtantialia & naturalia quæ contractibus adijciuntur, an ſint eadem.*
3 *Pacta naturalia aut accidentalia quid pariant.*
4 *Venditione contracta ſi incontinenti augeatur, vel minuatur precium, an ſit vnica venditio, an plures.*
5 *Legatum relictum in teſtamento purè ſi poſtea relinquatur ſub conditione, an ſit vnicum, an verò prius tollatur per poſterius.*
6 *Pactum incontinenti appoſitum quando informet veterem actionem.*
7 *Pactum legis commiſſoriæ quid.*
8 *Pactum legis commiſſoriæ quam actionem producat.*
9 *Pactum adiectionis in diem quibus verbis fiat.*
10 *Conditio melior quando dicatur afferri venditori, qui vendidit cum pacto adiectionis in diem & nume. 12.*
11 *Emptor cum pacto adiectionis in diem an & cui teneatur reſtituere fructus perceptos, ſi melior conditio ſit allata venditori. & nume. 17.*
13 *Venditor, qui vendidit cum pacto adiectionis in diem an poſſit reſpuere meliorem conditionem allatam.*
14 *Venditor ſub pacto adiectionis in diem tenetur denunciare emptori meliorem eſſe oblatam conditionem.*
15 *Venditio à pluribus facta cum pacto adiectionis in diem, an & quando & quatenus reſoluatur melior conditione allata.*
16 *Venditione reſoluta ob allatam meliorem conditionem, dominium redire in priorem venditorem.*

a QVONIAM in venditionibus multa [a], & varia apponuntur pacta: ſupponit de pactis inter emptorem & venditorem. Videamus ergo pactorum
1 diſtinctiones, & eorum auxilia. † Sciendum eſt autem, quod pactorum quæ fiunt inter emptorem & vẽditorem alia ſunt de ſubſtãtia contractus: vt de augẽdo, vel minuendo pretio. Quædã ſunt accidẽtalia, ſiue extranea: vt de dando codice, exemplaris loco, vel aliquo ſimili non attingenti venditioni: vt puta, ſi vẽditor reſtituat emptori pretiũ intra certum diem, reddatur ei res, vel vt emptor præſtet venditori vſuram pretij tardius ſoluti, vel vt emptor faciat, vel vt nõ faciat monumentum, vel eccleſiã in fundo vẽdito: vt ĵ. eo. l. ij. & l. initio. & l. vlt. Secus ſi vendam locũ monumenti, ne ibi certum genus
2 hominũ inferatur: vt ff. de reli. l. quòd ſi locus. † Et ea, quæ diximus de ſubſtãtia contractus eſſe, vocant quidã pacta de natura, vel naturalia. & eſt pro eis arg. à cõtrario ſenſu, ff. de pac. l. iuris gentium. §. idem reſponſum. Sed pro nobis eſt arg. ff. de contrah. emp. l. pacta. §. in idem. Sed nos dicimus pactum eſſe de natura, quod fit ſuper eo, quod eſt naturale contractus: vt
3 de euictione præſtãda certo modo, vel nullo modo, Quod † autem in accidẽtalibus diximus, dictũ eſſe intelligatur eo minimè cõſiderato, quòd naturalia pacta quæ fiũt ex interuallo vt

detta

detrahant emptioni, puta ne caueatur de euictione, vel ne a-
gatur de euictione, ineſſe contractui videntur ex eo, quòd
proficiunt ei, cui fiunt, nullo intercedente impedimento. Nec
enim expedit ei agere. ſed ſe tueri ſi conueniatur. Naturalia ve-
rò pacta, quæ adiiciunt contractui: puta, vt detur fideiuſſor
de euictione, vel agatur de euict. in triplum, dicuntur non in-
eſſe contractui, eo quod non proficiunt ad agendum ei, cui
facta ſunt: nam ad excipiendum, ei non poſſunt proficere: quia
alius nihil petit ab eo: ſed eum oportet agere. Si autem eſſet ei
factum, vel datum quod fieri, vel dari conuenit, indubitanter
exceptionem haberet: ſicut & in pactis detrahentibus dictum
eſt. nam quodlibet nudum pactum poteſt ad excipiendum
proficere: vt ff. de contrahen. empt. l. pacta conuenta. & de
pact. l. iuriſgentium. §. ſed cùm nulla. Item pactorum quæ-
b dam fiunt incontinenti, [b] quędam ex interuallo. Quid autem
obtineat in ſubſtantialibus, quid in accidentalibus, ſiue natu-
ralibus, dic vt notaui ſ. de pact. §. veſtitur. ibi, vltimis vero. &
§. informatur. vſque ad illud §. rei interuentu. & §. perimunt.
ibi, ſicut & in bonæ fidei, vſque ad §. acceptilationes. & §. item
4 pactorum. † Alia fiunt incontinenti, eo addito quòd vbi in-
continenti augetur, vel minuitur pretium, fieri poteſt vnam
eſſe tantum venditionem, quaſi præſens pretium ab initio fin-
5 gatur conuentum inter eos: ſicut † & dicitur in legato primò
in teſtamento relicto purè: deinde incontinenti relicto ſub
conditione, vel è conuerſo. Sed ſi ex interuallo conditionali-
ter relinquatur, quod primò fuerat purè relictum, tollitur
primum per poſterius: vt ff. de condi. & demon. l. quod tradi-
6 tum. & l. non ad ea. Item † alio addito, quòd pactum inconti-
nenti appoſitum ita demum informat veterem actionem, ſi
quam reperiat informandam: quandoque enim non reperit
vt videbatur B. vt cùm apponitur pactum incontinenti poſt
donationem, ex qua iure veteri non oriebatur actio: ſed hoc
non approbo. tum quia hodie naſcitur actio ex pacto dona-
tionis: tum quia inſpecto veteri iure impoſſibile eſſet pactum
quod in ſe ſui natura, inutile eſt, alteri poſſe porrigere vires.
Sed melius poteſt poni exemplum in venditione conditiona-
li, cùm venditur pendente conditione ſibi aliquid fieri ab em-
ptore pactos eſt. arg. ff. de peri. & com. rei ven. l. ſi in venditio-
ne. Fit & alia diuiſio pactorum, quæ apponitur in venditione:
c quia alia ſunt certa [c], alia ſunt obſcura, vel ambigua: de qui-
bus plenè diximus ſ. de pact. §. item pactorum. Sunt & alia
pacta quæ apponuntur in venditionibus: puta, vt ſeruus ex-
portetur, vel non exportetur. Item ne manomittatur, vel vt
manumittatur. Item ne proſtituatur, de quibus ſpeciales in-
fra ſupponuntur rubricæ. & ideo de eis ad præſens omitto: &
dicam de duobus pactis nomen habentibus, de quibus ſpe-
cialius in hoc titulo tractatur, ſcilicet de lege commiſſoria, &
pacto adiectionis in diem. alia enim pacta accidentalia nomi-
ne carent. Videndum ergo, quæ lex dicatur commiſſoria, &
qualiter apponatur, & quod ſit eius beneficium: & poſtea vi-
7 deamus & aſsignemus de pacto adiectionis in diem. † Pactum
ſiue lex commiſſoria dicitur, cùm ita conuenit venditor cum
emptore, vt ſi non fuerit ſolutum pretium totum, vel pars,
cum quædam portio ſtatim ſoluta eſt in tali die, vel tempore,
d ſit res inempta [d], vel inuendita: ſecus, ſi ita dictum ſit, vt ad ſe
reuertatur poſſeſsio, vel redeat dominium ad venditorem.
Ex talibus enim verbis non rei vendicatio, ſed perſonalis da-
retur actio venditori, ſcilicet præſcriptis verbis, vel ex ven-
dito, niſi venditor tradidiſſet precariam poſſeſsionem em-
ptori: tunc enim ratione dominij retenti, haberet rei vendi-
cationem: vt j. eod. l. qui ea lege, & j. de dona. inter nupt. l. ſi
8 cùm autem. & j. de iure do. l. etiam ſi non. Sed † ex pacto le-
gis commiſſoriæ, datur venditori rei venditę. & in dominium
emptoris tranſlatæ, rei vendicatio: videlicet, exiſtente condi-
tione pretij non ſoluti ſua die: vt ff. de leg. commiſ. l. viij. & j.
eod. l. commiſſoriæ. Dicitur ergo pactio, vel lex commiſſo-
ria, quæ lex conditionaliter committitur, & tranſit in empto-
rem. & eſt emptio pura: ſed ſub conditione reſoluitur: vt ff. de
le. commiſ. l. j. Hoc ita, ſi venditor eligat reſolutionem con-
tractus. Poteſt enim ex contractu agere ſi mauult, vt adim-
pleatur: vt ff. de le. commiſ. l. ij. iij. & iiij. & §. eleganter. & l. de
lege commiſſoria. §. poſt. & vno eorum electo, repellitur ven-

ditor ab altero: vt ff. de leg. commiſ. l. poſt diem. & j. eodem. l.
commiſſoriæ. Ad fructus quoque perceptos, & rei deteriora-
tionem factam, re inempta venditor agit. & licet olim dubita-
tum eſſet de actione, iam tamen decisa eſt quæſtio ex vendito
actionem competere. Item retinet venditor arras, vel partem
pretij ſibi ſolutam: ſed in hoc caſu, cùm emptor patitur pœ-
nam arrarum vel amiſsionem partis pretij: ideo quia reliquum
non ſoluit ſua die, ſuccurritur ei de æquitate, vt fructus ſi
quos perceperit, non habet neceſſe reſtituere: vt ff. de le. com-
miſ. l. ſi fundus. j. reſponſo. & l. ſi per emptorem. j. reſponſo. &
9 de contrahen. empt. ſi Celſus. §. ſi fundum. Adiectio † verò in
diem fit ſub his verbis ferè: puta, vendo tibi rem iſtam, & ſi a-
lius meliorem conditionem attulerit, ſit res inempta, vel di-
ſcedatur ab emptione: & tunc eſt venditio pura: ſed reſoluitur
ſub conditione. Fit & aliis verbis: vt, vendo tibi rem iſtam
niſi alius meliorem conditionem attulerit: & tunc ſimiliter vi-
detur pura, & reſoluenda ſub conditione, propter verbum
vendo, quod præſentis temporis eſt: vt ff. pro emptore. l. ij. §. ſi
in diem. Si autem apponerentur verba futuri tantum tempo-
ris, vel quæ ſuſpendant, vel quæ ſuſpendere poſſint emptio-
nem, nec denotent perfectionem contractus, venditio non
erit pura, imò conditionalis: vt ecce, fundus Sempronianus
erit emptus, vel eius perficiatur tibi venditio: niſi alius attule-
ſit meliorem conditionem. q. d. perficiatur emptio, ſi melior
conditio non fuerit allata: & ita, niſi ponitur pro ſi, & pro
non: vt ff. eod. l. ij. & de action. & obliga. l. obligationum ferè.
§. conditio. In vltimis verò voluntatibus ſiue quis primo pu-
rè leget, & poſtea ponat conditionem, vel adimat ſub condi-
tione. Vel ſub conditione à principio leget, pro eodem eſt: vt
ff. de adimen. le. l. ſi legatum purè. & de condi. & de l. quibus.
§. quidam. & de leg. iij. l. fideicommiſſa. §. ſic. In pura autem
venditione emptor interim vſucapit, & fructus percipit, & pe-
riculum peremptionis ad eum pertinet: in conditionali nec
interim vſucapit, nec fructus ad eum pertinent: vt ff. de in
10 diem addict. l. ij. §. vbi igitur. & l. iij. & l. iiij. j. reſponſo. † Me-
lior autem conditio videtur afferri, ſi verus exiſtat emptor,
qui vel in pretio, vel in aliis vtilitatem aliquam repræſentat
venditori, quàm non habuit à primo emptore. Si ergo adiiciat
primo pretio, vel afferat ſolutionem faciliorem, vel maturio-
rem, vel locum in ſoluendo opportuniorem, melior videtur
allata conditio. Idémque eſt & ſi perſona magis idonea acce-
dat ad emptionem, vel quæ leuioribus emat cōditionibus, vel
quæ ſatiſdationem nullam exigit: cum primus emptor exege-
rit. Nec diſtinguo, an iſte ſecundus emat eodem pretio, vel
etiam minore, dum tamen remittat venditori quæ ſibi erant
grauia in priori venditione: vt ff. de in diem addict. l. cum. §.
cum igitur. & §. melior. & l. quicquid enim. Item nec diſtin-
guo in ſecundo emptore, ſit ſoluendo, an non ſit ſoluendo: ſi
tamen primus emptor ſerui emptorem egentem ſubiiciat, te-
netur venditori ex vendito. Sed nec diſtinguo in ſecundo em-
ptore ſit liber, an ſeruus, maior, an minor: niſi venditor ſuo
proprio ſeruo, vel filiofa. rem addixerit: vt ff. de in diem addi-
ctione. l. ſi venditor. §. ſed ſi emptor. & §. ſed ſi pupillus. Porro
illud notandum eſt quòd melior conditio poteſt afferri in re
vendita tantum, ſcilicet tota, vel eius parte quæ extat: nam ea
in totum extincta, non admittitur addictio in diem ratione
partus, vel fructuum eius: vt ff. de in diem addict. l. ſi res. §.
idem ſcribit. & §. idem Iulianus. Item non videtur eſſe allata
melior conditio hoc ipſo quòd res principalis tantum ſequi
11 tur emptorem. † Fructus [e] autem percepti à primo emptore,
e reſtituendi ſunt venditori: vt ff. de in diem addict. l. ſi venditor.
12 §. vlt. Item † & ſi melior conditio ſit allata in re vendita: vt ta-
men quędam ei accedant, qui non acceſſerunt priori emptio-
ni: ſi quidem res accedentes ſint minoris pretij, quam poſſit
æſtimari commodum melioris conditionis, diſceditur à prima
venditione: alioquin contra: vt ff. de in diem addict. l. ſi præ-
13 dio. §. ſi fundus. Allata † autem meliori conditione vendito-
ri, vel eius hæredi, vt ff. eod. l. ſi prædio. poteſt venditor ſi ve-
lit eam reſpuere: niſi nominatim erat actum, vt liceret empto-
ri reſilire à contractu meliore conditione allata. Planè ſi is,
qui vendidit, erat creditor, nec ſui emptoris meliorem condi-
tionem recipiat, nam videtur bona fide verſari: niſi emptore

ſecundus ſit inops: vt ff. de in diem addict. l. Sabinus. & l. ſed &
14 ſi proponatur. Si † verò venditor nolit meliorem conditio-
nem reſpuere, debet priorem emptorem facere certiorem: vt ſi
quis alius adiecerit, ipſe quoque adiicere poſſit intra tempus
in addictione comprehēſum non vltra: niſi reſtitueretur, qui
minor eſt: vt ff. de in diem addict. l. licet autem. & l. neceſſe. &
f de mino. l. ſi in emptione. Poſſet f tamen fortè diſtingui, vtrum
ſit ita dictum, ſi alius attulit meliorem conditionem res ſit in-
empta: vt tunc non emptor, ſed extranei tantum admittantur:
vt ff. loca. qui inſulam. §. vltim. an ita ſit dictum, ſi melior con-
ditio ſit allata: vt tunc etiam primus emptor adiicere poſſit,
& hoc verum eſt, cum vnus tantum eſt venditor. Si autem
15 † plures ſint venditores: puta tres, & omnibus allata eſt me-
lior conditio, idem erit quod in vno venditore. Et erit hoc
notandum quòd etiam vnus ex eis poteſt afferre meliorem
conditionem: emere enim cum tota re etiam partem noſtram
poſſumus. Si autem allata eſt vni tantum, vel duobus tantum,
ſi quidem vendiderunt diuiſis prædiis, diſceditur ab emptione
pro partibus eorum, quibus eſt allata melior conditio: niſi em-
ptor non erat empturus partem vnius, ſine parte alterius. Si
autem vendiderit vno pretio primo emptori, remanebit res in
totum empta. vt ff. eod. l. quod autem. §. vlti. & l. & ſi diſpares.
16 & l. quòd ſi vno. Reſoluta † ergo venditione propter melio-
rem conditionem allatam, dominium redibit in priorem ven-
ditorem: licet tranſtulerit in priorem emptorem: & quamuis
emptor medio tempore rem pignori obligauerit, deſinit eſſe
pignori obligata: vt ff. de in diem addict. l. ſi ex duobus. §. ſed
17 & marcellus. † Item & fructus reſtituit prior emptor, etiamſi
ipſe ſit qui meliorem attulit conditionem: vt ff. de in diem ad-
dict. l. item. j. reſponſo. & §. j.

ANNOTATIONES.

a Multa. Vide do. Bap. de ſancto Seuerino in tract. ſuo eleganti de pa-
ctis. vbi ferè ponit de quolibet genere pactorum.
b Incontinenti. Vide Bart. & mod. in l. pacta nouiſsima. C. de pactis. &
in l. petens. C. eod. tit. & vtrobique. plenè not.
c Certa. Vide iext. in l. veteribus. cum ibi not. ff. de pact. & vide Bald.
pulchrè in conſi. cccxiii. v. libro. per totum.
d Inempta. Adde l. ſi fundus. ff. de lege commiſſo. & ibi do. Barto. in l.
Seius & gerius. ff. ad leg. fal. Bald. & do. Alexan in l. ſi. C. de pact. pig. &
in l. j. ff. de lege commiſſ. vbi eſt fundamentalis materia.
e Fructus. Vide Ange. in l. in fundo ff. de rei ven.
f Poſſet. Vide Iaſo. poſt alios in l. ab emptione. ff. de pact. & in locis ibi
per eum relatis.

Si ſeruus exportandus veniat. *Rubrica.*

1 *Pactum adiectum in vendendo ſeruo, vt certis locis abſtineat,
vel vt exportetur, quid operetur.*
2 *Seruo vendito vt exportetur, quibus remediis ſuccurratur ven-
ditori, ſi contra fiat.*

QVONIAM inter alia pacta & hoc contingit,
quandoque apponi in venditione hominis, vt ex-
portetur de vno loco in alium, vel de vna ciuitate
in aliam, vel de vna prouincia in aliam: ideo de eo
videamus, ſcilicet, à quibus locis debeat abſtinere, & qualiter
1 ex pacto agatur. † Sciendum eſt, quòd ſi certo loco abſtinere
ſeruum, vel de eo exportando pepigit venditor, illis locis de-
bebit ſeruus abſtineri, & de eis exportari. Item debebit ſeruus
abſtinere locis aliis, quæ ſunt digniora, & ſublimiora loco
prohibito. Si ergo eſt ei interdictum ne moretur in pomœrio
ciuitatis alicuius, nec in vrbe morari poterit. Vel ſi eſt ei inter-
dicta prouincia, non morabitur in Italia: quia Italia domina
prouinciarum eſt. Vel ſi eſt ei interdictum in ciuitate ſua, non
morabitur Romæ: & habet hic naturalem rationem, ne, ſcili-
cet, qui caret minoribus, fruatur maioribus: locis verò infe-
rioribus non cogitur abſtinere. Vnde, ſi eſt ei interdicta Italia,
non ideo videtur eſſe interdicta prouincia. Excipitur patria
ſua. quæ & ſi alias reſpectu exterorum ſit minor: tamen quan-
tum ad eum videtur eſſe maior: & ideo etiam ſua prouincia
erit ſubmouendus: vt ff. eodem. l. cui pacto. & infra eodem. l.
vltim. ff. de interdi. & rele. l. relegatorum. §. conſtitutum eſt. &
2 de offic. præfec. vrb. l. j. §. & vrbe interdicere. † Ex hoc autem
pacto agi poteſt tribus modis, ſcilicet, vt vel iniiciatur manus,
vel agatur ad pœnam, vel agatur ad intereſſe, vel etiam agetur
ad omnia iſta: ſi actum eſt, vt ſoluta pœna agatur ad intereſſe,
& iniiciantur manus: vt s. de tranſact. l. cùm proponas. & ff. de
tranſact. l. qui fidem. Et quidem ſi in locis prohibitis expreſ-
ſim, vel tacitè, ſeruus fuerit moratus, & ipſe venditor manus
iniectionem ſibi ſeruauit, nec mancipium eſt manumiſſum,
manu iniecta conſequetur venditor dominium: vt infra eo-
dem. l. j. §. antepe. l. ij. j. reſponſo. etiam ſi per plures manus am-
bulauerit mancipium: ſicut & in lege de ſeruo non proſtituen-
do dicitur: vt ff. eodem. l. Titius. & de contrahend. emptio. l. ſi
quis ſub hoc. Si verò ſit manumiſſum mancipium, & hoc an-
tequam fides rumpatur, & tunc manus iniicit fiſcus, & in per-
petuam ſeruitutem, eadem lege vendetur mancipium: aut
poſtea, & tunc poſtea manum iniiciat venditor: vt j. eodem. l.
ancilla. Si verò de manus iniectione nihil dictum eſt, venditor
agere poteſt in caſibus, ſcilicet, cùm ſtipulatus eſt pœnam:
quoniam venditor hoc ipſo videtur minoris vendidiſſe: quia
3 ſeruum, & emptorem eius lege prædicta onerauit. † Idem eſt
etſi non ſit ſtipulatus pœnam, ſed incontinenti pactus eſt de
pœna ſibi præſtanda, ſi ſeruus moretur in loco prohibito. Et
differt iſte caſus à ſuperiori: quia ex ſuperiori agit venditor ad
pœnam, ſiue interſit ſua, ſiue non interſit ſua ſeruum abſtinere
à loco prohibito: quia in pœnali ſtipulatione non ſpectatur
quid interſit, ſed quæ ſit quantitas ſtipulationis. Ex pacto au-
tem incontinenti appoſito, agit venditor ita demum, ſi inter-
ſit ſua ratione pœnæ, quam alius promiſit. & eatenus agit,
quatenus alij cogitur præſtare: quia ſeruus non abſtinuit loco
prohibito: vt ff. eodem. l. ſi venditor. §. ſi quid. & l. ſeruus ea le-
ge. & infra eodem. l. ſi vt manus. & hoc, ſi domini præſentis vo-
luntate moretur ſeruus in locis prohibitis contra voluntatem
venditoris. Si enim ſeruus fugitiuus eſt: quia voluntate empto-
ris non moratur in loco prohibito: vel ſi venditor remiſerit
legem, quæ ſui ſecuritate erat appoſita, non aget ad pœnam,
vel ad intereſſe: vt ff. eod. l. j. & l. Titius.

Si mancipium ita væneat, ne proſtituatur. *Rubrica.*

1 *Pactionem, ne proſtituatur, prodeſſe.*
2 *Venditor proſtitutum capit.*
3 *Proſtituta fit libera, & quando.*

SICVT ſuperius apponitur pactum gratia vendi-
toris, ita & hic apponitur pactum gratia vendi-
ti mancipij, ne proſtituatur. Vnde & venditor ſupe-
rius pactum remittere poteſt, hic non: vt infra di-
1 cemus. † Sciendum eſt igitur, quòd aut cauit ſibi venditor,
ſcilicet de manu iniicienda, ſi proſtituatur ancilla, aut non: ſi
cauit, aut venditor conſenſit proſtitutioni: & tunc ex inter-
pretatione conſtitutionis diui Hadriani peruenit ad liberta-
2 tem: nec habet venditor patronatum. Aut non conſenſit: † &
tunc poteſt iniicere manum in mancipium ex conſtitutione
diui Hadriani. nec perueniet ad libertatem: vt j. eo. l. j. & ff. de
in ius vocan. l. ſed & ſi. §. proſtituta. & ff. de contrahen. empt. l.
ſi quis. Si verò non cauit ſibi, & dixit eam fore liberam, ſi pro-
3 ſtitueretur, aut etiam nihil dixit: tantundē enim reputo: † quia
gratia mancipij lex apponitur: tunc perueniet ad libertatem,
ſi proſtituta fuerit ancilla, vel aliquid factū per quod ad pro-
ſtitutionem perueniatur: vt quia moratur in caupona ſub ſpe-
cie miniſtrandi: vt j. eod. l. penult. & vlti. & ff. de in ius voc. l.
ſed et ſi. §. proſtituta. Edictum verò diui Veſpaſiani locum ha-
bet, cùm ancillam emptam, ne proſtituatur, alteri vendo, ſiue
ſimili lege: vt ff. de iure patrona. l. diuus.

Si mancipium ita fuerit alienatum, vt manumittatur, vel econtra. *Rubrica.*

1 *Conſtitutio Marci & Cōmodi. quando locum habeat. & nu. 3.*
2 *Intellectus ad l. ſi is, qui. C. ſi mancip. ita fuer. alie. & c.*

SPE

a

SPECIALITER, & ſingulariter de lege pro
mancipio, vel contra mancipium appoſita diximus:
nunc miſtim ponit de vtraque, ſcilicet, ſi dictum
ſit, vt manumittatur, vel non manumittatur.
Videndum ergo quæ conſtitutiones ſint, quæ locum habeant
pro libertatibus repræſentandis, vel manumiſsionibus
faciendis, & quando, & qualiter agatur ad pœnam non ſer-
1 uata pactione. † Habet autem locum conſtitutio diui Marci
& Commodi miſſa ad Aufidium Victorinum, ſi dono, vel ven-
a do ſeruum, vt manumittas [a], vel ſi pretium do, non pecuniam
in ſpecie, vt manumittas ſeruum tuum: vt j. eo. l. j. & ij. & l. ſi is,
qui. & ff. de condict. cauſa da. l. dedi. §. ſed & ſi ſtichus. & l. ſi
2 pecuniam. §. j. Vel dic † ſecundum Placen. quòd lex illa, ſi is,
qui loquitur, cùm venditor ſerui pretium acceperat ab emptore,
& erat pactus in venditione venditor, vt ſeruum nondum
traditum ad libertatem perduceret. Et ſi quidem certum
tempus adiciatur, conſtitutio inducit eo lapſo libertatem, ſi
potuit manumitti. Si verò dicam, manumittas quando voles,
inducitur libertas te mortuo. Si dicam, quando poteris, te &
ſeruo præſente poſt duos menſes, alioquin poſt quatuor menſes,
inducitur libertas. Si autem ſimpliciter dixi vt manumittas.
Reſpondent quidam idem, quod in proximo caſu ſ. dixi.
Ego autem dico, quod poſtquam potuiſti manumittere, & ceſſaſti,
inducitur libertas: vt ff. de præſcript. ver. l. naturalis. §. j. &
3 qui ſine manumiſsione ad liber. perue. l. Latinus. † Conſtitutio
autem diui Marci, & Commodi in ſemeſtribus locum habet,
cùm trado tibi ſeruum, vt poſt tempus ſit liber. Nec comprehendit
factum manumittēdi: vt j. eo. l. iij. & ff. de ſer. expor.
l. vlt. Conſtitutio diui Seueri, & Antonini ad Vrbium Maximum
apud Vlpianum. l. iiij. in princ. ff. de manumiſſ. tit. generali.
locum habet cum alienus ſeruus mandat mihi, vt eum redimam
à domino ſuo nummis ſuis, id eſt, peculiaribus fortè
vel meis, ſed hoc pacto, quod ipſe reſtituat mihi: vt ff. de iudic. l.
vix certis. Nec diſtinguo an dicatur vt manumittam eum, aut
nihil dicatur, imò dicatur ne manumittam eum, benigna eſt
opinio dicentium ad libertatem peruenire: vt ff. de manumiſſio.
l. iij. & ex hac conſtitutione ſeruus non fit liber ipſo iure,
imò ipſe iudex debet pronuntiare eum manumittendum: vt. ff.
de iudi. l. qui ſi. Sed & ſuperioribus ipſo iure competit libertas.
Et eſt notandum, quòd illa conſtitutio diui Marci, &
Commodi ad Aufidium Victorinum (cuius meminit
lex ij. j. eod. titu.) ceſſat, ſi venditor legem mutauit, vel ipſum
pœnituit: ſi tamen emptor ſponte manumiſit, non tenebitur
venditori aliqua actione: vt ff. de ſer. expor. l. iij. & l. quæſitum.
Lex autem illa de non proſtituendo mutari non poteſt:
vt ſuperiori titulo diximus. Sed & illud notandum: quia ſi
pœna ſit promiſſa, ſi emptor manumittat, non poterit manumitti:
quia lex factum hominis repræſentat: vt j. eo. l. vlti. niſi
cùm certo modo erat facienda manumiſsio: puta, per vindictam:
vt ff. de verb. oblig. l. qui Romæ. §. Claudius. Illam verò
legem de non manumittendo in ſeruo ſuo tantum, vel hæredis,
fortè quis dicere poteſt. arg. ff. de leg. ij. l. vnum ex familia.
§. ſi rem. & tunc etiam ſi fiat de facto, non petitur pœna: quia
non de facto, ſed de effectu beneficij cogitatum videtur: vt j.
eo. l. ſi ea. & de ſer. expor. ſi venditor. Poſſunt & aliæ ſpeciales
rationes aſsignari, quæ in certis rebus prohibitis alienari locum
non habent: vt diximus ſupra de re. alie. non alie. Secus
fortè ſi non odio ſerui, ſed fauore perſonæ (vt ei ſeruiae) prohibita
ſit manumiſsio ſerui: vt infra qui non poſ. ad liber.
perue. l. ſecunda.

ANNOTATIO.

a Vt manumittas. Vide ad huius concluſionis materiam Bart. & do. Alex. copioſè in l. ſtipulationes non diuiduntur. pen. charta. ff. de verb. obli. & eundem do. Alex. in l. ſi pecuniam. §. ſed ſi accepi. ff. de condi. ob cauſam. Doc. in l. ſi quis ab alio. ff. de re iudi. vbi multa colliges.

De ædilitiis actionibus. *Rubrica.*

1 *Actiones ædilitia quot ſint.*
2 *Actionem ex empto etiam ciuilem vocari redhibitoriam.*
3 *Actionem quanto minoris empturus eſſet emptor, ciuilem eſſe*
4 *Edictum Aedilium in quibus locum habeat. & num. 6.*
5 *Donator qui ſciens donauit rem vitioſam an, & quando teneatur hoc nomine donatario.*
7 *Redhibitio per actionem ex empto ex quibus cauſis fiat.*
8 *Morbus quid ſit.*
9 *Vitium an differat à morbo.*
10 *Fugitiuus quis.*
11 *Erro quis.*
12 *Capitalem fraudem quis dicatur admiſiſſe.*
13 *Aſſeueratio vendentis mancipium qui accipienda.*
14 *Venditor mancipij quæ praſtare debeat.*
15 *Redhibitio intra quantum tempus fiat.*
16 *Redhibitoria actio quid operetur.*
17 *Emptor ad quid reſtituatur per actionem redhibitoriam.*
18 *Emptor qua praſtare debeat.*
19 *Redhibitio quomodo fiat, vbi plures res vendita ſunt.*
20 *Actio quanto minoris quibus caſibus detur.*
21 *Actio in factum ad quid, & cui detur.*
22 *Veteratores ſerui qui dicantur, & qui nouitij.*
23 *Actio redhibitoria, quanto minoris, & in factum quibus dentur, & in quos.*
24 *Redhibitoriam non dari ſcientibus.*
25 *Scientia ementis nomine alieno an, & cui noceat.*
26 *Emptori redhibitoria agenti quando imputetur culpa. & numero 28.*
27 *Intellectus ad l. habito. C. de ædilit. actio.*
29 *Emptoris hæredes an, & quatenus agere poſsint redhibitoria, vel quanto minoris actione.*
30 *Actio redhibitoria, quanto minoris, & in factum quales ſint, ſeu quanto tempore tollantur.*
31 *Redhibitoria actio quando detur in duplum.*
32 *Animal nociuum habens eo loco, per quem vulgo iter ſit, quatenus teneatur, ſi id animal alicui nocuerit.*

DE ACTIONIBVS iure ciuili ex venditione
proditis dictum eſt: Sequitur videre de prætoria,
quæ ſunt earum actionum, de quibus diximus,
quaſi pediſſequæ: vt ſ. de veter. iur. enucle. l. ij. §.
quartus autem. Videndum ergo quæ, & quot ſint actiones ædilitiæ,
& in quibus contractibus, & in quibus rebus, & ex
quibus cauſis ſint proditæ: quibus dentur, & in quos, &
1 quando, & quales ſint. † Poſſunt autem dici tres actiones,
ſcilicet redhibitoria, & quanto minoris, & in factum. Vel melius
verè poſſunt dici duæ actiones, & vna actio, ſcilicet in fa-
2 ctum. Actio † enim ex empto etiam ciuilis dicitur redhibitoria:
quia per eam fit redhibitio: vt ff. de act. emp. l. ex empto. §.
redhibitionem. Item & actio depoſiti dicitur ſequeſtraria, quia
intenditur contra ſequeſtrum ad rem ſequeſtratā: vt ff. depoſi.
l. ſi in Aſia. §. cum ſequeſtro. & tamen nullus dicit aliquā actionem
eſſe ſequeſtrariam. Sic ergo actio ex empto prætoria, vel
a in factum, dicitur redhibitoria [a]: quia per eam fit redhibitio: &
eadem dicitur quāto minoris res eſt: quia datus quanto minoris
res eſt, propter vitium: vt ff. eo. l. quòd ſi nolit. §. ſi plures. in
fi. & j. eo. l. pe. ſic & hæreditatis petitio, quandoq; ciuilis eſt: vt
cùm datus hæredi. quandoq; prætoria, vt cum datur bonorū
poſſeſſori, vel fideicommiſſario. & ideo dicitur poſſeſſoria, vel
fideicommiſſaria: vt ſ. de poſ. hæred. pe. l. j. & ij. & de fideicom.
3 hæred. pe. l. j. & ij. † Actio [b] autem quanto minoris empturus
b eſſet emptor, ciuilis eſt: vt ff. de act. emp. l. Iulianus. & ideo perpetua
eſt. Hæc autem quanto minoris res eſt, competit vſq; ad
annum: & cùm ad aliud datur quàm ſuperior, neutra eſt ſuperflua.
Quid enim ſi emptor quidē empturus erat, ſed minori
pretio: ſubuenitur ei per hoc edictum, vel ad redhibēdum, vel
quanto minoris res eſt. Item eſſe poteſt quòd dantur iſtæ ſcilicet
redhibitoriæ, vel quanto minoris res eſt: & non datur
illa ciuilis: quia illa in caſibus tantum competit: vt diximus ſ.
4 de act. empt. §. item neceſſe. & §. item agitur ex empto. † Habet
locum edictū in rebus emptis. Item in permutatis. & idem
puto in quolibet contractu ex quo agitur de euictione. Non
ergo habet locum in locationibus, vel quia non habebant
ædiles in eis iuriſdictionem, vel quia non fiunt emptiones:

vt ff. eo. l. ſciendum eſt ad venditiones. In rebus autem dona-
natis non habet locum: quia nullum pretium, vel aliquid loco
pretij interuenit: licet videretur fortè contrarium: quia dona-
tor promittit ſe daturum ex promiſſione tenetur dare: ſed ta-
men non eſt hæc ratio ſufficiens: vt ideo pro re donata agatur
5 ex edicto ædilium. Si tamen † donator ſciens rem eſſe vitio-
ſam donauerit eam, vt damnificaret donatarium, tenebitur a-
ctione de dolo: vel ex cautione, ſi cauerit de dolo: vt ff. eod. l.
ſciendum. §. pe. & l. ad res donatas. Sciendum eſt tamen, quòd
in quibuſdam venditionibus ceſſat edictum, ſcilicet quas fa-
cit procurator fiſci. Secus ſi fiant à republica cuiuſlibet ciui-
6 tatis: vt ff. eod. l. j. §. illud ſciendum. † Locum habet edictum
hoc ſecundum Labeonem in rebus ſoli: & in rebus mobili-
bus, aut ſe mouentibus: vt ff. eo. l. j. primo reſponſo. Intelligo
tamen Labeonis verbum, vt in rebus prædictis locum habeat
edictum ex interpretatione. Verbum enim edicti, quod ſup-
ponitur. ff. eod. l. j. §. j. non habet locum: niſi in mancipiis: &
poſtea adiiciuntur verba in edicto, quæ loquuntur de iu-
mentis: vt ff. eo. l. ædiles aiunt. In rebus autem ſoli locum ha-
bet edictum, ſi vendas mihi prædium, quod ferat herbam pe-
ſtiferam: vt j. eod. l. ſi prædium. & ff. eod. l. in fundo. De rebus
autem ſe mouentibus non eſt hæſitatio: quia (vt dictum eſt)
in iumentis, & mancipiis locum habet. Si autem ſit res quæ ſe
non moueat, ſed eſt mobilis, locum habet edictum, vt in carne
morboſa, vel leproſa, vel læſa vendita: ſicut & dictum eſt in
fundo ferēte herbam peſtiferam. Fortè idem eſt in libris men-
doſis, nec tamen liber propriè morboſus, vel vitioſus dici po-
teſt: quia nec in animo, nec in corpore, poteſt vitium aſſigna-
ri, vel morbus: ſi tamen potius eum non habere, quàm habere
expediat, dico agi poſſe redhibitoria vtili: vt ff. eod. l. ob quæ.
§. idem Pomponius. certè & ſi habere expediat, ſi tamen vſum
rei non parum impediat, idem videtur: vt ff. eo. l. j. §. ſed ſcien-
dum. Simplariarum autem venditionum cauſa ne ſit redhibi-
tio in vſu eſt, & appellatur venditio ſimplaria * cùm venditur
res ſimplex, id eſt, vitali carens alimento: vel quia in ſe non ha-
bet, vel quia alij non confert. Nec ergo agetur pro tigno de-
bili, vel confracto, vel pro lapide male cocto, vel pro ſeruitu-
te à prædio debita. Item nec agetur, ſi vendita ſint incorpora-
lia: puta, hæreditas, vel actio quæuis. Quidam tamen appella-
uerunt ſimplarias venditiones, cum venditur res vilis, cuius
nomine agitur de euictione in ſimplum non in duplum: quod
falſum eſt. Nam & ſi vendidiſti mihi mancipium ſatnum,
motionem, furioſum, vel lunaticum, vt in eo nullus ſit vſus,
nec expediat ipſum habere, locum habet edictum ædilium: vt
ff. eo. l. ob quæ vitia. §. idem Pompo. & l. bouem. §. aliquando.
7 † Fit autē redhibitio per actionem ex empto ex quatuor cau-
ſis, ſcilicet propter morbum, propter vitium. Item cum pro-
nuntiatum eſt quid adeſſe, quod abeſt, vel abeſſe quod adeſt.
Item cùm non cauet venditor de his, quæ iubent ædiles. de his
8 ſingulis videamus. † Eſt autem morbus, habitus cuiuſque
corporis contra naturam, qui vſum eius ad id faciat deterio-
rem, cuius cauſa nobis natura ſanitatem dedit. Nec diſtinguo,
an ſit morbus in toto corpore, vt quia febris eſt: an in parte, vt
quia eſt cæcitas. Item nec diſtinguo an ſit morbus perpetuus,
an temporalis: vt ff. eod. l. Pomponius rectè. niſi morbus ſit
ſanatus. Secus verò ſi morbo vacaret: vt ff. eod. l. quod ita ſa-
num. & l. qui tertiana. Diſtingue tamen, an ſit morbus leuiſſi-
mus, an qui non modicè impediat. Leuis enim febricula, vel
vetus quartana, quæ tamen iam ſperni poteſt, vel vulnuſcu-
lum modicum, non habet in ſe delictum, & ſi non ſit pronun-
9 tiatum: contemni enim hæc potuerunt. Quod autem † dixi in
morbo, etiam in vitio dictum eſt. Nam quicquid eſt morbus,
eſt vitium: & è conuerſo. Aediles tamen cauſa dubitationis
tollendæ nomine morbi debilitatem corporis ſolius, vel cor-
poris & animi denotant: vt in frenetico dicitur: vt ff. eo. l. j. §.
ſciendum. & l. ob quæ. §. vlti. Interdum nomine vitij debilita-
tem animi ſignificauerunt: puta, ſi aliquis balbus eſt. Item vi-
tium plerunque ſignificat perpetuum corporis impedimen-
tum, morbus verò temporalem corporis imbecillitatem: vt ff.
de verb. ſign. l. inter ſtuprum. §. pe. & ff. eo. l. j. §. ſed ſciendum.
& l. ob quæ vitia. §. vlti. & §. in ſumma. Vitium autem ſolius
c animi in iumentis fortè inducit redhibitionem. ᶜ ff. eo. l. aiunt.
& l. bouem. ſed in ſeruis non inducit redhibitionem: niſi ſer-
uus ſit fugitiuus, vel erro, vel capitalem fraudem commiſit,
vel mortem ſibi conſciuit, vel niſi animi vitium dictum ſit ab-
eſſe, & adeſt: vt ff. eod. l. j. §. j. & §. item ſi quod. & l. ob quæ. §.
10 idem Pomponius. & §. in ſumma. † Eſt autem fugitiuus, qui
ea mente diſcedit, ne redeat ad dominum: tametſi mutato con-
ſilio reuertatur ad eum. Nemo enim tali peccato pœnitentia
ſua nocens eſſe deſinit. Si tamen ad fugam gradum vnum, vel
alterum promouit, nec poteſt euadere dominum ſequentem,
11 non dicitur fugitiuus. † Erro autem eſt puſillus fugitiuus,
qui non quidem fugit: ſed frequenter ſine cauſa vagatur, &
temporibus in rebus nugatoriis conſumptis ſerius redit ad
dominum: vt ff. eod. l. quis ſit fugitiuus. j. reſponſo. & §. j. & ij.
12 & §. idem ait, nec eum qui ad fugam. & §. erronem. † Capita-
lem autem fraudem admittit qui aliquid tale deliquit dolo
malo & per nequitiam propter quod capite ſit puniendus.
Veteres enim fraudem pro pœna ponere ſolebant. Si autem
caſu, vel errore quid factum eſt à ſeruo: vt quia impubes, vel
furioſus erat, ceſſat edictum: vt ff. eo. l. cùm autem. §. excipitur.
Conſciſcere autem ſibi mortem dicitur ſeruus, quia aliquid
facit, quo magis ſe rebus humanis extrahat: puta, laqueum
torſit, vel medicamentum pro veneno bibit, vel præcipitem ſe
ex alto miſit, vel quid aliud fecit: quo facto ſperauit mortem
peruenturam, tanquam nonnil in alium auſurus, qui hoc ad-
uerſus ſe auſus eſt, & hic ſeruus maledictus eſt. Et iſte & ſu-
periores, ſcilicet, fugitiuus. & erro & capitalem fraudem ad-
mittentes excipiuntur in edicto, ne vendantur: vt ff. eod. l. cum
13 autē. §. excipitur. † In aſſeuerans autem ex bono, & æquo eſt
interpretatio facienda: ſed cum quodam temperamento ad-
mittenda, vt ſi forſan conſtantem affirmauerit eſſe, non exa-
cta grauitas, vel conſtantia, quaſi à philoſopho deſideretur: &
ſi laborioſum, & vigilantem eſſe affirmauerit, non continuus
labor per dies, noctéſque exigatur ab eo: ſed hæc omnia ex
bono, & æquo modicè deſiderentur. Idem & in cæteris, quæ
venditor affirmauerit, intelligimus. Si tamen venditor ſerui,
optimum coquum dixerit ſeruum eſſe, optimum debet præ-
ſtare in eo artificio. Qui verò ſimpliciter coquum dixerit, ſa-
tisfacere videtur ſi mediocrem coquum præſtet. Idem in cæ-
teris generibus artificiorum. Si ergo artificem dixerit eſſe,
non vtique debet eum præſtare perfectum: ſed in aliquem mo
dum peritum, ve neque eum ſummè ſcientem accipias, neque
rurſus indoctum eſſe in artificio. Sufficit ergo talem eſſe, qua-
les vulgo artifices dicuntur. Item & ſi dixerit venditor pecu-
liatum eſſe ſeruum, ſufficit & ſi minimum habet peculium.
14 † Præſtat ᵈ autem venditor hæc omnia quæ dixit adeſſe, ſi di-
d xit tempore venditionis animo obligandi, vel promiſit ſtipu-
latione, vel ſine ſtipulatione, etiam nuda pollicitatione. Eſt
autem dictum, quod verbotenus pronuntiatum eſt, nudóque
ſermone finitur. Promiſſum autem referri poteſt ad nudam
promiſſionem ſiue pollicitationem, vel ad reſponſum ſecun-
dum quod incipiet is, qui de huiuſmodi cauſa ſtipulanti ſpo-
ponderit, & ex ſtipulatu poſſe conueniri & redhibitoriis a-
ctionibus. [Nec eſt nouum. Nam qui & ex empto poteſt
conueniri, idem etiam in redhibitoriis actionibus conueniri
poteſt.] Si autem venditor aliqua dixerit non eo animo, vt
præſtaret, ſed vt iactaret verba in vanum, vel ad nudam lau-
dem ſerui aliquid dixerit non tenebitur: vt ſi dixerit frugi ſer-
uum, probum, dicto audientem. Planè ſi dixerit aliquid abeſſe
quod non abeſt, puta dixit alienatorem non eſſe, furem non
eſſe, ad ſtatuam nunquam confugiſſe, tenebitur: & probantur
hæc. ff. eo. d. l. quis ſit fugitiuus. §. vlti. & l. ſi quid. & l. ſciēdum
15 tamen eſt. † Item debet cauere venditor de his, quæ conti-
nentur in edicto: quod ſi non faciat, fiet redhibitio in hoc caſu
intra duos mēſes, & poſtea intra ſex menſes agi poterit ad in-
tereſſe: vt ff. eo. l. ſi venditor de his. ſed in ſuperioribus caſibus
datur redhibitoria vſque ad ſex menſes: vt ff. eod. l. ſciendum.
§. vlti. & vt patebit ex ſequentibus. Quæ ſunt illa, quæ con-
tinentur in edicto, de quibus cauere debet? certè ſunt ea de
quibus diximus ſ. ſcilicet morbus, & vitium, quòd non ſit fu-
gitiuus, vel erro. vel capitalem fraudem non admiſerit, quòd
mortem ſibi non conſciuerit, quòd noxa ſolutus ſit: vt ff. eo. l.
j. §. j. Qualiter autem noxalis cauſa intelligitur, dicitur ff. eo. l.

quis ſit fugitiuus. §. quod aiunt. Et plenè diximus ſ. de actio.
16 emptio. † Hæc autem redhibitoria actio [a] facit, vt fiat redhi-
a bitio, id eſt, emptionis reſolutio: & ſic vterque, id eſt, emptor,
& venditor quodammodo in integrum reſtituuntur: idcirco
enim appellata eſt redhibitio, quaſi redditio: vt ff. eod. l. redhi
bere. & l. facta redhibitione. & de acquiren. poſſeſſ. l. Pompo-
nius. §. præterea quæritur. & de alie. mu. cauſ. fact. l. vlti. quia
17 redhibitio. † Si autem reſtituitur emptor, vt ſi quidem ſolue-
rit pretium, vel vſuram ex mora, vel quaſi ex mora, repetit
pretium, vel vſuram. Item & vſuram pretij, & vſuræ non qua
ſi vſuræ, ſed quaſi ſortis. & eſt ratio: quia & ipſe emptor re-
ſtituit vẽditori fructus. Item repetit emptor à vẽditore quod
cauſa emptionis erogauit mediatoribus fortè, ita tamen ſi de
derit voluntate venditoris. Nam ſi dederit ſpõte ſua, ſibi im-
putabit. Item repetet emptor à venditore vectigal nomine
rei ſolutum, quod ſequebatur emptorem. Si autem emptor
hoc nondum ſoluerat, ſed eorum nomine obligatus erat, cùm
agit redhibitoria, veniet in redhibitoriam, vt liberetur ab eis
per venditorem: vt ff. eo. l. ædiles etiam. §. vlt. & l. debet autem.
& l. illud ſciendum. Item repetet emptor expenſas neceſſario
factas in rem emptam poſt lit. conteſt. & veniunt per iudicis
officium. Expenſæ enim præcedentes litem, nominatim peten
dæ ſunt. Cibaria tamẽ ſeruo data non imputabit emptor ven-
ditori, cùm ipſe habuit miniſterium ſerui: vt ff. eodem. l. item ſi
ſerui. §. vlt. & de vſuris. l. partum. Item & repetet emptor dam
na, quæ ſenſit propter ſeruum, vel ea, quæ ſerui nomine im-
pendit: vel ſi nomine ſerui eſt conuentus aliqua noxali actio-
ne. Cauebit venditor emptori de his reſtituendis, in quibus
emptor, vel procurator eius fuerit condemnatus: vt ff. eod. l.
redhibere. §. idem Pomponius. & l. item ſi ſerui. j. reſponſ. Et
licet horum omnium ratione dixerim emptori cõſulendum,
diſsimiliter tamen conſulitur: quia ratione pretij, & acceſsio
num habet actionem redhibitoriam, & corporis empti reten
tionem. Ob ea autem damna, quæ ſenſit propter ſeruum, vel
ea quæ præſtitit nomine ſerui conuentus, ſolam habet corpo-
ris retentionem: vt ff. eod. l. cum autem. §. Iulianus. & l. illud.
18 §. vlti. & l. quòd ſi nolit. j. reſponſ. † Item prædictorum om-
nium nomine ita demum efficaciter experietur emptor, ſi vẽ-
ditori præſtiterit prius rem: & acceſsiones rei: vt ff. eod. l. ædi-
les etiam. §. vlti. Acceſsiones accipe fructus omnes. Item ea
quæ acquiſiuit emptor per ſeruum ex re ſua, vel ex iniuria
facta ſeruo empto in contumeliam empturis: ſed ex opera ſer
ui. Item hæreditates, & legata per ſeruum ſibi obuenientia.
Neceſt ſpectandum cuius contemplatione teſtator reliquit
ei, ſubaudio ſtudio venditoris, an ſerui. Nam ſi cõtemplatio-
ne emptoris ea relinquerentur, ex re ſua viderentur eſſe: vt
ff. de vulg. & pupil. ſubſti. l. ſed & ſi plures. §. in arrogato. Si
emptoris contemplatione non relinquantur, reſtituuntur il-
la venditori: etiamſi talis erat venditor, qui per ſe non poterat
aliquid ex teſtamento capere: vt ff. eo. l. cum autem. §. vlti. &
l. generaliter. & l. quòd ſi nolit. §. ſi peculium. & l. bouem. §. ſi
quis. Item & reſtituit emptor æſtimationem deterioratonis
ſerui, ſiue in animo, ſiue in corpore ab emptore, vel eius fami-
lia, vel procuratore damnum ſit datum: puta, ſi ſtupratum ſit,
aut ſi vitio emptoris fugitiuus cœperit eſſe. Procuratorem
accipe ſiue vniuerſalem, ſiue ſpecialem, cui idipſum mandatũ
f eſt propter quod deterior factus ſit ſeruus. Familiæ [f] autem
g appellatione [g] continentur omnes qui ſunt in ſeruitio & libe-
ri homines qui ſeruiunt ei bona fide, vel alieni ſerui, accipe
etiam eos qui in poteſtate ſunt eius. Ita demum autem facta
familiæ, & procuratoris imputantur emptori, ſi ea facta non
contigiſſent: niſi eſſet facta venditio, quòd autem ſeruus em-
ptus erat paſſurus etiam ſi non væniſſet, in eo conceditur em-
ptori, ſubire noxæ deditionem pro ſeruis ſuis. Ex eo autem
quòd procurator [commiſit] actiones ſibi contra emptorem
competentes cedet venditori. Et præſtat hæc omnia emptor
venditori ſolo iudicis officio, ſi contigerunt poſt lit. conte.
Nam ſi contigerint antè, nominatim petenda ſunt vel per a-
ctionem in factum, vel per actionem ex vendito: vt ff. eod. l.
ædiles etiam. j. reſponſo. & §. j. ij. iij. iiij. & v. Item cauet em-
ptor venditori de dolo malo, & culpa, ſi fortè pignori dederit
ſeruum emptum, aut iuſſu eius damnum, vel furtum alicui
dederit ſeruus. Item & cauet de eo reddendo quod ad eum
perueniret nomine ſerui, vel dolo, vel culpa eius factum fue-
rit quo minus perueniat, ex eo quòd alium conuenerit eius
nomine: vt ff. eod. l. redhibere. §. j. & ij. Quæcunque autem di
ximus de redhibitoria, locum habent in re vna ſingulari ven-
19 dita. † Quid, ſi plura vendantur? Diſtingue, vtrum vendãtur
res eiuſdem generis, id eſt, officij, an non. ſi eiuſdem generis,
diuide, vtrum in ſingulis conſtituatur pretium, an confuſè in
omnibus. Si in ſingulis, non redhibetur vnum propter aliud:
niſi emptor vnum ſine altero non erat empturus, quod ex af
finitate perſonarum, vel rerum probari poteſt: vt quia ſunt
fratres, vel comœdi, vel mulæ pares, vel quadrigæ: vt non, niſi
omnes, alicui habere expediat. Si verò conſtituatur confuſè
in omnibus, fit omnium redhibitio. vtriuſque tamen volun-
tate poteſt agi ad vnum: vt ff. eod. l. cùm eiuſdem. & l. ſi plura.
Si autem venduntur plures res, quæ non ſunt eiuſdem offi-
cij, propter vnum non redhibentur cætera: vt ff. eod. l. ædiles
aiunt. §. vlti. & hoc cum neutra res eſt alterius acceſsio. Si au-
tem vna alij accedat, propter principalem vitioſam, vel mor-
boſam redhibetur acceſſoria: & ſi nullum ſit vitium in ea: vt
ff. eod. l. proinde. §. vlti. ſed propter acceſſoriam non redhibe-
tur principalis: niſi in caſu propter ornamenta: vt ff. eodem. l.
ædiles aiunt. j. reſponſo. & vt diximus ĵ. redhibetur autem
acceſſoria, ſi acceſſerit expreſsim ſub vniuerſitatis appella-
tione, vel velamento: vt ſi vendas mihi hæreditatem, vel pecu
lium in quibus ſunt animalia morboſa, vel vitioſa: vt ff. eod.
20 l. proinde. & l. itaque. & l. quòd ſi nolit. §. vltimo. † Actio [h]
h autem quanto minoris, datur in omnibus caſibus, in quibus
diximus dari redhibitoriam nomine morbi, & vitij, & datur
intra annum vtilem: redhibitoria autem intra vj. menſes vti-
les: vt ff. eod. l. ædiles aiunt. j. reſponſo. ibi, morbi autem vitij-
ve. & l. ſciendum. §. vlti. Item datur quanto minoris actio in
multis caſibus, in quibus ceſſat redhibitoria: vt in his, qui la-
borant vitio animi ex conſuetudine: nam eius nomine qui cir
ca fana bacchatur, id eſt, baccho inebriatur, & quaſi demens
reſponſa reddit, agetur quanto minoris. Idem, & ſi per luxu-
riam id factum ſit. Et hac eadem actione agetur nomine eo-
rum, qui præter modum timidi, cupidi, auarique, aut iracun-
di, vel melancholici, vel proterui ſunt, vel aleatores, vel vina-
rij, vel guloſi, vel impoſtores mendaces, qui imponunt alicui
b falſa per mendacium, aut litigioſi, aut balbi, [b] aut blæſi, aut
☞ qui tardius loquuntur, vel vari, ☞ varietate ſermonum, vel
vatij qui quaſi vaticinando aliqua loquuntur: vel atypi, vel
aphthiphi qui præpoſtere loquuntur. Item datur hæc actio
eorum nomine qui ſunt gibboſi, vel curui, vel pruriginoſi,
quia quaſi ardorem carnis patiuntur, vel ſcabioſi, vel ſurdi,
vel muti: vt ff. eodem. l. j. §. vlt. & l. ij. & iij. & iiij. j. reſponſo. &
§. item aleatores. & l. item Ofilius. §. vlti. Et eſt notandum
quòd hæc actio quanto minoris ſæpius poteſt intentari, ſci-
licet, nomine ſingulorum morborum. Sed hoc idem eſt agen
dum, ne lucra faciat emptor, & bis eiuſdem rei æſtimationem
conſequatur: vt ff. eodem. l. quòd ſi nolit. §. ſi quis. Aliquan-
do etiam per actionem quanto minoris fit redhibitio, ſi man-
cipium ſit adeo nullius pretij, vt nec expediat ipſum habere:
vt ſi furioſum eſt, vel lunaticum, tunc redhibebitur per hanc
21 actionem: vt ff. eodem. l. bouem. §. aliquando. Actio † au-
i tem in factum datur emptori [i] ad pretium ſibi reſtituendum,
& eius actiones, cum redhibuit rem emptam ſine iudice. Nec
diſtinguo iure, vel non iure, vel intra tempus ſtatutum, vel
poſt. Nam poſtea quàm venditor recipiendo rem venditam
cognouerit eſſe in cauſa redhibitionis, iniquum eſt quæri,
vtrum debeat redhiberi, an non. Ergo conuentio de redhi-
bendo, non inducit hanc actionem, ſed ipſa redhibitio. Item
datur actio in factum, cùm venditor mancipij non pronun-
tiat de natione eius. Plerunque enim natio ſerui aut prouo-
cat, aut deterret emptorem. Ideo intereſt eius ſcire nationem.
Præſumptum eſt enim quoſdam ſeruos eſſe bonos quia na-
tionis ſunt non infamatæ, quoſdam malos videri quia in ea
natione ſunt, quæ magis eſt infamis. Si ergo non pronuntia-
uerit emptor de natione, tenebitur emptor hac actione per
quam redhibebitur mancipium. ff. eodem. l. quòd ſi nolit. §. in
factum. & §. qui mancipia. Item datur hæc actio cùm eme-

rimà te rem aliquam,vt niſi placuerit mihi intra talem diem,
redhibeatur tibi.Si autem dies certa non fuerit appoſita, ſiet
redhibitio intra lx. dies: niſi conuenerit,vt in perpetuum fie-
ret redhibitio:vt ff. eod.l.quòd ſi nolit.§.ſi quid ita. Poteſt
etiam dici,quòd hæc actio locum habeat, vbi venditor non
cauet de his,quæ iubent ædiles:vt ſuprà diximus. Item datur
hæc actio propter ornamenta rei intra lx. dies ad redhiben-
dum,ſcilicet cum tempore venditionis ornatum erat manci-
pium, vel cauſa venditionis:cum eſſet ſic ornatum, inſpexit
emptor:vt ff. eodem.l. ædiles aiunt.primo reſponſo.& §.vè-
22 dendi. † Amplius dici poteſt, quòd hæc actio competat vbi
venditur ſeruus veterator pro nouitio. Et dicitur veterator,
qui eſt inſtructus in aliquo vili, & malitioſo miniſterio:vt
quia cautus eſt,non autem dicitur veterator ſpatio ſeruiendi
magno tempore. Nouitius autem dicitur non tyrocinio ani-
mi,ſed conditione ſeruitutis,id eſt, qualitate ſeruiendi in a-
liquo ſimplici,& bono miniſterio. Præſumptum eſt enim ea
mancipia,quę rudia ſunt,ſimpliciora eſſe:& ad miniſteria ap-
tiora,& ad omnia miniſteria habiliora. Trita verò mácipia,&
veterana,difficilè eſt reformare ad frugé melioris vitę. Quia
ergo venalitiarij ſciunt facilè decurri ad nouitiorum em-
ptionem,idcirco interpollant veteratores,id eſt, obſcurant:
puta,eos tondendo,& balneando,& impinguando, vt iuue-
nes videantur:& pro nouitiis vendunt,quod ne fiat hoc edi-
cto præcipitur:& ideo ſi quis ignorante emptore ita vænie-
rit,redhibebitur:vt ff.eodem.l.præcipiunt ædiles.l.vlti. Ve-
teranus autem dicitur alias qui ſeruiuit per annum: & noui-
tius,qui nondum ſeruiuit anno:vt ff de publica.l.vlti.§.quo-
23 ties. † Dantur iſtæ actiones emptoribus,& permutatoribus,
& ex ſimili cauſa contrahentibus,& eorum hæredibus. in vé
ditores,& permutatores, & in ſimiles contrahentes, ſcientes,
vel ignorantes vitia,& eorum hæredes: vt ff. eod.l. ſi tamen.
§.ædilitiæ.& l j.§.cauſa.Item dantur in vnum ex ſociis, cuius
pars non eſt minor: quia plerunque venalitiarij contrahunt
ſocietatem:vt quicquid agunt,in commune videantur agere.
Nam id genus hominum ad lucrum, vel potius turpiter fa-
ciendum,pronius eſt:vt ff.eodem.l.iuſtiſſimè.§.j. Item dan-
tur dominis ex contractibus ſeruorum, & filiorumfamil. &
24 procuratorum.Ita†tamen,ſi contrahentibus non poſſit im-
putari eorum ſcientia de vitio,vel morbo rei.Nec enim vide-
tur eſſe celatus qui ſciuit, neque certiorari debuit, qui non
ignorauit:vt ff.de act.empt.l.j.in fi.& ff.eodem.l.j.§.ſi intelli-
gatur.Idémque & ſi obiiciatur contrahenti ſupina ignoran-
tia:puta,ſi erat morbus,qui omnibus potuit apparere: quia
habebat cicatricem euidentem,& periculoſam in capite; vel
in alia parte corporis,vel homo cæcus væniebat:vt ff. eodem.
l quæritur §.vlti.Idémque & in euidenti vitio animi:vt ecce,
vendebas mihi ſeruum vinctum. veriſimile eſt eum eſſe vin-
ctum,quia fugitiuus erat,& ideo mihi non teneris:vt ff.eod.
ſi tamen.§.ei qui ſeruũ. Has autem ſupinas ignorantias puto
repellere emptorem,ſi venditor ignorabat vitia,vel morbos.
Si autem venditor ſciebat,emptor autem ignorabat. præpon
derat dolus venditoris:vt ff.ad legem Aquiliam.l.item ſi ob-
ſtetrix.§.vltim.& l.ſi putator. Et in hoc caſu dicit lex empto
ri ſupinè ignoranti vitium,currere tempus:vt ff.eod.l. cú ſex.
Si enim poneres illud vtrunque ſciuiſſe,non ageretur, vt li-
quet ex prædictis,ſi vtrique ignoraſſent,idem: vt ſupra dixi.
25 †Si autem quæras, an ſerui empti ſcientia, vel alterius, qui
emit nomine meo mihi nocere debeat:diſtingue in ſeruo, an
ſeruus emat nomine peculiari,an nomine meo.Si nomine pe-
culiari,ſiue cum mandato,ſiue ſine mandato,ſcientia, & igno
rantia ſerui tantum,& non mea inſpicitur : vt ff. eod. l. cùm
mancipium.& de lib.cauſa.l.imò cum.§.tunc.& ff.de liti.l.ij.
primo reſponſo. Excipitur quando,me præſente,& non có-
tradicente, ſeruus emit. Nam mea ſcientia in mei præiudi-
cium inſpicitur:vt ff.de libera cauſa.l.imò.§.planè ſi filius.Si
verò pręſens contradicere non poſſem,non obeſſet mihi mea
ſcientia:vt ff.de contrahend.empt.l. huiuſmodi.Si autem ſer-
uus emerit nomine meo.& mandato meo,non autem peculia
ri nomine,ſi quidem mandaui ei de incerto,idem eſt quod ſu
prà. Idémque eſt etiam ſi ſine mandato meo quis mihi eme-
rit ſeruum vitioſum:vt ff.eodem,l.cùm mancipium. §. circa.

Si verò mandauero ſeruo meo,vel alij de certo ſeruo emen-
do,mea ſcientia, & ignorantia tantum inſpicitur:vt ff.de lib.
cauſa.l.imò.§.tunc.& l.in ſeruo.& ff.de liti.l.ij.primo reſpon
ſo. & de contrahen.empt.ſed & ſi ſeruo. & ff.eodem. l. cum
mancipium.§.ſed & ſi ſeruus. Nec obſtat, quòd ibidem di-
citur certum incertúmque:quia refertur ad eum caſum,quan
do emit nomine peculiari.In vſucapione quoque idem diſtin
guerem : vt probatur.ff.pro empt.l. ij.§. ſi ſeruus tuus. vſque
ad §.ſi à pupillo. Illud certum eſt,quòd vbi quis emit vt nun
tius, nunquam eius ſcientia,vel ignorantia ſpectatur, ſed do
26 mini.Quod dixi in ſeruo, & filiofami.obtinet. Item†poteſt
emptori imputari culpa ſua,ſi eius culpa ſeruus vitioſus em-
ptus deceſsit,vel in fuga ſit. Vnde repellitur ab ædilitiis a-
ctionibus : vt ff.eodem.l.ſi hominem.in fin. & l. ſi tamen. vel
ſi nolit venditor emptorem repellere, admittet eum agentem
ædilitiis actionibus:vt tamen eadem præſtentur & vendito-
ri, quæ præſtarentur ei ab emptore,ſi ſeruus viueret. Vnde
præſtabit venditor æſtimationem ſerui,& eius acceſsiones,&
damna in ſeruum data ab emptore,vel eius familia, reſtituet.
Accipe hic culpam etiam leuem,vt ſi non adhibuerit emptor
medicum,vel malum adhibuit,vt ſeruus emptus poſsit ſana-
ri : vt ff.eodem.quòd ſi nolit.§.ſi mancipium.Et eſt hoc argu.
contra emptores [qui malos inueniunt aduocatos, vt repel-
lantur volentes agere de euictione. Item contra hæredes]
qui malos inueniunt medicos teſtatoribus ſuis, vt debeant
priuari hæreditate:vt ff. de his quibus vt indig. l. indignum.
Item & repellitur emptor, ſi ſeruum emptum manumiſit : vt
ff.eodem.l.ſi hominem.Si autem ſeruus emptus eſt in fuga,ſi-
ne culpa emptoris,nihilominus emptor aget ex hoc edicto:
cauebit tamen vt hominem perſequatur, & in ſua poteſtate
redactum venditori reddat : vt neque per ſe,neque per hære-
dem ſuum futurum, quominus eum hominem venditor ha-
27 beat:vt ff.eodem.l.redhibere.§.vltim.& l.neque.Nec†obſtat,
quod dicitur infrà eodem.l. habitatio.ſcilicet,emptorem re-
pellendum,ſi non exhibeat ſeruum fugitiuum. Ponitur enim
verbum exhibere, pro probare. Vel eſt intelligendum cum
28 ſeruus eſt in fuga culpa emptoris. Item †repellitur emptor
propter iam habitam ſemel rei perſecutionem : vt ff. eodem.
l.quòd ſi nolit.§.ſi quis.& vt ſuprà diximus. Item repellitur
ratione pacti : vt ſi venditor nominatim exceperit aliquem
morbum,& de cætero ſanum eſſe dixerit,remittentibus enim
actiones ſuas,non eſt dandus regreſſus : hic quando excepit
neſciens morbum ineſſe. Si autem ſciuit morbum ineſſe, &
affirmauit ipſum ineſſe, vt emptor non eſſet celatus, idem eſt.
Si autem ſciebat ineſſe, ſed negabat, vel diſsimulabat ineſſe,
excepit tamen ne teneatur eius nomine, non proderit ei ex-
ceptio : vt ff.eodem.l.quæritur.§.penul. Item repellitur em-
ptor ſi agat nomine vitij contingentis poſt contractam ven-
ditionem : niſi venditor nominatim promiſerit de eo:vt j. eo.
l. ſi apud. Oportet ergo probare emptorem vitium infuiſſe
ante venditionem, & poteſt probare emptor vitium infuiſ-
ſe ante venditionem, & poteſt probationis loco induci em-
pti ſerui, & vitioſi confeſsio : qui præſentibus honeſtis viris
interrogatus an in domo venditoris fugerit,reſpondit fugiſ-
ſe. Alia tamen indicia neceſſaria ſunt:vt ff.eod.l.quæro.§.vlt.
29 †Hæredes autem emptoris repelluntur , ſi non conſentiant
omnes ad redhibendum. Dare enim debent vnum procura-
torem, ne fortè venditor iniuriam patiatur,dum ab alio par-
tem recepit hominis : alias non in partem pretij condemna-
tur, ſed quanto minoris homo ſit. ſic enim inuitus compel-
leretur ad communionem inchoandam, quod ratio nó vult.
Idémque & in pluribus dominis ſerui ementis: vt ff.eodem.l.
quòd ſi nolit.§ ſi plures.& §.Marcellus quoque.& de condi.
inde.l.ſi non ſortem.§.ſi centum. Singulis tamen hæredibus
venditoris pro portione hæreditaria poſſet ſeruus redhiberi
ab emptore : quia non eſt ibi ratio communionis in iure, vt
30 dictum eſt in hæredibus emptoris. †Sunt autem iſtæ actio-
nes temporales : nam redhibitoria ſex menſibus, quanto mi-
noris vero, in factum ſexaginta diebus tolluntur, vt liquet
ex prædictis : & computantur in eis vtilia tempora, & inci-
pit currere tempus in redhibitoria ex die venditionis, cum
ſupinè quis ignorauit vitium.vt diximus. alioquin cedet ab
eo tem

eo tempore, quo cœperit quis ſcire vitium. Si autem agatur ex eo quod eſt dictum, vel promiſſum ante venditionem, cedet ſimiliter tempus ex die promiſsionis. Si autem agatur ex quòd quidem dictum eſt, vel promiſſum poſt venditionem, cedet tempus ex die promiſsionis: vt ff. eodem. l. ſciendum.

31 dum. §. vltim. & l. ſi verò ante. & l. cùm ſex. Item hæc actio [1]

1 redhibitoria, eſt arbitraria: nam quæcunque diximus venditorem præſtare debere emptori in ſimplum, ſi ea non præſtat, damnabitur in duplum: vt ff. eodem. l. redhibitoria. Quandoque etiam ſpeciale eſt, vt redhibitoria detur à principio in duplum: vt ecce, vendis mihi ſeruum, teneberis mihi cauere de dupla: ſi ſeruus ſit in aliqua illarum cauſarum quæ inducunt redhibitionem. Ea enim quæ ſunt moris, & conſuetudinis, veniunt in bonæ fidei iudicium: vt ff. eodem. l. quòd ſi nolit. §. quia aſsidua. & ſic in venditione ſerui loquitur lex de du

32 pla: vt ff. eodem. l. quæro. †Eſt & illud ſpeciale in ſeruo propter dignitatem hominis, quia non accedit rei minoris pretij, & minoris dignitatis. [Rei autem paris dignitatis.] licet ſit minoris pretij accedit. Plerunque enim vicarius pluris eſt, quàm ordinarius: nam ſi paſsim cuilibet rei accederet ſpe propter rem principalem cui accederet redhiberetur, quamuis in ea nullum eſſet vitium: vt ff. eodem. l. iuſtiſsimè. & l. proinde. §. vltim. Eſt & aliud edictum Ædilium Curulium, ne quis canem, verrem, vel minorem aprum, vrſum, lupum, pantheram, leonem, aliáve animalia quæ nocerent ſoluta, vel ligata, vel contineri vinculis quominus damna facerent, non poſsint qua vulgò iter fiet, & habuiſſe velit, vt cuiquam noceret, vel damnum dari poſsit, ſi aduerſus ea factum ſit, & homo liber ex ea re perierit cc. ſolidi præſtabuntur: ſi nocitum homini libero eſſe dicatur, quanti bonum & æquum iudici videbitur condemnatur. Cæterarum rerum quantum damnum factúmve ſit, dupli: vt ff. eodem. l. hi enim. §. prim. & l. generaliter. & l. qua vulgò. Item & pro damno poteſt agi vtili actione, de pauperie: vt Inſtitu. ſi quadru. paupe. fedi. §. vltim.

ANNOTATIONES.

a Redhibitoria. Vide text. in l. ſciendum. §. deinde. & ibi not. Albe. de Roſa. & Paul de caſtr. ff. de ædil. edict.

b Actio autem quanto minoris. Vide Pau. de caſt. & Alexand. in l. Iulianus. in apoſtillis. ff de actio. emptio. & in locis ad quę ibi ſe remittit.

* Simplaria. Vide Budæum in l. ſi tamen. 10 fin. ff. hoc eod. titul.

c Redhibitionem. Adde ad reſolutionem huius concluſionis Specul. in titul. de emptio. & venditio §. primo. in verſic. porò. Bald. & doctores in authentic. omnes. in ſi. C. commu. de ſucceſſ. & in l. ſi prædium. in ver. ſed pone ego emi. C. hoc eodem titul. Angel. aret. in §. prætorum. numero 4. cum pluribus ſequent. de iure naturali. vbi colliges multa ad materiam. & vide dominum Alexand. de Imol. in conſilio cxlviii. in ſecundo volumine qui omnia diſcutit.

d Præſtat. Vide extenſe ad omnia iſta loca, ad quæ ſe remittit Albe. de roſa. in rubr. ff. eod. titu.

e Actio. Vide Angel. in l. Iulianus. ff. de actio. empti.

f Familiæ. Vide text. cum ibi ſcriptis per Alb. de roſ. in l. pronuntiatio. in §. familiæ. ff. de verborum ſignifi.

g Familiæ appellatione. Adde text. Bartol. & docto. in l. prima. §. familiæ. ff. de vi & vi armata. & in l. finali. C. de verborum ſignifi. do. Alex. de Imol. in l. pronuntiatio. ff. de verbor. ſignific. Pau. de Caſtr. in conſilio xvii. in primo volumi. text. meliorem de iure in l. ædiles. §. familiæ de ædil. edict. Canoniſtas in ca. cum olim. de arbitris: qui concluſiuè nimia tangunt.

h Actio. Vide plenè per Angel. Aret. & Iaſo. may. in §. penultimo. inſtit. de actionibus.

i Emptori. Adde Barto. in l. & quia. ff de præſcri. ver. & in l. quædam. ff. de edend. Io. de por. in l. ſi id quod autum. ff. de verb. oblig. multa per do. Alexand. & doct. in l. Iulianus. ff. de act. empt.

k Nouitio. Vide ad hoc Bald in l. ſi prædium. C. de ædil. act. do. Alexan. in l. fin. ff. de condict. ob cauſ. doct. in l. prima. C. hoc eodem tit.

l Actio. Et adde in iſta materia redhibitoriæ. quid ſi plura animalia vendiderit vno pretio, an propter vnum morboſum poterunt cętera redhiberi? Item ſi lite pendente in redhibitoria ipſe emptor vendat alij, quid iuris? Item in redhibitoria quęritur quid habeat probare actor. Emptor lite pendente vendendo animalia videtur renunciare redhibitorię cum petitur redhibitio, & debent pręſentari animalia quę aſſeruntur morboſa. In donatione non habet locum redhibitoria. de his omnibus vide elegans conſilium do. Sigonelli de Homodeis Mediolanenſis. in conſil. iiii.

☞ Vel vari. Horum nominum ſi quis veriorem explicationem expetat, conſulat Aul. Gellium. Noct. Attic. lib. 4. c. 2. Budæum in priorib. annotat. cap. primo. hoc tit. Platonem dialog. 7. περὶ νόμων. Prateius.

De monopoliis, & conuentu negotiatorum illicito, vel artificum ergolaborum, necnon balneatorum prohibitis & pactionibus illicitis. *Rubrica.*

1 *Monopolium exercere qui dicantur.*
2 *Monopolium vnde dicatur.*
3 *Pactum quod negotiatores vel artifices inter ſe faciunt, vt non niſi pretio conſtituto ab ipſis vendant, vel operentur, improbatum eſſe.*
4 *Ergolabi qui dicantur.*
5 *Monopolium exercentes qua pœna puniendi ſint.*

QVIA venditores rerum, de quibus dictum eſt, itē artifices, & negotiatores, ſiue ergolabi illicitas ineunt pactiones, ideo de his ponit, prohibendo generaliter omnes illicitas pactiones, & coniurationes quas prædictæ perſonæ faciunt inter ſe. Sed & ſuppo-

1 nit ſpecialiter de quibuſdam prohibitis, puta ne †exerceant monopolium, id eſt, ſingularem negotiationem: quod tunc accidit, cùm inter ſe paciſcuntur, ne aliquem inſtruant in arte ſua: niſi filios, vel nepotes, vel cum aliquo modo per pactū id facere nituntur, vt ſoli commodum alicuius artis, vel nego

2 tiationis ſentiant. †Dicitúrque monopolium à monos quod eſt vnum, & pola quod eſt venditor, vel polium quod eſt venditio: quaſi vno, & certo modo facienda negotiatio, vel venditio. & inde dicitur bibliopola venditor librorum. biblia enim dicitur liber. Item & inde dicitur monopola penultima ſyllaba producta, talis negotiator qui cum aliis pactus eſt. Placentinus autem deriuauit monopolium à monos quod eſt vnum, & polis quod eſt ciuitas. Inde monopoliū, id eſt, vnica negotiatio in ciuitate: & per hoc vetita. inde & monopolis dicitur penul. correpta, qui ſolus vult eſſe in ciuitate emptor,

3 vel vēditor. †Prohibetur & illud pactū quod inter ſe faciunt vendentes, vel negotiatores, ne niſi pretio certo vendant. Idē io balneatoribus, ſi conueniant ne aliter balneent, quàm ea mercede, quam ſtatuerint. Idémque & in locatoribus rerum, vel operarum ſuarum: maximè in ſcriptoribus ſi paciſcantur

4 ne opus ab altero inchoatum alius conſummet. †Ergolabi autem dicuntur quidam operarij operātes in ſtationibus ſuis

☞ ab erga quod eſt opera, & labore. ☞ Debet igitur eſſe cuilibet libera facultas in emendo, & vendendo, vel locando, & conducendo, & circa pretium, & circa mercedem. Iuſtū eſt enim vnicuique ſua committi: etiam ſi Iudæus ſit: vt ſ. de Iudæis. l. nemo. Sed nec ordini ciuitatis grandia pretia licet ſtatuere,

5 vel taxare: vt ff. ad l. Iuliam de annona. l. vlti. Is †autem, qui fecerit monopolium, bonis ſpoliatus perpetuitate damnetur exilij: primates profeſsionum quinquaginta librarum auri pœna mulctantur. Officiales iudicis niſi vetuerint, vel iudici intimauerint, cùm ſciuerint quinquaginta librarum auri pœna feriuntur.

ANNOTATIO.

☞ Et labore. Imò verò ἀπὸ τῶ ἔργῳ id eſt, opus, & λαβεῖν capere, dicitur, & componitur. Nam & ἐργολαβεῖν opus faciendū conducere. Ἐργολάβος operarum conductor, redemptor: quod & imperator Zeno l. prima infrà cod. innuit ſeipſum explicans, dum ait, vel ergolabi, vel operarum profeſſores. Plutarchus in Pericle ἐργολάβος ... Ergolabi dici poſſunt quadruplatores, quæſtui delationes habentes, qui & φιλοπράγμονες. Prateius.

De nundinis, & mercatoribus. *Rubrica.*

1 *Nundinarum cauſa.*
2 *Nundinas impetrantis priuilegium.*
3 *Nundinas adeuntes an conueniendi.*

1 QVIA occaſione †emendi, vendendíque quandoque quis impetrat à principe nundinas, id eſt, vt celebretur generale forum in alicuius villa, vel poſſeſsione, ab omnibus ibidem concurrentibus,

8 ponit de nundinis. Et † eſt ſciendum, quòd ille, qui impetra-
uit ſuper hoc reſcriptum in mercatibus, atque nundinis, ex
mercibus negotiatorum [non] debet conueniri: aut venali-
tiis. vel locorum temporali quæſtui vel commodo, priuata
exactione nullum debet inſequi, nec ſub prætextu priuati de-
biti debet moleſtiam inferre concurrentibus ibidem. Côcur
5 rentes † enim habent exceptionem interim dum ſteterint nû-
dinæ: qui enim impetrauit reſcriptum, debet eſſe côtentus eo
commodo, quod propter forum eius terra impinguatur. Sed
alij in nundinis contrahentes, bene poſſunt conuenire debi-
tores ſuos, quos obligauerunt in nundinis, ibidem habentes
pergulam, vel ſtationem: vt ff. de iudic. l. hæres. §. proinde. &
j. eod. l. j. Qui autem impetrauit reſcriptum ſuper nundinis,
non vtendo eo, amittit nundinas decennio: vt ff. eo. l. j.

De vectigalibus, & commiſsis. *Rubrica.*

1 *Vectigalis debiti occaſione rerum in ciuitatem aduectarum quantitas quæ ſit.*
2 *Legati an & quando teneantur ad præſtationem vectigalis.*
3 *Vectigal quibus ex rebus præſtari non ſoleat.*
4 *Commiſſi quibus caſibus dicantur res ob nô ſolutum vectigal.*
5 *Vectigalia quibus conducenda & quanto tempore.*
6 *Publicani quatenus ob adempta illicite teneantur.*
7 *Commiſsi pœna intra quantum tempus remittatur pupillo.*

NOMINE rerum, quæ vehuntur de vna ciuita-
te in aliam. ſiue ſint emptæ, ſiue quocunque titu-
lo quæſitæ præſtatur vectigal fiſco. & ordini cu-
iuſque ciuitatis, vt duas partes habeat fiſcus, ter-
1 tiam quælibet ciuitas: vt j. eod. l. vlt. † Huius autem vectiga-
lis quantitas eſt octaua. quæ ab omni perſona, milite, vel pa-
gano eſt præſtanda, vſqueadeo, vt nec proficiat reſcriptû cô-
tra hoc impetratum: vt j. eod. l. omnium. & l. ex præſtatione. ſi
2 tamen † legati gentium deuotarum res ex Romano ſolo (le-
ge tamen conceſſas) ad propria deferunt, has habent à præ-
ſtatione immunes, ac liberas. De ſpeciebus verò, quas de locis
propriis vnde conueniunt, huc deportant, octonarij vectigal
3 accipiunt: vt ff. eod. l. à legatis. Sed † ſpeciale eſt in quibuſdam
rebus, ne earum nomine præſtetur vectigal. ſ. quas vehit ali-
quis ad vſum proprium. i. vitæ ſuæ, & familiæ neceſſaria: vt ff.
de vſu & ha. l. ij. §. j. & l. plenum. §. j. vel infert ad fiſcû. vel re-
4 uehit gratia exercendi ruris: vt j. eo. l. vniuerſi. † Committun-
tur autem res in fiſcum propter non ſolutum vectigal: ſi tamê
quinquennio tacuerit fiſcus, & ciuitas, repelluntur à vendica
tione: vt j. eo. l. ij. Item & ſi ſeruus, cuius nomine erat præſtâ-
da octaua, manumittatur ante quæſtionem motâ: non retra-
ctatur ſtatus eius: vt j. eo. l. j. Item committuntur res in fiſcum
propter omiſſam profeſsionem: quia debet quilibet profiteri
tantum ſe debere nomine vectigalis fiſco, & ciuitati. Hæc ta-
men propter omiſſam profeſsionem pœna remittitur militi-
bus: vt j. eod. l. omnibus. Item fit commiſsio propter illicita-
rum ſpecierum tranſuectionem: vt ff. de publica. l. cotem fer-
a ro. §. dominus. Et eſt notandum quòd in fiſco[a] datur rei ven-
dicatio: quia quod commiſſum eſt in eum, deſinit eſſe eius qui
crimen contraxit, dominiûmque rei vectigalis acquiritur fiſ-
b co,[b] & ciuitati: niſi fortè quædam vectigalia in quibuſdâ lo-
cis ſpecialiter deputata ſint principi: vt ff. de publica commiſ-
ſa. & j. eod. l. vlt. item fit commiſsio ex eo, quòd quis emit il-
* licita. Nam ſi quis ſine perſona* mancipium. i. ſalinarum cô-
ductor ſales emere, venderéve têtauerit: ſiue propria audacia,
ſiue noſtro munitus oraculo, ſales ipſi vnà cum eorum pretio
5 mancipibus addicuntur: vt j. eo. l. ſi quis. † Hæc autem vecti-
galia locari poſſunt priuatis: vt non minus quam triennij ſine
locatio concludatur: & ſi fortè plures concurrant, qui velint
conducere penes illum vectigalia, oportet manere, qui ſupe-
6 rior in licitatione extiterit: vt j. eod. l. penes. † De his autem
octonariis, vel publicanis ſi ipſi, vel eorû familia, vel aliquis
eorum nomine, illicitè quid ademerit, tenetur intra annû in
duplum, poſt annum in ſimplum. Item & liberantur à pœna
ſponte rem reſtituendo etiam intra annum: quia eſt in hoc ca
ſu actio in factum arbitraria: de qua plenè tractatur ff. de pu-
blica. l. j. & per totum tit. ſed de ea hoc ſufficiat tetigiſſe, quia
7 nihil de ea tractatur j. eod. † Sed illud noto, quòd pœna cô-
miſsi cuin (?) libet remittitur pupillo, ſi intra xxx. dies vectigal
fiſco perſoluerit: vt de publica. l. Imperatores. poſt xxx. dies
fortè reſtituetur in inte. vt ff. de min. l. ſi ex cauſa. §. penul. &
de publica. §. imperatores.

ANNOTATIONES.

a Fiſco. Vide latiſsimè per Bertachinum in tractatu de gabellis, vbi mul
ta allegat ad hoc.
b Fiſco. Vide ad hoc Bar. in l. commiſſa. circa fi. ff. de publicani. Bal. in l.
fi. circa fi. C. ſi propter pub. penſi. doc. poſt Bar. in l. fi. C. de ſa. ſan. eccl.
Sal. in l. j. C. de vecti.
* Perſona. Vide Alciatum lib. j. prætermiſſ.

Noua vectigalia inſtitui non poſſe. *Rubrica.*

1 *Vectigal nouum quid.*
2 *Vectigal à quo, & cur inſtitui poſſit.*

1 NOVA † vectigalia, nec decreto ciuitatum debent
inſtitui. Idémque & in eccleſiis per conciliû La-
teranenſe: nam eis nouus cenſus nô debet indici.
[Nouum] accipe vectigal, ſiue ſit maius, ſiue ſit
minus. Nam ſi conductor vectigalis auiditate ſua vltra vete-
rem conſuetudinem, & terminos iuſsionis principis aliquid
profligauerit, perpetuo punitur exilio: vt j. eod. l. ij. & l. vlti.
2 † Decreto autem principis[a] poſſet inſtitui nouum vectigal: vt
a j. eo. l. pe. maximè ratione tenuitatis, & paupertatis patriæ, quæ
debet vectigalia: & hoc ipſum debet allegare pauper patria
præſidi prouinciæ, qui re diligenter inſpecta, & vtilitatê cô-
munê intuitus, ſcribat principi, quæ reperit: & princeps æſti-
mabit an, & quatenus ratio patriæ ſit habenda: vt j. eod. l. j.

ANNOTATIO.

a Decreto principis. Vide ad hoc Spec. in tit. de cau. poſ. & propric. §. j.
ver. quid de colligentibus. Bar. Bal. Sali. & doct. in l. fi. C. de vecti. & in
l. publicanus. §. in omnibus. ff. de publ. multa per Paul. de caſt. in côſi.
cxxvij. & do. Alex. de Imo. in conſi. vj. & ſequen. in primo volu.

De commerciis & mercatoribus. *Rubr.*

1 *Negotiatorum ſingularia & generalia. 4. & 6.*
2 *Præſidis prouinciæ officium.*
3 *Iudicis negligentis pœna.*
5 *Barbaris vetita vendentium pœna.*

IN iſto titulo aſsignat quædâ ſpecialia circa ne-
gotiatores pertinentes ad domû principis, qua-
le eſt illud, vt numerus eorum nô extendatur vl-
tra quingentos lxiij. nullique patet copia adden
di hic, immutandíve, id eſt, in defuncti locum ſubſtituendi vl-
tra prædictum numerum, & vſque ad prædictum numerû in
locum defunctorum, ſub præſentia ipſorum corporatorum,
& authoritate præfecti prætorio ſubſtituendi ſunt: vt j. eo. l.
1 pen. † Admonet etiam prædictos negotiatores, vt debitam ſi-
bi penſionem etiam ab hominibus potentioribus (prout ho-
neſtas poſtulat) petant. Idémq; eſt in quolibet alio, qui emo-
lumenta à prædictis negotiatoribus mercando captat. Tole-
rabiles enim ſunt faciendi affatus agnoſcendæ deuotionis, vel
2 debiti: vt j. eod. l. j. Sic & dicit lex † in præſide prouinciæ: vt nô
oſtendat ſe acerbum, vel contumelioſum exactorem: ſed mo-
deratû, & cum efficacia benignum, & inſtantia humanû: nâ
inter ſolertiam incurioſam, id eſt, maximam negligentiam, &
diligentiam non ambitioſam, id eſt, maximam, quam nô con
ſueuerunt habere ambientes honorem, timentes ne aliquem
offendant, multum intereſt: vt ff. de vſur. l. ſi bene collatæ. Po
3 nit † & quædam generalia omnium mercatorum, quale eſt il-
lud, ne pro mancipiis, vel quibuſcunque ſpeciebus Barbaris
præbeant aurum. Nam nobiliores natalibus, & honorû luce
conſpicui, & patrimonio ditiores, pernicioſum mercimoniû
exercere prohibentur, vt inter plebeios, & negotiatores, faci-
lius

4 lius ſit emendi, vendendique commerciū: vt j.eo.l.iij. †Quòd
ſi contra prædicta fecerint, non iam damnis, ſed flagitiis ſub-
iugantur. Et ſi iudex crimen repertum non iudicat, tegere vt
criminoſa conſcius feſtinat. j.eod.l.ij. Nam & canō dicit, ne-
gligere, cùm poſsis perturbare peruerſos, nihil aliud eſt, quàm
fouere. Nec carent ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto
facinori deſinit obuiare: vt ij.q.vij.can.negligere. Et nedum
5 †dare videtur aurum barbaris, vel ad barbaricum transferre
ſolum quis vetatur, ſed etiam præcipitur vt ſubtili ingenio
quis auferat aurum barbaro apud eum inuentum: vt j. eo. Hi
enim barbari erant hoſtes imperij: vt ff.de capti.& poſtli.re.l.
pen.& dolus an virtus ſit, quis in hoſte requirat? vt ff. de cap.
l.nihil.& de dolo.l.j.§.non fuit. ſubiecti enim imperio dicun
tur deuoti, vt ſ.de vect.& commiſ.l.à legatis. Nec in eis obli-
6 gatio debet intelligi eſſe permiſſa. Ponit enim †aliud genera-
le circa mercationes, vt fiant in locis ſtatutis tantum, & nomi
nantur quædam ciuitates. j.eo.l.antepe.& vlti. Sed fortè eſt
intelligendum de mercatoribus imperij, qui nolunt mercari
cum ſubiectis regis Perſarum. Nam (vt dicit) non cōuenit a-
lieni regni arcana ſcrutari. j.eod.l.mercatores. Iſti tamen per
ſe poſtea ſubiugati ſunt Romano imperio: vt in auth. de hæ-
red.& falc.in prin.tit. Si verò mercatores velint negotiari cū
aliis ſubiectis imperio, fortè poſſunt vbique.

De rerum permutatione, & præſcriptis verbis actione. *Rubrica.*

Summarium.

1 *Permutatio quid ſit.*
2 *Permutatio quando pariat actionem.*
3 *Permutatio quando cenſeatur contracta.*
4 *Permutatio quos & quas actiones pariat.*
5 *Actio quæ ex permutatione oritur, quibus detur, & quādo detur, nume.7.*
6 *Actio præſcriptis verbis ad quid detur.*
8 *Permutatio in quibus conueniat cum venditione, & in quibus differat ab ea.*
9 *Contractum aliquem reperiri, qui nec emptio eſt, nec permutatio, & tamen vtrique valde eſt affinis.*
10 *Actionem præſcriptis verbis locum habere in pactis appoſitis incontinenti iuxta contractum, & an tunc ſit bonæ fidei, & in quibus aliis caſibus locum habeat nu ſeq.*
12 *Actio præſcriptis verbis ex quibus contractibus innominatis detur.*
13 *Contractus, do vt facias, qua ratione diſcernatur à contractu, facio vt des.*
14 *Actio præſcriptis verbis, quæ competit ex contractibus innominatis, cui detur.*
15 *Actio præſcriptis verbis ad quid detur, ſeu quæ veniant in eā.*
16 *Actio præſcriptis verbis qualis ſit, & an ſit eadem cum actione in factum.*

DIXIMVS ſ.de contractibus nominatis: ſequi-
tur videre de innominatis. Ex quibus quoniam
transfertur dominium, & paratur iuſta cauſa vſu
capiendi, ſicut ex venditione: prius ponit de eis,
quàm de locatione, quæ nominatus contractus eſt. Et quia
inter contractus innominatos præcipuus eſt contractus per-
mutationis, de illo dicamus, ſcilicet quid ſit permutatio, qua-
liter contrahatur, quæ actiones naſcantur ex ea, quibus den-
tur, & in quos, & ad quid, & quales ſint: nouiſsimè autem ge
1 neraliter dicemus de actione præſcriptis verbis. †Permuta-
a tio[a] eſt vnius rei per alteram præſtatio, & ſtat in generali no
• mine: quippe omnis contractus nominatus, vel innominatus
in larga appellatione poteſt dici permutatio ex quo inuicem
datur, & accipitur: ergo & venditio, & locatio, ſed id ex ino-
pia nominum: quia plura ſunt negotia, quàm vocabula: vt ff.
de præſcrip.ver.l.iiij. Obtinuit vt præfata permutatio quæ
erat olim ante monetam percuſſam in ſpeciebus tantùm con-
trahatur, ſicut & olim cōtrahebatur antequam eſſet pecunia
percuſſa, vel venditio inuenta, ſicque licet hoc nomē permu-
tatio ita cōpetenter declinetur, ſicut & vēditio, & locatio, ta-
men quia latè patet, & nimis eſt incertus, ſecundum ſignifica-
tionem verborum, cōtractus iſte, qui dicitur permutatio, cen-
ſetur innominatus: quia caret nomine certo, id eſt, ſpeciali.
Nam (vt dixi) omnem ſignificat contractum, ex quo quid da-
tur, vel accipitur, ſicut & dicimus in do vt des: vt ff.præſcript.
ver. l.naturalis meus filius, in fin.§.j. Et hæc ratio poteſt aſsi-
gnari, quam quæras ff.eod.l.j.§.item emptio. Interpretatio di-
cit permutationem contractum eſſe innominatum Vel poteſt
alia ratio aſsignari: nam contractus illi duntaxat nominati
ſunt ex quibus ſtatim vt ſunt, naſcitur obligatio, vt vides in
depoſito, commodato, venditione, locatione. [Nam licet in
depoſito, & commodato, locatione, venditione, re,] non con-
ſenſu contrahatur obligatio: tamen ſtatim vt ſunt, pariunt a-
ctionem, id eſt, re commodata, vel depoſita: vt Inſt. quib. mod.
re contra.oblig.§.item is, cui.& §.pen.& ff.de pact.l.iuriſgen-
2 tium.j.reſponſ. Permutationis †autem cōtractus, licet factus
ſit voluntate partium, & ideo hincinde naturalem induxerit
obligationem, non tamen dat actionem: imò exigitur rei in-
teruentus: & tunc non ex rei interuētu, ſed ex præcedenti pa-
cto agitur: vt j.eo.l.ex placito. ſed in depoſito, & cōmodato,
& ſimilib. ex re tradita præſtatur initium obligationi, vt di-
ctum eſt. Ergo ſecundum iſta hodie donatio dicetur contra-
ctus nominatus: quia ex ſolo pacto dat actionē, ſed olim erat
3 contrarium: vt j.de donat.l.ſi quis argētum.§.vlti. †Contrahi
tur permutatio (ſicut placuit ſapientibus) tunc demum quan
do conuenit, vt certa ſpecies detur pro certa: puta ille Stichus
pro Pāphylo. illa turris, pro hoc agro. quod quidem non eſt
lege expreſſum apertè, ſed in id conueniunt: quia quoties de
permutatione loquitur lex, certa hincinde deſignat ſpeciē: vt
j.eo.l.quoniam aſſeueras. Si verò certa pro incerta, vel incerta
pro certa, puta bos in genere, proboue in genere: vel equus in
ſpecie, pro boue in genere, non eſt permutatio, ſed alius con-
4 tractus innominatus do vt des. †Ex permutatione oriuntur
duæ actiones, ſ. præſcriptis ver.& cō.dictio ob cauſam: quæ na
ſcūtur ex pacto permutationis, re ab altera parte ſequuta: an
te enim nulla naſcitur actio, niſi interceſsiſſet ſtipulatio. Sed
cum res ſecuta eſt, non ex re, ſed ex ipſo pacto dicetur eam eſ
ſe natam: vt probatur apertè j.eo.l.ex placito. & ff.de pact. l.
iuriſgentium.§.ſed ſi in alium.in fi. Idem probatur in actione
de peculio: licet enim ſeruus debeat mille, ſi tamen duo tan-
tùm ſint in peculio: ad illa tantum eſt obligatus: vt ff. de pecu
lio.l.quoties.§ ſi ſemel. Quid ergo ſi poſtea augeatur pecu-
lium? adhuc poteſt agere creditor ſerui: vt ff. de peculio. l.
quæſitum.§.is, qui.& vnde agit, vel ex qua cauſa? certè ex ea-
dem cauſa, & ex eodem contractu, ex quo agit primò. Nec
enim aliquis ſani capitis diceret ex incremento peculij no-
uam pari actionem: ſed ex veteri contractu aliquo ſuperue-
niente, agetur dudum, poſtea etiam mille annis tranſactis. Et
prodeſt hoc ad alias opiniones, ſcilicet circa actionem pro ſo
cio, & tutelæ, quæ demum finita tutela, datur ex quaſi con-
tractu dudum antè interpoſito. Sed quidam dicunt eam naſci
durante tutela, non competere tamen niſi ea finita. Lex tamen
contradicit apertè in ff.de tute.& ratio.diſt. l.ſi tutor. §. vlti.
5 & l.ſed non datur. †Dantur autem hæ actiones his, qui pa-
b ctum permutationis nondum veſtiuerunt,[b] rei interuentu.
Hinc eſt, quòd ſi vnus veſtiuit, alter non, ei tantum qui veſti-
uit, dantur: ſicut & infrà in certis contractibus innominatis
6 dicemus. †Competit actio præſcriptis verbis ad intereſſe
[tempore contractus, creſcit enim maximè à tempore moræ
vſque ad ſententiam.] Ideo enim dicitur incerta, quia ad in-
tereſſe quod nondum eſt certum, ſed erit certum per ſenten-
7 tiam, competit. j.eod.l.rebus. Hoc ita, †ſi non detur ab altera
parte, quòd dari debuit, id eſt, ſi non fiat res accipiētis: vt ait
Pedius. Vnde & dicit rem alienam dantem nullam contrahe-
re permutationem: vt ff.eod.l.j.§.vlt.& videtur Pedij ſenten-
tia iuuari ex eo, quod legitur. ff.de condi.cau.da.l.vlt. Domi-
nus tamen Ir.gloſſauit hic, quod Pedius nimis proſecutus eſt,
hoc verbum, ſcilicet quòd res euicta, nondum videtur fuiſſe
tradita. Et ſane poteſt ita diſtingui, vt, re aliena data, interim
donec euincatur, teneat permutatio, [& ſatis ſit interim rem
eſſe traditam, vnde & dicitur permutatio:] vt j.eod.l.j. Inte-
rim ergo non poteſt agi. Sed, re euicta, non videtur tenuiſſe

permutatio: vt ff. de diſtr. pig. l. reſcriptum. §. j. & ideo poteſt agi condictione ob cauſam, ad repetendum quod datum eſt, quaſi nihil ſit ab altera parte datum. Vel etiam aget actione præſcri. verb. ad intereſſe, vt dictum eſt. Vel aget eadem actione vt fiat, quod conuenit: vt probatur j. eod. l. quoniam aſſeueras. Hæc actio præſcriptis verbis bonæ fidei eſt: vt Inſtitu. de actio. §. actionum. Condictio verò ſtricti iuris eſt, ſicut &
b omnes condictiones. † Ex his, quæ dicta ſunt, colligi poteſt,
c in quibus conueniat[c] permutatio cum venditione, vel differat ab ea. Nam vtraque actio bonæ fidei eſt. Ex vtraque paratur cauſa vſucapiendi: Ex vtraque præſtatur euictio. Ex vtraque competit redhibitio: vt ff. de ædil. edi. l. ſciendum. §. pen. Differt ab ea: quia venditio ſolo conſenſu perficitur: permutatio verò re demum ſequuta. Item in permutatione locum habet condictio ob cauſam, in venditione non. Item in venditione alius eſt emptor, alius venditor: in permutatione verò vterque dicitur permutator. Item in venditione vnus cogitur pretium accipientis facere, alter verò cogitur rem facere emptoris. At hic (ſicut Pedius videtur voluiſſe) vterque alterius rem facere tenetur, ſicut dicitur: & notantur optimè prædictæ differentiæ: vt ff. eod. l. j. Illa quoque poteſt dici differētia, quòd in venditione non transfertur dominium re tradita, niſi pretium ſit ſolutum, vel aliter ſatisfactum, ſed ſecùs in alijs contractibus: ergo & in permutatione, vt bene dicitur Inſtitu. de
* rerum diuiſ. §. per traditionem. & §. venditæ. † Eſt tamen notandum, quòd quædam ſpecies contractus eſt valde affinis emptioni, nec tamen eſt emptio: & valde eſt affinis permutationi, nec tamen eſt permutatio. Putà, patruus tuus propoſuerat quandam ſuam poſſeſsionem venalem pro x. deinde pater tuus, hoc audito, dixit fratri ſuo, habeo tale prædium, bene ſufficit tibi pro pretio fundi tui venalis, da mihi tuum, & dabo tibi meum: non enim poteſt dici emptio: quia pretium non fuit expreſſum in certa quantitate: ſed nec permutatio, quia loco prædij data fuit altera poſſeſsio. vnde & vtili
10 actione ex empto agi poſſe puto. † Actio autem præſcriptis verbis locum habet in pactis appoſitis incontinenti in quocunque contractu: vt ſ. de pac. inter emp. l. ij. Solet quæri, an tunc ſit bonæ fidei? & non puto, quia ex omni contractu bonæ fidei naſcitur condictio, quam ſtricti iuris eſſe cōſtat. Hic ergo, licet actio vetus bonæ fidei informetur, non tamen hæc
11 actio præſcriptis verbis, erit bonæ fidei. † Item hæc actio locum habet in omni contractu, vbicunque iuſtè dubitari poteſt, quæ actio detur: nam & domino mercium, ſi incertum ſit vtrum nauem conduxerit, an merces vehendas locauerit, datur actio in factum, id eſt, præſcriptis verbis. Item ſi quis pretij explorandi gratia rem æſtimatam tradat, neque depoſitum eſt, neque commodatum, & dubitari poteſt an ſit vēditio, vel vtrum ſit mādatum: vel ſi ei dederim in mercedem: ob hoc dubitari poteſt an videar ei locaſſe rem vendendam, & ipſe conduxiſſe, an ego videar eius operas conduxiſſe, & ipſe locaſſe: melius itaque viſum eſt hanc actionē proponi. Quoties enim de nomine contractus alicuius ambigeretur, conueniret tamen, æquumve eſſet aliquam actionem dari, datur actio præſcrip. ver. quæ bonæ fidei eſt, cum detur pro æſtimatione: vt inſtitu. de act. §. actionū. Nam cum deficiunt vulgaria, & vſitata nomina actionum, datur præſcriptis verbis ex contractibus. Et eadem datur quoties contractus extiterint: quorū appellationes nullo iure ciuili proditæ ſunt. Natura enim rerum introductum eſt, vt plura ſint negotia quam vocabula: vt ff. de æſtima. act. l. j. & de præſ. ver. l. j. §. vlt. & l. ij. & iij. & iiij.
12 & l. ſi tibi. † Item locum habet in tribus cōtractibus innominatis. ſ. do, vt des, facio, vt facias, do, vt facias: vt ff. de præ. ver. l. naturalis. § j. & ij. & vlti. Ex quarto autē articulo, id eſt, facio vt des, datur actio de dolo: vt ff. de præſ. ver. l. naturalis. §. quòd ſi faciam. Et fortè habet locum hoc cum mihi ex eo quod facio abeſt, & tibi non adeſt: vt quia ſeruum manumit-
d to. Et eſt ratio: quia veſtienti[d] contractum debet dari actio præſc. ver. Veſtire autem dicor, cùm ex eo quod facio, aliquid tibi abeſt: alioquin daretur de dolo: vt ſ. de dolo. l. cùm proponas. & ff. de præſ. ver. l. ſolent. Hæc tamen ratio fallit in facio vt facias, vt ſi de manumittendo conuenit, vt tu manumitteres: vbi dicitur dari actione præſcriptis verbis ad intereſſe, quanti mea intereſt ſeruum habere, quem manumiſi: vt ff. de præſcr. ver. l. naturalis. §. vlt. Sed ibi eſt alia ratio: quia factum erat in obligatione ab alia parte, vnde agitur ad inter-
13 eſſe. † Si quæras quando debeat dici do vt facias, vel è conuerſo? reſpondeo, tunc eſt do vt facias, quando ſcilicet conuenit, vt prius daretur, & poſteà fieret, licet quandoque præueniatur in faciendo: & tunc nihilominus daretur præſcr. ver. vt ſ. de tranſact. l. cùm mota. ſpectatur enim conuentio: licet quidam contradicant, [& ſic omnes naſcuntur,] & ſic om-
14 nes ſequimur nos. Dantur hæ † actiones veſtientibus ipſa pacta: Hinc eſt, quòd ſi vnus veſtiuit, alius non, ei tantùm datur
15 qui veſtiuit, non alij. Venit † in actionem præſcriptis verbis id, omne quod veniret in actionem quæ daretur ex ſimili cōtractu: puta, do tibi rem, vt rem accipiam. Hic veniet id, quod veniret in venditionem: Dedi vt faceres, id veniet quod veniret in locationem: vt ff. depoſiti. l. j. §. in conducto. & de præſc. ver. l. naturalis. §. ſed ſi facio, vt facias, in fi. ibi, quæ actio &c. Veniet ergo intereſſe in actionem iſtam, & dolus, & culpa lata, & leuis, vt venirent in conſimili contracto. Et eſt mirum in his contractibus innominatis, quòd venit intereſſe, licet rem dari ſit in obligatione: vt notabo j. de ſen. quæ pro eo quod intereſt profer. §. vbi autem rem dari. Item venit vt id fiat, quod conuenit: vt ff. de præſc. ver. l. ob eā cauſam. & j. de do. l.
16 legē. † Ciuilis eſt hæc actio præſcriptis verbis, & eadem ipſa ducitur in actum: vt ff. de præſcriptis verbis. l. ſi tibi poliēda. Non tamen omnis actio in factum eſt præſcrip. verbis. ſicut ea quæ de damno dato proponitur, & ex quolibet edicto, vel Interdicto. & locum habet nedum in contractibus, & quaſi, ſed etiam in maleficiis, & quaſi: vbicunque æquitas ſuadet dari ac. vt ff. de præſc. ver. l. quoties. & ideo dicitur eius tenor in multis & variis articulis admiſſus vt ſ. de ſacroſ. eccl. l. ſancimus. Stricti iuris eſt actio hæc, perpetua eſt, perſonalis eſt, & hæredibus competit, & in hæredes: [vt j. eod. cum precibus.]

ANNOTATIONES.

a Permutatio. Vide pulchrè in materia per Pe. de Vbaldis in tractatu de permutatione, quæ habetur poſt tractatum do. Mathesi. de ſucceſsio. ab inteſt.

b Veſtiuerunt. Vide notabiliter per do. Mathesilanum nota. ſuo. x. incip. no. quòd in libello.

c Conueniat. Vide ad hoc Bart. in l. j & ii. C. de re. permu. & in l. prima. ff. eo. tit. Bal. in l. ſciendum. §. emptorem ff. de ædil. edi. & idē in Marga. ver. permutatio. verſi. ii. doct. in rubr. C. de re permutatio.

d Veſtienti. Actio præſcrip. ver. quando detur ex pacto veſtito, vide do. Bartho. Soci. in conſi. ccliii.

* Permutatio eſt. Permutatio ita definiri ſolet, vt ſit vnius rei cum alia vicaria præſtatio. Contrahitur autem ſecundum quoſdam, quādo inter aliquos conuenit, vt certa ſpecies detur pro certa. C. eo. l. quoniam aſſeueras. Permutari poſſunt, quæcunque vendi poſſunt. Sed hoc fallit in eccleſiis, quas & ſi permutare, non tamen vendere licet, extra. de re. permu. ad conceſsionem. Mart.

De locato & conducto. *Rubrica.*

1 *Locatio quid ſit.*
2 *Locator quis dicatur. quis item conductor.*
3 *Locatio quibus modis contrahatur.*
4 *Locare non poſſe prædia militi, vel curiali.*
5 *Locationem fieri poſſe & ad tempus, & in perpetuū, & quid iuris ſit mortuo conductore, vel locatore intra tempus locationis.*
6 *Homo liber an poſſit in perpetuum operas ſuas locare.*
7 *Operas ſuas locans an poſsit præciſè cogi vt operetur.*
8 *Locari quæ opera non ſoleant.*
9 *Salarium aduocati & menſoris qua actione petatur.*
10 *Locationis & conductionis cōtractus quas actiones producat.*
11 *Actio ex locato ad quid detur. ſeu quæ veniant in eam, & nu. 14. & 19. & 28.*
12 *Merces quo tempore debeat à conductore ſolui locatori.*
13 *Locator quando poſsit expellere conductorem.*
14 *Cōductor de quali culpa teneatur, & quibus caſibus, & nu. 17.*
15 *Cuſtodiendum aliquid accipiens certa mercede ſibi conſtituta, an teneatur de leuiſsima culpa.*
16 *Caſus fortuitus an, & quando veniat in actionem locati.*

17 Con

17 *Conductoris culpa qua ſoleant adſcribi.*
18 *Conductoris negligentiam culpa annumerari.*
19 *Conductor qui tempore locationis finitonon reſtituit poſſeſſionem locatori, quatenus ei teneatur.*
20 *Locator vel eius ſucceſſor ſingularis an poſſit propria authoritate expellere conductorem, & an colonum perpetuum, vel eum qui conduxit ad non modicum tempus, & num. ſeq.*
22 *Locationem quandoque ita contrahi, vt reddatur tantundem in eodem genere.*
23 *Conductor an teneatur præſtare culpam eorum, quos induxit in domum ſibi locatam.*
24 *Locatio an & quatenus tacitè cenſeatur repetita ex eo, quòd conductor finito tempore cõductionis remanet in cõditione.*
25 *Conductor vrbani prædij pro quanto tempore teneatur actione ex locato.*
26 *Intellectus ad l. item quæritur. §. fi. circa finem. ff. locat.*
27 *Locator an & quando & quatenus habeat ius hypotheca in rebus à conductore illatis in prædium conductum.*
28 *Conductor qui promiſit ſe opus facturum arbitrio locatoris, quatenus teneatur.*
29 *Actio ex conducto cui detur, & ex quibus cauſis competat, & ad quid, & num. 36. & 39.*
30 *Conductori cui non licet frui re conducta, quomodo conſulatur, & quibus caſibus poſſit eum impunè prohibere locator, quominus fruatur re conducta.*
31 *Locator qui locauit rem alienam, qua non licet conductori frui, an & quãdo, & quatenus teneatur ipſi cõductori eo nomine.*
32 *Conductor rei immobilis ad quid agat contra locatorem.*
33 *Conductor quando poſſit agere ad exonerationem mercedis propter ſterilitatem, & nu. 36.*
34 *Sterilitatem eſſe quando dicatur.*
35 *Sterilitas vnius anni quando poſſit dici compenſata cum vbertate alterius anni.*
37 *Locans paſcua in quibus peſtilentes herba naſcuntur gregibus nocina, quatenus teneatur conductori.*
38 *Intellectus ad l. in operis. ff. locat.*
39 *Locator horreorum quatenus teneatur conductori.*
40 *Conductor an & quatenus tollere poſſit ea, qua adiecit adificio à ſe conducto.*
41 *Locatio & venditio in quibus differant inter ſe.*
42 *Actiones competentes ex locatione & conductione, quales ſint.*

QVIA locatio contrahitur ad ſimilitudinem em-
ptionis: ideo ponit de locato, & conducto. Videa-
mos ergo quid ſit locatio, & conductio, quis di-
catur locator, & quis conductor, qualiter contra-
hatur locatio, in quibus rebus, quæ actiones naſcantur ex lo-
1 catione, quibus dentur, in quos, ad quid, & quales ſint. † Eſt
a autem locatio [a] perſonæ, rei ve ad vſum facta conceſſio,
mercede in pecunia numeranda, & conuenta: alioquin ſi
de te alia danda, faciendave conuenerit, non erit locatio, ſed
innominata forma negotij: ex quo agetur actione incerti, id
eſt, præſcription. verbor. vt ff. communi diuidundo. l. ſi con-
uenerit. & ff. de poſ. l. j. §. ſi quis. Sic ergo dicam dari actio-
nem præſcriptis verbis contra partiarium colonum, vel vti-
lem actionem pro ſocio: vt ff. eod. ſi merces. §. Vis maior. verſ.
2 apparet. Locator † ergo dicitur, qui eo, quod ſuum eſt, alium
vti permittit, conuenta mercede: conductor verò è conuer-
ſo, qui eo, quod aliorum eſt vtitur, conuenta mercede. Ergo
ſi domum haberem, & te, conuenta mercede, inhabitare per-
mitto, tu conductor, ego locator dicor: [vt ff. eod. l. ſi tibi. &
l. cum fundus. & j. eod. l. ij. & l. nemo. & l. conductores alie-
narum.] Tu quoque ſi operis tuis, mercede conuenta, in te
mea vtaris, diceris locator operarum tuarum, & ego earun-
dem conductor: [vt ff. eod. l. qui operas.] Si verò tibi opus
faciendum mercede conuenta dedero, reſpectu operis ego lo-
cator: tu verò conductor diceris: [vt ff. eod. l. item quæritur.
§. j. & §. ſi gemma. & §. ſi fullo. & l. opus. & quandoque dice-
ris redemptor: vt ff. eod. l. qui inſulam. §. qui ædem. & l. ea le-
ge. §. vlt. & infrà eod. l. ſi hi. & hæc eſt emptio mirabilis in pe-
cunia, & opera cum ſumptu.] ſed reſpectu operæ è conuer-
ſo eſt: ſæpe tamen vnum pro alio ponimus: vt ff. de actio. emp.

3 l. veteres. † Contrahitur locatio quibuſcunq; modis contra-
hitur emptio: quia ſimillimi ſunt contractus, & eiſdem iuris
regulis conſiſtunt, l. ij. in princip. ff. eod. Adeò familiaritatem
aliquam habere videntur: vt in quibuſdã caſibus ſoleat quæ-
ri, vtrùm ſit venditio, an locatio: vt ecce. Conuenit mihi cum
artifice. artifex pro trecentis, vt ex auro ſuo faceret mihi annu
los certi ponderis, certeque formæ: & magis placet venditio-
nem eſſe, quòd ſi ego aurum dedero, mercede pro opera con
ſtituta, locatio eſt: §. adeò. Inſt. eod. tit. Ergo quæcunq; dixi-
mus in venditione de conſenſu, & de rebus, & de pretio, ea-
dem & hic in rebus locatis, & conductis, & de conſenſu, & de
mercede dicta intelligantur. Non enim propriè hic dici po-
teſt pretium, licet quandoq; pretium ponatur pro mercede:
vt ff. eod. l. qui inſulam. §. qui ædem. eo excepto, quòd ſeruitu-
tes prædiales locari non poſſunt: vt ff. eod. l. locare ſeruitu-
tem, licet certum ſit eas poſſe vendi. Perſonales autem ſeruitu
tes locantur, vt vſusfructus, vt diximus ſ. de vſufruct. Item,
4 † notato eo, quòd militi, vel curiali, prædia quis locare non
poteſt: nec aget ex locatione, niſi credebat militem, vel curia
lem eſſe paganum, vel priuatum. Et ratio eſt, quare locatio
non teneat, ne amiſſo armorum vſu, ad opus rureſtre ſe confe
rant: vt infrà eod. l. curialis. & l. milites. & l. vlti. & ff. eod. l. ſi
5 ignorans. † Porrò ſciendum eſt locationem & ad tempus, &
b in perpetuũ fieri poſſe, [b] vt ff. ſi ager vectig. l. j. & ij. Si moria-
tur conductor intra tempus conductionis, hæredes ſucce-
dunt in conductionem rei corporalis, ſed non in conductio-
nem vſusfructus: vt j. eo. l. viam. & ſ. de vſufruct. l. ſi domina.
Item morte locatoris non extinguitur locatio: niſi ego loca-
uerim tibi quoad vellem. Nam finitur locatio morte mea: vt
c ff. eo. l. iiij. In rebus tamẽ eccleſiaſticis fortè fiet locatio [c] vſq;
ad triginta annos, cùm dicat lex eam fieri in perpetuum. Vel
fortè ita eſt accipiendũ in perpetuum, id eſt, per omnia ſecu-
la, ſine præfinitione temporis: vt diximus ſ. de ſacroſanct. ec-
cle. A vaſallis autem per conſuetudinem regni fit vſque ad
6 viginti annos, & dicitur libellus. † Conſueuit quæri vtrum
liber homo in perpetuum poſsit operas ſuas locare, & fertur
Irnerũ dixiſſe, quòd non: quia ius libertatis infringi videtur,
argum. ff. de conditio. & demonſtratio. l. Titio. §. ij. Sed puto
contrarium: quia poteſt liberari præſtito intereſſe, vel facien-
do per alium æquè bonum artificem, cùm non ſit actum ſpe-
cialiter vt fiat per eum: vt ſ. de ſacroſanct. eccleſ. l. quiſquis. &
l. ad ſimilitudinem. & infr à de caduc. tollen. l. vnic. §. ne au-
7 tem. & ff. de ſolu. l. inter artifices. † Si quæras, an quis poſsit
cogi præciſe operari? reſpondeo, poteſt. & in hoc omnes do-
ctores Bononiæ conſenſerunt. Ad tempus verò certum eſt o-
8 peras poſſe locari: vt j. eod. l. ſi hi, contra quos. Item † ſcien-
dum eſt quaſdã res eſſe, quæ locari dedignantur: ſicut eſt mẽ-
ſoris opera, & id quod datur etiã in quantitate, non merces,
ſed honorariũ appellatur. Idemq; & in aduocato, quod ergo da-
tur aduocato dicetur ſalarium, vel honorarium: fortè & di-
cetur ſuffragium: vt diximus ſ de ſuffrag. & probatur. ff. ſi
menſor fal. mo. dixe. l. j. § ideo autẽ. Idemq; & in opera pro-
9 xenetæ: vt ff. de proxene. l. ij. † Qualiter petatur aduocati ho
norarium, diximus ſ. de ſuffra. Menſoris autem ſalarium pe-
tetur actione in factum. Eſt & aliud factum quod non ſolet
locari: vt ſi dedero tibi pecuniam, vt ſeruum manumittas: vt
10 ff. de præſer. ver. l. naturalis. §. at cùm do. † Ex locatione au-
tem, & conductione naſcuntur actiones duæ. id eſt, actio ex
locato quæ datur locatori, & actio ex conducto quæ datur
11 conductori. Et primò † videamus de actione ex locato, quid
in ipſam veniat. Et quidẽ in primis veniet merces ſoluẽda. Itẽ
& venient ea, quæ conuenerunt in locatione: vt j. eo. l. legem,
& ff. eod. l. ſi in lege. §. ſi domus. & l. dominus. §. vlti. Vnde &
in locatione, ſi colonus accipiat inſtrumentum fundi æſtima-
tum, id videtur actum eſſe, vt ſit emptum: ſicut fieret cùm quid
æſtimatum daretur in dotem: vt ff. eo. l. cùm fundus. & l. quæ-
ro. §. vlt. Poſſunt & alia exẽpla notari in pactis: vt probatur.
12 ff. eod. l. item quæritur. §. ſi in lege. & l. ea lege. † Quo autem
tempore merces debeat ſolui quæritur: & quædã leges viden
tur velle, quòd in principio ſit ſoluẽda. Vnde & dicitur inqui
linum poſſe expelli, niſi ſoluat penſionẽ: vt ff. eo. l. iij. Quidam
dicunt quòd in medio, ſicut dicitur in ſalario, quod ſiccus dat

ſuo patrono: vt ſ. de aduo. diuer. iudi. l. per hanc §. ſexcenti aũt
aurei. Quidam quod in fine, ſicut & cùm aliquid debetur in
diem: vt ff. de verb. obl. l. qui hoc anno. & ff. de migrando. l. j.
§. ſi penſio. Ego puto id ſeruari debere quod actum eſt. Quòd
ſi id non appareat, ſeruabo morem regionis. Sed ſi is non ap-
pareat (quia varius eſt) ad id quod minimum eſt, erit hæc
cauſa reducenda, id eſt, vt exigatur in fine anni tantùm: vt ff.
13 de reg. iur. l. ſemper in ſtipulationibus. Licet ergo † dominus
non poſsit exigere antè, tamen ſi inquilinus vltro non ſatiſ-
faciat ei, poterit ipſum dominus impunè expellere: maximè
lapſo tempore penſionis ſoluendæ. Hinc eſt, quod etſi loca-
tor promiſerit pœnam, ſi expellat conductorem, ineſt condi-
tio, ſi conductor ſoluat penſionem: vt ff. eo. l. quæro. §. inter lo
catorem. Sed ſi inquilinus paratus ſit ei ſatisfacere, domino
poterit reſiſtere. Eſt & illa cauſa expellendi inquilinũ, ſi do-
mum ſibi eſſe neceſſariam probauerit dominus, vel ſi domum
corrigere, vel reficere neceſſariò voluerit dominus, vel ſi in-
14 quilinus malè verſatus eſt in re locata, j. eod. l. ædem. † Item
d venit in locati actionem [d] dolus, & lata culpa, & leuis, condu
ctoris: vt infrà eod. l. in iudicio. Singulos tamen caſus, in qui-
bus admittitur culpa, non expedit enarrare, nec ego conſue-
ui: ſed digniores proponam caſus. Ecce enim conductor om-
nia debet facere ſecundum legem coductionis, & ante omnia
debet curare, vt opera ruſtica ſuo quoque tempore faciat, ne
intempeſtiua cultura deteriorem fundum faceret. Præterea
curam villarum debet gerere, vt eas incorruptas habeat. Item
annumeratur eius culpæ, ſi propter inimicitias (ſubaudio co-
loni culpa exortas: vt ff. ſolu. matrimo. l. in his. primo reſpon-
ſo:) ſi vicinus eius arbores exciderit. Ipſe quoq;, ſi excide-
rit, non ſolum ex locato tenetur, ſed etiam ex lege Aquilia, &
arborum furtim cæſarum, & interdicto quod vi, aut clam:
ſed facta exactione per vnam, repellitur dominus in altera: vt
ff. eod. l. ſi merces. §. conductor. & §. culpæ. & l. ſi vulnerauc-
ris. Item & qui conduxit columnam tranſportandam, ſi ea
dum tollitur, vel portatur, vel reponitur deteriorata, fractave
ſit, præſtat eius periculum, ſi ſua culpa, vel eorum quorum vti
tur opera, id acciderit. Abeſt autem culpa, ſi omnia ſunt fa-
15 cta quæ diligentiſsimus quiſque obſeruaturus fuiſſet. † Idém-
que & in doliis, & tignis, vel cæteris rebus tranſportandis: vt
ff. eo. l. ſi merces. §. qui columnam. Et dixerunt quidam ſpe-
ciale eſſe in his rebus, quæ portantur, vt veniat leuiſsima cul-
pa. Vel fortè illud ſuperlatiuum, diligentiſsimus, ponitur pro
poſitiuo. certum eſt enim quòd iſte contractus vtriuſq; cele-
bratur gratia: leuem tamen debet coërcere culpam: vt Inſtit.
quibus modis re contrah. ob. §. vlt. Vel eſt intelligendũ de eo,
qui diligentiſsimus erat in ſuis. Idemq; dico in eo, qui accepit
mercedem pro cuſtodia alicuius rei. Nam periculũ præſtatur,
quod contingit propter cuſtodiã non adhibitam. De damno
tamen ab alio dato, non tenetur, qui debuit cuſtodire, qua e-
nim cuſtodia potuit conſequi ne damnum iniuria dari poſ-
ſit? Si tamen poneres cuſtodiri potuiſſe, ne damnum daretur,
dicam teneri eum, qui debuit cuſtodire: vt ff. eo. l. qui merce-
dem. & l. ſed de damno. Ioann. tamen videbatur velle venire
leuiſsimã culpam, vbi quis nominatim accepit mercedẽ pro
cuſtodia, quod ſatis dici poteſt: vt Inſt. de contrah. emptio. §.
16 quòd ſi fugerit. † Caſus autem fortuitus non venit in actio-
e nem iſtã: niſi vel ſpeciale pactum [e] fiat, vel ipſum caſum præ-
cedat mora, vel culpa: vt ff. eo. l. ſi merces. §. vis maior. & l. vi-
deamus. §. ſi hoc. & §. vlt. & l. ſi quis fundũ. primo reſponſo. &
§. j. & l. Martius domum. & l. vltim. & vt diximus ſ. in act. de
poſiti & commodati. Culpæ autem conductoris etiam ſæui-
tia annumeratur: vt ſi ſutor puero parum benefacienti forma
calceitã vehemẽter percuſſit ceruicem pueri, vt ei oculos ef-
fuderit: quãuis enim magiſtris leuis caſtigatio ſit conceſſa, ta-
men hic modum non tenuit: ff. eod. l. item quæritur. §. item Iu
lianus. Itẽ culpæ annumeratur imperitia: puta, ſi quis vitulos
paſcendos, vel quid ſarciendũ poliendumve conduxerit, vel
gemmã includendam, vel inſculpẽdam, ex locato actio erit.
Sed ſi gẽma materiæ vitio fracta ſit, nõ tenebitur conductor:
niſi periculum, id eſt, caſum fortuitum in ſe receperit artifex:
ff. eo. ſi quis fundum. §. Celſus. & l. item quæritur. §. ſi gemma.
17 Item † culpæ annumeratur error conductoris: vt ecce fullo
pallium permutauit, & alij dedit pallium alterius. Cum enim
errauerit in facto ſuo, non eſt error probabilis. Itẽ negligen-
tia cõductoris annumeratur culpæ: vt ſi acceperit veſtimenta
poliẽda, & ea mures roſerint, quia debuit ea ab hac re cauere:
vt ff. eo. l. item quæritur. §. ſi fullo. & §. ſi pallium. & ad Vellei.
l. quanquã. Item ſi conductor corpus ſibi locatum, vel ius he
ri deterius patiatur: vt ff. eo. l. videamus. §. itẽ proſpicere. Dare
enim debet operã, ne res lædatur, vel cædatur, vel vratur, vel
ſuccidatur arbor ex ſylua, maximè ſi dictum ſit, ne ſyluanus
18 patiatur talia fieri: vt ff. eo. l. in lege locationis. Itẽ † annume
• ratur culpæ intẽperantia conductoris, ſicut eſſiarius, • id eſt,
carrucarius dũ cæteros trãſire cõtendit, eſſium euertit, & ſer-
uum caſſauit, vel occidit, tenebitur ex locato. debuit enim
tẽperare curſum, & voluntatẽ ſuam: vt ff. eod. l. item quæritur
primo reſponſo. Item annumeratur culpæ negligẽtia condu-
ctoris: nam ſi, exercitu veniẽte, migrauit cõductor, deinde ex
hoſpitio milites feneſtras, & cætera ſuſtulerũt, tenebitur con
ductor, ſi potuit reſiſtere exercitui, vel ingredientibus domũ:
aut domino potuit denuntiare. Si verò neq; reſiſtere, neq; do
mino potuit renuntiare, non tenebitur: vt ff. eod. l. item quæri
tur. § exercitu. Item temeritas conductoris annumeratur cul-
pæ: vt ſi conduxeris merces meas vehendas in nauicula tua, &
poſteà, me inuito, vel non idoneo tempore, vel in nauem non
19 idoneam tranſtuliſſet: vt ff. eo. l. item quæritur. §. j. Item † ve-
nit in actionem iſtam reſtitutio rei locatæ, finito tempore lo-
cationis. Et ſiquidem conductor culpa ſua non reſtituit poſ-
ſeſsionem, tenebitur locatori ad intereſſe: vt ff. eodem, l. vi-
deamus. §. qui vinum. Si autem per contumaciam non reſti
tuat, iurari poteſt contra eum in litem: vt ff. eo. l. ſi cui. §. j. quia
hæc actio bonæ fidei eſt: vt ff. de in litem iurand. l. in actioni-
bus. Item agi poteſt condictione ex lege ad reſtitutionẽ poſ-
ſeſsionis: & ſiquidem conductor vſq; ad definitiuam ſenten-
tiam litem expectauerit, non ſolùm rem locatam, ſed etiam æ-
ſtimationem eius locatori præſtare compellitur: vt infrà eo-
20 dem, l. ſi quis conductionis. & l. conductores. † Item loca-
tor, vel ſingularis eius ſucceſſor: vt emptor, cui credidit: au-
thoritate ſua poteſt expellere conductorem. Nec enim poſ-
ſidet conductor temporalis, imò dominus videtur poſſide-
re: vt ff. eodem, l. cum in plures. §. hæredem. & de acquirenda
poſſeſsio. l. qui vniuerſas. §. quòd per. & infrà eodem, l. em-
ptorem. Si tamen conductor interuerteret poſſeſsionem, non
liceret domino eum repellere, niſi incontinenti. Alij verò
aiunt etiam mandato conductoris non liceret domino eum
repellere, ſcilicet, cui vendidiſſet: ſed nondum tradidiſſet lo-
cator: vt ff. de vi & vi arma. l. colonus. & l. cum fundum.
21 † Colonus autem perpetuus, vel qui conduxit non ad modi-
f cum tempus, non poteſt impune expelli: [f] cùm habeat ius in
re, & naturalem poſſeſsionem: vt ff. ſi ager vectiga. l. j. & l. ij.
& de ſuperficiebus. l. j. §. prim. & infrà de fund. pat. l. iube-
22 mus. † Quandoque tamen (quod notabile eſt) agit loca-
tor, vt reſtituatur tantundem ſibi in eodem genere. Rerum
enim locatarum duo ſunt genera, vt aut idem reddatur: ſicu-
ti cum veſtimenta curanda fulloni darẽtur: & tunc habet lo-
cum regula, quæ dicit, non ſolet dominium mutare locatio:
vt ff. eodem, l. non ſolet. Aut locantur aliqua, vt reddantur
• eiuſdem generis: veluti cum argentum poſtulatum, • id eſt,
purgatum, & puſillum factum propter putredinem detra-
ctam daretur fabro: vt ex eo, vel quolibet argento vaſa fie-
rent: aut daretur aurum, vt fierent annuli. Igitur ex ſuperiore
caſu res domini manet: ex poſteriore in creditum itur. Idemq;
eſt in depoſito, ſi quis pecuniam numeratã ita depoſuiſſet, vt
neque clauſam, neq; obſignatam traderet: ſed annumeraret.
Depoſitarius enim nihilominus aliud, niſi tantundem pecu-
niæ ſoluere tenetur: vt ff. eo. l. in naue: & vt diximus ſ. depoſi-
ti. Sic & è conuerſo quandoque conductor transfert domi-
nium in locatorem: vt ſi tibi inſulam fulciendam locauero, vt
tua impenſa omnia facias, proprietatem quidem eorum ad
me transfers: & tamen locatio eſt. Locat enim artifex ope-
ram ſuam, id eſt, faciendi neceſsitatem: vt ff. eod. l. item ſi pre-
23 tio. §. cum inſulam. † Item in actione ex locato venit nedum
dolus, & culpa cõductoris, ſed etiam eorum, quos conductor
induxerit in rẽ ſibi locatam, ſiue ſint liberi, ſiue ſint ſerui ſui,
vel

vel alieni. Nec liberatur noxæ deditione, vel actionum ceſ-
ſione: ſi culpam in his deducendis admiſit: vt ff. eod. l. videa-
mus. eſt enim mala electio in culpa, vt alias ff. ſi menſor falſ.
mo. dixe. l. vltim. §. j. & ff. de negot. geſt. nam etſi Seruius. §. vl.
[Illud ſciendum eſt hanc actionem non impediri ex remiſ-
ſione mercedis: vt ff. eod. l. ſi tibi.] Item ſciendum eſt hanc a-
ctionem proponi propter locationem expreſſam. Item pro-
g pter tacitam, g & repetitam. Qui † enim impleto tempore
24 conductionis fortè anni, vel maioris, vel minoris temporis
remanſit in conductione, videtur reconduxiſſe in anno, quo
tacuit: non etiam in ſequentibus annis, & ſi luſtrum fortè ab
initio fuerit conductioni præſtitutum: ſed & ſi ſecundo quo-
que anno poſt finitum luſtrum, nil fuerit contrarium actum,
eadem locatio in illo anno videtur permanſiſſe: hoc enim ip-
ſo quòd tacuit videtur conſenſiſſe. Et hoc deinceps in vno-
25 quoq; anno obſeruandum eſt circa ruſtica prædia. † In vr-
banis autem prędiis alio iure vtimur: vt prout quiſque inha-
bitauerit, ita & obligetur: niſi in ſcriptis certum tempus con-
ductionis comprehenſum eſt: vt ff. eod. l. item quæritur. §. vlt.
26 † Hæc autem verba, prout quiſque inhabitauerit, tribus mo
dis poſſunt exponi. Primò vt teneatur ex prima habitatione
tantum, vel ex primo tempore conuento tantùm, vt ſic in il-
lud tempus videatur reconduxiſſe. Secundò vt videatur re-
conduxiſſe in id tantùm tempus, quo inhabitauit poſteà. Ter
tiò, vt videatur reconduxiſſe in id totum tempus quo inha-
bitauit ex prima conductione. Item illa exceptio, vbi in ſcri-
ptis, quatuor modis poteſt intelligi. Nam ſi verba præceden-
tia aliquo de tribus modis exponantur, alij duo modi poſ-
ſunt aſſumi in excipiendo, & ſi ille idem modus prætermit-
tatur, & alius aſſumatur, prætermiſſus cum reliquo poterit
aſſumi in excipiendo. Quarto etiam modo poſſunt exponi,
ſcilicet, quãdo in ſcriptis certum tempus comprehenſum eſt,
idem fit & in ruſtico. Fit autem hæc nouatio tacita ita de-
mum, ſi dominus ſanæ mentis erat: nam ſi cœperit furere, non
27 redintegratur locatio: vt ff. eod. l. qui ad certum. † Habet e-
tiam dominus ex locatione ius hypothecarum, & ſi quidem
locetur vrbanum prædium, res inductæ, & illatæ etiam do-
mino ignorante pignoris iure tenentur. Ea verò quæ in ru-
ſticum prædium locatum inducuntur, ita demum tenentur, ſi
voluntate dominorum fuerint inducta: vt infrà eo. l. certi. Si
verò primus conductor alij locauerit, quod poteſt: vt j. eod. l.
nemo prohibetur. res poſterioris conductoris domino tenen
tur, non ad vniuerſam penſionem qua tenetur primus condu
ctor ſuo locatori, ſed ad eam, qua ipſe tenetur primo condu-
ctori: vt ff. eod. l. ſi in lege. §. ſi colonus. & de pign. acti. l. ſolu-
tum. §. ſolutam. vel fortè in ruſtico prædio non obligãtur do-
mino res poſterioris conductoris: ſed in vrbano contra. Vbi-
cunque autem dixi s. tacitè renouari conductionem, ibidem
renouatur ius hypothecarum, ſi erant conductoris. Nam ſi e-
28 rant alterius, neceſſarius erit nouus conſenſus eius: vt ff. eod.
item quæritur. §. vlt. & infrà eod. l. ſi cum. † Venit etiam in
actionem locati, vt fiat opus arbitrio locatoris, ſi hoc eſt in
actione expreſſum, & tunc arbitrium domini pro viri boni
arbitrio eſt accipiendum: vt ff. eod. l. ſi in lege. Si ergo erat
opus approbandum, & dominus improbauit, non tenebitur
conductor. Idémque ſi opus approbandum, antequàm ap-
probaretur, vel reprobaretur, vi aliqua ſit conſumptum: vt
ff. eod. l. ſi prius. Sed ſi non erat approbandum, dominus ta-
men approbauit, non tenetur ei conductor. Item ex tunc de-
ſinit periculum pertinere ad cõductorem, ex quo ſteterit per
dominum, quo minus approbaret, vel improbaret opus. licet
conductor in ſe periculum operis receperit: vt ff eod. l. opus,
quod auerſione, & l. ea lege. §. vltimo. & l. cùm in plures. §.
29 iij. † Ex conducto actio datur conductori h alicuius corpo
h ris, & competit ex his ferè cauſis: vt putà, ſi re, quam condu-
xit non liceat ei frui, fortè quia poſſeſſio totius agri, vel par-
tis eius, non præſtatur conductori, aut villa non reficitur, aut
ſtabulum, vel locus, vbi greges eius ſtare oporteat. Vel ſicut
in l. lege conductionis conuenerit, ſi hoc nõ præſtatur, ex con
30 ducto agetur: vt ff eod. l. ex conducto. Sed † hunc articulum,
i cùm cõductori non licet frui i re cõducta, plenius proſequa-
mur. Et certè diſtinguẽdum eſt, vtrum conductor prohibea-
tur à locatore, vel ab eo quem locator prohibere poteſt, at ab
extraneo, quem dominus prohibere non poteſt. In primo ca-
ſu tenetur locator ad intereſſe: in quo intereſſe etiam lucrum
conductoris continebitur, ſcilicet, quantum per ſingulos an-
nos compendij facturus erat conductor: nec liberatur loca-
tor ab intereſſe, ſi prohibuit in primo anno, vel in principio
conductionis, & poſteà ex interuallo, vel in ſecundo, vel in
tertio anno patitur frui conductorem. Sera eſt enim patien-
tia fruendi, quæ offertur eo tempore, quo frui colonus aliis
rebus illigatus non poteſt: & ſi paucis diebus prohibuit, &
deinde pœnitentiam agit, omniáque colono integra ſunt, ni-
hil ex obligatione paucorum dierum mora minuet: vt ff. co-
dem, l. ſi fundus quem mihi. ibi: nam & ſi colonus tuus, &c.
& l. ſi in lege. §. colonus. & §. item ex conducto vtiliter. In
caſibus tamen, vt ſuprà notauimus, impunè poteſt locator
expellere conductorem, & in eiſdem caſibus locator tenebi-
tur ad exonerationem mercedis pro rata. Idémque eſt & v-
bi locator neceſſariò reficit rem locatam. Si verò volunta-
riè reficiat, tenetur ad intereſſe: vt ff. eodem, l. ſi fundus.
§. vltim. & l. qui inſulam. primo reſponſo: & l. hæc diſtin-
ctio. Si autem conductor non prohibetur à locatore, vel eo
quem ipſe prohibere poteſt, ſed ab extraneo, quem pro-
31 hibere non poteſt, diſtingue † Vtrùm locator ſcienter loca-
uerit rem alienam, in quo caſu tenetur ad intereſſe, niſi con-
ductori aliquid poſſit imputari, ſcilicet, quòd debuit pro-
ſpicere hoc poſſe euenire, quod ab alio prohiberetur: putà,
ſi vſufructuarius fundi, quaſi fructuarius mihi locauit fun-
dum in quinquennium, & deceſſit intra quinquennium.
ſecus ſi locaſſet mihi, vt dominus, aut locauerit bona fide
mihi, vel credens rem eſſe ſuam, in quo caſu tenetur loca-
tor ad exonerationem mercedis pro rata: vt ff. eodem, l. ſi ti-
bi alienam. & l. nos videamus. & l. ſi quis domum. & l. ſi vno.
32 §. planè. & l. ſi fundus. & l. & hæc diſtinctio. † Item in re im-
mobili conducta agit conductor contra locatorem pro in-
ſtrumentis agri: dolia ergo præſtanda ſunt colono, & prælum
• quo premitur fructus fundi, & trapeta • funibus inſtru-
cta. & trabibus, & prelum & trapetum vitiatum debet refice-
re dominus. Quod ſi culpa coloni eorum quid corruptum ſit,
debet dominus reficere. Vel ſi ager his inſtrumentis non ſit
inſtructus, dominus debet inſtruere. Fiſcos autem quibus ad
premendam oleam vtimur, colonus ſibi debet parare. Quod
ſi regulis olea prematur, & prelum, & ſuculam, & regulas, &
tympanum, & trochleas, quibus releuetur prelum dominum
præſtare oportet. Item ahenum in quo oliua calida lauare-
tur, & cætera vaſa olearia dominum præſtare oportet, ſicuti
dolia vinaria. quæ ad præſentem vſum pertinent, colonum
præſtare oportebit, & hæc omnia ſic ſunt accipienda: niſi
quid aliud ſpecialiter actum ſit: vt ff. eodem. ſed addes. §. il-
33 lud. † Item agit conductor ad exonerationem mercedis pro-
• pter ſterilitatem: • niſi præſentis anni ſterilitas propter præ-
cedentis, vel ſequentis anni vbertatem ſit recompenſata: vt
infrà eodem. l. licet. & l. excepto. & ff. eodem. l. ex conducto. §.
ſi vis. & l. ſi vno. Quæritur autem quando dicatur ſterilitas?
k k Et dicunt quidam † tunc, quando ſemen non eſt inde per-
34 ceptum: vt ff. eodem. l. ex conducto. §. ſi vis. ibi, ſed & ſi labes,
&c. & l. ſi vno. §. vbicunque. Ioann. autem intelligit ſterilita-
tem ſecundum vulgi opinionem, ſcilicet quando dicunt homi
nes malum tempus fuiſſe in hoc anno propter fructus. Et hoc
totum exaudi in ea ſterilitate, quæ contingit caſu fortuito:
nam ſi cõtingat caſu conſueto, vel ex vitio, vel etiam ex debi-
litate rei. nulla fit remiſſio: vt ff. eod. l. ex conducto. §. ſed ſi
vredo. & §. vltim. & l. ſi vno. §. cum quidam. Quod dixi in
ſterilitate, ſeruatur, etſi ager terræmotu ita corruerit, vt nuſ-
quam ſit, vel ſi per incurſum hoſtium fructus ſit amiſſus. Se-
cus autem ſi per laſciuiam exercitus præteriens aliquid abſtu-
35 lerit: vt ff. eod. l. ex conducto. §. j. & pen. Item † dicunt qui-
dam recompenſari ſterilitatem, quando bis tantum habuit,
quàm ſolitus erat habere: vt ſi ſolitus erat habere viginti, ha-
bet quadraginta. Ioannes verò dicit, tunc quando tantum ha-
buit in ſequẽti, quanti compẽſatione facta neuter annus dica-
tur ſterilis: vt ſi ſolitum erat habere triginta corbes, ſi haberẽ
tur quindecim tãtùm, non erat ſterilis: & ſi in vno anno nihil

habitum eſt, in ſequenti autem habita ſunt triginta, ecce recompenſata eſt ſterilitas præcedentis anni. & ideo peteretur
merces, & huius anni, & præcedentis, in quo locator remiſerat
mercedem, etiã ſi in remittendo vtatur locator verbo, do
nationis. Si autem primus annus fuit fertilis, & ſecundus ſte-
rilis, ſimiliter cõpenſatur hæc ſterilitas cum præcedenti vber-
tate. Vnde ſi locator per errorẽ huius anni remittat mercedem
ſuccurrendum eſt ei: quia per errorem remiſit indebitum: ſe-
cus ſi locator ſciret præcedentis anni vbertatem, & remitten-
do non errauit in iure: vt ff. eod. l. ſi vno. Loquor autem de eo
colono, qui nummis colit. Partiarius enim colonus, quaſi ſo-
cietatis iure damnum, & lucrum cũ domino fundi partitur:
36 vt ff. eod. l. ſi merces. §. apparet. Sicut † autem dixi remiſſio-
nem fieri mercedis pro rata propter ſterilitatem, vel terræmo
tum, vel incurſum hoſtium, ita & fiet propter caſum incẽdij,
vel propter quemlibet alium caſum fortuitum, quo condu-
l ctor frui non potuit corpore conducto: vt ff. eo. l. ex cõducto.
§. cùm quidam. & l. qui inſulam. §. ædilis. vel propter neceſſa-
riam refectionem rei: vt diximus. Si tamen conductor ruſtici
prędij, vel vrbani paulominùs commodè aliqua parte prædij
vteretur, nõ ſtatim deductio fiet de mercede, ſed tũc demum
fiet quando magno incommodo afficitur conductor: vt ff. eo.
l. habitatores. & l. ſi merces. §. ſi vicino. Et ita patet ex his ca
ſum fortuitum locatori corporis nocere in mercede, ne ha-
beat eam, niſi pro rata. Secùs autem video in eo, qui locat ope
ras ſuas tantùm, vel locat rem, & operam: vel accipit ſperiem
ex innominato contractu, vt aliquid faciat. Nam ſi caſu for-
tuito impediatur: vel in ſua, vel in alterius perſona, vel quo-
modocunq; cõtingente: nihilominus mercedẽ totam, vel con
uentam rẽ poteſt proſequi: niſi culpa, vel mora poſſit ſibi im
putari: vel niſi obijciatur ei, quòd eo tempore, quo nõ potuit
operari vni, alteri eſt operatus, à quo debet habere mercedẽ.
Leges enim in hoc videntur conſonare, & circa ſalaria aduo-
catorum, & circa mercedes operariorum, & circa mercedes
exceptorum vel ſcriptorum, & circa ſalaria comitum præſi-
dis, & circa mercedes nautarum qui nauem ſuam, & operam
locauerunt pro mercibus vehendis, & circa libertatem præ-
ſtandam ſeruo ſi ſeruierit tempore certo: vt ff. de varijs & ex-
traor. cog. l. j. §. pen. & de ſtatu. libe. l. cum hæres. §. antepenul.
& ſ. de condi. ob cau. dat. l. penult. & ff. eod. l. ſed addes. §. vlt.
& l. diem functo. & de aſſeſſ. l. diem. Vna tamen lex videtur a-
liquantulum aduerſari cum modica diuiſione: ſcilicet, vbi ac
cepit quis pecuniã vt ſeruum manumitteret: & ſeruus deceſ-
ſit antequàm ipſe eſſet in mora. nam ſi ſeruum erat diſtractu
rus, vel eo vſurus, pecuniam acceptam non refundit. Si verò
nihil eorum erat facturus, pecuniam refundit: niſi fortè profe
ctio manumiſſionis gratia mortis cauſam prębuit, vel à latro
nibus ſit interfectus, vel ruina in ſtabulo oppreſſus, vel vehi-
culo obtritus, vel alio quoquomodo perierit, quo non periſ-
ſet: niſi manumiſſionis cauſa proficiſceretur: vt ff. de condict.
cauſa data. l. dedi. §. j. & l. ſi pecuniam. §. vlti. & l. vlti. & hoc ſi
caſus fortuitus ſit talis, vt nullo modo poſſit de cætero fie-
ri, quod conuenit. Si verò ad tempus impeditus eſt ſuppleat
in ſequenti tempore, quod non potuit facere in caſu præce-
denti: quia ſaltem hodie faciendum eſt, niſi pœniteat eum, cui
erat faciendum. Quod autem de pœnitentia dico, ſolummo-
do ad contractum innominatum referendum eſt: vt ff. de con
37 dictio. cauſa data. l. ſi pecuniam. Item † venit in actionem ex
conducto dolus locatòris, ſi ſcienter locauerit mihi ſeruum
furem, vel vitioſum, & in hoc diſtingue, vtrũ locauerit mihi
ſeruum certum, aut incertum. Si incertũ, tenetur ex eo quòd
malum mihi poſteà elegit, vel repræſentat. Si autem locauerit
certum, tenetur ſi ſciebat ſeruũ vitioſum: alioquin contrà, vt
ff. eo. l. ſi domum tibi. §. j. & l. cùm in plures. §. ſeruum. Igno-
• rantia tamẽ non excuſat locatorem dolij vitioſi, • quò minus
38 teneatur ad intereſſe. † Ille autem qui locauit ſaltum paſcuũ,
in quo herba mala naſcebatur, vnde pecora mea mortua ſunt
vel deteriorata ſunt, ſi ſciuit vitiũ, tenetur ad intereſſe, ſi igno-
rauit, penſionem non petit, vel eam reſtituit, vt ff. eo. l. ſed ad-
des. §. ſi quis dolia. Item venit in actionem iſtam ex condu-
cto: vt qui locauerit operas ſuas mihi, exhibeat eas. Si autem
mihi, & alij, locauerit ſimul, priori conductori ſatisfacien-
39 dum eſt antè: vt ff. eodem, l. in operis. Et hoc † aduerbium, ſi-
mul, denotat coniunctionem, vel identitatem: & in perſona
operantis, & in operis, vel ſeruitio exhibendo, non notat iden
titatem temporis: alioquin nullus eſſet ordo temporis, quod
40 in litera negatur, cum dicit priori conductori. Item † venit
in hanc actionem dolus, & culpa locatoris horreorum, quæ
conduxi, vt ibi reponerem res, vel merces meas: & ſi quidem
locator horreorum nihil promiſerit de cuſtodia, & cuſtodes,
ſcienteme, adhibuit in horreis, vel cuſtodiæ renuntiauerit,
ad hoc ſolum tenetur vt cuſtodes exhibeat. Subaudi ſi non
dolo, & lata culpa adhibuit. Idem dicitur & cùm claues tra-
didit mihi conductori. Cùm autem nihil eorum interuenit,
iure communi tenetur de leui culpa. Sed ſi promiſerit cuſto-
diam, tenetur de leuiſſima: vt ff. eo. l. qui mercedem. & l. domi
nus horreorum. & j. eo. l. j. & l. in iudicio. & l. ex diui. & Inſt.
de empt. & vend. §. quòd ſi fugerit. Si autem ſpecialiter pro-
miſerit caſum, tenetur de caſu: vt. ſ. commod. l. j. & de nego.
geſt. l. negotium gerẽtes. quidam dicunt idem eſſe & ſi gene-
raliter in ſe recipiat. Item ex conducto actione aget condu-
ctor fundi cum domino ad recipienda ea, quæ impedit, cùm
ſua opera aliquid neceſſario, vel vtiliter auxerit, vel ædifi-
cauerit, vel inſtituerit, cùm id non conueniſſet. Si ergo vineas
in fundo cõſtituerit, & propter earum fructus decies amplius
aureis ager locari cœperit, ſumptus vtiliter factos in vineis
inſtruendis poterit repetere, vel etiam reputare per doli ex-
ceptionem, ſi conueniatur ad penſionem: vt ff. eod. l. dominus.
41 §. j. l. penult. j. reſponſo. Item † venit in actionem ex condu-
cto, vt inquilino liceat tollere oſtium, vel quædam alia quæ
ædificauit ædificio: ſic tamen, vt damni infecti caueat: ne dum
aufert, in aliquo deteriorem faciat cauſam ædium: ſed vt pri-
ſtinam faciem ædibus reddat. Item & agit inquilinus ex con-
ducto contra ſuum locatorem, quia aditum ædium anguſta-
• uit, ita quòd inquilinus aream camaratam, • vel res aliquas
extrahere non põt. Officio enim iudicis continetur vt cogat
locatorẽ aditum, & facultatem inquilino præſtare ad arcam
tollendam ſumptibus, ſcilicet, locatoris: vt ff. eo. l. ſed addes.
42 §. ſi inquilinus oſtium. & §. ſi inquilinus aream. Patet † er-
go ex præmiſſis locationem habere ſimilitudinem cum ven-
ditione: ſed tamen differunt in quibuſdam. Nam in emptio-
ne ſpectat periculum ad emptorem, etiam ante traditionem:
in locatione verò non ita: vt liquet ex præmiſſis. Item ven-
ditor tenetur, vt vel rem tradat, vel præbeat intereſſe: ſed con-
ductor aliquando excuſatur, vel quia res erat aliena, quam
bona fide locauit: vel quia vſibus eius eſt neceſſaria. Item lo-
catio non eſt titulus vſucapiendi, vel dominium transferen-
43 di, niſi in caſu, vt diximus: ſed aliud eſt in emptione. † Sunt
autem iſtæ actiones perpetuæ. Hæredibus dantur, & in hæ-
redes: vt ff. eodem. l. ſed addes. §. ex conducto. Bonæ fidei
ſunt: & ideo admittunt vſuras ex mora: vt infrà eodem. l.
præſes. & ideo earum nomine tenetur fideiuſſor conducto-
ris, ſi interceſſerit in omnem cauſam: vt ff. eodem. l. quæro.
Idem puto, & ſi interceſſerit ſimpliciter: quia in omnem cau
ſam videtur interceſſiſſe: vt ff. de fideiuſſor. l. ſi quis pro eo.
§. ſi nummos. & l. amiſſi. §. fideiuſſores. & l. ſi vt proponitur.
& l. ſi ita ſtipulatus. & l. inter. & l. amiſſi. primo reſponſo.
& l. ſi à colono. & vt legati nomin. caue. l. prima. §. belliſſimè.
m Nam ſi intercederet in ſorte, & nihil dicat de vſuris, ᵐ non
tenetur pro eis, & è conuerſo. Item vel ſi intercedat in de-
cem, non tenebitur vltrà: vt ff. de fideiuſſor. l. ſi in pignore,
Cùm verò dicit ſimpliciter fideiubebo pro illo, in omnem
cauſam, videtur interceſſiſſe: & ideo dicam eum teneri ad v-
ſuram, quam reus tempore fideiuſſoris huius debebat credi-
tori purè, vel in diem, vel ſub conditione, vel ex pacto, vel ex
mora. Si autem reus tempore fideiuſſionis huius nec ex pa-
cto purè, vel in diem, vel ſub conditione, nec ex mora, debe-
bat vſuram: ſed poſt fideiuſſionem huius cœperit reus de-
bere creditori vſuram, vel ex pacto, vel ex mora, non tenebi-
tur fideiuſſor ad eam vſuram: ſicut nec teneretur ad intereſ-
ſe, quod poſt datum fideiuſſorem reus ex mora ſua incipit de-
bere per officium iudicis: vt ff. de eo quod certo loco dare
oportet. l. centum Capuæ. & ff. de fideiuſſo. l. fideiuſſores. &
l. ſi in pignore.

ANNOT

ANNOTATIONES.

a Locatio. Vide Pau. de caſt. in conſil. cccxv. ad fi. & in quantum in definitis punitur mercede, &c adde. quòd locatio ſine expreſsione pẽſionis non valet: vt eſt text. in l. ii. ff. eod. titu. & ibi vide per Alex. in apoſtillis apud Bar. quod verum intelligo: niſi res eſſet ſolita locari. quia tunc intelligitur pro ſolita mercede fieri: vt per gloſſ. Barto & Sali. in l. exceptn. infra eodem titul.

b Fieri poſſe. Vide ad huius concluſionis & contrariæ titul. materiam Bart. Ioan. de imol. & doct. in l. ſi vſufructus. §. fin. ff. ſolut. matrimo. Bald. in authentic. ei, qui. C. de bo. auth. iudic. poſſ. & in ca. primo. §. donare. qua. olim feu. poſſ. in vſi. feud. do. Alexand. de imol. in l. prima. §. quod autem ſuperficie. & in conſi. xvi. in iiii. volo. & in conſ. lxviii. in prim. volum. Pau. de caſt in conſi. xi. in primo volumine. multa per Fede. de Se. in conſilio cxxiii.

c Locatio. Vide pulchrè de hic allegata per Iaſo. may. in pulchra q. in l. manumiſsiones. per illam text. ff. de iuſti. & iure.

d Actione. Quomodo autem in iſta materia dicatur quis in culpa, vide latiſsimè per Ange. in conſil. cccxii. incip. prout patet ex themate. in vltima col. vide quæſtionem quam ponit Alexander poſt alios in l. ii. §. item ſi in facto. in vltima col. ff. de verborum obligat. & q. Bartol. in l ſtipulatio iſta in fin. princip ff. de verborum obligat

e Pactum. Vide Alexand. conſi. cxiiii. in prima & ii. col. in primo volu. Bal. in conſ. clxxvi. & notum in æternum memoriæ in iſta materia, quod conſuluit d. alexand. in conſil. xxxi. in ii. volu. & ii. dubio. dum quidam conductor in inſtrumento locationis promiſerat non petere remiſsionem penſionis, ſeu mercedis in caſu guerræ, peſtis & ex capite non præſtitæ patientiæ, & aliorum pulchrorum caſuum fortuitorum ſpecificatorum, & recipiendo in ſe periculum caſus fortuiti demumque ſubiecit clauſulam generalem quòd volebat teneri de omnibus aliis quæ imaginari poſsint, & etiam cum iuramento, &c. tamẽ conſi. do. Alexand. ibi quòd tali renunciatione non obſtante ipſe conductor poteſt petere remiſsionem, propter graue damnum contingens ex caſu fortuito, non conſueto, & inſolito, & propter ſiccitatem maximam, & inſolitam, vt ibi per eum quem vide.

f Expelli. Vide Bartol. in l. qui fundum, ff. eodem. & in l. emptorem. C. loca. & in l ſi filio. §. fin in fine. ff. ſoluto matrimo. Bald. in l. prima, in verſi. pone maritus. C. de fruct & lit. expen. domi Alexand. in dicta l. ſi filio. ponentem multas limitationes. Iaſo. de may. in l quoties. C. de rei vendi. multa ad materiam per dom. Bartho. Soci. in conſilio ccxvii. incip. circa hanc. verſic vj. hæc concluſio. cum plur. ſeq.

* Poſtulatum. Vide Alc. Parer. lib. ſexto, cap. quarto, in fine.

g Tacitam. Vide latè Barba. in conſil. xliii. in viii. col. in fine in ſecundo volumi. & vide Alexand. in conſil. xvii. in iiii. volu. & Alexand. in conſil. cxii. in princip. in quinto volum.

h Datur conductori. Vide ad hoc in Specul. in tit. de loca. & conducto. §. poſtquàm. verſic. verum. Bart. & docto. in l. ſi locatum. ff. loca. Paulus de Caſt. in l. ſi merces. §. pri. ff. loca. Ioan. de Imol. & domi. Alex. in l. ſi filio. ff. ſoluto matrimo.

i Frui. Vide Ludoui Roma. in conſi. clxxviii. & idem Ludo. Roma. cccxxii. & vide Sig. in conſi. clxxxvii. & Bal. in conſi. cccclxxvi. iiii. lib. in antiquis.

k Sterilitas. Vide Nicol. in concordantiis ad Bar. concordantia. xxxvi. vide etiam alex. in conſi. cviii. vlti col. tertio libro. & Alex. in conſi. xxxiii. Barb. in c. propter ſterilitatem, de locato.

l Frui. Vide diſtinctionem in iſta materia quam ponit Barb. in §. item cum quidam. hic alleg. quam diſtinctionem. Barto. ſequitur etiam ibi Bal. de verbo ad verbum. & Paul. de Caſt. & Ang & quando locator tenetur, & ex quibus caſibus ad remiſsionẽ mercedis, & ad totum neceſſe: vide Soc. in conſi. lxxxviii. verſi. penultim. in caſu noſtro. & in conſi. clvi. & in conſi. cxxv.

m Vſuris. Vide in concordantiis Bart. concordantia. cczii. vide Alex. in conſi. xxxii. vol. iiii. & in conſi. cxxvi. vol. iii.

De iure emphyteutico. *Rubrica.*

1 Emphyteuſis quid ſit: & in quibus conſiſtat contractus emphyteuticus.
2 Emphyteuticus contractus quomodo celebretur.
3 Emphyteuſin contrahi & ad tempus, & in perpetuum.
4 Emphyteuſis natura qualis ſit, & nu. 6.
5 Emphyteutica res maiori ex parte perempta periculum ad quem ſpectet.
6 Emphyteutam ceſſantem in ſolutione penſionis poſsitne dominus propria authoritate expellere, & quanto tempore ceſſaſſe emphyteutam oporteat.
7 Emphyteuta, qui promiſit pœnam ſi ceſſaret in ſolutione, contractu manente firmo, an ſi ceſſauerit, ac propterea offerat pœnam, poſſit nihilominus expelli à domino.
8 Pœnalis ſtipulatio ſemel commiſſa an poſſit iterum committi propter illa verba, contractu manente in ſua firmitate.
9 Emphyteuta an poſsit ſuas meliorationes alii vendere, & quã ſolennitatem hac in re obſeruare eum oporteat.
10 Emphyteutam poſſe donare, atque etiam pignori dare meliorationes ſuas irrequiſito domino.
11 Emphyteuta ſecundus qui vult in alium alienare, an requirere debeat voluntatem eius emphyteutæ, à quo cauſam habet, an verò primi domini.
12 Emphyteuticus contractus cuiuſmodi actionem pariat.
13 Emphyteuta quomodo poſsideat, quomodo item dominus, qui dedit in emphyteuſin.
14 Emphyteuſis in quibus differat à venditione, & à locatione.

DIXIMVS ſuprà de contractibus, qui à iure gen. introducti ſunt, nunc videamus de contractibus ciuilibus, quos Romana prudentia reperit: ſicq; ponit de emphyteutico iure. De alio cõtractu ciuili, ſcilicet de obligatione literarum, poſuit ſuprà de non numera. pecu. & de tertio contractu ciuili ponit infrà de contrahenda & committenda ſtipulatione. Vel aliter, diximus ſuprà de emptione. & locatione: & quia contractus emphyteuſeos ab aliis dicebatur emptio, ab aliis locatio: quia vtriuſque contractus habet inſignia, audiamus de emphyteutico contractu, quem Imperator Zeno formauit, & ſtatuit eum medium contractum inter locationem, & venditionem non inclinantem ſe prorſus ad alterutrum. ſed ſuis proprietatibus inſignitum. Videamus itaque quid ſit emphyteuſis, in quibus rebus conſiſtat, qualiter contrahatur, & quæ actio na
1 ſcatur ex ea. † Emphyteuſis autem græcè, latinè dicitur melioratio. Ab initio enim ſterilia tantum huius contractus ſpecie concedebantur, vt is, qui acciperet rem in meliorem ſtatum deduceret, & fertilem redderet. poſteà tamen ad id deuentum eſt, vt etiam fertilia, & fructuoſiſsima valeant emphyteuticari. Et dicitur iſte contractus emphyteuſeos, vel emphyteuticus id eſt, meliorationis. Et conſiſtit in rebus ſoli tantùm. Ecclesiaſtica autẽ emphyteuſis in his immobilibus conſiſtit, quæ ad hæc congrua videntur œconomo, & aliis guber
2 natoribus: vt ſuprà de ſacroſanct. eccl. auth. perpetua. † Ce
a lebratur iſte contractus ᵃ ſcriptura interueniente, non aliter, vt infrà eod. l. j. ibi. ſcriptura interueniente &c. Item conſenſu vtrioſq; id eſt, domini. & emphyteutæ adhibito in hoc, ſcilicet, vt ſtatim dominus aliquid pro re accipiat, ſcilicet quod inter eos, conuenerit, vel pecuniam vel etiam aliam rem: vt puta prædium, aliamve rem. vel ſimile, vt proprium ſit domini. Item vt hic emphyteuta de cæterò ſingulis annis, vel duos Venetieos, vel duos Veronenſes, vel ſimile ſoluat: puta, reditum
3 in ſpecie: vt inſt. locati. §. adeò. † Et contrahitur ad tempus hæc emphyteuſis. i. vt vſq; ad certum tempus reſideat penes emphyteutam, vel hæredem eius. Item in perpetuum, id eſt, vt neq; emphyteutæ, vel heredibus eius auferatur, quandiu ſoluerit penſionẽ. Item & in certas perſonas cõtrahitur: puta, vt nec ſibi: nec hæredibus ſuis, ſcilicet, primo, & ſecundo, & tertio, liceat auferri, ſi canonẽ ſoluerint. Itẽ & contrahitur, vt renouatio fiat emphyteuſis, finita emphyteuſi: vt inſt. de loca. §. adeò. In rebus autem eccleſiaſticis qualiter contrahatur emphyteuſis plenè diximus ſ. de ſacroſanct. eccle. §. item datus.
4 † Eſt autem natura emphyteuſis, vt ſi aliquid pacti ſunt inter ſe, id ſeruetur: q; ſi nihil paciſcantur, ea eſt natura cõtractus, vt penſio ſoluatur prout conuentum eſt: niſi res tota perie-
5 rit, ſi † autem particula etiam minima remãſit, & ſeptem partes perierint, ſpectat damnum ad emphyteutam: vt nihilominus integram ſoluat pẽſionem: & ita eſt intelligendum, quod dicitur, infrà eod. l. j. Sed quidam appellant particulare damnum medietatis, vel minoris portionis: quia partis appellatione, dimidia continetur: vt ff. de vſufru. l. etiam partis. Sed certè hic videtur adiectum aliquid. Ex quo datur intelligi quòd omne damnum ſit particulare, ex quo non ipſa rei penitus læditur ſubſtantia: hæc enim ſunt verba primæ legis huius titu. in fi. & ideo partis nomine non intelligitur hic dimidia: vt ff. de verborum ſignificat. l. nomen filiarum §. portionis. Item
6 & id, eſt de natura † contractus, vt liceat domino authori-
b tate ᵇ ſua emphyteutam expellere. Et ſi per triennium penſionem, nec apochas tributorũ domino cum ſubſcriptione ſua reddiderit: etiamſi dominus emphyteutæ pœnam (ſi expelleret) promiſiſſet. Item nec obſtat domino quòd emphyteuta rem fecit meliorem: quia expenſas amittit, vel quòd domi-

nus non denuntiauit emphyteutæ, vt ſolueret:quia dies ſta-
tuta fuerat ad ſoluendum,quæ interpellat pro homine.In ec
cleſiaſticis autem ſufficit biennium, ſicut & in ſimplicibus co-
lonis non ſoluentibus penſiones locatoribus ſuis: vt j. eod. l.
ij.§.ſi autem nihil.& §.ne autẽ. & in auth. de non ali. aut per-
7 mut.§.ſcire.& ff.locati.l.quæro.§.inter locatorem. † Cõlue-
uit quæri,quid ſi emphyteuta promiſerit pœnam ſi nõ ſolue
ret,contractu remanẽte in firmitate ſua,poſteà non ſoluit, do
minus vult ipſum expellere,emphyteuta offert pœnam, & di
cit ſe non expellendum: eo quod verba illa, (ſoluta pœna,
cõtractus remaneat in firmitate ſua) dicta ſunt pro vtroq;: &
quia videtur cenuntiaſſe beneficio legis,eligendo pœnã? Re-
ſponderi poteſt ipſum expelli poſſe:quia pœna gratia ſeruan
tis pactum eſt appoſita: vt s.de tranſact. l. ſi quis maior. Item
& illa verba (contractu remanente, &c.) in eiuſdem fauore
videntur eſſe poſita,& ideo non debent retorqueri in læſio-
8 nem ſuam: vt ff. de lege commiſ. l. j. & ij. † Item etiam ſolet
quæri,vtrùm ſtipulatio pœnæ ſemel commiſſa,poſsit iterum
committi propter illa verba (contractu remanente in ſua fir-
c mitate)ᶜ & non puto ſæpius committi: quia illa verba refe-
runtur ad contractum emphyteuſis, non ad ſtipulationẽ pœ-
næ:nec enim ſtipulatio dicitur contractus:vt ff. de verborum
ſignifica.l.Labeo. Sed ſi ita dictum eſſet,contractu remanen-
te,cum eadem pœnæ obligatiõe in firmitate ſua, ſæpius poſ-
ſet committi ſtipulatio. Poteſt tamen vtraq; quæſtio ſchola-
9 ſtica eſſe. Item & id, eſt † de natura contractus, ne liceat em-
phyteutæ ἐμπονήματα ſua,id eſt,meliorationes ſuas, vel res me
lioratas alijs vendere:requiſito tamen prius domino corã te-
ſtibus, & prædicto ei, quantum pretij re vera ab alio accipi
poteſt. Et ſi quidem dominus hoc dare maluerit, & tantã præ
ſtare quantitatem quantam emphyteuta,ipſa veritate,ab alio
accipere poteſt,ipſe dominus omninodo hoc comparet. Si ve
rò dominus facta denuntiatione ſtatim dixerit ſe nolle eme-
re,vel etiam duobus menſibus elapſis ſteterit per eum quomi
nus emeret, licet emphyteutæ etiam ſine conſenſu domini
d ſuas meliorationes vendere:his tamen perſonis,ᵈ quæ non ſo
lent emphyteuticis contractibus vetari ad huiuſmodi venire
emptionem. Et habet neceſſe dominus hunc nouum, & ſecun
dum emphyteutam accipere in poſſeſsionem. Vel ſi emphy-
teuta maluerit tranſponere ius emphyteuticum in perſonam
non prohibitam, & idoneam ad ſoluendum emphyteuticum
canonem,non debet dominus contradicere: ſed nouum em-
phyteutam in poſſeſsionem ſuſcipere: non per conductorem,
vel per procuratorem,ſed per ſe, vel per literas ſuas, vel depo
ſitionem,id eſt,atteſtationem ſuam coram magiſtro cenſus: Sic
ponitur verbum,depoſuerint,ſuprà de teſtib. l. teſtiũ. vel per
literas tabellarij coram teſtibus apud præſidem, vel defenſo-
rem locorum celebrandas. & ratione talium literarũ,vel com
miſsionis,vel conſenſus,non licet domino poſtulare amplius
quàm quinquageſimam partem pretij, vel æſtimationis loci
qui transfertur ad aliam perſonam. Si verò dominus nec per
ſe,nec per literas ſuas vel alterius,voluerit conſentire his quę
dicta ſunt,licet emphyteutæ etiam non conſentiente domino
ad alios ius ſuum,& emponemata transferre. Si autem aliter
fuerit verſatus emphyteuta, quàm diximus, præcepit lex vt à
iure emphyteutico cadat: vt infrà eod. l. vltim. Hoc ita reci-
10 piendum puto,ſi velit vendere. Si verò † velit donare,ſine du
bio poteſt etiam non requiſito domino:vt infrà de fundis pa-
trimo.l.j.& inſtitu. de loca.& conduct.§.adeo fortè. Sed & pi
gnori dare poteſt,ſine voluntate domini. vt ff.de pign. l. lex.
11 & de pignoratitia actione. l. tutor. §.vltim. Sed † quæri poteſt,
ſi tibi rem dedi emphyteuſim, deinde tu das alij in emphy-
teuſim me volente, & hic ſecundus emphyteuta vult alie-
nare,an prioris domini,id eſt,mei debeat requiri voluntas:an
tua,id eſt ſecundi? puto,quòd primi domini tantùm exquira-
tur voluntas:quia cùm hæc lex dicat,domini voluntatem re-
quirendam,& primus emphyteuta dominus eſſe deſinat alie-
nando emponemata ſua,nec naturaliter, nec ciuiliter poſsi-
deat, non eſt eius inquirẽda voluntas. Item à domino,qui in-
duxit eũ in poſſeſsionẽ videtur habere cauſam, & eſt arg. pro
me.ff.de religio.l.ſi.§.j.& ad Sylla.l.j.§.j.& s. depoſi.auth.ſed
12 iam cautum. † Ex hoc autem contractu oritur conditio ex
lege canonis,ad petendum canonem ab eo cui datum eſt in
emphyteuſim. Quid ſi alij conceſſerit hic emphyteuta? dicũt
quidam,hic ſecundum conueniri emphyteutam condictione
ex lege,ad exemplum tributorum. Sed hoc dubium eſt,ſi factũ
priuati exæquatur reipubli. Dicam ergo dominum poſſe rem
vendicare, & ſi ille ſe defendat propter conceſsionem primi
replicabit dominus,non eſt æquum tibi fidem ſeruari, quam
promiſi authori tuo: quia nec tu ſeruas mihi ea, quæ author
tuus mihi conuenit: & ita vis verſari cõtra pacta:vt s. de pact.
l.cùm proponas. Debes enim vti acceſsione cum ſua cauſa,
ſuiſq; vitijs, vel oneribus:vt ff.de acquir.poſſ.l.Pomponius,
§.cùm quis. Sed & condictionem datem domino, vbi idem
ipſe induxit nouum emphyteutam in poſſeſsionẽ, quaſi cum
13 eo videatur eſſe contractum. † Illud certum eſt, quoniam do
minus ciuiliter poſsidet, & directum habet dominium: em-
phyteuta verò tantum naturaliter,ſicut fructuarius,ff.de ac-
quirend.poſſeſsi.l.naturaliter.licet quidam dicant eum habe
re quandam ciuilem. Sed & vtilem habet rei vendicationem
14 dominus:vt ff.ſi ager vecti.l.j. † Ex prædictis patet, quòd hic
contractus nec eſt locatio,nec venditio:vt j.eod.l.j. In princi.
Nam hic contractus in rebus tantùm ſoli celebratur. Illi au-
tem in rebus omnibus. Item in hoc non exigitur pecunia : vt
ſuprà diximus, in illis verò exigitur. Item per hunc contra-
ctum non fit alienatio:quia dominus non amittit dominium
directum, per venditionem verò amittit. Item per locatio-
nem non habet quis regulariter ius in re hinc eſt, quia condu
ctor non vendit, nec vendicat rem : emphyteuta verò facit v-
trumque.

ANNOTATIONES.

a Contractus. Vide Barb.pulchr.in conſi.xxiii.lib.ij.& late per Alex.in conſi.cxii per totum.in primo volu.

b Authoritate. Adde Bart.in auth.qui rem. & ibi Bal. Sali. C. de ſacroſ. eccle. Pau.de Caſt.& do.Alex.in l.colonus.ff.loca.& vide copioſe totam iſtam materiam diſcuſſam per do. Barth. Soc.in conſi. clxvii. incipien.non inutili,ſed neceſſaria. ver. confirmata præmiſſa cum plur. ver.ſeq.in ii.vol.char.xxxii.vbi pro,& contra iſtam quæſtionem diſputat.

c Firmitate. Vide Iaſo.May.poſt alios in l.quæ fide.ff. de tranſact. & in l.ſi quis maior.C.de tranſac.vbi habetur plene de vi iſtius clauſulæ.

d His tamen perſonis. Prohibentur ab emptione rerum emphyteuticarum ſerui,captiui,& omnes illæ perſonæ,quæ non ſunt idoneæ, & quæ conueniri facile non poſſunt,arg. l. ii. ff qui ſatiſd. cogan. Item dominus retinet dominium rei emphyteuticæ ſicut & locator rei locatæ. Emphyteuta autem ſingulis annis ſoluere debet canonem conſtitutum. Et emphyteuta, vendituras ſuas meliorationes niſi denuntiet domino, vel canonem non ſoluerit intra tempus legibus, canonibusve conſtitutum,expelli poterit & dies præfixus interpellat pro homine.l.quæro.ff.loca x.q.ii §.hoc ius porrectum. Poteſt tamen purgare moram dicti temporis offerendo cito, & celeriter poſt definitũ tempus. Sed quantum tempus dabitur ad iſtam moram purgandam: & videtur quod vſque ad ſententiam. ff. de inoffic. teſtam. l. Papinianus.& C.de his quib.vt indig. l.alia eſt. Vel vſque ad litem conteſtatam.ff.rem rat.habe.l.amplius non peti & C.de plus petit.l.vnic. Vel modicum tempus dicitur forſan decem dierum,vt ff.de conſtit. pecu. l.promiſſor.& ff.ſi quis caut.& ſi poſt tres. Vel quam cito potuit ff. ad Tertul.l.ii §.confeſtim. Quidam tamen dicunt quod emphyteuta poteſt vſque ad litem conteſtatam citare pœnam huius conſtitutionis, offerendo canonem per viam ſuprà dictam. Sed alij contra dicunt dicentes,quod hoc eſſet vſura, tunc poſſet differri ſolutio canonis vſque ad annum, vel duos, vel tres pluresve annos poſt tẽpus ſtatutum & ita non eſſet celeriter. Vnde dicendum eſt ſecundum iſtos modicũ tempus elapſum poſt triennium. Talis enim celeritas ad modicum refertur.arg.ff.de ver.ſignifi.l.hæc adiectio. Ideoque illud modicũ conſiderabitur arbitrio iudicis,ex quo non determinatur à iure arg. c. de cauſis. extra. de offi. & poteſta. iud. leg. Licet autem dominus poſsit propria autoritate emphyteutam ob canonem non ſolutum expellere,C.de iure emphyteu.melius tamen erit, quod hoc fiat iudicis autoritate,C.de pign.l.iii.& extra. de priuilegi. Licet autem emphyteuta non poſsit purgare moram ob non ſolutum canonem, ſi tamen dominus penſionẽ receperit,non poterit tamen poſtea expellere:quia recipiens penſionem iuri ſuo renunciare videtur.& hoc planum eſt in priuato arg.ff.de leg commiſſ.l.poſt diem. Secus ſi dominus dicat, recipio penſionem,ſaluo iure meo nam hoc tibi non præiudicat, quin poſtea expellas emphyteutam.d.§.hoc ius porrectum. Martinus.

FINIT DOMINI AZONIS SVMMA
in quartum librum Codicis.

EIVSD

EIVSDEM DOMINI AZONIS SVMMA IN QVINTVM LIBRVM CODICIS.

De ſponſalibus, & arris, & ſponſalitiis, & proxenetis. *Rubrica.*

1 *Sponſalia quæ dicantur.*
2 *Sponſalia vnde dicta ſint.*
3 *Matrimonia debere eſſe libera.*
4 *Sponſalia quomodo contrahantur.*
5 *Sponſalia ſolo conſenſu contrahi poſſe quatenus verum ſit.*
6 *Sponſalia inter quas perſonas poſſint contrahi.*
7 *Sponſalia contracta qui poſſint ſoluere.*
8 *Sponſalia quæ ſolennitate diſſoluantur.*
9 *Sponſalia diſſoluens arris iam datis, qua pœna puniatur.*
10 *Sponſalia quibus caſibus impunè diſſoluantur etiã arris datis.*
11 *Pignora data in confirmationem ſponſaliorum, an diſſolutis ſponſalibus retineantur, non ſecus atque arræ.*
12 *Proxeneta quis dicatur, & circa quæ conſiſtat eius officium.*
13 *Proxenetica quæ dicantur.*

EXPEDIVIMVS In ſuperiori libro de ſocietate, quę cõtrahitur propter pecuniam quærendã, nunc audiamus de ſocietate cõiugali, quæ celebratur propter prolem procreandam. Vel aliter, Audiuimus de contractibus rerum, audiamus & diſſeramus de contractibus perſonarum, quibus perſona perſonæ coniungitur, maſculus fœminæ ſociatur. Et quia hoc fit propter nuptias, dicamus de nuptiis: & quia ſponſalia velut prætoria preueniunt nuptias, de ſponſalibus prius videamus, & de arris, quæ dantur gratia ſponſaliorum, & de proxenetis, quibus interuenientibus, iſta contrahuntur: vt ff. eod. l. vltima in fine legis. Videntur ergo quæ dicantur ſponſalia, vnde, qualiter contrahantur, inter quas perſonas, qualiter contracta ſoluantur, per quem, quando cum pœna arrarum, vel ſine pœna, poſteà dicemus de proxenetis.
1 † Sunt autem ſponſalia [a] mentio, & repromiſſio futurarum
a nuptiarum [b]. Et iſte conſenſus eſt de futuro matrimonio.
b Conſenſus verò nuptiarum, eſt de præſenti matrimonio, licet Placent. dixerit eundem eſſe conſenſum ſponſaliorum, & nu-
2 ptiarum. † Sponſalia autem dicta ſunt à ſpondẽdo, nam moris fuit veteribus ſtipulari, & ſpondere ſibi vxores futuras; inde ſponſi, ſponſæq́, appellatio facta eſt. Et certè ſtipulatio poteſt interuenire, ſed non eſt neceſſaria: quia & inter abſentes contrahuntur: vt ff. eod. l. ſufficit. & l. vltima. Vel dic eſſe ſpecialem in ea, vt contrahatur inter abſentes. Alioquin contrà: vt Inſtitut. de inutil. ſtipu. §. item verborum. Ex hac tamen
4 ſtipulatione non reperio agi, ſicut & ait Placen. quia † Matrimonia debent eſſe libera in contrahendo, diſſoluendo, & retinendo. adeò etiam, vt ſi fuerit pœna promiſſa, non teneat promiſſio; vt ff. de verborum oblig at. l. Titia. & l. ſi ita ſtipulatio facta fuerit. & j. eodem. l. vlt. in fine. nam nec valet ſtipulatio cauſa libertaos onerandę facta: vt ff. quarum rerum actio non datur. l. prima. §. quæ onerandæ: ſecus tamen, ſi arræ fuerint datæ, & patebit ex ſequentibus. Contrahuntur ſponſalia nu-
c do conſenſu [c], & per ſe, & coram, id eſt, inter præſentes, & per principales perſonas, ac per nuntium, vel epiſtolam inter abſentes. denique conſtat, & abſentem abſenti deſponſari poſſe, & hoc quotidie fieri. hæc ita, ſcilicet, ſi ſcientibus his qui abſunt, ſponſalia fiant. Aut ſi poſteà ratum habuerint: vt ff. eodem. l. ſufficit. & l. hæc ita. & l. vltima. nec neceſſaria
5 ſcriptura eſt: vt ff. eodem. l. in ſponſalibus. Quod † autem dixi ſolo conſenſu contrahi ſponſalia, verum eſt inter eos qui ſui iuris ſunt: filia enim familiàs ſicut matrimonium ſine conſenſu patris non contrahit, ita & ſine eius conſenſu non poteſt contrahere ſponſalia. Intelligitur tamen pater ſemper filiæ conſentire: niſi euidenter diſſentiat: vt ff. eod. l. in ſponſalibus. §. in ſponſalibus. ſic & è conuerſo, ſi pater nomine filiæfamil. contrahat ſponſalia, oportet filiamfamil. conſentire. Sed quæ patris voluntati non repugnat, conſentire intelligitur. Tunc autem ſolùm diſſentiendi à patre licentia filiæ conceditur, ſi indignum moribus, vel turpem ſponſum ei pater eligat: vt ff. eod. l. ſponſalia. & l. ſed ea, quæ patris. ſic & filiofamil. diſſentiente, ſponſalia eius nomine non poſſunt fieri: vt ff.
6 end. l. filio. † Contrahuntur ſponſalia inter eas perſonas, quæ
• poſſunt matrimonium contrahere [*]: vt ff. eod. l. oratio. Sed hoc fallit in præſide prouinciæ, qui licet interim dum adminiſtrat, non poſſit vxorem ducere, tamen non prohibetur ſponſare. ff. de ritu nupt. l. ſi quis officium. Idem & in muliere, quæ intra tempus luctus ſine pœna ſpondetur, ſed non ſine pœna ducitur vxor: vt ff. de his qui notan. infa. l. ſolet. §. quæ virum. Item contrahuntur inter eos, qui non ſunt minores ſe-
7 ptem annis: vt ff. eod. l. in ſponſalibus. † Soluere autem poſſunt ſponſalia ſponſus, & ſponſa. Nam & alij deſponſata, renuntiare conditioni, aut nubere alij non prohibetur. Item pater ſponſi, & ſponſę qui habet eum, vel eam in poteſtate. Nam ſi emancipatus eſt ſponſus, vel emancipata ſit ſponſa eius ſolius requiritur conſenſus, & ſufficit ſola voluntas: vt ff. eod. l. ſi in poteſtate. Tutor autem non ſoluit ſponſalia: niſi id fiat ex voluntate puellæ. Quandoque tamen (etſi faciat ex voluntate puellæ) non ſoluuntur ſponſalia, ſcilicet, quando patris præcedente authoritate fuerant contracta, & humana pater ſorte conſumptus, ad vota non potuerit peruenire. Periniquum eſt enim, quòd contra primam voluntatem redempti forſitan tutoris, vel curatoris admiretur arbitrium, cùm plerunque etiam ipſius fœminæ aduerſus propria commoda inueniatur laborare conſilium: vt j. eod. l. ſi pater. & ff. eod. l. ſi
8 puellæ. † In ſponſalibus tamen diſſoluendis verba exquiruntur talia, ſcilicet, conditione tua non vtar: vt ff. de diuor. & repu. l. ij. §. in ſponſalibus. Item exquiruntur ſeptem teſtes rogati, præter libertum eius, vel parentem ipſius qui diuertit: vt ff. de diuor. nullum. Item exquiritur, vt ſanæ mentis ſit ille qui diuertit. Nam furioſus mittere non poteſt repudium, licet poſſit ei mitti: vt ff. de repu. l. Iulianus. Item exquiritur, quòd fiat animo conſtanti, non per calorem iracundiæ. Nam & ſi pœniteat eum, qui libellum diuortij dedit tradendum, & per ignorantiam mutatę voluntatis oblatus eſt, durant ſponſalia. Duraret etiam matrimonium: niſi pœnitentia cognita, is, qui accepit libellum voluit matrimonium, vel ſponſalia ſoluere. tunc enim per eum qui accepit, ſoluitur matrimoniũ, vel ſoluũtur ſponſalia: vt ff. de repu. l. diuortium. ij. & l. ſi pœnituit. Liquet ex præmiſſis ſponſalia impunè ſolui, ſi non in-
9 teruenerit arrarum datio. Arris † autem interuenientibus, ſi quis ſoluerit ſponſalia, ille qui dedit arras amittit eas. Si verò ſoluit ſponſalia, ille qui accepit arras, reſtituit eas, & aliud tantum de ſuo, & non plus: niſi ſpecialiter placuerit partibus, vt pœna arrarum extendatur in quadruplum: tunc enim vſq; eo extendetur: & non vltrà: vt j. eod. l. mulier. j. ceſponſo. & §.
10 quadrupli. † Ceſſat autem hæc pœna arrarum [d] quandoq; ra-
d tione temporis. Si enim ſponſus in eadẽ prouincia degens ſuperſederit intra biennium exequi nuptias, ſpatiiq́; fine decurſo in alterius coniunctionẽ peruenerit puella: nihil fraudis, id eſt, pœnæ, eſt ei, quæ nuptias maturando vota ſua diutius eludi non eſt paſſa: vt j. eod. ſi is. Si verò ſponſus degeret alibi, expectaretur per triennium: vt infrà de repud. l. liberum. & hoc, ſi ſponſus impediebatur nulla neceſſitate exequi nuptias. nam ſi eſſet cauſa neceſſitatis, deberet ſponſa expectare quouſque ceſſaret neceſſitas: vt ff. eod. l. ſæpe. Item ceſſat pœna arrarum propter mortem ſponſi, vel ſponſæ: niſi cauſam, vt nuptiæ non celebrentur, defuncta perſona iam præbuit: vt infrà eod. l. aeris. Nec diſtinguo interuenerit oſculum, vel non: licet in ſponſalitia donatione illud diſtinguatur: vt infrà de donatio. ante nupt. l. ſi à ſponſo. Item ceſſat pœna propter conditionem, vel cauſam legibus interdictam: quia de iure non poteſt inter eos contrahi matrimonium, qui de facto contraxerunt ſponſalia: vt infrà eodem. l. mulier. §. quæſita. Si autem matrimonium de iure poterat contrahi, ſed vna perſona alterius recuſauit matrimonium propter turpem, vel impudicam conuerſationem,

c aut religionis [c], vel ſectæ diuerſitatem, vel quia non poſſit generare, vel cõcipere, vel ob aliam iuſtam excuſationis cauſam, ſi quidem hæc nota erunt alteri parti, vel parentibus eius cùm contraherentur ſponſalia, ſibi debet imputari: ſi verò hæc nota non erant, vel etiam poſt datas arras aliqua iuſta cauſa pœnitentiæ interceſſerit, arris tantũmodo redditis ſuper alterius ſimpli pœna, liberabitur ille, qui accepit arras: vt j. eod. l. mulier. §. his illud quoque. Item ceſſat pœna propter minorẽ ætatem accipientis arras. Pater tamen eius, vel mater, auus, vel auia, proauus, vel proauia, ſi pro liberis ſuis, vel ſimul cum eis, vel ſeparatim acceperint arras, in duplum tenentur: vt j. eo. l.
11 vlti. §. ſi ſimplum. † Illud ſolet quæri, an idem ſit in pignoribus datis, vt illa ducatur in vxorem: vt ſcilicet, tanquam arræ poſſint retineri? & puto idem. quia arræ dicuntur pignora: vt j. e. l. j. [ſed pœna promiſſa non poteſt petiut extra, de ſponſa. c. gemma. & ſ. dixi: ſed cur poſſunt dari pignora. & nõ promitti pœna? quia qui tradit pignora, ſe non obligat: & tractatur de actione danda: & plerunque cõſulitur alicui per retentionem, ſed qui promittit pœnam, ſe obligat, cui non datur actio: vt ff. de doli except. l. Paulus. vel dic randem rationem, quàm ſ.
12 not. in arris.] † Proxeneta autem dicitur, qui explorat voluntates hominũ, qui & cum quibus, & qualiter velint contrahere matrimonium, & quæ ſint facultates volentium contrahere. De his autem loquitur conſtitutio græca. Et conſiſtit eorum officium circa matrimonium, & circa amicitias copulandas, & circa aſſeſſores quærendos ordinariis iudicibus, & circa nomina faeienda, ſcilicet vt mutua pecunia detur, & circa venditiones rerum corporalium. eſtq; eorum operula, vtpote vtilis, non contemnenda in magna ciuitate, nec tenentur propter ſuaſionem: quia magis videntur monſtrare nomen, quàm mandare, & tametſi laudent nomen. Idémque eſt & ſi aliquid
* phylantropiæ *, id eſt, ſalarij nomine acceperint, nec ex locato, vel conducto erit actio. Planè ſi dolo, & calliditate creditorem circumuenerunt, de dolo tenentur: vt ff. de proxe. l. ij.
13 & vlti. † Proxenetica * autem dicuntur ſalaria, quę debentur
* eis: & poſſunt peti extra ordinem: vt ff. de proxenetis. l. prima & vltima. Quamuis bibliopolæ noſtri temporis non expectent, vt petant extra ordinem: quia libros apud ſe loco pignoris retinent, donec eis ſatisfiat.

ANNOTATIONES.

a Sponſalia. Vide omnino late per inſignem doctorẽ do. Io. Lupum de Hiſpania in ſuo tracta. de matrimonio. quæ habetur in formis. Vide Felin. in rubr. & in cap. primo. de ſpõſ.
b Futurarum nuptiarum. Vide ad hoc. Specu. in tit. de ſponſa. circa prin. Lud. in ſing. ſuis. verſic. quæro verum. Inno. in cap. r. ex parte. in glo. in verbo habituram: de ſpon. quid diſtruat per multos caſus. doct. in l. ij. ff. de ſpon. & in c. tuæ. eod. tit. vbi habes fundamentalem materiam.
c Nudo conſenſu. Adde do. in l. ex facto. de pupilla. & in c. tua. de ſponſ. & in c. cum apud. & in c. inter virum. eod. tit. & in c. tenor. de re iudica. Vbi eſt propria & originalis materia.
d Arrarum. Vide Bart. & doct. in l. Titia. ff. de verb. obli. & plene per do. Vitalem de Gambanis, vbi multa ſcribit in iſta materia in tract. clauſularum. ſub rubr. de mente matrimonij.
e Religionis. Vide ad hoc Bart. & Bald. in l. Deo nobis. in tertio notab. C. de epiſco. & cler. Canoniſtas fere omnes in c. verum. & in cap. ex publico. de conuer. coniug. ad quos ſpectat talis ſpeculatio.
a Matrimonium contrahere. Matrimonium contrahere poteſt omnis homo qui conſentire poteſt in coniugalem effectum, & carnis copulam. niſi expreſſe prohibeatur. Et bene dicitur, qui conſentire poteſt: quoniam licet puer intra xiiij. & puella intra xij. annum dicat verba ad matrimonium cõtrahendum apta, tamen quia in ea cauſa, ætate re eſt, vt conſentire non poſſit, matrimonium nullum eſt, extra. de ſponſ. cap. tuæ fraternitati. Similiter, qui caret vtroque teſticulo non poteſt in effectu conſentire in carnalem copulam vt extra. de frigid. & maleſic. cap. quod ſedem. Idem quoque in furioſo, vel inſano dicendum. nam etiam ſi dicat illa verba, non contrahit: cum non habeat vſum rationis, vt xxxij. q. vij. neque furioſus. Sed hoc verum, quandiu furioſus eſt in furore conſtitutus, quoniam ſi habeat dilucida interualla & aliquando redeat ad ſanam mentem, & nubere poteſt & teſtari, & omnia alia facere quæ alij poſſunt, arg. xxij. q. ij. can. iudicis, & vij. quæſt. prima. can. quamuis teſte. Edictum ergo de matrimonio cõtrahendo eſt prohibitorium. vnde qui non prohibentur, contrahere matrimonium poſſunt. extra. de ſponſ. cap. cum apud. Cauſæ autem inſtitutionis matrimonij duæ ſunt principales, multæ vero ſecundariæ. Principale ſunt prolis ſuſceptio, & fornicationis vitatio xxxij. quæ. ij. can. his ita. Propter primam cauſam inſtituit Deus matrimonium in paradiſo, cum dixit, Creſcite, multiplicamini, & replete terram. Propter ſecundam dixit Apoſtolus Paulus, vnuſquiſque habeat ſuam propter fornicationem vitandam ſcilicet. Cauſæ vero ſecundariæ ſunt pulchritudo, diuitiæ & ſimilia. Sed nunquid tenet matrimonium ex inhoneſta cauſa cõtractum, vt puta propter pulchritudinem, diuitias, & potentiam? & dicendum, quod ſic xxxij. quæſt. ſecunda. cano. ſolet quæri. Argumento à Iacob filio Iſaac, qui ob ducendam Rachelem pulcherrimam ſeruiuit ſeptem annis, Geneſ. xx. x. cap. Martinus.
* Philantropiæ. Vide Bald. in anuota. poſter.
* Proxenetica. Vide Alcia. libro primo, cap. xii. Diſpu.

Si rector prouinciæ, vel ad eum pertinentes, ſponſalia dederint. *Rubrica.*

1 *Rector prouinciæ & pertinentes ad eum prohibentur nuptias contrahere cum muliere, quæ eſt ex ea prouincia: atque ibi qui dicantur pertinentes ad rectorem prouinciæ.*
2 *Mulier, quæ contraxit ſponſalia cum rectore prouinciæ, an poſſit finito officio renunciare conditioni impunè, & an reſtituere debeat, quod eſt ei datum ſponſaliorum nomine.*
3 *Præſidem prouinciæ non prohiberi eam vxorem ducere, quam ante præſidatum ſibi deſponderat.*
4 *Mulier contra legem ducta in matrimonium à præſide prouinciæ, poteſt finito officio conſentire nuptiis, & ex tunc incipiet matrimonium.*
5 *Milites non prohiberi vxorem ducere in ea prouincia, in qua militant.*

DE Sponſalibus, & arris ſponſalitiis ſuprà in genere dictum eſt, nunc autem in ſpecie de ſponſalitiis arris, ſi rector prouinciæ, vel ad eum pertinentes ſponſalia dederint, id eſt, ſponſalitias arras. Sic enim verbum iſtud exponitur. j. ſi nuptiæ ex reſcrip. pe. l. j.
1 † Ad eum autem pertinere intelliguntur, non quilibet ſubiecti, ſed filij nepotes, propinqui, ac participes, id eſt, conſiliarij, & domeſtici: pro quibus tamẽ adminiſtrator dederit operam. Hi ergo omnes nuptias contrahere non poſſunt cum ea muliere, quæ eſt oriunda de prouincia: vel aliàs habet ibi domicilium. Sponſalia tamen poſſunt contrahere: vt ff. de ritu nup. l. ſi quis. Licet ergo permittantur matrimonia initiare, non tamen poſſunt conſummare, ſicut & ſuprà tit. proxi. diximus de muliere quæ intra tempus luctus non impunè nubit, ſed iuſtè
2 ſpondetur. Sed † licet dixerim ſponſalia poſſe contrahi, ſi tamen ſponſa, finito officio, velit renunciare conditioni, poteſt ſine pœna. Si quæris, an quod eſt ei datum lucretur? dico quòd non: ſi ſponſalia contraxerit ſponte: ſi verò contraxerit coactè, id eſt, minaci feruore ſibi adhibito, lucratur arras, vel pignora data: vt infrà eodem. l. prima. & ff. de ritu nuptia. l. ſi
3 quis officium. † Illud ſciendum eſt, quod ſi præſes ante præſidatum aliquam ſibi deſponſauerit, eandem iuſtè ducit, etiam tempore præſidatus: vt infrà eodem titu. l. prima. in fine. Item
4 & † ſi iniuſtè duxerit aliquam tempore præſidatus, & poſteà; finito præſidatu, mulier velit eſſe vxor, extunc incipit eſſe matrimonium: vt infrà de nupt. l. etſi contrà. Item præſes & tempore præſidatus poteſt habere concubinam: vt ff. de concubinis. l. vlti. Item † ſimplices milites poſſunt ducere vxores ibi,
5 vbi militant: vt ff. de ritu nupt. l. eos.

De donatione ante nuptias, vel propter nuptias, & de ſponſalitiis. *Rubrica.*

1 *Donatio ante nuptias, ſeu propter nuptias, quæ dicatur.*
2 *Donationis propter nuptias fructus vter percipiat, maritus, an vxor.*
3 *Donatio propter nuptias an inſinuatione opus habeat.*
4 *Donatio propter nuptias ad quid fiat.*
5 *Donatio propter nuptias fiat ante nuptias an poſt, quid interſit.*
6 *Pactum de lucranda dote an ſubintelligatur.*
7 *Dos & donatio propter nuptias an poſſint augeri vel minui.*
8 *Donatio propter nuptias, qua ratione petatur.*
9 *Dote data, & pacto de ea lucranda interpoſito, ſi nulla donatio propter nuptias facta fuerit, quomodo cõſulatur mulieri.*
10 *Sponſalitia donatio quæ dicatur.*

Dona

11 *Donationem inter ſponſum & ſponſam ita demum valere, ſi*
fiat ante contractum matrimonium, non etiam ſi poſt: &
quid ſi dubitetur, facta ſit ante, an poſt.
12 *Sponſalitiam donationẽ reuocari poſſe propter ingratitudinẽ.*

DE nuptiis dicturus quædam præparatoria nu-
ptiarum poſuit, ſcilicet, de ſponſalibus, & arris
ſpõſalitiis: ſed quia quædam donationes præce-
dunt nuptias ſupponit de eis, ſcilicet, de donatio-
ne ante nuptias, & propter nuptias, & de ſponſalitiis. Videa-
mus ergo de his, quæ ſint, quando fiant, & qualiter petatur do-
1 natio propter nuptias. Eſt autem † donatio ante nuptias, vel
propter nuptias quam facit ſponſus, vel aliquis nomine eius,
ſponſæ, vel alius nomine ſuo argu. ff. de iure dot. l. profectitia.
primo reſp. §. ſi quis certam. & §. ſed & ſi curator. & §. ſed & ſi
proponas. §. ſi patri quis. ſcilicet, eodẽ modo, quo dotem dat
a vxor marito: ſicut enim ſine matrimonio nulla dos eſt [a]. l. do-
tis appellatio. ff. de iure do. ita & hæc donatio, ſi matrimonio
• nulla eſt. Hinc eſt, quod vocatur antipherna • quaſi contraria
donatio, ab anti quod eſt contra, & pherna quod eſt dos. Ma-
ritus enim ab vxore accepit dotem, id eſt, donationem ob ma
trimonium: ſic & è cõuerſo ipſe donat vxori propter nuptias:
2 vt j. eod. l. vlti. & fit ei donatio † tali modo, vt induceat mulie-
rem in poſſeſſionem: non tamen puto, quòd illa percipiat fru
ctus, imo maritus percipit, & habet fructus ad ſuſtentationem
ſui, & vxoris. Si enim diceres vxorem fructus habere donatio-
nis, ergo dos non ſeruiret oneribus matrimonij, vtpote cùm
maritus tantũ daret vxori hoc titulo donationis, [quantum
3 ad eum peruenit: nec † exigitur inſinuatio huius donationis,]
quantum ad mulierem: licet excedat ſummam quingentorum
ſolidorum. Exigitur tamen quantum ad virum: quia ſi non in-
ſinuet eam, & caſus ille acciderit viro de lucranda dote pro-
pter tenorem pacti, non lucrabitur eam vltra quingentos ſo-
lidos: ſicut nec mulier inſpecto iure communi amplius poſſet
lucrari de donatione propter nuptias. Nam quòd ſuo ſpeciali
iure & fauore mulier lucratur, amplius nõ debet prodeſſe vi-
ro: vt j. eod. auth. eò decurſum eſt. & in auth. vt ſpon. larg. j. re-
ſpon. & auth. vt fratrum filij. §. illud quoque. Et not. quòd ibi
impropriè appellat donationem propter nuptias, ſpõſalitiam
4 largitatem. † Si quæras ad quid fiat hæc donatio [b]? Reſpon.
b Ad hoc, vt mulieri optimè ſit conſultum in dotem, quando-
cunq; ſoluatur matrimoniũ: nam de ea poterit ſatisfieri mu-
lieri: quia nec eam vllo modo alienare, vel obligare (vt pote
alienam) poterit maritus. & eſt, ſoluto matrimonio, reddenda
marito. & ſic dos mulieri: quia æquis paſſibus ambulant: vt
in auth. de æqualitate dotis. Hæc donatio fiebat olim ante nu-
ptias: & ideo ſic dicebatur donatio ante nuptias, ſed hodie
conceditur fieri etiam poſt nuptias, & (ne nomen remaneret
inconueniens, imò fieret conſequens rei) appellatur hodie do
5 natio propter nuptias: vt Inſtit. de don. §. eſt & aliud. † Porrò
licet ante nuptias, & poſt nuptias poſſit conſtitui, hæc tamen
eſt differentia: quia vbi fit donatio ante nuptias, poteſt exce-
dere quantitatem dotis, & infrà ſubſiſtere: vt j. de pact. con-
uen. ſuper do. l. ex morte. Sed & vbi iam contracto matrimo-
nio, fit, non debet excedere quantitatem dotis: vt j. eod. l. vlt. §.
ſi ergo dote iam præſtita. Et eſt ratio, quia ſæpe in fraudem
donationis prohibitæ inter virum & vxorem excogitaretur
augmentum donationis propter nuptias: & hoc ſecundum ius
Codicis. Iure verò authenticorum æqualitas in quantitate
conſideratur, & in lucris inde prouenturis: vt in authent. de
6 æqualitate dotis. §. hoc igitur. † Quid ergo ſi maius pactum
de lucrãdo fuerit in dote, quàm in donatione fuit appoſitum,
vel è conuerſo? ſemper maius reduceretur ad minus: vt j. de
pac. do. l. lege. Quid ergo, ſi dos data eſt, & pactũ de ea lucran-
da eſt interpoſitum, donatio quoq; data eſt, ſed nullũ pactũ de
lucrãda ea eſt appoſitũ: nunquid pactũ de lucrando factum in
dote extenditur ad donationem? an etiam cenſebitur nullum,
ex eo quòd dictum eſt maius pactum reduci ad minus? Mi-
nus autem dicitur, quod nullum eſt: vt ff. de tributoria. l. il-
lud. §. minus. Sed certè lex eſt expreſſa quæ dicit pactum do-
tis extendi ad donationem: vt infrà eodem. l. vlti. §. ſi autem
7 donatio. † Dos autem, & donatio propter nuptias augeri
quandocunque poſſunt de voluntate, ſed & diminui ſimili-
ter: vt j. eod. l. ſi conſtante. Hodie verò ex neceſſitate augetur
c dos, vel donatio [c] propter nuptias: nam ſi altera pars præſtat
augmentum, neceſſe eſt quoque alteram partem augmentum
celebrare, & ſiquidem maritus nullos habeat creditores, mu-
lier poteſt augere dotem in rebus quibuſcunque. Si verò ha-
beat, quia creditores viri præiudicium patiuntur propter da-
tam dotem, etiam ſi anterioris temporis priuilegiis ſint valla-
ti, & quia maritus & mulier fraudem excogitando, fictè dice-
rent ſe feciſſe augmentum, quod non feciſſent, ideo dictum
eſt, vt mulier dotem tunc in rebus apparentibus, putà immo-
bilibus, ſi habet, augeat. Si enim mulier immobilis ſubſtantiæ
domina, res mobiles in augmento dederit, id eſt, dicatur de-
diſſe, & creditores ſuſpicentur, & dicunt non datum, in hac
parte dotis nullo vtetur aduerſus creditores alio priuilegio:
vt in authen. de æqual. do. §. aliud quoque. Sed ſi creditores
confiterentur datum, cur non vteretur priuilegio mulier?
8 † Petitur autem donatio propter nuptias, quæ conſiſtit in
ſpecie, ſi traditio interuenerit, directa rei vendicatione, ſi non
interuenit, vtili. Et in hoc caſu loquitur in authen. de æquali.
do. §. ſi autem ſub poteſtate. Vbi autem eſt in quantitate
9 promiſſa, ageretur perſonaliter ex pacto. † Quid autem ſi
nulla donatio data, vel promiſſa fuerit: dos tamen data eſt, &
pactum de ea lucranda factum eſt, & ſolutum eſt matrimo-
nium? Dicunt quidam poſſe agi, vt detur donatio propter
nuptias, tanta ſcilicet, quanta eſt dos: ex illa authen. quæ eſt j.
eod. dos data. Sed nos id non credimus: quia (ſicut ipſi dicunt,
& ſcripſerunt, & lex dicit) dos non debet cedere lucro ma-
riti: niſi ex quibuſdam pactionibus: vt j. de rei vxor. act. l. vnic.
§. illo. Non ergo donatio propter nuptias (quę ęquis paſſibus
cum dote ambulat) poteſt peti, vt detur, hoc ipſo q̃ dos data
eſt: tamen poteſt agi conſtante matrimonio, condictione ex
lege, vel officio iudicis, vt conſtituatur donatio propter nu-
ptias: ſi tamen mulier dotem dederit, vel obtulerit, & cùm res
ſit mobilis, eam conſignauit, & depoſuit, ac ſi per dilationem
dos non detur, & donatio denegatur: vt in authẽ. vt exact. do.
inſtan. §. vlti. Si ergo conſtante matrimonio, ſic egerit mulier,
ſibi conſuluit, & pactum dotis lucrandæ extẽdetur ad dona-
tionem propter nuptias: ſi verò ſoluatur matrimoniũ priuſ-
quàm hoc egerit, mulier ſibi imputabit, nec donationem lo-
10 crabitur, quę nulla fuit. † Spõſalitia autem donatio [d] dicitur ea,
d quę à ſponſo ſponſæ, vel è cõuerſo, licet rarò fiat: quia fœmi-
narum genus auariſſimũ eſt: vt s. eo. ſi à ſponſo. & ff. de dona.
inter virum & vxo. l. ſi ſtipulata. datur ſimpliciter, id eſt, non
propter nuptias: ineſt tamen ſemper cõditio nuptiarum: quia
intuitu matrimonij fit: & ideo nõ verè poteſt dici propter nu-
ptias donatio. Cõditio autem ineſt: niſi ſteterit per dãtem: vt j.
eo. l. cùm veterum. ſi verò ſteterit per caſum, diſtinguo vtrum
donauerit ſponſus ſponſæ, aut ſponſa ſponſo. In primo caſu
reſcinditur donatio in totũ, ſi oſculũ non interceſſerit. Oſcu-
lo autem interueniẽte, reſoluitur donatio pro parte dimidia. In
ſecũdo autem caſu non diſtinguitur an interueniat oſculum,
vel non, & in vtroque caſu infirmatur donatio in totum: vt j.
eo. l. ſi à ſpõſo. Et fortè eſt illa ratio differentiæ, quia ſpõſa da-
re ſponſo oſculum, non ab eo dicitur accipere: & interuenit
gratia ſponſi non ſponſæ, ſiquidem vir accipiẽdo oſculum, in
nullo grauatur: imò eius eſt conditio melior, cùm ad propria
redeat alacrior, mulier verò grauatur, quia incurrit ruborem:
& ideo in rebus viri eſt conditio durior, mulieris verò beni-
11 gnior eſſe cauſa cẽſetur. † Et hoc quãdo fit donatio inter ſpõ-
ſum, & ſponſam ante matrimonium cõtractum. Nam ſi fieret,
• matrimonio iam contracto, ipſo iure eſſet nulla: vt j. de dona.
inter virũ & vxo. per totum tit. Quid ergo ſi in ambiguo ve-
niat, vtrum ſit facta in ſponſalibus, an poſt matrimonium cõ-
tractum? Diſtingue vtrum donauerit ſpõſus ſponſæ in domo
ſponſæ, & tunc videtur eſſe facta in ſponſalibus, & tenet: aut
donauerit ſponſus in domo ſua ducta iam ſponſa: & tunc do-
natio non tenet: vt j. eo. l. cùm in te ſimplicem. & fortè licet ſo-
lo cõſenſu de præſenti cõtrahatur matrimoniũ, tamen quan-
tum ad prohibitionem donationis nõ videtur matrimonium
perfectum antequàm ſpõſa ſit ducta. Vnde & in itinere pote-
rit ei donari, & poſtquàm ſit ducta. ſi tamen ſit in dieta ſepa-

rata à viro:vt ff.de donat.inter virum & vxorem.l.penult.§.j.
2 †Hæc ſponſalitia donatio no n ſolum prædictis modis, ſed
etiam propter [ingratitudinem] & magnitudinem reuocatur:
ſicut & omnes ſimpliers donationes,& impropriæ: & contra
3 idioma ſermonis ſponſalitia donatio æquiuocè noncupatur
donatio propter nuptias: vt in illa authentica eò decurſum
eſt, vt infra eodem.

ANNOTATIONES.

a Nulla dos eſt. Adde Bald.in l.pactum.xx.q. C.de collat. Doct.in l.ſi.
C. de donat.ante nupt & in l.pro oneribus. de iure do. & in l. obligamur.
† lege.ff.de act. & oblig do.Alexand. de Imol.in conſil.xlviij.in
quarto volum.qui totam materiam exagerat.
* Antiphetna. Vide Alciat.libro primo Prætermiſſ.
b Donatio. Adde generaliter an donatio omnis,quæ fit ratione contracti
matrimonij,an ſit prohibita,Soci.in con ſil.lvi.
c Donatio Vide ad hoc Arge. in auth. de æquali dotis.† primo. collat.
tertia.& vide Bald.in authen.ſiue.C.ad velleia.multa per Pau.de Caſt.
in conſil.cciij.in primo volum.
d Donatio. Et an donatio facta ſponſæ de præſenti adhuc non ductę ad
domum viri ſponſum valeat, & quid ſi eſt facta in domo ſponſi vel
ſponſę,vel in via,vide plene per Soci.in conſil.cxxiij.per totum.

De nuptiis. *Rubrica.*

1 *Nuptiarum ſiue matrimonij diffinitio, & eius explicatio.*
2 *Matrimonium quare dicatur diuini & humani iuris communicatio.*
3 *Matrimonium eſſe coniunctionem viri & mulieris, quomodo ſit intelligendum.*
4 *Nuptiæ vnde dicantur.*
5 *Nuptias contrahere qui poßint.*
6 *Filiosfa.nuptias contrahere volentes debere conſenſum parentum habere, in quorum ſunt poteſtate, & an id ſit perpetuum.num.ſeq.*
8 *Matrimonium ſit ne validum,ſi quis minorem annis duodecim duxerit,eámq; ante annum duodecimum cognouerit.*
9 *Filiæ emancipatæ minores xxv.annis de quorum conſenſu nubere debeant.*
10 *Filia ſui iuris effecta morte patris minor annis duodecim, de quarum perſonarum cõſenſu & authoritate nubere debeat, & quod in filia adulta.num ſeq.*
12 *Nuptiæ quibus modis & inter quos ſint prohibita.& num.14.*
13 *Affinitas quid ſit, & quatenus nuptiæ propter eam ſint prohibitæ.*
15 *Dotem nullam intelligi ex coniunctione earum perſonarum, inter quas non conſiſtit matrimonium.*
16 *Mulierem non poſſe per proprium nuntium nubere, tametſi maritus id poßit.*
17 *Matrimonij contractus an,& quando requirat ſcripturam.*
18 *Matrimonij cum concubina contracti effectus quis ſit.*

PRÆMISSIS præparatorijs nuptiarum, ponit
de nuptijs, de quibus videamus,quid ſint nuptiæ,
& vnde dicantur,qui poſsint contrahere nuptias,
quibus rationibus prohibētur,qualiter perficiantur,
1 tur,& quis ſit effectus. † Sunt autem nuptiæ ,ſiue matrimonium
nium coniunctio viri,& mulieris,indiuiduam vitę conſuetudinem
dinem continens,& diuini & humani iuris communicatio:vt
Inſtitu.de pat.poteſta. & ff.eod.l.j.Maris & fœminæ ideo ponitur:
nitur: quia nunquam in eodem ſexu poteſt eſſe matrimonium.
Indiuiduam ideo ponitur: quia huius debent eſſe propoſiti à
principio, vt ſi ſemper viuerent in eodem habitu matrimonij
eſſent: & ideo dicitur conſortium omnis vitæ. Sic & dicitur
Auguſtus ab augendo propter voluntatem. Et in definitione
iuſtitiæ dicitur iuſtus reddere vnicuique ius ſuum ex propoſito
to animi tantū:vt notauimus ſuprà in præfatione huius libri.
Certum eſt enim quandoque matrimonium diuidi infauſto
auxilio.ex quibuſdam cauſis:vt j de repud.l.conſenſu. Et certum
tum eſt principem non ſemper augere imperium. & certū eſt
a iuſtum etiam in die ſepties cadere. † Diuini autem iuris dicitur
tur cōmunicatio: quia debēt eſſe eiuſdem [ſectæ:] puta ambo
a Chriſtiani *, vel ambo Iudæi: vt ſuprà, de Iudæis, l. ne quis.
Religionis autem diuerſitas non impedit matrimonium:vt ſuprà
prà de ſpon.l.vlt.& j.de epiſc.audien.l.ſi legibus.Humani autem
tem iuris communicatio ideo dicitur: quia matrimonium debet
bet contrahi ſecundum leges humanas , vel ſecundum legem
diuinam , ſi illa inueniatur contraria legi humanæ. Et ideo
etiam propter hoc dici poteſt communicatio iuris diuini. In
eo etiam habet communicationem iuris humani:quia ſi matrimonium
monium legitimè cōtrahatur, vxor ſequitur forum viri. Non
autem ſequeretur,ſi non teneret matrimoniū:vt ff.ad munic.l.
de iure.§.vlti. Poteſt etiam dici communicatio iuris humani:
quia mulier quodammodo videtur domina rerum mariti,
propter promiſcuum vſum. Vnde etiam quidam ſapientes dixerunt
xerunt eam non cōmittere furtum rerum mariti:vt j.de furt.l.
3 quamuis.& ff.rerum amo.l.j. Porrò † quod dictum eſt matrimonium
monium eſſe coniunctionem,de coniunctione quę fit per animum
mum vtriuſq; per verba de præſenti,non de coniunctione corporum
porum eſt intelligendum:vt ff. de reg.iur.l.nuptias. & de don.
inter vir. & vxo.l.cùm hic ſtatus.§.ſi mulier. Coniunctio tamen
b men corporum [b] facit conſummationem matrimonij:ſed conſenſus
ſenſus initiat, & perficit matrimonium: licet exigatur traductio
ctio quantum ad prohibitionem donationum:vt ſ.titu.proxi.
Ideóq; poteſt eſſe aliqua mulier virgo poſteà, quàm ducta eſt
in domum mariti, & ſi interim moriatur maritus, habet nihilominus
4 lominus mulier actionem de dote. † Dicuntur autem nuptiæ
à nubendo,quod eſt propriè mulierum,& non virorum. Inde
eſt,quod mulier dicitur nupta,non vir nuptus:vel vt ait Iſidorus,
c rus, nuptiæ [c] dictæ ſunt ab obnubendo, id eſt, à velando:vel
quia mulieres velatæ incedunt, vel quia iure velantur:cùm in
eccleſiis à ſacerdotibus ambo benedicuntur. Et ſunt iſta quatuor
tuor vocabula conſignificantia, ſcilicet. connubium , coniugium,
gium, nuptiæ, matrimonium : vt ff.eod.l.in eo iure.§.hoc caput.
pur.Poteſt addi & quintum ſcilicet conſortium.Sed inter ſeruos
uos tantum dicitur contubernium:vt j.ad leg. Iulia.de adult.
l.ſerui. & de inceſt.nup.l.cum ancillis.[quandoque etiam nomen
5 men conſortij trahitur ad ſeruos.] † Poſſunt autem nuptias
contrahere fœminæ maiores xij.annis, maſculi maiores xiiij.
6 annis, duntamen, ſi fuerint † filijfamil. vel filiæfamil.conſenſum
ſum habeant parentum, in quorum poteſtate ſunt. Nam hoc
fieri debere ciuilis & naturalis ratio ſuadet:duntamen parens
7 ſit ſanæ mentis:alioquin † non requiritur conſenſus eius:quia
nec poteſt interuenire. Curator autem eius conſtituet dotem
& donationem propter nuptias pro qualitate perſonarum,
& pro facultatibus:vt Inſtit.eod.in princip. & infrà eodem.l.
ſi furioſi. Sed ſi parens abſit, aut ignoretur, vbi ſit, & triennium
nium poſtea fluxerit.poſſunt liberi vtriuſque ſexus legitimas
nuptias contrahere. Sed ſi nòdum ſit elapſum triennium, poſſunt
ſunt liberi nuptias contrahere. cùm talem conditionem certum
tum ſit patrem non repudiaturum. Idémque dicitur in filiis,
& filiabus captis ab hoſtibus:vt ff.eod.l.ſi ita pater.& l.quod
filius.Sicut ergo ſolus conſenſus filiorumfamil.non facit matrimonium,
trimonium,ita nec ſolus conſenſus parentum facit matrimonium:
nium:quia oportet filiumfamil.conſentire, vel ſponte,vel patre
tre cogente. Nam ſi eo cogente , ducat vxorem quam non
duceret , ſi ſui arbitrij eſſet, contrahit tamen matrimonium,
quod inter inuitos non contrahitur,maluiſſe enim hoc videtur:
tur:vt ff.eod.l.ſi patre. Filius autem emancipatus, etiam ſine
conſenſu patris vxorem ducere poteſt: vt ff.eod.l.filius emancipatus.
8 cipatus. † Illud poteſt quæri, ſi duxerim in vxorem minorem
xij.annis , & ante duodecimum annum cognouerim eam, an
teneat matrimonium? quod dicunt quidam, quaſi felici diplomate
e mate * ſim vſus:vt ff.de verbo. obligat.l.continuus.§.cùm ita.
Ego contra dico.& ſicut cognatio impedit matrimonium,ita
& ætas: & certè imò deberet puniri de ſtupro , qui violauit
eam : vt ff.ad leg. Iulia.de adulte.l.inter liberas.§.reſponſio.&
§. j. Et quod dicitur Digeſtis quando dies leg.eod.l. penulti.
non videtur nupta,quę virum pati non poteſt,in idem recidit:
quia nec ipſa videtur poſſe pati propter ætatem. Si autem minorem
norem ductam non cognouerim, tritum eſt tunc demum perfici
fici matrimonium cùm maior cœperit eſſe:vt ff.eod.titu.l.minorem.
norem. Quod autem dixi in filio emancipato,ad filiam emancipatam
9 cipatam minorem xxv.ann.extendendum eſt. ſi autem † emancipata
cipata filia ſit minor xxv.ann.conſulit ei lex, ne in ſecundas
nupt

nuptias ſine patris ſententia conueniat. Et ſi fortè mulieris vo-
luntas patri repugnet, debet patris ſententiæ, & propinquo-
rum adiungi authoritas iudiciaria: vt pares ſint minoribus, &
genere competitores. Is enim potior æſtimetur, quem ſibi cō-
ſulens mulier approbauerit. & ne fortè hi, qui gradu proxi-
mo ad viduarum ſucceſsionem vocātur honeſtas nuptias im-
pediant, vt in ea occaſione mulier decedat ſine liberis: ſi hu-
ius rei ſuſpicio proceſſerit eorum volumus authoritatem iu-
dicum voluntati ſuccedere. Ad quos etiam, ſi fatalis ſors in-
terceſſerit, tamen hęreditatis commodum peruenire non poſ-
ſit. Et quod dixi in huiuſmodi emancipatis minoribus con-
uolantibus ad ſecundas nuptias, locum etiam habet, ſi con-
uolant ad primas, cùm ſint virgines: vt infrà eodem. l. viduæ.
10 Si autem mulier minor non ſit filiafamili. vel emancipata,
ſed ſui iuris morte patris facta, ſi quidem ſit minor xij. ann. &
tutorem habeat, & quæratur de futuris nuptiis contrahen-
dis, debet interuenire authoritas tutoris, matris, & propin-
quorum, vt per eos contrahantur ſponſalia, & vincula futuri
matrimonij. Quòd ſi non conuenerit inter eos, arbitrium
pręſi dis prouinciæ neceſſarium eſt: vt infrà eodem. l. prima.
11 Si autem mulier † minor xxv. annis ſit adulta, matris, & pro-
pinquorum ipſius adultę debet requiri iudicium. Et ſiquidem
adulta exprimat voluntatem ſuam, nihil valet contradictio
cognatorum, vel affinium, vel etiam curatoris, qui ſolam rei
familiaris ſuſtinet adminiſtrationem, ſed ſpectanda eſt eius
voluntas, de cuius coniunctione tractatur: vt infrà eo. l. in co-
pulandis. Si autem puella cultu verecundiæ propriam nolue-
rit depromere voluntatem, iudici deliberare permiſſum eſt
coram poſitis propinquis cui melius adulta ſocietur, cùm in-
ter honeſtos competitores matrimonij oritur certamen: nec
propinqui conſentiunt cui potiſsimum puella ſit iungenda.
nam ſi conſentirent etiam ſine iudiciali authoritate perfice-
retur matrimonium: vt j. eodem. l. in coniunctione. Et notan-
dum eſt, quòd quamuis teneat matrimonium poſt xij. vel xiiij.
annum: vt dictum eſt: tamen dicit auth. quòd qui vehementer
citius contrahunt nuptias non minus xv. annorum ad hoc
procedunt: vt in authenti. de tempore non ſolut. pecu. §. vltim.
Maior autem ætas non impedit matrimonium quantacunque
ſit: nam etiam ſexagenarij contrahunt nuptias. Placentin.
12 † Prohibentur [d] autem nuptiæ multis modis, & in primis
d ratione ſanguinis in infinitum inter aſcendentes, & deſcen-
dentes, adeò vt ſi Adam hodie viueret, cùm nulla poſſet con-
trahere: vt j. eodem. l. nemini. Inter collaterales autem prohi-
bentur, vt inter fratrem, & ſororem. Inter conſobrinos autem
non prohibentur iure fori, ſed prohibentur iure poli vſque ad
ſeptimum gradum: vt Inſtitut. eod. §. inter eas. & infrà eod. l.
nemini. Et in decretis cauſa. xxxv. q. ij. can. c. progeniem. &
cap. de conſanguinitate. & cap. in copulatione, & c. nulli. Item
prohibentur ratione adoptionis inter patrem adoptiuum, &
filiam adoptiuam: duret, vel non duret adoptio, ſed inter
fratrem adoptiuum, & ſororem adoptiuam prohibentur ita
demum, ſi duret adoptio: vt Inſtit. eo. §. & hæc adeo. & §. ſed ſi
13 qua. Item prohibentur † ratione affinitatis, vt inter me, & pri
uignam meam, vel nurum meam, vel ſocrum, vel nouercam
meam. Quod dixi in nuru, & ſocru ſeruatur, & in pronuru, &
abnuru, & proſocru, & ſimilibus: vt Inſtit. eo. §. affinitatis. &
c ff. eod. l. adoptiuus. §. & nunc. Eſt autem affinitas [e] regularitas
perſonarum ex nuptiis nobis coniunctarum omni carens pa-
rentela: vt ff. de gradibus affinit. l. nō facilè. §. ſed quoniam. Eſt
ergo affinitas cognatio fictitia per matrimoniales perſonas
contingens. Huiuſmodi affinitatis multa genera cōſtituerunt
decretiſtæ, quòd nihil aliud fuit quàm homines illaqueari.
[Licet autem ſecundum leges affinitas contrahatur tantum
* per nuptias, tamen quantum ad prohibitionem matrimonij
idem eſt, & ſi cōtrahatur per fornicationem: vt j. eo. l. liberi. &
j. tit. j. l. fratris. & l. licet.] Item prohibentur ratione publicæ
14 honeſtatis. † Nam ſi vxor tua poſt diuortiū de alio filiam pro-
creauit, hæc non eſt quidem priuigna tua, ſed ab huius nuptiis
abſtinendum eſt. Nam & ſponſa filij mei non eſt mihi nurus.
Nec patris mei ſponſa mihi eſt nouerca: rectius tamen, & iure
faciam, ſi ab huiuſmodi nuptiis abſtinuero. Nam ſemper in cō
iunctionibus non ſolùm quod liceat de iure ſtricto conſyde-
randum eſt: ſed quid ſit honeſtum: vt Inſtitu. eo. §. ſi vxor. & ff.
eod. l. ſi qua mihi. §. ſi vxor. & l. ſemper. Item prohibētur ratio-
f ne voti ſolennis [f], vel annexi ordinis, vt in monachis & preſby
teris, & diaconis: vt diximus ſ. de epiſc. & cler. Item prohiben-
tur per ſenatuſconſultum, vt inter tutorem & pupillam: vt j.
de interdi. mat. Item prohibentur per legem Iuliam, vt inter ſe
natorem & libertam, & libertum, & filiam ſenatoris: vt eod. l.
lege Iulia. ſed nouo iure nulla dignitas prohibet cum liberta
contrahere nuptias. Et ideo fortè etiam inter libertū, & filiam
ſenatoris valebit hodie matrimonium. Vel dic in liberto rema
nere incorrectum. [Item eadem lege prohibentur inter ſena-
tores & liberos, eorum maſculos, & ſcœnicam mulierem, &
eam cuius pater, materve artem ludicram exercuerit: niſi, præ-
dictæ perſonæ, acta pœnitentia indulgentiam principis me-
reantur, per quam eorum infamia aboleatur: vt j. eodem, l. im-
perialis.] Item inter patronam & libertum prohibentur nu-
ptiæ, niſi patrona ita ignobilis ſit, vt ei honeſtæ ſint vel liberti
ſui nuptiæ: vt ff. eod. l. ſi patrona. Item prohibentur propter
mandata principum, vt in præſide, & ſibi ſubiecta muliere. vt
infra eod. l. & ſi contra. vt diximus ſupra ſi rect. prouinc. Item
prohibentur per conſtitutiones, vt inter te, & eam quam de ſa
cro fonte leuaueris. Item prohibentur inter te, & eam quam
expoſitam leuaueris, locóque filiæ eam habueris, & vt filiam
ipſam educaueris: vt j. eod. l. ſi quis. Sed & eam, quam rapueris,
tametſi rapta conſenſum accōmodauerit, vxorem ducere pro-
hiberis: quia hoc ipſum velle raptarum, ab inſidiis eſt inductū:
vt j. de rapt. virg. l. vnic. §. cæteros autem. verſic. Si enim. Pro-
hibentur quoq; nuptiæ inter te, & cōmatrem tuam, vel etiam
nouercam. Item prohibētur legibus inter libertum & ſeruam,
vel inter ſeruum & libertam: vt ſuprà diximus. Sanè iure poli
admiſſum eſt tale matrimonium, ſic & admiſſum eſt inter ſer-
uum & ſeruam, & liberam. Vnde & ſeruiles cognationes im-
pedimento ſunt nuptiis & ſeruiles affinitates, ſicut & in libe-
ris perſonis: vt ff. eod. l. adoptiuus. §. ſeruiles. Item prohibentur
ratione fidei alteri datæ. Nam qui habet vxorem vnam, aliam
ſuperinducere non poteſt. vt infra ad leg. Iul. de adulte. l. eum.
Et iſtæ omnes nuptiæ interdictæ poſſunt dici inutiles, ſed pro
priè dicuntur nephariæ inter aſcendentes, & deſcendentes. In
ceſtæ autem inter collaterales, vel affines: vt Inſtit. eod. §. ergo
non omnes. & ff. eod. l. quinetiam. & l. vltim. & ff. de adulte. l. ſi
15 adulterium. j. reſponſo. Si ergo † aliquo iſtorum modorum ſi-
milium prohibeatur matrimonium, nec matrimoniū, nec dos
intelligitur. Nec filij ſunt in poteſtate patris: imò tales ſunt
(quantum ad patriam poteſtatem pertinet) quales ſunt quos
vulgo mater concepit. Nam nec hi patrem habere intelligun-
tur, cùm iis pater incertus eſt. Vnde ſolent filij ſpurij appella-
ri, vel à græca voce, παρὰ τὴν σπορὰν, quaſi vulgò concepti, vel
quaſi ſine patre filij, & ſoluto tali coitu, non eſt locus exactio
ni dotis: vt Inſti. de nupt. §. ſi aduerſus. Si autem non prohibea
tur matrimonium, contrahitur, & perficitur ſolo conſenſu: vt
dictum eſt, ſi cōſenſus ſit de præſenti. Nam ſi ſit de futuro ma-
trimonio, neceſſaria eſt deductio ſpōſæ ad domum ſponſi præ
ſentis, vel abſentis. Maritus verò non eſt hoc ipſo, quòd ierit
ad domum ſponſæ, vel quia ducitur à ſponſa: licet raró: vt in-
frà ſolu. matr. l. ſi ignorans. quia domus mariti eſt quaſi domi-
cilium matrimonij, & ad ea quæ ſæpius contingunt, aptantur
iura. Placenti. tamen dicit non contrahi matrimonium ſecun-
dum leges per verba de pręſenti, niſi ductio ſequatur. Et quod
dicitur ſolo contrahi conſenſu, non ponitur ad remotionem
ductionis, ſed & dotis, & donationis propter nuptias, & ſcri-
16 pturæ, & pompæ quæ ſunt nuptiarum accidentia. † Et eſt no
tandum, quòd licet maritus per nuntium ſuum poſsit ducere
vxorem, mulier tamen per proprium nuntium non poteſt nu-
bere. Ipſam enim duci oportet: vt ff. eod. l. mulierem. Nec eſt
17 opus † in matrimonio contrahendo ſcriptura: niſi (vt dictum
eſt) cùm ſenator contrahit cum liberta: vel niſi, cum illuſtres
contrahunt matrimonia exceptis barbaris: vt in authen. vt li-
18 ceat matri & auiæ. §. quia verò dudum. Idem † & ſi cōtrahat
quis matrimonium cum concubina ſua: vt Inſtit. eod. §. vlti.
Sed fortè illud eſt ad legitimationem filiorum præcedētium.
Effectus autem nuptiarum maximus eſt: quia dos eſt aliqua,
& filij ſunt in poteſtate: vt Inſtit. de patr. poteſt.

ANNOTATIONES.

a Chriſtiani. Adde Spec. in iii. de confeſ. §. ii verſic. ſed pone & ſeq. Doctor. in capit. quanto. de diuor. & in capit. ij. de conuer. infide multa per do. Alexand. in conſil xlviij. in quarto volu.
b Corporum. Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit. Vide Soc. in conſi. xxviij. verſi. quamuis enim & vide tex. l. nuptias. ff. de reg. iur.
c Nuptiæ. Adde quòd nuptiæ humano generi immortalitatem præſtãt. vide Soci. in conſilio ix. in verſi. iiij. ibi, nec mirum. & per eundem in conſilio xxxv.
Diplomate. Vide Bud. in annot. poſter. & Beroald. ad Suet. in vit. Cæſ. auguſt. in cap. vbi tract. de ſigill.
d Prohibentur. Vide plene de iſta materia per do. Ioan. Lupum Hiſpanum in tract. de matrimo.
e Affinitas. Vide Ioan. And. & docto. in cap. j. de conſan. & affin. & late Albe. de roſa. in dictionario ſuo in eodem verb. affinitas.
f Voti ſolennis. Adde Canoniſtas in cap. primo. de vo. lib. vi. & in c. rurſus. & in c. conſuluit. qui cle. vel vo. & vide do. Car. in cle. in xxiiii. q. de conſan. & affi. & in cle. ii. vii. & in viii. q. de xia. & qua.

De inceſtis, & inutilibus nuptiis. *Rubrica.*

1 *Nuptias vetitas contrahentium pœna qualis ſit. & nu 6.*
2 *Teſtari an, & quatenus permittatur iis, qui nuptias vetitas contraxerunt.*
3 *Error an, & quando excuſet contrahentes vetitas nuptias.*
4 *Teſtamento an poſsit aliquid relinquere alter alteri ex coniugibus. qui vetitas inter ſe contraxerunt nuptias.*
5 *Filij nati ex iis coniugibus, qui vetitas contraxerunt nuptias, an ſint legitimi.*
7 *Filiorum ex damnato coitu natorum pœna qualis ſit.*

DIXIMVS ſuprà ſpecialiter de nuptiarum permiſsione, & de earundem prohibitione: ſequitur videre de pœnis contrahentiũ prohibitas nuptias, quæ dicuntur nephariæ, vel inceſtæ, vel inutiles:
1 vt ſ. titu proxi. dixi. † Sciendum eſt autem, quod cõtrahentes
nuptias ſibi vetitas, puniuntur in periculo dotis, & donationis propter nuptias: hæc enim confiſcantur: vt j. eodem. l. qui contra legum. Sed nec filij ſunt legitimi, vel in poteſtate pa-
2 rentis: vt ſuprà titu. proxi. diximus. † Item de bonis ſuis teſtari non poteſt in extraneo: per Codicem tamen licet ei teſtari in perſonas, quæ in linea deſcendentium continentur, vſq; ad gradum tertium, hoc eſt in filium, nepotem & pronepotem. Et in perſonas lineæ aſcendentis vſque ad gradum ſecũdum: vt in patrem & matrẽ, auum & auiam. Et in perſonas lineæ collateralis, vſque in gradum tertium, id eſt, in fratrem & ſororem, patruum & amitam. Ita tamen vt ab hæreditate defuncti arceantur, qui in contrahendis inceſtis nuptiis conſilium præbuerint. Et vocantur iſtæ perſonæ tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato in bonis maſculi, vel fœminæ, qui vel contraxerit matrimonium vetitum: vt infrà eodem. l. ſi quis. Hæc vera ſunt, vbi coniuges ſciuerunt & factum & ius. Factum, quia ſciebant aliqua cognationis linea ſe coniungi. Ius, quia ſciebant talem coniunctionem à lege prohibitam.
3 Si ergo † fuit error in facto, ſemper eos excuſat in matrimonio: ſi tamen fuerit error acerrimus. i. iuſtiſsimus, vel fortiſsimus, & non affectatus: quia cùm potuit ſcire, noluit ſcire: vel quia non iuuetur aliquis ætatis lubrico lapſus. Item hic error facti ita demũ adiuuat, ſi fuerit cõtinuus à principio matrimonij vſque ad finem. nec enim excuſatur, qui errore comperto, coniunctionem illicitam ſine vlla procraſtinatione non diremerit. Item nec minor excuſatur ſi factus maior retineat eandem coniunctionem illicitam: vt j. eod. l. qui contra. Si verò fuerit error in iure, quantum ad pœnam adulterij non excuſatur mas, vel fœmina, ſed quantum ad pœnam inceſtus, mulier in totum releuatur, & idem in maſculo ſi errauerit in iure ciuili: quia credebat aliquam poſſe nubere ſuo tutori. Sed ſi errauerit in iure gẽtium, in aliquo ſubleuatur à pœna, non tamẽ excuſatur in totũ: vt ff. ad le. Iul. de adul. l. ſi adulterium. §. nonnũquam. in fi. ibi, cùm in adulterio, &c. & §. ſtuprum. in fi. Eſt argu. forte contrà j. tit. proxi. l. j. Sed certè ibi clam fuerat contractum: vnde præſumebatur ſcientia: ſecus ſi palàm eſſet contractum: tunc enim præſumeretur bona fides: vt ff. de ritu nupt. l. vlti. Quid ſi vnus coniugum ſciuit, alter ignorauerit?
vtique quantum ad ſcientem prædictæ pœnæ locum habebunt, ignorans verò non punitur. Item quantum ad inhibendam repetitionem dotis, vel donationis propter nuptias ſatis eſt, ſiue ſciuerit vterque, ſiue ſolus ille, qui dedit, & vult repetere: ſicut & diximus ſ. de condic. ob cau. & ſ. codi. ſine cauſa.
4 † Si quæras, an alter coniugum alteri in teſtamento poſsit relinquere, diſtingue, vtrum is cui relinquitur, ſciat prohibitam coniunctionem, vt tunc non teneat, [an neſciat, vt tunc te-
5 neat:] vt ff. de ritu nupt. l. præfectus. & de leg. j. l. vlti. † Quid autem erit de filiis ipſorum, & ſi quidem errauerit vterque, filij vtriuſque coniugum pro legitimis reputabuntur: hoc tamen non eſt lege expreſſum. Sed tamen ſcimus & vidimus dominum papam Alexan. ita reſcripſiſſe: ait enim ex gratia eos haberi pro legitimis: de iure enim ſtricto (quia matrimonium nullum eſt) filij nulli eſſent reputandi. Sic & in adoptiuis contingit, qui & ſine matrimonio legitimi reputantur, vel dicuntur. Si verò alter ſciuit, alter ignorauit. poteſt dici ei, qui ſciuit nõ fore legitimos, ſed ei qui ignorauit. [Per beneficium autem domini papæ ſiue gratiam, filij vtrique ſunt legitimi
6 quantum ad ordines.] Hoc † iure iſto procedit. Nam iure authenticorum acrior pœna imponitur iis, qui ſcienter inutiles contraxerunt nuptias: nam bona eorum confiſcantur tam cætera, quam dos, & damnantur in exilium, & priuantur cingulo, ſi quo potiantur: & verberantur, ſi viles ſunt. Si tamen habeant liberos legitimos, & naturales ex præcedenti coniugio natos eis applicatur ſubſtantia ſua, & propter delictum patris, fiunt ſui iuris: vt tamen pater ab eis alatur: quia licet ſit legum contemptor, ipſius tamen pater eſt. Sed his legitimis liberis non extantibus, ſubſtantia applicatur fiſco, repulſis collateralibus, & aſcendentibus contrahentis inceſtas nuptias, quos ſuprà diximus poſſe ſuccedere: vt in authen. de inceſt. nupt. & nepha. ſ. reſpon. col. iij. Videtur tamen, quod dictũ eſt de confiſcatione, correctum eſſe per aliam authẽ. vt nulli iud. §. vlt. quæ dicit bona generi conſeruari vſque ad gradum tertium. Sed ſi nemo eorum ſuperſit qui ſunt de tertio gradu, tũc fit confiſcatio. In crimine verò læſæ maieſtatis percipitur ſeruari vetera iura. Vel dici poteſt legem authentic. poſteriorem locum habere in damnatis ad mortem naturalem, vel ciuilem, vt quia damnatur in metallum, vel deportatur in inſulam, & ita dicitur proſcriptus. Vbi verò quis propter delictũ dãnatus, nihilominus remanet ciuis, imponitur ei pœna cõfiſcationis bonorum omnium, vel partis, ſecundum qualitatem delicti. Vel ſpeciale eſt in hoc delicto inceſtarum nuptiarum contractarum, vt fiat confiſcatio bonorum. In aliis enim lex po-
7 ſterior authentica generaliter eſt tenenda. † Liberi autem, qui naſcuntur ex damnato coitu, vel nephario, vel inceſtu, nec
a naturales nominandi ſunt, omnis [a] paternæ ſubſtantiæ ſunt
b indigni [b], vt nec alantur à parente: vt in auth. quibus modis natu. effic. ſui. col. vii. §. vlt. licet enim prædict. authentic. de inceſtis & nephariis nuptiis tantùm loquatur, idem tamen dico & de cæteris quocũque modo prohibitis. Sed & illud notandum quia de viro ſciente, non ignorante loquitur: quod patet ex eo, quod loquitur de pœna exilij, quæ tantùm dolo delinquẽtis imponitur. Item, quia dicit auth. de inceſt. in prin. eò, quòd non licuerit nuptias facere legitimas, contra leges amauerit.

ANNOTATIONES.

a Omnis. Dicit, quòd nec ſunt de agnatione, vel cognatione patris: nec poſſunt dici nobiles, ſed nec etiam filij eorum quamuis eſſent legitimi & naturales. ita Aucha. conſil. cccxc. inci. viſis diligenter iuribus. & vide etiam Barb. aliqua notabi. allegantem in rub. de fi. inſtru. in illa q. an baſtardus poſsit eſſe notarius.
b Indigni. Adde Spec. in tit. de inſtru. edi. §. xii. ver. iij. op. Bal. in l ſi qua illuſtriſsi. C. ad orf. & in ſua marg. ver. filius. ver. j do. Anto. de roſel. in verb. conſang. viii. col. do. Alexand. de imo. in l. non ſolum. §. qui alieno. de procu. & in l. ii. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. & in conſi. lxxx. iiii. in ii. vo.

De interdicto matrimonio inter puellam, & tutorem, ſeu curatorem liberóſque eorum. *Rubrica.*

1 *Tutorum vel curatorum appellatione qui contineantur, cùm agitur*

agitur de prohibitione matrimonij inter pupillam & tuto-
rem, ſeu curatorem eius.
2 *Liberorum tutoris, vel curatoris appellatione, quos lex arcet à*
nuptiis pupillæ, qui contineantur.
3 *Pupillæ vel adultæ appellatione cum qua prohibetur tutor, vel*
curator matrimonium contrahere, quæ contineantur.
4 *Tutoris filiam non prohiberi à nuptiis pupilli, cuius tutelam*
pater adminiſtrat, & quæ ſit huius ratio.
5 *Tutor vel curator quibus caſibus poſsint matrimonium contra-*
here cum ſua pupilla, vel adulta.
6 *Tutoris vel curatoris, pupillam, vel adultam ſuam in vxorem*
ducentis, pœna qualis ſit.

QVIA non ſolùm iuregentium propter affinita-
tem, & cognationem, nuptiæ prohibentur: vt di-
ctum eſt, ſed etiam iure ciuili, ne circunſcribatur
pupilla, vel adulta, in re familiari: vt ff. de ritu nup.
l. libertus. §. ſenatuſconſult. ideo ponit de interdicto matrimo-
nio inter tutorem, & pupillam, ſeu curatorem, & adultam, li-
1 beróſque eorum. † Videamus ergo qui contineantur nomi-
ne tutoris, vel curatoris, & qui continentur nomine libero-
rum ipſorum. Et certè tutor, & curator prohibentur, ſiue ge-
rant, ſiue non gerant tutelam: vt quia ceſſant ex negligentia:
vel quia honoris cauſa dati ſunt, imò & ſi verè datus fuit tu-
tor, & ipſa falſa excuſatione excuſauit ſe: quia pertinet ad eum
periculum, impeditur nuptias contrahere. Idémque eſt in tu-
tore, qui deſiit eſſe tutor ob hoc, quòd pupilla capta eſt ab ho-
ſtibus: nam & hoc pertinet ad eum periculum principaliter:
quia fuit tutor. Ille autem non continetur nomine tutoris, ad
quem propter tutorem ſecundariò reſpicit periculum. vt quia
fideiuſsit aliquis pro tutore: vel quia cùm eſſet magiſtratus,
non idoneum dedit tutorem, vel non idoneam accepit ſatiſ-
dationem. Item nec ille impeditur nuptias contrahere, qui ex-
cuſauit ſe à tutela bona fide, vel in pupillari ætate pupilli, vel
pupillæ, vel poſtea quam adoleuerit hic, vel illa. Curator au-
tem eſt hic accipiendus, vel pupilli, vel adulti, vel furioſi, vel
mentecapti, vel ſi quis fuerit datus ventri. Ille autem qui non
eſt tutor, vel curator, gerit tamen pro tutore, vel curatore, non
impeditur nuptias contrahere: & probantur hæc ff. de ritu
nupt. l. ſi quis tutor. & l. non ſolùm. §. ſi quis. & j. eod. l. vltim.
2 † Liberorum autem nomine continentur naturales, & legi-
timi, vel etiam legitimi tantùm, putà adoptiui. Si tamen filius
adoptiuus contraxerit matrimonium cum pupilla ſui patris,
& poſteà emancipetur, & poſt emancipationem retineat idem
matrimonium, confirmatur ex poſt facto, quod à principio
non tenuit. Si autem primò contraxiſſet Titius matrimonium
cum pupilla tua, deinde adoptares Titium maritum eius, non
perimuntur nuptiæ, ſed magis adoptio impeditur, quæ fit du-
rante tutela tua. Nam finita iam tutela, & nupta puella eſt
alij, vereor, ne longum ſit adoptionem mariti eius impedire,
quaſi propter hoc interponatur, vt ratio tutelæ reddendæ co-
hibeatur, quam cauſam prohibitionis nuptiarum contrahen-
darum oratio diui Marci continet: vt ff. de ritu nupt. l. non ſo-
lùm. §. ſed videamus. Item liberorum appellatione continen-
tur hæredes tutoris, etiam extranei: vt ff. de ritu nupt. l. liber-
tum. §. j. Nam ibi dicitur, hæres tutoris rationem reddere tene-
tur, ſicut tenebatur tutor. Item & continentur liberti cura-
3 toris: vt ff. de ritu nupt. l. non eſt curatoris. † Pupillæ autem,
vel adultæ appellatione continetur quælibet mulier minor
xxv. annis, vel etiam maior: dum tamen annus vtilis olim, vel
hodie quadriennium non tranſierit, illam quidem tantùm ve-
tatur ducere tutor: ſecus in qualibet muliere ſibi exiſtente hæ-
rede, etiamſi filia ſit eius: vt ff. de ritu nupt. l. non ſolùm. §. ſi
puellæ. Si quæras, cur extraneus hæres tutoris (vt dictum eſt)
prohibebitur contrahere matrimonium cum ea, quæ fuit in
tutela, vel cura defuncti, & ipſe tutor non prohibetur contra-
here cum hærede adultę, etiam ſi ſit filia? reſpondeo quòd ex-
traneus hæres tutoris eodem modo tenetur reddere rationem
ſibi, quo & ipſe tutor. Ideóque ſicut ipſe tutor prohibetur, ita
& ipſe. Sed hæredi adultæ non eodem modo, id eſt, cum eo-
dem priuilegio ratio redditur: vt ff. de adminiſtr. tut. l. ex plu-
ribus. ideo, quia licet prohibeatur pupillę matrimonium, non
tamen hæredis eius. Sicut autem nuptiæ prohibentur inter
prædictos, ita & ſponſalia: vt ff. de ritu nupt. l. ſi quis tutor. §.
4 quamuis. † Sed licet inter tutores, & curatores, eorúmq; li-
beros, & pupillas, vel adultas, prohibeatur matrimonium, ta-
men tutoris, vel curatoris filia cum eius pupillo, vel adulto,
nuptias contrahere poteſt: vt j. eod. l. curatorem. & eſt ratio,
quia adultus exigere rationem non timebit propter vxorem:
adulta autem, propter ſuum maritum, eundémque tutoris fi-
5 lium, non auderet loqui de ratione petenda. In † caſibus ta-
men quandoque tutor vel curator eorúmque liberi cum pu-
pilla, vel adulta, rectè contrahunt nuptias, ſcilicet reddita ra-
tione tutelæ, vel curæ, & elapſo xxv. anno, & anno vtili olim,
vel hodie quadriennio, quod datur ad reſtitutionē petendam.
Item & cùm pater puellæ nuptias fieri poſtulauit, vel etiā ante
quam decederet filiam ſuam deſponſauit tutori, vel curatori,
vel eius filio. Idem quando tutor hic impetrauit à principe: vt
j. eo. l. ſi patris. & l. ſi tutor. & ff. de ritu nupt. l. non eſt. Idémq;
eſt in alio caſu, cùm auus gerit tutelam neptis natæ ex filio
emancipato, & copulat eam in matrimonium nepoti ex altero
filio emancipato, vel ſuo: par enim affectionis auitæ cauſa ſu-
ſpicionem fraudis amouet, & ideo ſummæ affectionis intuitu
huiuſmodi nuptiæ conceduntur: vt ff. de ritu nupt. l. non ſo-
6 lùm. §. de vno. † Aliàs autem matrimonium non tenet, imò
etiam pœna imponitur cōtrahenti contra legem. Manet enim
infamia cōtra eum, velut confeſſum de tutela: quia huius con-
iunctione fraudulentam adminiſtrationem tegere laborauit,
& dos data per conditionem repetitur. Item tutor, vel curator
extra ordinem punitur pro dignitate pupillæ: & per legem
Iuliam de adulte. poteſt accuſari: vt ff. ad legem Iul. de adult. l.
qui pupillam. Et ſi tutor erat libertus pupillæ, relegandus eſt:
& j. eod. l. ſi tutor. & ff. de ritu nupt. l. libertum. j. reſponſ. & l.
non eſt. j. reſpon. Vel etiam de adulterio accuſabitur: vt dictum
eſt. nec excuſantur iſti propter ruſticitatem: vt j. eodem. l. j. niſi
forte in pœna corporali, & infamiæ.

Si quacunque præditus poteſtate, vel ad eum pertinentes ad ſuppoſitorum iuriſdictionis ſuæ aſpirare tentauerit nuptias. *Rubr.*

1 *Magiſtratus quam ducere vetetur.*
2 *Nuptiæ magiſtratus priuilegium.*

QVALITER ratione priuati officij prohibean-
tur nuptiæ, ſuprà dictum eſt: nunc autem ponit
qualiter prohibeantur ratione officij quod pu-
blicum eſt authoritate, & vtilitate. Nam ſuperior
titulus, Si rector prouinciæ, & c. loquitur de ſponſalibus: hic
autem loquitur de nuptiis, notemus ergo breuiter caſum hu-
1 ius legis, & erit pro ſumma. † Sciendum eſt autē quòd ſi quis
magiſtratus maior, vel minor, occaſione poteſtatis nitatur con
trahere nuptias cum muliere ſibi ſubiecta, virgine, vel vidua,
inuita ea, vel parentibus eius, & minacem feruorē exhibuerit
eis, hic licet prohibitas nuptias non peregerit, attamen pro tali
conamine multatur in x. libris auri: & cùm honorem ambie-
rit, peractam dignitatem prohibetur vſurpare. Quod ſi fecerit,
per iuge biēnium prohibetur habitare eam prouinciam, quam
2 ſibi vſurpauerit. † Item conceditur priuilegium prædictæ
mulieri cum ſua ſuorúmq; domo, vt confeſtim conteſtatione
propoſita poſsit iuriſdictionem eius euitare, qui eam huiuſ-
modi ambitu circumuenire tentauit. Et ſiquidem iudex ordinarius
fuerit, in hoc reatu ratio vniuerſæ domus eius mulieris, atque
omnia ciuilia, vel criminalia negotia vicario competunt. Sin
autem vicarius, vel ſimilis hoc eidem crimine contingatur, vi-
ciſsim ordinarius iudex interceſſor erit. Sin autem vtriq; fue-
rint ſuſpecti, ad illuſtrem præfecturā ſpecialiter talium domo-
rùm tuitio pertinet, quādiu adminiſtrauerit ille qui deliquit.

Si nuptiæ ex reſcripto petantur. *Rubrica.*

1 *Petitio negata inefficax.*
2 *Reſcriptum nuptiarum quando teneat.*

PETVNTVR ex reſcripto nuptię, quandoque à iure vetitæ, quandoque permiſſæ. Et ſi quidem ſint vetitæ, vel iure naturali, vel gentium, vel ciuili etiam propter affinitatem, vel cognationem
1 indultæ non valent: nam † cuiuſlibet rei, cuius eſt denegata petitio, non proficit indultum: & ſi per ſurreptionem fuerit obtentum (ne diſsimulatione culpabili nephanda lætitia roboretur: vt j. eo. l. vlti. & ſ. de inceſt. nup. l. vlt.) imponitur pœna amiſsionis bonorum, & deportationis: vt j. eod. l. j. Si verò ſint vetitę de iure ciuili, propter pecuniarium damnum vitandum tenet indultum: vt ſ. tit. iij. l. ſi tutor. Idem dici poteſt & in pręſide prouincię, qui vult contrahere cum ſibi ſubiecta. Pro-
2 ficiet enim ei † reſcriptum, alioquin puniretur: vt ſ. titu. proxi. dixi: niſi deſideret adimpleri ſponſionem parentum, de nuptiis filiorum: vel ſibi reddi ſponſalia, hoc eſt, data nomine arrarum in duplum. & ita poteſt intelligi quod dicetur j. eo. l. j. in fi. Si verò nuptiæ ſint permiſſæ, ſi quidem impetrantur ad remiſsionem infamiæ: quia mulier nimis citò feſtinauit nubere, puta intra tempus luctus, tenet reſcriptum: vt infrà ad Tertyl. l. ſi qua. Idémque & ſi impetret nuptias ad retentionem prioris dignitatis: vt ff. de ſena. l. nuptiæ. Si verò ad prędicta, vel ſimilia non proſit, ſuperuacuum reſcriptum eſt.

De ſecundis nuptiis. *Rubrica.*

1 *Nuptiæ ſecundæ quæ dicantur.*
2 *Nuptias ſecundas contrahentes quare puniantur.*
3 *Mulier quanto tempore debeat abſtinere a ſecundis nuptiis poſt ſolutum prius matrimonium, & ob quam rationem. nu. ſequen.*
5 *Mulieris nimium feſtinantis ad ſecundas nuptias pœna quæ ſint.*
6 *Mulier conuolans ad ſecundas nuptias ante tempus legibus præſtitum, an poſsit capere quòd ei à priore viro relictum eſt: & quid in relicto ab aliis, & quibus applicari debeat huiuſmodi relictum à viro.*
7 *Mulierem ante tempus nubentem ſecundo viro perdere ea, quæ ei donata erant inter viuos à priore marito: & cui debeant ea applicari.*
8 *Pœna, quas incurrit mulier ob nimium feſtinatas ſecundas nuptias, an remitti poſsint per reſcriptum principis.*
9 *Mulier, quæ ſuſcepit tutelam liberorum ut, & quomodo poſſit impune ad ſecundas nuptias conuolare,*
10 *Pater, aut mater habens ex priore matrimonio liberos, ſi ſecundas nuptias contrahat, qualiter puniatur.*
11 *Donatum vel relictum ſecundo coniugi plus quàm per leges liceat, ipſo iure non valere: & quibus applicandum ſit.*
12 *Mulier dederit plus ſecundo marito, quàm vni ex filiis prioris matrimonij, an non, quo tempore inſpiciendum ſit.*
13 *Mulier ſecundò nubens quomodo puniatur in rebus, quæ conſecuta eſt à priore viro: & quatenus vtatur, fruatur illis rebus. & nu. 15.*
14 *Ingratitudinem arcere liberos ab iis bonis, quæ per leges deferuntur eis ob tranſitum parentis ad ſecundas nuptias.*
15 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota, quatenus vtatur rebus mobilibus ſibi conceſsis à priore viro.*
16 *Filio vno prioris matrimonij decedente, cuius mater tranſiuit ad ſecundas nuptias, quis ei ſuccedat: & quatenus mater ſuccedat ei.*
17 *Mulier, quæ tranſiuit ad ſecundas nuptias, quatenus ſuccedat vni ex liberis prioris matrimonij in donatione propter nuptias, cuius tertiam partem ex pacto lucrari debebat, ſi liberi non extarent ex eo matrimonio.*
18 *Vir ſecundam vxorem ducens priore defuncta, ex qua habet liberos, qualiter puniatur.*
19 *Dotem vel donationem propter nuptias, quam parens ſuperſtes lucratur, ſeruandam eſſe filiis eius matrimonij, etiam ſi parens non tranſierit ad ſecundas nuptias.*
20 *Lucra, quæ parẽs ſuperſtes ſenſit ex matrimonio, an & quando, & quatenus eo mortuo vendicari poſsint à filiis eius matrimonij, etiam ſi is parens non conuolarit ad ſecundas nuptias.*

DE nuptiis in genere dictum eſt, quæ valeant, vel non valeant, ſequitur videre ſpecialiter de ſecundis quas ſæpe à quibuſdam eis non ſufficientibus primis contrahi contingit. Videndum ergo, quæ dicantur nuptiæ ſecundæ, & quare, & qualiter puniantur.
1 † Dicuntur autem nuptiæ ſecundæ omnes, quæcunque ſequuntur primas, etiam tertiæ, vel milleſimæ, vt probatur in-
2 frà eodem. l. ſi quis. §. talem. Inde † enim dicuntur ſecundæ. Vulgò tamen conſueuit dici ſecundum, quod ſtatim poſt pri-
3 mum ſequitur. † Puniuntur autem ſecundò nubentes propter duo, primò propter nimiam feſtinationem, & ſecundò propter non ſeruatam filiorum affectionem: nimia enim feſtinatio in vxoribus tantum, punitur intra annum continuum à morte mariti computandum. Ad cuius luctum remiſſo triſtiori habitu annus eſt ſtatutus: vt ff. de his, qui not. infa. l. genero. j. reſpon. & §. ſed eum tempus. & ſ. de his, qui no. infa. l. decreto. Si verò matrimonium ſoluatur culpa mulieris, ſtatuitur ei quinquennium, vt in eo abſtineat à matrimonio. Si verò ſolueretur diuortio ſine culpa mulieris, ſtatuitur ei annus, vt dictum eſt in morte: vt j. de repu. l. conſenſu. §. hæc niſi. [Maritus verò lugere non compellitur vxorem. Vnde ſua feſtinantia non punitur: vt ff. de his, qui not. infa. l. vxores. ſiue morte vxoris, ſiue diuortio, ſoluatur matrimonium: vt j. de rep. l. conſenſu. §. virum etiam.] Luctus verò cognatorum
nulli hominum intra certum tempus eſt præfixus: vnde nullum præſtat impedimentum nuptiis: vt ff. de his, qui not. infa.
4 l. liberorum. j. reſpon. & l. parentes. Hæc † autem feſtinantia
a propter duo punitur [a], ſcilicet, propter turbationem ſanguinis: vt ff. de his, qui not. infa. l. liberorum. §. & ſi talis. in fin. vel ne quis de prole dubitet: vt j. de rep. l. conſenſu. §. quòd ſi præter hoc. verſic. ſi verò cauſam. in fin. Item ne quia præextiterit malignæ ſuſpicionis cauſa, ad virum ſecundum, [eò quòd velociter ad nuptias feſtinauit:] vt in auth. de reſti. & ea quæ parit. §. vnum ſiquidem, ibi, eò quòd fortè ſuſpicio, & c. Quidam tamen (vt M. & eius ſequaces) dixerunt propter ſolã ſanguinis turbationem puniri feſtinationem. Vnde & dixerunt eam, quæ parit intra tẽpus luctus, ſtatim poſſe nubere: vt ff. de his, qui no. infa. l. liberorum. §. vnde Pomponius. quod nos concedimus in eo caſu tantum, cùm vir non erat lugendus, vt dicitur in ea lege, §. & ſi talis. & §. non ſolent. Si enim ſanguinis turbatio ſola eſſet cauſa prohibitionis. ergo ſemper etiam poſt tres menſes poſſet nubere. Cum enim neceſſe ſit, vt ex priori marito concepto partu pariat intra menſes nouẽ, & octo dies. ſi nubat poſt tres menſes, nunquàm parere poteſt, ex ſecundo, intra nouem menſes: cum ſecundi mariti partum haberi oporteat in vtero vſque ad ſeptem menſes ad minus: vt ff. de ſta. ho.
5 l. ſeptimo menſe. † Mulieris autem nimium feſtinantis multæ
b ſunt pœnæ [b]. Et certè licet matrimonium ſit immaturum, id eſt, minus maturum, tamen tenet, vt in auth. de reſti. & ea quæ parit. §. vnum ſiquidem. ibi, ad legitimas, & c. mulier tamẽ punitur in propria perſona: quia ipſo iure eſt infamis. Item in rebus propriis, quia ſecundo marito vltra tertiam partem bonorum non dabit in dotem, nec in vltima voluntate relinquet: vt j. eo. l. j. j. reſpon. §. præterea ſecundo viro. Alij verò (vt puto)
6 rectè dabit quod velit. Item † in rebus alienis punitur. Sed diſtingue in perſona delinquentis, ſit prior maritus, an alius: & ſi quidem fuerit prior maritus, omnino excludetur à relicto. Defertur autem decem perſonis de cognatione viri: hoc eſt filio, & filiæ mariti ex alio fortè matrimonio habitis, ſecundo nepoti & nepti eius, tertio matri & patri eiuſdem, quarto, auo & auiæ: quinto, fratri & ſorori: vel fortè frater & ſoror (quia eodem gradu ſunt cum auo & auia) cum eis pariter admittentur: vt j. eo. l. j. §. his etiam. ibi, quanquam, & c. Si autem relinquens fuerit agnatus, vel cognatus, ſi quidem ſit in tertio gradu, vel proximiore, bene capiet ab eo. Vltra verò nec ab agnato capiet, ſed nec capiet ab extraneo: vt j. eo. l. j. §. omnium. &
7 §. eandem quoq;. Hæc in rebus relictis. Inter † viuos autẽ donata à marito debet amittere: vt j. eod. l. ij. & fortè amittet per ſententiam. Sed nunquid ea applicabuntur eiſdem quibus applicari diximus relicta? Lex quidem non exprimit, & ideo puto ſuo ordine magis ad quoſlibet hæredes mariti deuolui. Quid ſi cognati eius donãt et inter viuos? & fortè capiet, cùm
non

noo ſit prohibita: & hoc, ſiue liberos habet ex priori matri-
8 monio,ſiue non. Porrò † quo ad remiſsionem prædictarum
pœnarum eſt differentia. Si enim filios non habeat, ſolo reſeri-
pto remittitur ſibi infamia: ſi enim habeat filios, & ſolius in-
famię poſtulet remiſsionem, idem eſt, vt puto. Si autem poſtu-
let remiſsionem cæterarum pœnarum (vt diximus) ſupplicare
quidem licet ei: non tamen vtilitatem aliquam reſcriptorum
habebit: niſi filiis ex priore matrimonio natis purè, & ſine
conditione, ſine retentione vſusfructus, medietatem ſuæ ſub-
ſtantiæ dederit. Et diuiditur hæc medietas inter omnes filios
æqualiter. Et ſi aliquis eorum moriatur, primùm ſuccedunt ei
liberi, ſi quos habeat: ſi non habeat liberos, ſuccedunt ei fra-
tres, vel ſorores excluſa matre. Si autem moriantur omnes li-
beri huius mulieris, ſuccedet hæc mulier, vt hunc ſemiſſem
præſumat, vel per præceptionem habeat ab vltimi filij, vel fi-
liæ hæreditate. Cætera enim bona inter hanc matrem defun-
cti, & alios legitimos ſucceſſores (ſi qui eſſent) diuiderentur.
Et poterant olim alij eſſe legitimi ſucceſſores: puta, fratres
conſanguinei ex parte patris tantùm: vt j. ad Tertyl. l. ſi quis.
& l. ſi qua. & in auth. de nupt. §. primæ ſiquidem. Sed hodie
non eſſent legitimi: quia mater præfertur fratribus coniun-
ctis ex altero parente tantùm: vt in authen. de hær. ab inteſt.
9 §. ſi igitur defunctus. † Quas autem pœnas imponi diximus
nubenti intra tempus luctus, eædem imponuntur & ei quæ
contra ſacramentum ſuſcepta liberorum tutela legitima, nu-
bit ſecundò, antequàm eis tutorem alium fecerit ordinari:
eiſque quod debetur ex ratione tutelæ geſtæ perſoluerit. ſi
enim velit ſecundò nubere, debet adire præſidem, vt ordinet
minori tutorem, & ei debet rationem reddere, & debet redde-
re quod debetur pupillo occaſione gubernationis: vt j. ad
Tertyl. l. omnem. & authen. de nupt. §. ſin autem tutela. Imò &
plus videtur iſta puniri: quia nec filius ſuis ſuccedit ex teſta-
mento iure inſtitutionis, vel ſubſtitutionis, vel ab inteſtato, ſi
moriatur in pupillari ætate: ſuperior verò ſuccedit vſque ad
gradum tertium: vt dictum eſt: vt j. ad Tertyl. l. omnem. & in
authent. de nupt. §. ſi autem tutelam. Et eædem imponuntur
pœnæ ei, quæ parit intra tempus luctus, ſi indubitatum ſit ſo-
bolem hãc ex defuncto non exiſtere: vt quia peperit in vnde-
cimo menſe poſt mortem mariti. Et eædem pœnæ imponũtur
ei, quæ ſtupro cognita eſt intra tempus luctus: vt in authẽ. de
reſti. & ea, quæ parit. §. vnũ ſiquidem. Cùm autem mulier poſt
diuortium culpa ſua factũ nimiũ feſtinat nubere, alia ſpecia-
lis imponitur pœna. ſ. quia matrimoniũ eſt ipſo iure nullum,
quod contrahitur intra quinquennium, & ipſa infamis eſt, &
dotem amittit: vt j. de repud. l. conſenſu. §. hæc oſi. Sequitur
videre de pœna, quæ imponitur ſecundò nubentibus poſt
tempus luctui ſtatutum, propter non ſeruatam filiorum affe-
10 ctionem. † Punitur autem parens in rebus proprij patrimo-
nij: nec enim poterit mulier ſecundo viro ex cauſa dotis, vel
ſimplicis donationis quæ ſolet morte confirmari amplius da-
re, vel in vltima voluntate relinquere, quàm vni filiorũ primi
matrimonij, cui minor portio data, vel relicta eſt: ita tamen vt
portio iure naturæ debita liberis, non minuatur: niſi ex cauſis
quæ de inofficioſo excludunt querelas, & eædem cauſæ ex-
cludunt liberos à prædicto beneficio. Quod dixi in matre
mea, ſerua & in auia mea conuolante ad ſecundum matrimo-
nium. Nam ſi mater mea non ſit in medio, mihi prædictũ præ-
ſtatur beneficium: idem & in proauia. Item quod dictum eſt
in matre, ſeruatur & in patre meo conuolante ad ſecundum
11 matrimoniũ. Idémque in auo, & proauo. † Si verò plus datum
ſit ſecundæ vxori, vel ſecundo marito, ipſo iure non valet: &
c applicatur liberis primi c matrimonij per l. hac edictali. j. eo.
Sed per l. vltimam huius tituli applicatur nedum primis, ſed
etiam liberis ſecundi matrimonij. Authentica verò ibi poſita
redit ad prædictam l. hac edictali. & dicit ad ſolos liberos pri-
mi matrimonij pertinere, quod amplius datum eſt. Et ſi quis
ex eis præmorietur relicta ſobole, eius portio ad eam defer-
tur: vt in authentica, de nuptiis. §. optimè verò. Nec obſtat
prædictis quod legitur ſuprà de donatio. ante nuptias. l. ſi li-
d beris. Nec enim dico, quod mulier teneatur ſeruare d dotem
ſuam filiis primi matrimonij, ſed tantum tenetur dare: vt di-
ctum eſt, quantum dat ſecundo viro vndecunq; inueniat. Sed

12 illud † quæritur quando debeat ſpectari, vtrum dederit tan-
tùm vnicuique liberorum primi matrimonij quantum ſecũdo
viro, vel non? nũquid enim ſpectabitur tempus oblationis, vel
donationis? an ſpectabitur tempus, in quo ſoluitur matrimo-
nium morte huius mulieris, quæ dedit? & dicit authẽ. ſpectari
tempus mortis binubi, vel binubæ parentis. Poteſt enim eſſe
quòd hæc mulier legauit, vel donauit inter viuos amplius ſe-
cundo viro, quam vni filiorum primi matrimonij: ſed iſtud
legatũ, vel donationem poſtea reuocauerit: quod potuit, quia
ambulatoria eſt voluntas deficientis, vel donãtis coniugis: vt
ff. de donatio. inter virũ & vxorem. l. cùm hic ſtatus. §. ait ora-
tio. Poteſt etiam eſſe ꝙ dedit dotem ſecundo viro, & nihil de-
dit alicui filiorum primi matrimonij: ſed ea dos mortua mu-
liere debet redire ad filios primi matrimonij: vnde ibi nulla
reuocatione, nulla querela eſt opus: vt in authen. de nuptiis. §.
quia verò hactenus. Si verò poneres mihi mulierem ita do-
tem dediſſe ſecundo viro, vt lucraretur eam ex morte mulie-
ris, ibi tempus donationis dotis eſſet conſiderandum, & ita
fieret reuocatio: & non conſideraretur tempus mortis: quia
mulier ſola ſua ſimplici voluntate ſine alterius partis conſen-
ſu non poſſet immutare lucrum dotis, ſicut immutat legata, &
ſimplices donationes. Imò & ſi alterius partis conſenſu vellet
diminuere dotem, & dotis pactum, non liceret ei in præiudi-
cium filiorum: vt ſ. de donatio. ante nuptiis. l. penulti. §. vlti.
Non placet, ſi dicat aliquis legem illam corrigi per prędictam
authenticam: quia in eod. titu. de nuptiis. & §. de augmentis
13 autem. confirmatur eadem lex. Item † in rebus mariti punitur
mulier ſecundò nubens propter non ſeruatam filiorum affe-
ctionem. Omnium enim quæ conſecuta eſt à marito, vel iure
ſponſalium, vel iure nuptiarum, vel iure mortis cauſa dona-
tionis, vel iure legati, vel iure inſtitutionis hæredis, vel quo-
cunque alio titulo, dominiũ amittit. Sed tamen habet vſum-
fructum in die vitæ ſuæ: vt in authen. de nuptiis. §. ſi verò ex-
pectet. Et idem etiam videtur quod fuerit per l. j. j. eod. & l.
fœminæ. Placentinus tamen dicebat, ꝙ per legem illam ha-
bebat ſecũdò nubens plenam proprietatem fruẽdi ea in diem
vitæ ſuæ. Vnde & concedebatur ei teſtari de eiſdem rebus in-
ter filios. Sed per authenticam prædictam hoc expeditum eſt,
quòd habet vſumfructum ſolùm, & proprietas defertur libe-
ris primi matrimonij æqualiter, ſiue ſint hæredes primi pa-
rentis, & ſecundi, ſiue primi tantùm, vel ſecundi tantùm, vel
etiam neutrius: [ſed olim ſaltem poſterius morienti oporte-
bat eſſe hæredes: & ita tanquam primi (ſi ei ſucceſſerunt) vel
tanquam ſecundi parentis res fuerint, ſi hæredes eius fuerint,
14 poſſunt ea lucra vendicare.] † Ingratitudinis autem cauſa
repellit eos ab hoc beneficio, ſiue ſint liberi ingrati vtrique
parenti, vel ſaltem poſterius morienti: vt in authen. de nupt. §.
ſoluto igitur. ibi, & dabuntur hæc, &c. & §. quoniam infir-
mas. ibi, ſuper his quoque lucris, &c. Vel ſi quidam filiorum
ſunt grati, alij ingrati, gratis ſolummodo dabitur hoc benefi-
15 cium. Mobilium verò † rerum, quas mulier lucrata eſt à prio-
re viro, conceditur ei vſusfructus, ſi tamen idoneam fideiuſ-
ſionem præbuerit quòd eaſdem res mobiles, vel earum pre-
tium filiis primi matrimonij, vel eorum liberis reſtituat. Et
taxabitur pretium per arbitros electos à matre & filiis eius,
ſacramento interpoſito de æſtimatione rerum iuſtè facienda.
Si autem mulier fideiuſſionem idoneam non dederit, prædi-
ctæ res apud liberos debent manere: ſi tamen fideiuſſionem
idoneam matri dederint, quòd idem ſuperſtiti pro vſufructu
earundem rerum mobilium, vel pro pretio, quo taxatæ ſunt
vſurarum nomine, tertiam partem centeſimæ ſingulis annis
præſtent. Vel ſi omnes liberi ante matrem moriantur, eidem
reſtituantur omnes res prædictæ. Si autem aurum erat in do-
natione ſcriptum, quam lucrata eſt mulier, vſurarum cautio
exponitur, vt dictum eſt: non autem exigitur aurum: niſi for-
tè viri ſubſtantia ſit habẽs aurum. Quod autem dixi in auro,
ſeruatur & in qualibet re mobili, ad quam ſoluẽdam non eſt
ſufficiens defuncti ſubſtantia: ſin autem neutra pars prædi-
ctam obtulerit cautionem, vel fideiuſſionem, eædem res apud
mulierem manebunt vſque in diem vitę ſuę & pro reſtitutio-
ne prædictarum rerum omnia bona mulieris ſunt obligata
ex eo die, quo eædem res ad eam peruenerint: vt infrà eodem, l.

hac edictali.§.his illud. & in authen.de non eligendo ſecundò nub. §. aliud verò. & de nupt. §. quia verò. Si autem poneres vtrunq; offerre ſatiſdationem, inter eos fieret diuiſio: aut forte dirimeretur contentio. Vel fortè præferetur mater, ſicut &
16 dictum eſt, cùm neuter ſatiſdare vult. † Quid ſi moriatur
e vnus[e] filiorum primi matrimonij? ſiquidem relinquat liberos illi ſuccedent ei. Si verò non relinquat liberos, ſiquidem fecerit teſtamẽtum, licet ei teſtari in fratres, & in matrem, ſicut teſtari poſſet in extraneum. Item nec matrem poteſt priuare falcidia debita. Si autem moriatur, ab inteſtato ſuccedit hęc mulier cum fratribus & ſororibus defuncti in virilem portionẽ: vt tamẽ in rebus quæ ad defunctum peruenerunt à patre, mu-
f lier habeat tantùm vſumfructum[f]: vt in authen.de nuptiis.§.
17 hinc nos.& §.quoniam mater. niſi in donatione † propter nuptias, in qua diſtinguitur, vtrum ſit pacta de lucrando, an non. Et ſiquidem non ſit pacta de lucrando, ſeruatur id quod dictũ eſt in rebus aliis paternis. Si autem ſit pacta de lucrando, aliud eſt. Ponamus enim quòd pacta erat, quòd lucraretur tertiam partem donationis, ſi non haberet filios. Si verò haberet, quòd lucraretur totam: ſi decedat vnus filiorum eius ſuccedet in tertiam eius partis quę contingebat defuncto, ex donatione propter nup. quaſi videatur eſſe æquipollẽs, ſiue non habeat liberos, ſiue habeat, & aliquis eorum moriatur poſtea. & ſiquidem hæc mulier de rebus donationis propter nupt. aliquid alienauerit, pro ſupradicta portione confirmatur alienatio, pro aliis autem partibus in quas ſuccedũt fratres defuncti, alienatio eſt nulla. Si autem fratres defuncti non extiterint, & hæc extiterit hæres inſolidum ſuo filio, confirmatur alienatio in totum. Fratres autẽ defuncti & à ſucceſſione huius donationis & aliarum rerum repellũtur, ſi extiterint defuncto ingrati: volentes ei parare mortem, aut criminalem inſcriptionem, aut ſubſtantiæ iacturam: vt in auth.de nup.§.quoniam infirmas.& §.quoniam ingratitudinẽ. Et patet ex prædicta auth.de nup.§.hinc nos. non eſſe diſtinguendũ, an nubat mulier ante mortem filij, an poſtea. Et ideo corrigitur auth. illa de non eli.ſecũdò nu.§. cum igitur. quæ dicit indiſtinctè eam vocari in plenã proprietatem: & ideo illa auth.corrigebat l.mater.C.ad Terty. ſed illa
18 prior auth.corrigitur per hanc auth.de nup. poſteriorẽ. † Item quæcunque dicta ſunt de muliere ſecundò nubente, ſeruanda ſunt in maſculo ſecundò accipiente vxorem, præterquam in cautione, vel ſatiſdatione quæ non videtur poſſe interponi
19 inter patrem, & filiumfa. vt ff.ad Treb.l.Imperator. Si † verò aliquis eorum non conuolauit ad matrimonium ſecundum, vir dotem, quam lucratus eſt à prima vxore, ſeruare tenetur filiis primi matrimonij: & vxor donationem propter nuptias tenetur ſeruare filiis primi matrimonij: vt in auth. neque virum, quod ex dote eſt. colla. viij. ſed tamen per aliam auth. vt fratrum filij.§.pen. conceditur viro & vxori virilis portio ſecundum numerum filiorum, in dote, vel propter nuptias donatione, vt aliquid plus habeat qui non nubit ſecundò, eo vel
20 ea qui, vel quæ nubit. † Alia autem quæ lucratus eſt aliquis eorum, vel aliqua à præcedenti coniuge, habet in plena proprietate, qui vel quæ non conuolat ad matrimoniũ ſecundum: vt j.eo.l.hac edictali §.vlti. Sed tamen ſi ſpecialiter non tranſferat in alium hæc lucra, præſumitur filiis primi matrimonij conſeruare. Hæredem ergo extraneum inſtituendo non videtur filiis adimere: vt in auth.de nupt.§.ſoluto ergo. Sed per legem Codicis de qua j. hæredem extraneum inſtituendo, videtur adimere lucra iſte qui lucratus eſt: vnde & ſi ei extiterint hæredes pro parte tantùm, pro ea tantùm vendicabunt: pro alia verò vendicabunt cohæredes eorum, ſiue ſint fratres alterius matrimonij, ſiue quicunque. Primi autem parentis, à quo lucratus eſt iſte poſterius decedens, non eſt neceſſe, quòd extiterint hæredes: vt j.eod.l.ſi quis.§.j.& ij. Illud noto quòd ea quæ ſunt dicta de ſucceſſione parentum binuborum in bonis filiorum, non corriguntur per auth. poſteriorem de hæred.ab inteſta. quia (vt ait Y.) non fit ibi mentio ſecundarum nuptiarum. quod ergo ibi dicitur indiſtinctè, hic determinatur: vt j. ad Tertyllianum.l.vlti.in fin.

ANNOTATIONES.

a Punitur. Not. vnum in iſta materia quod iſtæ pœnæ non haberent locum cõtra illum qui accepit in vxorem ſororem illius quam per fornicationem cognouit: quia quamuis non poſſit eam in vxorem ducere, & committat inceſtum, & debeat illam à ſe ſeparare, nihilominus non poteſt puniri iſtis pœnis, vt cõſuluit pulchre Pe.de ancha.in conſi. cccxcii.incip.videtur prima facie.

b Pœnæ. De quibus vide Spec. in titu.de inſtru.edict.§.xii.nota gloſ.in auth.de non eligen.ſec.nu.§.reſpeximus. Bart.in l.j.C.de ſec.nuptiis. & in auth.ſacramentum.C.quando muli.tuto.offi.fungi pot. Bald.in l.omnem. C. ad Terty. Ludo.de ro.in ſingu.ſuis, mater iuiste. multa per Paul.de Caſtr.in conſi.cclxxi.

c Primi. Vide Ra.cu.in conſi.ſuo.cix.in ii.dubio. Rap.ful.in conſi.ſuo. xcvii.in j.dubio.

d Seruare. Vide domi. Abba. Panor.in conſi.xliii.in j.volu. vide etiam doct.in authen.præterea.C. vnde vir & vxor.& vide Roma.in conſi. xliiii.& in conſi.ccccxlviii.& vide Iaſon.in auth.præterea.

e Vnus. Vide Pet. de ancha.in conſi. ccclxxxi. Paul.de Caſtr.in conſil. cccxxvii. Panor.in conſi.xii.vol.j.& in conſi.cxvii.ad fin.eodem vol.

f Vſumfruct. Adde Bald.in terminis poſt not.gloſſ.in l.mater.in fin.C. ad Terty.& vide ad materiam Cyn.in auth. ex teſtamento. C. de ſecundis nuptiis. gloſſam & doctores in authen.ſed & ſi quis.§.hinc nos. vbi hæc late diſcutitur.

Si ſecundò nupſerit mulier, cui maritus vſumfruct. reliquerit. *Rubrica.*

1 *Binubi pœna.& 2.*
3 *Seruitutum diſcrimen.*

QVALITER puniatur mulier in rebus ſibi donatis à marito plenè dictum eſt: nunc autem ponit. qualiter puniatur ſecundò nubẽs circa vſumfructum à moriente coniuge ſibi relictum. † Et eſt
1 ſciendum quòd per Codicem, vbi is, qui liberos habet, conuolat ad matrimonium ſecundum, ilico amittit vſumfructum per Authenticum verò non amittit: niſi lege ea acceperit, vt ex ſecundis nuptiis interiret: ſecus verò in vſufructu legis beneficio competenti coniugi ſecundò nubenti in rebus, quas habuit à præmoriente coniuge. Eſt enim maius beneficium legis, quàm hominis: vt in authent. de nupt.§.de augmentis.§.
2 ſed hęc quidem.& §.quoniam omnino. ergo † proprietas plena relicta ſuperſtiti coniugi à præmoriẽte ex ſecundis nuptiis amittitur: ſed ſecus in vſufructu relicto. & eſt fortè diuerſitatis ratio: (vt ait Placent.) quia vſusfructus de facili deperit & ſperatur abire: & ideo leges non curant, ſi vſusfructus toto tempore fruentis binubi penes eum perſeueret, quaſi modico tempore duraturus, & ſæpe ante mortem fructuarij capitis diminutione, & aliis ſolitis modis expiraturus: nam & aliàs
3 † fructuarius damni infecti ſatiſdare cogitur: habens autem ſeruitutem prædialem (quia ſeruitus prædialis perpetuam cauſam non habet) duntaxat repromittit: vt ff.de dam.infec.l. hoc amplius.& l.qui bona.§.j.

De dotis promiſſione, & nuda pollicitatione. *Rubrica.*

1 *Promiſſio quo differat à pollicitatione.*
2 *Dos per ſtipulationem promiſſa qua actione petatur.*
3 *Dos nuda pollicitatione conſtituta an peti poſſit.*
4 *Dotis promiſſio qua priuilegia habeat.*
5 *Dotis promiſſionem conſtitutam in arbitrium promittentis tenere.*
6 *Dos vel donatio ante nuptias promiſſa à patre ſimpliciter, vel promiſſa ex rebus paternis, & maternis, vel aduentitiis, à quo & ex quibus bonis ſoluenda ſit.*

QVIA nuptiarum gratia, vel primarum, vel ſecundarum, & propter matrimoniorum onera grauia, ſæpiſſime dos tribuitur, & dos incipit quandoque à pactione, & pactio fit aliàs per promiſſionem, aliàs per nudam pollicitationem, dicamus de dotis
1 promiſſione, & nuda pollicitatione. † Fit autem promiſ-
2 ſio[a] per ſtipulationem, & quandoque etiam ſine præcedenti interrogatione. Sed pollicitatio nihil aliud eſt, quàm ſolius offerentis promiſſum: vt ff.de pollicitatio.l.tertia. Abuſiuè tamen, & æquiuocè, pollicitatio recipit promiſſionis nomen: vt ff. de ædilitio edict. l. ſciendum.§.j. [& notauimus ſuprà
3 de ædilitio edict.] † Ex ſtipulatione autem ſi interceſſit pro dote

dote, & certum quid promiſſum eſt, agitur condictione certi.
Si verò incertum, agitur actione ex ſtipulatu: vt Inſtit. de
3 verbor. obligatio. in principio. Si † verò pollicitatio, vel nu-
dum pactum interceſſit de iure communi, nulla datur actio:
vt ſuprà. locati. l. ſi tibi. quæ. ſed in dote ſpeciali priuilegio eſt
4 aliud: vt j. eod. l. ad exactionem. † ſicut & alia ſpecialia multa
ſunt in ea. Et eſt in ea vnum in incertitudine promiſsi. Nam
& ſi ita dicat ſocer: promitto dotem, non adiecta ſpecie, vel
quantitate, tenet promiſsio, aliter eſſet nulla promiſsio, &
nullum legatum: vt ff. de iure dotium. l. cùm poſt. §. gener.
5 † Aliud eſt in commiſſo arbitrio promittentis: tenet enim
b promiſsio, ſi promittat quis ſe daturū dotem arbitrio ſuo[b]: vt
j. eo. l. ſi cùm ea. Nec obſtat quod legitur j. eo. l. j. quia ibi non
interuenit promiſsio, & conſtabat eam non interueniſſe, ſed
in inſtrumento continebatur de promiſsione facta. Tertium
eſt priuilegium in tacito pacto præſumpto: nam ſi voluntate
dotantis in inſtrumento dotali plura tibi tradita ſcripſeris,
quàm ſuſceperis: præſumitur eſſe pactum conſequtum de his
6 petendi quæ deſunt: vt j. eod. l. ſi voluntate. † Quartum eſt in
c promiſsione paterna[c] ſimpliciter facta, ſcilicet, non adiecto
ex cuius bonis ſolutio eſſet facienda: præſumitur enim de bo-
nis patris promiſsio facta. Item & ſi dixerit pater in dotali in-
ſtrumento ex rebus paternis, & maternis, vel aduentitiis, do-
tem, vel ante nuptias donationem dare, ſiquidem pater non
eſt ſoluendo, & penitus eſt inopia tentus: de his bonis erit ſo-
lutio facienda, quæ pertinent ad filios, vel filias. Si verò pater
idoneam ſubſtantiam poſsideat, pater de ſuo patrimonio do-
tem, vel ante nuptias donationem dediſſe intelligitur: vt j. eo.
l. vlti. ſecus fortè erit in alio extraneo promittente dotem:
nam & in auia habemus quòd ea, quæ impendit, de patrimo-
nio, potius nepotis videntur expendiſſe: vt ff. de neg. geſt. l.
Neſennius. Et idem eſt in tutore: vt ff. de admini. tut. l. cùm
poſt mortem. §. j. Quintum eſt in tacitis hypothecis, quia res
promittentis dotem, tacitè ſunt obligatæ, ſicut & res ſuſci-
pientis dotem. Amplius eſt hodie inductum, vt omnes omni-
no dotes actione ex ſtipulatu petantur: vt infrà, de rei vxoria
actione. l. vnic. j. reſponſo. §. & vt plenius.

ANNOTATIONES.

a Promiſsio. Vide plenè de hoc per Iaſo. may. in repe. rubric. ff. de verb. obliga. & ibi etiam habes latè quid ſit pollicitatio.

b Arbitrio ſuo. Vide ad hoc Bart. in l. poſt dotem. ff. ſolu. matri. Io. Alex. in l. ſi ita ſtipulatus. ff. de verb. obl. Bal. in l. j. C. de do. promiſſ. doct. in l. centeſimis. de verb. obli.

c Paterna. Vide quid conſuluit pulchre do. Alex. in conſil. xii. volu. j. & vide late quæ ſcripſi in allegationibus meis in cauſa domi. Bartolini brayde: & in reſponſionibus quas feci ad obiecta tunc facta per do. Rolandum Curtium aduocatum aduerſæ partis. vbi late & extenſe ſcripſi de iſta materia & habeo in filzia.

De Iure dotium. *Rubrica.*

1 *Dos quid ſit.*
2 *Parapherna ſeu res paraphernales quæ dicantur, & ad quem pertineant, ad virúmne, an ad vxorem.*
3 *Dotem aliam eſſe profectitiam, aliam aduentitiam: & quæ dicatur profectitia, quæ item aduentitia.*
4 *Dotem quis conſtituat ex voluntate, & quis ex neceſsitate.*
5 *Dos quomodo conſtituenda ſit à tutoribus & curatoribus.*
6 *Dotem promitti poſſe marito cum adiectione alterius perſonæ & quid operetur talis adiectio.*
7 *Dotis promiſsio facta à muliere in tempus incertum, puta cùm morietur, an valeat.*
8 *Dotem an poſsit promittere pater, vel extraneus pro muliere mortis ſuæ cauſa.*
9 *Dotem traditione poſſe conſtitui, & cui fieri debeat traditio.*
10 *Vſumfructum fundi ſui poſſe mulierem marito in dotem dare: & quid ſi non vtendo maritus amiſerit, an conueniri poterit actione de dote.*
11 *Acceptilatione poſſe dotem conſtitui: atque inibi an non ſecutis nuptiis præiudicetur accepto ferenti.*
12 *Dos acceptilatione conſtituta, quomodo ſit reſtituenda ſoluto matrimonio.*
13 *Remiſsione ſimplici debiti poſſe dotem cōſtitui: & quid iuris ſi ſpecies erat in obligatione. & quid ſi nuptura filiafa. conſtituat in dotē ſocero, quod filius ſibi mulieri debet. & nu. ſeq.*
15 *Delegatione dotē cōſtitui poſſe: & quid ſi maritus negligēs fuit in debito exigēdo, & interim debitor factus eſt non ſoluēdo.*
16 *Marito an, & quādo imputetur, ſi debitorē vxoris ſibi ab ea delegatum dotis conſtituēda cauſa, liberet per acceptilationē.*
17 *Decepto in æſtimatione rei in dotem data an, & quando, & quatenus ſuccurratur.*
18 *Dos quibus caſibus habeatur pro cōſtituta, licet nō ſit cōſtituta.*
19 *Dotis nomine quæ res dari poſsint.*
20 *Dotis euicta periculum ad quem pertineat.*
21 *Dotis deteriorata periculum ad quem pertineat.*
22 *Dotis inæſtimata augmentum ad quem pertineat.*
23 *Fructus perceptos ex dote ante nuptias conuerti in dotem: & an id ſit perpetuum.*
24 *Fructus ex dotali prædio vltimo anno matrimonij percepti quatenus ſpectent ad maritum, & quatenus ſint reſtituendi.*
25 *Dotis æſtimata commodum & incommodum contingens poſt contractum matrimonium, ſpectare ad maritum.*
26 *Dotis exactio quomodo fiat, & quando. & nume. 28.*
27 *Maritus quando dicatur vergere ad inopiam, vt dos ab eo exigi poſsit.*
29 *Dotis exactio, quæ fit ſoluto matrimonio, qui differat ab ea, quæ fit conſtante matrimonio.*
30 *Rei vendicatio quando detur mulieri pro dote recuperanda.*
31 *Filiosfamil. dici quodammodo dominos viuente patre.*
32 *Mulieri vendicanti res dotales ex quo tempore poſsit obiici præſcriptio temporalis.*
33 *Maritum conſtante matrimonio eſſe dominum rerum dotalium.*

DE dotis promiſsione, & de priuilegiis circa promiſsionem dotis competentibus dictum eſt: ſequitur videre de iure dotium, id eſt, de iure quod circa dotes promiſſas, & præſtitas eſt inductū, quod quidem varium eſt. Nam quoddam ſpectat ad actiones quæ olim habebant locum in repetitione dotis: & de hoc iure ponitur infrà, de rei vxoriæ actione. Aliud ius eſt, vt ſciamus, quibus detur actio pro dote repetenda, & contra quos, & quibus denegetur actio, & quod habeat beneficium is, qui damnatus eſt nomine dotis, & de hoc tractatur infrà, ſoluto matrimonio. Tertium ius conſiſtit in hoc, vt ſciamus qualiter conſtitutio dotis fiat, ad quem pertineat eius damnum vel lucrum: & de hoc iure ponitur in rubrica iſta. Sciendum eſt tamen, quòd miſtim de omnibus in ſingulis tractatur titulis: licet plenior, & vberior ſuper certis capitulis (vt dictum eſt) conſiſtat cuiuſque rubricæ doctrina. De præſenti ergo iure dotium videamus quid ſit dos, & qualiter diuidatur, quis conſtituat dotem, in quibus rebus, ad quem pertineat commodum, & incōmodum auctæ, vel deterioratæ dotis, & ad quem pertineat periculum euictionis eius, & quando fiat exactio
1 dotis. † Eſt autem dos quod à muliere, vel eius patre, marito
vel eius patri propter onera matrimonij datur, vt perpetuò ſit penes eum: vt ff. eo. l. j. & l. profectitia. & l. etiam. Perpetuò dico, id eſt, quandiu durat matrimonium, niſi maritus vergat ad inopiam: vt j. dicemus. Dicitúrq; dos pherna. id eſt, donatio quæ propter matrimonium conceditur: & ſine eo non poteſt eſſe: nec propter matrimonium prohibetur, ſicut prohibentur ſimplices donationes: vt s. de dona. ante nuptias. l. cùm multæ. verſi. ſicut enim dos. Et oportet vt dos ſit quòd matrimonium ſit nedum de facto, ſed de iure contractum: vt ff. eodem. l. iij.
2 † Quædam aliæ res dicuntur paraphernales quæ à muliere
iuxta dotem inferuntur in domum viri: à para quod eſt iuxta, & pherna quod eſt dos: & ſi quidem inferantur ea intentione, vt fiant viri, erunt eius: alioquin remanebunt mulieris. In dubio tamen, (niſi aliud appareat) non tranſit dominium in virum: licet viro tradantur, vel vir ſcribat ſe accepiſſe. Traduntur enim plerunque vt maritus cuſtodiat eas, non vt fiant eius, & ideo depoſiti conuenietur maritus, vel etiam mandati, ſi mulier retinuit res, ſed earum cuſtodiam viro commiſit.

Item rei vendicatione agi poteſt,vel vbi tranſlatum eſt domi-
nium agetur condictione certi,vel ſine cauſa, vel ob cauſam:
& hæ res appellantur apud Gallos peculium: vt ff. eod. l. ſi
3 ego Seiæ.§.dotis.ibi,quæque Galli peculium appellant. †Di-
uiditur dos,quia alia eſt profectitia,alia aduentitia, Eſt au-
tem profectitia, quæ à patre, & tanquam à patre,vel ab auo,
vel proauo paterno profecta eſt, ſcilicet de bonis eius vel fa-
cto eius pro filia,vel nepte, vel pronepte in poteſtate conſti-
tuta,vel etiam emancipata.Non enim ius poteſtatis, ſed no-
men parentis facit dotem profectitiam. A parente ergo vide-
tur profecta.ſi ipſe dedit,vel iuſsit alium dare, vel præſes, vel
curator dedit de bonis eius,cùm parens eſſet prodigus vel fu-
rioſus. Idémque & ſi dederit geſtor negotiorum eius & ipſe
ratum habuit. Si autem parens hæreditatem repudiauerit,vel
legatum cauſa conſtituendæ dotis genero,qui erat ſubſtitutus
in hæreditate,vel erat legitimus hæres,vel oneratus erat dare
legatum. Iulianus probat id non eſſe profectum de bonis:
quia nihil erogauit de ſuo pater, ſed nec acquiſiuit: & pro-
bantur hæc ff.eod.l.profectitia.primo reſpóſo.& §.j.& §.vlt,
Sed fortè Iulianus iſte veritatem ſolam ſimpliciter eſt locu-
tus: fictione tamen legis aliud videtur: quia patris facto do-
tem cóſtitutam negari non poteſt. Et duo actus videntur in-
teruenisse: quia patri ſolutum legatum, & pater in dotem
poſtea dediſſe videatur: vt ff.de fundo dotali.l.ſi nuptura. §,
vlti. & inſtitu. per quas perſonas nobis acquir.§.j. Si autem
pater, non tanquam pater dederit, ſed vt extraneus,non erit
profectitia: vt ſi pater debebat filiæ, & eius voluntate dedit
in dotem viro,vel ſi extraneus dederit patri vt daret in dotem
pro filia. Erunt igitur omnes [tales] dotes aduentitiæ, quæ
non proficiſcuntur à parente,vel tanquam à parente:vt ff.eo.
l.profectitia.§.ſed ſi pater. & §. vlti. Ideo ergo bene appoſuit
de iure dotium: quia plures ſunt ſpecies, & earum varia ſunt
iura: vt j.de rei vxoriæ actione.l.vnic.§.accedit. & j. eodem,
4 l.auia. † Conſtituitur dos ex voluntate à qualibet mulie-
re nomine ſuo, vel ab alio nomine eius:vt ff.eodem.l. promit-
tendo,j.reſponſo. Ex neceſsitate autem conſtituitur à patre,
vel auo , vel proauo paterno, ſed non à matre,niſi ſit hære-
a tica [a]: vt ſ.de dotis promiſsione. l. vltim. ibi neque enim le-
ges incognitæ.&c.vt ff. de collatione bo.l.dedit.& j.eodem,
5 l.mater. & ſ. de hæreti. l.cognouimus. †Item conſtituitur ex
neceſsitate à tutoribus & curatoribus ſcilicet pro dignitate
nataliū & facultatibus: vnde & ſi vltra facultates promiſſum
eſt,ipſo iure non tenet promiſsio:vt ſ.de epiſcopali audien.l.
tam dementis. & ff.eod.l.quæro.& l.ſiue generalis.& vt dixi-
mus ſ.ſi aduer.do. Hinc eſt,quòd & ſi pater filiæ dotem arbi-
tratu tutoris dare iuſsiſſet,perinde eſt ac ſi boni viri arbitra-
tu legatum ſit:nec eſt difficile ex dignitate:& ex facultatibus,
& ex numero liberorum , teſtamentum facientis æſtimare
quantitatem dotis:vt ff.de leg.iij.l.ſi filiæ pater.& ff.eo.l.cùm
6 poſ.§.nuptiis. † Conſtituitur [b] dos ſtipulatione, pollicita-
b tione:vt ſ.tit.proximo dixi:& cum † adiectione perſonæ:vt ſi
7 mulier ita promittat,decem tibi,aut Titio dari.nam hoc ca-
ſu dici poteſt, vel Titio dari poſſe, ſed de dote virum teneri:
quemadmodum ſi Titio iuſsiſſet dare. Nec mirum,cùm etiam
viro promiſſura dotem ,delegante eo alij promittere poſsit:
etſi dici ſoleat, alij quam marito dotis nomine mulieris rem
obligari non poſſe. His enim caſibus viro quæritur dos:quia
Titius eſt adiectus ad ſolutionem tantùm,non ad obligatio-
nem ei quærendam: non enim exiſtimauimus illam ita pro-
miſiſſe vt de Titij nuptiis cogitaret: vt ff.eod.l.ſi mulier ita
dotem. & Inſtitu.de inutil.ſtip.§.ſi quis alij. Fieri poteſt do-
tis pactio purè,& ſub conditione expreſſa,& ſub conditione
tacita. (Ineſt enim hæc conditio ſi nuptiæ fuerint ſequutæ.l.
item quia. §. huius rei.ff. de pact.) quare ſi nuntius remitta-
tur,defeciſſe conditio ſtipulationis videtur,licet poſtea eidem
nupſerit, non conualeſcit ſtipulatio : quia de primis nuptiis
tantùm videtur eſſe cogitatum in promiſsione dotis:vt ff.eo.
l.ſtipulationem.& l.& licet.& l.dotis promiſsio. Item fit pa-
ctio dotis in diem, vel ad certum tempus. Vnde ſi mulier de-
cem promittat in anno proximo,numeratur annus à die nu-
ptiarum:vt ff.eod.l.tali facta ſtipulatione. Ad tempus autem
incertum fit, vt ſi mihi mulier dotem promittat cùm morie-
tur,non valet pactio,[aliàs ſtipulatio:] quia confertur in id
tempus quo matrimonium non ſit futurum. Sed ſi ſim pliciter
dotem promiſiſſet,& poſtea paciſcar cum ea,ne ea viuente pe-
tam,vel accipiam dotem ab ea,valet vtraque pactio:vt ff.eod,
l. Iulianus ſcribit. Mulier ergo non poteſt promittere dotem
mortis ſuæ cauſa:quia dos illa oneribus matrimonij non po-
8 tuit ſeruire. Pater † autem mulieris,vel extraneus,mortis ſuæ
cauſa mihi poteſt promittere dotem : quia poteſt eſſe quòd
moriatur promiſſor,conſtante matrimonio :·vel ſi pœnituerit
ipſum,vel conualuerit,condicetur donatio:vt ff.eod.l.ſi pater
9 mulieris. Item † conſtituitur dos traditione , ſiue tradatur
res marito , vel eius nomine alij : dum tamen maritus poſtea
ratum habeat:alioquin ſpectabit periculum ad mulierem, &
ipſa repetet quod dedit: vt ff.eod.l.quemadmodum. §. j. Nec
10 †diſtinguo, tradat mulier rem corporalem,an incorporalem:
puta, vſumfructum conſtituat viro in fundo ſuo dotis cauſa:
& tunc ex perſona mariti erit propriè vſusfructus, & poteſt
eum amittere non vtendo. Quòd ſi contigerit, vt reuertatur
ad mulierem , cuius eſt proprietas fundi , nihil dotis actione
poterit conſequi à viro: cui , quod non vtendo amiſit vſum-
fructum imputari non poteſt ,ex quo ipſa lucrum habet. l.
cùm in fundo.§.quod ſi mulier.ff.de iure dot. nam vt culpens
alij, te me laudare neceſſe eſt. Qualiter enim peteret idipſum
quod ad eam peruenerit? Si autem mulier alienauerit pro-
prietatem rei,quę ſine eius emolumento plenior eſt facta,do-
tis actione tenetur ei maritus:nam ſi vſumfructum non ami-
ſiſſet non vtendo , commodo mulieri cederet eius reſtitutio:
quia etſi non protinus ad eam tranſiret,tamen vel pretio,vel
beneficio ſine incommodo mulieris ad proprietatem reuer-
teretur. Sed & ſi vir vſumfructum non amiſerit, mulieri ha-
benti fundum cedet vſumfructum , & ita eum proprietate
conſolidabitur. Sed & ſi mulier non ſit fundi domina , habet
actionem dotis contra virum , vt dimittat à ſe vſumfructum:
quia mulier eius pretium ab alio conſequi ſperat, aut cuiuis
magis gratiam præſtare vult , quàm relinquere apud inimi-
cum ius ad ſe tranſlatum. licere ei ciuile eſt: vt ff.eod.l.cùm in
fundo.§. quòd ſi mulier. Vbi autem mulier habens vſumfru-
ctum in fundo viri dimitit eum à ſe,vel vir plena proprietate
fruatur, ſiquidem matrimonium morte vxoris ſoluatur, nihil
eius hæredi reſtituetur:quia fructuariæ morte extingueretur,
& ſi non remiſiſſet marito vſumfructum. Sed ſi morte viri ſol-
uatur, reſtituetur mulieri vſusfruct. Idémque & ſi diuortio
ſoluatur matrimonium: vt ff.eod.l.cum in fundo.j.reſponſo.
11 † Item conſtituitur dos acceptilatione,cum debitori marito
accepto feratur dotis conſtituendæ cauſa : & tunc etiam eſt
conditio, ſi ſequantur nuptiæ:vt ff.eod l.promittendo.§. ac-
ceptilatione.& l.licet.j.reſponſo. Nec diſtinguo, accepto fe-
rat mulier , an extraneus : nam & tunc non ſequutis nuptiis
non præiudicatur accepto ferenti.niſi fortè accepto tulit, vt
velit mulieri in totum donatum : tunc enim credendum eſt
breui manu acceptum à muliere , & marito datum: alioquin
mulieri per liberam perſonam non acquireretur condictio. Si
12 † verò ſequantur nuptiæ,ſiquidem accepto lata eſt pura obli-
gatio ſoluto matrimonio, non ipſa erit reſtituẽda,ſed ſoluen-
da eſt dos ſecundum ſua tempora. Si verò obligatio fuit in
diem,vel conditionalis, & extante matrimonio venerit dies,
vel extiterit conditio, idem erit quod dictum eſt : ſed ſi non
venerit dies , vel non extiterit conditio , ſoluto matrimonio,
erit reſtituenda in priſtinum ſtatum obligatio. Prima enim
obligatio per acceptilationem ſequentem extinguetur adue-
niente die , vel conditione, ſed obligatio quæ ſequitur acce-
ptilationem,non extinguitur per acceptilationem præceden-
tem.Hoc enim eſt de natura acceptilationis:vt ff.eod.l.licet.§.
13 j.& de ſolutio.l. ſicut acceptilatio. † Item conſtituitur dos
remiſsione debiti ſimplicis interueniẽte ſine ſolennitate acce-
ptilationis:& ita idipſum quod debebatur erit in dotem. Et ſi-
quidem erat quantitas,planum eſt.Si autem erat ſpecies,& il-
la ſpecies erat viri , poteſt videri res ipſa breui manu ad vi-
rum perueniſſe. Vnde ſi erat ancilla, partus eius tanquam do-
talis ſoluto matrimonio reſtituetur mulieri. [Si autem non
fuerit viri ſpecies, magis videtur ad eum liberatio obligatio-
nis perueniſſe , quàm res ipſa. Idéoque ſi erat ancilla debita,
partus

partut eius non debetue mulieri:] vt ff.eod. l. ſi ſponſalibut.
14 §.j.Idemqueeſt & ſi mulier nupta filio † meo promittat mi-
hi dotem,quã filius meus ſibi debet: niſi appareat mulierem
ſenſiſſe, vt conuertatur in dotem id, quod oporteat me præ-
ſtare nomine filij per actionem de peculio, vel de in rem ver-
ſo:vt ff.eod.l.nuptura.tunc ſpectabitur quantum ſit in pecu-
lio,vel quantum ſit in rem verſum tempore promiſsionis. ſi
facta ſit promiſsio poſt nuptias: ſi facta ſit ante, ſpectatur
quantum ſit in peculio, vel in rem verſum tempore nuptia-
rum poſtea ſequutarum.Idemq́; eſt & vbi mulier alternatiuè
promittit mihi quòd filius meus debet ſibi, vel quòd ego ſibi
tunc debeo.Nam & diſtinguitur fiat promiſsio ante nuptias,
an poſt,vt diximus.Sed ſecus eſt hic: quia non filij debitum
erit in dote,ſed quod patrem dare oportuerit: vt ff. eod. l. ſi
15 pater.§.primo.& l.quòd ſi nuptura. † Item conſtituitur dot
delegatione:vt ſi mulier marito ſuo ſuum delegauerit debito
rem:tunc poteſt imputari marito ſi debitorem illum non vr-
ſerit ad ſolutionem,cùm erat ſoluendo,ſi poſtea ſactus ſit non
ſoluendo. Diſtingue tamen vtrum mulier delegauerit patrem
ſuum, vel auum aut extraneum:ſi patrem, vel auum, nullus
iudex propriis auribus audiet mulierem dicentem, cur pa-
trem qui de ſuo dotem promiſit non vrſerit ad ſolutionem:
multò minus cur ipſum non conuenerit. Si autem delegaue-
rit extraneum, ſiquidem debitor ille erat non ex cauſa libe-
ralitatis.imputatur viro cur eum non compulit ſoluere:ſi au-
tem erat debitor ex cauſa liberalitatis, vt quia delegatus erat
in decem,& decem promiſit,idem eſt:nec enim donare voluit
viro,ſed mulieri,à qua ſi conueniretur, haberet priuilegium,
vt condemnaretur, in quantum facere poſſet. Huic autē quia
voluit donare,ſi ab eo conueniatur,non habet prædictum pri
uilegium: vt ff.de re iudica. l. Neſennius. Sed ſi delegatus de-
beat mulieri ex cauſa liberalitatis,& viro promittit quod de-
beat mulieri non adiectis decem, videtur promiſiſſe ſolùm
quod mulier poterat ab eo extorquere. nam verba cum effe-
ctu accipienda ſunt: vt ff. ne quis eum, qui in ius vocatus. l.
penulti. ſed mulier non poſſet ab eo extorquere, niſi ſeruato
eo priuilegio, vt damnetur in quantum facere poteſt:vt ff.eo.
16 l.ſi extraneus. † Illud etiam imputatur viro, ſi debitorem ſibi
delegatum ſine voluntate mulieris liberat per acceptilatio-
nem:vt ff.eo.l. vir ab eo. Si autem accepto ferat delegato iuſ-
ſu mulieris,ipſe quidem perdit dotem,& res mulieri perit, ſi
accepto ferat poſt nuptias: mulier tamen ei tenetur mandati
actione, ſi iſte volens eam ſibi obligari ex mandato, acce-
ptotulit:& hoc ipſum conuertetur in dotem quòd mulier iu
dicio mandati eſt obligata. Et quod dicitur, rem mulieri pe
ri perire, conſequens eſt. Nam ſi cœperit velle de dote agere,
ipſa ſecum debebit compenſare iuſſum ſuum. Si autem acce-
ptoferat ante nuptias, & poſtea nuptiæ ſequantur, nihil vi-
detur in dote eſſe:& ita res mulieri perit. Si autem fieret ante
nuptias,nec ſequerentur nuptiæ,ipſo iure nihil valeret acce-
ptilatio:vt pote,deficiente conditione tacita,quæ inerat pro-
miſsioni dotis. & ita per conſequentiam acceptilationi: vt ff.
eod.l.debi.l.debitor mulieris.& l.non enim. & l. ſanè. Et eſt
notandum quòd vbi mulier delegat debitorem ſuum ante
nuptias,non poteſt eum conuenire ante nuptias:quia ea pro-
miſsio impendenti eſſet, donec obligatio eſſet in ea cauſa: vt
ff eod.l.ſi debitor. Item conſtituitur dos, facta, & non facta
17 æſtimatione rerum. Sed † ſi in æſtimatione decipiatur alter-
uter etiam maior vigintiquinque annorum, (etiam ſine al-
terius dolo,etiam non vltra dimidiam iuſti pretij, ſpeciale ſit
in dote,) ſuccurrendum eſt ei: quia bono & æquo non con-
uenit lucrari aliquem cum aliena iactura, vel cum damno
alterius,aut damnum ſentire de alterius lucro:vt ff.eod.l. iu-
re.§.vlt.Si ergo decepta eſt mulier:quia ſeruum minori æſti-
matum non debuit dare in dotem, reſtituitur in integrū, vt
vel ſuppleatur ei iuſtum pretium,vel reddatur ei res,data ele-
ctione marito:& hoc ſi ſeruus viuit:alioquin debebit eſſe mu
lier contenta æſtimatione facta. niſi dolo mariti fuerit dece-
pta,vel niſi mulier erat minor quæ ante mortem ſerui potuit
habere emptorem iuſti pretij: vt ff.eo.l.ſi res. §. j. [Quod ta-
men dixi de dolo mariti, fortè eſt ſecundum opinionem Sce-
uolæ,apud Vlpianum,l.ſi res. j.§ penul.ff.eo.titulo. Sed prin-
cipit conſtitutio aliud dicere videtur:vt C.ſoluto matrimon.
18 l.ſi circumſcripta marit.] † In caſibus etiam habetur dos pro
d conſtituta,licet cōſtituta non ſit,dos enim quæ in prius [d] ma-
trimonium data eſt, conuertitur in poſterius matrimonium:
niſi aliud probetur conueniſſe:quòd ſi non diuortium,ſed iur
gium fuit,dos eiuſdem matrimonij manebit:vt ff.eod. l. do-
tem,quæ.& l. quòd ſi non diuortium. hoc ſi mulieris erat a-
ctio de dote prima.Nam ſi erat extranei, non conuertitur in
ſecundum matrimonium dos, niſi conſentiente ſtipulatore
19 dotis:vt ff.eod. l. ſtipulatio de dote. † Poteſt autem quælibet
res in dotem dari. Si tamen erat mulier minor,non dabit im-
mobilia dotem:niſi decreto interpoſito:vt j. de adminiſtratio
e ne tutorum.l. lex.Item dabit ſecundum dignitates [e] & facul
tates,vel omnia,vel partem.ff.eo.l.quæro. & l. ſiue generalis.
& j.eo.l.nulla lege.vt diximus ſ. tit. proximo. & ſ. de ſecun-
20 dis nup.& ſ.ſi aduerſus dot. † Dotis autem euictæ periculum
pertinet ad mulierē. diſtingue tamen an fuerit dos æſtimata,
an in æſtimata.Si æſtimata eſt,agetur ex empto:quia maritus
ſummæ, vel vt pretij debitor efficitur: & eſt vera vēditio,ſed
habet hanc conditionem, ſi nuptiæ fuerint ſubſecutæ. Vnde
ſi ante nuptias pereat res mulieris, damnum eſt:vt j.eod.l.j.§.
ſin autem.& l.quoties.& ff.eo. l. plerumque.§.ſi ante. Quod
autem per actionem ex empto conſequitur maritus, ſiue ſit
ſimplum,ſiue ſit duplū cōuertetur in dotem:quia etſi vera ſit
venditio,nō tamē eſt ſimplex,imò dotis cauſa: vt ff.eod.l.quo-
ties.Si autem dos ſit inæſtimata, ſiquidē dationem dotis præ-
ceſſerit pollicitatio, vel promiſsio de dote danda, aget vir
contra promittentem ex ſtipulatione,vel pollicitatione:quia
non eſt datum quod dari debuit, & hoc declaratur per eui-
ctionem:vt ff.de verb. oblig.l.vbi.§.vlti. & ff.de actio. empt.
l.iij.Si autem donationem nulla præcedat pactio,non tenetur
mulier de euictione:niſi dolo dederit rē alienam, vel alij ob-
ligatam: tunc enim in honorem matrimonij nō famoſa actio
de dolo,ſed in factum competit.Si verò extraneus dotem ta-
21 lem dediſſet,teneretur actione de dolo: vt j. eod.l.j. † Si au-
tem in dotem non contingat periculum euictionis, ſed dete-
riorationis,ſi quidem dos ſit æſtimata, pertinet ad maritum
omne periculum: niſi res ante nuptias ex toto perierit: vt ff.
eod.l.plerunq;.§.ſi ante.& de pericu.& commod. rei vend. l.
neceſſario. §. planè ſi pendente. Si autem dos ſit inæſtimata,
pertinet periculum,& commodum ad mulierem: vt ff. eod. l.
plerunque.primo reſponſo.& §.j. & ij. Idémque eſt & ſi dos
ſit æſtimata, reſeruata tamen electione marito vel expreſsim,
vel tacitè,vt aut res,aut æſtimationem rerum præſtaret: cùm
enim debeat alternatiuè,eius eſt electio:niſi in contrarium ſit
actum:vt ff.eod.l.plerunque.§.Si res in dotem.Item ſi æſtima
ta ſit dos,non vt præſtetur æſtimatio, ſed vt appareat quan-
tum ſit res deterior ſol.matrim.vt j.eod. l.ſi inter virum.Et in
hoc caſu ſit æſtimata ancilla, vt maritus ſuſceperit caſum de-
teriorationis contingentis culpa, vel ſine culpa ſua, non au-
tem peremptionis rei caſum in ſe ſuſceperit, non retinetur
partus ancillarum.idem eſt & ſi caſum peremptionis in ſe ſu-
ſcepit,ſcilicet deteriorationis,& peremptionis,retinebit par-
tus ancillarum: vt ff. eod. l. ſi mancipia. & j. ſoluto matri. l. j.
22 † Si autem doti inæſtimatæ contingat augmentum, ſiqui-
dem ſit concretum:puta,alluuio,vel ſimile,idem eſt,è contra-
rio in lucro quod in damno. Si verò augmētum ſit ſecretum:
vt puta.fructus,vel ſimile, ſi percipiatur cōſtante matrimo-
nio,pertinet ad virum: ſi tamen ſuſtinuit onera matrimonij,
alioquin ſecus:vt ff.eod.l.dotis.primo reſpōſo. & §.ſi fructus.
& ſoluto matrimonio.l.in inſulam. §.fructus.& de exceptio.
f do.l.vlti.primo reſponſo.Hoc in fœtibus, [f] & fructibus ani-
malium:ſecus in partubus ancillarum: quia non ſunt in fru-
ctu:vt ff.eod.l.plerunque.§.ſi ſerui. & l.cum poſt.§.vlti. & ff.
de vſuris.l.in pecudum. Item ſecus in his quæ non ex re, vel
opera ſerui dotalis acquiruntur: vt j. de rei vxoriæ actione.
l.vni.§.cúmque. Item ſecus in arboribus decidentibus quæ
non fuerunt cæduæ, vel gremiales. Item ſecus in lapidicinis
inuentis,& cæſis,ſi tales ſint,vt ibi lapis non renaſcatur.Nam
ſi tales ſunt vt ibi renaſcantur,quales in Gallia,& in Aſia,fru
ctus totum pertinet ad maritum:vt ff. ſoluto matrimonio. l.
23 diuortio. §. ſi fundum. & §. ſi vir in fundo. † Si autem ante

nuptias percipiantur fructus, conuertuntur in dotem: vt ff.
eod. l. dotis. & ſoluto matrimonio. l. ſi ante. Sed hic poſſet
quæri vnde hoc verum ſit, vbi ante nuptias ſuſtinuit quis o-
nera matrimonij: puta, nondum nubilem duxit, & aluit eam,
& ſuſtentauit: & poſſet bene de æquitate dici fructus non re-
24 ſtituendos. Si verò † poſt nuptias percipiantur ex prædio, pro
portione eius temporis quo matrimonium ſtetit in vltimo
anno, fructus pertinent ad virum, pro alia autem portione,
qua non ſtetit matrimonium, reſtituuntur mulieri deductis
impenſis. Nec enim aliter dicuntur fructus, niſi deducta ex-
penſa, & computatur primus annus matrimonij (quantum
ad hanc portionem fructuū) ab eo tēpore, quo iſta duo con-
currunt, ſcilicet quòd matrimonium contractum eſt, & præ-
dium datum eſt in dotem: vt ff. ſolut. matrimo. l. de diuiſione.
& l. ſi ante. & l. fructus. & l. diuortio. j. reſpon. & §. impendia.
& §. vlti. Secus autem eſt in pecunia data in dotem. Nec enim
eius præſtat maritus vſuram: niſi poſt annum: vt j. de rei vxo
25 riæ actio. l. vni. §. exactio. Cùm † autem dos eſt æſtimata,
g omne commodum [g] & incommodum ſpectat ad maritum.
h [h] quod contingit poſt matrimonium contractum: vt j. eod.
26 l. cùm dotem. & vt ſ. diximus. † Fit autem exactio dotis per
actionem perſonalem: puta, ex ſtipulatu, ſoluto matrimonio,
vel eo conſtante, ſi maritus ſit ad inopiam deductus: vt j. eo.
27 l. vbi. Et dicetur deduci ad inopiam, vel vergere ad ino-
piam, cùm erit euidentiſſimum mariti facultates ſufficere
non poſſe ad exactionem dotis, & aliorum onerum quæ im-
minent viro: vt ff. ſoluto matrimonio. l. ſi conſtante. Hodie ta-
28 men † videtur, quòd fiat exactio ſtatim ex quo maritus in-
choat ſua ſubſtantia malè vti: vt in authent. de æqualitate
dotis. §. aliud quoque. Et puto hoc exaudiendum ſecundum
opinionem, vel famam communem, quia dicūt homines eum
malè agere factum ſuum, argu. ff. de fundo inſtru. lega. l. cùm
29 de lanionis. §. aſinam. Sed † licet dixerim exigi poſſe dotem,
ſoluto matrimonio, & quandoque eo conſtante, aliter tamen
& aliter fit exactio: nam ſoluto matrimonio ita fit exactio, vt
mulier de dote exacta faciat quicquid velit: ſed, eo conſtan-
te, ſi exigat, non habet licentiam alienandi eas res, viuente ma
rito, ſed fructibus earum rerum poteſt abuti ad ſuſtentatio-
nem ſui, & mariti, & filiorum communium: vt j. eod. l. vbi.
30 † Exigit etiam quandoque mulier dotem per rei vendicatio-
nem quam habet in rebus inæſtimatis ſoluto matrimo. vel eo
conſtante, ſi maritus ad inopiam ſit deductus: vt dictum eſt,
vel malè inchoauit vti ſua ſubſtantia: vt j. eod. l. in rebus. Idem
dicit in rebus æſtimatis. quod intelligo, cum vir non eſt ſol-
uendo ad æſtimationem præſtandam. ſicut etiam dicitur in
re empta ex pecunia donata, cùm vir ſoluendo non eſt: vt ff.
de do. inter vi. & vxo. l. vxor marito. In his ergo rebus habe-
bit mulier rei vendicationem vtilem: mariti enim eſt domi-
nium directum, de ſubtilitate legis, & de iure naturali: vt inſt.
de rerum diui. §. per traditionem. & j. eod. l. in rebus. Nec ob.
quod ibidē dicitur, naturaliter res in mulieris dominio per-
manſiſſe: hoc enim ad aliquid verum eſt, ſcilicet quòd ipſa
tanquam ſit domina de iure naturali rerum dotalium: quia ex
eis alitur, & ſuſtentatur, & propter promiſcuum vſum, vide-
31 tur domina: ſicut & filij † quodammodo dicuntur domini
viuente patre, vt nihil deſit eis præter adminiſtrationem: vt j.
de furt. l. quamuis. & ff. rerum amot. l. j. & Inſtit. de hæredum
qualit. §. ſui. & ff. de libe. & poſthu. l. in ſuis. Quia ergo ex his
rebus ipſa alitur, & ſuſtentatur, & earum (vt diximus) quo-
dammodo domina eſt, dicitur hanc rei veritatem non eſſe de-
letam, vel confuſam, propter ſubtilitatem legis, qua tranſit
dominium in maritum. Item non eſt confuſa: quia habet v-
tilem rei vendicationē: vt dictum eſt, & talis rei veritas quan-
tum ad commodum, vel incommodum, non quantum ad ſub
tilitatem legis notari poteſt in ff. ad Vellei. l. aliquando. Et
32 † huic vtili rei vendicationi, quæ conſtante matrimonio da-
tur mulieri in rebus æſtimatis, poteſt obiici vſucapio trien-
nij, & præſcriptio longa, ex quo mulier poteſt mouere actio-
nem: vt j. eod. l. in rebus. §. vlt. Nam in prædio dotali inæſti-
mato, non poteſt obiici vſucapio, vel præſcriptio conſtante
matrimonio, vel etiam eo ſoluto antequam reddatur mulieri:
quia dotale prædium non poteſt alienari, vel præſcribi: vt j.
de rei vxor. act. l. vni §. & cùm lex. & ff. de fundo do. l. etiam.
33 & l. ſi fundum. † Item nō eſt deleta ſubtilitas legis: quia mu-
lier in rebus prædictis habet hypothecariam actionem: vt j.
eod. l. in rebus. & ideo patet maritum eſſe dominum: nam ſi
ipſa eſſet directò domina, res ſua ſibi obligata eſſe non poſſet:
niſi alius haberet ius in ea re: vt ff. de excep. rei iud. l. penult. §.
j. & ad Treb. l. debitor. & de pignor. actio. l. ſi rem alienam. Sic
ergo vtile dominium non impedit hypothecariam actionem:
ſicut & aliàs j. ad Tre. auth. contra cùm rogatus. Item nō eſt
deleta ſubtilitas: quia ſolus vir poteſt iubere ſeruum dotalem
adire hæreditatem, & non mulier: niſi reſtituatur ei, matrimo
nio conſtante: vt ff. ſol. mat. l. ſeruus dotalis. Et ſolus vir ven-
dicat rem dotalem: vt ſ. de rei ven. l. dote ancillam. quia mari-
tus obligatus tantùm eſt ad reſtitutionem rei dotalis: & tene
tur de dolo, & culpa, & ſtultitia, quaſi pro rebus alienis. Et
theſaurum inuentum in alieno reſtituit pro dimidia: vt ff. ſol.
mat. l. diuortio. §. ſed ſi vi tempeſtatis. & l. ſi conſtante §. ſi ma
ritus. Et ideo etiam reſtituit quæſita per ſeruos non ex re ſua,
vel ex opera: vt ſ. diximus.

ANNOTATIONES.

a Hæretica. Vide per domi. Alexand & Moder in l. prima. ff. ſolu. matri.
b Conſtituitur. Multis modis conſtituitur dos, vt hic habes per domin. Azo. vide plenè per do. Io. de campegio doct. bononienſem in tractatu ſuo de dote.
c Sequutæ. Vide ad hoc Bar. in l. ſtipulatio. ff. de iure dot. & in l. ſi ſponſalibus. eod. tit. doct. in l. item quia. ff. de pact. & in l. fin. C. de dona. Alex. in ad. poſt no. glo. in l. item quia. ff. de pactis. qui hoc in terminis examinat.
d Prius. Vide Iaſo. May. in authent. præterea. C. vnde vir & vxor. & vide etiam Panor. in conſil. xlvi. in ſecundo dubio, in ſecundo volum.
e Dignitate. Adde text. Barto. & Doct. in l. quæro. ff. de iure dot. Bald in authent. res quæ. C. commu. de legat. & in authent. quòd locum. C. de collatio. Bartol. in l. ſi. in ff. de legat. iii. diffusè per domin. Alexand. in conſil. xxxii. tertio. volum. vbi eſt tota materia.
f Vide omnino. Albe. de Roſ. in d. l. plerunque. & vide etiam per Alex. & moderniores in l. diuortio. §. ſi fundum. & in §. ſi vir. ff. ſolut. matri.
g Commodum. Vide do. Bartho. Veronenſem Cepolam in conſil. viii.
h Ad maritum. Adde ad huius concluſionis materiam Bar. Docto. in l. pro oneribus. ff. de iure dot. & in l. obligamur. §. lege. ff. de actio. & obligat. Bartol. in l. Mæuia. §. ſi fundus ff. ſolut. matri. & in l. cum quidam. C. de iur. dot. latè per do. Alexand. in conſil xlviii. & in conſilio lvi. quarto volumine.

De rei vxoriæ actione in ſtipulatu actionem transfuſa: & natura de dotibus præſtita, *Rubrica.*

1 *Actio ex ſtipulatu cui, & qualis datur. & 3. 4. & 15.*
2 *Actio ex ſtipulatu in quem data.*
5 *Actio ex ſtipulatu tranſmiſſibilis.*
6 *Extraneum à patre diſſidere. & 7.*
8 *Actio ex ſtipulatu quando, & ad quid detur. & 9.*
10 *Viro non obiicienda. & 11. & 12.*
13 *Dos quando repetenda.*
14 *Mariti beneficium quale.*
16 *Actionis ex ſtipulatu priuilegium.*

DISSERVIMVS de dotibus conſtituendis, & earum lucris, & damnis: nunc de eo iure, id eſt, actione, qua dotes petuntur, & repetuntur, & euictæ reſarciuntur. & quia hæc olim fiebant actione rei vxoriæ, quæ ſublata eſt, & in eius locum ſubrogata eſt actio ex ſtipulatu: de ea videamus, & de natura dotibus præſtita. Exponamus itaque de actione ex ſtipulatu, cui detur, in quantum, quando, contra quem, & qualiter in ea formari de-
1 beat condemnatio, & qualis ſit actio. † Datur autem actio
a ex ſtipulatu marito, [vel eius patri [a]] vel parti vt dos tradatur. Si enim à datione dos inciperet, locum hæc actio non haberet, licet quidam dicant contrarium: vt ſ. titu. j. l. j. Datur, (inquam) ſiue vtilis præceſſerit ſtipulatio, ſiue minus vtilis, ſiue nulla omnino: vt j. eod. l. j. primo reſponſo. Sæpe enim lex fingit ſtipulationes: vt ff. de adoptionib. l. his verbis. & ff. ſi cui pluſquam per legem Falcidi. l. niſi. §. item ſciendum. [Cùm enim dicat lex in huiuſmodi actione ex vtroque latere ineſſe

ineſſe hypothecam tacitam, ergo patet quòd hæc actio datur
vtrinque.] Caue tamen, tibi ſuper inutili. Quid enim ſi dixi,
promittis mihi fundum in dotem, & illa reſpondeat promit-
to domum? certè non valet ſtipulatio: quia inutilis eſt ra-
tione diſſenſus. Secus verò vbi eſt inutilis ratione ineptæ
conceptionis: oportet enim eos qualitercunque conſentire.
Si autem dos fuit tradita, & euicta, dixerunt quidam, quòd
ſimiliter datur marito pro re euicta contra vxorem actio ex
ſtipulatu, ex eo quod legitur j. eod. §. & vt plenius. ibi, vel re-
bus dotalibus euictis: & propter hoc etiam dixerunt corre-
ctum, quod eſt s. tit. j. l. j. ſed certè hoc nõ dicitur, quòd re eui-
cta agatur ex ſtipulatu: ſed dicit, quòd locum habet tacita
2 a hypotheca. † Datur autem contra eum, vel eam, qui, vel quæ
promiſit dotẽ, ſiue faciat animo donãdi, ſiue faciat pro ſe, ſiue
ſciat ſe non teneri, ſiue putet ſe teneri. Relinquitur enim pie
tatis cauſa, ex qua ſolutum repeti non poteſt: vt ff. de condi-
ctio. cauſa data. l. ſi donaturus. §. ſi quis indebitam. & de iure
dotium. l. promittendo. j. reſp. & l. quemadmodum. §. pater. &
3 de cõdictione indebiti. l. cùm is. §. ſi mulier. † Item datur præ-
dicta actio ex ſtipulatu mulieri, & eius hæredi pro dote ſibi
reddenda, ſiue ipſa dederit dotem, ſiue alia perſona extranea
b [b] quæ non habet ipſam perſonam dotãdam in poteſtate, nec
eam ſibi reddi incontinenti paciſcitur. pater enim, vel auus
paternus, qui habet mulierem in poteſtate, habeat authorita-
te legis actionem ex ſtipulatu quæ communis eſt eis, & mulie
ri. Sed & pluſculum habet pater: quia habet exercitium actio
nis, voluntate tamen filiæ ſibi conſentientis, & eo tempore
quo litem conteſtatur, quæ ſemper videtur adeſſe, cùm cau-
ſas contradicendi patri mulier non habet: vt ff. ſolu. matrim.
l. ij. §. vlt. & l. non ſolùm. & l. dotem. & j. eod. §. accedit. Quan
4 doque † tamen agit pater ſine filiæ conſenſu: vt ſi latitet filia,
ne patri cogatur conſentire: datur enim actio patri, ſed cauſa
cognita. Quid enim, ſi filia, verecundiæ cauſa per abſentiam
patri contradicat? denegatur actio patri: niſi is ſit pater, cui
decet filiam conſentire: hoc eſt, vt ſi pater vitæ probatæ, filia
leuis mulier, vel admodum iuuenis, vel nimia circa maritum
non merentem, acquieſcet prætor patri, dando ei actionem:
vt ff. ſoluto matrimonio, l. ſi cùm dotem. §. eo, autem tempore.
Hæc ita, niſi pater emãcipauerit, vel exhæredauerit filiam: his
enim caſibus ſoli filiæ incipit actio competere, vt dos debeat
ei computari in quartam, vel etiam debeat conferri, ſi deceſſe
5 rit pater inteſtatus: vt j. eod. §. videamus. & §. & hoc. † Et eſt
hoc mirabile, quòd actio ex ſtipulatu, quæ eſt ex contractu,
non tranſit ad hæredem etiam lite conteſtata, ſicut & aliàs: vt
ff. de operis liber. l. ſi operarum. quod vix alibi reperitur. Eſt
6 alia differentia inter patrem, & extraneum, † vt quilibet di-
c catur extraneus, [c] qui non habet perſonam dotandam in po-
teſtate: quia pater incontinenti ſine ſtipulatione paciſcendo,
de dote ſibi ſolt reddenda, non immutat, vel nõ nouat actio-
nem ex ſtipulatu patri, & filiæ competentem per legem. Secus
verò ſi ſtipularetur. Incontinenti patri, vt incontinenti dica-
tur ſtipulari quandocunq; ante matrimonium: poſteà non,
niſi fiat non interpoſito tempore, vel actu extraneo: vt ff. ſol.
matri. l. quoties. & eſt ratio, quia ſtipulationes conſueuerunt
nouare, non pacta ſimplicia. Extraneus verò paciſcendo, in-
continenti ſibi quærit actionem præſcriptis verbis: & eſt ra-
tio, quia ei non erat conſultum per legem, ſicut dictum eſt in
patre & filia, & ita actio mulieri quæſita, per legem fingitur
ei non quæſita, propter pactum incontinenti appoſitum ab
extraneo: non dicò, quòd ſit nouata, vel ſublata: vt ff. de no-
uatio. l. cùm enim. Sed ſi extraneus non paciſcatur inconti-
nenti, mulieri magis videtur donaſſe, quàm ſibi aliquod ius
7 ſeruaſſe: vt j. eadem l. §. accedit ei. † Vbi verò ad patrem iu-
re poteſtatis, ſeu pactionis dos redit, non licet ei, filia denuò
nubente, diminuere prioris dotis menſuram: niſi fortè ſua ſub
ſtantia aliqua fortuita clade ſit diminuta, & probetur à pa-
tre fortuita diminutio ſubſtantiæ eius: tunc enim non ampli-
us cogitur dare in dotem ſecũdi matrimonij: niſi inquantum
ſubſtantiæ virtus eſt: vt in authent. de æqualit. do. §. quia ve-
rò iam. Si autem, patre viuente, filia non nubat, ſi quidem pa-
ter eam inſtituat hæredem, cum extraneis, præcipiat dotem, ſi
cum fratribus conferat dotem: vt s. communia vtriuſq; iud.

8 l. vlt. † Datur hæc actio ex ſtipulatu, ſoluto matrimonio mor
te viri, vel etiam diuortio, ſed culpa viri: ſecus ſi culpa vxoris.
Et quãdoq; non ſoluto matrimonio: puta, deportato viro, cu
ius non mutauit affectionem vxor. Item cùm maritus vergit
ad inopiam: vt s. tit. prox. l. vbi. & l. in rebus. §. omnis autem. &
j. de repu. l. j. & l. conſenſu. § niſi hæc. In fine. aliàs non datur
conſtante matrimonio, licet in quibuſdam aliis caſibus mari-
tus ſponte ſua, etiam conſtãte matrimonio ſoluere poſſit, ſci-
licet vt vxor ſe, & ſuos alat, aut fundum idoneum emat, aut in
exilium, vel in inſulam relegato parenti præſtet alimoniam,
aut egentem virum, fratrem, ſororemve, ſuſtineat: vt ff. de iur.
9 dot. l. mutus. §. manente. & ſol. matri. l. quamois. † Datur hæc
actio ex ſtipulatu ad id reperẽdum, quod datum eſt in dotem:
& ad eius acceſſiones: vt notauimus in ſumma præcedentis ti-
tul. §. ſi autem doti inæſtimatæ. Nec poteſt obiici huic actio-
ni edictum de alterutro, ſcilicet vt vxor ſit contẽta vel relictis
à marito, vel dote: debet enim vtramq; conſequi, niſi eius ma-
ritus pro dote reliquerit ea: vt j. ead. l. §. ſciendum. Item non
10 † obiiciuntur ei mali mores vxoris: niſi ſint de illis qui ſpeci-
ficati ſunt per legem, vt per eos mereatur amittere dotem: vt j.
ea. l. §. taceat. Item non obiicitur ei amotio rerum mariti, cùm
pateat omnibus maritis rerum amotarum iudicium. Hoc, ſi
ab vtraq; parte erat ſpecies: vel ab vna ſpecies, ab altera quan-
titas: ſi autem ab vtraq; ſit quantitas, dici poteſt fieri compen
ſationem: vt j. ead. l. §. ſed nec. & s. de compen. l. neque. & ff. ſol.
matri. l. rei iudicatæ. §. j. Item non obiiciuntur ei res donatæ,
cum donator ſibi poſſit cõſulere pro eis per actionem in rem
directam, vel vtilem, vel per condictionem: vt j. ead. l. §. taceat
11 Item † non obiiciuntur ei liberi ſuſcepti. maritus enim non ra
tione dotis, ſed naturali ſtimulo tenetur ad educationem libe
rorum: vt j. ead. l. §. ſileat. & eſt hoc ſecundum Marti. cùm ſol-
uitur matrimonium diuortio. Si verò ſoluitur morte mulie-
ris, remanet dos penes patrem ex perſona liberorum, qui in do
tem tanquam in mulieris patrimonium debent ſuccedere: vt
ff. de minorib. l. denique. §. ſed vtrum. in fine. & inſtit. de hære.
quali. & diffe. §. ſi autem. & eſt verum hoc, ſi mulier erat ma-
terfa. Si autem erat filiaſamil. idem quidem videbatur Marti.
ſed B. contra. & ſunt pro eo. arg. j. ſol. mat. l. dos à patre. & de
12 bonis lib. l. ij. & ff. de iu. dot. l. iure. † Item non obiiciuntur
huic actioni impenſæ factæ, diſtingue tamen, vtrum ſint ne-
ceſſariæ, an vtiles, an voluptariæ. Si neceſſariæ ſunt, minuunt
ipſo iure dotẽ quæ conſiſtit in pecunia. Pone enim in dotem
datum eſſe fundum, & pecuniam, & impenſum ſit in fundum
neceſſariò ſi autem dos non contineat pecuniam, ſed fundum
ſolùm, ſi quidem tantum eſt impenſum in fundum, ſaltem per
partes, vel pluribus vicibus, vel etiam vna vice (nam idem
vtrobique puto eſſe, quanti eſt ipſe fundus,) deſinit fundus
eſſe dotalis: niſi mulier ſponte marito intra annum obtulerit
impenſam. Si autem non eſt tantum impenſum quanti eſt fun
dus, non deſinit eſſe dotalis ex aliqua parte, ſed niſi impenſa
reddatur, aut pars fundi aut totus retinebitur: vt ff. de iure do
tium. l. ſi is, qui Stichum. §. vlti. & penul. Si autem vtiles ſint
impenſæ, locum habet pro eis actio negotiorum geſtorum.
Si voluntate mulieris factæ ſint impenſæ vtiles, vel neceſſa-
riæ locum habet actio mandati. In voluptariis autem expẽſis
d [d] licet fiant voluntate mulieris, nulla actio datur ei, ſed per-
mittitur deductio operis, quod fecit ſine læſione tamen prio-
13 ris ſpeciei: vt j. ea. l. §. ſed nec ob impenſas. † Fit autem exa-
ctio dotis, vel eius quod pœnæ nomine pro dote eſt exactũ:
vt ff. de iur. dot. l. quoties. In rebus immobilibus ſtatim. In re
bus autem mobilibus, vel ſe mouentibus, vel etiam incorpo-
ralibus, poſt annum: quod tamen neceſſarium eſt ad funus, exi-
gitur ſtatim: vt ff. ſol. mat. l. ſi filia. Litera tamen non videtur
velle, quòd fiat exactio intra annum: ſed ibi ponitur exactio
pro ſolutione. Nam demũ finito anno, imponitur pœna vel
fructuũ vel vſurarum, ſed olim fiebat annua, trima, bima die.
Vna enim pars perſoluebatur in primo anno, alia in ſecũdo,
alia in tertio: vt ſic exponatur annua, die, i. In die, vel in tempo
re primi anni: & ſic in ſecundo: & ſic in tertio: & ſic in quarto:
& ſic in quinto: vt ff. de pact. do. l. aliud. Si autem immobilia
non reſtituantur ſtatim ſol. mat. vir, & hæredes eius tenentur
ad fructus, & pẽſiones. Si autem mobilia, vel corporalia non

reſtituantur vſq; ad annum, petet mulier ſimili modo péſio-
nes, & vecturas nauium, ſiue iumentorum, vel opera ſeruo-
rum, vel quæſtus ciuilium annonarum, & alia quæ ſunt eis ſi-
milia: vel ſi fortè res prædictæ culpa mariti deſierint eſſe, vel
fuerint æſtimatæ, petet vſuram æſtimationis vſq; ad tertiam
centeſimæ: vt j. ead. l. §. exactio. fortè & ſine interpellatione:
quia hoc ipſo eſt in mora, quia non ſoluit die ſtatuta: vt ibi-
14 dem videtur velle. Habet † autem maritus beneficiũ in con-
demnatione facienda: vt damnetur in quantum facere poteſt:
vt ratio ſui habeatur, ne egeat: non tamẽ deducitur æs alienũ.
Quandoq; tamen maritus cõdemnatur inſolidum, id eſt ſi in
odium mulieris deſiit facère poſſe, vel diminuit ſubſtantiam
ſuam, vel ſi mulier eum conueniat: quia dolo malo diminuit
res dotales, vel eius dolo interiiſſent res dotales: vt j. ead. l. §.
cùm autem. l. in actione. & ff. ſol. mat. l. etiam. §. licet. & l. mari
tus. & de re iudi. l. nõ tantùm. & l. ſicut. & l. ſed hoc. & l. inter.
in fin. & l. ſi cùm & l. fideiuſ. §. ſi maritus. & l. ſciendum. & de
re iudi. l. in condemnatione. Aliter autem habet prædictũ be-
neficiũ, nec ipſum amittit ratione pacti, ſi paciſcatur, vt dam-
netur inſolidum: quia contra bonos mores eſt: vt ff. ſol. mat. l.
alia. §. j. Item nec ratione ſententiæ: quia & ſi damnatus ſit in-
ſolidum, adhuc tamen habet beneficium. vt ff. de re iud. l. Ne-
ſennius. §. vlti. eſſet enim mulieri indecens, ſi videat eum men-
dicantem, quem ſupra pectus tollet auerat. Cauete tamen de-
bet de reſiduo ſoluẽdo, ſi peruenerit ad meliorem fortunã: vt
15 j. eo. § cùm autem. Eſt † autem notãdum, quòd hæc actio bonæ
fidei eſt in hoc caſu, ſed nõ aliàs: vt j eo. §. ſed ſi nõ ignoramus
Perſonalis eſt, perpetua, & hæredib. datur, & in hæredes: vt j.
ead. l. §. maneat. niſi in caſu, quem ſ. diximus. ita noua natura
huic actioni ex ſtipulatu per hãc legẽ tribuitur: ſicut liquet ex
præmiſſis. [Item & nouã ſortitur naturã quia prædiũ dota-
le quòd propriè inæſtimatũ dicitur, alienari, vel obligari nõ po
c teſt, muliere volente. [a] Imò vir, & eius ſubſtãtia remanet obli
gata, non obſtante mulieris conſenſu, vel in dote repetẽda à
viro, vel hypothecis viri. vel in dote vendicanda cõtra quem-
libet poſſeſſorem prædij, quẽ cõuenit ſoluto matrimonio: vt
dicemus j. de fund. dot. Nec obſtat mulieri Anaſtaſij l. iube-
mus. ſ. ad Velle. quia illa loquitur, cùm vir alienat res ſuas, vel
dotes æſtimatas, & mulier in eis renũtiat iuri hypothecæ: vt j.
ead. l. §. vlt.] Sed illud non prætermitto, quia nedum incerta,
ſed etiam certa hac actione petũtur: quod non eſt aliàs: vt in-
ſtit. de verb. oblig. in prin. tit. Tractatur autem in hoc titu. de
actione ex ſtipulatu in hũc modum: vt primùm aſsignet eius
propria: ſecundò ea, quæ ſunt cõmunia cum actione rei vxo-
riæ: & ſibi ſoli adiudicãtur. tertiò denotat propriã rei vxoriæ
16 actionẽ. & ea attribuit actioni ex ſtipulatu. † Nec prætermit-
tendum eſt, quòd actio ex ſtipulatu, quæ datur mulieri, magis
priuilegiata eſt quàm ea quæ datur viro, licet enim vtraq; ha
bet hypothecam tacitam (vt dictum eſt) tamẽ hypotheca mu-
lieris præfertur creditoribus tẽpore prioribus in tacita hypo
theca: vt j. qui po. in pig. l. vlt. quod non reperitur in hypothe
ca viri circa res promiſſoris dotis. Item mulier habet in rebus
dotalibus rei vendicationem: vt diximus in ſumma ſuperio-
ris titu. quod non reperitur in viro circa res promiſſas in
dotem.

ANNOTATIONES.

a Eius patri. Ad hoc vide Spe. in tit. de lib. concep. §. iij. in fi. glo. & Doc.
in l. ſi cum dotem. § eo autem. ff. ſolut. mat. Bart. in l. vnic. C. de rei v-
xor. actio. Paul. de caſt. in conſil. cxvij. incipien. viſo dicto libello. vbi
principaliter tractatur materia.

b Extranea. Vide egregiè Petrum de Anchar. in conſi. ſuo. cccxxxv. in-
cipiente, ex narratis ſuperius.

c Extraneus. Vide late Alexand. & moder. in l. prima. ff. ſolut. matri. & in
l. ij. §. quòd ſi in patris. eod. tit.

d Expenſis. Vide Bartol. in l. quòd dicitur. ff. de impenſis in reb. dot.
fac. & vide ea, quæ habentur per gloſſ. & Docto. in l. in fundo. ff. de rei
vendicatione.

a Muliere volente. Vide ad iſtam concluſionem Bartol. & doct. in l. ita
conſtante. ff. de iur. dot. Ange. in au. hoc. vt nulli iud. §. & illud. colla.
ix. doct. in l. ij. C. de vſucap. dotis. Alexand. de Imo. in l. cum lex. de fi-
deicommiſſis. multa per Bartol. in conſil. ſuo. incipi. domina. & in l.
omnes. populi. ff. qui. an prin. ff. de iuſt. & iure, vbi eſt fundamentalis
materia.

De pactis conuentis, tam ſuper dote, quàm ſuper donatione propter nuptias: & de paraphernis. *Rubrica.*

1 *Dos pactiones admittit. & 8.*
2 *Paciſci de dote quando liceat. & 6, 7.*
3 *Pactum dotis reprobum quod.*
4 *Dos ex pacto quando reddenda.*
5 *Dos pactione mutabilis.*
9 *Extraneus quis.*
10 *Pater dotans quando agat, & qui.*
11 *Pater dotans qui ſibi conſulat. & 12.*
13 *Paciſci donatione prop nup. licere.*
14 *Parapherna viri non eſſe.*

DE DOTIS, & ante nuptias donationis pro-
miſsione, eiúſq; conſtitutione plenè diximus ſ.
de dona. ante nup. & ſ. de dotis promiſsione, & ſ.
de iure dot. nunc videamus de pactis quæ ſuper
eis apponuntur: & primò de eis quæ fiunt ſuper dote, ſcilicet,
quando poſsint apponi: & à quibus apponuntur, & quis effe
ctus eorum ſit: poſtea dicemus de pactis initis ſuper donatio-
1 ne propter nuptias, & de rebus paraphernalibus. † Eſt au-
tem ſciendum, quòd nedum ante nuptias licet paciſci ſuper
dote, ſed etiam poſt nuptias: vt ff. eod. l. j. j. reſpon. non tamen
ſuper dote licet in omni caſu, vel omnibus paciſci ante nupt.
& poſt nup. Vir enim cum vxore conſtante matrimonio pa-
ciſcendo ſuper dote, ſiquidem donationis cauſa facit, aut con
fertur pactum donationis ſuper dote appoſitum in tempus
matrimonij, aut poſtea: ſi in tempus matrimonij, non tenet.
a [a] Vt ecce vir conuenit vxori per ſtipulationem vt fructus, vel
mercedes fundi dotalis annui nomine daret vxori, non habet
mulier actionem, alioquin confirmarentur donationes inter
virum & vxo. Imò & fructibus datis non habet exceptionem
mulier, niſi in id quod datum eſt, vel tantundem de ſuo con-
ſumpſerit in ſui ſuſtentatione: tunc enim habet exceptionem,
& non haberet actionẽ in factum ad petendum ſi tantundem
conſumpſerit de ſuo. ff. eod. l. quidam. & l. inter ſocerum. §.
conuenit. & de dona. inter virum & vxo. l. quod autem. §. j. &
l. ſi id, quod. §. vltim. & l. ſi ſtipulata. Et prædicta ratione, ne
confirmentur donationes, improbatur pactum ne agatur ob
res donatas, vel impenſis neceſſarias: vt ff. eod. l. conuenire. Si
verò collatum ſit pactum poſt matrimonium ſolutum, tenet:
niſi inuitetur quis ad furandum, vt ſi paciſcantur antequam
ſoluatur matrimo. ne agant ſoluto matr. rerum amota. vt ff.
eod. l. conuenire. tunc enim naſcitur actio rerum amotarum
2 vt ff. rer. amot. l. rerum quidem. † Poſt diuortium autem fieri
poteſt pactum de rebus pridem donatis, vel amotis: vt ff. eod.
l. ob res. vel niſi ſic ſit interpoſitum, vt mulieris conditio vo-
lentis iterum nubere fiat deterior: vt ecce, cõuenit vir cum v-
xore, vel ante matrimonium, vel poſtea, vt quoquo modo ſo-
luto matri. liberis interuenientibus dos apud virum remane-
ret. Siquidem ſoluatur matrimonium morte mulieris, & libe-
ri interueniant, ſiue naſcantur ante dotem, ſiue poſtea, ſerua-
tur pactum. Si autem ſoluatur morte mariti, nõ videtur qui-
dem conueniſſe de pacto ſeruando, ſed & ſi conueniſſet, non
ſeruaretur: vt j. eod. l. ij. & l. ſi inter virum & vxorem. & j. eod.
l. quamuis pater tuus. Si autem ſoluatur matrimonium diuor
tio, & liberi interueniant, ſeruatur conuentio: vt ff. de doc.
præleg. l. j. primo reſp. Et prædicta ratione: quia mulieris con
3 ditio ſit deterior volentis iterum nubere, † reprobatur illud
pactum de dote vlteriore die reddenda, ſiue fiat ante nuptias,
ſiue fiat poſt nup. conſtante tamen matrimonio. Poſt diuor-
tium enim, ſi iuſta cauſa fuerit conuentionis, pactũ debet cu-
ſtodiri: vt ff. eod. l. licet. & l. de die. & l. & Atilicinus. Et hoc
eſt mirabile, quod citius tuleretur pactum factum poſt diuor
tium, quàm ſi fieret ante matrimonium: fortè, quia ante ma-
trimoniũ aliqua eſt amoris præſentis vel futuri qui ſperatur,
cauſa, quæ non eſt, facto diuortio: imò odio conſueuerunt ſe
habere qui diuerterunt. Plerique tamen cum bona gratia diſce
dunt, pleriq; cum animi offenſa: vt ff. de donationib. inter vi
rum

rum & vxorem.l.cùm hic ſtatus.§.ſi diuortium. Et ſunt præ
dicta adeò vera,vt ſi vir cum vxore ante nuptias conueniat,
vt quibus diebus vxor dotem daret viro, iiſdem diebus red-
deret vir vxori ſol.matri. ſiquidem vxor dederit lõgiore tem
pore, puta poſt quinquennium à die contracti matrimonij,
quàm legibus ſtatutum ſit in dote reddenda, non valet con-
b uentio [b].Secus ſi dederit priore tẽpore:vt ff.eod.l.Attilicinus.
Sed tamen propter reuerentiam,& authoritatem patris,cuius
conſilium firmius & perfectius eſt:(& ideo non eſt veriſi-
mile filiã grauatam, vel dotis deteriorem eſſe cauſam) a-
4 liud ſtatuitur,ſcilicet,ſi pater † pro filia dotem promiſerit an
nua,bima,trima,die,quadrima,quinto anno doté præſtaret
genero,quòd cõuenit conſentiente filia:vt gener iiſdem die-
bus dotem redderet ſol.matr.hoc enim pactum valet,ſi patri
extitiſſet hæres filia,vt ita oporteat eam ſeruare pactũ pater-
num,& interueniente ea pactum fuerit conuentum,vnde non
eſt veriſimile eam deceptam:vt ff.eod.l.aliud eſt. Licet ergo
mulierem ſuam conditionem facere meliorem per pactum in
dote reddenda ſol.matr.& ita poterit paciſci de dote citerio-
re die præſtanda:vt ff.eod.l.idem. Item vt extremi anni ma-
trimonij fructus nondum percepti mulieris lucro cedant: vt
ff.eod.l.ſi inter virum & vxorem. Deteriorem autem non
facit conditionem ſuam, ſi paciſcatur de dote die vlteriore
præſtanda,vel ſi paciſcatur de dote non reddenda:vt ff.eod.l.
ſi pater.§.ex pactis.& l.vt autem.& l.liberis.primo reſp.vel
ſi paciſcatur vt maritus ſolummodo dolum præſtet in dote,
vt ſic remittatur ei culpa:& hoc eſt propter vtilitaté nubẽn-
tium:aliàs enim poteſt remitti culpa,ſed non dolus:vt ff.com
mod.l.ſi vt certo.§.interdum.& depoſiti.l.j.§.ſi cõueniat Pa-
ciſci tamen poteſt mulier, ne ſit periculo viri nomen debito-
ris,qui ei doté promiſit.nam,vt ſit dos periculo mulieris quæ
eſt periculo viri, puta quòd erat res æſtimata in dotem data,
conuenire poterit vir cum muliere,vt ſit inæſtimata:vt ff.eo.
l.Pomponius ait.& l.cùm maritus.facilius enim remittitur vi
ro culpa circa perſonam extraneam exigendam, quàm circa
res ſibi traditas in dotem. Si verò inter virum & vxorem pa-
ctum nõ fiat cauſa donationis,bene tenet.Vnde & poſſunt in-
5 ter ſe paciſci conſtante matrimonio,vt fiat permutatio † do-
tis,ſi mulieri eſt vtile,ſcilicet vt ex pecunia in rem, aut ex re
in pecuniã fiat permutatio. & ita fieri poterit de pecunia do-
tali fundus,vel res dotalis,cùm mulieri prodeſt:vt ff.de iu.do.
l.ita conſtante & l.quod ſi fuerit. & ff.eod.l.ſi mulier. Sic &
ſi dos eſt in pecunia: quia maritus æſtimata prædia accepit
in doté, & pactus eſt manente matrimonio vt prædia inæſti-
mata ſint,vt ſine periculo ſuo faceret ea deteriora, valet con-
uentio:ſi in loco deteriore non ſit dos, & ſi prædia faciat de-
teriora,tenebitur nomine doli, & culpæ, actione de dote: vt
ff.eod.l.cùm maritus. primo reſponſo. Poſſunt & alia exem-
pla multa notari de pactis coniugum vt valeant: ſi non fiant
donationis cauſa. Si enim pacta ſit mulier, vt quantò pluris
6 venierit fundus æſtimatus in dotem, id † in dotem ſit: valet
pactum,cùm è contrario poſſit conuenire, vt ſi minoris væ-
nierit, mulier debeat ſupplere. Item & ſi mulier ita cõueniat
cum marito vt fundus ſit æſtimatus in dotem eo pretio, quo
venderet maritus, ſiue vendat pluris quàm res ſit digna, ſiue
minoris,valet pactum.Sed ſi culpa mariti minus væierit, id-
ipſum mulier conſequatur. Si autem maritus non venderet,
præſtabit mulieri æſtimationem iuſtam,vel factam ſi qua fa-
cta eſt:vt ff.eod.l.ſi pater.§.pen.& vlt. Item ſi pactus ſit mari-
tus vt fructus dotis in dotem conuerteret,& mulier ſe,ſuoſq;
aleret,tueretúrve,& vniuerſa onera ſua expediret, conuen-
tio valet. Si autem non conuenerit mulier de ſe alenda (vt di-
ctum eſt) & vir conuenerit,vt fructus in dotem conuerteret,
valet ea conuentio:ſi ob hoc pactum mulier dedit ei maiorem
dotem:quia fructus nolebat eſſe dotis,contento marito ea pe
cunia quæ ex vſuris redituum colligitur. Finge enim quadri
genta annua eſſe reditus apud eum, qui non accipiet plus ccc.
niſi hoc conueniſſet,& boni conſuleret ſi tam vberem dotem
conſequutus eſſet:vt ff.eod.l.ſi conuenerit. Item vir paci-
ſcatur,vt de fructibus fundi dotalis dimittat creditorem mu
lieris, valet pactum: ſi fiat ante nuptias & ita videtur mi-
nor dos conſtituta.Si verò fiat poſt nupt. non valet: quia pu-

ra eſt donatio inter virum & vxorem, Iam enim de ſuo paci-
ſcitur vir,cùm fructus debeant releuare onera matrimonij:vt
ff.eo.l.quęris,ſi pacta. Item & ſi vxor viro dederit fundum æ-
ſtimatum centum,deinde cum viro pepigerit, vt facto diuor-
tio,eod.pretio vir fundum vxori redderet, valet conuentio:
& ſi vir poſteà volente vxore vendat ducentis fundum, & di-
uortium fiat, tenebitur vir, vt vel ducenta pro fundo habita
reddat mulieri, vel etiam reddat fundum æſtimatum centum,
& ita non remittitur ei pactum. Sed ſi ſine voluntate mulie
ris vẽdidiſſet:omnino teneretur ſol.ma.reſtituere fundum ſe-
7 cundum tenorem pacti:vt ff.eo.l.vlt.j.reſp.† Item valet pactũ
ſi paciſcatur vir de fructibus dotis vxori dandis, vt ipſa de
ipſis ſe alat. Idemq; eſt ſi vir dederit ei tantum de ſuis, quòd
c æquiualet fructibus dotis.Nam ꝙ ſ. vires [c] dotis eſt,reuoca-
bitur:vt ff.de do.inter vir.& vxo.l.ex annuo.Non enim eſt i-
ſta donatio, ſed quaſi quædam compenſatio, cùm vir vxori
etiam ſi nihil perceperit ab ea debeat exhibere. Sibi debet e-
nim imputari ꝙ mulierem accepit indotatam: vt ff de do.in-
ter vir.& vxo.l.ſi quis pro vxore.& ff. eod.l.inter ſocerum.§.
ſi conuenit.Item & ſi non fructus dotis vir dederit vxori, ſed
dotem ſibi promiſſam patiatur remanere penes vxorem vt i-
pſa ſe alat ex ea,valet pactũ vtrunq; ſcilicet, & quòd vir non
petat ab ea dotem conſtante ma. & ꝙ ipſe non teneatur eam
alere, ſed ipſa ſe debeat ſuſtentare. Et ſi poſtea dederit cer-
tam ſummam viro vt alatur ab eo, ſeruabitur poſt etiam pa-
ctum.talia enim pacta reſpiciunt factum, nec pertinet ad ius
ſcilicet vt lædatur mulieris cauſa in repetenda dote ſolu.ma.
[tunc enim non ſeruaretur] vt dictum eſt:& dicitur.ff.eo.l.
8 ſi pater.§.ex pactis. Interponuntur autem pacta ſuper † dote
reddẽda, & ea ſeruanda ſunt ſi fiant inter omnes qui repetere
dotem poſſunt:& à quibus repeti poteſt:alioquin ei, qui non
interfuit pactum non proderit,nec nocebit:vt ff.eod.l.j.§.pa-
cta.Sed diſtinguendum eſt, vtrum extraneus dederit dotem,
an pater mulieris qui habet etiam in poteſtate. Si extraneus
dotem dederit:quicquid vult,etiam ignorante muliere incon
tinenti tamen poteſt ſtipulari vel paciſci. legem enim rei ſuæ
dicit. Ex interuallo autem poſtquã dederit,paciſci nõ poteſt
niſi conſentiente muliere: vt ff. eod. l. ob res. §. ſi extraneus.
9 † Eſt autem extraneus, omnis, qui non habet perſonam do-
tandam in poteſtate.Pater enim, qui habet eam in poteſtate,
ſtipulari poteſt de dote ſibi ſoli reſtituenda, quãdocunq; an-
te nuptias dando dotem,poſt nuptias autem non poteſt, niſi
faciat incõtinenti:vt ff.ſol.mat.l.quoties. Simplex autem eius
pactio etiam incontinenti facta non nouat actionem dotis,
patri,& filiæ competentem per legem: vt ſ de iure do. l. auia.
& vt diximus ſ.de rei vxo.actio. Quid autem ſi pater ex in-
teruallo ſtipuletur ſine filiæ conſenſu, ſcilicet iam acquiſita
vtriq; eorum actione per legem [a] certè ſoli patri proderit, &
nocebit pactum:vt ecce, pactus eſt de dote vlteriore die præ-
ſtanda:nec enim nocet filiæ,niſi conſenſerit:vt eo. l. cùm dos.
10 & l. aliud. Hic tamen patrem puto † poſſe agere non no-
mine ſuo,ſed filiæ:ſicut & in tutore dicitur:vt j.de bo.quæ li-
be.l.vlt.§.ſi autem patre.& §.filius autem.& de admini.tut. l.
cùm quidam.& de bo.ma.l.j.Si autem pactus eſt de dote cite-
riore die præſtanda,commodum eius tẽporis erit patris:vel ſi
in initio conuenit de non repetenda dote, & poſtea cõueniat
de repetenda,ſolus ipſe aget.Si autem experiatur filia ſola de
d dote,neq; proderit ei,neq; nocebit ei pactum [d] patris. Poteſt
11 † etiam pater ſibi conſulere,& certæ perſonæ: putà ſi poſtea
quàm promiſerit dotem genero, gener conueniat ei ne ab eo
e viuo petat dotem,[e] & ne petat dotem à tali filio ſuo, vel ne pe
tatur ab iſta filia nupta,quibus tanquam hæredibus pater no
luit prouidere. Ab aliis autem,vt poſſit peti ſi pactum eſt in-
ter eos,valet talis conuentio perſonalis. Idem etiam ſeruatur
in illa pactione perſonali,ſi ita conueniat ſocer cum genero,
ne petat doté viuo ſocero,néve petat conſtan.matri. ſic enim
pactum eſt interpretandum quaſi adiectum eſſet ne dos peta-
tur viuo ſocero conſtan.matri. Hoc enim ita eſt accipiendum
contemplatione paternæ pietatis, & contrahẽtium volunta-
tis:vt poſterior pars conuentionis ad vitam patris videatur re
lata:alioquin diuerſa ſententia fructus dotis ab oneribus ma
trimonij ſepararet, quodq; indigniſſimum eſt induceret ſci-

licet,vt non habuiſſe dotem exiſtimaretur. Si ergò, viuo pa-
tre deceſſerit,filia vel ſine culpa ſua diuerterit, dos non pete-
tur. Conſtante autem matrimonio mortuo patre petetur: vt
ff.eod.l.auus.& l.cùm pater.§.vlti. Et ſi maritus mortuo ſo-
cero ſuo,non petat,tenebitur huius culpæ nomine, vt ff. eod.
12 l.ob res.vlt.† Item poterit pater ſtipulari incontinenti de do-
te ſibi reddenda, ſi viuo eo filia moriatur in matrimonio. Si
autem eo mortuo moriatur in matrimonio viuo tali filio e-
ius:vt reſtituatur ei, habet filius vtilem actionem. Item & ſi
pactus ſit vt ſi moriatur filia mortuo prius illo filio eius no-
minato reſtituatur hæredibus eius,vtilis erit ſtipulatio: vt ff.
eod.l.ſi ita conuenit.& l. pater eum. Si verò paciſcatur filia
ſine patris conſenſu, quo pacto melior conditio patris fieret,
proderit & patri: quoniam per filiam patri poteſt acquiri:per
patrem autē non poteſt acquiri iure directo filiæ,ſed vtilem
habet actionem quandoq;,vt dictum eſt, ſi ei tanquam hære-
di pater voluit prouidere. Si verò pacta ſit filia ſic, vt noceat
ipſi,quandoq; filiæ agenti nocebit pactum, ſi præmortuo pa-
tre repetat dotem, vel emācipata eſt ab eo.quibus caſibus de-
fertur ei actio dotis:vt diximus §.de rei vxor.actio. Patri ve-
rò non nocebit pactum, ſi præmortua filia ſolus ipſe repetat
dotem.[Sed ſi ea viuente,& adiecta eius filiæ perſona, & con
ſenſu repetat dotem,nocet ei:] vt ff. eod. l. cùm dos. §. finali.
videretur tamen eſſe contrarium:vt ff. ſol. mat. l. ij. vbi dicit
nec eam actionem amiſſam quam habet adiuncta filiæ perſo
na.Sed certè ibi loquitur,quando filia pacta erat cum marito
ad exceptionem ei præſtādam cōtra ſe filiam, & patrē ſuum:
quia fecerat maritum promittere extraneo dotem ſe reddi-
turum ſolut. mat. & ita liberaretur à filia, & à patre eius. Si
autem hæc filia cum marito ſuo paciſcatur ad actionē ei præ
ſtandam:putà,promittendo ei pœnam ſi ipſa, vel pater repe-
tat dotem, non nocet patri:niſi adiuncta filia agat:tunc enim
ex qualibet cauſa neceſſe habet filiam defendere, ex qua filia
poſſet cōueniri,licet maleficium ſit:putà furtum, vel iniuria:
vt ff.rerum amo.l.j.§.vlt. & hic pater non cōuenitur ex per
ſona filij ex illo contractu, ex quo ipſe agit propter filij per-
ſonam:tunc enim ſiue cum illo,ſiue ſine eo agat, pro filio re-
ſpondet:vt ff.de cōpen.l.ſi cum.& commod.l.penul.& de pig.
13 act.l. ſi ſeruus pign. † Super donatione autem propter nupt.
fieri poteſt pactum vt mulier eam lucretur, & ſine pacto non
poteſt eam lucrari:ſicut vir lucratur dotē ſine pacto. & æqua
lia debent eſſe pacta in lucris:alioquin maius pactum reduce-
retur ad minus. Item & æqualitas conſideratur in quantita-
te,ſicut & iſta, & alia eius adiacentia. quæ hic dicenda ſunt
plenè proſecutus ſum ſ. de do. an. nupt. §. hæc donatio. & §.
quid autem ſi nulla. Sed licet dos, & donatio æquis paſsibus
dicantur ambulare,non ſic intelligitur, vt ait Pla. quòd alte-
rum ſine altero non fiat,vel eſſe non poſsit,ſed quia ſi petatur
debet præſtari. Res autem paraphernales dicuntur quæ in-
f ferunrur in domum viri, [f] iuxta dotem: vt plenè diximus de
14 eis ſ.de iu.do.§.eſt autem dos. † Et de his ſciendum eſt quòd
muliere prohibente,vir in paraphernis ſe non debet immiſce
re:quāuis enim bonum erat mulierem quæ ſeipſam viro com
mittit,res etiam eius pati arbitrio gubernari, tamen æquitas
dictat contrarium,ſcilicet ne ea inuita aliquid de eis faciat ma
ritus.Si autem mulier nomina,id eſt, fœneratiuas cautiones
quæ extra dotem ſunt, dederit marito, vt loco paraphernа-
rum maneant penes maritum,& hoc dotali inſtrumento fue-
rit adſcriptum, actiones quidem competunt mulieri, ſed eas
poterit mouere maritus: nec cauebit rem ratam dominam
habituram: quia certum eſt eum habere mandatum, vſuras
autem earundem cautionum poterit expendere circa ſe,& v-
xorem:ſortem autem debebit ei ſeruare: & ſi quidem pro ſor
te vxori obligauerit vir aliquod ſpeciale pignus, eo debebit
mulier eſſe contenta. Si autem non habet ſpeciale pignus,
mulieri ſunt obligatæ tacitè res mariti ab ea die, qua exegit
pecuniam cautionum. Antè enim quàm vir exigat pecu-
niam,mulier habet licentiam repetendi cautiones marito da-
tas, & agendi per ſe, ſiue per quemuis alium. Item mari-
tus in huiuſmodi exactione facienda debet præſtare eam di-
ligentiam,quā præſtat in rebus ſuis:vt j.eod. l. vlt. In his aūt
rebus quæ non paraphernales ſunt,nec dotales,vir poteſt age
re: etiam ſi conſtat eum non habere mandatum.Cauet tamen
rem ratam dominam habituram. Si tamen mulier in vna re
committat ei exercitium, in aliis repellitur: vt ſupra de pro-
curatorib.l.maritus,

ANNOTATIONES.

a Non tenet. Adde ad huius concluſionis materiam lex ex morte. C.de pact.conuen.& ibi Ange.& doct.& vide Bald.in l.quòd ſatis.in verſi. vlterius.oppo.C.de bonis quæ liberis. Doct.in l.ſecunda. C.de pactis dotal.vbi eſt materia propria.

b Conuentio.Vide Ludo.Roman.in ſingulari lxvj. & vide Io.de Imol. in l.ſi ſocer.§.Lucius.ff.ſolut.mat.& vide per dom.Alexand.in l.ſidei-commiſſo.C.de tranſact.

c Vires. Vide Bart.& Doct.in l.pen.§.primo. ff.ſolut.matr.vide Angel. in conſil.cxxvii.alias.cxxxiii.incip.quidam nomine Mathaeus.& vi de Ludouic.Roman.in conſil.

d Pactum.Extende hoc vt procedat etiam in extraneo,ſecundum Bart. in conſil.cxxxi.incip.Titius maritauit.vbi vult iſtud procedere etiam ſi ſtipulatio interueniſſet, licet in hoc contrarium teneat & ſentiat glo.in l.quamuis.infra eod.tit.propter quam ita expreſſe tenuit Lod. Roma.in l.ſecunda.§.primo.ff.ſolut.mat.licet ibi & in §.ſequen.cum Bart.teneat Are.& cum Bart. teneat etiam Saly.in d.l.quamuis.& ita alias defenſaui opin. Bart.& ita fuit iudicatum.

e Petat dotem. Vide ad hoc Bart. in l.aſsiduis. verſi. quæro circa.C. qui po.in pig.ha.Cy.in authen.ſed iam neceſſe. C.de don. ante nupt.Bar. in l.ii.in §.pen.ff.ſi cer.peta.& in l.pen.§.ſi vir.ff.ſolut. mat.multa per Paul.de caſt.in conſi.cxx.inci.viſis & conſideratis omnibus.in j.volu.

f In domum viri. Ad huius concluſionis materiam vide Bart.in l.maritus.in prima oppo.C.de procur.Bal.in l.ſi.in verſ.vſuras. C.de pact. conuen.& in l.fin.in verſi.quid de fructibus rerum. C.qui po. in pign. hab.doct.in l.maritus.ad leg.fal.do.Bartho.Soci. in conſi.cca lix. incipien.materia præſentis conſultationis.verſi.ſi.in fine.

De dote cauta & non numerata. *Rubrica.*

1 *Cautione quid contineatur.*
2 *Exceptio non nu.do.quando,an non competat.*

DICTVM eſt ſuprà de dote præſtita:ſed quia ſæ
pe inuenitur dos cauta à marito qui confeſſus eſt
ram ſibi numeratam,vel traditam,cùm non ſit:po
nit de dote cauta,& non numerata.vel dic de do-
te cauta à muliere, vel eius parte, & non præſtita, vt verbo
1 † cautionis contineatur omnis obligatio qua mulier,vel eius
pars tenetur ad dotem numerandam,vel præſtandam: dotem
enim in quantitatibus facit numeratio:in ſpeciebus autem fa
cit præſtatio,non promiſsio, vel ſcriptura, quantum ad hoc
vt mulieri detur repetitio. Nec enim repetit, niſi re ipſa dede-
2 rit dotem:vt j.eod.l.j.& j.qui po. in pigno. ha.l. vltim. † Eſt
autem hoc ſeruandum,niſi viro poſsit imputari ſilentium: vt
quia tacuit toto tēpore matrimonij, & eo ſoluto, per annum
nre durauit matrimonium biennio. Si autem matrimonium
durauerit biennio,vſq; ad annos.x.habet vir,& hæres eius ex
ceptionem non numeratæ dotis vſque ad tres menſes,ſcilicet
à tempore ſoluti matrimonij computandos: vt §. dictum eſt.
Si autem matrimonium durauerit ploſquam x. annis, dene-
gatur querela marito, & hæredi eius: niſi ſit minor xxv.
annis: tunc enim habet ſpecialem in integr. reſtitutio. ſicut
de ea plenè diximus §.de tempo. in integr. reſtitut. §. nec fa-
cit pro eo.

De dona. inter vir. & vxor. & à parentibus in liberos factis, & de ratihabitione. *Rubrica.*

1 *Donare cur inuicem coniuges nequeant.*
2 *Donatio coniugum,nullo matrimonio an teneat.*
3 *Poteſtas in coniuges quot caſibus ſpectetur.*
4 *Coniuges filiis ne donent,fallit.5.*
6 *Fideicommiſſum coniugibus non vetari.*
7 *Donare quæ ſibi inuicem coniuges poſſunt,& 8.*
9 *Donare quando coniugibus liceat,& 11.16.17.18.*
10 *Donationis cauſ mor.genera.15.*
12 *Donationem interpoſitione vetari,limita.14.*
13 *Tempus in donatione ſpectandum.*

19 *Donatio qui renocetur.& quando,an non,20.21.22.23.24.25.*
26 *Captorum quis ſuperuixit.*
27 *Liberis non donandum.*
28 *Donationem ſilentio firmari qui accipiendum,& 29.*

EXPOSVIMVS ſ.de donationibus licitis, &
iure permiſsis,quæ fiunt inter ſponſos, & coniu-
ges,quæ dicuntur ſpouſalitiæ, & de douationi-
1 bus quæ dotes dicuntur. † (Nam & dos donatio
quædam eſt) nunc audiamus de donationibus ſimplicibus,
& vetitis inter coniuges:& quia inter parentes,& liberos do
nationes quoque prohibitæ ſunt, de his audiamus: & quia
vtræque valet fiunt ratihabitione, & de ratihabitione dica-
mus. Videamus ergò qualiter prohibitæ ſunt donationes in-
ter coniuges, & quo iure,& quæ ab initio valent:vt ſic per cõ
ſequentiam intelligantur omnes aliæ eſſe inutiles, quomodo
illæ quæ ſunt inutiles confirmentur ratihabitione: & eadem
proſequemur de donatione inter parẽtes,& liberos prohibi-
a ta. Prohibitæ autem ſunt donationes inter coniuges ᵃ mori-
bus,ne mutuo amore adinuicem ſpoliarentur, donationibus
non temperantes,ſed profuſa erga ſe facilitate abutentes: nec
eſſet eis ſtudiũ liberos potius educandi, eſt & alia ratio:quia
ſæpe futurum eſſet vt matrimonia diſcuterentur,id eſt,ſepa-
rarentur,ſi non donaret is qui poſſet:atque ea ratione euentu
rũ vt matrimonia venalitia eſſent: maiores enim noſtri inter
virum & vxorem donationes prohibuerũt, amorẽ honeſtum
ſolis animis æſtimantes,famæ etiam coniunctorum conſulen-
tes: ne concordia pretio conciliari videretur, nève melior in
paupertatem incideret,deterior ditior fieret:vt ff.eod.l.j.& ij.
& iij.in prin. Si ergo teneat matrimonium, certum eſt dona-
tionem nullam eſſe. Quid autem ſi matrim.contractum ipſo
2 †iure nõ teneat,de ſtricto iure donatio tenet·quia nuptiæ nõ
ſunt,ſed fas nõ eſt eas donationes eſſe ratas,ne melior cõditio
ſit eorum qui deliquerunt:vt ff.eod.l.iij.§.videamus.& j̃.eod.
l.ſi ex voluntate.Sic ergò dabitur repetitio donãti, vbi vter-
b que putabat matrimonium tenere. Si verò vterque,velᵇetiam
ſolus donator ſciret matrimonium eſſe nullum.fiſcus repete-
ret rem donatam,quia indignus eſt ille rem habere, cui dona
tum eſt:vt ff.eod.cum hic.§.vlt.& de leg.j.l.vlt.Inter ſponſos
autem,& ſponſas tenet:etiam ſi ducta fuerit in domum, quæ
per ætatem vxor eſſe non poſſet:vt ff.eod.l.cùm hic.§. ſi quis
ſponſam.& l.inter eos. Si verò dubitetur an fuerit vxor, an
non,diſtingue an ſit inducta in domum viri, an non. vt dixi-
mus ſ̃.de donationibus ante nuptias. Quid de cõcubinariis?
certè donatio tenet inter eos:niſi concubinarius ſit miles: vt
ff.eod.l.iij.§.videamus.in fi.& de donationibus.l. affectionis.
& j̃.eod.l.ſi ancillam.Nec ſolum inter coniuges prohibita eſt
donatio,ſed etiam inter eos qui coniuges aliquo modo con-
3 tingunt per poteſtatem,† quòd tribus modis contingit, ſcili-
cet quia vnus coniugum eſt in poteſtate tua,vel quia tu es in
poteſtate ſua,vel quia tu,& ipſa eſtis in poteſtate eiuſdẽ, vel
quia tu,& ipſe habetis in poreſtate coniuges: & ideò duo con
ſoceri ſibi donare non poſſunt. Si ergò aliquo iſtorũ modo-
rum alicuius maritum contingo, ei cuius maritum contingo
donare non poſſum.Idem eſt ex parte vxoris. Nam qui eam
aliquo prædictorum modorum cõtingit, marito eius donare
non poteſt.Nullo verò iſtorum modorum interueniente,do-
natio non impeditur:vt in ſocru,& nuru,inuicem donãtibus
ſibi dicitur. Item & qui contingunt coniuges per poteſtatẽ,
4 inuicem ſibi donare non poſſunt:†ergò ſecundum hoc vxor
non donabit filiofamiliàs mariti: quia patri quæritur per fi-
lium,vel olim plena proprietas,vel hodie ſaltẽ vſusfructus&
ita occaſione illiciti,id eſt,vſusfruct.qui obueniret patri,im-
5 peditur tranſlatio proprietatis in filium. Vel dic†hodie tene-
re donationem quantum ad proprietatem nudam, quæ filio
quæritur,non tamen quantum ad vſumfruc. ſi tamen filiofa.
meo eunti in caſtra vxor mea donauerit,¡plena proprietas
quæritur filio,& ideo valet donatio:ſicut & è cõuerſo ſi ipſe
de caſtrenſi peculio ſuo donauerit vxori meæ valet donatio:
quia in caſtrenſi peculio habetur pro patrefa. & probantur
hæc omnia ff.eo.l.iij.§.qui in eiuſdem.vſque ad §. non tãtum
& j̃.eod.l.nec inter eas.& ad mac.l.fin. Prohibentur autem
donationes omnes omnino per quas donator fit pauperior,
& accipiens fit locupletior:aliquo autem iſtorum deficiente,
donatio tenet.Si ergò maritus non fit pauperior,tenebit: vt ſi
maritus hæres inſtitutus repudiet hæreditatem donationis
cauſa: vt ita obueniat vxori ſibi ſubſtitutæ vel ab inteſtato
vocatæ. Idémque & ſi repudiet legatum.& ita maneat penes
6 vxorem oneratam pro legato præſtando. Sed ſi ipſe†roga-
tus ſit reſtituere hæreditatem vxori,ſiue detracta quarta, vel
etiam nihil dicto de quarta detrahenda,magis pleniori offi-
cio præſtandę fidei videtur functus maritus, quam donaſſe:
nec de ſuo putauit proficiſci, quod de alieno plenius reſti-
tuit,voluntatem defuncti ſecutus: nec immerito. ſæpe enim
credimus aliquid voluiſſe defunctum,& tamen non rogaſſe.
Si tamẽ maritus per errorem facti omiſerit detractionẽ quar
tæ,habet indebitæ quartæ ſolutæ repetitionem.vt ff. eod.l. ſi
7 ſponſus.§.ſi maritus.& §.ſi quis.Item &†ſi rem alienam ᶜdo-
c nauerit maritus vxori,quia ipſa ea donatione non fit paupe-
rior,valet donatio,vt mulier poſsit vſucapere:vt ff.eod.l. ſed
& ſi conſtante.ſed & ſi donator fiat pauperior,ſi tamẽ ille cui
donatum eſt non ſit locupletior,tenet donatio. Nam ſepultu
ræ cauſa,locus marito ab vxore,vel contrà donari poteſt: &
ſi quidem intulerit faciet locum religioſum,ſi autem nõ in-
tulerit,manet locus donatoris.[Si ergo locum diſtraxerit do
natarius,manet locus donantis] ſed ſi donatarius illò fuerit
illatus(licet morte eius finitum ſit matrimoniũ,vnde eo prę-
moriente videretur reuocata donatio) tamen fauorabiliùs
dicetur locum fieri religioſum.Proinde & ſi maritus donaue-
rit vxori ad oblationem Dei, vel locum in quo opus publi-
cum promiſerat facere,vel vt ædem publicam dicatet,fiet lo-
cus ſacer.Sed & ſi quid ei detur vt donum deo detur, vel con
ſecretur,vel ſi oleum pro eo in æde ſacra poſuit, valet dona-
tio:nec moueat quicquam quòd emiſſet niſi à marito accepiſ-
ſet,nam & ſi pauperior ea fieret,niſi maritus dediſſet: non ta-
men idcirco fit locupletior:vt ff.eod.l.ſi ſponſus. §. conceſſa.
8 †Item non eſt locupletior vxor,ſi donauerit ei vir pecuniam
in vnguenta,ſiue eam expenderit in vnguenta, ſiue non, cùm
tamen tantundem expenderit de ſuo in vnguenta: vt ff.eod.l.
quid autem.§.ſi maritus.Item nec locupletior eſt, ſi donaue-
rit ei ſeruum manumiſsionis cauſa,vt j̃.eo.l.maritus.ij. & ideò
tenet iſta donatio:ſed tunc demum incipit tenere,cùm liber-
tas imponitur, antea autem remanet ſeruus donantis. Si autẽ
nullo modo manumittatur,conſtitutio diui Marci non reprę
ſentat libertatem ſerui:quia eius dominium non eſt tranſla-
tum in accipientem,ſed remanſit penes donantem, donator
autem neque volt,neque poteſt ſibi legem imponere. Si verò
manumiſsio erat facienda poſt certum tempus, antea facta
non tenet: & ſi erat facienda intra certum tempus, poſtea fa-
cta non valet. Item iſta donatio reſoluatur ſi fiat diuortium:
ineſſe enim conditio videtur donationi,vt manente matrimo
nio manumittatur.Item ſi talis erat ſeruus vt non poſsit ma-
numitti de iure,non tenet donatio. & probantur hæc ff.eod.l.
9 quòd autem.§. vlt.& pen.& l.ſi ante. †Sed & ſi fiat donator
pauperior,& accipiens locupletior,tenet donatio:ſi tamẽ col
lata ſit in tempus matrimonij finiti:vt ecce,donauit vir vxori
mortis cauſa,valet donatio:quia in hoc tẽpus excurrit dona
tionis euentus,quo vir & vxor deſinunt eſſe : ſed interim non
ſtatim fiunt res eius cui donatæ ſunt. Sed tunc demum cum
d mors ᵈ fuerit inſecuta,medio igitur tẽpore dominium rema-
net apud eum qui donauit:vt ff.eo.l.ſi cum.§.vlti.& l.quia.&
l.ſed interim. Quod autẽ dico tenere mortis cauſa donatio-
nẽ,eſt intelligendum generaliter,qualitercũq; ipſa fiat: vt ff.
eo.ſed interim.§.ſed quod dicitur, niſi ita fieret vt nullo caſu
reuocetur:tũc enim cauſa magis eſt donãdi,quàm mortis cau
ſa donatio.& ideò perinde habetur atq; alia quæuis donatio
inter viuos,vnde nec falcidia detrahitur ex ea:vt ff.de donat.
10 cauſ.mor.l.vbi ita.Sũt†autẽ donationis cauſa mortis tres ſpe
cies: vna eſt,cũ quis nullo præſentis periculi metu tẽtus,ſed ſo
la cogitatione mortalitatis donat. Alia eſt,tũ quis donat im-
minẽte periculo,vel vt ſtatim fiat res accipiẽtis,vel demũ mor
te inſecuta:vt ff eo.l.ij.Sed & propriè poſſent dici duę ſpecies
ſed vna earũ ſubdiuiditur,omnes ergò iſtæ tres ſpecies dona-
tionis inter virũ & vxorẽ poſſunt celebrari: & quęlibet earũ

morte confirmata à principio videtur valuiſſe. Sic & vbi do-
natur mortis cauſa, vt ſtatim fiat res accipientis: & vbi dona
tur mortis cauſa ſimpliciter: vt ff.de donatio.cauſ.mortis.l.ſi
mortis cauſa inter virum & vxorem.& ff.eodem.l.ſi is ſeruus.
Sed fallit hoc in tertia ſpecie donationis cauſa mortis, ſcili-
cet, cum ita donatur vt fiat res accipientis, demum morte in-
ſecuta: illa enim etſi morte confirmetur, non tamen trahitur
retrò: quia hoc teſtator non videtur voluiſſe: & in hac ſpecie
donationis quæ non trahitur retro, emergunt vitia, id eſt, quę
dam regulæ videntur vitiari, vel fortè verè vitiantur, id eſt, pa
tiuntur exceptiones: vt dicit lex in qualibet regula: vt ff.de re
gul.iuris.l. pri. Videamus ergo caſus huius ſpeciei donationis
quos animaduertit Marcellus apud Vlpianum, l.ſed interim.
§.ſed quod dicitur: & poſtea videbimus regulas quæ vitian-
11 tur. Eſt autem primus caſus, quando † maritus filiæfamil.v-
xori donauit, & ea, viuo marito, facta fuit ſui iuris. Idemque
eſt & ſi vxor donauerit ſuo marito filiofami. & is ſui iuris ef-
ficitur cum moritur vxor. His enim duobus caſibus acquiritur
res pleno iure ei perſonæ, cui donatum eſt: quia ſui iuris eſt eo
tempore ad quod traditio redigitur: id eſt, cùm donator, vel
donatrix moriebatur. per contrarium dicam non acquiri in
caſu contrario, ſi vxor donauerit cauſa mortis marito patri-
familias.& ipſe inueniatur filiusfami. eo tempore quo mori-
tur vxor. Nam patri erit nunc emolumentum quæſitum, in cu
ius eſt poteſtate, eo tempore quo moritur donatrix: & ad
quod traditio redigitur. Et ſi ponas è conuerſo maritum v-
xori matrifamil. donaſſe, & tempore mortis mariti inuenia-
tur filiafamil. idem dicam. Et quòd dictum eſt in marito &
12 vxore, ſibi inuicem donantibus, ſeruatur etiam ſi is, cui † vo-
lebat alter donare interpoſuerit filium, vel ſeruum alienum,
vt ei principaliter donaretur: & eius fieret res: ſed ipſe poſtea
traderet ei qui interpoſuerat ipſum: cogitabat enim ille cui
erat donandum vt licet tempore matrimonij impediretur in
eum tranſire dominium, non tamen impediretur tranſire in-
terpoſitum, ſed decipiebatur in cogitatione ſua, inde & di-
cit lex idem eſſe diſtinguendum in interpoſito. i. vt ſi ſuis iu-
ris eſt tempore mortis donantis valeat donatio: quia ſui iuris
eſt iſte interpoſitus eo tempore ad quod redigitur traditio,
vel ſi eſſet in poteſtate domini: vel patris ſui, quęreretur ei ſe-
cundum prædicta: vt ff.eod.l.licet interim.§.ſed quod dici-
tur.& §.maritus vſque ad.§.idem Marcellus. Et quæ regulæ
vitiantur in iſtis v.vel vj.caſibus? & certè illæ quæ dicunt ſpe
ctari tempus contractus [valeat, vel non valeat contractus:
& illæ quæ dicunt ſpectari tempus contractus] vt acquira-
tur patri, ſi filius contraxit eo tempore quo erat in patris po-
teſtate: vt ff.de verb.obli.ſi filius. & inſtit. de inuti.ſtip.§.j. &
13 vt dicit illud generale, initium ſpectandum. † In prædictis au-
tem caſibus non ſpectatur illud tempus, quo fit donatio cau-
ſa mortis vt acquiratur patri, vel ei cui donatum eſt: ſed ſpe-
ctatur tempus mortis eius qui donauit: & ideò prædictæ re-
gulæ vitiantur: & quare vitiantur? certè ideò quia licet do-
natio cauſa mortis ſit contractus, vel pactum: tamen habet
ſimilitudinem legatorum, quibus comparatur ferè per om-
nia: vt inſti.de dona.§.j.ſed in legatis ſpectatur tempus mor-
tis teſtantis, conditio perſonæ legatarij: vt acquiratur ei ſi ſui
iuris eſt, vel patri ſi eſt in aliena poteſtate, ſicut in tranſmiſ-
ſione legatorum ſpectatur dies mortis teſtatoris. Vnde & in
donatione cauſa mortis quantum ad acquiſitionem eius, &
ad tranſmiſſionem eius, ſpectari debet tempus mortis eius
qui donauit: ſed ſecus in contractibus aliis, vt dictum eſt: vt
ff.de regulis iur.l.quæ legata. & de pig.l.ſi legati. & quando
dies leg.ce.l.ſi poſt.§.vlt.& de dona.cauſa mor.l.vltim. Illud
prætereà dico quòd licet nulla varietas ſtatus interueniat, ni
hilominus poſſunt dici emergere vitia: quia non ſpectatur
tempus contractus, ſed mortis: ſed aſſignata varietate euiden
tius patet regulas vitiari. Quid ſi interpoſitus ille de quo di-
ximus tradidit rem ſibi donatam interponenti ipſum, viuo
donatore cauſa mortis; & eod.donatore cauſa mortis viuen-
te deceſſit iſte interpoſitus? Diſtinguit lex, an fuerit interpo-
ſitus ab eo, qui donauit cauſa mortis, an ab eo cui donaba-
14 tur: ſi eſt interpoſitus ab eo, qui donauit cauſa mortis, † res
ipſius ſtatim facta eſt: & ſi ante mortem mariti tradidit, & de-
ceſſerit, traditio eius aget aliquid: vt tamen nec traditio pen-
deat, donec mors ſequatur. Si autem eſt interpoſitus ab eo
cui donabatur, donatio euaneſcit: quia debebat aliquo mo-
mento illius interpoſiti res fieri: & ſic ad interponentē tranſi
re, ſed eius nullo momento res fuit, quare ſicut non poſſum
transferre dominium in coniugem meam: ita nec in interpo
ſitum ab ea, ſed in interpoſitum à me tranſit dominium, qua
ratione remanet dominium apud me: niſi donaui cauſa mor-
tis vxori, & tradidi vt ſtatim res fieret ſua: ſicut ſuprà dixi-
mus. Si autem iſte interpoſitus diceretur interpoſitus vt pro-
curator, non vt donatarius, nunquam in eum tranſit domi-
nium in v.& vj. caſibus ſ. notatis: quia per eum ſi eſſet inter-
poſitus ab eo cui donabatur quæreretur dominium interpo-
nenti, & non ipſi: vt ff.de acqui.rer.domi.l.ſi procurator rem.
Sed ſi interponitur ab eo qui donat, impedit in eum tranſire
dominium, vt ſtatim dixi, & procedit iſta proxima quæſtio
in his ſpeciebus donationum quas ſ. diximus trahi retro. Sed
v.& vj. ſuperiores caſus notati (ſicut dictum eſt) aſſignantur
15 in ea ſpecie donationis quæ non trahitur retro. † Eſt & alia
donatio, quæ confertur in tempus ſoluti matrimonij: & ideo
tenet. ſ. ea quæ fit diuortij cauſa: ſæpe enim euenit, vt propter
ſacerdotium, vel propter ſterilitatem, vel ſenectutem, aut va-
letudinem, aut militiam, ſatis commodè retinere matrimoniū
non poſſit: & ideò bona gratia diſſoluitur matrimonium: vt
ff.eod.l.vitricus.§.j.& l.ſed interim.§.vlti. & l. vel ſenectutē.
& l.& ideò. Idémque & ſi fiat donatio in caſum deportatio-
nis, vel exilij futuri: vt ff.eo.l.ſed & ſi mors.& l. inter virum.
Quod autem dictum eſt in donationibus ſimplicibus prohi-
bitis, ſeruatur & in ſimulatis venditionibus. Si autem vendi-
tio fuerit vera, ſed tamen de pretio repromiſſum eſt donatio-
nis cauſa: diſtingue verùm ille, qui vendidit erat aliàs vendi-
turus, vt tunc teneat venditio, ſed reuocetur quod de pretio
remiſſum eſt: aut non erat aliàs venditurus, & tunc eſt ipſo in
re nulla venditio: vt ff.eod.l.ſi ſponſus.§. circa venditionem.
16 Porrò † in quibuſdam caſibus inter virum & vxorem dona-
e tiones conceſſæ ſunt, etſi non ſunt collatæ in tempus ſoluti
matrimonij, etiam ſi donator fiat pauperior, & accipiens lo-
cupletior. Si enim vir vxori cuius ædes incendio conſumptæ
ſunt ad refectionem earum pecuniā dederit, valet donatio in
tantum quantum ædificij extructio expoſtulat: vt ff.eod.l.
quod ſi vir. Item ſi donauerit vxori annuum, vel menſtruum,
& tradidit ad ſui ſuſtentationem vſque ad vires dotis, valet
donatio: nam quod ſ. vires eſt, reuocabitur: maritus tamen ex
17 promiſſione annui, non poterit conueniri. Item † ſi vir dede-
rit vxori pecuniam: eáque vſuram ex pecunia donata perce-
perit lucrabitur. Idémque & ſi donauit prædia & ex eis per-
ceperit fructus, ex quibus eſt locupletata: vt ff.eod. ex annuo
j.reſponſo.§.j.& l.de fructibus.& C.eod.ſicut. Item ſi vir vxo
ris, aut vxor viri ſeruis, aut veſtimentis vſus, vel vſa fuerit, vel
in ædibus eius gratis habitauerit, valet donatio: vt ff.eod. l. ſi
vir. Idémque eſt & ſi vir pro vxore vectigal quod in itinere
præſtari ſolet, ſolueret, cùm ipſa proficiſceretur ad virū, ma-
ximè cauſa viri: iter autem videtur fuiſſe cauſa viri etiam cùm
vxor ad virum peruenit: vecturas autem vxoris, & miniſte-
riorum eius, vir itineris ſui cauſa datas repetere non poteſt.
non enim donat, qui neceſſariis oneribus ſuccurrit: vt ff. eod.
l.ſi quis pro vxore. Item ſi ſerui viri operas præſtiterint vxo-
ri, vel contrà, non eſt earum ratio habenda: imò valet in eis do
natio, & ſanè non amarè, nec tanquam inter infeſtos ius pro-
hibitæ donationis tractandum eſt, ſed vt inter cōiunctos ma-
ximo affectu, & ſolam inopiam timētes: vt ff.eo. l.ſi id, quod.
§.ſi quas. Item ſi vir vxori debeat in diem, ſine metu dona-
tionis præſens ſoluere poteſt: vt ff.eod.l.ſed ſi vir.§.quod vir.
Item quod adipiſcendæ dignitatis gratia ab vxore in mari-
tum collatum eſt, eatenus eſt ratum quatenus dignitatis ſu-
plendæ eſt opus. nam ad proceſſum viri de honore ad hono-
18 rem vxor donare poteſt. Nuper † ex indulgētia principis An-
tonini eſt recepta alia donationis cauſa, quam diximus hono
ris ſimplicis, id eſt, ſine adminiſtrationis cauſa: vt ecce, ſi vxor
viro petendi gratia lati claui (quod nomē dignitatis erat) do
net, vel vt equeſtris ordinis fiat, vel gratia ludorū ſcilicet pę
parandorum authoritate publica, nō dico quòd donet ei pe-
cuniam

cuniam vt ludat in alea, vt ff. eod. l. quod adipiſcêdæ & l. nam
f & Imperator. & l. nuper ex indulgentia. Item valet donatio[f]
inter Imperatorem, & auguſtam: quia imperiales contractus
19 vicem legis obtinent. j eod. l. pen. Fit † reuocatio donationis
in quantum iſta duo concurrunt, ſcilicet quatenus donator
ſit pauperior & accipiens factus ſit locupletior: vt ff. eod. l. ſi
ſponſus. §. vlti. Si ergo ex pecunia ſibi donata vxor compa-
rauerit prædium: videtur eſſe locupletior in tantum, quanti
eſt prædium: non tamen vltra id quod donatum eſt, vt ff. eod.
l. quod autem. §. idem diuus. & l. vxor marito. & l. ſi id, quod.
§. ſi ex decem. Secus ſi maritus ſoluerit pro vxore creditori e-
ius animo donandi: tunc enim eatenus videtur eſſe locuple-
tior, quatenus ære alieno liberata eſt: vt ff. eod. l. ſi cùm mu-
lier. Quid autem ſi vxor conſumpſerit quod ſibi donatum
eſt, ſi quidem conſumpſerit in rem vtilem, vel neceſſariam, lo-
20 cuples videtur eſſe facta. Si autem † conſumpſerit in rem
vtilem nec neceſſariam, non tenetur: vt ff. eod. l. ſed ſi vir. §. nõ
videtur. & l. quod autem. §. ſi maritus. Hic autem debet con-
ſiderari tempus lit. conteſt. in quantum ſit accipiens locuple-
tior: vt ff. eod. l. quod autem. in prin. & §. idem diuus. Et erit
hic notandum nihilominus teneri hæredem donatarij, licet
hæres ipſe conſumpſerit donationem in rem, neque vtilẽ, ne-
que neceſſariam. Secus tamen ſi defunctus, cui donatum erat,
conſumpſiſſet: vt ff. ad l. Fal. l. quod de bonis. §. ex donationi-
bus. & hæc omnia vera ſunt ſi vnus cõiugum alteri donauit,
vel per ſe, vel per aliam perſonam: vt ff. eod. l. iij. §. non tãtum.
Si autem vterque eorum alteri donauit, ſi quidem vterque eſ-
21 ſet locupletior, neutrius reuocatur donatio. † Itẽ ſi neuter fa-
ctus ſit locupletior, neutrius reuocari poteſt donatio. Si autẽ
vnus ſit factus locupletior, alter non, neutrius reuocatur do-
natio, amiſſa hincinde compenſatione ſi matrimonium con-
ſtat. Idémque & ſi ſolutum ſit per diuortium. Si autem ſit ſo-
lutum morte, ſi quidem ſoluatur morte illius qui non erat fa-
ctus locupletior, idem eſt quod ſ. Si autem ſoluatur morte il-
lius qui locupletior factus eſt, reuocata eſt donatio in eum
collata, ipſo præmoriente. & ideò repetetur id quod donatũ
fuerit defuncto. nec enim poteſt compenſari id quod donatũ
fuit iſti ſuperſtiti, & conſumptum fuit ab eo non neceſſariò,
vel vtiliter: quia illa donatio eſt confirmata præmoriente do
natore, quod nõ eſt ita vbi ſoluitur matrimonium diuortio:
quia ibi vtraque donatio eſt reuocata, & eſt ipſo iure nulla,
ſicut erat matrimonio conſtante: vt ff. eod. l. quod autem. §. ſi
22 vir & vxor. & l. cùm hic ſtatus. §. quod ait. Itẽ † reuocatur do
natio in vxorẽ collata, ſiue ſit in eam collata directò, ſiue per
obliquum. ſi enim viro obligata erat cum alio in ſolidũ, & vir
accepto ferat mulieri, neuter liberatur. quia cùm expreſſum ſit
inualidum, nec valet quod tacitè ineſt. Si autem acceptolatũ
ſit correo mulieris, ipſe verò liberatur, mulier quidem eſt ob-
ligata. Et generaliter tenendum eſt quod inter virum, & vxo
rem, aut etiam pertinentes ad eos, aut per interpoſitas perſo-
nas, acta donationis cauſa non valeant. Quòd ſi alterum ex-
trinſecus terum perſonarum cauſa commiſſa ſit, ſi ſeparari
non poteſt, nec donatio impeditur: vt ecce, tenebatur mihi
vxor mea cum alia inſolidum ad rem indiuiduam præſtandã
ex communi prædio: vel in communi eorum prædio erat iam
impoſita ſeruitus: putà, iter, vel actus, vel via: vt ff. ad l. falcid.
l. j. §. ſi vſusfructus. Si autem deberent rem dimidiam: poteſt ſe
parari, & perſona, & res, vnde ſecundum id quod dictum eſt,
g & diſtinctum liberari poterit extraneus, & non mulier: [g] vt
ff. eod. l. ſi ſponſus. §. ſi maritus. & §. generaliter. Fit reuoca-
23 tio † vbi res corporalis eſt tradita, per directam rei vendica-
tionem. Si autem acceptolatum nullius momenti eſt acce-
ptilatio, & agetur priſtina actione. Si autẽ fuerit promiſſum,
ipſo iure nulla eſt promiſsio: vt ff. eod. l. iij. §. ſciendum. Fru-
ctus autem rei donatę reſtituentur donanti, ſi donatarius ſci-
uit donationem eſſe nullam. Si autem crediderit eam valere,
lucrifacit eos. vt ff. de vſur. l. fructus. & ff. eod. l. de fructibus.
Item notabile eſt, quòd donatio quandoque concurrit cum
iure communi, & ideò tenet, ſed reuocatur: nam ſi donationis
cauſa vir, vel vxor, ſeruitute non vtatur viccennio, vel decen-
h nio,[h] quo ſolet amitti ſeruitus, amittatur quidem ſeruitus re
cum poſt diuortium ſubaudio vel ante, vel ſubaudio maximè

condicetur ſeruitus. Item & ſi vxor, vel maritus, quandam
exceptionem in iudicio donationis cauſa ſubmouere volue-
runt, facta à iudice abſolutione valebit ſententia, ſed condi-
24 cetur ei cui donatum eſt: ff. eod. l. ſi ſponſus. §. ſi vxor. † Reuo-
i catur[i] donatio expreſsim, & tacitè: expreſsim, puta per pœni-
tentiam: accipe ſupremam: nam ſi vxori donauit, deinde eum
pœnituit, mox deſijt pœnitere, valebit donatio vt ſpectemus
ſupremum iudicium eius, quemadmodum circa fideicommiſ-
ſa ſolemus dicere: vel in legatis cùm de doli exceptione tra-
ctamus, vt ſit ambulatoria voluntas eius vſque ad vitę ſupre-
mæ exitum, & vbi ſemel donatorem pœnituerit, habet hæres
reuocandi poteſtatem: ſi appareat euidenter defunctum reuo
caſſe voluntatem. Quòd ſi in obſcuro ſit, procliuior debet
eſſe iudex ad comprobandam donationem: nec datur hæredi
poteſtas, vt reuocet donationem ex ſua perſona, vt propria
ſua pœnitentia inducat reuocationem: vt ff. eod. l. cum hic ſta
tus. §. ait oratio. & §. pœnitentiam. Item expreſsim fit reuo-
catio, ſi maritus ea quæ donauit, pignori dedit, vel etiam do-
nauit, vel vendidit, vel quolibet alio modo alienauit: vt j. eo.
l. ſi maritus tuus. Quid tamen ſi animo hoc fuerit, vt vellet
adhuc donatumq́; finge in poſſeſsionem precariam mulierem
remanſiſſe, paratam eſſe ſatisfacere creditori, valebit dona-
tio. Nam & ſi ab initio rem obligatam hoc animo dediſſet,
valeret donatio vt parata ſatisfacere mulier, haberet doli ex-
ceptionem. Quinimò etſi ſatis feciſſet, id eſt, de ſatisfaciendo
promiſiſſet, per doli exceptionem conſequitur vt creditor ſi-
bi mandet actiones circa maritum competentes: vt ff. eod. l.
25 cùm hic ſtatus. §. ſi maritus ea. † Tacitè autem fit reuocatio
per diuortium: niſi in diuortio voluerit donationem valere:
plerique enim cum bona gratia diſcedunt, plerique cum ani-
mi offenſa. Si autem non fuerit diuortium, ſed friuuſculum,
☞ valebit donatio ſi friuuſculum ꝗ quieuit. Quid tamen ſi di-
uortium factum eſt, & deinde matrimonium reſtauratur, &
in diuortio vel mutata eſt voluntas, vel eadem durauit, reſtau
ratione tamen matrimonij & voluntas donatoris reconcilia-
ta eſt: An donatio duret, ſi conſtante matrimonio, donator
deceſſerit? & poteſt defendi valere, & confirmatur donatio:
vt ff. eodem. l. ſi interim. §. ſi maritus. & l. cùm hic ſtatus. §. ſi
26 diuortium & j eod. l. ſi à marito. † Item tacitè fit reuocatio
donationis, ſi prius decedat ille cui donatum eſt, quàm is qui
donauit. Quid autem ſi ſimul moriantur naufragio, vel rui-
na, vel incendio, vel ſimul ab hoſtibus capiantur? & dici po-
teſt donationem valere, & id ex verbis orationis defenditur.
Ait enim oratio, ſi prior vita deceſſerit, qui donatum acce-
pit, nullius momenti ſit donatio: non autem videtur prior vi-
ta deceſsiſſe qui donatum accepit, cùm ſimul deceſſerint:
Ergo ſi inuicem erant factæ donationes inter eos qui ſimul
deceſſerint vtræque donationes valent, quia neuter alteri ſu-
peruixerit: licet de commorientibus oratio non ſenſit. Et idẽ
circa mutuas donationes mortis cauſa erit dicendum, & vbi
27 ſimul † capiuntur ab hoſtibus, & nullus eorum reuertitur,
ſimul videntur deceſsiſſe. Quòd ſi vnus redierit, & alter non
redierit, is videtur ſuperuixiſſe, qui rediit: vt ff. eodem. l. cum
hic ſtatus. §. ſi ambo. Quod autem dixi in præmoriente do-
natore, ſeruatur, & ſi damnatus ſit in metallum, vel in ſerui-
lem conditionem ex qualitate pœnæ deductus. Vtrobique
enim confirmatur donatio: ſi tamen donatio non excedat le-
gitimam quantitatem quingentorum ſolidorum: vel, ſi ex-
cedat, fuerit inſinuata. Si autem excedat, nec fuerit inſinua-
ta, non confirmatur ſilentio donantis, in eo quod excedit.
Confirmaretur tamen expreſſa voluntate, vt non intelliga-
tur à principio valuiſſe donatio, ſed ex quo confirmata eſt.
Vbi autem confirmatur ſilentio, ab initio videtur valuiſſe: vt
infrà eodem. l. donationes. Sed vbi donator non ſit ſeruus
pœnæ, imò deportatus eſt in inſulam, & ita retinuit liber-
tatem, & amiſit ciuitatem, donationes adhuc manent in pen-
denti: quia nec matrimonium huiuſmodi caſibus diſſolui-
tur: ita vt ſi vſque ad vitæ ſuæ tempus maritus eas non re-
uocauerit, ex morte eius confirmentur: vt infrà eodem. l. res
vxoris. Item fit reuocatio tacitè, cùm ſocer conſocero do-
nauit, & alter eorum, vel vterque copulatus emancipauerit:
vt ff. eodem. l. cum hic §. ſi ſocer. licet peruenerit in eum ca-

ſum à quo incipere poteſt: nam & ſocrus nurui donat: & è
cõuerſo: quia non eſt ibi ius poteſtatis, & hac ratione ſi pater
emancipat, primò filiam, donabit poſtea marito filiæ. Omnia
k prædicta & de donationibus inter parentes[h] & liberos penè
28 intelligi debent. Hæ enim † iuris impoſsibilitate prohibitæ
ſunt. cùm enim vna & eadem perſona iuris artificio æſtimen-
tur pater & filius, genitor & genitus: vt infrà de impuber. &
alus ſubſtit. l. vlti. ſi alter alteri donat, ſibiipſi donare videtur:
& ideo nulla eſt donatio[i] niſi in caſibus, puta in dote, & dona
tione propter nuptias, quæ æquis paſsibus ambulant: vt di-
ximus ſuprà de pact. dot. & abſcedunt de bonis patris: vt ff.
de col. do. l. vltim. Item cùm donat mobilia filiofamilias eunti
in caſtra: vt ſuprà famil. erciſcund. l. ſi filius. Item valet remiſ-
ſio vſusfructus in rebus aduentitiis. Item donatio facta in ali-
menta: vt infrà de bonis quæ liber. l. antepenult. aliàs non te-
net donatio. Sed tamen ſi facta eſt in filium, vel tanquam in
extraneum, vel collata in eum ſupremo iudicio, confirmatur
eodem modo morte, & cum eadem determinatione, qua dixi-
mus confirmari donationem factam inter coniuges. Et quod
29 dicit lex donationem ſilentio † confirmatam trahi retro, in-
telligimus quantum ad fructuum perceptionem vt eos intel-
ligatur ſuos feciſſe: vt ff. de legatis ij. l. cùm pater. §. pater filiæ.
vel vt teneatur de damno dato, non quantum ad hoc vt rei
dominium videatur fuiſſe ſuum. (hoc enim non potuit opera-
ri expreſſa voluntas. & multò minus id operabitur tacita) imò
remanſit res in bonis, vel in familia donantis, tempore mortis:
& ideo res donata venit in actionem familiæ erciſcundæ præ
cipienda ab eo, cui donata eſt: vt ſuprà de inofficioſ. donatio.
l. ſi pater. Si autem donaſſet filio, vt haberet in peculio, non ve
niret donatum præcipiendum, ſed diuidendum inter omnes
pro hæreditaria portione: vt infrà, de collat. l. ſi donatione. Si
autem pater donet filio emancipato, ab initio tenet donatio:
nec venit in actionem familiæ erciſcundæ, vt ſuprà de inoffi-
30 cioſ. donatio. l. ſi pater. † Illud notandum puto, quòd licet
dixerim confirmari donationes coniugum inter ſe, vel paren-
tum in liberos, videtur tamen quòd locum habeat in dona-
tione completa per traditionem. Nam ſi ſtipulatio ſteterit in
finibus ſuis, nec eam eſt ſequuta traditio, non putauit Papi-
nianus conueniri poſſe donatoris hæredem, licet durante vo-
luntate donator deceſſerit: niſi vir promiſerit vxori quid an-
nuum in ſui ſuſtentationem: vt ff. eodem, l. ſi ſtipulata. Sed
fortè opinio Papiniani corrigitur per orationem diui Seueri,
qua ait donationis obligationem eſſe ciuilem præmortuo do-
natore: vt ff. eodem. l. cùm hic ſtatus.

ANNOTATIONES.

a Inter coniuges. Adde Bartol. in l. cum ſponſus ff. de publi. Ioano. de Imol. in l. ſi ſocer. §. Lucius. ff. ſolut. matrimonio. domin. Alexand. de Imol. in l. cum inter. C. de donation. ante nuptias. domin. Barthol. Socin. in regula 385. qui multas limitationes ponit. & Paul. de Caſtro in conſil. cxxi. in primo volumine.

b Si vterque. vel. Extende etiam ſi interuenit iuramentum, ſecundum Bartol. in l. prima. ff. eodem. tenet ſecus ſi de iure canonico. ita Feder. conſilio xl. dom. Anto. in ca. cum contingat. extra de iureiurand. licet Cardi. & Bald. ibi tenuerint contrarium. Alexand. in conſilio clvii. in prima col. in ſecundo volum.

c Rem alienam. Ad iſtam concluſionem. Vide Bar. in l. j. §. ſi vir. ff. de acquirenda poſſeſsio. Doct. in l. ſi cum ff. de donatio. inter virum & vxorem. domi. Barthol. Socin. in dicta l. prima. § ii. ff. de acquiren. poſſeſs. multa per Paul de Caſt. in conſil. xcix. in primo volu.

d Mors. Adde tamen quòd donatio, quæ fit inter virum & vxorem non confirmatur morte, ſi ſiat ſimplici promiſsione: & hoc verum quando non interuenit traditio vera vel ficta. ita declarat Bar. in l. Papinianus. ff. eo. vide tamen Paul. de Caſtr. Alexan. & Aret. plenè de hoc in l. prima. §. ſi vir. ff. de acquirenda poſſeſsio.

e Conceſſæ ſunt. Adde ad huius concluſionis materiam in l. ſi quis pro eo. in princip. ff. de fideiuſſo. & in l. Seius. verſicu. quid in donatione. ff. ad legem Falcid. canoniſtas in c. cum contingat. de iureiuran. do. Barbo. Cepo. in cautela. in vii. vbi expreſſe iſtam concluſioné tenet.

f Donatio. Vide per dominum Felin. in capitu. cum non liceat de præſcriptio.

g Mulier. Vide per do. Alex. in conſi. primo. in vlti. col. in iii. volu.

h Decennio. Vide Albe. de Roſa. in l. ſi inter. ff. eo. titu.

i Reuocatur. Vide in iſta materia reuocationis donationis vnam ſingularem, & quotidianam quæſtionem quam format Ia. May. in l. non omnis ff ſi certum petat quam perpetuo tene mente: quia plures vidi de facto.

k Parentes & liberos. Adde ad huius concluſionis reſolutionem in l. donationes. §. pater. ff. de donatio. Bald. in l. cum oportet. §. j. C. de bonis, quæ liber. Ange. in l. ii. ff. pro dona. domi. Alexand. in l. frater à fratre. ff. de condictio. indebi. & ibidem domi. Bartholo. Socin. numer. 53. & ſequen. & in conſil. lxvii. incipiente. fruſtrà plenitudini. verſi. & præmiſsis. cum plu. ſequen. vbi de materia copioſe.

L Friuuſculum. Vlpian. lib. xxxiiii. ad Edict. verba ſunt: apud quem ſunt qui legant, friguſculum, alii friuuculum, alii friuuſculum: apud quem Pand. Floren. ſic habent. Quod ſi diuortium non interceſſerit, ſed friuuſculum profectò valebit donatio, ſi friuuſculum quieuit. Eſt autem friuuſculum parua contentiuncula inter virum & vxorem ſuborta. P. Praceius.

De repudiis, & diuortiis, & iudicio de moribus ſublato. *Rubrica.*

1 *Mores mali repudij cauſa.*
2 *Diuortij repudijque diſcrimen & formula.*
3 *Repudiantis obſeruanda, & 4.*
5 *Repudij libellum quis mittat.*
6 *Repudians diuertenſve an puniendus.*
7 *Repudij cauſa.*
8 *Captiuus repudiari ne poteſt?*
9 *Adulterij accuſans ſe inſcribat.*

QVALITER matrimonium contrahitur di-
ctum eſt: & quia omne, quod ligatur, ſoluitur: vt
in authen. de nupti. §. nuptias. videamus nunc de
repudiis, & diuortiis, quibus matrimonia, & ſpõ-
ſalia diſſoluuntur. Videndum ergo quid ſit repudium, &
quid diuortium, & vnde dicatur, & qualiter fiant, & cui poſ-
ſit mitti libellus repudij, vel cum pœna, vel ſine pœna. De iu
dicio enim de moribus non reſtat tractare, quia ſublatum
eſt: vt infrà eodem, l. vlt. §. vlt. Si quæras quod fuerit iudicium
1 de moribus[1] ego † reſpondeo, & puto tale fuiſſe quòd licet
maritus vxori, vel è contrario propter vnum malum morem
mittere non poſſet repudium, tamen pluribus coadunatis &
a coniunctis[a] poterat ſolui matrimonium: putà, ſi ſingulis die-
bus erat ebria: item ſi in lecto ſolita erat ſtertere, aut ſtercora
re, ſicque cantabat vtroque modo, vel ſimilia faciebat, pro-
2 pter quę coniuncta, fieri poterat diuortium. Diuortium † au-
tem inter virum & vxorem propriè dicitur fieri. Repudium
verò ſponſæ remitti videtur. Quod & in vxoris perſonã nõ
abſurdè cadit, nõ rectè autem ſponſa dicitur diuertiſſe, quòd
diuortium ex eo dictum eſt, quòd in diuerſas partes eunt, qui
diſcedunt: vt ff. de verb. ſignificatio. l. inter ſtuprum. §. diuor-
tium. & l. inter diuortium. Et dicitur diuortium, vel à diuer-
ſitate mentiũ, vel (ſicut diximus) quia in diuerſas partes eunt,
id eſt, diſtrahunt matrimonium. Et prolata ſunt in eo talia
verba, res tuas tibi habeto. Item res tuas tibi agito. ff. eod. l. ij.
3 In ſponſalibus quoque [diſcutiendis] placuit † renuntiatio-
nem interuenire oportere, in hæc verba conditione tua non
vtar. Item neceſſarij ſunt teſtes ſeptem ciues Romani, & pu-
beres, & rogati, præter libertum eius, qui diuortium facit. Li
bertum accipimus etiam eum qui à patre, auo, proauo, vel
cæteris ſurſum verſum, ſit manumiſſus: vt ff. eod. l. nullum. &
ita intelligo vocem, præter: vt ille libertus non debeat con-
numerari in numero ſeptem teſtium, non vt ipſe ſit neceſſa-
rius, vel vt vitiet diuortium de quo agitur. Item neceſſaria eſt
ſcriptura, vel libellus. licet enim ſolo conſenſu contrahatur
matrimonium non tamen ſolo diſſenſu diſſoluitur: imò ne-
ceſſaria eſt ſcriptura. Fauor enim libertorum imperat ſolutio-
4 nem matrimonij difficiliorem eſſe. Item † neceſſariũ eſt, quòd
b duret voluntas[b] eius, qui miſit libellum repudij. nam ſi pœni-
tuit eum, & per ignorantiam mutatæ voluntatis oblatus eſt,
durat matrimonium, niſi pœnitentia cognita qui accepit, vo
luit matrimonium ſoluere. tunc enim per eum qui accepit,
ſoluitur matrimonium. vt j. eod. l. conſenſu, in princip. & ff.
eod. l. ſi pœnituerit. Item neceſſarium eſt, quòd fiat libelli miſ
ſio animo conſtituendi perpetuam diſſentionem, ſiue diui-
ſionem. Quicquid enim calore iracundiæ fit, vel dicitur, non
prius ratum eſt, quàm perſeuerantia declaret animi iudicium
fuiſſe. Ideóque per calorem miſſo repudio, ſi in breui reuerſa
eſt vxor, diuertiſſe non videtur, vt ff. eod. l. diuortium. Item
neceſſa

neceſſarium eſt quòd mittatur ei,qui repudiatur, & renũtie-
tur ipſi præſenti,vel etiam abſenti per eum,qui eſt in poteſta-
te ſua,vel eum,in cuius eſt poteſtate:vt ff.eo.l.ij.§.fiue autẽ.
videretur tamen quòd ſi non eſt ei renuntiatum ab aliquo,ni
hilominus ſoluatur matrimonium:vt j.eod.l.licet. Sed certè
ibi non dicit quòd non ſit neceſſe renuntiari: ſed dicit quòd
non eſt neceſſe libellum tradi ei,qui repudiatur,vel ipſum vi
dere,vel agnoſcere libellum,ſatis eſt enim quòd miſſus ſit li-
bellus,& iſti per prędictas perſonas renuntiatum eſſe,de miſ
5 ſione libelli,vel per ſe inſtructum eſſe. †Hunc autem [libel-
lum mittere] poteſt ſolus ille,qui compos mẽtis eſt. Furioſus
ergo,vel eius curator, non mittet libellum : pater tamen eius
nũtium poteſt mittere:furioſus autem repudiari poteſt: quia
abſentis loco habetur:vt ff.eod.l.Iulianus quærit. Diſtingue
tamen in furioſo,an eius furor habeat interuallũ, vel ſi perpe
tuus morbus eſt, qui tamen eſt ferendus iis, qui circa furio-
ſum ſunt:& tunc non oportet dirimi matrimonium:alioquin
culpa mittentis libellum nuptiæ diruptæ ſunt. Quid enim
tam humanum eſt,quàm fortuitis caſibus mulieris maritum,
vel vxorem viri participem eſſe?Si autem furor eſt tantus,ita
ferox,ita pernicioſus,vt ſanitatis nulla ſpes ſuperſit, velut ſi
circa miniſtros terribilis,licet perſonæ compoti mentis, fu-
renti nuntium mittere,vt nullius culpa videatur matrimoniũ
diruptum,nec in damnum pars altera incidat:vt ff.ſolu. mat.
6 l.ſi cùm dotem.§.ſi maritus. Imponitur † autem pœna diſ-
ſoluenti ſponſalia in amiſſione arrarum : vt plenè diximus,ſ.
de ſponſa. Diſſoluenti autem matrimonium ſine iuſta cau-
ſa,ſiquidem ſit mulier,ſuam dotem,& ante nuptias donatio-
nem amittit:nec intra quinquennium habet nubendi pote-
ſtatem.Si autem fuerit vir,dotem reſtituit,& donationẽ ante
nuptias amittit. Iuſta autem cauſa interueniente, ſi mulier
diuertat,dotem recuperat,& donationem ante nuptias lucra
tur,& nubit poſt annum,& non antè:ne quis de prole dubi-
tet.Si autem vir diuerterit iuſta cauſa interueniente,dotem,
& ante nuptias donationem ſibi habebit,vel vendicabit, &
7 vxorem,ſi velit,ſtatim ducet. Quæ†autem ſint iuſtæ cau-
c ſæ,ᶜquibus vxor virum,vel vir vxorem poſsit repudiare,non
dico in ſumma:quia j.eo.l.conſenſu.euidenter in litera decla
rantur.& l.ſi conſtante.& l.in cauſis.Sed hic non prætermit-
to quòd vbi matrimonium eſt ſine dote,& vir ſine cauſa di-
uertit ab vxore:ſiquidem habet cccc.libras,vel amplius cen-
tum libras mulieri præſtabit. Si minus habeat, præſtabit ei
quartam partem ſubſtantiæ ſuæ vſque ad vltimum quadran
tem.Idémque ſeruatur in muliere indotata, ſi ſine iuſta cauſa
diuerterit à marito ſuo:vt j eo.l.vlt. Hodie tamen per cano-
nes ferè nil obtinet prædictorum.Sed nec illud prætermitto,
quia matrimonium dirimitur nedum diuortio,ſed etiã mor-
te.Item captiuitate,vel aliàs contingente ſeruitute vtriuſque
8 eorum:vt ff.eo.l.j.†In captiuo tamen diſtingue, vtrùm ſit cer
tum eum viuere,an incertum.Si certum eſt eum viuere, non li
cet vxori ad aliud migrare matrimonium : niſi maluerit ipſe
cauſam repudij videri præſtitiſſe. Si autem eſt incertũ,& quin
quennium à tempore captiuitatis exceſſerit,licet mulieri mi-
grare ad alias nuptias,vt bona gratia videatur matrimonium
diſſolutum:& vnuſquiſq; ius ſuum habeat immutũ. Idém-
que in marito degente in ciuitate,& vxore captiua:vt ff. eod.
l.vxores.Nec eſt hic,opus repudio:vt in auth. de nupt. §. ſed
& captiuitatis. Si autem maritus non fuerit ab hoſtibus ca-
ptus,ſed in militia conſtitutus,quantiſcunque annis manſe-
rit in expeditione,mulier debet ſuſtinere, licet neque literas
ab eo,neque reſponſum acceperit. Sed ſi mortuum audierit,
non priùs nubet,quàm per ſe,vel per alium,illum ſub quo mi
litabat adiens interrogauerit,ſi reuera mortuus ſit, vt apud
geſta deponatur cum iureiurando ſi mortuus ſit, quo ſubſe-
quuto poſt annum nubet. Si verò præter hoc nupſerit, tam
ipſa,quàm qui eum ea nupſerit velut adulteri punientur.Sed
& qui iurauerit,ſi falsò iuraſſe conuincatur,militia nudatus
decem libras auri ſoluet illi,quem mortuum mentitus eſt, eo
licentiam habente,ſi voluerit vxorem ſuam accipere:vt in au
then.vt lic.ma.& auiæ.§.quod autem a nobis. Sed olim lice-
bat prędictæ mulieri nubere elapſis quatuor annis poſtquàm
maritus profectus eſt in militiam,ſi nullum ſoſpitatis eius po-
tuit habere indicium:vt j.eod.l.vxor. & ita aliud ſeruabatur
in marito milite,& aliud in marito captiuo : ſicut etiam ho-
die aliud in eis ſeruatur:vt dictum eſt:licet aliter notetur di-
9 uerſitas vt liquet ex præmiſsis. Item†videtur hodie, quòd
maritus habeat neceſſe de vxoris adulterio libellum inſcribe
re,ſi ex eius adulterio velit lucrari dotem: vt in auth. vt liceat
matri & auiæ.§.quia verò plurimas.Item per aliam auth. po-
ſteriorem, vt nulli iud.§. adulteram, videtur quòd adulteræ
ſubſtantia applicetur monaſterio,in quo ipſa recluditur. Sed
fortè illud in alia ſubſtantia mulieris eſt intelligendũ : dotem
enim lucrabitur maritus,vel ex pacto,vt in ea d.authẽ.in fin.
§.vbi dicitur viro ſeruari pacta illibata dotalibus inſtrumen
tis,vel ex authoritate legis propter adulterium. Vel fortè di-
cit ſeruari dotalia pacta, quia ſicut maritus qui pepigerat de
lucranda dote præmortua muliere,lucraretur eam:ita & lu-
crabitur,ea incluſa in monaſterio propter adulterium.In ſer
uitute alteri coniugum ſuperueniente, diſtingue, vtrùm fiat
ſeruus hominis, & tunc ſoluitur matrimonium:an pœnæ, vt
quia damnatur in metallum : & tũc idem eſt ſi damnatus erat
libertus,vel liberta. Ingenuus autem natus non fit ſeruus ex
ſupplicio:vt in auth.de nupt.§.quod autem prius.

ANNOTATIONES.

a Coniunctis. Ad huius concluſionis & totius ferè titu. materiam vide
Docto.in l.conſenſu.C.de repud. Bar. in l.rerum amotarum. ff rerum
amo. Bal.in l.ij.C.de ſecund.nup.domi. Alex.de Imo.in l.ſi ita ſtipula
tus.de verbor.obliga.in l.ſi cum dotem.§.ſi maritus.circa finem. ff.ſo
luto matrimo. Canoniſtas in c.gaudemus. de diuort. & in capi.ij. de
tranſ.præla.vbi aliter quàm a Legiſtis hæc materia diſcutitur.
b Voluntas. Adde Card.Flo.in conſi.cv.& ibi,quid ſi vxor diuertit à vi-
ro,& incipit iudiciũ ſuper reddenda dote,ſi poſtea redintegratur ma-
trimonium,an extinguatur iudicium,vel non:de quo caſu ibi vide.
c Cauſæ. Vide Pau.de Caſt.in conſi.xxxj. incipien.ie.noc tui in dubiũ.
& conſi.cxxviij.& in l.ſororem.C.de his quibus vt indig. per gloſ.ibi.
vide etiam per Frider.de Sen.in conſil.clxvij. & in conſil.clxxxvi.&
vide etiam Roma.in conſil.cclxxxvi.

Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur. *Rubrica.*

1 *Dotis repetenda capita.*
2 *Dotis actio cui danda.*
3 *Dotem ſine filia an petat pater.*
4 *Dotis actio in quem tranſmiſſa.*

1 VARIIS modis dictum eſt ſuprà de dotibus, &
earum iure : vt notauimus ſuprà de iure dot. in
princip.ſummę.ſequitur videre quemadmodum
ſoluto matrimonio dos petatur,id eſt,repetatur,
ſic & ponitur ff.de pign. act.l.petenti. Sic & è contrario ver-
bum,reddendi, habet ſignificationem dandi per ſe : vt ff. de
leg. ij. l. cùm quidam. & de verb.ſignifi.l. verbum reddendi.
1 Videndum ergo†quemadmodum repetatur ᵃ dos ſoluto ma-
a trimonio,id eſt,quibus detur actio,& quando [& in quem,]
& qualiter.nam de actionibus competentibus pro dote ſolu.
matrim.vel etiam eo conſtante:ſed & marito ad inopiam vr-
gente,plenè diximus ſ. de rei vxo. ac. & ſuprà de iure dot.
2 †Hic autem circa præſentem materiam, id eſt, in dote da-
ta repetenda,diſtingue an fuerit data ab alio,an à muliere:vel
ab eo,qui habet eam in poteſtate.Si data eſt ab alio extraneo,
mulier habet actionem ex ſtipulatu:niſi ille ſtipulatus fue-
rit,vel pactus incontinenti de dote ſibi reddenda. Si autem
data eſt à muliere,certum eſt ei competere actionem ex ſtipu
latu : & quid ibi obtineat in redditione dotis,& in tempore,
& in expenſis,& in beneficio,vt vir damnetur inquantum fa
cere poteſt,plenè oo.ſ. de rei vxo.act. Si verò pater dederit
pro filiafami. communis eſt vtriſque actio ex ſtipulatu. Sed
certè & pluſculum habet aliquantulum pater : quia compe-
tit ei exercitium,volente tamen filia:vt ſ. de rei vxo. act. l. v-
nic.§.accedit. & ff.eod.l. ij.§. voluntatem.& l. dotem. & l. ſi
cum pater ſine. & l.non ſolùm autem.. Hæc † vera, quandiu
pater & filia viuunt. Nam, patre præmortuo,ſola filia agit:
vt ſuprà de rei vxo. act. l. vnic. §. videamus. Item præ mor-

tua filia, agit pater: vt j. eod. l. dos à patre. Nec diſtinguo ſicut
lex ipſa diſtinguit interueniant liberi, an non: vt ſ. de rei vxo.
act. §. ſileat. licet dominus M. & Pla. ei conſonando id diſtin-
xerint. ſicut notauimus ſ. de rei vxo. act. argu. pro ſe inducen-
tes quòd filij filiæ dotem ſuæ matris conferunt ſuis auuncu-
lis, vel materteris: vt j. de collat. l. illam. videtur enim, quòd ſit
penes eos, cùm id ſolum teneantur conferre, quod habent.
4 Sed reſponderi poteſt, quòd erat filia † emancipata: vnde non
ad patrem, ſed ad ſuos hæredes tranſmiſit petitionem dotis.
Item liquere poteſt eos malè dicere: quia, ſecundum veteres
leges, ſuper quibus contendimus, & quarum tempore hæc
quæſtio fuit agitata, filiusfamil. non habebat hæredẽ, niſi in
caſibus. Si ergo filiafami. deceſſerit, omnia occupat pater iu-
re peculij. non ergo peruenit ad liberos. Amplius dico, pater
non petit hodie, quia ſit hæres, ſed agit actione ex ſtipulatu,
quæ ſibi datur per legem. Huic tractatui neceſſaria ex ſupe-
rioribus lector animaduertet.

ANNOTATIO.

a Repetatur. Vide plenè per Bart. & omnes repetentes in rubrica. ff. eod.
titu. ſolu. matri.

Si dos conſtante matrimonia ſoluta fue- rit. *Rubrica.*

1 *Dotis ſoluenda cauſa.*
2 *Soluta dos quando repetenda.*

1 SOLVITVR † dos ex neceſſitate in caſibus: vt
ſ. diximus de iure do. & de repudiis: & contingit
omnino liberatio. Soluitur etiam in pluribus ex
voluntate, & contingit liberatio: vt ibidem nota
uimus per legem, quæ eſt ff. de iure dot. l. mutus. §. manente. &
ſol. mat. l. quamuis. Aliàs enim ſi ſoluatur, non contingit libe
ratio, imò maritus, quod ſoluit repetit, inquantum mulier eſt
locupletata: ſed & ipſe ad totius dotis ſolutionem tenetur.
2 Item, muliere defuncta, repetit † maritus dotem ſolutam: vt j.
eod. l. ſi conſtante. quod exaudio, vbi maritus de dote lucran-
da pactus eſt: quod tamen videtur falſum: quia poſteà vetat
alienationem rei. ſed reſponderi poteſt quòd ipſe conuolauit
ad matrimonium ſecundum: & ideo dotem debet reſtituere
filiis primi matrimonij. Vel dic, quòd repetit dotem cum fru-
ctibus ante annum, ſi dos eſt in rebus mobilibus: poſt annum
verò dolo faceret, qui peteret, quod reſtituturus eſt: vt ff. de
doli except. l. dolo.

Ne fideiuſſores, vel mandatores dotium dentur. *Rubrica.*

1 *Dotis fideiuſſio quando, an non, teneat.*
2 *Dotis fideiuſſor cur non detur.*

1 CVM † datur fideiuſſor pro dote: aut à muliere
datur marito pro dote ſibi præſtanda: & tunc te-
net datio: vt ff. de iure do. l. promittendo. & l. mu-
tus j. reſponſo. Aut à marito datur mulieri pro
dote reſtituenda: & tunc ſi ante matrimonium vel conſtante
matrimonio detur, non tenet datio: ſicut rubrica videtur in-
nuere: & dicitur j. eod. l. j. & ij. licet quidam dicant maritum
non cogi dare fideiuſſorem. Sed ſi dederit, tenetur ad exem-
plum teſtamentarij tutoris: vt inſtit. de ſatiſdat. tuto. Sed cer-
tè rubrica prohibitoria eſt: vt ff. ne quid in loco publico. l. ij
primo reſponſ. & §. j. ſic & ſ. ne chriſtianum mancipium. & ſ.
ne quis in cauſa ſua. & ex textibus earum patet. Nam ſignifi-
catio verborum rubricæ eſt intuenda, & ſeruanda eſt: vt ff. ſi
cert. petat. l. j. prohibet ergo marito ne det. Item textus pro-
2 hibet † vxori ne petat. quod eſt vtriuſq; cauſa ne cauſa per-
fidiæ generetur: vt in donatione, quæ fit inter eos. Si ergo fiat
contrarium, ipſo iure non valet: vt ſ. de legib. & conſtit. l. non
dubium. & ff. de donat. inter vir. & vxorem. l. iij. §. ſciendum.
& de fideiuſſ. l. cùm lex. Item ſimile. ff. de arbitr. l. ſed ſi in ſer-
uum. §. ij. Ergo neuter poterit renunciare huic æquitati, licet
quidam dicant contrarium. Et fortè poſſet diſtingui an re-
nuntiauerint ex certa ſcientia contra legem, an per ignoran-
tiam: vt in primo caſu teneat, in ſecundo non: vt ff. ſi quis cau
tio. l. ſed & ſi quis. §. penul. Sed certè illud non eſt in prohibi-
tis intelligendum, imò in iis, quæ non cogitur quis facere.
3 Item dicunt maritum ſponte poſſe dare. † Quid ſi non ma-
rito, ſed alij dati ſunt, vt principaliter teneatur? contrarium
videtur, ſed argumen. contra eſt in muliere quæ iuuatur ſena
tuſcon. Vellea. quia nec principaliter, nec ſecundario poteſt
obligari. Si autem poſt matrimonium ſolutum dederit fi-
deiuſſorem maritus: tenet eius datio: vt ff. ſoluto matrimo-
nio. l. ſi conſtante. §. quoties.

ANNOTATIO.

a Fideiuſſores. Vide ad iſtum titulum Alex. in l. ſi conſtante. §. quoties.
in iij. col. verſi. in ea. glo. in ſi. ff. ſolu. matri.

Rerum amotarum. *Rubrica.*

1 *Amotarum rerum actioni neceſſaria. & 5. & 6.*
2 *Vxor qui accipienda.*
3 *Amota quando dicantur res, & 4.*
7 *Actio rer. amo. cui, & in quem datur.*
8 *Actione rer. amo. quid conſequamur.*
9 *Rerum amo quando agendum.*
10 *Rerum amo. actio qualis.*

DE dotis petitione plenè dictum eſt: ſed quia in
ea ſæpe rerum amotarum obiicitur compenſa-
tio: vt j. eod. l. j. ideo ſupponit de rerum amotio-
ne, & earum actione quæ dicitur, rerum amota-
rum. Videamus ergo quando locum habeat hæc actio, cui de-
tur, & contra quem, & inquantum, & quando intendatur, &
1 qualis ſit. † Eſt autem ſciendum [a] quòd quatuor neceſſaria
a ſunt vt locum habeat hæc actio, [b] ſcilicet quòd res mariti do-
b lo malo ab vxore amoueatur, vel res vxoris dolo malo à ma-
rito amoueatur: vt ff. eod. l. contra. §. item eum. & l. cum mu-
2 lier. Vxorem † accipe, & nurum, & pronurum, ſi tamen ſuus
vir ſit in ſui patris poteſtate, nam ſi eſt emancipatus, commu-
ni iure tenebitur furti hæc nurus ſocero ſuo: vt ff. eod. l. con-
tra. j. reſponſo. & l. nihil. §. vxor. Nec ſufficit vxorem, vel nu-
rum, vel maritum eſſe de facto: niſi etiam de iure teneat matri
monium. Item & ſi de iure potuerit contrahi, ſi tamen non eſt
contractum de facto, ceſſat hæc actio: vel ſi concubina amo-
uerit res concubinarij: vt ff. eod. l. ſi concubina. Et videntur
3 res † coniugis amotæ, ſiue erant eius, ſiue bona fide emerat
eas, ſiue erant ei pignori obligatæ, ſiue erant propriæ, ſiue do-
tales, ſiue quolibet iuſto modo detentæ. Item videntur amo-
tæ, ſiue fuerint cõtrectatæ, ſiue fuerint celatæ, ſiue conſiliũ &
auxiliũ datũ eſt, vt res amouerentur ab alio: vt ff. eo. l. ſi cõcu-
bina. §. res. & §. vlt. & l. ſed & ſi diuortij. & l. ſi rẽ, quã. & l. ob
4 res amotas. † Sed & ſi dolus abſit, ceſſat hæc actio, cùm ipſa
naſcatur ex delicto, id eſt, furto. Licet quidã exiſtimauerint
coniuges inter ſe non facere furtum: quia ſocietas vitæ quo-
dammodo videtur eos facere viciſſim dominos, ſcilicet vnũ-
quenque rerum alterius. Alij melius dixerunt, ſcilicet, eos fa-
cere furtum inter ſe, ſicut facit furtum filius patri: ſed furti
non eſt actio: vt ff. eo. l. j. & l. ſi mulier. §. ſi ſeruus. In quo ergo
caſu actio furti daretur contra extraneum ex furto, in eodem
5 caſu actio rerum † amotarum locum habet, etſi alia concur-
rant, id eſt, vt fiat amotio cõſtante matrimonio, vel vt aliquid
fiat, quod pro amotione habeatur, vt dictum eſt. In caſu tamẽ
non ſit furtum: ſed tamen datur iſta actio, vt cùm ſeruus mu-
lieris iuſſu dominæ, diuortij cauſa res mariti amouerit: nec
enim facit furtum, quoniam nihil ſui lucri cauſa contrectat.
nec videtur opem ferre facienti furtum, cùm mulier furtum
non faciat. quamuis ſeruus in facinoribus domini dicto au-
diens eſſe non debeat, ſed rerum amotarum actio erit: vt ff. eo.
l. ſi mulier. §. ſi ſeruus. Si verò poſt diuortium, vel ſoluto ma-
trimo

trimonio quódam vxor viri res amoueret, côueniretur actio-
ne furti: vt ff. eod. l. & iden. j. reſp. In honorem enim matrimo-
nij turpis actio, vel pœnalis, vel furti, vel rerum amotarum
6 non datur conſtante matrimonio: vt j. eo. l. ij. Exigitur † ergo
quòd fiat amotio conſtante matri. & cauſa diuortij, & ſecu-
tum ſit diuortium, vel quòd fiat cauſa ſperatæ mortis, & ſe-
quatur mors: vt ff. eo. l. ſi mulier. j. reſp. & l. rerum quidem. [Si
ergo mulier, cùm de viri vita deſperaſſet, res amouerit, & vir
deceſſerit, hæres eius habet actionem rerum amotarum, & hæ-
reditatis petitionem & ad exhibendum actionem, quia ex in-
iuſta cauſa res ſunt penes mulierem, quòd ſi mortuo viro mu-
lier amouerit res, non facit furtum. quia hæreditariæ rei non-
dum poſſeſſæ non fit furtum: ideóque vendicari poterit, aut
veniet in hæreditatis pet. vt ff. eodem. l. contra. §. ſed ſi morte.]
7 † Datur hæc actio coniugi, cuius res amotæ ſunt ab altero,
& hæredibus eius: vt ff. eod. l. cum mulier habebit. & l. Marcel-
lus. primo reſponſo. & l. ſi mulier. §. vlt. Datur contra coniu-
gem quondam amouentem, ſiue ex perſona ſua conuenıatur,
ſiue ex perſona alterius, putà ſerui, vel alterius qui extitit hæ-
res, quod mirabile eſt, quia tunc ſic deberet vxor mea mihi te-
neri furti, ſicut ille, cui extitit hæres tenebatur mihi. Item & ſi
ſeruus eius, mihi furtũ fecerit, debet teneri furti noxali actio-
ne: ſed tamen in vtroque caſu propter reuerentiam perſona-
rum tantùm furtiua competit condictio, nô etiam furti actio:
vt ff. eod. l. & ideo. §. item ſi ſeruus. Item & inſtituitur contra
partem ex perſona filiæ, quæ res mariti ſui amouit cauſa di-
uortij, vt dictum eſt: ſcilicet, vt damnetur quatenus ex ea re lo-
cupletior factus ſit, vel dolo eius malo factum eſt, quominus
fieret. Sed in caſu pater tenetur ſatisfacere in totum pro rebus
amotis: ſcilicet, ſi adiuncta filia experiatur de dote, nec enim
aliter datur ei actio de dote, quàm ſi filiam in rerum amota-
rum iudicio inſolidum, & cum ſatiſdatione defendat: vt ff. co.
l. & ideo. §. vlt. & l. dolo & l. viua. multa enim conſequimur in
defendendo, quæ non poſſumus conſequi in agendo: vt ff. de
compenſa. l. ſi cum filiofa. & ff. de edil. edict. l. ſi ſeruus manci-
pium. & ſi cert. pet. l. cùm fundus. §. ſeruum. Quod autem dixi
de filiofamil. amouente, ſeruatur in filiafa. amouente. Item hæ-
redes amouentium tenentur, ſicut hæredes furis tenẽtur con-
dictione furtiua, ſed tamen non omnino ſic: quia hæres furis
tenetur etiam ſi nihil ad eum peruenerit: ſed hic hæres tenetur
inquantum ad eum peruenit: vt ff. eod. l. contra. §. item hæres.
8 & j. eod. l. vlt. † Venit autem in hanc actionem reſtitutio rei.
Nec diſtinguo an extet res, vel non extet, vel caſu, vel ſine ca-
ſu, deſierit extare, putà ſi mulier res viri diuortij tempore co-
mederit, vel vendiderit, donauerit, vel qualibet ratione con-
ſumpſerit: vt ff. eod. l. ſi concubina. §. non ſolùm. & l. & ideo. §.
item verũ eſt. Si autẽ non reſtituatur res, æſtimari debet quan-
ti in litem actori iurauerit. Non enim eſt æquum inuitum ſuo
• *pretio ſuas res vendere: vt ff. eo. l. ſi cùm dos. §. Sabinus ait, ſi
mulier. & l. non enim. Et ſi quidem præſtita ſit æſtimatio rei ab
amouente, & poſteà deſierit poſſidere, haberet in rem actionẽ
quia emptoris loco eſt habendus: vt ff. eo. l. ſi propter res. Hoc
verum vbi ille, qui agit rerum amotarum, probauit res amo-
tas. Si autem non probauerit, permittit ei lex deferre ſacramẽ-
tum reo, vt iuret diuortij cauſa nihil amotum eſſe: dumtamen
actor prius de calumnia iuret. Iurare autẽ cogitur reus, ſi ipſe
dicatur amouiſſe. Pater enim amouentis iurare non cogitur:
cùm ſit iniquum de alieno facto alium iurare. Idcirco nec eius
hæres qui quæue dicitur amouiſſe, iurare cogitur: nec licet reo
deferre ſacramentum: non magis quàm ſi conueniretur furti:
vt ff. eodem. l. Marcellus. §. rerum. & §. vltimo. & l. non magis.
9 † Intenditur hæc actio [c] ſoluto matrimonio. Sed ſi, pendente
iudicio, redintegratur matrimoniũ, ſoluitur iudicium rerum
amotarum. Sed ſi redintegrato matrimonio iterum fiat diuor-
tium, manebit actio rerum amotarum ob res amotas prioris
diuortij cauſa. Item ob impenſas, & donationes in priori ma-
trimonio factas: vt ff. eodem l. redintegrato matrimonio. & l.
11 vlt. † Actio iſta perſonalis eſt perpetua, prætoria: vt ff. eodem.
l. rerum amotarum. & l. ſi mulier. §. hæc actio.

ANNOTATIONES.

Sciendum. Adde etiam, quòd iſta actio rerum amotarum datur contra illam, quæ vxor fuit: ita Bartol. in conſil. cxiij. & vide quæ ibi etiam ſcripſi ſuper eo.

b Hæc actio. Ad huius actionis materiam vide Specul. in titul. de fur. do. Alexand. de Imol. & Docto. in l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. Iaſo. de May. in §. omnium. nume. ſ. inſtit. de act.

* Suo. Aliàs iuſto.

c Actio. Vide quod conſuluit Pet. de Ancha. in conſi. cccc viij. ad fin.

Ne pro dote mulieris bona quondam mariti abdicentur. *Rubrica.*

1 *Vxori bona viri addici.*
2 *Mulieri ſolu. matr. qui conſulatur.*

1 NVLLI mulieri † bona viri mortui addicantur
iure dominij. Sanè ſi, nullo hærede relicto, deceſ-
ſerit vir, maximè ſi non idoneus ſit ad ſoluẽdum
2 ſecundum iuris formam, conſulitur † indemnitati
mulieris, quatenus ſucceſsionis patitur modus: vt j. co. l. j. ſcili-
cet, vt poſtulet ſe mitti in poſſeſsionem bonorum hæredita-
riorum, ſicut & faceret quilibet creditor, vel intentando per-
ſonalem actionem, vel intentando hypothecariam: cùm bona
mariti quondam tacitè ſint ei obligata pro dote.

De fundo dotali. *Rubrica.*

1 *Prædium dotale quid.*
2 *Dotalis fundus quis fiat. 4.*
3 *L. ſi fundum. ſenſus.*
5 *Dotale ſit quod debetur, & qui.*
6 *Fundus quaſi dotalis.*
7 *Fundi dotalis priuilegium.*
8 *Prædium dotale quibus ex cauſis alienabile. & 9.*
10 *Alienationis acceſsiones.*
11 *Alienatio vetita conſenſu non iuuatur.*
12 *Alienatum dotale quis reuocet.*
13 *Dos mobilis an alienabilis.*

DICTVM eſt ſupra generaliter de dotibus, &
quia fundus dotalis priuilegio munitur, dicamus
de fundo dotali, ſcilicet quis ipſe ſit, & quando, &
1 quo priuilegio gaudeat. † Eſt autem prædium
dotale, quando iſta duo concurrunt, ſcilicet, quod matrimo-
nium contractum eſt, & traditio prædij interuenit: vt diximus
ſuprà de rei vxo. act. & ita dominium, vel quaſi dominium eſt
quæſitum marito. Non diſtinguo, an ſit prædium vrbanum,
vel ruſticum, vel verum ſit totum datum in dotem, vel pars: vt
ff. eod. l. dotale prædium. j. reſpon. & §. j. & §. dotale. Videretur
2 † tamen, quòd ſine traditione fieret fundus dotalis ex eo,
quod legitur. ff. eod. l. ſi fundum. quia, alio poſsidente, & vſu-
capiente fundum mulieris, mulier dedit ipſum in dotem: & ita
3 fundus cœpit eſſe dotalis: vt ibidem dicitur. Sed † certè ibi
interuenit traditio mulieris: nam, alio poſsidente, virum indu-
cere potuit in poſſeſsionem, volens in eum transferre domi-
nium: & ita quæſitum eſt ei dominium per inductionẽ in poſ-
ſeſsionem: licet ei non ſit acquiſita poſſeſsio. Simile ff. de ac-
quir. re. do. l. homo liber. §. quicquid tamen. & de donat. inter
vi. & vxo. l. ſi vxor filio. Regulare tamen eſt, & frequentius
accidere conſueuit, vt per traditionẽ vacuæ poſſeſsionis tranſ
a feratur dominium [a] in accipientem: vt j. de diſtr. pig. l. qui præ-
dium. & ſ. de probat. l. cùm res. Alij dicunt in prædicta lege
ceſſam fuiſſe marito rei vendicationem. Sed certè tunc non eſ-
ſet fundus dotalis, ſed actio in rem diceretur dotalis: nec eſſet
dominium quæſitum marito: vt ff. de iure do. l. ſi ſponſalibus.
4 §. vlti. & fami. erciſc. l. planè. Item dotalis † eſt fundus ille, qui
b eſt inæſtimatus, Aeſtimatus [b] enim non eſt dotalis, ſed empti-
tius: vt ſ. de rei vxo. ac. l. vnica. §. & cùm lex. niſi ita æſtimatus
eſſet vt appareat quanti eſſet deterior, non vt præſtetur æſti-
matio, vel niſi ita æſtimatus eſſet vt mulieris eſſet electio: puta,
fundum, aut pretium: vt ff. eod. l. quòd ſi fundum. & ſ. de iure
5 dot. l. ſi inter virum. † Quod dictum eſt in muliere dante fun-
dum in dotem, ſeruatur & in muliere, cui debetur à Titio

fundus, & ipſa Titio promiſit in dotem id, quod ſibi debet
Titius. Si autem Titius ei debet fundum, aut decem, erit in
eius arbitrio, quid in dote ſit. Sed ſi debeat mulieri Stichum,
aut fundum, & ipſa promiſit doti id, quod ille debet, Sticho
mortuo fundus in dote erit. Si autem Titius fundum Cor-
nelianum, aut Sempronianum daret, vtrum eorum malit do-
talem eſſe. Dicendum eſt ergo, quod alienabit vtrum eorum
velit, alterum non alienabit. Si tamen alienatum rurſus re-
dimat, adhuc in eius poteſtate eſt, an eum, quem retinuiſſet,
alienare vellet. Erit ergo poteſtas ambulatoria: quia dotalis
fuit obligatio. Planè antequàm Titius redimat alienatum,
retentum interim alienare non poteſt. Si tamen alienauerit de
facto, eo interim alienato, poſtea retento, retentus ex poſt fa-
cto videbitur rectè fuiſſe alienatus: vt ff. eod. l. ſi marito debi-
6 tori. & l. erit ergo. Quaſi dotalis † fundus eſſetur ille, qui tra-
ditus eſt ſponſo, nondum ſequuto matrimonio. Item qui le-
gatus eſt dotali ſeruo: vt ff. eod. l. iij. & iiij. Item quaſi dotalis
fundus cenſetur ſoluto matrimonio. Nam & ſi maritus fuerit
in ſeruitutem hominis redactus, dominus hunc fundum alie-
nare nó poteſt. Idémq; eſt ſi fuerit redactus in ſeruitutem pœ-
næ, & ita cœperunt eius bona ad fiſcum pertinere. Impedietur
enim venditio fundi dotalis, quamuis fiſcus ſemper idoneus
ſucceſſor ſit, & ſoluendo: vt ff. eod. l. ij. & l. etiam diremptо.
7 † Eſt autem priuilegium [c] fundi dotalis maximum, quia a-
c lienari non poteſt: vt patet ex præmiſſis: niſi ex neceſsitate, vt
quàdo mulier fundi portionem pro indiuiſo dedit in dotem,
& maritus à ſocio fundi prouocatur iudicio communi diui-
dundo: tunc enim ex neceſsitate videtur alienare: ipſe tamen
ſocium eo iudicio non poſſet prouocare: quia voluntaria vi-
detur alienatio: vt j. eod. l. mariti, & ff. de condi. furt. l. & ideo.
8 Item † neceſſaria eſt alienatio, ſi maritus noluit cauere vicino
de damno infecto cui dotale prædium minabatur ruinam, &
ob hoc vicinus miſſus ſit in poſſeſsionem, deinde iuſſus ſit poſ-
ſidere: per hoc enim dominus ſit vicinus: quia hæc alienatio
non eſt voluntaria. Sed & per vniuerſitatem tranſit prædium
ſecundum quod poſsibile eſt ad alterum, veluti ad hæredem
mariti, cum ſuo tamen iure, vt alienari non poſsit: vt ff. eo. l. j.
9 Sed & † ſingulari titulo quandoque ſit eius alienatio, ſi mu-
lieri expediat vt fundus conuertatur in pecuniam, vel vt pro
eo fundo alium in dotem accipiat maritus: vt ff. de iure do. l.
vltima. alias nec fundus, nec fundi ſeruitus, alienari, vel remitti
poteſt: ne per hoc deterior conditio prædij fiat: vt ff. eod. l. lex
10 Iulia. & l. Iulianus. & l. ſed nec. † Et verbũ alienationis largè
eſt accipiendum pro quolibet actu, quo transfertur dominiũ:
vt j. eodem. l. pruna. & ff. de verb ſig. l. alienatum. Item largius
pro quolibet actu quo conſtituitur alteri ius in re, vt ſ. de reb.
alie. non alie. l. vlti. Vſucapio ergo, vel præſcriptio, continen-
tur nomine alienationis. Quod tamen ſic exaudi, vt inchoari
non poſsit vſucapio fundi poſtquam cœpit eſſe dotalis: ſi au-
tem fuerat inchoata prius, poterit perfici poſteà: vt ff. eod. l. ſi
11 fundum. & de ver. ſig. l. alienationis. † Vbicunq; autem prohi-
betur fundi dotalis alienatio, licet mulier conſentiat, non ideo
magis tenet: vt inſti. quibus ali. lib. j. reſp. licet ſecus ſit in dona
tionibus propter nup. vt in auth. vt immobilia antenupt. do-
nat. & vt diximus ſ. ad Velleia. Quid ergo ſi fuerit alienatum
12 † prædium dotale? certè maritus reuocabit alienationem, cõ-
ſtante matrimonio, veniens contra ſuum factum: quia non
proceſsit de iure: vt j. de agri. & cenſi. l. quemadmodum. Ma-
trimonio autem ſoluto reuocabit alienationẽ mulier, niſi ſo-
luto matrimonio paſciſcatur, ne petat, vel quid ſimile obſtet
ei, puta, quòd extitit hæres marito, &, deductis legatis, quan-
titatem dotis in hæreditate eſt habitura. Nam quòd ex hære-
ditate ſibi non poteſt ſeruare, vẽdicabit à poſsidente: vt ff. eo.
l. dotale. §. ſi vxore. Poteſt etiam prodeſſe poſſeſſori, quòd
fundus dotalis alienatus ceſsit lucro mariti: vt ff. eo. l. fundum
13 dotale. † Quid ſi res mobilis eſt dotalis, nunquid alienari po-
teſt? in dotali ſeruo expreſſum eſt eum manumitti poſſe à ma-
rito, ſi ipſe ſit ſoluendo, vt j. de ſeruo pig. da. l. j. & idem fortè
in alijs: alioquin pro nihilo ſcripta eſſet lex Iulia in fundo
dotali, ſi idem eſſet in re mobili. Nam quod in vno vetatur, in
alijs videtur eſſe permiſſum: vt ff. de fun. inſtru. leg. l. quæſitum.
§. idem. & ff. de iudi. l. cùm prætor. primo reſponſo.

ANNOTATIONES.

a Dominium. Ad huius concluſionis materiam, vid. Bar. Bald. & Docto. in l. traditionibus. C. de pact. Bal. in l. ea lege. C. de condi. ob cauſam. do. Alexand. de imo. in l. ſi foro: i. C. de iure delibe. Doctor. in l. ſunt & aliæ ff de publician. & in l. ſi fundum. de fun. doc. & in l. ſi ager. ff. de cer. vend. vbi eſt magnus conflictus de iſta materia.

b Aeſtimatas. Vide egregie allegata per Iaſ. de may. in l. ex conuentione. C. de pact. & eundem in §. actionum. inſti. de actio.

c Priuilegium. Vide Io. de Imo. in cap. cum contingat. & ea, quæ habentur in cap. licet mulieres. extra. de iureiurand.

De diuortio facto, apud quem liberi morari, vel educari debeant. *Rubrica.*

1 *Minores triennio vbi educandi.*
2 *Alendi à quo ſint liberi diuortio facto.*

QVONIAM, diuortio facto, ſæpe quæritur de
filijs, apud quẽ debeant morari, vel educari, adeóq;
1 de hoc ponit. † Sciendum eſt igitur regulariter
minores triennio apud matrem educandos, maio-
res apud patrem. Sed interdum iudex, apud quem commodius
morentur, æſtimat: vt tamen poſt trimatum etiam apud ma-
trem expenſis patris alantur: vt j eod. l. j. & j. de patr. poteſta.
2 l. nec filium. † Hodie autẽ, facto diuortio, diſtinguitur, vtrum
pater præſtiterit diuortij cauſam, an mater. Si pater, præſtabit
ipſe pater expenſas matri filiorum, quæ non venit ad ſecun-
das nuptias, apud quam nutriri debent filij. Si autem pater
non ſit idoneus, pauperes filij à locuplete matre ſunt alendi,
& apud eam debent morari: quemadmodum enim filij locu-
pletes coguntur matrem egentem alere, ita iuſtum eſt à matre
locuplete filios paſci. Quod autem dictum eſt de matre, & fi-
lijs indigentibus, hoc etiam in omnibus aſcendentibus, & de-
ſcendentibus perſonis vtriuſq; naturæ valet. Si verò mater
præſtiterit cauſam diuortij, tunc apud patrem alendi ſunt fi-
lij, ſubaudio, expenſis matris: etiam ſi maiores ſint [triennio,
vel] trimatu: vt in auth. vt liceat matri & auiæ. §. illud quoq;.

De alendis liberis à parentibus. *Rubrica.*

1 *Liberi parentéſque alendi.*
2 *Liberi iniuſti à quo alendi.*
3 *Filia cuius oneri ſit.*
4 *Extranei quando, an non, & quos alant.*
5 *Alimenta quomodo præſtanda*
6 *Alimentis decretis filium non probari.*
7 *Filius dubius alendus.*

DE Liberis apud quem morentur, & nutriantur,
facto diuortio dictum eſt, vnde occaſione ſumpta
generaliter dicit de liberis alendis à parentibus,
1 & è conuerſo. † Et certè ſicut ex tenore ſummæ
a ſuperioris tituli liquet, quòd liberi parentes & parẽtes liberos
[a] teneantur alere, & omnia onera inuicem ſufferre, non tamen
æris alieni: vt ff. eo. l. ſi quis à liberis. §. non tãtum. & §. parens.
Diſtingue tamen patrem, & aſcendentes lineæ paternæ à ma-
2 tre aſcendentibus eiuſdem lineæ. Nam † pater cogitur ita de-
mum, ſi ſit iuſtus, & idem in eis à quibus ipſe deſcendit. Mater
autem compellitur, etiamſi vulgo cóceperit: & idem in aſcen-
dentibus eius. Eſt & alia differentia: quia mater non compel-
litur: niſi pater vel aſcendentes eius deſierint eſſe, vel niſi ſint
3 egentes. Certum eſt enim id, quod filia † parit, non auo ma-
terno, ſed patri ſuo oneri eſſe: vt ff. eod. l. ſi quis. §. vtrum. & l.
non quemadmodum. Sunt & aliæ diuerſitates in tempore, vel
fortè in alijs: vt notari poteſt ex ſuperiori ſumma. Generale
tamen eſt in omnibus parentibus, vt non compellantur alere,
ſi habeant quid obijciant filijs: vt ecce, quia accuſati ſunt ab
eis, vel quia ſibi poſſunt ſufficere in alimentis, vel ex bonis
ſuis, vel artificio ſuo: & idem puto in libertis circa patentes, &
è conuerſo: vt ff. eodem. l. ſi quis. §. ſed ſi filius. & §. idem iudex
4 æſtimare. † Item extranei hæredes libertorum non habent
neceſſe

neceſſe alere parẽtes liberorum, niſi in ſummam egeſtatem ſint
deducti: vt ff. eod. l. ſi quis. §. item reſcriptum. Nec diſtinguen-
dum eſt in liberis, ſint in poteſtate, vel non: vt ff. eod. l. ſi quis.
5 primo reſpon. † Præſtari autem debent alimenta pro modo
facultatum: vt j. eod. l. ij. & ff. eod. l. ſi quis. §. alimenta. Et ſi nõ
præſtentur, captis pignoribus, & diſtractis cogetur quis ſa-
tisfacere ſententiæ: vt ff. eod. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his.
Si autem de hoc ipſo ſit dubium, an ſit parens, vel de liberis, ſu-
per ea re ſummatim iudex debet cognoſcere, & ſi conſtiterit
filium, vel parentem eſſe, tunc alij iubebit, alioquin nõ decer-
6 net alimenta. † Sciendum eſt tamen, quòd ſi pronuntiauit iu-
dex ali oportere, tamen ea res non facit præiudicium veritati.
Nec enim ob hoc pronuntiatur filium eſſe, ſed ali debere: vt
ff. eod. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. Fortè eſt & illa ratio:
quia de incidenti quæſtione filiationis non plena, ſe ſemiplena
fit cognitio. [Nam ſi fieret plena cognitio, fieret præiudicium
incidenti quæſtioni: vt j. de ordin. cogni. l. ij.] Vel fortè eſt illa
7 ratio: quia pater cogitur † quandoque alere etiam non ſuum
filium. Nam ſi vxore denuntiante ſe prægnãtem, maritus non
negauerit, nõ vtique ſuus efficitur illi partus. Cogitur tamen
alere filium donec conſtet de filiatione: vt dictum eſt. Cæte-
rum ſi ceſſet, ſatis iniurioſum eſſet, ſi quis lõgo tẽpore abfue-
rit, & reuerſus vxorem prægnantem inuenerit, & idcirco re-
iecerit: vt dicitur ff. eodem. l. prima. §. idem Iulianus ſcribit.

ANNOTATIO.

a Liberos. Adde Bar. in l. prima. j. huius ſtudii. verſiculo quæro, vtrùm. ff. de iuſtitia & iure. Bald. & Doct. in l. cum non ſolum. §. ipſum. C. de bon. quæ libe. & vide Specul. in tit. de natis ex libe. vend. §. ſed & libe. Docto. in l. ſecunda. quis à liberis. alleg. in tex. vbi eſt proprius locus huius materiæ. Iaſo. de may. in verſicu. ſed & ſi quis. nume. 2. inſtitu. de act. Angel. Aret. in §. ius naturale. nume. 13. cum plur. ſequen. inſtitu. de iure naturali.

De concubinis. *Rubrica.*

1 *Concubina quæ, an non eſſe queant.*
2 *Adultera vxor ne eſto.*
3 *Concubina quis fiat.*
4 *Concubina multiplex non habenda.*

DE Nuptiis per quas copulantur nobis vxores di-
ctum eſt, & de legitimis filiis natis ex eis, videamus
de concubinis, ex quibus naſcuntur filij baſtardi.
Videndum ergo quæ mulier poſsit eſſe in concu-
binatu, & quis poſsit eam habere, qualiter contrahatur con-
a cubinatus [a], nam de filiis eorum dicetur in prox. tit. † Poteſt
1 autem quis eas ſolas mulieres in concubinatu [b] habere ſine
b metu criminis, in qua ſtuprum non committitur. Non ergo
habebit in concubinam vel virginem, vel viduam minorem
xxv. ann. niſi ſpecialiter exprimat coram teſtibus, vt habere
velit viduam in concubinatum: alioquin præſumetur matri-
monium. vel ſi recuſat matrimonium teneretur de ſtupro:
quia in eas perſonas ſtuprum committitur: vt ff. ad legem Iu-
liam. de adulter. l. inter liberas. §. lex. Ita tamen ſi honeſta fuerit
vidua. Si autem eſt inhoneſta, vel obſcuro loco nata, vel etiam
ſi quæſtum corpore fecit, vel ſi damnata eſt de adulterio, po-
teſt haberi pro concubina: ſine ſpeciali teſtatione: vt ff. eodem.
l. prima. §. ego quidem puto. & §. qui etiam. & §. vlti. & l. ante-
2 penulti. † Damnata autem adulterij, non poteſt vxor duci ſine
pœna lenocinij: vt ibidem dicitur. Nec diſtinguitur, an con-
cubina ſit libera, an ancilla: vt infrà, communia de manumiſ-
ſione. l. vltima. Sic ergo crimen ſtupri impediet concubina-
tum. Idem & in crimine inceſtus, quod committitur ratio-
ne affinitatis: nam ſi qua fuit in concubinatu meo, ea non po-
teſt eſſe in concubinatu filij mei, vel nepotis, vel è contra:
quia propriè nefaria eſt huius coniunctio: & ideo huiuſmodi
facinus prohibendum eſt: nam quia concubinatus per legem
nomen aſſumpſit, extra legis pœnam eſt: vt ff. eodem. l. prima.
3 §. ſi qua. & in l. concubinatu. in fine. † Et conſtituitur ali-
qua concubina ſola animi deſtinatione. l. pen. ff. eod. etiam ab
eo quandoque qui non poteſt eam vxorem ducere: vt ecce,
præſes mulierem oriundam de prouincia non ducit vxorem,
ſed tamen poteſt habere ibi concubinam: vt ff. eod. l. vlti. & de
ritu nupt. l. ſi quis officium. niſi legitimam habeat vxorem:
homines enim vxores habentes, non poſſunt habere concu-
4 binas: vt j. eo. l. j. † Item nullus poteſt habere plures concubi-
nas, ſed vnicam, & in domo, & indubitato affectu coniun-
ctam licet habere: vt in authẽ. quibus modis natu. filij effi. ſui.
§. ſi quis autem. Item videtur hodie quòd ea demum ſit legi-
tima concubina, quæ poteſt mihi eſſe vxor: vt in authenti. vt
li. mat. & auiæ. vt infrà §. ad hæc.

ANNOTATIONES.

a Concubinatus. Quæ dicatur concubina, & an aliquo caſu ſit licitum tenere concubinas. Vide Ioan. de Ana. in rubri. de adulter. Paul. & Aret. in capi. cum ſit generale. col. penul. de foro compe.

b Concubinatu. Ad huius breuis totalis reſolutionem, vide Bart. in l. in concubinatu. ff. de concubi. Bal. in l. ij. C. de inceſt. nupt. & in l. eam, quam. verſi. & not. quòd licitus eſt concubinatus. C. de fideicommiſſ. & in l. ſi ea. C. de condi. inſer. & in ſua marga. verſic. detinens. domi. Alexand. de imol. & Docto. in l. ij. ff. de iis qui not. infami. quibus in locis habes totam materiam.

De naturalibus liberis, & matribus eorum, ex quibus cauſis iuſti efficiantur. *Rubrica.*

1 *Rub. quib. nat effi. ſui & leg. explicari.*
2 *Filiorum genera.*
3 *Legitimi à naturalibus quo iure differunt.*
4 *Naturales quo iure ſuccedant, quique modo accipiendum.*
5 *Naturalibus ſuccedunt parentes.*
6 *Nepharij non alendi.*
7 *Spurij reſcripto ſuccedere.*
8 *Ancilla quibus parere poſſit.*
9 *Naturales qui legitimentur. & 11. 13. 14. & 15.*
10 *Legitimorum, & naturalium concurſus.*
12 *Naturales ad quæ cogendi.*

QVIA ex concubinis filij naſcuntur naturales, &
ideo de naturalibus filiis videamus: & de matri-
bus eorum, ſcilicet, qui dicantur naturales, &
quantum poſsit eis relinqui, vel inter viuos, vel
in vltima volũtate quocunque titulo dari: & poſtea proſequen-
1 tes tenorem rubricæ dicemus, † quibus ex cauſis liberi natu-
rales efficiantur ſui, ſcilicet redigantur in poteſtatem paren-
tum: & de hoc tractatur in illo authenti. quibus modis natu.
effi. ſui. coll. vj. vel fiant legitimi ſucceſſores patri, & non re-
digantur in poteſtatem ſuam, eo viuente: & de hoc tractatur
in alio authen. quibus modis fi. natu. effic. legi. in coll. vj. &
2 hoc apertè percipietur in ſequentibus. † Sciendum eſt igitur,
a quòd filiorum alij [a] ſunt naturales & legitimi: vt qui naſcun-
tur ex legitimo matrimonio. Alij ſunt legitimi tantum: vt
adoptiui. Alij naturales tantum: vt nati ex concubina vnica,
& in domo, & indubitato affectu coniuncta: vt in authentic.
quibus modis natu. effici. ſui. §. palam eſt. §. ſi quis autem. Alij
neque naturales neque legitimi: vt qui ex illicito, & damnato
coitu nati ſunt: vt in authenti. quibus modis natu. effici. ſui. §.
3 vlti. † Et eſt ſciendum quod iſta diſtinctio liberorum fit ſecũdum
iura ciuilia Imperatorum, non ſecundum iura naturalia. Neq;
enim à principio, quãdo ſolam naturam ſentiebant homines,
antequam ſcriptæ prouenirent leges, fuit quædam differentia
naturalis, & legitimi: ſed antiquis parẽtibus antiqui filij mox
vt procedebant, fiebant legitimi ipſa creatura. & ſicut in libe-
ris hominibus natura fecit liberos omnes, bella verò ſeruitu-
tes adinuenerunt, ſic & natura legitimas produxit ſoboles: at
è diuerſo concupiſcentia, vel caſtitatis caſus, naturales immi-
ſcuit legitimis. Et ſicut in ſeruitute adinuẽtum eſt beneficium
manumiſsionis, ita neceſſarium eſt naturalibus vt inueniatur
medela, qua fiant legitimi, & ſui: vt in authenti. quibus modis
natu. effici. legi. §. nouimus. & quibus modis natu. effi. ſui. na-
4 tura. † Succedunt autem iſti filij naturales ex teſtamento, &
ab inteſtato, & ſiquidem iſte pater naturalis habeat filios

legitimos, vel nepotes, licet ei dare, vel relinquere naturali-
bus, eorumque matri vnciam vnam, non vltra: vel ſoli concu-
binæ ſemunciam, non vltra. Quod autem vltra datum eſt,
applicatur legitimis filiis, vel nepotibus. ſi autem non habeat
legitimos filios, vel nepotes, vel deſcẽdentes, ſed habeat aſcen-
dentes, legitima parte relicta aſcendentibus legitimis, reli-
quum in naturales diſtribuere poteſt. Si autem neque aſcen-
dentes, neque deſcendentes habeat legitimos, licet eos inſti-
tuere inſolidum hæredes. Ab inteſtato autem ſuccedunt iſti
naturales, vna cum matre ſua viriliter in duas vncias paternæ
ſubſtantiæ, ſi parens iſte naturalis, defunctus inteſtatus, non
habeat legitimam ſobolem liberorum, neque legitimam con-
iugem. Nam hæc licet non capiat vel ſuccedat, tamen facit ne
naturales poſſint capere, vel ſuccedere: ſicut & faciunt legiti-
mi filij qui ſuccedunt, & repellũt naturales: ſed vbi repellũtur
naturales propter legitimam ſobolem, vel legitimam coniu-
gem (vt dictum eſt) debent ipſi naturales pasci à ſuccedenti-
5 bus boni viri arbitrio. † Sicut autem, & inquantum, & quan-
do ſuccedunt liberi naturales parentibus, ita & intantum, &
toties, debent ſuccedere parentes naturales filiis naturalibus:
vt par pietas ſeruetur eis. Et quæ dixi de naturalibus filiis, &
& de naturalibus nepotibus, & pronepotibus ſeruanda ſunt: ſi
quis nepotis nomen in tam degeneres homines extẽdere vo-
luerit: vt in authent. quibus modis natur. effic. ſui. §. diſcretis.
vſque ad illum §. quoniam verò. & infrà eodem. l. vltima.
6 Qui autem ex damnato coitu, vel nefario, vel inceſtu nati
b ſunt, nec naturalis nominatur filius, nec alendus [b] eſt à paren-
tibus, nec habebit participium ſubſtantiæ paternæ, vel ipſe,
vel eius mater, etiam prærogatiua reſcripti imperialis, quæ vel
loco vxoris, vel loco concubinæ ſit habita: & quod eis talis
pater dederit per ſe, vel per alium, totum retractum legitimæ
ſoboli reddendum eſt, aut fratri, aut ſorori, aut fiſco, ſi prædicti
non exiſtant: vel exiſtant, & in præſentia rerum conſtituti a-
gere voluerint, pacto, vel iureiurando excluſi. Idemque & ſi
diſſimulauerint, vel tacuerint intra duos menſes, & inuadit
fiſcus res tales ſub pœna quadrupli, & perquirit res tales cum
ſæua quæſtione tormentorum concubinæ inferendorum: vt
exprimat veritatem donatorum, vel commendatorum ei,
vel alij perſonæ pro ea: vt in authentica quibus modis natu.
7 effi. ſui. §. vltimo. & infrà eodem. l. prima. † Quid ſi imperator
indulſerit reſcriptum, vt non obſtantibus prædictis legibus
poſſint tales ſpurij ſuccedere, reducens eos ad iura antiqua, &
naturalia de quibus, ſuprà diximus? puto, quòd poſſint ſuc-
cedere. quia Iuſtinianus ſequentibus imperatoribus non po-
tuit legem imponere, ſed eis potuit indicare: vt ſuprà de legi.
& conſtit. l. digna vox. & ff. de arbitr. l. nam magiſtratus. Nec
prætereundum eſt quòd quidam coitus erant illiciti, & dam-
nati per legem primam. iſtius titu. qui hodie non ſunt illiciti.
8 † Nam ſenatores ſeu præfecti, vel duumuiri, vel ij quos ſa-
• cerdotij id eſt, phœniciarchiæ, vel Syriarchiæ * ornamenta
decorant, non poſſunt habere filios ex ancilla, vel ancillæ fi-
lia, vel liberta, vel libertæ filia, vel ſcænica, vel ſcænicæ filia,
vel ex tabernaria, vel ex tabernariæ filia, vel humili, vel abie-
cta, vel lenonis, vel arenarij filia, vel quæ mercimoniis publicè
præfuit: ſiue filios habeant ex eis tanquam ex vxoribus, ſiue
tanquam ex concubinis. Hodie autem ex eis tanquam ex
vxoribus poſſunt etiam præditi magnis dignitatibus ſuſci-
pere filios, & cum eis contrahere matrimonium, duntamen li-
beræ ſint mulieres: & cum quibus liceat nuptias celebrare: &
neceſſarium eſt vt dotalia inſtrumenta conficiantur ab illu-
ſtribus. Reliqui verò citra eos, & qui maioribus decorati ſunt
dignitatibus, ſolo affectu nuptias contrahunt cum liberis
mulieribus, quarum non ſunt nuptiæ interdictæ: vt in au-
thentic. vt lic. matr. & auiæ. col. octaua. §. Conſtantini verò.
In concubinatu ergo quem illuſtris habet cum prædictis hu-
milibus fœminis, vel in matrimonio quòd contrahere cum
9 ancilla non liceat, corrigitur lex prima huius tituli. † Su-
pereſt, vt videamus quibus modis illi qui naturales tantum
ſunt, ius legitimorum adipiſcantur. Et certè ſi naturalis pa-
ter, vel inter viuos, vel in vltima voluntate offerat naturales
filios ſeruitio curiæ ciuitatis ex qua, vel cuius vico ipſe eſt
oriundus, vel ſi eſt de ſenatore, vel noua Roma, ſi offerat eos
ſeruitio curiæ, cuiuſuis metropolitanæ ciuitatis cuiuſcunque
prouinciæ redigunsur tales filij naturales, in poteſtatem ſui
parentis: vt inſtitu. de nupt. §. viti. & poteſt hos naturales eo-
rum pater inſolidum ſcribere, vel nuncupare hæredes: vt j.
eod. l. iij. niſi habeat alios naturales filios, & legitimos: tunc
enim non in plus, vel maiorem quantitatem inſtituet natura-
les tantum, quàm inſtituerat naturales & legitimos: vt in au-
10 thenti. quibus modis natu. effic. ſui. §. & quoniam. † Succe-
dunt ergo iſti naturales cum naturalibus & legitimis, ſi tamen
naturales nati ſunt ex libera. Nam ſi nati ſunt ex ancilla, &
manumittantur poſtea, tunc demum offeruntur, cum non ſu-
perſunt legitimi: vt in auth. quib. mod. na. effi. ſui. § ſiquis igi-
tur fuerit. & § & iſte modus. Quod autem dictum eſt in filio
oblato ſeruitio curiæ, ſeruatur etiam ſi filiam ſuam naturalem
quis copulauerit curiali ciuitatis, de qua, vel cuius vico ipſe
eſt oriundus, vel copulauerit eam curiali ciuitatis metropoli-
tanæ, ſi ipſe ducat originem ex alteruira regalium ciuitatum.
11 Quid † enim intereſt, vtrum per filios, vel per generos com-
moditatibus ciuitatum conſulatur? & vtrum nouus lex faciat
curiales, an foueat quos inuenit: vt j. eod. l. iii? Et in his omni-
bus neceſſarium eſt quòd oblationi patris, filij vel filiæ, con-
ſentiant, vel à principio, vel poſtea ratum habendo. Nam ſi
ſoluere ius poteſtatis inuitis filiis, non licet parentibus, mul-
tomagis ſub poteſtate redigere inuitum filium, & nolentem,
ſiue per oblationem ad curiam, ſiue per inſtrumentorum cele-
brationem, ſiue per aliam quamlibet machinationẽ tanquam
ſortem metuentem paternam, iuſtum non eſt, neque proprium
imperij, neque proprium legiſlatoris. Et ſi plures ſunt natu-
rales, & quidam conſentiunt, alij non volentes tantum redi-
guntur in poteſtatem: vt in auth. quibus modis natu. effi. ſui. §.
12 generaliter. † Et ſiquidem naturales filij à principio non con-
ſenſerint: & poſtea paternarum opum, vel inſoliduin, vel ex
parte reperti fuerint poſſeſſores: licet eas alienauerint omni-
no, ad conditionem in qua pater noluit eos eſſe, amplificatis
opibus etiam inuiti coguntur accedere: vt j. eo. l. iij. §. & quod.
Item quod dictum eſt in patre offerente eos, ſeruatur, & ſi ipſi
naturales ſemetipſos offerunt: niſi legitima ſubſit proles: tunc
enim non licet naturalibus ſe offerre: vt in auth. quibus mo-
dis. natu. effi. ſui. §. & iſte modus. licet pater eos offerre potuiſ-
c ſet: vt dictum eſt. Item & iſti naturales liberi [c] etiam ab inte-
ſtato ſuccedunt patri naturali, ſi legitimati ſunt per oblatio-
nem curiæ factam: ſed non ſuccedunt aliis cognatis patris: nec
alij cognati patris ſuccedunt eis: vt in auth. quibus modis na-
tura. effi. ſui. § filium verò. Item legitimantur iſti naturales, ſi
cum eorum matre concubina pater naturalis contrahat ma-
trimonium dotalibus inſtrumentis compoſitis. & rediguntur
in poteſtatem huius patris, ſiue naſcantur, ſiue non naſcantur
poſtea alij liberi ex concubina vxore facta: vt inſtitu. de nupt.
§. vlti. & j. eod. l. cum quis. & l. nuper. & habet locum hoc ius
etiam ſi ante hoc conſortium concubinæ, ſit iſte pater legiti-
morum filiorum ex alia coniuge à qua ſeparatus ſit legitimè.
Item non videtur diſtinguendum in naturalibus iſtis liberis
an ſint nati ex libera, an ex ancilla cõcubinarij, duntamen ipſis
& liberos naturales manumittat, & eorum matrem, & cum ea
contrahat matrimonium. Sic tamen dico non eſſe diſtinguen-
dum, ſi iſte patri naturalis non habeat filios legitimos ex alia
coniuge cuius ſolutum eſt matrimoniũ. Nam ſi haberet alios
legitimos, non legitimarẽtur iſti naturales nati ex ancilla poſt
manumiſſionem eorum, & manumiſſionem matris, per ſub-
ſequens matrimonium cum matre eorum cõtractum: ſed nati
poſt matrimonium eſſent legitimi: vt in auth. de trient. & ſe. §.
vlti. Quidam tamen dicunt auth. corrigi per aliam inferiorem
auth. vt liberti de cætero. §. ſi quis autem. Sed certè falſum eſt:
quia illa loquitur indiſtinctè: ergo ſuperioris authenticæ di-
13 ſtinctio non eſt immutanda. † Item legitimantur iſti natura-
les, demum deficiente legitima prole, ex quibuſdam aliis cau-
ſis: vt ecce, ſi eorum pater principi offerat preces: vt ſibi ſint
legitimi ſucceſſores, etiam ſine matrimonio, & princeps eius
preces admittit, ſi mulier iam ſit defuncta, vel deliquit, vel
occultetur, vel aliàs venire prohibeatur, vel quoquo modo
impediatur matrimonium, vt ſacerdotio: vt in auth. quib. mo.
14 nat. effi. ſui. § illud tamen. † Idẽmq; & ſi pater non ſupplica-
uerit

uerit principi, ſed in ſuo teſtamento dixerit ſe velle iſtos na-
turales ſibi eſſe legitimos filios, & ſucceſſores, ſi tamen filij
poſt mortem eius oſtendant patris teſtamentum, & ſupplicent
principi, fiduciam dat eis lex in hoc, vt principis, & legis do-
no hæredes eius fiant, ſi tamen voluntatem patris amplectan-
15 tur: vt in prædicto tit. §. ſi verò is, qui ſolummodò. † Item & ſi
talis pater neque ſupplicauerit principi, neque in teſtamento
declarauerit voluntatem ſuam: vt dictum eſt, ſi tamen in in-
ſtrumento publicè, vel propria manu eius conſcripto, habẽte
ſubſcriptionem trium teſtium fide dignorum, ſiue ſub geſtis
monimentorum dixit hos filios eſſe ſuos, & non adiecerit na-
turales: huiuſmodi filij ſucceſſores legitimi erunt: & ſi vni ex
multis filiis teſtimonium quodlibet ex prædictis modis præ-
buit cæteris ex eadem muliere natis ad legitima iura ſuffi-
ciet: vt in authent. vt liceat matri, & auiæ. §. ad hæc.

ANNOTATIONES.

a Filij. De iſto filio naturali an, & quando veniat appellatione filiorum vide Soci. in conſi. viij. verſic. primo quia ex quo.
b Alendus. Vide Abba. in conſil. l. vol. ij. & in conſil. cxv. in l. diſt. eod. vol. & Felin. in ca. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. & Corſ. latè in reſponſione c. grandi. de ſupplen. negli. præla.
c Liberi. Amplia, quod etiam filius natus ex concubina ſuccedit patri & matri. ita conſuluit Soci. in conſil. cxlviij.

De tutela teſtamentaria. *Rubrica.*

1 *Tutelarum genera, & capita.*
2 *Tutela quid.*
3 *Tutela à cura quid differt.*
4 *Tutor quibus detur. & 6. 7. 13.*
5 *Poteſtatum genera, & vires.*
8 *Tutor quis dandus & 9. 11. 12.*
10 *Seruus an tutor eſſe poßit.*
14 *Liberi qui dicendi.*
15 *Tutorem ſe creet nemo.*
16 *Nepotibus dabilis ne tutor.*
17 *Tutoris dandi modi.*
18 *Tutor qui dandus*
19 *Tutela vis vnde cœpta.*

a EXPOSVIMVS [a] ſuprà de cõtractibus, nunc
de quaſi contractibus audiamus. Et quia inter
quaſi contractus dignior eſt tutela, audiamus de
tutelis. Vel aliter: Diximus ſupra qualiter paren-
tes neceſſe habeant prouidere filiis in alimoniis: & quia de-
bet eis prouidere in tutoribus, vel curatoribus dandis, audia-
1 mus de tutoribus: & ſic de tutelis. † Et quia tutela alia teſta-
mentaria, alia legitima, alia datiua, & quia teſtamentaria di-
gnior eſt cæteris: primò de teſtamentaria dicamus. Videa-
mus ergo generalia omnium tutelarum, ſcilicet quid ſit tu-
tela, vnde dicatur, & cui detur tutor. Poſtmodum dice-
mus ſpecialiter de teſtamentaria, quis poſsit dari tutor in
2 teſtamento, à quo, in qua voluntate, & qualiter. † Eſt autem
tutela vis, & poteſtas in capite libero ad tuendum eum, qui
propter ætatem ſe defendere nequit, iure ciuili data, ac per-
miſſa: vt inſtit. de tute. §. j. & ff. de tute. l. j. Ideo autem dicitur
vis & poteſtas: quia eſt violenta poteſtas. Datur enim etiam
3 inuito vel non petenti: vt ff. de tute. l. ij. † Et in hoc differt à
cura: quia curator non datus niſi volenti, ſiue debeat dari im-
puberi, ſiue puberi. Diſtinguetur tamen in aliquo pubes ab
impubere: nam puberi non datur, niſi volenti, prĉterquam ad
litem: vt inſtitu. de cura. §. item inuit. Impuberi autem datur
etiam in litem, ita demum ſi impubes alium velit conuenire.
Si autem impubes ab alio conueniatur, non accipit quidem
curatorem inuitus: ſed tamen prætor cogit eum vt velit: vt ff.
de tutelis. l. qui habent. §. ſi pupillus. Vel forte non cogitur in-
uitus accipere hunc, puta Titium, ſed cogitur aliquem nomi-
nare quem accipiat. Item & ideo dicitur in capite libero: quia
tutor non poteſt dari ſeruo, vel ei qui eſt in aliena poteſtate,
puta Titio qui eſt in patris ſui poteſtate: datur enim tantum
ei qui ſui iuris eſt: vt inſtitut. de tutelis. in princip. In caſu ta-
men etiam impuberi ſeruo datur tutor: puta, ſi quæſtio ſit de
impuberis libertate. Dabitur enim tutor ei, qui de ſtatu ſuo
litigat: & ita demum tenebit datio, ſi liber eſt ſubaudi vſque
ad pubertatem. Nam vſque ad finem cauſæ tenet propter du-
bitationem: etiam ſi liber non ſit. Sed ſi verè liber eſt, teneret
datio tutoris vſque ad pubertatẽ: vt ff. de tut. & cur. da. ab his.
l. ei, qui. & l. curatorẽ. Poſſet etiam ad prĉdictam cauſam dari
curator, vt ille ea finita deſinat eſſe tutor: alioquin permane-
ret vſque ad pubertatem ſi impubes eſſet liber: vt in præd. l.
4 curatorem. & j. qui da. tut. vel curat. l. j. † Tutor autem certæ
rei, vel cauſæ nõ datur, vel aliquibus rebus deductis: & ſi da-
tus fuerit: datio non tenet. Sed perſonæ datur, eius vniuerſum
patrimonium adminiſtrando: vt inſtit. eod. §. certæ autem rei.
& de excuſatio. tut. §. datus. & ff. eod. l. certarum. & l. & ſi. &
l. quia. Sed & cuidã vniuerſitati totius patrimonij datur: vt rei
Aphricanæ: vt ff. eod. l. ſi tamen tutore. Item & verè ſeruo im-
puberi datur quandoque tutor propter ſpem libertatis om-
nino præſtãdam: nam ſi ei libertas, & hæreditas per fideicom-
miſſum data eſt, & hæres inſtitutus adire noluit, dabitur im-
puberi tutor, qui eum adire cogat, & tutelam retineat quoad
reſtituatur hæreditas: vt ff. de tut. & curat. da. ab his. l. ſi impu-
beri. Item ideo dicit ad tuendũ eum, quia tutoris poteſtas nõ
5 eſt in impubere: vt impubes ei acquirat: † ſicut filius patri ac-
quirit, vel ſeruus domino, neque eſt in impubere vt impubes
ſit in dominio tutoris: ſicut ſeruus eſt in dominio domini. Sed
eſt hæc tuitio & poteſtas propter vtilitatem impuberis. Nam
ſuperiores duæ poteſtates dominorum, & patrum, inductæ
ſunt propter vtilitatem patrum, & dominorum: ſicut de effe-
ctu patriæ poteſtatis dicemus. j. de pat. pote. & effectu domi-
nicæ dicetur. inſtitut. de iis, qui ſui, vel alie. iur. ſunt. Item ideo
dicit propter ætatem: quia tutor datus maſculo minori. xiiij.
an. fœminæ verò minori. xij. vt inſtit. quib. mod. tut. finitur. in
6 prin. titu. † Datur nato, ſed naſcituro non: vt ff. eod. l. ſi nemo.
§. vlti. Si autem datus fuerit puberi tutor, ipſo iure non tenet
datio: vt nec ſit opus excuſatione. nec ideo tenet, quia non ge-
rit: vt ff. de tuto. & curato. da. ab his. l. Seie. Item quod dicit
poſtea iure ciuili data, refertur ad datiuam tutelam, vel ad le-
gitimam tutelam. quaſi dicat. inſtituta, vel inducta. Quod di-
cit, ac permiſſa, refertur ad teſtamentariam: ſiquidem omnis
tutela aut eſt teſtmentaria, aut legitima, aut datiua. Et bene
dico quòd illa verba, iure ciuili data ac permiſſa, ſunt de defi-
nitione tutelæ: licet Placen. dixerit illa verba notare diuiſio-
nem tutelarum, quod verum eſt, ſed non eſſe de definitione
quod verum non puto. Dicitur autem tutela à tuendo: inde &
tutores qui eam & vim & poteſtatem habent quaſi tuitores,
& defenſores: ſicut æditui dicuntur qui ædes tuentur: vt ff. de
7 tute. l. prima. & inſtit. de tute. §. j. † Datur impuberi tutor: vt
dictum eſt, etiam ſi furioſus ſit. nec dabitur ei curator, vt fu-
rioſo cum magis ætati, quàm dementiæ tantiſper ſit cõſulen-
8 dum: vt ff. de tute. l. tertia. in princip. † Datur tutor certus,
b non incertus. [b] Nam ſi duo ſunt Titij, pater, & filius, & datus
eſt Titius, nec apparet de quo ſenſerit teſtator, non deficit ius,
ſed probatio: ergo neuter eſt tutor: vt ff. eod. l. duo. & l. tutor
9 incertus. † Item datur priuatus, ſed etiam & magiſtratus: vt
ff. eodem. l. tutor incertus. §. primo. Paterfamil. & filiusfamil.
vt inſtit. eod. in princip. Liber, & non ſeruus dabitur tutor à
iudice: vt infrà qui dari tut. poſſ. l. in ſeruili. Si tamen domi-
nus ſeruum ſuum ſciens dederit in teſtamento tutorem filiis
impuberibus, directam libertatem videtur ei dediſſe, & purè:
etiam ſi ſeruus erat minor. xxv. an. ſed deinde poſt xxv. an. erit
c tutor [c]: vt ff. eod. l. quæro. §. Lucius. Si autem ſeruum ſuum cre-
deret alienum, haberet ſeruus fideicommiſſariam libertatem,
& poſtmodum eſſet tutor: quia teſtator opinabatur alienum
eſſe ſeruum: & ita veriſſimile eſt, vt tanquam alienum voluerit
manumitti, & tutorem eſſe: vt infrà de fideicommiſ. lib. l. & ſi
nun adſcripta. ſed ſi teſtator ſeruum ſuum crediderit eſſe li-
10 berum, non tenet datio tutoris. † Idem eſt, ſi ſeruum alienum
neſcit eſſe alienũ, quem dat tutorem, & putaſſet eſſe liberum.
Si autem ſeruum alienum ſcit eſſe alienum purè, non poteſt
eum dare tutorem in teſtamento: ſed ita cùm liber erit. Pro-
prius autem ſeruus inutiliter eo modo datur tutor, nec tene-
bit datio. Si autem ſeruum alienum teſtator credat eſſe ſuum,

habebit fideicómiſſariam libertatem,& tunc erit tutor: vt in-
ſtit.eod.§.j.& ij.& ff.de fideicom.lib.l.Paulus.& ff.eod.l.quę-
ro.§ verbis.& l.ſi hæreditas.§.ſeruus alienus.& j cod.l. ſi pu-
pillorum.licet legatum rei alienæ,quam teſtator putabat eſſe
ſuam,non teneat:niſi relinquatur coniunctæ perſonæ: vt j. de
11 lega.l.cùm alienam.† Datus tutor ille,qui nõ eſt mutus [d],vel
ſurdus. tutor enim debet loqui, & audire: vt ff. de tutel. l. j.
§.penult.& vlt. Minus autem plenè audientes,poſſunt eſſe tu-
tores:vt ff.de legiti.tut.l.penuſtima.§.vltimo. Item datur,qui
compos mentis ſuæ eſt. furioſus autem non datur, nec minor
vigintiquinque annis: niſi ita detur cùm compos erit mentis
ſuæ,aut maior vigintiquinque annis:vt Inſtitut.eodem.§.fu-
12 rioſus.& ff.eodem.l.ſi hæreditas.§.ſi furioſus.† Datur ille tu-
tor cum quo teſtamenti factio eſt: vt ff.eo.l.teſtamento tuto-
res. Datur tutor maſculus,& non fœmina: quia id munus ma-
ſculorum eſt, niſi à principe ſpecialiter impetrauit mulier tu-
telam. Vnde etiam pater matri communium filiorum impu-
berum in teſtamento ſuo fruſtra demandat tutelam, adeo vt
etiam prætor tale iudicium non debeat confirmare: vt ff. de
tute.l.vlt.& ff.eod.l.iure noſtro. Hodie tamen iure auth.con-
firmari poteſt tutela matris, ſi ea inter geſta nuptiis aliis, &
auxilio ſenatuſconſulti renuntiauerit:vt in auth.de hæred.ab
inteſta.§.ex his. Item datur tutor etiam ille qui non eſt ciuis
eiuſdem ciuitatis, cuius eſt teſtator:vt ff.eo.l.quęro licet præ-
tendere poſsit excuſationem:vt ff.de excu.tut.l.vlti.§. vltimo.
13 † Dare autem poteſt tutorem filiis impuberibus pater qui
non habet eos in poteſtate, non mater,non patronus:ſi tamen
mater dederit filio impuberi quem inſtituit hęredem tutorem
cauſa cognita fiat cõfirmatio,quaſi in rem ſuam potius,quàm
in perſonam videatur tutorem dediſſe:vt ff.eo.l.pater.& l.qui
tutelam.§.vlti. Tenet autem datio patris, etiam ſi dederit filio
exhęredato.Item tenet,ſi dederit filio poſthumo: ſed ita demũ,
ſi naſcatur poſthumus. De eo autem quod geſsit tutor ante,
quàm naſcatur poſthumus. tenetur vtili actione nego.geſt.vt
ff.eod.l.pater.& l.ſi nemo.§.vlt.Dare poteſt pater tutorem fi-
liis,& filiabus,& dando filiis videtur dediſſe filiabus tam na-
tis,quàm naſcituris.ſed non è cõuerſo:quia in maſculino con-
tinetur fœmininum.ſed non è conuerſo.Si autem dederit quia
tutorem poſthumis videtur dediſſe tam filiis poſthumis, quã
cæteris liberis,ſcilicet,nepotibus naſcituris. Nati autem libe-
14 ri non continentur poſthumorum appellatione. † Item libe-
rorum appellatione continentur nepotes,ſed appellatione fi-
liorum non continentur nepotes ex interpretatione legis, &
e vſu vulgari [e]:quę prævalét ſignificationi nominis. & deriua-
tioni. Ducitur enim filius [illegible], quod eſt amor. & quia
nepotes ſunt amor auus,quo dulciori vocabulo poſſent nomi-
nari:ſed tamen conſuetudo loquentium, & legis interpretatio
eſt contraria.& probantur hęc Inſtit.eo.§.vlt.& ff.eo.l.ſi quis
filiabus. & l. quod ſi.& l.ſi quis ita.& de verb.ſigni. l. nomen
15 filiarum.& l.ſi liberorum. & de leg. ij. l. ſi ita ſcripſit. † Illud
certum eſt,quòd nemo ſe poteſt dare tutorem:non ergo tutor
erit,qui ſe tutorem adſcripſit. Iudex tamen poteſt eum dare
tutorem, ſi idoneus eſſe approbetur,vt ex decreto, non ex te-
ſtamento ſit tutor: vel ſi impubes alios habeat tutores, hunc
adiunget curatorem:nec ipſe poterit ſe excuſare,quia conſen-
ſiſſe videtur voluntati teſtatoris.Item remouetur nõ vt ſuſpe-
ctus propter ſcripturam ſuam:vt ff.eo.l.ex ſentẽtia. & ad leg.
Cornel.de fal.l.vxori. §.j. Tenet datio tutoris in perſonis fi-
liorum quos teſtator ſciebat ſe habere, nõ in perſonis eorum,
quos credebat deceſsiſſe, vel natos nõ eſſe:quia de eis nõ con-
ſenſit:licet nomen filiorum eos admittat:vt ff. eo.l. ſi quis ita.
16 §.ſi quis enim. † Nepotibus autem ſuis ex filiis natis quos ha-
bet in poteſtate ſua dabit auus ita demum tutorem, ſi nõ ſunt
recaſuri in poteſtatem ſui patris:quòd accidit ſi pater eorũ,vi-
uit,& nõ exiuit de poteſtate ſui patris:vt ff.e.l.j.& inſt. de tu-
te.§.permiſſum.Filiis autem emãcipatis, vel nepotibus eman-
cipatis parens non poteſt dare tutorem:ſi tamen dederit, con-
firmatur datio omnimodo, id eſt, ſine inquiſitione:niſi cauſa,
propter quà videbatur eſſe datus in eo mutata ſit:vt ſi ex ami-
co inimicus:vel ſi ex diuite pauperior ſit factus: vt ff.cod.l.pa-
17 ter.& Inſti.de tute.§.vlti. † Dari poteſt tutor in teſtamẽto pu-
rè,& in diem,& ſub conditione,vt inſti.eod.§.ad certum tem-
pus.& ff.co.l.tutor datus. §.tutorem.& l.ſi quis ſub. Si autem
plures conditiones apponantur,ſi quidem copulatiuè.omnes
implendæ ſunt: ſi alternatiuè, ſatis eſt vnam impleri. Si verò
ponantur diſſolutæ vel in diuerſis partibus teſtamenti,nouiſ-
ſimæ parendum eſt:vt ff.eo.l.tutor datus.§.vlti. & l.ſi hæredi-
tas.§.j. Sic autem dari non poteſt tutor illi,aut illis filiis meis,
vtri eorum vellet Titius tutor eſto. Quid enim ſi Titius con-
ſtituere nolit, vtri filiorum tutorem eſſe velit: ſic autem dari
18 poteſt quis vt ſit tutor ſi velit: vt ff.eo.l.tutor ita rectè. † Dari
f poteſt vel in teſtamento ſolenni, vel in codicillis [f] teſtamento
confirmatis: & ſemper videntur eſſe teſtamento confirmati
hodie,ſi teſtamentum præcedat vel ſequatur codicillos:vt ff.
eo.l.iij.& Inſti.de codicill.Si ergo ab inteſtato quis faciat co-
dicillos, ipſo iure non tenet datio, quia non poſſunt dici te-
ſtamento confirmati. Item ſi quidem dati ſunt tutores in te-
ſtamento, & alij dati ſunt in codicillis: omnes erunt tutores:
niſi poſteriorem dando priorem reprobauerit teſtator: vt j.
19 eo.l.& ſi à parte. & ff.co.l.Iulianus. † Et incipit tenere datio
tutoris ab adita hæreditate ſaltem ab vno hærede adita hære-
ditate,ſi verò nemo adierit hæreditatem,nihil valet ex iis quæ
teſtamento ſcripta ſunt:vt ff.eod.l.ſi nemo.

ANNOTATIONES.

a Expoſuimus. Adde in iſta materia quòd licet tutela vel cura ſit deuo-
luta ad aliquem,tamen à ſeipſo non poteſt capere adminiſtrationem
bonorum,ita Soci.in conſi.ccxxiii.verſi prima pars.
b Non incertus. Adde Bart. in l quidam.in prin. in ver.iii. quæro.ff. de
reb. du. Doct. in l.tutor incertus.ff.de teſt.tute. Aug.ate. in §. actio-
nem.nume.55.inſti. de act.domi Bartho.ſoci.in l.vtrum. §. cum qui-
dam.nu.11.de re dub chart.cviii.
c Tutor. Vide quid per hoc dicat Lud.ro.in ſing.ſuis in ſuo ſingulari.
cclxii.& limita vt per Barba.conſi.xxxiii.lib.j.
d Mutus.Adde Bart.& Doct.in l.pri.§.mutus.ff.de tute.& in l.ſi. §. ſi. ff.
de legi.tu.vbi originaliter habes iſtam materiam.
e Vſu vulgari. Ad huius concluſionis materiam vide Bart.Bal.& Doct.
in l.ſi.C.de ſuc.edic.do.Alexan.de imo.in l.quarto ff.de inoffi.teſtam.
do.Anto.de roſe.in tract.de ſuc.ab inteſta.do.Alexan.in conſi.xxxvi.
in iiii.volu.domi.Barth.ſoci.in conſi.xxv.incip.do.Franciſcus. verſi.
it.præſuppoſito.in pri.vol,chart.xlvii.
f Codicillis.Et tutor an,& quando poſsit dari in codicillis.vide Socin.
in conſi.cclxxxiii.verſi.ii.reſpondeo.& an tutor qui datus fuit in te-
ſtamento an ſi datur alius in codicillis cenſeatur reprobatus ac reuo-
catus. Vide Socin. in dicto conſil.ii.ver. primo quia. & ver. ſecundo
reſpondeo.

De confirmando tutore,vel curatore. *Rub.*

1 *Tutela datio quibus ex cauſis inutilis.*
2 *Teſtamentarius tutor ne ſatiſdet fallit.3.5.*
4 *Legitimus tutor an teſtamentario potior.*
6 *Confirmationis forma.*

QVONIAM in teſtamento ſæpè contingit tu-
torem inutiliter dari, & ideo opus eſt confir-
matione: idcirco ponit de confirmando tutore.
1 † Sciendum eſt igitur donationem inutilem eſſe,
quandoque propter perſonam dantis in teſtamento, vt quia
pupillum in poteſtate non habebat: quandoque propter per-
ſonam eius, cui datur: vt ſi detur puberi tanquam impuberi:
quandoque propter ſolennitatem non adhibitam: puta, ſi
non in teſtamento, vel in codicillis teſtamento confirmatis,
aliàs detur tutor:vt ff.eo.l.j. In primo modo diſtingue vtrum
fuerit pater qui non habebat in poteſtate,an mater, an extra-
neus. Si pater,debet omnimodo confirmari,id eſt,ſine inqui-
ſitione:vt Inſtit.de tutelis.§.vlti. Nec enim ſatiſdabit rem pu-
2 pilli ſaluam fore:† quia ſufficit ei paternum teſtimonium pro
ſatiſdatione:vt ſuprà,de epiſco.au.l.de creationibus.§.j. & ff.
eo.l.j. Sed nec inquiretur ſit locuples,an non: & verũ ſit fidelis,
an non: quia fides eius eſt approbata à teſtatore: vt inſtitu. de
ſatiſda.tu.§.ſed hoc non eſt perpetuum.hoc ita niſi noua cau-
ſa ſuperueniat:vt ff. de teſta.tu.l.pater. tunc enim non videtur
duraſſe patris voluntas,vel niſi vetus cauſa abſcondita, & la-
tens,detegatur: vt quia malè morigeratus erat,vel pauper fa-
ctus, quæ neſciebat teſtator. Nam in his omnibus ſequitur
prætor vtilitatem pupillorum,non ſcripturam teſtamenti,vel
codicillorum: vt ff.eodem,l. in confirmando. & l. vtilitatem.
Quod

3 Quod † autem dixi omnimodo: quidam ſic intellexerunt, vt
etiam ſi legitimus tutor ſupereſſet,& vellet ad tutelam admit-
ti, tamen, eo excluſo, confirmetur minus legitimè datus in te-
ſtamento eo,quòd dicunt confirmatum tutorem teſtamenta-
rium. Ego puto teſtamentarium tutorem non poſſe dici eum,
qui eſt confirmatus,ſed potius datiuum.argumento ff.de ver-
borum ſignificatione.l.lege. Et illud quoque quod ſolet alle-
gari de ſententia per appellationem reſciſſa & per ſententiam
confirmata: vt ff.de iis, qui notã. infami.l.furti.& quod dici-
tur de primo teſtamento, confirmatur in ſecundo: vt inſtitu.
4 quibus modis teſta.infir.§.poſteriore.ſicq; puto † legitimum
a vel omnino præferendum [a], vt videbatur Ioan. vt infra, qui
da.tu.l.ſi ſororis.vel etiam concurrere cum confirmato à iudi-
ce: ſicut & concurrit alius datiuus. vt j.eod.l.ſi vt proponis.
& ſupra titu.proxi.l.ſi pupillorum pater. Si autem ille confir-
matus eſſet teſtamentarius, nunquam cum legitimo, ſed nec
cum datiuo concurreret: niſi in duobus caſibus, ſcilicet, pro-
pter augmentum facultatum, & propter excuſatum vnum ex
iis qui in teſtamento dati ſunt: vt ff. de teſta.tut.l.ſi quis ſub
conditione. & infrà, in quibus cau.tu.ha.l. vlti. Quod autem
in primo dictum eſt, & in tertio,circa perſonam patris dici po-
teſt: vt ff. eod.l.ſi filio impuberi. & l.qui à patre. & l.ſi patro-
5 nus.& j.eod.l.neque. † Item hæc ſeruantur in filiis legitimis
& naturalibus, & in naturalibus tantum, quantum ad res,
quas dederit pater vſque ad legitimum modum. Fiet enim
confirmatio, vt dictum eſt:ſed tamen aliter quàm ſuprà:quia
non ſine inquiſitione: vt j.eod.l.vlti. & ff.eod.l.naturali. Item
quantum ad naturales & legitimos ſi eis dederit in teſtamen-
to tutorem pater, non diſtinguitur ſint inſtituti hæredes ab
eo, an non, vt ff.de teſta.tu.l.pater. Si verò mater dederit tu-
torem filio, diſtingue aut inſtituit eum hæredem, aut non. Si
inſtituit, debet quidem confirmari datio:quia ex ſe non tenet,
b [b] cauſa tamen cognita, id eſt, cum inquiſitione:vt j.eod.l.j.&
ſupra titu.proxi.l.mater. Et remittitur ſatiſdatio:vt ff.eod.l.j.
6 † Et eſt hoc bene notandum: quia confirmatio non fit ſine
inquiſitione [licet alias à iudice & ſine inquiſitione,] & cum
inquiſitione poſsit dari: vt Inſtitu.de ſatiſda.tu.§.ſed ſi ex te-
ſtamento, in fine, ibi idem & in pluribus.niſi dicas vt B.ſolitus
erat dicere, ex tenore græcæ conſtitutionis hoc emendatum:
vt inſtitu. de attiliano tu.§.nos autem. Si verò mater non in-
ſtituit eos hæredes,non habet neceſſe prætor tutores ab ea de-
ſignatos confirmare: conſueuerunt tamen confirmari. Et ſi
viderit prætor expedire pupillo: poterit confirmare tutores:
vt j.eod.l.mater.Si autem extraneus det tutores,nec tenet da-
tio, nec confirmatur: niſi pupillum inſtituit hæredem extra-
neus:tunc enim ſi extra ea bona nil habeat pupillus, non malè
dicetur iudicium eius ſequẽdum,quia & perſonam eius quem
tutorem eſſe voluit nouerit, & impuberem ita dilexit, vt eum
hæredem inſtitueret: vt ff.eod.l. ſi patronus. & fortè non re-
mittitur ſatiſdatio:vt ff.eod.l.tutores.

ANNOTATIONES.

a Præferendum. Vide dom. Alexand.in conſ.cxiiij.j.vol.& vide Barba.
in conſ.v.volu.ij.
b Tenet. Vide Lu.ro.conſ.clxxviij.

De legitima tutela. *Rubrica.*

1 *Agnati qui, an non.* 2.
3 *Agnatos cognatóſque ſimul ad tutelam vocari.*
4 *Tutela quibus delata.*
5 *Patronus quis.*
6 *Patronus an,& quibus tutor ſit.*
7 *Tutores fiduciarij.*
8 *Fiduciaria tutela qua,& cui delata.*
9 *Legitimi tutoris officium.*

QVONIAM deficiente tutela teſtamentaria ſuc-
cedit ea, quæ dicitur legitima: de ea igitur videa-
mus,quibus deferatur, & quando,& quod ſit tu-
a toris officium. Sciendum eſt itaque deferri [a] eam

1 ex verbis, & ſententia legis xij. Tab. agnatis. Sunt † autem
agnati, qui per virilis ſexus perſonas cognatione iuncti ſunt:
quaſi à patre cognati, veluti frater eodem patre natus, fratris
filius,nepoſve ex eo. Item patruus,& patrui filius,nepoſve ex
eo. At qui per fœminini ſexus perſonas iunguntur cognatio-
2 ne,non ſunt agnati,ſed alias naturali ratione cognati. † Itaq;
amitæ tuæ filius non eſt tibi agnatus,ſed cognatus:& inuicem
tu illi eodem iure coniungeris:quia qui agnaſcuntur,patris,&
non matris familiam,id eſt,agnatitiam cognationem ſequun-
tur: vt Inſtitu. eod.j. reſponſo. & §.j. & ff. eod.l. ſunt autem.
Ideo autem non deferebatur tutela cognatis,quia nec ſucce-
debant:vt j.eod.l. ad auunculos. Illud quæri poſſet, an olim
cognati vocarentur ad tutelam deficientibus agnatis, cùm ad
ſucceſsionem per prætorem, eis deficientibus, admitterentur:
3 vt ff.quis ordo in bono.poſſeſ.l.j.Hodie verò conſtat † agna-
tos,& cognatos,ſimul vocari ad tutelam, & ad ſucceſsionem:
vt in authent.de hæredi. ab inteſta. §. ex his.& ſi quidem ſunt
eiuſdem gradus, omnes pariter vocantur: ſi verò non ſunt
eiuſdem gradus, defertur tutela proximioribus tantùm:vt ff.
eodem.l.ſi plures. & l.ſi reliquero. & inſtitu. de capi.di.§.vlti.
[Vnde & patre demum mortuo filij vocantur ad tutelã agna-
torum patris:vt ff.fami.erciſ.l.ſi maritus. Idémque patre capite
minuto:non enim dico excuſato eo,vel remoto:quia tunc ſuc-
cederet datiua tutela:vt iam dicam in filio patroni,& nepote.]
4 † Ex ſententia autem legis xij. Tab.tantum defertur tutela
patronis, & parentibus emancipantibus filios impuberes.
Nec enim ea lege aliquid nominatim cauetur de hac tutela,
ſed iuris prudentes interpretati ſunt tutelam deferri patronis,
ac ſi verbis legis eſſet introducta:ideo quia ſuccedunt libertis
ab inteſtato.Nam & agnati ideo ſunt tutores,quia ſuccedunt
ab inteſtato. Plerunque enim vbi & ſucceſsionis eſt emolu-
mentum, ibi & tutelæ onus eſſe debet. Plerunque ideo dixi:
☞quia ſi à fœmina impubes manumittatur,ipſa ad hæreditatem
vocatur,tamen alius eſt tutor. Idémque & in minore xxv.an.
patrono,vel agnato:vt inſtitu. de leg.pa tu. & j eod. l.vlti. &
5 ff.eod. l.j.& ij. j.reſponſo. † Patronum accipe ſi manumittit
ſponte, vel ex cauſa fideicõmiſsi:vel quia emit ea lege, vt ma-
numitteret. Idémq; & ſi non manumittit,ſed ex conſtitutione
peruenit ad libertatem:ſecus verò ſi hęres rogatus non manu-
mittat: & ex Rubr. Senatuſconſulto peruenit ad libertatem.
6 Si autem duo manumiſerint, omnes ſunt tutores: † ſi vnus
eorum deceſſerit, vel ab hoſtibus ſit captus, vel in ſeruitutem
hoſtium redactus, compatronus erit tutor, non filius patroni
decedentis: & ſi ambo patroni deceſſerint, defertur tutela li-
beris eorum: ſi tamen vnus reliquerit filium, alter nepotem,
ſoli filio defertur tutela,non ad nepotem: & ſic etiam defertur
hæreditas.Et eſt hoc adeo verum:vt etiam filio patroni remo-
to,vel excuſato à tutela,nepoti ex alio non deferatur. Ideirco
enim abiit à tutela,vt alius in locum eius detur,non vt ſucceſ-
ſio amittatur: ſecus ſi filius patroni deceſsiſſet, vel capitis di-
minutionem maximam,vel mediam eſſet paſſus:tunc enim ſe-
quens proximior in gradu ſuccederet in tutelam:quod gene-
rale eſt in qualibet legitima tutela: idémq; eſt in teſtamenta-
ria:vt ff.e.l.tutela.vſq; ad vlt.§.legis. & de teſta.tu.l.ſi quis ſub
conditione. Patre autem mortuo qui emancipauit filium im-
puberem, filij eius maiores xxv.an.fratres impuberis emanci-
7 pati filij † fiduciarij ſunt tutores ſui fratris.vt Inſti.de fidu.tu.
Et quare non ſunt legitimi,ſicut & filius patroni eſt legitimus
tutor liberti paterni? Reſpondere videtur lex prædicta:quia ſi
ſeruus non eſſet manumiſſus, eodem iure erat futurus ſeruus
penes filium domini iure hæreditario, quo fuerat futurus pe-
nes dominum.Si ergo ſit manumiſſus ſeruus,eodem iure debet
eſſe libertus penes filium patroni:quia eſt hæres ſui patris: ſi-
cut erat ergo pater legitimus tutor,ita debet eſſe iſte.Sed præ-
dictus filius impubes mortuo patre ſuo non erat recaſurus in
poteſtatem ſuorum fratrum,etiam ſi à patre non eſſet emanci
patus: [ſi ergo eſt emancipatus] non debet recidere in eorum
tutelam legitimam:licet parens eorum legitimus fuerit tutor.
Ac inſtabit aliquis: hæc ratio non valet: pone enim quòd pa-
ter emancipauit nepotem impuberem ex filio: hic emancipa-
tus, mortuo auo, erit in fiduciaria tutela ſui patris: & tamen
certum quòd ſi emancipatus non eſſet,recaſurus erat in pote-

ſtatem ſui patris: vt inſtitu. de fidu. tu. in prin. & de tutelis. §. vlt. vel pe. Sed reſpondeo, ſi nepos non eſſet emancipatus, non erat recaſurus in poteſtatem ſui patris iure hæreditario, id eſt, quia hic pater extiterit hæres ſuo patri: imò iure paternitatis filij auonis. Sicut ergo ex perſona ſui patris non erat habiturus impuberem in poteſtate ſua, ita ex perſona ſui patris mortui, qui fuerat legitimus tutor, non debet habere ſui filij
8 impuberis legitimam tutelam. † Poteſt & alia ratio notari, quare prædicta tutela dicatur fiduciaria, & non legitima: quia emancipatione impuberis facta, expirabit ius agnationis inter fratres: vt inſtit. eod. §. vlt. & ff. de inoffi. teſta. l. fratres. & inter patrem & filium, niſi emanciparet, cõtracta fiducia. Sed hodie durat ius agnationis inter fratres, & patrem, & filium, licet minima capitis diminutio interueniat: vt j. eod. l. iiij. & inſtitu. de leg. agna. ſuc. §. vlt. Hodie ergo hoc nomine fiduciaria exſufflato diceretur legitima tutela tãtum in prædictis perſonis: vt j. de excep. l. aduerſus. Defertur autem hæc tutela tunc demũ quãdo deceſſit parens inteſtatus: quod ita accipe, ſiue nullum omnino fecerit teſtamentum, ſiue fecerit, ſed euanuerit: in eo tamen nihil continebatur de tutela: vt ff. eo. l. inteſtato. & Inſtit. eod. §. quod autem. Item defertur agnatis ita demum, ſi capitis diminutio maxima, vel media non interuenerit: vt ff. eo. l. legitimos. §. vlti. & Inſtitu. eo. §. vlti. Idem eſt ſi minima, niſi inter fratres, & parentes, & liberos: vt dictum eſt. Item defertur proximo agnato: niſi proximior naſci ſperetur: vt ff. eod. l. j. §. ſi apud hoſtes. Sunt & aliæ communes rationes quæ repellunt aliquem à tutela, & illæ locum habent etiam in
9 iſta tutela legitima. vt ff. eod. l. penulti. §. vlti. & l. vltim. † Eſt autem legitimi tutoris officium in adminiſtrando, ſicut & cæterorum tutorum, cùm ſciat ſe eſſe proximiorem agnatum: nam ipſo iure tutor eſt non per dationem hominis, & habet
b neceſſe ſatiſdare rem pupilli ſaluam fore[b], licet ſit patronus, vel de liberis patroni cauſa tamen cognita, vt ſi honeſta ſit perſona, remittitur eis ſatiſdatio: & maximè ſi ſubſtantia pupilli ſit modica. Si autem perſona patroni ſit vulgaris, vel minus honeſta, ſatiſdari debebit: & ſic modus tutelæ, aut perſona, aut cauſa, admittet ſatiſdationem, vt ff. eo. l. legitimos.

ANNOTATIONES.

a Deferri tutela. An, & quando, deferatur ſicut hæreditas vide Socin. in conſi. cliii. col. pe. ver. viii. & in conſi. cclii. verſi. confirmatur etiam.
b Saluam fore. Adde Bartol. in l. prima ff. rem pup. ſaluam fore. & in l. mutu. circa ſi. ff. de tute. Ange. are. in §. ne tamen. nu. iiii. inſti. de ſatiſda. tut. Pau. de caſtr. expreſsè in conſi. ccel. vbi habes totam materiam. Bart. in conſil. incip. quæritur, an curator. do. Alexan. de imo. in conſil. cxxix. in pri. volu. qui omnia congerit.

Quï petant tutores, vel curatores. *Rubrica.*

1 *Tutores qui & cur petant.*
2 *Tutor vbi petendus.*
3 *Tutores petentium pœna, quique excuſandi an non & 4. 5.*

DE TVTELA teſtamentaria, & legitima dictum eſt: ſequitur videre de datiua: ſed quia dationem tutoris à iudice interponendam præcedit petitio tutoris: primò quidem videamus de iis, qui
1 petunt tutores. † Sciendum eſt igitur, quòd quidam petunt ex neceſſitate, vt omnes qui impuberi poſſunt ſuccedere, etiam mater impuberis. Nam ſi iſti ſponte, non coacti non petierint impuberi tutores idoneos, vel prioribus excuſatis ſiue rejectis tutoribus, non confeſtim aliorum nomina ediderint, ius non habent vendicandorum bonorum impuberis ex teſtamento, puta pupillari ſubſtitutione, vel fideicommiſſaria, vel ab inteſtato: ſi moriatur in pupillari ætate. olim tamen non repellebantur ſi ex teſtamento ven-
2 dicarent: ſecus ſi ab inteſtato. Et confeſtim † eſt petitio tutoris facienda, id eſt, vbi primum potuit quis, hoc eſt, prætoris habuit copiam huic rei ſedentis, niſi fortè
a infirmitate quis impediatur: vel alia magna cauſa[a] quæ etiam mandare impediet eum ad petendos tutores: ita tamen, vt nullo modo annale tempus excedat ad petendos tutores. Si enim mortalitate impuberis quis impediatur, nihil imputabitur ei. Item nec poteſt eis imputari ſi non petierunt tutorem impuberi, quia ipſe egenus erat [vt ff. ad Tertylianum. l. ij. §. quid ſi pater.] Item nec imputatur eis ſi tutorem petitum non accuſauerunt ſuſpectum: imputatur tamen eis ſi petierunt ſcienter tutorem minus habilem. Idoneus enim debet eſſe tutor moribus, & facultatibus. Si tamen ſit idoneus facultatibus tantum, excuſantur qui petierunt. Item oportet eos qui petierunt tutores eos compellere ad agendum. Et quod dixi in tutoribus & curatoribus impuberum, eſt intelligendum
3 vel furioſorum, vel ventris. † Et imponitur prædicta pœna iis, qui proximi ſunt impuberi in ſuccedendo: ſequentes enim, fiſco repulſo, ſuccedunt: vt ff. ad Tertyl. l. ij. §. ſi mater. vſque ad §. tractari. & §. vltimum. & infrà de legiti. hæred. l. ſciant. & j. ad Tertyl. l. matres. & l. omnem. & ff. eodem. l. j. & l. diuus. & l. vlti. j. reſponſo. & §. penulti. & vlti. & j. eodem. l. matres.
4 & l. cum matribus. † Nec excuſatur mater à prædicta pœna, ideo quia non eſt legitima mater, vel ideo quia dicit ſe erraſſe in iure: vt j. eod. l. vlti. & multominus excuſabuntur agnati, vel cognati impuberis. Eſt enim hic error in iure naturali, vel quaſi naturali: & ideo eſt puniendus, vt dicitur in liberto temere vocante patronum in ius: vt ſupra, de in ius voc. l. venia. Item non excuſatur mater, ideo quia pater impuberis prohibuerit eam petere, volens eam adminiſtrare, debet enim vel
5 petere, vel adminiſtrare legitimè tutelam. Item † liberti impuberis ex neceſſitate petunt ei tutores: ipſi enim de hoc accuſati puniuntur, vt emendentur, ſi apparuerit eos vel propter negligentiam, vel propter malitiam, non petiſſe tutores: vt ff. eod. l. ſi minores. Item & ex neceſſitate petunt ſibi curatores adoleſcentes in lite: vt j. eod. l. j. & inſtitu. de cur. §. inuiti. Item & impuberes in omni negotio præterquam in lite: niſi fortè ſit lis agenda cum tutore: vt ff. de tute. l. qui habent. §. ſi pupillus. & §. idem. Item ſunt alij qui petunt ex voluntate, vt cognati, & affines, & familiares parentum & amici eorum, & educatores ipſorum puerorum: vt ff. eod. l. ſi minores.

ANNOTATIO.

a Cauſa. Et an abſens ex iuſta cauſa excuſetur: quia non petiit tutorem, & curator negligens in petendo an, & quando teneatur pupillis: vide Soci. in conſi. cliii. verſi. ij. abſentia. & verſi. iii. quia. cum ver. ſeq.

Vbi petantur tutores, vel curatores. *Rubrica.*

1 *Pupillis extra iuriſdictionem quo modo prouidendum.*
2 *Magiſtratus domiciliarij tutores edent.*

IN † EO loco petendi ſunt tutores, vel curatores minoribus, vnde ipſi ducunt originem, vel ex perſona patris, vel ſi vulgo concepti eſſent ex perſona matris. Item & in eo loco, vbi ſunt eorum facultates. Si ergo alibi ſunt, vel morantur, non dico iure do-
1 micilij reſtituendi ſunt, vel redire debent in † alterum prædictorum locorum: vt magiſtratus eorum locorum his minoribus quàmprimùm legitimos defenſores conſtituant: vt j. eod. l. j. & infrà, de municip. & origi. l. antepenult. & de in-
2 colis. l. ciues. & ff. ad municip. l. j. † Quid ſi iſti minores non
a ibi vnde ducunt[a] originem, vel vbi ſunt eorum facultates, ſed alibi conſtituerint domicilium ſuum: nunquid magiſtratus domicilij ratione dabit eis tutores, ſicut & apud eum de iure poſſent conueniri? quod ſatis dici poteſt. Vel dic quòd licet (quantum ad alia) ſortiantur forum domicilij ratione, non tamen quantum ad tutelæ dationem: vt ff. de tut. & cur. da. ab his. l. pupillo. Sed primum verius eſt: vt probatur de tut. & cu. l. j. §. quod autem.

ANNOTATIO.

a Ducunt originem. Totam iſtam materiam, & aliorum titulorum, vide

vide ordinatè per Specul.in titu.de tu.§.generaliter verſicu.Sa.& in ſum.de cur.§.j.& vide Parto.in l.j.C.hoc eodem titu.Bal.in l.j.verſi.& ideo fuit dubium.C.de iuriſd.om.iudi.Ant.de rol.in ſua arbo.conſangui.do.Alexand.de Imo.in l.j.ff.de iuriſdi.om.iudi. Ange.are.in §.ſed hoc iure.num.vj.inſtitu.de Attilia.tuto.

De tutoribus,& curatoribus illuſtrium, vel clariſsimarum perſonarum. *Rub.*

1 *Illuſtribus qui dentur tutores.*
2 *Actio ſubſidiaria in quibus ceſſet.*
3 *Datiui quando creandi.*

MINORES xxv. annis ſi fuerint illuſtres, vel clariſsimi, Romæ accipiunt tutores, vel curatores per decretum, quadam adhibita ſolennitate.
1 Præfectus † enim vrbi adhibitis x. ſenatoribus, & prætore, tutores vel curatores cuiuſlibet ordinis idoneos faciat repræſentari, vel vnum tantum tutorem, vel plures ſi ſinguli non videantur eſſe ſufficientes: & vni eorum, quem cœtus ille digniſsimum iudicauerit, præfectus vrbi committendam adminiſtrationem pronuntiabit: prætor verò decernet ei, vel dabit adminiſtrationem: vt in authent. vt hi qui obli.res mi.§.vlti.præſtita ſatiſdatione rem pupilli ſaluam fo-
2 re. Nec tenetur † iſte cœtus, vel aliquis eorum ſubſidiaria actione in factum quaſi non idoneum dederit tutorem, vel non idoneam acceperit ſatisfactionem. Veriſimile eſt enim quòd ex deliberatione tam prudentium virorum, iuſta defenſio par-
3 uulis adultiſque perueniat. Et conſtituuntur † iſti datiui tutores, vel curatores ita demum, ſi deficiant teſtamentarij, vel legitimi. Si autem minores illuſtres, vel clariſsimi ſint in prouinciis, magiſtratus eorum, vel curiales in nominandis tutoribus, vel curatoribus, debent exhibere debitam cautionem, & tenentur ſubſidiaria actione in factum, & minoribus eſt obligata eorum ſubſtantia, vt j.eod.l.j.& ij.

Qui dare tutores, vel curatores: & qui dari poſſunt, vel non. *Rubrica.*

1 *Tutores Romæ, & in prouinciis qui dent.*
2 *Tutela quando mandabilis.*
3 *Tutores qui rectè dent.4.& 5.*
6 *Tutorum dationes differre mutuò.*
7 *Tutores qui dandi non ſint.8.9.*
10 *Tutoris dandi modi.*
11 *Adsectioni quid inſit.*

CVM dictum ſit de legitima tutela, & etiam de petitione datiuæ, & de datiua in ſpecie quadam, ſcilicet, de tutela illuſtrium perſonarum: ſequitur, vt generaliter de tutela datiua videamus, id eſt, de tutoribus per iudices conſtituendis. Vnde videndum eſt à nobis qui iudices poſsint dare tutores: & conſequutiuè videbimus, quibus poſsint dari tutores: & poſtea ſequentis rubricæ tenorem dicemus qui iudices non poſſunt dare tuto-
1 res. Item qualiter fiat datio. † Eſt autem ſciendum, quòd Romæ præfectus vrbi, & prætor ſecundum iuriſditionem ſuam dant tutores, in prouinciis autem præſides ex inquiſitione facultatum & morum creant tutores & curatores, ſi magnæ ſunt pupillorum facultates: neque poſſunt præſides alij demandare poteſtatem iſtam: quia pertinet ad merum imperium, & ad iuriſditionem, & ſic miſti imperij cenſetur [a] nec enim eſt imperij tantum, nec iuriſditionis tantum: vt inſtitu. de Attil.tu.§.ſed hoc.& ff.eod.l.nec mandante.& ff.de Tutel. l.muto.§.tutoris. & vt diximus ſuprà, de iuriſdi. omni. iudic.
2 Si † autem pupilli facultates non ſunt magnæ, poteſt præſes prouinciæ hanc poteſtatem dandi tutores committere magiſtratui municipali: vt ff.eod.l.ius dandi. non cuilibet priuatæ perſonæ & ſine commiſsione præſidis defenſor ciuitatis, vel alia publica perſona, id eſt, magiſtratus vna cum præſide eiuſdem ciuitatis tutores, vel curatores poſſunt creare, præſtita ſatiſdationem rem pupilli ſaluá fore à tutore, periculo, ſcilicet eorú qui eam acceperunt: vt inſtit.de Attil.tu.§.penul. Poſſunt enim conueniri ſubſidiaria actione in factum: vt Inſti.de ſatiſd. tu.§.ſciẽdum. Item legatus proconſulis tutorem dare poteſt:
3 vt ff.de offi.Procon.l.vlt.& ff.eo.l.j.Item dat tutores, † vel curatores ille qui præſide defuncto, vel etiam abſente in vicem eius ſubſtituitur, cùm enim merum imperium poſsit demãdari: ſi cõtingat præſidem abeſſe: ergo & hoc multomagis: vt ſ.de offic.eius qui vi.alt.iu.ob.l.ij.& ff.de offi.eius cui man.eſt iur. l.j.Item puto in his omnibus priuatis qui non habent adminiſtrationem publicã, ſed impetrauerũ: à principe priuilegium vt tutores, vel curatores, volẽtibus, & nolẽtibus, poſsint dare. Valet enim tale priuilegium, cum cõtineat honoris conceſſionem, & nullius læſionẽ: vt ſ. de preci.impera.offer.l. reſcri-
4 pta.& j de præpoſitis ſacri cu.l.vltim. † Item decuriones vbi abſunt hi qui tutores dare poſsint, ſcilicet præſides prouinciarum, & magiſtratus municipales: vt diximus: dare debent tutores, dummodo pars maior conueniat: vbi non eſt dubium quin vnum ex ſe dare poſsint: vt ff.eo.l.vbi. Dant autẽ omnes iſti tutores ita, ſi compotes ſint ſuæ mẽtis: licet enim furioſus, vel demens, retineat dignitatem: non tamen exequitur onera
5 dignitatis: vt ff.eo.l.nec mandante.§.ſi prætor. † Poteſt autem quis dare tutorẽ, vel curatorẽ, ei qui eſt de iuriſditione ſua: vt diximus ſuprà, vbi petãtur tutores. & dicitur ff.eo.l.j.§.quod autem.& j.eo.l.neque. Item dare poteſt aliquis tutorem præſenti, & abſenti. Item ignoranti & inuito. vt ff.eod.l.illud. & l.necnon. Item dat aliquis tutorem ei, qui eſt impubes. Sed ſi detur tutor puberi, ipſo iure datio non tenet: vt ff.eod.l. Sciæ.
6 Item † poteſt quis dare tutorem ei qui non habet tutorem:
a nam habenti tutorem ſi tutor detur ipſo iure nulla eſt [a] datio: nam etſi quoquo modo in petitione tutoris erratum fuerit in facti cauſa, non valet datio: vt ff.eod.l.tutor.& j.eod.l.ſi tutoris.niſi in caſibus, vt dicemus j.ex quibus cauſis tuto.hab. Curatorem autem quis poteſt dare etiam pupillis: & ex quacunque cauſa detur, debet perſeuerare in diẽ pubertatis in eadem cura. Ergo poſt pubertatem ſibi alium curatorem debebit petere adultus: vt ff.eod.l.curatorem. Secus puto, ſi curator detur ad cauſam: tunc enim, ea finita, curator deſinit eſſe: vt In-
6 ſtitu. de autho.tut.§.vlti. † Aliud enim eſt dari curatorem ſimpliciter ex aliqua cauſa, id eſt, propter aliquam cauſam incidentem. Aliud dari ipſum ad certam cauſam: vt j.eod.l.in vniuerſis. & valet datio iſta curatoris in perſona impuberis, ita ſi non habet tutorem. Sed ſi habeat curatorem, non eſt impedimento regula iuris, quo minus detur alius curator: vt ff. eo.l.curator pupillo.& l.curatorem habenti. cauſa tamen cognita: vt j.eo.l.curatorem. Item dantur curatores adoleſcentibus, & ab eis à quibus dantur tutores: vt Inſtitu. de cura. in prin. Item dantur furioſis, & dementibus: vt plenè dicemus j. de cura.fur. Liberis tantum perſonis dantur tam curatores, quàm tutores; niſi in caſibus: putà cùm dubitatur de ſtatu minoris, vel cùm certum eſt ei libertatem præſtandam: vt j.eo.l. j.& ff.eod.l.ſi impuberi.& l.ei, qui.& vt diximus ſ.de teſt.tutel. Item dari poſſunt omni die: vt ff.eo.l.nec mandante.§. dari.etiam feriata: vt ff.de ferus.l.ij. De his quibus tutores dari
7 non poſſunt ſatis diximus ſ.de teſtamen.tut. † Nam quilibet impeditur eſſe tutor teſtamentarius, præter clericos, & præter matrem impuberis: vt j.dicam.& diximus ſ.de teſt.tu. nec poteſt eſſe datiuus tutor vel curator: ſed non è contrario. Ecce enim ſeruo à iudice non poſſunt dari tutores, vel curatores, vt j.eo.l.in ſeruili. ſed tamen dari poſſunt in teſtamento tuto. vt
8 inſti.qui dari tuto.poſ.§.j. † Item non poteſt à iudice dari tutor. vel curator, qui non eſt de iuriſditione eius: niſi quando iudex non habet in ciuitate ſua idoneum: tũc enim poteſt inquirere honeſtiſsimum quemque ex vicinis ciuitatibus, & eum dare poterit, ſi iſte qui inquirit ſit præſes prouinciæ: ſi autẽ ſit magiſtratus municipalis, vel defenſor ciuitatis, debet nomen inueſtigatorum tutorum, vel curatorum, mittere præſidi ſuæ prouinciæ, non autem debet ſibi vendicare arbitrium dandi tutores: vt ff.eo.l.ius dandi.in fine.& l.diuus Marcus & de tutelis.l.etiam non. In teſtamento autem quemlibet tutorem quis dare poteſt, etiam prætorem, vel conſulem: vt ff.de teſta.tut.l.
b tutor incertus.§.quemlibet. Item mater [b] nec olim, nec hodie,

poterat dari tutrix in teſtamento, à iudice tamen poteſt dari:
vt dicemus j.titu.proximo. Item creditor, vel debitor minoris,
eius tutor, vel curator à iudice conſtitui non poteſt: vt in auth.
vt hi qui oblig. res mino. §.1.colla.vj. [ſed in teſtamento puto
contrarium: quia eius fides eſt approbata à teſtatore: & ideo
ſuſpicio fraudis eſt amota: vt ſ. de epiſco. audien. l. de creatio-
9 nibus. & inſtitu. de ſatiſda.tuto.§.j.] † Miles autem in armata
militia ex teſtamento, vel ab inteſtato, vel per iudicem, tutor,
c vel curator eſſe non poteſt[c]: vt j.eo.l.militiæ. Item nec mari-
tus vxoris ſuæ poteſt eſſe curator: vt j.eo.l.ij. Item nullus cæ-
cus. Item nec patrimonialis colonus: vt j.eo.l.iij. & vlti. Item
nullus monachus. & nullus epiſcopus. Clerici autem iure co-
gnationis ſubire poſſunt tutelam: vt diximus ſ. de epiſcop. &
10 cleri. Fit datio † tutoris, vel curatoris, à iudice purè, vel ſim-
pliciter: non in diem, vel ſub conditione. Eſt enim hic actus le-
gitimus talis: vt non recipiat diem, vel cõditionem expreſſam:
vt ff. de regulis iur. l. actus. Si ergo expreſsim apponatur dies,
vel conditio, ipſo iure nulla eſt tutoris datio, licet aliâs data
ſententia ſub conditione teneat: vt ff. quando appella. l.j. §. bi-
11 duum. † Hanc autem adiectionẽ quam præſides faciunt tuto-
rem dando, ſi ſatiſdederit, non videtur in ſe conditionem habere,
ſed admonitionẽ: non aliter ei tutelam cõmitti, quàm ſi ſatiſ-
derit hoc eſt, non aliter ei gerere permittendum, quàm ſi rem
pupilli ſaluam fore cauerit: vt ff. de tutelis. l. muto. §.j. Tacitè
autem ineſt dies: vt ſi pendente conditione teſtamentarij tu-
toris, vel nondum adueniente die, iudex impuberi det tutorem
qui durabit in tutela vſquequo veniat dies teſtamentariæ tu-
telæ, & tunc deſinet eſſe tutor: vt ff. de teſta. tutel. l. ſi quis ſub.
Idémque & ſi detur tutor in locum excuſati ad tempus vel in
locum capti ab hoſtibus: vt inſtitu. de excuſa. tutorum. §. item
qui reipublicæ. & Inſtit. de Attil. tut. §. ab hoſtibus.

ANNOTATIONES.

a Nulla. Vide Socin. in conſi. cxciij. verſic. circa ſecund. & tutor an, &
quando detur habenti tutorem vide pulchrè per Socin. in conſi. xx. ver.
veram licet. ibi, & ex qua Oliuerius
b Mater. Vide dom. Fran. cur. in conſi. xlvj. incipi. ſuper controuerſia.
c Non poteſt. Adde Bar. & Doct. in l. militiæ. ſupra qui da. tut. poſ. & in
l. propter. §. ſi in caſtris. eod. titul. & in l. ſed mulier. circa princip. ff. de
excu. tut. Ange. Are. in §. actionum autem. num. lv. inſtit. de act.

Quando mulier tutelæ officio fungi poteſt. *Rubrica.*

1 *Tutelam reſcripto obtinet mater.*
2 *Mater in tutela potior fallit.*
3 *Matris tutricis danda forma.*

REGVLARITER fœmina non poteſt eſſe tu-
trix: quia hoc officium virile eſt: vt j. eod. l.j. & ff.
de reg. iur. l. ij. niſi à principe impetrauerit filiorum
tutelam: vt ff. de tutelis. l. vlti. Per Codicem tamen
impetrare poteſt à iudice tutelam legitimorũ filiorum, & na-
turalium tantùm, ſi mater fuerit maior, & impuberi non ſit tu-
tor teſtamentarius, vel legitimus: vel etiam ſit, ſed excuſetur,
vel vt ſuſpectus remoueatur. Item oportet mulierem renun-
tiare Senatuſconſulti Velleiani præſidio, omníque alio legi-
timo auxilio, & ſuam ſubſtantiam filiis ſupponere: vt j. eod.
1 l. vlti. & penulti. † Hodie[a] autem præfertur omnibus tutori-
a bus legitimis, & datiuis: ſed non teſtamentariis: & permitti-
tur matri & auiæ ſubire tutelam ſecundum ordinem, vt primò
mater, poſtea auia admittatur. Nec habet neceſſe iurare quòd
2 non conuolabit ad nuptias ſecundas: ſed debet † renuntiare
nuptiis ſecundis ſimplici verbo, & auxilio Senatuſconſulti
Velleiani, & omni alio auxilio: vt ſi fortè quandoque occa-
ſione tutelæ pro pupillo ſe obligauerit, non iuuetur: alioquin
non contraherent homines cum ea, quod impuberi noceret.
Et ex renuntiatione facta iudici, vel executoribus, habent
poſtea contrahentes exceptionem: nam & aliâs datur actio ex
contractu publicæ perſonæ: vt ff. rem pupilli ſaluam fore. l. ij.
& iij. & iiij. & ſuprà de his conteſt. authen. libellum. & de
epiſcop. & cleri. authen. generaliter. Nec repellitur mater, vel
auia, à tutela: licet ſit debitrix, vel creditrix filiorum: & manet
3 debitum in ſua natura. Si tamen conuolauerit ad[a] ſecundum
matrimonium, expellitur à tutela, ſalua minoribus omni tutoris
cautela: vt in auth. vt ſine prohibitione mat. debitrices. colla.
vij. & de hæred. quæ ab inteſt. §. ex his. Nam & res mariti ſui,
& ſuæ tacitè ſunt obligatæ impuberi: vt infrà eodem l. ij. & in
authen. de nupt. §. ſi autem tutelam. Item in principio tutelæ
maternæ, vel auiæ, fieri debet inuentarium, vel deſcriptio
rerum impuberis. Item debet dare fideiuſſorem qui promittat
rem pupilli ſaluam fore. vt in prædicta authen. vt ſine prohi-
bitione matres. §. vlti.

ANNOTATIO.

a Hodie. Vide Bart. conſi. cxl. in iiij. dubio. & vide in materia Barba. in
conſi. xj. in iij. vol. & Curtium in d. conſi. xlvj.

In quibus cauſis tutorem habenti, tutor, vel curator dari poteſt. *Rubrica.*

1 *Tutorem habẽti quibus ex cauſis dandus tutor. 2. 3. 4. & cur. 6.*
5 *Tutorum varia appellatio.*
7 *Adiutor quis.*

TVTOR non poteſt dari habenti tutorem, ſecun-
dum regulam vt diximus ſuprà titu. qui dare tut.
1 quandoque tamen fallit regula. Ecce † enim, ſi tu-
tor ad hoſtes transfugit, vel etiam miſſus eſt ad
eos quaſi legatus: vel etiam hoſtes receperunt eum tanquam
legatum, cùm non eſſet ab aliquo miſſus, tutor quidem ma-
net: quia ſeruus non eſt effectus: licet deſierit eſſe ciuis cùm ad
hoſtes transfugit: ſed interim à præſidibus alius tutor dabi-
tur: vt ff. de tutor. l. ſi quis tutor & ff. de captiuis & poſtli. re. l.
2 poſtliminium. §. transfugæ. † Item ſi tutor ſit abſens reipu-
blicæ cauſa, in locum eius iudex poteſt dare alios tutores: vt
ff. de tutel. l. quæſitum. & de ſuſpectis tutoribus. l. iij. §. ſi quis
abfuturus. Item in locum muti, & ſurdi, & furioſi tutoris, alij
tutores dantur: vt ff. de tuto. l. penulti. Primus enim, etſi verè
ſit tutor, tamen quia inutilis eſt reputatur pro nullo. Item ſi
pupilli patrimonium ſit in diuerſis prouinciis, & habeat pu-
pillus vnum tutorem, poterit iudex dare alium tutorem pro
rebus alterius prouinciæ, in qua non habet hic primus tutor
domicilium: vt ff. de excuſa. tut. l. propter. §. licet. Item mater
quæ ſuſcepit tutelam filiorum ſi velit conuolare ad matrimo-
3 nium ſecundum, antequam conuolet, debet eis † petere alium
tutorem, cui reddat rationem. & quod debet ex tutela: vt in
authen. de nupt. §. ſi autem tutelam. & ita datur tutor haben-
tibus tutorem: ſed eſt ideo, quia ipſa vult abire à tutela. Item
in locum ſuſpecti, conuicti, & remoti tutoris, vel excuſati ad
tempus, vt dictum eſt: vel relegati ad tempus, alius tutor dare
poteſt: vt infrà eodem. l. penultim. mero enim iure qui eſt re-
motus ſuſpectus, remanet tutor. Idem multomagis ſi excuſa-
tus eſt ad tempus. Si autem deceſſerit, vel damnatus eſt in me-
tallum quia ſit ſeruus pœnæ, ſi erat libertus, vel ſi fiat ſeruus
hominis: quia patitur ſe vænudari ad pretium participan-
dum: ipſo iure finitur tutela: vt ff. de teſtamen. tutel. l. ſi quis ſub
conditione. Quid ſi deceſſerit ciuiliter patiendo pœnam de-
portationis, quæ non facit eum ſeruum, ſed adimit ei ciuita-
tem? vt inſtitu. de cap. dimi. poteſt dici eum durare tutorem:
quia ſeruus non eſt effectus, ſicut in transfuga dixi: vt ff. de tu-
4 to. l. ſi quis tutor. Et in hoc caſu † poteſt intelligi quod dicitur
infrà eodem. l. penultim. dari tutorem habenti tutorem defun-
ctum, id eſt, in locum defuncti tutoris. Vbicunque autem dixi
dari tutorem habenti tutorem, vt ibidem iudex poſſet dare
curatorem ſi viderit eſſe faciendum: vt infrà eod. l. j. & ij. qui
minoris erit authoritatis, quàm tutor. Nec enim poteſt iubere
impuberem adire hæreditatem: vt ff. de appel. l. cùm in vna. §.
tutor. Durabit tamen officium eius vſque ad pubertatem: vt
diximus ſuprà, qui dare tuto. Quidam tamen dicunt (vt Pla.)
nunquam poſſe dari tutorem habenti tutorem: & correctiuè
5 dicunt eſſe poſitum quod † eſt in rubrica, vel curator. & ſi ali-
cubi reperitur dari tutorem, impropriè poſitum dicunt, vt po-

natur

natur tutor procuratore. Sed nec curator propiiſsimè dici-
tur: quia ille ſolet dari puberi tantùm: propiiſsimè autem ap-
pellabitur adiutor: vt ff. de tutel. l. ſolet. Sed certè iſti Deo vi-
dentur, & literæ, & rationi vim facere, ſiquidem nihil prohi-
bet impuberi nedum tutorem, ſed etiam curatorem dari poſ-
6 ſe: vt diximus ſuprà, qui da. tut. poſ. Item & † eſt ratio quare
poſsit dari tutor habenti tutorem. primus enim, quia pleniſ-
ſimè cœpit habere poteſtatem in impuberem, non recepit ex
poſtfacto conſocium in eadem plenitudine poteſtatis, licet in
principio plures potuerint inſolidum dari tutores. Curator
autem, non vetatur dari ex poſtfacto: quia non habet illam
plenitudinem poteſtatis: vt dixi: nec dicat aliquis prædictum
7 curatorem eſſe adiutorem. † Adiutor enim eſt ille quem tu-
tor impeditus per ſe gerere conſtituit ſuo periculo, authori-
tate iudiciali ei conſentienti, & approbanti factum. & iſte
appellatur actor: vt in prædicta l. ſolet. & inſtit. de cura. §. vlti.
& ſ. de procu. l. neque. & j. de appel. l. ſi actor. & vt dicemos j.
de actore à tuto. vel cura. ordinando. Curator autem nun-
quam conſtituitur periculo tutoris, ſed iudex ſuo decreto
conſtituit.

De adminiſtratione tutorum, vel curatorum: & de pecunia pupillari fœneranda, vel deponenda. *Rubrica.*

1 *Tutor qui gerere cogendus.*
2 *Tutor geſturus repertorium faciat.*
3 *Inuentarij forma. & 4.*
5 *Tutor iuret.*
6 *Satiſdet tutor.*
7 *Tutor quando gerere debeat.*
8 *Tutor remotus infamis.*
9 *Tutorem quis gerat. & 10. & 27.*
11 *Geſtionis forma. & 12.13.14.15.16.18.25.*
17 *Pupillus ſtipuletur mutuum.*
19 *Tutor vt reliqui ſoluat.*
20 *Tutor de amiſſo tenetur.*
21 *Tutor cui ſoluat.*
22 *Tutori quæ reputanda.*
23 *Tutor quos alat.*
24 *Alienare quando, & quæ minori liceat.*
26 *Tutoris & curatoris diſcrimen.*
28 *Curatoris bonorum officium.*

QVALITER creentur tutores, vel curatores
dictum eſt ſuprà: ſed quia parum eſſet tutorem
creari, niſi & creatus adminiſtret: ideo ponit de
adminiſtratione tutorum, vel curatorum, & pecu-
nia pupillari fœneranda, vel deponenda. Videndum ergo per
quem quis cogatur adminiſtrare: & qualiter, & quando de-
1 beat adminiſtrare. † Cogitur autem quis adminiſtrare per
præſidem pignoribus captis, ſicut & cogitur quis ad quod-
libet munus publicum authoritate, & vtilitate: vt j. de iu ſpe-
ctis tutor. l. iiij. & Inſtitu. de ſatiſdatio. tuto. §. penulti. & ff. de
mune. & bono. l. ſi quis. & in authē. de defen. ciuita. §. interim.
2 † Debet autē quis tutor, vel curator adminiſtrare, facto prius
a à ſe publicè inuentario[a], & ſecūdum ſolitum morem facta ſibi
prius traditione rerum: niſi teſtatores qui ſubſtantiam tranſ-
b mittunt ſpecialiter inuentarium cōſcribi vetuerint[b]: vt j. arbi.
tut. l. vltima. §. vlt. Et fortè fiet hoc inuentarium intra tēpora
deſignata hæredi pro inuentario hæreditatis, propter metum
creditorum, & legatariorū, ſcilicet intra tres mēſes, ſi res ſunt
præſentes: vel intra annū, ſi res ſunt abſentes: vt j. de iure deli.
l. vlti. §. ſin autem dubius. vel fortè, quia nimiū videretur pro-
tendi tēpus, die faciendum inuentarium intra quatuor mēſes:
argu. ſuprà de epiſcop. & clericis. authen. presbyteros. diaco-
nos, & ſubdiaconos iure cognationis. Vel (quod eſt verius)
fiet hoc inuentarium mox cùm ordinatus fuerit tutor: vt j. eo.
l. tutores. & cùm ibi non diſtinguatur tempus, intelligendum
erit de quodam ſpatio temporis, neque minimo, neque maxi-
mo quod magis intellectu percipi poteſt, quàm locutione ex-
primi: vt ff. de ſolutio. l. ratum. id eſt, quàm primùm potuit: vt
3 ff. ad Tertyl. l. ij. §. confeſtim. † Et erit inuentarium facien-
dum ſub præſentia publicarum perſonarum: vt in prædicta l.
tutores. id eſt, tabulariorum: vt ſuprà, de epiſco. & clericis. l.
orphanotrophos. vel (vt puto) ſufficit hic vnus tabellio: &
neceſſarius & iudex communis, quia cùm dicat lex ex inuen-
tario poſſe conueniri debitores: ergo patet quòd apud iudi-
cem facta fuit inſinuatio inſtrumentorum: alioquin exemplo
eorum non poſſent conueniri: vt ff. eodem. l. chirographis.
Item eſt alia ratio: quia lex dicit de certo ei concedi curam,
& acta inde fieri, & res ei præberi, & iuſiurandum præſtari
ab eo: vt infrà, de curatore furio. l. vlti. §. ſed cùm. & infrà ar-
bitr. tutor. l. vltim. & in auth. vt hi, qui oblig. res mi. l. vlti. Item
4 † & fieri poteſt inuentarium vno die, & ſi quid poſtea mi-
nori obueniat, adiicietur inuentario, & ſcribetur dies: vt in-
frà, de cura. furio. l. vltim. §. tali. Et in hac inſinuatione facien-
da contineri debet ſeries tota priorum inſtrumentorum: licet
ſit ſecus cùm plures creditores mittuntur in poſſeſsionem re-
rum debitoris, & vni traduntur inſtrumenta rerum debitoris.
Cæteri enim nomine inſtrumentorum debent facere quaſi
quoddam inuentarium: non vt deſcribant ipſa corpora in-
ſtrumentorum: ſed quot ſint, & de qua re ſint, ſubnotent: vt ff.
5 de bono. autho. iudi. poſſeſ. l. vltim. Item † debet adminiſtrare
tutor, vel curator, præſtito ſacramento de rebus minoris vti-
liter agendis: & fit ſacramentum tunc, cum celebratur decre-
tum, quo tradit ei curam: vt in auth. vt hi qui oblig. res mino.
§. vltim. Non ergo debet prætermittere quæ putauerit vtilia
c [c]minori, neque admittere quæ non vtilia æſtimauerit: vt ſ. de
6 epiſco. audien. l. de creationibus. † Item debet tunc ſatiſdare
pupillo, vel alij eius nomine rem pupilli ſaluam fore: niſi ſit
tutor teſtamentarius, vel fortè cum inquiſitione datus. Alio-
quin nihil ex bonis minoris alienare, vel adminiſtrare poteſt:
vt j. de tu. & cura. qui non ſatiſde. l. j. & iij. & vlti. Aduerſarius
autem minorum, contra quos agunt, vel à quibus conueniun-
tur, non debent ſatiſdare ratam rem minorem habiturum, vel
iudicatum ſolui: vt j. eod. l. tutores debita. & l. vlti. §. defenſio-
nem. niſi dubitetur an iſte ſit tutor, vel an duret tutor, vel an
7 geſtus ſit illi commiſſus: vt ff. eo. l. vulgo. † Item debet gerere
tutor, vel curator, quando nouit ſe datum. Hoc tamen diſtin-
gue, vtrum datio tutoris ſit ipſo iure nulla: & tunc non impu-
tatur ei ſi non gerat: vt ſuprà, qui dare tu. l. militiæ. & l. neque.
An teneat: & tunc ſiquidē tutor ignorat ſe datum (quod ſem-
per præſumitur niſi pupillus probet de ſcientia tutoris) idem
eſt: ſi verò ſe datum ſciat, & nullam ſibi competere excuſatio-
nem ſciat, ſtatim tenetur: vt ff. eo. l. quidam. §. ex quo. & l. tuto-
res, qui poſt. §. tutor. & j. eo. l. & ſi ſciſſet. & l. tutor licet. & de
excuſa. tu. l. qui teſtamēto. & ſi tutor appellet. l. ij. & de excuſa.
tu. l. quanquam. Si verò ſciat ſe datum, & ſciat aliquam ſibi
competere excuſationem, & non proſequatur eam, tenetur ex
quo iuſſus eſt agere gerere, id eſt (vt puto) ex quo elapſa ſunt
tempora excuſationum. & probatur præcedens caſus. ff. de
excuſa. tut. l. ſi is, qui tres. §. illa. Si verò credat aliquā ſibi com-
petere, nec competat: & non proponat eam, tenetur ſtatim ex
quo datus eſt. Si verò proponat eam, & proſequatur, ſiquidem
vincat, nunquam ſpectat periculum ad ipſum: ſi ſuccumbat,
8 tenetur ex quo iuſſus eſt: vt ff. eo. l. qui iuſſus. † Quid ſi inuen-
tarium factum non eſt, remouetur tutor vt ſuſpectus, vel vin-
culis detinetur, & pœnis legitimis coercetur, & infamatur: vt
infrà, arbitr. tutel. l. vltim. §. vltim. & ff. de ſuſpectis. tut. l. iij. §.
tutores. & tenetur pupillo in id, quod intereſt. quod etiam iu-
reiurando in litem æſtimabitur. Hoc verum, niſi aliqua neceſ-
ſaria, & iuſtiſsima cauſa poſsit allegari cur id factum non ſit.
Præſumitur enim dolo prætermiſſum. Nihil itaque geret tu-
tor ante inuentarium, niſi id quod dilationem nec modicam
poſsit expectare: vt ff. eo. l. tutor, qui repertorium. Vbi verò tu-
tor non ſatiſdederit, quid obtineat, ſuprà dictū eſt. Et hoc qui-
9 dem ſi vnus ſolus fuerit tutor. † Si autem fuerint plures quis
geret: & ſiquidem pater deſtinauerit in teſtamento quis tutor
gerat tutelam, ille debet gerere, & hoc prætor debet confir-
mare. Cæteri igitur tutores non adminiſtrabunt, ſed erunt ij
quos vulgò honorarios appellamus. Nec p[...]tet quis ad eos

periculum non redundare. Conſtat enim eos quoque excuſsis
prius facultatibus eius qui geſsit, conueniri oportere: dati
enim ſunt quaſi obſeruatores actus eius, & cuſtodes & impu-
tabitur eis quandoque cur non fecerint eum ſuſpectum, ſi
male videbant eum conuerſari, & cur non exegerint ab eo
ratinnem aſsiduè: & cur ſolicitè non curauerint qualiter ver-
ſetur ille: & ſi pecunia ſit quæ poſsit deponi, curare debent vt
deponatur ad prędiorum comparationem. Aliquando tamen
10 † prætor diſcedit à commiſsione adminiſtrationis quam fe-
cit teſtator. Quid enim ſi commiſerit teſtator adminiſtratio-
nem minori vigintiquinque ann. vel ei, qui tunc bonæ vitæ,
vel frugi videbatur? deinde cœpit malè conuerſari ignorante
teſtatore? vel quid ſi commiſerit ei, qui tunc erat diues facul-
tatibus, & eis poſtea eſt exutus? Si autem teſtator non elege-
rit per quem geratur tutela, aut electus ab eo non gerat tute-
lam, ille debet gerere tutelam cui maior pars tutorum decre-
uerit. Prætor ergo conuocabit tutores, aut ſi non coibunt,
aut coacti non decernunt, aut etiam diſſentiant, aut non in-
ueniatur maior pars conſentiens in vnum, ipſe prætor ſtatuat
quis tutelam gerat. Fuit enim curæ prętoris, ne per plures tu-
telæ adminiſtrarentur. Planè ſi non cōſentiant tutores præ-
tori, ſed velint omnes gerere: quia fidem non habeant, nec
velint ſuccedanei eſſe alieni periculi, permittet eis prętor om-
nibus gerere, vel ſimul, vel etiam vt diuidatur inter eos tute-
la, & diſtribuatur inter eos adminiſtratio: vel in partes, vel in
regiones: & ſi ita fuerit diuiſa, vnuſquiſque exceptione ſub-
mouebitur pro ea parte, vel regione quam non adminiſtrat.
Et quod dicii in tutoribus, etiam in curatoribus erit ſeruan-
dum: vt ff. eod. l. ſi plures. §. j. vſque in fin. legis. & l. vel in par-
11 tes. & Inſtitu. de ſatiſd. tutor. † Debet gerere tutor vt in pri-
mis inſtruat pupillum bonis moribus: vt ff. eod. l. cùm plures.
§. cùm tutor. Item & corpus, & ſalutem corporis ſui debet
tueri, vt ff. de cura. furioſi. l. conſilio. j. reſponſo. Item debet
defendere impuberem ſi ab alio conuenitur: vt ff. eod. l. tuto-
ris præcipuum. Alioquin remoueretur tutor vt ſuſpectus: vt
j. eod. l. vlti. j. reſponſo. & ſuprà, de procuratorib. l. cum. Item
debet pro minore promittere, & pro eo ſoluere, & iudicium
12 contra alium intendere. Nam † ſi debitorem minoris non
conueniat, & deſinat eſſe interim ſoluendo, tenetur tutor ad
ſortem & ad vſuram: vt ff. eod. l. ſi tutor conſtitutus. & j. eod.
l. debitoribus. Secus ſi caſu fortuito deſierit eſſe ſoluendo: vt
ff. eod. l. ſi res pupillaris. hoc enim quiuis idoneus paterfami-
lias in rebus ſuis faceret. Eandem ergo diligentiam ſeruabis
in rebus pupilli: vt ff. eod. l. generaliter. & l. à tutoribus. In iu-
dicio tamen quod agitur nomine impuberis, ſatis eſt, ſiue ipſe
tutor ſubeat iudicium, ſiue pupillus, tutore authore: ita ta-
13 men ſi pupillus ſit præſens, & maior ſeptem annis. † Idémque
& in curatoribus dico quantum ad adultos. Si autem pupil-
lus fuerit minor ſeptem annis, vel abſens, tutores debent ſub-
ire iudicium per ſe nomine pupillorum, & curator nomine
adulti abſentis: vt ff. eod. l. prim. §. ſufficit. Item eſt tutoris of-
ficium alimenta pupillo dare: vt ff. de ſuſpectis tuto. l. iij. §. tu-
14 tor. † Item debet patrimonium pupilli tueri, & gubernare:
vt ff. de cura. fur. l. conſilio. j. reſponſo. & reficere: & tūc ipſum
opus teſtificabitur quantitatem expenſæ: vt j. eod. l. lex. quæ
15 tutores. §. ſed & ſi parens. † Item debet pecuniam pupillarem
deponere, ſi tanti ſumma corradi, id eſt, colligi poſsit, vt ager
poſsit comparari. Si autem non eſt tanta ſumma, ceſſabit de-
poſitio pecuniæ: niſi tutores videantur eſſe ſuſpecti. Et vtrum
ſit tanta ſumma, vel non, præfiniri generaliter per legem non
poteſt: ſed iudex officio ſuo, cauſa cognita, per ſingulos hoc
facilius examinabit: vt ff. eo. l. ita autem. Si autem poſt depo-
ſitionem pecuniæ neglexerint comparare prædia, incipiet in
vſuris poſſe conueniri, quanquam eos à prætore cogi opor-
tet ad comparandum: tamen ſi ceſſent vſuræ, plectendi ſuæ
tarditatis gratia: niſi per eos factum non eſt, quominus com-
pararent: vt ff. eod. l. tutor, qui repertorium. §. ſi poſt depoſi-
tionem. Item puniuntur arbitrio præſidis: vt j. eod. l. niſi. &
16 ff. eod. l. ob fœnus. Item † debet fœnerare pecuniam pupil-
larem idoneis hominib. quod ſi non faciat, cùm poſsit noui-
ter creatus, tenetur tutor ad vſuras poſt ſex menſes: vt ff. eod.
l. ſi tutor conſtitutus. Non nouiter creatus tenetur ad vſuras

poſt duos menſes. quod ſpatium, ſeu laxamentum, non tribui-
tur his, qui nummos impuberum, vel adoleſcentium, in vſus
ſuos clam conuerterunt: hi enim ſtatim tenentur ad vſuras
centeſimam. Si autem conuerterunt palam, tenentur ad pu-
pillarem: vt ff. eod. l. tutor, qui repertorium. §. vſuræ. & l. non
exiſtimo. Præſumitur autem tutorem potuiſſe pecuniam fœ-
neraſſe, ſi arguatur eo tempore ſuam pecuniam bene collo-
caſſe: vt ſ. eod. l. tutor ſerui. §. j. Si verò fœnerare non potuit,
17 non tenetur: vt ff. eo. l. cùm plures. §. vlt. † Stipulationē autem
d mutui debet celebrare pupillus in perſona ſua [d], ſi fari poteſt,
vel ſeruus eius: alioquin ſtipulabitur tutor, vel qui eſt in po-
teſtate ſua: vt ff. eod. l. quoties. j. reſpon. Iure autem authenti-
corum cautum eſt pecuniam pupillarem à curatore non eſſe
fœnerandam, quod ſi fecerit, mutui ſubiacebit periculo: niſi mo-
bilis ſit eius ſubſtantia, cuius adminiſtratur cura: tunc enim
curator illud ſolum mutuare cogatur, quod ad diſpenſatio-
nem ſufficiat adoleſcenti, eiúſque rebus: quod verò plus eſt,
cautè recondatur. Si verò tantùm ſit minoris aurū, cuius vſu-
ræ vix ſufficiant eum paſcere, & eos, qui eius familiæ ſunt, &
vix ſufficiant ei præbere aliam vitæ diſpenſationem, tunc ne-
ceſsitatis ratio nos etiam vocat ad hoc, vt curatores reſpi-
cientes ad eum ita faciant gubernationem, tanquam in re-
bus ſuis: vt liquet ex iureiurando quod præſtant curatores,
cùm creantur: vt in auth. vt hi qui obl. perhib. res mi. §. vlti.
e Hodie [e] autem, & olim iure diuino magis authentico cautum
eſt veteri, & nouo teſtamento, nullius pecuniam fœnerādam:
18 vt plenè dicii ſ. de vſur. §. vlti. † Item exigere debet tutor ne-
dum nomina debitorum, ſed etiam ſumpſius. vnde ſi tempora-
li actione obligatus erat pupillo, tenebitur iudicio tutelæ
quod perpetuum eſt, ſi à ſe non exegerit: & ipſe liberatus eſt.
Et generaliter, quod aduerſus alios præſtare debuit pupillo
ſuo, id aduerſus ſe quoque debet præſtare: fortaſsis & plus.
Aduerſus alios enim experiri ſine actione non potuit, aduer-
ſus ſe potuit, & quando tutor impuberi debebat directò. Si
autem tutor debebat alij extraneo, & pater impuberis inter-
ceſſerat pro eo, vnde iſti impuberi tenetur mandati, imputa-
tur tunc tutori ſi à ſe non exigat, durante tutela, ita demum ſi
cœperit labi facultatibus. Et eſt magnus effectus pupillo, ſi
conuertatur actio mandati in actionem tutelę: quia actio tu-
telæ priuilegiata eſt inter perſonales actiones, & continet hy-
pothecam: & pro debito tutelę tenentur fideiuſſores rem pu-
pilli ſaluam fore, quæ omnia deficiunt in actione mandati: vt
19 ff. eod. l. quoties. §. ſi pater. & §. ſi temporali. † Sicut ſoluere
debet tutor quod debet pupillo, & ita exigere poteſt à pupil-
lo quod ſibi debetur: ſi creditor fuit patris pupilli: nam ſibi
ſoluere poteſt, ſi modò ſuit pecunia vnde ſoluat, & ſi vſuræ
fuerunt grauiores quæ ei debebantur, releuabitur eis pupil-
lus: quia tutor ſe potuit liberare, ſicut alijs quoque ſoluere &
potuit, & debuit. Hinc eſt quod ſi minoris prædium amittatur:
20 † quia tutor non ſoluit vectigal prædio emphyteuticario im-
poſitum, tenetur ad intereſſe: vt j eodem. l. ſi tutoris. nec habet
neceſſe ſoluere vtrique, id eſt, ita demum ſi conueniatur per
iudices. Idcirco, ſi mala cauſa pupillaris eſt, debet ſibi, id eſt,
iudici denuntiare verum: nam ſi ſuperuacuam inſtituerit li-
tem cùm conueniretur à creditore, non debet imputare ho-
noraria aduocatorum pupillo: nec enim prohibentur tutores
bonam fidem agnoſcere. Bonam autem cauſam tutor proſe-
qui debet, & appellare ſi ſuccumbat, & proſequi cauſam ap-
21 pellationis: alioquin minori tenetur ad damnum. † Et ordum
poteſt tutor ſoluere pupillo quod debet, verùm etiam credi-
tam ſibi pecuniam ſcribere poteſt, & ita ſe obligabit pupillo,
ſe authore, pro mutua pecunia: vt ff. eod. l. quoties. §. ſicut. &
§. non tantùm. & j. eod. l. non ignotum. & l. ſi bona. Pupillum
tamen, ſe authore ſibi obligare non poteſt, vel emendo, vel
vendendo, vel mutuando: niſi fortè faciat palam & bona fide:
præſumitur enim mala fides tutoris, ex eo quod contrahit: vt
ff. de auto. tu. l. v. §. pupillus. Amplius & minoris res non de-
bet alienare, & quidem donare etiam eas cum decreto non po-
teſt: vt j. ſi ma. fac. alie. ra. ha. l. vltim. §. cùm autem. & ſi aliena-
uerit, reuocat alienationem: vt j. eod. l. non omni. & j. eodem. l.
tutor ad vtilitatem. niſi reſtituendo pretium emptori, vel
quod ad ſe peruenit & ſumptus neceſſarios, & vtiles: ſed vo-
luptarij

luptarij auferuntur ſine rei læſione prioris ſtatus: vt ff. de mi-
no.l.patri.pro filio.§.j.& l.intra vtile.§.j.& ff.eo.l.ſine. §. in-
terpoſito. Diſtingui tamen poteſt, an emptor ſit malæfidei: vt
quia emit ſine decreto, & contra legem, an non: vt aliâs dixi-
22 mus circa ſumptus & poſſeſsiones: vt ſ. de rei vend. † Fit ergo
reuocatio ab omnibus: niſi à magiſtris & præceptoribus qui-
bus mercedes non quas minimas poterit, ſed pro facultate pa
trimonij, & pro dignitate nataliũ conſtituet: vt ff. eod. l. cùm
23 plures.§.cùm tutor. † Item alimenta dabit ſeruis, liberiſque
nonnunquam exteris. Sed & ſi expediat pupillo, præſtabit ſo
lennia munera parentibus, cognatiſque mittet. quod intelli-
go ſi pupillo expediat. Nam ſi non expediat ei, etiam matri,
vel ſorori, non mittet nuptiale munus. Aliud eſt enim præſta
te matri, vel ſorori ea, quæ neceſſaria ſunt ad victum, cùm ſe-
metipſas ſuſtinere non poſsint: quod quidem licet: aliud autẽ
mittere ei nuptialia munera: quod vetitũ eſt: vt ff. eo. l. cùm plu
res.§.cùm tutor.& l.tutor ſecũdũ dignitatẽ.§.vlt.& ff. vbi pu
pil.educ.debeat.l.j.§.idem.& l.qui filium. Vel fortè diſtinguẽ
dum erit mittat ſolennia munera parentibus, & cognatis ma-
ſculis, an fœminis mittat nuptialia munera: vt primum liceat,
ſecundum non. Item dotem dabit ſorori ex eodem patre na-
tæ. Nam alio patre natæ etiam ſi aliter ea nubere non potuit,
non dabit dotem. Nam & ſi honeſtè fieret, ex liberalitate ta-
men fit: quæ ſeruanda eſt arbitrio pupilli: vt ff. eod. l. cùm plu
24 res.§.cùm tutor. † Sed dubitari poteſt an ex cauſa dotis, vel
ante nuptias donationis pro ſe dandæ, minor poſsit alienare
rem immobilem, vel quæ ſeruando ſeruari poteſt: & videretur
quòd non, cùm ob æs alienum tantùm fiat alienatio: vt j. de
præd.mi.l.ob æs. Sed certè etiam ob aliam cauſam ſimilẽ quæ
lege ſit expreſſa fiet alienatio, vel obligatio: vt ecce, pro cau-
tela litis iudicio ſiſti: vt ſ. eod. l. vlt. §. defenſionem. Item etiam
iure veteri fieri poterat alienatio, & hodie conceditur per de-
cretum alienatio ex cauſa dotis & donationis propter nupt.
& circa immobilia, & circa ea, quæ ſeruando ſeruari poſſunt:
etiam ad impendia nuptiarum, ſcilicet pro dignitate & facul
tatibus: vt ff. eod. l. curator. & vt diximus ſ. de iure do. & j. eo.
l. ſi curatorem. Nam ea, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt
etiam ſine decreto alienare poterit tutor: vt j. eod. l. lex, quæ. &
l. vlti.§.vlti. imò tenetur ſi non alienauerit, & debet cõfeſtim
ſuo officio fungi in alienando, non quidem præcipiti feſtina-
tione: ſed nec moratoria cunctatione: vt ff. eod. l. tutor, qui re-
pertorium.§.ſi tutor. Item debitores volentes ſoluere debet
tutor admittere, & contingit liberatio, facta ſibi ſolutione: vt
plenè diximus ſ. ſi aduer. ſolu. Item imputari poteſt tutori ſi
ipſe non petierit, cùm poſſet à cõtutore ſatiſdari ſibi rem pu-
pilli ſaluam fore. Nam ſi idoneus contutor ſubitò lapſus eſt,
25 nihil collegæ imputari poteſt. † Idémque eſt, & ſi contuto-
rem ſuum debuit ſuſpectum facere, id eſt, accuſare, & non fe-
cit: licet enim contutor, vel concurator à ſocio non poſsit pe
tere rationem adminiſtrationis per actionem tutelæ, vel per
vtilem negotiorum geſtorum, tamen ſi non ex fide curam ge-
rat, vel non cum eo adminiſtrationem communicet, cùm ſu-
ſpectum poſtulare poſsit: vt ff. eod. l. cùm plures. & l. etiam
26 contutoris.& l. actus ſui.& j. eod. l. ij.& l. rationes. † Eſt ta-
men differentia inter tutorem, & curatorẽ. Tutor enim nun-
quam conuenitur actione tutelæ: niſi finita tutela: imò actio
tutelæ non naſcitur, niſi ea finita. Si autem conueniatur tutor
à minore, vel à contutore ex ea cauſa, vel actione quæ nata
erat, antequam inciperet tutela, poteſt agi iudicium per con-
tutorem, vel curatorem, ad hoc ordinatum, etiam durante tu
tela: [vt inſtit. de autho. tuto. §. vlt. Si verò conueniatur ex ea
cauſa, quæ occaſione tutelæ, durante tutela nata eſt contra
tutorem, vt furti, vel vi bonorum rap.] Propter res pupilli
ſubtractas habet exceptionem tutor, ne conueniatur durante
tutela. Nata tamen eſt actio contra eum: vt ff. de tutelis & ra-
tio. diſtra. l. ſi tutor. §. vlti. & l. ſed non dantur. Contra cura-
torem verò, ſiue non antea debebat, ſiue durãte officio ex alia
cauſa teneri incipiat, agi à quocunque poteſt. Si autem conue
niatur occaſione geſtionis, vt reddat rationẽ totius admini-
ſtrationis, nunquam poteſt ſic conueniri durante cura. Pro re
tamen vnica poſſet conueniri, & fortè ab alio, non à concu-
ratore ſuo: vt ff. rem pupilli ſaluam fore, l. non quaſi. §. hanc.

27 & ff. eod. l. cum curatore. & j. eod. l. rationes. & l. ij. † Et eſt
ſciendum, quòd in agendo, & reſpondendo, tutores datiui, &
teſtamentarij, vel legitimi, inſolidum habent poteſtatem agẽ-
di. Eſt enim benignè acceptum etiam vni agere permiſſum,
quia dum ſimul agere non poſſunt, id eſt, impediuntur pluri-
bus cauſis: vt ff. eod. l. decretum. §. vlt. niſi eſſet diuiſa admini-
ſtratio inter tutores: vt ſ. dictum eſt. & vt dicitur ead. l. ſi duo.
Quid ſi cõtra tutorem vnum, vel procuratorẽ fuerit lata ſen-
tentia? certè dabitur pupillo, & in pupillum potius actio iu-
dicati: vt ff. eod. l. ſi tutor. & vt plenè dicemus j. quando ex
facto tutor. Item hæc omnia ſeruanda ſunt in tutoribus, &
curatoribus minorum, & furioſorũ, & prodigorum, eis enim
28 plenè committitur adminiſtratio rerum. † Curator autem bo
norum, & ventris, ſolam habet cuſtodiam, & poteſtatem ven
dendi res, quæ deteriores futuræ ſunt: vt ff. eod. l. inter bono-
rum. Item exigere poteſt à debitoribus, qui liberantur tempo
re, & petere poteſt ab eis qui res vſucapiunt: vt ff. de ven. in
poſ. mit. l. j. §. item ſi periculum eſt.

ANNOTATIONES.

a Inuentario. Ad hoc vide Bart. & doct. in l. tutor qui repertorium ff. de
adminiſtra. tut. & in l. nemo poteſt. de lega. prim. Bal. in l. ſi. C. de arbi.
tuto. Paulus de caſtr. in conſil. ccel. in primo volumi. vbi habes totam
materiam cum multis limitationibus. do. Bartholo. Socio. in conſilio
clix. incipien. in præſenti conſultatione. verſi. primo. quia in ſecundo
volumin. char. xiiii. & in conſil. clxxx. incipien. memini. verſi. confir-
matur. cum plu. ſeq. in eod. ſecundo volumi. chart. lxiii.
b Veiauerint. An iſta remiſsio confectionis inuentarii valeat. Et nun-
quid iudex ex cauſa poſsit illam reuocare. Et quid, ſi ſit remiſſa hære-
di. vide Bar. & poſt eum Alex. in v. col. in l. nemo poteſt. ff. de legat. pri.
c Vtilia. Vide Bart. in l. prætor. ff. de oper. noui nunt. & vide Ludo. Ro.
in conſilio cxlxxi.
d Perſona ſua. Ad huius concluſionis materiam vide Bart. in l. poſt mor
tem. in primo. verſi. puto quando ex fact. tuto. & Bald. in l. ſi quis ſeruo.
verſic. quarto verum. C. quod cum eo. duct. in l. ſi in rem. C. quando ex
offic. tuto. vel curato. multa per do Alex. in l. ſi pupillus. ff. de verbor.
obligat. & in conſil. xxxvi. in iiii. vol. do. Bartho. Soci. in conſil. cclxiii.
incipien. viſa & conſi derata circa princip. verſic. quinimò. in ſecundo
volum. & in conſil. xlx. incip. in præſenti conſultatione. verſi. ſed hanc
obiectionem. col. ſecund. vol.
e Hodie. Vide Iaſo. in l. prim. C. de ſum. trin. & fid. catho. & vide Barb.
late de hoc in c. ſuper eo. de viuris.

De periculo tutorum, vel curatorum. *Rubr.*

1 *Periculo tutelæ ſubiecti 3.*
2 *Geſtores teneri.*
4 *Caſus fortuiti tutor immunis.*
5 *Litem cœptam perficiat tutor.*

QVANDO incipiat ad tutorem, vel curatorem
periculum pertinere, plenè ſuprà titulo proximo
dixi in illo §. item debet gerere. & ad quos tutores
pertineat ibidem dictum eſt: & hic poteſt repeti.
1 Nec prætermitto, quòd etiam illi, qui dati ſunt notitiæ † cau
2 ſa ſuſtinent periculum. vt j. eod. l. j. † Tenetur autem omnes
tutores qui geſſerunt, & inſolidum, niſi facta fuerit tutelæ di-
uiſio: vt plenè dicemus j. de diuidenda tutela. Item tenentur
omnes qui non geſſerunt, ſuſtinere periculum inſolidum, cir-
ca ſubſtitutionis ordinem: vt ff. eo. l. tutores, qui poſt §. in eũ.
Si verò quidã geſſerunt, quidam non, quid obtineat, dicemus
3 j. ſi tutor non geſſerit. † Pertinent autem pericula ad tutores
a quæ contingunt eorum dolo[a], culpa lata, vel leui interuenien
te: vt j. arbi. tu. l. quicquid niſi in eo caſu, quando cõparauerit
prædia non idonea. In hac enim parte ſolam latam negligen
tiam debent præſtare tutores: vt ff. eo. l. tutor, qui repertoriũ.
4 §. competit. † Periculum autem caſus fortuiti nõ pertinet ad
b tutores[b]: vt j. eod. l. ſi res. & l. tutoribus. Pertinent ad tutores
pericula quouſque finiatur tutela. Quandoque tamen, etiam
finita tutela, imminet tutori ſolicitudo: vt pupillum pubercẽ
factum admoneat ſibi curatores petere: quaſi hoc connexum
ſit tutelæ officio, licet poſt pubertatem fiat admonitio hæc: &
ſi hoc non fecerit tutor, tenetur tutelæ iudicio. Item & finita
tutela ſi perſeuerauerit tutor in adminiſtratione, connexa tu
telæ actione, cogitur præſtare rationem totius temporis. Si

autem poſt finitam adminiſtrationem in iiſdem rebus mini-
mè ſe immiſcuerit, temporis ſequentis periculum ad eum nõ
pertinet: vt ff. de adminiſt. tut. l. ita autem. §. ſi tutor. & l. tuto-
rem, qui tutelam. ibi, ſicut enim, &c. & j. arb. tu. l. tutor. & j.
5 eod. l. vlt. † Item ſi curator, finita cura, nondum reddita ratio-
ne inſtrumenta ad cauſam adulti pertinentia non reddat, cõ-
ſilio ſuo cœptam litem debet perficere: alioquin tenebitur vti-
li negot. geſto. act. ſi tamen huius rei ratio reddita non eſt: vt
ff. de adminiſtra. tu. l. ita autem. §. vlti.

ANNOTATIONES.

a Dolo. Tutoris dolus quibus caſibus & qualiter, arguatur vide Socl. in
conſ. clix. verſi. j. quia non conſtat.
b Ad tutores. Adde Bart. l. ſi res. ff. de admi. tuto. & in l. ſi res. C. de peri.
tu. do, Alex. de Imo. in l. quod Nerua. ff. depoſ. Iaſ. de May. in l. actio-
ne. viii. col. C. de tranſ. & an. in l. quicquid. C. arbi. Tutel.

Quando ex facto tutoris, vel curatoris, minores agere, vel conueniri poſſint. *Rubrica.*

1 *Pactum alicuius an alium iuuet.*
2 *Pupillo rectè conſtitui.*
3 *Tutoris pactum pupillo actionem parit.*
4 *Actiones in pupillum tranſmiſſibiles.*

QVONIAM ſæpe quæritur, an ex facto, vel ad-
miniſtratione tutoris, vel curatoris pupillus, vel
adultus agere, vel conueniri poſſit, ideo hãc poſt
ſuperiores ponit rubricam. Videndum ergo, quã-
do ex facto tutoris pupillus agat: idem intelligẽdum in adul-
1 to, & curatore. † Et certè ſecũdum regulam, ex pacto alterius
alteri non datur actio: vt ff. de regul. iur. l. quo tutela. §. vltim.
niſi in pecunia mutua, & in aliis quibuſdam caſibus: vt nota-
uimus ſ. de pactis. & ſuprà, ſi certum petatur. & ad exhiben-
2 dum. nec eſt opus proſequi caſus illos. † Sed de tutoribus ſciẽ-
dum eſt circa actionem de cõſtituta pecunia, quia poteſt quis
tutori conſtituere ſe ſoluturum pupillo eius: vt ff. de cõſtitu.
pecunia. l. cum qui. §. Iulianus. & §. item ſi tutori, & §. ſi acto-
3 ri. aliàs non reperitur tutor ſic poſſe paciſci pupillo. † Illud
tamen verum eſt, quia vtilis actio pupillo competit ex cõtra-
ctu quolibet inito cum tutore in rebus pupillaribus, vel nomi-
ne pupilli, ad vtilitatem eius, & non aliàs: vt ecce, credẽdo pe-
cuniam pupillarem ſtipulatus eſt eam ſibi reddi: vel locauit
alicui pupilli prædium: vt j. eod. l. ij. & vltima. Item & pro re
empta à tutore, & tradita nomine pupilli, habet pupillus rei
vendicationem: vt ff. eod. l. ij. Idémque dico in actore conſti-
tuto à tutore: vt ff. eod. l. antepen. Item & ex eo, quod fecit tu-
4 tor, conuenitur pupillus. † Nam finita tutela ipſo iure tranſ-
eunt in pupillum actiones quæ competebant in tutorem: vt j.
eod. l. j. & ſ. de adminiſtra. tut. l. cùm quædam, niſi tutor, fini-
to officio nouatione facta, in ſe tranſtulerit obligationem: vt
ff. eod. l. poſt mortem. vel niſi tutor ex ſuo dolo, vel culpa cœ-
perit obligari: vt ff. de action. empt. l. Iulianus. §. ſi venditor. &
pupillus, quod præſtaret à tutore, vel fideiuſſore non poſſet
ſeruare. Sed & tutela durante, vtilis datur actio in adultum,
cùm ipſe locupletior eſt factus ex facto tutoris: vt j. eod. l. ſi
in rem. & ff. eod. l. dolus. vel cùm pupillus rem poteſt ſeruare
à tutore, vel eius fideiuſſore, quasi præſtat ex eius dolo, vel
culpa: vt ff. eod. l. j. & de adminiſt. tuto. l. vlt. & de euictio. l. il-
lud. §. j. Item & ipſe tutor tutela durante, ex contractu inito
pro pupillo poteſt conueniri: vt ff. de pignorati. action. l. ſo-
lutum. §. per liberam. ibi, & ideo ipſi, &c. & quod iuſſu. l. ij. §.
pen. & l. pen. Sed ſecus, vbi iudiciario ordine tutor nomine pu-
pilli conuentus condemnatur: tunc enim conuenitur minor,
& non tutor: vt ff. de re iudic. l. ſi ſe. & ff. de admi. tu. l. ij.

Si ex pluribus tutoribus, vel curatoribus omnes vel vnus agere, vel conueniri poſſint. *Rubrica.*

1 *Tutorem vnum ex pluribus conueniri.*

1 SI † PLVRES ſunt tutores, etiã vnus ſolus agit,
& conuenitur nomine pupilli: niſi ſit diuiſa ad-
miniſtratio: vt dicemus j. de diuidend. tutel. & di-
citur j. eod. l. j. & ij. Quandoque tamen neceſſe eſt
omnes tutores conſentire, vt cùm pupillus datur in adoptio-
ne: vt j. de autho. præſtand. l. vltim.

Ne tutor, vel curator, vectigalia cõducat. *Rub.*

1 *Tutori vetita, contráque facientis pœna. 2.*

1 CONSTITVTVS † tutor prohibetur vecti-
galia prædia conducere: ea ratione, quia omnia
bona conducentis à fiſco ſunt obligata ei: vt j. in
quib. cauſ. pi. ta. contra. l. j. & prius erat obligata
2 pupillo: vt ſ. de adminiſtra. tut. l. pro officio. ſicque † incurrit
tutor crimen ſtellionatus: vt ff. de pig. actio. l. tutor. §. cõtra-
riam. Item incurrit crimen falſi: vt ff. ad leg. Cornel. de fal. l. j.
§. tutores. & §. iidem principes. & §. ſed & ſi iure. & j. eod. l. j.
& vt notauimus ſuprà, rem alienam gerentibus non interd.
rer. ſuar. admi. Hic enim titulus eſt illius exceptio: vnde ibi
dicta, hic repeti poſſunt.

De tutore, vel curatore, qui nõ ſatiſdedit. *Rub.*

1 *Minori qui ſubueniatur.*
2 *Tutorum qui, an non, ſatiſdent.*
3 *Tutor potior ſatiſdet.*

1 MINORIBVS † cauetur nedum per adminiſtra-
tionem, vel obligationem tutorum, vel curatorũ,
ſed etiam per ſatiſdationem ipſorum, vt diximus
ſ. de adminiſt. tut. diſtinctione habita inter tutorẽ
teſtamentarium, & datum ex inquiſitione, & in-
ter legitimũ. Teſtamentarius enim tutor, vel datus à præſide
ex inquiſitione nõ tenetur pupillo ſatiſdare: datus ſortè à ma-
giſtratu municipali, etiã ex inquiſitione ſatiſdabit: vt notaui-
2 mus ſ. qui da. tu. poſ. §. j. † Legitimi autem tutores, vel datiui,
a neceſſe habent ſatiſdare. Et licet dixerim teſtamentarios,* &
datos ex inquiſitione, nõ teneri ſatiſdare minori: tamen inter
a ſe neceſſe habent ſatiſdare.* † Ille enim qui præfertur aliis in
3 adminiſtratione, vel ex præcepto teſtatoris vel ex cõſenſu ma-
ioris partis tutorũ, vel ex decreto prætoris, debet contutori-
bus ſatiſdare de indemnitate pupilli. Sed ſi aliquo iſtorũ triũ
non præferatur quis ſuo cõtutori, non poteſt per ſe ſatiſda-
tionẽ petere à contutore ſuo, vel concuratore: ſed offerre de-
bet vt electionem dẽt contutori, vtrũ velit ſatis accipere, an
ſatiſdare: vt inſti. de ſatiſd. tuto. vel cura. & j. eod. l. antepen. &
pen. & vt notauimus ſ. de admi. tu. & ibidẽ dicta in illo §. Itẽ
debet tunc de impotentia tutoris non ſatiſdantis, repetere.

ANNOTATIONES.

a Teſtamentarios. Alb. autem de Roſa. in l. in dubium venit infrà eod.
titu. dicit, quod ſi tutor ſit diues, quod in eo tamen non requiritur ſa-
tiſdatio. Item limita, niſi tutor exercuerit actum ipſi minori vtilem,
& ad eius commodum: quia tunc non requiritur ſatiſdatio, ſecundum
Bartolum in l. legitimos. ad ſi. princ. ff. de legi. tut. & Ang. inſtit. de le-
giti. agnato. tu. in prin. ſa. iiii.
* Habent ſatiſdare. Tutor non cauet de iudicato ſoluendo, ſed de iudi-
cio ſolui. C. de admi. tut. l. ſancimus. §. defenſionem, Iurat tamẽ de ca-
lumnia. C. de iura. calum. l. ii. Martinus.

De ſuſpectis tutoribus. *Rubrica.*

1 *Suſpectus quis.*
2 *Suſpicio quibus ex cauſis præſumpta.*
3 *Suſpecti accuſatio publica.*
4 *Suſpecti qui accuſandi.*
5 *Suſpectus vbi accuſandus.*
6 *Accuſationis de ſuſpecto forma.*
7 *Accuſationis de ſuſpecto effectus.*
8 *Remotio quando non infamet.*

QVIA

QVIA tutores fraudulenter verſantur quandoque & ſuſpecti ſunt in adminiſtratione, ponit de ſuſpectis tutoribus. Videamus ergo, quis ſit ſuſpectus tutor, quis poſſit ſuſpectum tutorem poſtulare, qualiter, apud quem, & quis ſit effectus accuſationis.
1 † Suſpectum autem tutorem dicimus, qui moribus talis eſt,
vt ſuſpectus ſit. Enimuerò tutor, vel curator, quamuis pauper
eſt, fidelis tamen & diligens, remouendus non eſt quaſi ſuſpectus:
vt inſti. eod. §. vlt. & ff. de ſuſpe. tut. l. ſuſpectum. & j. eod.
l. j. Sic ergo tutorem ſuſpectum non facultates, ſed fraudulenta,
vel callida conuerſatio in rebus pupillaribus commendat:
hæres verò ſolis facultatibus, vel paupertate ſuſpectus habetur
creditoribus hæreditariis: vt ff. de priu. credito. l. ſed ſi creditores.
Debet autem fraus, vel negligentia tutoris probari à
pupillo: vt ff. de proba. l. quoties. §. qui dolo. & j. eo. l. pietatis.
2 ibi, oſtenſis, &c. † Ex quibuſdam[a] tamen cauſis tutor præſu
a mitur ſuſpectus, nec in eis oportet aliquid pupillum probare:
vt ſi iſte idem fuit tutor pupilli alia vice, & in ea conſtat eum
malè verſatum. vel ſi tutor eſt inimicus pupillo, & parentibus
eius: vel ſi tutor per mendacium dicat alimenta non poſſe decerni
impuberi: vel ſi non faciat inuentarium: vel ſi tutor non
defendat impuberem: vel ſi tutor datus non compareat: nec
ſui copiam faciat: quod perrarò, & diligenti habita inquiſitione
faciendum eſt. ff. eod. l. iij. §. ſi autem ipſe tutor. & §. ſi tutor
inimicus. & §. tutor, qui ad alimenta. & §. tutores, qui repertorium.
& l. impuberibus. §. item ſi quis tutor. & j. arbit. tut. l.
3 vlt. §. vlt. ſ. de admi. tu. l. vlt. j. reſpon. † Eſt autem hæc accuſa-
b tio ſeu poſtulatio ſuſpecti tutoris quaſi publica[b] hoc eſt, omnibus
patet. Quinimò & mulieres admittuntur, ſed hæ ſolæ,
quæ pietate neceſſitudinis ductæ ad hoc procedunt: vt puta
mater, nutrix quoq; & auia, & ſoror. Sed & ſi qua alia fuerit
mulier, cuius prætor propẽſam pietatem intellexerit, non ſexus
verecundiam egredientis ſed pietate productam, non continere
iniuriam pupillorum, admittet eam ad accuſationem.
Impuberes autem non poſſunt ſuos ſuſpectos poſtulare tutores,
ſed puberes poſſunt ſuos curatores, ex conſilio neceſſariorum
ſuſpectos arguere: vt inſtit. eod. conſequens. & §. Sed
4 & ſi quid. §. impuberes. & ff. eod. l. j. §. conſequens. † Item vnus
tutor ſuum contutorem poteſt accuſare ſuſpectum: ſiue
accuſator hic duret in tutela, ſiue deſierit iam eſſe, vel ſuſpectus
fuerit remotus: vt ff. eo. l. iij. Poſſunt autem omnes, id eſt,
omnis generis tutores accuſari ſuſpecti, ſiue ſint teſtamentarij,
ſiue legitimi, ſiue datiui: diligentes autem certum eſt quòd
non poſſunt: vt inſti. eod. tit. §. j. Quod dico in tutoribus &
curato. minorum. & in furioſorum, & prodigorum, & ventris,
& honorum, ſeruandum eſt: vt ff. eo. l. iij. §. non tantùm.
Qui autem nihil geſſerunt, non poſſunt accuſari ſuſpecti: ſed
tamen poſſunt remoueri vt ſuſpecti, ſi dolo, vel ignauia, vel
negligentia ceſſauerint: vt ff. eo. l. hæ enim cauſæ. §. qui nihil.
& inſti. eo. §. ſed antequam. vel iudex compellet eos gerere: vt
j. eo. l. præſes. Vel dic, quòd antequam gerat, ex dolo tamẽ accuſatur
ſuſpectus: vt j. eod. l. iij. & quod dicitur in l. illa hæ enim
cauſæ. §. qui nihil. Quid ſi ob ignauiam, vel negligentiã
fecerit, id eſt, adminiſtrauerit poſtquam verò cœpit gerere. &
propter dolũ. vel propter culpam, poteſt accuſari ſuſpectus.
5 † Fieri poteſt hæc accuſatio, & remotio tutoris Romæ apud
prætorem: in prouinciis autem apud præſides, & legatos proconſulis:
vt Inſti. eod. §. j. Et deſcendit hoc crimen, id eſt huius
criminis actio ex lege xij. Tab. vt inſt. eo. in prin. & cũ crimen
ſit legitimum, ſequitur, vt accuſatio ſolenniter debeat proponi,
id eſt, per libellum inſcriptionis: ſed tamen fauore pupillorum
eſt admiſſum vt etiã ſine libello inſcriptionis fieri poſſit
accuſatio, & remotio: vt ff. eod. l. iij. §. præterea. vel fortè
quod ibi dicitur aliter eſt intelligendum. Nec enim ibi dicit
accuſationem admitti ſine libelli inſcriptione. ſed dicit ſuſpectum
tutorem poſſe repelli ſine alterius accuſatione, vel poſtulatione:
puta, prætor tanquam iudex videt eum agere cauſam
pupilli fraudulẽter: ſicut enim eſt in lenocinio, & in quibuſdã
aliis caſibus, vt quis ſine accuſatione poſſit damnari:
ita eſt in crimine ſuſpecti. Si verò alius poſtulet tutorẽ remoueri
principaliter hoc inſtituendo, nunquam ſine accuſatione
admittitur: vt ff. de mun. & honor. l. reſcripto. §. ſi quis. &
6 de priuatis delictis. l. vlt. † Proceſſus autem accuſationis talis
eſt, vt pro tribunali ſedente præſide examinetur cauſa: vt ff.
ad Turpil. l. j. §. ſuſpecti. & ponitur ibi nomen præſidis generaliter
pro omnibus, quibus deferri diximus cognitionẽ ſuſpecti:
vt ff. de officio præſid. l. j. Et intenditur huius accuſatio
contra tutorem, ita demum ſi durat tutela. Nam ſi finita eſt tutela,
vel cura, extinguitur accuſatio criminis ſuſpecti: quia in
eum caſum peruenit à quo incipere non poteſt: vt ff. eod. l. iij.
§. quæri poterit. & §. ſi quis abfuturus. & l. poſt finitam. & In-
7 ſti. eod. §. ſed ſi ſuſpecti. & j. eod. l. ij. † Eſt autem effectus accuſationis
in principio: quia lite conteſt. interdicitur tutori adminiſtratio:
vt inſti. eod. §. ſi quis autem ſuſpectus. & j. eod. l.
cum, quem vt ſuſpectum. & ff. de ſolu. l. quod ſi fortè. §. j. In fine
autẽ eſt effectus accuſationis: quia ſuſpectus tutor debet
remoueri à tutela: licet paratus ſit ſatiſdare rem pupilli ſaluã
fore: quia ſatiſdatio maleuolum propoſitum tutoris non mutat.
ſed diutius graſſandi in re familiari facultatem præſtat: vt
Inſti. eod. §. vlt. & ff. eo. l. ſuſpectus fieri. & l. quia ſatiſdatio. Si
tamẽ tutor ſit pupillo cognatus, vel affinis, vel patronus, opti-
c mum factu eſt curatorem ibi potius adiungi[c], quàm eundem
notata fide, & exiſtimatione remouere: vt ff. eo. l. ſi tutor. Quilibet
ergo alius tutor ſuſpectus remouebitur à tutela. Et ſiquidem
remoueatur ob dolum, infamis erit: ſi ob culpam, nõ æ-
8 què: vt Inſti. eod. §. ſuſpectus. Quid ergo ſi cauſa† remotionis
non eſt decreto expreſſa? dicit lex quòd remanet integra fama:
vt ff. eo. l. vlti. & l. iij. Poſſet tamen diſtingui vtrum accuſabatur
ſuſpectus propter dolum: & tunc præſumam eum remotum
ob dolum, qui ei obiiciebatur: an ob culpam, & tunc
dicam contrarium: an accuſabatur propter vtrunque & tunc
dicam in dubio, quòd remaneat integræ famæ: vt dictum eſt.

ANNOTATIONES.

a Quibuſdam. Vide Ang. de Are. inſtit. de ſuſpec. tuto. in §. j.
b Publica. Vide ad hoc Spec. in tit. de inſtr. edi. §. nunc aliqua. Bar. & doc. in l. pie. atis. C. de ſuſpect. tuto. & in l. prima. §. item ſolent. ſed an cognitio. ff. de offi. præf. vrb. Bal. in l. quæ fortuitis. verſ. ſed dubitatur. C. de pigno. actio. Ang. Are. in § conſequens nu. [illegible] cum plu. ſeq. inſtitu. de ſuſpec. tu. & in §. ſuſpectus. nu. [illegible] cum plu. ſeq. eo tit.
c Adiungi. Vide Bar. in l. ſi tutor. ff. eo. & vide Ang. de Are. inſtit. eod. in prin. & Io. de Imo. in conſi. lxviii.

De in litem dando tutore, vel curatore. *Rub.*

1 *Tutorem in litem dari quis accipiendum.*
2 *Tutor in litem quando creatur.*

QVIA litis occaſione contingit aliquem conſtitui tutorẽ vel curatorem: & ideo de hoc ponit. Sciendum eſt igitur tutorem non poſſe ad litem conſtitui: quia non datur certæ rei, vel cauſæ: vt inſti. in.
1 quib. ca. tu. § certæ. Quod ergo dicitur† de in litem dãdo tutore
per ſubſequẽs: vel quia correctiuè, vel ſubdiſiunctiuè ponitur,
emendatur. Curator ergo impuberi conſtituitur ad litẽ:
vt diximus ſ. de teſtamẽ. tu. & ſ. qui dare tut. Olim ad litẽ præ-
2 toris conſtituebatur tutor: & ille finita† cauſa deſinebat eſſe,
& creabatur iſte tutor, cùm cauſa agebatur inter tutorem &
pupillum, vel adultum, & curatorem. Hodie tamẽ minori dabitur
ad litem curator, & tutor: & tutor vel curator cum quo
lis eſt, per ſe, vel (quod melius eſt) per procuratorem aget cauſam:
vt inſti. de autho. tut. §. vlti. & j. eod. l. pen. & vlti.

Si mater indemnitatem promiſerit. *Rub.*

1 *Mulier pro pupillo intercedens Velleiano iuuanda. Extendit. numero 2.*
3 *Velleianum auxilium quando ceſſet.*

QVONIAM matres pupillorum ſæpe indemnitatem promittunt, ideò quid iuris ſit ſuper eis po-
1 nit. † Sciendum eſt igitur, quia mater quandoque
promittit indemnitatem pupillo de eo quod ſibi
deberet, vel debebunt tutores, & tunc eſt interceſſio, & iuuatur
mulier Senatuſconſulto Velleiano, ſicut dicitur per totã

ꝑitul,& C.& ff.ad Velleianum. Si verò promitteret indemni-
tatem pupillo de eo,quod pupillus debebit tutori, non eſt
intercesſio:quia pro eodem apud eũdem nemo fideiubere po
2 teſt:vt ff.de fideiuſſ.l.Vranjus. †Idémque eſt & ſi promittat
indemnitatem tutoribus,de eo quod debent,vel debebũt pu-
pillis:vt ff.ad Vell.l.quamuis §.ſi mulier.& l.tutor.j.reſpó. Si
verò tutoribus promittat indemnitatem de eo, quod pupil-
lus debet,vel debebit eis,iuuatur mulier Sen.Velleia. quia eſt
intercesſio:niſi decreto iudicis periculum ad eam pertinere
3 ſit dictum:vt ĩ.eod.l.vlt. †Illud certum eſt matrem,vel quã-
libet mulierem,non iuuari:ſi promittat indemnitatem de eo,
quod ipſa adminiſtrauit:vt ĩ.eod.l.quædam.

Si contra matris voluntatem tutor datus ſit. *Rubrica.*

1 *Matri,quàm patri cur potius ſtandum.*
2 *Remotus ob matrem quando,an non,infamis.*

DATVR quandoque in teſtamento, quandoque
à iudice tutor contra vltimam voluntatem † ma-
1 tris pupilli:in quibus caſibus potius arbitrio ma-
tris,vel iudicis,quàm etiam patris (quod eſt mira
bile) ſtatur.deberet enim ratione poteſtatis plus habere pa-
ter,quàm mater in filio:ſed hic ſicut & aliâs, potior eſt con-
ditio prohibentis:vt ff.commu.diui.l.Sabinus.Sed & aliâs nõ
ſtatur ſemper iudicio patris:vt ff.de confir.tut.l. in confirmã
2 do.& l.vtilitatem.Datus†ergo tutor contra voluntatem ma
tris ſine infamia remouetur:niſi cauſa præceſſerit. quare de-
beret infamari:vt ĩ.eod.l.j.Sicque dicitur in lectore, & can-
tore ne prohibeantur nuptias contrahere. Alia tamen ratio
poteſt eum prohibere:vt quia monachus eſt,vt in authen. de
monachis.§.ſi quis autem.verſi.quod ſi facti.

Vt cauſæ pupilli poſt pubertatem adſit tutor. *Rubrica.*

1 *Tutelam coniunctione protrahi.*

a LICET tutela pubertate finiatur[a]:vt inſti. quib.
1 mod.tu.fi.in prin.tamen†ratione cõtiguitatis, &
coniunctionis poſt pubertatem quę ante erãt in-
choata,tenetur conſummare tutor:puta, prouo-
cationem exercere. Si tamen in curatores non ſit tranſlata ge
ſtio:vt ĩ.eod.l.j.& ff.de appella.l.tutor.ſi in negocio. Sed &
admonere debet adultum,vt ſibi curatorem petat:vt ff.de ad-
mi.tu.l.ita autem.§.ſi tutor.vt notauimus.ſ.de admi.tuto.

ANNOTATIO.

a Finiatur. Ad huius breuis tituli reſolutionem Doc.in l.fi.C.quando tut.vel cura.eſſe deſi.Bar.in l.ita autem.§.fin.ff.de admi.tut.Bald. in l.tutori.in verſi opp.quod officium tutoris.C.de neg geſt.Oldra.in cõſi. ſu.nunc.quæſtio talis eſt.vbi colliges totam materiam.

De eo qui pro tutore negotia geſsit. *Rubri.*

1 *Pro tutore gerere quid*
2 *Protutela actioni quando locus ſit.& 3.*
4 *Protutela actio in quem datur.*
5 *Actio protutelæ quæ admittat.*
6 *Protutela actio qualis.*

ACCIDIT vt gerat quis negotia impuberis tan
quam tutor,non tamen verè tutor eſt:& ideo de
eo ponit. Et appellatur hic [etiam coniunctim]
protutor:vt ſit vna pars,vel dictio:vt cùm dico,
bonorum poſſeſſor. Videndum ergo quis dicatur gerere pro
tutore,& quæ actio detur in eum,ad quid,& qualis ſit actio.
1 Pro tutore autem†gerit negotia,qui munere tutoris fungi-
tur in re impuberis,ſiue putet ſe tutorem,ſiue ſcit ſe non eſſe,
tamen fingitur eſſe. Solet enim magni errores intercedere,vt
diſcerni facilè nõ poſsit vtrũ quis fuerit tutor,& ſic geſſerit:
an verò non fuerit,pro tutore,tamen munere ſit functus : vt
ff.eo.l.j.j.reſpõ.& §.pro tutore.Nec inſpicio an geſſerit ſpon
te,an non:puta,coactus per prætorem, dũ ſe putaret tutorẽ:
2 ſed vtrum quaſi tutorẽ ſe habuerit in gerendo. †Itẽ locũ ha-
bet hæc actio ſiue verè datus erat tutor,cùm id ignoraret : &
ob id ſciebat ſe non tutorẽ,ſiue non erat datus:vt ff.eod.l.j.§.
ſi quis tum cùm tutor non eſſet.& l.quæro. Si verò bene ſci-
ret ſe tutorem eſſe,ceſſabit hæc actio:vt ff.eo.l.j. §.ſi curator.
Eſt tamen contrariũ,arg.ff.e.l.j.j.reſp.Sed certè ibi non dicit
eum teneri protutelæ,qui verè tutor erat,imò eſt intelligen-
dũ vt teneatur actione tutelæ.Item in gerente pro tutore non
3 inſpicio an poſsit eſſe tutor,vel non. Nam & ſi ſeruus† quaſi
tutor egit tutelam,locũ habet actio protutelę:vt ff.eod.l.j.§.
proinde & ſi ſeruus.In eo tamen,cuius geruntur negotia, in-
ſpicio an poſsit habere tutorem de iure,vel non poſsit. Nam
ſi tutorẽ de iure non poteſt habere : vt quia pubes eſt, vel ſer-
uus,non habet locum hæc actio:ſed dabitur actio nego.geſt.
vt ff.eo.l.ſ.§.ſi quis quaſi.Huius autẽ protutoris nulla eſt po
teſtas in alienando res pupilli. Vnde ſi vſucaptæ non ſunt,pe-
tet eas impubes,quanquàm cautum eſt ei. Non enim eadem
cuiuſq; tutoris eſt rerum pupilli adminiſtratio:vt ff.eo.l.ſi is,
qui.& de rebus eo.qui ſub tu.vel cur.l.qui neq;.Item ſi nomi-
ne pupilli agat,remouetur exceptione:vt ĩ.eod.l.vlt.ergo ſen
4 tentia contra eum lata non præiudicabit pupillo.† Datur in
protutorẽ actio protutelæ : vt ff.eo.l.j.in princ.& vtilis actio
neg.geſt.quia gerit iſte pro tutor neceſsitatis ſuſpicione.Si ve
rò ſciret ſe non eſſe tutorem,tenetur directa:vt ff.de neg.geſt.
l.iij.§.hac actione.& de tu.& ra.diſ.l.poſthumo. Nec diſtin-
guitur vtrum pupillus fiat pubes,an non, licet in vera tutela
5 ſit contrà:vt ff.eo.l.j.§.cum eo. †Venit in actionem iſtã pro
tutelæ eadem fides,& diligentia,quam præſtat tutor:vt ff.eo.
l.pen.& de fide,& diligentia tutoris, plenè diximus ſ. de ad-
miniſt.tu.& dicemus ĩ.arbit.tu.Veniunt ergo vſuræ in actio-
nem iſtam:& tenetur protutor de geſtis. De gerendis autem
puto,quòd teneatur,ſi acceſsit quaſi omnia geſturus:cùm ſci-
ret ſe tutorem non eſſe:vt ff.de nego.geſt.l.ſi pupilli.§.vlt. Si
autem acceſsit quaſi omnia geſturus cùm crederet ſe tutorem
eſſe,& errabat,non tenetur de gerendis:niſi alius ea fuerit ge
ſturus:vel niſi cognito eo,quòd non fuerit tutor,abſtinuit ſe
ab adminiſtratione:& neceſſarios pupilli non certiorauit, vt
6 ei peterent tutorem:vt ff.eod.l.j.in protutelæ. †Eſt autẽ hæc
actio prætoria,& perpetua:& ſicut pupillo in pro tutorẽ ſub-
uenit prætor,ita & protutori contra pupillum per actionem
contrariam protutelæ ſubuenitur:vt ff.eod.l.vlti.

Vbi pupilli educentur. *Rubrica.*

1 *Pupillus apud quos,an non,educari debeat.2.3.*
4 *Vitrico non matri cur potius credatur.*

DISCEPTATVR quandoque inter cognatos,
vel familiares impuberis,vel inter quoſcunq;, vbi
pupillus morari vel educari debeat:& ideo neceſ-
ſarium eſt prætorem, cauſa cognita, id ſtatuere.
1 † Et in cauſæ cognitione euitãdi ſunt,ne apud eos moretur,
vel educetur pupillus,vel pupilla, qui pudicitiæ impuberis
poſſunt inſidiari:vt ff.eod.l.penulti.Item & ſi teſtator in teſta
mento cauiſſet,vt filius educetur apud ſubſtitutum eidẽ im-
puberi,prætor tamen æſtimabit præſentibus propinquis libe
2 rorum an id pupillo expediat.Hoc enim curabit†prætor, vt
ſine vlla maligna ſuſpicione alatur partus,& educetur, & ei
concedat educationem,qui maiori affectione erga pupillum
moueatur:& ita vel ex perſona,vel conditione, vel ex tempo
re ſtatuet,vbi potius ſit alendus,conſiderando qualitatem, &
coniunctionem perſonarum : & an eo tempore quo pupillus
3 educatur apud te,poſsis ei ſuccedere.† Et in primis matri edu
cationem pupillorum debet concedere, ſi non vitricum ſu-
perinduxerit eis:vt ĩ.eod.l.j.& ij.& ff.eod.l.j.j.reſpon. Quid
ſi ille apud quem pupillus iuſſus eſt à prętore educari recuſet?
prætor cogit eum quandoque, ſi eſt de liberis parentum, vel
de affinibus,vel de cognatis.Item hæredi inſtituto,& legata-
rio denegatur actio, ſi educationem ſibi teſtamento iniun-
ctam

ctam recuſet, ſi ideircò relictum ſit eis, vt educationem ſu-
ſcipiant. Nam ſi relicturus erat, etiam ſi educationem recu-
ſaturum ſciret, non denegatur actio: vt ff. eodem. l. j. §. quam-
uis. Si quærat aliquis, quare denegatur educatio pupilli ma-
tri quæ ſuperinduxit vitricum, cùm & ipſi vitrico conceda-
tur tutela priuigni? vt j. de contrario iudicio tuto. l. vltima.
4 † Reſpondeo vitrico conceditur tutela à patre pupilli: cu-
ius teſtimonium credẽdum eſt circa tutelam filij: non ita con-
cederetur tutela à iudice: vel licet concedatur ei tutela, non
tamen conceditur ei educatio.

De alimentis pupillo præſtandis. *Rubrica.*

1 *Alimenta quatenus æſtimanda.*
2 *Alimenta æſtimanti obſeruanda.*
3 *Pupillus, abſente tutore, an petat alimenta.*
4 *Tutori non reputanda.*
5 *Pupillus qua non imputet.*

1 TVTORES, † vel curatores, ne apud iudicem
controuerſiam habeant, quaſi amplius dederunt
nomine alimentorum quàm patiatur pupilli ſub-
ſtantia, poſtulant vt arbitrio prætoris alimenta
pro modo facultatum pupillis, vel iuuenibus, conſtituantur:
2 vt j. eod. l. vlti. j. reſpon. † Eſt autem hic attendendum, vtrum
ſint pupilli egeni, an diuites, an mediocriter ſe habẽtes. Si ege-
ni ſunt, non cõpellitur tutor de ſuo alere eos. Hinc eſt enim,
quòd ſi poſt decreta alimenta, ad egeſtatem fuerit pupillus de-
ductus, debent diminui alimenta, quæ decreta ſunt: quemad-
modum ſolent augeri, ſi quid patrimonio acceſſit. Si autem
pupillus eſt diues, vel habet amplum patrimonium, non cumu-
lus patrimonij: ſed quod exhibitione frugaliter, i. vtiliter ſuf-
a ficeret, modum alimentis dabit a. Si autem pupillus mediocriter
ſe habeat in bonis, debet prætor ſpectare modum patrimonij
cum alimẽta decernit: & debet tam moderatè ſtatuere, vt non
vniuerſum reditum patrimonij in alimenta decernat: ſed ſem-
per ita, vt aliquid ex reditu ſuperſit, ita tradit Vlpianus l. iij. ff.
vbi pupillus educa. debeat. Ante oculos debet habere iudex
in decernendo, & mancipia quæ pupillis deſeruiunt, & veſtẽ,
& tectum: pupilli ætatem etiam contemplari in qua conſti-
tutus eſt ille cui decernuntur alimenta. Item mercedes pupil-
lorum, & pupillarum, vel adoleſcentium. Nam ad inſtructio-
nem ipſorum qui intra xx ann. conſtituti ſunt, ſolet prætor
decernere reſpectu facultatum, & ætatis eorum qui inſtituũ-
3 tur, d. l. iij. † Quid autem ſi pupillus alimenta deſideret, &
tutor ſit abſens? ſi quidem ſit abſens voluntaria cauſa, prætor
cauſa cognita de negligentia & nimia ceſſatione tutoris, vel
remouebit eum, vel adiunget ei curatorem. Si verò ſit abſens
neceſſaria cauſa, & ſperatur redire, & idoneus eſt tutor, nec
expedit alium adiungi, rectè conſtituetur curator: ad hoc ſo-
lum, vt ex re pupilli alimenta expediat: vt ff. eod. l. vlt. Inter-
dum etiam tutor arbitrio ſuo alit pupillum: quia videt expe-
dire minori non diuulgari ſecreta patrimonij ſui. ſ. pauperta-
tis, & æris alieni detegere vilitatem, & inuidiæ patefacere di-
uitias: vt j. eod. l. vlt. & j. quando & quib. quarta pars. l. ij. §. ſed
vbi. & tunc conuenit repetitionem tutori decernere, vel repu-
tationem, id eſt, compenſationem ſi à pupillo conueniatur
admittere, ſ. in quantum vir bonus arbitrabitur dignè & me-
ritò ad exhibitionem educationis, & miniſteria, ſtudiíque
erogatum eſſe. Nec ferendus eſt iuuenis, qui cùm præſens eſ-
ſet, ſtudiíſque eruditus, atque alitus, ſi ea per alium conſecu-
tum non probet, ſumptúſque recuſet, quaſi ventro vixerit, aut
nullo liberi hominis ſtudio imbui meruerit: vt j. eod. l. vlti.
4 † Non ergo permittendum eſt tutori tantum reputare, quan-
tum dedit, ſi plus æquò dedit. Hoc amplius, & ſi prætor mo-
dum ſtatuit alimentis, veruntamen vltra vires facultatum eſt
quod decretum eſt: quia non ſuggeſſit prætori de ſtatu facul-
tatum, non debet ratio haberi alimentorum omnium: quia ſi
ſubiecisſet, aut diminuerentur iam decreta, aut non tanta de-
cernerentur. Sed ſi pater ſtatuit alimenta liberis, quos hære-
des ſcripſit, ea præſtando tutor reputare poterit: niſi fortè vl-
tra vires facultatum ſtatuit, tunc enim imputabitur ei cum
non adito prætore deſiderauit minui alimenta: vt l. ij. §. hoc
5 amplius ff. vbi pup. † Illud autem non poteſt imputare pupil-
lus tutori in iudicio tutelæ, ſi tutor maximè ſecundum decre-
tum prætoris aluit ſororem eius, & mercedes vt liberalibus
artibus inſtrueretur, pupillæ nomine, præceptoribus dedit:
vt ff. eo. l. ante pe.

ANNOTATIO.

a Dabit. Adde ad huius titu. materiam Bar. & Bal. Ange. & docto. in l.
ſumptus. C. de admi. tu. & in l. ſi quis. de lib. agn. & in l. iij. vbi pupilli
educ. debe. Specu. in tit. qui fil. ſint legi. in verſ. pupillus. multa per do.
Barcho. Soci. in conſi. lxi. inci. in præſenti conſultatione. verſi. circa
fin. in j. volu. vbi de materia copioſè.

Arbitrium tutelæ. *Rubrica.*

1 *Rub arb. tut. explicari.*
2 *Actio arb. tut. cui & in quem datur.*
3 *Actio arb. tut. quæ admittat. 5. 7. 8.*
4 *Inuentario fidem fieri.*
6 *Tutorem quærendorum teneri, qui accipiendum.*
9 *Actio arb. tut. qualis.*
10 *Actio arb. tut. quid contineat.*

DE tutorum conſtitutione, & eorum adminiſtra-
tione, & varietate, & ſatiſdatione, dictum eſt, ſe-
quitur videre de arbitrio tutelæ, i. de actione tu-
telæ, ſubaudi directa. Nam de contraria tractatur
1 j. de contrario iudicio tutelæ. † Sicque extra ſolitum morem
imprimitur hæc rub. non per genitiuum nec per ablatiuum,
ſed per accuſatiuum: & dicitur arbitriũ tutelę, ſubaudi, qua-
le ſit exponamus. Videndum ergo, quando naſcatur hæc a-
ctio, cui detur, contra quem, & quid in ea veniat. Naſcitur
hæc actio demum finita tutela qualitercunque ſit finita, licet
quidam dicant eam naſci ſtatim cùm tutor eſt, ſed non poſſe
exerceri niſi finita tutela, quod falſum eſt omnino: vt ff. de tu-
to. & ra. diſtr. l. ſi tutor. §. vlti. & l. ſed non dantur. & vt nota-
2 uimus ſ. de rerum permu. † Datur hæc actio pupillo, & eius
hæredi: ſed tamen pupillo datur cum priuilegio, vt præfera-
tur aliis creditoribus chirographariis: hæredi verò datur ſine
priuilegio: vt ff. de admi. tu. l. ex pluribus. Datur in tutorem
quondam, & eius hæredem: vt j. eod. l. pe. ſed non eodem mo-
3 do: vt plenè dicemus j. de hæred. tu. Veniunt † in actionem iſtã
res minoris. Item res emparatæ pecunia minoris: vt j. eod. l. ſi
curator. Item & veniunt reliqua, id eſt, debita ex adminiſtra-
tione mala. Vel dicuntur reliqua, quæ ſuperſunt apud tutorẽ
ex rebus adminiſtratis: vt j. eod. l. tutorem. & ff. de admini. tu.
l. Lucius. j. reſpon. Si autem dubium eſt, an acquiſierit, vel eme-
rit tutor ex rebus pupilli, an aliunde, præſumitur pro tutore
contra pupillum, etiam ſi tutor ante adminiſtrationem parũ,
vel nihil habuit, ſcilicet, quod aliunde acquiſierit. nec enim
pauperibus induſtria, vel augmentum patrimonij, quod la-
boribus multis caſibus quæritur, interdicendum eſt: vt j. eod.
4 l. ſi defunctus. † Probat autem minor de dominio rerum per
confeſſionem tutoris in inuentario publicè facto, idque in
ſcriptis. Nec enim eſt aliud inſpiciendum: niſi quod ſcripſe-
rit, & ſecundum vires eiuſdem ſcripturæ patrimonium pupil-
li, vel adulti exigi. Neque enim ſic homo ſimplex, imò magis
ſtultus inuenitur, vt in publico inuentario contra ſe aſcribi
aliquid patiatur. Sin autem aliàs tutor, vel curator pro ſubſtã-
tia pupilli, vel adulti, aliquid vbicunque dixerit ad maiorem
quantitatem eam deducens, ſiue pro vtilitate pupilli, vel adul-
ti, ſiue pro ſua ſimplicitate, ſiue per aliam quancunque cau-
ſam nihil præiudicat veritati: ſed hoc obtinet, quod ipſius rei
induxit natura, & menſura ſubſtantiæ pupillaris, vel adulti,
5 oſtendit: vt j. eod. l. vlti. † Extraneorum res non veniunt in
actionem iſtam. Porrò æſtimatio earum. i. intereſſe minoris
petitur, ſi acquiri iuſtè potuerunt, & culpa tutoris non ſunt
quæſitæ: vt j. eod. l. cum qui bonis. & l. quicquid. Videretur ta-
men lex prædicta, eum qui contradicere aliæ legi, quicquid.
Lex enim eum, qui dicit non, venire ea, quæ geſta ſunt, vel ge-
ri debuerunt. ſed culpa ſolummodo quanticunque interfuit
minoris non fuiſſe abſtentum ab hæreditate paterna æſtima-

tur. Alia autem lex dicit venire ea quæ tutores, vel curatores
quærere potuerunt, & non acquiſierunt, vnde ait Placen. pri-
mam loqui caſualiter, id eſt, in eo caſu vbi pupillus conſultè
eſt abſtentus. quod quidem verum eſt, ſed non ſufficiens. Nam
vbi inconſultè eſt abſtentus, non veniunt geſta, vel gerenda,
ſcilicet, vt rerum defuncti æſtimatio detur minori: debet enim
deduci æs alienum, & id tantùm debet computari quod pu-
6 pillo ſupereſſet ducto omni debito, & expenſa. Item † quod
dixi tutorem teneri pro his quæ potuit quærere, intelligo ſi
potuit, & debuit puta, ſi iam delatum erat pupillo, ſiue erat hę
reditas, ſiue legatum, ſiue donatum. & ſi erat conditio his in-
iecta, debuit eam tutor implere, cùm pupillo expediret: vt ſ.
de admini. tut. l. pupillorum. Item illud intelligo cùm ex re
a pupilli fructus, vel vſuras, vel quid ſimile potuit percipere[a]:
vt ff. de adminiſtra. tut. ſi ſine hærede. §. Modeſtinus. & §. itē
reſpōdet. Nec enim dico tutorem teneri, vt panem hoſtiatim
quærat, vt roget teſtatorem quatenus pupillo aliquid relin-
quat. & ideo expediam illam quæſtionem quæ in ſcholis con
ſueuit proponi, ſcilicet, vtrum tutor pupillo teneretur, ſi teſta
tor volebat pupillo relinquere, deinde tutor perſuaſit teſtato
ri vt potius ſibi relinqueret. dico eum non teneri: quia nō te-
netur pupillo prouidere contra ſuam vtilitatem. arg. ff. de in
lit. iu. l. videamus. ibi, ſed nec tutorem & de leg. ij. l. Lucius §.
7 Sempronia. † Item veniunt geſta durante tutela. Item & ge-
ſta finita ea, ſi continuata, & connexa fuerit adminiſtratio: nā
ſi poſt completam adminiſtrationem in iiſdem rebus non ſe
immiſceat, poſtea temporis ſequentis periculum ad eum nō
8 pertinet: vt j. eod. l. tutor poſt. † Item veniunt omiſſa, vt in
his, & ſuperioribus, dolus & lata culpa, & leuis debeat præ-
ſtari: vt j. eo. l. quicquid. niſi in caſu: vt ff. de admi. tu. l. tutor,
qui repertorium. §. competit. Item venit in hanc actionem tu
telæ, vt tutor rationes ſui actus conficiat, & pupillo reddat.
Cæterùm ſi non fecerit, aut factas non exhibet, hoc nomine
iudicio tutelæ tenebitur: vt ff. de tut. & rat. diſt. l. j. §. officio.
9 Eſt † autem hęc actio perſonalis, ciuilis, & famoſa, ſi quis cō-
demnetur ob dolum, non ſi ob culpam: vt Inſti. de ſuſpec. tut.
§. ſuſpectus. Præter hæc ſciendum eſt tutorem, & hæredes eius
pupillo & hæredibus eius teneri quadam alia actione, quæ
dicitur, de rationibus diſtrahendis: vt ff. de contraria tu. ac. l.
ij. quæ locum habet cùm in tutela gerenda rem ex bonis pu-
pilli abſtulerit. Quòd ſi furandi animo fecit, etiam furti tene-
tur, & vtraque actione obligatur: nec altera alteram tollit,
furti tamen continet pœnam tantum dupli, vel quadrupli.
10 Hæc † autem continet pœnam dupli tantum, & in duplo con
tinetur rei perſecutio: & accipe perſecutionem rei, non inter-
eſſe pupilli, ſed rei æſtimationem. Item tollitur hæc actio
propter actionem tutelæ: & è conuerſo. Nam ſi vna actum eſt
non agetur altera, & è contra. Et eſt hæc actio perpetua, &
tunc demum intenditur cùm poteſt agi tutelæ: vt ff. de tu. &
ra. diſt. l. j. & §. de rationibus. & §. conſiderandum. & §. in tute
la. & §. vlti. & pe. & l. ij.

ANNOTATIO.

a Percipere. Ad huius concluſionis reſolutionem vide Cyn. in auth. no-
uiſſime. C. de admi. tu. Paul. de Caſt. & dom. Alex. de Imo. diffuſè in l.
iij. §. ſi procurator. ff. quòd quiſque iur. Ludo. ro. in ſing. ſuis verſ. tutor
tenetur. Doct. in l. non eſt ignotum. C. de admi. tut.

De diuidenda tutela, & pro qua parte quiſque tutor conueniatur. *Rubrica.*

1 *Tutelam qui diuidant.*
2 *Electo competentia remedia.*
3 *Remediorum adiectorum cauſa.*
4 *Conueniri vnus pro alio an poſsit.*
5 *Magiſtratus quando conueniendus.*
6 *Remiſsio pupillo cur non obſit.*

CONTINGIT ſæpe tutelæ adminiſtrationē
diuidi inter tutores. Ideóque ponit de diuiſione
tutelæ: & pro qua parte quiſque tutorum cōue-
1 niatur. † Sciendum eſt igitur diuiſionem fieri,
quandoque ab ipſis tutoribus, quandoque à præſide, quādo-
que à defuncto. Si à tutoribus perinde eſt ac ſi à nullo eſſet fa
cta: vt j. eod. l. pe. in fi. Vnde videndum eſt quid iuris tunc eſ-
ſet, vt per hoc expediatur hic articulus. Et quidem nulla fa-
cta diuiſione, ſiue nullus tutorum geſsit, ſiue omnes geſſerūt,
tenetur eorum quiſque pupillo inſolidum: & vnum eorū pu-
pillus eligere poteſt quem excutiat inſolidum. Conuento ta-
2 men, & electo tria præſtantur remedia. † Primum eſt, vt cæ-
teris conſtitutis ſoluendo, diuidatur actio inter eos, qui ſol-
uendo ſunt, vel omnes, vel quoſdam pro virilibus portioni-
bus: exemplo fideiuſſorum: vt ff. de tut. & ra. diſtra. l. j. §. nūc.
& §. ſi non omnes. Secundum eſt, vt ſi inſolidum excutiatur
vnus, poſsit & ante ſententiam & poſt ſententiam, impetrare
vt in contutores cedatur actio: ſi ex facto tutoris proprio, vel
ex communi geſtu condemnatus præſtiterit: vt ff. de tut. & ra.
diſtra. l. j. §. planè. & j. eod. l. ij. §. vlti. & ff. de fideiuſſ. l. ſi fideiuſ
ſores. §. idem. & dico fieri ceſsionem pro parte, non inſolidū.
argu. ff. de admini. tut. l. ſi plures. ibi, vnde quęrendum eſt, & c.
& ff. de tut. & ratio. diſtr. l. cum pupillus. ibi, quia pro parte,
& c. & ff. de peculio. l. quæſitum. §. ſed ſi velit. Sed quidam pu-
tant cedendam actionem inſolidum. Tertium remedium eſt,
vt ſi non fuerit actio ceſſa, vtilis tamen detur aduerſus acto-
rem facti: vt ff. de tut. & ratio. diſtrahen. l. j. §. & ſi fortè. quod
non habet locum in fideiuſſoribus: quia non experitus vnus
contra alium non facta ceſsione actionis: vt ff. de fideiuſſo. l.
3 fideiuſſoribus. & l. vt fideiuſſor. Hæc † enim remedia adiiciun-
tur, vel propter dolum communem, vel propter contumaciā
communem: ſi nullus eorum voluit agere. & ideò vnus eſt cō-
uentus: vt ff. de admini. tut. l. ſi plures. & de tut. & ra. diſtr. l. j.
§. planè. Si autem vnus geſsit, alter non, qui geſsit primò eſt
conueniendus in eo quod geſsit. quod enim communiter ne-
glectum eſt, omnes æqualiter obligat: niſi ea quæ neglecta
ſunt, ſint appendentia geſtorum ab vno: vt ff. de admini. tut.
l. tutores, qui poſt. §. in eum. & l. tres. §. inde in eo. & j. ſi tutor
4 non geſſ. l. vlti. & j. eo. l. vlti. Quandoque † autem is qui non
geſsit non conuenitus ſecundo loco: vt ſi minori, vel eius hæ-
redi obſtet ſua negligentia, vel ceſſatio: quia eum qui geſsit
cum eſſet ſoluendo tempore finiti officij non conuenerit: vt
j. eo. l. j. Vbi autem diuiſa eſt adminiſtratio à præſide, vel à te-
ſtatore, poſſet fortè diſtingui ex eo, quod dicitur ſ. de peri. tu.
l. ij. & j. eod. l. pe. in prin. vtrum ita ſit diuiſa vt vnus gerat in
vna prouincia, alius in alia. An in vna & eadem prouincia, vel
loco, iſti quædam res, illi autem aliæ aſsignentur gerendæ. In
primo caſu nunquam conuenitur vnus propter alium: vt ſ. de
peri. tu. l. ad eos. In ſecundo caſo, ſcilicet quando in vna & ea-
dem prouincia, vel loco adminiſtrant. [diuiſim tamen: conue
nitur vnus propter alium] in caſibus tantùm, ſcilicet, quando
vnus contutorem ſuſpectum dolo, vel culpa, non remouit:
vel etiam remouit, ſed tardè, cum ille non ſoluendo ſit effe-
ctus: vel etiam remouit & cito, ſed ſuſpicionis ſponte agendo
cauſam, iura pupilli prodidit: vt j. eo. l. pen. Idem eſt & ſi vnus
non inſtruat alterum ſuper eo quod alter neſcit ad ſuam ge-
ſtionem pertinere: vt ff. de adminiſt. tuto. l. Titium. §. tutores.
5 † Et eſt notandum quòd licet aliàs poſt illum qui geſsit, con
ueniatur magiſtratus, & in ultimo conueniatur tutor qui non
geſsit: & tamen hic, id eſt, vbi contutor conuenitur in prædi-
ctis caſibus ſecundo loco datur in eum actio: licet quidā con-
tradicant: vt ff. de tut. & ra. diſtra. l. j. §. vſque. & vt dicemus
infrà de magiſt. conue. & in his duobus caſibus facta diuiſio-
ne tutelæ poteſt intelligi, quod aliàs dicitur ſuprà de tranſac.
l. j. facta remiſsione vni tutori, non nocere contra aliū. Idém-
que & ſic geſſerunt omnes tutores, ſed per dolum, vel omnes
ceſſauerunt per contumaciam, ſolutum tamen ex tranſactio-
ne computabitur indebitum: vt ff. de tut. & rat. diſtra. l. ſi ex
6 duobus. † Sed vltra illud non præiudicat minori facta remiſ
ſio: nec enim minor tenetur cedere actiones electo, vel con-
uento, cùm quilibet ex ſua perſona inſolidum conueniatur,
vt liquet ex præmiſsis. Si autem omnes adminiſtrauerunt
per culpam, facta remiſsio vni tutori catenus præiudicat mi-
nori, ne alterum conueniat: niſi ex virili parte, ſcilicet ex
ſua perſona non ex perſona liberati: quia contra eum cede-
re non poſſet actiones quas de iure communi cedere debet
electo

electo:vt ff. de admin.tuto.l.ſi pupillus. Si autem vnus geſſe-
rit, alter non geſsit, facta remiſsio non gerenti non præiu-
dicat contra gerentem: quia gerens non conuenitur ex perſo-
na liberati,ſed ex ſuo proprio facto.Si autem fiat remiſsio ge-
renti,nocet contra non gerentem: quia ei cedi non poſſent
actiones,quod fieri debet,cum ex alterius facto conueniatur.

De in litem iurando. *Rubrica.*

1 *Iurare in litem quid.& nu.2.*
3 *Iuramentum in litem quis deferat.*
4 *Iuramentorum quæ ſubeat tutor.*
5 *Iuramentum in litem cur delatum.*
6 *Tutela iuramentum ſpeciale.*
7 *Iuramentum in litem quibus ex cauſis delatum.& 11.*
8 *Actionis ex empto ſpeciale.*
9 *Iurari in Fabiana in litem.*
10 *Iuriſiurandi in litem effectus.*

SVIA In actione tutelæ in litem iuratur,de in li-
tem iurando ponit. Videamus ergo quid ſit iura-
re in litem,vnde dicatur,quis deferat hoc iuſiuran
dum,qualiter,cui,propter quem,in quibus actio-
1 nibus, & quis ſit effectus iuriſiurandi. † Eſt autem iurare in
a litem [a] ſuo arbitrio præſtito ſacramento pro quanto nollet
re carere, rei æſtimationem ſecundum ſuum ſingulare inter-
eſſe facere: vt percipitur ff. eod. l.ij. §.interdum. & l. ſi tutor.
Res tamen petita non ideireo æſtimatur eſſe pluris de iure cō-
muni: vt ff.eod. l.j. Vnde & qui tenetur dare fideiuſſorem iu-
dicio ſiſti pro qualitate rei: vt ff.in ius voc.vt caut.l.j.ſi dede-
rit fideiuſſorem,qui tantùm habet in bonis,quanti eſt res, ido
neè videtur cauiſſe: licet non habeat tantum quanti æſtima-
ret rem actor in litem iureiur. imò & datus fideiuſſor non te-
netur vltra commune pretium rei: vt ff.de fideiuſſo. l.vlti.
2 † Quandoque tamen dicitur iurare in litem etiam is,qui iu-
rat tanti rem eſſe,vel fuiſſe, vt ex prædicta lege ſecunda, & ff.
eodem.l. nummis. & l.cum furti. & ita eſſe intelligitur quod
eſt in l. in actionibus. §.planè.ff.eodem. Dicitur etiam iuſiu-
randum in litem eo,quod propter litem,& in iudicio tantum
3 præſtatur, vel propter rem lite,id eſt,iudicio petitā. † Defert
hoc ſacramentum iudex: cæterum ſi alius detulerit iuſiuran-
dum, vel à non delato iuratum ſit, nulla erit religio, nec vl-
lum iuſiurandum: vt ff.eod. l.videamus. [§. deferre. In dela-
tione autem quam facit iudex, taxationem poteſt iureiuran-
do adiicere, vt in certam quantitatem iuretur, ne accepta oc-
caſione in infinitum iuretur: vt ff. eod. l.videamus.] §.iurare.
4 & §.ſed an iudex. & l.in actionibus. §.ſed iudex. † Defertur
hoc iuſiurandum domino litis: nec enim poteſt alius iurare,
niſi is qui ſuo nomine litem conteſtatus eſt:vt ff.eod. l.vulgò.
Quid in cauſa tutelari? & certè pupillo non defertur iuſiu-
randum, adoleſcenti autem poteſt deferri, matri autem ipſo-
rum non defertur fortè,quia in infinitum amore filij iuraret.
Tutoribus & curatoribus minorum deferri poteſt hoc iuſiu
randum, ſed tamen ipſi non coguntur ſubire. graue enim vi-
debatur ignorantes, & inuitos tutores, ſub alieni compendij
emolumento periurium anceps ſubire. Et ex hoc perpendi-
tur, quòd ipſi deberēt iurare minorem nolle tali re carere pro
tanto. Si tamen tantam affectionem pupillo ſuo,vel adoleſcen
ti tutores vel curatores voluerint præſtare, authoritas iuris
non refragabitur quin iudicium, quod inter ipſos cœptum
eſt,finis huius poſsit adhiberi. Non enim ad ſuam vtilitatem
iuriſiurandi referenda eſt æſtimatio,ſed ad eum cuius nomine
5 tutelæ ratio poſtulatur:vt ff.eod.l.videamus.Illa verò † ſacra
menta, quæ non reſpiciunt voluntatem ſolam, ſed reſpiciunt
credulitatem,vel etiam continent veritatem rei, compelluntur
ſubire tutelam vel curam,vt ſacramentum calumniæ, & ſacra
mentum de quantitate expenſarum, & ſacramentum quod de
fertur pro lite decidenda:vt ſ. de iureiur.propter calum.l.ij.§.
quod obſeruari.& de iudi.l.properandum.§.j.& de reb.cred.
6 l.penulti. & ff.de noxa. l.quoties. §. in poteſtate. † Defertur
hoc iuſiurādum propter dolum ſolū,non etiam ob culpā.ſed
æſtimatio culpæ erit à iudice facienda:vt ff.eo.l.videamus.§.vlt.
& l.in actionibus.§.ſed iudex. Quod autem dictum eſt de cul
pa,fortè intelligeret quis de leui,vel leuiſsima, propter latam
autem culpam,quæ æquiparatur dolo,dicūt iurari poſſe in li-
tem:vt ff.de precario.l.quæſitum.§.culpa tamē. & §.ex hoc in-
interdicto. & ff.ſi menſor.fal. mo.dix.l.j. Sed tamē id ego non
puto: vt enim propter ſolam cōtumaciam quis excōmunicari
poteſt,ita & cōtra aliquem quis iurare poteſt in litem propter
dolum tātum:vt ff.de dolo.l.arbitrio.§.j. Cōparatur ergo la-
ta culpa,dolo,quantum ad pecuniarium damnum perſequen-
dum: non quātum ad pœnam corpori infligēdam:vt ff.ad leg.
Corn.de ſic. l.in lege.non quātum ad infamiam irrogandam:
vt Inſti.de ſuſpect. tut.§.ſuſpectus. non quātum ad hoc iuſiu-
randum in lit.quod irrogat pœnam reo ex volūtate iurantis.
7 † Porrò in actione tutelæ videtur ſpeciale eſſe, vt ſi agatur
cōtra tutorem tutelæ:& ipſe dolo,vel lata culpa,vel leui,exhi
beat res,vel inſtrumēta pupilli, iurari poteſt contra eum in li-
tem:ſed cōtra hæredem eius fortè non iurabitur: niſi propter
dolum ſuum proprium,vel latam culpam: vt j.eod.l.ſi,qui.&
alio iure.& ideo Imperator hic poſuit rubricā iſtam, de in li-
tem iurando,in tractatu actionis tutelæ:vt oſtēderet in actio-
ne tutelæ aliquid ſpeciale ſeruandum in iureiurando in litem.
8 † Iurari autem poteſt in litem in actionibus in rem,& ad exhi
bendum,& in aliis arbitrariis actionibus,quæ numerātur In-
ſtit.de actio. §. præterea quaſdam. & in bonæfidei iudiciis di-
rectis,& non cōtrariis: vt ff.depoſiti.l.j.§. in depoſiti quoque.
9 & l.ei apud.& ff.eod. l.in actionibus. Sed ſpeciale † puto eſſe
in actione ex empto,vt licet ſit bonæfidei, non tamen iuretur
in ea in litem:quia venditor liberari poteſt præſtito intereſſe:
vt notauimus ſ.de actio. empti. Sic igitur in actione bonæfi-
dei non eſt:neque eſt arbitraria, ſed ſimpliciter ſtricti iuris eſt,
non iuratur in litem: niſi in caſu cùm quis in ius vocatum vi
eximit:vt ff.ne quis eum,qui in ius voca.l.penultima. §.prim.
Et eſt illud propter contemptam authoritatē iudicis,vel pro
10 pter vigorem iudicij ſeruandum. Et idem † in fabiana actio-
ne,ſi nō reſtituatur res alienata in fraude patroni:vt.ff.ſi quid
in fraude patro.l.tenetur.§. in actione. Nam etſi non ſit arbi-
traria,eſt tamē in rem ſcripta. [Idem eſt in actione rerū amo-
tarum.vt ff.rerum amota.l.ſi cum dos.§. ſabinus.] Idem etiā
dicitur in promiſſore Stichi, ſi moram fecerit, & Stichus de-
ceſſerit,nā quia iudex æſtimare rē,quæ non extat non poteſt,
ſine relatione iuriſiurandi,in litem iurādum eſt,aliàs ſi ex ſti-
pulatu,vel ex teſtamento agatur,non ſolet in litem iurari:vt
ff.eo.l.in actionibus.§ planè interdum. Sed certè hoc vltimū
intelligo nō de iureiurādo in litem. quod cuiuſque arbitrio
facit rei æſtimationem, ſed de iureiurādo quod impropriè di
citur in litem,& continet veram, id eſt cōmunē rei æſtimatio
nem:ſicut & ſuprà dixi. & hoc etiam innuit ratio legis, quā
diximus:quia iudex,&c. de tali etiam ſacramento loquitur l.
cum furti.ff.eodē. nam ſiue agatur actione furti: quia in ea ad
rem duplandā, vel quadruplandā habetur reſpectus:ſiue aga-
tur condictione furtiua, defertur actori iuſiurandum ſuper
quantitate rei,propter inopiam probationum,& propter ma
leficium cōuenti:vt iuret tanti rem fuiſſe,cùm furtum factum
ſi nō debet aduci,res erat digna eo pretio,plurisve: quia quæ
res pluris eſt,vosq; tanti eſt:vt ff. eo.l.cùm furti. & ſic defertur
11 iuſiurandū in interdicto vnde vi.vt j. vnde vi.l.ſi quādo.† De
fertur iuſiurandum in litem ſuper ſpeciebus petitis,pro quan
to quis nollet eis carere. Poteſt enim eſſe, quòd maiori affe-
ctione moueor ad vnam ſpeciem, quàm ad aliam:ſed in num-
mis non habet locum illa ratio propter omnimodā ſimilitudi
dinem nummorum ad alios nummos, & vtilitatem eandem
omnino: vnde non defertur iuſiurādum in litem nummis de-
poſitis,vt iuret quis,quod ſua interfuit, cum certa ſit nummo
rum æſtimatio: nam ſpecies æſtimatur pecunia, ſed pecunia
non æſtimatur ſpeciebus: vt ff. de fideiuſſor. l.ſi ita fideiuſſo-
rem. Poſſet tamen deponenti deferri iuſiurandum,vt iuret de
eo,quod ſua interfuit nummos ſuos ſibi ſua die redditos eſſe.
Quid enim ſi ſub pecunia debuit, aut ſub pignore,quod,
quia depoſita eſt pecunia abnegata eſſet,ei diſtractum eſt: vt ff.
12 eodem.l.nummis. † Eſt autem effectus iuriſiurandi,vt iudex
b iuſiurandum ſequatur [b], ſi viderit eſſe faciendum, vel etiam
minoris condemnabit hic,quàm iuratum eſt. Item & prorſus

poterit abſoluere reum ex magna cauſa, & poſtea repertis pro
bationibus contra actorem, facilè enim non quæritur de per-
iurio iurantis in litem: vt ff. eodem. l. videamus. §. item viden-
dum. & l. vlt. Sic & ſacramentum, quod defertur à iudice par-
ti, de veritate rei, retractatur propter noua inſtrumenta: vt ff.
de iureiurand. l. admonendi.

ANNOTATIONES.

a Iurare in litem. Ad huius tituli clariorem intelligentiam, vide Raph.
ful. & communiter Doct. in l. in actionibus. de in lit. iurand. Saly. in l.
prima. C. depoſ. gl. & doct. in l. nemis. ff. eod. Bart. in l. videamus. §. in
rare. eod. tit. dom. Alex. de imo. in l. ſecunda. §. interdum. ff. eod. domi.
Iaſo. de may. in §. actionum. numer. 8. Inſtit. de actio. & in §. pœnales.
xeiiii. eod. titul. Doct. in l. arbitrio. §. primo. ff. de dolo. do. Alexand. de
imo. in conſil. cxcvi. in ii. volu. qui accumulat totam materiam.
b Iuſiurandum ſequatur. Vide ad hoc Bartol. in l. ſi is à quo. vt in poſſ.
legat. Doct. in l. nam & poſtea. §. ſi is de iureiur. Ludo. ro. in l. quoties
ff. qui ſatiſda. cog. in. do. Alex. in l. ſed ſi poſſeſſori. §. ff. de iureiurand.
Canoniſtas poſt glo. in cap. ſtatutum. de reſcript. in ſexto.

De hæredibus tutorum vel curatorum. *Rub.*

1 *Tutorum hæredes an teneantur. 3. 4.*
2 *Tutela actio tranſmiſſibilis.*

QVALITER tutor tutelæ conueniatur, dictum
eſt, videndum de hæredibus tutorum qualiter, &
inquantum teneantur. & quidem hæredes tuto-
1 rum non ſunt tutores: tenentur † tamen in qui-
buſdam qu aſi tutores: puta, in inchoatis per defunctum, ſi hæ-
redes tutoris maſculi ſunt, & legitimæ ætatis, in quibus do-
lus eorum poteſt admitti, & quod penes tutores fuit, hæredes
quoque eorum reddere debent. Item in inchoatis, & perfectis,
tenentur hæredes tutorum: ſicut & tenebantur tutores, lite
2 tamen conteſtata contra tutores. Nam † tale iudicium tráſfer
tur in hæredem tutoris: quale ſuſceperit defunctus. Litis enim
conteſtatione pœnales actiones tranſmittuntur ab vtraque
parte, & temporales perpetuantur: vt ff. de fideiuſſorib. tut. l.
3 hæredes. §. Paulus. Idem fortè † eſt, & ſi hæredes tutoris in-
choauerint adminiſtrationem, & peregerint. Lite verò non
conteſtata, nec in inchoatis negotiis à defuncto, vel ab hære-
dibus eius, tenentur hæredes tutoris ex perſona defuncti, ob
dolum, & latam culpam, non leuem: niſi ex eo, quod peruenit
ad eos, vel ad tutorem, vel ex eo, quod tutor de bonis pupilli
gratiam aliam fecit, conueniatur: vt ff. eod. l. cùm oſtendimus.
& infra eodem, l. prima. & l. vltima. Illud † notandum eſt,
quòd ex ſuo dolo tenentur hæredes: licet non ſint tutores: vt
ff. de fideiuſſorib. tut. l. prima. in fine. & l. cùm oſtendimus.

Si tutor, vel curator non geſſerit. *Rubrica.*

1 *Tutorem non niſi rectè datum teneri.*

QVALITER is, qui geſſit teneatur dictum eſt:
videamus, qualiter is qui non geſſit, conueniatur,
1 & quando, ſiue quo ordine. † Et quidem tutor
datus, qui non geſſit, aut vtiliter fuit datus, aut
inutiliter. Si inutiliter, non tenetur: vt ſupra, qui da. tut. l. ne-
que. Si verò datus fuit vtiliter, tenetur quidem vtili actione
tutelæ: ſi non geſſit, directa: vt ff. rem pupil. ſaluam fore. l. non
quaſi. §. illud. & de admin. tut. l. tutores, qui poſt. §. meum. & j.
eod. l. j. Ordo tamen conſiderandus eſt in conueniendo eum,
qui non geſſit: vt notauimus ſ. de diui. tute.

De vſuris pupillaribus. *Rubrica.*

1 *Vſura pupillo præſtanda. & 2. & quibus caſibus. 3.*

QVIA in actione tutelæ vſurarum fit condemna-
tio, de vſuris pupillaribus ſupponit. Videndum
ergo quæ ſint pupillares vſuræ: & quando præ-
ſtentur vel illæ, vel centeſimæ, vel aliæ quæ ſunt
1 leuiores eis. † Eſt autem ſciendum, quòd pupillo præſtantur
vſuræ centeſimæ in duobus caſibus, id eſt, ſi pecuniam pupil-
larem conuerterit tutor in ſuam vtilitatem clanculò. Item &
ſi tutor negauit prætori ſe aliquid habere ad alendos pupil-
los: aliàs autem tutor præſtabit pupillo vſuras ſecundum mo
rem prouinciæ, aut quincunces, aut trientes, aut aliàs, ſi quæ
2 aliæ leuiores in prouincia frequentantur. † Sed in quinque
caſibus præſtat pupillo pupillares vſuras, id eſt, quas pupillus
poterat ſtipulari ſecundum cõditionem, vel diuerſitatem ſuæ
perſonæ: vt dixi ſuprà de vſu. l. eos, qui. §. ſuper. Primus caſus
eſt, ſi pecuniam pupilli palàm conuerterit in vtilitatem ſuam.
Secundus eſt, cùm negauit apud ſe pecuniam pupilli eſſe, &
prætor pronuntiauit cõtra eum. nam etſi non eſſet apud eum
pecunia, tenetur tamen ad eam, & vſuram pupillarem, quia
decretum pro veritate eſt. Tertius caſus eſt, ſi moram fecit de-
poſitioni pecuniæ, & prætor irrogauit ei pupillarem vſuram,
ſolent ibi prætores cõminari, vt ſi non fiat depoſitio, vel quan
tò tardius fiat, legitimæ vſuræ pręſtentur. Sed & ſi tutor dum
negaret aliquam quantitatem penes ſe eſſe, pupillis impoſuit
neceſſitatem accipiendi mutuam pecuniam ad onera ſua ex-
pedienda, tenebitur ad pupillarem vſuram in hoc quarto ca-
ſu. Quintus caſus eſt, cùm à debitoribus pupilli exegit pupil-
3 lares vſuras. † Videtur etiam poſſe notari ſextus caſus, ſcili-
cet quando obtinuit pecuniam pupillarem deponi ad prędio
rum comparationem: & tutor non depoſuit eam, neque præ-
ceptum eſt ei à prætore, vt deponeret. & probantur hæc ff. de
admini. tuto. l. tutor, qui repertorium. §. ſi deponi. vſque ad §.
vſuræ. & l. nõn exiſtimo. Si autem tutor vſurarum currẽtium
contra ſe velit curſum interrumpere, non poteſt pupillum co
gere, vt agat actione tutelæ contra ſe: verum aduerſus futu-
ram calumniam eius, vt curſus vſurarum inhibeantur, denun
tiare debet frequenter ſe paratum eſſe ſoluere quod debet: &
ſi pupillus rem diſſimulatione proferat, acta apud præſidem
prouinciæ denuntiatione, & oblatione pecuniæ, & eius con-
ſignatione facienda ſunt. Non enim ſufficit obtuliſſe: niſi &
deponat quis pecuniam obſignatam tuto in loco. & eo facto
plenè ſuccurritur tutoribus. & curatoribus, eorumque hære-
dibus: vt infrà eod. l. vlti. & ff. de adminiſt. tut. l. tutor pro pu-
pillo. §. vltimo.

De fideiuſſoribus tutorũ vel curatorũ. *Rubr.*

1 *Tutor an fideiuſſor prius conueniendus.*
2 *Tutore ſoluente an liberetur fideiuſſor. & 3.*
4 *Diuidenda tutela beneficij ius.*

QVALITER tutores conueniantur, dictum eſt,
videndum qualiter eorum fideiuſſores exigantur.
1 † Et quidem olim libera facultas dabatur mino-
ribus, vtrum prius tutores, an fideiuſſores conue-
nirent, vel etiam vt conuenirent tutores pro parte, & fideiuſ-
ſores pro alia parte, facta diuiſione actionis inter eos: vt j. eod.
l. j. Hodie verò contrarium eſt, prius enim conueniendi ſunt
principales debitores, quàm fideiuſſores, vel mandatores, vel
2 ſponſores: vt in authen. de fideiuſſ. §. j. † Illud autem verum
eſt: quia tutore ſoluente liberatur fideiuſſor, ſi fideiuſſor ſim-
pliciter eſt acceptus ita, puta, fide mea eſſe iubes? Fide tua eſ-
ſe iubeo. Vel promiſit quòd tutor debet, vel debebit. Si au-
tem promiſerit quod à tutore, vel curatore, ſeruari non poſ-
ſit, ſoluente tutore, vel curatore, non dicitur liberari, ſed ma-
gis non incidere in obligationem: vt ff. de verbor. obligat. l.
decem. Idemque eſt, ſi promiſit fideiuſſor rem pupilli ſaluam
fore. Nam videtur promiſiſſe quod à tutore non poterit ſer-
uari: vt infrà eod. l. vlt. In tutoribus autem conuentis, ſi ſol-
uendo ſunt, & omnes geſſerunt tutelam, locum habet bene-
ficium diuiſionis: vt ff. de tutel. & ratio. diſtrib. l. prima. §.
nunc tractemus. & vt diximus ſuprà de diuidenda tutela.
3 † Quid in fideiuſſoribus tutorum? Certè diſtinguendum eſt,
vtrum fideiuſſores extiterint pro tutoribus pluribus, qui tu-
tores habebant beneficium diuiſionis, an extiterint fideiuſ-
ſores pro tutore vno. In primo caſu, ſi tutores ſoluendo
ſunt, & adminiſtratio non diſpar, ſed communis, fuit admit-
tenda

tenda ratio virilium portionum inter fideiuſſores ex perſona tutorum: vt ff.eod.l.pupillus. In ſecundo autem caſu, licet aliàs fideiuſſores vnius habeant beneficium diuiſionis, tamen pupillo agente qui non ipſe contraxit, ſed in tutelam incidit,
4 & ignorat omnia, † beneficium diuidendæ actionis iniuriam habere viſum eſt: nec ex vna tutela cauſæ plures, variæq́; quæſtiones apud diuerſos iudices conſtituerentur: vt ff.rem pupil.ſaluam fore.l.vlti. hoc ergo eſt, cum adulto facto imputari ſua conuentio non poteſt. Nam ſi finita tutela, conueniet cum fideiuſſoribus tutoris, vt ante conueniat tutores, quàm eos, & ipſi promiſerunt adulto ſe reddituros, quod ab eis ſeruari non potuiſſet, inter eos qui ſolnendo ſunt, actio reſidui erit diuidenda: ſicut & diuidetur inter eos, qui mandauerunt pecuniam credi: vt ff.eod.l.ſi fideiuſſores. Vel fortè diſtinguendum eſt inter fideiuſſores tutoris, vtrum ſimpliciter, & in ſolidum ſint accepti: vt ſuprà diximus. & tunc non habet beneficium diuiſionis. & in hoc caſu loquitur ff.rem pupil.ſaluã fore.l.vlt. an ſint accepti in eo, quod non poterit ſeruari à tutore: vel etiam promiſerunt rem pupilli ſaluam fore. In quibus duobus caſibus idem eſſe ſuprà diximus. & tunc ſi pro reſiduo conueniantur, habent beneficium diuiſionis. & in hoc caſu loquitur ff. eod.l.ſi fideiuſſores.

De contrario iudicio tutelæ. *Rubrica.*

1 *Tutela contraria cur inducta.*
2 *Tutela contraria quibus data.*
3 *Tutela contraria quid conſequatur.*
4 *Tutela contraria vis. & 6.*
5 *Tutela contraria qualis.*

SVPRA dictum eſt de directo iudicio tutelæ, & negot. geſt. nunc videamus de contrario iudicio tutelæ, & negot. geſt. vtili, quare ſit inductum, quibus competat, & quando, & ad quid, & qua-
1 lis ſit actio. † Eſt autem inducta contraria actio tutelæ: vt facilius tutores accederent ad adminiſtrationem, ſcientes pupillum ſibi obligatum fore ex ſua geſtione. quanquam enim ſine tutoris authoritate pupillus non obligetur, nec in rem ſuam pupillum tutor obligare poſſit: attamen receptum eſt, vt tutori ſuo pupillus ſine tutoris authoritate ciuiliter obligetur ex adminiſtratione ſua, ſcilicet. Etenim prouocandi fuerant tutores, vt promptius aliquid de ſuo pro pupillo impendant, dum ſciunt ſe recepturos id, quod impenduot: vt ff.eodem.l.j.
2 j.reſpon. † Datur hæc actio tutoribus, & curatoribus pupillorum, adultorum, furioſorum, prodigorum, & ventrum, & conſimilium perſonarum: vt ff.eodem. l.prima.§.hæc actio. Datur hæc actio tutori demum finito officio, vel remoto tutore à tutela: vt ff.eodem.l.à tutela.& l.prima.§.finito.Sed pro curatoribus. & curatoribus datur hæc actio ſtatim etiam non dum finita cura: vt ff.eodem.l.prima.§.finito.Item datur ſi diligenter negotium ſit cœptum geri, licet euentum aduerſum habuerit, quod geſtum eſt: vt ff.eod.l.iij.§.ſufficit. & de nego. geſt.l.ſed an vltro.§.is autem.Item non attenditur in contrario iudicio, vtrum agatur directo iudicio tutelæ, vel neg.geſt. an non.pupillus enim quandoque idcirco non vult agere tutelæ, quia nihil ei debetur, imò plus in eum impenſum eſt, quàm quod ei adeſt. nec impediendus eſt tutor agere contrario iudicio. Longè magis aget, ſi rationibus diſtrahendis actio intendatur: vt ff.eodem.l.prima.§.penultim. & l. ſecund.Venit in cõtrarium iudicium, quod in pupillum, vel in eius rem impenſum eſt: ea autem quæ debebantur tutori: vt puta, à patre pupilli, cùm pro eis integra ſit actio, non deducuntur in contrarium iudicium: niſi tutor ideo ceſſauit exigere: quia tutor erat: nam ſicuti quodcunque aliud geſſit pro vtilitate pupilli, id contrario iudicio conſequitur: ita etiam id quod ſibi debetur, conſequi debet, vel eius ſecuritatem: ergo & ſi ex cauſa, quæ tempore finitur, obligatio fuit aliqua, erit tutelæ iudicium contrarium: vt ff.eodem.l.prima.§.an in hoc.
3 † Quid autem ſi plus impenderit in pupillum tutor, quàm eſt in facultatibus: an id conſequatur contrario iudicio? & certè conſequetur, ſi expedit pupillo tutelam ita adminiſtrari: alioquin abſoluetur pupillus. neque enim in hoc adminiſtrantur
a tutelæ, vt mergantur pupilli [a]. Iudex verò vtilitatem pupilli ſpectabit: & an tutor ex officio fecerit ſumptus: vt ff. eod.l.
4 iij.§.reſponſ. † Item intenditur contrarium iudicium, vt quis à pupillo exigat liberationem eorum, quæ propter tutelam alij promiſit, vel alij tenetur dare: aut pecuniam ſi quam de ſuo conſumpſit etiam cum vſuris, vel trientibus, vel iis, quæ in regione frequentantur, vel his quibus mutuatus eſt, ſi neceſſe habuerit mutuare: vt pro pupillo ex iuſta cauſa prorogaret: vel his à quibus pupillum liberauit, vel quibus caruit tutor, ſi nimirum profuit pupillo pecuniam eſſe ſolutam. & præſtantur ei iſtæ vſuræ, & quandiu tutor eſt, & poſtea quàm deſiit eſſe tutor, & quoad reddatur ei pecunia. Planè ſi forte tutor aliquid pecuniæ debuit fœnerare, & aliquid pro pupillo ſoluit, nec ipſe conſequitur vſuras, nec pupillo præſtabit. Quare, etſi in vſus ſuos conuerterit, deinde aliquid impenderit in rem pupillarem, deſinit vertiſſe, & ex inde vſuras non præſtabit: & ſi ante impenderit in rem pupillarem, mox in vſus ſuos conuerterit: non videbitur vertiſſe quantitatem quæ concurrit cum quantitate ſibi debita: vt eius ſummæ præſtet vſuras. Illud etiam repellere poteſt tutorem ab vſura, ſi potuit ſibi ſoluere de re pupillari: vt ff.eod.l.iij.§.contrarium.vſque ad §.ſufficit.Item venit in cõtrarium iudiciũ, quod eſt impenſum ſine tẽpore officij.Item poſt finitum officium, ſi erat geſtio cõnexa.Item quod eſt impenſum ante officiũ.ſi ideo quia tutor erat, ceſſauit exigere: vt ſ.dictum eſt: vt ff.eo.l.iij.§.iudi
5 cio cõtrario.† Eſt autem hæc actio contraria, perpetua, & hæredibus datur, & in hæredes cæteróſq́; ſucceſſores: vt ff.eod.l.
6 iij.§.vlti.† Præter hæc tutores, & curatores, & cõſimiles, ſi tutelæ iudicio conueniũtur, repetere poſſunt id, quod in rem pupilli impenderint: vt j.eod.l.vlti.& ſic erit arbitrij eius, vtrum compenſare, an repetere velit ſumptus. Quid ergo ſi iudex compenſationis eius non habuit rationem: an contrario iudicio poſſit experiri? & vtique poteſt.Sed ſi reprobata eſt hęc reputatio, & acquieuit ſententiæ, non debet iudex contrario iudicio id refarcire: vt ff.eod.l.j.§.præterea ſi tutelæ.

ANNOTATIO.

a Merguntur pupilli. Ad huius concluſionis materiam vide Barto.in l. Polla.C.de iis, quib.vt indign. Bald.in l.prima. §.impubes.ff.ad Syllania.Doct.in l.pupillus.in princip.de autho.tut. Paul.de caſtr.in conſilio ccc x.incipient.aduertendum, vbi multa colliges.

De authoritate præſtanda. *Rubrica.*

1 *Authoritatem præſtare quid.*
2 *Commiſſum vni an cæteris negatum.*
3 *§.ſi prætor ſenſus.*
4 *Tutela diuiſio.*
5 *Cæcum authorem fieri poſſe.*
6 *Authoritas quando interponenda.*
7 *Authoritas qui interponenda. 8.*
9 *Authoritas quando neceſſaria 10. & 11.*
12 *Pupillus quæ ſine tutore non poſsit.*
13 *Authoritas minoris præiudicare.*
14 *Tutorum plurium neuter author.*
15 *Authoritatis effectus.*

DE TVTORIBVS & curatoribus dictum eſt: & quia oportet eos authoritatem præſtare minoribus in iis, quæ agunt, vel paciſcuntur in præiudicium ſuum, ponit de authoritate præſtanda. Videndum eſt ergo, quid ſi authoritatem præſtare, &
1 quando, qualiter, in quibus, & quis ſit eius effectus. † Eſt autem authoritatem præſtare, cum aliquis dicit ſe probare id
☞ quod agitur, hoc eſt, authorem fieri: vt ff. eodem. l. etiam. Præſtare autem authoritatem poteſt quilibet tutor, ad quem ſpectat periculum adminiſtrationis. de quo periculo, quando ſpectet ad tutorem, plenè diximus ſuprà de adminiſtratione tutorum. Siue ergo dati ſint tutores, vt gerant, ſiue dati ſint honoris, vel notitiæ cauſa, poterunt authores fieri pupillo, niſi interdicta fuerit eis adminiſtratio. Nec diſtingui-

tur, gerat tutor, vel non gerat: vt de acquir. hæred. l. pupillum
etiam. & ſecundum hoc, eſt intelligendũ quod legitur ff. eod.
l. & ſi pluribus. eum tutorem non poſſe authorare, cui admi-
niſtratio tutelæ non eſt cõceſſa. exponendum eſt enim, id eſt,
2 denegata. † Sed nonne videtur cæteris denegata hoc ipſo quod
vni eſt commiſſa adminiſtratio? Reſpondeo, poteſt committi
vni geſtio ad hoc, vt ille ſolus habeat neceſſe gerere: alij verò
poſſunt, ſed non coguntur: & tunc omnes poſſunt eſſe autho
res: vt ff. de ſol. l. quod ſi fortè. §. j. Quandoq; committitur v-
ni tantùm ad hoc, vt alij etiam volentes repellantur: & tunc
non poſſunt: & in dubio quando vni ſimpliciter committi-
tur, cæteris videtur denegata. Dicet enim aliquis: ſi illa l. & ſi
pluribus. in ſui principio loquitur de tutore cui eſt denegata
geſtio: ergo in fine illius eiuſdem legis repetitur principium?
Reſpondeo non eſt ita, aliud eſt enim auferre adminiſtratio-
nem tutori, aliud remouere ipſum à tutela, vt ſuſpectũ. Sicut
aliud eſt deponere epiſcopum, aliud ipſum ab adminiſtratio-
3 ne priuare. Sed contrariũ videtur eſſe valde in l. hæc enim. † §. ſi
prætor. ff. de ſuſpect. tut. Nam ibi dicit, ſi prætor ſententia ſua
tutorem non remouerit à tutela, ſed gerere prohibuerit, deſi-
nit eſſe tutor: ſed certè ibi apud prætorem agebatur cauſa de
remouendo tutore ſuſpecto. vnde verba ſententiæ intelligun
tur ſecundum tenorem accuſationis, & aptantur ad ipſa, ſci-
licet, vt videatur pronuntiaſſe ſuper eo, de quo agebatur. Vel
dic quòd aliquis deſinit eſſe tutor, id eſt, quantum ad admi-
niſtrationem gerendam, quia eſt ei denegata: & ita nihil ad-
miniſtrabit, ſi denegata eſt in totum, vel ſi denegata eſt in par-
4 te, in ea parte nihil geret. † Plerunq; enim inter tutores re-
gionibus diuiditur tutela: putà vt alius vrbica negotia, alius
peregrina adminiſtret. Nam licet omnes tutores ſint, & tu-
telam gerant: tamen cùm quis de ea re, quæ extra ſuam regio
nem erit, experiri, vel ad iudicium vocari cœperit, perinde nõ
committitur ſtipulatio rem pupilli ſaluam fore contra hunc
tutorem, vel fideiuſſorem eius. atque ſi adminiſtratio tutelæ
non eſſet ei permiſſa: quantum enim facit in totum denegata:
tãtùm valet, & ſi in ea re de qua agitur, denegata ſit. ff. de ad-
miniſtratio. tutorum. l. ſi duo. & ſuprà. l. ſi ex pluribus tut. vel
5 curat. l. vlt. † Poteſt tutor author fieri, etiam ſi cæcus ſit fa-
ctus: neceſſarium eſt tamen, quòd ſit ſanæ mentis, & ſpon-
te fiat author. Nam ſi inuitus ſit tenentur, aut per vim, quod
agitur, non valet: neque enim præſentia corporis ſufficit ad
authoritatem: vt ſi ſumno, aut morbo comitiali occupatus
tacuiſſet: nulla eſt enim differentia, non interueniat authori-
tas tutoris, an perperam adhibeatur: vt ff. eod. l. j. §. vlti. & l. ij.
Item oportet tutorem intelligentem eſſe ad id, quod agitur.
Nam ſi præſens ignorauerit, quale negotium eſſet, quod con
trahebatur, perinde eſt ac ſi fuerit abſens: vt ff. eod. l. non mul
tum. Nec neceſſarium eſt in authoritate præſtanda, vt tutor
interrogetur, an comprobet id, quod agitur: vt ff. eod. l. iij.
nec eſt opus tutorem ſubſcribere inſtrumento contractus.
Pupillum verò loqui non eſt neceſſe, ſiue mutuum accipiat,
authore tutore, ſiue ſoluatur ei: vt ff. eod. l. impuberes. & l.
6 inter pupillos. Oportet enim † tutorem in ipſo negotio præ
ſentem eſſe, & authorem fieri, ſi hoc pupillo prodeſſe æſtima
uerit. Nam ſi non æſtimauerit pupillo prodeſſe, non cogitur
à prætore, vt fiat author. Primùm, quia iniquum eſt cum præ
ſtare authoritatem, ſi nõ expedit pupillo: deinde ſi expedit tu
telæ iudicio, pupillus hanc iacturam conſequitur: vt ff. eod. l.
ſi tutor. in principio. niſi tutor impeditus fuerit iuſta cauſa
tutor eſſe: vt ff. eod. l. tutor, qui. Poſt tẽpus verò nõ modicum
aut per epiſtolam interpoſita authoritas nihil agit: vt Inſt. eo.
§. tutor. & ff. eod. l. obligari. §. tutor. Planè vbi tutor inconti-
nenti author fit, negotio perfecto prius, pro eodem eſt ha-
bendum ac ſi negotio fuerit præſens: vt ff de acqui. hæredit.
7 l. ſi quis bona. §. iuſſum. † Fieri poteſt tutor author pupillo:
& in ſcriptis, & ſine ſcriptis. Neq; exigitur quòd tutor ſit in
præſentia contrahentis cum pupillo, ſed exigitur præſentia
tutoris ſimul cum pupillo: vt ecce inter abſentes nuncio, vel
epiſtola vendo, vel loco pupillo tuo: & ipſe in præſentia tuto
ris, me abſente, dicit ſe emere, vel cõducere, & tutor fit ei au-
thor: vt ff. eod. l. obligari. §. vltimo. & ſatis eſt, ſi interueniat au
thoritas vnius tutoris, ſi plures in ſolidũ ſunt tutores: niſi id

agitur, quod facit ſolutionem tutelæ, vt quia impubes datur
8 in arrogationem. † Tunc enim neceſſe eſt omnes tutores au-
thoritatem ſuam præſtare, vt quòd omnes ſimpliciter tangit,
ab omnibus comprobetur. Si autem diuiſa eſt tutela, quilibet
eſt author in eo quod fideicommiſſum eſt ei & eadem ſunt in
curatoribus adultorum, vel furioſorum perſonarum: vt infrà
eodem. l. j. Item communis authoritas eſt interponenda purè:
licet conditionalis contractus cum pupillo fiat: aliàs enim
contractus non teneret: quia hic eſt actus legitimos, qui non
recepit diem, vel conditionem: vt ff. eod. l. & ſi conditionalis.
9 & de regulis iuris. l. actus. † Eſt autem authoritas tutoris in
quibuſdam cauſis neceſſaria, in quibuſdam non. Neceſſaria
eſt, quando pupillus alij promittit, vel paciſcitur aliquid: vn-
a de conſueuit [oriri] obligatio*. Idemque ſi iudicium ſubeat
ciuile, vel criminale: vt infrà eodem. l. clarum. Idemque eſt,
& ſi confiteatur in iudicio contra ſe: vt ff. de confeſſ. l. certum.
10 §. in pupillo. In † caſibus tamen ſtat in iudicio minor ſine tu-
tore, vel curatore, vt in momentanea poſſeſſione. & ſi ſui tho-
ri violati velit accuſationem intendere, & ſi impetrauit ve-
niam ætatis: vt infrà, ſi per vim vel alio modo. l. prima. & ff.
ad legem Iuliam de adult. l. ſi maritus. ſecund. §. lex. & ſuprà,
de iis, qui veniam ætat. l. prima, & ſecunda. Itẽ in maximis cri
minibus: vt dicemus infrà, qui accuſ. non poſſ. & interdict. de
libe. exhibend. vt ff. de libe. ho. exhibend. quòd & lex. §. pen.
11 non eſt autem † neceſſaria tutoris authoritas: vt ecce, ſi quid
dari ſtipuletur impubes, vel per traditionem accipiat. Placuit
enim meliorem ſuam conditionem licere eis facere: etiam ſine
tutore authore. Deteriorem verò non aliter, quàm tutore au-
thore. vnde in his cauſis ex quibus obligationes mutuæ na-
ſcuntur, vt in emptionibus, venditionibus, locationibus, con
ductionibus, mandatis, depoſitis ſi tutoris authoritas non in-
teruenit, ipſi quidem qui cum his contrahunt, obligantur ad
inuicem, pupilli non obligantur: vt inſtit. eod. §. vſq; ad §. ne-
que tamen. & ita claudicat contractus: vt ff. de actio. emptio.
& vendit. l. Iulianus. § ſi quis à pupillo. Patet ergo in iis, quòd
pupillus alij mutuando, vel ſeruum manumittẽdo, vel alij ſol-
uẽdo ſine tutoris authoritate, ſe alij non obligat, ſeruum non
facit liberum. ipſe ab alio non liberatur: quia ſine tutoris au
thoritate nihil alienare poteſt: vt ff. eodem l. obligati. primo
12 reſponſo. vſq; ad §. pupillus hæreditatem † Tria tamen ſunt,
in quibus etſi lucrũ pupillo, vel adulto videatur obuenire, nõ
tamen poſſunt ea agere ſine tutoris vel curatoris authorita-
te: vt ecce, hæreditatem adire, vel bonorum poſſeſſionem pe-
tere, vel agnoſcere, neq; hæreditatem ex fideicommiſſo ſuſci
pere aliter poſſunt, niſi tutoris, vel curatoris authoritate:
quãuis lucroſa ſit hæreditas: vt Inſt. eod. §. iij. & ff. eod. l. obli-
gari. & l. ſi ad pupillum. Quæ eſt ratio? reſpondent quidam,
quia occaſione lucroſæ hæreditatis, vel bonorum poſſeſſio-
nis, vel lucroſi fideicommiſſi agnoſceret oneroſum, vel one-
roſam ſucceſſionem vel melius: ideo eſt hoc, quia poteſt eſſe
quòd licet lucroſa ſit ſucceſſio, tamen multũ cõtrouerſiis eſt
implicita: vt interſit minoris eam non habere: vt ff. de mino. l.
13 minoribus. xxv. annis. † Poteſt ergo tutor (vt liquet ex præ
dictis) author eſſe impuberis in eo, quod agitur in præiudicium
minoris: niſi id, quod agitur in præiudicium minoris, principali
ter, & directò pertineat ad rem tutoris: nec enim poteſt tutor
ſe authore, ſibi obligare pupillum, vel ei author eſſe, vt pro-
mittat ſeruo, vel filio tutoris, vel vt quid eis tradatur. Hinc
eſt, quòd ſi tutor fuit author pupillo, vt quid det ſeruo tuto-
ris, vel alterius cõſocio tutoris. quæritur totum: vt ff. eo. l. ſi
14 ſeruus cõmunis. Planè, ſi plures † tutores ſunt, poteſt vnus, al
tero authore, ſibi obligare pupillum, niſi vnus tutor erat pa-
terfa. alius erat filiusfa. In quo caſu neuter alij tutor erit, vel
author: vt ff. eo. l. quod dicimus, ſed & ſi vnus ſe authore emerit
a pupillo palam, & bona fide præſtando authoritatem ſuam,
tenet emptio. Item per cõſequentiam poteſt tutor author eſ-
ſe in re ſua: vt ecce, pupillo adeunti hæreditatem ſui proprij
debitoris, poteſt authoritatẽ accommodare: quamuis per hoc
debitor eius efficiatur. Prima enim ratio authoritatis eſt ea,
vt hæres fiat: per conſequentiã contingit, vt debitũ ſubeat. &
probãtur hæc ff. eo. l. j. vſq; ad §. tut. & l. pupillus. j. reſp. vſq;
15 ad §. pupillus. ibi, ſanè ſi quid. & l. quod dicamus. † Effectus aũt

auth

authoritatis maximus eſt. Si enim pupillus ſine tutoris autho
ritate quid promittat, vel paciſcatur, ſi quidem ſit infans, id
eſt, minor vij. annis: vt j. de iure deliberan l. ſi infanti. quia nõ
habet intellectum, nec etiam iure naturali obligatur. & ita eſt
intelligendum quod eſt ff. de condict. indeb. l. quòd pupillus.
& de actio. & oblig. l. pupillus. Si autem ſit maior infante, ſi
quidem promittat ſuo tutori ſe authore, nec etiam iure natu-
rali, obligatur: vt ff. eod. l. v. Alij verò promittendo, obligatur
naturaliter tantum, vt ff. de noua. l. j. §. vlt. Si autem promitte
ret tutoris authoritate ciuiliter & naturaliter obligaretur,
ſed tamen haberet beneficium in integrum reſtitutionis: [vt
ff. eo. l. impuberes. & vt diximus ſ. ſi tutor vel curator interue.
Si autem minor eſt adultus, nec habeat curatorem, ciuiliter
& naturaliter obligatur, ſed habet beneficium in integrum
reſtitutionis.] Si autem habeat curatorem, idem eſt in eo
quod pupillo: vt ſ. de mino. l. ſi curatorem. Vbicunq; autem
dixi pupillum ex pacto naturaliter tantum obligari, tenebi-
tur etiam ciuiliter, ſi factus ſit locupletior: vt ff. commo. l.
ſed mihi.

ANNOTATIO.

a Obligatio. Ad huius concluſionis materiam vide Bart. in l. naturalis. §. primo. ff. de condic. inde. & in l. prim. verſic. venio. ad ver. illud. ff. de nouat. docto. in l. pupillus. ff. de autho. tuto. multa per dom. Alex. in l. iuſiurandum. § prim. ff. de iureiuran.

Quando tutores, vel curatores eſſe deſinant. *Rubrica.*

1 *Tutela quo modo finiatur.* 2. 3.
4 *Cura finienda modi.*

QVIA, tutela demum finita, cura naſcitur, & in-
teruenit: vt diximus ſ. arbit. tut. Videamus quan-
1 do tutores, vel curatores deſinant eſſe. † Eſt au-
tem ſciendum, quòd tutela finitur pubertate ad-
ueniente, quæ incipit in maſculis poſt xiiij. annum impletum:
in fœminis poſt xij. annum impletum, licet inſpectione ha-
bitudinis corporis oſtenderetur in maſculis, quod impudi-
cum legi viſum eſt: vt Inſtitu. eod. primo reſponſo. & j. eod. l.
2 vlti. † Item finitur tutela morte pupillorum, vel capitis dimi-
nutione maxima: vt ſi ex ingratitudine redigantur in ſeruitu-
tem: vel ab hoſtibus capiantur, vel ſerui pœnæ fiant: vel me-
dia, vt ſi deportentur in inſulam: vel minima, vt ſi arrogentur.
Item finitur morte tutoris, vel eius capitis diminutione ma-
xima, vel media: minima autem capitis diminutione tutoris,
ſola legitima tutela perit, cæteræ non pereunt: vt ff. de capit.
3 dimi. l. tutelas. Item † finitur tutela, ſi ad certam conditio-
nem datus ſit tutor in teſtamento, & ea conditio exiſtat, vel
datus eſt ad tẽpus certũ, & id finitum eſt. Item finitur ob hoc
quòd tutor remouetur vt ſuſpectus, vel quia ipſe ſe excuſat iu
ſta cauſa: & onus adminiſtrandæ tutelæ deponit. & proban-
4 tur hæc Inſtit. quibus modis tutel. §. finitur. Cura † etiam a-
dultorum finitur adultis factis maioribus xxv. annis. Cura e-
nim pupillorum eodem tempore terminatur, quo tutela pu-
pillorum: vt j. eod. l. j. Item finitur cura adultorum, finito ne-
gotio, vel finita cauſa ad quam dati ſunt: vt Inſtit. de author.
tuto. §. vltim. Alij modi quos aſsignaui in tutela finienda, in-
telligantur repetiti in cura finienda.

De actore, à tutore, ſeu curatore dando. *Rub.*

1 *Ordinatio quomodo fiat.*
2 *Ordinationis conſtituenda forma.*
3 *Actor cur conſtitutus.*

QVONIAM ſæpe contingit tutorem vel cura-
torem impediri gerere minorum negotia, & æ-
quum eſt interim prouidere minoribus, ponit de
actore ordinando à tutore, ſeu curatore. Viden-
dum ergo per quos fiat ordinatio, qualiter, quãdo, & ad quæ.
1 † Fit autem ordinatio actoris à tutore, vel curatore, & ſuo pe-
riculo, cùm per ſe non poteſt gerere iudiciali authoritate per-
mittente. Idemq; dicitur adiutor, & differt actor vel adiutor
à curatore: vt dixi ſ. de in litem dand. tut. vel curat. §. vltim.
2 † Conſtitui poteſt etiam quandoque ex voluntate, quoties
diffuſa ſunt negotia: aut dignitas, vel ætas id poſtulat. Procu-
rator à minore conſtitui poteſt authoritate tutoris, & cura-
toris, & quandoque à tutore, vel à curatore: vt diximus ſ. de
3 procurat. §. j. & §. conſtitui. Conſtituitur † actor ad gerenda
negotia, & ad litem: vt Inſtit. de cura. §. quod ſi. & j. de appel-
l. ſi actor. Vnde patet, quòd lite conteſtata conſtituitur actor.

De excuſationibus, & tẽporibus earum. *Rub.*

1 *Excuſatio quid.*
2 *Excuſationis inualida cauſa.*
3 *Excuſationis tempora.* 5.
4 *Excuſandum vbi ſit.*
6 *Excuſationis forma.*
7 *Excuſationis cognitio an delegabilis.*
8 *Excuſationum cauſa.*

QVALITER tutores & curatores ordinentur,
item remoueantur vt ſuſpecti, & reprobi, dictum
eſt: nunc videamus qualiter excuſentur quaſi mi-
nus idonei. Videndum ergo quid ſit excuſatio,
quibus competat, intra quæ tempora, & ex quibus cauſis ad-
1 mittitur excuſatio. † Eſt autem excuſatio alicuius iuſtæ cau
ſæ allegatio ob quam non debeat arctari ad tutelam, vel cu-
ram, & tunc demum locum habet excuſatio, quando datio
2 tutelæ, vel curæ tenet ipſo iure. Si autem † ipſo iure non tenet,
vt quia ille qui dedit dare non potuit: vel quia dedit eum quẽ
dare non potuit: aut quia dedit ei, cui dare non potuit: aut
quia non dedit eo modo, quo debuit dare, non habet ibi lo-
cum excuſatio, cùm datio tutelæ vel curæ non teneat: vt ff. eo.
l. ſcire oportet. §. de his. & quando ipſo iure non teneat ex præ
dictis cauſis, & ſimilibus, plenè poteſt quilibet notare, & per-
cipere ex iis quæ diximus ſuprà, de teſtamen. tute. & confir-
mando tuto. & qui dare tuto. vel curato. poſſ. Hinc eſt, quòd
minores vigintiquinq; ãnorum, vel milites dati tutores non
habent neceſſe ſe excuſare: vt Inſtit. eodem. §. minores autem.
3 † Et proponitur, vel conteſtanda eſt excuſatio intra quinqua
a ginta dies [a] continuos, connumerandos ex quo cognouerit
quis ſe tutorem, vel curatorem datum, vel ex lege vocatum ad
tutelam. Amplius & ſi à principio datus eſt aliquis tutor vti-
liter, ſed tamen nondum venit dies, vel nondum extitit condi-
tio, ſub qua datus eſt tutor in teſtamento, nondum cedit dies
excuſationis: quia nondum cœpit ex teſtamẽto teneri. Idem-
que & ſi nondum adita eſt hæreditas: vt ff. eodem. l. penulti.
§. procedit. Item curator teſtamento datus, tunc demum ſe
debet excuſare, cùm confirmatur per præſidem: vt ff. eodem. l.
4 Caius. † Et eſt hæc conteſtatio facienda intra prædictum
tempus: ſi intra cẽteſimum lapidem ſit aliquis ab eo loco com
putando, vbi tutores dati ſunt. Si verò habitet aliquis vltra
centeſimum lapidem debet habere pro ſingulis viginti milia
ribus vnam diem, & amplius triginta dies: ſi quidem iſta com
putatio facta, & adiectio triginta dierum data, cõtineant 50.
dies, bene eſt. Si autem non contineant, ſemper eſt ei ſupplen-
dum tempus, quod eſt vltra cẽteſimum lapidem: ne minus ha-
beat eo, qui habitat intra cẽteſimum lapidem. Sed & plus poſ
ſet habere propter nimiam diſtantiam loci, vel propter præ-
fatam adiectionem triginta dierum. Et ſi quis intra 50. præ-
dictos dies vnam cauſam, vel duas, vel aliquot fuerit cõteſta-
tus, alias poterit conteſtari intra eoſdem dies: vt Inſtit. eod. §.
5 qui autem ſe volunt. † Peragẽdo autem negotio excuſationis
ſtatuti ſunt quatuor menſes à die nominationis, ſubaudio, &
cognitionis computandos: vt ff. eod. l. quinquaginta. Cauſa
autem agitata ſi feratur ſententia pro tutore, vel curatore, be
ne eſt, & poſſet appellare aduerſarius. Si autem fuerit repro-
bata excuſatio tutoris, vel curatoris, poterit tutor, vel cura-
tor interponere appellationem ab ipſa datione tutoris, vel cu
ratoris. Aliud enim ſeruatur, ſi nominetur quis ad munera,
quę ſunt publica vtilitate, & authoritate: vt ſi vocetur quis ad
conſulatum, vel præſidatum: vt j. de appell. l. ij. qui ad ciuilia.

& ff. quando appel. ſit.l.j. §.ſi quis tutor. Tutela autem pu-
blicum quidem munus eſt authoritate, ſed priuatum eſt vtili
tate: vt inſtit.eod.titu. primo reſpon.& ff. eod.l.athletæ. §.tu-
6 tela. † in excuſatione autem proponenda, vel profitenda, o-
portet aliquem eſſe ante tribunal: & poteſt dare libellum, id
eſt, ſcripturam continentem excuſationem: vt ff.eod.l.ſcire o-
portet. Nec obſtat, quod legitur ff.eo.l.excuſare. ſe tutor per
libellos non poterit. verum eſt enim quòd ſolo libello non excu-
ſatur, ſed ſolo libello profitetur cauſam excuſationis: & po-
ſtea probabit eam in iudicio, & ea probata, & cauſa cognita,
poterit excuſari per ſententiam definitiuam. Submemoratio-
nes autem, id eſt, productiones, vel depoſitiones teſtium fieri
poſſunt, vel ante tribunal iudicis cognoſcentis de excuſatio-
ne, vel apud eum cui ipſe commiſerit: vt in prædicta. l. ſcire
7 oportet. §. oportet autem. Cognitio † autem excuſationis,
& pronuntiatio ſententiæ non poſſunt alteri delegari: quia
cum cauſa cognita expediatur iudicium excuſationis, & ſo-
lo iudicis officio, non iure actionis, non poteſt ſecundum re
gulam alij delegari: vt ff. de regul.iuris. l. omnia quæcunque.
8 † Cauſæ autem excuſationis variæ ſunt, & quælibet earum
nititur ſua æquitate: vt ff. de vac.mu. l.j. Nec ſingulariter pro-
ſequor eas in ſumma: quia euidéter declarantur in litera. Inſt.
eod.tit.& j.eod.& ff.eod. Sed tamen id notandum eſt, quód
excuſationes conſueuerunt alicui proiicere antequam inci-
piat ipſe gerere tutelam, id eſt, antequàm agnoſcat eam. nam
poſtea non licet ei prætendere excuſationem: niſi ſit abſentu-
rus vltra mare reipublicæ cauſa, vel niſi ſit occupatus circa
principem conſilij cauſa: vel cauſam, quá approbauerit prin-
ceps: vel niſi adipiſcatur ſenatoriam dignitatem: vel niſi tran
ſtulerit alió domicilium: vt ff. eod. l. idem Vlpianus: §. vlt. & l.
ſpadonem. §. ſcire oportet. & ff. de mino. l. verum. §. ex facto.
Vbi autem ille qui fuit abſens reipublicæ cauſa, reuerſus eſt:
& vocatur ad nouam tutelã habet anni vacationem. veterem
enim ſine aliqua vacatione cogitur recipere: vt inſtit. eod. §.
item qui reipublicæ.

ANNOTATIO.

a Dies. Ad hoc vide Spe. in titu. de excep. §. ii. verſicu. ceterum Bartol. in l. ij. §. conſiſtum. ad Tertyl. Bal. in l. tutores. C. ſi ex falſis alleg. tut. da. multa per Ange. Areti. in §. item Romæ. inſtitu. de excuſa. tutor. charta. lviii. docto. in l. verum. §. ex facto. in verſicu. deponere. ff. de minor. vbi eſt propria materia.

Si ex falſis allegationibus excuſatus ſit. *Rubrica.*

1 *Excuſationum quæ, an non, iuuet.*
2 *Excuſationem vnam ſufficere.*

1 SIQVIDEM vera excuſatione † quis excuſa-
tur à tutela, licet iniuſta: non tamen poſtea conue
nitur. Si veró ſit excuſatio falſa, non prodeſt, ſicut
& aliàs lata ſententia ex falſis inſtrumentis, vel te
ſtimoniis reſcindenda eſt: vt j. eo. l. j. & ij. & j. ſi ex falſis inſtru
men. iudic. fue. per totum titu. Idémque etiam videtur in hoc
caſu fauore pupillorum ſi per ambitionem, vel gratiam quis
meruit excuſari à tutela: vt j. eod. l. vlti. aliàs enim lata ſen-
tentia per gratiam tenet: vt ff. ad Trebellianum. l. ſeruo in-
2 uito. §. cùm prætor. † Poſſet fortè & illud attentari, vt etiam
ſi vera excuſatione excuſatur tutor, ſi tamen ea non ſit iuſta,
non proſit ei fauore minoris: vt j. eod. l. j. in ſi. ſed & è cótrario
lata ſententia pro minore contra tutorem: quia iniuſtè reprobatur,
excuſatio tutoris tenet quidem, niſi tutor appllet: vt ſ.
tit proxi. l. quinquaginta.

Si tutor reipublicæ cauſa abfuerit. *Rubrica.*

1 *Excuſandus abfuturus.*
2 *Conueniendus quis, an gerens, an non excuſatus.*

1 SI TVTOR, vel curator, reipublicæ †. cauſa eſt
abfuturus, debet ſe excuſare à tutela, vel à cura
ad tempus: alioquin medij temporis periculo ad-
ſtringitur. Item oportet eum poſtulare interim or
dinari curatorem: vt ff. de adminiſt. tut. l. tutores. §. qui ſe. &
2 j. eod. l. j. & inſtitut. eod. §. qui reipubl. † Item ſi tutor, vel cu-
rator non excuſauit ſe, & interim alius geſſit adminiſtratio-
nem, ille primo eſt conueniendus, & item reuerſus ſtatim re-
cuperat tutelam. ſi autem vocetur ad nouam tutelam, habet
anni vacationem: vt Inſtit. de excuſat. tut. §. item qui reipubli
cæ. & j. eod. l. ſi.

De excuſationib. veteranorum. *Rubrica.*

1 *Miſsionum genera.*
2 *Miſſorum quis, an non, excuſandus.*
3 *Immunitatis tempora.*

NON ſolùm circa alia, ſed etiam circa tutelæ ex-
cuſationem veterano ſubuenitur. Diſtingue tamẽ
in veterano, an ſit à militia miſſus ignominiæ cau
1 ſa, an honeſtè, an cauſariè. † Multa enim ſunt ge
nera miſſionum: vt diximus ſ. de iis, qui notan. infa. l. ij. Igno-
miniosè autem miſſus non habet excuſationem tutelarum, ni-
2 ſi vrbicarum: quia ingredi ei vrbem non licet. † Miſſus autem
de militia poſt xx. annos, vel poſteaquam compleuit tempus
militiæ, habet perpetuá excuſationem: niſi vocetur ad vnam
tutelam filiorum conueterani, ſeu militum: illam enim ſolam
compellitur agnoſcere. Qui autem mittitur de militia intra
vigeſimum annum aliqua iuſta cauſa interueniente, puta pro
pter infirmitatem corporis, ſi quidem ſolutus eſt militia, in-
tra quinque annos nullam ſibi vendicat immunitatem: qui
3 autem ſoluitur militia poſt quinque annos, † habet immu-
nitatem vnius anni. qui autem ſoluitur poſt octo annos, ha-
bet triennij immunitatem. qui autem ſoluitur poſt duode-
cim annos, habet triennij immunitatem. qui autem ſoluitur
poſt xvj. annos, habet quadriénij immunitatem. & qui ſolui-
tur poſt xx. annos, habet excuſationem perpetuam: vt dictum
eſt. & probantur hæc ff. eod. l. ſed & milites. §. j. ij. iij. iiij. & v.
& j. eod. l. j. & ij.

Qui numero liberorũ ſe excuſant. *Rubrica.*

1 *Excuſant liberi.*
2 *Liberorum appellatio quos teneat.*

1 ETIAM † propter liberos quis meretur excuſa-
a tionem [a] ſiue ſint ſui, ſiue emancipati, ſiue ſint na
turales & legitimi, ſiue legitimi tantùm. Dati ta-
men in adoptionem naturali patri, vel auo mater-
no, vel etiam paterno: nó ita ſi dati eſſent extraneo: tunc enim
proficerent patri naturali, vel parenti qui dedit eos: & libe-
2 rorum † appellatione continentur hic nepotes ex filio, ſed
non nepotes ex filia: quia illi ſequuntur familiam patris, non
matris. Item continentur liberi ſuperſtites tantùm, defuncti
enim non proſunt, niſi vbi in acie amittuntur. hi enim, qui
pro republica ceciderunt, in perpetuum viuere intelligun-
tur. Item continentur nati, non naſcituri, & exigitur Ro-
mæ numerus liberorum trium: in Italia autem quatuor: in
prouinciis quinque ad excuſationem: vt j. eod. l. j. & ij. & In-
ſtitut. de excu. tuto. in princip. ff. eo. l. ſecunda.

ANNOTATIO.

a Excuſationẽ. Adde Spe. in tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. lxviii. Ange. Aret. in §. item maior. nu. i. de excuſa. tut. charta. lvni. docto. in l. i. §. pri. C. qui nume. liber. & in l. ii. ff. de excuſa. tuto. vbi eſt materia horum titu.

Qui morbo ſe excuſant. *Rubrica.*

1 *Caſum corporis excuſare.*
2 *Excuſatio qui accipienda.*

Quidam

1 QVIDAM † ratione morborum excuſantur: vt
luminibus capti, ſurdi, muti, furioſi, & perpetua
valetudine tenti: vt j.eod. l.prima. & non tantùm
excuſantur à noua tutela, ſed etiam à veteri vide-
tur quod poſſint ſe excuſare: vt ff.eodem.l.poſt ſuſceptam tu-
2 telam. & fortè verbum excuſationis † impropriè hic ponitur,
cùm iſte etiam ſi velint, non poſſint tutores eſſe: vt ff. de tutel.
l.prima.§.pen. & vlt. & ſuprà, qui da.tuto.l.luminibus.

Qui ætate ſe excuſant. *Rubrica.*

1 *Aetate quem excuſari.*

1 AETATIS ratione † quis excuſatur à tutela,
vel cura, ſi maior eſt ſeptuaginta annis: vt infrà
eodem. l.prima. ſed in perſonali publico munere
videtur ſtatui tempus quinquaginta quinque
annorum: vt infrà. qui ven.ætia.l.vltima. libro decimo.

Qui numero tutelarum. *Rubrica.*

1 *Tutelas tres excuſare qui accipiendum. & num.2.*
3 *Vacationis imperfecta.*

1 EST alia cauſa excuſationis † ſi habet aliàs tria
onera tutelæ, vel curæ non affectatæ: vt interim
quàdiu adminiſtrat eas tutelas excuſetur in quar-
ta: vt tamen plurium tutela pupillorum vel cura
eorundem bonorum, veluti fratrum, pro vna computent: vt
Inſtit.eodem.§.item tria. & eſt vis facienda in eo, quod dictum
eſt, tria onera tutelæ. Non enim dicitur quòd res tutelę excu-
2 ſent. Quid enim ſi leues, vel leuiſsimæ ſint? Tres † igitur one-
roſæ excuſabunt aliquem: & ita demum ſi non ſunt affectatæ:
vbi autem affectatæ ſunt, non videntur oneroſæ eſſe: ſicut &
dicitur in eo, qui affectauit reipublicæ cauſa, vt non reſtitua-
tur: vt ff.ex quib.cauſ.maio.l. item hi.qui. & l. ſed & qui data.
Et eſt ſciendum, quod videtur habere aliquis tria onera tute-
læ, ſiue habeat per ſe, ſiue habeat per ſe & per patrem, ſiue ha-
beat quis per ſe & per filium, qui eſt in poteſtate ſua, & qui
voluntate patris adminiſtrat: ſecus ſi adminiſtret ſine volun-
tate ſua: ſic ergo tria onera tutelæ in domo vna ſufficit eſſe: vt
ff. eod.l.diximus. §. vlti. & l.tria onera in domo. Imperfectæ
autem vacationum ſpecies licet permiſtæ, non proficiunt ad
excuſationẽ. qui ergo habet duos filios, & duas tutelas, non
meretur excuſationem: vt j.eod.l.prima. & ff.eod.l.ſpadonem.
§. qui iura multa. licet alias dicatur, & probetur, quòd quæ
non proſunt ſingula, multa iuuant: vt ff.de vſur.l.ſi ſtipulatus,
& ſ.de probatio.l. inſtrumenta. & in auth.de fide inſtrumen.
§.ſi verò neque adnumeratur. & quod dixi in tribus tutelis, in
curis dicendum eſt: & ſi vna fuerit tutela, & duæ curæ, vel è
conuerſo. Nec diſtinguo, ſi quis curator minoris, an furioſi: vt
ff.eodem.l.ſecunda.§.vltimo.

De curatore furioſi, vel prodigi. *Rubrica.*

1 *Curatores quibus dandi.*
2 *Prodigus quis.*
3 *Curatores à quibus dandi.*
4 *Prodigo cui dandus curator. & num.5.*
6 *Curator qui dandus.*
7 *Curator inuentorizet.*
8 *Curatoris officium num.10. & 11.*
9 *Patris curator filius.*
12 *Curatoris poteſtas quomodo finiatur.*

DICTVM eſt de curatoribus minorum: ſequitur
videre de curatore earum perſonarum, quæ pro-
pter furorem, vel prodigalitatem rebus ſuis ſu-
pereſſe non poſſunt. Videndum ergo quibus fu-
rioſis, vel prodigis ex lege duodecim Tabularum dentur
curatores, & à quibus dentur, qualiter, qui dentur curato-
1 res, quanta ſit eorum poteſtas, & qualiter finiatur. † Dan-
tur autem curatores furioſis, vel prodigis, maioribus tamen
xxv. annis: vt j.eod.l.prima. Minoribus enim dantur tuto-
res, vel curatores ratione minoris ætatis: vt ff.de tutelis.l.quis
2 habent.j.reſponſo. † Eſt autem ille prodigus, qui neque tem-
pus, neque finem expẽſarum habet, ſed bona ſua dilapidando
& diſsipando, profundit: & ei interdicitur bonorum ſuorum
adminiſtratio à iudice per legem duodecim Tabularum, ſci-
licet, querelam matre, vel aliquo cognatorum proponente de
prodigis, qui & ſi mentis ſuæ compotes ex ſermonibus vi-
deantur, tamen ſic tractare bona ſua videntur, vt niſi eis ſub-
ueniatur deducantur in egeſtatem. Nam quòd ad bona ipſo-
rum pertinet, furioſum faciunt exitum: vt ff.de tut. & cura.
dat.ab his.l.is qui.§.diuus. ſed & furioſo interdicitur, & puto
ipſo iure non expectata interdictione à iudice facienda: vt ff.
3 eod.l.j. & de tu. & cu.da.ab his.l.is, qui. † Dantur autem cu-
ratores à præſide: vt ff.eod.l.j.§.ſed ſolent. Item dantur à pa-
tribus. Datus autem à patre debet confirmari per præſidem,
4 ſiue pater dederit filio furioſo, ſiue filio prodigo. † Sed quid
ſi non erat prodigus, pater tamen æſtimauit eum prodigum
eſſe? & certè per omnia iudicium teſtatoris ſequendum eſt, ne
quem pater vero conſilio prodigum credidit, eum magiſtra-
tus propter aliquod fortè ſuum vitium idoneum putauerit:
vt ff.eod. l. ſi furioſo. in fine. Vbi autem ille, qui furioſus eſt,
eſt in poteſtate ſui patris, indubitatè curatorem habere non
poteſt: quia ſufficit ei ad gubernationem omnium rerum pa-
terna verecundia. Quis enim talis affectus extraneus inuenia-
tur, vt vincat paternum? vel cui alij credendum eſt liberorum
res gubernandas, parentibus derelictis proprijs? vt j.eod. l.vlt.
5 j.reſponſo. † Illi ergo furioſo, vel prodigo, tantum debet dari
curator, qui ſui iuris eſt. Sciendum eſt tamen quòd lex ipſa
furioſis, & prodigis deſignat quoſdã curatores, ſcilicet agna-
tos eorum: vt inſtitu.de cura.§.furioſi. Et in furioſis puto ſta-
tim, cùm in furore ſunt, agnatos eſſe curatores. In prodigis
autem ita demum, ſi fiat indictio bonorum à iudice. Nam ante
poſſent alienare: vt innuitur ff.eod.l. Iulianus ſcribit. vt ſ. di-
6 ctum eſt. † Fit autem curatoris datio cauſa cognita, diſtincto
eo, vtrum pater in teſtamento ſuo dederit curatorem furioſis
liberis, an non. Si dederit curatorem, iudicium eius omnino
eſt à prætore ſequendum: vt ſ. dixi. & curator iſte non habebit
neceſſe ſatiſdare rem furioſi ſaluam fore: quia paternum teſti-
monium pro ſatiſdatione ſufficit. Debebit tamen iurare Ro-
mæ apud prætorem, in prouincijs autem apud pręſides, & epi-
ſcopos locorum, & tres primates tactis ſacroſanctis euange-
lijs & actis interuenientibus omnia ſe rectè, & cùm vtilitate
furioſi agere, neque prætermittere, quæ putauerit eſſe vtilia,
7 nec admittere, quæ putauerit inutilia eſſe. † Item debebit fa-
cere inuentarium publicum, & cum omni vtilitate: & ſic de-
bet res ſuſcipere, & eas diſponere ſub hypotheca rerum ad
eum pertinentium ad ſimilitudinem tutorum, & adulti cura-
torum. Si autem pater non inueniatur curatorem dediſſe filiis
furioſis, lex autem curatorem vt pote agnatum vocauerit, vel
eo ceſſante, aut non idoneo exiſtente: ex iudiciali electione
curatorem ei dare fuerit neceſſe: tunc ſecundum prædictam
diuiſionem Romæ apud præfectum: in prouincijs apud præ-
ſides (vt dictum eſt) curatoris creatio procedat. Diligenter ta-
men obſeruabit prætor ne cui temerè citra cauſæ cognitio-
nem, pleniſsimam curationem det: quoniam plerique vel fu-
rorem, vel dementiam fingunt, quo magis curatore accepto,
8 onera ciuilia detractent: vt ff.eod.l.obſeruare. † Curator au-
tem iſte & curabit, & faciet inuentarium, vt dictum eſt: & ſa-
tiſdabit rem furioſi ſaluam fore: niſi ſubſtãtiam idoneam poſ-
ſideat, & ſufficientem ad fidem gubernationis: vt j.eo.l.vlti.§.
9 ſed cum antiquitas. † Poteſt dari curator etiam filius patri,
ſi tamen probus ſit: vt ff.eod.l.j.§.vlti. quamuis enim videretur
alicui indecorum eſt patrem à filio regi: tamen ſi ſobriè viuat
filius, patri curator dabitur magis quàm extraneus: vt ff de
tut. & cura. da. ab his.l.his, qui in ea cauſa. §. nec dubitabit.
Item furioſæ matris curatio pertineat ad filium: pietas enim
parentibus æqua debetur à filijs: & ſic non eſt æqualis pote-
ſtas eorum, ſcilicet filijs erga parentes: vt eſt parentibus erga
filios: vt ff.eodem.l. furioſæ. Sunt enim liberi in poteſtate pa-
trum, ſed non è conuerſo. Agnati autẽ (vt dictum eſt) poſſunt

eſſe curatores:niſi ſaltem minima capitis diminotione ſublatum ſit ius agnationis:vt Inſtitu.de legiti.tu.§.vltimo.ſed minima capitis diminutio non tollit ius agnationis inter fratres, vel inter patres,& liberos:vt j.eodem.l. ne lucrum. & Inſtitu.
10 de legi.ag. ſuc.§.vltimo. † Eſt autem curatoris officium, & opera,vt agnoſcat legata, & fideicommiſſa furioſo derelicta & eius ſubſtantiæ aggregati & inuentario ſcribi faciat hæreditatem,vel bonorum poſſeſſionem nomine furioſi agnitam, vt interim furioſus reputetur hæres, & bonorum poſſeſſor: & à legatariis & creditoribus conueniatur:ſi tamen decedat furioſus antequam factus ſanæ mentis agnoſcat ſucceſſionem, defertur ea ſucceſſio ad eos,qui ſuccederent,ſi non in medio eſſet furioſus. Et ſpectabitur,qui ſunt proximiores tunc cùm moritur furioſus. & probantur hæc j.eodem.l.vltima. §.tali.
11 & ff.de legatis ſecundo.Licinius.§.vltimo. † Item eſt curatoris officium,vt tueatur non ſolum patrimoniũ,ſed etiam corpus & ſalutem furioſi. Res ergo furioſi non poteſt pignori obligari,niſi in vtilitatem furioſi: vt ff.eo.l.pignus. & decreto iudicis interueniente:ſicut exigitur in contractu de rebus minorum alienandis:vt j.eo.l.ij. Rem furioſi non poteſt dedicare:nec enim vſq; eo competit ei eius rerum alienatio:ſed quatenus negotiorum exigit adminiſtratio:vt ff.eod.l.ab agnato. Item ſeruum eius manumittere non poteſt:quia ea res non eſt adminiſtratione:nam in tradendo ita res furioſi alienat, ſi ad negotiorum adminiſtrationem pertineat. Et ideo ſi donandi, cauſa alienet,neque traditio quicquam valebit:niſi ex magna vtilitate furioſi,ac cognitione iudicis fiat: vt ff.eod. l.curator furioſi. Si autem plures fuerint curatores, ſufficit vnius traditio. & vni eorum tantùm fieri poteſt ſolutio. Item vnus eorum ab altero poteſt emere rẽ furioſi, & alteri poteſt ſoluere quod debet furioſo:quia ſolutio, venditio,traditio,facti ſunt magis,quam iuris. ideoque ſufficit vnius ex curatoribus perſona:quia intelligitur alter conſentire hoc ipſo quòd nõ contradicit, nam ſi præſens ſit,& vetet ſolui, & vetet vænire, vel tradi, neque debitor liberabitur, neque emptor vſucapiet: vt ff.eo.l.conſilio.§.vlt.ſi autem res quæ ageretur non eſſet facti, imo iuris talis cuius interuẽtu finiretur cura:vt arrogatio omnium curatorum exquiretur authoritas, nec ſufficeret vnum interuenire: vt ſ.de legi.tu.l. vlt.ſi autem curator non ſit legitimè ordinatus, nihil omnino agere poteſt de bonis furioſi,
12 vel prodigi:vt ff.eo.l.conſilio.§.j.& ij.† Finitur autem curatoris poteſtas poſtquam furioſus ſanitatem,vel prodigus ſanos receperit mores: tunc enim ipſo iure deſinit eſſe in poteſtate curatorum:vt ff.eod.l j.§.& tandiu.& hoc ſi furor fuerit continuus. Nam ſi interpellatus eſt,non finitur curatio, ſed manet donec viuit furioſus:quia non eſt ferè tempus in quo huiuſmodi morbus depereat: ſed per interualla quæ perfectiſſima ſunt nihil aget curator:ſed furioſus dũ ſapit, hæreditatem adibit:& omnia alia faciet,quæ ſanis hominibus competunt. Si autem furor ſtimulis ſuis iterum accenderit eum, curator in contractu furioſo coniungetur:vt nomen quidem curatoris in omne tempus habeat effectum. Quoties autem redierit morbus,ne crebra,vel quaſi ludibrioſa fiat curatoris curatio: & frequenter tam naſcatur, quàm deſinere videatur: vt infrà eodem.l.penultima.

ANNOTATIO.

a Præſide. Ad iſtam materiam vide Specul.in titulo, de cura.circa princ. & doct.in l.ii, qui.de tutoribus & curatoribus da. dom. Alexand. de Imol.in l.omnes. Angel.in l.prima.ff.de iuriſdict. omn.iudi.multa per Oldr.in conſil.lviij.

De prædiis,vel aliis rebus minorum ſine decreto non alienandis,vel obligandis. *Rub.*

1 *Prædia inalienabilia quæ.*
2 *Sterilia quæ non ſint.*
3 *Pupillaria inalienabilia.*
4 *Iudici decernenti obſeruanda.5.6.*
7 *Alienationis cauſa,æs alienum.*
8 *Alienatio quomodo ſumenda.*

DICTVM eſt ſuprà qualiter prouideatur minoribus circa tutorem, vel curatorem, nunc autem ponit, qualiter prouideatur eis circa conſeruationem rerum ipſorum:ſicque imprimitur rubrica de prædiis, vel aliis rebus minorum ſine decreto non alienandis. Videamus ergo quæ res, & quorum res prohibeantur alienari,& quando poſſit procedere alienatio eorum. Eſt autem ſciẽdum quòd iure veteri,id eſt, per ſenatuſconſultum Clementianum. & per orationem diui Seueri, prædia ruſtica
1 † quæ & dicuntur ſuburbana prohibentur alienari: vt ff. de reb.eor.l.prima.§.præterea. Et quod dixi in prædiis,ſeruatur & in iure quod habet minor in alieno prædio,ſiue ſit prædialis ſeruitus,ſiue perſonalis:puta,vſus,vel vſusfruct. vnde & in ſeruitute quæritur,an minor poſſit eam amittere non vtendo, quod quidem non videretur: quia vbicunq; prohibetur alienatio,ibi prohibetur & vſucapio:vt ff.de fundo do.l.ſi fundũ. ſed tamen hoc contrarium eſt.amittitur enim ſeruitus non vtendo,ſed tamen debet reſtaurari. Item & in fundo ſuo minor vſum,vel vſumfruct.vel prædialem ſeruitutem non poteſt imponere. Item fundum minoris accipe etiam alienum fundum: ſi tamen ipſum poſſideat bonafide. Idémque & ſi in alieno fundo habeat lapidicinas, vel quæ alia metalla, ſtypteriæ, id eſt,aluminis, vel cuiuſuis materiæ alterius, vel eretifodinas, vel argẽtifodinas,vel ſalinas, vel quid aliud huic ſimile, quod tamen priuati poſſidere ſolent: vt ff.eod.l.iij.§.ſi ius. vſque in
2 fin.l.& l.iiij.& v.primo reſp.& §.j. † Quid autem ſi minor habet ſterile prędium,an poterit vendere quaſi infructuoſum? & dicit lex non videri ſterile eſſe prædium cum vtique pro fructuum modo pretium inuentum ſit:vt ff.eodem.l.ſi fundus ſit. Quod autem dictum eſt in prædiis ruſticis, dicetur idem & in mancipiis quæ in prædiis morantur: quia partes fundi ſunt. ſecus verò in prædiis vrbanis, & cæteris rebus obſeruatur:vt ſuprà de adminiſt.tuto.l.lex,quæ. & ff.de diuer.& temp.præ-
3 ſcript.l.longæ poſſeſſionis. † Prohibentur alienari res pupil-
a lorum ᵃ tantum, non adoleſcentium. Sententia tamen etiam ad adultos porrigitur:vt ff.eo. l.qui neque.§.ſed ſi curator.& l.ſi prædia minoris. licet videretur eſſe contrarium quod eſt. ſ.tit. proxi.l.orationis. & ff.eo.l.j.§.præterea. Sed ego exaudio de curatoribus impuberum, non adultorum. Iſta neceſſaria ſunt,vt procedat alienatio ruſticorum prędiorum, & ruſticorum mancipiorum. Decretum enim iudicis intercedere oportet:alioquin nulla eſt ipſo iure alienatio: vt j.eod.l.ſi quidem. Item tutoris authoritatem. & aliter eſt nulla: vt ſ. ſi propter publicas pen.l.vlt.§.ſi autem minoris. Item æs alienum. & aliter dicitur nula.j.eod.l.ob æs. Quod tamen dicitur in ære alieno,puto ſeruandum etiam ſi in cauſam dotis, vel donationis propter nuptias velit alienare:vt ſuprà,de adminiſt.tuto.l. lex,quæ. primo reſponſo. ſecus ſi alienare vellet conferendo ſimplicem donationem in ſponſam ſuam: vt j.eod. l. prædia. Cauſa autem cognita ob æs alienum fit alienatio: nec enim paſſim tutoribus ſub obtentu ęris alieni permitti debuit venditio:nec eſt eis tributa via diſtractionis:imo prętori,vel pręſidi datur arbitrium huius rei, cuius officio in primis conuenit hoc excutere,an aliunde pecuniam ad extenuandum æs alienum poſſit expediri, quærere ergo debet, an pecuniam habeat pupillus,vel in numerato,vel in omnibus quæ conueniri poſſunt, vel in fructibus conditis, vel in redituum ſpe atque
4 obuentionum. † Item requiret an ſint aliæ res præter prædia quę diſtrahi poſſint:ex quarũ pretio æri alieno poſſit ſatisfieri. Si igitur deprehenderit non poſſe aliunde exolui, quam ex prædiorum diſtractione:tunc permittet diſtrahi:ſi modo creditor vrgeat, aut vſurarum modus parendum æri alieno ſuadeat. Item prætor æſtimare debebit, vtrum vendere potius an obligare permittat necne. Sed & illud vigilanter obſeruabit, ne plus accipiatur ſub obligatione prędiorum fœnoris,quàm quod opus ſit ad ſoluendum æs alienum. Aut ſi diſtrahendum arbitrabitur,æſtimare debet ne propter modicum æs alienum, poſſeſſio magna diſtrahatur. Sed ſi ſit alia poſſeſſio minor,vel minus vtilis pupillo, magis iubere eam diſtrahi, quàm maio-
5 rem, vel vtiliorem. † Item obſeruabit præſes in diſtractione quæ deſyderatur ab eo permitti,vt requirat eũ qui ſe inſtruat de fortunis pupilli.nec nimium tutoribus, vel curatoribus

credere, qui nonnunquàm ſui lucri cauſa ſolent aſſerere præ-
tori neceſſe eſſe diſtrahi poſſeſsiones, vel obligari. Requirat
ergo neceſſarios pupilli, vel parentes, libertos aliquos fideles,
vel quem alium qui habeat notitiam rerum pupillarium: aut
ſi nemo inueniatur. aut ſuſpecti ſunt qui inueniuntur, iubere
debet edi rationes. Item ſi inops ſit pupillus, dabit prætor ad-
uocatum pupillo pupillarium bonorum, qui inſtruere poſsit
religionem prætoris an aſſentire venditioni, vel obligationi
debeat. Si autem pupillus eſſet diues, de ſua burſa daret aduo-
cato ſalariũ. Et debebit prætor pronior eſſe ad alienationem
permittendam tutori, vel curatori, ſi ille qui tutor eſt, vel cu-
rator ſit pater, vel parens minoris: vt ff. eo. l. magis puto. §. non
6 paſsim. vſque ad §. illud. & l. ſi pupillorum. §. ſi pater. † Fide
autem facta prætori de ære alieno imminenti, & quòd com-
modè aliunde non poſsit ſolui, permittere poterit venditio-
nem, vel obligationem. & ſiquidem permittat vnum, & fiat
aliud, non tenet quod factum eſt. ſi autem permiſerit alterna-
tiuè, tenet quod factum eſt: dummodo ſciamus prætorem re-
ctè partibus ſuis functum. debuit enim ſtatuere, & eligere
vtrum magis obligare, an vendere permittat: vt ff. eo. l. ſi pu-
pillorum. §. ſi prætor. Poſtquam autem prætor permiſerit
venditionem prędij, vel obligationem eius, ne tutor vel cura-
tor abutatur pecunia prędij, vel pecunia mutua, debebit præ-
tor curare, vt pecunia accepta creditoribus ſoluatur, & de
hoc decernere, daréque viatorem, qui renuntiet et pecuniam
iſtam ad hoc conuerſam propter quod deſyderata eſt aliena-
tio: vt ff. eod. l. magis. §. ne tamen. vel etiam decernere prætor
debet vt emptor prædij, vel etiam ille qui credidit minori,
ſoluat pecuniam creditoribus minoris: vt in authen. de eccle-
7 ſia. re. immo. alie. §. ſancimus igitur. † Liquet ergo æs alienum
debere ſubeſſe, vt permitti debeat alienatio. Si ergo permitta-
tur non allegato ære alieno, nulla eſt permiſsio, nulla eſt alie-
natio. Idémque & ſi allegetur æs alienum, ſed falſo, & ita prę-
tori obreptum eſt, & impetratum eſt ab eo decretum: tũc ma-
net actio pupillo duplex, ſcilicet in rem pro prædio, & perſo-
nalis tutelæ, vel nego. geſt. contra tutores, vel curatores: vt ff.
eod. l. magis. §. ſi æs. & §. manet. & l. quàuis. Si verò decretum
legitimè interponatur, tenet alienatio, ſed dari poteſt reſtitu-
tio: vt ĩ. eo. l. ſi quidem. etiam pro modico damno, ſi à minore
cœperit alienatio. Si verò cœperit à prædeceſſore minoris, in
duobus caſibus fiet reſtitutio, id eſt, pro fraudis conſilio, &
8 enormi damno, vt notauimus ſ. ſi aduer. ven. pig. † Verbum
alienationis largiſsimè eſt intelligendum: vt ſ. de rebus alie. vel
non alie. l. vlti. ergo prohibita eſt alienatio prædiorum ruſti-
☞ corum, & permutatio, & donatio, & tranſactio ſuper his: vt
ĩ. eodem. l. non ſolum. Fingi enim poſſunt lites de facili: vt ff. de
tranſact. l. cum hi. §. ſi cum lis. Quæ autem dicta ſunt in præ-
dijs ruſticis, & mancipiis ſeruantur, & in omnibus alijs rebus
exceptis his duntaxat veſtibus quæ detritæ vſu, aut corruptæ
ſeruando ſeruari non potuerunt. Animalia quoque ſuperua-
cua minorum vendi poſſunt ſine decreto à tutoribus, vel cu-
ratoribus. Item fructus ad minores pertinentes, id eſt, vinum,
& oleum, frumentum, vel cuiuſcunque ſpeciei ſint, ſine decre-
to poſſunt diſtrahi iuſto pretio, quod in his locis in quibus
venditio celebratur tunc temporis obtinet: & quæ redigun-
tur ex venditione eorum, cum alia minorum ſubſtantia ad-
miniſtranda ſunt: vt ſ. de admi. tu. l. lex, quæ. §. vlti. & l. vlti. §.
vlti. & ĩ. tit. j. vlti.

ANNOTATIO.

a Pupillorum. Adde ad materiam Bartol. in l. antem lex. ad fin. ff. de fi-
deiuſſ. Bald. in capi. circa ſacramenta. in ſi. de pace. iur. fir. in vſibus
feud. Doctor. in l. cum plures. §. quæ bona. ff. de adminiſtra. tuto. doct.
in authentic. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. Paul. de caſtr. in
conſil. ccxiii. vbi eſt tota materia.

Quando decreto opus non eſt. *Rubrica.*

1 *Alienaturus quid probare debeat.*
2 *Vendi etiam venalia non debere.*
3 *Alienationi pupillarium neceſſaria.*
4 *Alienare quæ, & quibus liceat.*

DIXIMVS quando decreto opus ſit: modo ex-
ponamus caſus, in quibus non eſt opus iudicis de-
creto: quod multis rationibus cõtingit: puta, pro-
pter imperialem conceſsionem, ſi minor ſpeciali-
ter ius venditionis acceperit à principe: ad inſtar enim præſi-
dialis decreti conceſsio principalis accedit: vt ĩ. eod. l. ij. De-
1 bebit † ergo iſte minor poſtea apud præſidem probare ſubeſ-
ſe æs alienum: nec aliâs commodius poſſe diſtrahi: vt ſ. de iis,
qui ve. æta. impe. l. penult. nam, his probatis: non eſt opus ſpe-
ctare decretum. Item propter prædeceſſoris voluntatem non
eſt opus decreto, [illegible]arês ſeu teſtator ex cuius bonis prædium
peruenerit ad minores ſuper alienando eo, aliquid mandaſſe
deprehendatur: vt ĩ. eo. l. prædium. & ff. de rebus eorum. l. pen.
2 Coniectura autem prædeceſſoris non ſufficit. † Nam ſi de-
functus dum viueret res venales habuerit, teſtamento tamen
non cauerit, vt diſtraherentur, abſtinendum erit à venditione,
non enim vtique quod ipſe voluerit vendere, id etiam poſtea
diſtrahendum putauit. Si autem defunctus promiſerat fundũ,
vel vendiderit, & minor ei ſucceſſerit: minor extera venditio-
nis, vel promiſsionis, vel cuiuſcunque conditionis, etiam in-
conſulto prætore, cum authoritate tutorum, vel curatorum
poterit perficere: vt ff. eod. l. prima. §. ſi defunctus. & l. magis §.
ſi pupillos. Item non eſt opus decreto propter vilitatem re-
rum: vt dixi ſ. tit. proximo. & legitur ĩ. eod. l. vlti. Item non eſt
opus eo decreto propter neceſsitatem. Ecce enim, ſi pupillus
habet commune prædium, alium non poteſt prouocare ad di-
uiſionem: ſed ipſe à maiore ſocio poteſt prouocari, vt ſuprà de
prædiis mino. l. inter omnes. ff. eod. l. ſi pupillorum. primo re-
3 ſpon. Item neceſſaria † eſt obligatio vt prædium minoris pi-
gnori capiatur iuſſu magiſtratus, vel præſidis, vel alterius po-
teſtatis: & eius iuſſu diſtrahi poſſit. Item in poſſeſsionem re-
rum pupillarium poteſt quis mitti à prætore: & ius pignoris
contrahitur: ſiue legatorum ſeruandorum cauſa, ſiue damni
infecti, & vt procedat iuberi. & etiam poterit poſsideri. Hæ
enim alienationes ſiue obligationes locum habent: quia non
ex tutoris, vel curatoris voluntate id fit: ſed ex magiſtratuum
authoritate. Item ſi tutor petiit fundum pupillarem, & poſſeſ-
ſor ipſum non reſtituat, litis æſtimatio oblata tutori aliena-
tionem pariet. Hæc enim alienatio non ſponte tutorum fit.
Idémque eſt & ſi tutor nomine pupilli ab alio cõueniatur rei
vendicatione, pro re quæ pupilli eſt: & contra pupillum eſt
4 pronuntiatum. Nam † ſi tutores reſtituerunt rem, valebit a-
lienatio: propter rei iudicatæ authoritatem: vt ff. de rebus eo-
rum, qui ſub tutel. l. iij. vſque ad §. ſi ius. Item pro exercitio li-
tis, minoris tutor, vel curator ſine decreto rem immobilem po
terit obligare: vt ſ. de adminiſtra. tuto. l. vlti. §. defenſionem.
aliàs ſine decreto non tenet: ſi tamen pecunia in res minoris eſt
profecta, & minor rem vendicat, & fructus perceptos vel co-
rum æſtimationem petat, repellitur exceptione: niſi reddat pe-
cuniam in vtilitatem ſuam conuerſam: & vſuras medij tempo-
ris, & ſumptus meliorati prædij: vt ff. de rebus eorum qui ſub
tutel. l. ſi pupillorum. §. vltimo. & l. ſi fundus. §. quanquàm. &
ſuprà titulo primo. l. ſi prædium.

Si quis ignorans rem minoris eſſe, ſine decreto comparauerit. *Rubrica.*

1 *Emptorem rei, quæ ſpectat ad minorem, etiam ignorantem rem
eſſe minoris, non poſſe vſucapere durante minori ætate: poſt
minorem ætatem poſſe.*
2 *Emptor ſciens rem eſſe minoris, non poteſt eam vſucapere.*
3 *Fructuum rationem eſſe habendam, vbi ſit rei reuocatio: atque
inibi, an id ſit perpetuum.*

QVONIAM res minoris ab aliquibus diſtrahũ-
tur tanquam ſint eorum propriæ, & ſine decreto:
& ideo quid iuris ſit, ſi ſine decreto ignorans quis
rem eſſe minoris, ab extraneo comparauerit, po-
1 nit. Et † certè iſte emptor vſucapere interim, id eſt, in minori
ætate minoris, non poterat, ſcilicet propter orationem diui
Seueri, quæ prohibuit alienationem. ergo per conſequentiam

vſucapionem: vt ff.de verborum ſignificat.l.alienationis.non ergo bona fides prodeſt: vt ff.de vſucapio. l.vbi. & conſonat prædictæ orationi,quod legitur ſ.de adminiſt.tuto.l.lex,quæ. Item per legem Iuſtiniani, quæ prohibet currere temporales præſcriptiones minoribus ceſſat vſucapio,& præſcriptio longa:vt ſuprà quib.cauſ.in integ.reſtit.non eſt neceſſ.l.vlt. olim vero ſecus erat:niſi eſſet quis pupillus:vt ff.de acquiren.rerum domi.l.bonæfidei.poſt minorem verò ætatem currit ſtatim:vt
2 infrà cod.l.j.§.vlt.& l.vlt. Si † verò emptor ſciat rem eſſe minoris,non vſucapit:quia,aut putauit rem minoris ſine decreto poſſe alienari,ſicque errauit in iure,& ſic non vſucapit:aut ſciuit non poſſe alienari,& ita eſt malæ fidei:vt ff.de vſucapi.l.
3 ſi fur.rem furtiuam.& pro emptore.l.ij.§.ſi à pupillo. † Vbicunque autem fit reuocatio rei, & fructuum, eſt habenda ratio:niſi agatur contra bonæfidei poſſeſſorem:vt infrà eodem. l.ij.& bonæfidei dicetur etiam,qui errauit in iure:vt ff.de hæredi.petit.l.ſed & ſi.§.ſcire.

Si maior factus alienationem ſine decreto confirmauerit. *Rubrica.*

1 *Venditio rerum minoris facta ſine decreto, an confirmetur per ratihabitionem factam ab eo,poſteaquam maior eſt effectus.*
2 *Ratihabitio tacita quanti temporis curſu inducatur, cum tractatur de confirmanda alienatione rerum minoris.*

LICET venditio prædij minoris ſine decreto ſit nulla,contingit tamen eam aliquando confirmari:puta, per ratihabitionem: & ideo ponit de ea.
1 † Eſt autem ſciendum,quòd ſi pupillus,vel adul-
a tus maior factus ratum habeat [a] expreſſim,confirmatur venditio, ſiue res fuerit vendita, vt minoris, ſiue vt propria eius, qui vendidit,cùm eſſet fortè extraneus. Si tamen factus maior neſciens ſe deceptum vltra dimidiam iuſti pretij confirmauerit venditionem factam à tutore,vel curatore ſuo, non præiudicatur ei, quo minus conueniat eum cui vendidit tutor, vel curator ſuus, vel vt reddito ſibi pretio reſtituat poſſeſſionem cum fructibus, vel ſuppleat iuſtum pretium, vel etiam quod eſt ſupplendum compenſet cum eo quod iſte factus maior debet emptori: vt j.eod.l.j. habet igitur iſte titulus locum in ratihabitione expreſſa:ſiue res, vt minoris,fuerit vendita:ſiue vt extranei.Superior verò locum habet in eo caſu tantum vbi vendita eſt res non nomine pupilli,ſed vt propria venditoris. Cæterum(quantum ad ratihabitionem tacitam pertinet) non habet locum iſte titulus, niſi cùm res vt pupilli eſt vẽdita: hoc eſt ab ipſo pupillo tantum,vel à curatore tantum,vel ab vtro-
2 que. † Inducitur autem ratihabitio tacita ex curſu temporis, quandoque quinquennij, quandoque decennij, quandoque vicennij. Si enim minor, vel tutor, vel curator donauit inter viuos ſimpliciter rem,quæ ſine decreto non poteſt alienari,fit confirmatio poſt maiorem ætatem, ſi factus maior taceat decennio inter præſentes, vicennio inter abſentes: & ſi factus maior moriatur intra prædictum tempus, eique ſuccedat minor,non curret illud,quod reſtabat de prædicto tempore hæredi minori:niſi fiat maior. Si autem minor, vel tutor,vel curator eius alienet vendendo, permutando,vel in dotem,vel in donationem propter nuptias concedendo, vel ex quocunque titu. præterquàm ſimplicis donationis,confirmatur alienatio poſt maiorem ætatem ſi per quinq; continuos annos poſt impletam minorem ætatem, id eſt, vigintiquinque ann. connumerandos nihil ſuper tali alienatione, vel ſuppoſitione conqueſtus eſt is, qui eam facit, vel hæredes eius, ſic ergo tenebit quaſi ab initio legitimo decreto fuiſſet res alienata, vel ſuppoſita: vt infrà eodem.l.vltima.

ANNOTATIO.

a Habeat. Ad huius tit.materiam vide Bart.in l.ſi.§.pupillus.ff.de verbor.oblig.Bald.in l.mancipia.C.de reb.alien.non alie. Angel.in l.ſi quis mihi.§.iuſſum.ff.de acquir. hæred. dom. Alexand.de imol.in l.ſi pupillus.§.Item quæritur.ff.de nego.geſt.& ibidem Bart.& docto.

De magiſtratibus conueniendis. *Rubrica.*

1 *Magiſtratus qui conueniantur in ſubſidium per minores, vbi nullus datus eſt eis tutor,vel vbi minus idonei dati ſunt,aut etiam vbi ſatiſdatio non eſt ab eis exacta. & nu.ſeq.*
3 *Ordo cuiuſmodi ſeruandus ſit in conueniendis magiſtratibus per minorem actione ſubſidiaria. & nu.5.*
4 *Tutor,qui non geſſit,aliis contutoribus gerentibus,quando conueniri poſſit prius,quàm magiſtratus.*
6 *Actio ſubſidiaria tutelæ,quæ datur minoribus aduerſus magiſtratus,quare ſic dicatur.*
7 *Magiſtratuum hæredes an, & quatenus conueniantur actione tutelæ ſubſidiaria ex perſona ipſorum magiſtratuum.*
8 *Actio ſubſidiaria quæ datur in magiſtratum, qualis ſit, & quibus detur. & nu.10.*
9 *Magiſtratus conuenti ſubſidiaria tutelæ actione an, & quando habeant beneficium diuiſionis.*
11 *Actio tutelæ ſubſidiaria in quos dari poſſit præter magiſtratus.*

NON ſolum tutores, & curatores occaſione tutelæ, vel curæ conueniuntur:ſed etiam magiſtratus, & ſcribæ & æſtimatores patrimonij, & ſimiles, qui ratione publici officij tenentur prouidere minoribus:& ideo ponit de magiſtratibus conueniendis. Videndum ergo qui, & quando magiſtratus conueniantur, & qua
1 actione,& inquantum,& qualis ſit actio. † Eſt autem ſciendum, quòd quidam erant magiſtratus qui poterant ſolummodo dare tutores,& non exigere ſatiſdationem rem pupilli ſaluam fore:vt præfectus vrbi,& prætor,& præſes prouinciæ, & iſti non conueniuntur ſubſidiaria actione:vt Inſtitu. de ſatiſda.tuto.§.neque autem. Alij erant,qui poterant dare tutores,& exigere ſatiſdationem. Alij poterant exigere ſatiſdationem tantum: & iſti ſecundi,& tertij tenẽtur:vt ff.de admi.tu.l. Aemilius.& inter hos erant,& ſunt magiſtratus municipales, qui iuſſu præſidum dare poſſunt tutores quandoq;:& quandoque ſine iuſſu: & quandoq; exigunt ſatiſdationem tantum: & præſes ipſe per ſe dat tutorem, ſicut diximus ſ.qui da.tuto.
2 Si ergo † magiſtratus municipalis dare potuit tutorem,& non dedit, tenetur:ſi tamen admonitus fuit, vt daret, & ideo damnum quod minor medio tempore eſt paſſus, ad eum pertinet. Idémque ſi data opera diſtulit tutelam vt veniret in tempus ſuorum ſucceſſorum:vel ſi ſatiſdationem,data opera,traxit,vt interim aliqui ei ſuccedant in dignitate: vt ff.eod. l.j.§.magiſtratibus.& § ſciendum. Idémque eſt & ſi dederunt tutorem minus idoneum, vel moribus:vt ff.de priui.credi.l.ſi creditores,vel facultatibus. ſi tamen fuit tunc idoneus,poſtea facultatibus lapſus eſt,nihil eſt quod danti eum imputetur.nam is, qui dedit, non debet præſtare pupillo fortuitos caſus, & fortunam. Si autem ſit idoneus tutor in principio, an non debet conſtare per probationes magiſtratui? non enim incumbit pupillo probare tutores ſoluendo non fuiſſe cum darentur:vt ff. eo.l.j.§.ſi magiſtratus. Item tenentur magiſtratus ſi non exegerunt ſatiſdationem rem pupilli. ſal. for. aut exegerunt minus idoneam:vt ff.eod.l.j.§.ſi magiſtratus.& inſtit.de ſatiſda. tut.§.ſciendum. Et debet illa ſatiſdatio præſtari vel pupillo,ſi fari poteſt,& in præſentiarum eſt.aut ſeruo eius,aut ſeruo publico,aut ipſi magiſtratui, & ex ſtipulatione magiſtratus, vel ſerui publici, datur minori vtilis actio:vt ff.eod.l.j.§. exigere. Item tenentur ſi præſidi inquirenti de facultatibus cenuntiauerunt falſa per gratiam, vel per pecuniam:vel ſi vltro renuntiauerunt præſidi, conſulentes ei vt daret illum tutorem:vt ff.
3 eo.l.j.§.ſi præſes. † Eſt autem ordo ſeruandus in conuentione magiſtratuum.Nam ſi plures dati ſunt tutores,& nihil geſſerunt,conueniuntur primo tutores eorúmq; fideiuſſores,quàm magiſtratus:vt ff.de admi.tu.l.ſi plures.& j.eo.l.pen.& antep. & ita eſt idem ac ſi geſſiſſent omnes. Si verò vnus eorum geſſit,alter nihil geſſit:ſi quidem non eſt diuiſa adminiſtratio,vel eſt diuiſa, ſed ab eis inter ſe,conueniũtur primò gerens:ſecundo magiſtratus,eiúſque fideiuſſores:tertio tutor qui non geſ-
4 ſit: † niſi obijciatur non gerenti quòd contutorem non remouit vt ſuſpectum, vel tardè remouit, vel citò ſed tamen in eo iure pupilli prodidit, vel non exegit ab eo ſatiſdationem pupil.

pupil. ſal. ſo. cùm videret eum deſinere eſſe ſoluendo, & finita
tutela, inuenitur non ſoluendo: vt ff de adminiſtr. tuto. l. tres.
§. vlt. & l. etiam. & l. Æmilius. in fi. & j. eod. l. penult. & ante-
penul. In his etiam quatuor caſibus conuenitur poſt illum,
qui geſsit, tutor qui nihil geſsit: vt ff. de tut. & ra. diſtra. l. j. §.
5 nunc. & ſ. de diui. tut. l. ij. Vbi † autem vnus geſsit, & alius ali-
qua geſsit conuenitur vterque pro omnibus ante magiſtra-
tum: vt ff. eod. l. duo. & de adminiſ. tut. l. lucius. §. penult. Si au-
tem vnus geſsit, alius non, & eſt tutela diuiſa à iudice, vel à te-
ſtatore, conuenitur quilibet pro ſua geſtione antequàm ma
giſtratus, & poſt magiſtratus conuenitur tutor in prædictis
quatuor caſibus: vt ff. de adminiſt. tuto. l. Lucius. §. penultimo.
6 † Appellatur ergo ſubſidiaria actio non quod ſemper vltimo
conueniatur magiſtratus, ſed quia plerunque, vel reſpicit ap-
7 titudinem: vt inſtitu. ad leg. Aquil. §. is autem. † Ex perſona
etiam magiſtratuum conueniuntur hęredes eorum: ſed tamen
ex dolo tantum, vel lata culpa: licet defunctus teneretur etiam
ex leui, vt diximus in hæredibus tutoris: vt ff. eod. l. non ſimi-
liter. Pater autem magiſtratus, vel fideiuſſor eius non tenetur:
etiam ſi voluntate eius filius fuerit in officio, niſi de peculio:
8 vt ff. eod. l. j. primo reſp. & §. vlt. † Dicitur autem hæc ſubſi-
diaria actio, vtilis actio tutelæ: vel nego. geſt. vnde admittit v-
ſuras. nam eadem actione conueniuntur magiſtratus, qua tu-
tores, vel curatores: vt ff. eod. l. vlt. & datur hæc actio minori-
bus: & quandoque datur vni tutori, contra magiſtratus non
exegit à contutore ſatiſdationem: niſi & iſti tutori poſsit im-
putari culpa, quòd ſatis à contutore non exegit: vt ff. eodem. l.
9 proponebatur. & l. quòd ſi. Magiſtratus † autem conuenti ha-
bent beneficiom diuiſionis, ſi conueniantur ex leui culpa: ſe-
10 cus ſi ex dolo, vel lata culpa: vt ff. eod. l. antepen. † Actio iſta
perſonalis eſt: nec habet priuilegium in bonis magiſtratus: mi
noribus datur, & eorum hæredibus: vt ff. eo. l. j. §. priuilegium.
11 & § non tantum. † Datur etiam iſta actio in eum qui eligitur
ad æſtimandas tutorum ſatiſdationes: vt ff. eo. l. j. §. diuus. Item
datur in ſcribam, cuius vitio patrimonium minoris æſtimatur
minori pretio, quàm ſit dignum: vt j. eod. l. vlt. Et dici poteſt
iſtos duos poſſe conueniri etiam ante magiſtratum: vel fortè
in ſubſidium conuenientur poſt magiſtratus, vt placuit qui-
buſdam, ſed tamen iſte ordo non reperitur in lege.

DOMINI AZONIS SVMMAE IN
quintum librum Codicis Finis.

EIVSDEM DOMINI AZONIS SVMMA IN SEXTVM LIBRVM CODICIS.

De ſeruis fugitiuis, & libertis, mancipiiſque ciuitatum, & artificibus ad diuerſa opera deputatis, & ad rem publicam vel priuatam vel dominicam pertinentibus. *Rub.*

☞

1 *Fugitiuus quis dicatur.*
2 *Error quis dicatur.*
3 *Domino volenti requirere ſeruum fugitiuum qua ratione conſulatur.*
4 *Fugitiuum ſeruum recipienti qua pœna imponatur.*
5 *Fugitiuum ſeruum recipere quid ſit, & quando teneatur eo nomine recipiens.*
6 *Seruum fiſci, vel imperatoris, aut alicuius ciuitatis occultans qua pœna puniatur.*
7 *Artificem alicuius ciuitatis, vel colonum Tracenſem aut Illyricianum occultans, qua pœna puniatur. & quid in tributariis vel inquilinis aliorum.*
8 *Fugitiuus an præſcriptione temporis ſibi quærat libertatem.*
9 *Præſcriptionem poſſidenti non currere.*
10 *Fugitiuo ſeruo qua pœna imponatur.*
11 *Furis non eſſe ob furtum mortis pœnam infligendam, nec membrum aliquid abſcindendum, ſicut in latronibus.*

QVIA In ſuperiori libro, titulo de admi. tut.
lex habuit mentionem de ſeruis fugitiuis,
ideo ponit de fugitiuis ſeruis: vt ait P. Sed
hæc continuatio non placet: quia eadem ra-
tione tractaret de dignitatibus, & de multis
aliis de quibus in quinto libro habuit men-
tionem. Et refutata omnia alia tædioſa continuatione, ſic
continuo. Quia ſ. de actionibus ex cõtractibus, & quaſi con-
tractio ſubiecit: merito hic de actionibus quę ex maleficiis na-
ſcuntur: ſicq́; de furtis eſſet tradendum. Sed quia inter cætera
furta peius eſt domeſticum, ſiquidem nulla eſt efficacior peſtis
ad nocendum, quàm familiaris inimicus, ponit idcirco de ſer-
uis fugitiuis pertinentibus ad priuatos, vel ad ciuitates, vel ad
fiſcum, vel ad Imperatorem. Item de libertis ciuitatum, & ar-
tificibus ad diuerſa opera deputatis. Videndum ergo quis ſit
fugitiuus, quæ pœna imponitur recipiẽti fugitiuum ſeruum,
1 vel colonum, vel artificem, vel conſimiles. † Eſt autem fugi-
a tiuus [a] qui ea mente recedit à domino, ne poſtea reuertatur
☞ ad eum; licet poſtea mutato conſilio redeat, quia nemo tali
2 peccato pœnitentia deſinit eſſe nocens. † Erro autem eſt, qui
temporibus conſumptis in rebus nugatoriis, tandem (licet ſe-
ro) redit ad dominum: vt ff. de ædil. edict. l. quis ſit fugitiuus.
primo reſp. & §. erronem. hoc tamen not. quia quod in vno
3 dicitur, in altero exauditur: vt ff. eod. l. j. §. vlt. & penul. † Pro-
uidetur autem domino volenti requirere ſeruum: quia poteſt
adire præſidem vel per ſe, vel per magiſtratus, vel per milites
ſtationarios, vel per apparitores qui dominum adiuuent in
requirendis fugitiuis: & ſi nõ fecerint, mulctantur in centum
ſolidis, & eadem mulcta imponitur in eum qui quæri apud ſe
prohibuit. debet enim quilibet etiam ſenator pati in domo
ſua ſcrutari cubicula, & veſtigia occultantis. Item datur po-
teſtas cuilibet apprehendendi fugitiuum ſeruum, vt ipſum di-
ligenter cuſtodiat antequam in publicum exhibeat, id eſt ma-
4 giſtratibus tradat. † Diligenter autem cuſtodire, & vincire
permittitur: vt ff. eod. l. j. & ij. & l. Diuus. Item imponitur pœ-
na recipienti ſeruum fugitiuum: quia mulctatur in centum ſo
lidis. & hanc mulctam, ſicut & ſuperiorem, puto applicari fi-
ſco: vt ſ. de modo mulctarum. l. mulctarum. Hæc tamẽ mulcta
remittitur ſuſcipienti, ſi intra viginti dies fugitiuum domino
ſuo, vel magiſtratibus tradiderit: vt ff. eod. l. j. imponitur etiam
alia pœna, quæ præſtatur domino ſerui: nec eam puto pœnam
remitti: quia ſuſcipiens non ſolùm ſeruum reſtituit, ſed etiam
alium æquè bonum præſtat: vel viginti ſolidos, id eſt, aureos:
& hoc ſi receperit ſemel. Si autem receperit eundem ſeruum
bis, vel ter, multiplicabitur in eum pœna, prout iterauit deli-
ctum, hoc eſt, vt præter ipſum, duos, vel tres reſtituat: vt præ-
dictam pœnam pro vnoquoque: ſed vltra tertiam vicem fortè
non multiplicabitur pœna, vt ſ. de modo multarum. l. vlt. vel
5 ius illud in multa, hoc in pœna. † Eſt autem recipere fugiti-
uum: abſcondendi cauſa refugium præſtare: vt ff. de ſer. cor. l.
j. §. quod autem ait prætor. vnde patet recipientem ita demum
b teneri, ſi dolo recipit, volens priuare dominum [b] ſeruo: vnde ſi
ſeruum crediderit ingenuum, non tenetur: ſed nec tenetur vbi
veriſimile eſt ratione ætatis ſuſcipientem dolo non feciſſe, ſed
exigitur pœna à tutoribus, vel à curatoribus eius: vt ff. de ſer.
cor. l. doli. & infrà eodem. l. quicunque. §. quòd ſi ſeruus. Ino-
pia planè non excuſat ſuſcipientes, quia luunt in corpore,
quod non poſſunt in pecunia ſoluere. Excuſat tamen eos cal-
liditas domini: ſi dominus callidè compoſuit cum ſeruo, vt
fugeret apud illum, vt ipſum ibidem deprehenderet. Quòd ſi
malignè factum eſſe ex ſerui interrogatione patuerit, qui de-
bet ſubiici tormẽtis, in hoc caſu contra dominum ſuum quod
ſpeciale eſt, ſeruo etiam ſuo eum, qui hoc fecerit priuari opor-
tet, & ad fiſcum pertinere mancipium: vt j. eod. l. quicunque.
6 Hoc in ſeruis priuatorum. Si † autem fuerit ſeruus fiſci occul-
tatus, occultator ipſum reſtituet, & xij. libras argenti fiſco
præſtabit: vt j. eod. l. ſi quis. Si autem erat Imperatoris præſtat
libram auri: vt j. de fugi. colo. patrimon. l. ij. Si autem erat ci-

uitatis alicuius ſolicitator, & occultator, & ſeruum reſtituit,
& alium æquè bonum præſtat, & damnatur ciuitati in duode-
cim ſolidis. Et eadem pœna imponitur pro liberto ciuitatis
ſolicitato: quod intelligo quantum ad pœnam. Alius enim li-
bertus præſtari non poteſt cum liber homo ſit: nec ius patro-
natus ad alium extraneum tranſire poſsit: niſi cum vniuerſi-
tate: ſed nec tunc tranſit ad omnem: vt dicemus infrà, de bonis
libertorum, vel forté in hoc caſu ex neceſsitate fiet alienatio:
vt ff. de fundo do. l. j. In liberto autem priuati occultato, im-
ponitur pœna in ſola redhibitione operarum: vt j. de operis
7 libertorum. l. vltima. Vbi † autem aliquis recipit liberum ho-
minem artificem ciuitatis, vel deputatum vni alicui operi, vel
ſeruitio ciuitatis, à quo diſcedere non poterat, & paſſus eſt
eum coniungi ancillæ ſuæ, propter calliditatem ſuam priua-
tur dominio ancillæ ſuæ, & filiorum eius: vt infrà eod. l. vlti.
dominus tamen ignorans, non pateretur pœnam. arg. j. de bo
nis liber. l. ij. Speciale tamen eſt in colonis Illyricianis: vt ſi re-
ceperit ignorans nihilominus teneatur in quadruplum præ-
ter operas, & damnum quod locis, quę deſeruerat, factum eſt:
& fortè hic habet locum quando putabat colonum alienum,
ſed neſciebat cuius eſſet. Si autem credebat ingenuum, nullam
patietur pœnam, vt dictum eſt. Vbi autem recipit quis colo-
num Thracenſem, imponitur pœna duarum librarum auri
quam præſtat terræ domino: vt j. de colo. Illyricia. l. j. & de
colo. Thracen. l. j. Si autem non fuerint Thracenſes, vel Illy-
rici, ſed in qualibet prouincia tributarij, vel inquilini ſunt a-
licuius priuati præſtat fiſco xxij. librar argenti. & dominos re
ſtituit ipſum, & alium æque bonum: vt j. de agri. & cen. l. ſer-
uos. Qui autem ſuſceperit gynætiarium, punitur in v. libris
auri. Item qui receperit textrini principis mancipia, punitur
8 in tres libras: vt j. de murilegulis. l. v. & vj. Sed † nec ipſe fugi-
tiuus impunè relinquitur: nam vt res furtiua vel vitioſa vſu-
capi, vel præſcribi non poteſt longo tempore: ſed nec ipſe ſibi
præſcribet longo tempore libertatem: vt infrà de præſcript.
long. tempo. quæ pro lib. l. j. & ij. nunquid longiſsimo? fortè
non quia dominum ſui poſſeſsione non priuant, & poſsidenti
non currit præſcriptio: vt ff. de acquirenda poſſeſsione. l. poſ-
ſideri. § ſi ſeruus. & l. rem quæ. & l. per eum. §. primo. & infrà
de præſcript. xxx. annorum. l. malè. Vnde cum dominus poſsi-
deat ſeruum fugitiuũ, non videtur res furtiua: ſed tamen con-
trarium eſt quia ſeruus iſte cenſetur res dominica, non pecu-
liaris, nemo enim eſt in ſibi ipſius peculio: vt ff. de pecu. l. de-
poſiti. §. ſtichus. res autem peculiaris quandiu poſsidetur à do
mino per ſeruum qui detinet eam, non dicitur furtiua. vt ff. de
10 furt. l. interdum. §. cum autem. † Item imponitur pœna ſer-
uo fugitiuo in caſu, vt damnetur in metallum, vel pes ampu-
tetur, ſi deprehendatur in itinere, dum tranſiret ad barbari-
cum ſolum, hoc eſt, hoſtium populi Romani: vt innuitur ſu-
prà de commerciis. l. ſecunda. cùm dicit extorquendum aurum
à barbaris. hodie tamen non amputaretur pes, ſed vna ſola
manus. Et idem vbicunque lex exigit membri abſciſsionem.
11 † Pro furto autem non morietur, nec aliquid membrorum
abſcindetur: ſed aliter in latrocinio: vt in auth. vt nulli iudic.
§. per penulti. & de mandatis principum. §. coges. Sed & lex
lombarda dicit tabellioni manum dexteram amputandam: ſi
falſum compoſuerit inſtrumentum.

ANNOTATIO.

a Priuare dominum. Ad huius concluſionis materiam vide Specul. in
tit. de furtis & dãni dat. §. ſecundo. verſi. quandoque. Bartol. & doct.
in l. prima. §. ſeruum qui in fuga. ff. de acquir. poſſeſ. vbi eſt peculiaris
locus huius materię.

De furtis, & ſeruo corrupto. *Rubrica.*

1 Furtum quid ſit.
2 Furtum non cenſeri, vbi fraus ſeu dolus abeſt.
3 Furtum non cõmitti ſine cõtrectatione, etiã ſi furandi voluntas interuenerit. & quid veniat appellatione contrectationis.
4 Furtum rei ſuæ an & quando quis facere poſsit.
5 Furtum poſsit ne cõmitti in ea re, quæ in nullius bonis eſt.
6 Furtũ ita demũ fieri, ſi inuito domino res contrectetur quomodo ſit intelligendum, atque inibi quis cenſeatur non inuitus.
7 Furti non agi niſi quatenus lucrandi cauſa quis ſurripuit. & quid ſi res ſurrepta eſt, lucrandi eius vſus tantum gratia, an aſtimabitur proprietas in actione furti, an ſolus vſus.
8 Furti actio deturne cuilibet cuius intereſt.
9 Furti actio cui detur. & nu. 11. & 16.
10 Furti actio quo caſu detur ipſi furi.
12 Creditori an & quando detur furti actio ob rem debitori ſurreptam.
13 Furti actio quibus & quãdo detur oõtra dominũ rei ſubtractæ.
14 Furto commiſſo in re in qua quis dominium habet, alius autem vſumfructum, vel ius pignoris, cui competat furti actio.
15 Colono an & quando detur furti actio.
17 Actio furti contra quos detur.
18 Actio furti an detur patri in filium, vel econtrario: & an viro in vxorem, aut contra.
19 Actio furti an detur in ſeruos. & qui teneantur ex eorum furto, & qua actione. nume. 21.
20 Intellectus ad l. ſerui. §. vlti. de furt.
22 Liberi noſtri & mercenarij nobis ſurripientes an furtum faciant, & an nobis teneantur actione furti.
23 Furti actione teneri eum, qui furi tulit opem, vel conſilium dedit dolo malo atque inibi quis dicatur ei conſilium dediſſe, quis item opem tuliſſe. & an id ſit perpetuum nu. ſeq.
25 Actio furti datur quandoque in duplum, quandoque in quadrupl'ũ. & nu. 27. atque inibi quæ veniant in æſtimationem.
26 Furtum quando dicatur manifeſtum.
28 Aeſtimatio quomodo ſit facienda, vbi actio furti competit non ratione dominij ſed ratione alicuius intereſſe.
29 Furto admiſſo in re fulloni vel conſimilibus conductoribus tradita, cui competat actio furti.
30 Commodata res ſi fuerit furto ablata, dominus rei aduerſus quem & qua actione agere poſsit.
31 Conductor, commodatarius, & creditor an reſtituant domino, quod conſecuti fuerint à fure per actionem furti.
32 Fur quibus actionibus teneatur.
33 Intellectus ad. l. ſi is cui. ff. de furt.
34 Actionẽ furti nõ tolli per alias actiones cõtra furem intẽtatas.
35 Furtiuam rem non poſſe vſucapi.
35 Partus animalis furtiui an ſit furtiuus, & an poſsit vſucapi.
37 Ancillæ furtiuæ partus poſsitne vſucapi à bonæ fidei poſſeſſore.
38 Furti actio qualis ſit.
39 Furti actio an & quando detur in hæredes furis.
40 Furti actionem tolli ipſo iure per pactum.
41 Serui corrupti actio cui detur.
42 Seruus quando dicatur corruptus, atque inibi quòd plus ſit perſuadere, quàm cogi & compelli ſibi parere.
43 Aeſtimatio quomodo ſit facienda in actione ſerui corrupti.
44 Damnũ datũ quatenus reſtituẽdũ ſit in actione ſerui corrupti.
45 Actio ſerui corrupti qualis ſit.
46 Patri an & quatenus detur actio nomine filij corrupti, vel filiæ corruptæ.

QVIA corrumpuntur ſerui, vt fugiant: & occa-
ſione fugæ committuntur furta, ponit de furtis,
& ſeruo corrupto. Videamus ergo quid ſit fur-
tum, vnde dicatur, cui detur actio furti, & contra
1 quem, in quãtum, & qualis ſit actio. † Eſt autem furtum frau-
a duloſa contrectatio rei alienæ mobilis a, corporalis, quæ ſit
inuito domino, animo lucrandi, ſcilicet gratia rei, vel poſſeſ-
ſionis, vel vſus, quod etiam iure naturali prohibitum eſt: vt
ff. eod. l. j. §. vlti. & Inſtitu. de oblig. quæ ex delicto naſ. §. pri-
mo. Nam & diuina teſtatur authoritas, quòd tibi non vis, al-
teri ne feceris. item hoc eſt vnum de præceptis decalogi. Fur-
2 tum ne facias. Frauduloſa † ideo dixi: quia ſi credat ſibi licere
per vim rem ſuam ſurripere, non tenetur furti: vt inſtitu. vi
bono. rapr. §. ita tamen. Et de hoc errore plenius dixi ſ. de iu-
ris & facti igno. Item & ſi credat ſe facere domino volente,
non tenetur furti: quia non facit dolo: vt dicemus j. Quãdoq;
tamen etiam ſine affectu furandi, hoc ipſum, de quo quæritur,
cõmittitur furtum: vt ſi ſaccum habentem pecuniam ſurripio,
quamuis

quamuis no n vo luerim ſaccum ſurripere teneor ſacci nomi-
3 ne:vt ff.eod.l.qui ſaccum. Contrectatio † ideo ponitur in de-
b finitione: quia ſine ea furtum eſſe non poteſt [b] ſi fiert volun-
tas, * vel verbum,vel ſcriptura interueniat:vt ff.eodem.l.j.§.j.
& l.ſi quis vxori.§.neque. & l.infieiando. & l.falſus.§.ſi quis
nihil. Contrectatio autem exigitur vera, vel interpretatiua.vt
ſi falſus procurator volens indebitum exigere, alij delegaue-
rit ſoluendum,ſe præſente. Nam contrectaſſe propter præſen-
tiam videtur:vt ff.eod.l.falſus.§. ſed & ſi is.Idem & ſi habeam
ſeruum tuum præſentem apud me, & dicam ei.vade, & vadit,
veni, & venit:vt j.eod.l. alienum. Item contrectatio ſignificat
omnem abductionem,vel abiulationem:vt ſi equum,vel aliud
animal abducat:vt ff. eodem.l. ſi quis vxori.§. ſi quis aſinum.
4 † Alienæ,ideo ponitur,quia rei quæ pleniſsime mea eſt,non
facio furtum,nec teneor furti actione:ſecus ſi alius habeat me-
cum rem communem:vt ff.eod.l.ſi ſocius. Si autem alius in re
mea habeat ius, vel quia creditor eſt, vel bonæ fidei emptor
non facio quidem furtum: teneor tamen furti actione, & res
non eſt furtiua, tamen agitur furti:vt ff.eod.l.cùm æs.§.j.& l.
ſi is, qui rem pignori in principio, & de vſucap.l. ſequitur.§.
ſi rem.& ff.pro emptore.l.ſi rem. Sic & è conuerſo quandoq;
fit furtum,& res furtiua, non tamen agitur furti, vt cùm filij,
vel ſerui nobis furtum faciunt:vt ff.eodem.l.ſerui.& inſtit.de
oblig. quæ ex delict. naſc.§ ſi autem. Sed regulare eſt,vt vbi
5 furtum fit, & ibi res fiat furtiua, & agatur furti. Item † ideo
dicitur alienæ,quia rei,quæ nullius eſt,puta hæreditariæ,fur-
tum fieri non poteſt:niſi fortè ab aliquo detineatur iure com-
modati,vel pignoris, vel vſusfructus:vt ff.eod.l.hæreditariæ.
Rei tamen ciuitatis non Romanæ, agitur furti actione:vt ff.
eod.l.ob pecuniam. Quod dixi in re hæreditaria, ſerua etiam
in re eius quem puto mortuum:vt ff.eod.l.ſi quis ex eius.Mo-
bilis autem ideo ponitur, quia immobilium furtum non fit,
nec enim contrectari poſſunt propter ſui immenſitatem: vt
Inſtit. de vſucap.§.quòd autem. Si tamen cretam abſtulero de
fundo tuo, fur ſum: quia abſtuli, non quia fodi cretam:vt ff.
eodem.l.ſi cretæ fodiendæ.& l.verum eſt quòd plerique.Cor-
poralis ideo dicitur, quia incorporalia tradi, vel contrectari,
vel poſsideri non poſſunt: vt ff. de acquirend. rerum domi.l.
6 ſeruus.§.incorporales. Quæ † fit inuito domino,ideo dicitur:
quia ſi credidit dominum conceſſurum, non tenetur:& ſi non
erat conceſſurus, ſed in culpa poteſt æſtimatio,ſi non debuit
putare dominum conceſſurú, vt teneatur commodati, ſi præ-
ceſſerat commodatum: vel depoſiti,ſi præceſsit depoſitum:vel
ſi valde ſupinè id putabat:vt ff. eod.l. qui re ſibi commodata.
in princip. Si autem puto me facere inuito domino, ſed facio
volente eo, hic furtum quidem fit, ſed non poſſum furti con-
ueniri, vt ff. eod.l. inter.§.penulti. Illud conſtat eum dici non
inuitum, qui ſemel mihi conſenſit: vt quia habuit rem pro
derelicta,vel eam proiecit, vel dedit mihi poteſtatem venden-
di, & accipiendi pro debito: vt ff.eodem.l.falſus.§.ſi quis.&
§.ſi iactum.& l.cum creditor.& j.de pigno.l.creditores.In ca-
ſu tamen etiam volente domino facta contrectatio parit furti
7 actionem:vt j.eod.l.ſi quis. † Animo lucrandi rem,vel vſum,
vel poſſeſsionem ideo ponitur: quia ſi quis habeat animum
non lucrandi. ſed damni dandi, vel libidinem exercendi cum
meretrice, & ancilla aliena, non tenetur furti.nam ſecus eſt in
non meretrice:quia mulieris voluntate non videretur fieri:li-
cet & in ea vſus quidam ſit, quia tamen non eſt ad aliquod
commodum pecuniarium conſequendum, non agitur furti:
vt ff.eod.l. verum eſt. & l.fullo vel ſarcinator. §. qui ancillam.
Item & eorum tantum quæ quis voluit lucrari tenetur furti:
vt dicitur de eo qui de area tantum vniones voluit auferre, &
de aceruo aliquid exportare: vt ff.eod.l. vulgaris. & l. ſi quis
fur. primo reſponſo.§.j.& ij.& l.verum eſt. ergo & vbi voluit
lucrari vſum rei tantum, tenebitur æſtimato vſu tantum, non
proprietate rei, vt dicunt quidam & fortè bene. Alij dicunt
æſtimari proprietatem plenam: quia non poteſt ſic ſeparari
vſus rei à re, ſicut ſeparatur frumentum ab aceruo. & cum
iure dominij teneatur fur domino furti actione, debet æſti-
mari proprietas plena:vt ff.eodem.l.qui iumenta.& l.ſi vendi-
dero.§.cum autem.Solet tamen aſsignari fieri furtum non lu-
crandi animo, vt ſi ſeruum tuum in ſuſpicione furti habitum

mihi dediſti, vt eum in quæſtionem haberem, ego tradidi cum
præfecto vigilum quaſi in facinore deprehenſum,teneor furti:
niſi dominium ſerui in me transtuleris. nec enim rei meæ furti
teneor, vt ſuprà dixi: vt ff.de condic. cauſa da.l.cum ſeruus.
Quod iure naturali prohibitum eſt,ponitur in definitione ad
maiorem comprobationem ipſius. Quandoque tamen non
punitur furtum de iure ciuili: vt ſi fit ei apud quem luditur in
alea: vt ff. de alea. l. j. Dicitur furtum à furuo, id eſt, nigro,
quòd clam, & obſcure, & plerunque de nocte fiat. vel à frau-
8 de: vel à ferendo, id eſt, auferendo: vt ff.eodem.l.j. † Datur
autem actio furti ei,cuius intereſt,ſi ex honeſta cauſa intereſt.
quæ regula nimis eſt larga, & in multis patitur exceptiones.
Nam & eius intereſt,cui debetur ex ſtipulatione res. Item em-
ptoris ex honeſta cauſa intereſt. Idémque in fideiuſſoribus
colonorum, & creditoribus in rebus non obligatis, & in mu-
lieribus, & in rebus dotalibus, & in tutoribus, & in curato-
ribus, & in procuratoribus, & geſtoribus negotiorum. qui
tamen non agunt:vt ff.eodem.l.is cui.& l.eum,qui.& l.inter-
dum accidit. & l.qui iniuriæ.§. qui alienis. & l.is,cuius inter-
9 eſt non ſurripi. & ideo ſic regulariter trado. † Actio furti
datur ei, cuius intereſt ex honeſta, & probabili cauſa,ſcilicet,
ratione dominij,vel quaſi, vel ratione poſſeſsionis,vel ratione
cuſtodiæ quam debet domino cuius voluntate rem detinuit.
Ideo autem dixi ex honeſta cauſa, quia furis quidem intereſt
rem non perire, ſed ſaluam eſſe, & tamen non agit, quia ex
10 † improbitate ſua non debet ei actio quæri. Si tamen iuſtè
quis cœpit rem detinere, vt commodatarius, vel fullo, & eiuſ-
dem rei poſteà furtum admittat, ſcilicet, alij concedendo, vel
aliter vtendo, nihilominus agere poteſt furti propter iuſtum
initium. Et hic eſt caſus, quo fur furti agere poteſt:vt ff.eod.l.
itaq;.§.ſed furti. & l.qui vas.§.ſi ego. Sed huic videretur con-
tra quod legitur ff.eodem.l.eum, qui.§.is autem apud quem.
Sed fortè diſtinguitur, an ſurripiatur res commodatario, ei-
démque furi, an alij, cui conceſsit:vt in primo caſu non agat,
in ſecundo agat. Vel fortè diſtinguitur an committatur fur-
tum vtendo, an alij concedendo,vt in primo caſu non agat,in
ſecundo contra. Ideo autem dixi iure dominij, quia domino
datur actio furti in re ſua.Si tamen res ab aliquo poſsideatur,
vel detineatur, alioquin contra.vt in re hæreditaria ſuprà di-
ctum eſt. Idémque & poſt aditam hæreditatem ante apprehen
11 ſam poſſeſsionem:vt ff.de vſucap.l.ſi homo. Ratione † autem
quaſi dominij competit fructuario bonæ fidei emptori:& pa-
tri ratione operarum, vel affectionis, filio ſubtracto actio fur-
12 ti,non condictio datur,ſed mater non agit. Item † datur cre-
ditori,ſi etiam debitor ſuus non ſit ſoluendo: ſiue res eſt ei tra
dita, ſiue ſpeciali pactione eſt ei obligata. aliud ſi generali vt
dicunt quidam. Vel fortè ſpecialis pactio ponitur pro expreſ-
ſa:vt ff. eodem.l.ſi quis vxori.§.ſed & ſi rem. & l.ſi is, qui eam
pignori.& l.ſi filius.& l.mater.& inſtitu.de obli.quæ ex delic.
13 naſ.§.interdum.& §.furti autem.imò † & domini tenentur ha-
bentibus ius in re,vel ex iuſta cauſa rem tenentibus.Si eandem
eam ſurripiant:puta, fructuariis, creditoribus, commodata-
riis. Nam & commodatarij poteſt intereſſe ratione vſus, vel
ratione impẽſarum, ob quas poterat rem retinere,& interfuit
eius potius per retentionem eas ſeruare. quàm vltro commo-
dati agere:vt ff.eo.l.creditoris. & l.qui iniuriæ.§.vlti. & l.ſi is,
14 qui rem commodaſſet. & ff. de pig. act.l.ſi pignore. Vbi † au-
tem ſurripitur ab extraneo res, in qua dominium habeo ego,
& alius habet ius in re, vel ratione vſusfructus vel pignoris:
ego ratione dominij, & ipſe ratione pignoris, vel vſusfructus
experimur furti:vt ff.eo.l.inter omnes.§.ſi ſeruus fructuarius.
15 & §.hæc actio. Item † ideo dixi, vel ratione cuſtodiæ:quia &
coloni qui nummis colunt, furti,& cõdictione furtiua agunt.
Partiarius verò agit contra dominum,vt agat contra furem.
vt quod exegerit reddat, fortè quia fructus nondum tenuerat
16 domini voluntate. Item † & fullones,& commodatarij agere
poſſunt furti actione:quia eorum intereſt, ſed non agunt eo-
rum fideiuſſores, vel patres, quaſi patrũ ratione peculij videa-
tur intereſſe. Agunt tamen patres ex perſona filiorum. Hi au-
tem quibus precario conceſſum eſt, vel res eſt depoſita, cùm
de culpa non teneantur, non agunt furti, niſi poſt lit.conteſta.
cõtra eos, res ſurripiatur:vt ff.eo.l.eum, qui.§.pręterea & §.an

patet.& §.is, qui precario.& §. non ſolum.& l.ſi quis vxor.§.
17 ſi ſeruus tuus. † Datur autem hæc actio furti contra furem ſit
pubes,vel impubes:dum tamen ſit doli capax:vt ff.eo.l.impu-
18 berem. Item † & pater agit contra filium,qui habet caſtren-
ſe peculium,ex quo ſibi ſatisfacere poteſt de furto:quia quã-
tum ad caſtrẽſe peculium reputatur pro patrefamil. alioquin
non eſt iudicium inter eos:vt ff.eo.l.ne cum filio. Sed & pater
furti tenebitur filio,ſi eius rem ex caſtrenſi peculio ſubtraxit.
Titius eſt enim,vt dicamus eum conueniri actione in factum.
Item vir contra vxorem,& è conuerſo non agit furti durante
matrimonio: ſed de damno datur actio in factum : qui tamen
præſtiterint opem vxori in furto faciendo, tenentur furti: vt
ff.eo,l.ſi quis vxori.& ſ̃.rei ũ amo.l.ij. In fure præterea conſi-
dera,an ſit liber, an ſeruus. Liber enim indubitanter tenetur.
19 Serui † autem ſiquidem domino ſuo ſurripiant,verbis & ver-
beribus poſſunt caſtigari:ſed iudicio non poſſunt conueniri:
niſi rem contrectent poſt manumiſſionem : vt ſ̃.an ſer.ex ſuo
facto.l.vlt.& de noxali,l.j.& Inſti,de obli.quæ ex deli.naſ. §.
20 hi autem.& ff.eod.l.ſerui & filij. Videtur tamen † quòd pro
furto quod ſeruus,dum eſt in fuga,domino facit,poſsit agere
dominus actione furti contra eum qui cœperit bona fide poſ
ſidere:vt ff.eo.l.ſerui.§.vlt.Sed poteſt intelligi,vt loquatur de
domino, id eſt, bonæ fidei emptore , qui dominus eſt de iure
prætorio:quod patet ex eo quòd loquitur de vſucapione ſer-
ui. Si ergo verus dominus eſſet,non ageret:vt ſuprà dictũ eſt.
21 Agit ergo † bonæ fidei emptor ſerui,cõtra verum dominum
ſerui:ſi tamen patiatur furtum eo tempore,quo eſt apud pro-
prietarium , vel poſtea quàm bonæ fidei emptor deſiit poſsi-
dere ſeruum. Si autem ſeruus ſurripiat bonæ fidei emptori,in-
terim dum eſt apud eum , non agit bonæ fidei emptor noxali
actione contra dominum: vtpote, cùm bonæ fidei emptor te-
neretur aliis quibus ſurripperet ſeruus eo tẽpore noxali actio-
ne.Sic enim dicit regula.Qui tenetur aliis noxali actione,ipſe
ea agere non poteſt:vt j.eod.l.penul. Vbi autem ſeruus extra-
neus ſurripuit mihi,qui nullum ius habeo in ſeruo,certum eſt
teneri noxali actione dominum ſerui,vel bonæ fidei,vel malæ
fidei poſſeſſorem ſerui:vt ff.de noxal.l.prim. & l. non ſolum.
22 † Liberi autem noſtri,& mercennarij nobis ſurripientes,fur-
tum faciunt, & res in furtiuam cauſam cadit : ſed non poſſu-
mus eos conuenire furti actione , ſi furta vilium rerum ſunt;
nec ſunt publicè vindicanda talia furta:vt ff. eod.l.ſi libertus
23 patrono. & de pœnis.l. reſpiciendum.§. furta.Sed † & datur
actio furti contra eum,qui tulit furti opem. & conſilium,do-
c lo malo:non diſtinguo an ſint ſocij,vel non. Conſilium [c] au-
tem dat,qui perſuadet,& impellit,& inſtruit aliquem ad fur-
tum faciendum. Opem fert qui miniſterium , & adiutorium
præbet ad ſurripiendas res. Ille ergo,qui pannum rubeum o-
ſtendit,fugauitque pecudes, vt in fures inciderent, tenebitur
furti.Sed ſi fugauit per laſciuiam,tenebitur actione in factum
pro damno datu in pecudibus:vt Inſtit.eo.§.interdum. & ff.
24 eod.l, in furtis.§.vlt.& penul.& l.nam & ſi. † Tenetur tamen
d quis de ope,& conſilio [d] ,ita demum ſi furtum ſecutum ſit:vt
ff.eod.l. ſi is,qui rem pignori.§.ſi tu. Solum autem conſilium
non adſtringit me furti actione:niſi furtum aliàs nõ erat per-
petrandum:niſi conſilium meum præceſſiſſet:licet ſecus ſit in
actione ſerui corrupti,& legis Aquiliæ,vt notaui in ſumma
Inſtitu.de oblig.quæ ex delict.naſc. Nec diſtinguitur, vtrum
fur poſsit conueniri furti actione, vel non : ſed ſatis eſt quòd
furtum commiſſum ſit:vt ſi ſeruis,vel vxoribus furtum facie-
tibus quis dederit opem,vel conſilium.Si tamen duo ſerui in-
uicem ſibi perſuaſerunt vt fugerent,alter alterius fur non eſt.
Sed quid ſi inuicem ſeſe celauerint? poteſt dici alterum alte-
rius eſſe furem:vt ff.eo.l.qui ſeruo.Item & qui præſtat opem,
quandoque tenetur quaſi qui præſtat opem & conſilium, vt ſi
tu ſcires me velle furari , commodaueris mihi ferramenta ad
oſtium effringendum , vel ſcalas ad aſcendendum : licet nul-
lum principaliter dederis conſilium ad furtum faciendum:vt
ff.eodem.l.ſi pignore.§. penulti. Et nota, quòd is, qui opem
præſtiterit , tenetur furti in duplum tantum, & ſi furtum ſit
manifeſtum : non autem tenetur condictione furtiua : vt ff.
eodem.l.is qui opem.& ff.de condictio.furt.l.proinde. Com-
petunt autem ex furto duæ actiones , ſcilicet condictio
furtiua ad rem,qua tenetur fur, & hæres eius:de qua ſpecialis
25 eſt rubri. ſuprà de condict. furt. † Actio autem furti datur
ad duplum,vel quadruplum, diſtincto eo in furto,ſit manife-
26 ſtum, vel non manifeſtum. Eſt † autem manifeſtum, quando
fur à domino, vel ab alio quocunque, antequàm perueniat ad
locum deſtinatum eadem die deprehenditur: vel cùm videa-
tur, ad eum comprehendendum eſt occurſum : niſi ſurripien-
tis mutetur ſtatus : vt ſi in ſeruitute mihi ſurripuiſti, & ma-
numiſſus deprehenderis in furto, teneris furti non manifeſti.
Si autem cùm tibi facerem furtum de domo tua abſcondiſti
te, ne te occidam etiam ſi vidiſti furtum fieri : non tamen eſt
furtum manifeſtum:vt ff. eodem.l.ſi quis. & l. penulti. Aliud
autem omne furtum eſt non manifeſtum , quod ex prædictis
27 non probetur manifeſtum. † Ex primo agitur in quadru-
plum, ex ſecundo in duplum, vt duplum dicatur reſpectu rei,
& vtilitatis extrinſecæ & intrinſecæ.Quicquid enim ſimplan-
dum eſt per condictionem , duplatur per actionem furti. In
condictione autem æſtimatur res quanti plurimi cœpit eſſe
poſtea à tempore moræ.Item æſtimatur quod lucrari iuſtè po-
tui ſine alterius iniuria,vt hæreditates,vel legata,quæ per ſer-
uum acquiſiuiſſem,ſi mihi non fuiſſet ſubtractus. Item æſti-
matur damnũ pœnarum, vel conſimilium in quæ incidit pro-
pter furtum.Hic tamen non æſtimatur damnum propter quod
vſucapionem non impleui impeditus furto : vt ff. de condict.
furt.l. in re furtiua. & ff.eodem.l.ſi quis vxori.§.vlti. & l.infi-
ciando.§.j.& ij.& l.ſi is cui.§.vltim. In tabulis autem,vel cau-
tionibus amotis, non tantum pretium tabularum debet æſti-
mari,verumetiam ſumma, quæ continetur in eis:ſi tamen aliæ
non ſint probationes debitæ pecuniæ:vt ff.eodem.l.qui tabu-
28 las. Et poteſt † hic ſubiici regula generalis, quòd vbi defer-
tur alicui actio furti ratione dominij, dominium, & prædictæ
vtilitates æſtimantur:vbi autem defertur ratione intereſſe, ſo-
lum intereſſe debet æſtimari:vt ff.eodem. l. ſi vendidero.§ cùm
autem. Creditor ergo aget actione furti creditorenus. ſi ſine
culpa ſurripiatur ei pignus ab extraneo. Si verò culpa ſua,
quia ipſe tenetur debitori ad pignus reſtituendum , aget ad
ſummam pignoris:vbi tamen debitor ſurripuit creditori,aget
creditor ad ſummam debiti tantum, etiam ſi fuerit in culpa:
quia debitor cuius præponderat dolus , ei obiicere culpam
29 non poteſt:vt ff. eodem.l.creditoris. & l.creditori. † Fullo-
nes autem, vel conſimiles conductores, agunt furti : quis eo-
rum intereſt ratione cuſtodiæ, quam debent domino præſta-
re,cui tenentur,ſi fuerunt in culpa. Dominus autem non agit:
quia nihil intereſt eius eandem rem non perire, cùm iudicio
locati à fullone ſuam rem perſequi poſsit. hoc ſi ſoluendo in
totum eſt ; alioquin ad dominum actio redit : quia eius peri-
culo non eſt,qui nihil habet. & ita erit in hoc caſu actio furti
ambulatoria vt ff.eodem.l.itaque.& l.eum,qui.§.idem ſcribit.
& Inſtitu. de oblig.quæ ex delict. naſc. §. item ſi fullo. Furto
30 † autem admiſſo in re commodata,dominus habet electio-
nem an conueniat commodatarium commodati:& tunc libe-
ratur fur ab eo : ſed habet neceſſe reſpondere commodatario,
an conueniat furem furti : & tunc liberatur cõmodatarius ab
eo:& ſi dominus neſciens furtum aliquam earum actionũ ele-
31 gerit , ſibi non præiudicat propter ignorantiam. [f] † Et nota,
quòd fullo,vel conductor,vel commodatarius non reſtituunt
domino quod exegerunt furti actione : quia propter furtum
ſenſerunt incommodum vſus. Creditor autem reſtituit debi-
tori,quod habuit vltra debitum:ſi furtũ patiatur ab extraneo,
quia rem vſus gratia non habet:debito ergo habito, reſtituit,
ſi quid habet vltra : niſi debitor ei ſurripuerit:tunc enim non
reſtituet,nec indebitum computat:vt j.eo.l.vlt.j reſpon.& §.j.
& Inſti.de oblig.quæ ex quaſi delict.naſc.§.quæ de fullone.&
32 ff.de pign.act.l.ſi pignore.& ff.locati.l.is,qui. † Datur etiam
contra furem rei vendicatio, & ſi primò conueniatur rei ven-
dicatione à domino,ſupereſt ei condictio.Iudex tamen qui de
proprietate cognoſcit , non aliter debet iubere rem reſtitui,
quàm ſibi petitor condictionem remitteret, quæ ſupereſt ei
gratia vtilitatum.Si autem petitor ſit condictione conſecutus
litis æſtimationem,fure fortè rem non poſsidente:deinde repe
riatur rem poſsidere fur, ſupererit domino rei vendicatio : ſi
paratus fuerit litis æſtimationem reſtituere: vt ff. eo. l.eum,qui.

Poteſt

33 Poteſt †etiam contra furem,præter ſuperiores actiones,com-
petere actio commodati:ſi furtum admiſerit rei commodatæ,
& ſi conueniatur furti, id eſt, condictione furtiua, extingui-
tur actio commodati:quia condictio tantum continet,quan-
tum actio commodati:imò & plus,id eſt, extrinſecat vtilita-
tes,quas ſuperius nominaui.Si verò conueniatur primò com-
modati, actio furti, id eſt, condictio furtiua non tollitur ipſo
iure,ſed per exceptionem. Et eſt ratio:quia minus continetur
34 in prima,quàm in ſecunda. Et † ita intelligo,quod dicitur ff.
eo.l.ſi is,cui. Actio autem furti quæ eſt ad pœnam non tolli-
35 tur propter eas:vt ff. pro ſocio.l.rei cómunis. Amplius†etiam
prouidetur domino in re furtiua,ne ipſa vſucapi poſsit ante-
quàm ad dominum ſcientem perueniat verè, vel interpretati-
uè:vt quia lis eſt æſtimata:vt ff.eod.l.quamuis.ij & l.ſi ad do-
minum. & de vſucap.l.ſequitur.§. quod autem. Quid ſi ex re
furtiua:puta ancilla,partus eſt editus? & certè partus ancillæ
furtiuæ quandoque eſt furtiuus,& eius nomine competit a-
ctio furti,vt ibi dicit.vt ſi prægnantem ancillam ſurripio,vel
non prægnantem. Si tamen apud me conceperit,& peperit. Si
verò apud me conceperit,peperit autem penes bonę fidei poſ-
ſeſſorem ſi furtiuus eſt,ſed eius nomine non datur actio furti.
36 Idem † dico in vacca furtiua,non obſtante eo,quod dicitur ff.
de vſucap.l. ſi aliena.§.j.quia illud puto corrigi. ff. de furt.l.
qui vas.§.ſi ancilla. Et in iſtis caſibus certum eſt partum, vel
fœtum vſucapi non poſſe obſtante vitio rei.Nec eſt furtiuus, a
nec eius nomine datur actio furti:ſi concepit,& peperit penes
37 bonæ fidei poſſeſſorem:& tunc, † ſi quæras,an vſucapi poſsit b
à bonæ fidei poſſeſſore furtiuæ ancillæ, vel non : attende an
ſciuerit poſſeſſor hic bonæ fidei matrem alienam antequam
conceperit : & tunc non vſucaperet. aut poſtquam concepe- c
rit:& tunc ſi ſciat ſimpliciter alienam,non furtiuam,non im- d
peditur vſucapio: vt ff. de vſucap.l. ſequitur.§. de illo.& §. ſi
antequàm. & l.iuſto. §. & ſi poſſeſsionis. & C.de furtis.l.an-
cillæ.& pro emptore.l.ii.Si verò antequam pariat,ſciat furti-
uam, impeditur vſucapio. Si verò poſteaquam peperit, ſciat
matrem furtiuam interpellatur vſucapio:niſi dominum certi-
ficauerit ſe habere ancillam, & partū eius: & vt ſi habeat ius,
quod ipſe proponat,& ipſe reſpōdebit: aliàs contra:niſi non
poſſet certificare dominum. & hoc eſt valde notandum quòd *
poſterior ſcientia in partu, impedit hic vſucapionem : quia in
partu committitur furtum.Nec enim in eo habebam titulum,
licet haberem in matre:vt ff.pro ſuo.l. ſi ancillam. ſecus puto,
38 ſi in eo haberem titulum. † Eſt autem furti actio famoſa: vt
inſtit.de pœna teme.litig.§.penultimo. Et perſonalis,& ex le-
e gibus datur actio furti non manifeſti *. Actio verò furti ma-
nifeſti eſt ex edicto prætoris : & ideo non videtur annua , ſed
perpetua, id eſt,vſque ad triginta annos datur,computandos
à tempore furti cómiſsi. Nec enim pluries naſcitur actio furti
domino ex aſsidua contrectatione furis:niſi ex prima contre-
ctatione non ſit nata:vt ſuprà dictum eſt,quando ſeruus ſur-
ripit domino,deinde manumittitur. Item hoc obtinet,quan-
do dominium non mutatur. Nam eo mutato, videtur nouo
domino competere furti actio ex ea contrectatione , quæ fit
nunc, & ea quæ dabatur teſtatori ipſi, nihilominus competit
eius ſucceſſoribus vniuerſalibus: vt ff.eo.l. ſi dominium.& ff.
39 de ſer.corrup.l.ſi hæres. †In hæredes non datur hæc actio,niſi
ſit lit. conteſta. contra defunctum. Nec poteſt dici hæredem
teneri hac actione:quia ad eum peruenit.quia cùm hæc actio
pœnam tantum contineat,nil ad eum ex ea potuit peruenire:
condictione tamen furtiua tenetur hæres, etſi ad eum nihil
40 peruenerit. † Sed & illud no. quòd actio furti tollitur ipſo
iure per pactum:vt ff.de pact.l.ſi tibi.§.quædam actiones. & l.
ſi vnus.§.pactus.Sequitur de actione ſerui corrupti videre cui
41 detur,& contra quem,& in quantum,& qualis ſit actio.† Da-
tur autem directa domino, cuius ſeruus corruptus eſt. Vtilis
autem datur eis, qui habent ius in ſeruo: vt vſuariis vſufru-
ctuariis,creditoribus, & bonæ fidei emptoribus.Nec obſtat,
quod legitur.ff.eo.l.j.§.j.bonæ fidei emptorem non agere:nec
enim ratione proprietatis agit , ſed ratione operarum , & in-
commodi,quod ipſe paſſus eſt. Nam ratione proprietatis in-
ſolidum non poſſunt experiri duo,ſcilicet bonæ fidei emptor,
& proprietarius,ſed pro parte experiuntur duo ſocij:vt ff. de
42 ſer.cor.l. ſi quis ſeruum.j. reſponſo. & §.j. † Corrumpitur
autem ſeruus,ſiue de bono fiat malus,ſiue de malo deterior,&
ſit hoc perſuaſione.Eſt autem perſuadere pluſquam compel-
43 li, & cogi ſibi parere:vt ff.eod.l.prima.§.perſuadere. † Æſti-
matur autem in hac actione , quanti deterioratus eſt ſeruus
in corpore,vel in animo ex perſuaſione mala. Item æſtiman-
tur res quas ſubtraxit incontinenti poſt corruptionem , &
poſtquàm confugit à domino. Si autem ex internallo poſt
fugam det damnum, vel ſurripiatur, non æſtimatur in hac a-
ctione contra corruptorem. Reſtituitur autem in duplum
damnum datum. Nec diſtinguo viuat,vel mortuus ſit ſeruus,
44 vel manumiſſus:vt ff.eo.l.ſi quis.§.vltimo. † Et eſt actio hæc
perpetua , fortè quantum ad rem tantum. Hæredibus datur,
ſed non in hæredes:quia pœnalis:vt ff.eo.l.hæc actio.pœnali-
ter tamen non datur viro in vxorem conſtante matrimonio:
45 vt ff.eo.l.vltima. † Illud nota,quòd patri datur vtilis actio fi-
lio,vel filia corrupta,in eam ſummam, quam ipſe æſtimaue-
rit ſuo iureiurando: vt tamen iudex refrenare poſsit æſtima-
tionem:ſicut in actione iniuriarum dicitur: vt inſtitu.de iniur.
§.pœna.& ff.de iniur.l.conſtitutionibus.vel fortè iudex æſti-
mabit ſummam ad quam competat: vt argu.ff.de cuſto. re.l.
ſi quis.

ANNOTATIONES.

a Mobilis. Vide, quod conſuluit eleganter Ludou. Ro.conſil. cxliiii. incip inquiſitio præſens non concludit ad furtum.

b Non poteſt. Adde Bartol. in l.j.ff.de furt. domi.Alexand.de imol.& Doct. in l.iii.§. ſi rem.ff. de acquiren. poſſeſsio. Angel. Areti.in §. furtum eſt,nu.7.cum pluri.ſeq.de obli.quæ ex delict.naſc.inſti.chart. cxcii.qui diſcurrit per multos caſus.

c Conſilium. Vide Pau.de Caſt.in conſi.cxcii.& in l.j.ſuprà titu.j.

d Ope & conſi io. Adde domi. Alexand. de imol. in l.iii.§. ſi rem.ff.de acquiren.poſſeſsio. Angel.areti. in §.interdum. nu.1. cum pluri. ſeq. inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. chart. cxciii. & facias quod not. Bartol.& Rapha.in l.eos.C.de fur.doct.in l.inciuilem.C.eod.tit.quæ omnino vide,quia ibi omnia copioſè ponuntur.

Furti non manifeſti. Vide ad hoc Specula. in titu.de furt.& in tit. de iniur & dam.da.§. ſeq. verſicul. item ſi quis.Bald.in l.aduerſus C. de furt.docto.in l.ſi.de priua.delict.doct.in §.ſi.de inſti.de oblig.quæ ex deli.multa per Angel.areti.in §.fur.act.nume.c.cum pluri.ſeq.quibus uno tol.oblig.chart.cxciiii.

* Voluntas. Fur non debet dici , qui licet furandi animo domum intret,non tamen furatur.ff.eod.titu l.vulgaris. Furto autem participat quis multis modis, cooperando,conſentiendo,laudando, recipiendo recurrentem ad ipſum,ne compellatur rem furtiuam reſtituere,recipiendo etiam partem furti, tacendo doloſe, cum vides furem furari potiatum, quem ſolo verbo poſſes impedire, non manifeſtando rem furtiuam. Furti autem variatur pœna , ſecundum quòd varie agitur de furto. Martinus.

De operis libertorum. *Rubrica.*

1 *Opera quid ſit.*
2 *Operas quis poſsit imponere,& nu.4.*
3 *Intellectus ad.l ſi ſeruum quis.§.ſi quis.ff.de acquir.hered.*
5 *Opera quibus imponi poſſunt.*
6 *Opera quomodo imponantur,& quæ actio inde oriatur.*
7 *Operarum obligationis dies quando cedat,& veniat.*
Operarum obligatio quomodo ſoluatur.

QVI A occaſione operarum liberti fugiunt à no-
bis: ideo ſupponit de operis libertorum. Viden-
dum ergo quid ſit opera , quis poſsit operas im-
ponere,& cui,& quando cedat operarum obliga-
1 tio, & qualiter ſoluantur. † Eſt autem opera diurnum offi-
cium:vt ff.eo.l.j.id eſt, officium quod quis exhibet alicui per
diem,diem artificialem,non naturalem:ſicut dicitur,Qui ma-
ne iunctum veſperi diem vocari præcipis. Et illud:Factus eſt
veſpere & mane dies vnus Geneſ. j. Aliquando tamen pro
breuitatis temporis obſequio ponitur. Libertus enim ſalu-
tando patronum , & ei aſſurgendo, & ſimilia faciendo, obſe-
quialem operam dicitur exhibere:vt probatur.ff.de condict.
indebiti.l.ſi non ſortem.§.libertus. talia tamen dicuntur pro-
prius honor , & reuerentia ; vt in authen. vt lib. de cætero.
2 † Imponit autem operas ille ſolus , qui manumittit ex vo-
luntate : niſi in caſu, id eſt, quando pater iuſsit filium ſuum

manumittere ex cauſa fideicommiſſ. vt plenum ius patroni ha-
beret: licet ùs in alio fideicommiſſ. niſi manumitteret ante diem
poſtquàm ex teſtamento tenebatur manumittere: vt j. eo. l. ij.
& l. iij. & l. mater. & l. ſi Titius. & ff. de bonis libe. l. qui ex cau-
ſa. Porrò vbi accepit quis pecuniam à ſeruo, vt manumittat
eum bene imponit operas: quia ex pacto initio cum ſeruo non
tenebatur, licet iudex hortari debeat dominum, vt ſeruet pa-
ctum: vt ſ. de tranſact. l. interpoſitas. in fine. & infrà de libera.
3 cauſa. l. cùm affirmes. & l. poſt certi. † Nec obſt. quod legitur
ff. de acquir. hæredit. l. ſi ſeruum quis. §. ſi quis. loquitur enim
cùm dedit domino futuro, vt redimeretur à domino præſenti:
vel ſi dedit domino præſenti, vt manumittatur, ſuccurritur ei:
vt non agat contra dominum ad manumittendum: ſed vt non
cogatur eius hæres eſſe, ad hoc enim videtur ſpectare præce-
4 dens materia Si † verò alius pro ſeruo dederit mihi pecuniam
pro manumiſsione ſerui mei, ſiquidem cum ſeruo tantùm pe-
pigi de manumittendo, & alius pro eo mihi dedit pecuniam,
idem eſt quod ſuprà, & ita exaudio quod eſt ff. de obſequiis. l.
Titius. Secùs ſi cum extraneo pepigerim vt manumittam: vt
j. eod. l. qui nummis. Item & vbi ex neceſsitate manumiſsio, &
libertus ſciens ſe poſſe recuſare operarum impoſitionem eas
promittit, tenetur: vt ff. eod. l. j. & l. Campanus. Item & impo-
nit operas qui non manumittit. Seruus enim patroni ſtipulari
poteſt operas à liberto, vel ipſi patrono, vel ſimpliciter: ſed
non ſibi: vt ff. eodem. l. ſeruus patroni. & de ſtipulatio. ſeruo. l.
5 antepenultima. † Imponuntur autem operæ liberto tantùm,
non ingenuo: vt ff. eod. l. vt iuriſiurandi. j. reſponſo. Et inconti-
nenti poſt manumiſsionē, non ante: vt ff. eod. l. vt iuriſiurandi.
& de liberali cauſa. l. vlti. §. adeò niſi incontinenti poſt impo-
ſitionem ſequatur manumiſsio. nam & aliàs quæ fiunt incon-
tinenti, videntur ineſſe contractibus: vt ſ. de pact. l. petens. &
ff. ſi certum petatur. l. lecta. In ingenuo nec impoſitio tenet, nec
pactum de manumittendo, & pecunia ob id data repetitur,
nec fideiuſſor pro ea datus tenetur: vt ff. de condictio. cauſa
da. l. dedi. §. ſi liber homo. & de fideiuſſ. l. ſi quis pro eo. ſed &
illud in liberto non multum refert ſit pubes, an impubes. Nam
& impuberis poſſunt eſſe operæ, ſi nomenclator ſit, vel hiſtrio,
vt pubes, vel impubes poſsit [conueniri: vt] ff. de rei vendi. l.
cæterum. libertæ. tamen maiori quinquaginta annis non vi-
detur poſſe operas imponi: quia & impoſitæ ante quinqua-
6 ginta annos extinguuntur poſteà: vt ff. eod. l. liberta. † Im-
ponuntur autem operæ per iuſiurandum, & per ſtipulatio-
nem: vt ff. eod. l. vt iuriſiurandi. & de libera. cauſa. l. vltima.
Et eſt hoc mirabile quòd pactum veſtiatur ſacramento: quod
aliàs non reperitur, & ex ſacramento actio in factum dabitur,
ex ſtipulatione autem dabitur condictio certi, ſi certa ſit ope-
ra: vt cùm pecunia credita petatur: vt ff. eod. l. à duobus. ſi au-
tem incerta ſit opera, agetur actione ex ſtipulatu: vt Inſtitu.
de verbor. obligatio. in princip. & ff. ſi certum peta. l. ſi quis.
7 † Cedit autem, & venit operarum obligatio eodem die quo
cederet ſtipulatus eſſet, quid ſibi fieri, id eſt, cùm potuit face-
re, & non fecit: vt ff. de verb. obligatio. l. continuus. §. cùm ita.
& §. item qui inſulam. ff. eod. l. quoties. Si autem ſit incerta,
non cedit earum obligatio: niſi cùm indicuntur liberto. Venit
autem dies earum cùm poſtquàm fuerint indictæ, potuerunt
præſtari: vt ff eod. l. ſi quis hac lege. §. iudicium. & § præterire
8 autem. † Soluitur obligatio operarum per beneficium legis
Iuliæ de maritandis ordinibus. ſi quis habuerit duos filios in
poteſtate ſua, etiam diuerſis temporibus præter eum qui ar-
tem ludicram exercuit, vel mercede conuenit pugnare cum
beſtiis. Idémque & ſi habuit vnum filium quinquennem vt j.
eod. l. nec patronus. & ff. eod. l. qui libertinus. Item ſoluitur
ratione infirmitatis liberti, vel dignitatis eidem ſuperuenien-
tis: vt ff. eod. l. libertus, qui poſt. & l. nec audiendos, & l. inter-
dum & diminutionem. Item ratione ætatis quinquaginta an-
norum; vt ſuprà dixi. Item propter tacitam, & præſumptam
voluntatem patroni de remittēdis operis ipſi libertæ: quia ſibi
copulat eam in vxorem, vel concubinam: vt j. eod. l. libertæ. &
ff. eod. l. liberta. ſed in concubinatu ſufficere debet patrono,
quod ius corpore & ſubſtantia fruitur: vt dicitur j. qui pot. in
pigno. habeā. l. vlti. Item præſumitur patronus, non ita dicen
in patrona, remittere gratia ſiniſtræ ſuſpicionis vitandæ, vt ſi
conſentiat libertæ vt nubat: non ita dico in liberto. Si enim
nupta ei exhiberet operas, marito poſſet generari ſiniſtra ſu-
ſpicio. Poſſunt tamen peti operæ cùm nupta deſierit eſſe. Item
poſſunt peti pro tempore, quod currit ante nuptias: vt ff. eo. l.
ſi quis hac. §. penulti. & l. ſi libertus ita. & l. ſicut patronus. quæ
autem operæ, ad quos tranſeant j. eo. notabo.

LEX VI.

1 *Operarum genera & ſpecies.*
2 *Opera à quo debita.*
3 *Obſequium quibus conſtet.*
4 *Opera incerta & certa quæ 5.*
6 *Operarum differentia.*
7 *Liberi quatenus agant.*
8 *Opera intranſmiſsibiles.*

LIBERTI. Hic aſsignatur contrarium ei quod
ſ. de in ius vocand. l. venia. notatum eſt. Ad ſolu-
tionem autem huius contrarij, & aliorum multo-
rum quæ aſsignantur ff. eod. per totum titu. fa-
1 ciendi eſt diſtinctio operarum. † quia aliæ ſunt obſequiales,
aliæ fabriles, aliæ artificiales. Obſequialium aliæ ſunt in fa-
ciendo, vt de aſſurgendo ipſi patrono, & eum ſalutando, &
reuerendo, eiúſque negotiis gerendis, aliæ ſunt in non facien-
do, vt de non teſtificando in patronum, de non vocando eum
in ius ſine venia, de non accuſando. Hæ autem obſequiales ſi
in non faciendo cōſiſtant, etiam ad extraneos hæredes patro-
norum tranſeunt: vt ff. de in ius vocan. l. venia. quod enim di-
cit ibi, de ea quæ eſt de non vocando, etiam ad alias quæ ſunt
in non faciendo eadem ratione extendo. Sin autem conſiſtant
in faciendo, ad hæredes extraneos patroni non tranſeunt: vt
in hac l. liberti libertæque. Sed ad filios ſic: vt j. eod l. qui ma-
numittuntur, circa principium, & j. de obſequiis. l. parens.
etiam exhæredatos: niſi mala mente ſint exhæredati: vt ff. de
bon. liber. l. ſi patronus. § ſi quis non mala mente. Hæ autem
2 † operæ ſine impoſitione, naturali ratione à liberto deben-
tur: vt ff. de condictio. indebiti. l. ſi non ſortem. §. libertus. Et ſi
quis velit ſubtiliter intueri. operæ, quas in non faciendo dixi
conſiſtere, propriùs dicerentur honor, ſeu reuerentia: quia
quod legitimè poſſet in alium facere directo paſſu, oportet
eum facere contra patronum cum quadam difficultate, quæ
non eſt magna, nec cum damno ſuo: operam enim quandam
exhibere dici poteſt patrono, cùm adit prætorem, & hoc im-
3 petrat ab eo. † Obſequium verò eſt in aliis quas dixi in fa-
ciendo conſiſtere: vt hic, & naturali ingenio, vt in authenti.
vt liberti de cætero. §. ij. Et ex definitione operæ notari poſ-
ſunt, vt diximus in ſumma. Artificiales autem, vel fabriles
propriè dicuntur operæ. Et not. quòd ſecundum diuerſitatem
operarum, vel honorum, & obſequiorum, varia ſtatuuntur
4 iura. Fabriles † autem operas dico incertas, vt ſtipulatus eſt
patronus viginti operas, non expreſsit ſcriptorias, vel picto-
rias: lex tamen, fabrilium, verbum nunc ad incertas, nunc ad
certas operas extendit: ego hoc vocabulum tantùm ad incer-
tas ratione doctrinæ accommodo. Licet enim nobis fingere
nomina: ſenſu tamen inſpecto, & retento, controuerſia de no-
mine pertinacibus relicta: vt ſ. de conſtit. pecu. l. penulti. §. ſed
5 vt ſubtilitati eorum. Artificiales † voco certas, quando ſpe-
cificatio operarum facta eſt: putà decem operarum ſcripto-
riarum, vel pictoriarum, ſimiliúmque. Hæ autem, ſicut & fa-
briles, per ſtipulationem, vel iuſiurandum imponuntur: vt ff.
6 de libe. cau. l. vlti. §. adeò. Sed in multis † differunt: & primò in
ceſsione diei: quia certæ operæ ſtatim cedunt. & veniunt cùm
poſſunt præſtari: cedunt tamen à die ſtipulationis: incertæ
non: niſi indicantur, id eſt, niſi à patrono petantur. Vtræque
tamen petuntur tunc demum, quando tantum tranſierit tem-
pus, quo præſtari potuerunt: vt ff. eodem. l. quoties certæ. & l.
cùm patronus. j. reſponſo. [& l. ſi quis hac lege §. iudicium. & l.
operæ] in rerū. quia illa l. quoties. primùm in operis certis, de-
inde in incertis loquitur: & de eiſdē loquitur illa l. cùm patro-
nus. & illa l. ſi quis hac. Secundò differunt in ſolutione. Certæ

enim alij ſolui poſſunt, Incertæ non: vt ff.eo.l.operæ in rerum
& vocat illa l.operæ.officiales operas illas, quæ ſunt incertæ,
fabriles verò certas. Quid autem ſit edere diem operarũ, vel
venire: dic vt ff.de verborum ſignificatio.l.edere. In duobus
caſibus etiam incertæ alijs ſoluuntur volente patrono: vt ſi
patronus aliter non poſſet vti liberti operis, vel cùm inops
eſt patronus: vt ff.eo.l.patronus, qui operas. & l.ſi libertus ar-
tem. Differunt tertiò in adiectione perſonarum facta in ſti-
pulatione. certas enim mihi aut Titio, incertas tantùm mihi
ſtipulor. Item certas poteſt mihi, vel ſibi, vel ſimpliciter ſti-
pulari ſeruus meus. Incertas mihi, vel ſimpliciter, non ſibi: vt
ff.eo.l.ſeruus patroni.j.reſpon. & l.libertus. & l.nihil. & l.quia.
& l.hæ operæ. j.reſpon. Et caue tibi, quia d.l.hæ operæ, vocat
fabriles certas. Quartò differunt quia certas debet libertus
præſtare, ſcilicet victu, & veſtitu patroni. Incertas ſuo victu
præſtat libertus: vt ff.eo.l.ſuo. & l.aut certæ, & l.imponi. & l.
penultima. lex enim penul. quæ dicit victum, & veſtitum eſſe
præſtandum ſuper certis tantùm intelligitur: quia ſi de incer-
tis loqueretur, malè diceret libertum, aut quemlibet alium
edentem operas, quia incertæ per alios edi non poſſunt, nec
alij. Conſiſtit enim earum proprietas & in perſona edentis, &
eius cui eduntur: vt ff.eod.l. operæ in rerum. hæc tamen diffe-
rentia poſſet tolli ſi dicas, quod in l.penul. loquitur cùm libertus
ſe alere non poterat: vt in prædicta l.ſuo. Quintò differunt,
quia in incertis fideiuſſor ex ſua mora teneri non poteſt: vt
pote cùm non ederent, niſi cùm indicuntur. Cùm autem ſoli
fideiuſſori liberti inducuntur, non poteſt teneri quia libertus
nondum eſt obligatus. In operis autem certis, idem eſt quod
in qualibet credita pecunia: vt ff.eod.l.ſi libertus moram. & ſ.
eo.l.à duobus. lex tamen videtur dicere idem in cuiuſlibet fa-
cti promiſſione: vt ff.de verborum obligatio.l.cùm filius.§.j.
Sextò notatur differentia in tranſmiſſione, circa quam ita
trado generalia duo, quia nulla opera tranſit ad hæredem hę-
redis: vt.ff.de verbor.ſignifi.l.ſciendum. Item quia ad omnem
7 operam, ſcilicet fabrilem, vel artificialem, agunt † liberi, ſi pa-
tronus ſibi, liberiſque ſuis fuerit ſtipulatus, & pro æqualibus
portionibus, & vtili actione etiam ſi non ſint hæredes: & ita
intelligitur quod eſt ff.eo.l.ſi quis operas. & ff.eo.l.vt iuriſiu-
randi.§.ſi liberti. & ĩ.de verborum obligatio.l. quodcunque.
§.ſi quis ita. Si verò ſibi tantùm ſit ſtipulatus patronus, & in-
certas operas ad hæredem extraneum non tranſmittit etiam
lite conteſt. niſi fortè condẽnatio fuerit facta ad liberos etiam
non inſtitutos: non tamen mala mente exhæredatos: & non
lit.conteſt.tranſmittit, ſi tamen ſint pręteritæ. futuræ enim alij
edi non poſſunt, & hæc probãtur ff.eo.l.à duobus. & l.ſi ope-
rarum iudicio. & l.qui libertinus.§.& cum nõ ſolùm. & §. ſed
ſi iam. & l.operę in rerum. in princip. & ff.de bo.lib.l.ſi patro-
nus.§.ſi quis non mala mente. & de acqui.hær.l.pro hęrede.§.
8 quid tamen. † Cùm autẽ certas ſibi ſtipulatur patronus, non
tranſmittit eas niſi ad hæredes ſuos, vel extraneos, directò ta-
men, & per ſe, & nõ per alios, ad ſucceſſionem veniẽtes, & pro
hæreditariis portionibus: quia ſicut pecunia credita petitur
opera: vt ff.eo.l.à duobus. & l.cùm patronus.§.cùm libertus.

De bonis libertorũ, & de iure patronatus. *Rub.*

1 *Patronatus iura circa quæ conſiſtant, & nu.3.*
Libertum non poſſe aduerſus patronum proponere excep-
tiones, aut actiones turpes vel famoſas, & qua ratione
tunc conſulatur liberto.
2 *Libertum non poſſe vocare patronum in ius ſine venia, atque*
ibi an id ſit perpetuum.
4 *Liberto ſuccedendi ius quomodo patroni habeant, & quid ſi*
ſunt plures patroni vnius liberti. nu ſeq.
6 *Patronorum filij qui admittantur ad ſucceſſionem liberti.*
7 *Patronus quando petat bonorum poſſeſſionem in ſucceſſione*
liberti, & pro qua parte.
8 *Patronus quibus ex cauſis repellatur à ſucceſſione liberti.*
9 *Patronus, qui exigit à liberto mercedem loco operarum, an, &*
quando repellatur ab eius ſucceſſione.
10 *Patrono, qui ius patronatus liberto remiſit, quæ iura maneant*
integra in ipſum libertum.
11 *Patroni filij, & cæteri, qui iure patronatus veniunt ad ſucceſ-*
ſionẽ liberti, quibus ex cauſis repellatur ab eius ſucceſſione.
12 *Patronorum hæredibus extraneis quæ iura reſeruentur in li-*
bertos.
13 *Patrem liberti præferri patrono in ſucceſſione, & quid de fra-*
tre liberti, an etiam hic præferatur patrono.

QVIA non ſolum operas, ſed etiam ſucceſſionem,
& multa alia iura vẽdicamus in libertos: ideo po-
nit de bonis libertorum: & de iure patronatus.
Videndum ergo quæ ſint patronatus iura, quibus
1 debeant præſtari, & quando. † Eſt autem primum ius circa
exceptiones turpes, id eſt, quæ doli, vel fraudis habent men-
tionem, non dico famoſas exceptiones, quia nulla exceptio in-
famat. Et circa actiones famoſas, vel etiam turpes, niſi in caſu,
quas libertus contra patronum proponere non poteſt: ſuccur-
ritur tamen liberto per exceptionem, & actionem in factum:
vt ff.de obſequiis.l.honori. & l.parẽs. & de excep.do.l.apud.§.
aduerſus. & de vi & vi arma.l.j.§.interdictum hoc. Secundum
2 † eſt circa vocationem in ius: quia libertus patronum in ius
vocare non poteſt ſine venia, de in ius vocan.l.quiq;.§.prætor.
& l.ſed ſi hac.§.prætor. & hoc ſi agat libertus nomine ſuo: ſi
alieno, poteſt quidem etiam ſine venia vocare patronũ in ius:
vt ff.de in ius vocan.l.quæſitum. ſed turpem actionem non de-
bet intendere, hoc tamen pleniùs dicemus, infrà de obſequiis.
3 † Tertium eſt de reuerentiæ exhibitione, quam & ſine impo-
ſitione debet libertus: vt diximus ſ.tit.j. vnde libertus non de-
bet patronum vocare in ius ſine venia. Quartum eſt in ali-
mentorum præſtatione: vt ff.de libe.agnoſcen.l.ſi quis.§.ſo-
lent. Quintum eſt de reuocatione in ſeruitutem propter in-
gratitudinem: hoc autem ius non debetur: niſi manumittenti
ſponte: ſuperiora autem iura debentur multis alijs: vt ei quem
iudicatum, vel iuratum eſt, eſſe patronum, & detegenti collu-
ſionem ſententiæ latæ pro ingenuitate, & ei qui manumittit ex
cauſa fideicommiſſi, vel qui accepit à lege vt manumitteret.
Item ei qui ſeruum redimit nummis ſuis, & fidem ſeruauit.
Item ei qui vendidit ancillam ne proſtituatur, ſi proſtituta ſit
contra pactum, & ex lege ad libertatem perueniat, quibus, &
eorum liberis, & parentibus præſtantur hæc iura in infinitum:
vt ff.de in ius vocan.l.adoptiuum.§.patroni. & l.ſed ſi hac.§.
4 liberos. & ff.eo.l.filij. & l.ſi iurauero. † Eſt & aliud ius ſucce-
dendi quod debetur patrono: & ſubiicio hic regulam, quòd
quilibet qui gratis, vel non gratis manumittit, habet ius ſucce
dendi: niſi in caſibus, vt quando alienum ſeruum ſuis nummis
redimo, vel cùm ab extero accipio pecuniã pro manumitten-
do: vt j.eo.l.j. & j de bonorum poſſeſ.contra tab.libert. & j.de
Latina libe.l.j.§.illud etiam. & ſ.tit.j.l.qui nummis. hæc ita ſi
5 fuerit vnus patronus. Si † verò plures, ſimul omnes admittun-
tur: vel altero decedente, ſuperſtites tantùm defuncti alijs re-
cluſis admittũtur: aut altero decedente, ſuperſtites: vt ff.de ope.
6 lib.l.à duobus. † Sed & filij patronorũ admittuntur legitimi
tantùm: licet ſecus ſit in patrona: vt ff.eo.l.patronæ quidem li-
beri. & ſimul quidem: niſi vbi ſit aſſignatus: vt ff.eo.l.etiam.§.
ſi capitis. & de aſſignan.lib.l.j.§.j. Si verò filius emancipatus,
nepos verò ex eo ſit præteritus, vterque per edictum, de con-
iungendis cum emancipatis liberis, admittitur nepos tamen
de iure ciuili, emãcipatus ſolùm de iure prætorio: vt ff.de con-
iun.cum emancip.lib.l.j.§.hoc. & ff.eod.l.ij.§.vlti. & l.liberti-
nus.§.vlti. Hi autẽ mortuo patre, vel quaſi mortuo, admittun-
tur: vt puta, deportato eo: vt ff.eo.l.ſi necem.§.ſi deportatus. &
plenè diximus j.eod.l.j.ſed & liberis deficientibus, admittun-
tur agnati ſuo ordine vſque ad quintum gradum: vt Inſtit.de
7 de ſucceſ.lib.§.multis. † Petitur autem bon.poſſ. in bonis li-
berti adita locuplete hæreditate liberti, vel ab vno ex hæredi-
bus, & non relictis filiis à liberto: vel etiam relictis, ſed ingra-
tis: vt non poſſint arguere teſtamenta ſuorum parentum in-
officioſa. Locupletem autem dico hæreditatẽ, ſi eſt maior cen-
tum aureis. Succedet autẽ patronus in tertia, licet olim in plus
ſuccederet quàm deberet habere ſine onere, vel ſi minus ha-
bet, aget condictione ex lege ad ſupplementum: vt ff.eodem.
l.etiam.§.vt patronus. & inſtitu.de ſucceſ.lib.§.ſed ex noſtra.

8 & §.ſinautem inteſtato. & §.ſi verò teſtamentum. † Repelli-
tur autem patronus ab hoc iure propter denegationem ali-
mentorum: vt ff.de iure patrona.l.diuus.§.vlti. Item propter
addactionem iuriſiurandi: vt ff de iure patr.l.adigere. & l.
qui contra legem. Item propter præmium liberti:vt ſi vindi-
cauit ſeruus necem domini, filio domini negligente, & ob
hoc peruenit ad libertatem:vt ff.de iure patrona.l.penul.j.re-
ſponſo. Quartò propter liberti natalium reſtitutionem. Quin-
tò propter deportationem, vel in metallum damnationem,
vel liberti, vel patroni: vt ff. de iure patro.ſiue libertus,ſiue
patronus.j.reſpon & ff.eo.l.etiam.j.reſpon. & §. planè ſi na-
talibus. Sextò propter debitæ partis conceſsionem:vel ſi mi-
nùs reliquerunt,agitur ad ſupplementum:vt inſti.de ſucc.lib.
§.ſi verò.& ff.eo.l.etiam ſi.§.toties. Eſt & alia ſeptima cauſa:
9 vt ff.eod.l.ſi libertus meus. † Eſt & alia octaua:putà,ſi patro-
nus exigat mercedem operarum: & tunc diſtinguitur: quia
aut facit ad poſtulationem, & rogatum liberti, fortè quia
vult libertus magis dare mercedem,quàm ſoluere operas, vel
petit libertus gratia ſui amici à patrono, quatenus locet ei
operas ſuas,& tunc non delinquit patronus:aut exigit patro-
nus mercedem extorquendam ab inuito liberto: & tunc ſi-
quidem pro præterita opera,id eſt,ea quam non præſtitit ſuo
tempore, non amittit iuſpatronatus: quia pretium operæ ac-
cipit. Si verò pro futura,ſi quidem patronus facit ex neceſsi-
tate: puta, gratia alimentorum, non amittit iuſpatronatus:
ſecus ſi ex voluntate. Et probantur hæc omnia.ff. de oper. li-
ber.l.patronus. per totam legem. & de agnoſcendis liberis.l.
ſi quis. & s. de oper. libe. l. ſi quam. & l.nec patronis. Si verò
quis exigat operas, non deſinit eſſe patronus quantum ad a-
lia,ſed quantum ad contractum:vt j.de bon.poſſ.contra tab.
10 l.licet. & l. patronus. † Exhibebitur ergo ei reuerentia,& cæ-
tera iura patronorum: aliàs enim non eſſet differentia exigat
operas,an mercedem: quod lex voluit: vt ff.de ope.lib.l.pa-
tronus.& ff.qui,& à quibus ma.l.vlt.§.ii. Eſt & alia nona,vt
ſi patronus liberto remittat iuſpatronatus, vel in manumiſ-
ſione, vel poſteà inter viuos, vel poſteà in vltima voluntate.
Ibi tamen duo iura ſeſeruantur patrono,id eſt,honor. & re-
uerentia, & ius reuocandi in ſeruitutem propter grauem in-
iuriam:vt j.eo.l.vlti.& in authen.vt liberi de cætero.§. illud.
11 Hæ † autem cauſæ locum habent, & in patronis, & in filiis
eorum,& in omnibus qui iure patroni veniunt ad ſucceſsio-
nem; puta, cognatis patroni, vſque ad quintum gradum: vt
Inſtit. de ſucceſſ.libe.§.multis.Sunt & aliæ quę habent locum
in filiis patronorum, & in aliis, non in patronis:puta,ſi liberi
patroni accuſauerint libertum paternum, vel in ſeruitutem
maximam petierint, ſi tamen ſint maiores xxv. annis, & hoc
non ex neceſsitate fecerint, & vſque ad ſententiam perſtite-
rint:vt ff.eod.l.qui cùm maior. vſque in fin.l. in ſeruitutem.
Quidam tamen dicunt idem etiam in patrono: vt argumen.
ff. de iure patr, l. cum patronum. Sed eos confundit quod eſt
12 ff. de fideicommiſſ.libe.l.ſi filius.§.erit.† Extra noto,quia licèt
prædictæ perſonæ ſuccedant, tamen extraneis hæredibus
quædam iura ſeruantur: vt de non vocando in ius ſine venia:
vt infrà de lati.libe.tol.l.j.§. ſed & ſi ſub conditione. & pro-
deſt hoc ſcire. quia multa contraria ſoluit. Item aliud noto,
13 † quòd pater liberti præfertur patrono, & in fratre liberti
idem videtur dicere lex: vt Inſtit.de ſeruili cogn. ſed in fratre
liberti dicunt quidam contrarium,argumen.eius quod dici-
tur in ff.de ſuis & legi.l.inteſtato.& de bonis libe.l.liberto.

Si in fraudem patroni alienatio à libertis facta ſit. *Rubrica.*

1 *Alienatio facta à liberto de bonis ſuis an,& quando reuocetur per patronum.*
2 *Legata à teſtatore relicta non deberi, niſi ſoluto omni are alieno.*
3 *Fraus liberti in alienatione bonorum ſuorum quomodo accipienda ſit & nu.5.*
4 *Dotis titulum non eſſe lucratiuum.*
6 *Alienata à liberto qua actione reuocentur per patronum.*
7 *Patronum inſtitutum hæredem à liberto, vel etiam inteſtato ei ſuccedentem,poſſe per fauianam actionem reuocare alienata per ipſum libertum.*
8 *Actio, qua patrono datur ad reuocanda alienata per libertum,contra quem detur,& qualis ſit.*
9 *Fauiana actio vtilis quando habeat locum.*

QVIA ſæpe libertus alienat vt patronum debi-
ta portione fraudet:ideo ponit ſi in fraudem pa-
troni facta ſit alienatio. Videndum ergo quan-
do alienatio liberti ſit reuocanda, qua actione,
1 contra quem, in quantum, & qualis ſit actio. † Reuocat au-
tem patronus alienationem liberti qua minuitur ſibi legitima
portio,id eſt,tertia vt diximus,ſuprà tit.proxi.diſtincto eo, ſi
alienauerit in vltima voluntate: putà, relinquendo,legando,
vel donando cauſa mortis,aut inter viuos. In primo caſu ſit
reuocatio,ſiue dolo,ſiue ſine dolo liberti fiat alienatio. Et eſt
ratio:quia portio debita patrono habetur vt æs alienum: ſi-
cut & in quarta debita arrogato dicitur:vt ff. de inofficioſo
2 teſtamento.l.Papinianus.§.ſi quis impubes. † Relicta autem
legata non valent: niſi ſoluto ære alieno: vt ff. ad Trebellia-
num.l.j §.ante penult. Iſta autem,quæ relinquit libertus,non
valent,niſi ſoluta debita portione patroni. Si autem alienauit
inter viuos,aut ſine dolo,aut dolo:ſi ſine dolo non ſit reuoca-
tio:vt ff.de probatio.l.patronus:ſi dolo, aut in fraudem legis,
& patroni,aut patroni tantùm. Si in fraudem legis, & patro-
ni,quia cùm plus haberet centum aureis alienauit ſic,vt habe-
ret minùs, ſicque repelleretur patronus per legem, quæ re-
pellit eum à bonis liberti,qui minus habet cẽtum aureis, tunc
ipſo iure alienatio eſt nulla,perindéque habetur ac ſi non eſ-
ſet facta, & petita bonorum poſſeſsio contra tabulas à pa-
trono, vel liberto ab inteſtato decedente, dabitur patrono
in bonis omnibus vendicatio pro tertia parte. Si autem alie-
nauerit in fraudem patroni tantum; quia etiam alienatione
facta,maior centenario remanſit, & ita patronum non in to-
tum repellere,ſed partem eius minuere voluit,tenebit quidem
alienatio, ſed reuocatur actione Fabiana, & Caluiſiana, &
probantur hæc ff. de iure patrona.l. ſi libertus.& ff.eod.l.j. in
3 princip.& §.j. & l.diuus. † Et nota,quòd quantùm ad reuo-
cationem faciendam conſidero fraudem liberti tantùm, non
eius,cui alienauit. [Item fraudem accipe, ſi de ſuo alienauit,
vel alicui ſe obligauit,vel in lite ſe vinci paſſus eſt,non ſi non
acquiſiuit:vt ff.eo.l.j.§ dolo. & §.vtrum.] Item fraudem acci-
pe,ſi alienauit gratis,vel remiſit gratis,vel gratis de ſuo dimi-
nuit ſe obligando alii: nam,in eo quòd non facit gratis, non
ſit reuocatio, vnde & ſi mutuum accipiendo ſe obligauit,
quia in hoc nil fecit gratis, creditori nulla ſit reuocatio.
Idémque & ſi emit,vel vendidit:niſi dicat patronus libertum
in fraudem ſuam minori pretio vendidiſſe:& tunc conſulitur
emptori conuento à patrono,vt aut recepto pretio,quod de-
dit reſtituat rem:aut ſuppleat iuſtum pretium. Idémque & ſi
emerit libertus in fraudem patroni maiori pretio donationis
cauſa:& tunc dabitur electio venditori conuento à patrono,
vtrum malit de pretio remittere,ſcilicet quòd plus communi
pretio conuenit libertus: an velit rem venditam repetere, &
pretium quod accepit reddere:vt ff.eod.l.j.§. ſi mutuam.& §.
ſi quis. Re autem vendita iuſto pretio, non ſit reuocatio.ideò
quia patronus dicat in hoc ſe fraudatum quòd intererat ſuam
rem non eſſe venditam ratione affectionis, quam habet, vel
ratione oportunitatis, vel vicinitatis, vel cœli, vel quod illic
educatus ſit,vel parentes eius ſepulti. Fraudem autem accipi-
mus in damno pecuniario:vt ff.eodem.l.j.§.& alias.Sed & in
damno pecuniario quandoque non præſumitur fraus:vt ſi li-
bertus filiam ſuam dotauit:vt ff.eo.l.j.§. ſed ſi libertus.vel eſt
4 hoc ideo,quia † titulus dotis non eſt lucratiuus:vt ff.de actio.
& obligatio.l.ex promiſsione,& in gratuitis tantùm ſit reuo-
5 catio,vt dixi. Item † non videtur alienare libertus in fraudem
patroni, qui alienat conſentiente eo:vt ff.eo.l. ante penultim.
6 Reuocatur † autem alienatio per actionem Fabianam quæ
a datur ſoli patrono,[a] & liberis eius,eorúmque ſucceſſoribus,
& perſonalis eſt:non in hæreditate liberti,ſed patroni eſt:vel
per Caluiſianam quæ datur patrono, ſimiliter fortè datur
creditori

creditori cui ſoli ſecundum omnes Pauliana, vel in factum datur: vt ff. eod. l. prima. §. hæc actio. & §. vlti. Sed quidam dixerunt dari Caluiſianam ſoli patrono. Fabianam autem dari patrono, & creditori argumen. eius quod dicitur ff. de vſuris. l. videamus. §. in Fabiana. ſed certè ibi non eſt litera talis, per
7 quas, imo per quam. † Datur autem actio Fabiana patrono, etiam ſi liberto inteſtato extiterit hæres: vt infrà eod. l. j. & ff. eod. l. ſi patronus. §. ſi inteſtatus. vel etiam inteſtato, ſi tamen hæres extiterit inſolidum. & poſſunt hæc intelligi, quando non erat tantum in tota hæreditate liberti, quantum faciebat debita portio patroni: ſi nihil eſſet alienatum in fraudem: vt ff. eod. l. ſi patronus. §. vlti. Et erit hoc mirabile quòd patronus hæres liberti reſcindit contractus eius, cùm aliàs dicatur eum repellendum: vt ſuprà de rei vendi. l. cum à matre. Item plus poteſt hic hæres, quàm defunctus: aliàs contrà ff. de regulis iuris. l. hæredem. & l. qui in ius. & fortè ideo quia libertus in fraudem ſuccedentis ita contraxit, & quia patronus hæreditatem illam habet vt æs alienum. Si autem ex teſtamento extiterit patronus liberto hæres pro parte, ſiquidem ſciat alienata à liberto in fraudem ſuam, repellitur propter iuris ignorantiam, ſi velit reuocare alienata. credebat enim, quòd licet pro parte eſſet hæres, reuocaret alienata, quod lex vetuit. voluit enim lex, vt primò patronus iſte inſtitutus petat bonorum poſſeſsionem, contra tabulas, contra hæredes: & ita priuet eos portione hæreditatis, & legata, & donationes cauſa mortis, deducat in irritum ante quàm reuocet alienata inter viuos: vt ff. eodem. l. ſi patronus. primo reſponſo. ff. ſi omiſſa cauſa teſtament. l. quia autem. §. ſi patronus. Secus puto ſi erretur in facto: vt ff. de inofficio. teſtamento. l. mater. vbi autem plures patroni ſunt, omnes ad virilem portionem
8 admittuntur: vt ff. eodem. l. ſi patronus. §. ſi plures. † Datur autem hæc actio cõtra eum cui alienatum eſt, & eum, cui ipſe iuſsit dare id, quod donabatur, & in ſucceſſores eorum, vel ſi pluribus donatum eſt, quilibet tenetur pro parte: niſi res ſit talis, quæ non recipiat diuiſionem, vt ſeruitus. Item perpetuò datur hæc actio: vt ff. eodem. l. tenetur. & l. j. §. ſi pluribus. & §. quamuis. & §. hæc actio. & l. tertia. §. j. Et ſicut in arbitra-
b riis,[b] ita & in hac iuratur in litem: vt ff. eodem. l. tenetur. & fit reuocatio ſolummodo, vt patronus habeat debitam portionem, & non vltrà: vt infrà eodem. l. j. Et idem fortè in querela inofficioſæ donationis: ſed ſecus in querela inofficioſi teſtamenti. Et ſecus eſt fortè vbi alienauit libertus in fraudem legis, nam & ibi quicquid alienatum eſt, nullius momenti dicitur eſſe: vt in prædicta l. ſi libertus. Fortè & ſecus eſt vbi alienat debitor in fraudem creditorum. Item creditores reuocant alienata, nedum ex lucratiuo titulo, ſed etiam ex non lucratiuo: ſi tamen is cui alienatum eſt, fraudem participauit cum debitore: vt infrà de reuocand. iis, quæ in fraudem. l. penulti.
9 † Vtilis Fabiana locum habet, cum arrogator in fraudem arrogati, cui tenetur relinquere quartam ſi emancipauit eum ſine cauſa. vel exhæredauit eum, iniuſtè alienat ſua bona: vt ff. eodem. l. vlt. non autem locum habet Fabiana in filio emancipato qui alienat in fraudem patris, iniquum enim viſum eſt ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum adminiſtrationem: vt ff. ſi quis à parente manumiſſus fuerit. l. non vſque.

ANNOTATIONES.

a Soli patrono. Vide ad ſtomachum de iſta actione per dom. Iaſo. may. in §. item ſi quis. numer. 95. 97. 98. & ſeq. Inſtit. de actio. vbi habes, quæ & qualis ſit, cui competat, & alia neceſſaria in iſta materia.

b In arbitrariis. Adde Bartol. in l. qui concubinam. §. final. ff. de legatis. iii. & in l. in actionibus. & ibidem dom. Alexand. ff. de in litem iuran. Doctores in l. arbitrio. §. fina. de dolo. & in l. nummis. ff. de in litem iurand. vbi hoc in terminis habes.

De obſequiis patrono præſtandis *Rubr.*

1 *Actionem famoſam vel turpem an, & quando poſſit libertus intendere contra patronum.*

2 *Libertum non poſſe exigere à patrono iuſiurandum de calumnia, nec etiam doli mentionem contra eum habere.*

AVDIVIMVS de iure quod competit patrono gratia pecuniarij commodi: nunc ponit de eo quod competit ei gratia obſequij, & reuerentiæ ſibi exhibendæ à liberto, cui ſemper debet videri ſancta, & honeſta perſona patroni: vt ff. eod. l. antepenul.
1 Contra † patronum ergo non intentabit famoſas, vel turpes actiones: vt ſ. de bo. li. dictum eſt. & j. eod. l. j. Sed nomine fortè alterius intentabit, vt tutor, vel curator: vt ff. de in ius voc. l. quæſitum. licet quidam dicant contrarium, argu. eius quod dicitur ſ. ſi tutor. vel curat. non geſt. l. j. Sed ibi non loquitur in actione, ſed in accuſatione ſuſpecti. Vel quod dicit ibi, non poteris intendere, verum eſt nomine tuo: ſed potes nomine pupilli, vt ſubiicit. vel non poteris accuſando, ſed denuntiando: ſed etiam turpes actiones non debet intendere: niſi cum honeſtate verborum, & præcedente admonitione: vt j. eod. l.
2 ſi manumiſſori. Item † nec iuſiurãdum calũniæ à patrono exigere poteſt: vt ff. de iureiur. l. ſi patronus. & l. iuſiurandum. §. qui iuſiurandum. Sed nec expreſſim de dolo patroni deberet habere mentionem: vt ff. de dolo. l. non debet.

De libertis, & eorum liberis. *Rubrica.*

1 *Libertus ex voluntate manumiſſus, an poſſit in ſeruitutem reuocari ex eo, quòd ſit inofficioſus non præſtando debitum obſequiũ patrono, & an propter leuẽ iniuriam factã patron.*

2 *Libertus ex neceſſitate manumiſſus ſi patrono eſt inofficioſus, quomodo puniatur.*

3 *Libertorum filij an, & quando reuocari poſſint in ſeruitutem.*

4 *Libertus quorum poſtulatione in ſeruitutem reuocari poſſit, & quomodo.*

QVIBVS debeat præſtare obſequium libertus, dictum eſt ſ. titul. j. ſequitur quis, & contra quem poſsit vindictam poſtulare de non præſtito obſequio, & quam vindictam, & quo iure. Hic autem opus eſt diſtinctione, quia quis manumittit, aut ex voluntate,
1 aut ex neceſsitate. † Si ex voluntate, ſiquidem ſit libertus inofficioſus, ob hoc quod non præſtat obſequium, non ideo reuocatur in ſeruitutem: vt j. de lib. cau. l. ſolo. niſi valde neceſſarium ſit obſequium: vt dicitur quando ſuo patrono non præſtat alimenta: vt ff. de lib. agnoſcen. l. alimenta. §. Imperatoris. comminari tamen poteſt: vt ff. de iure patro. l. j. & l. ingratus. Si autem ſit inofficioſus ideo, quia iniuriam facit patrono, etiam propter leuem iniuriam reuocatur in ſeruitutem: vt j. eodẽ. l. ſi manumiſſus. niſi patronus remiſerit patronatum, & tunc reuocabit ex eiſdem cauſis, quibus reuocantur donatio-
2 nes: vt in authen. vt liberti decete. §. illud. Cùm † autem ex neceſsitate manumittit, eadem fit diſtinctio, ſed non eadem pœnæ impoſitio: quia vbi eſt inofficioſus, quia non præſtat obſequium: primum comminatur ei prætor, ſecundò extraordinariam coercitionem imponit. Sed ſi ſit inofficioſus, quia facit iniuriam, ſiquidem quo ad verba tantum, damnatur in exilium. Si verò ad factum, damnatur in metallum: vt ff. de iu-
3 re patron. l. j. † Reuocatur autem in ſeruitutem ipſe libertus. Item eius filij licet ſint ingenui, nec pariter cum patre manumiſsi, reuocantur quidem propter ſuam, non patris ingratitudinem: ſed futuris filiis etiam patris ingratitudo nocet. vt infrà eod. l. ij. §. filius. quod poteſt reſolui in fœmininum, id eſt, quando ancilla extitit ingrata: ſicut & ponitur equus, pro equa: vt ff. de vſuris. l. equis. alioquin ſequerentur filij conditionem matris, non obſtante ingratitudine patris: niſi eſſet murilegus, vel ſimilis: vt j. de murileg. l. qui aut patre. & ſ. de rei vendi. l. partum. Quidam tamen dicunt ingenuos filios liberti non reuocari in ſeruitutem, argu. eius quod eſt in ff. de obſeq. à liber. præſtan. l. hæres. quos confundit quod dicitur j. eo. l. vlti. & in ipſa rubrica. Si enim loqueretur de filiis pariter cum ſuis parentibus manumiſsis, pro nihilo poneret, & eorum liberis: quia & liberi liberti, vel libertini dicerẽtur. Ne ergo nihil operetur adiectio, prout diximus, reſpondendum eſt, arg. eius quod legitur ff. de lega. j. l. ſi quando quis. Ei autem quod legitur de obſequiis, reſpõdeo, quod locum habet poſt mortem liberti: ſed interim dum viuit, etiam eius filij in-

D

genui debet obſequium: vt enim ex perſona patroni debetur
etiam non patrono obſequium: puta, filiis patroni qui repu-
tantur pro patronis, & extraneis hæredibus patroni, ſaltem
quãtum ad hoc ne vocentur in ius ſine venia: ita ex perſona li
berti debet obſequiũ etiam non libertus. vel dic quod lex illa
de obſequiis, loquitur in extraneis hæredibus liberti, nõ filus.
4 †Fit autem iſta reuocatio patrono, vel eius filio poſtulãte qui
manumiſerit ex volũtate, non eius vlterioribus liberis, vel ex-
traneis hæredibus hoc poſtulãtibus: vt j. eod. l. j. & ff. de verb.
ſignifi. l. ſciendum. & in auth. vt liberti de cætero. §. illud. licet
Plac. dixerit etiam ab extraneo hærede patroni libertum re-
uocari poſſe in ſeruitutem, fortè arg. eius quod legitur j. eo. l.
liberti. Sed certè verbum illud hæredibus, reſtringendum eſt
ad filios tantum vt dixi. Fit autem iſta reuocatio accuſatione
propoſita, & in ea implorato iudicis officio vt in ſeruitutem
reuocetur libertus: quam accuſationem etiam per procurato-
rem poteſt intendere patronus: vt ff. de obſequiis. l. per pro-
curatorem. Alij dicunt per vtilem rei vendicationem argu.
eius quod eſt j. de reuoca. dona. l. his ſolis. ff. de donatio. cauſa
mortis. l. ſi mortis cauſa, res. Alij per actionem ingrati: vt infrà
eodem. l. penultima.

De iure aureorum anulorum, & de natalibus reſtituendis. *Rubrica.*

1 *Libertum olim vixiſſe vt ingenuum quatenus verum ſit.*
2 *Ius aureorum anulorum à quo concedatur, & quomodo.*
3 *Libertos omnes hodie reputari ingenuos. & an ob id præiudicetur patronis.*
4 *Natalibus reſtituere quis poſſit, & quando.*
5 *Natalium reſtitutionis effectus quis ſit.*

QVIA per ius aureorum anulorum, & natalium
reſtitutionẽ eripiũtur, & tolluntur præfata iura li
bertorũ, ideo ponit de iure aureorũ anulorum &
natalium reſtitutione. Vidẽdum ergo ad quid præ-
ſtetur ius aureorum anulorũ, & cui, & à quo. Aiunt quidam
quòd olim liberti aureos anulos ferre non poterant, quod
quia lege cautum non inuenitur, non credo, imò concedeba-
tur vt eſſet imago libertinitatis, & ſignum ſemiplenæ ingenui
1 tatis: vt j. eod. l. vlti. Viuebant † enim vt ingenui, quantum ad
matrimonia contrahenda, & quantum ad dignitates. Morie-
bantur autem vt liberti: quia patronus in eorum bonis habet bo-
norum poſſeſsio. contra tabul. vt ff. de bon. liber. l. etiam. Et
quòd dixi, eum reputari pro ingenuo in vita, verum eſt quan
tum ad commodum, non ad incommodum ſuum. nam ſi pa-
tronus relinquit legata libertis, & hoc computabitur inter
eos: niſi tacitè videatur renuntiaſſe priuilegio, vt ſi per collu-
2 ſionem fecit ſe pronũciate ingenuum: vt ff. eod. l. j. & ij. †Con-
ceditur autem hoc priuilegium à principe, patrono volente,
non aliter. Inuito enim patrono datum non tenet: vt ff. eod. l.
3 iij. Hodie autem † omnes liberti pro ingenuis reputantur, hoc
eſt, quod dicitur, quod habent ius regenerationis: quia renati
videntur ingenui, hoc reſpectu cæterorum, ſcilicet hominum,
vel rerum; puta matrimoniorum, vel dignitatum. Patrono au-
tem nihil omnino in iure patronatus præiudicatur: vt in au-
thent. vt liberti de cæ. §. j. Nunc de natalium reſtitutione, &
4 effectu dicamus. Reſtituitur † autem quis natalibus per ſo-
lum principem: vt infra eod. l. j. & patrono conſentiente, non
inuito: vt ff. eod. l. penulti. Loquor autem de natalibus, in qui-
bus initio omnes homines fuerunt, non in quibus ipſe naſci-
tur. cùm ſeruus natus eſt: vt ff. eod. l. ij. & ita demum proficit
ei priuilegium, ſi principi veritatem de natiuitate ſua affirma
uerit, nam ſi ex ingenua dixit ſe natum, nil ei proficit: vt ff. eo-
5 dem. l. j. † Eſt autem maximus effectus priuilegij huius: quia
quantum ad omnia, omnino reputatur prõ ingenuo, etiam re
ſpectu patroni. Nam nec ei debet reuerentiam, nec in ſeruitu-
tem poteſt ab eo reuocari, nec poteſt petere bonorum poſſeſ-
ſionem contra tabul. in bonis eius: vt ſuprà de bon. liber. l. vl
tima. & ff. eodem. l. ij. & infrà eodem. l. vltim. §. vltim. & ff. de
bonis libe. l. etiam.

Qui admitti ad bonorum poſſeſsionem poſſunt, & intra quod tempus, *Rubrica.*

1 *Bonorũ poſſeſsio quid ſit, & quid differat à poſſeſsione bonorũ.*
2 *Bonorum poſſeſsio ſiue idem quod hæreditas.*
3 *Bonorum poſſeſsionem aliam eſſe ordinariam, aliam extraordinariam, atque inibi de ſpeciebus bonorum poſſeſsionis ordinariæ.*
4 *Bonorum poſſeſsio extraordinaria quibus modis dicatur, & quibus competat.*
5 *Bonorum poſſeſsionem extraordinariam non tribuere ius.*
6 *Bonorum poſſeſsio rectène diuidatur, in edictalem & decretalem, an verò omnis bonorum poſſ. ſit edictalis, & nu. ſeq.*
8 *Bonorum poſſeſsionem quis poſsit petere, & nu. 10.*
9 *Filiumfamilias poſſe petere bonorum poſſeſsionem, & ex quo tempore cedat ei dies.*
11 *Bonorum poſſeſsio intra quantum tempus petenda ſit.*

QVIA pro bonis libertorum deferuntur bono-
rum poſſeſsiones, ſubiecit de bonorum poſſeſsio
nibus propter libertorum bona, & eorum gratia
propter bona cuiuſque perſonæ ingruunt. Viden-
dum ergo quid ſit bonorum poſſeſsio, & qualiter diuidatur,
& quis poſsit eam agnoſcere, & qualiter, & intra quæ tẽpora.
1 † Eſt autem * bo. poſſ. ius proſequendi, retinendiq; patrimo-
2 nij ſiue rei quæ cuiuſque cùm moritur, fuerit: vt ff. de bo. poſſ.
l. iij. §. bonorum igitur. Et intelligo de eo iure dictũ eſſe, quod
eſt prætoriũ, ad differẽtiam petitionis hæreditatis. Item de eo
iure propter quod proſequimur, nõ quo perſequimur, ad dif-
ferẽtiam vniuerſalis actionis. ſ. poſſeſſoriæ hæreditatis petitio-
nis. Et ponitur pro vna dictione bon. poſſeſsio. ſecus ſi dicam
2 poſſeſsio bonorũ: tunc enim factum ſignificat. Habet † ergo
ſimilitudinem bonorum poſſeſsio cum hæreditate: quia vt hæ
reditas commoda, & incõmoda habet: ita & bonorum poſſeſ
ſio: nam & ſi non ſint ſoluẽda bona, dicitur hæreditas, vel bo-
norum poſſeſsio: & vtriuſque idem eſt effectus. Solùm diffe-
runt in eo quod hæreditas authoritate iuris ciuilis nititur, nec
deſiderat aditio hæreditatis authoritatem iudicis viuentis. Bo
norum autem poſſeſsio nititur authoritate iuris prætorij, &
exigit agnitio eius præſentiam iudicis. prætor enim non po-
tuit facere hæredem, quia hoc facit lex, vel ſenatuſconſultum:
ſed bonorum poſſeſſor loco hæredis cõſtituitur, vt Inſtit. eod.
3 §. quos. † Diuiditur autem bonorum poſſeſsio: quia alia eſt
ordinaria, alia extraordinaria. Ordinariæ bonorum poſſeſ-
ſiones ſunt duæ ex teſtamento, ſecundum tabulas, & contra
tab. & quatuor ab inteſtato, ſcilicet vnde liberi, vnde agnati,
vnde cognati, vnde vir & vxor, quæ omnes vbi locum habeãt
infrà per ſingulas rubricas dicemus, & breuiter notari poteſt,
4 ff. ſi tabulæ teſtamen. nullæ exta. l. j. † Extraordinaria bono-
rum poſſeſsio dicitur duobus modis, vel quia non eſt ſtabili-
ta certa parte edicti, ſcilicet teſtamento tantum, vel ab inte-
ſtato tantùm: ſed vt vaga quandoque ex teſtamento, quan-
doq; ab inteſtato defertur, & competit illis tantum, qui vo-
cantur ex nouis legibus: vt ecce, mater aliis in teſtamento in-
ſtitutis filiis, poſtea in puerperio deceſsit, & filium quem ge-
ſtabat in vtero præterijt, præſumitur enim hic filius inſtitu-
tus, & habet bonorum poſſeſsionem ſecundum tabu. & hanc
ſeptimam extraordinariam. Et bonum eſt exemplum in lege
Cornel. tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, quæ fingit eum
qui moritur in captiuitate, deceſsiſſe ipſa hora captiuitatis. Et
ideo quilibet poſſet ei noua lege Cornelia tam ex teſtamen-
to, quàm ab inteſtato ſuccedere: vt Inſti. de bono. poſſ. §. ſunt.
5 & §. ſeptima. Dicitur † etiam extraordinaria, quia ius non
tribuit: vt Carboniana, & quæ datur ventri, & quæ datur gra
tia agnoſcendæ litis. Vnde & datur ſine cauſæ cognitione,
quod in ordinariis quia omnes ius tribuunt, contrarium eſt:
vt ff. de bono. poſſ. l. iij. §. ſi cauſa. & ff. quis ordo in bon. poſſ.
ſeruetur. l. ij. §. in bonorum. & de Carboniano edicto. l. iij. §.
cauſæ. & de ventre in poſſ. mitt. l. vbicunq;. §. interdum. & de
6 inoffic. teſta. l. Papinianus. §. j. Item † alia edictalis, vt quæ ex
edicto prætoris mortui decernitur. Alia decretalis, quæ à viuo
præture

prætore decernitur, vel hodie quia non eſt neceſſarium eam
decerni:vel dari,dicetur iudicialis,à iudicis præſentia quæ in
eius agnitione exigitur: vt ff.de bono.poſ.l.iij.§.à municipa-
libus.&.ff.ſi nullæ ta.te.exta.l.j.§.j.&.j.eod.l. vltim. & Inſtit.
de bono. poſſ. §. vltimo.& ſuprà, de cura. fu. l. vltima. § j.
7 † Poſſet & illud dici eſſe vnam bon. poſſ. edictalem: & eã-
dem appellari decretalem, vel iudicialem, ex eo quod accipit
efficaciam ex præſentia iudicis. Nec eſt differentia inter de-
cretum, & decretalem, licet quidam dixerunt contrarium.
Item dixerunt decretalem repudiari poſſe, quod falſum eſt:
8 vt ff.de ſuc. edic.l.j.§. decretalis. † Petit autem bono.poſ-
ſeſſ.ille,cui deſertur nomine ſuo, ſi liber eſt: & paterfamil. &
maior xxv. annis. Seruus enim non poteſt petere bonorum
poſſeſsionem nomine domini: niſi & prętor certus de eius con
ditione eum admiſit. Sed nec impubes petit, niſi & prætor cer
tus de conditione eius approbauerit eum: ſed eius tutor pro-
culdubio petit pro eo, licet repudiare non poſsit: quia tutori
permiſſum eſt petere,non repudiare: vt ff. eod.l. ſeruus. &. j.
eodem.l.bonorum quidem. In adulto habẽte curatorem idem
quod in pupillo dicam. Secus ſi non habeat ius, vt ſ. de in in-
9 tegr.reſtit. minorum.l.ſi curatorem. † Item filiusfamil. pete-
re poteſt bono. poſſeſſ.& cedit ei tempus ſi patrem certiorare
poteſt cui per filium delata eſt bono.poſſ. pleno iure, ſecus ſi
certiorare patrem non poteſt: vt ff. quis ordo in bonor.poſſ.
ſeruetur.l.vltim. Et idem hodie dicam ſi patris contemplatio-
ne inſtitueretur filius, cum hæreditas ea computaretur in pe-
culio profectitio: vt ff.de vulga. & pupilla. ſubſtit. l.ſed & ſi
plures. §. in arrogato. Si autem ex linea materna. vel proſpe-
ra fortuna deferatur ei bono. poſſeſ. cedit ei tempus: etiam ſi
patrem certiorare nõ poteſt: quia poteſt petere bonorum poſ
ſeſsionem etiam patre inuito: vt j.de bonis quæ libe.l.vlti.er-
go multò magis ignorante: vt ff.de regulis iur.l.qui poteſt.ſi
tamen pater ratum habuerit, acquiritur ei quãtum ad vſum-
fructum,vt Inſtit,per quas perſonas no.acquit.§.j. Et ita po-
10 teſt † intelligi quod legitur j.eo.l.j. Item pater filiofa.infanti
petit bon.poſſ.& ei quæritur ipſo iore,ſicut & per tutorem:vt
j.de bonis,quæ liber.l.ſi infanti.& ff.eod.l.ſeruus.§.vlti.ſecus
dico in curatore furioſi, ille enim poteſt petere bono.poſſeſſ.
furioſo. ſed non acquiritur furioſo: niſi factus ſanæ mentis
eam agnouerit:vt ſ.de curat.fur.l.vlt. §.vltim. Et propter hoc
fortè dicitur,furioſo non cedere tempus bon.poſſ.vt ff.de bo.
poſſ.furioſo competenti. l.vnic.vel propter hoc, quia ſi cura-
tor non petat, non præiudicatur furioſo,interim tamen quan
diu furioſus eſt in furore,petita ab eius curatore bono.poſſeſ.
habetur pro bonorum poſſeſſore: quia petuntur ab eo lega-
ta: vt ff. de legat. ij. l. Licinius.§.vltimo. & ita ad aliquid cedit
dies bonorum poſſeſsionis,& ad aliquid non cedit. Item petit
actor nomine municipij bonor.poſſeſsionem, & procurator
nomine meo. Item & geſtor ſine mãdato petit ſi tamen ratum
habuero intra tempus bo.poſſ.petendæ: vt ff. eod.l.iij.§.à mu-
nicipibus.& §.acquirere.& ff.rem ratam haber.l.pen.Repel-
luntur autem à bonor.poſſeſſ. qui amiſerunt libertatem, vel ci
11 uitatem: vt ff. eod.l.edicto. † Petitur autem bono.poſſ. à libe-
ris intra annum vtilem:ab agnatis autẽ, & cognatis intra cen
tum vtiles dies. Et ſi plures ſint in eodem gradu,omnes admit
tuntur. Si ante repudiauerint, vel tempore ſint excluſi, ſtatim
poſſunt admitti ſequentes intra eadem tempora.nec expecta-
bitur ſequens, repudiante primo, vt labatur totum tempus
priori præfinitum, ſed ſtatim poſt repudiationem poterit ad-
mitti: vt Inſtit.eod.titu.§.liberis itaque.& j.eod.l.vlt. & ff.eo.
l.ſi plures. Nec illud prætermitto,quòd in curſu temporis bo-
no.poſſeſ. non licet alicui prætendere ignorantiam: ſi tamen
potuit conſulere peritiores: vt ff.eod.de bon.poſſeſsionib.l.in
bonorum.& infrà eod.l.iuris.

ANNOTATIO.

a Eſt autem. Ad huius tit. materiam vide Spe.in tit. de teſta. §.ſequitur
videre.per totum. Bar. Bal.doct.in l.certum. C.vnde legiti. & in l.om-
nium C.de teſta.doc.in rubr.C.qui admit.& ibi inter omnes Bal. qui
diffusè omnia tangit.domi. Alex. in l.quamdiu.C.eodem.titul & vide
domin. Bartol.& ibi Iaſo.in additio.in 4. iiii bonorum.numer.2.cum
pluribus nume.ſequent. Inſtru.de bono.poſſeſsio.chart. centeſimaſe-
cunda,vbi ferè tractatur materia huius tituli.

Quando non petentium partes petentibus accreſcant. *Rubrica.*

1 *Bonorum poſſeſsione pluribus delata, ſi vnus ex eis non petat, vel repudiet, quibus accreſcat eius portio,& quo iure.*
2 *Bonorũ poſſeſsio repudiata, quibus accreſcat,& pro qua parte.*

1 SÆPE † contingit, vt pluribus deferatur bono-
rum poſſeſsio, & vnum non petere bonorum poſ-
ſeſsionem, vel quia repudiauit, vel quia repulſus
eſt tempore, ideoque eius portio accreſcit cæteris:
vt ff eodem. l.iij.§.vlti.& l.iiij.& v.& hoc ſi vocentur omnes
eodem iure. Nam ſi is, qui repudiauit vno iure, poterat admit-
ti alio: puta, per bono. poſſeſſ.contra tabul. quia erat patro-
nus defuncti, inſtituti autem ſi ſuccedunt per ſecundum tab.
non obuenit eis portio defecta iure accreſcendi: ſed oportet
eos pro parte defecta petere aliam bono. poſſeſſ.ſcilicet, vnde
agnati.vel vno ex inſtitutis repudiãte,& altero adeunte,por-
tio defecta obuenit cohęredi iure accreſcendi: patrono autem
quia non vocatur eodem iure, obuenit per bonor. poſſ.vnde
agnati,quam nominatim oportet eum petere pro defecta par
te:vt ff.eod.l.ſed cum patrono. & vnde legiti. & vnde agnati.
l.ij.& de bon. lib.l.etiam.§.ſi patronus.& Inſtit. de ſucc. lib.§.
ſed noſtra. Nec diſtinguo in his bono.poſſ. potuerint,vel non
potuerint ſuccedere de iure ciuili: & ideo mirum eſt,quod di-
citur j.eo.l.vnic. ceſſante legitima ſucceſsione: ſed fortè ideo
dicit, quia in emancipatis & cognatis hoc indubitãter locum
habet,quia & tempore,& repudiatione repelluntur. Sui autem
hæredes repudiare non poterant: & ideo nec tempore repel-
luntur de iure ciuili,ſed de iure prætorio contrarium obtinet
in vtroque: vt Inſtitu.de hæredum qualit. & diff.§.ſin autem.
Item & ſi anno repellatur à bono.poſſ.per prætorem,non ta-
men repellitur de iure ciuili:vt plenius dicemus j. de iur. delib.
2 † Accreſcit autem bo.poſſ.eorumq; hæredibus: licet ex ſub-
ſtitutione non vocentur hæredes ſubſtituti: vt ff.de ſuis legi.
l.ſi ex pluribus. Inter cohæredes quoque de iure ciuili ſucce-
dentes ex teſtamento,vel ab inteſtato, locus eſt iuri accreſcen
di: vt ff.ad Tertyl.l.j.§.ſi nemo.& j.de cad.tol.l.vnic.§.his ita.
nec eſt opus iterum adire pro parte iterum adueniente, niſi in
caſu, vt quando ſeruus meus inſtitutus ex vna parte purè, ex
altera ſub conditione,& ex pura ſtatim iuſſu meo adiuit.nam
exiſtẽte cõditione alterius partis, oportebit eum iterum adi-
re: vt ff.de acquir.hær.l.ſi ſolus. Accreſcit autem omnibus pro
hæreditaria portione: vt in prædi. §.his ita. ſicut & in ſubſti-
tutione: vt inſtit.de vulg.ſubſtit.§.ſi ſeruum. niſi in ſubſtitut.
teſtator propria nomina ſubſtitutorum expreſsit, vel parem
pecuniam hæredes dare dixerit.vt ff.ad Trebel.l.quoties.& l.
nonnunquam.& de reb.dub.l.vtrum.§.vltim.

De bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas. *Rubrica.*

1 *Bonorum poſſeſsio ſecundum tabulas quare dicatur eſſe ex teſtamento.*
2 *Bonorum poſſeſsio ſecundum tabulas quibus detur.*
3 *Hæres inſtitutus ſub conditione an poſsit petere bono poſſe. ſecundũ tab. pendẽte cõditione & cuius effectus ſit illa poſſeſ.*
4 *Bonorum poſſeſsio ſecundum tabul. vt poſsit peti, quæ ſint neceſſaria.*
5 *Bonorum poſſeſsio ſecundum tab. quo caſu denegetur ex teſtamento facta ab eo, qui teſtamenti factionem habebat & tẽpore teſtamenti, & tempore mortis.*
6 *Bonorum poſſeſsionem poſſe deferri domino per ſeruum.*
7 *Bonorum poſſeſsionem non peti ex teſtamenti exemplo, ſed ex ipſo originali.*

DICTVM eſt ſ.de bon.poſſ.in genère, nunc vi-
deamus in ſpecie, & quia illæ quæ ſunt ex teſta-
mento præcedũt eas, quæ ſunt ab inteſtato: nam
quandiu poteſt valere teſtamentum tandiu legi-

tinuit non admittitur:vt ff.de regul.iur.l.quandiu. Videamus
prius de his,quæ ſunt ex teſtamento.quæ ſunt duæ, ſcilicet ſe
1 cundum.tab. & contra tabul.† Et dicitur bo.poſſ.contra tab.
eſſe ex teſtamẽto,non quia nitatur ex voluntate defuncti, ſed
quia non habet locum,niſi exiſtente teſtamento:& quia vide-
tur dignior eſſe ea quæ nititur volũtate,quàm ea quę eſt con-
tra voluntatem, iden ponit prius de bon.poſſ.ſecundum tab.
Digeſtis tamen ponitur prius de contra tab. quia eſt iotuitus
ordinem iſtarum duarum bon. poſſ.decernendarum. extante
enim teſtamento poſt mortem defuncti licet inſtitutus hæres
adire poſsit hæreditatem,non tamen poteſt petere bono.poſſ.
ſecundum tab.donec aliquis poteſt petere contra tab. Et ideo
dicitur, vt inſtituti expectent præteritos : vt ff.eod.l.æquiſsi-
mum.& de contra tabul.l.illud.Videamus ergo cui detur hæc
bonorum poſſeſsio ex cuius tabulis,quando,& pro qua par-
2 te. † Datur autem hæc bo.poſſ. ſcriptis hæredibus, & eis de-
ficientibus vocantur ſubſtituti.Sic deinde ſubſtitutis illis de-
ficientibus, poſſunt vocari ſubſtituti eis : vt ff.eod.l.æquiſsi-
mum.§.defertur.& §.primo gradu. Nec diſtinguitur an inſti-
3 tuatur quis purè,vel ſub conditione.nam † & ſub cõditione
inſtitutus petit pendente conditione bon.poſſ.ſecundum tab.
non quæ facti ſit,licet quidam dixerunt contrarium.arg.eius,
quod legitur ſ.de inoffic.teſta. l.filius.ſed quæ iuris eſt.Illa e-
tamen habet effectum ita demum ſi extiterit conditio inſtitu
tionis.Si autem defecerit,non proficit agnitio bo.poſſ.ſecun-
dum tab. niſi inſtitutus erat talis qui & præteritus haberet bo.
poſſ.contra tab.puta,filius emancipatus,vel etiam ſuus.& ita
bo.poſſ.ſecundum tab.conuertitur in cõtra tab. & eſt hoc mi
rabile quaſi de albo fiat nigrum:vt ff. eo.l.æquiſsimũ. §.ſi ſub
4 cõditione. & §. ſi quis ita. Item † non diſtinguo an poſsit,vel
non poſsit inſtitutus ab inteſtato ſuccedere:ſed tamen hoc ne
ceſſarium eſt,vt inſtitutus ſit vtiliter,& quod appareãt ſeptem
ſigilla ſaltem : licet plura ſint adhibita, quæ non appareot:vt
ff.eod.l.bi demum. & l.eum tabulæ.In teſtamẽto etiam patris
& filij,ſufficit paternum teſtamentum ſignatum:vt ff.eod.l. vt
bonorum. Item neceſſarium eſt, quòd tabulæ ſint ſupremæ:
non dico ſub tempore mortis factæ , ſed poſt quas nullæ fa-
ctæ ſint. Et oportet, quod extẽt mortis tempore tabulæ apud
quemcunque.& ſi roſæ ſint tabulæ in aliqua parte, nihilomi-
nus videntur extare:vt ff.eod.l.j.ſi roſæ ſint. Et oportet,quòd
hæres ſciat delatam ſibi eſſe bon.poſſ. quod eſt ita demum, ſi
teſtator habuit ius faciendi teſtamentum tempore teſtamenti,
& tẽpore mortis.Si verò teſtari poterat de iure tempore mor-
tis,ſed caſu impediebatur:puta,infirmitate,vel alio ſimili mo-
do,nihilominus dabitur poſſeſsio ſi legitimè priùs fecerat te-
ſtamentum , ſed etiam ſi de iure non poterat tempore mortis
teſtari : ſi tamen non deliquit in alium, ſed quia quodammo-
do in ſe delinquere videtur, vel in rebus ſuis : vt quia prodi-
gus eſt, cui bonis eſt interdictum, valebit prius teſtamentum.
Nec diſtinguitur ſint tabulæ lineæ, vel æneæ, vel chartæ,vel
membranæ:vt ff.eod.l.j.in prin.§.j. & ij.& §.exigit.& §.ſi quis
5 autem. † Quandoque , & ſi vtroque tempore teſtator potuit
teſtari de iure non datur bonorum poſſeſsio ſecundum tab.vt
ſi minima capitis diminutione interueniente irritum ſit teſta-
mentum,deinde factus ſit ſui iuris. Hoc,niſi factus ſui iuris de
clarauerit,eodem teſtamento ſe velle decedere:tunc enim vo-
luntas quę defecerat iudicio recenti, exiſtimatur rediiſſe:ſicut
eſt & in eo caſu , cum teſtator primas , & ſecundas fecerat ta-
bulas:incidit tamen vltimas,vt priores relinqueret ſupremas.
Nam & hoc ſecundum teſtamẽtum non eſt ipſo iure irritum,
imo per exceptionem: nam ſi agant hæredes ex ſecundo teſta
mento,repelluntur exceptione doli ab hæredibus primi teſta-
menti. non tamen dico, quòd hæredes primi teſtamenti poſ-
ſint ex eo petere bonorum poſſeſsionem ſecundum tabulas:
quia ipſo iure euanuit per ſecundum. Et ita inter hunc ca-
ſum,& ſuperiorem,non eſt omnimoda ſimilitudo : quia in ſu
periori datur bonorum poſſeſsio ſecundum tabulas. Et pro-
bantur hæc ff.eod. l.penult.§.teſtamento. & l.ſi ita ſcriptum.
§.penult. & l.ſi conſulto.& Inſti.quib.mod.te.infir.§.non ta-
men.& ff.de iis,quæ in teſtam. delent.l.j.§.ſed cõſultò. & j.de
teſta. l.ſancimus. Super hoc autem,id eſt,quæ perſonæ teſtari
poſsint,& quæ poſsint inſtitui hæredes,dicemus: vt j.tit.pro-
6 xi. & infrà de hæredi. inſtit. † In hærede tamen conſidera,vt
etiam ſi ſeruus ſit,ſi domino deferatur per eum bono.poſſeſsio,
vt & ſeruus nomine domini poſsit petere:vt ff.eod. l.æquiſsi-
7 mum.§.vlt. & l.ſi ſeruus. Item † petitur bon. poſſ.ex origina-
libus tabulis tantum,non exemplo.Si ergo duæ ſunt origina-
les,ex vtriſque petitur:vt ff.eo. l.j.§.ſi quis in duobus.Sed nec
illud prætermitto,quòd ſi de talibus teſtamẽti quęſtio fiat, de
bet probari cuiuſque intentio per ſeptem teſtes, non per duos
tantùm : licet quidam dicant cõtrarium ex eo,quod dicitur J.
eo.l. vlt. quia ibi non definitur numerus teſtium , quare enim
lex exigeret numerũ ſeptẽ teſtium,niſi opus eſſet eos induce-
re? Si autem teſtator non facit teſtamentum in ſcriptis , ſed in
verbis,vel in nuncupatione rerum,vel hominum,datur bon.
poſſ. inſtitutis hæredibus pro ea parte qua inſtituti ſunt, & ſi
vnus deliberat, alij pro parte ſua , non pro parte deliberantis
poſſunt petere : vt ff.eo.l. æquiſsimum. §.pro qua. & §.quãdiu.

De bonorum poſſeſsione contra tabulas, quam prætor liberis pollicetur. *Rubr.*

1 *Bonorum poſſeſsio contra tabulas quibus deferatur.*
2 *Hæredem inſtitutum poſſe petere bo.poſſ.cont.tab.alio cõmittẽ-*
te ei edictum,& quatenus ea bonorum poſſeſsio ei proſit.
3 *Filius exhæredatus an detur bo.poſſ.contra tab.& quomodo de-*
beat fieri exhære.vt per eam repell. exhæredatus à bo poſſ.
4 *Bonorum poſſeſsionem cont. tab. non habere locum in teſtamen*
tis fœminarum.
5 *Pater præteritus in teſtamento filij, quem emancipauit, petere*
poteſt bonorum poſſeſsionem contra tab.
6 *Liberi quo iure,quóque ordine vocentur ad bonorum poſſeſsio.*
contra tabulas.
7 *Bonorum poſſeſsio contra tab. ex quibus tabulis dari poſsit.*
8 *Teſtamento reſciſſo per bono poſſeſ.contra tab. legata & fidei-*
commiſſa an & quibus perſonis debeantur.

QVIA liberi quandoque prætereuntur à paren-
tibus,& opus eſt ſubuenire eis per prætorem:ideo
ponit de bonorum poſſeſsione contra tabul. Vi-
deamus ergo, quibus detur hęc bonorum poſſeſ-
1 ſio, ex quibus tabulis, & quis ſit eius effectus. † Defertur au-
tem hęc bono.poſſeſ.liberis naturalibus, & legitimis,vel legi-
timis tantùm : puta,adoptiuis. Item natis, & naſcituris. Item
emancipatis pręcipuè , & etiam iis , qui erant in poteſtate de-
functi:vt ff.eo.l.j. & j de lib.pręte.l.maximum. Dati autem in
adoptione à patre naturali non habent hanc bon. poſſeſsio-
nem contra teſtamentum patris naturalis , niſi inſtituantur
ab eo hęredes,& alius ei committat edictum: vt ff. eod. l. non
putauit. §.in adoptionem datos. & §. vt autem. & l. ſi in ado-
ptionem. & l.ſi poſt mortem. §.j. Et videtur hic illud notan-
dum,quòd licet iuſſu patris adoptiui adierit: nihilominus ta-
men,ſi emancipatus fuerit,habet bonorum poſſeſsionem con
tra tabulas : vt ipſe potius habeat hęreditatem,quàm pater a-
doptiuus : aliàs enim ſi quis portionem ſibi datam agnouerit,
repellitur à bonorum poſſeſsione contra tabulas : vt ff. eod. ſi
poſt mortẽ. §.ij. Sed fortè eſt hoc ideo,quia hęreditatem, quã
adiuit , acquiſiuit alij , non ſibi, id eſt, patri adoptiuo,ſecun-
dum hęc tempora. Hodie enim non acquireret ; niſi quantum
ad vſumfructum , & ideo repelleretur à bon. poſſ.cõtra tab.
Nam ſi ſeruus filij pręteriti ſit inſtitutus hæres, vel ei relictum
legatum repelleretur à bo.poſſ.contr. tab.ſi legatum relictum
agnouerit:vt ff.eo.l.iij.§.vlt. Item in liberis omnibus diſtingue
poſsint inſtitui hæredes,an non. Si enim non poſſunt inſtitui,
denegatur eis bonorum poſſeſsio contra tabulas:quia mortis
tempus debet expectari:vt ff. eod. l.iij.§. liberi. Si autem poſ-
ſunt inſtitui , ſiquidem inſtituti ſunt hæredes , denegatur eis
contra tab.Quid enim bonum eſt eis contra tabul. dari, cùm
a ſecundum tabulas poſsint habere? hoc † niſi alius pręteritus
committat edictum contra tabulas inſtituto. Alius enim po-
teſt ei committere edictum , ſiue ille, qui pręteritus eſt, ſit na-
tus , ſiue naſciturus , vt etiam antequam naſcatur, committat
edictum inſtituto.vt ff.eod.l. iij.§.ſi quis ex liberta. & l.illud.
§.vlti.

§.vlti. & adeò proficit præteritus inſtituto: vt & ſi inſtitutus
erat in minori parte quàm virili, per beneficium contra tabu.
habebit virilem. Si autem ex maiori, quàm virili eſſet hæres in
ſtitutus, reduceretur ad virilem: vt ff.eod.l.non putauit. §.vlti.
Hæc vera, ſi præteritus petat contra tab. Si autem ipſe non pe
tat cõtra tab. inſtitutus autem ex eius perſona petit, quod po-
teſt etiam iſto negligente petere, habebit inſtitutus contra ta-
bul. iure ſecundum tab. bonor. poſſ. Et eſt hoc mirabile, quaſi
nigrum conuertatur in album: vt ff.eodem. l.ſi poſt mortem. §.
vlti. & de lega. præ. l.nonnunquam. Si autem inſtitutus ex di-
cto ſibi per præteritum commiſſo noluit petere bon. poſſ. ſed
ex teſtamẽto maluit hæreditatem adire, ſibi præiudicat in eo:
quia ſola portione, qua inſtitutus eſt, debet eſſe contentus. Et
dixerunt quidam, quòd legata debeant præſtari omnibus: ſed
plurium ſententia obtinet in cõtrarium: vt ff.eo. l. ex duobus.
3 & ff de lega. præſtan. l.is qui. §. ſed ſi ſcriptus. Vbi autem † li-
beri exhęredati ſunt, non habent bonorum poſſ. vt j.eod.l.ij.
& ff.eod.l.j. Et hoc ſi exhęredati ſunt omnibus gradibus teſta
menti. Nam ſi exhæredati ſont ab vno, & inſtituti in eo non
extiterint hęredes contra gradum alium à quo præteritus eſt,
petit bonorum poſſeſsionem. Item ſunt hæc vera, quando ex-
hæredatio facta eſt purè, non ſub conditione: niſi in caſu cùm
inſtituitur ſub conditione caſuali, & in defectum eius exhę-
redatur. Item debet fieri non ab re vna, vel ab hærede vno, li-
cet poſſet fieri non ab vno gradu, ſed ab hæreditate tota: vt ff.
eod.l.non putauit. j.reſp. & §.j.ij. & iij. & ff. de libe. & poſthu.
l.& ſi pepererit. §. purè. & j.de libe. præterit. l.ſi pater. Quod
autem dictum eſt in exhæredatione, ſerua in præteritis. Si eo-
rum præteritio habeatur pro exhæredatione, quod eſt in eo
caſu, quando prætereuntur à matre, vel ab aſcendentibus per
4 matrem. vt Inſtit. de exhæredat. liber. §. mater. Et ideo † dicit
lex non habere locum hanc bonor. poſſeſsionem in teſtamen-
to fœminarum: vt ff de bono. poſſ. contra tab. l.illud. §.ad te-
5 ſtamenta. Item † vocatur ad hanc bonorum poſſeſsionem pa-
ter, qui emancipauit filium ſuum, & poſtea præteritus eſt in
teſtamento filij ad ſimilitudinem patroni: licet in quibuſdam
ſit differentia inter eos: vt facile notari poſsit ſub illo titulo:
6 ff. ſi à parente quis manumiſ. fuerit. l.j. & ij. † Vocãtur autem
a liberi [a] ad bo. poſſ. contra tab. eo iure, quo vocantur ad ſuc-
ceſsionem de iure ciuili: vt ff.eod.l.j.§.vocantur. & l.ſi in ado-
ptionem. §.exemplo. de qua ſucceſsione iuris ciuilis, plenè di-
7 cemus j. de legit. hęredib. † Datur autem hęc bono. poſſeſsio
ex illis tab. ex quibus potuit adiri hæreditas, vel bono. poſſeſ.
peti, de iure communi. Si verò poſsit peti de iure cõmuni, ſed
dicitur non poſſe peti fauore filij in poteſtate conſtituti, qui
præteritus eſt: & ideo dicitur teſtamentum ipſo iure nullum,
poteſt hic ſuus hæres agere de hęreditate, quaſi nullo facto te
ſtamento. Vel ſi huic iuri, vel priuilegio velit renuntiare, ideo
que petat bonorum poſſeſsionem contra tab. vt irritet teſta-
mentum de iure prætorio, poteſt quidem: quia pręteorio iure
tenet teſtamentum, & pręteorio iure poteſt irritari: vt ff.eod.l.
quod vulgò. & j.eod.l.ij. non ipſo iure, ſed per exceptionem,
vel replicationem. Pręteor enim ſicut non potuit facere hęre-
dem, ita & non poteſt facere vt quis deſinat eſſe hęres: vt ff.eo.
l.cum emancipatus. & Inſtitu. de bonor. poſſeſ. §.quos autem.
Qui ergo accipit bono. poſſ. contra tabul. habet poſſeſſoriam
hęreditatis petitionem. vt ff.de bono. poſſeſ. hęredita. petit. l.j.
8 & ij. reſciſſo teſtamento, vt dictum eſt, & ex † eo neque lega-
ta, neque fideicommiſſa pręſtentur, niſi quę relicta ſunt libe-
ris, & parentibus defunctis, ipſis dico, non eorum ſeruis: quia
hic non de lucro, ſed de onere contenditur. Item reſeruantur
relicta vxoribus, & nuribus, cauſa dotis, quę data fuit: ſecus
ſi non fuerit data, vt infrà eod. l.j. & ff.de leg. pręſt. l.j. & ij. &
iij. & l.virilis. §.vlti. & l.is, qui. §.ei, qui. Hodie tamen pręſtan-
tur legata omnibus ex cauſa pręteritionis, vel exhęredationis
euacuato teſtamento: vt infrà de liberis pręteritis. authentica
ex cauſa.

ANNOTATIO.

a Liberi. Adde Bart. in l.prima. ff. de contra tab. & in l.liberos. ff. ſi quis
à pat. fue. manumiſſ. Bald. in l.certum. circa fin. C. vnde cogna. & in l.
fratres. C. de inoffic. teſt. doct. in l.illud. in princ. ff. de contra tab. & in
l.prima C. de bonorum poſſeſ. contra. tab. multa ad materiam per do-
min. Alexand. in conſil. lxxxx. in ſecundo volumine.

De bonorum poſſeſ. contra tab. liberti, quæ patronis liberiſque eorum dantur. *Rubr.*

1 *Patrono quatenus detur bonorum poſſ.*

HVIVS tituli ſummam plenè comprehendimus ſ.
de bon. liber. vbi & de ſucceſsione ab inteſtato, &
de teſtamentaria qualiter prouideatur patronis
1 plenè traditum eſt. † Sed illud nota, quòd hęc bo
no. poſſeſ. datur patrono ita demum, ſi hęreditas liberti ſit adi
ta, ſaltem ab vno ex hęredibus. Secus autem eſt in contra tab.
quę datur liberis: quia in illa ſatis eſt quod quis potuit hęres
eſſe: licet non potuerit petere ſecundum tabul. bonor. poſſeſ.
vt ff. de bon. liber. l.etiam. §.vt patronus. & de bonor. poſſeſs.
contra tabul. l.illud. Item hęc reſcindit teſtamentum in par-
tem, illa in totum.

Vnde liberi. *Rubrica.*

1 *Bonorum poſſeſsio (vnde liberi) quando locum habeat: & qui-
bus deferatur: numer. ſequent.*
3 *Liberi quo ordine admittantur ad bonorum poſſeſsionem, vn-
de liberi.*
4 *Pater an ſuccedat filio emancipato inteſtat. per bonorum poſ-
ſeſsionem, vnde liberi.*

DICTVM eſt ſ. de bonorum poſſeſsionibus quę
ex teſtamento delatę ſunt: nunc videamus de his,
quę ſunt ab inteſtato, quarum, quia hęc, ſcilicet
bonorum poſſeſsio, vnde liberi, primum obtinet
1 ordinem, de ea primum videamus. † Locum habet iſta bono.
poſſeſsio: quando certum eſt aliquem deceſsiſſe inteſtatum,
quod quatuor modis contingit: vt Inſtit. de hæredita. quæ ab
inteſta. defer. in princip. & ff. ſi ta. teſt. nullæ exta. l.j.j. reſponſ.
& §.j. Idemque eſt, & ſi teſtator tabulas incideret, vt inteſtatus
decederet: non quia reputaret hæredes indignos: tunc enim hę
reditas applicaretur fiſco: vt ſi tabul. te. nullæ ex l.j. §.vlt. & de
his quæ in teſtamento delen. l.proximè. & l.vltim. & j.de his,
2 quib. vt indign. l.hæreditas. † Admittuntur autem liberi ſui,
& emancipati, naturales & legitimi, vel legitimi tantùm: ſi ta-
men manſerint in adoptione. Si autem emancipati ſunt, nul-
lum ex priſtino retinetur veſtigium. & poteſt hic ſubijci regu
la, vt quicunque habent bono. poſſ. contra tabul. (de quibus
ſuprà dictum eſt,) habeant hanc bonorum poſſeſsionem, vt ff.
ſi tab. te. nullæ ext. l.j. §.rectè. Liberi ergo in bonis matris, vel
maternæ lineæ non habent hanc bono. poſſ. & ita exauditur
quod dicitur infrà, de ſuis & leg. hæredib. l.vltim. Sed à bonis
patris repellũtur liberi, ſi ſint in poteſtate patris adoptiui tẽ-
pore mortis patris naturalis: vel etiam ſi dederunt ſe in ado-
ptionem poſt mortẽ patris naturalis, antequam peterẽt hanc
bono. poſſeſsio. ſecus ſi poſteaquam petiuiſſent arrogati eſſent:
3 vt ff.eod. l. j. & l.vlt. † Admittuntur autem liberi ad hanc bo-
nor. poſſeſ. eo ordine, quo ſuccedunt de iure ciuili: vt dixi ſ. de
bono. poſſ. contra tab. Prius ergo admittitur filius, quàm ne-
pos, & neptis, ſi auo primo mortuo, deinde patre ſuo, noluit
patri, ſed auo ſuo ſuccedere, poteſt quidem: ſed non niſi per
bonorum poſſeſsionem: maximè ſi emãcipatus eſt nepos: vt j.
eod. l.qui ſe. & inſtit. de exhęred. lib. §. emancipatos, ſi autem
poneres & nepotem, & patrem eius in poteſtate aui fuiſſe: nec
tunc nepos admitteretur vt ſuus: quia præcederet eum pater
tempore mortis aui: niſi in caſibus duobus: vt Inſtit. de hęred.
qual. & diff. §.ſui. & ff. de condi. inſtit. l.vlt. & ff.eod.l.ſcripto.
& de ſuis & legit. l.j. §.ſciendum. Sed nec ſuccedet hic nepos, vt
olim agnatus: quia edictum ſucceſſorium non habebat locum
in agnatis. Sed hodie cõtra ex beneficio conſtitutionis. vnde
& ſine bonor. poſſ. hodie ſuccederet vt agnatus: vt Inſtitu. de

legi.agna.ſucceſſ. §. placebat. Si autem poneres filium emãci-
patum, & nepotem in poteſtate aui retẽtum, videtur quòd ne-
pos, & ſuus admittãtur: vt Inſtit. de hæred. quali. & diff. §. ſui.
4 † Et poteſt illud dici vt pater filio emãcipato inteſtato ſucce
dat per bon. poſſ. vnde liberi vtiliter, etſi non directò. Vel ap-
pellatur bonorum poſſeſsio vnde parentes. licet enim liberos
natura, & cõmune votum parentum inuitet ad ſucceſsionem
eorundem parẽtum: quia omnia ex voto liberis noſtris para-
mus: tamen parẽtes ad bona liberorum ratio miſerationis ad-
mittit, turbato ordine mortalitatis: vt ff. eod. l. ſcripto. §. vlti.
& de bonis liber. l. penult. & ff. de inoffic. teſta. l. nam & ſi pa-
rentibus. & de port. quę lib. l. cùm ratio. & de verb. ſignificat.
l. liberorum. in fin. Poſſet tamen ſuccedere etiam per vnde le-
gitimi, cum emãcipatione etiam non tollatur hodie ius agna-
tionis inter patrem & filium: ſed olim tollebatur: niſi emãcipa
ret contracta fiducia. in Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. §. j. & vlt.

Vnde legitimi agnati, & vnde cognati. *Rub.*

1 *Agnati qui dicantur.*
2 *Coniuncti per fœmininum ſexum qui admittãtur vt legitimi.*
3 *Bonorum poſſeſsio (vnde cognati) quibus detur.*
4 *Cognati vnde dicantur.*
5 *Bonorum poſſeſsiones an hodie locum habeant.*

DEFICIENTE bonorum poſſeſsione, quæ di-
citur vnde liberi, vẽdicat ſibi locum ſecundo ordi-
ne, hæc bonorũ poſſeſsio, vnde legitimi agnati, &
hac deficiente vendicat ſibi locum tertio ordine,
illa bonorum poſſeſsio, vnde proximi cognati; & ita demum
ſi certum eſt aliquem deceſsiſſe: vt ff ſi ta. te. nullæ extab. l. j. in
1 princip. & ff. eod. l. ij. §. ſi quis. † Sunt autem agnati, qui con-
iuncti ſunt per maſculinum ſexum, & dicuntur legitimi: quia
ſuccedebant ex lege xij. Tabularum his verbis: INTESTA-
TORVM HAEREDITATES PRIMO SVORVM HAE-
REDVM, VELINT NOLINT, SVNTO, &c. & paulo poſt.
HIS DEFICIENTIBVS, AGNATVS PROXIMVS FA
2 MILIAM HABETO. Sciendum † eſt tamen, quòd quidam
coniuncti per fœmininum ſexum admittuntur ſicut legitimi:
vt filij ſororis germanæ, vel vterinæ & fratres emancipati.
Item vterini, & filij eorundem: vt j. de legit. hæred. l. penulti.
& vlti. Item qui ad hæreditatem vocantur, vel bon. poſſ. lege,
vel ſenatuſcon. Tertylliano, vel Orſi. habent hanc bono. poſſ.
3 vt ff. eod. l. ij. §. vlt. & l. iij. Bonorum † autem poſſeſsio vnde co
gnati datur coniunctis per fœmininum ſexum legitimè con-
ceptis, vel non legitimè. Nam & ſpuriis datur in bonis matris
a ^a bonorum poſſeſsio, & inter ſe ſuccedũt etiam ſpurij fratres:
ſuccedunt etiam hi cognati non lege duodecim tabularum,
ſed iure prætorio, ſiue ſint nati, ſiue naſcituri, ſed illi ſoli, qui
proximiores ſunt eo tempore, quo defertur bonorum poſſeſ.
& illis repulſis, ſuccedunt ſequentes, vel ſi vnus tantùm ſit co-
gnatus, & ille ſuccedet ſicut proximus cõtra idioma ſermo-
nis: vt ff. vnde cognati. l. j. §. proximus. & §. antepenulti. & pe-
4 nulti. l. ij. & l. ſi ſpurius. † Et vocantur cognati quaſi ex vno
nati, vt ait Labeo, quaſi commune naſcendi initium habue-
rint. Nec diſtinguo, an ſit cognatio naturalis, vel ciuilis tan-
tùm, puta per adoptionem. Seruilis tamen non pertinet ad
hanc bonor. poſſeſ. imò ſi is, qui cùm liber eſſet, ſeruus factus
eſt, deinde manumittatur, non recipit cognationem: vt ff. vnde
cognati. l. j. §. pertinet. & §. cognationem. & l. is, qui. Succedũt
autem cognati vſque ad ſextum gradum, & ex ſeptimo ſucce-
dunt nati ex ſobrino, & ex ſobrina. Agnati autem ſuccedunt
vſque ad decimum gradum: vt Inſtitu. de ſucc. cogn. §. hoc lo-
5 co. ad fin. Erubeſcant, qui † dicunt hodie non habere locum
bonorum poſſeſsiones. Nam ſecundum Tabulas ſicut olim
non fuit neceſſaria: ita nec hodie, niſi in caſibus: vt ff. de iniu-
ſto rupto & irrito fact. teſta. l. poſthumus. & Inſtitut. quibus
modis teſta. infir. §. non tamen. & ff. de ſecundum tabulas. l. j.
6 §. ſi ſub conditione. † Contra tabulas autem bonorum poſ-
ſeſsio ita eſt hodie neceſſaria, ſicut fuit olim, & eiſdem perſo-
nis. Vnde legitimi, neq; fuit olim neceſſaria, neque hodie eſt.
Vnde cognati, olim fuit neceſſaria, ſed hodie non eſt: cùm ita
cognati, ſicut & agnati hodie ſuccedant: vt in authent. de hę-
red. ab inteſta. De his autem ſucceſsionibus, quid in eis obti-
nuerit olim de iure ciuili: item quid hodie per Codicem, &
quid per ius authenticorum, dicemus infrà de legiti. hæred. &
his qui ab inteſtato ſuccedunt. hic enim breuiter prætoria tan
tùm iura expoſita ſunt.

ANNOTATIO.

a Matris. Adde Barto. & doct. in l. prima. in princip. in prima. q. ff. de bo. poſſ. contra tab. & in l. fin. in j. col. verſic. quarto an ſuccedat. ff. quib. vt indign. docto. in l. ſpurius. C. vnde cognat. d. Alexand. in l. prima. ff. de iur. fiſc. qui multa aggregat.

De ſucceſſorio edicto. *Rubrica.*

1 *Succeſſorium edictum quibus prouideat.*
2 *Succeſsio quando dicatur fieri de capite in caput: & in quibus perſonis locum habeat.*
3 *Excluſum à capite, Vnde liberi, poſſe ſibi ipſi ſuccedere ex capite, Vnde agnati. atque etiam an tunc excludat cæteros agnatos.*
4 *Cognatum inferioris gradus an & quatenus habeat beneficium ſucceſſorij edicti, vbi is, qui ex priore gradu admiſſus erat, reſtitutus eſt, vt abſtineret.*
5 *Reſtitutionem minori conceſſam prodeſſe nonnunquam maiori ex quadam conſequentia.*
6 *Bonorum poſſeſsionem ſecundum Tabulas non petens, quando admitti poſsit ad bonorum poſſeſsionem ab inteſtato.*
7 *Tempus quantum detur liberis & parentibus ad petendam bonorum poſſeſsionem.*
8 *Succeſsio quando fiat de gradu in gradum.*

QVIA in bonorum poſſeſsionibus, de quibus di-
ctum eſt, locus eſt ſucceſſorio edicto: ideo de eo
ponit. videamus ergo cui prouideatur per hoc e-
1 dictum: & qualiter. † Prouidetur autem per hoc
2 edictum creditoribus ^a: ne eis longior mora fieret, dum bona
hæreditaria vacua ſine domino diutius iacerent. Bene igitur
putauit prætor præſtituere tempus, his, quibus poſſeſsionem
bonorum detulit, & dare ſucceſsionem inter eos, vt citius poſ-
ſint creditores ſcire, vtrum habeant cum quo congrediantur,
an verò vacãtia bona fiſco delata ſint, an potius ad bonorum
poſſeſsionem procedere debeant quaſi ſine ſucceſſore defun-
cti. l. j. ff. eod. Fit autem ſucceſsio quandoque de capite in ca-
2 put, quandoque de gradu in gradum. † Eſt autem ſucceſsio
de capite in caput, cum deficiente primo capite liberorum vo-
catur ſecundum caput agnatorum: & illo deficiente, vocatur
tertium caput cognatorum: & cognatis deficientibus ſucce-
detur quarto ordine, per vnde vir & vxor: vt ff. ſi ta. te. nullæ.
ex. l. j. Et poteſt habere locum hæc ſucceſsio in diuerſis per-
ſonis. Item in vna tantùm: vt ecce, quicunque poteſt ſuccede-
re per vnde liberi, poteſt etiam ſuccedere per vnde agnati:
cùm minima capitis diminutione non tollatur ius agnationis
inter patrem & liberos, vt Inſtit. de legit. agnat. ſuc. §. vltim.
3 Qui † ergo excluſus eſt ab vnde liberi, idem ſibiipſi ſuccedẽs
admittetur per vnde agnati, cæteris agnatis excluſis: vt ff. eo.
l. j. §. ſed videndum. Ita tamen ſi cæteri agnati eſſent in remo-
tioribus gradibus, neque aliquis alius ſuccedat per vnde libe-
ri. Ille enim indubitanter præfertur iſti, cùm iſte ex eo capite,
quo eſt excluſus non admitti poſſet. Et illud caput quo ſucce
dit alius, & quo iſte eſt excluſus debeat iſti præferri: vt ff. vn-
de cog. l. legitimi. & l. octaui. & Inſtit. de hære. quæ ab inteſt.
4 deſe. §. admonendi. Et hac † ratione dicitur inferioris gradus
cognatum beneficium edicti ſucceſſorij nõ habere cùm prior
ſucceſsit: & poſteà reſtituitur, vt abſtineat: hic enim inferior,
cum ab vnde cognati ſit repulſus, ideo quia primus ſucceſsit
per bon. poſſ. nunquam ſuccedet poſtea per vnde cognati ex
beneficio huius edicti: puto tamen, quod per beneficium in in
tegrum reſtitutionis inferior cognatus debeat admitti: ſi non
5 directò, tamen vtiliter. Nam reſtitutio † non tantùm minori:
ſed etiam maiori ex conſequentia quadam ſubuenit; vt ſ. ſi ad
uer. tranſact. l. j. & ij. vnde & minore qui adit reſtituto, vt abſti
neat

neat,ſubſtitutus admittitur:vt ff.de mino.l.ſi ſine. §. quòd ſi
Papinianus. Placen.tamen ait inferiorem cognatum nõ ideo
habere beneficium edicti:quia poſt cognatos nullus ſuccedit,
niſi vir & vxor,per bo.poſ.vnde vir,& vxor,& fiſcus poſtea,
6 ex quibus capitibus certum eſt eum non ſuccedere.†Poteſt &
illud notari in bono.poſſ.ſecundum tabu.vt qui potuit eam
petere,& non petiit:ſi is fuit qui potuit ab inteſtato ſuccede-
re,ipſe ſibi ſuccedat & bono.poſſeſ.ab inteſtato petat.Item li
7 beri† & parentes,ſiue ſuccedant per vnde liberi,ſiue ex quo-
cunque alio capite ſibiipſi ſuccedentes,habeant annum in pe
tenda bono.poſſeſsione,etiam ſi ſuo nomine non veniãt, ſed
quia ſeruus eorum eſt inſtitutus hæres:vt ff.eo.l.j.§. ſed vidẽ-
8 dum.& §.Largius. & §.ſi quis.& §.non ſolum. †Succeſsio au
tem de gradu in gradum eſt quando plures perſonæ in eodẽ
capite ſunt in diuerſis gradibus; vna prior, altera poſterior.
nam priore repulſa tempore,vel repudiatione,ſequens ſucce-
dit:vt ff.eo.l.j.§.quibus.

ANNOTATIO.

a Creditoribus Ad hoc vide Barto Bald.& docto.in rubri.C.de ſucceſ.
edict.multa ad huius titu.materiam per do. Alexã.in l. ſi quis poſthu-
mus.§.ſi filius.ff.de lib.& poſth.& in l.Titia.in repet.ff.de inoffi.teſt.
multa per Ange.Are.in §.placebat.nu.1.cum ple.ſequen. inſti.de legi.
agna.ſucceſ.char.cxliij.

De Carboniano edicto. *Rubrica.*

1 *Carboniani edicti beneficium cui detur, & quando.nu.5.*
2 *Carbonianum edictum denegari puberi.*
3 *Poſthumo inſtituto quo caſu detur beneficium Carboniani edi-
cti,atque inibi an detur exhæredato.*
4 *Carbonianum edictum quibus caſibus concedatur impuberi,
cui denegatur bonorum poſſeſsio contra tabu.*
6 *Carbonianũ edictũ quã vtilitatẽ afferat impuberibus. & nu.12*
7 *Intellectus ad l.vlti C de Carbo.edict.*
8 *Carboniani edicti beneficium vt proſit pupillo, an oporteat eũ
ſatiſdare de reſtituendis bonis,ſi appareat eum non eſſe fi-
lium, & an aduerſarius pupilli alatur interim ex iis bonis,
de quibus eſt controuerſia.*
9 *Adminiſtratio bonorum,quorum poſſeſsio pupillo conceſſa eſt
ex Carboniano edicto,cui committi debeat.*
10 *Pupillus vt vincere poſsit in iudicio hæreditatis petitorio,quid
probare eum oporteat.*
11 *Bonorũ poſſeſsio tã ordinaria,quam Carboniana intra quantũ
tempus detur, & quando incipiat tale tempus currere.*
13 *Status controuerſia impuberi mota, quæ veniant in cauſa co-
gnitionem dum tractatur de differenda quæſtione ſtatus in
tempus pubertatis.*

DICTVM eſt ſ. de bono. poſſ. ab inteſtato iure
cognationis competentibus:ſed quia Carboniа-
na bonorũ poſſeſsio iure cognationis, imò quia
aliàs eſt de liberis,competit: & ideo de ea ponit.
Et differt hæc à ſuperioribus:quia illæ tribuũt ius in proprie
tate:hæc in poſſeſsione:vt ex ſequentibus liquebit. Videndũ
ergo quod dicatur Carbonianum edictum, & cui detur be-
neficium eius,& quando,& quale ſit beneficiũ,& intra quod
1 tempus datur. †Dicitur autem Carbonianum à Carbone au
thore.Et datur beneficium eius impuberi maſculo,vel fœmi-
næ ex virili ſexu deſcendenti nato, & naſcituro. illud enim
edictum de ventre in poſſeſsionem mittendo ſubuenit naſci-
turo,etiam antequam naſcatur:hoc autem nato demũ ſubue-
nit.& poteſt in impuberibus tradi regula:vt cuicunque com-
petat bo.poſſ.contra tab.competat,& huius edicti beneficiũ.
Item quibus denegatur illa,denegatur & hoc beneficiũ:vt ff.
eo.l.j.in princ.& §.non tantũ.& de ven.in poſ.mit.l.j.in prin.
2 §.ſi ea. Puberi †autem certum eſt denegari hoc edictum: imò
& ſi pubes tanquam impubes eſſet,obrepſerit, poſſeſsionem-
que bon.acceperit,nil videtur egiſſe:quia & ſi impubes acce-
perit,deinde factus eſt pubes,finiretur emolumẽtum bo.poſſ.
vt poſſeſsionem decretam non poſsit nanciſci:vel ſi eſſet de-
creta,& tradita,nũ fungeretur cõmodo,vel partibus poſſeſ-
ſoris,niſi ſatiſdaret aduerſariis de reſtituẽdis bonis ſi eſſet cõ-
tra eum lata ſententia:vt ff.eod.l.iij.§.puberi. & l. de bonis.§.
poſt pubertatem.& l.antepe. Quibus autem perſonis detur
bon.poſſ.contra tab.& quibus denegetur,non eſt opus pro-
pter prædictam regulam hic dicere: quia plenè diximus ſ. de
bon.poſſ.contra tab.Sciendum eſt tamen,quod prædicta re-
gula patitur exceptiones,& ex teſtamẽto,& ab inteſtato. Ex
3 †teſtamento patitur exceptionẽ:quia licet filio impuberi na-
to(ſi inſtitutus eſt)non detur hoc,ſcilicet Carbonianum edi-
ctum:tamen ſi inſtituatur poſthumus,& natus denegetur fi-
lius eſſe defuncti,datur ei ex hoc edicto poſſeſsio.ſ.eius partis
tantũ in qua inſtitutus eſt:vbi autem exhæredatus eſt, dene-
gatur ei poſſeſsio,ſi exhæredatio tenet:ſecus verò ſi ipſo iure
non tenet:puta,eſt ita facta,ille quem ſcio ex adolterio natũ
exhæres eſto:vel ita,quiſquis eſt,qui ſe filium meũ dicat ex-
hæres eſto:vt ff.eo.l.j.§.Põponius.& l.iij.j.reſpon.& l.ſi impu-
bes.§.interdũ & l.quod Labeo.& l.eum ſine beneficio. Nec
obſtat,quod legitur ff.de lib.& poſth.l.& ſi pepererit. quia
quod dixi exhæredationem nullã,ita eſt intelligendũ, ſi pro-
betur eum filiũ eſſe.pater enim ideo exhæredauit, quia crede-
bat eũ non eſſe filiũ.interim ergo donec probetur filius, exhę
redatio nocet:vt ff.de libe. & poſthu.l.ſi poſthumus.§.vltim.
4 Deficit† quoq; quia licet nõ poſsit peti ſecundum tab. donec
poteſt peti contra tab.vt diximus ſ.de contra tab.tamen po-
reſt peti ſecundũ tab.licet impubes petat Carbonianam bon.
poſ.non tamen petit cõtra tab.puta tẽpore excluſus, vel quia
non erat filius,vel etiã erat filiusfa.& præteritus à patre:vnde
cùm teſtamentũ ſit ipſo iure nullum, filius ab inteſtato vnde
liberi,& ſcripti hæredes ſecundũ tab.acceperũt bo.poſſ. vt ff.
eo.l.ſi impubes.§.vlti. Ab inteſtato quoq; deficit regula: quia
licet contra tab.non detur,ſi decedat quis inteſtatus, tamẽ da
tur huius edicti beneficiũ:vt ff.eo.l.iij.in prin. & l.de bonis.§.
5 hinc autem.†Subuenit autem hoc edictum,ita ſi alicui fiat cõ
trouerſia de filiatione,vel quòd dicatur non eſſe de liberis,vel
quòd dicatur eſſe ſeruus:licet etiam pater id in teſtamento di
xit.nam magis conſulendũ eſt his quibus maius periculũ, in-
tenditur,alioquin audaciſsimus quiſq; eo maiore iniuria im-
puberem afficiat.quod plura,& grauiora de eo ẽtiatur.Sed
& ſi defunctus dicatur ſeruus,idẽ eſt:vt ff.eod.l.j.in prin.§. ſi
quis.& §.ſed & ſi quis.ſed & ſi repellatus impubes arrogatus,
quia dicatur non iure arrogatus,non erit iniquum ſimile Car
bonianum edictum imponi.Item ſi impubes dicatur datus in
adoptionem, & ideo negetur naturalis patris hæreditas ad eũ
pertinere,ipſe autem naturalis patris hæreditatem vẽdicet, &
ſe non adoptatum dicat,locus erit huic edicto:vt ff.eo.l. ſi im
pubes.j.reſpon.& §.j.Item datur vtilis Carboniana,& ſi quę-
ſtio eſt de patria poteſtate,quã dicit aliquis ſe habuiſſe in per-
ſona defuncti:putà, deceſsit filius, quẽ in poteſtate mea fuiſſe
dico,exiſtit impubes,qui eũ patrẽfa.& ſe eius hæredem dicit.
Idẽmq; & ſi quæſtio ſit de patria poteſtate,quã dicit ſe habe-
re aliquis in perſona impuberis nepotis nati,& concepti ante
emancipationẽ filij:impubes vero dicit ſe conceptũ poſt emã
6 cipationem:vt ff. eo.l.deceſsit.†In omnibus autẽ prædictis ca
ſibus quibus impuberi de ſtatu fit controuerſia,datur Carbo
niani edicti beneficiũ ita demũ,ſi de bonis paternis fiat ei con
trouerſia.Si autẽ fiat ei cõtrouerſia de bonis fraternis,vel etiã
de maternis,vel de liberorum bonis,item & de ſtatu ſuo,non
fit miſsio ex Carb.edicto,ſed differtur quæſtio in tempus pu-
bertatis:vt ex cõſtitutionibus.Idẽmq; eſt, & ſi tantum ſtatus
patiatur controuerſiam.Si autem patiatur controuerſiam bo
norum tantum,& non ſtatus:neque fit miſsio,neq; vlla datur
dilatio.& probantur hæc ff.eod.l.iij.§. quãuis. & l.j.§. ſi quis
filium.& l.de bonis.j.reſpon.& §.ita demum. & l. ſi impubes.
§.ſi pupillo.Porrò quod ſeruatur in communione bonorum
paternorum, fortè ſeruabitur in legatis relictis ei à patre vt
filio.& ita poteſt intelligi quod dicitur ff.eod.l.iij.j.reſpõ. in
7 fi. †Eſt autem Carboniani edicti in primis vnum beneficiũ:
quia impubes poteſt adipiſci poſſeſsionem bonorum corpo-
ralium,quæ ſunt in hæreditate,perinde ac ſi nullã controuer
ſiam patiatur:vel ſi habet poſſeſsionẽ, multo magis retinebit
eam;ita tamen ſi euidenter non probetur eum filium non eſſe.
Si autem ambiguã cauſam inuenerit iudex, hoc eſt, vel mo-

dicum pro puero facientem,vt nõ videatur filius euidẽter non
eſſe,dabit iudex hanc Carbonianam poſſeſsionẽ.vt ff. eo.l.ij.
7 §.cauſę. Quod ergo† dicitur j.eo.l.vlti.probata legitima ſuc-
ceſsione,ſubaudi ſemiplenè. Quod autẽ dicit,ſub legitimis
perſonis,cuſtodito partũ ex indubitato matrimonio: ideo di
cit,quia ſi diuortio ſacto viſi vxor quondã,mittat vt ventrem
inſpici patiatur,& cuſtodes admittat in partu, nec ipſa fece-
rit,denegatur partui Carboniana bon. poſſ.vt ff.de ven.inſpi.
8 l.j.§.de inſpiciẽdo.& l.ij.Prodeſt ergo† modica præſumptio,
quantum ad poſſeſsionem adipiſcendam,vel retinendam. Si
tamen ſatis dederit de reſtituẽdis bonis,ſi apparuerit eum nõ
• eſſe filiũ:vt ff.de colla.bo.l.prætor.§.j.licet Placentinus •dixe
rit eum ſatiſdare de fruendo arbitrio boni viri,exemplo fru-
ctuarij.Si verò non ſatiſdet,nõ tantùm impubes,ſed etiam is,
qui mouet ei controuerſiam, erit in poſſeſsione: diſsimiliter
tamẽ,vt ibi dicitur,quia pupillus ex bonis alitur, & ſuſtẽtatur,
& in eius ſtudia erogatur,ſi nõ aliena bona habeat ex quibus
poſsit ſe ſuſtentare:ſed eius aduerſarius ex bonis nõ alitur:ni
ſi ſit de liberis,tunc enim & ipſe eſt in poſſeſsione,licet impu-
bes ſatiſdet,& aletur vt impubes. ſed vbi impubes ſatiſdedit,
diminuit de bonis veſcendi cauſa, etſi aliter ſe poſsit tueri.
9 Adminiſtratio† autẽ rerum committitur aduerſario impube-
ris,ſi ſatiſdederit:dum tamen inſtrumenta nõ redigat in poſ-
ſeſsionem ſuã,ne decipiatur pupillus dum inſtruitur aduerſa
rius eius,vel etiam intercipere ea poteſt. Si verò non ſatiſdet
aduerſarius, vel quidem ſatiſdederint tutores pupilli, & eis
adminiſtratio committitur nomine pupilli. Si autem neque il
li,neque iſti ſatiſdent,curator conſtituitur bonis,qui & debi
tores conuenire(qui tempore liberantur)poteſt,& diſtrahere
res,quæ tempore ſunt perituræ,vel deteriores futuræ: & hoc
idẽ poſſent tutores pupilli,vel aduerſarius eius,ſi eis (vt dictũ
eſt)eſſet adminiſtratio conceſſa:& probantur hæc ff.eo. l. ſed
& ſi is.j.reſpon.& §.j.& §. quoties.& §.an autem. vſque in fi.
l.& l.de bonis.§.qui à pupillo.& §.non ſolùm.& l. penul. &
10 vlt.& de adminiſt.tuto.l.inter. Non† autem prodeſt modica
præſumptio,vt pupillus vincere poſsit in iudicio petitorio: ſi
ipſum inſtituat:puta rei vendicationem,vel petitionem hære
ditatis,vel ſimiles actiones,ad hoc enim, vt vincere poſsis in
eis,oporteret eum probare plenum hæredem ſe eſſe,vel bono
rum poſſeſsionem accepiſſe ordinariam,id eſt,quę ius tribuat
in proprietate. hæc enim Carboniana extraordi. non tribuit
11 ius,niſi in poſſeſsione. Et† datur vtraque intra annum, & inci
pit currere annus ordinariæ bonorũ poſſeſsionis, ex quo ſcit
ſibi delatam bonorum poſſeſsionem. huic autem Carbon. ex-
traordinariè,ex quo cognouit ſibi fieri cõtrouerſiam,& pro-
12 bantur hæc ff.eod.l.iij.§.miſſum.& §.vlti.& l.iiij. †Eſt & a-
liud commodum Carboniani edicti, quia differtur quæſtio
ſtatus,& bonorũ poſſeſſ.in tempus pubertatis: vel ſi quæſtio
ſtatus tantùm ſit,fit dilatio cauſæ ex conſtitutionibus.& licet
in ſuperiori commodo ſemiplena adhibeatur cognitio, hoc
tamen pleniſsimè eſt à prætore examinandũ,an expediat pu
pillo repræſentari cognitionem,an differri in tempus puber-
tatis:& maximè inquirere hoc à cognatis,matre, tutoribúſq;
pupilli debet.Finge eſſe teſtes quoſdam,qui dilata cõtrouer-
ſia,aut mutabunt conſilium,aut decedent,aut propter tempo
ris interuallum fidem non eandem habebunt. Vel finge eſſe
anum obſtetricem,vel ancillam,quæ pro partu poſſunt veri-
tatem inſinuare,vel inſtrumẽta ſatis idonea ad victoriam,;vel
quædam alia argumẽta,vt magis damnum patiatur pupillus,
quod differtur cognitio,quàm compendium quod nõ repræ
ſentatur.Finge pupillũ ſatiſdare non poſſe,& admiſſos in poſ
ſeſsionem,qui de hæreditate faciunt cõtrouerſiã multa poſſe
ſubtrahere,nouare,moliri,aut ſtulti, aut iniqui prætoris erit
rem in tempus pubertatis differri, cum ſummo incommodo
eius,cui velit conſultum. Nec enim debet aduerſus pupillos
ſeruari,quod pro ipſis excogitatum eſt: & pendere ſtatus eo-
13 rum,cùm iam poſsit eſſe indubitatus:vt ff.eo.l.iij.§.duæ. †In
differenda tamen cauſa,eſt & illud conſiderandum:an mouea
tur impuberi controuerſia ſtatus,& bonorum:an ſtatus tan-
tũ:an mater arguatur de ſubiecto partu,vel de adulterio. In
primo caſu fit dilatio,vt dictum eſt: quia pupillus conueni-
tur:ſecus autem ſi pupillus ageret petitorio iudicio,vel alicui
ſtatus moueret controuerſiam:tũc enim non fieret dilatio: vt
ff.eod.l.iij.§.ſi duo. In ſecundo autem caſu nõ fit dilatio: v. ff.
eo.l.j.§.vlti. & l.ij.& l.ſi impuber.§.ſi mater.& l.Titia. Præ-
ter hoc illud notãdum eſt,quòd quandoq; pubes petit differ
ri quæſtionem propter ætatem impuberis fratris, ne aliquod
præiudicium fiat impuberi propter puberis perſonam, cùm
vtriuſque eorum referatur quæſtio. Nam & res inter cohæredẽ
meum,& alium acta,mihi ſemiplenè pręiudicat:vt ff.eod.l.ij.
§.ibidem.& de appel.l.a ſentẽtia vnde mirum videtur, quare
& in ſuperiori caſu cũ matri impuberis quæſtio mouetur de
partu ſuppoſito, non poteſt poſtulare impubes,vt differatur
quæſtio,cùm impuberi:medum ſemiplenum,ſed plenum vide-
tur generari præiudicium,vt liquet ex prędicta lege.Secus au
tem quando de adulterio accuſatur mater:quia illa adultera,
& hic verus filius eſſe poteſt:vt ff.ad legem Iuliam de adul.l.
miles.§.defuncto.Reſpondere poteſt ſecundum id,quod legi-
tur.ff.eod.l.j.§.vlt. poſt euentum cognitionis denegandas eſ-
ſe hæreditarias actiones,ſubaudi,ſi cognitio habita fuerit cõ-
tra puerum:ſecus ſi contra matrem: tunc enim & ſi aliquod
præiudicium poſsit fieri filio,non tamen fit dilatio:quia inte
gra fide,& maxima conſtantia,veriſimile eſt matrem cauſam
defenſuram:vt ibidem dicitur.Non eſt autem præſumptio in
eo qui eſt pubes: & quia minor eſt xxv.ann.& quia nõ ita no-
uit veritatẽ rei:vt autem de adulterio accuſatur mulier,mor-
tuo marito,antequàm ipſa pariat, ne præiudicium fiat naſci-
turo,iuſsit Imperator cauſam adulterij differri:vt ff.de ven.in
poſſeſſ.mit.l.antepenul.ſed fortè reſcripſit malè,vel perſona-
liter reſcripſit:vel aliud in nato,aliud in naſcituro.

ANNOTATIO.

• Placentinus.alias Pileus.

Quæſtio quædam ſuper titu. de Carboniano edicto.

1 *Malum cur quandoque eligendum.*
2 *Retinere eius non liceat.*

QVONIAM nihil ſine captione inueſtigari po
teſt: vt ecce,pupillus,cui mouetur de bonis. & ſta
tu controuerſia:non debet vti rebus, ſi ſunt alie-
1 næ:tamen hoc malum † eligendum eſt ne dete-
rius multo,& iniquius ei cõtingat, id eſt, ne fame pereat,cùm
fortè ſint ſuæ:vt no. hoc fieri , cùm res coniuncta eſt : vt ff. de
Carb.edict.l. Carbonianum.§ .cauſæ.& l.ſed & ſi.§.an autem.
& ff.de fur.l.ſi ſeruus communis.Sed obſtat l.decem.ff.de ver
bo.obligat.& ff.de fund.inſtru.leg.l.quæſitum.§.ſi quis. Re-
2 ſpon.ꝙ inſtrumentũ non erat alicuius prædij,† maximè,quia
legatarius certat de lucro.Sed niſi cõſtat me ius in aliquo iſto
rum habuiſſe,in nullo retineam:quod eſſet iniquiſſimum.Po-
tius igitur dicendum eſt vt in vtroq; retineam : vt ait optimè
Iureconſ.ff.quemad. ſer.amit.l.nam ſatis.§.ſed ſi is fundus. Id
ſaltem nulla ratione negare poteris aduerſarius vt vel mini-
mam partem poſsim. Hoc enim generaliter admonet nos: vt
ff.de reg.iur.l.ſemper in obſcuris.ff.de leg.iij.l.nũmis.Intelli-
gimus minimũ,quod aduerſarius dare inde vult:vt ff.de verb.
ob.l.qui ex pluribus.& ff.de leg.j. l.apud Iulianum.§. ſcio ex
facto.

Vnde vir, & vxor. Rubrica.

1 *Bonorum poſſeſsio,vnde vir, & vxor, cui viro, vel cui vxori*
detur.
2 *Vxor vt admittatur ad bonorum poſſeßionem, Vnde vir &*
vxor,quæ requirantur.
3 *Vir & vxor quando,& quatenus ſibi inuicem ſuccedant iu-*
re nouiſsimo.

POST tractatum bonorum poſſeſsionum, quæ
deferuntur aſcendentibus . & deſcendentibus,&
collateralibus , adiicit de hac bonorum poſſeſ-
ſione, quæ dicitur vnde vir & vxor , & quæ ſu-
perioribus deficientibus locum habet: vt diximus ſuprà ,

vn de

vnde legitimi. Videndum ergo, cui viro, vel cui vxori detur.
1 †Et quidem datus eis vicisſim*, qui iuſtum inter ſe contraxe
a runt matrimonium: & ita demum ſi conſtat matrimoniũ tem
pore mortis eius, cui alter ſuccedere vult. Si ergo verè ſolutũ
ſit matrimonium: ſed tamen lex fingit durare propter reuerẽ
tiam perſonæ: puta liberta diuertit ab inuito patrono, nõ ha-
bebit locum hæc bo. poſſ. vt ff eo. l. j. Vir ergo, vel vxor, pręfe
2 runtur fiſco: vt j̃. eod. l. j. †In vxore tamen, ſi viro præmortuo
velit ſuccedere, conſidera an viro mortuo nupſerit intra an-
num, an non. In primo caſu repellitur: quia vltra tertium gra-
dum non ſuccedit etiam iure cognationis: vt ĩ. de ſecun. nup.
l. j. In ſecundo admittitur, niſi fortè vir de corpore curialium,
vel nauicularium, vel militum, vel fabricantiũ ſit: vt j̃. de hęre.
decu. l. j. ij. iij. iiij. & v. tunc ergo corpus mulieris pręfertur etiã
fiſco, vt ibidem dicitur. Sed illud certum eſt, ciuitates ab inte
ſtato nemini poſſe ſuccedere: vt j̃. de bonis vac. l. j. Et hic de
ſucceſſione viri, & vxoris adinuicem iure veteri, vel de bono.
3 poſſ. Iure autem †authenticorum vterque alteri ſuccedit: ſi
matrimoniũ ſit abſque dote, aut donatione propter nuptias.
Coniunx autem præmoriens, aut diuertens ſi locuples ſit, ſu-
perſtes aut laboret inopia: ſuccedit vnà cum liberis cõmuni-
bus, alterũ ſve matrimonij in quartam: ſi tres ſint, vel paucio-
res: quòd ſi plures ſint, in virilem portionem: vt tamẽ eius ma
trimonij liberis proprietatem ſeruet. ſi extant: his verò non
extantibus, vel ſi nullos habuerit, potietur & dominio. Impu
tatur autem & legatum in talem portionem: vt in auth. de ex-
hi. & intro. §. quoniam. & in auth. vt liceat matri & auiæ. §.
quia verò lege. Nec obſtat quod ibi diſtinguit maritum ab
vxore, quod corrigitur per auth. vt fratrum filij. §. vlti. Præ-
ter hæc notandum eſt, quòd ſi vnus ſociorum imperialis libe
ralitatis, ſine hærede deceſſerit, ſocius in id, quod donatũ, nõ
vxor ſuccedit: vt j̃. lib x. tit. ſi libertatis imperialis ſocius ſine
hærede deceſſerit. Fortè illa correctio diſtinctionis locum ha
bet in pœnã diuertẽtis tantũ: non vt in quartam ſuccedat vir
vxori, vel vxor viro: vt in priori auth. de exhib. vel introdu.

ANNOTATIO.

a Vicisſim. Ad huius titu. materiam vide Specul. io titu. qui fil. ſint le-
git. verſi. quid ſi quis ita. Bart. Bal & Docto. in l. j. C. vnde vir & vxor.
Bal. & Doct in l. certum C. vnde cognat. multa per domi. Alexan. in l.
ſi cùm dotem. ff. ſolu. matri.

De repudianda bonorũ poſſeſsione. *Rubri.*

1 *Bonorum poſſeſsionem ſibi delatam quis poſsit repudiare.*
2 *Pupillus an, & quomodo repudiare poſsit bonorum poſſeſsio-
nem, & quid in adulto, ſiue curatorem habeat, ſiue non.*
3 *Bonorum poſſeſsionem filiofa. delatam, an poſsit pater repu-
diare: & an filij negligentia in petenda bonorum poſſeſsio-
ne, noceat patri.*

DICTVM eſt ĩ. de bonorum poſſeſsionibus ad-
mittendis: ſequitur vt videamus de his repudian-
1 dis. †Videndum ergo, quis repudiare poſsit,
quando repudiat eam ille, cui delata eſt, ſi maior
2 xxv. annis fuerit. Minor †enim ſi fuerit pupillus, non poterit
repudiare per ſe: ſed nec tutor ſolus repudiabit: pupillus ta-
men repudiabit tutore authore. Et in adulto curatorem ha-
bente, idem dico, quod in pupillo. Si autem non habeat cu-
ratorem, repudiare poterit: ſed tamen reſtituetur in integrũ:
vt ff. de ſucc. edict. l. j. § vnuſquiſque. & §. tutor. & de bo. poſ.
l. tutor. & ĩ. de in integr. reſtitur. minorum, l. ſi curatorem. In
maiore, etſi delata ſit, non diſtinguo an deferatur ei per ſe, an
per ſeruum: quia & delatam per ſeruum repudiat dominus:
3 vt ff. de ſucceſſ. edict. l. j. §. per ſeruum. & † delatam per filium
repudiabit pater, ſi illa bono. poſſ. erat futura peculij profe-
ctitij: vt quia contemplatione patris erat inſtitutus hæres: vt
ff. de vulga. & pupilla. ſubſtit. l. ſed ſi plures. §. in arrogato.
Sed & filij negligentia noceret patri, ſi intra ſtatuta tempora
non petit bono. poſſ. nec patrem certioſauit: quia in acqui-
rendis præiudicare poteſt patri: vt ff. quis or. in bon. poſſ. ſer-
uetur. l. vlt. Si autem bonorum poſſeſſ. erat futura peculij ad-
uentitij, neque pater repudiabit in fraudem filij, neque filius
in fraudem patris repudiare poteſt, quominus cuiuis eorum
quæratur pleno iure ſucceſsio, altero repudiante. ſicut in hæ
reditate dicitur: vt j̃. eod. & de bonis quæ lib. l. vlti. Repudiari
poteſt bono. poſſ. tunc demum, quando non eſt decreta, vel
agnita. Nam nec hæreditas repudiatur poſteaquàm agnita
eſt: vt j̃. de repud. hæred. l. ſicut. & ff. de ſucceſſ. edict. l. j. §. de-
cretalis. eo ſaluo, quod diximus ſ. de ſucceſſ. edict. vt repudia
to vno capite, poſtea ſuccedat per aliud.

De collationibus. *Rubrica.*

1 *Collatio quid ſit.*
2 *Collatio inter quos fiat.*
3 *Emancipati an, & quando inter ſe conferant.*
4 *Emancipatos conferre ſuis, & quare.*
5 *Collatio inter ſuum & emancipatum quo iure fiat, & quan-
do, & quatenus.*
6 *Filius in adoptionem datus veniens ad ſucceſsionem patris na
turalis, an teneatur conferre.*
7 *Emancipati quæ debeant conferre ſuis. & nu. 10.*
8 *Collatio quibus deductis fiat ab eo, qui ad ſucceſsionem veniẽs
reliquis hæredibus conferre tenetur.*
9 *Peculium caſtrenſe quo caſu conferri debeat.*
11 *Emancipatum non cogi conferre ea, quæ ſibi acquiſita ſunt poſt
mortem patris communis.*
12 *Emancipatus an teneatur conferre legatum quod ei relictum
eſt, cùm moritur pater eius.*
13 *Donata à patre filio emancipato quatenus ſint ab ipſo filio cõ-
ferenda, atque inibi de intellectu l. vt liberis. circa fin. C. de
collationib.*
14 *Collationem fieri vel re, vel cautione, atque inibi quomodo, &
quando fiat re, quomodo item cautione.*
15 *Collationem facere recuſanti eo, qui ad eam tenetur, quo reme-
dio aduerſus eum ſuccurratur.*
16 *Collatio pro quibus portionibus fieri debeat. & nu. 19.*
17 *Dotis collatio quomodo facienda ſit.*
18 *Intellectus ad l. j. §. ſi ex dodrante, iuncta l. prætor. §. videamus.
ff. de colla. bono.*
20 *Collationem dotis & aliorum datorum faciendam eſſe tam ex
teſtamento, quàm ab inteſtato, niſi pater eã fieri vetuerit,
atque inibi quid veniat appellatione datorum.*
21 *Collationem hodie habere locum duntaxat in profectitiis.*
22 *Emancipatorum & ſuorum differentiam hodie eſſe ſublatã.
quatenus verum ſit.*

DICTVM eſt ſ. de bono. poſſ. & quia inter bo-
norum poſſeſſores locum habet collatio, ponit
de collationibus. Videamus ergo quid ſit colla-
tio, quis, & cui debeat conferri, & quando, &
quæ, & qualiter, & inquantum, & quæ ſit pœna non con-
1 ferentis. Diffinitur autem ſic collatio à quibuſdam. †Col-
latio eſt ius quo res quædam non hæreditaria, fit hæredita-
ria, id eſt, redigitur in commune. Mihi mirum videtur, quòd
collatio dicatur ius, cùm collatio nihil aliud ſit, quàm com-
municatio, quaſi in commune latio: nam quod erat propriũ,
adducitur in medium, & confertur, id eſt, communioni ſub-
iicitur. Vnde videtur potius eſſe facti, quàm iuris: nemo e-
nim dixerit tranſlationem proprietatis, quæ fit pro parte in-
diuiſa, ius eſſe, licet fiat de iure: imò facti, vel factum eſſe cen-
ſetur: vt ff. de curat. furio. l. cum filio. §. vltim. & de conditio-
a nibus, & demonſtrationibus. l. in facto. *Quandoque poni-
2 tur per traditionem: vt ſuprà de ſuffragio. †Fit autem col-
latio, vt dictum eſt inter eos, qui bonorum poſſeſsionẽ ac-
ceperunt: vt ff. eodem, l. prima. §. inter. Non tamen inter eos
3 omnes, nec inter eos ſolos. Ecce †enim emancipati inter ſe
non conferunt: vt infrà eodem, l. ſi emancipati. niſi fortè
in profectitio quæſtu: vt infrà eodem, l. filiæ. & ff. de con-
iungen. cum emancipa. libe. l. j. §. vlt. Vel quod ibi dicis, eman
cipato nepoti conferendum, intellige de eo nepote, qui e-
mancipatus erat à patre ſuo, non ab auo. Vnde debet ei con-
ferri, quia nec per auum, nec per hunc nepotem factum eſt,

quominus eſſet in poteſtate aui. Vel dic nepoti emancipato
conferendum ex perſona ſui patris,qui remanſit in poteſtate
aui,& cui hic emãcipatus filius obligatus erat cõferre. Quod
dixi in emancipatis inter ſe,dici poteſt & in alijs qui neque
ſui,neque emancipati ſunt : vt nepotes ex filia: quia & eadem
4 ratione multo magis inter ſe non conferunt. Emãcipati † autẽ conferunt ſuis,id eſt,his,qui remanſerint in poteſtate quadam naturali ratione,cùm hic emancipati iniuria quadã, hoc eſt,beneficio bono.poſſ.contra ius ciuile velint admitti cum ſuis,ac ſi non eſſent emancipati.conſequens eſt, vt bona ſua quaſi non eſſent emancipati,in medium reducant : quaſi & ea patri quæſiuiſſent, ſi emãcipati nõ fuiſſent: vt ff.eo.l.j.in prin. & Inſt.itu.de exhære.lib.§.emancipatos.& ff.de bo.poſ.l.ſed cum patrono.§.j,quæ iniuria non poteſt aſsignari in emanci
5 patis inter ſe.† Fit autem collatio inter ſuum, & emancipatũ, directo iure:ſi ambo ſuccedunt per bono.poſſ.eodem iure vtrique delatam,puta bo.poſ.per vnde liberi, vel per contra tab.ſed in contra tab.diſtingue vbi ſuus eſt inſtitutus, & emãcipatus præteritus, & beneficio emancipati etiam ſuus habet contra tabul.an per contra tab.augeatur portio ſua, an diminuatur.quod qualiter contingat notaui ſ.de contra tabu. In primo caſu ceſſat collatio,quia per emancipatum nõ eſt ſuus incommodo affectus. In ſecũdo autem caſu fit collatio. Si verò non petat ſuus bono.poſſ.ſed ex teſtamento adeat, emancipatus autem petat bon.poſſ.contra tab.non fit collatio inter eos mero iure,vel ex edicto prætoris, ſed ex æquitate, vel interpretatione Scæuolæ:vt ff.de bon.poſſ.contra tab.l.Scæuolæ filium.j.reſpon.& §.videamus.& ff.eod.l.ſi filius. & ita intelligitur quod dicitur ff.eod.l.j.§.ibidem.nam & ibi, quia ſuus deceſsit antequàm peteret bon.poſſ.non fit collatio hæredi ſuo mero iure,vt dictum eſt,ſed æquitate erit facienda:vt liquet ex præmiſsis. Quòd autẽ dixi,vbi ambo ſuccedunt per vnde liberi , ſerua etiam ſi ambo ſuccedant ab inteſtato per conſtitutiones,vel per auth.vel quando emancipatus contra inſtitutum ſuum hæredem propoſita querela inofficioſi teſtamenti ſuccedit:vt j.eo.l.filiæ.& l.vt liberis. Vbi autẽ emancipatus non faciat iniuriam ſuo hæredi in ſuccedendo,vt quia iudicium patris meruit,nec quicquã amplius nanciſcitur quã ei dedit pater,non tenetur conferre,etiam ſi legatis meruit ſemiſſem:vel tantùm,quantum contra tab. bo. poſſeſsio occupat:vt ff.eo.l.j.§ pater. Olim enim ex teſtamento non fiebat collatio,niſi pater id diceret:ſed hodie contra:vt in authẽ. de
6 trien.& ſe.§.illud quoque. Item † quod dixi in emãcipato,obſerua & in eo qui datus eſt alij in adoptionẽ à patre naturali:ipſe enim conferet, vel pater ſuus adoptiuus:vt ff.eo.l.j.§.is quoq;.quia & ei quandoque defertur contra tab.bon.poſſ.vt notauimus ſ.de contra tab. Itẽ puto,quòd ſuus hæres emancipatis cõferat profectitia tãtum:vt j.eo.l.filiæ.j.§.nec dubiũ. Et eadem conferunt hi,qui neque ſui,neq; emãcipati ſunt. ſ. profectitia tantùm. Item qui neque ſunt ſui,neque emancipati,ſuis conferũt profectitia tantũ:vt j.eo.l.illam. Item ſui in
a ter ſe conferunt profectitia, & aduentitia:vt j.eo.l.filiæ. Sed quia circa collationem faciendam ſuis ab emãcipatis princi
7 paliter cõſiſtit huius tit. tractatus Digeſtis:plenius † circa hũc articulũ videamus,quæ debeant emancipati conferre ſuis: & certè tenentur conferre ea,quæ ſunt in bonis eorum eo tẽpo
8 re,quo pater cõmunis decedit,† deducto ære alieno : ſic enim intelliguntur bona,ſi tamen æs alienum ſit purum. Si autẽ ſit in diem,vel ſub conditione,non ſtatim id deducetur,ſed conferetur:ſed tamen ſuus cauebit emancipato,vt exiſtente cõditione,vel adueniente die defendat eũ à creditore pro ea parte quã cõtulit ei emãcipatus:vt j.eo.l.ea demũ.& ff.eo. l.ij.§. illud autẽ. Item debet deduci caſtrenſe,vel quaſi caſtrẽſe peculium. Item quòd dignitatis nomine à patre datum eſt,vel etiã debetur.nã & ſi adhuc debetur,hoc ſic interpretandum eſt,vt non ſolus oneretur,qui dignitatem meruit,ſed cõmune ſit omnium hæredũ onus hoc debiti:vt ff.eo.l.j.§.nec caſtrenſe.&
9 §.ſed an id. Quandoq; † tamen non deducitur peculium caſtrenſe, vt ſi emancipatus habuit filium,qui habebat caſtrẽſe peculiũ:& ille deceſſerat tempore mortis cõmunis patris: hoc enim peculium non acquiritur emancipato poſt mortẽ communis patris:ſed nõ admittitur.ſibi enim fuit quæſitũ viuẽte cõmuni patre,præmortuo filio,& licuit ei ipſum occupare peculiũ iure ſuo,ſiue fuerit à filio inſtitutus,ſiue deceſſerit inteſtatus:vt ff.eo.l.j.§.ſi is,qui bona. Eſt & alia ratio quare cuiẽratur:quia nõ eſt emancipati peculiũ iure militiæ ſuæ:ſed iure militiæ filij. Item nõ ratione militiæ præſentis:ſed præteritæ, vel futuræ. Item deducitur actio iniuriarũ:quia magis vindictæ quàm pecuniæ habet perſecutionem. Sed aliud in actione furti,& in alijs pœnalibus actionibus,quæ non ſunt proditæ
10 vindictæ cauſa:vt ff.eo.l.ij.§.emancipatus. † Cõferendæ ergo ſunt actiones pœnales,vel nõ pœnales,ex quacunq; cauſa cõpetant ei tempore mortis communis patris,ſiue purè, ſiue in
11 diem,ſiue ſub cõditione. † Excipitur in legato conditionali relicto emancipato,cuius conditio exiſtit poſt mortẽ cõmunis patris: & ideo poſt mortem cedere videtur legati dies, & poſt mortẽ videtur acquiri:& ideo nõ cõferetur,ſicut nec alia,quę obueniunt emãcipatis poſt mortem cõmunis patris:vt j. eo.l. ſi donatione. & l.nec emancipati.& ff.eo.l.ij.§.id quoq;.& de reg.iur.l.quæ legata. Itẽ excipitur quarta,quæ ſub cõditione debetur emãcipato à ſuo arrogatore ſi ſub illa cõditione emãcipauerit eum,vel exhæredauerit eum iniuſtè.nam ſi viuit pater adoptiuus,qui emãcipauit arrogatũ ſine cauſa præmatura,eſt ſpes collationis,cũ adhuc viuit is,de cuius bonis quarta debetur. Si autem deceſſerit arrogator,quartam tenetur cõferre hic emancipatus,quæ ad eũ peruenit, vel ei debetur de bonis arrogatoris:vt ff.eo.l.j.§.ſi impubere. Ea autẽ quæ fuerunt aliquãdo emancipati,ſed nõ ſunt tempore mortis cõmunis patris,non conferũtur,niſi dolo alienauerit, vel diminuerit:ſi tamẽ dolo ceſſauit acquirere,nõ æſtimatur hic dolus in collatione:vt ff.eo.l.j.§.pe. Poſt mortem autẽ cõmunis patris nedum de dolo,ſed etiam de culpa tenetur emãcipatus in eo, quod minuitur de bonis ſuis : ſed ſi ſine dolo eius, & culpa, quid perijt,vel minutũ eſt,non tenetur:vt ff.eo.l.ij.§. de illis.
12 † Porrò de quibuſdã dubitatur,quæſita ſint emãcipato poſt mortẽ cõmunis patris,an antea:vt ecce,legatũ eſt ei relictum. cùm morietur pater,& certè tenetur cõferre : quia acquiritur ei patre viuẽte:moritur enim pater, ſe viuo.mortuus enim mori nõ poteſt,nec mors ei dominari:ſi tamen filio emancipato pater cõmunis ab aliquo inſtitutus hæres oneratus fuerit præſtare legatũ,cùm ipſe pater morietur, interpretatur lex perinde eſſe,ac poſt mortem patris,relictum eſſet legatum: vt.ff.eo. l.j.§.ſi emãcipato. & §.ſi ab ipſo,& eſt ratio:quia ſi dies huius legati diceretur cedere,patre viuente,in cuius poteſtate eſt filius iſte,nullũ eſſet legatũ;quia filio in poteſtate degenti,non poteſt relinqui legatum à patre hærede inſtituto:vt inſtit. de
13 lega.§.an ſeruo. † Ea autẽ,quæ donauerit emancipato filio,dicit lex conferenda pro tenore præcedentium legum:vt j.eod. l.liberis.in fin. Quis eſt iſte tenor ? & certè hic, vt ita demum conferant,ſi donator dixerit de collatione facienda: vt j.eod. l.penul.in fi. Sed quidam dixerunt illum eſſe tenorem ſeruandum,quẽ ſeruamus in donatione collata à patre filio exiſtenti in poteſtate. Si enim pater ei donauerit,vt haberet in peculio,fieret collatio:vt j.eo.l.ſi donatione. & de tali donatione loquitur ff.de vſu,& habi.l.fundi.§.vlt. Sed ſi donauerit ei cõferendo in eum vltimum arbitrium,vel tanquam extraneo,id eſt,bene merito,non fit collatio,imo ſilẽtio mortis confirmatur donatio,& ita obtinebit vim relicti, ſed ſi expreſsim eſſet confirmata, verè relictum eſſet:vt diximus ſuprà.de dona.inter virum & vxorem. & ea confirmata expreſsim , vel tacitè præcipua adiudicaretur in act.famil.erciſcun.vt ſ.fami.erciſ. l.filiæ. niſi eſſet donatio immenſa:tunc enim in quẽcunque ſit collata,fiet reuocatio:vt alij filij conſequantur debitum bonorũ ſubſidium:vt diximus ſuprà,de inoff.dona.& ſ.de inoff.
14 teſta. authen. vnde ſi parens. † Fit collatio duobus modis re,& cautione. Re, vt ſi fiat diuiſio bonorum conferẽdorum: nec eſt opus cautione,ſi conſtet inter partes quæ ſint conferẽda. Si verò dicãtur quædã non eſſe in commune redacta, tunc propter incertum erit cautio interponẽda. Item & re videtur fieri collatio,ſi tantum tibi remitto,quantum teneor cõferre. Idemq; & ſi nomẽ paterni debitoris tibi delegauero, vel fundum,vel rem alienã dedero pro portione bonorũ, quã debui conferre,vt ff.eo.l.j.§.quamuis. Cautione aũt fit collatio per ſatiſdationẽ fideiuſſorũ , vel per dationem pignorũ,vt ff. eod. l.j.§.

l.j.§.iuber. Stipulatio autem cõmittitur cùm interpellatus cũ
aliquo ſpatio quo potuit conferre,non fecit.Et ſiue quis non
conferat,ſiue dolo fecit quominus conferat,quãti ea res erit,
in tantam pecuniam condemnabitur:vt ff.eod.l.ſi quis.§.vlt.
15 Nolenti † autem conferre duobus prædictis modis denegan-
tur hæreditariæ actiones,& curator eorum cõſtituitur apud
quem refecta pecunia collocetur:vt tunc demũ recipiat quod
sedactum eſt,cùm bona propria contulerit.Nam & ſi poſtea,
acta pœnitentia, quis velit conferre,recipiet ius ſuum : vt ff.
eod.l.j.§.ſi frater.& §.ſed & ſi tantum. nec enim prætor va-
riantem repellit,& conſilium mutantis non aſpernatur: vt ff.
eod.l.non nunquam.Denegantur autem hęreditariæ actiones
in totum,ſi quis nullo modo cauerit.Si autem quis debeat ca
uere duobus,& cauit vni tantum,ſiquidem ceſſauit cauere v-
trique per contumaciam,denegãtur ei hæreditariæ actiones,
& totius trientis ſui.ſi autẽ ceſſauerit capere per inopiã,dene-
gantur ei hæreditariæ actiones pro dimidia eius partis.ſ.triẽ-
tis,qui non cauit.Trientis autẽ dimidia ſextans eſt:vt ff.eod.
l.j.§.ſi cũ duobus. Item ad collationem faciendã quis poteſt
compelli iudicis officio:vt probatur j.eod.l.ſi ſoror. & ff. de
coll.do.l.j.§.reſpon.quid enim ſi ille qui tenetur conferre, &
ſibi pro nulla re neceſſarium eſt agere?certè nulla eſſet ei pœ
na ſi denegarentur hæreditariæ actiones,cùm nec agat,nec a-
16 gere velit.† Fit collatio pro viſilibus portionibus: puta, duo
ſunt filij in poteſtate,& vnus eſt emancipatus habens treeen-
ta,ducenta fratribus conferet,ſibi centum:facit enim eis par-
tẽ,quamuis eis nõ ſoleat conferri.Quòd ſi duo ſint filij emã-
cipati ſinguli habentes treceta,& duo ſint in poteſtate, æquè
dicendum eſt ſingulos emancipatos,ſingulis qui ſunt in pote
ſtate centena cõferre,& centena retinere:ſed ipſos emancipa-
17 tos nihil conferre inuicẽ.† Dotis quidem collatio fiet in eun-
dem modũ,vt quicunque conferet,etiã ſuam perſonã nume-
ret in partibus faciendis:vt ff.eo.l.j.§.portiones.prætor.§. Iu
18 lianus.Sed † videtur contradicere id,quod eſt.ff.eo.l.j.§. ſi ex
dodrante.nam pro quadrante tantũ fit collatio: & ,redditur
ratio,quia eum ſolũ fratri abſtulit:ergo vbi ab inteſtato ſuc-
cedit emancipatus,quia dimidia aufert fratri, videtur debere
conferre dimidiam,vt ſic aliam dimidiam habeat præcipuã.
Sed prædictæ legi quidam reſpondent exponendo illa verba,
pro quadrante,id eſt,propter quadrantẽ. Vel dic ſemper intã
tum fieri collationem,inquantũ aufert.vbicunq; verò habe-
bat iuuenis emancipatus trecenta,vel centum,vel huiuſmodi,
ſubaudi,conferẽda:alia verò multa habebat ſibi pręcipua ad-
iudicanda. huic enim ſolutioni contrarium eſt, quod eſt ff.eo.
l.prætor. §.Iulianus.nam ibi licet tantũ quartam auferat per
bono.poſ.contra tab.nam & quatuor erant filij, confert ta-
men tertiam. Item diſtinguunt quidam vtrum emancipatus
ſuccedat ab inteſtato per bon.poſſ.vnde liberi, vt tunc totũ
quod habet cõferat ãn ex teſtamento,vel contra:vt tunc pro
ea parte quã aufert conferat. Sed hæc diſtinctio reprobatur
per eandem l. prætor,nam & ibi per contra tab. ſucceſsit, &
19 tamen totũ confert,non pro ea parte,quam aufert.Illa † planè
diſtinctio videtur probabilis,verum ſolus filius ſit hæres, &
nullus extraneus: & tunc ſiue ex teſtamento,ſiue ab inteſtato
ſucceſsit,ſemper in totum fiet collatio:vbi verò extraneus hę
res eſt,quod ſine teſtamento contingere nõ poteſt:quia filius
emancipatus non facit iniuriam ſuo hęredi:imò potius extra-
neus,emancipatus non confert ſuo hæredi : niſi pro ea parte,
quam aufert ei.pro ea verò quam aufert extraneo, nullo mo-
do ſibi confert:nam & ſi à ſuo hærede nihil aufert,nec ei con-
feret: vt ff.eod.l.j.§.pater filium. Et eſt hoc ſciẽdum:quia bo.
poſſ.contra tab.non datur emancipato,ſi cauerit ſub condi-
tione:ſed demõſtrat quid,data bo.poſſeſsione,fieri oporteat:
alioquin magna captio erit emancipati,ſi non aliter bo.poſſ.
accipere intelligetur:niſi cauiſſet de collatione : nã ſi interim
deceſsiſſet,hęredi ſuo nihil relinqueret. Intelligendũ eſt ergo
eum accipere bon poſſ.etiam antequàm caueat:ſed ſi non ca-
uerit,tota hæreditas remanebit apud eum,qui fuit in poteſta-
te:vt ff.eo.l.prætor.§ reſpon.denegatis emancipato hæredita
20 riis actionibus:vt ſ.dictum eſt. † Facienda eſt collatio ex te-
ſtamento,& ab inteſtato dotis,& aliorum datorum, niſi pa-
ter dixerit in contrarium:vt in auth.de trien.& ſe.§.illud.niſi
in caſu quando filia cum extraneis inſtituta eſt:vt ſ. commu-
nia vtriuſque iudic.l.vlti.ſed olim fiebat ab inteſtato tãtùm:
vt j.eod.l.j.& l.filiam.Datorum autem nomine quidã (vt M.
& Placent.)& data ob cauſam(vt dotes, & donationes pro-
pter nup.)& dona. ſimplices putant contineri. & ita dicunt
corrigi legem veterem,quæ dicit ſimplicem dona.non cõfer-
ri,niſi donator id dixerit:vel niſi in vnũ donatio propter nu-
ptias,vel in filiam dos,in alium autem,vel in aliam collata ſit
donatio ſimplex:vt j.eod.l.pen.Sed noſtri do.nomine datorũ,
non intellexerũt ſimplicem donationem: ſed data ob cauſas:
authen.enim loquitur indiſtinctè:& ideo veteris legis diſtin-
ctio,vel quantum ad res quæ conferuntur,non eſt ſublata:vt
j de appel.l.præcipimus.in fi.& in auth.de admini.oſſi.§. vlt.
21 † Illud notandũ eſt,quòd hodie conferuntur profectitia tan-
22 tum:vt j.eo.l.vlt.Item hodie † ſublata eſt differentia ſuorum,
& emancipatorum filiorum:vt in auth. de hære. ab inteſta. §.
nullam.ſed fortè non eſt differentia quominus ſui, & emanci
pati ſuccedant per conſtitutiones:licet olim non ita eſſet: vel
quantum ad res quæ conferuntur.eſt tamen differentia in ex-
pugnatione teſtamenti inter ſuos,& emancipatos : vt dicitur
Inſtit de exhæred.lib.in princ.& §.emancipatos.& §. noſtra.
& quantum ad acquiſitionem. (nec enim ſic quæritur patri
per emancipatum filium,vt per ſuum.)& quantum ad in ius
vocationem:vt ſ.de in ius voc.l.qui in poteſtate.

ANNOTATIONES.

* In facto Hæc in vetuſtiſsimis exemplaribus non habentur.
1 Profectitia.Adde Bart.in l.frater a fratre.ff.de condi.indebi. Bald. in l.ũ emancipati.eo titu.doct.in l.fin. C.de colla.Bart.in tract.de duob. fra.& ibi Bal.in addi.ad ipſum. multa per Doctor.Alexand.in conſil. lxxx iiii.volu.

De teſtamento militis. *Rubrica.*

1 *Miles quis dicatur.*
2 *Miles vnde dicatur.*
3 *Militibus quando competat priuilegium in teſtamento facien do,& circa quæ.*
4 *Miles cuiuſmodi priuilegium habeat circa perſonam inſtituti hæredis.*
5 *Miles quale priuilegium habeat in modo inſtituendi hæredem, atque ibi quòd ex certo tempore,& ad certum tempus,& ex conditione hæredem poteſt inſtituere.*
6 *Militem poſſe pro parte teſtatum,& pro parte inteſtatum decedere.*
7 *Hæredibus duobus à milite inſtitutis,vno in caſtrenſibus rebus,altero in paganicis,non eſſe locum iuri accreſcendi inter eos,atque ibi: quatenus teneantur ad ſolutionem æris alieni.*
8 *Ius accreſcendi locum habere in ſucceſsione militis, qui vnum ex hæredibus inſtituit in vna re,alium in alia:vel vnum ex vncia,alterum ex bonis caſtrenſibus.*
9 *Miles, qui hæredem vnum inſtituit in bonis paganicis, in caſtrẽſibus nullum inſtituit,an in eis conſtatur deceſsiſſe inteſtatus.*
10 *Priuilegium,quod milites habent circa teſtamenti factionem, quandiu duret.*
11 *Milites quibus caſibus amittant priuilegium,quod habent circa teſtamenti factionem,ob crimen aliquod à ſe commiſſum, propter quod damnati ſunt.*

DISSERVIMVS de ſucceſsionibus prætoriis:
nunc audiamus de ciuilibus:quarum aliæ ſunt ex
teſtamento,aliæ ab inteſtato.& quia illæ ſunt di-
gniores,quæ ſunt ex teſtamẽto, de eis primò dica
mus:& ſpecialiter prius de teſtamento militis, quod propria
& ſingularia iura ſibi vendicat:vt ff. eodem. l.ij. Videndum
ergo quis ſit miles, & vnde dicatur, quæ ſint eius priuilegia,
1 quandiu durent & qualiter amittantur. † Eſt autem mi-
les, vt ait Vegetius de re militari, qui iurat ſe non euitatu-
rum mortem propter ſalutem rei publi. Nec ſufficit, ſi eſt
aliquis electus tyro, & publicis expenſis facit inter. debet

enim in numeros militum referri:vt ff. eod.l. antepen. Id eſt,
in matriculam,vel tabulam,in qua ſcribebantur omnia no-
mina militum. Idémque eſt ſi confeſtim iuſſus eſt cingi: vt ff.
eod.l.penul.§.penul. Item ſtigma hoc eſt nota publica bra-
chiis eorum debet infligi:vt j. de fabricenſibus.l. ſtigmata.
2 †Dictus miles à militia,id eſt,duritia,quam pro nobis ſuſti-
net:vel à multitudine:aut à malo quod ſolent milites arcere.
Aut à numero mille hominum fortè,quòd de mille vnus præ-
cipuus eligebatur,& ſtrenuus in militem:quaſi milleſimus di
3 ctus:vt ff.eod.l.j.§.miles. †Habent milites priuilegia in teſtā-
a do[a]:ſed diſtinguitur vtrum ſint in militia,vel in expeditione:
an in ſuis ædibus,vel in aliis locis, ſi ſunt extra expeditionē
in ſua domo,vel alibi,iure communi debent teſtari:vt j. eod.
l.penul.& Inſtitut.eod.§.illis. Si autem ſunt in expeditione,
ſiquidem ſunt in conflictu belli,& in vitæ periculo: licet eis
teſtari quomodo poſſint,& quomodo velint. Proinde ſiqui-
dem in vagina,mucrone:aut in clypeo literis ſanguine ruti-
lātibus annotauerint:aut puluere ſcripſerint gladio,ſub ipſo
tempore quo in prælio vitæ ſortem derelinquant,ſtabilis erit
eorum voluntas: vt j.eod.l.milites.ſi autem non ſunt in expe
ditione,aut in conflictu belli,vel vitæ periculo, ſaltem debēt
adhibere duos teſtes,vt voluntatem ſuam teſtentur corā eis,
& declarent,quem velint ſibi hæredem eſſe: & cui libertatem
tribuant, vel legatum relinquant.cæterum ſi (vt plerunq; ſer
monibus fieri ſolet) dixerint alicui,te hæredem facio, aut tibi
bona mea relinquo,non oportet hoc pro teſtamento obſer-
uari: nec illorum magis intereſt,quàm ipſorum quibus hoc
priuilegium datum eſt,huiuſmodi exemplum non admitti:a-
lioquin nō difficulter poſt mortem alicuius militis teſtes exi
ſterent,qui affirmarent ſe audiſſe dicentem aliquem relinque
re ſe bona,cui viſum eſt,& per hoc iudicia vera ſubuerteren-
tur:vt Inſtit.eod.§.id priuilegium.& ff.eod.l.diuus. Item ha-
bent priuilegium in inſtitutione, quæ conceditur militibus
quatenus militant,vt faciant eam iure militari, quæ ſibi non
permitteretur aliàs:vt ecce,ſurdus,vel mutus miles, ante eam
faciam miſsionem,iure militari teſtari poteſt:vt ff. eod.l.iij.&
iiij. Item miles incertus an ſit ſui iuris,vel an pater eius viuat,
teſtari poteſt:vt ff.eod.l.ex militari.§.ſi miles. Item & filiusfa
mil.miles teſtari poteſt:quod non poſſet,niſi eſſet miles in ar-
mata militia,vel inermi:quod quibuſdam loco priuilegij cō-
ceſſum eſt:vt Inſtit.eod.§.vlti.& quib.non eſt permiſſ. facere
4 teſta.in princ.tit.†Item habent priuilegia circa perſonā in-
ſtituti hæredis:nam qui aliàs non poſſunt ab aliis inſtitui,in-
ſtituuntur à milite.ecce enim deportati,& ferè omnes hi, qui
factionem teſtamenti non habent, à milite poſſunt inſtitui
hæredes.Sed ſi ſeruum pœnæ hæredem ſcribat, inſtitutio nō
valet.Sed ſi mortis tempore in ciuitate inueniatur, inſtitutio
incipit conualeſcere quaſi nunc hæreditate data. Et generali-
ter in omnibus id dici poterit,quos miles in principio inuti-
liter hæredes ſcribit:vt inſtitutio incipiat habere vires,ſi mor
tis tēpore talis inueniatur,vt à milite inſtitui poſſit:vt ff.eod.
l.neque enim.§.j.mulier tamen in quam turpis ſuſpicio cade-
re poteſt,nec ex teſtamento militis aliquid capere poteſt: vt
ff.eo.l.miles ita.§.mulier.niſi fortè tēpore mortis inueniatur
5 mulier opinionis bonę:vt proximè dictum eſt.†Itē habēt mi
lites priuilegium in qualitate inſtituendi.ecce enim miles &
ad tempus hæredem facere poteſt,& alium poſt tempus, vel
ex conditione. ſi ergo inſtituat te hæredem quoad viuit Ti-
tius,& poſt mortem tuam ſubſtituat aliquē, valet inſtitutio,
& ſubſtitutio.Sed ſi ita ſcripſerit,vſque ad annos decem hæ-
res eſto,nullo ſubſtituto,inteſtati cauſa poſt decem annos lo
cum habebit. Et quia ex certo tempore, & vſque ad certum
tempus milites poſſunt inſtituere hæredes,conſequens eſt,vt
antequàm dies veniat, quo vocatur inſtitutus, inteſtati hære-
6 ditas deferatur.& quod †licet militi in temporis ſpatio modi
co,vel non modico,vt quodam tēpore decedat teſtatus: quo-
dam inteſtatus, licet ei etiam in portione bonorum: quia in
parte bonorum poteſt decedere teſtatus, & in parte inteſta-
7 tus:vt ff.eod.l.ſi miles vnum.§.j.& l.miles ita. Hic tamen†di-
ſtinguendum eſt,vtrum miles inſtituat vnum in paganicis, &
alium in caſtrenſibus:tunc non eſt inter eos ius accreſcendi:
quia quaſi duorum hominum duæ hæreditates intelliguntur:
vt etiam in æs alienum quod in caſtris eſt contractum, ſolus
is teneatur,qui caſtrenſium rerum inſtitutus eſt : extra caſtra
contracto ære alieno,ſolus ille tenetur, qui certarum rerum
ſcriptus eſt:ſi autem alterutra pars bonorum æri alieno,quod
ex ea cauſa pendebit,non ſufficiat,& propter hoc inſtitutus
in ea non adierit,alter qui adierit compellitur totam hære-
ditatem defendere,aut totam creditoribus cedere: vt ff. eod.l.
8 ſi certarum.§.Iulianus.Si autem†inſtituat vnum in vna re, a-
lium in alia:vel vnum ex vncia,alium ex caſtrenſibus, eſt ius
accreſcendi inter eos:vt ff.eod.l.ſi certarum.j.reſpon.& j. eo.
l.quanquam. Nec obſtat,quod legitur ff.eod.l.ſi miles vnum.
ſcilicet,quòd ſi ex fundo hæredem ſcripſerit,creditur quan-
tum ad reſiduum patrimonium inteſtatus deceſsiſſe.creditur
enim eſſe ita à iure,ſi probetur militem hoc voluiſſe.Si autem
9 miles vnum inſtituat in paganicis, & in caſtrenſibus neminē
inſtituat,pertinent caſtrenſia ad hæredem ab inteſtato veniē
tem,niſi probetur voluntas militis contraria : & è conuerſo.
Idem ſi vnum inſtituat in caſtrenſibus:non diſtinguo commi
litonem,vel alium:& neminem inſtituat in paganicis,pertine
10 bunt enim ad hæredem iuris inteſtati:vt j.eod.l.j.& ij. †Du-
rat autem priuilegium militum quouſque ſunt in militia. Itē
ſi poſteaquàm miſsi ſunt militia,moriantur intra annum:nec
diſtinguo,an conditio inſtitutionis extet intra annū,an poſt-
ea:vt Inſtitu. eod.§.ſed hactenus.& ff.eod.l. quòd conſtitutū.
& l.quòd dicitur. Eſt tamen hoc intelligendum de his, qui
miſsi ſunt militia honeſtè,& cauſariè:nam eorum, qui miſsi
ſunt ignominiæ cauſa,ſtatim deſinunt teſtamenta iure mili-
11 tari valere:vt ff.eo.l.teſtamenta eorum. †Amittunt milites hu
iuſmodi priuilegium,qui damnati ſunt de crimine capitali.di
ſtingue tamen damnati ſint de crimine communi,an militari.
ſi de crimine communi,non licet eis amodo teſtari. ſi autem
damnati ſunt de crimine militari, vt quia alienauerit arma,
vel rem ſibi prohibitam à duce geſſerit,vel ſimilia,quæ nume
rantur.ff.de re militari.l.ij.& iij. Diſtingue vtrum ſint damna
ti de fide rupta,an ex aliis:ſi de fide rupta,non licet eis teſtari.
Si autem ſunt damnati de alio crimine militari, ſiquidem iu-
dex, qui damnauit eum non conceſsit ei in ipſa ſententia te-
ſtari,nullo modo teſtabitur.Si autem conceſſerit ei teſtari,po
terit,idq; duntaxat ſuper bonis caſtrēſibus,& colligitur hæc
diſtinctio infrà eodem,l.militibus.& ff.de veteranorum ſucc.
l.j.& ff.eodē.ex militari,& de iniuſto rupto teſtamen.l.ſi quis
filio.§.ſed & ſi quis fuerit capite.& de donatio. inter virū &
vxorem.l.cum hic.§.ſed miles.& de legatis tertio.l. ſi quis in
principio.§.miles. Eſt autem notandum , quod priuilegium
quod habet miles,vt teſtetur qui aliàs non poterat teſtari,du-
rat etiam poſt miſsionem:vt Inſtit.quib. non eſt permiſſ. fac.
teſt.j.reſponſ.ſed ſecus in alijs priuilegijs.

ANNOTATIO.

a Teſtando. Vide ad hoc Barto.in l.neque.C.de teſt.mil. Bald.in l. mi
lites.cod tit.elegantem gl.in §.planè.inſt.de teſt. Ang.Are.in §. filius
fa.nume.8 inſti.quib.mo.ius pa.po.ſol.char.xxxvij.colu.Chriſto. &
ibidem Iaſ.de may.in addi.in §.ſuprà numer.xi.de teſt. mili.charta.
lxiii.non tamen iſta habent locum in militibus.Florentinis qui ſunt
mercatores.

Qui facere teſtamētū poſſunt vel non. *Rub.*

1 *Teſtamentum facere quibus perſonis non licet.*
2 *Filiusfa.non poſſe etiam ex conſenſu patris teſtari,tametſi poſ*
ſit eo conſentiente donare cauſa mortis,& cur tam variè.
3 *Impuberes teſtamentū facere non poſſe,& intra quam ætatem*
cenſeantur impuberes.
4 *Furioſus an & quando teſtari poſſit.*
5 *Prodigum,cui bonis eſt interdictum,teſtari non poſſe.*
6 *Mutus an & quando teſtari poſſit.*
7 *Cæcus quomodo teſtari debeat.*
8 *Teſtamentum qui facere non poſſint , ibid, quòd de crimine*
damnati ſunt.
9 *Obſides teſtari non poſſe.*
10 *Damnatum ob carmen famoſum inteſtabilem eſſe,& quomodo*
id ſit intelligendum.
11 *Infames omnes an prohibeantur facere teſtamentum.*

Teſta

12 *Teſtamentum facere non poſſe eos, qui dubitant de ſtatu ſuo.*
13 *Teſtari non poſſe eum, cui lege bonis eſt interdictum.*

DIXIMVS de teſtamentis iure ſingulari conficiendis: nunc videamus de teſtamentis conficiendis iure communi. & quia in teſtamentis inſtituendis habetur delectus inſtituentium, & inſtitutorum, ſiue inſtituendorum. priúſque eſt inſtituere, quàm inſtitui, audiamus qui teſtamentum facere non poſſunt: & ſic per conſequentiam ſciemus, qui poſſunt facere teſtamentum: vt
1 ff. de teſtamen. l. ſi quæramus. † Sunt autem xiij. numero quibus non licet facere teſtamentum: vt ecce, filiusfami. impubes, furioſus, prodigus, cæcus, mutus, damnatus ad mortem, obſes, inteſtabilis, & de ſtatu incertus, is cui lege eſt interdictum, ſer-
2 uus, & monachus. Quod † dictum eſt de filiofamil. obtinet etiam ſi pater ei concedat teſtari: vt ff. de teſtamentis. l. qui in poteſtate. & infrà eodem. l. penultima. Eſt enim teſtamenti factio publici, non priuati iuris: vt ff. de teſtam. l. tertia. patre tamen conſentiente poſſet dare cauſa mortis: vt ff. de donatio. l. filiusfam. hoc in militibus paganis. filij enim familias milites in armata, vel literata militia, poſſunt facere teſtamentum in caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi peculio: vt Inſtitu. eodem. & j. eo. l. vltima. & infrà de proximis ſacrorum ſcriniorum. l. proxi-
3 mos. † Impuberes * certum eſt, quòd non poſſunt facere teſta-
a mentum, vel teſtari: quia non habent animi iudicium: vt inſti. eodem. §. præterea. licet mereantur habere dignitatem tribunatus: vt ſuprà proximo titu. & dicuntur impuberes mares, qui non compleuerunt xiiij. ann. fœminæ, quæ non compleuerunt xij. ann. Cóplcuiſſe autem videntur, ex quo tetigerunt aliquam horam vltimi diei: vt ff. de teſtamen. l. qua ætate. Item
4 † furioſus teſtari non poteſt quia non eſt ſuæ mentis: ſi tamen habuerit interualla dilucida, interim licet ei teſtari: vt tamen compleatur teſtamentũ antequam ſuperueniat furor: vt infrà eodem. l. ſi furioſum. & Inſtitut. eodem. §. furioſi. Nomine furioſi. & mente captum accipio: vt ff. eodem. l. ſecunda. &
5 l. in aduerſa. Item † prodigus, cui honorum adminiſtratio interdicta eſt teſtari non poteſt: vt Inſtit. eodem. §. item prodigus. nam nec aliquid de bonis ſuis alienare poteſt: vt plenè di-
6 ximus de eo. ſuprà de curato. furioſi. † Item mutus teſtari non poteſt, ſi ponamus eum eſſe mutum, & ſurdum ipſa naturà: ſi autem mutus eſſet, & ſurdus accidentaliter, ſiquidem ponamus eum ſcientem literas, poterit teſtari, & codicillos facere: ſi tamen manu ſua ſcribat teſtamentum, vel codicillos, vel ſcribat per alium: ſi tamen à principe impetrauerit: vt ff. de teſtament. l. ſi mutus. Idémque eſt multo magis, ſi ponamus aliquem eſſe mutum, & non ſurdum ex accidenti, quod tamen rarò conſueuit accidere: nam ſecundum naturam, ſi mutus eſt, debet eſſe & ſurdus. Surditas autem ſola nunquam eſt impedimento, ne fiat teſtamentũ, ſiue ſit ex accidenti, ſiue à natura. Raró tamen, (imo impoſsibile eſt) aliquem eſſe ſurdum naturà, & non mutum: nam ſi mutus non natura, impoſsibile eſt quòd non audiat ſi quis ſupra cerebrum eius clamet: vt infrà eodem. l. diſcretis. Loquitur autem de eo muto, qui nihil eloqui poteſt, non de eo qui tardè loquitur. Ille enim qui tardè loquitur, non habet iuris impedimentum in
7 teſtamento faciendo: vt Inſtitut. eodem. §. item mutus. † Cæcus teſtari non poteſt: niſi quadam ſpeciali adhibita ſolennitate. debet enim vocare ſeptem teſtes & tabularium: & coram eis exprimere ſe velle teſtari ſine ſcriptis, & hæredum quos inſtituit nomina, & dignitates, & indicia debet exprimere, & legata deſignare: & hæc omnia ſcribenda ſunt à tabulario, vel coram teſtibus tunc, vel ſi fuerant antè ſcripta coram teſtibus debent recitari: & cæcus debet profiteri illud eſſe ſuum elogium, & ipſum eſſe diſpoſitum ex ſui animi ſententia. & in fine debet ſequi ſubſcriptio teſtium. Item eiuſdem. & tabularij ſignacula debent ſupponi. Quòd ſi tabularius inueniri non poteſt, octauus debet teſtis adhiberi: vt quod tabulario ſuperadicto modo commiſimus, per octauum teſtem capiat effectum: vt infrà eodem. l. hac conſultiſsima. & Inſtitut. eo. §. penultimo. Eſt & notandum, quòd lex prædicta vocat hoc teſtamentum nuncupatiuum: ſed multam habet ſimilitu-
8 dinem cum eo quod fit in ſcriptis. † Item damnatus ad mortem teſtamentum facere non poteſt, ſiue ſit damnatus, vt moriatur, ſiue vt fiat ſeruus pœnæ, ſiue deportatus ſit in inſulam. Relegati autem quia non amittunt libertatem, vel ciuitatem, teſtamentum facere poſſunt. Si tamen quis eorum fuerit damnatus, & appellauerit, interim teſtari poteſt: vt ff. de teſta. l. eius. qui. § is cui. vſq; in fi. & l. qui à latronibus. §. ſi quis. Miles tamen & ſi damnatus ſit de crimine capitali, teſtari poteſt: vt
9 diximus ſuprà titu. proxi. Item † non poſſunt teſtari qui dati ſunt loco captiuorum hoſtibus populi Romani & illi appel-
10 lantur obſides: vt ff. de teſta. l. obſides. † Item dãnatus ob crimen famoſum, inteſtabilis eſt: vnde non poteſt teſtamentum facere. nec ad teſtamentũ adhiberi amplius vt quidam putant: nec ei dicitur teſtimonium: fortè in teſtamẽto aliquo tantùm: quia ex nullo teſtamento capax eſt: vt ff. de teſta. l. is cui. §. ſi
11 quis. & l. cum lege. † [Sed quæri poteſt nunquid quilibet infamis prohibeatur facere teſtamentum? & quòd prohibeatur arg. eſt ff. eo. l. is cui. & l. cum lege. & de teſtib. l. ob carmen. ſed certè non puto quòd prohibeatur. & leges illæ loquuntur in eo qui damnatur ob carmen famoſum: & pœnæ potius ſunt molliendæ, quam exaſperandæ Per hoc ſoluitur quæſtio Mutinenſis vſurarij, cuius teſtamẽtum dicebatur non valere, quia
12 erat infamis per leg. C. de his qui no. infa. l. improbum.] † Item de ſtatu ſuo dubitãtes, vel errantes, non poſſunt teſtari: vt qui neſciunt ſe manumiſſos, vel emancipatos, vel dubitant de eo:
13 vt ff. de teſta. l. qui teſtamento domini. & l. de ſtatu. † Item is cui lege interdicitur bonis, vt hæretici, & rei perduellionis, teſtari non poſſunt: vt ff. eo. l. is cui lege. & ſuprà de hære. l. Manichæos. & infrà ad leg. Iul. ma. l. penul. Item ſeruus teſtamentum facere non poteſt: vt ff. eo. l. ſi filius famil. In monachis autem & presbyteris quid obtineat plenè diximus ſuprà, de ſacroſanct. eccle. auth. ſi qua mulier. & de epiſco. & cleri. auth. licentiam. & authen. presbyteros.

ANNOTATIO.

a Impuberes. Ad hujus concluſionis & multarum ſequẽtium materiam. Bald. in l. ſi frater. C. qui teſta. fac. poſ. in l. milites. verſic. ſecundo eſt conſideranda. C. de teſta. mili. Paul. de Caſtr. in d. l. ſi frater. Doctor. in l. j. §. j. ff. de leg. iij. Ad illud de muto vide Bald. in l. diſcretis. C. qui teſta. face. poſ. Bar. to. in l. quæramus. verſic. tertia regula eſt. ff. de teſta. Cauouitas in rubr. eodem titu. cætera vide ex te.

De teſtamentis, & quemadmodum teſtamenta ordinentur. *Rubrica.*

1 *Teſtamentum quid ſit.*
2 *Teſtamentorum ſpecies olim quot fuerint, & quot ſint hodie.*
3 *Teſtamentum nuncupatiuum quid ſit, & quomodo fiat.*
4 *Teſtamentum nuncupatiuum vno contextu fieri debere, quomodo accipiendum ſit.*
5 *Teſtamentum in ſcriptis quam ſolennitatem requirat.*
6 *Teſtamentum ſolenne non ideo minus firmum eſſe, quòd teſtes ignorẽt, quid in eo cõtineatur, & quomodo tũc adhibẽdi ſint.*
7 *Teſtamentum quomodo debent a teſtibus ſignari.*
8 *Teſtamento contenta volens teſtes ignorare, quid facere debent.*
9 *Teſtes quot requirantur in teſtamentis.*
10 *Teſtamentum coram principe factum quàm ſit priuilegiatum.*
11 *Ruſticus teſtari volens, quot teſtes adhibere neceſſe habeat.*
12 *Teſtamentum parentis inter liberos imperfectum ob non adhibitam ſolennitatem an, & quatenus valeat & nu. ſeq.*
14 *Teſtes qui prohibeantur adhiberi in teſtamentis. & nu. 18.*
15 *Seruus an, & quando poſſit teſtamento teſtis adhiberi.*
16 *Teſtium teſtamento adhibitorum conditionem ſpectandam eſſe tempore facti teſtamenti, non tempore mortis.*
17 *Legatarij & fideicommiſſarij an, & quando poſsint eſſe teſtes in teſtamento, in quo eis legatum vel fideicommiſſum relictum eſt.*
19 *Teſtamentum ritè factum quomodo irritetur.*
20 *Teſtamenta quibus modis rumpantur.*
21 *Teſtamentum prius factum an, & quando rumpatur per poſterius teſtamentum.*
22 *Teſtamentum prius perfectum quando rumpatur per poſterius imperfectum. & nu. 24.*

23 *Teſtamentum an rumpatur ex eo ſolo, quòd teſtator dixerit, nolle ſe id valere.*

AVDIVIMVS ſuprà de teſtantibus:nunc audia
mus de ipſis teſtamentis. Videndum ergo quid ſit
teſtamentum, & vnde dicatur, & quæ ſit diuiſio
1 teſtamentorum, & qualiter conficiantur. † Eſt
autem teſtamentum voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo,
quod quis poſt mortem ſuam fieri voluerit: vt ff. eodem.l.j.
De eo, id eſt, de vniuerſo patrimonio, vt excludatur ſingu-
lare relictum, vel codicillus. Nam & vbi quis aliquem inſti-
tuit ex parte: vel ex certa re. nec reliquum alicui aſsignauerit,
totum capiet in parte certa inſtitutus: quia & in parte conti-
netur totum as: vt infrà de hæredib. inſtituen. l. quoties. Vel
ita definias. Teſtamentum eſt quædam ſolennis ordinatio,
ſiue voluntas, cum inſtitutione hæredis. Porrò ex eo quod te-
• ſtamentum dicitur quaſi teſtatio • mentis, ſicut & argumen-
tum quaſi argutè inuentum: etiam codicillus latè accepto vo-
2 cabulo dicetur teſtamentum. † Genera teſtamentorum duo
in vſu fuiſſe tradit Iuſtinianus Inſtitut. de teſta. olim erat enim
quoddam pacificum, quod appellabatur calatis comitiis, hoc
eſt, à bonis initiis, vel bonis conuentibus. Calon enim di-
citur bonum Comitia dicuntur conuentus. Secundum autem
erat bellicum, quod procinctum appellabatur. hæc duo pror-
ſus in deſuetudinem abierunt. Acceſsit tertium quod diceba-
tur per æs, & libram, quod per emancipationem, id eſt, per
imaginariam quandam venditionem agebatur quinque teſti-
bus, & libripende, ciuibus Romanis puberibus præſentibus,
& eo qui familiæ dicebatur emptor. hoc genus diutius per-
manſit: at verò poſteà in vſu eſſe deſiit. Hodie verò hæc eſt
ſufficiens diuiſio teſtamentorũ: quia aliud eſt nuncupatiuum,
3 aliud eſt in ſcriptis conditum. † Eſt autem nuncupatiuum,
quod conſiſtit in nuncupatione teſtatoris, non in ſolennitate
ſcripturæ: ſeptem tamen teſtes neceſſarij ſunt, & hæredis nun-
cupatio: vt Inſtitu. eodem, §. vltimo. & infrà eodem.l. hac con-
4 ſultiſsima. § per nuncupationẽ. † Item quòd fiat vno contex-
tu nullo alieno actu interpoſito. niſi fiat ex neceſsitate: puta
ſuperflui ponderis depoſitio, vel medicaminis datio, vel bre-
uis infirmitatis langor: vt j. eodem.l. cum antiquitas. & ff. eo.
5 l. hæredes. §. vlti. † Illud autem quod in ſcriptis fit, ſimiliter
exigit numerum vij. teſtiũ, & ſubſcriptiones, & ſignacula te-
ſtium: & eſt inducta ſolennitas ſcripturæ à iure prætorio cum
ſignaculis teſtium: à iure autem ciuili antiquo inductus eſt nu
merus vij. teſtium: per conſtitutiones autem ſunt inductę ſub-
ſcriptiones teſtium. Item neceſſariũ eſt quòd teſtator ſubſcri-
bat, vel octauus teſtis pro eo, niſi teſtator totum teſtamentum
ſua manu ſcripſit: & hoc ſpecialiter expreſsit, quòd ſua manu
hoc teſtamentum conſcripſit: & poteſt ſolemne hoc teſtamen-
6 tum patefieri teſtibus, ſi teſtator velit. † Si autem nullum ſcire
velit ea, quæ in eo ſcripta ſunt, poteſt ſignatam, vel ligatam
tantum, hoc eſt clauſam, inuolutámq; proferre ſcripturam, à
quocunque factam, eámq; rogatis ſeptem teſtibus numero ci-
uibus Romanis puberibus omnibus ſimul offerre ſignandam,
& ſubſcribendam: dum tamen coram eis teſtator ſuum eſſe te-
ſtamentum dixerit, quod offertur ibiq; ipſe coram eis ſua ma-
nu in reliqua parte teſtamenti ſubſcribat: vt dictum eſt, & eo
facto, teſtes vno eodémque die, & tempore, debent ſubſcri-
bere, & conſignare teſtamẽtum. Nec ideo infirmabitur, quòd
teſtes neſciant quę continẽtur in eo: & debẽt eſſe ſubſcriptio-
nes & ſignacula teſtiũ finis teſtamenti. Et probantur hæc om-
nia j. eo. l. hac conſultiſsima. & l. cum antiquitas. §. vlt. & l. iu-
bemus. & in auth. & non obſeruato. & Inſti. eo. §. poſtea verò
ex edicto. In ſubſcriptione autem teſtium debet contineri quis,
7 & cuius teſtamentum ſignauerit: vt ff. eo. l. pe. † Signare autem
teſtes poſſunt teſtamẽtum etiam vno anulo. Quid enim ſi vij.
anuli vna ſculptura fuerint. Sed & alieno anulo poteſt quis
ſignare: vt Inſti. eo. § poſſunt autem. Anulo ergo tantùm ſi-
gnare poſſunt teſtamentum, dum tamen habeat characterem:
vt ff. eo. l. ad teſtium. § ſignum autem. Item videntur tabulæ ſi-
gnatæ & ſi lineo, quo tabulæ ſunt inuolutæ, ſigna impreſſa
fuerint: vt ff. eo. l. ad teſtium. §. vlti. Item neceſſarium videtur,
vt quis ſignet teſtamẽtum proprio lino, & propria cera, vt le-
gitur Inſtit. de pup. ſubſti. §. ſi autem quis ita. Quòd quidam
ſic intelligunt vt teſtis alieno lino, vel cera non poſsit ſignare:
ſed intelligo proprio, id eſt diuiſo, & ſeparato ab aliis. Item di
cunt quidã ita fieri poſſe teſtamentum in ſcriptis: vt cùm ſcri-
ptum fuerit teſtamentum, ſuperiorẽ partem teſtamenti. in qua
ſunt anni Domini. plicet: & omnia ſigilla opponãt relicto to-
to teſtamento aperto præter ſuperiorem partem: ſed certè ſe-
cundum hoc, tenor teſtamẽti non celaretur teſtibus, quod fie-
ri poſſe ſ. dictum eſt. Item nec cõſuleretur vitæ impuberis, cu-
ius ſubſtitutum teſtator noluit ſcire ſubſtitutionem ſuam: vt
inſti. de pupi. ſub. §. ſi autem quis ita. Item contradicit eis lex
prædicta, quæ voluit ſignacula teſtium eſſe finem teſtamenti.
8 Dicam † ergò grande ſpatium in ſuperiore parte vacuum re-
linquẽdum. & ſic in inferiori, ſic & ab vtroq; latere: in medio
autem ſcripto teſtamento plicabo chartam, & iungam ſupe-
riorem partem chartæ cum inferiore: vt ſic ſingula ſpatia cum
ſingulis coniungantur: ne poſsit legi. vel videri teſtamentum:
quo facto infigam tres chordulas lineas, vel inolos fortè, & va
lebit in inferiori plicatura pro tribus ſigillis. Item ab vtroque
latere duas poſtmodum, cera appoſita in primam orbitam a-
nuli: vt quaſi circulus appareat demum erecto ab vna parte
9 anulo imprimam characterem. † Eſt autem regulare quod di-
ctum eſt in teſtamentis vij. teſtes exigendo: Quandoque enim
exiguntur viij. vt in teſtamẽto cæci diximus ſ. tit. prox. & idẽ
in teſtamẽto condito in ſcriptis quod teſtator manu ſua ſub-
ſcripſit: vt dixi ſ. eo. Item quandoque etiam ſufficiunt duo: &
quandoq; valet nullo teſte addito: vt in teſtamẽto militari: vt
diximus ſ. de teſt. mil. Item ratione priuilegij indulti à princi-
10 pe ſufficiet ſi tantùm duo interueniant teſtes. Nam † ſubſcri-
ptionem teſtium remittere poteſt imperator: vt j. eo. l. ſine ſpe-
ciali. Item nec requirit ſolennitatẽ vij. teſtium quod cõditum
eſt in præſentia domini imperatoris, precibus ei porrectis: vt
audiat. hoc enim teſtamentum ſuperare videtur ſolennitatem
omnium teſtamentorũ: & omnia iura videntur in eo eſſe. Item
hoc teſtamentum habetur pro publicato: ſed & ſcriptus, vel
nuncupatus hæres, non habet neceſſe petere bonorum poſ. &
& ſi aliàs haberet neceſſe petere: vt j. eo. l. omnium. Item teſta-
11 mentum † ruſtici non requirit vij. teſtes. vbi tot nõ inueniun-
tur in locis illis: ſed ſufficient quinque: ſed & tunc ſi omnes li-
terati non ſunt, licet ſcientibus pro ignorãtibus literas, ſubſcri
bere: hoc etiam caſu oportet illis teſtatoris innoteſcere volũ-
tatem: vt iſti tres iurati poſt mortem teſtatoris deponãt talem
12 fuiſſe voluntatem eius: vt j. eo. l. vlt. Item † teſtamẽtum paren-
tum inter liberos vtriuſq; ſexus non requirit ſolennitatẽ vij.
teſtium: nec aliam ſolẽnitatem teſtamentorum. Nam ſi teſta-
menta, vel codicilli non dicantur completa: ſi tamen quocun-
que modo ſcripturæ, vel quibuſcunq; verbis, vel indiciis de-
claretur eorum voluntas, ſeruabitur inter liberos: nõ vt teſta-
mentum, ſed vt vltima voluntas. Liberi enim ab inteſtato ſuc-
cedunt. Quantum verò ad extraneas perſonas attinet, nulla
habetur huiuſmodi diſpoſitio imperfecta: vt ſ. fa. er. l. vlti. & j.
13 eo. l. hac. §. ex imperfecto. Hodie † tamen per ius auth. videtur,
quòd ita demum teneat teſtamentum parentum imperfectum
inter liberos, ſi ſubijciatur ſcripturæ parentis, ſubſcriptio
ipſius parentis. vel omnium liberorum inter quos fit partitio.
Item ſine ſubſcriptione tenebit quandoq; eorum teſtamẽtum
imperfectũ ſi parens literis edoctus, manu propria. non ſignis,
ſed literarum conſequentia declaret tempus, & liberorum no
mina. Item vnciarum numerum, ſeu ſigna ſpecialium rerum.
Item oportet eum coram teſtibus idipſum exprimere quòd
ſcribit per conſequentiam. Item in fine debet apponere gene-
ralem clauſulam, videlicet. Quę dixi & ſcripſi volo ſeruari. &
poteſt in tali teſtamento etiam extraneis legari, & libertas re-
linqui: vt in auth. de teſt. imperfe. §. reſp. & §. vlt. & de trien. &
ſemiſ. §. & quod ſæpe. & ita ſecundũ iſtam dicentur emendatę
leges Conſtantini, & Theodoſij, quas ſ. diximus, ſtatuentes
ſeruare voluntates parentum quibuſcunq; declarentur indi-
ciis: & quòd emendatæ ſint, apertè videtur dicere auth. de teſt.
imper. in princ tituli: & hoc placuit domino Marti. Sed noſtri
doctores in teſtamento nuncupatiuo imperfecto nihil dicũt
immutatum. in eo autem teſtamento quod fit in ſcriptis, &
minus perfectè, dicimus quod non tenet, niſi fiat aliquo duorũ
præd

prædictorum modorum. Adhiberi poſſunt teſtes in teſta-
mentis omnes qui non vetantur à iure: vt ff. de teſtibus l. j. Ve-
14 tantur † autem omnes hi, cum quibus non eſt factio teſta-
menti: quod in paſſiua ſignificatione eſt intelligendum, de his
quibus poteſt fieri teſtamentum, vt aliquid relinquatur ei: de
quibus perſonis dicemus infrà de hæredibus inſtituend. & de
legatis. nam de his qui habent factionem teſtamenti in actiua
ſignificatione ſuprà dictum eſt titulo proximo. Et quòd acti-
uè & paſſiuè accipiatur factio teſtamenti, legitur Inſtitut. de
hæred. qualitate & differen. §. teſtamenti autem. Illi autem qui
habent teſtamenti factionem paſſiuè (vt dictum eſt) poſſunt
adhiberi teſtes in teſtamento: ſed non omnes, quia non mu-
lier, licet aliàs poſſit eſſe teſtis: vt ff. de teſtibus. l. ex eo. neque
impubes, neque ſeruus, neque mutus, neque ſurdus, neque fu-
rioſus, niſi tempore intermiſſionis: vt diximus ſuprà titu. pro-
ximo. nec is cui bonis eſt interdictum, poteſt in numero te-
15 ſtium adhiberi. Sed † & ſi ſeruus quandoque adhibeatur te-
ſtis, tenebit tamen teſtamentum, & ipſe computabitur in
numero teſtium, cùm tempore teſtamenti ſignati communi
opinione liberi loco fuerit habitus: nec quiſquam eſſet qui ſta-
tus quæſtionem moueret. & probantur hæc inſtitu. eod. §.
16 teſtes. & infrà eodem. l. teſtes. Conditio † enim teſtium ſpe-
ctanda eſt tempore teſtamenti, & non mortis: vt infrà eodem.
l. ad teſtium. §. j. non tamen puto quòd iſte ſeruus adhibitus in
teſtamento teſtis, poſſit in iudicio produci in teſtimonium: vt
ſuprà de teſtib. l. quoniam liberi. Si dicas, quid ergo prodeſt
quòd valet teſtamẽtum? Reſpondeo multum: quia poteſt pro-
bari per ſcripturam publicam, vel fortè cõfitetur aduerſarius
taliter conditum eſſe teſtamentum. ſpectatur ergo conditio
teſtium tempore teſtamenti quantum ad ſeruitutem, vel liber
tatem veram, vel putatiuam. non tamen dico fidem habendam
teſti, qui tempore teſtamẽti erat bonæ famæ, tunc autem cùm
producitur eſt infamis: nec enim talem quem eſſe, eſt de ho-
minis conditione, ſed ſui vitio. In hermaphrodito an poſſit
adhiberi ad teſtamenta teſtis, qualitas ſexus incaleſcentis in-
dicat in eo: vt ff. de teſtibus. l. repetundarum. §. j. & ff. de ſtatu
17 homin. l. quæritur. † Item poſſunt in teſtamento eſſe teſtes le-
gatarij, fideicommiſſarij, & qui ſunt in eorum poteſtate: vt In-
ſtitu. eod. §. legatarius. Quod intelligo ſi agatur hæreditatis
cauſa inter hæredem & alium, nam ſi agatur cauſa vnius le-
gatarij de legato, ille in cauſa ſui legati non poterit eſſe teſtis:
ſed alij legatarij poterunt ei teſtificari. Ille etiam, qui ſcripſit
teſtamentum numero ſeptem teſtium habetur: vt ff. eodem. l.
18 Domitius. Hæres autem † ſcriptus, vel is qui eum habet in po
teſtate, vel is qui eſt in poteſtate eiuſdem hæredis, vel qui vnà
cum hærede eſt in poteſtate vnius, non poſſunt adhiberi teſtes
in teſtamento. Item nec poſſunt adhiberi qui ſunt in poteſtate
teſtatoris. Sed filiusfamil. poſt miſſionem ſi de caſtrenſi faciat
teſtamentum, nec pater eius teſtis adhibetur, nec is qui in po-
teſtate eius eſt. Eſt enim reprobatum in ea re domeſticum te-
ſtimonium. Secus ſi faceret teſtamentum de caſtrenſi peculio
ante miſſionem. Tunc enim pater & frater, poterunt adhibe-
ri: vt Inſtitu. eod. §. in teſtibus. & §. ſed ſi filius. & §. ſed neque.
Sic autem ordinatum teſtamentum (vt ſuprà dictum eſt) te-
19 nebit vſquequo irritetur, vel rumpatur. Irritatur † maxima,
vel media capitis diminutione, de qua habebimus j. de bon.
dam. & minima, vt ſi teſtator poſt teſtamentum arrogetur, ſi
tamen teſtator poſt arrogationem iterum ciuis Romanus, &
ſuæ poteſtatis fiat, & codicillis, aut aliis literis eodem teſta-
mento, ſe velle mori declarauerit, voluntas quæ defecerat, iu-
dicio recenti æſtimatur rediiſſe, de iure prætorio, ſcriptus hæ-
res habet bonorum poſſeſſ. ſecundum tabu. vt ff. de ſec. ta. l. qui
ex liberis. §. primo. & inſti. qui. mo. te. infir. §. alio. & §. non ta-
20 men. † Item rumpuntur teſtamenta per agnationem poſthu-
morum, de quibus dicemus infrà de libe. & poſthu. & Inſtitu.
21 quibus modis teſta. infirmen. in princip. Item † rumpuntur
per alia teſtamenta poſtea confecta, ſi tamen poſteriora teſta-
menta ſint poſtea perfecta ſic quòd ex eis adiri poſſit hære-
ditas, non requiro an ſit adita, vel non: vel quia hæres noluit,
vel quia non potuit; puta cõditionis defectu. Nam ſi adiri non
poteſt, vel quia non fuit ſolenne, vel quia prœteritus fuit in ſe-
cundo quia debuit inſtitui, & ideo eſt ſecũdum teſtamentum
ipſo iure nullum, non rumpitur primum: vt ff. de vulga. & pu.
22 ſubſtitu. l. ſi quis. §. vlt. de lega. tertio. l. ſi iure. §. vlt. † Item nec
requiro an hæres in poſteriori teſtamento ſcribatur hæres ex
quota portione, an ex rebus certis. Item nec requiro an in vl-
timo teſtamento confirmetur primum, an non: nam & ſi in vl-
timo confirmetur primum, ruptum quidem eſt primum: ſed
prima inſtitutio conuertitur in cauſam fideicommiſſi: vt inſti.
quib. mod. teſt. infir. §. poſteriore. & §. ſed & ſi quis. Sed & ſpe-
ciale eſt propter errorem teſtatoris: vt ſubueniatur hæredi in-
ſtituto in primo, quaſi videatur inſtitutus in ſecundo: & ſe-
cundus nihil habet, cum dicit teſtator, quia hęredes quos vo-
lui habere, non potui quia mortui ſunt: & ideo inſtituo illum:
legata tamen relicta in illo ſecundo teſtamento, præſtantur,
vt inſti. de hær. inſtituen. §. vltimo. Quandoque etiam non
ſufficit poſterius teſtamentum eſſe perfectum: niſi & in eo te-
a ſtator dicat ſe nolle teſtamentum prius valere [a] hoc eſt cùm
parens inter liberos fuerat teſtatus per conſequentiam litera-
rum, vel præcedente, vel ſequente ſubſcriptione parentis, vel
omnium liberorum: vt ſ. dictum eſt: vt in authen. de teſtamen
23 tis imperfectis. §. nos igitur. † Item quandoque prius perfe-
ctum rumpitur, per poſterius imperfectum, hoc eſt, cùm in
primo inſtituti ſunt qui non poterant ab inteſtato ſuccedere.
In ſecundo autem inſtituuntur qui ab inteſtato vocantur ad
hæreditatem, ibi enim ſcriptura poſterior, licet imperfecta,
non quaſi teſtamentum, ſed quaſi voluntas inteſtati ſeruabi-
tur. In qua quinque teſtium iuratorum depoſitiones ſuffi-
cient, quo non facto, valebit primum teſtamentum, licet in eo
ſcripti videantur extranei: vt j. eodem. l. hac conſultiſſima. §. ſi
quis. ſed ſecundum imperfectum non valebit iure codicillo-
rum quia id defunctus noluit: nec teſtamenti, quia non potuit:
vt ff. de codicill. l. j. Illud certum eſt quòd ſi ſecundum imper-
fectum eſt militare, tanquam perfectum rumpit primum: vt ff.
24 de iniuſt. rup. teſt. l. ij. † Ex eo autem ſolo non rumpitur pri-
mum teſtamẽtum, quòd poſtea teſtator noluit id valere, adeò
vt & ſi poſt factum prius teſtamentum quis cœpit poſterius
facere, & non perfecit caſu præuentus, aut quia eum pœni-
tuit, non aliàs priores tabulæ infirmantur, niſi ſecundæ iure
ordinatæ, & perfectę fuerint. nam imperfectum teſtamen-
tum ſine dubio nullum eſt: vt inſti. quib. mod. teſt. infir. §. ex eo
autem. Si tamen à tempore conditi teſtamenti primi elapſum
eſſet decennium, & poſtea teſtator dicat ſe nolle valere co-
ram tribus teſtibus, exprimendo id vel inter acta, fiet irritum
teſtamẽtum, tam ex contraria voluntate, quàm ex curſu tem-
porali: vt j. eo. l. ſancimus. Sed licet per poſterius imperfectum
non infirmetur primum (vt dictum eſt.) ſi tamen teſtator in
ſecundo imperfecto declarauit hæredes primos non mereri
voluntatem ſuam, vel eos indignos eſſe auferetur eis hæredi-
tas. & fiſco applicabitur: vt j. de codicil. l. hęreditas. Item rum-
pitur teſtamentum in ſcriptis conditum, ſi teſtator linum, vel
ſignacula inciderit, vel abſtulerit. Secus ſi ex alia cauſa qua-
cunque ſine voluntate teſtatoris hęc amota eſſent: vt infrà
• eod. l. pen. •

ANNOTATIONES.

a Prius valere. Ad iſtam materiam quæ quotidiana eſt, & valde pericu-
loſa, vide Paulum de Caſtr. in conſil. cccl x i. Oldrad. in conſil. cxix.
incip. Titius. Fride. de ſe. in conſil. ccxvii. incip. factum tale. dom.
Alexand. de imol. in conſil. xxxvii. in j. volu. & in conſil. cxxxiiii. in
eo. j. vol. & in conſil. lxxxvi. in iiii. vol. quibus in locis habes quicquid
dici poteſt.
• Teſtatio mentis. Teſtamentum dicitur teſtatio mentis non qualiſ-
bet: ſed illa, qua teſtator de hæreditate diſpoſuit. Vnde voluntas teſta-
toris ambulatoria eſt, vſque ad ſupremum vitæ ſuæ exitum. ff. de
adimen. lega. l. iiii. C. de codicil. l. iii. extrà. de celeb. miſ. c. cum Mar-
thæ. Teſtamentum autem debet confici ſecundum leges, cum hæredis
Inſtitutione. quia inſtitutio hæredis fundamentum totius teſtamen.
eſt. Inſtitu. de lega. §. ante hæredis. Non valet autem teſtamentum, ſi
hæres inſtitutus tempore mortis teſtatoris non viuit ff. ad Trebel. l.
ex facto. Similiter, teſtator cuilibet filiorum ſuorum debet aliquid re-
linquere & in teſtamento eum inſtituere, vel exhæredem facere: aliàs
non valet teſtamentum l. omnimodo & l. ſeq. C. de inofficioſo teſta.
Hoc vnum interea notabis, teſtamenta non debere eſſe obſcura. arg.
c. in præſentia. extra, de proba. & de teſtibus. tua nobis. & nunquam
per externa verba, ſed vſitata, res proponenda eſt arg. xxxvii. diſtinc.
relatum. Nocte teſtamenta condi poſſe inoffitiſſimi iuris l. ad te-
ſtium. § ff. de teſta. ff. Martinus.

L. penult. Generaliter infirmatur teſtamentum, ſi legitimè factum non ſit. l. ex imperfecto. C. de teſtamen. Morte autem teſtatoris confirmatur teſtamentum, tantum vt ante mortem quandocunque placuerit mutari poſsit, etiam ſi pacto conuenerit, ne mutetur. C. de pact. l. pactum, quod dotali. etiamſi teſtamentum ſit per principem confirmatum. C. de teſt. l. omnium. Item teſtamentum, & vltima hominis voluntas tantùmmodò perſeuerat immobilis & immutabilis teſtatoris, & morte teſtatoris tantum confirmatur, extra eod. tit. c. tua nobis. vbi de hoc in glo. quæ omnium eo. tit. de teſta. & c. cùm Marthæ. de celebrat. miſſa & xiij. q. ij. c. vltima voluntas. & C. de ſacroſanct. eccleſ. l. j. Teſtamenti & vltimæ voluntatis effectus eſt, vt ei omnino ſtetur. xiij. q. ij. c. vltima voluntas. & extra eo. tit. capit. nos quidem. Vnde vltima teſtatoris voluntas pro lege ſeruanda eſt: vt in auth. de nuptiis. §. diſponat. Item teſtatoris voluntas intra annum debet executioni mandari. C. de fideicommiſſ. auth. amplius. idque ab hæredibus: qui ſi non fecerint, omnia eis relicta cum fructibus inde perceptis interdicantur per Epiſcopum loci, niſi intra annum impleantur vota defuncti. xiij. q. ij. c. vltima voluntas. C. de fideicom. auth. amplius. & in corpore vnde ſumitur. Defenſio etiam & executio teſtamenti pertinet ad Epiſcopū loci, vt voluntas defuncti ſeruetur. ff. de petit. hæred. l. hæreditas. §. ſi defuncto. extra eo. tit. l. ſi hæredes. & maximè in relictis ad pias cauſas extra. eo. cap. tua nobis. Commiſſarii quoque teſtatoris compellendi ſunt per epiſcopum loci ad exequendam voluntatem defuncti in relictis ad pias cauſas. d. c. tua nobis. Item ſi hæres extraneus defuncti non adimplet voluntatem defuncti priuatur ſucceſsione. C. de fideicom. l. fi. Si verò ſit filius inſtitutus hæres & nõ adimpleat voluntatem defuncti, priuatur etiam ſucceſsione, legitima ſibi tantum reſeruata, extra eo. cap. ſi hæres. & vide in hanc ſententiam. §. ſi quis autem non implens. in auth. de hæred. & falcid. Poteſt & teſtator pœnas hæredibus imponere niſi voluntati ſuæ paruerint. C. de iis. quæ pœnæ no. l. vnic. & §. pœnę quoque. & §. fi. Inſt. de leg. Sunt autē teſtamenta largiſsimè interpretanda, extra. de do. c. cum dilectus. Licet autem habeat vnuſquiſque, qui teſtari non prohibetur, liberam teſtandi facultatem l. habeat. C. de ſacroſanct. eccleſ. tamen nemo poteſt facere, quin leges habeant locum in teſtamento ſuo. l. nemo poteſt. ff. de legat. prim. extra. de teſta. cap. tua nobis. Martion.

Conuentibus. Verius in hanc ſententiam mihi ſcripſiſſe viſus eſt Labeo noſter apud Gellium. lib. 15. cap. 27. Calata (inquit) comitia ſunt, quæ pro collegio pontificum habentur, aut regis ſacrorum, aut flaminum inaugurandorum gratia. Eorum autem quædam erant curiata, quæ curiatim calari, id eſt, conuocari ſolebant: quædam centuriata erant. Calatis itaque comitiis priori teſtamẽti genere vtebantur vt ait Imperator de teſt. ord. in princ. Prateius.

De hæredibus inſtituendis, & quæ perſonæ hæredes inſtitui non poſſunt. *Rubrica*,

1 *Hæredem inſtituere quid ſit.*
2 *Hæredis inſtitutio quot verbis fieri poſsit.*
3 *Hæredis inſtitutionem fieri vel verbis directis, vel inflexis.*
4 *Hæredis inſtitutionem fieri duntaxat in teſtamento: atque ibi quòd poſsit fieri vel ante legata, vel poſt legata: item ante exhæredationem, vel poſt exhæredationem.*
5 *Hæres an, & quomodo inſtitui vel ſubſtitui poſsit in codicillis.*
6 *Hæredis inſtitutioni facta in teſtamento poſsit ne adiici conditio in codicillis.*
7 *Hæredis inſtitutionem non valere, niſi certus hæres demonſtretur: & quàm variè poſsit demonſtrari. nu. 9.*
8 *Hæredem non poſſe ſic inſtitui, vt eius declaratio, vel demonſtratio committatur arbitrio alieno: atque ibi qua dicatur inſtitutio captatoria.*
10 *Hæredis inſtitutio an vitietur ob id quòd erratū eſt in corpore.*
11 *Errorem in nomine proprio non vitiare hæredis inſtitutionem: & quid ſi erratum ſit in conditione perſonæ.*
12 *Hæredis inſtitutio in re certa an valeat. & num. 15.*
Hæredes plures ſi inſtituantur ſinguli in certa aliqua re, quomodo ſuccedant.
13 *Hæredibus tribus inſtitutis, nempe Titio in dimidia, Seio in dimidia, Sempronio in ea parte qua inſtitutus eſt Titius, quemodo diuidetur inter eos hæreditas.*
14 *Legata ex nullo teſtamento præſtanda eſſe, niſi prius detracto ære alieno.*
16 *Hæredis inſtitutio in certa portione collata in arbitrium alterius, an valeat.*
17 *Hæredis inſtituti portio quando cenſeatur deſignata arbitrio teſtatoris.*
18 *Hæredem poſsit ne quis inſtituere ex certo tempore, vel ad certum tempus. & an in diem incertum.*
19 *Teſtatorem poſſe inſtituendis hæredibus diuidere hæreditatem ſuam in quot partes voluerit. & nume. 22.*
20 *Hæreditatis diſtributio quomodo regulariter fiat inter plures hæredes. & nume. 23.*
21 *Aſsis partes quæ ſint.*
24 *Hæreditas quemodo diuidatur, vbi teſtator in partibus eius aſsignandis aſſem exceſsit.*
25 *Hæredes quæ perſonæ poſsint inſtitui. & nu. 27.*
26 *Seruus an, & quando poſsit inſtitui hæres: & quando hæreditatem acquirat domino, & quando ſibi.*
28 *Incerta perſona an, & quando poſsint hæredes inſtitui.*
29 *Seruum poſſe à domino ſuo hæredem inſtitui, & an id ſit perpetuum. nume. ſequen.*
31 *Deportatos & damnatos in metallū non poſſe hæredes inſtitui.*
32 *Hæres quis poſsit, an non poſsit inſtitui, quæ tempora conſideranda ſunt. & nume. ſequen.*
34 *Hæredes quæ perſonæ non poſsint inſtitui.*

AVDIVIMVS ſuprà de his qui inſtituunt: nunc audiamus de his qui inſtituuntur. Vel aliter: Audiuimus ſuprà de teſtamento, quod eſt quoddam totum: nunc audiamus de eius partibus. Et quia ſuprà tractauimus de prima parte, id eſt, de inſtituentibus, annectamus de hæredibus inſtituendis: & quæ perſonæ hæredes inſtitui non poſſunt. Videndum itaque quid ſit hæredem inſtituere, vnde dicatur, quibus verbis fiat, in qua voluntate, qualiter, in quot partes hæreditas diuidatur, qualiter ea diſtribuatur inter hæredes, & quis poſsit inſtitui hæ-
1 res. † Hæredem inſtituere nihil aliud eſt quàm ſibi aliquem hæredem ſtatuere. Eſtque inde dictum, quaſi intus, id eſt, in loco ſuo quem ſtatuere. Hoc enim agit qui inſtituit, vt inſtitutus loco ſuo poſt mortem ſuam ſit dominus bonorum ſuorum. Nam vna & eadem perſona videtur eſſe hæredis, & defuncti: vt in authen. de iureiurand. à morien. & l. fin. C. de impub. & aliis ſubſtitu. & verè inſtitutus dicitur non ſolùm is qui ſcribitur, ſed is, qui nuncupatur: vt ff. eodem. l. j. §. inſtitu-
2 tum. † Fit inſtitutio quinque verbis: vt ecce, Lucius Titius mihi hæres eſto. Et tribus, vt dicat Lucius hæres eſto. Nam & mihi, & Titius abundant. Et duobus: vt ſi dicat, Lucius hæres: nec adiecerit eſto, credimus plus nuncupatum, & minus ſcriptum, ſi fiebat teſtamentum in ſcriptis: vel ſi fiat ſine ſcriptis, credimus plus nuncupatum quàm ſit. Idémque eſt, & ſi ita dicatur Lucius eſto. Quid ſi dicatur, Lucius, tantummodò? Marcellus non inſubtiliter non putat hodie hoc procedere: vt ff. eodem. l. j. §. qui neque. & §. ſin autem. Quæ verba malè quidam expoſuerunt dicentes inſtitutionem valere, & vno verbo poſſe fieri. Nam duæ primæ negationes ſcilicet non, & inſubtiliter continẽt affirmationem, quaſi dicat ſubtiliter, & remanet tertia negatio, ſcilicet non, quaſi dicat ſubtiliter, non putat hoc procedere. Nec obſtat quod dicitur ſ. titul. proxi. l. errore. quod rectè facto teſtamento, quamuis deſit hæres eſſe, præſtari debent legata: nam ibi teſtator bene dixit, hæres eſto, ſed tabellio non ſcripſerat: vt in principio
3 illius legis dicitur. † Fit inſtitutio verbis directis ª: vt, eſto
a mihi hæres. vel inflexis, vt, illum hæredem facio, vel inſtituo, vel volo, vel mando, vel cupio, vel eſt, vel erit: vt ſ. tit. proxi. l. quoniam. Inflexa dicuntur nomina in omnibus caſibus ſuis, præterquam in nominatiuis. Satis eſt enim liquere intentionem voluntatis quolibet loquendi genere formata ſit inſtitutio: nec nocet non ſeruaſſe momenta verborum quæ fortè femineis, & balbutientis lingua profudit: vt in prædicta. l. quoniam. Idémque ſi dicat teſtator, totius hæreditatis meæ dominus eſto: vt ff. eodem. l. his verbis. Idémque & ſi dicat habeas bona mea, vel tibi relinquo bona mea: vt ſ. de ſecund. nupt. l. hac edictali. primo reſponſo. & Inſtitut. de mili. teſt. §.
4 exterùm. & §. id priuilegium. † Fit inſtitutio in teſtamento tantùm, vel ante legata, vel poſt legata: vel ante exhæredationem, vel poſt. Sed olim fiebat ante legata tantùm: quia inſtitutio teſtamenti caput eſt, & fundamentum totius teſtamenti: vt ff. eodem. l. j. primo reſponſo. & inſtitu. de lega. §. ante.
5 In codicillis ergo † hæreditas directò neque dari, neque adimi poteſt. Nam per fideicommiſſum hæreditas codicillis iure
6 relinquitur. Item † conditio hæredi inſtituto codicillis adiici

non

non poteſt: nec ſubſtitutio directò fieri poteſt; vt Inſtitu.de
codicillis.§.pen.& vlt.dicit tamen lex quòd in defectum con-
ditionis in codicillis poſitæ, teſtator cogitaſſe intelligitur de
adimenda hæreditate:vt ff.de condi.inſti.l.quidam.§.vlti. Sed
fortè in vanum cogitauit, vt dictum eſt. Illa verò hæreditas
videtur dari in codicillis cùm ita dicit teſtator in teſtamento,
illum hæredem inſtituo,quem hęredē codicillis fecero. Idém-
que eſt & ſi dicat ita, Titium inſtituo, ſi eum in codicillis in-
ſtituero.Eſt enim conditionalis inſtitutio,& valet quouis hę-
rede inſtituto præter ſilium.Item & illa valet,ſi dicat ita,illum
inſtituo cuius nomen in codicillis declarauero:vt ff.de condi.
7 inſti.l.inſtitutio talis.& ff.eo.l.aſſe. † In inſtitutione autem
facienda certum hæredem demonſtrari oportet:quoties enim
non apparet quis ſit inſtitutus hæres, inſtitutio non valet: vt
ecce,teſtator cùm plures amicos eodem nomine haberet,& ad
deſignationem nominis ſingulari nomine vſus eſt:nec enim va
let inſtitutio,niſi ex aliis apertiſsimis probationibus fuerit re-
uelatum de qua perſona teſtator ſenſerit: vt ff.eo.l.quoties.§.
hæres.& l.in tempus.§.quoties.Satis eſt hęredem demonſtrari
nedum nomine proprio, ſed etiam ſigno indubitabili: quòd
penè nihil à nomine diſtat, non tamen cum eo quod cōtume-
liæ cauſa ſolet addi ſpecificata contumelia:nam & legata tur-
pia quæ deuotandi magis legatarij gratia ſcribūtur, odio ſcri
bentis,pro non ſcriptis habētur.Secus ſi teſtator ſit teſtatus in
genere: vt dicat, filius meus impiiſsimus, malè de me meritus
hæres eſto,purè enim inſtituitur cum maledicto:& omnes hu-
iuſmodi inſtitutiones receptæ ſunt:vt ff.eo.l.quoties.§.ſi quis
8 nomen.& l.his verbis.§.j.& de lega.j.l.turpia. Item † demon-
ſtratio vel declaratio hęredis, à teſtatore eſt facienda,nō alie-
no arbitrio. nec enim tenet illa inſtitutio: videlicet inſtituo
quos Titius voluerit:quia commiſſa eſt alieno arbitrio.Nam
ſatis conſtanter veteres voluerunt teſtamentorum iura per ſe-
ipſa firma eſſe oportere, non ex alieno arbitrio pendere: vt ff.
eod.l.illa inſtitutio. Et dicitur prædicta inſtitutio captatoria:
non autem illa quę mutua affectione iudicium prouocaret.vt
9 ff.eo.l.captatorias. Item † ſufficit hæredem demonſtrari vel
ab initio,vel poſtea,per conditionis euentum: vt ecce, vter eo-
rum duxerit illā,hæres eſto:vt ff eo.l.quoties.§.ſi quis ita.Item
& demōſtratio ad oculum facta pro nomine proprio accipi-
tur:vt ſi dicat,hic mihi hæres eſto, cùm ſic coram qui oſtendi-
10 tur:vt ff.eo.l.nemo dubitat.Si † autem eſt erratum in corpore,
nulla eſt inſtitutio:vt ſi volēs alium ſcribere, alium ſcripſerit,
veluti frater meus,patronus meus.Nam neq; ſcriptus erit hæ-
res,quoniam voluntate deficitur:neque is quem voluit, quo-
niam ſcriptus, vel nuncupatus non eſt:ſi tamen teſtator ſciat
illum non eſſe fratrē quem nominat fratrē,rectè eum nomine
fratris inſtituit hæredem:vt ff.eo.l.quoties.j.reſp.& l.nemo.§.
11 qui frater.& j.eo.l.ſi pater.& l.nec apud. Proprij autem † no-
minis error non vitiat inſtitutionem: vt ſ.tit.proxi.l.ſi in no-
mine.Vbi autem teſtator non in perſona,ſed in cōditione per-
ſonæ errauit,nihilominus tenet inſtitutio, niſi inſtituero eum
quem credo liberum,cùm ſit ſeruus:vt j.eod.l.cùm proponas.
12 † Poteſt etiam fieri inſtitutio in re certa, licet non poſsit
quis exhęredari à re certa:vt ff.de lib.& poſthu.l.cùm quidam.
vel inſtitui non poſsit quis excepta illa re, vel excepto vſufru
ctu illius fundi:& perinde habetur ac ſi non ſit facta fundi
mentio:vt ff.eod.l.j.§.ſi fundo.& l.ſi ita quis hæres inſtitutus.
& ſi duo inſtituantur, vnus in vno, alius in alio fundo quaſi
ſine partibus ſcripti hæredes videntur, & æqualiter ſunt hæ-
redes. Si autem vnus in vna re, duo in alia inſtituantur, vnus
habebit ſemiſſem, duo alium ſemiſſem:niſi teſtator ſubiiceret
æquè hęredes ſunto,ſicut & cùm inſtituit Titium,& filios fra
tris, Titius habet ſemiſſem, & filij fratris alium ſemiſſem, niſi
dicat teſtator,æquè hæredes ſunto: vt ff.eod.l.ſi alterius.& l.
13 Titius fundi.& l.interdum. Idèmque ſi † Teſtator Titium in
dimidiam,Seium in dimidiam inſtituit,te autem inſtituit ex ea
parte qua inſtituit Titium: duo enim videntur in ſemiſſe con-
iuncti:vt ff.eod.l.Iulianus. Dubitari enim poſſet an eſſet rela-
tio ſimplex,an perſonalis. Nec eſt prætermittēdum,quòd vbi
plures inſtituuntur in rebus certis, licet viriliter ſint hæredes,
tamen res in quibus inſtituit ſunt, velut prælegatæ debēt vni-
cuique aſsignari in iudicio familiæ erciſcundæ, & de eis po-
teſt detrahi Falcidia,ſicut de quolibet legato:ſed ſi tantum ſit
æs alienum vt nihil detracto eo poſsit ſupereſſe,nihil valebūt
14 iſtæ præceptiones: quia ex † nullo teſtamento præſtantur le-
gata ſecundum hæc iura:niſi detracto ære alieno: vt ff.eo.l.ex
15 facto.& ad Treb.l.j.§.ſi is,qui.Et † locum habent omnia prę-
dicta ſiue vnus, vel plures inſtituuntur in rebus certis. & alij
verò inſtituuntur ſimpliciter, vel in quotis portionibus. Nam
ſi alius,vel alius inſtituantur ſimpliciter,vel in quotis portio-
nibus,inſtituti ex re certa habētur loco legatariorum:vt j.eo.
16 l.quoties. † Item fieri poteſt inſtitutio, vel ſine parte, vel in
quota portione. Duntamē portionis aſsignatio pēdeat ex ar-
bitrio teſtatoris. Nā ſi cōferatur in arbitrio alterius,ſiquidem
cōferatur tacitè:puta,ſi Titius aſcēderit Capitoliū,tenet inſti-
tutio.Secus ſi cōferatur expreſsim:puta,inſtituo te ex dimidia
ſi Titius volet:vel ſi Titius inſtituet me in dimidia, reſtituo te
in dimidia. Secus ſi in præteritū tempus conferatur conditio:
vt inſtituo te pro ea parte qua Mæuius inſtituit me. Hæc enim
inſtitutio tenet,quia non eſt in alienum arbitrium collata,ſed
in præteritum tempus: & idem ſtatim tenet, vel non tenet: vt
ff.eod.l.ille autem. Hac ratione & illa inſtitutio tenet, Titius,
& Seius quanta quiſq; eorum ex parte inſtitutum me habuit,
hæres eſto: ſi tamen vterque eorum ſcriptum habet teſtato-
rem quia hoc articulo quiſque,omne ſignificantur: ſed de æ-
quitate,niſi mens teſtatoris repugnet,ille hæres erit qui inſti-
tuit teſtatorē,alius non qui nō inſtituit:vt ff.eo.l.hoc articulo.
17 † Porrò arbitrio teſtatoris deſignatur portio, vbi ita dicit:
inſtituo vos hęredes ex partibus,quas adſcripſero.Nā ſi poſt-
ea teſtator partes deſcribat,ex eis ſunt hæredes: ſi non deſcri-
bat,quaſi ſine partibus videntur inſtituti: vt ff.eod.l.ij.& l.ſi
quis ita ſcripſerit.Nec obeſt quod legitur ff.eod.l.Clemens.§.
vlt.ſcilicet, nullo recitato teſtamento, inanis videbatur inſti-
tutio:nam licet ita videbatur,tamen contrarium eſt,vel inanis
eſt vna inſtitutio,ſcilicet cōditionalis: ſed alia pura,& tacita,
quam lex fingit factam, valida eſt. Item fieri poteſt inſtitutio
purè,& ſub conditione. De conditionali autem inſtitutione
in quibus perſonis fiat,vel non fiat,hic non dico,licet dicatur
18 ff.eod.titu.quia plenè dicemus j.titu.proxi. Ex certo † autem
tempore vel ad certum tempus quis hæres inſtitui non poteſt:
imò vitio temporis ſublato de medio, valet inſtitutio:vt inſti.
eod.§.hæres.& §.purè.& ff.eod.l.hæreditas ex die. In diem
autem incertum quis poteſt inſtitui hæres, puta cùm ipſe hæ-
res poterit ex teſtamento capere, vel cùm ipſe morietur, vel
cum Titius:vt ff.eod.l.qui filio.& l.in tempus. primo reſpon.
& de liberis & poſthu.l.filius à patre. primo reſpon. & j.eod.
l.extraneum. Miles autem ex tempore, & ad tempus certum
poteſt inſtituere hæredem: vt diximus ſ.de milita. teſta. Item
19 † in inſtitutione facienda exprimi poſſunt quantitates por-
tionum hæreditariarum prout teſtatori placuerit. Nam tot
20 vnciæ aſſem efficiunt,quot teſtator voluerit: ſed † niſi aliud
appareat, ſolennis fiet diſtributio hæreditatis in xij. vncias.
Denique ſi minus diſtribuerit,poteſtate iuris as in hoc reuol-
uitur: puta, duos hæredes ex quadrante ſcripſit. nam reſiduа
eius hæreditas accedit,vt ex ſemiſsibus videantur ſcripti. Sed
ſi alter ex quadrante, alter ex ſemiſſe ſit ſcriptus, cui accedit
quadrans,pro partibus hæreditariis accedit. Sed & ſi exceſſe-
rit in diuiſione xij.vncias,æquè pro rata decreſcet:puta,me ex
xij.te autem ex vj.vnciis ſcripſerit hæredes, ego hæreditatis
habebo beſſem,tu verò trientem.xij.autem vnciæ aſsis appel-
latione continentur:vel (vt puto) libræ,ſeu pondo,ſiue pon-
deris.Hæc enim quatuor nomina ſynonyma ſunt.Habent au-
tem hæ partes propria nomina ab vncia vſque ad aſſem, vt
vſque,ſit excluſiuum. Nam quælibet earum portionum ma-
ior eſt vncia, & quælibet earum minor eſt aſſe: quia nulla ea-
21 rum cōtinet xij. vncias. † Sunt hæc nomina partium ſeſcuns,
sextans,quadans,triens,quincunx,ſemis,ſeptunx,bes,dodrās,
dextans, deunx.as: vt inſtitu.eod.§.hæreditas. & ff.eodem.l.
ſeruum.§.vltimo. Seſcuns continet vnciam & dimidiam: vt
ff.de inoficio.teſtamento.l.Papinianus.§.quoniam. Inde enim
dicitur ſeſcuns, quaſi ſemivncia, & vncia, & eſt tertia litera
eius,ſ non x.Sextans dicitur:quia ſextam partem ſignificat,id
eſt,duas vncias. Quadrans dicitur, quia quartam: & ita tres
vncias ſignificat. Triens quia tertiam, & ita quatuor vncias

ſignificat. Et ita iſta quatuot nomina ſumunt interpretatio-
nem ex eo, quod quotam portionem hæreditatis deſignant.
Sequentia verò nomina habẽt etymologiam ex eo, quod cer-
tum numerum vnciarum ſignificant. Dicitur enim quincunx,
non quia quintam partem hæreditatis, ſed quia quinque de-
notat vncias. Semis quia continet dimidiam hęreditatis, id eſt,
vj. vncias. & ſic de reliquis per ordinem. Item attende quòd
non omnes vnciæ, quæ ſignificantur per iſta nomina, conti-
nentur in aſſe: licet lege videatur innui contrarium, ſic enim
cótineret as, quinquaginta duas vncias, & dimidiam. Ideo au-
tem ponit has partes, quia quælibet earum poteſt in aſſe cóti-
neri hac ratione, & homo riſibilis, & actio legis Aquiliæ pœ-
nalis dicitur. Nec prætermitto, quòd as quandoque ponitur
pro nummo minore, vnde & dicitur in Euangelio, Nónne
duo paſſeres aſſe veneunt? Sed & pondus dicitur largè omne
quod in ſtatera poſitum pendet. Sed hic ſtrictè accipitur pro
pondere xij. vnciarum. Inde etiam dicitur dipondius pro
pondere xxiiij. vnciarum. Vnde & tripondius dicitur xxxvj.
vnciarum, ſi in tot vncias hæreditatem ſuam diſtribui volue-
22 rit teſtator. Nam & † in pauciores poteſt eam velle diſtribui.
23 Nam ſi duos † ex aſſe inſtituit hæredes, tertium autem inſtituit
ex dimidia & ſexta parte aſsis, in xx. vncias as diuidetur. &
viij. vncias feret ille, qui ſcriptus eſt ex dimidia & ſexta. Scri-
pti autem ex aſſe ferent xij. vncias: vt ff. eo. l. interdum. §. ſed &
ſi duos. Hodie tamen videtur iſtud correctum per legẽ quæ eſt
C. de leg. l. cùm quæſtio. cùm enim ibi dicat tantùm videri eſſe
ademptum primo, vel primis, quãtum relinquitur ſecundo: er-
go ſcripti in dimidia, & ſexta, habebunt viij. vncias. & qui pri-
mò fuerãt inſtituti ex aſſe, habebunt iiij. vnc. vel ſi poneres ſe-
cundò, inſtitutum ſecundo loco, eſſe inſtitutum in vj. vnc. ha-
beret ipſe vj. & primò inſtitutus in aſſe, vel in xij. vnc. haberet
ſemiſſem: & ita erit correctum quod diximus ſ. eo. §. ſed ſi ex-
24 ceſſerit. Vel diſtingue, † vtrum certum ſit teſtatorem voluiſſe
excedere aſſem, an certum ſit eum noluiſſe, an dubitatur. In
primo caſu locum habet quod dicitur ff. eo. l. interdum. §. ſed
ſi exceſſerit. & §. ſed ſi duos. voluit autẽ ad dipondium trãſire,
& eo diuidi hæreditatem ſuam, quod potuit: vt ſ. dictum eſt,
per text. in §. hæreditas. in fi. Inſti. Si autem noluit excedere, lo
cum habet quod dicitur C. de lega. l. cùm quæſtio. ſcilicet vt
tantum videatur minuiſſe primo, quantum contulit ſecundo:
ſi minus ex aſſe contulit ſecundo: alioquin ſi contulit primo
aſſem, & ſecundo aſſem, cócurrunt: vt ff. de leg. j. l. ſi pluribus.
Sic & ſi primo contulit aſſem, & ſecundo aſſem, & tertio aſ-
ſem. habet enim quilibet trientem. & ſi primo contulit aſſem,
& ſecundo, & tertio contulit alium aſſem: primus ſolus habet
ſemiſſem, & alij duo habent alium ſemiſſem. Vbi autem, aſſe
expleto, aliquem inſtituit ex reliqua parte, ille nihil habebit:
quia cũ nihil reliquum eſt, ex nulla parte eſt inſtitutus hæres:
vt ff. eo. l. item, quod Sabinus. §. ſed ſi aſſe. vſq; in fi. Sed ſi ex re-
liqua parte me inſtituas quam capere non poteſt inſtitutus ex
aſſe, & ille nihil capere poſsit, totum capio: vt j. eo. l. ij. Si verò
teſtator primo contulit minus aſſe, ſecundum autem inſtituit
ſine aliqua portione, ille habebit, quod deeſt aſsi: ſiue ſit vnus,
ſiue ſint plures: vt Inſti. eo. §. ſi plures inſtituantur. & ff. e. l. item
quod. Sed ſi primo contulit minus aſſe, & ſecũdo conferat aſ-
ſem, tanto plus habet ſecundus quantò apparet ei amplius da-
tum. Et eadem diſtributio fiet in qualibet vacante portione: vt
in prædicta lege dicitur, & liquet ex ſuperioribus, & ad idem
facit quod legitur ff. ad Trebel. l. Marcellus. & l. qui quadrin-
genta. nam ibi plus dederat ſecũdo. Diuerſitatis ratio eſt: quia
vbi inſtituit me in xij. te autem in vj. intelligitur minuiſſe ſex
vncias de primis xij. & ita non videtur diuiſiſſe hęreditatem in
xviij. vncias. At vbi primò inſtituit me in vj. vnciis, te autem
in xij. non poteſt dici quod xij. vncias minuerit de ſex: quia
impoſsibile eſt, vt plus videatur ademiſſe quàm dederit. & ita
in his caſibus patet defunctum voluiſſe excedere aſſem. Vbi
autem noluit excedere aſſem, & mihi plures quàm tibi reli-
querit vncias: tanto plus habeo, quandoque in omni ſo caſu
ex præſumpta voluntate teſtatoris, quantũ plus mihi da-
tum eſt: vt notari poteſt. ff. de liberis & poſthumis. l. ſi ita. &
ff. eodem. l. ſi ita ſcriptum. §. quidam. Si autem dubitaretur,
præſumitur, quòd teſtator noluit excedere aſſem: vt in prædi-
cta l. C. de leg. l. cùm quæſtio. & argumen. ff. eo. l. qui non mi-
litabat. §. penul. Licet autem dictum ſit aſsis primam portio-
nem eſſe ſeptuncem, tamen ſi teſtator Titium ex prima, Seium
ex ſecunda, alium ex tertia inſtituit, viriles portiones hæredi-
tatis fiunt inter eos: quia teſtator appellatione numeri, ſcri-
pturæ magis ordinem, quàm modum partibus impoſuiſſe vi-
25 detur: vt ff. eo. l. ſi quis hæredes ita inſtituit. † Nunc videamus
de perſonis, quæ poſſunt inſtitui hæredes, & certè quælibet
perſona poteſt hæres inſtitui: & habet teſtamenti factionem
in paſsiua ſignificatione quæ non vetatur à iure capere. Pote-
26 rit ergo inſtitui homo liber. † Item ſeruus. ſi ſit eius ſeruus, qui
poteſt inſtitui hæres: vt ff. eo. l. non minus. & j. eo. l. neque. Sed
& ſi ſeruus eius qui capere non poteſt: inſtituatur, & ante-
quam adeat iuſſu domini manumittatur, poterit ſuo arbitrio
adire: vt ff. de acq. hæredit. l. ſi ſeruus eius, qui. Idẽmque eſt &
ſi alienetur capaci. nouus enim dominus iubere poterit adire
27 ſeruum: vt ibidem probatur. † Item paterfa. & filiusfa. mutus,
& ſurdus, furioſus, prodigus, priuatus, miles, honoratus, lai-
cus, clericus, monachus, ciuitas, imperator, imperatrix, fiſcus,
eccleſia, locus quilibet venerabilis: vt inſtit. de hæred. qual &
diffe. §. teſtamenti autem factionem. & ſ. qui teſta. facer. poſ. l.
28 cùm hæredes. & j. eo. l. hæreditatis. † Sed & incertæ perſonæ
inſtituuntur hæredes diuini numinis intuitu: vt ſ. de epiſco. &
cleri. l. id, quod. & l. nulli. & l. ſi quis ad declinandam. aliàs
enim certus hæres debet demonſtrari: vt dictum eſt. Item ſer-
uum nedum alienum ſed etiam eum, qui nullius eſt, inſtituere
poſſum: puta, hæreditarium. Hæreditas enim ſuſtinet vicem
defunctæ perſonæ, non hæredis futuri. Oportet ergo quòd
talis fuerit defunctus, vt poſsit inſtitui hæres: vt Inſtitut. in ſi.
29 eo. tit. §. ſeruus alienus. & ff. eo. l. ſeruus hæreditarius. Sed † &
ſeruum meum proprium inſtituere poſſum hæredem & ſem-
pet videor eum inſtituiſſe cum libertate: vt inſtit. eo. j. reſpon-
& de hac inſtitutione proprij ſerui plenius dicemus j. de ne-
30 ceſſariis hæredibus. † Non tamen illud prætermitto: quia
quandoque etiam cum libertate non poteſt inſtitui hæres ſer-
uus à domino ſuo, ſcilicet cùm ipſe eſt de adulterio accuſatus
commiſſo cum domina ſua, quæ rea fuerat eiuſdem criminis
poſtulata: vt ff. eo. l. his verbis. §. interdum. & Inſtit. eod. §. eſt
31 autem. Item † nullo modo poſſunt inſtitui illi, qui deportati
ſunt. Peregrini enim ſunt, id eſt, ſine ciuitate, & hæreditas eſt
in ea cauſa in qua eſſet, ſi ſcripti non fuiſſẽt. j. eod. l. j. Idem
multomagis dico in his, qui damnati ſunt in metallum: vt ff.
32 de his, quæ pro non ſcript. hab. l. ſi in metallum. † Poſsit au-
tem, vel non poſsit quis hæres extraneus inſtitui, vel ipſe, vel
qui eſt in eius poteſtate ſpectatur tribus temporibus: ſcilicet
tempore facti teſtamenti, vt conſiſtat inſtitutio, & mortis te-
ſtatoris, vt effectum habeat: & tempore aditę hęreditatis. Hoc
enim tempus maximè eſt inſpiciendum quo acquiritur hære-
ditas. Medio autem tempore inter factum teſtamentum, &
mortem teſtatoris, vel conditionem inſtitutionis exiſtentem,
mutatio iuris hæredis non nocet: quia (vt dixi) tria tẽpora
ſpectantur: vt ff. eo. l. ſed & ſi conditioni. §. ſolemus. & l. ſi alie-
num. §. in extraneis. & Inſtit. de hæred. quali. & differ. §. in ex-
33 traneis. In ſuis † autem & neceſſariis hæredibus tempus mor-
tis tantùm videtur ſpectari: vt Inſtit. de hæred. qual. & differ.
§. ſui. In neceſſariis tamen hæredibus etiam tria tẽpora viden-
34 tur ſpectari. vt ff. eo. l. ſi alienum: j. reſpon. Item † inſtitui non
b poſſunt hæretici, baptiſmatis iteratores, apoſtatę, collegia [b] il-
licita, non habentes ſpeciale priuilegium, incertæ perſonæ
pro quibus non protenditur fauor pietatis (vt dictum eſt) &
diuini numinis: vt j. eo. l. collegium. & vt diximus ſ. de hæredi.
Item non poſſunt inſtitui nati ex damnato coitu: Secus in his,
qui nati ſunt ex concubina: vt de his plene diximus ſ. de ince-
ſtuoſis nupt. & de naturalibus liberis. Item non inſtituuntur
ſine delectu mulieres ſecundo nubentes, vt plenè diximus ſu-
prà, de ſecundis nuptiis.

ANNOTATIONES.

a Directis. Adde Bald. & do. in l. quidam elogio. C. de iure deli. & in l. extraneum. C. de hæred. inſti. Bartol. in l. pater. 4. ſi. ff. de le. iii. Paul. de Caſtr. in conſilio ccxxi. & in conſilio cxcii. vbi habet totam materiam.

Collegia

b Collegia illicita. Adde Bart. in l. cum ſenatus. prima opp. ff. de re. dub. Doct. in l. prima. C. de iudi. Cyn. in l. prima. C. de ſacroſanct. eccle. vbi de hoc multa pulchra.

ß Seſcunx. Aſſis diſtributionem, partiúmque eius explicationem à Voluſio Meciano (ex cuius ſcriptis pleraque legum capita in Pandectas tranſtulit Iuſtinianus) libro de aſſe, & Bud. lib. j. de aſſe. Anto. Augu. Emenda. lib. ii. cap. viii. Pratejus

ɣ Dipondius. Dupondium, non dipondius, legendum cenſet Alciatus, & Anto. Augu. vbi ſupra, idque nominis energia ſuadet. Huius exceſſus commeminit Vlpianus in l. item, vt Sabinus. ff. de hæred. inſt. & Iuſtinianus. §. etſi plures. Inſtit. eod. titulo P. Pratejus.

De inſtitutionibus, vel ſubſtitutionibus, ſeu reſtitutionibus ſub conditione factis. *Rub.*

1 *Inſtitutio quid ſit, quid item ſubſtitutio.*
2 *Conditiones quam variè apponantur in inſtitutionibus, aut ſubſtitutionibus: & quæ propriè cenſeatur conditio.*
3 *Conditiones impoſſibiles inſtitutioni vel ſubſtitutioni hæredũ adiectas haberi pro non appoſitis: & an id ſit perpetuũ nu. 5.*
4 *Iuriſiurandi conditio adiecta inſtitutioni hæredis, vel legato, vel donationi cauſa mortis quatenus remittatur.*
6 *Conditionum poſſibilium alias eſſe poteſtatiuas, alias caſuales, alias mixtas.*
7 *Conditio poteſtatiua quæ dicatur.*
8 *Conditio caſualis quæ dicatur, & quæ mixta.*
9 *Filius an, & ſub qua conditione hæres inſtitui poſſit: & an, & quãdo admittatur ſubſtitutus filio inſtituto ſub conditione.*
10 *Filius ſub conditione poteſtatiua inſtitutus ſi paruerit conditioni, an poſſit poſtea abſtinere.*
11 *Filium ſub conditione caſuali inſtitutum debere in defectum eius exhæredari. & quid dicendum de filio, qui ſub conditione mixta eſt inſtitutus.*
12 *Nepotibus inſtitutis ſub conditione an eadem obſeruentur, quæ in filiis ſub conditione inſtitutis.*
13 *Conditionibus pluribus in inſtitutione hæredis appoſitis an, & quando omnibus parendum ſit.*
14 *Conditiones hæredis inſtitutioni adiectæ, ſiue conſiſtant in dando, ſiue in faciendo quando adimplendæ ſint.*
15 *Pupillũ poſſe ſine tutoris authoritate parere cõditioni, ſub qua eſt inſtitutus hæres, licet ſeruus id non poſſit ſine iuſſu domini.*
16 *Conditioni parere de facto quando ſufficiat, licet quod factum eſt, non teneat de iure.*

DICTVM eſt ſuprà, de hæredibus inſtituendis. ſed quia hæredis inſtitutio ſit ſub cõditione, ideo de inſtitutione conditionali videndum: & ſic generaliter eſt attendendum de conditione in teſtitutione, vel ſubſtitutione appoſita. Sed primò reſtat quærere quid ſit inſtitutio, vel ſubſtitutio, vel fideicommiſſaria ſubſtitutio, & poſtea dicemus de veritate conditionum & effectu
1 ipſarum. † Eſt autem inſtitutio primus gradus omnium inſtitutorum, & ſi mille eſſent. Subſtitutio verò dicitur ſecũdus gradus, vel tertius omnium eorum, qui in locum inſtitutorum deficientium, vel non adeuntium inſtituuntur. Dicitur autem ſecundus gradus omnis quicunque ſequitur poſt primum: vt ff. de vul. & pu. ſub. l. j. in prine. & de bon. poſ. ſecundum tab. l.
2 æquiſſimum. §. primo gradu. † Conditio autem quandoque ponitur expreſsè, quandoque tacitè. Item expreſsè quandoq; apponitur de præſenti, vel præterito, quandoque de futuro. Si de præſenti, vel præterito apponatur, ſtatim valet inſtitutio, ſi ita eſt vt innuitur conditione: vel ſtatim non valet, ſi ita non eſt vt innuitur conditione: vt ff. de iniu. rupt. teſt. l. cùm in ſecundo. & tunc non propriè dicitur conditio, vtpote cùm non ſuſpendat inſtitutionem: vt inſtit. de verb. oblig. §. conditiones. & ff. ſi cer. pet. l. itaque. & de conditio. inſti. l. inſtitutio. talis. §. vlti. De futuro autem apponitur conditio, & quandoq;
3 poſſibilis, quandoque impoſſibilis. Si quidem conditio † ſit impoſſibilis, vel de iure: vt quia turpis erat: vel de facto, quia
a natura reſiſtebat ei, omnino pro non ſcripta[a] habetur: vt inſti. de hære. inſti. §. impoſſibilis. & ff. de condi. inſti. l. j. & l. conditiones, quæ contra. & l. ſi quis ita inſtitutus. & l. conditiones contra edicta. Nec diſtinguitur apponatur in faciendo, an in non faciendo: vt j. eod. l. reprehendenda. & ff. de hæred. inſtit. l.
4 ſeruum meum. §. vlti. Nec eſt † prætermittendum quòd prætor reputauit quandam conditionem turpem, quæ aliàs non videretur eſſe turpis: vt ecce, inſtituitur quis hæres, vel legatur ei, vel donatur ei cauſa mortis ſub conditione, ſi iurauerit quid daturum ſe, vel facturum. hanc enim conditionem nonnulli hominum faciles citò adimplerent contemptu religionis. Alij verò perquàm timidi metu diuini numinis vſque ad ſuperſtitionem nullo modo adimplerẽt, & ideo prætor conſultiſſimè interuenit remittẽdo conditionem iuramẽti, & interpretando conditionem eſſe oppoſitã, ſi detur, vel fiat quod in ſacramẽto continebatur. Non ergo capit quis relictum: niſi det, vel faciat quod dare vel fieri iurare voluit eum teſtator: vt ff. e. l. quæ ſub conditione. j. reſp. & §. quoties. Nec eſt neceſſe pro remiſſione talis ſacramenti prætorem viuentem adire: vt ff. eod. l. quæ ſub conditione. §. vltim. Speciale tamen eſt in libertate relicta ſub conditione iuriſiurandi, & ſpeciale eſt in municipibus, quibus eſt aliquid relictum ſub conditione iuriſiurandi, ne remittatur eis iuriſiurandi cõditio: vt ff. de manu. teſt. a. l. ſi quis libertatem ſub iuriſiurandi. & de condit. & demon. l. municipibus. Sic & quaſi turpem prætor remittit aliam conditionẽ, ſcilicet ſi reliquias teſtatoris hæres in mari abijciat: vt ff. eo. l. quidam. Item & aliam quaſi inconuenientem: vt ſi ſeruum meum hæredem inſtituam, cùm liber erit: in alieno verò tenet: vt ff. eo. l. ſeruus
5 alienus. Liquet ergo † conditionem impoſſibilem, vel turpem, vel inconuenientem pro non ſcripta haberi: & hoc, ita ſi expedit ei, cui relinquitur dicere cõditionem eſſe pro non ſcripta. Nam ſi magis expediat ei dicere inſtitutionem eſſe nullam, poterit hoc allegare, quia quod ſuo vel teſtatoris fauore eſt inductum, non debet detorqueri in læſionẽ ſuam: vt ſuprà de legib. & conſti. l. quod fauore puta, filiusfa. eſt inſtitutus à patre ſub conditione à iure improbata. Poſſet enim dicere inſtitutionem tenere, & conditionem haberi pro non ſcripta. vel (ſi malit) dicet inſtitutionem eſſe nullam: quia non eſt inſtitutus ſub poteſtatiua conditione. Nam quæ facta lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, & (vt generaliter dixerim) quæ contra bonos mores fiunt, nec facere poſſe credendũ eſt: vt ff. de condi. inſtit. l. filius. Quod dixi conditionem impoſſibilem haberi pro non ſcripta, locum habent in inſtitutionibus: in legatis & fideicommiſſis ſi apponatur ei cui relinquitur. ſecus ſi apponatur ei à quo relinquitur, vel qui iubetur reſtituere hæreditatem: vt Inſtitu. de legatis. §. vltim. Item vera ſunt hæc in conditione impoſſibili iure, vel de natura. Nam ſi impoſſibilis eſt conditio propter perplexitatem verborum, non dico, quòd non habeatur pro non ſcripta, imò reddit inutilem inſtitutionem: vt ff. eod. l. ſi Titius hæres erit. nam cum ita teſtator dicit, Seius eſto hæres, ſi Titius hæres erit oportet ad hoc vt Seius ſit hæres, quòd primò Titius ſit hæres: vt ff. de hæredibus. inſtituen. l. iij. §. ſi quis. Item cùm ſubiicit. Titius hæres eſto, ſi Seius hæres eius erit, ad hoc vt Titius ſit hæres, oportet primò quòd Seius ſit hæres. hoc autẽ eſt impoſſibile quòd
6 quilibet eorum prius ſit hæres, quàm alter. † Poſſibilium verò conditionum quædã ſunt poteſtatiuę quædam caſuales, quædam mixtæ: vt j. de cadu. tol. l. vnic. §. ſi autem aliquid ſub conditione. & j. de neceſ. ſeruis hæred. l. vlti. & ſpecialiter definiri non poteſt quæ conditio ſit poteſtatiua. Nam & quæ eſt in dando, poteſt poteſtatiua non eſſe: & quæ eſt in faciendo, vel non faciendo ſimiliter poteſt eſſe, & non eſſe poteſtatiua. Sed
7 recurramus † ad generalitatem, vel ad exempla, dicentes aliquam eſſe poteſtatiuam ex eo, quod plerunque, & generaliter accidere ſolet vt ſit poteſtatiua. Vnde ſi inſtituam, te pręſente, ſi exieris de ſcholis, quamuis accidere poſſit quòd non exibis, poteſtatiua tamen dicitur: quia plerunque ſolet adimpleri: & poſſibile, & facile, videtur hominum arbitrio eam impleri:
8 vt ff. de hęred. inſtit. l. ſuus quoque. §. puta. Illa autem † eſt caſualis conditio, quæ pendet ex inſidiis fortunę. Mixta autem eſt quę pendet ex inſidiis fortunę, & de alicuius facto ſiue poteſtate: vt ſi te trans mare agentem inſtituo ſub conditione, ſi in patriam quæ eſt prouincia Mauritaniæ regreſſus eſſes: vt j. eo. l. ſi pater. & ff. eo. l. ſuus. §. puto. Item caſualium conditionum alia habet ſe ad alterũ neceſſariũ caſum, & tunc pro pura habetur, vt ſi ſol orietur: vt ff. de noua. l. ſi pupillus. §. qui ſub

9 conditione. † Aut ad alterutrum caſum, * & tunc inſtitutus
hæres non, niſi exiſtente conditione adire poteſt: vt ff. de ac-
quir.hæ.l.is,qui. Licet petat bono. poſſeſ. ſecundum tabul. vt
ff.de ſecund.tabul.l.ij.§.ſi ſub conditione:ſi potuit ab inteſta-
to ſuccedere ſecundum omnes: vel (ſecundum nos) etiam ſi
non potuit. Excipitur filius,qui ſub poteſtatiua tantùm con-
ditione potuit inſtitui: & quidem ſub ea inſtitutus patrem
non facit inteſtatum,ſi cohęredem,vel ſubſtitutum habeat.&
tunc cohæres ſtatim adire poteſt: ſubſtitutus verò non, niſi
poſt mortem filij: ſi ea poteſtatiua conditio fuit quæ etiam
vltimo momento vitę filij poteſt adimpleri:puta.ſi decem Ti-
tio dederis,hæres eſto. Si autem poteſtatiua cõditio fuit talis,
vt vltimo momento vitæ filij non poſſit adimpleri: veluti, ſi
Alexandriam perueneris, hæres eſto:etiam viuo filio non im-
pleta cõditione admittetur ſubſtitutus,ſcilicet,cùm certũ cœ-
perit eſſe in rerum natura conditionem non poſſe adimpleri.
Vel, ſi in conditione poteſtatiua dies ſit adiectus: puta,ſi Ca-
pitolium intra triginta dies aſcenderit:tantundem diei poteſt
vt ſi non paruerit conditioni, ſubſtitutus poſſit admitti, filio
repulſo:vt ff.de hæred.inſtituen.l. ſuus. vſque ad illum §. pri-
to. & §. ſed & ſi filio. vſque in fin.l. & l.ſed & ſi conditioni.j.
reſponſo.& ff.eo.l.vltim. Neque neceſſarium eſt in poteſtati-
ua conditione filium exhæredari in defectum conditionis.
Nam ipſe ſua voluntate videtur ſe priuare hęreditate,ſicut &
ſi inſtitueretur ſub illa conditione, ſi voluerit, hæres ſit. huic
enim non poſſet reperiri contraria conditio, ſub qua exhære-
daretur,vel ſi reperiretur,eſſet inepta. Huic enim conditioni,
ſi volet hæres eſto, quæ alia verba contraria poſſunt concipi
quàm hæc,ſi nollet hæres eſſe,exhæres eſto'quod quàm ſit ri-
10 diculum, nulli non patet. Si autem filius † pareat conditioni
poteſtatiuæ, ſtatim hæres erit: nec ius abſtinendi aſſequetur:
vt ff.de hæredibus inſtituen.l.iam dubitari. Si modò paruerit
conditioni ea mente, vt eſſet hæres. Nam ſi non paruerit vt
eſſet hæres, ſed vt purificaret conditionalem inſtitutionem,
licètque ſibi deliberare de adeundo,non erit hęres,ſtatim im-
pleta conditione. Imò poſſet repudiare hæreditatem vel ab-
ſtinere ab ea:vt ff.de conditio.inſtit.l.ei,qui ita hæreditatem.
& l. ſi pupillus. & ff. de cond. cau.data.l.j. §. ſi parendi. & de
conditionibus & demonſtratio.l.conditionibus. Si verò ſub
caſuali inſtituatur hæres,in eius defectum debet exhæredari.
11 † Et eſt hoc notabile,quod hic fit exhæredatio ſub conditio-
ne:vt ex prædicta l.iam dubitari conſtat: aliàs enim purè tan-
tùm facienda eſt exhæredatio:vt ff.de liberis & poſthumis.l.
tertia.§.purè. Quid ſi inſtituatur filiusfamiliàs ſub conditio-
ne miſta? Diſtinguebat B. vtrum impediatur caſu implere
conditionem,an ipſe ſponte ſua non vult parere. Si caſu im-
pediatur ab inteſtato eſt hæres, cùm non ſit exhæredatus in
defectum conditionis:ſi ſponte ſua non adimpleat conditio-
nem,repellitur ab hæreditate vt dictum eſt in poteſtatiua. Sed
Ioanni videbatur ab initio nullam eſſe inſtitutionem:quia ab
initio debet certum eſſe an valeat, vel non valeat teſtamen-
tum:& facit pro nobis quod legitur j.eo.l.ſi pater filium. Ibi
enim loquitur in miſta conditione, & dicit filium non pro-
hiberi adire hęreditatem,ſubaudi ab inteſtato:cùm teſtamen-
tum ipſo iure nullum ſit:vel fortè etiam ex teſtamento adire
poterit,ſi velit:quia ſuo fauore dicitur nullum.argumen.ff.de
iure dotium.l.ſi res.§.j.& ſimile notaui ſ.de bonorum poſſeſ.
12 contra tabu. quæ datur filioſa.præterito. † Sed quæritur an
quod dictum eſt in filiofamil.debeat obſeruari in nepotibus?
Et reſpondent quidam idem eſſe in filiofamil. lex tamen dicit
apertè contrarium:vt ff. de hæredib. inſtituendis l.ſuus.j.re-
ſponſo. & l.ſed ſi in conditione.§. nepotes. Diſtinguendum
eſt tamen circa nepotes, an cùm inſtituuntur iam obtineant
locum filij, & tunc idem eſt in eis, quod in filiis: an tempore
inſtitutionis non obtineant locum filij, filio præcedente eos,
& pater inſtituit eos,ne filio mortuo ante ſe, nepotes irritent
teſtamentum tanquam poſthumi: tunc enim inſtituti ſub
qualibet conditione non irritabunt teſtamentum. Porrò ſi
ſubſtitutum non habet filius ſub poteſtatiua conditione in-
ſtitutus, quilibet etiam homo bene videre poteſt, quòd pa-
trem facere poteſt inteſtatum. Quid mirum? nam & omnis
qui proximior eſt ab inteſtato,ſi fuerit inſtitutus,adire poteſt
ab inteſtato:vt infrà,ſi omiſ.cauſ.teſt.l.vltim. Sed hodie purè
debet inſtitui filius quantum ad debitam portionem iure na-
turæ:& ſi conditio, vel grauamen imponatur, pro non appo-
13 ſito habetur:vt ſuprà, de inoffic.teſtamen.l.quoniam. † Item
conditionum aliæ apponuntur copulatiuè, aliæ alternatiuè.
Si copulatiuè,omnibus parendum eſt. Si alternatiuè,cuilibet
earum parere ſatis eſt,vt ff.eo.l.ſi hæredi. Vbi autem colligun-
tur plures perſonæ in vna conditione, ſatis eſt in vna quan-
tum ad illam, impletam eſſe conditionem: vt ecce, inſtituo
duos ſeruos,ſi mei erunt,cùm moriar.nam & ſi in vno imple-
ta ſit conditio,ille erit liber,& hæres:atque ſi ſingulos ſepara-
14 tim ſub eadem conditione inſtituiſſet:vt ff.eodem.l.ij. † Item
conditionum quædam ſunt in dando, quædam in faciendo.
De his aliqua breuiter videndum. Et ſi in dando conſiſtat,
adimpleri debet à ſciente, & poſt mortem. quod dic vt ff.de
condi.& demon.l.ij. Si verò facilè & frequenter, fieri poteſt
poſt mortem tantùm ſicut & prædicta adimpleri debet quod
dic:vt ff.de condi.& demon.l.ij. Si verò nec frequenter nec fa-
cilè fieri poteſt, vt ſi ille nupſerit. ſi ille conſul factus fuerit,
quandoque adimpleri poteſt: vt ff.de condi. & demon.l.hæc
conditio. & l.ſi iam facta.§.item ſciendum eſt.& j.eo.l.antepe.
Conditione autem non impleta, nihil conſequitur quis, nec
erit hæres:niſi impediatur per caſum, cùm conditio fuerit ta-
lis, vt pendeat ex facto inſtituti hæredis tantùm:vel niſi impe-
diatur per eum, in cuius perſona iuſſus eſt implere conditio-
nem: vt ff.eo.l.quæ ſub conditione.§.quæ ties.& l ſi quis teſta-
mento. & l.vter. & j.eod.l.j. & j.de cond.inſer.l.legatum. Sed
circa materiã iſtam quid obtineat plenius dicemus j.de condi.
inſer. & tetigimus ſuprà, ad l.Aquil. Tacita autem ineſt con-
ditio in fideicommiſſaria ſubſtitutione,cùm filius rogatur re-
ſtituere hæreditatem poſt mortem ſuam, ſi decedat ſine libe-
ris:vt j.eo.l.generaliter.§.vlti. Hæc de cõditionibus ſufficiant:
quia de eis ita aliquid tractabitur.j.de conditio. inſer. & j.tit.
proxi. Et quæ de condit.appoſita in inſtitutione dixi, eadem
15 & in ſubſtitutione,vel reſtitutione intelligantur. Sed † illud
extra ſummam noto: quia ſeruus ſub conditione inſtitutus
hæres ſine iuſſu domini conditioni parere non poteſt. Sed pu-
pillus etiam ſine tutoris authoritate parere poteſt:vt ff.eod.l.
16 ſub conditione. & l. ſi pupillus. Item † notandum eſt illud,
quòd ſufficit quandoque parere conditioni de facto tantùm,
licet de iure non teneat quod factũ eſt: vt ecce, ſcriptus eſt ali-
quis hæres,ſi ſeruum hæreditariũ manumiſerit:quamuis enim
ſi manumiſerit, nihil agat,tamen hæres erit:verũ eſt enim ma-
numiſiſſe. Sed poſt aditionem ſeruo libertas data ſecũdum vo-
luntatem teſtatoris cõualeſcit: vt ff.eo.l.mulier.§.ſi quis.aliàs
neceſſe eſt parere de iure:vt ff.quando dies leg.cedat.l.vlti.

ANNOTATIONES.

a Pro non ſcripta. Adde Bartol. in l.j.ff.de condi.inſti. Bald.in l.ſi pater.
de inſtit.& ſub.& in l.reprehendenda.cod.titu.domi. Alexand.in l.im-
poſſibilis.ff.de verb.oblig. Docto.in l.ab omnibus.ff.de leg.j.vbi eſt
fons huius materiæ.

* Alterutrum. Fortè legendum eſt,ad non neceſſarium.

De impuberũ, & aliis ſubſtitutionibus. *Rub.*

1 *Subſtitutionem aliam eſſe directam, aliam obliquam:atque*
inibi quæ ſit directa,& quæ obliqua.
2 *Subſtitutionis directæ ſpecies quæ ſint.*
3 *Subſtitutio vulgaris vnde ſic dicatur.*
4 *Subſtitutionem vulgarem aliam eſſe expreſſam,aliam tacitam:*
& quæ dicatur expreſſa,quæ item tacita.
5 *Subſtitutionis vulgaris effectus quis ſit,& pro qua parte ſub-*
ſtitutus vulgariter admittatur.
6 *Subſtitutio vulgaris quando expiret.*
7 *Subſtitutionem pupillarem aliam eſſe expreſſam, aliam taci-*
tam:& quæ ſit expreſſa,quæ item ſit tacita.
8. *Subſtitutio vulgaris pupillo facta quo caſu non contineat pu-*
pillarem tacitam.
9 *Subſtitutio pupillaris quibus fieri poſſit.*
10 *Subſtitutio pupillaris quouſque durare poſſit, ſeu quando*
expiret.
11 *Subſtitutio pupillaris quo ordine ſit facienda.*

Subſti

12 *Subſtitutione pupillari qui admittantur ad hæreditatem.*
13 *Subſtitutionis pupillaris effectus quis ſit.*
14 *Subſtitutus pupillariter quæ bona obueniant ex ſubſtitutione.*
15 *Pater arrogator an, & quatenus poſsit pupillariter ſubſtituere filio arrogato.*
16 *Subſtitutio pupillaris quibus modis expiret. & nu. 18.*
17 *Inſtitutus à patre & ſubſtitutus impuberi an poſsit hæreditatem paternam repudiare, & adire pupillarem, vel è contrario.*
19 *Subſtitutio exemplaris quibus fieri poſsit, & à quibus, & quomodo.*
20 *Subſtitutio exemplaris quare ſic dicatur.*
21 *Subſtitutio exemplaris in quibus differat à ſubſtitutione pupillari.*
22 *Furioſo liberos habenti ſubſtituere volens exemplariter, an poſsit vnicum ex eius liberis ſubſtituere, an verò debeat omnes ſubſtituere.*
23 *Subſtitutio compendioſa quomodo fiat à milite: & quo iure valeat ante pubertatem hæredis, & quo iure poſt.*
24 *Subſtitutio compendioſa directis verbis à pagano facta an, & quatenus valere poſsit: & quid ſi verbis obliquis fiat, nu. ſeq.*
26 *Subſtitutio breuiloqua quæ dicatur.*

QVID ſit inſtitutio, vel ſubſtitutio, ſuperiori titulo dictum eſt. Sed ſciendum eſt, quòd ſicut ſecundæ
nuptiæ dicuntur quæcunque contrahuntur poſt
primas: ita & ſubſtitutio dicitur ſecunda inſtitutio, id eſt, omnis inſtitutio quæ fit poſt primam, & in locum
primæ deficientis. De ſubſtitutionibus ergo plenè videndum
eſt quæ ſit earũ diuiſio, quis faciat eas, cui, quis admittatur ex
1 eis, & quando expirent. † Eſt autem ſubſtitutio alia directa, alia obliqua. Directa dicitur cùm nullo mediante quis capit hæreditatem deficientis. Obliqua dicitur ſubſtitutio precaria, vel precatiua, vel fideicómiſſaria. De obliqua nihil ad nos
modò: quia plenè ĩ. tractabimus de ea, ad Trebellianũ. De di-
2 recta dicẽdum eſt. † Directa alia vulgaris, alia pupillaris, alia
exemplaris, & ſub exemplari, vel ſub primis duabus quænis
alia cõtineri poſſet. Sed ne longa expectatione vos traham: &
quia omnis res melius per diuiſionem aperitur, addo. Alia eſt
compendioſa, alia breuiloqua. de ſingulis vidẽdum eſt. Et pri-
3 mò de vulgari: vnde † dicatur. & quidam ideo, quia cuilibet
de vulgo, & à quolibet fieri poteſt, dici vulgarem putãt: dum
tamen & hic teſtamentum facere, & ille ex teſtamento capere
poſsit de quibus ſ. diximus, qui teſtamenta facere poſſ. & de
4 hæred. inſtitué. † Vulgaris diuiditur: quia alia eſt expreſſa, vt
quę fit verbis negatiuis, vt ſi ille mihi hæres non erit, ille alius
ſit hæres: vt inſtitu. de vulgari ſubſtitu. in prin. tit. Alia tacita,
quæ fit verbis affirmatiuis: vt hæc, vos inuicem ſubſtituo: vel
ita, quiſquis mihi hæres erit, ſit hæres filio meo: vel ita, Titius
eſto hęres Plocij, cùm inſtituiſſem Plocium: vt ſ. de hęre. inſtituen. l. vlti. & ff. de hære. inſtituen. l. cùm in teſtamento. §. hæc
verba. & ff. eo. l. qui liberis. §. vlti. Satis tamen dici poteſt quòd
omnes iſtæ expreſſæ ſint ſubſtitutiones vulgares. De tacita
vulgari ponit lex exemplum cùm ita dicit teſtator, Titius &
Seius vterve eorum viuet, hæres mihi eſto. Nam & ſi vterque
eorũ viuat, ambo poſſunt eſſe hæredes. altero mortuo, is qui
ſupererit ex aſſe erit hæres: quia tacita ſubſtitutio ineſſe videtur inſtitutioni: vt ff. de hæredib. inſtituen. l. Titius & Seius.
Item ſub expreſſa pupillari, continetur tacita vulgaris: vt ff. de
5 vulg. & pup. l. iam hoc iure. vt liquebit infrà. † Eſt autem effectus vulgaris expreſsè & tacitè vt quis directò ſit hæres ipſi
teſtatori: vt Inſtitu. de pupillari ſubſtitutione. ibi, quo caſu,
&c. Vnde & bona tantùm teſtatoris, non hęredis inſtituti capit. Et ſiquidem ponamus extraneum ſubſtitutum. certum eſt
quòd capit pro ea parte qua voluit teſtator eos ſubſtituere. Si
verò ipſi idem inſtituti hæredes inuicem ſubſtituti ſunt, vel
quidem ſubſtituti ſunt vni: ſiquidem ſubſtituti ſunt propriis nominibus expreſsis, ſubſtituti videntur in viriles portiones partis deficientis. Si autem ſubſtituti ſunt appellatiuis expreſsis, puta quiſquis mihi hæres eſſet, ſit hæres filio
meo: vel hæredes meos inuicem ſubſtituo: ſubſtituti videntur
pro hæreditariis portionibus quales habuerunt in principio
ex voluntate teſtatoris expreſſa, vel ex poſtfacto iure ſubſtitutionis vendicauerunt. Hæc tamen appellatiua verba non
referuntur ad hæredes hæredum ſcriptorum, nec referuntur
niſi ad eos qui adſcripti fuerunt hæredes. & extiterunt hæredes. Si autem aliquis extiterit hæres per alium, puta pater per
filium, vel dominus per ſeruum, non vocatur ex ſubſtitutione:
& probantur hęc ff. eo. l. cum filio. & l. ſi in teſtamento hęredes. & l. qui liberis. §. vlti. & l. qui plures. & l. cohæredi. §. ex
his. & l. qui cùm plures. & l. ſi Titius cohæredi. & Inſti. de vulgari ſubſtitutione. §. ſed & ſi diſparibus. & ff. ad Trebellia-
6 num. l. quoties. & l. nonnunquam. † Expirat hæc ſubſtitutio
• vulgaris * ab hæreditate adita: vt ĩ. eo. l. poſt aditam. Et patet
hoc lippis, & tonſoribus. Cùm enim ita fiat, ſi Titius non erit
hæres, Seius hæres eſto: & Titius extitit hęres: ergo Seius non
poteſt eſſe hęres, ſcilicet conditione deficiente. Sed quidam
dicunt per authen. de hęredibus & fal. §. ſi verò inſtitutio. hoc
correctum eſſe: ſed iſti cæci ſunt, quia ibi non vocatur ſubſti-
7 tutus ex ſubſtitutione, ſed ex legis beneficio. † Pupillaris inſtitutio alia expreſſa: vt hæc, ſi filius meus mihi hæres erit, &
in pupillari ætate deceſſerit, ille ſit ei hęres: vt Inſtit. de pupillari ſubſtitution. ĩ. reſponſo. alia tacita: vt illa, quiſquis mihi
hæres erit, ſit hæres filio: vt Inſtitu. de pupil. ſubſtitutione. §.
ſubſtituitur. vel cùm pater filio impuberi ſubſtituit in vulgarem caſum, intelligitur ſubſtituiſſe etiam in pupillarem: vt ĩ.
8 eo. l. quamuis. † Quandoque etiam ratio inæqualitatis facit,
vt ſub vulgari non contineatur tacita pupillaris: puta, quòd
vnus filius erat pubes. alius impubes: vel vnus in poteſtate, alter emancipatus: vt ff. eo. l. iam hoc iure. & ĩ. eo. l. hęreditatem.
9 & l. quamuis. Et dicitur † pupillaris, quia ſoli pupillo & impuberi fit: & ita ſi ſit in poteſtate, non diſtinguo an ſit inſtitutus à patre, an exhæredatus: vel vtrum erat natus, an poſthumus naſciturus in poteſtate teſtatoris: vel vtrum ſit filius, an
nepos ex filio. Nepoti tamen ex filio ita pupillariter ſubſtituo, ſi non ſit recaſurus in poteſtatem ſui patris. Sed & ſi pater præcedat nepotem, ita demum ſubſtitui poteſt ei, ſi hæres
inſtitutus eſt, vel exhæredatus ita etiam poſt legem Velleiam
ſuccedendo non rumpet teſtamentum. Nam ſi principale teſtamentum ſit ruptum, pupillare euaneſcit. Pupillum accipe
maſculum minorem xiiii. an. fœminam minorem xii. vt ff. eo.
l. j. §. pen. & l. ii. ĩ. reſpõ. & Inſti. eo. §. maſculo. & §. nõ ſolùm. Si
10 † tamen pater impuberi voluit ſubſtituere pupillariter. nõ in
toto tẽpore pupillaris ætatis, ſed in minus tẽpus: puta, ſi filius
moriatur intra decimum annũ. vel octauũ. vel aliquod minus
tempus, valebit ſubſtitutio: vt ff. eo. l. ſi ita quis ſubſtituerit. Si
autem voluerit ſubſtituere in longius tempus, pupillari ætate
finietur pupillaris ſubſtitutio adueniente pubertate: vt ff. eo. l.
11 in pupillari. Hoc † ordine faciẽda eſt ſubſtitutio pupillaris,
vt prius quis ſibi ſcribat hęredem: deinde eadem hora, vel alia
quacũque filio ſubſtituat: nec debet cõuertere ordinẽ ſcripturæ. Si verò non ſibi, ſed filio faciat, non valet. Cæterum ſi ante
filio, deinde ſibi teſtamẽtum faciat: ſiquidem pater exhæredauerit filiũ impuberem, non valet teſtamẽtum. Si autem inſtituerit eum, valebit teſtamẽtum: vt ff. eo. l. j. §. vlt. & l. ij. §. prius.
& §. ſed & ſi quis. & l. ſi quis eum. §. ſi ſuo teſtamẽto. Admit-
12 titur † autem ex pupillari ſubſtitutione ille, quem nominatim
ſubſtituit teſtator, vel ſi teſtator generaliter ſubſtituit ita,
quiſquis mihi hęres erit, admittẽtur illi, qui ſcripti ſunt hęredes patri, & extiterunt hęredes, de quorũ verborum interpretatione plenè diximus ſ. eo. §. eſt autem effectus. Et hoc adiicio, quòd ex illis verbis vocantur ſcripti hæredes, licet poſtmodum deſierunt eſſe hæredes reſciſſo teſtamento per querelam
inofficioſi teſtamenti, vel hærede in ſeruitutem redacto: &
poſtea libertati donato: idémque & ſi eis vt ab indignis portio
hæreditatis eſt ablata: vt ff. eo. l. an ſubſtitutione. & l. ex facto.
§. Iulianus. Hinc tamen eſt neceſſarium intueri, an ſubſtitutus
capere poſsit ex teſtamento tunc, an non. Nam ſi tũnc non capiat, repelletur: licet capere potuerit tempore mortis patris,
nec in eis bonis pœnam ſit paſſus: vt ff. eo. l. ſi is, qui hæres. Si
verò tunc poſsit capere, admittetur: licet in bonis patris pœnam ſit paſſus: vt ff. eo. l. ſi is, qui hęres. Porrò ſi ſubſtitutus impuberi ſit talis, vt ex bonis patris nõ poſsit ſolidum capere, ex

bonis autem pupilli poſsit:bona quidem pupilli aliunde quæ-
ſita in totum capiet,à patre autem obuenientia,non capiet:niſi
ſicut poterat à patre capere directò:vt ff.eo.l.ſi is,qui ex bonis.
13 † Effectus pupillaris ſubſtitutionis hic eſt, vt quis directò
fiat hæres impuberi, tanquam ſi ille pupillus hæredem ſibi fe-
ciſſet ſubſtitutum : vnde & duo teſtamenta videntur, vnum
patris,alterum filij. Aut certè vnum eſt teſtamentum propter
vnum ordinatorem patrem ſcilicet,ſed duarum hæreditatum.
Vnde & ſufficit patris tabulas eſſe ſignatas, & ſi reſignatæ,id
eſt, apertæ ſint tabulæ filij, & ſeptem ſigna in teſtamento pa-
tris ſufficiunt. Si tamen pater ſibi per ſcripturam, filio autem
fecerit teſtamentum per nuncupationem, vel contra,valebit,
14 vt ff.eo.l.patris & filij.& Inſti.eo.§.igitur. † Et pertinent ad
ſubſtitutos pupillares bona quæ pupillis poſtea obuenerunt,
neque enim ſuis bonis tantùm teſtator ſubſtituit,ſed & impu-
beri:,cùm & exhæredato ſubſtituere quis poſsit,niſi mihi pro-
ponas militem eſſe qui ſubſtituit hæredē hac mente,vt ea ſola
velit ad ſubſtitutum pertinere,quæ à ſe ad ſubſtitutum perue-
nerunt:vt ff.eod.l.ſed ſi plures.§.ad ſubſtitutos. & inſtit.eo.§.
15 non ſolùm. Pater † tamen adoptiuus filio arrogato impuberi
ſubſtituere non poteſt, niſi ad quartam ſolam, & ad ea quæ
intuitu arrogatoris ab amico eius arrogatus eſt conſequutus:
vt ff.eo.l.ſed ſi plures.§.in arrogato. In cæteris enim bonis le-
gitimi hæredes impuberis, vel ſubſtituti ſibi à patre naturali
& legitimo habent vinculum cautionis: & ex ea habent vti-
les actiones:vt ff. eod.l.cauſa cognita. de qua cautione plenè
16 dicemus infrà de adoptionib. † Expirat pupillaris ſubſtitu-
tio maxima,vel media, vel etiam minima capitis diminutione
pupilli:pura,ſi ipſe eſt arrogatus:vt ff. de adopt.l. nec ei.§.eo-
rum. Subſtitutis tamen ſuccurritur per vtiles actiones, vt di-
ctum eſt. Item expirat pupillare teſtamentum,ſi non eſt adita
hæreditas patris. Planè ſi omiſſa cauſa principalis teſtamenti
ab inteſtato poſsideatur hæreditas, conſulitur ſubſtituto: ſi-
cut & legatarijs, in quorum fraudem inſtitutus non ex teſta-
mento,ſed ab inteſtato poſsidet hæreditatem. Sed & quãdoq;
inſtitutus compellitur adire ex teſtamento hæreditatem, cùm
ſubſtitutus in pupillari ſubſtitutione rogatus eſt hæreditatem
reſtituere ex Trebel. Senatuſconſul.& impubes iam deceſsit:
nam ſi viuit, improbus eſt fideicommiſſarius, qui ſolicitus eſt
de hæreditate viuentis. Licet autem dixerim, non adita hære-
ditate paterna, expirare pupillarem ſubſtitutionem, ſi tamen
is qui repudiauit minor erat & in integrum reſtitutus eſt, vt
liceat ſibi adire, proficiet pupillari ſubſtitutioni, vt teneat.ff.
17 eod.l.ij.§.adeò autem. † An autem inſtitutus à patre, & ſub-
ſtitutus impuberi repudiare poſsit hæreditatem paternam,&
adire pupillarem,vel è contrario,quæritur. Et ſi quidem hic
inſtitutus vnà cum impubere, idémque ſubſtitutus impuberi
adiuit paternam hæreditatem, pupillarem cogitur admittere:
vt infrà de iure delib. l. quidam. etiamſi iſte ſubſtitutus erat
ſuus hæres,frater ſcilicet impuberis qui immiſcuit ſe paternæ
hæreditati.Nam ſi non immiſcuerit ſe,licet ipſo iure ſit hæres,
non cogitur adire ex pupillari ſubſtitutione:vt ff.eodem.l.ſi
filius, qui patri. Nec obſt. quod legitur ff.de acquir. hæred.l.
Si pupillus ibi cæterùm vtique,&c. Exiſtit enim frater fratri
neceſſarius hæres.ſed abſtinere poteſt, vt dictum eſt. Si autem
ſubſtitutus repudiauit paternam, & vult habere pupillarem:
ſiquidem pupillus ſimiliter repudiauit paternam hæredita-
tem, iſte ſubſtitutus repudiando paternam hæreditatem ha-
bere poterit pupillarem:vt ff.de priuil.credi.l.pater. Eſt enim
ibi litera Piſana,& bona, ſeruanda eſt,& c.hoc ita,ſi impubes
habuit cohæredem, ex cuius aditione confirmatæ ſint pupil-
lares tabulæ,vt dictum eſt. Nam ſi ex nullius aditione confir-
matæ ſint pupillares tabulæ fruſtra quæritur, an ſubſtitutus
adire poſſet pupillarem hæreditatem,cùm pupillare teſtamen-
tum euanuerit. Si autem impubes adierat hæreditatem pa-
ternam, non poterit iſte ſubſtitutus paternam hæreditatem
ſibi ex ſua perſona delatam repudiare, ſi vult habere pupilla-
rem:vt ff. de acquirend. hæredita.l.quæſitum. & l.Iulianus. &
de priuil. credito.l.pater. Si autem velit in integrum reſtitui,
vt repudiet portionem hæreditatis paternæ delatæ ſibi ex per-
ſona impuberum, fortè reſtituetur, ſicut & pupillus poterat
18 reſtitui:vt ff.de in integ.reſti.l.non ſolum. † Item expirat pu-
pillaris ſubſtitutio,expugnato paterno teſtamento in totum,
per querelam inofficioſi teſtamenti. Si autem eſſet expugna-
tum pro parte,valeret pupillare teſtamentum. Sed aliud eſt in
contra tabul. bono. poſſeſ. pe. contra paternum teſtamentum
in totum:nam nihilominus valet pupillare:vt ff.eod.l.ex duo-
bus.& l. & ſi contra tabulas. Et eſt ratio : quia per querelam
ipſo iure reſcinditur teſtamentum : quia de iure ciuili eſt que-
rela, & teſtamentum. Per contra tabulas autem bono. poſ.
non reſcinditur teſtamentum ipſo iure : quia illa eſt de iure
prætorio : & prætor non potuit aliquem facere hæredem : vt
Inſtitu.de bono. poſſeſ.§.quos autem. multò ergo minus po-
tuit facere, vt quis deſinat eſſe hæres. Item expirat pupillaris
ſubſtitutio rupto paterno teſtamento per aliud ſecundum,in
quo pater fecit,vel non fecit pupillarem ſubſtitutionem,quod
tenet de iure : alioquin contra : vt ff. eodem.l.ſi quis eum.§.ſi
duo. Item expirat pupillare teſtamentum per agnationem
poſthumi : vt ff. eodem.l.ſi pater filium. ſicut & econtra con-
firmatur pupillare teſtamentum quemadmodum & pater-
num, ſi pater ab hoſtibus captus deceſſerit in captiuitate : fi-
lius verò remanſerit in ciuitate poſt captiuitatem patris. Si
verò pater captus ſit ſimul cum filio, & ibi ambo decedant,
quamuis pater prior decedat,lex Cornelia ad pupillarē ſubſt.
non pertinet niſi impubes reuerſus in ciuitate decedat. Sed &
ſi, viuo patre, filius capiatur ab hoſtibus, ibique decedat,non
erit locus legi Corneliæ, quia non efficitur per eam,vt is,qui
nulla bona in ciuitate reliquit, hæredes habeat:vt ff.eodem.l.
19 lex Cornelia. & l. ſi pater captus. † Exemplaris ſubſtitutio
fieri poteſt à parentibus vtriuſq; ſexus in perſonis liberorum
cuiuſcunque ſexus furioſis, vel mente captis, & cum tali de-
terminatione ſubſtitutio eſt facienda, vt ſiquidem iſte mente
captus habeat deſcendentes ex ſe, illi omnes, vel quidam, vel
vnus ſubſtituantur ei. Si non habeat, ſubſtituantur ei fratres
eius omnes, vel quidam, vel vnus, ſi nec eos habeat, ſubſtitui
20 poteſt ei quilibet extraneus:& ideo dicitur † exemplaris,quia
fit ad exemplum pupillaris : vt enim dicit pater, ſi filius dece-
dat in pupillari ætate, ille ſit hæres, & ita hic dicit,ſi filius de-
cedat antequam perueniat ad ſanitatem mentis, vel cerebri,
ille ſit hæres. Et ſicut illa expirat adueniente pubertate, ita
& hæc expirat adueniente ſanitate, vel nato poſtea filio ex eo:
vt ff. eodem.l. ex facto. & ĩ.eodem.l. humanitatis. In multis
21 tamen differunt. Illa enim † fit pupillis tantùm, hæc maiori-
bus. Item fit illa à patre qui habet impuberem in poteſtate,
hæc autem fit à quolibet parentum ſiue habeat, vel non ha-
22 beat liberos in poteſtate. Mirabile tamen † videtur,quod di-
ctum eſt : & vnum tantum de liberis furioſi poſſe ſubſtitui:
quia ſecundum hoc alij liberi furioſi videntur ab eius ſucceſ-
ſione repelli. Rurſus ſubſtitutionem eſſe nullam dici non po-
teſt : quia lex approbat eam, ſed illud dic eſſe verum cum pa-
ter vnum, vel plures ſubſtituit:alios verò exhæredauit, & iſti
poſteà per querelam reſcindunt teſtamentum. Si verò ab ini-
tio prætereantur, nulla erit ſubſtitutio : ſicut & ipſe furioſus
23 factus ſanæ mentis teſtamentum feciſſet. † Compendioſa
ſubſtitutio fieri poteſt à milite ita ſcilicet,ſi filius meus quan-
docunque deceſſerit, ille ſit ei hæres: & hæc ſub tali compen-
dio verborum continet expreſſam pupillarem, ſi filius dece-
dat in pupillari ætate. Si autem decedat pubes, verba dire-
cta illius ſubſtitutionis trahuntur ad fideicommiſſariam ſub-
ſtitutionem:vt infrà eodem.l.precibus.quod mirabile eſt,cum
aliàs miles habeat priuilegium ſubſtituendi directò puberi,
licet iam extiterit hæres:vt ſuprà de te.mili.l. in teſtamento.j.
& ff. de mili. te.l. in fraudem.§.miles. & l.miles ita hæredem.
§.j. Sed fortè fauore matris, quæ erat in medio, directa trahi-
tur ad fideicommiſſariam poſt pubertatem. Et ſatis habet lex
quòd vſque ad pubertatem valuit illa ſubſtitutio directa.
At vbi miles homini extraneo puberi, poſtea quàm extitit
hæres, ſubſtituit directò, non habetur illa conſideratio ſiue
habeat, vel non habeat matrem, nam nihil ad legem, vel ad
24 teſtatorem de matre eius. † Quid ſi paganus faciat compen-
a dioſam ᵃ ſubſtitutionem per verba ſuperius dicta? certè ſi pu-
pillus decedat in pupillari ætate, ſubſtitutus ſuccedet iure di-
recto,& mater impuberis repellitur omnino. Si autem pupil-
lus fiat pubes, & poſteà decedat, ſubſtitutus omnino repel-
litur

litur: & venientes impuberi ab inteſtato ſuccedunt in totum:
25 vt ff.eo.l.verbis.& l. Centurio.Si autem † teſtator ita ſubſtituat, ſi filius meus quandocunque deceſſerit illum ei ſubſtituo. hanc reputo ſemper fideicommiſſariam, quia verbum ſubſtituo aptatur ad fideicommiſſum: vt ſ.ti.prox l. generaliter.§.vlt.& quia talis interpretatio rem omni tempore valere ſuadet: vt ff.de reb.du.l.quoties. ij. ſed ſuperiori verba directa hoc interpretari non permittunt: & hic mater ſemper admittitur ab inteſtato hæres, ſed reſtituit bona, detracta falcidia: vt ff.eo.l.cohæredi.§.eum fratr.Si verò quis ita ſubſtituat, ſi filius meus quandocunque deceſſerit ſine liberis, ille ſit hæres, vel illum ſubſtituo. hanc ſemper interpretor fideicommiſſariam: quia talibus verbis non directa, ſub fideicom. ſubſtitutio conſueuit, & de iure, & de facto fieri: niſi enim verba directa traherentur ad fideicommiſſum, nullo tempore valeret magis, quàm alio: quia & illud verbum, ſine liberis, innuit quòd etiam in pupillari ætate ſubſtituerit per fideicommiſſum: quia tunc liberos habere non poteſt: & quòd directa verba trahantur ad fideicommiſſariam probatur ff.ad trebel. l.Sceuola.& his caſibus ſuccedit mater, vel quilibet ab inteſtato hæres, & reſtituit bona, detracta falc. vt dictum eſt. Si verò quis ita dicat, ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate, vel poſtea ſine liberis. illum ſubſtituo, duæ ſunt ſubſtitutiones, pupillaris expreſſa ſcilicet, & fideicommiſſaria, propter diſtinctionem, & alterationem ipſorum: ad quæ ſingula, verbum, ſubſtituo, aptatur diuerſis modis: & hoc euidentiùs apparebit, ſi teſtator ſubiiciat, pupillariter, & per fideicommiſ-
26 ſum ſubſtituo. † Breuiloqua ſubſtitutio eſt, quæ continet duas vulgares ſubſtitutiones, & duas pupillares ſubſtitutiones, vt cum duo impuberes inſtituti à parente, qui habet eos in poteſtate, inuicem ſubſtituuntur, & hanc ſubſtitutionem lex appellat reciprocam: vt ff.eo.l.iam hoc iure.& dicendum eſt, quòd omnes iſtæ quatuor ſubſtitutiones expreſſæ ſint: nec enim magis poteſt dici de vna, quàm de alia quòd ſit expreſſa. Vnde contingit quòd propter has pupillares ſubſtitutiones mater repellitur omnino, & ſubſtitutus ſuccedit: vt ff.eo. l. Lucius. Si enim eſſet pupillaris tacita, non repelleretur mater etiam in teſtamento militis: vt j.eo.l.precibus. Siue poneremus matrem vna cum impubere inſtitutam: vt ſ.ti proxi.l. vlti. ſiue non eſſet inſtituta cum eo: vt ſ.de teſt.mili.l.in teſtamento. licet Placentinus dixerit tacitam pupillarem admitti contra matrem: niſi vbi ipſa vna cum impubere filio eſt inſtituta. Vel diſtingue, an extraneus vulgariter ſubſtituatur impuberi: & tunc tacita pupillaris non admittitur contra matrem: an ſubſtituatur impuberi frater eius, vt tunc repellatur mater, quia non eſt veriſimile, quod teſtator vxorem ſuam, hoc eſt matrem impuberis voluerit præferre alij filio ſuo: vt j.eod.l.cùm quidam.

ANNOTATIONES.

a Compendioſam. De iſta ſubſtitutione vide Barto. in l.humanitatis.C. de impu.& aliis ſubſti. Bal. in l.precibus.& ibi Rapha.de vulg. & pup. Barth. Soci. in l.Centurio.nu.xviij. cum plu.ſeq. de vulg & pupil. & doct. in l.verbis ciuilibus. & multa per Sal. in conſi.incip. in nomine domini quidam teſtator.& per Old. in conſi.incip.thema tale eſt. Pau. de Caſtr. in conſil.cxxxiiii.loci. viſo puncto & in conſi. lxxvii.incip. in præſenti conſultatione.verſ.per quam ſubſtitutionem & in conſi. cxxxiiii.incip.diligenter conſiderata circa princi.j.colum.in j.volu. vbi vide omnino.

* Vulgaris. Expirat vulgaris hæreditate adita, quo caſu ſi hæres inſtitutus deceſſerit ante teſtatorem, vel poſt mortem eius antè, quàm ſciret ſe inſtitutū hæredem: vel ſi ſciret vel nollet, (vel non poſſet,) eſſe hæres. hæreditas non adita non tranſmittitur ad hæredes: niſi ſit hæreditas paterna, vel materna, quæ tranſmittitur ad liberos, non etiam ad extraneos. Nulla autem ſubſtitutio poteſt adferre grauamen, nec poteſt ſubſtituens patri grauamen imponere, c. Raynaldus. extra.de teſta.l. quoniam in prioribus.C.de inoffic.teſta. Grauatus reſtituere hæreditatem poteſt inde extrahere quartam, quæ debetur iure naturæ, & quartam Trebellianicam. & hoc ſecundum Canones. extra, de teſta. c. Raynutius.& c. Raynaldus. ſecus tamen ſecundum leges. Item ſubſtitutio euaneſcit: ſi puta quis rogatus ſit reſtituere hæreditatem, nulla facta mentione de filiis, ſi poſtea habuerit filios, vel nepotes. C.de fideicommiſ.l.cum acutiſsimi.& C.de inſtit.& ſubſtitu.l.generaliter. (& l.cum auus.ff.de condict.& demonſtra.quæ eſt Papiniani, & quem citat Imperator in d.l.cum acutiſsimi.) Marinus.

☞ Subſtitutio. Subſtitutionum quatuor genera conſtituit Azo noſter plura effingendi anſam tribuens ſequentibus, vt Bartolo, Baldo P. Caſtrenſ. & cæteris id genus. Equidem à Modeſtini ſententia diſcedere non audeo, duo tantum genera conſtituentis in l.prima.ff.eod. nempe ſimplicem & vulgarem. Nam quod attinet ad l.iiii.ff.eod ad tertium genus ſubſtitutionis tractum ius videri, videlicet ad reciprocam ſubſtitutionem, non obeſt. quòd tractum videatur, non igitur verè eſt ſpecies diſtincta. Quod de fideicommiſſaria Azo ſcribit falſum eſt. Nam fideicommiſſarius hæres non eſt, ſubſtitutus verò directo hæres eſt. cum fideicommiſſarius nec à ſemetipſo, nec ſua authoritate, ſed per manum hæredis capit, ſecus in ſubſtituto, vt ait Iuriſconſultus. Prateius.

De ſeruis neceſſariis hęredibus inſtituendis, vel ſubſtituendis. *Rubrica.*

1 *Hæres neceſſarius quis dicatur, & quare ſic dicatur.*
2 *Seruum hæredem neceſſarium quis dominus poſſit inſtituere, & quatenus, & nume. 4.*
3 *Seruum inſtitutum hæredem à domino ſine datione libertatis, fieri nihilominus liberum.*
5 *Seruum alienum fruſtra quis hæredem & liberum eſſe iubet, nec conualeſcit ea inſtitutio, etiam ſi poſtea is ſeruus fiat teſtatoris.*
6 *Seruus communis ab altero ex dominis inſtitutus hæres cui acquirat hæreditatem.*
7 *Seruus communis duorum dominorum an poſſit vtrique ex dominis hæres neceſſarius eſſe.*
8 *Seruus quomodo fiat hæres neceſſarius.*
9 *Seruus ſub quibus conditionibus hæres à domino ſuo inſtitui poſſit, & quãdo tunc libertatē & hæreditatem conſequatur.*
10 *Subſtitutus poteſt neque ſibi ipſi, ſiue quis inſtitutus eſt ſit ſeruus, ſiue ſit liber homo.*

AVDIVIMVS ſuprà de varietate inſtitutionū: nunc dicamus de diuerſitate hæredum, vel aliter: Diximus de hæredibus inſtituendis hominibus liberis: nunc loquamur de ſeruis neceſſariis hæredibus inſtitu. vel ſubſtit. Videndum ergo quis dicatur neceſſarius hæres: & quis poſſit ſeruum neceſſarium hæredem inſtituere, & quem ſeruum, qualiter poſſit inſtituere, & de effectu
1 inſtitutionis. † Eſt autem neceſſarius hæres ſeruus à domino inſtitutus. Ideo ſic appellatus, quia ſiue velit, ſiue nolit omnimodo poſt mortem teſtatoris protinus liber, & neceſſarius, etiam ignorans fit hæres: vt Inſtit. de hære. qua. in princ.tit.& ff.ſi certum peta.l.eius, qui. ſiue inſtituatur in totum, ſiue pro parte: quia non à cohærede, ſed à ſemetipſo accepit libertatem: niſi inſtituatur ſic, cùm quis mihi hæres erit, Stichus liber & hæres eſto: vt ff.de acquir. hære.l.ex parte. Alij ſunt hæredes ſui, & neceſſarij. ſcilicet qui ſunt in poteſtate teſtatoris tempore mortis. Alij autem ſunt extranei: vt Inſti. de hære. quali.
2 & diffe. in prin.§.ſui autem. † Poteſt autem inſtituere neceſſarium ſeruū hæredem quilibet dominus eius: dummodò liceat ei teſtari, & maximè ſi ſoluendo eſt. Si autem non eſt ſoluēdo, licet ei & in fraudem creditorum inſtituere ſeruum neceſſarium hæredē vnum, & non plures: ſi alius ei nullo modo hæres ex eo teſtamento extiterit. Erat enim valde proſpiciēdum hominibus egētibus, quibus alius hæres non erat extiturus: vt vel ſeruum ſuum neceſſarium hæredem habeant, qui ſatisfacturus erat creditoribus: aut, hoc eo non faciente, creditores res hæreditarias ſerui nomine vendant, ne iniuria defunctus
3 afficiatur: † & erit hic ſeruus, & hæres & liber: etiamſi nominatim dominus non reliquerit libertatem ei, cùm non ſit veriſimile eum, quem ſibi elegerit hæredem, ſi prætermiſerit libertatis donationem, ſeruum remanere voluiſſe; vt Inſti. quib. ex cau. ma. non lic. §.licet autem domino.& j.eod.l.j. Nec impeditur ſerui libertas, vel hæreditas ob hoc quòd ſeruus pignori obligatus erat: ſi tamē ſeruus paratus ſit creditori ſatiſfacere: vt ff.de hære.inſti.l.pignori. & j.eo.l.j.& hoc eſt notabile: quia inter viuos debitor in fraudem creditorū manumittendo ſeruū nihil agit: ſed magis ſuccurritur ei in vltima vo-
4 luntate, vt dictum eſt. Si autem † iſte, qui non eſt ſoluendo inſtituit plures: ſiquidem primò inſtituat vnum, quàm alterum: primò nominatus erit liber & hæres, & non is, qui nominatus

eſt ſecundò: niſi quando maioris pretij ſit is, qui nominatus eſt. Nec ſufficit creditoribus poſteriorem retrahi in ſeruitutem, prior autem ſufficiat. Nam hoc caſu ſequenti loco inſtitutus erit ſolus liber, & hæres. Si autem ſimul ordine non ſeruato quis inſtituat duos hæredes ſeruos: puta, duos Apollonios: nulla erit inſtitutio, ſi viuit vterque ſeruus tunc cùm poteſt adiri hæreditas, id eſt, olim poſt aperturam tabularum, hodie poſt mortem teſtatoris. Si autem vnus eorum deceſſerit antequam poſſit hæreditas adiri, ille qui ſupereſt, erit liber, & hæres: vt ff. de hæredibus inſtituendis. l. qui ſoluendo. & ff. qui, & à quibus manumiſſ. lib. non fi. l. ſi quis habens. Aliquando tamen ei, qui non eſt ſoluendo ſeruus cum alio eſt hęres, veluti ſi ſeruo cum libertate inſtituto hęrede ita adiectum ſit, ſi mihi Stichus hæres erit: tunc Titius quoque hæres eſto. Nam Titius antequam Stichus ſit hæres, hæres eſſe non poteſt: cùm autem extiterit ſemel hæres ſeruus, non poteſt adiectus efficere, vt qui ſemel extiterit hæres, deſinat eſſe hæres:
5 vt ff. de hæredibus inſtituendis. l. ei qui ſoluendo. † Vbi autem inſtituit quis ſeruum alienum hæredem & liberum, licet ille ſeruus poſtea fiat teſtantis, neutrum valet, neque libertatis datio, neque hæreditatis: vt ff. de hæredibus inſtituendis. l. ſi alienum. quod in libertate promptum eſt: quia alieno ſeruo non potuit dari directò libertas: vt C. de teſtam. manu. l. ſeruo tuo. ſed hæreditatis datio bene potuit fieri ſine libertate, eſt enim factio teſtamenti ſeruo alieno ex perſona domini: vt ff. de hæredibus inſtituendis. l. non minus. vnde non deberet vitiari hæredis inſtitutio propter inutilem adiectionem liberta-
6 tis: vt ff. de leg. j. l. ſi ſeruus. iij. §. ſi ſeruus. Si autem quis † inſtituat ſeruum, quem habet cum alio commonem, ſi quidem inſtituat eum cum libertate, compellitur ſocius accipere pretium partis ſuæ: & ſic iſte inſtitutus, domino erit neceſſarius hæres: vt j. de communi ſeruo man. l. j. ibi, licet ipſe communis ſeruus, &c. & l. vlti. Si autem inſtituat eum hæredem ſimpliciter, videtur quòd ſocio teſtatoris per ſeruum cómunem quæratur hæreditas: vt ff. pro ſocio. l. verum. §. ſi ſeruo communi: niſi probetur, quòd teſtator habuit animum libertatis dandę.
7 Vtrique † autem dominorum non poteſt ſeruus communis exiſtere neceſſarius hæres: niſi in duobus caſibus. Nam ſi duo ſocij quendam ſeruum communem teſtamento facto, hæredem & liberũ eſſe iuſſerant, & ruina ſimul oppreſſi perierunt, hoc caſu duobus Orcinus hæres exiſtet. Et ſi ſub eadem conditione ſeruum communem vterque ſocius liberum, & hæredem eſſe iuſſerit, eáque extitiſſet, idem iuris erit: vt ff. eod. l. duo ſocij. Fortè idem erit & ſi ſub diuerſis conditionibus inſtituerint ſeruum communem, & illæ conditiones ſimul extiterint. Quandoque tamen ſeruus non eſt hæres neceſſarius dominæ ſuæ: vt cùm ipſe de adulterio in eam commiſſo, commaculatus eſt: vt ff. de hær. inſti. l. his verbis. §. interdum. Fit
8 † autem hæres neceſſarius ſeruus domino. Item & filio impuberi, cui pupillariter ſubſtitutus eſt: vt ff. de vul. & pup. ſub. l. ſed ſi plures. §. quos. Siue in vno gradu libertas & hæreditas, ſiue in vno libertas, & in alio hæreditas relinquatur, vel in vno teſtamento, vel codicillis libertas, & in teſtamento hęreditas: vt j. eo. l. iiij. & v. §. ſed cum veteres. tamen ita demum eſt neceſſarius hæres ſi manſerit in eadem cauſa. Si verò à viuo teſtatore manumiſſus fuerit, ſuo arbitrio adire hæreditatem poteſt; quia non fit neceſſarius, cum vtrunque ex domini teſtamento non cõſequatur. Quòd ſi alienatus fuerit, iuſſu noui domini adire hæreditatem debet: & ea ratione per eum dominus fit hæres: nam ipſe alienatus neque liber, neque hæres eſſe poteſt, etiamſi cum libertate fuerit inſtitutus hæres. Deſtitiſſe enim à libertatis datione videtur dominus, qui eum
9 alienauit: vt Inſtit. de hæred. inſti. §. ſeruus autem. † Fieri poteſt inſtitutio ſerui à domino purè, & ſub conditione poteſtatiua, quam ſi non impleuerit defraudatur hæreditate & libertate, culpa ſua. Item fieri poteſt ſub caſuali: & ſi quidem illa defecerit, & hæreditas non ſit ſoluendo, humanitatis intuitu ſeruus eſt liber, & neceſſarius hæres. Si autem eſt ſoluendo, ſeruus quidem erit liber: hæreditates autem venient ad alios, quos leges vocant: vt j. eod. l. vlt. Nec enim curauit lex ſeruum compellere vt ſit hæres, cum hæreditas ſit ſoluendo, cùm veriſimile ſit quod alij multi velint eam habere. Sic autem non poteſt inſtitui cum liber erit, ſecus in alieno ſeruo: vt ff. de cond. inſti. l. ſeruus alienus. Quæ autem dicta ſunt in inſtitutione, repetita intelligantur in ſubſtitutione, ſi ſeruus à domi-
10 no ſubſtituatur alij. Sed † nunquid ſeruus, vel liber homo, ſibi ipſi ſubſtitui poteſt? & certè, cauſa inſtitutionis mutata, liber homo ſibi ſubſtitui poterit: ſed cauſa non mutata, nihil valebit ſubſtitutio. Igitur ſi Titius ſit hęres ſcriptus, & ſi hæres non ſit, idem hæres eſſe iuſſus ſit, ſubſtitutio nullius erit momenti, id eſt, nullam afferet commoditatem: aliqua tamen eſt: vt ff. ſi quis omiſ. cau. te. l. j. §. ſi proponatur. vel fortè, quod dicitur ibi eſt intelligendum quando ſubſtitutus eſt alij, non ſibi. Sed ſi ſub conditione quis hæres ſcriptus ſit, purè autem ſubſtitutus eſt, cauſa mutatur: quoniam poteſt ex inſtitutione deficere conditio, & ſubſtitutio aliquid afferre. Sed ſi extiterit conditio, duæ puræ ſunt: & ideò nullius momenti erit ſubſtitutio. Contrà, ſi purè quis inſtituatur, deinde ſub conditione ſibi ſubſtituatur, nihil facit ſibi ſubſtitutio conditionalis, nec mutata intelligitur. Quippe cum etſi extiterit conditio, duæ puræ ſunt ſubſtitutiones: & vnus idemque videtur eſſe gradus. Et quod eſt dictum in homine libero ſibi ipſi ſubſtituto, dici poteſt & in ſeruo ſibi ſubſtituto ſine libertate & inſtituto ſine libertate. Quid autem ſi Titium hominem liberum inſtituo hæredem, Stichum alij lego, & eundem Stichum hæredem inſtituo, & ſi hæres non erit, ita ſubijcio, Stichus liber & Stichus hæres eſto. & certè cùm in eo teſtamẽto legatur Stichus, & libertatẽ accipit, præualet libertas: & ſi præualet libertas, non debetur legatum. Et ideò iuſſu legatarij non poteſt adiri hæreditas: & per hoc verum eſt, Stichum hæredem non eſſe, quantum ad cómodum legatarij: & ex ſequentibus verbis libertas competit ei, cùm vnus videatur gradus: alij verò ſubſtitui poteſt ſeruus, vel cum cauſæ, vel ſine cauſæ mutatione, & probantur hæc ff. de vulg. ſub. l. ſed ſi plures. §. vlti. & l. ſeruum communem. §. Titius. & j. eod. l. pen. §. vlti.

De liberis præteritis, vel exhæredatis. *Rub.*

1 *Præterire aliquem in teſtamento quid ſit.*
2 *Exhæredare quid ſit.*
3 *Exhæredare quis poſſit.*
4 *Exhæredari qui poſſint.*
5 *Exhæredationem in deſcendentibus nominatim faciendam eſſe.*
6 *Nominatim exhæredare quid ſit.*
7 *Filium an purè ſit exhæredandum, an verò poſſit etiam ſub conditione exhæredari.*
7 *Exhæredationem fieri debere à tota hæreditate, non à re vna: & ab omnibus hæredibus, & ab omnibus gradibus.*
9 *Exhæredatio quando cenſentur facta ab omnibus gradibus hæredum.*
10 *Exhæredatio quando poſſit fieri ab vno gradu: atque ibi de intellectu. l. iij. §. fin. ff. de libe. & poſthu.*
11 *Exhæredationis vel præteritionis cauſam debere exprimi.*
12 *Exhæredationis omiſſæ effectus quis ſit: atque ibi an teſtamentum ſit nullum ob non expreſſam cauſam præteritionis vel exhæredationis.*
13 *Præteriti quando habeantur pro exhæredatis: & quale remedium huiuſmodi præteritis competat.*
14 *Parentibus præteritis in teſtamentis deſcendentium quod remedium competat, & quid ſi ſint exhæredati.*

EXPOSVIMVS ſ. de hæredibus inſtituendis, ſubſtituendis, & quia liberos proprios contingit quandoque præteriri, vel etiam iniquè exhæredari, dicamus de liberis præteritis, vel exhæredatis, ſcilicet quid ſit præteritio, quid exhæredatio, quis poſſit exhæredare, quis exhæredari, quis ſit effectus commiſſæ, vel fa-
1 ctæ exhæredationis. † Eſt autem præterire, omittere aliquem, eo non inſtituto, vel exhæredato: vt inſti. de hær. quæ ab inteſta. §. eadem hæc. Hinc eſt quod ſi dicat teſtator filium meum neque hæredem inſtituo, neque exhæredo: quia impias ma-
2 nus iniecit in me, exhæredaſſe eum videtur. † Exhæredare autem

autē eſt filium conſtituere alienum à ſubſtantia, vel hæredita-
te ſua: ſiue dicat exhæredo, ſiue dicat alienus à mea ſubſtantia
3 eſto: vt j. eo. l. ſi quis. † Poteſt exhæredare ille ſolus, & ille om
nis qui facit, & facere poteſt teſtamentum: vt ſ. de teſta. l. non
codicillos. adeò vt ſi teſtamentum ſit nullum à principio, vel
irritum: quia non aditur ex eo hæreditas, exhæredatio ſit nul
la: vt ff. de bo. poſ. contra tab. l. filiū. facit l. j. ff. de iniuſto rupt.
irrito teſta. Quòd dixi in teſtamento, idem fortè diceret quis
& ſi fiat exhæredatio in codicillis teſtamento cōfirmatis: quia
de ademptione hæreditatis videtur cogitaſſe teſtator: vt ff. de
condi. inſti. l. quidam. §. vltim. Sed fortè in vanum cogitauit.
4 † Exhæredare autem poſſum eos, qui poſſunt mihi ab inteſta
to ſuccedere: quia ſunt de liberis, vel quia ſunt de aſcendenti-
bus. Extraneum enim non poſſum exhæredare. Eſt enim res
inepta in extraneo exhæredatio: vt ff. de verb. obli. l. quidam
5 cum filium. §. in eo autem. † Fieri autem debet exhæredatio in
filiis, filiabus, nepotibus, neptibus ſuis, & emancipatis, cęteris
deſcendētibus, iam natis, vel naſcituris nominatim: licet olim
diſtinguerentur maſculi à fœminis: vt Inſtit. eod. §. ſed nō ita.
6 & §. noſtra verò conſtitutio. † Quid eſt nominatim exhære-
dari? Et certè nomen, & pronomen, & cognomen dicendum
eſt, & ſufficit, vel vnum ex his. Item nominatim videtur exhę
redari, & ſi nomen eius non exprimatur, ſi modo vnicus ſit,
& dicat filius meus exhæres eſto. Nam ſi plures ſint filij, beni-
gna eſt interpretatiò vt nullus ſit exhæredatus. Et ſi pepercit
filium dicere, ex Seia autem natum dicit, rectè exhæredat. Et
ſi eum conuitio dixerit non nominandus, vel nō filius meus,
latro, gladiator, tenet exhæredatio. Item tenet ſi dixerit eum
eſſe natum ex adulterio: vt ff. de li. & poſthu. l. j. & ij & iij. j. re
ſponſo. non tamen ideò exhæredauit eum quod crederet eum
natum ex adulterio: nam ſi ideò exhæredaſſet eum, quòd cre
deret eum natum ex adulterio, probato eo quòd verè filius
eſt, declaratur exhæredatio nulla: quia probatur patrem er-
raſſe circa cauſam exhæredationis: vt ff. de liber. & poſth. l. ſi
7 poſthumus. §. vlt. † Item debet filius exhæredari purè, & non
ſub cōditione: niſi in caſu, vt cum filius inſtituitur hęres ſub
caſuali conditione, & in defectum eius exhæredatur: vt dixi-
mus ſ. de inſtitu. ſub cond. fa. vnde hæc exhæredatio vitioſa
eſt, quiſquis mihi hæres erit, filius exhæres eſto. Exhæredari
enim videtur filius ſub conditione, ſi adita erit hæreditas: vt
ff. de vul. ſubſti. l. qui liberis. §. vlt. & ff. de lib. & poſthu. l. iij. §.
8 filius. † Item debet fieri exhæredatio ab hæreditate, non à re
vna: licet inſtitutio hæredis poſsit fieri in re vna: vt ff. eod. l.
cùm quidam. Vnde etiam quidam dicunt filiam inſtitui poſſe
in dote, cùm & contemplatione dotis filia poſsit exhæredari:
vt ſ. de rei vxo. actio. l. vnic. §. videamus. Sed non ita puto ho-
die, quia neceſſe eſt vt habeat aliquid, ſaltem modicum iure
inſtitutionis: vt in auth. vt cum de appella. cogni. §. aliud quo-
9 que. † Dotem autem non poteſt dici habere a patre iure inſti-
tutionis, nec legari: quia nec ei adimere poteſt, nec in bonis
patris eſt: vt ff. ad legem falcidiam. pater. Item fieri debet ab
omnibus hæredibus, non ab vnius perſona tantum: vt ff. eod.
l. iij. §. filius. Item fieri poteſt ab omnibus gradibus hæredum,
quod eſt ſi fiat exhæredatio ante gradus omnes, vel poſt gra-
dus omnes, vel inter gradus. Et tunc eſt inter gradus quando
perſona præcedens exhæredationem eſt in alio gradu, quàm
perſona, quæ ſequitur exhæredationem: vt ff. eo. l. iij. §. filius.
& §. ante. & §. in eo. & j. eod. l. j. Gradus autem accipe, vt not.
10 ſ. de inſti. & de impube. & aliis ſubſtitutio. Item fieri † poteſt
exhæredatio ab vno gradu tantùm: vt ff. eod. l. iij. §. vlt. quod
intellexerunt Doctores, cùm teſtator exprimit ſe ab vno gra
du tantum velle exhæredare. Ego puto idem contingere,
etiamſi teſtator id non adijciat, ſcilicet, in eo caſu quando ex-
hæredauit teſtator inter gradus, & contingit hoc, cum perſo
na præcedens exhæredationem, & perſona ſequens exhære-
dationem ſunt in eodem gradu inſtitutionis, vel ſubſtitutio-
nis: & eſt iſte caſus inuentus à Ioan. aliter enim non videba-
11 tur quòd bene poſſet poni caſus illius legis. † Item fieri debet
exhæredatio, vel pręteritio cauſa inſerta exhæredationis, vel
a præteritionis. Et ſunt xiiij. caſus * quibus exhæredantur de-
ſcendentes, & vij. quibus exhæredantur aſcendentes, nec eſt
opus eos notare in ſumma: quia euidenter notantur in authē.
vt cum de appellat. cognoſ. §. aliud quoque. & §. & hæc qui-
12 dem de parentum. † Eſt autem effectus omiſſæ exhęredatio-
nis: quia ſi is, qui in poteſtate teſtatoris fuerit præteritus non
inſerta cauſa præteritionis: vel etiam fuerit exhæredatus non
ritè: & ita habetur pro præterito, ipſo iure non valet teſtamē
tum, quantùm ad inſtitutiones hæredum: ſed in legatis fir-
mum perſeuerat, vt liquet ex prædicta auth. & inſtitu. eod. j.
reſponſo. quòd eſt contra regulam, quæ eſt j. de fideicommiſ.
l. eam, quam. Licet dixerit Pla. in ſumma Inſtit. eod. tit. quòd
ita etiam erat iure veteri per legem quæ eſt ff. de iniuſt. rupto
teſtamento. l. filio præterito. Sed certè ibi tenebat teſtamentū:
quia filius approbauerat teſtamentum. Et eſt illa authent. ſi-
gnata ab Guar. j. eod. auth. non licet, &c. malè tamen, quia nō
eſt ita in corpore authen. Nec enim dicit, quòd ex ſola præte-
ritionis cauſa irritum ſit teſtamentum: ſed ita, ſi non inſera-
tur cauſa pręteritionis, vel exhęredationis. Sic ergò filius iſte
ab inteſtato erit hæres. Si autem filius emancipatus præteri-
tus eſt non inſerta cauſa: vt dictum eſt: ſimiliter dico teſtamē
tum ipſo iure nullum. Et hic emancipatus olim bonorum poſ
ſeſſor: ſed hodie ſuccedit per conſtitutiones, vt hæres ab inte
ſtato: vt in authen. de hære. ab inteſ. §. j. & §. ſi verò neque fra
tres. Si verò exhæredatus fuerit filius ritè, prout ſ. dictum eſt,
tenebit teſtamentum: niſi expugnetur per querelam inofficio
ſi teſtamenti, ſiue erat emancipatus, ſiue erat ſuus: & hic fortè
non præſtabunt relicta, quia pendent ex inſtitutione, quæ caſ
ſatur: ſed ſuprà non pendent ex ea: quia nulla erat ipſo iure. vt
ff. de iniu. rup. teſta. l. nam & ſi ſub conditione: & quod nullū
eſt, reſcindi non debet l. nam & ſi. §. fin. Si autem præteritus
fuerit filius ritè, id eſt, inſerta cauſa exhæredationis, vt dictū
eſt, tenet teſtamentum, ſed habet filius emancipatus contra
tab. bono. poſſ. Eandem habet filius ſuus j. eod. l. vltim. §. ſan-
cimus. Nec aliter videtur hodie poſſe ſuccedere: niſi per con-
13 tra tab. bo. poſſ. † Præteriti autem à milite ſciente ſe liberos
habere, vel a matre, vel linea materna, inſerta cauſa præteri-
tionis: (vt diximus) ſolam habent querelam inofficioſi teſta-
menti: quia pro exhæredatis habentur: vt Inſti. eod. §. vlti. &
14 pe. † Idémque eſt è conuerſo in aſcendentibus lineæ maternæ,
ſi prætereantur à liberis eiuſdem lineæ. Aſcendentes autem
lineæ paternæ præteriti à liberis inſerta cauſa præteritionis,
habent bonorum poſſeſsionem contra tab. Aut ſi non inſera-
tur cauſa, teſtamētum ipſo iure non tenebit. Exhæredari autē
aſcendentes eiuſdem lineæ, habent querelam inofficioſi teſta-
menti inſerta cauſa exhæredationis, (vt dictum eſt) alioquin
eſſet teſtamentum ipſo iure nullum. De his auxiliis plenè di-
ximus ſuprà de inoffic. teſtamen.

ANNOTATIO.

a Caſus. Ad hoc vide Doct. in authentic. non licet. C. de liber. præterit. Bald. in authent. ex cauſa. eod. tit. Canoniſtas in cap. Quintauallis. de iureiur. do. Alexand. de Imo. in l. maximum vitium. C. de liber. præterit. & in conſil. cclx. in ii. volu. vbi habes mirabilem caſum iniuriæ verbalis in parentes, quem alibi non legi.

De poſthumis hæredibus inſtituēdis, vel exhæredandis, vel præteritis. *Rubrica.*

1 *Poſthumus quis dicatur.*
2 *Poſthumus quis teneatur inſtituere.*
3 *Poſthumo hærede inſtituto quis cēſeatur inſtitutus: & qui poſ*
ſint poſthumum hæredem inſtituere.
4 *Poſthumum purè & ſub conditione poſſe inſtitui, atque iuxta*
ſub quibus conditionibus inſtitutus rumpat teſtamentum.
5 *Poſthumi quomodo exhæredari debeant: & an hodie poſsint*
exhæredari.
6 *Poſthumi præteritione an, & quando rumpatur teſtamentum,*
& quatenus, & nume. 9
7 *Partus monſtroſi, vel portentoſi proſint necne parentibus.*
8 *Poſthumum præteritum, qui natus viuo teſtatore, non impedi-*
re, quominus hæres ſcriptus admittatur ad bonorum poſſeſ
ſionem ſecundum tabulas.
10 *Teſtamentum an & quādo rumpatur præteritione eorum, qui*

ſunt loco poſthumorum, & qui ſint illi qui habentur loco
poſthumorum.
11 *Teſtamenta ne rumpantur per nepotes, vel pronepotes, qua ra-*
tione prouiſum ſit per legem Velleam, & per conſiliū Gal-
lo Aquilij.
12 *Legis Velleæ capita quot ſint, & quando locum habeant.*
13 *Poſthumus alienus quis dicatur, & an poſsit inſtitui.*

DIXIMVS ſ. de liberis natis: nunc de naſcituris:
id eſt, de poſthumis hæredibus inſtituendis, vel
exhæredandis, vel præteritis. Vidēdum ergò quis
ſit poſthumus, & quis poſsit & debeat ipſum in-
ſtituere, & qualiter. Item qualiter debeat exhæredari, & quid
iuris ſit eo præterito. Et poſtea videbimus de his, qui loco
1 poſthumorum ſunt. †Eſt autem poſthumus, qui naſcitur
poſt mortem patris. Inde enim dicitur poſthumus: quia poſt-
quam pater conditus eſt humo, naſcitur. Sed & impropriè
a quilibet dicitur poſthumus qui naſcitur poſt teſtamentum:ª
2 vt ff. de iniu. rup. te. l. iij. §. poſthumos autem. †Poteſt autem,
& debet inſtituere poſthumum omnis maſculus in cuius po-
teſtate poſthumus eſſet naſciturus, ſi natus eſſet in vita teſta-
toris: vt j. eod. l. quod certatum eſt, ſiue hic maſculus erat iam
maritus, ſiue nondum duxerit vxorem. nam & maritus vxorē
repudiare poteſt: & qui non duxerit vxorem, poteſt maritus
effici. nam & cùm maritus poſthumum ſcribat hæredem, non
vtique is ſolus ſcriptus videtur poſthumus, qui ea vxore, quā
habet natus eſt ei, vel is qui tunc in vtero eſt, verùm is quo-
3 que qui ex quacunque vxore naſcitur. Ideóque † qui poſthu-
mum hæredem inſtituit, ſi poſt eius teſtamentum factum mu-
tauit matrimoniū is videtur inſtitutus, qui ex poſteriori ma-
trimonio natus eſt. Nec diſtinguitur in maſculo inſtituente,
vtrum ſit ſpado, an non, Nam & ſpado inſtituit poſthumum:
quoniam nec ætas, nec ſterilitas ei rei eſt impedimento: Secùs
in caſtrato: quia naturali vitio impeditur generare. Herma-
phroditus poſthumum inſtituit hæredem, vt dicit lex: maxi-
mè ſi in eo virilia præualeant: vt ff. de li & poſthu. l. placet. &
l. ideoque. & l. ſed eſt quæſitum. Et videtur illud [maximè] a-
bundare: nam ſi præualeant in eo muliebria, non habet neceſ-
ſe inſtituere poſthumum: ſicut nec neceſſe habet mulier: cum
eius præteritio habeatur pro exhæredatione: vt ff. eod. l. Gal-
lus. §. nunc de lege. & de iniu. rup. teſt. l. iij. in prin. & vt dixi-
mus ſ. tit. prox. Item nec conſideratur in maſculo inſtituēte ſit
ſanus, an infirmus. vel iuuenis, an ſenex: quia natura magis in
homine generandū, & conſuetudo ſpectanda eſt, quàm tēpo-
rale vitium, aut valetudo, propter quam abdicatur homo à
generandi facultate: vt ff. eo. l. ſi quis poſthumos. in prin. Si ta-
mē quis inſtituat poſthumum ex ea, quæ alij ſit nupta, vel ex
ea quam nephas ſit ducere, inſtitutio non tenet: nec ſuperius
teſtamentum ruptum eſt. Iure enim naturali, vel lege Dei, im
pediebatur matrimonium: ſecus ſi impediretur matrimonium
de iure ciuili: vt ſi inſtituo mihi eum hæredem, qui mihi naſce
tur ex Titia ancilla, vel minore xxv. ann. cuius tutelam, vel cu
ram ego, vel pater meus adminiſtrauimus, & ancilla poſtmo-
dum fiat iuſta mea vxor, libertatem conſequuta vel pupilla,
vel adulta fiat maior. xxv. annis, & rationibus redditis, & vti
lì anno tranſacto, iuſtè nubat mihi: vt ff. eod. l. ſi quis poſthu-
4 mos. §. ſed & ſi ex ea. & l. filius à patre. §. vlt. †Poteſt autem
inſtitui poſthumus purè, & ſub cōditione ſicut dixi plenè cir
ca filios iam natos ſ. de inſt. ſub cond. factis. Item inſtitui po-
teſt, ſi naſcatur in vita teſtatoris: & tunc natus poſt mortem
rumpit teſtamentum. Item è conuerſo poteſt inſtitui, ſi naſca-
tur poſt mortem: & tunc natus in vita rumpit teſtamentum:
quia in hunc caſum naſcitur, qui non eſt teſtamento compre
henſus: & in talē caſum omiſſum: nec ſub conditione videtur
ſcriptus. Itē poteſt inſtitui ſiue naſcatur in vita, ſiue naſcatur
poſt mortē: vt ff. eo. l. cōmodiſsimè, ſed in duobus caſibus o-
lim videbatur inſtitutus in alterū caſum. Sed hodie ex inter-
pretatur poſthumū inſtitutū in vtrūq;. Primus eſt, cùm ita di-
cit teſtator, Filius vel filia qui intra x. mēſiū ſpatiū poſt mor-
tem meā fuerint editi, hæredes ſunto. Secūdus eſt, cum ita di-
cit, Filius vel filia, qui intra x. mēſes proximos mortis meę naſ
cātur hæredes ſunto: vt j. e. l. vlt. Lex enim interpretatur quod
teſtator ſicut voluit eū hæredem eſſe ſi naſcatur poſt mortem,
ita & eadem ratione & ſi in vita, niſi contrariū appareat: vt ff. de
hær. inſti. l. ij. & ff. eo. l. ſi ita. j. reſpon. & ſ. de inoffi. te. l. iij. Sed
de morte ideò poſuit: quia credebat eum naſciturū poſt mor-
5 tem, arg. ff. ad Treb. l. mulier. †Exhęredari debent iſti, poſthu
mi, vel poſthumæ facta mentione: ſiue ita dicat, Quicunque
mihi naſcetur, ſiue ita, Quicunq; naſcetur ex Seia, ſiue ita, ven
ter hæres eſto, ſiue ita, Poſthumus exhæres eſto: vt ſ. ti. proxi.
l. vlt. §. vlt. & ff. de iniuſto rupto te. l. iij. §. nominatim. Hodie
autē poſthumi non poſſunt [nota] exhæredationis damnari,
quoniā eam neceſſariū eſt iubiicere in exhæredatione facien
da: vt diximus ſ. ti. prox. cùm certum ſit eos nullam ingratitu-
dinis cauſam poſſe, vel potuiſſe committere. nec poſſunt pro-
pter alienū odium, vel delictum exhæredari: vt ſ de inoff. te.
6 l. ſi quis teſtamento. §. vlt. †Eſt ergo nobis videndum quis iu-
ris ſit poſthumo præterito. Et quidē ſi ponam eum præteritū
eſſe ab hæreditate tota, vel etiam à gradibus vniuerſis: & ipſe
natus eſt viuus, emiſſa voce, vel non emiſſa. dumtamen cōſtet
eum viuum natum, vel ex ſecto ventre editum integrum, vel
non integrum animal, cū ſpiritu tamen, teſtamentum rumpet:
vt j. eo. l. quod certatum eſt. & ff. eo. l. quod dicitur: niſi decli-
net ad monſtrū, vel prodigium: vt ff. de ſtat. ho. l. non ſunt.
7 Videretur † tamen eſſe contrarium quod legitur. ff. de verbo.
ſig. l. quæret et. ſ. parentib. debere prodeſſe, ſi qualiter potuerunt,
ſtatutis obtemperauerunt, licet portentoſum, vel mōſtroſum,
• aut debilem mulier ediderit: vel inæqualem viſu,* vel vagitu
nouū, non humanæ figuræ: ſed alterius magis animalis, quàm
hominis partum. Et certè tunc diſtingui poteſt, an id accide-
rit propter delictum mulieris: vt quia rem habuit cum aliquo
animali irrationali, vt tunc nati non debeant reputari liberi.
An ideò quia, cùm ipſa cognoſceretur à maſculo, de aliquo
animali cogitauerit. Nam ex cogitatione concipientis talia
accidunt, vt dicūt phyſici: & tunc nati poſthumi habētur pro
8 liberis. Sed licet † natiuitate poſthumi rumpatur teſtamentū,
tamen ſi, viuo teſtatore, natus deceſſerit, ſcriptus, vel nūcupa-
tus hæres iure prætorio habebit bo. poſ. ſecundum tab. vel ſe-
cundum nuncupationem, vt ff. de iniu. rupto te. l. poſthumus.
Qui autem naſcitur mortuus, nec natus, nec procreatus vide-
9 tur, ff. de ver. ſig. l. qui mortui. †Rumpitur ergò totum teſta-
mentum poſthumi natiuitate, ſi poſthumus eſt toto teſtamen-
b to præteritus.ᵇ Nam ſi ponamus eum præteritum ab vno gra
du tantùm, & ab alio exhæredatum, rumpitur ille ſolus gra-
dus à quo præteritus eſt. Sed nec patitur valere gradus ſeqnē-
tes: quia pendent à primo, qui à princi. tenuit, licet poſteà rū-
patur. Sed filius iam natus, ſi prætereatur ab vno, valent alij
ſequentes, vel præcedentes gradus, à quibus eſt exhæredatus.
Non enim pendet ex eo, qui nullus eſt: vt ff. de iniuſt. rupto te
ſtamento. l. iij. §. vlt. & l. nam & ſi ſub conditione. Hodie tamē
quia non poteſt poſthumus exhæredari, vel à toto teſta. vel à
parte eius, vel à gradu aliquo (nam & talis exhæredatio habe
tur pro præteritione) teſtamentū quod à princ. tenuit, expoſt-
facto rumpitur, & fit ipſo iure nullum. ſiue poſthumus naſca
tur in vita teſtatoris, ſiue poſt mortem: vt ff. de iniu. rupt. teſt.
10 l. iij. †Sed aliud eſt in his, qui ſunt loco poſthumorum. Nā illi
ita demum rumpunt, ſi agnaſcantur in vita teſtatoris: vt ff. eo.
l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium, & liquebit ex ſequentibus. Sūt
autem loco poſthumorum hi, qui in ſui hæredis locum ſucce-
dendo, quaſi agnaſcendo fiunt parentibus ſuis hęredes: vt ec-
ce, ſi quis filium & ex eo nepotem, neptémve in poteſtate ha-
beat: quia filius gradu præcedit, is ſolus iura ſui hæredis ha-
bet: quamuis nepos quoque, & neptis ex eo in eadem poteſta-
te ſint. Sed ſi filius meus me viuo moriatur naturaliter, [vel ci
uiliter, ſcilicet, per capitis diminutionem magnam, vel mediā,
vel etiam ſi emācipatus fuerit,] aut qualibet alia ratione ex-
eat de poteſtate, incipit nepos neptíſve in eius loco ſuccede-
re, & eo modo iura ſuorum hæredum quaſi agnatione nanci-
11 ſcitur. Ne ergo † eo modo rumpatur mihi teſtamentum, ſicut
ipſum filium hæredem inſtituere, vel exhæredare nominatim
debeo, ne non iure faciam teſtamentum: ita & nepotē neptēm-
ve ex eo neceſſe eſt mihi vel hæredem inſtituere, vel exhære-
dare, ne fortè, me viuo, mortuo filio ſuccedendo in eius locū,
nepos, neptíſve quaſi agnatione rūpat teſtamentū, idq; lege
Iunia

Iunia Vellæa prouiſum eſt: vt ff. de iniu. rup. teſt. l. poſthumorum, & Inſti. de exhær. libe. §. poſthumorum. Ad prouiſionē legis Vellææ conſeruandam Gallus Aquilius concepit verba ſubſtitutionis in perſona nepotis, vel neptis, & adiecit de pronepote, & de pronepte, & cæteris deſcendentibus, ſi perſonæ præcedentes eos moriantur, viuo teſtatore naturaliter, vel ciuiliter, vel exeant de poteſtate, vt dictū eſt. Idémque etſi præmortuo nepote viuo filio ſubſtituo pronepotem, ſi filius moriatur me viuo, & ſunt hæc verba ſubſtitutionis, Si filius meus, me viuo, morietur, tunc ſi quis mihi ex eo nepos, ſiue quæ neptis poſt mortem meam, vel in vita mea, in x. menſibus proximis, quibus filius meus morietur, natus, natáve erit, hæredes ſunto. Et quod dictum eſt, ſi ſubſtituatur filio, eſt intelligendum eſſe factum, & ſi pariter cum filio inſtituatur: vt videatur eſſe ſubſtitutus in eum caſum qui ex prædictis verbis concipi poteſt. Item & poſſunt cōcipi verba ſubſtitutionis, ſi moriatur filius, & nepos, viuente teſtatore: vt ff. eo. l. Gallus. vſque ad §. ſi eius. & eſt hoc dictum à Gallo, & à Vellæo conſilij cauſa. A principio enim ſi inſtituo filium, & nepotem prætereo, tenet [a] teſtamentum, licet caſu poſsit poſteà rumpi: vt ff. eo. l. Gallus. §. forſitan. & §. in omnib. his. Mar. tamē [b] videbatur à prin. nullum eſſe teſtamentum: ſecus ſi inſtituo nepotem, & prætereo filium: vel inſtituo pronepotem, & prætereo nepo-

12 tem. Eadem in ſimilibus, vt in prædicta lege dicitur. †Circa materiam iſtam ſubſtitutionis à Gallo Aquilio antiquitus introductam lex Vellæa volens prouidere teſtamentis auorum, & proauorum, ne rumperentur per nepotes, vel pronepotes, vel ſequentes liberos, induxit duo capita, ſuper inſtitutionibus nepotum, & pronepotum, & cæterorum liberorū Et habet locum primū caput legis Vellęæ cùm, iam mortuo filio, nepotem ex eo naſciturum inſtituo, vel ſi prætercam illum, rumpitur teſtamentum, eo nato. Hoc idem capitulum locū habet quantum ad ſententiam, non quantùm ad verba, cùm inſtituo nepotem naſciturum viuo filio tempore teſtamenti, & inſtituto hærede, vel exhæredato, ne alioquin teſtamentū ſit nullum: ſed moritur hic filius antequam naſcatur nepos: vt ff. eo. l. Gallus. §. nunc lege Vellęa. Secundum caput locū habet, cùm inſtituo nepotem iam natum viuente filio, & inſtituto hærede, vel exhæredato: ne alioquin teſtamentum nō teneret, vt ſ. dictum eſt, & tunc nepos ex inſtitutione admittitur tunc demum, quando admiſſus rumperet, non cum patre ſuo ſimul: vt ff. eo. l. Gallus. §. inſtituens, & §. quidam. Quod autē diſtinguantur capitula per nepotes natos, & naſcituros, & filios viuentes, & mortuos, probatur: vt ff. eo. l. Gallus. & §. nūc. de lege Vellęa. & §. videndum. Quartus caſus in difficili eſt, id eſt, valde difficilis dicitur: quia non poteſt adaptari magis verbis primi capitis, quam ſecundi. Aliquid enim habet ex primo: quia ponitur in nepote naſcituro: aliquid habet ex ſecundo: quia ponitur in nepote ex filio viuente tempore teſtamēti, & viuente tempore illo, quo naſcitur poſthumus: & ideò in hoc caſu dicuntur duo capitula coadunata. Neq; videtur, quòd inſtitutio talis nepotis teneat: quia cùm is naſcitur, nō eſt ſuus

13 hæres, ipſum præcedente patre ſuo. †Eſt autem poſthumus, alienus qui de iure nō poteſt inſtitui hæres iure antiquo: videtur ergo, quòd rumpatur teſtamentum natiuitate ſua. Iuliano tamē videtur quaſi duobus capitibus lege coadunatis, in hoc quoque inducere legem, ne rumpatur teſtamentum: vt ff. eo. l. Gallus. §. ille caſus. Item hodie tenet inſtitutio alieni poſthumi: vt inſti. de bo. poſſ. §. reſpon. Item hodie quia emanciparetur filius, non ideò præfertur ei nepos in ſuccedendo: ſicut ſ. diximus eum præferri. Item nec admittitur pariter nepos cū filio, per edictum de coniungendis cum emancipato liberis: quia illud hodie ſublatum eſt: vt diximus ſ. de inoffi. teſta.

ANNOTATIONES.

a Poſt teſtamentum. Adde Bar. in l. conficiuntur. §. ſi poſt. ff. de iure codi. doct. in l. filius. C. de lib. & poſth. Pau. de Caſt. in conſi. lxxx. inci. caſus iſte qui deſcribit nouum caſum copioſè. de. Barth. Socin. in rubri. de lib. & poſthu. nu. 2. cum plu. ſeq. chart. xviii.

b Præteritus. Adde Bar. in l. ſi hæreditas. §. qui filium. verſi. nor. tamen. ff. de teſta. tut. & in l. poſthumus. verſic. idem de inoff. teſta. Bald. in l. 2. C. de poſthu. hære. inſti. Bartol. & doct. in l. ſi quis cum. §. ſi cum ſuo. verſi. iuxta. C. de teſta. & in conſi. xci. incip. quidam Lapus diffuſè per. do. Alex. in conſi. clxii. in ii. volumi.

c Tamen. Videtur Martinus antiquus Iuris Ciuilis gloſſator innuere in formula G. Aquilii. filium eſſe præteritum, & ita inſtitutum non fuiſſe: ſed ea ſufficientem Tutii inſtitutionem contineri eadem l. Gallus. comprehenſum eſt, idque rectè cēſuit Azo noſter dum dicit ſupra verba ſubſtitutionis ſubſtitutio arguit inſtitutionem. P. Prateius.

d Ad monſtrum. Monſtroſos partus cædi iuſsit Romulus, vt ſcribit Halycar. lib. ii. Quod tamen ait lex ad eos partus ſpectat, qui non humanæ ſed alterius animalis formam habent interpretatus eſt Vlpianus. l. quæret. ff. de ver. ſignifi. P. Prateius.

De iure deliberandi, & de adeunda, vel acquirenda hæreditate. *Rubrica.*

1 *Deliberare quid ſit.*
2 *Deliberandi tempus quibus detur, & quantum nu. ſeq.*
4 *Deliberationis effectus quid ſit.*
5 *Hæreditariorum bonorum diminutio quibus ex cauſis permittatur interim, dum deliberat hæres adire, néc ne debeat.*
6 *Deliberatio adeunda, vel omittenda hæreditatis quomodo non ſit hodie neceſſaria.*
7 *Inuentarium quando ſit ab hærede faciendum: & quæ ſit huius inuentarii faciendi forma: & quam vtilitatem adferat, ſeu quis ſit eius effectus, nu. ſeq.*
9 *Hæres inuentarium faciens quæ poſsit in patrimonij computatione excipere, ſiue deducere.*
10 *Hæres, qui ſe hæreditati immiſcuit, ſi intra tempora præſtituta inuentarium facere neglexerit, quatenus teneatur creditoribus & legatariis.*
11 *Intellectus ad l. quandiu inſtitutus. circa fi. ff. de acqui. hære.*
12 *Deliberandi ius vnde competat: & an tranſmittatur, & intra quantum tempus.*
13 *Hæreditatis adeundæ ius an perpetuò competat hæredi inſtituto, vel ei, cui delata eſt hæreditas.*
14 *Adire hæreditatem quid ſit, & qualiter adeatur, & numero 19. & 30.*
15 *Gerere pro hærede quando quis dicatur, & nn. ſeq.*
17 *Hæres extraneus ſurripiendo rem aliquam hæreditariam, an cenſeatur hæreditati ſe obligare, quaſi hoc ipſo eam adeat, & quid ſi pretium acceperit pro omittenda hæreditate.*
18 *Sui hæredes ex quibus cauſis amittant beneficium abſtinendi.*
20 *Adire hæreditatem quis poſsit. & nu. 22. & 24.*
21 *Filius fa. an, & quomodo poſsit hæreditatem adire.*
23 *Minor xxv. annis an, & quomodo poſsit hæreditatem adire.*
24 *Adiri hæreditatem non poſſe niſi ab eo, qui certus eſt eum eſſe defunctum, de cuius hæreditate agitur.*
25 *Hæreditatem ſibi delatam ſcire debere eum, qui eam adit.*
26 *Hæreditatem vt quis poſsit adire ex teſtamento, certus eſſe debet teſtatorem teſtamenti factionem habuiſſe.*
27 *Hæreditatem adire poſsitne is, qui de conditione ſua dubitat. item qui dubitat de viribus teſtamenti, vel de iure hæreditatis.*
28 *Filius hæres an poſsit, & pro qua parte hæreditatem adire interim, dum ſperatur poſthumus naſciturus.*
29 *Hæreditatē non poſſe adiri ab eo, qui dubitat purè, an ſub conditione ſit inſtitutus.*
30 *Hæreditatem purè ac ſponte adiri debere.*
31 *Hæreditatem alicui delatam, in totum eſſe adeundam, vel in totum omittendam, nec poſſe pro parte adiri.*
32 *Hæreditatem adeūdam eſſe per ipſum procuratorem, nec poſſe per procuratorem adiri: tametſi bon. poſſeſsio poſsit per eum agnoſci, & cur tam variè.*
33 *Actionem hæreditatis dici in extraneis hæredibus, quæ in ſuis dicitur immixtio.*

QVONIAM inſtituti hæredes, de quibus diximus: & legitimi, de quibus dicemus, ſæpè deliberant, an expediat eis hæreditatem admittere, vel repudiare, ponit de iure deliberandi, & quia, deliberatione habita, quandoque aditur hæreditas, ponit de ea acquirenda, vel adeunda: videndum ergo quid ſit deliberare. Qui petat tempus ad deliberandum, à quo, quantum tempus, quis ſit effectus deliberationis, quod ſit ius eius: & poſtea dicemus de confectione inuētarij, & eius beneficio, per quod

hodie ſublata deliberatione, plenè cōſolitur hæredibus, poſt-
1 ea dicemus de acquirenda hæreditate.†Deliberare autem ni-
hil aliud eſt, quàm ſecum diligenter cogitare, vel in mēte ſua
reuoluere, vel cum amicis explorare, an expediat ſibi admit-
tere id, de quo quæritur. Subuenitur etiā hæredibus per præ-
torem, vt habeant copiam inſtrumentorum inſpiciendorū: vt
proinde inſtruere ſe poſsint, expediat nécne agnoſcere hære-
2 ditatem: vt ff. eo. l. Ariſto. & ff. de acqui. hær. l. Ariſto. † Datur
tempus deliberandi hæredi inſtituto. vel ſi plures ſunt ſingu-
lis debet dari, ſi tamen liberi ſunt. Seruo enim inſtituto hære
de, datur tempus domino ſuo, non ipſi: quia pro nullo habe-
tur apud prætorem: vt ff. eod. l. j. & l. ſi plures. Item datur tu-
toribus & curatoribus hæredum inſtitutorum: vt ff. eod. l. ait
3 prætor. Item datur hæredibus ab inteſtato venientibus.†Da-
tur hoc tempus ab Imperatore vſq; ad annū. Ab aliis autē iu-
dicibus datur vſq; ad nouem menſes: vltra enim dari non po
teſt, ſed nec minus dari debet centum diebus. Mediū ergo tem
pus eſt in poteſtate iudicantis. Sic ergo dabitur tempus quā-
doque ſemel tantum: vt cum à principio dantur nouem men-
ſes. Quandoq; dari poterit ſæpius, vt cùm à principio dedit
minus nouem menſibus: vt j. eo. l. vlt. §. ſed quia quidam. & ff.
4 eo. l. j. §. vlt. & l. ij. †Eſt autem effectus deliberationis: quia in-
terim bona non debent diminui: niſi cauſa cognita, & his ver
bis non tantum alienatio prohibita eſt, verumetiam exerci-
tiū actionum. Eſt enim abſurdum eū, cui alienatio interdici-
5 tur à prætore permitti actiones exercere. Sed ex iuſta†cauſa
a prætor permittit diminuere: putà, cauſa funeris. ᵃ Item cauſa
eorum quæ ſine piaculo non poſſunt præteriri: putà, veſcen-
di gratia, vel vt ædificia ſarciantur, vel ne agri inculti ſint, vel
vt ſi qua pecunia ſub pœna debetur vt reſtituatur, vel ne pi-
gnora pretioſa diſtrahantur. Idémq; eſt & ſi res ſint in hære-
ditate, quæ ex tractu tēporis deteriores fiunt. Nam poteſt is,
qui deliberat ſine præiudicio, eas iuſtis pretiis vendere: poteſt
etiā ea, quæ nimis ſumptuoſa ſunt, veluti iumenta, aut væna-
lia, diſtrahere. Itē ea, quæ mora deteriora fiunt, vēdere poteſt.
Igitur ſi in hæreditate ſit vinū, oleum, frumentum, numerata
pecunia, inde fieri debent impendia: ſin minus, à debitoribus
hæreditatis eſt exigenda pecunia. Quòd ſi nulli ſint debito-
res, aut iudicem prouocent, vænire debēt res ſuperuacuæ. Ha-
bet & filius, qui deliberat ſuper hæreditate paterna, benefi-
cium, vt alimenta dentur ei ex hæreditate: & probantur hæc
omnia, vt ff. eo. l. Ariſto. ſcribit. §. vlt. & l. igitur. & l. ait præ-
6 tor. & l. filius. †Huiuſmodi autem deliberatio hodie non eſt
neceſſaria ſi quis inuentarium ſecundum legem facere volue
rit. Nam ſi velit quis ſpe certiſsima hæreditatem adire, vel ſe
immiſcere, vt poſteà non repudiet eam, nullo indiget inuēta-
rio, cùm omnibus creditoribus ſuppoſitus eſt: vt pote hæredi-
tate ei ex ſua volūtate infixa: vt j. eo. l. vlt. §. j. Itē & legatariis
tenetur inſolidum, per auth. de hær. & fal. §. ſi verò non fece-
rit inuentarium. Sed antiquo iure detrahebat falcidiā, quo iu-
re nihil erat cautum de inuentario. Si verò quis non titubāti
animo reſpuendam, vel abſtinendam crediderit eſſe hæredita-
tem (dicebat enim ſe repudiaturum, vel abſtenturum: non ta-
men abſtinebat, aut reſpuebat) expectatur eius renūtiatio vſ-
que ad tres menſes ex quo cognitum fuerit ei delatam eſſe hæ
reditatē, nullo nec inuentario faciendo, nec ālio circuitu ex-
pectando, ſit alienus ab huiuſmodi hæreditate oneroſa, vel lu
7 croſa: vt j. eo. l. vlt. §. ſimili que modo.†Si autē dubium eſt, v-
trum admittenda ſit nécne defuncti hæreditas, non putet ſibi
neceſſariam deliberationem, ſed adeat hæreditatē, vel ſeſe im-
miſceat: omni tamen modo inuentarium conficiatur ab ipſo,
b vt exordiū capiat inuentarium ᵇ intra xxx. dies poſtquàm co-
gnouerit hæreditatē ſibi ab inteſtato, vel ex teſtamento dela-
tam: & hoc inuentarium intra alios lx. dies ſuper rebus quas
habuit defunctus tēpore mortis impleatur, vel ſi res defuncti
omnes, vel maxima pars non ſunt in his locis, in quibus ſunt
hæredes, habebunt hæredes anni ſpatium ad huiuſmodi in-
uentarij conſummationē. Et in eius confectione debet inter-
eſſe tabellarius vnus, qui ſcribat inuentarium. Sed quidā di-
cunt, quòd duo debent adeſſe: quia pluraliter loquitur lex, ſed
certè plurale eſt in ſingulare reſoluēdum: vt in actione vi bo.
rap. & nego. geſt. Quandoque exigitur alius tabellio in ſub-
ſcriptione hæredū: vt dicetur j. Itē debent intereſſe teſtes. Ta
bularis enim ſolis non credimus: vt j. eo. l. vlt. §. ſin autem du-
bius. & in auth. de hære. & fal. §. ſancimus. & §. ſi verò abſint.
Item debent intereſſe omnes legatarij, vel pro eis agentes ſi
perſonarum ratio ſit habēda, ſcilicet, eius ciuitatis, in qua fit
inuentarium: vel ſi quis ex his abfuerit, vel intereſſe noluerit,
ſuccedet præſentia trium teſtium locupletū, & bonæ opinio-
nis de eadem ciuitate: & qui hæredem cognoſcant abſq; præ-
iudicio veritatis inquirendæ per ſeruorum hæreditariorum
quæſtionē, vel per ſacramentum teſtium, vel per ſacramētum
hæredis, ſi aliæ defecerint probationes: vt in auth. de hær. &
fal. §. ſancimus. & §. ſi verò abſint. Itē debet hæres ſupponere
ſubſcriptionē ſignificantem quantitatem rerū: & quòd nulla
malignitate circa eas facta, vel ab eo facienda, res remaneant
apud eum: vel ſi ignarus ſit literarū, vel ſubſcribere præpedi-
tur: ſpecialis tabularius ad hoc ſolùm adhibendus eſt, & mā-
datum ei iniungi in præſentia teſtium vt pro eo literas ſuppo-
nat venerabili ſigno crucis antea manu hæredis præpoſito: vt
8 j. eo. l. vlt. §. ſin autē dubius eſt. Effectus†autem inuentarij hu-
iuſmodi magnus eſt: & interim dū conficitur, & poſtea quàm
cōfectus eſt: nā interim hæredes à creditoribus, vel legatariis
nō poſſunt conueniri: vnde & tale tempus nō præiudicat cre
ditoribus, nec legatariis, circa temporalē præſcriptionē: vt j.
eo. l. vlt. §. donec tamen. Itē confecto inuentario non tenetur
hæres creditoribus: niſi inquantū res ſubſtantiæ deuolutæ ad
eos valent: ſed nec legatariis tenentur: niſi deducto ære alie-
no: de reliquo autē quod ſupereſt, licet hæredi detrahere fal-
cidiā. Si verò hæres per ignorantiā ſatisfecerit primò legata-
riis, à creditoribus quidem ipſe non inquietabitur poſtea: ſed
creditores poſſunt aduerſus legatarios venire agendo hypo-
thecaria, vel condictione indebiti. Eſt enim abſurdū credito-
ribus ſuū ius perſequentibus legitimum auxiliū denegari: le-
gatariis verò, qui pro lucro certant, ſuas partes legē accōmo-
dare. Sed & ſi creditoribus poſterioribus hæres ſatisfecerit per
errorē, priores creditores hypothecaria actione, vel cōdictio-
ne ex lege (ſi res deſierunt eſſe) ſibi potuerunt conſulere cōtra
9 creditores poſteriores: vt j. eo. l. vlt. §. & ſi præfatam. †Itē in
computatione patrimonij licet hæredi excipere, & retinere
quicquid in funus expendit, vel in teſtamenti inſinuationem,
vel in inuētarij confectionē, vel in alias neceſſarias cauſas hæ-
reditatis probauerit ſeſe expendiſſe. Item & ſi ipſe contra de-
functum aliquas habebat actiones, hæ non confunduntur
quantùm ad efficaciam ſolutionis inducendam. Impoſsibile
eſt enim ipſum ſibi obligatum eſſe, ſed ſimilem cum aliis cre-
ditoribus per omnia habet fortunā. Et in hypothecaria præ-
rogatiua temporis habetur inter creditores: vt j. eo. l. vlt. §. In
computatione. Priuilegia autem perſonalium actionum non
æſtimantur ex tempore: vt ff. de priu. cred. l. priuilegia. niſi in
caſu: vt ff. de re iudic. l. inter eos. Illud tamen non prætermit-
to, quòd ſi hæredes aliquid ſurripuerint, vel celauerint, vel a-
mouendum curauerint, poſt quam fuerint conuicti, in duplū
hoc reſtituent, vel hæreditatis quantitati computabunt: vt j.
10 eo. l. vlt. §. illo videlicet. Si†autē hæres poſteà quàm adierit,
vel ſeſe immiſcuerit præſens, vel abſens inuentarium facere di
ſtulerit, & datum tempus ad inuentarium conficiendum efflu
xerit, debitis hæreditariis inſolidum tenetur. Item nec detra-
hit falcidiam de legatis, imò præſtat ea ſolida, etiā ſi fines hæ-
reditarios excedant. Sed olim etiā ex teſtamento militis lega-
ta nō præſtabantur: niſi deducto ære alieno. Lites autem, vel
quæſtiones huiuſmodi legatorum, vel rerum ſubtractarū, nō
tranſcendunt annum ab admonitione iudicis computādum:
vt in auth. de hær. & fal. §. ſi verò expreſſum. & j. eod. l. vlti. §. ſi
verò poſtquàm. & ff. ad Treb. l. j. §. pen. Vbi autē aliquis petiit
tempus ad deliberandum, & eo habito poſtea fecit inuenta-
riū, creditoribus quidē tenetur inſolidū, ſed de legatis detra-
hit falcidiā: ſiue adierit hæreditatē intra tēpus deliberationis,
ſiue non recuſauerit eam. Si quis autem deliberationē petierit,
& inuentariū non conſcripſerit, creditoribus tenetur inſoli-
dum: nec de legatis detrahit falcidiā ſiue adiuerit hæreditatē,
ſiue non recuſauerit eam: vt j. eo. l. vlt. §. ſin autem hoc aliquis.
11 & §. ſi quis autem. Nec†obſtat, quod legitur ff. de acqui. hære.
l. quamdiu inſtitutus. in fi. Illa enim corrigitur per prædictam
legem

legem. Vel obtinet prædicta lex cùm in ipſa deliberationis da
tione dicitur, vt ſi non recuſauerit, videbitur adiuiſſe. Si ve-
rò quis petita deliberatione, & inuentario non facto hæredi-
tatem recuſauerit: tunc hæres creditoribus hæreditariis, vel
his qui ad hæreditatem vocantur res reddere compelletur: vel
ſi nolit reddere, iurabitur contra eum in litem cum taxatio-
ne iudicis: & ita manifeſtabitur quantitas rerum ſacramento
12 accipientium res: vt j eo. l. vlti. § quòd ſi poſt. †Præter hæc
ſciendum eſt ius deliberandi ab ipſa lege non ex prætoris vi-
uentis beneficio competere cuilibet ex teſtamento, vel ab inte
ſtato venienti, qui ſcit ſibi delatam eſſe hæreditaté. Et tale ius
deliberandi tranſmittet ad hæredem ſuum intra annum poſt-
quam ſciuit hæreditatem ſibi eſſe delatã. Si verò decedat poſt
annum, nihil tranſmittit ad hæredem ſuum: vt j. eo. l. cum an-
13 tiquioribus. Sed ſi viueret ille, cui† delata erat hęreditas per-
petuò poſſet adire, ſi non repudiauerit, vel ſi certum tempus à
iudice in adeundo non fuerit ſtatutum: vt ff. de acqui. hęredi.
l. quamdiu inſtitutus. & j. eod. l. ſi curatoris. quia aditio de iu-
re ciuili eſt: non ergo terminatur anno: vt Inſti. de perpe. & tē
po. ac. in prin. licet Pla. dixerit intra annum tantùm hęredita-
tem adeundam: & hoc in extraneo hærede ſciente ſibi delatá
hæreditatem: nam ſi ignoraret, ad hæredem nihil tranſmittit:
vt j. eod. l. quoniam. Hæreditatem autem ſuorum parentũ ex
paterna, vel materna linea, quilibet de liberis perpetuò poteſt
adire, & perpetuò poteſt tranſmittere, etiam ignorans delatá
ſibi hæreditatem: vt j. eod. l. licet. & j. de his qui ante ape. tab. l.
j. hoc ita, ſi non repudiauerit, vel certum tempus à iudice pro
adeunda hæreditate non petierit: vt s. dictum eſt, de his, qui
nõ ſunt de liberis. Supereſt, vt videamus qualiter acquiratur,
vel adeatur hæreditas, quis poſsit eam adire, quando, & qua-
14 liter. †Adire autem hæreditatem nihil aliud eſt quàm velle
eam habere. Nam adire non tam facti eſt, quàm animi: imò in
15 nuda, & ſola voluntate conſiſtit. Nam † hoc animo debet eſ-
ſe, vt velit hæres eſſe. Cæterùm ſi quid pietatis cauſa fecit, vel
ſi quid cuſtodię cauſa fecit, vel ſi quid aliud non quaſi hæres
fecit, ſed quaſi alio iure dominus, apparet eum non pro hęre-
de geſsiſſe: & ideò ſolent teſtari liberi qui neceſſarij exiſtunt
non animo hæredis ſe gerere quæ gerunt, ſed aut pietatis, aut
cuſtodiæ cauſa, aut pro ſuo: vt putà patrem ſepeliuit, vel iu-
☞ ſta ☜ fecit ei ſi animo hæredis pro hærede geſſerit. E nimue-
rò ſi pietatis cauſa fecit, contrarium eſt. Pro hærede autem
gerere eſt pro domino gerere, veteres enim hęredes, pro do-
minis appellabant: vt inſtit. de hęredit. quali. & dif. §. penul. &
antepenul. & ff. eo. l. pro hærede. & l. gerit. Si ergò fecerit nõ
vt hęres, pro hærede nõ gerit: putà, egit ſepulchri violati, vel
à ſtatulibero accepit pecuniam cauſa implendæ conditionis
cùm haberet cohęredem. Nam ſi non haberet cohęredem, pro
hærede videtur geſsiſſe: quia aliter non poſſet valere libertas
pro cuius implenda conditione accepit pecuniam: niſi aliquis
eſſet hæres, videtur ergo voluiſſe ſe hæredem eſſe accipiendo
pecuniam: vt ff. de acqui. hęr. l. pro hærede. §. Papinianus. & §.
vlt. Item non quaſi hęres videtur gerere, ſi à liberto parentis
petierit alimenta, vel opera, quę non tranſeunt ad extraneum
hæredẽ: vt quia defunctus ſtipulatus erat operas liberis ſuis.
Has enim operas petunt quaſi hęredes ſui, vel domeſtici, non
quaſi extranei. Et petitio illarum operarum etiam creditori-
bus filiorum competit, & maximè futurarum, id eſt, quarum
dies ceſsit poſtea quàm creditores miſsi ſunt in poſſeſsioné.
Idémque & ſi aliquis de liberis mortuum intulit in ſepulchrũ
hęreditarium: vt ff. de acq. hęred. l. pro hærede. §. ſi quid tamẽ.
16 l. ſi quis non quaſi. †Si autem geſſerit quis ea, quæ pertinẽt ad
ſolos hæredes etiam extraneos, vt vendendo res hæreditarias,
creditoribus ſoluendo, prędia colendo, vel inhabitando, vel
locando, & dubium ſit an fecerit vt hęres, an vt extraneus,
vel inquilinus, vel animo gerendi negotium alterius hære-
dis, prę ſumitur quòd fecerit animo adeundi: niſi probetur cõ
trarium: vt j. tit. proxi. l. j. & ff. de acqui. hęredi. l. ſi pupillus. §.
ſi ſeruum. & l. ſi quis extraneus. §. interdum. & Inſtit. de hęre.
qua. & dif. §. penul. & j eod. l. ij. Sic & præſumitur quòd quis
velit eſſe hęres ex ſua inſtitutione, ſi ipſe cum filio erat inſti-
tutus hęres, & iuſsit filium adire: ſi tamen pater prius adiuit,
neceſſe eſt vt poſteà iubeat filium adire: vt ff. de acqui. hæred.
l. ſi ego. & l. ſeruus. & l. ſi ex ſua. Item qui bonis patris abſti-
nuit, ſi per ſuppoſitam emptoris perſonam patris bona mer-
catus probetur, pręſumitur per ſimulationem repudiaſſe: &
ideò à creditoribus conuenitur, ac ſi bonis patris ſe immiſ-
17 cuiſſet: vt ff. de acquir. hęred. l. ſi is, qui bonis. †Surripiendo
autem rem hęreditariam, vel expillando, non obligatus ex-
traneus hęres hęreditati, nam per admiſſum contrariam volũ
tatem declarat: vt ff. eod. l. ſi quis extraneus. ſicut & ſi inſtitu-
tus hęres omittendę hæreditatis cauſa, pretium accepit: nec
enim pro hærede gerit qui accepit, ne ſit hęres: incidit tamen
in edictum prætoris, ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, ſiue pecu
niam acceperit, ſiue promiſsionem pecuniæ: vt ff. de acquiren.
18 hęr. l. ſint quæſtionis. †Sui autem & neceſſarij hęredes priui-
legium, ſeu beneficium abſtinendi amittunt, ſi antequàm ſe
immiſceant, aliquid de hęreditate amouerint, celauerint, in-
terleuerint, conſumpſerint, aut curauerint dolo malo quid
eorum fieri. Sed ſi primò abſtinuiſſent, ex poſteriori delicto
hęreditati non obligantur: vt ff. de acqui. hęr. l. ſi ſeruum quis.
19 §. pręt or ait. vſque in finem legis. †Liquet ergo aditionem hę
reditatis in ſola & nuda voluntate conſiſtere: ſed per extrin-
ſecos actos declarari ſecreta voluntatis. Hoc ita, ſi is cui de-
lata eſt hęreditas, talis erat, qui de iure ciuili poterat ſuccede-
re. Nam ſi erat emancipatus, qui per bonorum poſſeſsionem
tantùm de iure pręrorio admittitur, ſola voluntate nõ potuit
fieri hæres. Sed neceſſe eſt vt coram pręrore agnoſcat bono-
rum poſſeſsionem, & ita gerit pro hęrede de iure pręrorio: vt
20 j. eod. l. j. & l. puberem. & l. ſuum hęredem. †Poteſt hęredi-
c tatem[c] adire homò liber, paterfa. compos ſuę mentis, maior
xxv. ann. qui ſcit mortuum eſſe teſtatorem & ſibi delatam hę
reditatem. De homine libero ideò dixi: quia ſeruus non poteſt
adire hęreditatem: niſi ſpeciali iuſſu domini pręcedente. Nec
ſufficit interuenire iuſſum bo. fi. poſſeſſoris, vel fructuarij: vt
ff. de acquiren. hęr. l. ſi quis mihi bona. j. reſpon. & §. iuſſum.
Si tamen homo liber bona fide alicui ſeruiat: & contempla-
tione poſſeſſoris inſtituatur hæres, & eius iuſſu adeat hære-
ditatem ſponte eum volens hæredem facere, acquiret ei hæ-
reditatem, vt ff. de acquir. hæred. l. aditio. & vt not. s. per quas
21 perſo. no. acq. † Filius etiam fa. iuſſu patris præcedente, adi-
re debet profectitiam hęreditatem, id eſt, quę delata eſt ei cõ-
templatione patris. Quoties tamen pater mandat filio adire,
certus eſſe debet an pro parte, an ex aſſe, & an ex inſtitutio-
ne, an ex teſtamento, an ab inteſtato filius ſuus exiſtat hæres:
vt ff. de acqui. hæred. l. quoties. & patri vel domino hęreditas,
vel quid aliud quæritur per filium, vel ſeruum, vt nullo mo-
mento ſubſtitiſſe videatur in perſona filij, vel ſerui: vt ff. de ac
quir. hæred. l. placet. In aduentitiis autem hæreditate, & filius
ſine patre, & pater ſine filio ius habent adeundi: vt ff. de acqui.
hæred. l. qui in aliena. & j. de bonis quæ libe. l. vlt. Nec filius
ſine patre, nec pater ſine filio in alterius præiudicium repu-
diare poteſt: vterque autem repudiare poſſunt: vt ff. de acquir.
22 hæred. l. is, qui hæres. §. vlti. †Compotes ſuæ mentis adeunt,
etiam muti, & ſurdi, vel quibus bonis lege eſt interdictum, nõ
tamen furioſi, vel dementes: vt ff. de acquir. hæred. l. mutnq. j.
23 reſpon & §. j. † De maioribus ideo dixi: quia minores xxv.
ann. ſi quidem ſint impuberes, & infantes, id eſt, minores vij.
ann. nunquam poſſunt adire per ſe: ſed tutor eorum nomine
poteſt pro eis adire, & eis hæreditatem acquirere, quod ſi non
fecerit, hæreditas deuoluitur ad eos, qui ſunt in ſequenti gra-
du poſt infantes. Si autem infans ſit in poteſtate ſui patris, li-
cet patri, eius nomine adire. Quod ſi non fecerit, & infans in
infantili ætate deceſſerit, pater omnia ad infantem deuoluta
iure paterno, quaſi iam infanti quęſita capiet. Si autem impu-
bes exceſſerit prædictos vij. ann. non aliter poterit adiri hære
ditas: niſi tutoris, vel patris authoritate interueniente: & im-
puberis actu & voluntate, vel ſola volũtate ſine actu conſen-
tiente. Vel ſi impubes non habeat tutorem, vel patrem, ipſe po
terit adire prætoris authoritate, & decreto: vt j. eod. l. potuit.
& l. ſi infanti. ſi autem impubes non adierit cum prędictorum
authoritate vel ſolennitate, ipſo iure nulla reputatur aditio:
& ideo abſtinere, vel repudiare hæreditatem poteſt. Puberes
autem minores xxv. ann. adire debent hæreditatem curatoris
authoritate. Si autem adiuerint ſine eis, habent beneficium in

integrum reſtitu.vt ff.de aequi.hæredi.l.impuberibus.& l.ei,
24 qui ſe.& l. neceſſarius.† Ideò dixi de eo,qui ſcit mortuum eſſe
teſtatorem:quia ſi quis ſciat eum viuere, vel ſi dubitet, viuat
teſtator néene,adire hæreditatem non poteſt. Nam is qui a-
dit,certus eſſe debet defunctum eſſe teſtatorem: vt ff.de acqu.
hær.l.is,qui hęres.§.ſi quis dubitet.& l.qui hæreditatem. & l.
25 neminem pro hærede.& l.qui ſuperſtitis. † Item ſcire debet
hæreditatem ſibi delatam eſſe,hoc eſt,eam eſſe in ea cauſa, vt
poſsit adiri. Nam inſtitutus hæres ſub conditione:ſi ante cō-
ditionem adeat,vel repudiet,nihil agit: qualiſcunque fuerit
conditio,etiam ſi in arbitrium collata eſt: vt ff.de acquir.hær.
26 l.is,qui hæres.§.reſponſo.† Item certus debet eſſe ille,qui adit
hæreditatem de conditione teſtatoris an fuerit paterfa. vel fi-
liusfa.vt ita ſciat teſtamentum valere,vel non valere. Nam ſi
ſcit valere teſtamentum,poterit adire:ſecus ſi dubitet de viri-
bus eius. Hinc eſt quòd ſi falſum dicatur teſtamentum ab hæ-
rede compoſitum,ipſe poterit adire ſi ſciat ſe non compoſuiſ-
ſe. Si autem dicatur ab alio compoſitum, non poterit adire:
quia de facto alterius eſt incertus:& ita dubitat de viribus te
27 ſtamenti. Si verò hæres† dubitet de conditione ſua ſcilicet an
ſit paterſa.an filiusfa.poteſt adire hæreditatem:vt ff.de acqui.
hæred.l.ſed & ſi de ſua.Idémque & ſi putet ſe pupillum,cùm
iam ſit pubes,vel ſi putet ſe ſeruum,cùm ſit liber:& adiit ſpon
te volens ſibi hæreditatem quærere,ſi verè eſſet liber: vt ff. de
acquiren. hæred.l.qui putat.§.vlti.& l.qui ſe pupillum. Item
de viribus teſtamenti, vel hæreditatis iure dubitare videtur
is,qui ſcit,vel credit alium eſſe,vel futurum eſſe in præceden-
ti gradu ſucceſsionis. Vnde dicitur quod proximus à filio
poſthumo hæres,dum mulier prægnans eſt, aut putatur eſſe
prægnans,adire hæreditatem non poteſt: ſed ſi ſcit non eſſe
28 prægnantem,adire poteſt hęreditatem. Ille † autem qui eſt
in eodem gradu,quo & ille qui dicitur naſciturus, ſi filius eſt
in poteſtate, interim eſt hęres inſolidum, ſi mulier non ſit
prægnans vel ſi prægnans eſt,ex vno filio erit hæres iam na-
tus filius pro dimidia: vt ff. de acquirenda hęreditate. l. cùm
quidam.§.quòd dicitur.ſi autem filius eſt emancipatus, non
aliter eſt hęres quàm ſi ſciat non eſſe prægnantem:vt ff.de ac-
quiren.hæreditate.l.ventre. Qui autem certus eſt teſtamen-
tum non eſſe falſum,vel ruptum, vel irritum, (licet dicatur
eſſe) poteſt hæreditatem adire:vt ff.de acquiren. hęreditate.l.
cùm quidam.§.vltimo. Item is, qui adit hęreditatem ſcire
debet qua ex cauſa hęreditas ad eum pertineat: nam ſi adeat
quaſi ex teſtamento,cum ſibi deferatur ab inteſtato,vel è cō-
uerſo,ſibi non pręiudicat: vel ſi putauit defunctum eſſe ſer-
uum ſuum,cum eſſet eius agnatus: vel ſi putauit ſe hæredem
ex vno teſtamento,cùm eſſet ex alio,& adiuit,cùm non ſciret
pro certo,ex quo deferretur hęreditas,ſibi non præiudicat in
adeundo: vt ff. eodem,l. ſi is, ad quem. & l.eum,qui duobus.
29 † Item ſcire debet ille,qui adit vtrum purè,an ſub conditio-
ne ſit inſtitutus:nam ſi dubitet de hoc,non poterit adire, licet
purè ſit inſtitutus, & licet ſit inſtitutus ſub conditione, & fa-
cto paruit conditioni.quoniam certus non erat eſſe appoſi-
tam,vel credebat ſe eſſe purè inſtitutum, non poterit adire:
ſecùs ſi putabat conditionem appoſitam, cùm eſſet purè in-
ſtitutus, & impleta eſt conditio quam putabat iniectam:vt ff.
de acquiren.hęred.l.hęres inſtitutus.& l.ſed & ſi de ſua. Illud
autem non videtur nocere hæredi,quo minùs adeat,ſi partem
neſciat,in qua inſtitutus eſt. Si tamen erat eius propoſiti, vt ſi
ſciret maiorem vel minorem portionem hęreditatis, nihilo-
minus adiret:vt ff de acqui.hęre.l.ſi quis extraneus.§.ſi quis
partem.& l.ex ſemiſſe.& arg.ff de mili.teſta.l.qui iure. Item
nec illud nocet,ſi ex vna parte inſtitutus ſum purè, & ex alia
ſub conditione:cuius partis conditionem neſcio impletam:
quemadmodum & ſi ignorarem,an cohæredi meo ſim ſubſti
tutus:& ita eſt intelligendum quod in prædicto.§. contine-
30 tur.§.ſi quis partem.† Adire debet quis purè hæreditatē, hic
enim eſt actus legitimus,qui non recipit conditionem: vt ff.
de regu.iur.l.actus. Vnde ſi dicat aliquis, Adeo, ſi ſoluendo
eſt hæreditas,nulla eſt aditio:vt ff.de acquirenda hær. l.eum,
qui.§.vltimo.Item debet adire ſponte, nam ſi quis adeat per
metum,fit hęres:ſed dabitur ei abſtinēdi poteſtas. Sed vbi fal-
lens adiuit metu verborum,vel aliquo timore coactus, nō fit
hæres:vt ff.de acqui.hæred.l. vj.§. vlt.& l. ſi metus cauſa.& ff.
quod met.cauſ.l.ſi mulier.§.ſi metu. quod eſt intelligendum
quando præmiſſa denunciatione proteſtatus eſt, ſciatis me
nolle adire,etſi dixero me velle adire. Sed illud notandum eſt
quia quis quandoq; adit coactus per iudicem:vt ſi dicat teſta
tor Titium ſeruum Mæuij inſtituo:& Titius non vult adire,
31 negans ſe ſeruum Mæuij:vt j.eod.l.cùm aliquis.† Adire debet
quis hæreditatem,vel in totum,vel in nihilum,ſi poteſt eā adi-
re in totum:vt plenè dixi:s de impu.& aliis ſubſti. & dicitur.
ff.de acqui.hær.l.j.& ij. Item adire debet aliquis ſemel tātùm,
ſi per ſe deferatur ei hæreditas. Nam ſi per ſeruum meum de-
feratur mihi pars hæreditatis purè,& alia ſub conditione, ſi
ſemel iuſſero eum adire portionem puram, iterum potero cū
iubere adire portionem aliam conditionalem, ſcilicet iam
32 exiſtente conditione:vt ff.de aequi.hæred.l.ſi ſolus. Item† adi
re poteſt quis hæreditatem per ſe,non per procuratorem: niſi
ſit procurator Cæſaris. Sed ſecus eſt in bonorum poſſeſsione:
vt ff.acqui.hæred.l.ſi quis alicui.& l.per procuratorem.& de
offi.proc.Cæ.l.j.& de bo.poſſ.l.iij.§.acquirere. & eſt ratio dif
ferentiæ:quia bonorum poſſeſsionis acquiſitio non conſiſtit
in ſolo animo,vt hæreditatis aditio:ſtatim enim vt ego man
daui procuratori de adeundo,per me videor adiuiſſe. Quæcū
que autem diximus de aditione hæreditatis quantum ad ex-
traneos hæredes,eadem dicenda ſunt de immiſtione, quātùm
33 ad ſuos hæredes.† Adire enim propriè eſt extraneorum, abſti
nere autem ſuorum hæredum:vt ff.de aequi.hær.l. cū bonis.
Nam ſui hæredes ipſo iure ſunt hæredes etiam ignorantes,
ipſoque iure infigitur eis hæreditas:nec eſt eis aditio neceſſa-
ria.permittitur tamen eis à prætore abſtinere:vt Inſtitu.de hæ
red.quali.& diffe.§.ſui.& de hæredita. quæ ab inteſta. defer.
§.ſui autem.& ff.de ſuis & legiti.hæred.l.in ſuis.

ANNOTATIONES.

a Funeris. Vide ad hoc Bart.Bal.de Alex.& Doc.in l. ſi in computatio-
ne.C.de iu.delib.Bald.in l.fina C.de neg.geſt.Doctor.in l.impenſa. ff.
de relig.& ſump.fu.& in l.ſi quis labeo,eo.tit.vbi eſt peculiaris locus
huius materiæ.

b Iouentarium. Ad hoc vide Bar.Bal & Doct.in l.ſi.C.de iur.deliber. &
Bar.in tract.inuentarii,circa prin.Ang.in l.j.§.hæc ſtipulatio.ff.ſi cui
plus quam per leg.fal.Bal.in l.filium.C famil.erciſ.do.Ang.Are.in §.
extraneus.nu.7.cū plur.ſeq.Inſti.de hære.quali.& dif.char.xx.Chriſt.
& ibi Iaſo.in addi.nu.5.Inſti.eo.tit.char.lxxix.

c Hæreditatem adire. Vide de hoc Spec.in tit.de inſtr.edi §.ſi.Bar.Bald.
& Doc.in l.licet.C.de iur.deli.Bal.in l.nec nos.C.de capti.& poſtlim.
reuer.But.in ſuo conſ.incip.quidam fecit teſtamentum. multa per d.
Alex.in conſi.cxxi.in primo vol.

Buſta. Hactenus in omnibus exemplaribus etiam manu ſcriptis,buſta
lectum fuit,ſed deprauatè verius iuſta legendum puto. Is autem iuſta
defuncto facit,qui officium funebre parentibus præſtat,idque Budæus
ex M.Ciceronis oratione pro Roſcio adnotauit in prioribus. Iuſtorū
commeminit Vlpianus in eandem ſenſum in l.ii.ff.de in ius vocand.
Quòd ſi antiquum morem & fortaſſe Azonis mentem ſpectes, buſta
legere poteris quale in multis capitibus legum xii. Tabu. videre eſt,
quorum commeminit M.Cicero lib.de legib.ii. vetuit enim lex xii.
Tabu.ex legibus Solonis buſtum adiici propius vrbem, quam lx.pe-
des,adque id vſucapi. Equidem iuſta legendum cenſeo. Prateius.

De repudiāda,vel obtinēda hæreditate. *Rub.*

1 *Repudiare hæreditatem quid ſit.*
2 *Repudiare hæreditatem eum poſſe,qui poteſt adire: & quibus permiſſum ſit hæreditatem repudiare.*
3 *Repudiationem hæreditatis fieri non ſolum verbis, ſed etiam re ipſa.*
4 *Hæreditatem ſemel aditā an & quando poſsit quis repudiare.*
5 *Hæreditatem ſemel repudiatam quis & quando poſsit adire.*
6 *Repudiare hæreditatem extranei hæredes dicuntur,ſui autem abſtinere.*

QVALITER adeatur hæreditas dictum eſt ſu-
prà,nunc videamus de ea repudianda, vel abſti-
nenda. Videndum ergo quid ſit repudiare hære-
ditatem,vel quis dicatur abſtinere ab ea, & quis
1 poſsit eā repudiare,vel ab ea abſtinere.† Eſt autem repudiare
hæreditatē,nolle eam habere:ſicut adire eſt velle eā habere:
vt ſ.

2 vt ſ. tit. prox. diximus. Hinc † eſt, quòd ille demum repudiat
qui poteſt eam adire: vt ff. de reg. iur. l. eius eſt nolle. & ff. eod.
l. ij. & l. is qui hæres. & l. is poteſt. Quis autem poſsit adire, vel
non, plenè ſ. tit. prox. dixi. Item repudiat ille qui ſcit ſe poſſe
repudiare. Nam ſi putet ſe non poſſe repudiare: quia credit ſe
neceſſarium hæredem, cùm ſit voluntarius: non poterit repu-
diare: nam plus eſt in opinione, quàm in veritate: & ſicut non
poteſt repudiare, ita & è conuerſo nec poteſt adire, vel volun-
tarius hæres exiſtere. Item & is qui non valere teſtamentum,
aut falſum eſſe putat, repudiare non poteſt, ſed ſi certum ſit id
falſum non eſſe, quod falſum dicitur: ſicut adeundo acquirit,
ita & repudiando amittit hæreditatem: vt ff. eo. l. is qui putat.
& l. & è contrario. & l. nec is. Repudiat hæreditatem inſtitu-
tus hæres, & ab inteſtato veniens. Si tamen quis repudiaue-
rit hæreditatem quaſi inſtitutus, non amittit hæreditatem
quaſi legitimus. Sed ſi quaſi legitimus repudiauerit, ſi quidem
ſcit ſe hæredem inſtitutum, credendũ eſt vtrunque repudiaſſe: ſi
ſi ignorat, ad neutrum ei repudiatio nocebit: neque ad teſta-
mentariam, quoniam hanc non repudiabit: neque ad legiti-
mam, quia nondum fuerat ei delata: vt ff. eod. l. nec is. §. vlt.
3 † Fit repudiatio non tantùm verbis, ſed etiam re: putà, rem ab-
iiciendo, & aliquo vis indicio voluntatis: vt ff. eod. l. recuſari.
4 Nuda † enim voluntate aditur, & repudiatur hęreditas: vt in-
ſtit. de hæred. qualit. & differ. §. penult. & ſemel adita non re-
pudiatur poſtea: & ſemel repudiata, non aditur poſtea: vt in-
frà eodem. l. ſicut. niſi iuuetur quis ratione minoris ætatis:
vt ſuprà, ſi ſe ab hęred. abſti. & ſ. ſi omiſ. hęred. vel bonor. pc ſ.
acquirat. vel niſi iuuetur quis ratione oneris ſuperuenientis ex
perſona cohæredis. Quid enim ſi adiui hęreditatem pro por-
tione mea, cohæres autem meus abſtinet ſe à portione ſua? da-
tur mihi electio vt aut totam hæreditatem agnoſcam, aut à
tota recedam, & ita abſtineo propter aliũ, qui propter perſo-
nam meam non poteram abſtinere: ſi tamen creditores dicant
ſe contentos portione mea, & alterius parte, ſe debent credito-
res abſtinere: vt eius partis actiones mihi dentur, & ita emolu
mentum habeam in totum, ſed pro parte adita à me ſentiam
onus: nec enim poſſum exonerari, niſi deferatur mihi condi-
5 tio, vel electio prædicta: vt ff. eod. l. cum hæreditate. † Iuuatur
etiam quis quandoque ratione patriæ poteſtatis: vt, liceat ei
adire hæreditatẽ paternam quam recuſauit. Diſtingue tamen,
vtrum iſte ſuus hęres erat minor, an maior. Si minor eſt, pote-
rit adhuc adire intra quadriẽnium quod incipit poſt xxv. an.
pro reſtitutionibus in integ. dandis: & poſt quadriennium ha
bet triennium ſi res hęreditariæ non ſunt alienatę: ſi autẽ alie-
natæ ſunt, ſi quidem alienatę ſunt in maiori ætate, omnino re-
pellitur ſuus hæres. Sed ſi alienatæ ſunt in minori ætate, ſuffi-
cit hęredi minor ætas, & quadriennium ad in integrum reſti-
tutionem petendam. Si autem ſuus hęres maior xxv. an. eſt,
qui repudiauit hęreditatem paternam, & res hęreditariæ iam
venundatæ ſunt, omnino repelletur poſtea. Si autem res alie-
natę non ſunt, adhuc poterit adire intra triennium: vt j. eod. l.
6 vlt. † Illud ſciendum eſt quòd repudiare propriè eſt extra-
neorum. Immiſcere autem eſt ſuorum hęredum: quæ autem
dicuntur in vno, & in reliquo dici poſſunt: vt ff. de leg. j. l. nam
nec. Item in omni repudiatione, vel abſtenſione legati, vel
hęreditatis, certus debet eſſe de ſuo iure is, qui repudiat: vt ff.
eod. l. in repudianda.

Quemadmodum teſta. aperiantur, & inſpi- ciantur, & deſcribantur. *Rubrica.*

Summarium.

1 *Exhibitio teſtamentorum aut aliorum inſtrumentorum quo iure fiat.*
2 *Teſtamentum exhiberi, & aperiri vt inſpiciatur, & deſcribatur, quis poſsit petere.*
3 *Teſtamenti appellatione quid veniat, cùm tractatur de exhibendis & aperiendis teſtamentis.*
4 *Teſtamenti exhibitione poſtulata, ſi plura ſint teſtamenta, omnia exhibenda ſunt: & authenticum exhiberi debet, nec ſufficit exhiberi exemplum.*
5 *Iuſiurandum calumniæ præſtandum eſſe ab eo, qui poſtulat exhibitionem vel deſcriptionem teſtamenti.*
6 *Teſtamenti exhibitio & apertio quomodo ſit facienda. & numero 8.*
7 *Teſtamenti apertio quomodo ſit facienda abſentibus iis, qui illud ſignauerunt.*
8 *Teſtamenti exhibitionem & deſcriptionem ita eſſe faciendam, vt non deſcribatur dies & conſul, & quæ ſit ratio.*
9 *Teſtamenta quæ aperiri, & quatenus debeant.*

GRATIA deliberationis, vel vt ſciat quis quid,
& quantum debeat petere, poſtulatur vt aperian
tur teſtamenta, inſpiciantur, & deſcribantur. Vi-
dendum ergo quo iure fiat exhibitio, nedum te-
ſtamentorum, ſed omnium inſtrumentorum, quis petat ſibi
exhiberi, vel aperiri, vel deſcribi teſtamentum, quid appella-
1 tione teſtamenti contineatur. Qualiter fiat apertura, vel exhi
bitio, & quando ceſſet. † Fit autem exhibitio teſtamentorum
& inſtrumẽtorum, & interdictis, & actionibus multis, vt ple-
2 nè nota. ſuprà de edendo. §. nunc de editione. † Poteſt petere
quilibet vel nomine ſuo, vel nomine alieno teſtamentum ape
a riri [a]: vt inſpiciat, & deſcribat. Neque enim ſine iudice tran-
ſigi, neque apud iudicem exquiri veritas de his controuerſiis,
quæ ex teſtamento proficiſcerẽtur, aliter poteſt, quàm inſpe-
ctis, cognitiſque verbis teſtamenti: vt ff. eodem. l. j. & infrà eo
dem. l. ij. Nec enim teſtamẽtum eſt vnius hominis, id eſt, hære
dis, ſed vniuerſorum quibus illic adſcriptum eſt: quoniam
potius eſt publicum inſtrumentum. Et eſt illud propriè teſta-
mentum, quod iure perfectum eſt. Sed abuſiuè ea quoque te-
ſtamenta appellamus, quæ falſa ſunt, vel iniuſta, vel irrita, vel
rupta. Itemque imperfecta ſolemus teſtamenta dicere. & vi-
detur ad cauſam teſtamenti pertinere quodcunq; quaſi ad te-
ſtamentum factum ſit, quod cõtineat ſupremam voluntatem,
& tam principales, quàm ſecundæ tabulæ continentur, & co-
3 dicilli: vt ff. eod. l. ij. & l. ſicut. & j. eod. l. vlti. † Et ſi plura te-
ſtamenta ſint, omnia exhibenda ſunt. & ſi vnum ſit authen-
ticum, & aliud exemplum, non ſufficit exhiberi exemplum:
ſed neceſſarium eſt exhibere authenticum. vt ff eodem. l. ij. §. ſi
4 plura. & l. vlt. † Debet is, qui poſtulat exhibitionem, vel de-
ſcriptionem, iurare quòd non calumniæ cauſa hoc petat: vt
infrà eodem, l. eius, quod. & ſ. diximus in tit. ad exhibendum.
5 & ff. ad exhib. l. theſaurus. † Facienda eſt exhibitio coram
prætore vt ipſe cogat ſignatores conuenire, & ſigilla ſua re-
cognoſcere, vel negare ſe ſignaſſe. Publicè enim expedit ſu-
prema hominum iudicia exitum habere. Sed ſi maior pars ſi-
gnatorum inuenta fuerit, poterit ipſis interuenientibus reſi-
gnari teſtamentum, & recitari. Sed ſi quis ex ſignatoribus ab-
erit, mitti debent tabulæ teſtamenti vbi ipſe ſit, vt agnoſcat:
nam reuocari eum agnoſcẽdi cauſa oneroſum eſt: quippe cùm
ſæpe magna captione à rebus noſtris auocamur: & eſt iniquũ,
damnoſum cuique eſſe officium ſuum. Nec ad rem pertinet: an
vnus abſit, an omnes: imò etſi vnus neget ſigillum ſuũ agno-
ſcere, non ideo minus quidem aperiuntur tabulæ, licet aliàs
ſuſpectę fiant: & ita vox vnius teſtis inducit prępſumptionem.
6 † Quid ſi fortè omnibus abſentibus aliqua cauſa iubeat ta-
bulas aperiri? debet proconſul curare, vt interuenientibus
optimę opinionis viris aperiantur: & poſt deſcriptum & co-
gnitum factum ab iiſdem quibus interuenientibus apertę
ſunt, obſignentur: tunc demum cõmittantur vbi ipſi ſigna-
tores ſunt ad inſpiciendα ſigilla ſua: vt ff. eo. l. cùm ab initio. l.
vel negare. & l. ſed ſi maior. & l. ſed ſi quis. & l. j. §. vlt. & j. eo. l.
7 ij. † Fieri debet exhibitio ſine die, & conſule, ne quid falſi fiat.
Namq; etiam inſpectio materiam falſo fabricando inſtruere
poteſt. Inſpectio tabularum, & lectionem earum indicat: &
dari debet tempus ad exhibitionem faciendam, ſecundum
locorum anguſtias: vt ff. eod. l. ij. §. inſpectio. & §. diem. & §. v-
8 trum. † Aperiuntur tabulæ, præter eam partem, quam ape-
riri vetuit defunctus: vel quæ ad ignominiam alicuius dicitur
pertinere: vt infrà eodem. l. iij. & quandoque præſumitur te-
ſtatorem voluiſſe ne aperiantur tabulæ: vt quia teſtator ſeor-
ſum eas ſignatas dereliquit: & ideo non inſpiciuntur: niſi cau-
ſa cognita: vt ff. eod. l. pupillares. Item viuo teſtatore non
aperiuntur: vt ff. eodem. l. ij. §. ſi dubitetur.

ANNOTATIO.

a Teſtamentum aperiri. Ad huius concluſionis & totius tit. materiam vide Spec.in tit.de inſtrum.edi.§.offenſo.verſic.in quibus.Bart.in l.ij.§.ſi dubitetur.& ibidem do.Alex. ff.de teſtam. Ang.& Doct. in l.ii.C.eod.tit.vbi eſt tota huius materiæ.

De edicto diui Hadriani tollendo: & quemadmodum ſcriptus hæres in poſſeſsionem mittatur. *Rubrica.*

1 *Hæredis miſsio in poſſeſsionem rerum hæreditariarum quomodo olim fieret ex edicto diui Adriani. & quomodo hodie fiat.num.2.*

3 *Miſsio hæredum in poſſeſsionem rerum hæreditariarum quo ordine fieri debeat.*

4 *Hæredibus duobus contendentibus ſe inſtitutos,& ſingulos inſolidum,vter eorum mittendus ſit in poſſeſsionem.*

5 *Hæres,qui petit ſe mitti in poſſeſsionem, in quarū rerum poſſeſſionem mittendus ſit.*

6 *Miſsio hæredis in poſſeſsionem rerum hæreditariarum quo tempore fieri debeat.*

ADITA hæreditate, quæ [aditio] ſolo animo
fit, reſtat vt hæres mittatur in poſſeſsionem rerum
hæreditariarum. Videndum ergo quando,
quòve ordine mittantur hæredes in poſſeſsionē.
Et ſuper tali miſsione tractabat edictum diui Hadriani: inique
tamen: vnde ponit non de eo ſeruando,ſed tollendo. Di-
1 cebat enim, † quòd ſi ſcriptus hæres poſtularet ſe in poſſeſ-
ſionem mitti, non aliter miſsio fieret, niſi reipublicæ dare-
tur ☞ viceſima pars hæreditatis: & multæ erant interpreta-
tiones, & diſtinctiones ad edictum factæ. Hodie ergo, ſublato
edicto,fit miſsio in poſſeſsionem rerum hæreditariarum. Di-
2 ſtingue † tamen,vtrum hęres ſit inſtitutus in teſtamento nun-
cupatiuo,an in ſcriptis. Si quidem ſit inſtitutus in nuncupatiuo,
aget gratia adipiſcendę poſſeſsionis rerum hæreditariarum
per interdictum quorum bonorum: vt ff.quor.bono.l.j.
Si autem ſit inſtitutus in ſcriptis, fiet miſsio per legem Iuſtiniani
vltimam iſtius ti.vel per edictum diui Hadriani ſublatis
iniquitatibus eius. Ita tamen,ſi teſtamentum ſit non cancellatum,
non abolitum,nec ex quacunque ſuæ formæ parte vitiatum:
ſed quod prima figura ſine vituperatione appareat, &
depoſitionibus teſtium legitimorū vallatum ſit: & ita vitium
quod ſubiacet oculis corporalibus impedit miſsionem vt dictum
eſt. Vitium autem incorporale,quod non ſubiacet viſui:
vt ſi dicatur filius defuncti in teſtamento præteritus, & ita dicatur
teſtamentum ipſo iure nullum,vel ſi dicatur falſum, vel
ſi dicatur inofficioſum,vel alio vitio inuiſibili ſubiectum: vel
ſi dicatur defunctus eſſe ſeruus,nō impedit miſsionem: vt infrà
eod. l.quamuis. Iſtæ tamen quęſtiones ſi ageretur hæreditatis
petitione, vel petitorio iudicio, non prętermitterentur:
imò ante alia principaliter cognoſcerentur: vt ſ.de.pet.hęred.
l. liber. Sed ſecus eſt in hoc iudicio poſſeſſorio: niſi poſſeſſor
probaret incontinenti, & euidenter inuiſibilia vitia teſtamenti,
vel aliquas rationes quibus repellit hęredem: vt ff. ad exhib.
l.iij.§.ibidem.& de Carbo.edic.l.iij.§.cauſæ cognitio. & vt in
poſ.leg.l.ſi is à quo
3 Hoc † autem ordine fit prædicta miſsio vt primò mittatur
inſtitutus,quàm ſubſtitutus,& ſic per ordinem de ſingulis qui
gradu præcedunt: vt j.eod.l.j. Quandoque tamen inſtitutus
ſimul cum ſubſtituto mittetur: vt ff.de hæredib. inſtit. l.ſi pa-
4 ter. † Quid,ſi duo inter ſe controuerſiam faciant hæreditatis,
& quilibet dicat ſe hæredem inſtitutum inſolidum, & poſte-
rius? certè ei poſſeſsio acquiritur, qui potiora iura ex legitimis
modis oſtenderit, ſiue ei qui petit ſe mitti, ſiue ei qui cùm
detineret contradicendum putauit: vt j.eod. l.vlt.§.ſi autē aliquis.
Quid ſi neuter oſtēderit potiora iura,vel poſterius teſtamentum:
ſed quilibet teſtamentū eodem die & tēpore factum:
& vnum dicit Sempronium,alterum dicit Titium inſtitutum
inſolidum, mittetur vterque,an neuter,an quis? Quęſtio ſabbatina
eſt: & eſt arg. ꝙ vterque debeat mitti. ff.de reb.du.l.qui
a duos. Sed euidentior ratio videtur ꝙ neuter[a] ſit mittendus: vt
5 ff.ad Treb. l.eum qui.& de rei vend. l.Pomponius.§.vlt. † Fiet
miſsio in poſſeſsionem rerum earum quæ teſtatoris fuerunt
tempore mortis: vel etiam ab eo detinebantur: vt quia cómodatæ
erant, vel depoſitę, vel pignoratę: cùm & hę veniant in
hæreditatis petitionem: vt ff. de pet.hęred. l.& non tantum. in
princ. Quandoque tamen res teſtatoris non veniunt: vt ſi, viuente
teſtatore, aliquis titulo emptionis, vel donationis, vel
6 conſimili,poſsideret res illas,vt j.eod.l.vlt. † Fit miſsio intra
annum & poſt annum, donec enim durat quæſtio principalis
de proprietate, durabit & quæſtio poſſeſsionis adipiſcendæ.
Finita autem quęſtione proprietatis, & parta poſſeſſori ſecuritate
decennij,vel vicennij,ſcilicet,cum fauore ſui tituli & bonę
fidei & odio non petentis, vel parta ei ſecuritate ex latere
non petentis tantum,id eſt,propter odiū negligentię eius, qui
non petiit cùm poſſeſſor deſtitueretur titulo, & bona fide, &
ita detinuit triginta ann.non durabit quęſtio proprietatis,vel
poſſeſsionis: vt j.eod.l.vlt.in fi. Nam nedum rei vēdicatio tollitur
x. vel xx. vel xxx. annis, ſed etiam hęreditatis petitio, ſi
intenditur contra poſsidentem titulo. Nam cùm excedat terminos
ſuos,meritò exceditur à non ſuis terminis. Quando autem
detur contra titulo poſsidentem,notaui ſuprà,de pet.hęr.
Sed vbi datur contra eum qui caret titulo, ſcilicet contra poſſidentem
pro hęrede,vel pro poſſeſſore,non tollitur,niſi ſpatio
xxx.anno. vt ſ.de pet.hęred.l.hęreditatis.

ANNOTATIONES.

a Neuter. Ad iſtam q.vide Bart.Bald.& Doct.in l.ii.C.hoc eodem tit.& facit quod voluit Bart.in l.meminerint. C.vnde vi. Bald. in l.ſi iudex. C.comminationes.vel epiſt. Multa per Doct.in l.fin.hoc eod.tit.

☞ Datetur. Legis vigeſimæ hæreditatum commeminit Iulius Paulus lib.iii. Receptarum ſent.& ad eam Aemilius Macer ſcripſit in l. hæreditatum.ff.ad leg.falc. Hanc à M. Antonino Auguſto latā tradit Capitolinus. Hanc ſuſtulit Gratianus Imperator. In eam ſcripſit A.Ofilius, vt ait l.ii.ff.de orig.iur. Lex autem vigeſima hæreditatum quæ fuerit, quibuſque temporibus tradit Alciat.lib.iii. Diſpunc.c.vlt. Prateius.

Si quis aliquem teſtari prohibuerit, vel coēgerit. *Rubrica.*

1 *Prohibens aliquem teſtari repellitur ab eius hæreditate.*

2 *Cogens aliquem teſtari aliter quàm vellet, repellitur ab eius ſucceſsione.*

3 *Hæreditariæ actiones quibus caſibus denegentur alicui ob delictum alterius.*

4 *Hæredi vni non nocere factum alterius hæredis.*

5 *Prohibens teſtatorem alicui relinquere vel legare quod volebat,quatenus ei teneatur.*

DVÆ cauſę videntur notari ſub hac rubrica pro-
pter quas quis debeat repelli ab hęreditate de-
1 functi. † Prima eſt, ſi quis prohibuerit teſtari
eum, qui volebat teſtari, vel vim ſibi inferendo,
vel teſtes,vel teſtamentarium tabellionem prohibendo ingre-
di,cùm ipſe pro foribus ſtaret, vel obſtructis foribus non de-
2 dit teſtibus ingrediendi licentiam. Secunda † eſt, ſi coēgerit
quem teſtari aliter quàm vellet facere. In his duobus caſibus
denegantur alicui actiones hęreditarię, & fiſco locus eſt: vt
3 ff.eod.l.j.j.reſponſo.& j.eo. l.j.& ij. † Amplius etiam vide-
tur,quod alij debeant hęreditarię actiones denegari, qui non
deliquit: vt ecce,dominus prohibuit teſtamentum mutare, in
quo ſeruus eius erat inſtitutus,& ſeruus manumiſſus adiit ar-
4 bitrio ſuo,denegantur ei hęreditarię actiones. Idémque † eſt in
patre, & filio: vnius tamen hęredis factum non nocet alteri,nec
vnius fratris alteri,nec factum eius, qui reſtituere rogatus eſt,
nocet fideicommiſſario: vt ff.eod.l.j.§.ſi dominus.& §.ſi plu-
res.& l.iij. §.fratris. & §.ſi fidei. Porrò prohibitio,vel coactio,
quę fit blanditiis,ſine vi, & ſine dolo,non incidit in crimen: vt
5 ff.eod.l.vlt.& j.eod.l.vlt. Nec † prętermittendum eſt, quòd ſi
vi,vel dolo prohibueris teſtatorē mihi relinquere, vel legare,
quod volebat mihi relinquere, vel legare, teneberis mihi in
duplum: vt in auth. vt nulli iudic.§.& hoc peruenit.col.ix.

De his quibus vt indignis hæreditates auferuntur: & de Senatuſconſulto Syllaniano. *Rubrica.*

1 *Ablatum alicui tanquam indigno, quod erat ei teſtamento relictum, applicatur fiſco, atque ibi an id ſit perpetuum.*
2 *Hæreditas quibus ex cauſis alicui vt indigno auferatur. & num 5. & 8. & 18.*
3 *Hæres quibus caſibus non ante adire hæreditatem defuncti debeat, quàm eius necem vindicauerit.*
4 *Manumiſsis teſtamento occiſi quomodo ſuccurratur interim, dum non aditur hæreditas ob nondum vindicatam mortem teſtatoris.*
6 *Hæres, qui impeditur adire hæreditatem ob nondum vindicatam necem defuncti, ſi interim decedat, tranſmittit ius adeundæ hæreditatis ad ſucceſſores ſuos.*
7 *Hæres quomodo debeat vindicare necem defuncti, & intra quantum tempus.*
9 *Hæreditatem auferri hæredi, cuius culpa vel negligentia teſtator deceſsit, quemadmodum & ei, qui teſtatorem grauiſsima iniuria affecit.*
10 *Hæres an poſsit adire hæreditatem ante vindicatam necem teſtatoris, qui non à familia, ſed ab extraneo occiſus eſt, & ſi non vindicet intra tempora præſtituta, qua pœna puniatur.*
11 *Hæredibus qui non vindicarunt necem defuncti, quibus caſibus ſuccurratur.*
12 *Senatuſconſul. Syllanianum quando locum habeat.*
13 *Domini appellatione qui cõtineantur in Senatuſc. Syllaniano. Quæſtio de quibus ſeruis habeatur pro eruenda veritate necis teſtatoris ſeu domini occiſi.*
14 *Occiſorum appellatione qui contineantur in Senatuſc. Syllan.*
15 *Serui, qui domino, cum occideretur, non tulerunt opem, quo ſupplicio afficiantur.*
16 *Serui qui domino, cum occideretur non tulerunt opem, quibus caſibus excuſentur. & num. ſeq.*
18 *Teſtamentum de falſo accuſans, an, & quando priuetur hæreditate, vel legato quod ei relictum eſt in eo teſtamento, vel repellatur à ſubſtitutione pupillari. & num. 20.*
19 *Hæreditatis, vel relicti in teſtamento, aut codicillis, nomine, quæ contineantur.*
21 *Accuſatoris nomine qui contineantur, cùm tractatur de accuſatione falſi teſtamenti.*
22 *Hæreditatem vel legatum promittens reſtituere incapaci quomodo puniatur.*
23 *Hæreditatis reſtituendæ cauſa tacitè fidem ſuam accommodare quando quis cenſeatur.*
24 *Fidem ſuam tacitè teſtatori accommodans de reſtituenda hæreditate vel legato, quibus caſibus excuſetur.*
25 *Hæreditas fiſco applicata tranſit ad eum cum ſuo onere.*
26 *Marito dotis lucrum auferendum ob id, quòd non defenderit vxorem, vel necem eius non vindicauerit.*
27 *Bona relicta ei, qui capere non poteſt, cui applicari debeant.*
28 *Teſtamento caſſato ob defectum eius, quibus applicari debeant bona teſtatoris.*
29 *Teſtamento per teſtatorem inciſo, qui vocentur ad eius ſucceſſionem.*
30 *Bona eius, qui teſtari non poteſt, ad quos deuoluantur.*

NON ſolùm ex prædictis duabus cauſis alicui auferetur hæreditas tanquam ab indigno, ſed etiam
ex aliis multis. Et ideo ponit hanc generalem rubricam de his, quibus vt indignis aufertur hæreditas.
Et adiicit de ſenatuſconſulto Syllaniano, quia vna cauſa continetur in eo, propter quam aufertur alicui hæreditas,
ſcilicet ſi non vindicauerit hæres necem teſtatoris. Eſt autem ſciendum, quòd multæ, & variæ cauſæ ſunt ex quibus
aufertur hæreditas: nec eſt opus eas ſingulariter proſequi. Sed ſi quis omnes diligenter velit ſcire, legat totum tit. ff. de his
1 quib. vt indig. & l. j. ff. de iu. fiſ. † Porrò generalis eſt regula, quod
ea quæ indignis auferuntur, fiſco applicantur: vt ff. de inoffic.
teſtam. l. Papinianus. §. meminiſſe. Sed illi regulæ derogatur in
caſibus. Vnus eſt autem, cùm legatum relictum eſt alicui, qui
iuſſus eſt eſſe tutor in teſtamento, & ipſe excuſauit ſe. Secundus eſt in legatario, qui ſurripuit teſtamentum in quo relictum
erat ſibi legatum. Remanent enim iſta legata apud hæredem,
vel apud pupillũ, cuius noluit eſſe tutor: vt j. de leg. l. pen. & ff.
eo. l. poſt legatũ. §. amittere. Tertius eſt, vbi quis eſt inſtitutus,
cùm filius non eſſet: non enim applicatur fiſco, ſed cognati teſtatoris ſuccedunt: vt j. de hæred. inſtit. l. ſi pater tuus. & l. nec
apud. Nec obſtat quod legitur. ff. de iu. fiſ. l. aufertur. Nam licet ibi dicat quòd auferatur: non tamen dicit fiſco applicandam hæreditatem. Vel ſi quis propter tractatum, qui eſt de his
quæ applicantur fiſco, velit inſiſtere, dico quod fiſco applicatur
cùm defunctus alios cognatos nõ habebat: ſic ergo regulę de-
2 rogatur. Sed quia † quędã ſunt digniores cauſę, ex quibus fiſco defertur hæreditas: ideirco proſequamur eas. Et ſunt tres.
Prima, ſi quis necẽ defuncti nõ vindicauerit, Secunda, cùm dixit teſtamentum falſum. Tertia, cùm accommodauit fidem vt
3 reſtitueret non capaci. In prima igitur † ſciendum eſt differentiam eſſe an occiſus ſit dominus à familia, an ab extraneo. SI
à familia, locum habet edictum in quo cõtinetur quod neque
adire hæreditatem, neque bo. poſſ. petere hæres debet: niſi vindicauerit necem defuncti, & quæſtionem habuerit de familia,
& ſupplicium ex ea ſumpſerit, id eſt, pœnam capitalem poſtulauerit imponi, cùm domino potuerit ſuccurrere. Nec enim
hæres propter compendium ſuum familiæ facinus debet occultare. Et idem ſtatuitur in ſuis, & neceſſariis hęredibus, vt
non ante ſe miſceant hæreditati quàm defuncti necem vindicauerint: vt ff. ad Syllan. l. iij. §. non tantum. & l. neceſſarios. j.
4 reſponſo. & §. j. Eadem † etiam pœna locũ videtur habere cùm
hæres non adiuit, vel bono. poſſeſ. non petiit: ſed tabulas teſtamenti dolo malo aperuit, vel recitauit, vel deſcribendas curauit (Nomine tabularum codicilli etiam continentur,) cùm ſciret occiſum fuiſſe teſtatorem: ſecus ſi ignoraret: & ſecus ſi aperuit per imperitiam, vel ruſticitatem, ignarus edicti prætoris,
vel Senatuſc. Syllanian. Item ſecus ſi tabulas non aperuit: ſed
linum incidit. Illud autem non refert, vtrum aperiat totum
teſtamentum, an partem eius: vt ff. ad Sylla. l. iij. §. quod ad cauſam. & §. ſi quis ignorans. & §. ſi quis tabulas. & §. ſi quis codi
5 cillos. & §. ſi alius. & j. eo. l. ſi ea. Nec † eſt hoc prætermittendum, quòd lex quæ impediuit hæredem interim hæreditatem
adire, vel bon. poſ. petere, dedit quoddam beneficium hęredibus, vt ſi ipſi interim deceſſerint, tranſmittãt ius adeundæ hęreditatis ad ſucceſſores ſuos: & ſi ideo non paruerint conditioni: quia ignorabant tenorem teſtamenti, ſuccurritur ſimiliter eorum ſucceſſoribus pro implẽda conditione. Secus ſi aliunde hæres impediebatur adire hæreditatem: vt quia vxor
defuncti erat prægnãs, vel credebatur eſſe prægnans: vt ff. ad
6 Syl. l. iij. §. vlti. & l. qui poſthumos. † Item ſuccurritur manumiſsis teſtamẽto necati teſtatoris: vt interim, non adita hæreditate, propter non vindicatam necem, ancillæ quibus eſt reli
cta libertas, liberos filios pariant, & ſerui ſibi libertatẽ acquirant, & liberi talibus parẽtibus, & parẽtes talibus liberis ſuc-
7 cedant: vt j. eo. l. pen. † Debet autem iſta vindicta fieri accuſatione ſolenniter propoſita, cõtra cædis autores. & de tali vindicta loquitur s. de preci. impe. offe. l. j. Et cùm non ſit determinatum tempus, fortè iudex ſuo arbitrio ſtatuet: vt ff. de iure
delib. l. j. §. vlt. vel fortè inerit tẽpus, quo quis potuit accuſare.
arg. ff. de ver. obli. l. ita ſtipulatus. vel dic ineſſe tempus quin-
8 quennij: vt ff. ad Syl. l. in cognitione. Si ergo hæres hoc † non
ſeruauerit, auferetur ei hæreditas quaſi ab indigno: & fiſco locus erit: vt j. eo. l. ſi ea quæſtio. Multo magis auferetur hęredi
9 tas hęredi: ſi ipſemet occiderit teſtatorem. Nam † & auferetur
ei, ſi eius negligẽtia, & culpa teſtator deceſſerit: vt ff. eo. l. indignum Fortè idem iuris erit, & ſi grauiſsimam iniuriam ignoranti teſtatori fecerit: puta, cùm vxore ſua cõcubuit. Nam &
tunc adimeretur ei legatum, & fortè adimetur ei hæreditas: vt
ff. de adimen. leg. l. iij. §. vlti. Sed argu. contra eſt in hæreditate
in eo. tit. l. ex parte. Præter hęc ſciendum eſt eum qui teſtamentum aperuit, vel recitauit, vel dolo malo deſcribendum curauit, teneri actione in factum in cẽtum aureos: & ex eis dimidia
portio præſtabitur accuſatori cuius opera conuictus eſt, alia

dimidia præſtabitur fiſco:vt ff.ad Syllan. l.lege Cornelia. §.ex
10 hoc. Si autem teſtator occiſus ſit ab extraneo, † non diſtinguo
clandeſtinis inſidijs,vel per venenũ, an per vim, hæres ſtatim
adire poteſt hæreditatem,vel petere bo.poſ. Sed tamen poſtea
intra prædicta tempora debet(vt dictum eſt)vindicare necem
teſtatoris. Quod ſi nõ fecerit,velut malæ fidei poſſeſſor (cùm
omiſerit officium pietatis) tenetur fiſco reſtituere hæreditatẽ,
& fructus perceptos,& percipiendos,& vſuras ſemiſſes pretij
rerum,ex hæreditate diſtractarum,item pecuniæ hæreditariæ:
vt ff.ad Syllan.l.propter veneni.& j.eod. l.j. & l.cum fratrem.
11 † Subuenitur autem hæredibus ſi preſidis iniquitate rei abſo-
luti ſunt.Item ſi non prouocauerunt hęredes,quamuis ſi pro-
uocauerint, habeant neceſſe cauſam exercere. Item ſubueni-
tur eis ſi fuerunt minores. Item ſi cædis authores reperiri non
potuerunt:vt ff.ad Syllan.l.propter veneni.§.vlt. & j.eo.l.mi-
noribus. Et quia domino à quocunque occiſo locum ha-
bet ſenatuſconſ. Syllan. modo videamus de eo plenè, vbi lo-
cum habeat,& quæ imponatur pœna ex eo: licet de eo pona-
12 tur in vltima parte rubricæ. † Et certè locum habet ſenatuſ-
conſ.Syllanianum domino occiſo à quocunque,vel à familia,
vel ab extraneis,& quomodocunque,ſcilicet,per vim,vt ſerui
pro eruenda veritate torqueantur, hoc eſt, quod dicitur, vt
13 quæſtio habeatur de eis. Domini † appellatione cõtinetur pro
a prietarius[a],non fructuarius,nec bonæ fidei poſſeſſor. Item &
continentur filij eorum,ſiue emancipati,ſiue in poteſtate ſint.
Sed ſecus eſt in ſeruis matris tuæ: quod eſt notabile: forſitan
ideo,quia filius non eſt de matris,ſed de patris familia:vt ff.ad
Syllan.l.j.§.j.ij.iij.& iiij.Item patre occiſo,quæſtio habetur de
ſeruis filij. Sed viro vel vxore mortua, quæſtio habetur de
ſeruis eorum,& de ſeruis ſoceri:licet neque ſerui viri propriè
dicantur vxoris:neque ſerui vxoris, propriè dicantur viri: vt
ff.ad Syllan.l.j.§.ſi pater.& §.ſi vir. Torquentur autem ſerui
qui cum ipſo,qui occiſus dicitur,fuerunt,ſi ſuſpicione cædis,
aut conſcientia adtingantur. Eſt enim iniquum ſi fortè latè
habet diffuſa prædia,de omnibus, quæ in ea regione fuerunt,
14 quæſtionem habere:vt ff.ad Sylla.l.j.§.ſi quis. † Occiſorum
☞ appellatione continentur per vim,aut cædem interfecti.putà,
iugulati,ſtrangulati,præcipitati, vel alio modo necati. Si ta-
men quis veneno, vel etiam alio modo, quo clam quis necari
ſoleat,interemptus ſit,ceſſat ſenatuſconſ. quia toties puniun-
tur ſerui,qui auxilium domino non tulerunt, quoties potue-
runt ei aduerſus vim ei illatam opem ferre, & non tulerunt.
Cæterùm quid potuerunt facere aduerſus eos qui veneno, vel
quo alio more inſidiabantur? ceſſat ergo Senatuſconſult.
Syllan. Nec quæſtio habetur de ſeruis, nec ſupplicium ſumi-
tur de eis. Si qui tamen conſcij, vel fautores ſceleris fuerunt:
ſupplicio afficiuntur, & adiri hæreditas, aperiríque tabulæ
etiam ante quæſtionem habitam poſſunt,ſecundum ea quæ ſ.
diſtinximus:vt ff.ad Syllan.l.j.§.occiſorum. Vbi autem domi-
nus ſibi intulit manus,ceſſat Senatuſconſultum. Sed vindica-
tur mors eius,ſcilicet,ſi in conſpectu ſuorum fecit, & potue-
runt eum in ſe ſæuientem prohibere, pœna capitali afficitan-
tur:ſi non potuerunt, liberentur, vt ff.ad Syl.l.j.§.ſi ſibi. Quæ-
ſtionem autem ſic accipimus,non tormenta tantũ,ſed omnem
15 inquiſitionem & defenſionẽ mortis. † Afficiuntur ſerui pœ-
na capitali: ſi ſub eodem tecto fuerunt, & auxilium domino
ferre potuerunt, & non tulerunt. Qui verò non fuerunt ſub
eodem tecto,ſed in eadem regione, non aliter puniuntur, niſi
conſcij fuerunt:vt ff.eo.l.j. reſpõſo j. & §. hoc autem ſenatuſ-
conſultum. Eodẽ autẽ tecto,ita eſt acceptum,& iudicatum,vt
quicunque eo loco fuerunt vnde vocem exaudire potuerunt,
ſiue in domo,ſiue in via,ſiue in agro,hi puniantur,quaſi ſub eo
dem tecto fuerint, licet alij validioris vocis, alij exiguioris
ſint. Nam vbicunque ſenſerint dominum periclitantem, de-
bent concurrere ad prohibendas inſidias:nec debẽt ſaluti do-
minorum ſuam anteponere:vt ff.ad Sylla.l.j.§.eo.& j.eo.l.vlt.
Nec diſtinguitur quomodo ſerui,vel ancillæ potuerunt opem
ferre,ſiue corpore ſuo,an certè voce,plorãdo,vt vicini vel qui
fuerunt in domo potuerint exaudire:vt ff.ad Syl.l.j.§.potuiſ-
16 ſe. † Impuberi autem ſeruo,vel ancillæ parcitur:& in pœna ca
pitali: & vt quæſtio non habeatur de eis. Terreri autẽ ſolent:
& habena,vel ferula cædi,ad inquiſitionem veritatis: vt ff.ad
Syl.l.j.§.impubes. & §.impuberi. Si tamen impubes non mul-
tum à pubertate diſtat,patitur capitalem pœnam, ſiue potuit
opem ferre,ſiue non potuit.ſi tamen cædẽ domini poſtea non
prodidit:vt ff.ad Syllan.l.excipiuntur. Item excuſantur ſerui,
qui auxilium domino tulerunt tale, & tantum,quantum po-
tuerunt. Quid enim ſi cùm poſſet manu à domino depellere
periculum,clamorem inanem elegit? plectendus erit. Quid ſi
vulnerati ſunt ſerui,cùm protegerent dominum? parcitur eis:
niſi ſibi vulnera iſta fecerint data opera,ne punirẽtur:aut alia
vulnera ſerui acceperunt,vt poſſent nihilominus opem ferre,
17 ſi voluiſſent:vt ff.ad Syllan.l.j.§.excuſantur. Item † ſerui ex-
cuſantur ex eo,quòd dominus mortiferè vulneratus ſuperui-
xit,nec de quoquam ſeruorum ſit conqueſtus, etiamſi ſub eo-
dem tecto fuerunt. Multo magis excuſantur vbi graui infir-
mitate detinebantur, vt non potuerunt domino ſubuenire.
Idémque & ſi clauſi erant,vt non potuerint erumpere ſuccur-
rendi cauſa.Item excuſantur ætate defecti, & ſurdi,& imbe-
cilles,& muti,vbi tantum vocis auxilium ſuperfuit,& furioſi.
Euidentior eſt excuſationis cauſa, ſi dominus in teſtamento
excuſauerit ſeruos,ſed è conuerſo ſi dixit, à ſeruo vim mortis
ſibi illatam,non eſt ei credendum,niſi potuerit probare: vt ff.
ad Sylla.l.j.§.vlti.& l.ij.& iij.j.reſponſ.& §.j.& §.ſubuenitur.
Item excuſantur ſerui viri,& vxoris, ſi vir vxorẽ in adulterio
deprehenſam occidat. Nec enim debuerunt reſiſtere exequẽti
iuſtum dolorem:vt ff.ad Syl.l.iij.§.ſi maritus. Item excuſatur
ſeruus plurium dominorum, ſi cùm omnes domini aggreſſu-
ram paterentur,& ſeruus vni elegit opem ferre, cùm non poſ
ſet omnibus ſubuenire:vt ff.ad Syllan.l.iij.§.ſi cùm omnes.
18 † Eſt ſecunda cauſa priuandi aliquem hæreditate, vel eius
quod in teſtamento ſibi relictum eſt, ſi ipſe cùm maior ſit
vigintiquinque ann. accuſauerit teſtamentum falſum,& in ea
accuſatione perſiſtat vſque ad definitiuam ſententiam : non
deſiſtendo etiam pendente appellatione, ſed contrariam ſen-
tentiam reportauit. De maiore ideo dixi : quia ætati eius,qui
accuſauit ignoſcitur : & maximè ſi tutor, vel curator, dice-
re velit teſtamentum inofficioſum : vt ff.eod. l. poſt legatum.
§.ætati. Mero autẽ iure propter accuſationem tutoris, vel cu-
ratoris.pupillus amittit ſibi relicta in teſtamẽto,vt j.eo.l.Pol-
la.niſi à principe conſeruẽtur relicta pupillo : vt ff. eo.l.tuto-
rem. ſed vbi ipſe minor accuſauit falſum, nõ eſt opus aditio-
ne principis:vt arg.j.eo.l.minoribus.& ff.de bo.lib.l.qui cum
maior. Teſtamenti nomine,& codicilli continentur. Si tamen
quis accuſaſſet codicillos falſos,nõ admitti ſibi relicta in te-
ſtamento:ſed non è conuerſo. Nam ſi accuſet teſtamẽtum fal-
ſum,admittit ſibi relicta in codicillis:vt ff.eod.l.hæredi. Sed ſi
accuſaret quis falſum teſtamentum paternum, repellitur & à
ſecundis tabulis pupillaribus. Non idem eſt ſi ſecundas tabu-
las coarguit : quia non vtrunq; hoc caſu improbaſſe videtur:
19 vt ff.eo.poſt legatum.§.qui principale. † Hæreditatis,vel reli
b cti nomine cõtinentur omnia emolumenta[b], quæ alicui pro-
ueniunt ex teſtamento, vel codicillis. Vnde & libertas conti-
netur,& data cauſa implendæ cõditionis:ab oneribus tamen
iniunctis teſtamento quis non liberatur prætextu accuſatio-
nis:vt ſi datus erat tutor:vt ff.eo.l.poſt legatum.§.an liberti.&
§.ei qui tutor.& §. qui mortis. Item mortis cauſa donationes
non cõtinentur nomine relictorum, licet ſimilitudinẽ habeant
20 cum legatis:vt ff.eo.l.poſt legatum.§.qui mortis. † Item pri-
uatur quis relictis,ne petat ea ex perſona ſua:nam ex perſona
alterius licet ei agere:vt ff.eo.l.poſt legatum.§. qui accuſauit.
& l.qui Titij.Ideo autem dixi de eo qui perſiſtit vſq; ad defi-
nitiuam ſententiam,nec deſtitit etiam pendente appellatione:
quia ſi aliquis pendente iudicio principali, vel appellationis
deſiſtat,non punitur, nec priuatur relicto : vt j.eo.l.alia.& ff.
21 de bo.lib.l.qui cum maior. §. accuſaſſe. † Accuſatoris nomi-
ne teſtes continentur, qui teſtimonio ſuo intẽtionem accuſa-
toris adiuuerũt. Item cõtinentur aduocati, vel qui fideiuſſerunt
pro eo. Item & continetur iudex qui pronuntiauit teſtamen-
tum falſum:ſi appellatione intercedente ſcriptus hæres obti-
nuit. Aduocatus tamen fiſci, qui intentionem delatoris exe-
quitur in omnibus,officij neceſſitate excuſatur:vt ff.eo.l.poſt
legatum.§.hi verò.& §. ſunt. & §. aduocatum. & nota,quòd
qui accepit legatum,nihilominus dicit falſum poſtea:ſed non
inofficio

Inofficioſum: vt ff. eo. l. poſt legatum. Et eſt ratio, quia qui poteſt dicere inoſficioſum, in poteſtate ſua habet, an infringat teſtamentũ: quod infringere velle non videtur accipiendo legatum: quod aliter valere non poteſt: niſi teneat teſtamẽtum: ſed qui poteſt falſum dicere, non habet in poteſtate ſua, vt teneat: quia & ſi ſemper taceat, verum eſt nullum eſſe teſtamentũ.
22 † Eſt alia cauſa tertia, qua aufertur alicui quartæ beneficiũ, ſcilicet ſi accõmodauerit quis tacitè fidem teſtatori de reſtituenda hæreditate, vel legato, vel fideicommiſſo, ei qui capere non poteſt tempore teſtamenti tantum, vel tẽpore mortis. Si verò poterat capere tempore teſtamenti tantum, vel tempore mortis, non habet locum iſta pœna. Nam ſi tẽpore teſtamenti poterat capere, non peccauit hæres, ſi fidem ſuam adſtrinxerit ſuper relicto præſtando: niſi in futurum caſum fidẽ accommodauit, id eſt, vt & ſi legibus caperet, prohiberi cœperit, reſtituat: vt ff. eo. l. in fraudem. §. ſi quis ei. Si autẽ non poterat capere tempore teſtamenti: ſed tamen capere poteſt tẽpore mortis, de benignitate ceſſat pœna. Et ita ſpectatur exitus: vt ff. de
23 iur. fi. l. non intelligitur. §. quando autem. † Tacitè autem quis in fraudem legis dicitur fidem accõmodare, quando neque in teſtamentis, neque in codicillis rogaretur apertè, & clarè: ſed domeſtica cautione, & chirographo, ad præſtandũ relictum ei qui capere non poteſt. Si autẽ in teſtamento rogetur obſcurè, vel ambiguè, ſimiliter videtur tacitè rogatus: vt ecce dicit, Rogo vos per Deum hæredes, vt faciatis quod à vobis petij: re nulla demonſtrata, vel demonſtrata, ſed obſcurè. Vt ecce dicit, Rogo fundum Titio des de quo te rogaui: quamuis enim fundum nominauerit, non tamen cognoſci poteſt, de quo ſit rogatus hæres: cùm diuerſitas rerum obſcurũ faciat legatum. qui ergo palam fidẽ ſuam accõmodat, non punitur. Quid ergo ſi palàm, & tacitè accõmodauerit quis fidẽ ſuam, dicit imperator non eſſe æſtimandam fidem in fraudem legis accõmodatam. Et ita præualet, quod palam factum eſt: vt ff. de iur. fiſ. l. non intelligitur. j. reſpõſo. & §. j. & §. tacitè autem. & l. ita fidei. & ff. eo. l. in fraudem. Eſt autẽ hæc pœna, vt hæres debeat priuari falcidia: & is qui poterat capere priuetur dodrante: vt
24 ff. eod. l. hæres qui. & j. ad leg. Falc. l. etiam. Accidit † tamen quandoque vt excuſetur is, qui accõmodauerit fidẽ tacitam: vt ſi erat in poteſtate rogantis: vt ff. eo. l. in fraudẽ. §. vlt. Itẽ & excuſatur quis ex eo, quòd vltro ſe defert, profitendo ſe non poſſe capere quod relictum eſt, & tunc ex eo dimidia pars ſibi
25 reſtituitur: vt ff. de iu. fiſ. l. Senatus. §. Senatus. † Et eſt ſciendũ, quòd vbicunque bona fiſco applicantur, cum ſuo onere applicantur: vt ff. eo. l. cum ſecundis tabulis. §. vlt. in fi. & l. eum, qui.
26 §. bonis. & de iure fiſci. l. dicitur. † Illud notandum eſt, quòd marito aufertur dos ſi non defendat, vel vindicet necem vxoris: vt ff. eod. l. ei, qui. multò magis ſi eam ſtrangulauerit, vel occidi fecerit: vt ff. ſol. ma. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. Item illud notandum eſt, quòd cùm hæres cauſam interfectionis proſequitur, res hæreditarias vrgentes ſaluis probationum indicijs or-
27 dinare non prohibetur: vt ff. ad Sylla. l. hæres. Præter † hæc ad maiorem notitiam huius tit. vt ſciatur, cui debeant applicari bona nõ capientis, diſtingue cùm inſtitutus hæres capere non poteſt: aut impeditur capere propter delictum teſtatoris: aut propter ſuum: aut ideo quia aliàs deficit teſtamentum. In primo caſu non eſt ſtatim fiſco locus: quia quidam cognati teſtatoris præferuntur, & illi nominantur. ſ. de ſec. nupt. l. ij. § præterea. & §. omnium. & de nat. lib. l. j. & de inceſt. nupt. l. ſi quis. In ſecundo, fiſco locus eſt ſtatim: vt ff. eod. l. Claudius. §. j. & l. mulierem. & de leg. iij. l. ſi deportati. Vel in totũ, vel in partem, ſi pars tantum deferebatur delinquenti: vt ff. ſi quis aliquẽ te. prohib. l. j. in prin. & l. ij. §. fratris. & j. eod. l. hæreditas. Hæc tamen regula fallit in alimẽtis relictis damnato in metallum, & in aliis quibuſdam caſibus, in quibus aliqui præferuntur fiſco: ff. de his, quæ pro non ſcrip. l. iij. & infrà, de lega. l. pen. & ff. eo. l. poſt. §. amittere. & ſ. de ſec. nup. l. j. §. his. & de hæret. & mani. auth. idem. & de epiſc. & cler. auth. ſi captiui. & de epiſco. aud.
28 authen. libri. & infrà, de fideicom. auth. amplius. † In tertio caſu, ſi quidem deficiat teſtamentum propter errorem teſtatoris: vt quia credebat eum eſſe filium, qui non erat, locus eſt cognatis: vt ſ. de hæred. inſtit. l. ſi pater. & l. nec apud. Nec obſtat quod dicitur ff. de iure fiſc. l. aufertur. quia ibi non ex-
tabant cognati. Si autem deficiat ideo, quia teſtator non obſeruauit ſolennitatem teſtamenti, ſuccedunt hi, qui veniunt ab inteſtato: vt inſtitut. de hæredit. quæ ab inteſt. deferun. in princip. Si verò ſolenniter hæreditatem in teſtamento primò datam adimit, poſtea in codicillis ſuccedunt primò inſtituti: vt infrà, eod. l. hæreditas. & ff. de adimen. lega. l. ex parte. Si verò ſolennia ſeruauit: ſed poſtea dixit vnum, vel omnes non mereri voluntatem ſuam, locus eſt fiſco: vt j. eod. l. hæreditas. vt ſic præſumam hæredem ſuo delicto non ſuccedere. Vbi
29 † autem tabulas incidit teſtator, ſi quidem ideo incidit, quia voluit inteſtatus decedere, ſuccedunt cognati: vt ff. ſi tab. teſt. nul. ex. l. j. §. penult. & de his quæ in teſtamento delen. l. vlti. & ſic non præſtantur legata. Si verò incidit, quia hæredes reputabat indignos, locus eſt fiſco: vt ff. de his, quæ in teſtamen. delen. l. proximè. & hoc fortè erat in dubio præſumendum, vt ſic valeant legata: & in hoc caſu, & in ſuperiore non rumpitur teſtamentum ipſo iure: vt not. ſ. de teſtam. l. noſtram. &
30 hoc cùm teſtator aliàs poterat teſtari. Si verò † inter nullos poterat teſtari, cognati ſuccedunt: niſi impediatur teſtator propter delictum ſuum: tunc enim fiſco locus eſt: vt ff. de ſuis. & legit. l. j. & de teſtam. l. eius. §. j. vſque in fin. l. Si verò teſtatus ſolenniter dicat ſe nolle valere teſtamentum, & labatur decennium, rumpitur teſtamentum, & ſuccedunt cognati: vt ſ. de teſtam. l. ſancimus.

ANNOTATIONES.

a Proprietarius. Adde Bart. in l. j. in princip. ff. ad Syllan. Bar. Cap. de ſer. ruſtic. iii. de viuſfr. dot. Alexand. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. de iniciur. & in conſil. cxxix. in ij. vol. vbi de hoc copioſè.
b Emolumenta. Adde ad huius concluſionis materiam Bart. Paul. de caſtr. & Doct. poſt glo. in l. Lucius Titius. ff. de leg. j. do. Alex. de Imol. in l. proceps. de verb. ſignific.

De codicillis. *Rubrica.*

1 *Codicillos quis poſſit facere.*
2 *Codicilli quando fieri poſſint: & an interſit, præcedant, an ſequantur teſtamentum,*
3 *Codicilli quomodo confirmentur expreſſim.*
4 *Codicilli qualiter fiant. & num. 10.*
5 *Codilli in quo differant à teſtamento. & num 8.*
6 *Codicillis hæreditatem neque dari, neque adimi poſſe, nec in eis exhæredationem ſcribi, & an id ſit perpetuum. & nu. ſeq.*
9 *Codicillos plures poſſe quem facere: & an, & quando priores codicilli rumpantur per poſteriores.*
11 *Codicillis quibus modis infirmentur.*
12 *Hæreditatem petens directò tanquam ex teſtamento, an poſſit poſtea eandem petere ex fideicommiſſi cauſa propter idem teſtamentum, reducendo illud ad codicillos.*

HABITO tractatu maiorum (vt ita dixerim) vltimarum voluntatum, quæ teſtamenta dicuntur, & codices: nunc annectamus de minoribus vltimis voluntatibus, quæ codicilli nuncupantur. Videamus itaque quis poſſit facere codicillos: quando, in quo conueniant vel differant cum teſtamento: & qualiter infir-
1 mentur codicilli. † Poteſt autem is ſolus, & ille omnis facere
a codicillos, qui & teſtamentum facere poteſt [a] de iure. Si enim de iure impediatur facere teſtamentum: vt quia non eſt certus ſui ſtatus, vel quia furioſus eſt: vel aliis rationibus, quas notauimus ſuprà qui teſt. fac. poſſ. ſine dubio nec faciet codicillos. Furioſus enim per omnia, & in omnibus, abſentis, vel quieſcentis, ſeu dormientis loco habetur: vt ff. eod. l. ij. §. furioſus. & l. diui. §. codicillos is demum. & l. Ariſto. & infra eo. l. nec codicillos. De iure autem ideo dixi: quia ſi quis de facto impediatur facere teſtamentum, vt quia non habuit præſentiam ſeptem teſtium: habet tamen quinque, qui ſufficiunt in codicillis, poterit (vt ita dixerim) codicillos facere: vt ff. eod.
2 l. conficiuntur. §. codicilli quoties. † Fieri poſſunt codicilli & facto teſtamento, & ab inteſtato aliquo decedente. Et ſi quidem codicilli præcedant teſtamentum, ait Papinianus [in l. ante tabulas. ff. eod. in auxil.] non aliter eos valere: niſi con-

20 *Legari an, & quatenus poſsit res, quæ non eſt in rerum natura, & quid de re, de qua dubitatur, ſit necne in rerum natura num. ſeq.*

23 *Legatum rerum ædibus iunctarum an conualeſcat, ſi poſtea res illa fuerint ſeparata ab ædibus.*

24 *Legatum rei, cuius non eſt cõmercium, vel eſt quidem, ſed cum difficultate an, & quando valeat.*

26 *Legatum eius rei, quæ eſt ipſius legatarij an, & quando valeat. & num. ſeq.*

28 *Legari poſſe etiam incorporalia, qualia ſunt iura, & actiones. Legatarius, cui teſtator legauit, quod ſibi ab alio debebatur an, & qualem actionem habeat ad id debitum exigendum: & quid ſi teſtator, cum viueret, id debitum exegerit.*

29 *Legatarius cui legata ſunt decem, quæ teſtator dicebat ſe in arca habere, an poſsit petere legatum, ſi nihil ſit in arca.*

30 *Legato in genere relicto cui⁹ ſit electio, hæredis ne, an legatarij.*

31 *Legatum fundi vel domus in genere an valeat.*

32 *Legatum in genere generaliſsimo non valere.*

33 *Legatum annuum ſine taxatione certæ ſummæ an, & quando valeat.*

34 *Legatum relictum Titio cui debeatur, ſi duo ſint Titij æqualiter amici teſtatoris.*

35 *Optione ſeruorum legata, quoties poſsit legatarius optare: & quid ſi deceſſerit ante, quàm optet, & hæredes eius diſſentiant inter ſe in optione facienda.*

37 *Legatarius, cui teſtator ita reliquit fundum, vt hæres ei vendere debeat, quo pretio emere eum fundum debeat.*

38 *Legatum poſſe in hoc conſiſtere, vt hæres damnetur emere rem aliquam à legatario iuſto pretio.*

39 *Legatum relinqui poſſe quibuſcunque verbis, aptis tamen & idoneis. & num. 41.*

40 *Legatorum genera quot & quæ olim fuerint.*

42 *Legatum relinqui poſſe purè, in diem, ex die, & ſub cõditione.*

43 *Legata, quæ relinquuntur expreſſa turpitudine legatarij, an valeant.*

44 *Teſtatorem facere non poſſe quin leges in teſtamento ſuo, vel in legando locum habeant.*

45 *Legatum poſsitne committi in arbitrium hæredis.*

46 *Legatum ita relictum, vt præſtetur cum voluerit hæres, an valeat, & quando præſtandum ſit: & quid in ſtipulatione, per quam rem promittendi promiſit cum voluerit.*

47 *Legatum relictum alicui ſub hac conditione, ſi voluerit an, & quatenus valeat.*

48 *Legatum mihi relictum ſub hac conditione, ſi Titius voluerit, an valeat.*

49 *Legata re vnà pluribus an, & quomodo admittantur legatarij ad ipſum legatum, in ſolidum ne ſinguli, an pro portionibus: an verò poſtremo loco nominatus dũtaxat admittatur, quaſi prioribus ſit ademptum.*

50 *Fideicommiſſo poſsitne quis grauari vt aliquem hæredem inſtituat.*

51 *Legatum relictum in teſtamento imperfecto, vel in codicillis imperfectis an debeatur.*

52 *Legatarius decedens ante aditam hæreditatem an, & quando tranſmittat ius quod erat habiturus adita hæreditate.*

53 *Legatario etiam ignoranti ſibi aliquid relictum, acquiri emolumentum legati ex quo eſt adita hæreditas: vt tamen ſit in eius poteſtate agnoſcat illud, an repudiet.*

54 *Legatum an poſsit, pro parte repudiari, & pro parte agnoſci.*

55 *Legatis pluribus rebus quando cenſeantur eſſe plura legata.*

56 *Legatum quibus actionibus peti poſsit.*

57 *Legatum an, & quatenus præſtãdum ſit cũ ſuis acceſsionibus.*

58 *Hæres quibus caſibus liberetur præſtando legati æſtimationẽ.*

59 *Legatum quibus modis poſsit adimi: & quando peti non poſsit ademptum.*

60 *Legata re perempta an, & quando hæres liberetur à legato, & quam culpam præſtare debeat circa rem legatam.*

61 *Hæres an liberetur à legato per transformationem rei legatæ.*

62 *Legatario adepto rem legatam ex cauſa lucratiua, ſuccurri hæredi, ne amplius eius legati nomine ei teneatur, atq; inibi an id ſit perpetuum. & num. ſeq.*

64 *Legata re aliqua ſæpius in eodem teſtamento, hæredem liberari, ſemel eam præſtando. & quid in certa aliqua quantitate ſæpius legata in eodem teſtamento.*

65 *Legato chirographo vel nomine debitoris, cenſeri legatas actiones competentes ipſi teſtatori.*

66 *Legatis mihi decem, vt ea creditori teſtatoris præſtem, an creditor poſsit ex tali fideicommiſſo agere.*

EXPLICITO tractatu vniuerſalium relictorũ:
ſequitur, vt enodemus articulos legatorum, quæ
ſingularia dicuntur relicta. Videamus itaq; quid
ſit legatum: quis poſsit legare, cui, à quo præſtan-
dum relinquatur legatum, quæ poſsint legari, qualiter lege-
1 tur, & quibus actionibus petatur legatum. † Legatum eſt do-
natio quædam à defuncto relicta ab hærede præſtanda: vt In-
ſtitu. eodem, in principio. & ff. eodem. l. ij. Ideo dixi ab hærede
præſtandum, vt differat à donatione cauſa mortis, quæ ple-
runque traditur à defuncto. Legatum tamen quandoque tra-
ditur à defuncto: vt ff. eod. l. ij. & l. Lucius. Et bene dixi, quæ-
2 dam: tres † enim ſunt donationes: vna inter viuos, alia cauſa
mortis, alia legatum: & hæc eſt vna pro qua qui ſic donat, non
obligatur legatario: in alijs autem duabus contrarium eſt: vt
Inſtitu. de dona. in princ. §. aliæ. & ff. de lega. ij. l. vt hæredibus.
niſi incipiant à traditione: vt s̄. de iu. do. l. j. Sunt & aliæ diffe-
rentiæ inter donationem hanc, quæ legatum dicitur, & do-
nationem cauſa mortis: vt dicemus, donante Domino, infrà de
donation. cauſa mor. Ab ea autem, quæ fit inter viuos, ſine
dubio differt legatum: vt quilibet per ſe notare poteſt. Vel ſic
3 definitur legatum. † Legatum eſt delibatio hæreditatis qua
teſtator ex eo quòd vniuerſum foret hæredis, alicui quid col-
4 latum velit: vt ff. de lega. j. l. legatum eſt. † Legare poteſt is ſo-
lus, qui poteſt facere teſtamentum: vt ff. eodem. l. ij. Item ei ſoli
poteſt legari qui poteſt inſtitui. Sed & habetur miſta conſi-
deratio legantium, & legatariorum: ſicut & hæredum, & te-
ſtantium, vt diximus s̄. de hære. inſtitu. & qui teſta. fa. poſ. Nec
5 † tamen prætermitto, quòd ſeruo deportati legatum reli-
ctum pertinet ad fiſcum: niſi deportatum ſeruum, viuo teſta-
tore, alienauerit: vel ipſe deportatus fuerit reſtitutus: tunc
enim legatum pertinet ad reſtitutum, vel ad nouum domi-
num: quia tempore mortis quo cedit dies legati, dominus
ſerui capere poteſt ex teſtamento: vt ff. de leg. iij. ſi deportati.
primo reſponſo. ſi autem tunc capere non poſſet dominus ſer-
ui, non acquireretur ei legatum per ſeruum: vt ff. de reb. du. l.
ſi cognatis. & de leg. j. l. ſi mihi & tibi. §. regula. & de acquir.
6 hæred. l. ſeruus eius. † Nec ſufficit ſi quis capere poſsit tem-
pore teſtamenti tantum: vt s̄. dictum eſt, de hæred. inſtit. licet
illa l. ſi cognatis. videatur innuere contrarium: ſic enim dicit,
cognati enim teſtamenti tempore fuerũt, ſed ſubaudi & mor-
tis tempore. In legatis tamen, & donationibus cauſa mortis,
a ª ſatis eſt ſi capere poſsit quis tempore mortis tantum: vt ff. de
dona. cauſa mor. l. in mortis. & de condi. & demon. l. cum, qui
poſt. & ff. de fideic. lib. l. generaliter. §. ſi homini. & de iure fiſ.
7 l. non intelligitur. §. quando. † Nec obſtat Catoniana regula,
quæ traditur Inſtitu. eod. §. an ſeruo. quia illa intelligitur cùm
deficit legatum ex perſona relinquentis legatarij ſimul: & in
prędicto §. an ſeruo. & j. eo. l. ſeruis. vel propter perſonam re-
linquentis tantum, vel propter rem relictam tantum: ſecus ſi
deficiat propter perſonã legatarij tantum: licet Rog. contra-
8 dicat. † Item habetur miſta conſideratio eorum à quibus le-
gatur, & quibus legatur: nam hæredi à ſemetipſo legari dari
non poteſt, à cohærede poteſt: & ita tenet prælegatio, adeo vt
ſi ille cui prælegatum eſt repudiauerit hæreditatem, nihilomi-
nus poſsit petere legatum totum: quamuis non tenuerit pro
ea parte qua ipſe hæres erat: vt ff. eo. l. qui filiabus. §. vlti. & l. &
quidem. niſi teſtatorem probet contrarium voluiſſe: & quan-
doque præſumitur voluiſſe, vt ſi pater verbis legata inter filios
diuiſit: vt ff. eodem. l. filio pater. & l. ſed & ſi. & l. nam nec. & l.
quid ergo. Quid ergo ſi teſtator duobus hæredibus inſtitutis,
vni eorum cum alijs duobus extraneis prælegauit? certè illi
duo extranei petent vnam dimidiam partem legati ab hærede
cui prælegatum eſt. Aliam verò dimidiam petent duo extra-
nei cum eo hærede, cui prælegatum eſt à cohærede eius: &
ſic ille, cui prælegatum eſt, habebit tantum ſextam partem

9 legati:vt ff.eod.l.legatum eſt delibatio. §.j. † Relinquere au-
tem poſſum legatum ab omni hærede meo ex teſtamento, vel
ab inteſtato venięte:vt ff.de leg.iij.l.ſi ita fuerit. Item ab omni
eo,ad quem aliquid venturum eſt morte mea, vel dum ei do,
vel dum ei non adimo:vt ff.de leg.uj.l.j.§. ſciendum. Item ab
hærede hæredis mei:& ab hærede legatarij mei:vt ff.de leg.iij.
ſi ita fuerit.§.vlt.niſi in caſu quando filium impuberem exhę-
redaui, & eidem ſubſtitui,item ei legatum reliqui: nam licet
exhęredatum cui reliqui legatum, poſſim onerare: non tamen
onero ſubſtitutum eius:vt j.eo.l.cùm quidam. aliàs ergo ſicut
legatarium,ita & hæredem eius poſſum onerare. Item ſi hære-
dem meum rogauero,vt ab hęrede ſuo petat dari Mæuio.x.va-
let fideicommiſſum. Hoc verum, ſi nomine proprio non no-
minaui hæredem mei hæredis: tunc enim fideicommiſſum eſt
nullum: quoniam qui fortuito, non iudicio teſtatoris conſe-
quitur hæreditatem,vel legatum, non debet onerari. Nec re-
cipiendum eſt, vt cui nihil dederis, eum rogando obliges: vt
10 ff.de leg.iij.l.ſed ſi ſic. Licet † autem dixerim legatum poſſe re-
linqui ab hærede legitimo,tamē ſi inteſtatus decedens onera-
uit legitimum hęredem, nominando eum nomine proprio,
qui erat ei in proximiori gradu.deinde,illo repudiante,deuo-
luta ſit ſucceſsio ad ſequentem gradum, non debebit fidei-
commiſſum ſequens gradus. Sic & ſi libertus à patrono reli-
quit legatum,& aliquis ex liberis eius,mortuo eo,admiſſus eſt
ad bonorum poſſeſsionem, non debebitur legatum: vt ff. de
leg.iij.l.j.§.vlti.Secus ſi non deuoluatur hæreditas ad ſequen-
tem gradum, ſed ad aliquem, qui eſt de ordine gradus nomi-
natæ perſonæ.Hinc eſt,quod legatum relictum ab vno ex hę-
redibus inſtitutis,vel etiam ex legitimis,ſi,eo repudiante, per-
tineat ſucceſsio ad cohæredem eiuſdem gradus,debetur lega-
tum. Item & ſeruo inſtituto relictum legatum à domino peti-
tur vtili actione à manumiſſo, ſi ſuo arbitrio adierit hæredi-
tatem:vel à nouo domino,ſi nouus dominus poſtea iuſsit eum
adire: vt ff.de leg.ij.l. ſi Titio & Mæuio. & l.ſi alienus. Item
11 † relinquere poſſum legatum ab omni eo, quem honoraui
commodo pecuniario,vel legando,vel donādo cauſa mortis,
Si tamen ſeruum tibi legauero, cúmque te manumittere purè
iuſſero,alio onere te grauare non poſſum. Nam ſi rogaſſem te
vt manumitteres ſub conditione, vel in diem,propter fructū
medij temporis te onerare poſſem: ſed & dominus qui præter
libertatem nihil reliquit ſeruo,nullo onere,vel fideicommiſſo
poteſt eum grauare, etiam ſi vice operarum rogauerit eum
quid præſtare: vt ff.de legat.j. l. planè ſi filium.§.vlti. & l. vi-
dendum.& ff.de legat.iij.l.ſi mulier.§. Iulianus. Item & ſi tibi
debeo rem ex ſtipulatu eámque tibi lego,te onerare fideicom-
miſſo non poſſum;licet commodum videaris ſentire,quòd do
minium naneiſceris ſtatim,nec expectes ex ſtipulatu actionē.
Sic & ſi creditor liberauit pignus debitoris mortis cauſa,non
12 poteſt eum fideicommiſſo onerare.Sed & † ſi debitor legaue-
rit creditori ſuo quod debet,non poteſt eum fideicommiſſo
onerare; niſi creditor commodum legati conſequatur, fortè
exceptionis timore leuatus:vel ſi quid in diem debitū, vel ſub
conditione fuit legatum: vt ff.de legat.iij.l.ſi mulier.§. ſi rem
quis.& l.ſi deportati.§.vlt.tunc enim eatenus onerabitur cre-
ditor, quatenus honoratus eſt in repræſentationis cōmodo,
vel emolumento legati: legatum tamen quandoque vtile eſt,
& ſi neutro illorum modorum videatur creditori proficere: vt
ecce,quod debeo de iure prætorio tibi lego,valet legatū: quia
ciuilis actio mihi datur pro honoraria:vt ff.de leg.j.l.ſi credi-
tori.§.id quod. Non tamen puto,quòd propter hoc poſsis o-
nerari fideicommiſſo, cùm emolumentum pecuniæ ad te non
perueniat. Sed è conuerſo,ſi creditor debitorem ſuum oneret
fideicommiſſo,de eo præſtando quod ſibi debetur,valet fidei-
commiſſum: quia debitor liberatur à creditore, quaſi videa-
tur hæres remittere rogatus debitori debitum: vt ff. de legat.
13 primo.l.ſi pecunia apud.Sed † & quilibet quem honoro com-
modo pecuniario,eatenus poteſt onerari quatenus honoratus
eſt,& non vltra: niſi in caſu, vt quando aliquid tibi relinquo
pro ſeruo tuo manumittendo,& agnouiſti legatum: nam co-
geris manumittere quaſi tanti tuum videaris æſtimaſſe: ſecus
tamen ſi de alieno manumittendo te rogaſſem: vt ff.ad legem
Falcid.l.ſed ſi non ſeruus.& de fideicommiſ. lib. l.generaliter.

& j de fideicomm. lib. l.deberi. Et quod dictum eſt in legata-
rio rogato manumittere ſeruum ſuum, ſeruatur & in legata-
rio rogato præſtare rem ſuam quæ maioris pretij eſt,quàm pe
14 cunia ſibi legata. † Enimverò ſi legatarius centum ſibi lega-
tis,rogetur præſtare ducenta vſq; ad ſummam legati, tenebi-
tur fideicommiſſum præſtare non vltra:niſi centum legata eſ-
ſent purè, & fideicōmiſſum ſit relictū ab eo poſt tempus:tunc
enim vſurarum duntaxat additamentum admitteretur. Quod
15 † dictum eſt in pecunia,ſeruatur & in hæreditatibus: vt ecce,
inſtituo te hæredem in dimidia cum filio meo, & rogo te vt
eum inſtituas hæredē cum filiis tuis pro virili portione. Nam
ſi virilis portio contineat minus dimidia, tenet fideicommiſ-
ſum.Si autem cōtineat amplius, computatis in dimidiam par-
tem fructibus perceptis,& percipiendis,non teneberis pręſtare
vltra quàm faciat emolumentum quod perceperis ex mea di-
midia: vt ff.eodem.de legat.ij.l. Imperator. §. ſi centum. & §.
cum quidam. Nec licet huiuſmodi legatariis detrahere falci-
diam: vt ff.ad legem Falcidiam. l.lex Falcidia ſi interueniat.§,
nunquam. Et de hoc plenè dicemus infrà, ad legem Falcid.l.
lex Falcidia. Si autem iſte legatarius oneratus præſtare fidei-
commiſſum, legatum petierit, id tantum quod per iudicem
exegit,præſtare cogetur fideicommiſſario:vel ſi non exegerit,
actionem cedet fideicommiſſario. Ad legatarium enim perti-
nere periculum iniquum eſt:ſi non culpa legatarij perierit lis:
vt ff.de lagat.ij. l. Imperator.& ff.de legatis iij.l. ſi legatarius.
& ff. de legat.j. l. fideicommiſſum. & hoc ſi legatarius præter
fideicommiſſum aliquid perceperit. Alioquin de dolo tantum
tenetur:vt ff.de legat.j.l.ſi ſeruus legatus.§.cùm quid. Illum
autem onerare non poſſunt, qui nihil perceperit iudicio meo
expreſsim, vel tacitè:quod etiam ex præmiſsis liquet: vt infrà
16 de fideicommiſ. l. ab eo. Sed † & habetur miſta conſideratio
eorum à quibus legatur, & eorum quibus legatur. Nam licet
ille legare, & ab hoc legari poſsit. huic tamen ab hoc hærede
fruſtra legatur:vt ecce,ſeruo hæredis mei purè inutiliter lego,
nec quicquam profecit,ſi me viuo, exierit ſeruus de poteſtate
mei hæredis:quia, quod inutile foret legatum,ſi ſtatim poſt fa
ctum teſtamentum deceſsiſſet teſtator: hoc non debet ideo va-
lere, quia teſtator vixerit diutius. Sub conditione verò rectè
lego ſeruo hæredis mei:vt tamen requiramus,an quo tempore
cedit dies legati in poteſtate hæredis non ſit ex diuerſo,hære-
de inſtituto ſeruo,domino rectè poſſum legare purè. Nam &
ſi ſtatim poſt factum teſtamentum decederem, non tamen a-
pud eum qui hæres ſit,dies legati cedere intelligitur, cùm hæ-
reditas à legato ſit ſeparata:& poſsit per eum ſeruum alius ef-
fici hæres, ſi priuſquam iuſſu domini adeat, in alterius pote-
ſtatem tranſlatus ſit,vel manumiſſus ipſe hæres efficitur,qui-
bus caſibus vtile eſt legatum. Quòd ſi in eadem cauſa per-
manſerit, & iuſſu legatarij,id eſt, domini ſui adierit, euaneſcit
17 legatum:vt Inſtitu.eodem.§.an ſeruo. † Hucuſq; ſatis de per-
ſonis:nunc de his rebus,quæ poſſunt legari,videamus.& certè
non ſolum res teſtatoris,ſed etiam hæredis legari poteſt. Nec
diſtinguo, ſciuerit teſtator rem eſſe hæredis, an crediderit eſſe
ſuam:vt ff.de legatis ſecundo.l.vnum ex familia.§.ſi rem tuam.
18 † Item extranei rem poſſum legare, & debebitur res lega-
tario, ſi ſciat rem alienam eſſe. Etſi dominus non vendat, vel
immodico pretio vendat, hæres debet legatario iuſtam æſti-
mationem: vt ff.de legatis tertio. l. non dubium. §. vltimo. &
hoc legatarius debet probare me ſciuiſſe rem alienam eſſe.
Si autem ignorabam rem alienam eſſe,non tenet legatum: niſi
reliquerim legatum coniunctæ perſonæ, cui tantundem eram
relicturus etſi ſcirem rem alienam eſſe: vt infrà eodem.l.cùm
alienam rem, vel niſi ſeruo alieno legauerim libertatem: vt ff.
19 de fideicommiſ.liber.l.Paulus.primo reſponſo. Idémque † &
ſi relinquo rem,quam alij pignori obligaueram: neceſſe enim
habet hæres luere, ſi teſtator ſciebat rem pignori obligatam
eſſe. Vel ſi reliqui legatum coniunctæ perſonæ: vel ſi tantum
debitum eſt,pro quo res eſt obligata, quanti eſt res ipſa:vt ſic
legatario inutile eſſet legatū, ſi legatarius habet neceſſe luere:
aliàs antè luere debet legatarius. Si tamē legatarius conueniā
tur hypothecaria à creditore, habebit doli exceptionem vt a-
ctiones ſibi cedantur. quod quamquam ſuo non fecerit tem-
pore,id eſt, ante ſententiam: tamen per iuriſdictionem præſidis
pro

prouinciæ id ei poſt ſententiam præſtabitur: vt ff.eodem.l.ſi
res eſt obligata: vt Inſtitut. eodem. §.quod autem diximus.
20 † Item legari poteſt res illa, quæ non eſt in rerum natura:
ſi modo futura eſt: veluti fructus qui in illo fundo nati erunt,
aut quod ex illa ancilla natum erit: vt Inſtitut. eodem. §. ea
quoque res. Sic ergo legari poſſunt ea, quæ fuerunt, & futura
ſunt. Sed quæ nec ſunt, nec fuerunt, nec erunt, legari non poſ-
ſunt: vt hippocentaurus, & chimera: vt Inſtitu.de inutil ſtipu-
lat.in fine principij. item nec legantur ea, quæ fuerunt, ſed de-
21 ſierunt eſſe. Si verò † dubium eſt nunc, & erat tempore teſta-
menti, an res legata ſit in rerum natura: puta, an homo legatus
viuat, agi quidem poteſt ex teſtamẽto, ſed officio iudicis con-
tinetur, vt cautio interponatur. Cauet enim hæres eam rem ſe
perſecututum eſſe, & ſi nactus fuerit legatario reſtituturum:
vt ff.eodem.l.ſeruo legato.§.vltimo. Idémque & ſi tempore te-
ſtamenti ſeruus legatus eſſet in fuga, vel longinquo abſens.
hæres enim debet operam præſtare, vt requirat: & pretium, &
ſumptum in eam rem debet impendere. Si autem ſeruus lega-
tus poſt teſtamentum factum fugerit viuo teſtatore, impenſa
& periculum legatario debet reddi: quia rem legatam eo lo-
co debet præſtare hæres, in quo à teſtatore ſit relicta: vt ff.de
legatis primo.l.cum ſeruus legatus.& l.apud Iulianum.& l.ſi
22 ſeruus legatus. primo reſponſo. Licet † autem dixerim ea
quæ ſunt legari poſſe: tamen ſi talis ſit res, cuius non ſit com-
mercium, nec ipſa debetur, nec eius æſtimatio: vt ſi legauit
b quis campum Martium, vel baſilicas, vel templa, [b] vel quæ pu-
blico vſui deſtinata ſunt, vel hortos Saluſtianos qui ſunt Au-
guſti, vel fundum Albanum qui principalibus vſibus deſer-
uit, aut forum Romanum, aut prædia Cæſaris, quæ in formam
patrimonij redacta ſub procuratore patrimonij ſunt, quorum
non eſt commercium, niſi iuſſu principis: nec ſolẽt ea diſtrahi:
& furioſi eſt talia legata ſcribere: vt ff.de legatis primo.l.apud
Iulianum.§.conſtat.& Inſtitut. eodem.§.ſed ſi talis res. Item
nec poſſunt legari ea quæ ædibus iuncta ſunt. Hæc enim le-
gari noo poſſe Senatus cenſuit M. Acilio Auiola, & Panſa
conſulibus.vt tradit Paulus.l.cætera.ff.de legatis primo. Tra-
ctari tamen poterit ſi quando marmora, vel columnæ fuerint
23 ſeparatæ ab ædibus, an legatum conualeſcat: & † ſiquidem
ab initio non conſtitit legatum, ex poſtfacto non conuale-
ſcet: quemadmodum nec res mea legata mihi, ſi poſt teſtamen-
tum factum fuerit alienata: quia vires ab initio legatum non
habuit. Sed ſi ſub conditione legetur, poterit legatum valere,
ſi exiſtentis conditionis tempore mea non ſit, vel ædibus iun-
cta non ſit, ſecundum eos, qui & emi rem meam ſub conditio-
ne, & promitti mihi ſtipulanti, & legari aiunt. Purum igitur
legatum Catoniana regula impedict, conditionale non: quia
ad conditionalia legata Catoniana non pertinet: vt ff.de le-
gatis primo. l.cætera. §. tractari. Et ſunt hæc adeo vera: vt ſi
res à principio non fuerat talis, vt eius impediretur legatum:
tamen ſi in aliqua prædictarum cauſarum res deueniat, ex-
tinguitur legatum: vt ff.de verborum obligationibus. l. inter
ſtipulantem.§.ſacram. & ff. de legatis primo. l. cætera. §. vlti-
24 mo. † Et eſt hic notanda bona & ſubtilis diſtinctio: quia
c vbi legatur res, cuius nulli homini eſt commercium [c], vel eſt
quidem, ſed cum grandi difficultate, vt in prædiis Cæſaris,
quæ ſine eius aſſenſu non poſſunt diſtrahi, nec ipſa res debe-
tur, nec eius æſtimatio: niſi voluntas teſtatoris contraria ap-
pareat, ſicut & cùm lego inquilinos ſine prædiis: vt ff.de le-
gatis primo.l.ſi quis inquilinos. Excipitur in libero homine:
quia aliquando ſibiipſi legari poteſt: vt ſi redemi eum ab ho-
ſtibus. Proficiet enim legatum ad liberationem vinculi pi-
gnoris, quod in eo habui tacitè, quia redemi: vt ff.de legat.j.l.
Senatus.§.vltimo. Si autem in communi ſit rei commercium,
ſed huic non ſit: ſiquidem non ſit ei, qui damnatus eſt prҿſtare,
præſtabit nihilominus legatum: vt ff.de legatis ij.l.mortuos.
§. Labeo. [Si verò ſit ei, qui præſtare debet, ſed ei cui debet
præſtari non eſt: aut eſt hoc propter delictum ſuum, vel ſectæ
diuerſitatem, vel quia hæreticus eſt, vel Iudæus qui Chriſtia-
num mancipium poſsidere non poſſunt: vt ſuprà, ne Iudæi
Chriſtia. man. ha.l. prima. & tunc res neque debetur, neque
æſtimatio: vt ff.eodem.de legat.ij.l. mortuo. §. Labeo] & de
verb.obliga.l.multum. Aut eſt propter conditionem ſtatus: vt
quia ſeruus eſt is, cui militia legatur: vel propter vitium cor-
poris: vt quia muto legata eſt militia cantoris, vel ei qui non
poteſt ire, legata eſt militia curſoris. Et in his diſtingue, vtrum
teſtator ſciebat huiuſmodi qualitates perſonarum, an igno-
rabat. ſi ſciebat, debetur æſtimatio militiæ: ſi ignorabat, non
debetur: vt ff.de lega.iij.l.fideicommiſſa.§.ſi ſeruo alieno: & ff.
25 de lega.ij.l.filiusfami l.§.ſi quid alicui. † Sed & habetur miſta
conſideratio rerum: quia licet hæc res aliàs legari poſsit: hæc
26 tamen res mihi legari non poterit, vt † in re mea contingit: vt
Inſtitu.eod.§.ſed ſi rem legatarij, nec conualeſcit legatum, re
alienata, obſtante regula Caton. vt ff.de regu.Caton.l.prim.§.
vlti. Sed ibi loquitur cùm teſtator legauit mihi rem meam
ſub ea conditione, ſi alienarem ipſam eo viuente: & ideo non
habet locum regula Coton. ſicut nec habet locum in condi-
tionali inſtitutione: purum igitur legatum Catonis regula
impedict: vt ff.eod.j.l.cætera. & hoc etiam liquet ex præmiſ-
ſis. Seruo autem meo etiam purè poteſt legari res mea: vt ff.de
leg.ij.l.debitor.§. ſeruo. Et hoc intellige de re mea, in qua le-
gans non habet aliquod ius. Si autem habeat ius in ea, ſiqui-
dem ſit ius perſonale: puta, vſusfructus, vel vſus, vel ſeruitus
prædialis, nullum erit legatum. Idémque & ſi habeat ius pi-
gnoris in re mea: vt ff.de leg.ij.l.Mæuius. §. vltim. Sed in hoc
caſu dixit Placen.contra.& fortè non valet directò, ſed vtili-
ter. Sed contra creditori meo legare poſſum pignus: & nec
ideo repellitur à credito. vt ff.de lega.ij.l.creditorem. & infrà
27 eodem.l.creditor. † Si autem tale ius habeat in re mea propter
quod habet rei vendicationem vtilem: vt quia eſt emphyteu-
ta, vel conduxit ad non modicum tempus, valet legatum.
Idémque & ſi haberet ius in re, vt quia vendideram ei, & ita
tenebar ei rem præſtare, ſi legauit mihi rem, me liberaſſe vi-
detur ab actione ex empto. Sed ego pretium conſequar actio-
ne ex vendito. & ſi ignorans eam mihi eſſe legatam tradidero
hæredi emptoris vẽdicabo eam ex cauſa legati, vel actione ex
teſtamento petam eam mihi reſtitui: vt ff.de lega.j.l. apud Iu-
28 lianum. §. ſi Titius. & l. ſi domus.§.vltimo. † Item legantur
non ſolùm corporalia, ſed etiam incorporalia: vt iura, & ſer-
uitutes. Si ergo teſtator legauerit mihi quod ſibi alius debet,
hҿres debebit mihi cedere actiones ſuas: imò & ſine ceſsione
eius, habeo vtilem actionem: niſi teſtator viuus exegerit pe-
niam. Nam hoc caſu legatum extinguitur: vt ff.de leg.j.l.cæ-
tera igitur.& Inſtitu.eod.§. tam autem corporales. Cùm ta-
men quidam nomen debitoris exegiſſet, quod mihi reliquę-
rat, & pro depoſito pecuniam habuiſſet, reſponſum eſt peti-
tionem eſſe fideicommiſsi: maxime, quia teſtator non exege-
rat, ſed debitor pecuniam vltro obtulerat, quam offerente
ipſo non potuit noo accipere. Paulatim igitur admittemus, &
ſi ex pecunia hanc rem comparauerit, quam nõ exegit eo ani-
mo, vt legatarium priuaret legato, poſſe adhuc legati eſſe pe-
titionem: vt ff.de lega.iij.l.fideicommiſſa.§.ſi rem. Poſſunt er-
29 go legari decem in genere. Sed † ſi dixero decem, quæ ſunt
in arca, ſiquidem ſint arca, valet legatum: aliàs non: vt ff.de
lega.j.l.ſi ſeruus legatus. §.qui quinque. Cur ergo ſecus vbi
legaui decem, quæ tibi debeo? vt ff.eodem.j. l. ſi ſic.§.ſi mihi.
nam ibi falſa demonſtratio non perimit legatum. Reſpon-
deo euidens eſt ratio, quia vbi lego decem, quæ ſunt in arca,
volui certum corpus demonſtrare, & legare: vt ſicut ſi legaſ-
ſem fundum Botrianum qui in rebus humanis non inueni-
retur, nullum eſſe legatum: ita vt hic. Sed vbi legaui decem
quæ debeo, nullum certum corpus volui deſignare, vt & me-
ritò ſi corpus non appareat, teneat legatum. ſed ſecus eſt, vbi
legaui decem, quæ ille debet mihi: vt plenè dicemus j.de fal.
cauſa adiecta. vt & legitur ff. de liberatione legata.l.legaui.
30 † Et ad notitiam omnium caſuum, ſciendum eſt in relicto
legato in genere, quod quandoque ſuis certis finibus conti-
netur, prout ei aſsignao ſunt à natura: puta homo, equus,
bos: & tunc omnino teoet legatum ſiue conſiſtat in ſpecie, (&
tunc dicitur indiuiduum vt Socrates) ſiue conſiſtat in gene-
re. Sed dubitari poteſt, quis habeat electionem? Et dixit Ro.
in principio hæredis eſſe electionem: ſed ſi differat eligere,
transfertur in legatarium electio: vt ff.de ſeruitutib. l. ſi cui.
& infrà. de ſolutio. l.prima.§.quod ſi. Sed B. ait ſemper le-
gatarij eſſe electionem. Sed hoc plenius diſtingue, vtrum te-

ſtator reliquerit ſeruos in hæreditate ſua,an non ſi reliquit,ex
illis debet legatarius eligere: vt tamen non eligat actorem: vt
ff.de leg.j.l.legato.& l.ſi ſeruus legatus.§.cum homo.& fami.
erciſcund.l.hæredes.§.ſi incerto. ſi non reliquit, hæres habeat
electionem:vt ff.de tritic.vin.& oleo.leg.l.iij.j.reſpon.& l.iij.
Vbi autem teſtator de certis ſeruis reliquit incertum,aut ſenſit
de certo: quod patet, quia proprium nomen in legando ex-
preſsit,& tunc hæres habet electionem: quia cum ſit vniuer-
ſalis ſucceſſor, ei magis conceditur interpretari voluntatem
teſtatoris. Aut non ſenſit de certo:puta,legauit vnum de ſer-
uis ſuis,& tunc legatarij eſt electio:vt ff.de leg.j.l.qui duos.&
l.ſi quis à filio.§.ſi quis plures.& l.ſi domus.j.reſp. & l.legato.
§.j.In promiſsione autem hominis, debitor videtur habere e-
lectionem:vt ff.de pact.l. veteribus.& de ſolut. l. quidecem.§.
31 Stichum.Si verò ſuis † naturalibus finibus non continetur:vt
puta,fundus:tunc non tenet omnino legatum, nec ſtipulatio:
vt ff.de iure doe.l.cùm poſt.§.gener. Et eſt ratio, quia fundus
cuiuſque ſola deſtinatione conſtituitur: vt ff.de lega.j.l.quod
in rerum.§.quod ſi poſt. Sic ergo ſi diceretur legatum eſſe ali-
quod.præſtaret ei hæres nempe fundũ vnius palmi, vel digiti,
vel vnguis,quod deriſorium eſſet. Si autem conſtitutio ſit ne-
ceſſaria,&factum ſit opus intermedium, vt in domo:nec enim
de vna domo poſſunt fieri duę,vel de duabus vna,niſi adiecto
vel deiecto pariete: vt ff.communia prædio.l.ſi quis duas.Ta-
men diſtingue,an is qui legauit domum in genere, reliquerit
aliquas domos,an nullas. Si reliquerit,cogetur hæres, quam
velit domum ex his, quas teſtator habebat, legatario dare. Si
nullas reliquerit, deriſorium eſt legatum magis, quàm vtile:
32 vt ff.de leg.j.l.ſi domus. Si autem † legatum conſiſtat in gene-
re generaliſsimo, ſine dubio nullum eſt: vt ecce, legauit quis
ſubſtantiam,aut rem, vel ens. Idémque ſi cõſtat in genere ſub-
alterno: vt ecce, legauit animal. nam hæres dando piſcem, vel
muſtellam,vel muſcam,poſſet liberari eadem ratione,quæ aſ-
ſignata eſt in fundo. Oportet ergo legatum certam continere
ſpeciem, vel quantitatem, vel factum,alioquin nullum eſt, niſi
33 in † caſu,cùm alicui annuum relictum eſt ſine adiectione ſum-
mæ. Nam legatarius percipiet, quod ſolitus erat teſtator præ-
ſtare,vel ex dignitate perſonæ certum quid ſtatuetur: vt ff.de
leg.iij.l.ſi cui.& de iure dotium.l.cùm poſt.§.gener.Sic & non
tenet legatum,ſi legatarij perſona non ſit certa:ſi tamen Titio
34 † ſit legatum, & duo eiuſdẽ nominis amici teſtatoris legatum
petant, hæres debet eligere,cui præſtet,vt ab eo defendatur: vt
ff.de legatis ſecundo.l.ſi quis.§.ſi inter. Sed fortè debet,pro po
teſt, ponitur. Nam dicit quòd hæres ſoluere paratus erat, a-
35 lioquin contra:vt ff.de teſtamen. tutela.l.duo ſunt. Item † le-
gatur optio ſeruorum,& tunc legatarius ſemel tantùm,debet
optare: vt ff.de legatis primo.l. v. primo reſponſo. Si autem
optio relinquatur pluribus, vel etiam vni, & ille decedat an-
te quam optet pluribus hæredibus relictis: & inter eus eſt diſ-
ſenſio de optione, forte dirimitur inter eos quæſtio, & quem
ſors prætulerit, cæteris, præſtabit æſtimationem contingen-
tium eis portionum. Si autem legaueris mihi ſeruum, quem
Titius optauerit,& ille intra annum non optet:vel quia nolit,
vel quia non poteſt,poſt annum videtur mihi optio relicta: vt
36 infrà.communia de leg.l. vltima. † Item legari poteſt res ho-
ſtium, Item id,quod hoſtes ceperunt de noſtris bonis: vt ff.de
legatis primo.l.id quod.& l.ſeruus ab hoſtibus. & l.ab omni-
bus.§.etiam.Item legari poteſt: vt mihi liceat cædere lapidem
in ſolo teſtatoris. Hoc tamen legatum non tranſibit ad hære-
dem meum,niſi eius nomẽ ſit adiectum: vt ff.de legatis primo.
l.apud Iulianum. §.ſi quis. Item legare poteſt teſtator rem,
quam habet cum alio communem: & tunc legatarius habet
portionem teſtatoris tantùm: vt ff.de legatis j.l. v. §. vltimo.
37 Item † legare poteſt quis in ſuo teſtamẽto, vt hæres eius ven-
dat mihi rem illam: & tunc hæres tenebitur vendere non gra-
tis:ſed vero pretio, quod hoc certo pretio hæres damnatus ſit
facere,neceſſe habebit tanti vendere, quanti damnatus eſt: vt
ff.de legatis primo. l.ſi fideiuſſor.§.vltim. Eadem dicenda ſunt
& ſi legaueris fundum mihi dignum centum, ſi centum hære-
di,vel cuilibet alij darem. Nam aliàs intereſt mea fundum ha-
bere potius, quàm centum. Sæpe enim confines fundos etiam
ſupra iuſtam æſtimationem intereſt noſtra acquirere: vt ff. de
38 leg.ſecundo.l.ſi cui fundum. Sed † & ſi teſtator hæredem iuſ-
ſerit à me rem emere iuſto pretio, tenet legatum. Quid enim,
ſi ego eùm ex neceſsitate venderem,nullum inuenirem empto
39 rem:vt ff. de legatis j.l. & ſi equo? † Relinqui poteſt legatum
quibuſcunq; verbis, aptis tamen & idoneis. quid enim ſi quis
putat auri appellatione electrum, vel auricalcum contineri?
vel (quod eſt ſtultius) veſtis appellatione argentum contine-
ri?non tenet legatum. Rerum enim vocabula [appellatiua]
immutabilia ſunt, hominum verò, [vel rerum propria nomi-
na] mutabilia ſunt: & ideo error nominis, vel prænominis,
vel cognominis,vel agnominis non nocet legato: vt ff.de lega.
40 j.l.iiij. & Inſtit. eod.§.ſi quis in nomine. † Olim autem erant
quatuor genera legatorum, per venditionem, per damnatio-
nem,ſinendi modo, per præceptionem: & certa quædam ver-
ba cuique generi legatorum aſsignata erant, per quæ ſingula
genera legatorum ſignificabantur. Sed hæc ſolennitas ver-
41 borum † ſublata eſt, & voluntas teſtatoris, & verba (dum ta-
men ſint apta,vt dictum eſt)intuenda ſunt:vt Inſtit.eodem.§.j.
Sic ergo rectè legabitur ſi dicatur do, lego, dari iubeo, impero,
mando, præcipio, exigo, poſco, peto, flagito, volo,rogo,de-
precor,exoro, gliſco, cupio vt des,opto vt des,credo te datu-
rum:vt j.commu. de leg.l.ij. & ff.de leg.j.l.etiam hoc modo.&
42 l.& eo modo. † Relinquitur legatum purè, & in diem, & ex
die,& ſub conditione:vt j.eod.l.vlti. Et cenſetur illud condi-
tionale legatum, ſi cui legetur legatum, cùm xiiij. annorum
erit. Ineſt enim conditio, ſi compleuit xiiij.annos, vt ff. de leg.
j.l. ſi cui legatur. In libertate tamen ſpeciale eſt, vt videatur
eſſe relicta potius in diem: vt ſi dicat teſtator,illum ſeruum li-
berum eſſe iubeo, & cùm filius meus erit xxv. ann. vt j.de fi-
deicom. liber.l. fideicommiſſaria. & ff. de manumiſſ. teſta.l.ſi
ita ſcriptum fuerit. De his tamen cõditionalibus legatis plenè
43 dicemus j. de condit. inſer. † Relinquitur legatum non ex-
preſſa turpitudine legatarij:nam turpia legata, quæ denotãdi
magis legatarij gratia ſcribuntur, odio ſcribentis, pro non
44 ſcriptis habentur: vt ff. de leg.j.l. turpia. † Illud non poteſt
caueri in legato,vel teſtamento,ne leges locum habeant in eo:
quia neque tempore,aut loco,aut conditione,finiri obligatio
hæredis, legatorũ nomine, poteſt:vt ff.de leg.j.l.nemo poteſt.
vel vt aliquid fiat ineptè circa ſepulturam, vel veſtes, vel fu-
nus, vel iuretur de aliquo faciendo contra leges, vel vt ædes
deſtruantur:vt ff.de lega.j.l.ſi quis inquilinos.§.vlti.& l.ſeruo
45 alieno.§.vlti. & l.filiusfamiliâs.§.ædes. † Item legari poteſt,
ſi æſtimauerit hæres, ſi comprobauerit, ſi iuſtum putauerit,ſi
fuerit arbitratus,ſi vtile fuerit viſum. Nec enim plenum arbi-
trium voluntatis hæredi dedit, vel in meram voluntatem hæ-
redis contulit: ſed quaſi viro bono commiſit:ſecus enim eſt ſi
diceret ita: ſi hæres meus voluerit.Illud tamen legatum tenet,
vbi hæres meus voluerit illi decem dari volo, & quaſi condi-
tionale eſt legatum, & primam voluntatem exigit. Idcóque
poſt primam voluntatem non erit arbitrium hæredis dicentis
46 ſe noluiſſe. Item † & hoc legatum tenet cùm voluerit hæres
meus, & tractum habet, quandiu viuat hæres, & ſi deceſſerit
hæres,antequã dederit,id eſt,dare voluerit, hæres ipſius præ-
ſtat:vt ff.de leg.j. l.& ſi ſic. & ff.de lega.iij.l.fideicommiſſa.§.
ſic. Sed in ſtipulatione aliud eſt. Nam ſi mihi promittas, cùm
volueris: & antequam moriaris non conſtituas te velle, non
tenebitur hæres tuus:vt ff.de verb.oblig.l.centeſimis.§.vlti. Si
47 † autem tibi relinquo legatum, ſi volueris, tenet legatum,
nec tranſit ad hæredem tuum, niſi prius conſtituas te velle:vt
48 ff.de conditio, & demonſtratio.l. & ſi ita expreſſum. Si † au-
tem tibi relinquo, ſi Titius voluerit, nullum eſt legatum,&
captatoria eſt ſcriptura:ſecus ſi dicerẽ,tibi lego,ſi Titius aſcen
derit Capitolium.quid (id eſt, aliquid) enim intereſt, ſi Titius
in Capitolium aſcenderit, mihi legetur, an ſi voluerit? vt ff.de
lega.j.l.captatoriæ. & l.Senatus.§.legatum. & ff.de lega.ij.l.j.
49 & de condi.& demonſt.l.non nunquam. † Item legari poteſt
vni, & legari poteſt pluribus: & tunc quilibet debet habere
portionem, ſiue legetur eis coniunctim, ſiue legetur eis ſepa-
ratim, niſi euidentiſsimè apparuerit, ademptione primo le-
gatario facta, ad ſecundum legatarium teſtatorem conuolaſ-
ſe:tunc enim ſolus poſterior legatum habebit:alioquin ambo
concurrunt pro virili portione: niſi ſcriptura teſtator mani-
feſtaue

ſeſtauerit quemlibet legatariorum inſolidum legatum accipe-
re voluiſſe:tunc enim vni pretium, alij res ipſa aſsignatur, e-
lectione rei,vel pretij,ſeruanda ei,qui primo de legato, vel fi-
deicommiſſo litem conteſtatus eſt:ita tamen vt non habeat li-
centiam altero electo, ad alterum redire. Planè vbi transferre
voluit legatum in nouiſsimum, priori non debetur: tametſi
nouiſsimus ſit talis,in cuius perſona legatum non conſiſtit: vt
50 ff.de legat.j.l.ſi pluribus. & l.planè.† Illud fideicommiſſũ non
poteſt comprehendi,vt quis aliquem hæredem inſtituat: per-
inde tamen habetur,ac ſi rogaſſet hæreditatem ſuam reſtitui.
Quid ergo ſi hæres poſt mortem ſuam rogatus fuerit hære-
ditatis ſuę partem quartam reſtituere?certè perinde habetur,
ac ſi de hæreditate ſua reſtituenda rogatus eſſet:& eatenus eſt
reſtituenda, quatenus hæreditas teſtatoris patitur: vt ff.eod.
51 l.filiusfamilias.§.vt quis. † Legari poteſt in teſtamento per-
fecto,vel in codicillis perfectis. Nam ex imperfecta volunta-
te,nec etiam imperatorem aliquid vendicare velle credendum
eſt:decet enim maieſtati eas ſeruare leges, quibus ipſe ſolutus
eſt:vt ff.de legat.iij.ex imperfecto. Legato † in teſtamento re-
52 licto, item & mortuo teſtatore, ſi poſtea moriatur legata-
rius ante hæreditatem aditam, traſmittit illud ius quod erat
habiturus adita hæreditate,ad hæredem ſuum.Si tamen lega-
tum erat purum,vel in diem certum relictum:hoc tamen pro-
53 ſequemur plenius, infrà de caducis tollend. † Adita autem
hæreditate, legatario viuente, etiam ſi legatarius neſciat ſibi
relictum legatum acquiritur ei emolumentum legati: vt ff.de
legat.ij.l.cùm pater.§.ſurdo.& de actioni.& obligationib. l. ſi
à furioſo.& quemadmodum ſeruitus amitta. l. ſi partem. Sed
tamen licet acquiratur legatario ignoranti, non acquiritur ei
incommutabiliter.Eſt enim in legatarij poteſtate,ex quo ſcie-
rit legatum relictum,an repudiet legatum,an agnoſcat.Si re-
pudiauerit,perinde eſt habendum,quaſi nec legatum relictum
ſit:vt ff.de legatis primo.l.legatarius.§.ſi legatum.& l.ſeruum
54 filij.§.ſi quis.& l.ſi tibi homo.§.cùm ſeruus. Hoc † tamen eſt
neceſſarium, vt legatarius legatum repudiet in totum, vel a-
gnoſcat in totum:ſi tamen legatario extiterint plures hęredes,
vnus eorum poteſt repudiare, & alter agnoſcere partem ſibi
competentem.Hoc verum,ſi vnum erat legatum:nam ex duo-
bus legatis relictis,vnum poteſt repudiare, & alterum ample-
55 cti. & videntur eſſe † plura legata,quoties plures res in legato
exprimuntur,ſi exprimantur copulatiuè.Si autem expriman-
tur alternatiuè vnum legatum dicitur, propter vnius rei ſolu-
tionem faciendam: verè tamen duo poſſunt legata dici pro-
pter obligationem duarum rerum. Si autem ſub vno nomine
contineantur plura,vnum cenſetur legatum:puta,legauit ſu-
pellectilem,aut aurum, aut argentum, aut peculium, aut in-
ſtrumentũ,aut gregem,aut veſtem. Vnde non poteſt quædam
res ſperni, quædam admitti: quia vnum legatum eſt. Sed &
vbi plura legata ſunt, & vnum ex legatis onus habet, & hoc
repelli non poteſt, alterum admitti: vt ff.de legatis primo.l.
legatarius. & ff.de legatis ſecundo. l.ij. & l.quarta, quinta, &
56 ſexta. † Petitur legatum relictum rei vendicatione, ſi res erat
teſtatoris, & conſiſtit legatum in ſpecie. Item petitur actione
ex teſtamento. Si autem res erat aliena, datur actio ex teſta-
mento,& non rei vendicatio. Publiciana autem poſſet habe-
re locũ,vbi teſtator pro re aliena habebat publicianam. Item
& vbi non habebat,ſi tamen legatarius apprehenderit poſſeſ-
ſionem.Nam amiſſa poſſeſsione,dabitur ei publiciana:vt ff.de
public.l.prima & ſecunda.Si autem relinquatur aliquid in ge
nere,datur legatario actio ex teſtamento tantùm:ſed & hypo
thecaria datur legatario pro rebus aliis, quæ peruenerint ad
hæredem: vel ad eum,qui rogatus eſt dare legatum: vt infrà
communia de legatis.l.j.& Inſtitu.eodem.§.primo. Quan-
doque tamen non datur legatario hypothecaria: vt ſi legata
eſt ei liberatio. Satis enim eſt quòd habet doli exceptionem.
Item actionem ex teſtamento, ad hoc vt liberetur: vt ff. de li-
beratione legata.l.quod mihi.& vt in poſſeſ.lega.l.j.§.ſi debi-
tori.& quamuis prædictæ actiones competant legatario,non
tamen eis omnibus poteſt ſimul vti; quia legatum datum in
partes,diuidi non poteſt.non enim ea mente datum eſt legata-
rijs pluribus actionibus vti, ſed vt laxior his agendi facultas
ſit:& ex vna interim, quæ fuerit electa, legatum petere: vt ff.
57 de legatis ſecundo.l.cum filius.§.variis. † Præſtari debet lega-
tum cum acceſsionibus principalibus, quæ partes rei cenſen-
tur:vt ecce,teſtator,fundo legato,aliquid adiecit, vel aliquid
accreuit fundo legato per alluuionem, vel teſtator in area le-
gata ædificauit domum.Item cum acceſsionibus fructuum,&
vſurarum à tempore moræ:vt ff.de legatis primo.l.ſi ex toto.
primo reſponſo.& l.quod in rerum.§.ſi quis. & l.ſi ſeruum.§.
ſi areæ. De his tamen acceſsionibus plenius infrà de vſuris &
fruct.lega. Vbi autem debeat legatum præſtari, & vbi debeat
peti diximus ſuprà, vbi fideicommiſſum peti oportet. Et eſt
58 hic notandum,† quia quandoque ſuccurritur hæredi,ſi prę-
ſtat legati æſtimationem: vt ſi patrem, vel fratrem, & ſuum
ſeruum ſit rogatus dare: aliàs datur hæredi modicum tempus
ad ſoluendũ, quod poteſt: vel ſi nõ poteſt,expectatur, quouſ-
que poſsit:vt ff.de legat. primo.l.ſi domus.§.in pecunia. Nam
& vbi pecunia legata eſt quæ non eſt in bonis legatis, hæres
pecuniam dare compellitur,ſiue de ſuo,ſiue de venditione re-
rum,ſiue vnde voluerit:vt ff.de legat.ij.l.ſi pecunia. Hæc om-
nia,quæ diximus ſeruanda ſunt: niſi legatum ademptum ſit à
legatario,vel niſi à legato liberetur hæres. quod multis modis
59 contingit.† Et poteſt adimi legatum purè, & ſub conditione:
vt infrà eodem.l.datum.Et in eodem teſtamento,& alio:& ſi-
quidem fiat in eodem,videtur nec datum: ſi autem fiat in alio,
& ſolenni, datum fuit, ſed adimitur ipſo iure. Sed ſi adem-
ptio fiat in non ſolenni, adimitur per exceptionem. Si au-
tem fiat ademptio per inductionem,ſiquidẽ fiat inductio ante
conſummationem teſtamenti, ipſo iure adimitur, alioquin
per exceptionem.vt ff.de legat. j.l.ſi ita ſit ſcriptum.& de his,
quæ in teſtamento delen.l.j.§.ſed & ſi legi.& §.ſed & conſulto.
& l.proxima. Item adimit teſtator legatum, ſi rem alienat ex
ſua ſpontanea voluntate,liberalitatis ſcilicet cauſa:puta, do-
nando. Nec diſtinguimus vtrum propter neceſsitatem rei fa-
miliaris donauerit, an mera voluntate:vt in primo caſu lega-
tum debeatur,in ſecundo non. hæc enim diſtinctio in donan-
tis munificentia non cadit, cùm nemo in neceſsitatibus libe-
ralis exiſtat:vt ff.de adimen.lega.l.rem legatam. Vbi verò te-
ſtator non donando rem ex neceſsitate alienauerit, legatum
debetur: niſi probetur teſtatorem adimere voluiſſe legatum.
Probatio autem mutatæ voluntatis ab hærede exigitur: vt ff.
de lega.tertio.l. fideicommiſſa.§.ſi rem. Idémque & ſi teſtator
rem legatam pignori det:vt Inſtitu.eodem.§.ſi rem ſuam. Do-
natio autem inter virum & vxorem quia à principio non te-
nuit ſola pignoris obligatione,vel alienatione,dicitur reuoca-
ri, ne poſsit poſtea ſilentio mortis confirmari: vt ff.de donat.
inter virum & vxorem.l.cùm hic.§.ſi maritus.& ſ.ne donatio.
60 inter virum & vxorem.l. ſi maritus.† Item liberatur hæres à
legato, ſi res legata perierit, vel non appareat: ſi tamen hæres
careat culpa:alioquin enim ſtatim damnandus eſt. & vbi non
apparet ſine culpa ſua,cauebit,vt ſi rem apprehenderit, ipſam
præſtet,aut æſtimationem. Culpa autem æſtimanda eſt non
tantùm dolo proxima, ſed etiam leuis, &, vt non prætermit-
tat,quod debet facere,& ſit diligens in faciendo, quod perti-
net ad rei cuſtodiam:vt ff.de legatis primo.l.cùm res. §.penul-
timo.& antepenult.Sed & ſi hæres fuerit in mora rei præſtan-
dæ,non liberatur ab interitu,etiamſi res eodem modo erat pe-
ritura penes legatarium:vt ff.de leg.j.l.cùm res.§. vlti. Multo-
magis tenetur hæres,ſi ipſemet occiderit rem legatam:vt ff.de
verb.obligatio.l.ſi ex legati.niſi iuſta cauſa occidat:vt quia in
adulterio vxoris ſeruum legatum deprehendit:vt ff.de legat.j.
61 l.quid ergo ſi maiorem.§.ſi hæres.Item liberatur † hæres pro-
pter transformationem rei:vt ff.de legat.tertio.l.lana. Nam ſi
domus legata eſt,licet aliam in eodem loco ædificauerit teſta-
tor,legatum interit:niſi voluerit teſtator contrarium:vt ff.de
legat.j.l.ſi ita legatum. §. vltimo. Idémque eſt ſi teſtator lega-
uerit quadrigam, & vnus ex equis qui demonſtrabat quadri-
gam, id eſt, deſtinatus erat quadrigæ deceſſerit: extinguitur
enim legatum: niſi alium eodem loco teſtator ſubſtituerit: vt
62 ff.de leg.ij.l.peculium.§.quadrigæ. Item ſuccurritur † hæredi
rei legatæ, ſi legatarius dominium fuerit conſecutus ex cauſa
lucratiua:nam traditum eſt duas lucratiuas cauſas in eundem
hominem,& in eandem rem concurrere non poſſe directè. Si
tamẽ quod mihi legatum eſt,alius ſeruo meo donauerit, mihi

non præiudicatur:vt ff.de leg.j.l.ſi ſeruus legatus.§.ſi id quod.
Si autem ex cauſa emptionis rem legatam fuero conſecutus,
non impedior pretium conſequi ex cauſa legati : quaſi videa-
tur res mihi abeſſe, cùm pretium mihi abſit:vt Inſti. eo.§ ſi res
aliena. Res tamen legata videtur petenda:vt Inſtit.eod.§.ſi cui
63 fundum.& notaui in ſumma Inſtit.eod.titu.in princ. † Sed &
vbi res mihi legata eſt in duorum teſtamentis , & ex vnius te-
ſtamento conſecutus ſum æſtimationem rei,non impedior ex
altero rem petere. Secus ſi ex vnius teſtamento rem pleno iure
conſecutus eſſem, ita vt auelli res mihi non poſsit:vt in prædi.
64 §.& ff.de lega.j.l.non quocunque. Item † ſuccurritur hæredi
ſi eadem res ſæpius in eodem teſtamento fuerit legata.Satis eſt
enim eam ſemel præſtari : quaſi teſtator ſæpius fuerit loqu-
tus,non ſæpius legauerit:vt ff.de leg.ij.l.Mæuius.§.eum.Si au-
tem eadem quantitas in eodem teſtamento ſæpius legetur, de-
beri poterit ſæpius:ſi legatarius euidentiſsimis probationi-
bus oſtenderit teſtatorem multiplicare legatum voluiſſe. Sed
vbi in diuerſis voluntatibus,id eſt teſtamentis , vel codicillis,
vel vno teſtamento, & alio codicillo, eadem quantitas ſæpius
legatur,ſæpius debetur : niſi hæres probauerit teſtatorem vo-
luiſſe legatarium eſſe contentum vna earum quantitatum : vt
ff.de legat.j.l.planè.j.§.ſi eadem. & de probationibus. l.quin-
genta.& ff.de leg.ij.l.Sempronius. Illud notandum eſt,quia ſi
teſtator dixerit , Scorpium ſeruum meum Semproniæ ſeruire
volo,non proprietatem ſerui , ſed vſumfructum videtur rei
65 reliquiſſe:vt ff.de vſufru.leg.l.vxori.j.§.vlt.Item † notandum
eſt ſi teſtator reliquerit chirographum ſui debitoris : actiones
ſibi competētes videtur legaſſe.Idem & ſi legauerit nomen:vt
66 ff.de leg.j.l.ſeruum.§.eum. Item † notandum eſt,quòd ſi de-
cem tibi legauero , vt ea creditori meo præſtes, creditor agere
non poteſt ex tali fideicommiſſo, ſed hæres agere poteſt cum
legatario:quia ipſius intereſt, ne à creditore conueniatur. Se-
cus verò ſi rogauero te,vt præſtes ea ei, qui non erat creditor
meus:vel ſi tibi decem legauero vt ea pro Titio creditori tuo
ſoluas:nam hoc caſu Titius agere poteſt,& non creditor : niſi
& eius contemplatione teſtator legauit:vt ff.de legat. primo,
l.ſi cui.§.ſi Titio.& l.ſeruo legato.§.ſi teſtator. & ff.de legatis
tertio.l.fideicommiſſa.§.interdum.

ANNOTATIONES.

a Cauſa mortis.Huius concluſionis rationem vide per Bartol. & Doct. in l.ſenium.§.fin.C.qui teſta.facere poſſ.Bald.in l.fina. C.de donatio. cauſa mortis.& in l.fin.C.de condict. Bart.in l. cum hi.in princi.ff.de tranſactio.& ibi Doct.

b Templa.Adde Bartol. Paul.de Caſt.& domi. Alexand.in l.apud Iulianum.§.fin de lega.primo.& domi Alexand.copioſe in conſil. 12. & 2. in ſecundo volumine, qui hoc in terminis diſſerit.

c Eſt commercium.Adde Bald.in l.prima.C.de ſacroſanct.eccleſ.Doct. in l.ſi quis ſeruum.§.ſi quis.de lega.ſecundo.domi.Barthol. Soci.in l. ſi mihi.§.ſi quis ſeruos.de legat.primo.num.1.char.xcvij.& in regu. cccxcv.char.lv. Ange.Aret.in §.non ſolùm.num.10. Inſt.de leg.char. cxxiij.domi.Chriſtofo.& ibi Iaſo.in addi.in §.ſi res aliena.nu.1.Inſti. eod.in char.lxxii.quibus in locis habes deciſionem multarum quæſtio.quæ tanguntur in iſto titu. & vide domi. Alexand.in l. cum alienam rem.C.de leg.& in conſi.ix.ſecundo volum.

De verborum, & rerũ ſignificatione. *Rub.*

1 *Verbum quid ſit,quid item res.*
2 *Significatio verbi aut rei quid ſit.*
3 *Doctrina perfecta quibus ex cauſis non poſſit in quibuſdam tradi.*
4 *Significationi verborum quando non ſit inhærēdum,ſeu quãdo ſtetur voluntati teſtatoris aduerſus ſignificationē verborũ.*
5 *Legatum relictum per nomen appellatiuum non congruens rei, quam teſtator intendit legare,an valeat.*
6 *Legato librorum an contineantur charta,vel è contrario.*
7 *Obſcuritate in verbis teſtatoris exiſtente propter generalitatem,quid ſequendum ſit.*

DICTVM eſt ſuprà plenè de perſonis , & de re-
bus,& de actionibus in quibus ius noſtrũ maximè
conſiſtit : ſed quia circa verborum expoſitiones
& interpretationes oriuntur multæ dubitationes
in prædictis tractatibus : ideo ponit de verborum , & rerum
ſignificatione. Videndum ergo quid ſit verbum. vnde dicatur,
& qualiter hic accipiatur. Item quid ſit ſignificare,& quali-
ter hic ponatur : viſuri poſtea quando ſtandum ſit ſignifica-
tioni verborum , & quando ſignificatio poſsit arctari , vel
1 prorogari. † Eſt autem verbum pars orationis ac cum tem-
ac poribus,& modis ſine caſu, ſignificatiuum actionis, vel paſ-
ſionis.Et dicitur verbum à verberatu aeris.[vt ait M. Fabius
lib.j.capite ſexto.]quod commune eſt accidens omnibus par-
tibus orationis.Tamen proprius in hac definitione accipitur:
quia frequentius in omni oratione vtimur. Hic tamen poni-
tur verbum in larga ſignificatione, ſcilicet ſecundum deno-
minationem pro qualibet parte orationis: vt dicit Priſcianus
in principio tractatus de verbo,in fine. Rei etiam verbum,vt
generale,eſt hic accipiendum:vt ff. de rebus creditis.l j §.vlti-
2 mo. † Significatio autem propriè nihil aliud eſt, quàm de-
monſtratio facta, proprio nomine rei, de qua quæritur, attri-
buto : hic autem largè ponitur,vt etiam ſi proprium nomen
non interueniat, ſi tamen res per aliud verbum, quod aliquo
modo accedere poſsit ad rei oſtenſionem,notificetur, dicatur
ſignificari. Sed illud ſciendum eſt,quia illud verbum rub. ſi-
gnificatione, actiuè ponitur quantum ad verba : paſsiuè au-
tem quantum ad res,vt ait M. Fabius. Nam verba habent ſi-
gnificare: res autem habent ſignificari. De ſignificatione au-
a tem verborum * pleniſsimè,& perfectiſsimè tradere non poſ-
3 ſumus. Sunt † enim quædam quæ non accipiunt perfectam
doctrinam,vel propter infinitatem:vt in omnibus extraordi-
nariis criminibus puniendis, & idem in præſenti materia dici
poteſt:vel propter confuſionem rei, vt cùm quæritur quando
mora ſit facta:vt ff.de vſuris.l.mora.vel propter infidelitatem
hominum , vel varietatem perſonarum : vt cùm quæritur,
quanta fides ſit adhibenda teſtibus. Et ideo dicit lex non poſ-
ſe omnes caſus qui quandoque inciderint, lege comprehendi:
vt ff.de lib.& ſenatuſconſult.l.neque leges.& l. non poſſunt.
Nos autem(ſicut & ait Priſcianus) aliqua generalia perſtrin-
gemus. Nec enim oportet nos dicere quædam ſpecialia, quæ
continentur in iſto titulo, ſcilicet , quid contineatur nomine
fundi inſtructi,vel nomine cautionis,vel nomine familiæ:vel
cùm dico,illi,aut illi.Illa enim apertè explicabuntur in litera.
4 †Sciendum eſt igitur,quòd ſignificationi verborum eſt inhę-
• rendum : * niſi teſtatorem aliud ſenſiſſe appareat: vt ff.de le-
gatis iij.l.non aliter. Si igitur legauerit mihi ſeruum ſub ap-
pellatione Stichi, cùm tamen vocaretur Pamphilus: non Sti-
chus, qui ex verbis ſignificatur, ſed Pamphilus debetur. No-
mina enim ſignificandorum hominum gratia reperta ſunt:
quia ſi quolibet alio modo intelligantur, nihil refert:vt inſti.
de lega.§. ſi quis in nomine.Si verò per appellatiuum aliud te-
ſtator voluit ſignificare,ſiquidem diminuere voluit ſignifica-
tionem verbi: vt ſi plores ſignificabat, & voluit pauciores ſi-
gnificari,ſtabitur teſtatoris voluntati:vt ecce, legaui ſupelle-
ctilem, & enumeraui quaſdam ſpecies de ſupellectili,vt in eis
reſtringeretur legatum:vel legaui argentum factum, & volui
illis verbis comprehendi nummos,qui comprehenderentur:
niſi aliud appareret euidenter teſtatorem ſenſiſſe:vt ff.de fun-
do inſtruct.& de inſtru.lega.l.cùm de lanionis.§. aſinam mo-
lendinariam.& §.quidam cùm.& de ſupellectili legata. l. le-
gata. & de auro & argen.lega.l. Quintus Mutius.§. argento.
Si verò voluit augere ſignificationem verbi , ſentio cum Ser-
uio,vt ſiquidem voluit augere per ea quæ prima facie eiſdem
verbis contineri videtur:vel per ea de quibus dubitari poteſt,
an ſint in alio genere,vel non,ſtabitur teſtatoris voluntati:vt
ecce dubitatur,an argenti appellatione cōtineatur lectum ar-
genteum,vel ſi qua alia ſupellex argentea eſt,vel candelabra,
vel ſigilla argentea,vel lucernæ argenteæ,vel imagines argen-
teæ,vel ſpeculum:& certè non continentur ea argenti appel-
latione:niſi teſtator habuerit ea argenti numero.vt ff. de au-
ro.& argē.lega.l.& ſi non ſunt.§.an autem. Si verò certum eſt
ea in alio genere eſſe per quæ voluit teſtator augere ſignifica-
tionem verbi, non ſtabitur eius voluntati:vt ecce, certum eſt
eſcarium argenteum non contineri ſupellectilis appellatione:
& idem in penula,vel toga:non enim ex opinionibus ſingulo-
rum , ſed ex communi vſu nomina exaudiuntur , nec videri
quęcoquam

quenquam dixiſſe, cuius non ſuo nomine ſit vſus. Eſt ergo
tam mens dicentis, quàm vox proprii nominis neceſſaria: nam
& ſi prior atq; potentior eſt mens dicentis, quàm vox, tamen
nemo ſine voce dixiſſe exiſtimatur: niſi fortè ex eis qui loqui
non poſſunt conatu ipſo, & ſono quodam, & inarticulata vo-
ce dicere exiſtimemus: vt ff. de ſuppelle. lega. l. Labeo §. ſed de
5 his. Sed ſi non † diminuere, vel augere ſignificationem (ſicut
dictum eſt) teſtator noluit: ſed appellatiuũ nomen congruens
ei, de quo ſenſit, non appoſuit: & incongruens nomen expreſ-
ſit: ſiquidem eſt omnino remota, & extranea ſignificatio ap-
poſita ab eo, quod voluit: vt ſi ſenſit de auro, & expreſſit de
lapide, nihilominus debetur: vt ff. de lega. j. l. iiij. Si verò poteſt
coaptari, nec eſt omnino diſſimilis quod ſæpe per conſuetu-
dinem apparet, vel per vnicam eſſentiam, vel materiam, ſtabi-
tur voluntati eius: vt ecce, teſtator ſuos ſeruos iuuenes mihi
legauit. Nam his verbis demonſtrantur illi, qui adoleſcentis
ætatem exceſſerunt, donec incipiant inter ſeniores numerari:
niſi teſtator aliud ſenſerit. Non enim in cauſa teſtamentorum
ad definitionem vtique deſcendendum eſt, cùm plerunque
abuſiuè loquantur, nec propriis nominibus ac vocabulis ſem-
6 per vtantur: vt ff. de leg. iij. l. non aliter. §. Titius. † Item char-
tarum appellatione non continentur libri, neque librorum
appellatione continentur chartæ: niſi voluntas teſtatoris fue-
rit contraria: vt puta, ſi quis chartas ſic reliquerit, Chartas
meas vniuerſas do lego: qui nihil aliud quàm libros habebat
ſtudioſus ſtudioſo. Nam in vſu plerique libros chartas appel-
lant: vt ff. de lega. iij. l. librorum §. quod tamen Caſsius. Cùm
7 † autem in verbis teſtatoris eſt obſcuritas propter generalita-
tem: (nam obſcuritas ex generalitate contingit: vt ff. de iure
fiſ. l. ita fidei. §. non eſt) tunc in primis ſequor voluntatem de-
functi. quæ ſi non appareat, ſequor regulam ſcilicet, vt potius
id accipiatur. vt res de qua agitur valeat: quàm pereat: vt ff. de
rebus dubiis. l. quoties. niſi in libertate: vt ff de manumiſ. teſta-
men. l. cùm ex pluribus. aliâs verò ſecus: vt ff. de lega. j. l. ſi quis
à filio. §. ſi quis. Si verò poteſt valere ſecũdum ſignificationem
vtranque: vt puta, legauit nummos, & neſcitur de quibus ſen-
ſerit: tunc ſumitur coniectura ex pluribus. Spectatur enim
conſuetudo patrisfamil. in primis, deinde regionis in qua te-
ſtator verſatus eſt. Sed & mens patrisfamil. & legatarij digni-
tas, vel charitas, & neceſsitas. Item eorum, quæ præcedunt,
vel ſequuntur ſummarum ſcripta ſunt ſcrutanda: vt ff. de lega.
j. l. ſi ſeruus plurium. §. vltim. Quòd ſi nec ex illis coniectura
capi poſsit, tunc locum habeat, quod dicitur nummis indi-
ſtinctè legatis, exiguiores legati videntur, ſi neque ex conſue-
tudine patrisfamiliâs, neque ex regione vnde fuit, neque ex
contextu teſtamenti poſsit apparere: vt ff. de lega. iij. l. nummis.
Quæ autẽ dicta ſunt in vltimis voluntatibus ambiguis, apta-
te pleruniq; licebit etiam in contractibus. arg. j. eo. l. pen. in fin.

ANNOTATIONES.

• Verborum. Ad iſtam multiplicem materiam a ſde Bartol. in l. omnes
populi. iij. quæſtio. vj. in verſicu. igitur videamus. ff. de iuſti. & iur. &
in l. j. in j oppo. C. de nego. geſt. Bart. in l. cùm virum. in vlt. col. verſi.
& ſcias quod quandoque. C. de fideicom. do. Alexand. in conſi. xliij &
in conſil. lxxvij. in quarto volu. do. Barthol. Socin. in conſ j. incip. in
caſu ſuprà narrato. verſi. non ergo iſte. char. ii. in primo vol. & in conſi.
ix. incip. proſequendo ordinem. verſic. viii. probatur cum pluribus. leq.
io tj. volu chart. lxxxiiii. & in aliis quàmpluribus conſiliis.

* Inhærendum. Attendenda quoque eſt verborum forma maximè in
priuilegiis, reſcriptis & teſtamentis. xxxi. diſt. omnino. ff. de leg. iii. l.
non aliter. Verba etiam ſunt cum effectu intelligenda. extra. de cler.
non reſid. capi. relatum. Debent quoque verba ſubſeruire intentionĩ
& non è contrario: quia in dubiis recurrendum eſt ad intelligentiam
loquentis. c. intelligentia. extra. de verb. ſignifi. Diuerſa rerum narra-
tio non obſtat vbi eadem eſt ſententia verborum. d. c. intelligentia.
Sed & verbum ſimpliciter prolatum, debet generaliter intelligi xix.
diſt. can. ſi Romanorum. Verbi autem proprietas ſemper attendenda
non eſt, l. Labeo. ff. de ſuppellect. lega. Quandoq; etiam ſunt trahenda
verba ad extraneum ſenſum. C. de verbo. ſignific. l. cum quidam. C. de
lega. l. cum quæſt. & d. c. intelligentia. Martinus.

☞ Rerum. Mirum videri poterit, cur, rerum, adiecerit Azo, cum in omni-
bus exemplaribus hoc verbum rerum, deſit. Mirari denique ſi verba
rerum notas eſſe apud M. Ciceronem, & verbis res ſignificari nouc-
rit: Rebus autem non verbis leges impoſitas eſſe ait Imp. l. a C. de leg.
cum igitur verbum ſine re nullum ſit arg. l. defenſores. j. C. de defenſ.
ciui. Prateius.

☞ Orationis. Hæc verbi definitio ad rem non pertinet: ſuſius enim (quæ
& Azo fatetur) ſonat hoc titulo verbum, atque ad quamlibet oratio-
nis partem ſpectat, idque toto titulo de verb. ſignifi. liquido oſtendi-
tur, maximè in l. verbum amplius. & l. verbum hoc ſi quis. ff. eo. Sed &
id probare mihi viſus eſt M. Cicero in partitio. ora. cum ait, verba re-
rum notas eſſe. Prateius.

Si omiſſa ſit cauſa teſtamenti. *Rubrica.*

1 *Edictum, Si quis omiſſa cauſa teſtamenti, &c quando potiſſi-*
mum locum habeat. & nu. 2. & quando ceſſet nu. 3.
4 *Edictum, Si quis omiſſa cauſ. teſt &c. quibus ſuccurrat.*
6 *Pupillus, qui omiſſa teſtamenti cauſa adiit ab inteſtato, an, &*
quatenus excuſetur à præſtatione legatorum.
6 *Fideicommiſſariis ſuccurri contra legatarios, qui id legerunt, vt*
omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſsideretur hæreditas.
7 *Hæres inſtitutus qui omiſit ex teſtamento hæreditatem, vt ea*
ad ſubſtitutum perueniret, vel ad legitimum hæredem, an
& quando hoc nomine conueniri poſsit.
8 *Actio cuiuſmodi detur aduerſus eum, qui incidit in edictum,*
Si quis omiſſa cauſa teſtamenti, &c. & quæ veniant in
eam actionem.

QVONIAM ſæpe omittitur cauſa teſtamenti,
quando legata debent præſtari, & quando non,
omiſſa cauſa teſtamenti, videamus. Et ita videa-
mus quando locum habeat hoc edictum præto-
ris, Si quis omiſſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato, vel alio modo
hæreditatem, partémve eius poſsideat in eum iudicium dabo.
1 † Habet autem locum edictum in primis, ſi quis inſtitutus
dolo malo, id eſt, vt defraudaret legatarios, & fideicommiſſa-
rios ab inteſtato adiuit, repudians ſucceſsionem ex teſtamento.
Idémque eſt ſi perſonam ſibi ſubiectam inſtitutam iubere po-
tuit adire, & non fecit. Quid ſi ſeruus dicto non fuit audiens?
nihilominus incidit dominus in edictum. Compellendus eſt
enim ſeruus adire. Si verò dominus non eſt certioratus à ſer-
uo quòd ſeruus ſit inſtitutus hæres, & dominus adiuit ab in-
teſtato, non incidit in edictum prætoris. vt ff. eodem. l. j. primo
reſponſo. & §. prætermittere. Nec diſtinguendum eſt in eo,
qui ab inteſtato poſsidet, vtrum iure legitimo poſsideat, an
non. Nam quoquo iure poſsideat hæreditatem, vel partem
eius, conueniri poterit ex hoc edicto: vtique, ſi non ex alia
cauſa poſsideat hæreditatem: puta, pro emptore. vel pro do-
te, vel pro donato, vel rei ſeruandæ cauſa, vel fideicommiſsi
cauſa: puta, ſi quis omiſerit quidem hæreditatem, ſed ex cauſa
fideicommiſsi poſsidet miſſus in poſ. nec enim reſpondebit
legatariis. Tenebitur igitur toties quoties poſsidet, quaſi le-
gatarius, hæres, vel bonorum poſſeſſor. aut ſi fortè quaſi præ-
do poſsideat, fingens ſibi aliquem titulum ab inteſtato ſuc-
ceſsionis: & ſic poſsidet pro hærede, vel pro poſſeſſore. Sed &
ſi non poſsideat, dolo aut fecit quominus poſsideat, in alium
transferendo poſſeſsionem dolo malo: vel etiam dolo facien-
do quominus incipiat poſsidere, tenebitur legatariis præſtare
legata, interueniente cautione, euicta hæreditate legata red-
2 di: vt ff. eodem. l. j. §. non quærimus. vſque ad vltim. §. † Item
locum habet edictum, vbi inſtitutus repudiauit ex teſtamen-
to, vt alius adeat ab inteſtato: vt ff. eodem. l. j. §. primo. Item
locum habet vbi inſtitutus repudiauit, vt ad ſubſtitutum per-
ueniat hæreditas: vt infrà eodem. l. prima. Et idem dicitur
in patre inſtituto, qui filiam ſibi ſubſtitutam iuſsit adire hæ-
reditatem. Sed & contra, ſi filia inſtituta, pater ſit ei ſubſtitu-
tus, nil videtur dolo fieri, ſi repudietur hæreditas ex inſtitu-
tione: quia nemo filiæ patrem contra votum parentum ſub-
ſtituere videtur: ſed vt arbitrium eligendi relinquat patri, iu-
beat filiam adire ex inſtitutione, an ipſe adeat ex ſubſtitu-
3 tione: vt ff. eodem. l. Iulianus. † Ceſſat hoc edictum ratione
permiſsionis factæ à teſtatore: vt ſi nominatim permiſit hæ-
redi adire ab inteſtato, ſi vellet: vt ff. eodem. l. qui autem. primo
reſponſo. & § primo. Item ceſſat ex eo, quòd inſtitutus voluit
repellere fraudem teſtatoris: vt ecce, patronus, vel eius ſer-
uus erat inſtitutus in legitima portione. ſed tamen oneratus
erat legatis multis: vnde patronus ab inteſtato maluit adire,

vt baberet integram legitimam portionem, vt ff. eo. l. excuſatus. & l. quia autem. §. ſi patronus. Hodie tameu hęc cauſa non eſt iniuſta: & quia ſi patronus oneratus ſit legatis, relaxatur, ne oneretur indebita portione: vt Inſtitu. de ſucceſsio. libert. §. ſed noſtra. verſic. ſi verò teſtamentum. Item excuſatur quis ratione communis doli. Si enim quis Titium, vel Mæuium inſtituit hæredes, & Titio aliquid prælegauit, & vterque eorum omiſſo teſtamento ab inteſtato poſsideat hæreditatem, non habebit Titius legatorum actionem: vt ff. eod. l. quidam. Idémque & ſi ſubſtitutis ab inſtitutis legata relicta ſunt, & tam inſtituti quàm ſubſtituti ab inteſtato poſsideant hæreditatem: vt ff. eodem. l. ſi non ſolus. §. cum ſubſtitutis. Item excuſatur quis propter onus inæſtimabile ſibi iniunctum. Si enim frater tuus inſtituit filium ſuum impuberem, & eidem ſubſtituat filium tuum ſub conditione, ſi tum emancipares, & tu noluiſti cum emancipare, ſed ab inteſtato bona poſsidere, non incidis in hoc edictum: vt ff. codem. l. mater. §. in ſententiam. eſt enim patria poteſtas inæſtimabilis: vt ff. de lega. j. l. filiusfamiliàs. §. ſecundum vulgarem. Item videtur quis excuſari ſi ab inteſtato poſſedit aliquando: ſed poſtea deſiit poſsidere ſine dolo ſuo. Poſsideat autem quis necne, tempore litis conteſtat. eſt intuendum: vt ff. eodem. l. qui autem. §. ſi autem is cui auferri. Item excuſatur quis ratione deficientis ſolennitatis: vt quia ex teſtamento non poterat adiri hæreditas: vt in-
4 frà eodem. l. ij. §. quòd ſi cùm. † Subuenitur per hoc edictum legatariis, & fideicommiſſariis, & libertate donatis: & (vt generalius, & breuius dicam) omnibus omnino quibus deberi potuit ſi ex teſtamento adita eſſet hæreditas: vt ff. eod. l. ſi ſeruum. § inſtitutus. & l. j. j. reſpon. Fideicommiſſarij verò vniuerſitatis habent aliud beneficium: quia poſſunt compellere hæredem inſtitutum adire: vt ff. eo. l. ſi quis omiſſa. Si autẽ alicui non potuit deberi, etiam adita hæreditate ex teſtamento, non ſubuenitur ei per hoc edictum: vt ecce, legatum erat tibi relictum, ſi mihi dares decem. Nec enim ego legatarius ſum, in cuius perſona implenda erat cõditio: vt ff. eo. l. ſi quis ſub conditione. Si tamen legatarius cauſa conditionis implendæ iuſſus ſit dare hæredi inſtituto: & inſtitutus ab inteſtato poſsideat hæreditatem, non aliter aget legatarius cum effectu, niſi offerat pecuniam: vt ff. eo. l. qui autem. §. vlti. Item ſubuenitur hæredibus omnium quibus potuit deberi: vt j. eod. l. vltima. Subuenitur autem prædictis perſonis contra inſtitutos qui omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtamento poſsident hęreditatem: vt teneantur legatorum actione, quæ eſt rei perſecutoria, non pœnę: & ideo perpetua eſt: hoc autem ita eſt, niſi propter dolum defuncti hęredis conueniatur hæres eius: tũc enim in id, quod ad eum peruenit, teneretur. Et ſi non totam hęreditatem aliquis partémve eius ex qua hæres inſtitutus eſt ab inteſtato poſsideat: ſed vel minimam portiunculam: vel etiam vnam aliquam rem, tenetur hoc edicto. quamuis non propriè pars hęreditatis in vna re intelligatur. cùm enim hęreditas ab eo quoque poſſet peti, qui vnam aliquam rem hæreditariam poſsideat. dubitari non oportet, quin verum ſit, quod diximus: vt ff. eo. l. de libertatibus. §. hæredem. & in legibus ſubſe-
5 quentibus, vſque ad l. ſi quis. Pupillus † tamen videtur excuſari, qui omiſit cauſam teſtamenti dolo tutoris, & ab inteſtato poſsideat hæreditatem legitimam. Datur enim actio in eum, quatenus hæreditas eſt ei acquiſita: & idem in adulto, & eius
6 curatore: vt ff. eo. l. ſi dolo. Item † ſubuenitur fideicõmiſſarius cõtra legatarios, vt ſi ſit fideicõmiſſarius à quo fideicõmiſſum relictum eſt. & id egiſſet, vt committatur hæreditas, dolóque
7 id fecit, cõueniri debeat, vt ff. eo. l. ſi quis. §. quanquam. † Item ſubuenitur contra inſtitutos, qui repudiauerũt hæreditatem, vt perueniret ad ſubſtitutum, vel legitimum. Diſtingue tamen, vtrum inſtitutus repudiauerit gratis, aut accepta pecunia. Si gratis, conuenitur poſſeſſor tantùm, & non ille qui repudiauit. Si autem pecunia, primò cõuenitur poſſeſſor: in ſubſidium verò reſeruatur repudians: vt ff. eo. l. ſi quis pecuniam.
8 & l. licet. Proponitur † autem contra prędictas perſonas vtilis actio ex teſtamento, in qua veniunt omnia quæcunque veniſent. ſi ex teſtamẽto adita fuiſſet hæreditas: & ideo detrahitur falcidia, & patrono reſeruatur eiuſmodum partis debitæ: vt ff. eo. l. j. in prin. & l. duo hæredes. §. vlt. & l. pręterea. & l. ſi filius.

hoc tamen videtur fallere in quibuſdam, ſcilicet quando legata relicta ſunt ab inſtitutis, & ſubſtitutis: & ambo ab inteſtato poſsident hæreditatẽ. Nam vterq, reſpõdebit legatariis ſuis, licet ſi inſtitutis ex teſtamẽto adiuiſſet, ea tantùm præſtarentur quæ ab ipſo relicta eſſent: vt ff. eo. l. ſi non ſolus. §. vlti.

De indicta viduitate, & de lege Iulia Miſcella tollenda. *Rubrica.*

1 *Conditio non nubendi adiecta legato quando remittatur, & quando non.*
2 *Lex Iulia Miſcella qualis fuerit.*
3 *Mulier, cui relictum eſt legatum, ne ſecundas ineat nuptias an, & quando poſsit petere tale legatum.*

DICTVM eſt ſ. de legatis: ſed quia in legando ſæpe indicitur viduitas: ideo de indicta viduitate ponit. Et quia circa eam, vel de ea loquebatur lex Iulia Miſcella: ideo de ea ponit, non corroboranda, ſed tollenda: quia iniquitatem continebat. De his ergo ſin-
1 gulis videndum. † Et ſiquidem mulieri, vel maſculo relin-
a quo, ne nubat, * non adiecta perſona: vel ne nubat alicui, vel ne nubat, niſi arbitratu illius. remittitur conditio, vt putà publicæ vtilitati contraria: vt ff. de condit. & demonſtra. l. cùm tale legatum. §. ſi arbitratu. & §. Mæuiæ. Excipitur in caſu propter contrarietatem duarum conditionum: vt ecce, legaui mulieri ducenta, ſi non nupſerit: & legaui centum, ſi nupſerit. Mulier autem nupſit: petet ducenta, & non centum reſidua. Ridiculum eſt enim & vt viduam, & vt nuptam admitti: vt ff. de condit. & demonſt. l. Titiæ. Si verò lego mulieri ne nubat certæ perſonæ, vel ſi non nupſerit certæ perſonæ, vel certis perſonis, vel in certo loco, vel intra certum tempus, non remittitur conditio: imò vt habeat legatum oportet adimpleri conditionem, niſi talia ſint adiecta in fraudem legis. Si enim ea eſſet mulier quæ alibi facilè nuptias non poſſet inuenire, interpretandum eſt iure ipſo reſcindi, quod in fraudem legis ſcriptum eſt: vt ff. de conditionib. & demonſtration. l. cùm ita legatum ſit. & l. hoc modo. Si verò lego mulieri, ſi nupſerit, iſta nunquam remittitur, vtpote vtilis reipublicæ. Si verò ita reliquero, ſi nupſerit Titio, & honeſtè poteſt nubere Titio, repellitur à legato: niſi impleta conditione. Si verò indignus ſit nuptiis eius iſte Titius, poterit mulier cuilibet nubere. quæ enim Titio nubere iubetur, cæteris omnibus nubere prohibetur. Si ergo Titius ſit indignus, tale eſt ac ſi dixiſſet, ſi non nupſerit: nam & cæteris omnibus nubere prohibetur, cum Titio, cui inhoneſtè nupturа ſit, nubere iubetur: vt ff. de conditio. & demonſtratio. l. cum ita legatum ſit. §. videamus. Et
2 hæc † omnia vera ſunt cùm relinquitur mulieri, ſcilicet ita, ſi non nupſerit: ſiue ita, ne nubat. Nec in his poteſt habere locum Mutiana cautio: vtpote, cùm licet conditio ſit in non faciendo, non tamen exigatur adimpleri. Si verò adimplere exigeretur, locum haberet: ſicut & in omnibus quæ ſunt in non faciendo, nec poſſunt adimpleri viuo legatario: vel ſi adimpleretur, cum malo omine eius adimpleretur: vt ff. de conditio. & demonſtratio. l. Mutianæ. & l. cùm ita legatum eſſet. j. reſponſo. & §. j. Si verò alij non mulieri relinquatur ita, ſi non nupſerit, non remittitur conditio, ſed expectatur vt adimpleatur: vt infrà eodem. l. j. niſi ipſe rogatus eſſet mulieri idipſum præſtare: vt ff. de conditio. & demonſtratio. l. auia. §. Titio. Et hæc quidem omnia iure, meritóque obtinuerunt. Iulius autem Miſcellus aliter ſtatuit ſuper his, ſcilicet vt mulieri cui ſub conditione relictum erat, ſi non, vel ne nuberet, non aliter admitteretur intra annum ad legatum: niſi iuraret ſe non nupturam: aut ſi nuberet ſpe prolis, non cauſa libidinis nuberet. Si autem mulier poſt annum peteret legatũ, oportebat eam cauere quòd decętetò non nuberet. ſicut eſt in omnibus conditionibus quæ ſunt in non faciendo: vt in authen. de nuptiis. §. quæ verò. quæ cautio pariter cum ipſa lege tollitur, tam in maſculis, quàm in fœminis: quia occaſione ſacramenti ſæpe periurium committebatur: vt j. eodem. l. ij. Pleno igitur iure capit relictum, ſi fuerit ſibi relictum ab extraneis. Siue

relin

relinquatur ita, ſi vidua, vel quoties vidua: ſiue ita, cum vidua
erit: vt j.eod.l.iij. Si autem relinquatur mulieri à marito præ-
mortuo: ſiquidem mulier non habeat ex eo liberos, idem eſt.
Si autem habeat, capit legatum quantum ad vſumfructum,
non quantum ad proprietatem, quæ reſeruatur liberis prioris
matrimonij: vt j.eod l.j. Sic ergo prædicta conditio habetur
pro nulla: ſecus eſt autem, vbi relinquitur mulieri, ſi vidua
erit, vel quoties vidua, vel cùm vidua erit: vel maſculo ſi ami-
ſerit vxorem, vel quando ad cœlibatum peruenerit: hic enim
exigitur conditionis euentus vt valeat relictum: vt j.eod.l.iij.
3 † Hodie verò ſi relictum à quocunque fuerit mulieri, ne ſe-
cundas ineat nuptias, intra annum quidem non petitur reli-
ctum, niſi ſpes nuptiarum deſinat: vt quia monachata eſt, vel
ſolenne emiſit votum continentiæ. Poſt annum verò capit re-
lictum præſtita cautione de re cum fructibus reſtituenda, ſi
contra fecerit. Et pro immobili re iuratoria fit cautio cum
hypotheca. Pro mobili etiam ſi perſona eſt idonea, eadem fit
cautio: alioqin & fideiuſſor exigitur, ſi præſtari poteſt: &
contractis nuptiis, res data vendicari poteſt: & quòd ſic ad-
mittitur, ſic eſt ac ſi relictum non eſſet: vnde & fructus præ-
teriti temporis reſtituuntur: vel ſi erat pecunia relicta, & eam
fœnerauerit alicui, reſtituet vſuram, quam habuit. Si autem
conuerterit in vtilitatem ſuam pecuniam relictam, reſtituet
vſuram vſque ad tertiam centeſimæ. Si autem relicta res fiat
deterior, penes eam, cui relicta eſt, ſuſtinebit medietatem peri-
culi. Et quod dictum eſt in muliere, ne ſecundas ineat nu-
ptias, ſeruatur & in viro, cui relictum eſt ſimiliter, ne ſecun-
das ineat nuptias: vt in authen. de nup. §. quæ verò non. Quid
enim ſi relinquatur virgini, vel cuicunque mulieri, ne primas
ineat nuptias? certè indubitanter puto, quod debeant ſeruari
veteres leges.

ANNOTATIO.

1 Ne nubat. Ad huius concluſionis reſolutionem vide Bald. in authen.
relictum. in j. col. ver. aduerte tu. cum ſeq. C. de indic. vidui. tol. & in l.
j. oppo. viii. verſicu. item ſi quis iubeatur. C. de inſti. & ſubſti. Ludou.
Roma. & domi. Alexan. in l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verb.
obligatio. Doct. in l. quoties. ff. de conditio. & demonſtratio. vbi iſtam
pulchram quæſtionem late diſcuſſam habes.

De his, quæ pœnæ nomine in teſtamentis, vel codicillis, ſcribuntur, vel relinquuntur. *Rubrica.*

1 *Legata ſub pœna relicta, vel adempta, vel tranſlata quomodo olim diſtinguerentur à legatis conditionalibus.*
2 *Legatum relictum, vel ademptum, aut tranſlatum ſub pœna, vel conditione an, & quando hodie valeat.*

OLIM ſi pœnæ nomine legatum ademptum, tranſ
latúmve eſſet, non tenebat legatum, vel ademptio,
vel translatio: vt ff. eo. l. j. & Inſtitu. de lega. §. pœ-
1 næ. Pœna † autem à conditione diſtinguebatur à
voluntate teſtatoris tantùm. Nam ſi diceret teſtator, ſi ille ita
non fecerit, pœnæ cauſa damno eum in decem, vel adimo ei
legatum, vel transfero legatum, nullum erat relictum pœnæ
cauſa. Conditionale autem erat relictum, ſi ita diceret: relin-
quo illi decem ſub illa conditione, ſi hæres meus illud non
2 fecerit, vel ſi illud fecerit: vt ff. eo. l. ſecunda. Hodie † verò pœ-
næ cauſa, vel conditionis cauſa, legatum relinqui poteſt, &
adimi, & transferri: ſi conditio, vel factum, ſit poſſibile, &
honeſtum. Nam ſi ſit impoſſibile, vel turpe, & impoſita eſt
conditio talis facti ei, cui relinquitur, pro non appoſita habe-
tur conditio, & nihilominus capit relictum. Sed ſi apponatur
ei à quo relinquitur, nullum eſt relictum: vt Inſti. de lega. §.
vlti. & ff. eod. l. j.

De fideicommiſſis. *Rubrica.*

1 *Legata in quibus olim differrent à fideicommiſſis.*
2 *Legata hodie adæquata eſſe fideicommiſſis.*
3 *Fideicommiſſum aliud eſſe tacitum, aliud expreſſum: atque ibi quando dicatur fideicommiſſum tacitum.*
4 *Hæres fideicommiſſis oneratus non implens iudicium defuncti, quomodo puniatur: & quibus deferatur id, quod ei auferur.*

QVIS poſſit fideicommiſſum relinquere, à quo
ſucceſſore, quæ poſſint relinqui, qualiter: item de
miſtis conſiderationibus eorum pleniſſimè dixi-
mus ſ. de legatis, & illa hic repetita videantur: nec
enim eſt hodie differentia inter ea. l. j. ff. de lega. primo. licet
1 † olim multa eſſent. Nam fideicommiſſa ab inteſtato poterant
relinqui: legata non: vt Inſtitu. de fideicommiſſ. hæred. §. præ-
terea. Item fideicommiſſa olim non petebantur actione, lega-
ta vtique: vt Inſtit. de fideicom. hæredib. in principio. Item fi-
deicommiſſum ex inutili voluntate vendicabatur, legata mi-
nimè: vt ait Placen. Sed tamen hoc non probatur lege. Item
fideicommiſſum relinqui poterat ab hærede, vel legatario,
ſed legatum non poterat relinqui à legatario: vt Inſtitu. de
ſingul. rebus per fideicommiſſum relict. in principio tituli.
Item legare non poterat quis poſt mortem hæredis, vel lega-
tarij: ſed ſecus erat in fideicommiſſis: vt Inſtitu. de legatis. §.
2 poſt mortem. Hodie autem † quicquid ſtatuitur in vno, ſta-
tuitur in reliquo: imò omne legatum eſt fideicommiſſum: & è
conuerſo: vt Inſtit. de lega. §. j. & j. eo. l. j. & ij. & ff. de legatis j.
l. prima. hæc de fideicommiſſis ſingularibus. Nam fideicom-
miſſum vniuerſitatis quandam ſpecialem habet naturam: vt
dicemus infrà ad Trebellianum. & appellata ſunt fideicom-
3 miſſa à fide: ſicut & feuda. Et † poteſt fideicommiſſum diui-
di: quia aliud eſt tacitum, aliud expreſſum: de expreſſo non
dubium eſt. Tacitum eſt, vt ſi dicat teſtator: Sciant hæredes
mei me donaſſe. tacitum enim interpretamur fideicommiſ-
ſum, licet non ſit donatum: vt ff. de donation. l. ex hac. & ff.
de lega. iij. l. Lucius. ſimile fideicommiſſum eſt infrà eodem.
l. quamuis. & infrà ad Trebellianum. l. non iuſtam. Idém-
que, & ſi pater filio, & filia, inſtitutis hæredibus adiece-
ſit: mando tibi, filia, non teſtari. Præſumitur enim rogaſſe fi-
liam, vt hæreditatem fratri reſtituat: vt ff. ad Trebellianum. l.
qui filium. Item fideicommiſſum tacitum eſt, ſi mater epiſto-
lam donationis, ignorante filio, verbis fideicommiſſis non
ſubnixam, in æde ſacra depoſuit, & literas tales ad æditiuum
miſit. Inſtrumentum voluntatis meæ poſt mortem meam filio
meo tradi volo. cùm pluribus hæredibus inſtitutis, diem ſuam
obiſſet, fideicommiſſum videtur relictum filio: nō enim quæ-
rimus cum quo de ſupremis quis loquatur, ſed in quem vo-
luntatis intentio dirigatur: vt ff. eo. ij. l. cùm pater. §. donatio-
nis. Item tacitum fideicommiſſum eſt, ſi moriens vxore & ma-
tre hæredibus inſtitutis, ita cauerit: à te vxor chariſſima peto,
ne quid poſt mortem tuam fratribus tuis relinquas, habes fi-
lios ſororum tuarum, quibus relinquas, ſcis tuum fratrem fi-
lium noſtrum occidiſſe dum rapinam faceret et: ſed & alia de-
teriora mihi fecit. nam ſororis filij fideicommiſſum poſſunt
vendicare: vt ff. de lega. ſecundo, l. Lucius. §. penul. Item fidei-
commiſſum tacitum eſt. & ſi ita quis dicat, Prædia quæ ad te
peruenerint pro tua diligentia dirigas, & curam eorum agas,
vt poſſint ad filios tuos peruenire: licet non ſatis exprimat fi-
deicommiſſum, ſed magis cōſilium. quàm neceſſitatem relin-
quendi: tamen ea prædia in nepotibus poſt mortem patris eo-
rum vim fideicommiſſi videntur obtinere: vt ff. de lega. iij. l. fi-
4 deicommiſſa. §. hæc verba. † Debent autem hæredes vel hi, qui
poſſunt onerari legatis, vel fideicommiſſis, parere voluntati
teſtatoris ſoluendo relicta: quòd ſi hæres iudicium teſtatoris
lege non repræſentatum monitus à iudice intra annum non
implet, excluditur eo, quod præter debitum naturale percepit
ex eodem iudicio. Hoc ergo cum onere ſuo, dando ſuper hoc
cautionem, defertur primò ſubſtitutis, mox ordine ſeruato
cohæredibus adeuntibus, vel generali fideicommiſſario ſoli,
vel exiſtētibus pluribus ei, qui in parte eſt potiori. vel ſpeciali
fideicommiſſario [ſoli,] vel legatario maioris emolumenti, vel
omnibus, vel volentibus, vel libertatem in teſtamēto donatis,
prout quis eorum prior nominatus eſt exhæredatis. Nec hoc
quidem reſpectu poſtremo defertur extraneo, vel fiſco: vt in
authen. de hære. & fal. §. is igitur. Illud notandum eſt quòd vbi fi-
dei hæredis aliquid nominatim cōmittitur, ita demum valebit

fideicommiſſum, ſi ille extiterit hæres, niſi ab alio repetetur: vt
ff. de lega. ij. l. Celſus. §. vlti. Item notandum eſt, quòd ſi is qui
ſola triginta reliquerat, Titio legauit xxx. Seio xx. Mæuio x.
Titius xv. Seius x. Mæuius v. conſequetur: vt ff. de lega. j. l. ſi
quis in teſtamento. Item notandum eſt, quòd ſi quis habens
tres lances, maiorem, & minorem, & minimam, legando di-
xerit, lego minorem, mediæ æſtimationis lancem legaſſe vide-
tur: vt ff. de auro, & argen. lega. l. qui lancem. Res enim quæ
minor eſt, non vtique minima eſt, ſed omnis minima, minor
eſt. Sed ſecus eſt, cùm quis duos fundos eiuſdem nominis ha-
bens legauit fundum Cornelianum, & eſſet alter maioris pre-
tij, alter minoris. minor enim videtur legatus: ſi maiorem non
potuit docere legatarius: vt ff. de lega. primo. l. apud Iulia-
num. §. Seio.

Communia de legatis, & fideicommiſsis, & de in rem miſsione tollenda. *Rubrica.*

1 *Fideicommiſsi appellatio quibus hodie conueniat, quibus non conueniret nomen legati.*

2 *Alienari vel obligari non poſſe eas res, quæ ſubiacent reſtitutioni: atque inibi an id ſit perpetuum.*

3 *Legatarius quibus actionibus perſequi poſsit rem ſibi legatã.*

OLIM quidem multæ erant differentiæ inter le-
gata, & fideicommiſſa. Nam aliud erat legatum,
aliud fideicommiſſum. Hodie autem fraterniza-
uerunt, vt quicquid in vna minus continebatur,
in alia ſuppleatur. Amplius etiam in nomine communionem
fecerunt, vt omne legatum poſsit fideicommiſſum appellari,
& è conuerſo. Et certè ſubſtantia eadem eſt hodie: nam omne
1 legatum eſt fideicommiſſum, & è conuerſo. Sed † tamen in
quibuſdam non vtimur verbis legati. ſed fideicommiſsi. Dici-
tur enim fideicommiſſaria libertas, & fideicommiſſaria hære-
ditas, non legataria: ſed hoc eſt propter vſum: nihilominus ta-
men verum eſt fideicommiſſum libertatis eſſe legatum: hodie
ergo eorum communia ſunt cuiuſq; propria. Nam proprium
vni, proprium eſt alteri. & petuntur eiſdem actionibus, de qui-
2 bus plenè diximus ſ. de leg. † Item in ambobus illud ſerua-
tur: quia res, quæ ſubiacet reſtitutioni, prohibetur alienari,
vel obligari: ſed liberis, ſi portio legitima non ſufficit, ad do-
tis, ſeu propter nuptias donationis oblationem, permittitur
res prædictas alienare, vel obligare, pro modo perſonarum
honeſtati congruo. Item & ſi liberi teneantur reſtituere ex
cauſa fideicommiſsi, res quas dederunt in dotem, vel donatio-
nem propter nuptias, non videtur quòd fideicommiſſum à li-
beris relictum præferatur exactioni dotis, vel donationis pro-
pter nuptias, quam liberi tenentur ſoluere: vt in authen. de re-
ſtitu. fideicom. colla. viij. titu. j. reſponſo. De in rem miſsione
& eius duplici tractatu non dico: quia ſublata eſt omnino.
3 Nam is † cui relictum eſt purè, & in ſpecie, ſi fuerit legantis,
ab adita hæreditate rem poterit vendicare, ſi fuerit res aliena,
perſonaliter poterit agere.

De falſa cauſa adiecta in legato, vel fideicommiſſo. *Rubrica.*

1 *Conditionem adijci ſolere per particulas (ſi) vel (cum) atq; inibi quòd tales particulæ admonitionem nonnunquam important, non conditionem.*

2 *Modus quomodo adijciatur, quomodo item cauſa.*

Legatum an vitietur ex falſa cauſa ei adiecta.

3 *Demonſtratio falſa an perimat legatum. & nume. 6.*

4 *Demonſtrationem falſam non efficere vt cenſeatur legatum, quod legatum non eſt.*

5 *Demonſtratio, cauſa, conditio, & modus qui differant circa tempus in quod conferuntur.*

6 *Legatum ita relictum, decem quæ tibi debeo, tibi lego: vel quæ ille mihi debet, tibi lego: vel quæ mihi debes, lego illi, an, & quando valeat, & ad quid teneatur hæres.*

7 *Relatiuum quæ, vel quod conditionem inducere in legato ſummæ, in quo non eſt expreſſa certa quantitas.*

8 *Fideicommiſſum an, & quando inducatur, ſi teſtator dixerit ſolutam ſibi eſſe pecuniam debitam à debitore.*

ADIICITVR in legatis quandoq; cauſa falſa,
quandoq; falſa demonſtratio, quandoq; modus,
1 quandoq; conditio. † Et quidem conditio adijci-
tur per ſi, vel per cum: vt ff. de condict. indeb. l. qui
promiſit. & de verb. oblig. l. huiuſmodi. in fin. & l. ſtipulatio. in
fin. & l. quodcunq;. §. non ita. Quandoq; tamen fallit prædi-
cta regula ex illis verbis, non conditio, ſed admonitio quæ-
dam videtur contineri: vt ff. de tutel. l. muto. §. ſub conditione.
& de verb. oblig. ſi decem cùm petiero. ſimilia ſunt j. quando
2 di. leg. ced. l. pe. & ff. quando dies leg. ced. l. quod purè. † Mo-
dus apponitur per vt, cauſa apponitur per, quia. Et ſiquidem
adijciatur falſa cauſa, non nocet legato. Nam ratio legandi,
legato non cohæret, niſi teſtator probetur aliàs legaturus non
fuiſſe: veluti cùm ita quis dixerit, Titio, quia abſente me ne-
gotia mea curauit, Stichum do lego: vel ita, Titio, quia pa-
trocinio eius capitali crimine liberatus ſum, Stichum lego.
Licet enim neque negotia teſtatoris vnquam geſſerit Titius:
neque patrocinio eius liberatus ſit, legatum tamen valet. Sed
ſi conditionaliter renuntiata fuerit cauſa, aliud eſt: veluti hoc
3 modo, Titio, ſi negotia mea curauerit, fundum lego. † Item
a falſa demonſtratio legatum non perimit [a]: veluti ſi quis ita
legauerit, Stichum ſeruum meum vernam, tibi lego. licet enim
non verna. ſed emptus ſit, ſi de ſeruo, tamen conſtat vtile le-
gatum eſt. Et conuenienter ſi ita demonſtrauerit Stichum ſer-
uum meum, quem à Seio emi, ſitque ab alio emptus, vel etiam
à nullo emptus, vtile legatum eſt, ſi conſtat de ſeruo: vt Inſtit.
de lega. §. huic proxima. & de condi. & demonſt. l. cùm ita le-
4 gatum eſſet. §. falſam cauſam. Licet autem † falſa demonſtra-
tio non vitiet, tamen ea non facit legatum: veluti cùm quis
Titio nihil legaſſet ita ſcripſit, ex centum quæ Titio legaui
quinquaginta hæres meus Seio dato. Idémque dicendum eſt
ex defuncti volũtate, quia non animo legandi, ſed diminuen-
di legatum, quod falſo datum exiſtimaret, ita ſcriberet. Pro-
pter falſam tamen demonſtrationem legati, non plus habebit
Seius, quàm ſi verè demonſtratum fuiſſet: vt ff. de condi. & de-
5 monſt. l. cùm ita legatum eſſet. §. vlti. † Et confertur demon-
ſtratio in præſens tempus, & plerunque factam rem oſtendit.
Cauſa verò confertur in præteritum tempus: conditio verò
tantùm confertur in futurum, ſicut & modus: vt ff. de lega. j. l.
Stichum. & de condi. & demonſt. l. nominatim. §. vlt. & ſi cer-
6 tum petatur. l. itaque. & j. tit. j. l. ij. † Quod autem dictum eſt
in falſa demonſtratione, patere poteſt in exemplo illo, ſi lego
tibi decem, quæ tibi debeo. tenet enim hoc legatum, etſi nihil
debeatur. Si autem debeo ea purè, & efficaciter, nullum lega-
tum eſt: & ſi ſine effectu, vel non purè, tenet legatum: vt ff. de
libe. lega. l. ſi creditor. & l. legaui. & de legatis j. l. ſin autem. &
j. eo. l. ij. Et hæc in prima perſona. Nunc de tertia, & ſecunda,
quæ vicem tertiæ obtinet: vt, Si decem, quæ mihi debes, lego
illi, vel decem, quæ mihi ille debet, lego tibi: ſi debentur, in
vtroque caſu actionem cedere tenetur hæres: vt ff. de libe. leg.
l. ſi damnatus. & de lega. j. l. non quocunque. §. qui Gaium. &
l. ſi ſic. §. ſi mihi. in fin. ſi non deberentur, nihil eſt in legato.
Et eſt ratio differentiæ inter primum caſum, & duos ſequen-
tes: quia in primo caſu eſt intelligendus teſtator obligare
hæredem ad dandum, apponendo id verbum, ſcilicet debeo.
Quod ſi verum eſt, hæredi neceſsitas dandi incumbit. In aliis
verò duobus non eſt intelligendus iniungere hæredi, vt det:
quia, etſi verum ſit, quod debetur, non ad dandum, ſed ad fa-
ciendum: tenetur hæres ad cedendum actionem, quam ha-
bet. Si ergo actionem habet efficacem, vel inefficacem, eam
cedit. Si nullam habet, nullam cedit: quia nec poteſt. Eſt &
alius caſus à Paulo non omiſſus, Si lego tibi decem, quæ
mihi debes. Et primum reſpondet Paulus, quòd ſi debentur
mihi decem, liberari debes ab eis: ſi non debentur, decem
ſunt in legato: ſed tamen poſtea corrigitur iſtud: vt ſi nil de-
beatur, nec aliquid ſit in legato: vt ff. de liber. legat. l. legaui.
7 Vbi † verò quantitas non exprimitur in omni caſu, quæ, vel
quod

quod pro cõditione habetur:vt ff.de auro & arg.leg.l.Quintus. & j.eod.l.vlti.& pen.& antepen.niſi verba præteriti temporis, & non præſentis in legato ponantur: vt ſi dicam, qood debuiſti, vel quod debuit:vt ff.de lib.lega.l.creditor. Itẽ quod dictum eſt de falſi demonſtratione, patet verum eſſe in illo exemplo, cùm teſtator in teſtamento dicit ſibi eſſe ſolutam
8 pecuniam à debitore. Illa enim † verba, aut ſolutam pecuniam debitam teſtatori declarant: aut voluntatem eius volentis liberare debitorem manifeſtè oſtendunt:& ideo aut peti, quod ſolutum eſt, non poteſt: aut ex cauſa fideicommiſsi, vt debitor liberetur, agendum eſt: niſi liquidè poſsit probari teſtatorem non voluiſſe liberare debitorem: ſed errore lapſum ſolutam eſſe ſibi hanc pecuniam, exiſtimaſſe: vt j.eod.l.j. Item niſi probetur ſolutio vera, præſumitur fideicommiſſum: vt j. de dona. l.ſi donatio. Nec obſtat, quod legitur ff. de lega.ij.l. Titia.§. Caius. Ibi enim teſtator non dixerat vxorem ſibi ſoluiſſe aliquod debitum, vnde non erant verba liberationis, imò dixerat nullam eſſe pecuniam penes vxorem ſuam, nec aliud qoicquam: & ideo non volebat eam inquietare. Si ergo aliqua appareant eſſe coram vxore, tenebitur hęredibus teſtatoris: quia patet teſtatorem fuiſſe deceptum in aſſertione ſua. De modo & conditione inſerta legatis dicetur in ſequentibus duabus rubricis.

ANNOTATIO.

a Non perimit. Adde Baſto.& Docto.in l.demonſtratio.ff.de conditio. & demonſtratio. & in l.ſi quis in fundi vocabulo.de lega.j. Bald. poſt gloſſ. in l.iiii.C. de fal.cauſa adiect.domi. Barthol. Soci. in dict.l.ſi quis.nu.1.cum duobus ſequenti.charta.lxxvii.doct.in l.ſi ſecundis. §.qui quinque.de legatis primo. Angel. Areti.in §.poſthumo nume.7. cum ſequen. & in §. huic proxim.nume.1. cum ſequen. Inſti.de legat. chart.cxxix.

De his, quæ ſub modo legata, vel fideicommiſſa relinquuntur. *Rubrica.*

1 *Legatum relinquatur ſub modo, an ſub conditione, quid interſit.*

MODVS, & conditio inſeruntur quandoque in legatis: vt ſuprà titulo proximo, dictum eſt, & conferuntur in futurum tempus, & habetur modus pro conditione: quia vtrobique non impleto eo quod voluit teſtator impleri, priuatur legatarius legato: niſi non ſteterit per legatarium, ſed per alium, in cuius perſona teſtator voluit modum, vel conditionem impleri: vt j.eo.l.
1 prim.& dicemus j.tit.proximo. † Eſt autem quędam differentia inter modum, & conditionem: quia vbi legatum eſt ſub modo, legatarius ſtatim poteſt petere legatum præſtita cautione de modo implendo, ſed in conditionali legato non agit legatarius, niſi impleta conditione: vt ff.de condi.& demon.l. qui hæredi.§.vlti.& de ann.leg.l.liberto.§.Lucius.& de fideicommiſſ. libe. l. cùm in teſtamento. & de legat. iij. l. ſit tibi legatum.

De conditionibus inſertis tam in legatis, quàm in fideicommiſsis, & libertatibus. *Rubrica.*

1 *Conditio quid ſit.*
2 *Conditiones alias eſſe expreſſas, alias tacitas: atque inibi de quibuſdam aliis conditionum ſpeciebus.*
Legatis quibus inſit conditio. & quónam modo fiant.nu.eod.
Conditionum quædam ſunt poteſtatiuæ, quædam miſtæ, quædam caſuales nu. eod.
3 *Conditio dandi adiecta legato, quando & quomodo adimplenda ſit: & quid ſi conditio conſiſtat in faciendo.*
Conditio ſi non facilè, vel frequenter impleatur, ſatis eſt vel mortuo, vel viuo teſtatore eam impleri.nu.eod.
Conditio promiſcua quæ ſit.nu.eod.
4 *Conditionum, quæ in futurum conferuntur, natura triplex.*
Conditio quænam in vita, & quænam poſt mortem impleri tantùm poſsit. nu.eod.
5 *Conditio impoſsibilis aut turpis conſiſtens in faciendo, adiecta legato an, & quando remittatur.*
6 *Conditio in faciendo conſiſtens, quæ poſsibile continet & licitum, adiecta legato, an ſemper ſit implenda ad hoc, vt legatarius poſsit conſequi legatum: & quibus caſibus poſsit illud conſequi etiam non impleta conditione.*
7 *Conditioni legato adiectæ quando ſit parendum.*
8 *Conditionibus pluribus legato adiectis an omnibus parendum ſit, an verò ſufficiat cuilibet earum parere.*
9 *Conditio, ſi rationes reddiderit, quid contineat, & quomodo impleatur.*
10 *Conditiones, quæ in dando conſiſtunt, legato adiectæ à quibus impleri debeant, & in cuius perſona, & quatenus, num ſeq.*
12 *Conditio in faciendo adiecta legato pluribus relicto an, & quando ſit ab omnibus legatariis adimplenda: & quando ſufficiat eam ab vno impleri.*
13 *Conditioni in non faciendo legato adiectæ qua ratione ſatisfiat.*
14 *Conditionem legato adſcriptam haberi pro impleta, vbi per hæredem ſtat, quo minus impleatur.*
15 *Legatum an reddatur conditionale ex conditione, quæ ei tacitè ineſt.*

QVIA conditiones plerunque apponuntur legatis, de eis videamus quid ſit conditio, qualiter di-
1 uidatur, & de effectu ipſarum. † Eſt autem conditio quædam legati ſuſpenſio, cuius defectus ſiue conſummatio pendet de futuro: & apponitur per ſi, vel per cùm: vt diximus ſuprà de falſ. cauſa. adiect. leg. Verbum autem vt, non denotat conditionem, ſed cauſam: vt ff.de contra-
2 henda emptione.l.cùm ab eo. † Diſtinguuntur conditiones: quia aliæ ſunt expreſſæ, aliæ tacitæ. Ineſt autem conditio legatis cùm ita legamus, quod ex Arethuſa natum erit, hæres dato: aut fructus qui ex eo fundo percepti fuerint: aut ſeruum, quem alij non legauero: vt ff.eod.l.j.§.vlti. Item de tacita conditione habuimus exemplum ſuprà de inſtitut.& ſubſtitu.ſub condition.l.generaliter.ſcilicet de eo qui rogauit filium ſuum reſtituere hæreditatem poſt mortem ſuam, ineſt conditio, ſi moriatur ſine liberis. Item conditionum quædam ſunt poteſtatiuæ, quædam miſtæ, quædam caſuales: vt diximus ſuprà, de inſtitu. Item quædam ſunt in dando, quædam in faciendo.
3 † Et ſiquidem conditio conſiſtat in dando, debet eam legatarius demum poſt mortem teſtatoris, & ſcienter adimplere.
a ª Nam ſi fato fecerit, non videtur obtemperaſſe voluntati. Si verò in faciendo conſiſtat, & promiſcua ſit conditio, id eſt, quam facilè, & frequẽter adimpleri contingit: idem eſt in ea, quod eſt in ſuperiore, quæ eſt in dando: vt ecce, legauit mihi, ſi aſcendero Capitolium. Si verò conditio non facilè, vel frequenter impleatur, ſatis eſt eam impleri mortuo, vel viuo teſtatore: vt ecce, legauit mihi, ſi fierem Conſul, ſi illam acciperem in vxorem, ſi nauis venerit ex Aſia: vt ff.e.l.ij & l.ſi iam facta.§.item ſecundũ.& l.ſi conditio. & ſ.de inſtit.& ſubſti.l.ſi quis. Sed quidam promiſcuã appellant conditionem eam, quæ poteſt reiterari, non promiſcuã verò eam quæ non reiteratur. Prædictis tamen regulis derogatur propter neceſsitatẽ factorum, & voluntatem teſtatoris, quæ in conditionibus primum locum obtinet, eáq; regit conditiones: vt ff.eo.l.in conditioni-
4 bus. Nam † conditionum, quæ in futurum conferũtur, triplex natura eſt, vt quædã ad id tempus, quo teſtator viuat: quædam ad id quod poſt mortem eius futurũ ſit: quædam ad alterutrũ pertineant. tempus autem, vel certum, vel infinitũ comprehendant. Nam hęc conditio, Titia ſi nupſerit mihi: niſi viuente teſtatore impleri non poteſt. Illa autem conditio, ſi ad exequias funeris mei venerit; non niſi poſt mortem impleri poteſt. Illa verò, ſi filio meo nupſerit, vel viuo teſtatore, vel mortuo, impleri poteſt. Et prima, & tertia cõditio, infinitum habent tempus: quandocunq; enim nupſerit, impletur cõditio: ſcilicet prima, quandocunq; nubat in vita, vel poſt mortem: ſecunda ad certum tẽpus adſcripta eſt: quia non quandocunq; poſt mortem, ſed cùm teſtator funeratur, impletur: vt ff.e.l.conditionũ. Item conditionum quædam conſiſtunt in faciẽdo, quædam in

5 non faciendo.† Et ſiquidem adiiciatur in faciendo,aut eſt im-
poſſibile,aut turpe.& tunc remittitur omnino ſi ſit adiecta ei,
cui relinquitur:vt ff.eo.l.obtinuit.& l.non dubitamus.ſecus,ſi
6 adiiciatur ei,à quo relinquitur:vt Inſti.de leg.§.vlti. Aut † eſt
poſſibile , nec turpe, & tunc aut erat iam factum tempore te-
ſtamenti, quod fieri teſtator voluit, aut non. Si factum erat,
aut ignorante teſtatore: & tunc pro puro habetur legatum:
aut ſciente,& tunc exigitur,vt iterum fiat,quod voluit teſta-
tor:vt ff.eo.l. ſi iam facta. Si verò factum non erat,aut pende-
bat hæc conditio ex facto meo tantum, id eſt, legatarij : vt ſi
manumiſero ſeruũ,ſi aſcendero capitolium. Aut ex facto meo,
& alieno, vt ſi contraham cum illa, ſi moter cum illa, ſi dem
illi decem. In primo caſu, ſi caſu impediar, totum conſequor
legatum:vt ff.de condi.inſti.l. quæ ſub conditione.§. quoties.
Si impedior per alium,nihil conſequor : niſi libertatem , ſed
impediens tenetur ſecundum qualitatem delicti, vel legis A-
quiliæ,vel condictione furtiua,vel actione in factum: vt ſ. ad
leg. Aquil.l.inde Neratius.§.idem Iulianus. & de condi.fur.l.
iij.& de condi.cauſa da.l.iij.§.vlti.& ff.eod.l.quibus diebus. j.
reſpon. & l.quæſitum.Sed illo non exiſtente ſoluendo, fortè
æquum erit me admitti ad legatum:vt ff. de eo per quem fa-
ctum erit.l.vlti. In ſecundo caſu, ſi caſu fortuito impedior,
nihil conſequor,niſi libertatem:vt tamen poſt libertatem ea-
dem pecunia detur,vel niſi ſint alimenta:vt ff.de cond. & de-
monſt.l.in teſtamento.& l.cùm ita datur. & l. Titio centum.
§.ante nuptias.& l.illis. & de condi.cauſa da.l.iij. §. vlti. & j.
eod.l.vlti. Item quandoque partem conſequor , ſi pro parte
impletur conditio,quæ in duos erat collata:vt ff. de cond. &
dem.l.penult.§.j. Si autem impediar per alium,in cuius per-
ſona poſita eſt conditio,totum conſequor:vt ff.eo.l.in teſta-
mento.ij. Illud not.quod in nullo caſu,& in nulla conditione
quid conſequor,ſi ſtet per me:vt ff.eod.l.in teſtamento. & de
condi. inſti. l. vltim. In caſuali autem conditione,ſi caſu defi-
ciat,certum eſt me non admitti. In miſta idem dico, ſiue caſu,
ſiue per alium deficiat:quia non pendet ex facto meo tantùm:
vt colligitur ſuprà de inſti.& ſubſti.l. ſi pater. Si verò nullo
modo impedior implere conditionem,adimplere eam debeo,
ſicut diſtinctum eſt,ſciens,& poſt mortem. Nec aliter admit-
tar ad legatum:niſi poſſit alicui imputari,quia impediuit me:
vt diximus ſ.vt ff.eo.qui hæredi.§.vlti.& l. quæſitum. & l. in
7 teſtamento quidem. † Et ſi quidem tempus non ſit adiectum,
parebo.quando voluero:licet videatur contradicere:vt ff.eo.
l.hæc conditio. ij. Sed quod ibi dicit ſic recipiendam condi-
tionem, ſi cùm primum potuerit, Capitolium aſcenderit : ſic
eſt intelligendum, cùm primum,id eſt, poſt mortem teſtato-
ris, non ante : vt patet ex præmiſſis. Si verò tempus ſit adie-
ctum,intra illud tempus debeo parere conditioni:& compu-
tatur tempus ab adita hæreditate,non à morte teſtatoris:vt ff.
eo.ſi in diem. Item videtur quod mihi cedant dies illi,quibus
impedior à vicino implere conditionem cùm ad parendum
conditioni ire vellem:vt ff.eo.l.quibus diebus. Igitur reliquo
ſequenti tempore neceſſe eſt impleri cõditionem: & ſiquidem
8 vna ſit conditio , quid obtineat in ea dictum eſt. † Si autem
plures ſunt conditiones,diſtinguendum eſt,vtrum ſint diſiun-
ctiuo modo adſcriptæ,an copulatiuo. In primo caſu ſatis eſt
vnam impleri. In ſecundo, vtraque implenda eſt: vt ff. eod. l.
cùm pupillus.§.diſiunctiuo.& de condi.inſt.l.ſi hæredi.Porrò
9 † vbi iuſſus eſt aliquis eſſe liber,ſi rationes reddiderit, quod-
dam ſpeciale obſeruatur,vt ſiquidem nihil ſit in reliquis,pura
videatur omnino eſſe datio libertatis:vt ff.de euictio.l.qui li-
bertatis.§.ſeruus.Si verò aliquid eſt in reliquis,non ſolum da-
tio pecuniæ eſt in conditione,ſed etiam factum,ſcilicet,quòd
inſtruat dominum in rationibus, & ita conditio iſta ex qua-
dam miſtura conſiſtit:nam non vtique ſi ille informet, & re-
liqua obtulerit,liber erit. Non enim teſtator hoc ſenſit,ſed il-
lud,vt rationes reddat:quomodo ſeruus reddere ſolet,id eſt,
legendas offerre rationes primum:deinde computandas,vt ex-
plorari poſſit imputationes probè,an improbè referantur.ac-
cepta rectè relata, an non rectè.ita enim incipit quidem res à
facto:peruenit autem ad pecuniam. Ineſt iſtis verbis etiam,hę-
redes notitia inſtrui rationum:vt ſciam quid in quacũque ra-
tione ſcriptum ſit:nam quòd ipſe viuus facturus erat id ab hę-
redibus ſuis fieri iuſſiſſe intelligitur. Iſte autem nõ ſic ſolebat
ſeruo oſtendenti reliquas rationes ſubſcribere,ſed ita vt lege-
ret,examinaret,exciperet. Non ergo hanc ſolum habet ſigni-
ficationem,ſi cautiones ,inſtrumentáque omnia,actus ſui ex-
hibuerit hæredi, ſed & ſi reliqua ſolnerit:vt ff. eodem. l. cùm
ſeruus. Ad hoc autem vt reddantur rationes, & qualiter de-
beãt reddi,arbiter delegari debet:qui excuſſis rationibus de-
clarabit ea,quæ reliqua ſunt,& quas rationes,& quæ inſtru-
menta tradere,aut exhibere dominis ſuis debeat ſeruus, & ſic
nõ impeditur ſerui libertas,ſiue redditæ ſint rationes,ſiue ſtet
10 per hæredẽ quominus reddantur:vt ff.eo.ſi cui libertas. † Im-
pleri debẽt conditiones,quæ conſiſtunt in dando ab eo,quem
voluit teſtator dare cauſa cõditionis implerę,ſi maior eſt. Sed
& ſi pupillus eſt,parere poteſt , ſine tutoris authoritate. Nec
obſtat.q; expleta conditione neceſſarius hæres aliquando eſ-
ſe poteſt:nam hoc iure poteſtatis fit,non conditionis explẽdæ.
Item ſeruus,vel filiusfamilias,ſine iuſſu patris,vel domini,cõ-
ditionem implere poſſunt:quia eo facto nemo fraudatur : vt
ff.eo.l.conditionibus. Item debet implere conditiones in eius
perſona,cui voluit teſtator dari cauſa conditionis implendæ,
ſi maior eſt. Si autem pupillus eſt, vel adultus, eorum tutori-
bus, vel curatoribus, vtiliter dari poteſt : vt videatur impleta
conditio. Ipſi autem pupillo,vel adulto,non rectè ſoluitur:ni-
ſi poſtmodum in eorum vtilitatem conuertatur pecunia: tunc
enim confirmatur datio,alioquin nulla eſſet: ne datio ex mi-
norum imbecillitate pereat.nec enim id egit teſtator, vt quo-
quo modo eſſet datum,expleta videretur eſſe conditio: vt ff.
de ſolutio.l.ſi ſeruus daret decem.& l.Stichũ, aut Pãphilum.
§.vſumfructũ. Illud non videtur inquirendum in perſona il-
lius cui dari debet pecunia cauſa implendæ conditionis,poſſit
ex teſtamento capere, an non. vtrobique enim eſt ei nume-
randa pecunia:licet non fiat accipientis. Quid enim intereſt,
an tali perſonæ dari iubeatur, an aliquo loco ponere, vel in
mare deiicere? neq; enim illud,quod ad talem perſonam per-
uenturum eſt teſtamenti nomine,ſed mortis cauſa capitur : vt
11 ff.eod.l.Mæuius cui.† Debeo autem pecuniam dare cauſa im-
plendæ conditionis totam:ſi totum poſſum capere legatum,
vel ſi duo ſimus legatarij iuſſi dare pecuniam cauſa implendę
cõditionis,quilibet debet dare pro portione ſua:& licet vnus
noſtrùm moriatur,& plures ei ſuccedant, nullus eorum dan-
do pecuniam pro parte hæreditaria conſequitur legatum:ſed
oportet tantùm dari,quantum debeat dare legatarius defun-
ctus:vt ff.eo.cui fundus. Cùm verò legatarius capit pro par-
te legatũ,pro ea parte debet dare pecuniã:vt ff.eo.l. Plautius.
12 §.item ſcinditur.† Vbi autem plures perſonæ [b] aliquid facere
b iuſſæ ſunt, ſiquidem ſit diuiduum:putà,ſi aſcenderit Capito-
lium:quiſque aſcendendo admittetur ad legatum:quia plura-
liter verbum prolatum,diuiſè geminat ſignificationem ſingu-
laris,vt ff.eod.l.falſa demonſtratio.§.quid ergo. & j.eodem. l.
ſi plures. Si verò ſit indiuiduum,ſufficit per vnum impleri:niſi
teſtator ſatis non habuit per aliquem ſolum impleri condi-
tionem: vt ff.de manumiſſ.teſtamen.l.ſi ita fuerit. & ff.eo.l. ta-
13 les. Si autem conditio † eſt in non faciendo,quia non poteſt in
præſenti ex toto impleri conditio , ſuccedit Mutiana cautio,
qua præſtita ſoluitur relictum: vt ff.eod.l.Mutianæ.niſi per a-
liam conditionem deferatur legatum:vt ff.eod.l.auia. §. Mu-
tiana. Hoc ita,ſi conditio non poteſt exiſtere viuente legata-
rio:aut ſi poteſt exiſtere, cum peſſimo tamen omine : vt ecce,
legatum eſt Titiæ, ſi à liberis non diſceſſerit, licet enim viua
Titia mortuis liberis eius conditio legati poſſit exiſtere : ni-
hilominus tamen Titia conſequetur legatum,pręſtita cautio-
ne. neque enim debet imponi matri tam criminoſa interpre-
tatio non interponendæ cautionis. Peſſimo ideo dixi , quia
ſecus eſt,ſi relinquatur vxori alicuius,ſi non miſerit libellum
repudij. Nam & plerę́que gaudent de morte maritorum: vt ff.
eo.l.pater.§.ſocrus. Porrò quædam conditio:putà,ſi non nu-
pſerit,omnino remittitur quaſi contra vtilitatem reipubli. Se-
cus ſi dictũ eſt,ſi nupſerit illi:vt diximus ſuprà, de indicta vi-
duita. Interpoſita autem Mutiana cautione, agitur ex ea, ſi le-
gatarius aliquid fecerit cõtra cautionem. Nam & res, & fru-
14 ctus reſtitui:vt ff.eo.l.hęres. §.qui poteſt. † Item illud notan-
dum eſt,quòd quotieſcunque ſtat per hæredem,cuius intereſt

conditionem

conditionem non impleri: pro impleta habetur. Item illud no-
tandũ eſt, vbi conditiones ſunt tacitæ, non fiunt legata condi
tionalia: vt ff. eo. l. cõditiones. quæ aliàs dicuntur agentẽ pro-
tinus repellere: vt ff. eo. l. eas. Si verò fuerit expreſſa cõditio, ſe-
cus eſt: niſi fuerit legatum ſub eadem conditione ſub qua hæ-
res quis futurus eſt: vt ff. eo. l. in cõditionibus. §. hæc ſcriptura.

ANNOTATIONES.

a Adimplete. Vide ad hoc Bart. & Doct. in l. legatum. circa princ. de legatis ij. & in l. ſi pluribus. de leg. j. Canoniſtas melius in cap. nonne. de præſcript. & 10 reg. cum quis. lib. vj. vbi vide quoniam tendunt ad forum conſcientiæ.

b Plures perſonæ. Ad iſtam materiam vide Bart. in l. ſi plures C. de condit. inſer. & ibi Bald. & Doct. in l. ſi paterfam. de hæred. inſti. & in conſ. incip. Arnaldus & Angelotus. in l. cui fundus. ff. de cond. & demonſtr.

De vſuris, vel fructibus legatorum, & fideicommiſſorum. *Rubrica.*

1 *Vſuras in actione ex teſtamento venire ex mora, ſicut in omnibus bonæ fidei iudiciis.*
2 *Legatario qua ratione ſuccurratur aduerſus hæredem detrectantem præſtare legatum eo prætextu, quòd dicat ſe neſcire quantum detrahendum ſit Falcidiæ nomine.*
3 *Fructus rei legatæ ex quo tempore pertineant ad legatarium.*

LICET aliàs in actione quæ ſtricti iuris eſt,
vſuræ non veniant etiam lite conteſtata, ſecun-
dum not. vt s. de condict. indeb. l. j. licet Rogerius
1 dixerit contrarium: † tamen in actione ex teſta-
mento & fructus, & etiam vſuræ veniunt. Comparatur enim
iudiciis bonæ fidei: vt s. ex quib. cauſ. in integrum reſtit. non
eſt neceſ. l. in minorum. vnde ſicut in bonæ fidei iudiciis ex
qualibet mora veniunt vſuræ: ita & hic, id eſt, à tempore in-
terpellationis cùm hæres nullam iuſtam cauſam prætendit
2 non faciendæ ſolutionis. † Quid enim ſi incertum ſit, quan-
tum nomine Falcidiæ debeat detrahi? quo caſu ſubueniri po-
teſt legatario per cautionem, vt capiat legatum totum præ-
ſtita ſatiſdatione de reſtituendo eo, quod accepit vltrà quàm
liceat capere per legem Falcid. quòd ſi legatarius ſatiſdare non
poteſt, remittitur ei ſatiſdatio: & arbiter delegatur, qui agno-
ſcat an, & quantum debeat detrahi nomine Falcidiæ: vt j. eod.
l. ij. & ff. ſi cui plus quàm per legem Falc. l. cùm non facilè. Sed
fortè videretur alicui, quod tantùm à lite cõteſtata currerent
vſuræ: quia leges omnes huius tit. loquuntur de lite conteſta-
ta. ſed non eſt ita: vt ff. de leg. ij. l. ſi quis ſeruo. & l. Titia Seio.
3 §. vſuras. & vt legatorum nomine ca. l. j. §. belliſſimè. † Fru-
ctus quoque poſt moram veniunt, & fœtus equarum, ſi equæ
fuerint alienæ. Nam ſi fuerint teſtatoris, ab adita hæreditate
tranſit dominium in legatarium: non à die mortis: vt ff. de fur-
tis. l. à Titio hærede. & j. eod. l. vlt. & ff. de vſuris. l. equis. Ergo
ab adita hæreditate fructus pertinent ad legatarium: vt ff. de
vſur. l. Herennius Modeſtinus reſpondit, fructus. Sed tamen
hæres poſſet excuſari à fructibus: ſi neſciret rem legatã, & per-
ciperet eos ante moram, & conſumeret: vt ff. de acquiren. rer.
domin. l. quæſitum. De fructibus ergo rei legatæ qui perci-
piuntur poſt litem conteſtatam, quinimò & poſt definitiuam
ſententiam à qua eſt, vel non eſt appellatum, indubitanter te-
netur hæres. Nam etiam quadrimeſtris temporis intercapedo,
vel pendentis appellationis, iudicatis dilationem dare, non lu
cra, debet afferre. De fructibus etiam percipiendis in quadri-
meſtri tempore tenetur hæres: ſi ante litem conteſtatam fue-
rit in mora. Et difficilè eſt, quòd mora non præcedente, per-
ueniatur ad iudicem: ſed tamen poteſt eſſe contrarium pro-
pter dubitationem rationis legis Falcidiæ: vt ff. de vſuris. l. in
fideicommiſſi.

De Senatuſconſulto Trebelliano. *Rub.*

1 *Trebelliani Senatuſconſulti remedia quæ ſint.*
2 *Hæreditatem adire & reſtituere quis rogari poſſit.*
3 *Hæres an rogari poſſit etiam id reſtituere, quod capere non poteſt, & quid in legatario.*
4 *Hæreditatem adire quibus verbis rogari quis poſſit, vt cogatur adire & reſtituere.*
5 *Hæres rogatus reſtituere hæreditatẽ, per quem cogi poſſit adire, & reſtituere, & quo poſtulante. num. ſeq. & qua actione. num. 30.*
7 *Pater, qui rogatus eſt filio hæreditatem reſtituere, an poſſit poſtulante filio cogi adire, & reſtituere.*
8 *Dominus hæres inſtitutus & rogatus reſtituere hæreditatem cum libertate ſeruo ſuo, an poſſit cogi adire, & reſtituere.*
9 *Hæreditatem adiri & reſtitui ab hærede inſtituto, an poſſit procurator fideicommiſſarij poſtulare.*
10 *Hæreditatem non poſſe reſtitui procuratori, aut ei, cui fideicommiſſarius vellet donare.*
11 *Fideicommiſſum extingui morte fideicommiſſarij, nec tranſire ad eius hæredem.*
12 *Hæres ſub conditione inſtitutus, & rogatus reſtituere an, & quatenus cogi poſſit adire.*
13 *Hæres inſtitutus in diem, & rogatus reſtituere, quando poſſit adire & reſtituere.*
14 *Hæres purè inſtitutus, & rogatus ſub conditione reſtituere hæreditatem, quando poſſit cogi adire & reſtituere.*
15 *Hæreditatis fideicommiſſariæ reſtitutio cui facienda ſit.*
16 *Hæreditatem adire & reſtituere qui hæredes compellantur.*
17 *Hæreditas vt adeatur & reſtituatur, poſtulari poſſe aduerſus abſentes.*
18 *Hæreditatem reſtitui poſſe re, & verbo, atque inibi quomodo reſtituatur re, quomodo item verbo.*
19 *Fideicommiſſarium vniuerſalem non habere rei vẽdicationem, nec item dominium hæreditate nondum ſibi reſtituta.*
20 *Hæreditate reſtituta, actiones & obligationes tranſire in fideicommiſſarium, & quid ſi ea hæreditas reſtituta ſit, de qua hæres paſſus controuerſiam victus ſit num. ſeq.*
22 *Hæreditate reſtituta, quæ iura non tranſeant in fideicommiſſarium.*
23 *Quartæ retentionem locum habere in reſtitutione hæreditatis: & quæ veniant imputanda in eam quartam.*
Fructus ab hærede rogato reſtituere percepti, quando non imputentur in quartam.
24 *Legata, & fideicommiſſa, item data cauſa conditionis implendæ an, & quando imputentur in quartam.*
25 *Prælegata an veniant in reſtitutionem fideicommiſſi.*
26 *Fideicommiſſarius an poſſit vti quartæ retentione.*
27 *Quartæ retentio in reſtitutione fideicommiſſi quando ceſſet.*
28 *Hæreditatis reſtitutio quibus caſibus fiat ipſo iure citra factum hæredis.*
29 *Fideicommiſſarius cui reſtituta eſt hæreditas, an ſolus agnoſcat onera legatorum, an verò etiam hæres qui reſtituit teneatur ad ea pro ratione quartæ quam retinet.*
31 *Hæres, qui percepta aliqua re rogatus eſt reſtituere hæreditatem, ſi petat ſibi ſuppleri quod ad quartam deeſt: an teneatur pro rata creditoribus hæreditariis.*

DICTVM eſt de fideicommiſſis ſingularibus:
nunc audiamus de vniuerſalibus: vel ſic: Dictum
eſt de relictis, & eorum augmentis, nunc audia-
mus de diminutionibus ipſorum. Et quia relicta
vniuerſalia, quæ ſunt digniora, diminuuntur per Trebellia-
num, ſingularia defalcantur per leg. Falcid. primò de Trebel.
loquamur, & de incertis perſonis. Eſt autem præmittendum,
quòd ſuper fideicommiſſis vniuerſalibus, quam plura Sena-
tuſconſulta olim fuerunt facta, ſcilicet, Trebellianum, & Pe-
gaſianum. Cuiuſque eorum propria ſatis facilè eſt videre in
litera Inſtitut. de fideicommiſ. hæred. §. is verò. & §. ſed quia.
& §. ex ſingulis. Sed quia omne ius hodie in Trebellianum
tranſlatum eſt: vt in prædicto tit. §. ſed quia. ideo de Trebel-
liano videndum, quæ ſint eius remedia, quibus proficiant,
1 quando, & qualiter. † Sunt autem eius remedia quinque.
Primum eſt, vt quis cogatur adire. Secundum, vt reſtituere.
Tertium, vt tranſeant actiones in fideicommiſſariũ. Quartum
eſt, de quartæ deductione. Quintum, vt hæres qui reſtituit, ha-

beat exceptionem, ſi conueniatur, & remoueatur exceptione,
ſi agat. Et de his remedijs ſuo ordine videndum eſt: ſcilicet eo
2 diligẽter † præcognito quis poſsit à teſtatore rogari adire hę-
reditatẽ, & reſtituere: & qualiter poſsit rogari. Rogari poteſt
hæres etiam à filiof. in caſtrenſi peculio, vel quaſi caſtrenſi in-
ſtitutus. Item ab inteſtato venientes, & bonorum poſſeſſores.
Nec diſtinguitur in inſtitutis ſint ſingulares perſonæ, an muni
cipes, vel collegium: imò & ſi ad fiſcum bona vacãtia deferan-
tur, tenetur adire. Idem & in quibuſlibet prædictis magnis di-
gnitatibus: vt ff. eo. l. j. §. hoc autem. & §. in filij. & §. ſed & qui
magna. & l. recuſare. §. meminiſſe. & §. fiſco. & §. ſi municipes.
3 Item † rogari poſſunt hæredes inſtituti, quamuis ſolidum ca-
pere nõ poſsint. Nam ex hac cauſa rogati reſtituere compelle-
rentur, cùm nihil oneris apud eos remanſurũ ſit: vt ff. eo. l. cogi.
§. hi, qui ſolidum. Quid ſi inſtitutus nihil omnino poterat ca-
pere? videtur ſecundum rationem prædictæ legis idem, cum
nihil oneris, &c. Eſt præterea exemplum ſingularium relicto-
rum. Nam ſi nihil capere poſsit legatarius, qui alij reſtituere
rogatus eſt, tamen totũ petit, & reſtituit: vt ff. ſi quis aliquem
teſta. prohi. l. j. §. ſed ſi legatarius. & ff. de leg. ij. l. cùm ei. & ff. de
excu. tut. l. legatarius. E cõtrario occurrit: quia vbi non tenet
teſtamentum, adhuc pendente conditione non cogitur adire,
& reſtituere: nec ſi velit, poteſt: vt ff. ad Trebel. l. ſed & ſi alio. §.
vlt. & l. ſed & ſi ante. Cur non idem, & ſi nullum ſit teſtamen-
tum propter conditionem inſtituti? Io. putat aliud eſſe in hæ-
reditate, quàm in relictis ſingularibus. Et eſt ratio: quia ſi hic
capere non poteſt, tenet tamen teſtamentũ propter inſtitutio-
nem, quæ ritè facta eſt, & tenet: non enim teſtamentũ pendet
ex legatis, ſed legata ex teſtamento. Vnde cùm teſtamentũ te-
neat rectè pro tali legato, & à tali perſona petetur: quia non
ſui commodo id cedit, ſed hæredis inſtitutio caput eſt teſta-
menti, & teſtamentum pendet ex ea: vt Inſtitut. de leg. §. ante.
Ea autem nulla exiſtente, nullus ex teſtamento ſibi aliquid
vendicare poteſt. Sed ſecus, vbi inſtitutus partem capit. Nam
tunc ne defunctus pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus
deceſsiſſe dicatur: totum capere dicendum eſt, ſed reſtituere te-
netur. De capiente partem ponitur exemplum ſuprà, de ſecun.
nupt. l. j. & eſt etiam arg. pro hac opinione: quia lex dicit inſti-
tutionem eius qui capere non poteſt haberi pro non ſcripta:
& in ea cauſa eſſe, ac ſi inſtitutus ille non eſſet: vt ſ. de hæredib.
inſtit. l. j. & ff. de his quę pro non ſcrip. l. ſi in metallum. vel dic,
habetur pro non ſcripta quantum ad commodum ſuum: ſed
quantum ad onus ſuum, id eſt, ad commodum fideicommiſſa-
4 rij, tenet: vt ff. de his, quę pro non ſcrip. l. j. † Rogari poteſt
quis adire quibuſcunque verbis: ſiue enim dicat hæredita-
tem meam, vel familiam, vel pecuniam, vel vniuerſam rem
ſuam, vel omnia ſua, vel patrimonium, vel facultates: vel
ſi dicat quis, quicquid habeo, vel ſi cenſum, vel ſi fortu-
nas ſuas, vel ſubſtantiam ſuam: vel ſi dixerit peculium
(quia plerique patrimonium peculium dicunt) rectè rogatus
eſt. Sed & ſi dicat, quicquid ad te, vel ex hæreditate, boniſve
meis peruenerit: rogo reſtituas, cogi poterit adire. Et genera-
liter dici poteſt quem non poſſe cogi adire, & reſtituere: ſi de
re, vel quãtitate fuerit rogatus. Cæterùm ſi de vniuerſitate to-
ta, vel quota parte ſenſerit teſtator, habet locũ Treb. vt ff. eo. l.
nam quod. §. vlt. & l. vel omnia. & l. cogi. vſque ad illum §. in-
de quæritur. Item rogari poteſt hæres non tantùm de hæredi-
tate teſtatoris tota, vel eius portione: ſed etiã, vt reſtituat hæ-
reditatem Seianam totam, vel partem, quę ad eum peruenerat.
Sed & ſi miles rogauerit quem, res Italicas reſtituere, vel pro-
uinciales, cogi debebit adire, & reſtituere, qua enim ratione
miles ex certa re inſtituit hęredem, actionéſque ei dabuntur:
pari ratione etiam ex Trebelliano, & trãſibunt actiones: vt ff.
eod. l. cogi. §. ſed & ſi quis non hęreditatis. & §. ſed & ſi miles.
Item rogari poteſt quis, vt aliquẽ hæredẽ faciat, non vt teneat
directò, ſed vt videatur rogatus: reſtituendo quicquid habuit
ex hæreditate defuncti retẽta quarta: vt ff. eod. l. ex facto. Item
rogari poteſt quis purè, & ſub conditione: vt Inſtit. eo. §. po-
eſt. & ex certo tempore: vel etiã ex incerto: putà, poſt mortem
ſuam, & incerto loco: vt ff. eod. l. recuſare. §. vlt. & l. ſed ſcien-
5 dum. & ĩ. de fideicom. l. poſt mortem ſuam. † Nunc videamus
per quem rogatus compellatur adire, & reſtituere: hoc enim
requirere tempeſtiuum eſt, veluti ſi prætor, aut conſul fuerit
inſtitutus hęres, & ſuſpectam hęreditatẽ dicat, an cogi poſsit
à pętore adire, & reſtituere? Dicendum eſt prætorem quidem
in pętorem: vel conſulem in conſulem nullum imperium ha-
bere: ſed ſi ſuę iuriſditioni ſe ſubijciant, ſolet pętor in eos ius
dicere. Sed ſi ipſe prætor inſtitutus ſuſpectã dicat, ipſe ſe non
poterit cogere: quia triplici officio fungi nõ poteſt: ſuſpectam
dicentis, & coacti, & cogentis. Sed in his omnibus caſibus, &
ſimilibus principale auxilium implorandum eſt: ſed illud non
impedit coactionem, ſi inſtitutus hęres ſit pater, & filius gerat
magiſtratũ: & ipſum habeat pater in poteſtate ſua. Nam quod
ad ius publicum pertinet, non ſequitur ius poteſtatis: vt ff. eod.
6 l. ille à quo. §. tempeſtiuum: & §. vlt. & l. nam quod. † Com-
pellitur inſtitutus adire, poſtulante eo, cui tota hæreditas eſt
relicta, vel pars eius quota, vel tertia dimidia, vel vncia: ſecus
ſi re, vel rebus aliquibus, vel de libertate quis rogetur. Et eſt
ratio: quia non debet quis compelli hæreditatem adire, vt
emolumentum hæreditatis quidem refundat, ipſe verò oneri-
bus hæreditarijs obſtrictus relinquatur, quod fieret, ſi pro fi-
deicommiſſo ſingulari cogeretur. Ceſſat ergo compulſio, li-
cet indemnitatis cautio offeratur: vt ff. eodem. l. nam quod.
§. non omnis. Habetur etiam miſta conſideratio eorum qui
rogati ſunt, & à quibus reſtituenda eſt hæreditas. Filius
7 † enim familiàs patrem ſuum in cuius poteſtate eſt, non
poteſt compellere adire, & reſtituere, niſi pater multa in frau-
dem fideicommiſ. facere probetur: tunc enim etiam à filio exi-
ſtenti in poteſtate ſua, cogitur reſtituere hęreditatem: ne quid
in ea quandiu filius eius viueret iuris haberet pater: & obti-
net hoc etiam, ſi pater filio ſuo reſtituere rogetur hæredita-
tem ſub illa cõditione, ſi deſierit eſſe in poteſtate eius: vt ff. eo.
l. Imperator. Si autem filius eſt emancipatus patrem ſuum, po-
8 terit cogere adire. Dominus † tamen inſtitutus hęres ab ali-
quo, rogatus reſtituere hęreditatem cum libertate ſeruo ſuo
proprio, non compellitur adire, quamuis ſi ſponte adijſſet, co
geretur pręſtare ſibi fideicommiſſariam libertatem, & hęre-
ditatem. Quinimò etſi paratus ſit quis domino cauere de in-
demnitate, maxime ſi pretium ſerui offerat, non oportet ſub
incerto cautionis committere ſe aditioni hæreditatis. Sed ſe-
cus eſt vbi ſeruo teſtatoris, vel fortè extranei rogatus eſſet hæ
res reſtituere libertatẽ, & hæreditatem: tunc enim non debet
aſpernari hæres perſonam cogẽtis: vt ff. eo. l. cogi. §. ſi pater fi-
lio. & §. ſed ſi ſeruum. & §. idem quęrit. & §. ſi ego. & l. mulier.
§. non eſt dubitãdum. Planè ſi duo ſunt hęredes inſtituti, & v-
num rogauit libertatem ſeruo præſtare: alium autem rogauit
de reſtituẽda ſua parte hæreditatis, neq; iſte compellitur adire
propter ſolam libertatem, neq; ille propter ſolam hæredita-
tem. Sed ſi fortè vnus eorum repudiauerit, & ita ad alterum
cœpit tota hæreditas pertinere, ſimulq; cœpit teneri ad liber-
tatem, & ad hæreditatis portionem: locus erit Trebelliano, ac ſi à
principio relicta eſſet libertas, & hæreditas ab vno: vel, perin-
de ac ſi plures inſtituti hæredes rogati eſſent omnes de hæredi
tate, & libertate reſtituenda: vt ff. eod. l. ſi res. §. ſeruus.
9 † Item compellitur inſtitutus adire poſtulante procuratore
fideicõmiſſarij, ſi conſtet eum verum eſſe procuratorem: ſi au-
tem non conſtat, non poteſt compellere inſtitutum hæredem,
licet velit ſatiſdare ratam rem dominum habiturum. Fragilis
enim res eſt cautio, & ſub eius incertitudine non compellitur
ſe ſubijcere tanto oneri. Si tamen hæres ſpontanea voluntate
ſua adierit, & ille, qui dicit ſe procuratorem eſſe fideicommiſ-
ſarij propter incertitudinem mãdati, velit ſatiſdare ratam rem
dominum habiturum, compelletur hæres reſtituere hæredita-
tem: vt ff. eod. l. apud Iulianum. §. vtrum. & l. qui ita. §. etiam.
& valebit reſtitutio hęreditatis facta procuratori: vt eius me-
diante perſona tranſeant actiones in fideicommiſſarium: ac ſi
ſibi reſtituta eſſet hæreditas, ſiue procurator erat verus, vel
nuntius, ſiue fideicommiſſarius ratam habuerit reſtitutionem:
vt ff. eod. l. apud Iulianum. §. vtrum. & l. reſtituta. §. ſed ſi vo-
luntate tua. & l. quamuis. §. vlt. & l. mulier. & l. quia perinde.
10 Nec enim poteſt † reſtitui hæreditas procuratori, vel alicui
perſonæ, cui vellet donare fideicõmiſſarius, nec in eum tranſ-
ferantur actiones: hoc enim eſt de nimia ſubtilitate & iuris
impoſsibilitate: vt ff. de iur. dot. l. ſi mulier. §. ex aſſe. Si autem
fideic

fideicõmiſſarius deceſſerit poſteaquam hęres adiuit ad inſtan-
tiam ſui procuratoris, & antequã hæres reſtitueret hæredita-
tem procuratori, ſuccurritur hęredi adeunti, ne teneatur re-
ſpondere creditoribus hæreditariis: perindéque bona hære-
ditaria veniunt, acſi hæreditas adita non eſſet: vt ff. eod. l. apud
Iulianũ. §. vtrum. & l. poſtulante. j. reſponſ. Idémq; & ſi hæres
qui adiuit, alij reſtituerit hæreditatẽ, ſine mandato fideicom-
miſſarij: & fideicõmiſſarius deceſſerit antequam ratum habe-
11 ret. Extinguitur † ergo fideicõmiſſum morte fideicõmiſſarij:
nec tranſit ad hæredem eius: habetur enim fideicommiſſarius
loco hæredis ac hęreditas nondum adita tranſmittitur ad hę-
redem. Sic ergo idem iuris eſt in fideicommiſſo. Ius planè de-
liberandi ſuper hæreditate intra annum tranſit ad hæredem:
vt s. de iu. delib. l. cum antiquioribus. Et idem fortè dici poſſet
in fideicõmiſſario: & habeat hæc locum in hærede purè inſti-
tuto, vt ipſe compellatur adire, ſecundum ea quæ diximus.
12 † Quid autem ſi inſtitutus eſt ſub cõditione: diſtingue, vtrum
conditio ſit in dando, an in faciendo, ſi eſt in dando, fideicom-
miſſarius debet offerre hęredi id, quod hęres dare iuſſus eſt, vt
hæres impleat conditionem: vt ſic ea impleta hæres poſsit hæ-
reditatem adire, & reſtituere. Si autem conditio eſt in facien-
do, ſiquidem facile eſt adimplere, neq; habet vllam turpitudi-
nem conditio, nec vllum impedimentum: iubendus eſt hæres
parere conditioni, & adire hæreditatem, & reſtituere. Quid
enim ſi nominis ferendi conditio eſt, quam prætor exigit ad-
impleri tãquam honeſtam: putà, vt eodem nomine nuncupe-
tur, quo & teſtator vel denominetur? dicunt quidam, rectè fa-
cturus videbitur ſi eam cõditionem impleuerit. Nil enim mali
eſt honeſti hominis nomen aſſumere: nec enim in famoſis, &
turpibus nominibus hanc conditionem prætor exigit. Quid
enim ſi teſtator voluit eum vocari veſpilonem: * id eſt, vt ſpo-
liantem latrones? ſi recuſat hæres hoc nomen ferre, remittenda
eſt ei conditio, & remittendæ ſunt vtiles actiones hæredi, ne
habeat transferre in fideicommiſſarium: vtique enim teſtator
(niſi expleta conditione) neq; ſcriptum hæredem ad hęredi-
tatem vocauit, neq; per hunc voluit hæreditatem illi reſtitui:
plus enim tribui à prætore ei qui fideicõmiſſum petit, quàm
teſtator voluerit, abſurdum eſt. In hoc ergo caſu de æquitate
prætoria ſubuenitur fideicõmiſſario, vt intendat vtiles actio-
nes, ac ſi ſibi reſtituta eſſet hæreditas: ſicut & in quibuſdam
aliis caſibus contingit, vt patebit. Vel etiam licet inſtitutus
hęres non impleuerit conditionem, poterit tamen petere bo-
norum poſſeſsionem ſecundum tabulas, vt nactus actiones
transferat eas ex Senatuſconſ. vt ff. eod. l. ſi cui. §. ſi ſub condi-
tione. & l. facta. §. ſi ſub conditione. Nam & inſtitutus ſub con
ditione pẽdente interim cõditione petit bonorũ poſſeſsionem
ſecundum tabul. quod verius eſt: vt diximus s. de bon. poſ. ſec.
tabul. Quod dictum eſt in conditione nominis turpis, ſeruan-
dum eſt, & in qualibet conditione turpis facti, vel impoſsibi-
lis. Si verò ſit conditio in facto honeſto, & poſsibili: ſed ta-
men difficultatem habet, puta in impenſa, & labore. Siquidem
tale factum eſt, vt poſsit per alium adimpleri, id adimplebit
fideicommiſſarius: vt ff. eod. l. ſi cui. §. ſi ſub cõditione. Si autem
non poteſt ab alio impleri, prout diſtinguit lex inter facta. vt
j. de cadu. tol. l. vnic. §. ne autem. tunc illud factum adimplebit
hæres: ſed impendia repræſentabit ei fideicõmiſſarius: nam &
ſi hæres alio loco iuſſus ſit reſtituere hæreditatem impendio-
rum, quæ ad id explicandum neceſſaria eſſent, ratio habebi-
tur ſecundum dignitatẽ hæredit. Nam ſi ita eſſet inſtitutus, ſi
Titius decem det, fideicommiſſarius debet offerre hęredi pe-
cuniam: ſed & ſalutis hęredis, & ętatis ratio habebitur. Quid
enim ſi morbo implicitus Alexãdriam fuerit iuſſus adire? De
ætate quoque & iure etiam, id eſt, an liceat ei eò ire, néc ne,
æſtimabitur: vt ff. eod. l. recuſare. §. vlt. & l. ſed ſciendum. & l.
de ætate. Patet ergo ex his inſtitutum hæredem ſub honeſta
conditione, non niſi impleta cõditione, poſſe adire, & reſtitui.
13 † Idémq; & ſi inſtitutus eſt in diem (quod fieri non poteſt, niſi
à milite: vt diximus s. de milit. teſtam.) & vult adire hæredita-
tem, & reſtitui ante diem: nec enim valet reſtitutio hæredita-
tis, nec transferuntur actiones: quia non ita reſtituitur hæ-
reditas, vt teſtator rogauit. Si tamen poſtea quàm extiterit
conditio, vel dies aduenerit, ratam habet hæres reſtitutionem
hæreditatis, quam fecerat prius: benignius eſt intelligi nunc
tranſlatas videri actiones, cùm ratum habet: vt ff. eodem. l.
ſed & ſi alio. §. vltimo. & l. ſed & ſi ante diem. vt ſic retro fa-
ctum trahatur ante diem ad præſens tempus: ſicut & alias. ff.
de ſeruitut. ruſtic. prædior. l. per fundum. & de officio pro-
14 conſu. l. obſeruare. §. vlti. Si † verò hęres ſit inſtitutus purè,
& rogatus ſub conditione, hæreditatem reſtituere, poteſt
fideicommiſſarius conditionalis, pendente conditione, coge-
re hæredem adire: ſed non reſtituere, niſi in caſu, ſcilicet,
cùm hæres rogatus eſt reſtituere duobus hęreditatem, alteri
purè, vel in diem: alteri ſub conditione: & ſuſpectam dixerit
hæres: nam ei, cui rogatus eſt purè, vel in diem reſtituere, in-
terim vniuerſam hæreditatem reſtituet. Cùm autem extiterit
conditio, ſi velit alius fideicommiſſarius partem ſuam ſuſci-
pere, tranſeunt ad eum ipſo iure actiones: non per reſtitutio-
nem eius fideicommiſſarij, cui iam hæres reſtituerat hęredi
hæreditatem: nec enim poteſt reſtituere: vtpote, cùm non
15 fuerit rogatus. † Fieri poteſt hęreditatis reſtitutio fideicom-
miſſario, vel alij cuicunque nomine ſuo. Nec diſtinguo an ſit
ille maſculus, an fœmina: paterfamil. an in aliena poteſtate:
filius an ſeruus. Imò etſi eis reſtituatur volente fideicommiſ-
ſario, vel ratum habente, perinde eſt ac ſi fideicommiſſario
reſtituta eſſet hæreditas: vt ff. eodem. l. quamuis. §. vlti. & l.
mulier. & l. quia perinde. Si autem ſeruo ſit ex Treb. Senatuſ-
conſ. hęreditas reſtituenda, reſtitui poterit domino eius, etiam
inuito ſeruo. Nec in ea re, conſenſu. aut opera ſerui eſt opus:
ſed ipſi ſeruo reſtitui non poteſt, niſi domino volente, vel ra-
tum habente: vt ff. eod. l. ſeruo inuito. primo reſponſo. Vbi
autem eſt reſtituenda hęreditas pupillo infanti, indubitanter
poteſt reſtitui eius tutori. Item & infanti tutoris authoritate
interueniente. Nam & tutore authore, poſſet adire hæredi-
tatem, & cogere inſtitutum hęredem adire hęreditatem. Si
autem maior infante eſt, non debet reſtitui hæreditas ſoli
tutori: ſed opus eſt conſenſu pupilli: neque ſoli pupillo, quia
opus eſt authoritate tutoris: ſicut & in adeunda hęreditate
dicitur. Eadem tractari poſſunt circa reſtitutionem hęredi-
tatis faciendam à pupillo infante, vel maiore infante, ſi ipſe
rogatus eſt alij reſtituere hæreditatem: vt ff. eodem. l. reſtituta.
§. pupillus. & l. non enim. & l. ſed nec. & l. ſeruo inuito. §. ſi
16 pupillo. † Cõpellitur adire, & reſtituere inſtitutus hæres. Non
diſtinguo an ſit extraneus, an ſuus, & neceſſarius, vel neceſſa-
rius tantum. Item hęredes hęredis quilibet pro portione ſua
adire cogi poſſunt: vt ff. eod. l. ſi eius. §. ſi neceſſarij. & §. ſi quis
rogatus. & l. quamuis. §. perſona autem. Item cõpellitur adire
hęres etiam ſi dicat ſe fungi officio legationis: quia hic non
multum ab officio occupatur. Sed non compellitur reſtituere
ſtatim: ſed vt reuerſus domum, ſi putauerit ſibi expedire, com-
modo Falcidię vel teſtamento vtatur: vel ſi non putauerit, re-
ſtituat totam hęreditatem, ne onera patiatur: vt ff. eod. l. ſi le-
gatus. Illud non prodeſt hęredi allegare, ne compellatur adi-
re: quia dicit ſe vereri, ne afficiatur damno. Eſt enim proſpe-
ctum fideicommiſſario, vt ſi dicat ſuo periculo adire, & reſti-
tui ſibi velle, cogatur inſtitutus hęres à prętore adire, & reſti-
tuere hęreditatem: nec refert an ſoluendo ſit hęreditas, necne.
Item nec debet pręſcribi hęredi, cur metuat hęreditatem adi-
re, vel cur nolit: cùm varię ſint hominum voluntates, quo-
rundam negotia timentium, quorundam cumulum ęris alieni,
quorundam vexationem (tametſi locuples videatur hęredi-
tas) quorundam offenſas, vel inuidiam, quorundam gratifi-
cari volentium his, quibus relicta eſt hęreditas, ſine onere ta-
men ſuo. Item nec diſtinguitur in hęrede, an renontiet pręſens
17 an abſens. Nam † etiam aduerſus abſentes poſtulatur decre-
tum: ſiue certior ſit quorundam voluntas recuſantium adire,
& reſtituere hęreditatẽ: ſiue incerta, ad quod pręſentia eorum
non eſt neceſſaria: vt ff. eodem. l. quia poterat. & l. recuſare.
18 † Reſtituitur hęreditas re, & verbo. Re, ſi fortè paſſus eſt
hęres poſsideri res hęreditarias, vel totas, vel aliquas earum,
hac mente, vt vellet reſtituere, & ille ſuſcipere, non ſi ex alia
cauſa putauit te poſsidere. Verbo autem reſtituitur hęreditas,
ſi dicat ſe reſtituere inter pręſentes, vel inter abſentes per nun-
tium, vel per epiſtolam. Et quocunque iſtorum modorum
fiat reſtitutio hęreditatis in fideicommiſſarium, vel in alium

(vt diximus) eius nomine ſtatim fiunt res in bonis eius: etſi
nondum earum poſſeſsionem ſit nactus: vt ff. eodem. l. facta.
19 Licet enim † quidam dixerunt generalem fideicommiſſarium
poſſe habere rei vendicationem, & habere dominium, etiam
non reſtituta hæreditate: vt ſuprà commun. de leg. l. vlt. fal-
ſum eſt tamen, quod ex eo patet: quia ipſe hæres alienat res
hæreditarias antequam reſtituat hæreditatem, & manumittit
ſeruum hæreditarium: ſed tamen alienata imputet in quar-
tam: vt ff. eod. l. Marcellus. §. res. & l. ſi hæres inſtitutus. §. ſi
hæres. Quod ergo dicitur in lege illa vltima, ſ. commu. de
leg. dari rei vendicationem fideicommiſſario generali, eſt in-
telligendum, reſtituta hæreditate: vel ſpeciale eſt in rebus alie-
natis, vt ante reſtitutam hæreditatem detur fideicommiſſario
vtilis rei vendicatio. Quid enim in alienatis poſſet operari
reſtitutio hæreditatis, cùm in eis nihil iuris remanſerit apud
hæredem? Et hoc apertius dicemus in ſequentibus. Facta
20 † reſtitutione, tranſeunt omnes actiones in fideicommiſſa-
a rium * & ciuiles, & prætoriæ: vt ff. eod. l. quamuis. Item om-
nes obligationes etiam naturales: putà, quibus ſeruus, vel pu-
pillus tenebatur teſtatori: vt ff. eodem. l. ſi eius pupilli. Et du-
rant iſtæ actiones & obligationes penes fideicommiſſarium:
21 † licet hæres poſt reſtitutionem hæreditatis de hæreditate paſ
ſus controuerſiam victus ſit, aut liti ceſſerit: vt ff eod. l. facta.
§. ſi hæres. Sed ſi ante reſtitutionem hæreditatis, de hæreditate
hæres paſſus ſit controuerſiam: & lis ſit conteſtata cótra eum,
& iudicio pendente, reſtituit hæreditatem fideicommiſſario:
deinde lata ſententia contra eum ſit victus, actiones ex Tre-
belliano tranſlatæ in fideicommiſſarium temporariæ, id eſt, ad
tempus fuerunt penes eum: deſinunt enim ei competere victo
hærede. Poteſtas enim euictionis tollit intellectum reſtitutio-
nis, indebito fideicommiſſo conſtituto. Planè ſi fideicommiſ-
ſum ab eo quoque, qui poſtea vicit relictum eſt: quia poſſeſſor
in ratione reddendæ hęreditatis partem, quam fideicommiſſa-
rio reſtituit hæredi, qui vicit repudiat, defendi poteſt actiones
22 Trebelliani durare: vt ff. eod. l. ſi patroni. §. vlt. Planè † quæ-
dam ſunt quæ tranſire non poſſunt in fideicommiſſarium, ſci-
licet operarum actiones, quæ competunt hæredi, filio ſcilicet
patroni, nec tranſeunt ad extraneum hęredem, vel ad fideicom
miſſarium. Item iure ſepulchrorum remanēt penes hæredem:
vt ff. eod. l. quia perinde. §. reſtituta. & l. ſi patroni. primo re-
ſponſo. Quædam verò non tranſeunt eo ipſo quod reſtitutio
facta eſt, ſed oportet actiones nominatim cedi: ſicut eſt in his
actionibus, & obligationibus, quas ipſe hæres quęſiuit ex per
ſona ſua: putà, credendo pecuniam hæreditariam, & pignora
accipiendo pro ea, vel accipiendo pignus pro eo quod debi-
tum fuerat defuncto, vel his ſimilia faciendo: vt ff. eod. l. ſi hę-
23 res pecuniam. Quartæ igitur † retentio locum habet, vt hæ-
res quartam retineat de vniuerſitate quam rogatus eſt reſti-
tuere. In eam quartam imputantur fructus ex voluntate de-
functi percepti, ſi poſt tempus reſtituere cogeretur. Sed & ſi
quid ſuprà quartam ſit in fructibus non reſtituit. Si verò hæ-
res percipiat fructus negligentia non petētis, in quartam non
imputat, nec reſtituit: hoc eſt quod lucri facit. Si verò perci-
piat poſt moram ſuam, imputat, & reſtituit quod habet ſupra
quartam: vt ff. eod. l. in fideicommiſſariam. & l. mulier. §. ſi hę-
res. & l. ita tamen. §. hæres ex aſſe. Hodie tamen ſpeciale eſt in
filijs primi gradus rogatis reſtituere hæreditatem, vel ſuis fi-
lijs, vel ſuis fratribus, ſi deceſſerint ſine liberis, vt quartam re-
tineant: nō per imputationem redituum, licet hic teſtator ro-
gauerit, vel iuſſerit, ſed in ipſis rebus hæreditarijs quarta reti-
nebitur, & dodrans reſtituetur. In nepotibus autem, & in om
nibus alijs perſonis, obtinent ſuperiora de imputatione fru-
24 ctuum in quartam: vt infrà eod. l. iubemus. Item † imputan-
tur in quartam legata, & fideicommiſſa. Item data cauſa con-
ditionis implendę ab extraneo. Si verò à cohęrede percipiat,
ſiquidem pecuniam, idem eſt: quia totam iure meo, id eſt hę-
reditario percipere videor: vt cohęredes in ea nihil ius videan-
tur habuiſſe, vt ff. de leg. ij. l. cùm pater. in princi. Si verò cor-
pus non hęreditarium idem eſt. Si hęreditarium corpus per-
cipiam à cohęrede meo, pro mea parte, idem eſt: quia totā hę-
reditariam partem imputo: ſi detraho Falcidiam contra volun
tatem defuncti, alioquin imputo in quartam hæreditariam: vt
ff. ad legem Falcidiam. l. Titia. Pro ea verò parte, quam per-
cipio à cohærede, extra quartam eſt, quod à cohærede per-
cipitur: vt ff. ad legem Falcid. l. in quartam. §. ſed in fideicom-
25 miſſariam. & ff. eod. l. deducta. §. nummis. Si † quæras vtrum
prælegata veniant in reſtitutionem? dico, quòd ſi hæres ro-
gatus ſit reſtituere portionem hæreditatis, non veniunt lega-
ta: ſi autem rogatus ſit reſtituere portionem ſimpliciter, vel
quicquid ad eum ex hæreditate peruenerit, veniunt prælega-
ta: vt ff. eod. l. Marcellus. §. quidam. & l. in fideicommiſſariam.
§. vlti. & penulti. & ff. de legat. iij. l. ſi Titius. & ſ. de fideicom-
miſ. l. cùm virum. Sed ei, quod dixi in primo membro videtur
obſtare id, quod eſt ſ. famil. erciſc. l. filium, quem? Reſponde
tamen: vt ſ. ibidem notaui, hoc in Trebellianica quarta verum
eſſe: ſecus in quarta debita iure inſtitutionis: vt dicemus j. ad
leg. Falci. Et eſt ratio: quia hic hæres rogatus reſtituere hære-
ditatem ſentit onera hæreditaria pro parte illa tantùm, quam
retinuit: vnde plura imputantur in quartam ſuam, quàm in
quartam hæredis onerati ad ſingularia legata: quia ille ſentit
26 onera in totum. † Fit autem eius quartæ detractio ab hærede.
Sed nunquid à fideicōmiſſario? Et quidem non, ſi legata ſunt
à ſe relicta. Si verò ab hærede, vel etiam ſimpliciter: ſiquidem
hæres non ſit vſus Falcidia, vel quia compulſus adiit, vel quia
liberalitatem ſuam voluit exercere in me, quarta detinetur.
hoc aduerſus exteros. Porro aduerſus fideicómiſſarium lege
Falcidia non vtetur: vt ff. eod. l. j. §. inde Neratius. & l. ex aſſe. &
27 l. facta. §. ſi eum ſuſpecta. † Ceſſat hæc quarta: quia hæres coa
ctus adiuit: vt ff. eod. l. nam quod. §. qui compulſus. Item pro-
pter priuilegium teſtantis: quia miles erat: vt ff. eod. l. Marcel-
lus. §. quod autem in ſuſpecta. Item dixerunt quidam, quòd
ceſſat, vbi princeps eſt inſtitutus, quod quidem lex non dicit:
ſed dicit, quod conſueuerunt principes quartam remittere: vt
ff. eod. l. ſi legatus. §. vlti. Exceptiones autem patitur hæres, re-
ſtituta hæreditate inſolidum, ſi agat: & exceptionem habet, ſi
28 conueniatur: vt ff. eod. l. j. §. quāquam. Porro † extra ſummam
illud notādum puto, quod in tribus caſibus fit reſtitutio ipſo
iure: & transferuntur actiones in fideicommiſſarium. Primus
eſt, quando ille, qui grauatus eſt reſtitutione, ante, vel poſt li-
tem conteſtatam dolo malo contumaciter ſe abſentat, ne re-
ſtituat hæreditatem, cùm ipſe ſit vocatus per iudicem. Secun-
dus eſt, quando grauatus eſt pro reſtitutione facienda, & an-
tequàm reſtitueret hæreditatem, deceſsit ſine vllo ſucceſſore.
Tertius eſt, quando fideicommiſſarius prius grauatus in reſti-
tutione facienda in ſecundum fideicommiſſarium: vt infrà, eo.
l. penult. §. vlt. Idem puto & in quarto caſu, vbi rogatus in
alienatis nullam habet actionem. Nam in alienatis non puto
neceſſariam eſſe reſtitutionem: quia rogatus nihil iuris habet
in rebus illis, quod concedere poſſet: & hoc videtur dicere ſu-
prà communia de leg. l. vlt. & ſuprà eod. authent. contrà eum
rogatus. Item ſi à primo fideicommiſſario non exigitur ceſsio
in ſecundo: quia non habet directas, vt ſuprà dictum eſt: ergo
cùm rogatus in alienatis nullam habet actionem, multo ma-
gis non exigitur ceſsio: cùm ibi primus fideicommiſſarius ha-
beat vtiles actiones. Item poteſt dici & in alio caſu, cùm hæ-
res rogatus eſt reſtituere hæreditatem, vni purè, vel in diem,
alteri ſub conditione: & hæres reſtituit vniuerſam hæredita-
tem ei, cui rogatus erat reſtituere purè, pendente ſcilicet con-
ditione alterius: vt ff. eod. l. j. §. ſed & quoties. & vt ſuprà dixi-
29 mus. † Item illud notandum eſt, quòd licet pro rata cre-
ditorum diuidantur actiones inter hæredē qui retinuit quar-
tam, & fideicommiſſarium: legata tamen & fideicommiſſa à
ſolo fideicommiſſario petuntur, niſi hæres plus habeat quarta
ſua, nec pars fideicommiſſarij ſufficiat ad legata: vt infrà eod.
l. vlt. & ff. eod. l. 4. §. is, qui quadringenta. & §. vlt. & hoc verum,
niſi in eo caſu, quando hæres deductis legatis: iuſſus eſt hære-
ditatem reſtituere: tunc enim hæredi datur [electio] vt aut nul
la legata deducas, & caueatur ſibi à fideicommiſſario quòd
defendatur aduerſus legatarios: aut etiā deduces legata de hæ-
reditate. Item hæc vera ſunt, niſi fortè teſtator iniunxerit hæ-
redi onus legatorum nominatim: vt ff. eod. l. Marcellus. Nam
his caſibus ab hærede antequàm reſtituat, vel à fideicommiſ-
ſario poſt reſtitutionem, peti poſſunt legata: aliàs ab hærede
etiam antequam reſtituat, non videntur peti poſſe legata.

† Con

30 †Conſueuit quæri, quomodo poſsit cogi hęres adire? & dixerunt quidam quod per actionem ex teſtamento. Nec mirum: quia & contra non hæredes ſæpe dantur actiones ex teſtamento: ſicut contra eum, qui cõfeſſus eſt ſe hæredẽ: vt ff. de inter. act. l. de ætate. §. j. Puto tamẽ eſſe melius iudicis officio eum cogendum, quod lex videtur velle: vt ff. eo. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. Item quæritur, ſi fortè percepta vna re, quæ minus quarta continet, quis rogetur reſtituere hæreditatem, & petet quod deeſt ad quartam ſibi ſuppleri (poteſt enim, vt ff. eod. l. j. §. ſi hæres percepto.) an teneatur creditoribus: (de legatariis enim conſtat, quòd non: vt ff. eod. l. j. in fi.) Et poſſet diſtingui vtrum ex voluntate defuncti retineat quartam, vt tunc teneatur legatariis, an non: vt tunc non teneatur. Puto tamen idem eſſe: & magis eſt ſubueniendum ei, qui ex voluntate defuncti habet quartam: vt ff. ad leg. Falci. l. Titia. Nam ibi de Trebellianica loquitur. Poſſet & illud dici, quòd pro parte quam petit ſibi ſuppleri teneatur creditoribus: pro alia autem nõ: quia quaſi ex legato habet eam: vt Inſtit. eod. §. ſed illud intereſt.

ANNOTATIONES.

* Veſpillonem. Id eſt, vilis cadauerum nocturnorum funerator. Feſtus.
a Fideicommiſſarium. Adde Bartol. & Doct. in l. qui quadringenta. ad Trebel. Bald. in l. fin. §. j vii. col. C. de iur. delib. & in l. j. circa fin. C. ad Trebel. multa per Alex. & Doct. in l. & ſi fine. eod. tit.

Ad legem Falcidiam. *Rubrica.*

1 *Falcidia vnde dicatur.*
2 *Falcidia quando locum habeat.*
3 *Falcidia de quibus relictis detrahatur.*
4 *Falcidia locúmne habeat in mortis cauſa capionibus.*
5 *Mortis cauſa capionis appellatione quæ veniant.*
6 *Falcidiæ beneficium quibus conceſſum ſit.*
7 *Fideicommiſſarius generalis an, & quando poſsit detrahere Falcidiam.*
8 *Legatarium vel fideicommiſſarium ſpecialem non poſſe detrahere Falcidiam.*
9 *Intellectus ad l. pœnales. §. ſi Titio. ff. ad leg. Falcid.*
10 *Falcidiæ rationem ponendam eſſe in ſingulis hæredibus.*
11 *Falcidiæ ponendæ ratio qualis ſit. ſeu quæ deduci debeant prius quàm detrahatur Falcidia. & num. 13.*
12 *Legatum certa pecunia relicta vt ſeruus manumittatur an, & quando patiatur Falcidiam.*
14 *Falcidia quomodo ex legatis diuiduis detrahatur, quomodo item ex indiuiduis.*
15 *Falcidiæ detractio quomodo fiat. & num. 18.*
16 *Hæres poſsitne inuitis legatariis detrahere integrã Falcidiam ex vna aliqua re.*
17 *Falcidiæ imputari retentiones omnis temporis, quomodo ſit intelligendum.*
18 *Falcidiæ ratio vt ineatur, quo tempore ſpectandum ſit, quæ bona ſint in hæreditate.*
19 *Legatæ rei periculum ad quem ſpectet, ad hæredémne, an ad legatarium.*
20 *Aeſtimatio rerum hæreditariarum quomodo ſit facienda in ponenda ratione legis Falcidiæ.*
21 *Debitum hæredi an, & quando computetur in bonis: cùm de Falcidia ponenda tractatur, & quid ſi debitum ſit conditionale, vel in diem. num ſeq.*
23 *Falcidia quatenus locum habeat in legatis relictis in diem vel ſub conditione.*
24 *Contributiones portionum an augeant legata.*
25 *Falcidiam vnam ſeruari in bonis patris & filij, vbi hæreditas ad aliquem peruenit ex ſubſtitutione pupillari.*
26 *Intellectus ad l. in ratione. §. quod vulgo ff. ad legem Falcidiam.*
27 *Falcidiæ imputari ea duntaxat, quæ iure hæreditario capiuntur.*
28 *Legatum hæredi relictum quibus caſibus imputetur in Falcidiam.*
29 *Falcidiæ an imputentur ea, quæ data ſunt cauſa conditionis implendæ.*
30 *Falcidiæ detractio quibus caſibus ceſſet, & numero ſeq.*

QVALITER minuantur vniuerſalia relicta dictum eſt: nunc ſubiiciamus de diminutione ſingularium relictorũ, quæ fit per legem Falcidiam. Videndum ergo vnde dicatur Falcidia, quando locum habeat, in quibus, quibus detur legis Falcidiæ beneficium, qualiter legis Falcidiæ ratio ſit ineunda, quæ imputen-
1 tur in Falcidiam, & quando Falcidia ceſſet. † Dicitur autem Falcidia à falce, id eſt, à diminutione quam imponit ſingularibus relictis: reſecat enim de legatis, vt falce putantur vites, vel reſecantur ſegetes, vel (quod verius eſt) à C. Falcidio authore quem puto conſulem, [vel potius tribunum plebis] non prætorem fuiſſe, cùm diminutio hæc fiat ipſo iure. Sic & dicitur Publiciana à Publicio prætore: vt Inſtitut. de act. §. aliæ autem
2 ſunt. †Locum habet Falcidia tunc demum, quando ſupra dodrantem aliquid eſt relictum. Sic enim ait primo capite.
Qui ciues Romani ſunt, qui eorũ poſt hanc legem rogatam teſtamentum facere volet, vt eam pecuniam eáſque res quibúſque dare legare volet, ius, poteſtáſque eſto.
Secundo capite modum legatorum conſtituit his verbis,
Quicunque ciuis Romanus poſt hanc legem rogatã teſtamentum faciet, is quantam cuique ciui Romano pecuniam iure publico dare legare ius poteſtáſque eſto: dum ita detur legatum ne minus, quam partem quartam hæreditatis ex teſtamento hæredes capiant. Eis, quibus quid ita datum legatúmve erit, eam pecuniam ſine fraude capere liceto. Iſque hæres, qui eam pecuniam dare iuſſus, damnatúsve erit eam pecuniam iubeto dare, quam damnatus eſt. vt ff. eo. l. j. in princ. Si ergo dodrantem ſolùm, vel minus dodrante reliquit, locum non habet Falcidia:
3 alioquin contrà, vt patebit j. † Locum habet Falcidia in le-
a gatis. Item fideicommiſsis. Item in mortis cauſa * donationibus: vt j. eo. l. ſi quis quadringentorum: ibi, ſi enim, &c. Item in donationibus factis inter viuos: ita tamen, ſi morte cõfirmentur: vt ſi donat pater filio exiſtenti in poteſtate. Item vxor marito, vel è conuerſo: vt j. eo. in donationibus. & ſ. de don. inter vir. & vxo. l. antep. Cæterùm, ſi ab initio teneat donatio, ſecus
4 eſt. In †mortis quoque cauſa capionibus locum habet Falcidia: vt apertè dicitur j. eod. d. l. ſi quis quadringentorum. licet quidam contrà dicant: & pro ſe inducunt quod eſt ff. eod. d. l. acceptis. Sed ego ex eadem lege dico contrarium. Nec enim illic quærebatur, an hæres poſſet de mortis cauſa capione detrahere Falcidiam, quod ex eo patet: quia ipſe non præſtabat eam: imò præſtabatur ei: vnde reſpondetur eum, qui mortis cauſa hæredi pręſtat, detrahere Falcidiam non poſſe. Item pro
a ſe inducunt quod eſt ff. eo. l. j. §. item ſi ita. *Sed ego reſpódeo, ibi hæres non detrahit Falcid. quia eſt, quod ſuo vitio imputetur. Potuit enim penum quod erat hæreditarium ſoluere: & ita Falcidiam detrahere antequam eſſet in mora: & eſt ad hanc reſponſionem, quod eſt ff. eod. l. cùm pater. §. j. & l. alienus. & l.
5 ſi hæres. de eo qui vendidit malè res hæreditarias. † Eſt autem mortis cauſa capionis nomen generale, ſed hic pono pro his tantummodo, quę ab ipſius teſtatoris liberalitate proficiſcuntur. Item quæ vt debita peti nõ poſſunt: vt ff. de don. cau. mor.
6 l. qui pretio. & l. ſi mulier. & l. cauſa mortis capitur. †Productũ eſt beneficium legis Fal. hæredi inſtituto. Item hęredi hęredis. Item hæredi ab inteſtato venienti: vt j. quando dies leg. ced. l.
7 vlt. & ff. eo. filiusfa. † Item fideicommiſſario generali, ſed ita demum, ſi hæredem adire coëgerit: tunc enim detrahit Falcidiam: quia abſurdum eſt plus legatariis pręſtari, quàm pręſtaretur, ſi hæres ſponte adiuiſſet, niſi in caſu, cùm hæres ſponte adiuit, & ſponte Falcidiam non detraxit: volens liberalitatem exercere in fideicommiſſarium: ſed hoc ita, ſi ab ipſo hærede relicta ſint legata. Cæterùm ſi ab ipſo fideicommiſſario, nunquam detrahitur Falcidia. Item nunquam detrahitur à ſuo fideicommiſſario: vt ff. ad Trebel. l. j. §. is, qui quadringenta. & l. Marcellus. §. quòd ſi ſuſpecta. & l. ex aſſe. in fi. & l. facta. §. ſi
8 cùm ſuſpecta. † Et per hoc patet expreſsè, quòd legatarius, vel fideicommiſſarius ſpecialis nõ habet beneficium legis Falcidiæ: quod & lex dicit: vt ff. eod. l. lex Falcidia, ſi inueniat. §.
9 nunquam. Sed ipſi † intelligunt non eſſe proditum principaliter: & pro ſe inducunt, quod eſt ff. eod. l. pœnales. §. ſi Titio. & mutauerunt literam lègis, in qua debet eſſe xxx. & eſt caſus quod quidã Titio reliquerat xxx. vt pręſtaret ex his alicui xv.

Et reſpondetur quòd ſi xxx. diminuta ſunt (ponamus in x.)
per Falcid. tanto minus præſtabitur fideicommiſſario, ſumpta
præſumptione ex voluntate teſtatoris: voluit enim, quòd vna
medietas reſideret penes legatarium: eum ipſum de xv. tantùm
præſtandis rogaret: vnde de his quę ſuperſunt ei medietatem
fideicõmiſſario pręſtat: & ita patet, quòd hoc non fit iure Fal-
cidię, quam ipſe poſſet detrahere: ſed quia ipſe paſſus eſt Falci-
10 diam. † Eſt ratio legis Falcidię ponẽda in ſingulis hęredibus.
Si ergo duo ſunt inſtituti hęredes, Titius & Seius: & Titij pars,
aut tota exhauſta ſit legatis, quę nominatim ab eo data ſunt:
aut ſuprà modũ onerata: à Seio verò aut nulla relicta ſunt le-
gata: aut quę partem eius diminuunt duntaxat in partem di-
midiam: nihilominus poterit Titius quartam partem de lega-
tis relictis à ſe retinere: vt quartam partem ſuę partis habeat
ſaluam: vt Inſtit. eod. §. & cùm quęſitum. & ff. eo. l. in ſingulis.
11 Sic † autem ponitur, vt primò deducatur omne æs alienum: &
non ſolum, quod alij debetur: ſed etiam quod ipſis debebatur
tempore mortis: licet per confuſionem factum ſit indebitum:
vt ff. eod. l. qui fundum. §. ſi quis hęredem. & infrà eod. l. irri-
tum. hoc ita, niſi teſtator vetuerit eum debitum petere, quaſi
cum Falcidia ex legatis detrahenda compenſetur. Et eſt hoc
notandum: quia ſic fieri poteſt fraus legi, cùm aliàs dicatur
contra defuncti voluntatem Falcidiam inducendam: vt ff. eod.
l. ſi debitor creditore. & l. quod de bonis. §. vlt. Item deducitur
funeris impenſa omnino: quia neceſſaria eſt expenſa. Nam
eius, quod in extructione monumenti erogatum eſt, diuerſam
eſſe cauſam conſtat: nec enim eſt ita neceſſaria ędificatio mo-
numenti: vt ſit funus, ac ſepultura. Idcirco is, cui pecunia le-
gata eſt ad monumentum faciendum, Falcidiam patietur: nec
amplius erit concedendum, quàm quod ſufficiat ad modicam
b ſpeciem monumenti [b]: vt ff. eo. l. j. §. vlt. & l. ij. & Inſtitut. eod.
§. cùm autem. Item deducuntur pretia ſeruorum manumiſſo-
12 rum. † Diſtingue tamen vtrum teſtator reliquerit mihi pecu-
niam, vt ſeruum alienum redimam, & manumittam: an, vt
manumittam meum: ſi alienum, non debet detrahi Falcidia de
legato meo: niſi fortè detracta Falcidia, quod ſupereſt bene
ſufficiat ad alienum ſeruum redimendum: ſi meum bene pa-
tior Falcidiam: vt ff. de fideicom. libert. l. generaliter. §. ſi quis
alienum. & §. ſi cui. & l. decem. & ff. eod. l. ſed ſi non ſeruus. Sed
vbi teſtator legat mihi ſeruum ſuum, vt manumittam eum,
non detrahitur Falcidia. Si tamen pręter ſeruum aliquid mihi
vel ſeruo legato legauerit: in eo eſt admittenda Falcidia, vt ta-
men & quod pro ſeruo pręſtandum eſt, ſumatur: vt ff. eod. l. ſi
ſeruus tibi. & l. Iulianus. & l. planè. & l. ſed ſi non ſeruus. Et ita
notabile eſt, quod pro duobus legatis detrahitur ex vno
13 vtriuſque Falcidia, ſic ff. eod. ſi fundum mihi. Item † dicitur
detrahi prius, quod extra bonorum ęſtimationem eſt: verbi
gratia: centum ſunt in bonis, ducenta legata ſunt: computan-
tur vna centum quaſi nec legata eſſent: vt Inſtit. eo. §. vlt. Item
hodie debet detrahi quod eſt ad inuentarij confectionem ex-
penſum: vt ſ. de iur. delib. l. ſancimus. §. in computatione. Item
deducitur quod explicandarum venditionum cauſa impendi-
14 tur: vt ff. eo. l. quantitas. His † ita deductis Falcidia de relictis
detrahitur: vt nomen relicti, ſit generale. Hoc ita, ſi ſit diuiduũ:
tunc enim ipſo iure fit ſectio adeò, vt hęredi pro quarta detur
vendicatio, ſi res reperiatur penes legatarium: vt ff. eodem. l.
lineam. & l. Plautius. & infrà eod. l. ij. & l. error. & l. vlt. Secus
enim in indiuiduis, vt in via, itinere, actu, in balneo, vel thea-
tro, vel ſtadio faciendo. Iſta enim legata, quę diuiduitatem
non recipiunt, tota ad legatarium pertinent. Sed poteſt hæ-
redi hoc remedio ſuccurri, vt, ęſtimatione facta legati, de-
nuntiet legatario, vt partem æſtimationis inferat: ſi non in-
ferat, vtatur aduerſus eum doli exceptione. Quod dixi in
pręedialibus ſeruitutibus, ſeruatur & in perſonalibus: vt vſu, &
habitatione, & operibus ſeruorum. Sed vſusfructus diuidua
ſeruitus cenſetur: vnde ex eo quarta pars ſicut ex corporibus
poteſt retineri: ff. eod. l. j. §. ſi vſusfructus. & l. ſi is, qui. §. vlt.
15 † Fit tali modo ſectio: vt ſi teſtator nihil omnino penes hę-
redem reliquerit, quarta de ſingulis legatis detrahatur.
Si verò penes hęredem aliquid ſit, vel remaneat: tantum
detrahet, quantum ſufficiet ſibi ad quartam, computato
eo, quod penes ſe eſt. Lex enim Falcidia quandoque quin-
tam: quandoque ſextam: quandoque milleſimam milleſimæ
reſecat, prout res inciderit, ſcilicet pro modo legatorum ſingu
lorum: vt j. eo. l. ij. & ff. eo. l. in quãtitate. §. vlt. Et per hoc ſol-
16 uitur quæſtio quam Placent. reliquit † aliis inueſtigandam: ſci-
c licet, an hæres inuitis legatariis in vna re [c] poſſet detrahere Fal
cidiam? & certè non poteſt: vt probatur ff. eod. l. Plautius. Li-
cet ſecus ſit vbi teſtator legauit partem bonorum: tunc enim
ſuccurritur hæredi: vt ipſe eligat, ſiue rerum partes, ſiue æſti-
matione dare maluerit. In his tamen rebus dare hæres partem
conceditur, quæ ſine damno diuidi poſſunt. Si autem vel na-
turaliter indiuiduæ ſint, vel ſine dãno, diuiſio earum fieri non
poſſit, æſtimatio omnimodo ab hærede præſtanda eſt. Item
poteſt hæres, vel in paucioribus, vel in vna re relictam partem
legatario dare, in quam vel legatarius conſenſerit, vel iudex
æſtimauerit: nec neceſſe haberet legatarius in omnibus rebus
portionem vendicare: vt ff. de leg. j. l. non amplius. §. j. Item fa-
cit pro aliis quod legitur ĩ. famil. ercíſ. l. filius. Sed qualiter il-
lud intelligatur, ibidem notauimus. Item facit pro eis quod
dicitur ff. de leg. j. l. ſi ex pluribus. Sed illud eſt remedio excc-
ptionis, quam habet hæres in re illa, quam nondum tradidit.
Diligenter ergo conſiderabit hæres, quid in hæreditate fuerit
tempore mortis, & quid à principio remanſerit penes eum, vel
17 ex poſtfacto, deficientibus legatis. Vnde † dicitur, quòd in Fal-
cidia imputantur retentiones omnis temporis: vt ff. eodem. l.
in ratione j. in princip. Quid eſt, retentiones omnis temporis?
id eſt, quod nunquam alicui fuit relictum: [& ita remanſit in
hæreditate, ſiue fuit relictum,] ſiue inutiliter, ſiue vtiliter: ſed
poſteà factum eſt quacunque ratione inutile: vt ff. eod. l. non
eſt dubium. & l. nec intereſt. & infrà titu. proximo. §. & cum
18 triplici. Eorum † ergo, quæ remanſerunt (vt dictum eſt)
in bonis, quantitas ſpectatur tempore mortis. Itaque ſi ver-
bi gratia is, qui centum aureorum patrimonium habebat in
bonis, centum aureos legauerit, nihil prodeſt legatariis: ſi
ante aditam hæreditatem per ſeruos hæreditarios, aut ex
partu ancillarum hæreditariarum, aut ex fœtu pecorum tan-
tum acceſſerit hæreditati: vt cẽtum aureis legatis nomine ero-
gatis, hæres quartam partem hæreditatis ſit habiturus. Sed ne
ceſſe eſt, vt nihilominus quarta pars hæreditatis detrahatur.
Ex diuerſo, ſi quis ſexagintaquinque legauerit: & ante adi-
tam hæreditatem in tantum decreuerunt bona incendiis for-
tè, aut naufragiis, aut morte ſeruorum, vt non amplius quàm
ſexagintaquinque aureorum ſubſtantia, vel etiam minus re-
linquatur, ſolida legata debentur, nec ea res damnoſa eſt hæ-
redi, cui liberum eſt non adire hæreditatem, quę res efficit, vt
neceſſe ſit legatariis cum hærede in portione paciſci, ne deſti-
tuto teſtamento, nihil conſequantur: vt ff. eod. l. in quantitate.
Hæc eſt de damnis contingentibus in rebus hæreditariis, quæ
19 non ſunt alicui legatæ. Si † verò in rebus legatis contingat
damnum vel periculum, diſtingue, vtrum legatum conſiſtat
in his, quæ conſiſtunt in pondere, numero, vel menſura, an in
ſpecie. In primo caſu non ſpectat periculum ad legatarium.
In ſecundo, ſiquidem teſtator reliquit incertum, de incertis,
pertinet periculum ad hæredem. Si autem reliquit incertum
de certis: puta, vnum ex ſeruis certis ſuis: & omnes ſerui
mortui ſunt: pertinet periculum ad legatarium: vt ff. eodem,
l. in ratione. ſecundo §. diligenter. Et habet locum hæc diſtin
ctio, etiam ſi non ſit locus Falcidię, quia quartã, vel amplius
20 quarta habet hęres. † Fit autem ęſtimatio rerum, quę erant
in bonis tempore mortis, non ex affectu, vel vtilitate ſingulo-
rum, ſed communiter. Nec enim, qui filium naturalem poſſi-
det, tantò locupletior eſt, quòd eum, ſi alium poſſideret, pluri
mum redempturus fuiſſet: ſed nec ille, qui filium alienum poſ
ſidet tantum habet, quanti eum patri vendere poteſt. Nec ex-
pectandum, dum vendat, ſed in præſentia: non quaſi filius ali-
cuius, ſed quia homo æſtimatur: vt ff. eod. l. pretia. & adeo ſpe
ctatur commune pretium rerum, quod eſt tempore mortis, vt
ſi hæres inſtitutus eam hæreditatem, quæ ſoluendo non eſt,
vendiderit, vix quidem poterit perſuaderi eam hæreditatem
non fuiſſe ſoluendo, quæ emptorem inuenerit. Vera autem
emptione nihil debebitur legatariis: quia magis ex ſtultitia
emptoris habere videtur inſtitutus hæres, quàm ex bonis de-
functi. Nam & è conuerſo ſi malè vendiderit res hęreditarias,
non

non erit legatariorum detrimentum. Ita ergo commodum
debet eſſe hæredis, ſi bene res adminiſtrauerit: vt ff.eod.l.iij.
Item fit communis æſtimatio ſecúdum ſitum loci, in quo hæ-
res inhabitat. Fortè enim alicubi carius venderet: vt ff.eod.l.
in Falcidia æſtimatio. & ſuprà de admini.tuto.l.vlti.§.vlt. Ea
21 † autem quæ dentur hæredi, ſiquidem naturaliter tantum, ex
euentu cóputabitur fuiſſe in bonis tépore mortis, id eſt, ſi fue
rit ſolutum: vt ff.eod.l.j.§.id quod natura. Et ſi debeatur ali-
quid ſub conditione. Idémque eſt, & ſi quid debeatur per a-
ctionem de peculio ab aliquo extraneo. Idémq; & vbi extra-
neus qui non eſt ſoluẽdo aliquid debet hęreditati. Si verò hę-
res debitor erat defuncti, ex perſona ſua quãtitas debiti tota
cóputatur fuiſſe in bonis tẽpore mortis, licet hęres non erat
ſoluẽdo. Nam in hoc caſu pauper ſibi diues eſt. Si verò hæres
tenebatur defuncto actione de peculio ex perſona ſerui ſui,
non conſideratur euentus poſterior, ſed quãti fuit in peculio,
vel tẽpore mortis, vel aditionis hęreditatis, vel poſtea compu
tabitur in Falcidiam: quia dominus, idémq; hæres ſibi potuit
& debuit ſoluere, ſed in debitore non ita: quia non ſtatim cùm
habeat, poteſt ab eo hæres extorquere: vt ff. eod.l. cum quo
de peculio, & l.Neſennius.§.ſi debitori. & l. quærebatur.
22 † Quod autem ſub conditione debetur hæredi, interim pen-
dente conditione, ſic computabitur, prout hæres voluerit: ſci
licet & quanti ea ſpes obligationis venire poſſit, in tantum
quidem ſtipulatoris bonis accedere videatur: promiſſoris ve-
rò decedere, aut cautionibus res poteſt explicari, vt duorum
alterum fiat: vt aut ita ratio habeatur tanquam debeatur pu-
rè, ſcilicet, ſtatim purè æſtimata ſpe obligationis: aut ita tan-
quam nihil debeatur: deinde hæres, & legatarij cauent inter
ſe, vt, exiſtente conditione, aut hæres reddat, quantominus
ſoluerit, aut legatarij reſtituant quantoplus conſecuti ſunt: vt
ff.eod.l.in quãtitate.§.magna. Si verò debeatur in diem, expe-
ditum eſt, vt hæres tantum minus de eo quod debetur in diem
videatur habere, quãtum facit interuſurium medij temporis.
Vbi autem purè debetur, & ibi expeditum eſt: computatur e-
nim omnino: vt ff.eo.l.pœnales. Quid enim, ſi defunctus cum
alio correus erat ſtipulandi? ſiquidem erant ſocij, expeditum
eſt: quia pro parte accedit cuiuſcunq; bonis. Si verò non ſint
ſocij, idem eſt, quod in conditionali diximus: nam ex euentu
auget hæreditatem non aliter, vt videbatur Ioann. Et eadem
diſtinctione vtebatur in duobus reis promittendi, vt ſi ſocij
ſint, pro parte decedat: alioquin ex euentu: vt ff.eod.l.in lege
Falcidia hoc. Ego puto quemlibet ex correis debẽdi videri ſi-
deiubere pro altero in tantum, in quãtum eſt etiam in eius vti
litatem cóuerſum: vt nota.ff.ad Vellæanum.l.vir vxori.§.vlt.
23 † Locum habet Falcidia in legatis puris: vt dictum eſt. vbi
autem in diem, vel ſub conditione legatum eſt, medij tempo-
ris commodum imputat hæredi, vt tantominus videatur eſſe
legatum, quantum eſt medij temporis commodum. De alio
verò Falcidia detrahitur: vt ff.eod.l.in lege Falcidia non habe-
tur. Pendente autem conditione, ſi vult hæres, poteſt ęſtimare
legatum quanti vænire poteſt: aut ſi velit pręſtare legatum to-
tum, poteſt: & ſibi cauebitur de reſtituẽdo eo, quod amplius
acceperit legatarius, quam liceat capere per legem Falcidiam,
quæ cautio vbicunque de Falcidia dubitatur, interponitur:
vt ff. eod. l.Titio cum. & l.in quantitate.§.ſed & ſi legata. &
§. in diem. Si autem vni purè, alteri ſub conditione legatum
eſt: puta, legata ſunt mihi centum purè, tibi centum ſub con-
ditione, & poſt aliquantulum temporis extitit conditio, & in
terim eſt dilatus euentus conditionis: vt ex reditu eius ſum-
mæ, quæ tibi relicta eſt ſub conditione, non amplius quàm
xxv. reciperet hæres inſtitutus, legis Falcidiæ ratio ita eſt ha-
benda, vt ſinguli noſtrûm xxv. conferre debeamus hæredi, id
eſt, permittere vt remaneat penes eum ex ſumma cuilibet no-
ſtrûm legata: & amplius fructus, id eſt, quartæ qoinquaginta
medij temporis: qui verbi gratia efficient quinque in cuiuſ-
cunque legatarij perſona. iſta quinque ita dicuntur conferri,
vt hæredi non auferantur, ſi lucratus eſt, alioquin imputare-
tur, ſi cum habeat pecuniam ſuam, lucrum non quærat ex ea.
Cùm igitur xxx. à ſingulis conferenda ſunt, quidam putant
quina dena, id eſt, triginta, ab vtroque noſtrûm eſſe conferen-
da: id eſt, numeranda de burſa cuiuſque vel remittenda de cu-
iuſq; legato, quod minimè verum eſt: licet enim eãdem quan-
titatem acceperimus, manifeſtum tamen eſt aliquando vbe-
rius eſſe meum legatum. Quare ſtatuendum erit tantò minus
in tuo eſſe, quanto ex fructibus eius hæres acceperit: vnus er-
go numerat de burſa xxv. ſolidos, vt dictum eſt. alius confert
xviij ſol. & nouem denarios quaſi legata ſint lxxv. Imputan-
do & compẽſando hæredi, vel imputando ei quod medio tem
pore perceperit [quaſi tantum vnius ſit in eius legato] ſecun-
dum quod in propoſita ſpecie computationem ita iniri opor-
tet: vt ex ſeptem partibus eius quod nomine Falcidiæ debe-
ret præſtari, quaſi legata ſint lxxv. [tibi, id eſt, ex xliij. ſolidis
& nouem denariis. nam xxv. ſolidi vnius] & xviij. & nouem
denarij alterius, hanc ſummam efficiunt: quæ debent diuidi
in ſeptem partes, ego quatuor, tu tres conferamus. quoniam
quidem quarta pars amplius in meo, quàm in tuo legato eſt.
Nam xxv. ſunt quarta pars centum. Præterea lxxv. ſolidi diui-
duntur in quatuor partes: quarum quælibet continet xviij.
ſolidos, & nouem denarios: & xliij. ſolidi, & nouem denarij,
diuiduntur in ſex partes, quarum quælibet continet ſex ſoli-
dos, & tres denarios. Sicut enim tuum legatum excedit meum
in quarta quantum ad commodum: ita debet excedere quan-
tum ad onus Falcidiæ, & certè dixiſſet apertius idem per hæc
verba: ego debeo cẽtum, & tu debes lxxv. dabimus Falcidiam:
24 vt ff.eodem.l. qui quadringenta.§.qui ducenta. † Quid di-
ces de contributionibus portionum? nunquid illæ augent le-
gata? de illis dico. quia ſi quis fuerit inſtitutus ex pluribus
portionibus confunduntur: & contribuuntur omnes, & au-
gent legata. Si autem iure accreſcendi portio cohæredis mei
perueniat, diſtinguo, an grauata portio deueniat ad non gra-
uatam, meam ſcilicet, quo caſu nihil prodeſt legatariis, quo
minus patiantur Falcidiam à me: vt paterentur ab eo, in cuius
locum ſucceſſi. Si verò non grauata, deueniat ad non graua-
tam, prodeſt legatariis: vt ff. eodem.l.j.§.id quod natura. &
25 §.ſi cohæredis mei. & l.in ſingulis. & l.quòd ſi alteruter. † Vbi
autem ex ſubſtitutione pupillari ad me peruenit hæreditas, di
citur in bonis patris & filij: vnam Falcidiam ſeruari: vt ff.eo-
26 dem.l.in ratione.j.§.quod vulgo. † Cuius regulæ exemplum
bene eſt, vt videamus. Pone, Titius inſtituit filium ſuum hære-
dem, & legata vltra dodrantem reliquit, & filio pupillariter
ſubſtituit, filius adiuit hæreditatem patris: deinde deceſſit, ſub
ſtitutus extitit pupillo hæres, conuenitur à legatariis: ipſe
vnam Falcidiam de legatis ex pupilli perſona detrahere debe-
re contendit: vt ita aſſis habeat quadrantem: & ex ſui perſo-
na dodrantis reſidui vult detrahere Falcidiam: quia videntur
duo eſſe teſtamenta, vnum paternum, aliud pupillare. Sed hęc
regula non admittit: quia non duo teſtamenta, ſed vnum tan-
tùm eſt: & propter vnam ſolẽnitatem ſeptem teſtium, & pro-
pter vnum diſpoſitorem tantùm. Nec enim xiiij. teſtes exigun
tur: & pater ſolus de ſua, & pupilli hæreditate diſponit: duo
tamen videntur inteſt: quia ſunt duarum hæreditatum: vt In-
ſtit.de pupil.ſubſtit. §. igitur. & ff.de vulg.ſubſtit.l.patris. &
ideo tanquã ex vno teſtamẽto vna detrahitur Falcidia. Idéq;
eſt, vbi pater legauit tantùm à pupillo, vt ſemiſſem exhauriret
à ſubſtituto, legando alium ſemiſſem exhauriret. Nam &
tunc vna detrahitur. Si ergo conueniatur pupillus, præſtat le-
gata: quia eo viuente non poteſt habere Falcidiam: ſed ei ca-
uetur propter ſubſtitutum ſibi de reſtituendo eo, quod lege
Falcidia ei reſecandum eſt: vt ff.Si cui plus, quàm per leg. Fal.
l.j.primo reſponſo. & §.ſi legata quædam. & §.Iulianus deni-
que. & ff.eodem, l.in quantitate.§.ſed & ſi legata. Poteſtas au-
tem [regulæ] prima eſt, vt ſicut in vno teſtamẽto fit omnium
legatorum contributio: vt pariter excedant dodrantem, ite-
ne: ita & in hoc duplici teſtamento, id eſt, duarum hæredita-
tum fit omnium legatorum cumulatio, vel contributio. vt ſi
pateat totum aſſem exhauriri, detrahatur Falcidia. Si autem
non excedant dodrantem, præſtetur à ſubſtituto æs alienum:
vt hic & ff.de bonis author.iudic.poſſ.l. prima. & nihil de le-
gatis retinebitur nomine Falcidiæ, vtpote cum ea, vel multò
plus remanſerit penes hæredem, facta computatione, & om-
nium legatorum contributione. & hoc eſt, quod dicit: ſed
quæ, &c. Eſt alia poteſtas regulæ, vt in hoc duplici teſtamen-
to vnicum tempus conſideretur an locum habeat, vel non

habeat: & inquantum habet locum Falcidia, hoc eſt, tempore
mortis patris. vnde ſi tunc conſideratis legatis paterni, & pu-
pillaris teſtamenti non poterat detrahi Falcidia, quia illibata
remanſerat in hæreditate, licet poſtea caſibus minuantur, vel
pereant bona in vita pupilli, vt ſubſtitutus non habeat quar-
tam, tamen nihil detrahetur. Et hoc eſt, quod dicit de ſuo, ni-
mirum (ſine dubio) quadrante, id eſt, de eo quod tempore
mortis videbatur habiturus: vt in vno dicitur ſimplici teſta-
mento: vt ff. eodem l. in quantitate. primo reſponſo. & hoc eſt
quod dicit, quid ergo, ſi non, &c. l. in ratione. §. quod vulgo.
Nam & ſi tempore mortis patris locum habet falcidia, non au
getur propter pupilli hæreditatem, quam multis caſibus dici
oportet eſſe paternam: vt ff. eodem. l. in duplicibus. Item quod
dicit vltra vires: dic, id eſt, vltra dodrantem: aliter ff. ad Tre-
27 bellianum. l. prima. §. 18, qui. Imputantur † autem in hac
quarta, ea ſolummodo, quæ iure hæreditario capiuntur, id eſt,
quę quis habet, quia eſt hęres: & ideo, data cauſa conditio-
nis implendę. vel à cohęrede, vel à quocunque, imputari non
debent in falcidiam: niſi à ſtatulibero accipiat hęres, quod eſt
quia pecuniam hęreditariam dat ſtatuliber. Secus ſi aliunde
daret: vt ff. eod. l. id autem quod. j. reſp. & §. ſanè. & de donat.
cauſ. mort. l. quòd ſtatuliber. Item legata à cohęrede ſibi reli-
cta non imputat in falcidiam: ſicut nec data cauſa conditio-
nis implendæ, vel ab eo, vel ab alio: vt ff. eo. l. in quartam. Por-
28 rò † legatum quandoq; imputatur in primis, ſi hoc ipſo eſt à
cohærede relictum, ne falcidiam inducat: vt ff. eodem. l. quod
autem. primo reſponſo. & §. ſed ſi ideo. Item etiam imputãtur
quando cõtra hæredem vult falcidia vti, cui à ſe legatum eſt.
Si enim tantum ſit legatum, quod accipitur à cohærede quan-
tum eſt quod deſiderat detrahere ab eo legato ſibi vice verſa
relicto, obſtat doli exceptio: à cæteris autem legatariis, quaſi
nihil cupiat, ab eo detrahit falcidiam: vt ff. eodem. l. Neſco-
nius. Si verò ego hæres iuſſus ſim percipere de hæreditate, ſi-
quidem pecuniam totam imputo in falcidiam, quaſi totam iu-
re hæreditario capiam: vt ff. ad Trebell. l. deducta. §. nummis.
& de leg. ij. l. cùm pater. j. reſponſ. Si verò fundum percipiam
pro ea parte, quam habeo iure hæreditario, imputo in falci-
diam: pro ea parte verò quam à cohærede percipio, non im
puto. Nam extra quartam, id eſt, quod à cohærede percipi-
tur, & quantum ad hunc caſum, quod eſt mirabile, idem eſt
in trebellianica quarta, quamuis in ea imputentur omnia le-
gata. Sed fortè illa eſt ratio: quia eandem rem tam diuerſis iu
ribus (vt ita dixerim) habere non debet, id eſt, legati, & hære-
29 ditario iure. Sed † data cauſa conditionis implendæ, quodã-
modo imputantur in falcidiam. Si enim iuſſus fuero tibi da-
re fundum, ſi mihi centum dederis cum quarta falcidiæ, tan-
tum centum quæ mihi das ſic imputantur in falci. ne à te poſ
ſim falcidiam detrahere. Cæterum non ſic imputantur, vt ob
hoc quaſi centum ſint in hæreditatem, minus ex ſingulis lega
tariis detraham: non enim prodeſt eis totum, quod à te capio:
quia nil aliud pręter falcidiam à te videor eorum reſpectu ha
bere. Et dico hoc eſſe verum ſiue à meo cohærede capiam cau
ſa conditionis implendę, ſiue à quocunque homine: licet qui-
dam aliud dixerint. & facit pro eis, quod eſt ff. eo. l. ſi fundus
legatus. dicit enim vtile eſſe legatum fundi: & illud poſſe pati
Falcidiam: & certè falcidiam patitur remedio exceptionis,
30 vel compenſationis. † Ceſſat falcidia ratione teſtantis, vt ſi mi
d les erat:[d] ſecus in veterano: vt ff. eo. l. ſi poſt miſsionem. & l. ad
veterani. & l. ſi miles. & j. cod. in teſtamento. Item ratione rei:
vt ſi legantur inſtrumenta: vt j. eod. l. ſi prædiorum. quod eſt
ideo: quia inutile eſſet hæredi quartam inſtrumenti habere: li-
cet poſſet dici, inſtrumentorum æſtimationis falcidiam de-
trahi. ſed id non puto. Item ſi pro dote, vel dos ipſa legetur
mulieri, ceſſat Falcidia, ob id ſcilicet: quia ſuam rem mulier
recipere videtur. Sed & de his quoque rebus quæ mulieris
cauſa emptę paratæ eſſent, nominatim ipſa lege falcidia ex-
preſſum eſt: vt hæ quoque res extra modum legis falcidię eſ-
ſent: plane in commodo repræſentationis legatæ dotis, fortè
poſſet habere locum falcidia: vt ff. eod. l. j. §. ſi quis creditori.
& l. cùm dotem. & l. ſi vſusfructus. §. dos. & de dote pręlega.
l. ij. §. idem Iulianus. Item ceſſat Falcidia in libertatibus: vt ff.
de inoffic. teſta. l. Papinianus. §. ſed an & libertates. Item ceſ-
ſat ſi relictum eſt aliquid filio, pro debito bonorum ſubſidio:
vt ſ. de inoffi. teſta. l. ſcimus. Item ceſſat ex delicto hæredis: vt
ſi accommodauit fidem, vt aliquid reſtituat non capaci: vt ff.
eod. l. j. §. ſi quis creditori. niſi fecerit ex neceſsitate, vel iuſſis
domini, vel patris inſtituentis eum. Idémque eſt, & ſi hæres id
exegerit: vt fideicommiſſum intercidat, cancellando teſtamẽ-
tum: nec enim detrahit falcidiam. Sic eſt & ſi rem legatã ſub-
traxerit de hæreditate, vel negauit eam rem hæreditariam eſ-
ſe, contendendo rem eſſe ſuam propriam, & de mendacio con
uincitur: vt ff. eod. l. ſi tacitum. & l. beneficio. & l. hæreditatũ.
31 §. vlti. Iſtæ cauſę ſunt de iure veteri: † iure authenticorũ ſunt
& alię: vt ſi quid relinquatur ad pias cauſas: puta, in redẽptio-
nem captiuorum: vt in authen. de eccle. ti. §. ſi autem hęredes.
Sed olim erat contrarium: vt ff. eod. l. j. §. ad municipium. Li-
cet poſſet diſtingui, vtrum relinquatur eccleſiæ ſimpliciter. i.
Deo: tunc locum habet falcidia, an relinquatur eccleſiæ, & ad
piam cauſam: puta, vt redimat captiuos. Sed melius eſt fauore
clericorum: vt dicamus correctum. Item ceſſat Falcidia in ea
re, quę ita relicta eſt, ne alienetur: ſed permaneat apud ſucceſ
ſores eorum. vt in authen. vt ſpon. lar. §. vlti. Sed & cum te-
ſtator expreſsim vetuit detrahi falcidiam, non ignarus quis
ſit modus ſui patrimonij, falcidia ceſſat. & ſi hęres in hoc nõ
pareat defuncto, defertur hęreditas perſonis enumeratis in
authen. de hęre. & fal. §. his igitur à nobis. & §. ſi verò expreſ
ſim. Item ceſſat falcidia ex eo, quòd veriſimile eſt hæredem vo
luiſſe remittere eam. Nam ſi quędam legata pręſtat, inſolidũ
agnoſcens ſubtiliter menſuram ſubſtantię, neque ex his repe
titio, neque ex aliis datur eis retentio: niſi inopinatum quid
emergat. His ceſſantibus locus eſt falcidię ſi fiat inuentarium,
ſecũdum modum, tempúſque ſtatutum. In aditione hac quo-
que habita obſeruatione. i. pręſentia omnium ipſius ciuitatis
in qua fiet, legatariorum, aut pro eis agentium, ſi perſonę ra-
tio ſit habenda: vel ſi quis ex his abfuerit, aut intereſſe nolue
rit, ſuccedat pręſentia trium teſtium locupletum, & bonæ opi-
nionis de eadem ciuitate, abſque pręiudicio veritatis inquirẽ-
dę per ſeruorum quæſtionem, & hęredis, teſtiúmque iuſiuran
dum, quo non obſeruato, ſolida legata pręſtet: tametſi fines
hęreditarios excedant. Nulla autem talium quęſtionum, vel
litium tranſcendat annum, ab admonitione iudicis computã-
dum, vt in authen. de hęre. & fal. ſi verò expreſsim. & §. ſanci-
mus, & ſequentib.

ANNOTATIONES.

a Mortis cauſa. Vide ad hoc Spec. in titu. de leg. fal. per to. Bald. & doct.
in l. & ſi mortis. C. ad l. fal. Bald. in l. qui & pretio. ff de do. cau. mor. &
in l. cum pater. §. eorum. de lega. ij. do. Christo. & ibi Iaſon. in addi. §.
ſupereſt. nu. 3. de leg. fal. Inſti. Paulus de Caſt. in conſil. cxlviii. vbi eſt
tota materia.

* §. Item ſi ita. Vide Alc. Parerg. j. cap. xi.

b Monumenti. Ad hoc vide Barto. in l. prima. §. de impenſa. ff. ad leg. fal.
& ibidem Angel. & Doct.

c In vna re. Ad huius concluſionis reſolutionem vide Bart. in auth. res
quæ. C. com. de le. Bal. in l. iubemus. in prima. col. C. ad trebel. & in l. fi-
lium, quem. C. fami. ercis. Canoniſt. in ca. Ray. de teſta.

d Miles erat. Totam materiam vide per Bart. in l. milites. C. de teſta. mi
lit. & Bald. & Bart. in l. neque. co. tit. Canoniſt. in ca. Ray. de teſta.

De caducis tollendis. *Rubrica.*

1 *Legatum multis modis fieri caducum.*
2 *Legatum pro non ſcripto quando dicatur, & quando in cauſa caduci, & quando caducum.*
3 *Diem hæreditatis vel legati olim non ceſsiſſe niſi ab apertura tabularum: hodie verò cedere ſtatim à morte teſtatoris. atque inibi quomodo accipiendum ſit hic verbum cedendi.*
4 *Legatarium decedentem poſt mortem teſtatoris ante aditam hæreditatem tranſmittere legatum ad ſuum hæredem quatenus verum ſit. & nume. 6.*
5 *Hæreditas non adita an, & quando poſſit tranſmitti.*
7 *Legati ſub conditione relicti dies quando cedat.*
8 *Legatũ ſub cõditione relictũ quibus modis deficiat: & ad quos ſpectet*

ſpectet, quando deficit. & nu. 13.
9 *Legatum ex quibus conditionibus non reddatur conditionale.*
10 *Legata caduca ad quos deueniant. & nu. 15.*
11 *Coniunctos aliquos eſſe in legato, quot modis poteſt contingere. & qui coniuncti faciant partes: & qui præferri debeant. num. ſeq.*
12 *Onus legato impoſitum comitari legatum quatenus verum ſit. & num. 16.*
17 *Coniuncti re tantum, vel verbis tantum, vel re & verbis ſimul quomodo differant inter ſe quo ad agnoſcendum onus impoſitum legato, quod ad eos peruenit per ius accreſcendi.*
18 *Legatariis coniunctis ita demum accreſcere portionem deficientis ſi voluerint, non etiam inuitis: aliter atque in pluribus cohæredibus.*
19 *Hæredibus pluribus inter ſe coniunctis, qui quibus præferantur.*

DICTUM eſt ſuprà de legatis, quæ defalcantur per legem falcidiam, & pro parte irrita conſtituuntur: & quia olim ſæpe fiebant in totum irrita, ideo ponit de caducis legatis: ſed quoniã quibuſdam modis, & iniquis rationibus, olim quandoque fiebãt caduca, ideo ponit de legatis caducis tollendis. Videndũ itaque quot modis legatum ſit caducum, ad quos deueniant caduca, & pro quibus portionibus: & quãdo cum onere, vel ſi-
1 ne onere. †Eſt autem ſciendum, quòd legatum multis modis
a fit caducum[a], & inutile: ſicut diximus cum tractaremus de legatis: ſed hic non proſequitur niſi tres modos: ſcilicet, quando legatum eſt à principio pro non ſcriptum. Vel poſtea cauſa caduci in vita teſtatoris. Vel poſt mortem eius aliqua ra-
2 tione deficiebat, & aperta voce dicebatur caducum. †Pro nõ ſcriptum eſt, quòd relinquitur ei, qui eſt in rerum natura tempore teſtamenti. In cauſa caduci eſt, quod relinquitur ei qui eſt in rerũ natura: ſed poſtea deceſſerit viuente teſtatore. Caducum eſt, quòd deficit poſt mortem teſtatoris, quacũque ratione vt j. §. & cum triplici. olim tamen deficiebat, quibuſdam
3 rationibus poſt mortẽ, quibus non deficit hodie. Nam† ſi hæres inſtitutus, vel legatarius decederet ante aperturã tabularum, deficiebat hæreditas, vel legatũ: nec enim cedebat dies legati, vel hæreditatis: niſi ab apertura tabularũ: nec antea poterat adiri hæreditas, niſi quis eſſet ſuus hæres inſtitutus inſolidũ: vt ſ. de iure deli. l. ſi fratris. & ff. de iur. & fac. igno. l. j. §. vlt. Hodie verò quandoq; poſt mortẽ teſtatoris adiri poteſt hæreditas, ſint, vel non ſint apertæ tabulæ. Vnde & dies legatorum cadit à morte teſtatoris, non ab adita hæreditate: vt j. hac l. §. cùm igitur. Et verbũ quidẽ, cedendi, propriè nõ ponitur hic: nã aliàs dicitur cedere dies obligationis: quia iam aliquis cœpit eſſe obligatus: vt ff. de ver. ſignif. l. cedere. Sed hic diximus cedere diem, non quantum ad obligationẽ, quia nullo modo debetur ante aditam hæreditatẽ, ſed quantum ad tranſ-
4 miſsionem. Si †enim decedat legatarius poſt mortem teſtatoris, legatũ tranſmittitur ad ſuum hæredem, ſi legatum erat purum, vel relictum in diẽ certum. j. ead. l. j. §. cùm igitur. niſi in caſibus: legatum enim libertatis, item legatũ relictum ſeruo in teſtamento manumiſſo, vel alij legato, item legatum vſusfructus vel vſus & habitationis, non cedit niſi ab hæreditate adita: vt j. ead. l. vnic. §. in nouiſsimo. & §. in libertatibus. & ff.
5 quando dies lega. ce. l. ij. Item† hæreditatis dies etiam purè relictæ, nullo modo cedit, quantum ad tranſmiſsionem, niſi relicta eſſet liberis à parẽtibus: vel niſi hæres decedat intra annum deliberationis: tunc enim tranſmittit ad hæredem ſuum ius deliberandi: vt j. ead. l. vnic. §. in nouiſsimo. & diximus ſ.
6 de iure delibe. Cedit† tamen hæreditatis dies mortuo teſtatore: quia non expectata apertura tabularum adiri poteſt hæreditas, vt dictum eſt. Si autem relinquatur legatum in diem incertum: puta, cùm morietur legatarios, tale legatum ad hæredem ſuum tranſmittitur: cedit enim, eo viuente: quia ipſe morietur ſe viuente: mortuus enim mori non poteſt. Sed ſi relinquatur tibi cùm hæres morietur, legatum cõditionale eſt. Vnde legatarius non tranſmittit legatum ad hæredem ſuũ, ſi moriatur viuo hærede: ſecus ſi poſtea: vt ff. quando dies lega. ce.
7 l. ſi cum hæres. Si† autẽ aliquid relinquatur ſub cõditione poteſtatiua, vel caſuali, vel mixta, expectari oportet cõditionis euentum, ſub qua relictum eſt: vt tunc cedat, cùm conditio im-
8 pleatur, vel dies incertus extiterit. Si autem† in medio moriatur legatarius, vel eo ſuperſtite conditio defecerit, legatũ deficit, & remanet apud eos à quibus derelictum eſt: niſi legatarius habuerit coniunctum, vel ſubſtitutũ: vt j. ead. l. §. ſin autẽ aliquid. Quod dictum eſt: ſi legatarius moriatur pendente cõditione, ſeruatur: & ſi damnetur in metallum. Sed ſi deportetur in inſulam, non ideo extinguitur legatum: quia legatarius poteſt in ciuitate reſtitui: vt ff. de condi. & demonſt. l. interci-
9 dit. Item† ſpeciale eſt in quibuſdam conditionibus, vt non faciant legata conditionalia quantum ad inhibendam trãſmiſſionem, ſcilicet conditiones illæ, quæ inſunt tacitæ. Item conditiones, quæ omnino extituræ ſunt ab adita hæreditate: vt ff. de condi. & demonſt. l. conditiones extrinſecus. & de lega.
10 j. l. iij. †Perueniunt legata caduca ad ſubſtitutum: quòd ſi nemo ſit ſubſtitutus, accreſcit coniuncto (vt dictum eſt) diſtin-
11 ctione facta coniunctorum: quia alij† ſunt coniuncti re & verbis, alij re tantum, alij verbis tantum. Re & verbis, ita, Titio Mæuio Stichum lego: vtriq; enim legatum eſt inſolidum, & eadem ratione verborum: ſed concurſu fiunt partes: vt ff. de leg. iij. l. coniunctim. Re tantum coniuncti ſunt: vt cùm Titio primò lego Stichum, deinde eundem lego Mæuio. Et iſti dicũtur verbis diſiuncti, in hoc tit. & Inſti. de leg. §. ſi eadem. & §. coniunctim. Et eſt hoc notandum: quia ſemper videtur non habuiſſe animum adimendi primo: niſi cõtrarium probetur: vt ff. de lega. j. l. ſi pluribus. Item ſemper præſumitur quod viriles partes ſemper eos voluit habere: niſi contrarium probetur: vt ff. de leg. j. l. ſi pluribus. Verbis tantum coniuncti ſunt: vt cùm dico, Titio & Mæuio Stichum pro æquis portionibus do lego: vt ff. de hære. inſtit. l. ſi quis hæres. Quid ſi teſtator dicat, Titio fundi dimidiam portionem, Mæuio alteram dimidiam lego? videtur quòd ſint coniuncti: vt ff. de lega. ij. l. Mæuio fundi. Sed tamen puto contrariũ: vt ff. de leg. ij. l. & Proculo. lex enim illa eſt intelligẽda, quando eandẽ dimidiam le-
12 gauit vtriq;. Qui ergo† re & verbis coniunctus eſt, præfertur cæteris: vt ff. de leg. iij. l. re cõiuncti. & j. ead. lege. §. ſi verò quidam ex hæredibus. Si verò vnus re, alter verbis cõiunctus eſt, quidam dixerunt re coniunctum præferendum: quidam coniunctum verbis: arg. ſumentes vtrique ex prædicta l. re cõiuncti. ff. de lega. iij. ergo vtrunq; admitto: vt ff. de hære. inſti. l. ſi ita quis hæres. Hæc regularia ſunt: in caſibus enim pars collegatarij non accreſcit coniuncto: & ita legatarius deficiẽs, dicitur alteri partem facere, ſcilicet, cùm legatur tibi, & non capaci, vel cùm legatur tibi, & alij res tua: vel cùm teſtator legat tibi & ſeruo ſuo: & vel cum legatur capaci, & non capaci: vt ff. de leg. j. l. planè. j. §. ſi coniunctim. & l. huiuſmodi. §. ſi
13 Titio. & de leg. ij. l. ſi Titio. †Remanet legatum deficiẽs apud hæredes pro portionibus hæreditariis: cùm ab ipſis ſimili modo ſi valuiſſet, præſtaretur: niſi nominatim ab vno, vel à certis hæredibus fuerit relictum: tunc enim quemadmodum ſolus, vel ſoli præſtabunt, ita & lucrum ſentiunt: vt j. ead. lege. § ſed vt manifeſtetur. Item ſicut hæredes propriis nominibus expreſſis non appellatiuis onerati ſunt præſtare legatum: tenerentur pro virilibus portionibus: vt ff. ad Trebel. l. quoties. & l. nonnunquam. ita pro virilibus portionibus debet legatum remanere apud eos. Si autem non hæredes, ſed legatarij, vel fideicommiſſarij, vel mortis cauſa donatarij, vel ſimiles perſonæ onerati ſint præſtare fideicommiſſum, & fideicommiſſum deficiat, remanebit apud oneratos pro virili portione: quia & pro ea tenebantur: vt j. eod. §. ſin autem legatarij. ſi autem legatum deficientis remaneat apud coniunctos, debet remanere pro virili portione: ſicut viriles portiones habuerunt in legato. Nam & ita dicitur in ſubſtitutione cohæredum inter ſe: vt pro partibus hæreditariis admittantur: vt ſ. de impub. & aliis ſubſti. l. j. & inſti. de vulga. ſubſtitu. §. & ſi
14 ex diſparibus. †Onus impoſitum legato comitatur lega-
b tum[b]. Diſtingue tamen an ſit legatum pro non ſcriptum: an in cauſa caduci, vel caducum. In pro non ſcripto non comitatur onus legatũ, etiam veteri iure: vt j. ead. l. §. in primo. niſi libertatis fauore: vt ecce, legatus eſt ſeruus ei qui nõ eſt in rerum natura, & rogatus eſt eum manumittere. Hæres enim apud quem remanet ſeruus, debet ipſum manumittere: vt ff. de

fideicom. liber. l.cùm verò. §.ſi pro non ſcripto. Idem dicunt
& de impenſa funeris, quam legatarius qui non erat in rerum
natura rogatus erat facere. ſ. vt cóiunctus, vel ſubſtitutus, vel
hæres apud quem remanet legatum, teneatur expẽſam agno-
15 ſcere: ſed ego in lege id non reperio: & idcirco nec dico. † Eſt
quoddam legatum quod quaſi pro non ſcriptum eſt: vt cùm
aliquis ſibi adſcripſit in teſtamento legatum, & onus: vt vbi
onus comitatur legatum: & apud hæredem remanet: vt ff. de
his, quæ pro non ſcriptis habentur. l. vlti. Si autem legatum ſit
in cauſa caduci, vel caducum, legatũ remanet apud prædictas
perſonas, & cum onere ſuo: licet cõtrarium veteri iure dicere-
tur: ſiue ſit onus in dando, ſiue in quibuſdam faciendis, quæ ta
men poſſunt adimpleri per alium, vel in modo, vel in conditio
nis implendæ gratia: vel alia quacunq; via excogitatum: neq;
enim ferendus eſt, qui lucrum quidem amplectitur, onus au-
16 tem annexum ei contemnit: vt j. ead. l. §. pro ſeruo. Si † autem
onus in faciente impoſitum ſit tale, quod teſtator noluit adim-
pleri per alium, vel etiam non poteſt adimpleri per alium: tunc
& ſi lucrum ad aliquem perueniat, non tamen grauamẽ ſequi-
tur: quia hoc nec ipſa natura concedit, neque teſtator voluit.
quid enim ſi iuſſerit eum in locum certum abire, vel liberali-
bus ſtudiis imbui, vel domum ſuis manibus extruere, vel pin-
gere, vel eaorem ducere? quæ omnia teſtatoris voluntas in
ipſius ſolius perſona intelligitur cóncluſiſſe, cui & ſuam muni
ficentiam relinquebat. Onera autem dãdi per quemuis alium
poſſunt adimpleri: & ideo ſubeunda ſunt ab omnibus apud
quos remanet, vel quibus accreſcit legatũ: vt j. eo. §. ne autem.
Si quæras, cur aliud ſit in pro non ſcripto? Reſpondeo: quia
legatum pro non ſcriptum ab initio non tenet: ergo oneris ad
iectio eſt nulla: vt in aliis: quia legatum ab initio tenet, licet ex
poſtfacto deficiat: onus tamen quod ex eo ſumpſit vires, non
ideo infirmatur. argu. ff. de verbor. obligat. l. in illa ſtipulatio-
ne. & de iniuſto rupto teſta. l. nam & ſi. §. rumpendn. Quod
17 autem † dictum eſt, onus eſſe adimplendum à coniunctis in
legato, eſt intelligendum indiſtinctè verum eſſe, quando o-
nus erat impoſitum communiter omnibus legatariis: ſi au-
tem erat impoſitum deficiente legatario tãtum, diſtinguitur,
vtrum alij quibus accreſcit legatum, erant coniuncti re tan-
tum: & ita verbis erant diſiuncti. An erant coniuncti re &
verbis, vel verbis tantum. Si erant coniuncti re tantum, iſti
in lege appellantur diſiuncti: ideo tenetur ſubire onus impoſi-
i tum deficienti, cùm ideo teſtator diſiunctim videtur reli-
quiſſe legatum: vt vnuſquiſque ſuum onus, non alienum a-
gnoſcat. Nam ſi contrarium volebat: nulla erat difficultas
coniunctim ea diſponere. Si autem alij coniuncti ſunt re &
verbis, vel verbis tantum, tenetur ſubire onus impoſitum de-
ficienti: vt infrà ead. l. §. ſi autem à deficientis perſona. & §. ſi
18 verò nemo. † His autem collegatariis volentibus demũ ac-
quiratur: vt infrà eodem. §. vbi autem. ſecus in cohæredibus,
in quibus ſeparatim dico, quod pars deficientis ad cohære-
des etiam inuitos peruenit, & ad cohæredum hæredes: licet
ſecus ſit in ſubſtitutione quæ ad hæredem non tranſit: vt ff.
de ſuis & legi. hæred. l. ſi ex pluribus. Item accreſcit cum
onere ſuo, ſiue pars deficiens erat in cauſa caduci, vel cadu-
ca, vel pro non ſcripta: licet aliud ſit in legato: vt ſuprà di-
19 ximus. Sed & inter † cohæredes idem erit dicendum, vt pars
deficiens primum accreſcat coniunctis re & verbis. Illis
non exiſtentibus accreſcit coniunctis re tantùm, vel verbis
tantum: vt infrà ead. l. §. his ita diffinitis. item illud in cohæ-
redibus, & collegatariis ſeruatur: vt ſubſtitutus præferatur
coniuncto.

ANNOTATIONES.

a Fit caducum. De iſta materia vide Bart. in l. Celſus. & in l. pater meus. ff. de leg. ii. Bal. & Doct. l. j. in v. opp. C. de his quæ pœ. no. Pau. de Caſt. in conſ. ccxxi. qui multos caſus ponit.

b Comitatur legatum. Ad iſtam materiam vide Barto. in l. filia. ex par. te. 4. matri. ff. de adi. leg. Bald. in l. j. . ltim. oppo. C. de condi. inſer. & in l. prima. §. pro ſecundo. C. de cadu. tol. Doct. in l. Plautius. & in l. ſi partem. ff. quemad. ſerui. admit. quibus in locis de iſta materia copioſè habes.

De his qui ante apertas tabulas hæreditatem tranſmittunt. *Rubrica.*

1 *Hæreditas vel legatũ à quibus, & ad quos tranſmittatur ante aperturam tabularum.*

2 *Fideicommiſſariam hæreditatẽ non tranſmitti nec ad ſuos quidem, fideicommiſſario decedente ante euentum conditionis.*

QVALITER legata, vel hæreditates fiãt cadu-
ca ſ. in genere dictũ eſt: nunc autem ſpecialiter po
nit de quibuſdã perſonis, in quibus relicta nó ſút
1 caduca. ſ. in perſonis liberorum. † Nam hæreditas,
vel legatũ relictũ alicui de liberis, vel fortè de parentibus: vt
j. de ſuis & legitimis. l. apud. etiã ſi is decedat ante aperturam
tabularum, vel ante aditam hæreditatem, ſciens, vel neſciens
eam ſibi delatam: nihilominus tranſmittitur ad ſucceſſores
ſuos: vt ſ. tit. proxi. §. in nouiſſimo. Caue tamen tibi: quia nó
tranſmittitur ad quemlibet, ſed oportet vt is, qui tranſmittit,
& is cui tranſmittitur, ſit de liberis: vt j eod. l. j. fortè vel de pa
rentibus: vt j. de ſuis & leg. l. apud. Non diſtinguo an ſit ſuus,
an emancipatus: licet arg. ſit in contrariũ ſ. de iure delibe. l. cũ
antiquioribus. Nã & hic loquitur de nepotibus ex filia, quos
2 certum eſt non eſſe in poteſtate. † Quod dicitur hæreditatem
cuius dies non ceſsit, tranſmitti, malè eſt à quibuſdam intelle-
ctum: vt puta, in caſu tali, Inſtituo filios meos hæredes, & ſi
quis eorũ ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo ei alios: deinde vnus
deceſſerit relicto filio, poſtea deceſſerit alius ſine liberis, quæ-
ro, an filius primò decedẽtis, quaſi ex perſona ſui patris, ad fi-
deicõmiſſariam hæreditatẽ, poſsit admitti cum patruis ſuis,
vel ſine patruis ſuis? & ergo dico, quòd non. Et eſt ratio: quia
non exorit conditio legati in perſona patris huius: his enim
tantum reliquit teſtator, qui ſuperuixerunt: cum ergo pater
huiuſmodi nó ſuperuixerit ei qui ſine liberis decedit, nec po-
teſt dies ei relictũ: vt ſ. de fideicõ. l. ſi in perſona. & ff. de leg.
ij. l. vnum. §. rogo. & l. cùm pater. §. hæreditatem. ſed quæri po
teſt. an ſit diſtinguendũ ex teſtamento, an ab inteſtato delata
ſit hæreditas. nec enim ibi loquitur, niſi in relicta portione.

Quãdo dies legati, vel fideicõmiſſi cedat. *Rub.*

1 *Legati purè relicti diem cedere à tempore mortis teſtatoris, atque inibi an id ſit perpetuum. & nu. 5.*

2 *Libertatis purè relictæ dies quare non cedat ante aditam hæreditatem.*

3 *Legati relicti ſeruo manumiſſo in teſtamento dies quare nõ cedat ante aditam hæreditatem.*

4 *Legati vſusfructus aut habitationis dies quare non cedat ante aditam hæreditatem.*

6 *Legati in diem relicti dies quando cedat.*

7 *Legati ſub conditione relicti dies quando cedat.*

8 *Cõditio legato adiecta quãdo non reddat legatum cõditionale.*

9 *Conditionũ legato adiectarum exiſtẽtia quomodo conſideranda.*

10 *Conditiones plures vbi legato adiecta ſunt, an oporteat omnes adimpleri, an verò ſatis ſit vnam eſſe impletam.*

11 *Conditionem non ſufficit impleri de facto, niſi etiam impleatur de iure.*

VT de ceſsione diei plenior habeatur notitia: ſcien
dum eſt quædam purè. i. ſine die, vel conditionis
appoſitione relinqui, quædam in diem, quædam
1 ſub conditione. Et † ſi quidem purè fuerit legatũ
a cedit dies eius à morte teſtatoris[a] ſ. quantum ad tranſmiſsio-
nem, non quantum ad hoc vt debeatur: hoc ita, niſi in caſibus
quibuſdam: vt notauimus ſ. tit. proxi. Quæ autem ſit ratio
2 in caſibus illis, ſi placet, ſic attendite: † libertatis ideo non ce-
dit dies ante aditam hæreditatem: quia ſi diceretur cedere dies
quantum ad tranſmiſsionem legatæ libertatis, hoc nihil eſ-
ſet. Hæres enim eius mortui libertatem petere non poſſet,
cum mortuus manumitti non poſsit: ſed nec ſuam propriam
libertatem hæres ſerui petere poſſet: quia ſibi non fuit legata:
quia ergo nullum commodum eſſet, dicitur ante aditam hæ-
redita

reditatem dies non cedere. Cæterum poſt cedit:& quia debe
3 tur,& peti poteſt.†Item & in legato relicto ſeruo in teſtamē-
to manumiſſo,eadē ratio eſt:quia ſi diceretur antecedere dies:
ergo nullum eſſet legatum:vt pote, cū ante,aditā hæreditatē
ſit ſeruus,& cederet tunc dies relicti:ergo acquiretur hæredi-
tati:vel(quod eſt verius)nullum eſſet legatum:quia hęreditas
ſibi à ſe debere aliquid non poteſt:vt ff.eo.l.hæredis.§.vlt. &
l.nam eum. Et eadē ratio eſt,vbi aliqoid eſt legatum ſeruo te-
ſtatoris,qui alij legatus eſt:nā & tunc ſi diceretur cedere dies,
magis hæreditati diceretur acquiri cuius interim eſt ſeruus:
4 vel quia nulli:quia ſibi deberi non poſſet hæreditas.†In vſu-
fructu autem & habitatione,aperta ratio eſt:quia ad hæredes
eius,cui relicta ſunt,tranſmitti non poſſunt:cum ſint perſona-
5 les ſeruitutes:vt ff.eo.l.ij.& l.ſi habitatio. †Et ſunt prædicta
vera,niſi tacitè inſit conditio. Hic tamen diſtinguendum eſt,
vtrum inſit ex rei legatæ natura: vt quia legat partum ancil-
læ futurum,vel fructus fundi futuros:vt ff.de cōdi. & demō.
l.j.vt tunc cedat dies ſtatim.vt in purè legato:vt ff. de condi.
& demonſt.l.conditiones. An ex verbis defuncti in teſtamē-
to poſitis ſumatur conditio:puta,primò legauit purè, poſtea
in inferiore parte teſtamenti conditionem adiecit : vel primo
tibi purè,poſtea idem ſub conditione mihi legauit purè:dein
de ademit tibi ſub conditione. Et in his caſibus cedet dies le-
gati ab euentu conditionis:vt ff.de adimen. lega. l. ſi legatum
purè.& ff.eo.l.quod purè. Et quod dictum eſt in tacita condi-
tione,quæ ineſt ex natura rei,ſeruatur & ſi extrinſecus ſuſpē-
datur legatum,non ex ipſo teſtamento:veluti ſi rem dotalem
legauit maritus alicui extraneo,& vxori aliquam pecuniam
pro re dotali legauit: deinde deliberante vxore de electione
dotis,vel legatæ pecuniæ,deceſsit legatarius:poſtea mulier le
gatum elegit,tranſibit legatum dotis ad hæredem legatarij:
magis enim mora,quàm conditio legato videtur iniecta: vt
6 ff.eo.l.quod purè.†Vbi autem dies eſt in legato appoſita, aut
certa:tunc cedit dies legati,vt in puro:aut incerta:puta,cū mo
rietur Titius: nam licet Titium moriturū ſit certum,incertū
eſt tamen quando:& tunc diſtingue vtrum legem tibi,cū mo-
rieris,aut cū morietur hæres,vel extraneus. In primo caſu ce
dit dies legati ſtatim:ſed in aliis non,niſi exiſtente cōditione.
Vnde hic dies incerta pro conditione habetur: nec cedit dies
interim:vt ff.eo.l.ſi cum hæres.& de condi.& demonſt.l.hęres
7 meus.& l.dies incertus:vt notatur ī tit.proxi.†Vbi autē ſub
conditione aliquid eſt relictum,ibi non cedit dies,niſi exiſten
te conditione.etiamſi ita lego tibi,ſi volueris: vt ff. de condit.
& demon.l.ſi ita expreſsim:hoc ita,ſi cederet dies nulla appo
ſita conditione. Cæterum in quibus nō cedit dies in puris, in
eiſdem non cedet:ſi fuerit purificata per euentum cōditionis:
quia tunc perinde habetur,ac ſi purum eſſet:vt ff.de fideiuſſ.l.
8 ſi à reo.§.ſub diuerſis.non tamen†omnes conditiones expreſ
ſæ faciunt legata conditionalia:vt ecce,ſi ſub eadem condi-
tione,qua te hæredē inſtitui,Titio legaui: purè enim videtur
legatum:quoniam certum eſt hærede adeunte,debiū iri lega
tū.idem eſt & ſi Titio legaui ſub conditione illa,ſi hæres ille,
quē inſtitui,hæreditatem meā adierit. Si tamen duos hæredes
inſtituā,& ſi alter ex his adeat,hæreditatem alicui legem, ab
omnibus hæredibus,non erit quidē ſuperuacua ea conditio.
Sed in portione quidē cohæredis valebit:in ipſius autē, in cu-
ius perſona conditio cōpręhenſa eſt ſuperuacua erit: perinde
ac ſi ſolo hærede inſtituto,eo modo legatum eſſet.vt ff.eo. l.ſi
dies.§.ſub cōditione.& l.ſi Titio.§.quędam. Caue tamen tibi:
quia in ſuperiori caſu,cùm legaui tibi ſub eadem conditione
qua hæredē inſtitui,poſſet cauillari. Nā & ſi eadē ſit legati, &
hæreditatis cōditio,poteſt tamē eſſe,qoòd in huiuſmodi per-
ſona cedit dies:in illius verò nō. Eſt ergo,quod dixi intelligē
9 dū,quādo conditionis ſubſtātia pariter in vtroq; exiſtit. †De
exiſtentia autem conditionum breuiter aliquid videamus. Et
10 quidē vna tantum apponitur cōditio,& tunc eſt ei † omnino
parendum:aut plures,& tūc ſi quidem diſiunctiuè,id eſt, per
diſiunctiuam conditionem,tunc alteri parere ſufficit:vt ff. de
condit.& demon.l.cùm pupillus.§.diſiunctiuo. Hæc ita, ſi ſit
diſiunctio in diuerſis conditionibus:ſecus in contrariis:puta,
ſi nauis ex Aſia venerit,lego:aut ſi non venerit,lego. & in his
diſtingue, vtrum teſtator duas conditiones facere voluerit:
vt tunc non cedat dies, niſi certum ſit aliquam extitiſſe, au[t]
vnam habētem duo membra,& tunc purum habetur legatū:
vt ff.eo.l.huiuſmodi.& ff.de periculo & commo.rei venditę.
l.neceſſario.§.ſi ita. Si verò coniunctiuè ponantur,vtraque eſt
adimplenda:vt ff.de cōditionibus inſtitution.l.ſi hærede. Vbi
verò in diuerſis partibus teſtamenti,conditiones eidem lega-
to appoſitæ ſunt in legatis,vltimę in libertatibus,leuiori ob-
temperaſſe ſatis eſt:vt ff.de conditio.& demonſtr.l.quod tra-
ditum.& l.non ad ea. Sciendum eſt autem,quòd verbum, ce-
dendi,non propriè hic ponitur:vt diximus ſuprà titu. proxi.
11 †Item illud notandum,quòd cōditio non ſolum de facto, ſed
etiam de iure eſt adimplenda:vt ſi lego puellæ ſi nupſerit : nā
pubes debet nubere:nec enim videtur nupta,quæ virum pati
non poteſt:vt ff.eo.l.pen.

ANNOTATIO.

a Morte teſtatoris. Ad huius tit.materiam vide Barto.in l.quidam cum filium.§.fin.& in l.filius.de verb.obl.Angel.Are in §.ſi peculium, nu. 2.cum plu.ſeq.Inſti.de lega.char.127.& in pluribus aliis.§.eiuſdem titu.vbi examinatur tota illa materia.

Vt in poſſeſsionem legatorum, vel fideicōmiſſorum ſeruandorum cauſa, mittatur, & quando ſatiſdari debeat. *Rubrica.*

1 *Satiſdatio pro legatis praſtandis quando interponenda ſit.*
2 *Satiſdatio pro legatis quando ceſſet. & nu ſeq.*
4 *Satiſdationem ſemel duntaxat interponendam pro legatis,atque inibi an id ſit perpetuum.*
5 *Satiſdari pro quibus legatis debeat.*
6 *Satiſdari legatorum nomine quibus debeat.*
7 *Satiſdare pro legato qui teneantur.*
8 *Satiſdatio pro legatis quomodo praſtanda ſit.*
9 *Satiſdatio legatorum nomine quomodo interponenda ſit.*
10 *Satiſdatio pro legato ad quid petatur, ſeu qua veniant in eam.*
11 *Harede recuſante ſatiſdare pro legatis, qua ratione ſuccurratur legatarius.*
12 *Legatarium miſſum in poſſeſsionem cauſa legati ſeruandi,poſſidere ſibi duntaxat,non etiam aliis legatariis: aliter atque vno ex pluribus creditoribus miſſo in poſſeſsionem rei ſeruanda cauſa.*
13 *Miſſos prius in poſſeſsionem praferri poſtea miſsis,ſi non ſint eiuſdem tituli.*
14 *Legatarium mitti in poſſeſsionem etiam pro re minima legata,atque inibi in quorum bonorum poſſeſsionem fiat miſsio. & nu.16.& 20.*
15 *Bonorum appellatione quid contineatur,cum tractatur de mittendo legatario in poſſeſsionem bonorum.*
17 *Miſsionis in poſſeſsionem legatorum ſeruandorum cauſa effectus qualis ſit.*
18 *Legatarij miſsi in poſſeſsionem legatorum ſeruandorum cauſa partes qua ſint.*
19 *Miſſo in poſſeſsionem legatorum cauſa quando diminuere ſit permiſſum ob cauſam victus ſeu alimentorum.*
21 *Satiſdationem,qua praſtari ſolet ab harede legatorum ſeu fideicommiſſorum nomine,remitti poſſe per teſtatorem: non etiam eam ſatiſdationem,quam praſtat legatarius vſusfructus ipſi haredi.*
22 *Haredem ſatiſdare debere pro fideicommiſſo vniuerſali reſtituendo poſt mortem ſuam,niſi filius aut fratribus ſuis rogatus ſit reſtituere.*

QVONIAM pro legatis ſatiſdandum eſt,Videndum quādo ſatiſdatio debeat interponi.pro quibus legatis,quibus debeat ſatiſdari, qui debeant ſatiſdare,qualiter ſit ſatiſdandum, & quid veniat in ſatiſdationem.Item quid iuris ſit.ſi hæres nolit ſatiſ-
1 dare,vel ſi ab aliquo non ſit ſatiſdatum. †Eſt autem ſatiſda-
tio præſtanda demum adita hæreditate, vel agnita bono-

2 rum poſſeſsione:ſi enim certum eſt hæreditatē † repudiatam,
vel omiſſam,vel abſtentos neceſſarios heredes,fruſtra implo-
ratur ſatiſdari , cum certum ſit legatum , vel fideicommiſſum
non deberi. Idemq́ue eſt , ſi certum ſit hæreditatem nondum
aditam. Si autem dubium eſt , an ſit adita hæreditas, vel non,
ſatiſdandum eſt de legatis : vt ff.vt in poſſeſsione legato.l.j.§.
vlt.& l.ij. Item ceſſat ſatiſdatio,quoties hæres à quo ſatiſda-
tio petitur,offert cognitionem , & dicit, hodie cōſtat de fidei-
commiſſo,hodie agamus:poteſt enim ante de fideicommiſſo,
quàm de ſatiſdatione conſtare : vt ff.vt in poſſeſsione lega.l.ſi
3 is,à quo.†Item ceſſat,ſi legatarius non iuret ſe,non calumniæ
cauſa poſtulare ſatiſdationem : & ſuper hoc ſummatim co-
gnoſcendum eſt , ſi per calumniam petatur ſatiſdare, an non:
vt ff.vt in poſſeſsione lega.l.iij.§.necnon:& infrà eod.l.j.Item
ceſſat ſatiſdatio , vbi ante diem , vel conditionem legati petit
ſibi ſatiſdari legatarius:hæres enim per calomniam hoc poſtu
lari contendit , & relictum negat , nec ſatiſdatur niſi legata-
rius ſcripturam exhibeat,qua relictum affirmat:vt ff.vt lega-
4 torum nomine ca.l.poſtquam.§.ſi dies. Item † debet ſatiſda-
ri ſemel tantùm. Planè ſi noua cauſa allegetur,veluti,quòd fi-
deiuſſor deceſsit, aut etiam rem familiarem inopinatæ fortu-
næ impetu amiſit, æquum erit præſtari cautionem : vt ff.vt in
poſſeſsione lega. l. iij. §.vlti. & l.planè. Et adeo verum eſt ſe-
mel ſatiſdandum ,.vt ſi teſtator reliquerit mihi decem , & ſi ea
perderem,iterum legauit decem mihi: ſemel tantùm mihi de-
beat ſatiſdari : licet eadem decem poſsim petere, ſi ſemel ami-
ſerim ea.Vnde ſi hoc inſpexerit aliquis, quòd ſub conditione
iterum eſt relictum , dicere debet ſatiſdationem præſtandam
vt ff.vt legatorum no.cauea.l.j.§.ſi quis ſic.& de leg.iij.l.fidei-
5 commiſſa.§.ſi quis decem. Satiſdatur † pro legatis conditio-
nalibus:vt pro relictis in diem,& pro relictis purè : quoniam
nonnullas habet moras dilatio & exercitio iudiciorum: vt ff.
vt legatorum no.ca.l.hæc ſtipulatio.j. reſponſ.& l.etiam. pri-
6 mo reſponſo. Satiſdari † debet legatariis,& eorum ſucceſſo-
ribus. Item eorum procuratoribus , ſi certum ſit eos habere
mandatum,vel ſi dubitetur,debet ſatiſdare rem ratam domi-
num habiturū. Item debet ſatiſdari ei , qui habet legatarium
in poteſtate ſua:vt ff.vt leg.no.caue.l.j.§.non ſolum. & vt in
poſ.le.l.iij. §.ſi procurator.Sub conditione tamen cauetur pa
tribus,& dominis.ſ.ſi ceſſerit dies legati:cum legatarius ſit in
poteſtate patris,vel domini.Cæterum,ſi ſui iuris inueniatur,
iniquum eſt patri cautum eſſe,cum alij legatū debeatur, quā-
quam & ſi non hac adiectione caueretur, pater vel dominus
ſubmoueretur exceptione,ſi non haberet legatarium in pote-
ſtate tempore exiſtentis conditionis. Sed & ipſis qui ſunt in
poteſtate cauendum eſt,quemadmodum ſolet caueri ſi eadem
res duobus ſub diuerſis,vel contrariis aditionibus relicta ſit:
duobus enim ſatiſdat:vt ff.vt leg.no.caue.l.j.§.vlt. & l.iij. itē
& ſi legata ſit res vni:puta,Titio:& duo ſunt Titij, quorum
quilibet contendit de legato eiuſdem nominis,vtiq; ſatiſ-
dandum eſt:nec oneratur hæres, cum poſsit eoſdem fideiuſ-
ſores ad vtranque ſtipulationem adhibere:quia & ipſi fideiuſ
ſores non onerantur,cum futurum ſit,vt vni teneātur: vt ff.
vt lega.no.cauea.l.ſi duo. Debitori autem cui legata eſt li-
a beratio[a],non eſt ſatiſdandum,quia iam habet penes ſe legatū:
quippe ſi conueniatur,exceptione doli mali vti poteſt : vt ff.
7 vt in poſ.leg.l.j.§.ſi debitori. †Satiſdare debent hæredes, &
eorum ſucceſſores,& bonorum poſſeſſores : & qui per alios
extiterint hęredes,vel in totum,vel pro parte:vel inſtituo,vel
ſubſtituti,& quibus reſtituta eſt hæreditas ex Trebelliano.
Item qui omiſſa cauſa teſtamenti,ab inteſtato poſsident hæ-
reditatem : vt ff vt legatorum no.ca.l.j.§. non ſolum autem.
& §.certe ſiue.& l.ſi ex cauſa.& l.ei quoque. Fiſco autē remit-
titur ſatiſdatio iſta:quia non ſolet ſatiſdare, cum ſemper ſit
idoneus,& ſoluendo:vt ff.vt legatorum nomine cauea.l.j.§.ſi
8 ad fiſcum.& de fundo dota.l.ij.Satiſdatio† fieri debet cū fi-
deiuſſoribus:vt ff.qui ſatiſd.cogan.l.j.Nec enim prętoriæ ſa-
tiſdationes exigunt depoſitionem pignoris,vel pecuniæ, vel
auri,vel argenti:ſed perſonas pro ſe interuenientium:vt ff. de
9 præto. ſtipulatio.l.prætoriæ ſtipulationes. † Et eſt in ſatiſda-
tione ponendum de legato præſtando adueniente die,vel cō-
ditione,vel vt fiat quod voluit teſtator. Item debet ſtipulari
legatarius dolum malum hæredis abfuturum.ſ.quòd nihil fa
ciat dolo in traditione rei:vt quia traderet ſeruum venenatū,
vel fundo legato imponeret ſeruitutes,vel ſimilia faceret, vel
dolo malo ageret,ne exiſteret conditio:vt ff.vt leg.no.cauea.
l.j.j.reſpon.& l.iij.in fi.& ff.de dolo ¬& eleganter.§.j. Quan
doque tamen hæredes non habent neceſſe ſatiſdare:ſed ſuffi-
cit repromiſsio voluntati defuncti ſtatim : in rebus enim pu-
blicis ciuitatum,quæ extiterunt,hæredis ſit releuatio, vel re-
miſsio:vt ff.vt legatorum nomine cauea.l.ſi quando.§.j. Item
ſi patre,vel domino inſtituto hærede, relictum eſt legatum
filio,vel ſeruo,ſub conditione,& ea pendente,filius eſt eman
cipatus,vel ſeruus manumiſſus, & petant ſibi ſatiſdari à pa-
tre,vel domino,de legato,audiendi ſunt,vt tamē cautioni tan
tum cum hypotheca ſuarum rerum committantur patres,vel
10 domini:vt ff.vt legatorum nomine caue.l.filio. †Veniunt in
hanc ſtipulationem res legatę,& earum fructus, vel earūdē
æſtimatio:quod enim veniret in actionem ex teſtamento, ve-
nit in actionē ex ſtipulatu,& ſi hæres haberet doli exceptio-
nem in actione ex teſtamento, eandem habebit in actione ex
ſtipulatu,vt ff.vt legatorum no.cauea.l.j.§.belliſsimè. & §.ſi
quis.& §.item quęritur.Et reſpondent hæredes ex iſta ſtipula
tione conuenti pro ea parte,pro qua ſunt hæredes : & ſi ali-
cuius portio augeatur ex iure accreſcendi,pro ea parte tene-
bitur:vel ſi diminuatur ipſo iure,vt quia ex Trebelliano, alij
reſtituit partem ſuæ partis,pro ea parte quam reſtituit, rele-
uabitur:vt ff.vt legatorum no.caue.l.j.§.qui minorem. & l. ſi
11 ab vno.Si autem† hæredes,vel hi de quibus diximus non ca-
ueant prout debent cauere,mitti debēt legatarij in poſſeſsio-
nem rerum hæreditariarum,etiamſi locupletes ſint hæredes
vt ff.vt legatorum nomine caueat.l.j.j.reſpon. Nec exigitur,
vt ſiet per hæredem,quo minus ei caueatur:quare etſi nō fue
rit,qui interpelletur nomine cautionis:hoc eſt,is à quo lega-
tum eſt:omnimodo poterit legatarius in poſſeſsionem mitti.
Non tamen ſatiſdatio debet offerri legatario:ſed ſufficit ſi nō
deſiderauerit legatarius ſibi caueri,& non caueatur, ſiue non
habeat à quo ſatis deſideret:vt ff vt in poſſeſsio.lega.l.j.§. nō
exigit.Mittuntur ergo in poſſeſsionem omnes [illi,quibus di
12 ximus cauendum,vnus,& plures. Nam &† plures poſſunt ve
nire:is enim qui ex cauſa legatorum poſsidet,ſibi poſsidet,&
non alij. Alia cauſa eſt,cum creditores rei ſeruandæ cauſa mit
tuntur in poſſeſsionem:] nam is,qui poſsidet, nō tantum ſibi
(ſubaudi) ſed omnibus poſsidet:vnde & alij creditores parti
cipes ſunt eiuſdem commoditatis, ſi præſentes veniant intra
biennīū,vel abſentes veniant intra quadriennium: hic autē cū
legatarij mittuntur in poſſeſsionem,quiſq; poſsidet ſibi:& li-
cet in poſſeſsionem mittuntur diuerſis tēporibus,æqualis eſt
13 tamen omnīū cauſa.Sed† ſecus eſt in his qui non ſunt eiuſdem
tituli:vnde creditor prius miſſus in poſſeſsionem, præfertur
legatariis poſterius miſsis.Et è conuerſo legatarij prius miſ-
ſi,præferuntur creditoribus qui poſterius mittuntur in poſ-
ſeſsionem::vt ff.vt in poſſeſsio.leg.l.is cui.§.ſi plures.& §. qui
prior.& §.poſtquam.& j̄.de bonis auth.iud.poſ.l.vlti.& qui
14 po.in pigno.ha.l.ij.†Fieri poteſt hæc miſsio etiam pro re mi-
nima legata,vt ff.vt in poſſeſsio.leg.l.quamuis.& vt ibidem
dicitur,fit in omnia bona teſtatoris.Item in ea,quæ dolo ma
lo deſierunt eſſe hæreditaria. Item & ſi lata culpa admiſſa in
necem legatariorum. Quod dico de dolo,non ſit ſemper, niſi
cauſa cognita:vt ff.vt in poſſeſsio.lega.l.is cui.§. qui in poſſeſ
15 ſione.& §.qui dolum.†Bonorū appellatio continet res[b], quo-
b rum proprietas pertinet ad hęredem. Item & ſi vectigales ſunt
agri,vel pignori dati teſtatori,vel partus ancillarum,vel fœ-
tus pecorum,vel fructus prædiorum,vel res aliena bona fide
empta à teſtatore:ſi autem res fuerit depoſita apud defunctū,
vel commodata ei,non fit miſsio in eas res:quia non ſunt hæ-
reditariæ. Item ſi ex duobus hæredibus alter ſit paratus ſatiſ-
dare,alter non,in partem fiat miſsio. Quare ſuadendum eſt
ei,vt in aſſem ſatiſdet:nec eius impediatur adminiſtratio:vt ff
vt in poſſ.leg.l.is cui.§.bonorū.& §.ſi depoſita.& §.ſi ex duo-
16 bus.Item bona† hæreditaria videntur,quæ impubes acquiſi-
uit in pupillari ætate:vt in earum poſſeſsionem mittantur le-
gatarij,quibus relicta ſunt legata à ſubſtituto impuberi ff.vt
in poſ.leg.l.is qui.§.ſi ab impuberis. Item quandoque fit
miſ

miſsio etiam in bona hæredum. ſ. elapſis ſex menſibus continuis, poſt quàm petitum eſt ab eo legatum, vel vt ſatiſderit pro eo: vt j.eod.l.certa eſt:& ff.vt in poſſeſsionem leg. l.is cui. §.Imperator.& §.ſex.Ceſſat miſsio legatorum ſeruandorum cauſa, cùm venter eſt in poſſeſsione: vt ff.vt in poſſeſsione le-
17 ga.l.cum venter. † Effectus miſsionis hic eſt, vt miſſus ſit in poſſeſsionem, nunquam tamen incipit eſſe pro domino: nec tam poſſeſsio rerum ei, quàm cuſtodia datur: neque enim expellendi hæredem ius habet, ſed ſimul cum eo poſsidere iubetur: vt ſaltem tædio perpetuæ cuſtodiæ extorqueat ab hærede cautionem: vt ſtan poſſeſsio.leg.l.is, cui.primo reſponſo. Diſsimilis eſt tamen poſſeſsio hæredis, & legatarij: hæres enim verè poſsidet, ſed legatarius eſt in poſſeſsione iure pignoris: vt
18 ff.de acquiren.poſſeſ.l.poſsidere.§. vlt. Item legatarius † fru-
• ctus cuſtodire, & cætera debet. Et ratio * quidem eſt hæredem colere agros, ac pro poſſe fructus redigere: ſed cuſtodire legatarium fructus oportebit, ne ab hærede conſumantur. Quòd ſi hæres fructus noluit cogere: permittendum erit legatario cogere fructus, & coactos ſeruare. Quinimò ſi tales ſint fructus, quos primo quoque tempore vænire expediat, vendere quoque legatario permittendum eſt, & pretium ſeruare. In cæteris ſque rebus hæreditariis miſsi in poſſeſsionem, hoc erit officium, vt vniuerſas res hæreditarias colligat, & ibi cuſtodiat, vbi domicilium habuit defunctus: & ſi nulla ſit domus hæreditaria, habitationem conducat, vel horreum quoddam, in quo res collectæ cuſtodiantur. Denique ita cuſtodiet legatarius res, vt neque hæredi auferantur, neque depereant, deterioréſve fiant: vt ff.vt in poſſeſsionem legato.l.is cui.§.qui legatorum. Item legatarius iſte fructus primum in vſuras, reſiduum in ſortem imputabit. Nec ante decedet de poſſeſsione, quàm ei pro lite fuerit cautum. Si autem iuſſus mitti in poſſeſsioné non admittatur, debet per viatorem, vel per officiales, vel magiſtratus introduci in poſſeſsionem: vt ff. vt in poſſeſsio.lega.l.is cui.§. quæri. & §.in poſſeſsionem. & §. miſſus.
19 Item † miſſa mulier in poſſeſsionem cauſa veſcendi diminuet: ſcilicet ſi filia eſt, vel neptis, vel proneptis, vel vxor defuncti eſſet, nec nupta ſit, nec quicquam ſuum habeat: vt ff.vt
20 in poſſeſſ.lega.l.quæ legatorum. † Illud eſt notandum, quòd ſi nullæ ſunt res hæreditariæ, in quas legatarij, vel fideicommiſſarij mittuntur, in eas quidem hæredis mitti non poſſunt ante ſex menſes: ſed per prætorem denegantur hæredi hæreditariæ actiones, & legatarij eas poſſunt perſequi: vt ff. vt in
21 poſſeſsio lega.l.ſin nullæ. Item † notandum eſt, quòd illa ſatiſdatio quæ voluntatis defunctorũ tuendæ cauſa imponitur à teſtatore, remitti poteſt: nõ ita in ſatiſdatione de vtẽdo fruendo arbitrio boni viri, quæ præſtatur ab vſufructuario gratia
22 hæredis: vt infrà eodem.l.ſecunda.& l.ſcire debetis. † Item illud notandum eſt, quòd ſatiſdare debet hæres nedum pro ſingularibus rebus, ſed etiam pro fideicommiſſo vniuerſitatis relicto poſt mortem ſuam: niſi fratribus, & filiis ſuis, qui reſtituere cogantur: vt infrà eodem.l.cum archimedoram: & in authent. de reſtit. & ea quæ parit in xj. menſe. collatione viij. §. vlti. & ſuprà ad Trebel.l.iubemus.

ANNOTATIONES.

a Liberatio. Adde ad materiam Specu.in tit.primo.& ſecundo.de ere.§. iam de effectu.ver.competit. Bart.& Docto.in l.ſi fundum.§.Titio.de legatis primo. Bald.& Doct.in l.Iul.ff.de condi.& demonſt.& Docto. in l.prima.C.vt in poſſ.leg.
b Res. Adde Bart.in l.rem alienam.ff.de pig.act.& in l.cum res.C.ſi res alien.pigno.da.ſit. Bald.& Docto.in l.licet.in vlti.not.C.de pact.

De ſuis, & legitimis hæredibus, & ex filia nepotibus ab inteſtato venientibus. *Rubrica.*

1 *Hæredes ſui & legitimi qui dicantur, & quando ſuccedant.*
2 *Inteſtatus quibus modis quis dicatur.*
3 *Legitima ſucceſsioni quando ſit locus.*
4 *Sui & legitimi hæredes quomodo ſuccedant.*

TRANSFRETAVIMUS profundum pelagus teſtamentariarum ſucceſsionum: nunc laxatis ventis anchoriſque proſtratis, flumen ſubeamus dulcium aquarum, & applicemus, & veniamus ad portum legitimarum hæreditatum. Videamus ergo de ſuis, & legitimis hæredibus liberis, & ex filia nepotibus, ſcilicet, qui dicantur ſui, & legitimi hæredes, quando, qualiter ſucce-
1 dant cum nepotibus ex filia, vel ſine eis. † Appellantur autem
a ſui * & legitimi hæredes, qui in poteſtate morientis fuerunt: veluti filius, filia, nepos, neptiſve ex filio, pronepos, pronepti ſve ex nepote nato ex filio, prognatus, prognatáve: legitimi & naturales, vel etiam legitimi tantum: vt adoptiui: de quibus plenè diximus j.de adoptionibus. Item nati, & naſcituri vt poſthumi. Sed ita demum nepos eſt ſuus hæres, ſi præcedens perſona exierit de poteſtate morte, vel emancipatione vt Inſtitu. de hæred. quæ ab inteſt. defer.§.j. & §. ita demum. & §. poſthumi. Aliquando tamen filius non eſt in poteſtate patris tempore mortis, & tamen ſuus eſt hæres: vt ſi tempore mortis patris erat in captiuitate hoſtium, & è conuerſo: licet fuerit in poteſtate patris tempore mortis: tamen deſinit eſſe hæres, vel nullo modo fuit hæres: vt ſi poſt mortem patris, pater ipſe iudicatus fuerit reus perduellionis: ac per hoc memoria eius damnata fuerit. ſuum enim hæredem habere non poteſt: cùm fiſcus ei ſuccedit: ſed poteſt dici ipſo iure ſuum hæredem eſſe, ſed deſinere: vt Inſtitu.de hæred.quæ ab inteſta. def.§.interdum. Succedunt autem iſti ſui & legitimi hæredes,
2 quando deceſsit quis inteſtatus. † Inteſtatus autem quis dicitur quatuor modis, quia aut omnino non fecit teſtamentum, aut non iure fecit, aut id quod fecerat ruptum eſt poſthumi agnatione, vel irritum factum eſt capitis diminutione teſtatoris, aut quia nemo hæres ex eo teſtamento extitit: vt Inſtitu.de hæred.quæ ab inteſt.def.in princ.titu. & ff.de verb. ſignific.l.inteſtatus. Poſſunt adijci & alij duo modi quibus quis decedit inteſtatus ex poſtfacto, ſcilicet per querelam expugnato teſtamento, vel per bonorum poſſeſsionem contra
3 tab. vt ſ. de col. l. vt liberis. † Iſti ergo legitimæ ſucceſsioni ita locus eſt, ſi nemo ex teſtamento ſuccedit: vt ff. de reg.iur.l. quandiu. Sed videtur, quòd iſtud fallit in caſu, cum ita hæredem inſtituo, ſi legitimus hæres vendicare voluerit ſucceſsionem meam. Sed fortè dici poſſet illud contingere propter teſtatoris voluntatem: vt ff. de hæred.inſtitu.l.ſi quis ita hæres.
4 Sic autem † ſuccedunt ſui hæredes, vt filij admittantur viriliter: nepotes admittuntur in ſtirpes. Et ſi fuerint nepotes ex filia admittuntur cum diminutione tertiæ partis: vt Inſtit.de hæred.quæ ab inteſt.def.§.cum filius. & §.vlti. Sed hodie nepotes ex filia admittuntur ſine diminutione partis tertiæ, eodem modo quo & nepotes ex filio: vt in auth.de trien.& ſemiſ. §.neque illo. De emancipatis liberis hic non dico: quia qualiter ipſi ex teſtamento, vel ab inteſtato ſuccedant, diximus ſ. vnde liberi. & de bon.poſ. ſecundum ta.& contra ta. Item de baſtardis, vel de inceſtuoſis plenè diximus ſ.de na.li. Item de hæretic. liberis qualiter ſuccedant, plenè diximus ſ.de hæreticis & manichæis. Qualiter autem ſuccedant, & quando, & in quibus parentes, vel cõſanguinei, notatur in auth.de ſan.epiſc.

ANNOTATIO.

a Appellantur autem ſui. Vide ad hoc Bart.in l celſus.de lega.iii.& in l. ſi ita.§.ea lege.ver. videamus an dicat verum ff.de verb.oblig. Bald.in l.prima.C.qui accuſ.non poſ. do. Alexand.in l.prima.ff.de publi.iud. domi. Bart.loci.in l.Gallus.§.etiam.nume.4.ff.de li.& poſth.char.37. Paul.de Caſtr.in conſi.eccl.qui congerit totam materiam.

Ad Senatuſconſultum Tertyllianum. *Rubrica.*

1 *Mater ſuccedit liberis per Senatuſconſul. Tertyllianum, atque inibi qua mater ad huiuſmodi ſucceſsionem admittatur.*
2 *Matri quæ obſtent, quominus liberis ſuis ſuccedat, atque inibi quæ perſonæ excludant matrem à ſucceſsione filiorum.*
3 *Matri quando obſtet delictum ſuum quominus admittatur ad ſucceſsionem filiorum.*

I

4 *Mater intra quantum tempus debeat petere tutorem filio impuberi, ne excludatur ab eius ſucceſsione, ſi impubes deceſſerit.*
5 *Mater quatenus ſuccedat filio qui reliquit fratres vel ſorores ſuperſtites, & quid ſi pater defuncti ſuperſit.*

1 SICVT † liberi parentibus, ita & mater per Ter-
tyllianum ſuccedit liberis. Sed tamen videamus
quæ mater ſuccedat, quæ non, & qualiter ſucce-
dat. Et certè ſuccedit mater ingenua, & libertina:
vt ff.eod.l.ij.in princ. Item maior, & minor, ſerua tamen non
ſuccedit, niſi in caſu, cùm facta eſt ei mora in fideicommiſſa-
ria libertate præſtanda, & poſtea peperit: deinde deceſſit fi-
lius: vt ff.eod.l.j.§.interdum. Idémque & vbi ante aditam hæ-
reditatem in mora ſit vindicandæ necis teſtatoris, & ancillæ
quibus eſt relicta libertas interim pariunt. Nam ſi moriantur
filij, vel ſi moriantur ancillę, viciſsim ſibi ſuccedere poſſunt: vt
ſuprà de iis, quib. vt indig.l.penult. Item ſuccedit mater, quæ
concepit, & peperit in libertate, vel etiam cõcepit in ſeruitute,
& peperit in libertate. Sed ſi libera concepit, & in ſeruitute re-
dacta edidit, mox manumiſſa eſt, ſuccedit liberis. Idémq; & ſi
ſerua pœnæ concepit, & reſtituta edidit. Hoc idem & ſi libe-
ra concepit, & edidit ſerua pœnæ, mox reſtituta eſt: vt ff.eod.l.
ij.§. ſed ſi in ſeruitutem. Hodie autem ſuccedit mater filio:
etiamſi ſerua concepit, & peperit. ſi tamen poſtea manumiſſa
2 eſt ipſa, & liberi eius: vt Inſtit.de ſeruili cognatione. † Obſtant
autem matri multa: vt ecce, liberi defuncti naturales & legiti-
mi, vel etiam adoptiui: duntamen adoptiui non ſint emanci-
pati. Adoptiui enim emancipati non obſtant matri: niſi ipſi
adoptiui erant de naturalibus & legitimis: puta, nepotes ado-
ptati ab auo: vt ff.eod.l.ij.§.liberi.& §.adoptiui. Item & iſti li-
beri omnes ita demum obſtant matri, ſi patri ſuo defuncto ſuc
cedant: vt ff.eod.l.ij.§.ita demum. Item obſtat matri pater de-
functi: non etiam auus, vel proauus, ſcilicet cum inter matrem
& auum ſolummodo contenditur de hæreditate: vt Inſtitut.
eodem.§.prҿferuntur. verſic.pater verò. Secus verò ſi auus e-
mancipauit nepotem contracta fiducia: hic quoque patre &
auo ſuperſtitibus decedat. Nam & tunc licet pater non ad-
mittatur, facit tamen, vt mater excludatur: vt ff.eod.l.æquiſſi-
3 mum.§.ſi ex filio.& l.ij.§. obiicitur. Item † obſtat matri deli-
ctum ſuum, ſi mater eſt maior xxv.annis. & filio impuberi
non petit tutorem: & iſte impubes deceſsit in pupillari ætate:
4 vt j̄.ſi aduerſus ſolut.l.ij.& j̄.eodem.l.matres. Et † debet hæc
mater petere tutorē filio impuberi confeſtim.i.vbi primum po
tuit, id eſt, prætoris huic rei ſedētis copiam habuerit: niſi fortè
infirmitate, vel alia magna cauſa eſt impedita: ita tamen vt
nullo modo annale tempus excederet: vt ff. eod.l.ij.§.ſi mater.
ij.& §.confeſtim. Et quàm diligēs debeat eſſe mater circa par-
tem iſtam, plenè diximus ſuprà qui petant tutores. & eadem
poſſunt hic repeti. Item obſtat matri, ſi ſuſcepit tutelam filio-
rum, & poſtea nupſit antequàm peteret alium tutorem: & an-
5 tequàm redderet debita ex tutela: vt j̄.eodem.l.omnem. † Per
leges autem Codicis ſuccedit mater filio cum fratribus con-
ſanguineis, vel vterinis defuncti ſolis vel cum fratribus, vel
ſororibus ſimul, in virilem portionem. Si autem ſuccedat cum
ſororibus defuncti tantùm, ſuccedit ipſa in dimidiam, & ſo-
rores in aliam dimidiam. & hoc, ſi filius non habeat patrem.
Si enim habet patrem, patri competit vſusfruct.totius hęredi-
tatis: ſiue habeat defunctum in poteſtate ſua, ſiue non: vt infrà
de legitimis hæredi. l. de emancipatis. Vnde corrigitur, quod
dicitur j̄.eo.l.vlti.§.ſin autem. patri & matri vſumfructum pro
beſſe competere: & per hoc reprobatur opin.Plac.qui ſcripſit
in ſumma C.de vſufruct. Vſumfructum quem habet pater in
bonis filij, finiri morte filij. Mater autē defuncti ſuccedit vna
cum fratribus defuncti, & ſororibus in proprietate ſecundum
prædictam diuiſionem: vt j̄.eod.l. vlt. & j̄.de legitimis hære.l.
antepenul. Per authent. verò aliquo defuncto ſine liberis pa-
rentes (ſi ſoli ſunt) ſuccedunt: ſalua gradus prærogatiua. Si
pari gradu ſunt pariter vocantur, paternis quidem dimidia,
maternis quoque dimidia delata: licet diſpar fuerit eorum nume-
rus. Si cum parentibus fratres etiam ſororéſve vtrinque con-
iuncti defuncto ſuperſint: vocantur cum aſcendentibus in gra-
du proximis.vt viriles fiant portiones, excluſa prorſus diffe-
rentia ſexus, & patriæ poteſtatis: vt in auth.de hære.ab inte ſt.
veni.§.ſi igitur defunctus. Adiecit autem Ir n.vbi nulla ſecun-
darum nuptiarum fit mentio.id eſt, in prædict.authen.& ideo
non dico corrigi, quod ſtatuit.authent.de nupt. vel aliq ſuper
ſecundo nubentibus. Qualiter ſuccedant liberis primi matri-
monij plenè diximus j̄.de ſecun.nupt.§.itē in rebus.ibi, per-
sò, &c.& §.quid ſi moriatur.& eadem poſſunt hic repeti.

Ad Senatuſconſultum Orſitianum. *Rub.*

1 *Filios ſuccedere inteſtata matri per ſenatuſconſ. Orſitianum.*
2 *Filios vulgò quaſitos ſuccedere matri etiam cum legitimis, atq; ibi an id ſit perpetuum.*
3 *Agnatos repelli à ſucceſsione etiam per minimam capitis diminutionem aliter atque filios, & quæ ſit diuerſitatis ratio.*
4 *Nepos conceptus poſt mortem auia materna an poſsit ei inteſtata ſuccedere.*
5 *Filij quibus matribus ſuccedant ab inteſtato.*

1 SICVT † per Tertyllianum ſuccedunt matres li-
beris: ita per Orſitianum ſuccedunt liberi matri-
bus, etiam ſi alieno iuri ſubiecti ſint: & præferun-
tur etiam conſanguineis, & agnatis defunctæ ma-
tris. & eadem ratione ſuccedunt nepotes & neptes, cæteríque
deſcendentes, auiæ, vel proauię maternæ: nec repelluntur ideo:
quia vulgò quæſiti ſunt, vel quia minimam paſsi ſunt capitis
diminutionem: vt Inſtit.eod. primo reſponſo.& §.j.& ij. Er-
2 go † vulgo quæſiti ſuccedunt matri, etiam cum legitimis filiis,
niſi mater illuſtris erat: tūc enim cum legitimis ex teſtamento,
vel ab inteſtato nōn ſuccedunt iſti ſpurij: ſecus ſi eſſent natu-
rales ex licita conſuetudine ab homine libero procreati: vt j̄.
eod.l.penult. Capitis tamen diminutio maxima, vel media re-
3 pelleret eos, ſed non minima, vt dictū eſt. Sed per † minimam
repelluntur agnati à legitima ſucceſsione. & eſt ratio: quia
deſinunt eſſe agnati. Sed hoc Senatuſconſulto defertur hęre-
ditas filio, eius nomine naturaliter deſignato, qui quoniam
non deſinit eſſe filius, non amittit ius ſuccedendi. & idem in
matre, & in omnibus perſonis, quæ nouis legibus vocantur
ad hæreditatem, & quorum nomina naturaliter deſignan-
tur: vt ff.eod.l.prima.§. capitis diminutio. & de capitis dimi.l.
4 tutelas. Quid † in conceptis poſt mortem auiæ maternæ? vi-
detur, quòd non poſsint ei ſuccedere. Nec enim fuit proximus
cognatus auiæ, vel auo in cuius vita nondum fuerit animalis:
ff. vnde cogna.l.j. §.ſi quis. Placent.tamen viſum eſt eum ad-
mittendum, naturali cauſa inſpecta, per authent.de hæredi. ab
Inteſt. & pro eo eſt arg.ff.de gradi.cogna. l.ſi filium. §.ſi filio.
Sed contra eum eſt, quòd prætor in bonorum poſſeſsio. vnde
cogna.reſpiciebat ſolam naturalem cauſam: vt ff. vnde cogna.
l.prima.in princ.& l.ij.& tamen repellebat eum: vt dictum eſt.
5 † Illud in matre non refert, an ſit ingenua, an libertina: imò &
ſi ſit ſerua, cum tamen ei ſit mora facta in fideicommiſſaria li-
bertate, filius ſuccedet ei: vt j̄.eo.l.vlti.& ff.eo.l.prima.in prin.
Plus eſt: quia etſi de matris ſtatu dubitatur: vt quia pater eius
in captiuitate hoſtium ſit nihilominus ſuccedent ei filij: vt ff.
eodem.l.prima.§.primo.

De legitimis hæredibus. *Rubrica.*

1 *Legitimorum hæredum iura in ſuccedendo varia. & nume.5.*
2 *Agnati qui dicantur.*
3 *Agnatis ad ſucceſsionem legitimā ab inteſtato vocatis, proximos quoſq; cæteris vocatos, atq; ibi qui dicantur proximi.*
4 *Cognatos olim incognitos fuiſſe quantum ad ſucceſsionem legitimam.*
6 *Agnati vel cognati quo ordine iure nouiſsimo vocentur ad ſucceſsionem legitimam.*
7 *Filij duorum fratrum ſuccedentes communi patruo an admittantur in capita, an in ſtirpes:*
8 *Frater defuncti an debeat ſimul ſuccedere cum auo defuncti, an verò eum excludat.*
9 *Fratres vterini tantum quatenus admittantur ad ſucceſsionem*
deſun

defuncti fratris cum fratribus conſanguineis tantum. & quid ſi ſuperſint aliqui fratres vtrinque coniuncti.

10 *Agnati & cognati vſque ad quotum gradum admittantur ad ſucceſſionem legitimam.*

11 *Filij naturales nati ex vnica concubina an ſint agnati, & habeãt ius ſuccedẽdi fratri naturali & legitimo ex alia vxore.*

EXPOSVIMVS ſuprà qualiter ſuccedant ab inteſtato & deſcendentes,& aſcendentes:nunc dicamus de alijs legitimis hæredibus, id eſt, ex lateribus,ſiue ex tranſuerſo ab inteſtato ſuccedẽtibus.
1 † Videamus ergo qui olim iure antiquo ſuccedebant:& qui
iure medio.i.qui per interpretationem prudẽtum:& qui iure
nouo per leges Iuſtiniani C.vel Inſtitu.& qui iure nouiſsimo
authenticorum. Et certè iure antiquo legis xij. tabul. ſucce-
2 debant agnati & proximi. Sunt † autem agnati,cognati per vi-
rilis ſexus perſonas cognatione coniuncti, quaſi à patre co-
gnati:puta,fratres eodem patre nati,qui & conſanguinei vo-
cantur:etiam ſi non eandem matrem habuerunt. Item fratres
patrueles, qui ex duobus fratribus nati ſunt. Item patruus, &
fratris filius,& idem in ſimilibus. Item & adoptiui quaſi con-
ſanguinei admittuntur ad bona fratrum legitimorum, & na-
turalium,& cæterorum quibus per patrem adoptiuum agna-
ſcuntur. Item ſuccedunt agnati,nati,& naſciturі:concepti ta-
men eo viuo,de cuius agitur hæreditate:vt Inſti.eod. in princ.
§.j.ij.iij. & iiij. & ff.eo.l.j.§.vlt.& de gradibus affinit.l.ſi filiũ.
§.j. & de adop.l.qui in adoptionem. Et not. quòd ſoli fratres
a inter ſe dicũtur conſanguinei *.Cæteri autem per ſexum ma-
ſculinum eis coniuncti dicuntur agnati : vt colligitur ff eod.
l.poſt conſanguineos.j.reſp. Et Inſtit.eod.§.nos vero.in fin.§.
& de ſucceſ.cog.§.vulgo.Item agnatus eſt pater,licet emanci-
pauerit filium ſuum. Si tamen emancipauit eum contracta fi-
ducia,ſcilicet,hoc adijciendo in emancipatione quòd ſibi iura
legitima reſeruari volebat. hodie tamẽ ſemper videtur eman-
3 cipare contracta fiducia:vt Inſtit.eo.§.vlt. Item † vocabantur
agnati, non omnes,ſed proximi. Proximus autem, ſiquidem
nullo facto teſtamento quiſquam deceſſerit, per hoc tempus
requiritur,quo [mortuus eſt is de cuius agitur hæreditate: qđ
ſi facto teſtamento quiſquam deceſſerit, per hoc tempus] re-
quiritur quo certum eſſe cœperit nullum ex teſtamento hære-
dem extiturum:tunc enim proprie quiſque intelligitur ab in-
teſtato deceſsiſſe:quod quidem aliquando longo tempore de-
claratur:in quo ſpatio temporis ſæpe accidit, vt proximiore
mortuo,proximus eſſe incipiat,qui moriente teſtatore nõ erat
proximus.& licet lex xij.tab.in ſingulari numero vnum pro-
ximum vocet,tamen dubiũ non eſt quin, & ſi plures ſint eiuſ-
dem gradus, omnes admittantur. Nam & proximus propriè
ex pluribus gradibus intelligitur : & tamen dubium non eſt
quin,licet ſit vnus gradus agnatorũ, pertineat ad eos hæredi-
tas:vt Inſt.eo.§.proximus.& §.ſi plures. & ff.eo.l.ij.§.hæredi-
tas.& §.legitima.Item ſuccedunt iſti agnati,ſi nõ ſint paſsi mi-
nimam capitis diminutionem : vt ſ.diximus tit.proxi.& dici-
tur ff.eo.l.capitis diminutione.Nec diſtinguitur in his agnatis
an ſint maſculi.an fœminæ,dumtamen eſſent agnatæ : vt ff.eo.
§.& hæc quidem lex.Item vocantur agnati ita demum, ſi non
ſunt vltra decimum gradum,ſed in decimo.& infrà.Vocantur
per legem xij. Tabula. & per prætorem per bonorum poſſeſ-
4 ſionem vnde agnati:vt Inſtit. de ſucceſ. cog.§.vlt. † Cognati
autem , vel cognatæ incogniti , vel incognitæ erant legi xij.
Tabul.nec admittebantur:vt Inſtit. ad Tertyllian.in prin.tit.
Amplius, nec erat locus ſucceſſorio edicto, vel ſucceſsioni in
hac lege xij. Tabul.id eſt, vt quamuis proximus,qui ſecundũ
ea quæ diximus vocatur ad hæreditatem , aut ſpreuerit hære-
ditatem,aut antequam adeat deceſſerit, tamen ſequẽtes repel-
luntur:vt Inſtitu.eodem.§. placebat. Item admittebantur iſti
agnati collaterales ita demum , ſi nemo ſuus hæres ſuccedit:
vel is qui eſt loco ſui hæredis per prætorem,vel per conſtitu-
5 tionem:vt Inſtitu.eod.in princip.titu. † Iure autem medio id
eſt per interpretationem prudentum, in fœminis placebat, vt
ipſæ conſanguinitatis iure tantum capiant hęreditatem.ſi ſo-
rores ſint:vlterius autem non capiant : maſculi verò ad earum
hæreditatem, etiamſi longiſsimo gradu ſint, admittũtur : qua
de cauſa aut fratris tui,aut patris tui filiæ, vel amitæ tuæ hæ-
reditas ad te pertinebat:tua verò ad illas nõ pertinebat.quod
ideo conſtitutum erat , quia commodius videbatur ita iura
conſtitui,vt plerunque ad maſculos hæreditates confluerent.
Prætor autem ſicut omnes cognatos per bono. poſ. vnde co-
gnati, iuuabat: ita & fœminas : ſed non perfectè iuuabat eas:
quia ita demum admittebantur,ſi neque agnatus vllus,neque
proximior cognatus interueniat:vt Inſtitu.eo.§.quod ad fœ-
5 minas. & §. ſed quia ſanè. † Iure autem nouo per leges Co-
dicis. ſuccedunt fœminæ agnatæ:ſicut & agnati. Amplius &
quidam licet cognati ſint, & non agnati: tamen ſuccedunt ſi-
cut agnati,ſi ſunt in gradu tertio,vel proximiore:puta, ſi filij
ſororis conſanguineæ ,vel vterinæ:vt Inſtitu.eod.§.nos verò.
& §.hoc etiam.Item filius emancipatus ſubtili iure ciuili deſi-
nit eſſe agnatus. Sed tamen per prætorem nedum patri , ſed
etiam fratribus ſuccedit,ſicut agnatus. Idémque eſt & in fra-
tre,vel ſorore vterina.Idémque eſt & in filiis filij emancipati,
qui vna cum patruis admittuntur ad ſucceſsionem:vt j.eod.l.
vltima. Item & pater qui emancipauit contracta , vel non
contracta fiducia,ſuccedit ſicut agnatus:vt Inſtitu.eod. §. vl-
timo. Item & mater, & filius, inuicem per Tertyllianum, &
Orfitianum ſibi ſuccedunt:tanquam agnati: vt ff. vnde agna-
ti.l.ij.§.vltimo.& l.iij. Admittebantur autem filij fratrum,vel
filij ſororum defuncti ita demum,ſi fratres,vel ſorores defun-
cti non erant ſuperſtites. Nam propter patruos,vel auuncu-
los ſuos,non excluduntur. Item admittuntur hi fratrum filij
6 in capita:vt Inſtitu.eod.§.hoc etiam. Iure † vero nouiſsimo
Authenticorum aliter eſt in huiuſmodi ſucceſsionibus cau-
tum. Ceſſante enim ſucceſsione lineæ aſcendentis, & deſcen-
dentis,vocatur primò frater, fratríſque pręmortui filij in ſtir-
pes ſcilicet. Dico autem de fratre, eiúſque præmortui filiis,
qui ex vtroque parente contingunt eum, de cuius agitur hæ-
reditate , quæ perſonæ veniunt & ſiue non defunctæ , nunc
perſonæ parentibus , & cum proximi gradus aſcendenti-
bus. Et quidem prædicti fratris filius, etſi tertio gradu ſit,
præfertur fratribus defuncti , qui ex vno tantum parente
coniuncti erant. In hac ſucceſsione ceſſat omnis differentia
ſexus, & emancipationis. Poſt fratres ex vtroque parente , &
eorum filios , admittuntur ex vno latere fratres , ſororeſve,
cum quibus & filij eorum, ſi qui ex eis ante deceſſerint. Hi
autem fratrum filij,cum pares ſint, defuncti fratribus præfe-
runtur proculdubio eiuſdem patruis , & aliis ſimilibus. In
hac ſucceſsione ceſſat omnis ſexus agnationiſve ratio. Poſt
fratres , fratrúmque filios vocantur quicunque gradu ſunt
proximiores:vt pares gradu pariter admittantur,ſublata dif-
ferentia maſculorum,& fœminarum, ſola namque cognatio
ſpectatur in talibus,& ſuccedıtur in capita:vt in authenti. de
hære. quæ ab inteſta. §. ſi igitur defunctus. & §. ſi verò ne-
que fratres. & in authenti. vt fratrum filij. primo reſponſo.
7 † illud dubitari poteſt an filij fratris mei cum filiis alterius
fratris mei debeant ſuccedere mihi in capita, vel in ſtirpes? &
• puto magis in capita: * ſecus ſuccederent cum patruis ſuis: vt
8 dictum eſt. † Item dubitari poteſt vtrum frater defuncti de-
beat ſimul ſuccedere cum auo defuncti, an eum repellere. Et
dicunt quidam auum repellendum propter fratrem. Cum
enim frater ſimul cum patre defuncti ſuccedat,qui proximus
eſt in gradu aſcendentium & pater repellit auum:ergo & fra-
tres:vt j.eod.l.in ſucceſsione.& in authen.de hære.quæ ab in-
teſta.deſe.§.iij. ibi, & ſi mater, &c. & ff. de diuer. & tempo.
præſcript.l.de acceſsionibus.Vel (quod verius eſt) proximior
in gradu aſcendentium dicitur etiam auus,& proauus,ſi nul-
9 lus eos præcedat:vt ff.de verb.ſigni.l. proximus. Item † ſi re-
linquat aliquis fratres quoſdam vterinos tantum , quoſdam
conſanguineos tantum,in rebus maternis præferuntur vteri-
ni,in rebus paternis præferuntur conſanguinei: vt j.eod.l. de
emancipatis.Si vero relinquat quoſdã ex eodem patre & ma-
tre,& alios ex patre tãtùm.etiam in rebus paternis præferun-
tur fratres eiuſdẽ matrimonij, id eſt, vtrinq; coniuncti. Idem
in matre. Pone ſi quoſdam ex patre & matre,& alios ex matre
tantum relinquit , & quæratur de rebus maternis : vt j.com-
10 munia de ſucceſſ.l.vltim.& authenti. itaque. † Item dubitari
poteſt an ex eo quod dicit ſolã cognationem ſpectari, agnati

& cognati admittantur vſque ad gradum decimum, cum non diſtinguantur agnati à cognatis: licet olim agnati vſq; ad decimum, cognati vſque ad ſextum admitterētur. & ex ſeptimo admittebantur nati ex ſobrino & ſobrina: vt Inſtitutio. de ſucceſsio. cog. §. vltimo. An etiam agnati & cognati in infinitum debeant ſuccedere? Quod admiſit Placentinus: vel dic
11 omnes vſque ad decimum ſuccedere. † Item dubitari poteſt, an filij naturales nati ex vnica concubina ſint agnati, & ius habeant ſuccedendi ſuo fratri naturali & legitimo, ex alia vxore. & eſt argumentum quod ſic: vt Inſtitut. de ſeruili cog. primo reſponſo. in fi. ſed argumentum contra eſt in authent. quib. mo. na. effi. ſui. §. filium verò. De ſucceſsione autem iſtorum plenè diximus ſuprà de natura. liber. & fortè eodem modo ſuccedit naturalis pater filio, ſicut & naturalis filius patri: vt ita ſit eadem, vel par ratio pietatis: vt ff. de inoffi. teſta. l. nam & ſi parentibus., licet P. dixerit patrem in ſolidum ſuccedere filio naturali, etiam ſi filius erat ſpurius. Item hoc de ſucceſsionibus ingenuorum: nam de ſucceſsionibus libertorum plenè diximus ſuprà de bo. liber. & Inſtit. de ſucceſ. liber.

ANNOTATIONES.

a Conſanguinei. Ad huius concluſionis reſolutionem vide Bar. & doct. in l. poſt conſanguineos. de ſuis & legi. Bald. in l. per ... onem. de adão. diuer. ſ. iudi. do. Alexand. & Iaſo. de May. in l. qui iuriſ... tioni. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & eundem do. Alexand. in conſil. lxxxij. in primo volum. quibus in locis colliges totam materiam.

b Capita. Hanc ſententiam approbat Zazius in ſingul. intell. & conſil. iiij. libro primo.

Communia de ſucceſsionibus. *Rubrica.*

1 *Seruus quibus caſibus ſucceſſores habere poſsit.*
2 *Affinitatis iure nullam ſucceſsionem permitti, atque inibi an ſit affinitas inter virum & vxorem.*
3 *Succeſsioni ab inteſtato non eſſe locum, quandiu teſtamentum ſubſiſtit, vel ſpes eſt hæreditatem poſſe adiri ex teſtamento, atque inibi an poſsit derogari huic regulæ ex voluntate teſtatoris.*
4 *Hæreditatem nemini deferri hoc nomine, quòd defuncti nutritor fuerit.*
5 *Priorem in gradu potiorem eſſe in ſucceſsione, atque inibi an id ſit perinum.*
6 *Succeſsio ab inteſtato quo ordine procedat.*

POST tractatum omnium ſucceſsionum ab inteſtato, & ex teſtamento venientium, ponit quædã communia earum ſucceſsionum, quæ ſunt ab inteſtato: & aſsignantur quædam regulæ qualis illa
1 eſt j. eodem. l. iiij. † Seruus ſucceſſores habere non poteſt. quæ regula fallit quandoque, vt cum quis eſt in captiuitate hoſtium, & iſte verè eſt ſeruus, ſed tamen habet ſucceſſores ſi moriatur in captiuitate: quia fingitur deceſsiſſe liber in ipſa hora captiuitatis: vt ſuprà, de ſuis & legit. l. apud hoſtes. Item fallit cum mora facta eſt fideicommiſſariæ libertatis: vt ſuprà ad Orfi. l. vlt. Item fallit, cùm fit mora vindicandæ necis teſtatoris, & ancillæ quibus eſt relicta libertas interim moriuntur:
2 vt ſuprà ad Sylla. l. penult. † Item ponitur alia regula. Affinitatis iure nulla ſucceſsio permittitur: vnde vitricus non ſuccēdit priuigno, & è conuerſo: vt j eod. l. vitrico. & l. affinitatis. Excipiunt quidam in viro & in vxore, qui vltimo loco ſibi ſuccedunt: vt ſuprà vnde vir & vxor. l. prima. Alij dicunt, quòd illud non eſt iure affinitatis. nec enim eſt affinitas inter virum & vxorem: quod ex eo probatur, quia, vt affinitas cõtrahatur, ſemper oportet mediam perſonam interuenire, per quam contrahatur affinitas. ſed nulla interuenit inter virum & vxorem per quam velut media coniungantur. vſque adeò vt vir & vxor vnum corpus, & vna perſona videantur: & ideo non videtur inter eos eſſe affinitas: lex tamen inter ſponſum & ſponſam videtur affinitatem inducere: vt ff. de condic. cauſa da. l. quod ſeruus. Prætereà, ſi non eſt inter eos affinitas, nec iure affinitatis ſuccedit, quo iure ſuccedit? [Vel dic, quòd non
3 derogatur in aliquo vel aliqua lege huic regulæ.] † Aſsignatur & alia regula, quòd antequam ſcriptus hæres repudiet hæreditatem, vel aliqua ratione amittat facultatem quærēdi
a eam ab inteſtato, nemo ſuccedit: [a] vt ff. de reg. iur. l. quam diu. & j. eo. l. antequam. Cui regulæ videtur derogari ex voluntate teſtatoris ſi ita dicat, Inſtituo te, ſi legatarius hæres noluerit hæreditatem meam vendicare: vt ff. de hæred. inſtit. l. ſi quis ita
4 hæres. † Aſsignatur & alia regula j. eod. l. nutritoribus. quòd nutritoribus hoc nomine, nec ciuili, nec honorario iure defertur hæreditas. Si ergo Bononienſis pauperes receperit velut hoſpes, non ideo ſi apud eum decedat, poteſt ei ſuccedere: licet quidam inducant contrariam conſuetudinem, vt vidi de facto, cum ſocij morientis peterent res mortui, quia ad parentes eius
5 deferre volebant. † Item eſt alia regula. qui prior eſt in gradu potior eſt in ſucceſsione: vt j. eod. l. auunculo. & quia hæc regula in multis fallit: vt Inſtitu. de ſeruili cogna. §. repetitis. ideo bonum eſt vt dicamus in vltimo titu. de ſucceſsionibus,
6 quid hodie obtineat. † Sciendum eſt igitur quòd ſi quis deceſſerit, ſiquidem ſint ei aliqui deſcendentium, illi omnibus prælati ſuccedunt, ita, ſcilicet, vt ſi ex vno filio aliquis etiam decimo gradu conſtitutus ſuperſit, tamen cum filio defuncti admittantur: & erit ſucceſsio in ſtirpes: vt in Authentico, de hæred. ab inteſta. §. ſi quis igitur. & §. ſi tamen. Si verò nullum deſcendentium relinquat, vocãtur primò aſcendentes: & primò pater & mater, cum quibus fratres defuncti vocantur, qui ex vtroq; parente coniuncti erant illi. Item vocantur conſimilium fratrum filij in ſtirpes. Si verò pater & mater non ſuperſint, ſed auus & auia, paterni & materni, dicimus quòd cum eis admittantur prædicti fratres, & conſimilium fratrum filij in ſtirpes: licet alij dicant contrariũ: vt diximus ſ. de leg. hære. Si autem ſint fratres coniuncti ex altero parente tantùm, & non ſuperſint coniuncti ex vtroq;, non ſuccedunt cum aſcendentibus, imò repelluntur propter eos. Si verò aſcēdentes non ſuperſint, vocantur primò fratres vtrinque coniuncti defuncti, & conſimilium fratrum filij in ſtirpes: eis autem deficientibus, vocantur fratres ex altero tantùm parente coniuncti, & conſimilium fratrum filij: quibus deficientibus obtinet regula, qui prior eſt gradu, potior eſt in ſucceſsione, ſublata differentia ſexus, patriæ poteſtatis, & cognationis, & ſucceditur in capita: vt in auth. de hæred. ab inteſt. & auth. vt fratrum filij.

ANNOTATIO.

a Succedit. Adde Bart. in l. non ſolum. §. ſi maior. ff. de iure delib. & in l. filius. donec. eod. titu. Canoniſtas in c. Raynal. de teſta.

De bonis maternis, & materni generis. *Rubrica.*

1 *Pater quale ius habeat in rebus filio delatis à matre, vel à linea materna: & quid oporteat eũ in huiuſmodi rebus præſtare.*
2 *Patrem non poſſe alienare rem, quæ filio delata eſt à matre, vel à materna linea.*
3 *Pater quid iuris habeat in hæreditate filio emancipato delata à matre, vel à materna linea.*

DILIGENTER ſ. expoſitum eſt, quid iuris habeamus in bonis defunctorum: nunc autem incipit tractare de iure. quod nobis competit in bonis viuentium: & ita ponit, de bonis maternis, & materni generis, quæ filiusfamil. vel etiam emancipatis deferuntur: vel etiam deferuntur iis, qui neque ſunt ſui, neque emancipati: vt nepotibus ex filia mea deferuntur res auiæ ipſorum,
1 quæ fuit vxor mea. † Videamus ergo quid iuris habeat pater, vel auus in prædictis rebus: & ſi quidem filius ſit in poteſtate, vſusfr. in omnibus rebus maternis, & materni generis competit ei, vt adminiſtrationẽ gerat legitimam. omnem enim tuendæ rei debet diligentiam adhibere, & quo iure filiis debetur in examine per ſe, vel per procuratorem poſcere, & ſumptus
2 ex † fructibus impigrè facere, & litem inferentibus reſiſtere, atque omnia agere tanquam ſolidum perfectúmq; dominium ei fuiſſet quæſitũ. rem non debet in aliũ alienare, & ſi alienauerit, ipſo iure nulla eſt alienatio. Nec obſtat filius aliqua præſcriptio, niſi ſit tricẽnalis, qua poſſeſſor ſit dominus, & incipit illa

filius

filiis currere, ex quo facti ſunt ſui iuris, niſi ſint in pupillari
ætate,& euicta re, emptor ager de euictione contra patrem,
vel fideiuſſorem, cùm pater rem vendiderit vt propriam: ali-
ter enim non inueniſſet emptorem: vt j.eo.l.j.& ij.& in auth.de
1 nupt. §.ſi verò ſit ſoboles. † Si verò filius ſit emancipatus, cui
deferrur hæreditas materna, habet pater virilem portionem
vſusfructus cum alio emancipato, vel cum filiis emancipatis,
& idem dico in nepotibus, vel pronepotibus, emancipatis.
Item & ſi nepotes ſint ex filia, habet virilem portionem auus
vſusfructus in rebus quæ deferuntur nepoti ex filia ab auia
ſua,hoc eſt,in vxore huius aui: vt j.eo.l.ſi auia. Nec diſtingui-
tur,vtrum pater côuolet ad ſecúda vota, an non: vt j.eo.l.vlti.

De bonis quæ liberis in poteſtate patris conſtitutis ex matrimonio, vel aliàs acquiruntur,& eorũ adminiſtratione. *Rub.*

1 Peculium aliud eſſe profectitium, aliud aduentitium, aliud caſtrenſe vel quaſi.
2 Peculium profectitium quid ſit, & quale ius pater in eo habeat.
3 Peculium aduentitium quid ſit, & an pater habeat ius in eo, & quale, & num 5. & 10.
4 Pater remittendo filium vſumfructum peculij aduentitij, an cenſeatur donare: & an & quando teneat talis donatio.
5 Patri quibus caſibus deneget lex vſumfructum in bonis aduentitiis filiifa.
6 Vſufructu filiofa relicto, an aliquid inde acquiratur patri.
7 Filiusfa ex qua cauſa præſumatur acquiſiſſe, cum dubitatur, acquiſierit ex cauſa profectitia, an ex aduentitia.
8 Peculium caſtrenſe quid ſit, quid item quaſi caſtrenſe, & an pater ius aliquod in his habeat.
9 Pater emancipans filium ex eius conſenſu an & quale ius retineat in bonis illius.
11 Patri adminiſtranti res filij an & quando permittatur aliquid alienare ex eis rebus.
12 Filiusfa. an & quatenus habeat hypothecam in rebus patris adminiſtrantis res ipſius filij.
13 Patris arbitrium in acquirenda hæreditate filiofa. delata an ſit neceſſarium. & quid operetur eius interpoſitio, quid item eius denegatio, & nu. 15.
14 Curatorem non dari ei, qui eſt in alterius poteſtate.
16 Filiumfa. non habere poteſtatem alienandi res aduentitias viuente patre, qui in eis habet vſumfructum.

SVPERIORI tit. modicum quid dictum eſt de
bonis filiifami. obuenientibus: nunc autem gene-
raliter ponit de omnibus bonis eis ex quacunque
cauſa obuenientibus, & adminiſtratione patri in
1 talibus competenti. † Circa hæc autem ita diſtinguẽdum eſt,
quia peculium aliud eſt profectitium, aliud eſt aduentitium,
2 aliud caſtrenſe, vel quaſi. † Profectitium eſt, quod ex rebus
patris, vel earum occaſione obuenit: puta, fructus rei, vel vſura
fortè pecuniæ. Et in ea plenam habet proprietatem pater, vt
nihil iuris omnino habeat in eo filius: vt Inſti. per quas perſo.
nob. acqui. §.j. & ff. de vſu. l. in fideicommiſſi. §. cum Pollidius.
& ff. de vulg. & pup. ſubſtit. l. ſed ſi plures. § in arrogato, [vi-
detur tamen de vſura contrà: quia non eſt in fructu: vt ff. de
3 verb. ſign. l. ij.] † Aduentitium autem eſt quod ex quacunque
cauſa filio obuenit, vel à matre, vel linea materna, vel extra-
nei liberalitate, vel laboribus ſuis: non tamen ex caſtrenſi, vel
quaſi caſtrenſi peculio, & in hoc tali peculio habet pater ſolũ
4 vſumfru. præterquàm in caſib. † vt quia ipſe pater remiſit fi-
lio vſumfructum. videtur enim in hoc caſu, quòd teneat do-
natio à principio, vel ſaltem confirmatur morte patris, ac ſi
• quid diurnum *filio conceſſiſſet: vt infrà eodem. l. antepenult.
§ finautè res. vel, ac ſi illi eunti ad caſtra, res mobiles dediſſet:
vt ſ. famil. erciſcun. l. ſi filius. vel acſi dotem, vel propter nu-
ptias donationem pro filio vel filia feciſſet. In quibus caſibus
videtur quòd teneat donatio: & hoc, ſi expreſſim renunciet
pater vſuifructui. nam ſi taceat, non nocet ei: vt j. eo. l. antepe.
§. cùm autem ibi, hoc obtinente, &c. & j. de emancipa. l. vlti.
5 † Item aliàs etiam contra voluntatẽ patris in quibuſdam caſi-
bus ſtatuit lex, ne pater habeat vſumfructum, id eſt, in hære-
ditate fratris, vel ſororis ad quam vnà cum patre admittitur,
in qua nec vſumfru. habet pater: vt in authen. de hæred. ab in-
teſt. §. ſi verò cum. Idem & ſi ab aliquo parentum ea lege quid
ſibi detur, vel relinquatur, ne ad patrem perueniat vſusfru-
ctus. Idémque dico (licet quidam ſcripſerunt contrarium) in
omni eo, quod ab aliqua extranea perſona prædicta lege ſibi
datur: vt in auth. vt liceat mat. & auiæ, collatione viij. §. ſi verò
forſan. Idem etiam dico aliàs, vbicunque ſeruus donatus filio-
famil. ſub ea cõditione, vt ſtatim eum ad libertatem perducat.
Nec enim aliquod impedimentum pater ea facit authoritas,
qualis enim vſufru. poteſt acquiri qui momentarius eſſe oſtẽ-
ditur, cum ipſo momento neceſſe habet eum poſſidere, & li-
bertati donare: vt j. eod. l. vlt. in fine. Idémque etiam dico, vbi-
cunq; delata eſt hæreditas filiofa. in cuius acquiſitione noluit
pater filio conſentire: vt j. eod. l. vlti. §. primo, ſecundo, & ter-
tio, hoc dixi in omnibus aduentitiis. Et hæc habent locum in
lucro dotis: ſi dotem lucratus eſt filiusfa. ab vxore ſua, & in do
natione propter nuptias quam lucrata eſt filia mea à marito
ſuo, vel ſponſo: vt j. eod. l. non ſine. Secùs ſi dedi dotem pro fi-
lia mea, & ea moritur in matrimonio filiis exiſtẽtibus, vel non
exiſtentibus: vel etiam diuertit filia mea à marito ſuo: pleno
enim iure dos ad me reuertitur, ne hac iniecta formidine pa-
rentum circa liberos, munificentia retardetur. Idémque in do-
natione propter nuptias, ſi eam conſtitui pro filio meo: & poſt-
6 eà ſolutum ſit matrimonium: vt j. eo. l. conſtitutionis. † Quòd
ſi filiofamil. reliquatur vſusfruct. in hoc quidem non poteſt
eſſe patri vſusfruct. quia ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt: vt
ff. de vſufruct. leg. l. prima. & ſatis in hoc caſu ſecundum vete-
res leges videtur ſtatui ſ. de vſufruct. l. vlt. ſed hodie puto ſo-
lum filium fructuarium: pater autem rebus ex vſufruct. pro-
7 uenientibus vtetur & fruetur. † Quid ſi dubitetur vtrum ex
profectitia, an ex aduentitia cauſa filius quæſierit? Dicunt
quidam ex profectitia præſumi ad ſimilitudinem vxoris: vt
ff. de donat. inter vir. & vxo. l. Quintus. Sed ego puto diligen-
ter eſſe attendendum, vtrum pater inops erat: filius verò ſtu-
dioſus, vel curioſus, & in arte ſua attentus, vt bene laboret:
in quo caſu pro filio præſumerem. An verò filius ſit piger, nec
alicuius artificij doctus: pater verò diues ſit: ex quibus & ſi-
milibus contra filium coniecturam caperem per not. ſ. arbitr.
8 l. ſi defunctus. † Caſtrenſe autem peculium eſt, quod * à paren-
2 tibus, vel cognatis in militia degenti donatum eſt, vel quod
filiusfamil. in militia acquiſiuit, quod niſi militaret, acquiſitu-
rus non fuiſſet. Nam quod erat etiam ſine militia acquiſiturus
id peculium eius non eſt caſtrenſe: etiam ſi ille, qui donauit,
vel legauit, cognatus, vel fortè vxor, non ex caſtris notus, ex-
preſſit nominatim, habeat in caſtrẽſi peculio, veritatem enim
ſpectamus, an vere caſtrenſis vel notitia, vel affectio fuit: non
quod quis finxit: vt ff. de caſtren. pecu. l. ſi fortè. & l. caſtrenſe.
Quaſi caſtrenſe autem peculium eſt quod aduocati ex aduo-
catione percipiunt de publico: vel iudices percipiunt ſalarij
cauſa: vel quod obuenit presbyteris, vel clericis omnibus: vt ſ.
de aduo. diuer. iudic. l. fortiui. & de epiſcopis & clericis. l. ſa-
croſanctæ. & l. cum lege. In his nihil omnino etiam ſecundum
veteres leges habet pater: vt j. eodem. l. quicunq; res. §. eodem
videlicet obſeruando. & l. antepenul. §. cum autem. ibi, exce-
ptis, &c. & ff. de collat. bon. l. prima. §. nec caſtrenſe. Hodie ta-
men, ſi deferatur hæreditas filiofamil. ex caſtrenſi cauſa, nec
eam ipſe velit habere, pater poterit eam adire, & eam habebit
pleno iure: vt infrà eodem. l. vltima. §. ſimiliq́ue modo, &c. Et
9 hæc omnia vera ſunt donec filij ſunt in poteſtate. Si † verò
pater velit eos emancipare, & filius conſentiat in præmium
emancipationis, pater retinebit, ſcilicet dimidiam vſusfru. re-
rum aduentitiarum: niſi pater renunciaret expreſſim: nam ſi
taceat: non noceret ei: vt j. eodem. l. antepen. §. cum autem. & j.
de emancip. l. vltima. [Sed olim poterat retinere tertiam par-
tem proprietatis plenè: vt j. eodem. l. antepen. §. cum autem.]
De his autem, quæ poſt emancipationem obueniunt eis, pater
nihil habet: vt Inſtitut. per quas perſonas nob. acqui. §. ex his
itaque. niſi in hæreditate materna, & materni generis; vt no-

10 tauimus ſ. tit. proximo. † Habet autem pater legitimam ad-
miniſtrationem in rebus filij, ſcilicet, aduentitij: nam in aliis
nihil habet: vel totum habet. Et eſt parentum officium tueri
res prædictas, & defendere: vt diximus ſ. de bon. maternis, &
11 materni generis. † Et abſtinere debent ab alienatione, vel o-
bligatione rerum: vt ibidem diximus: niſi propter æs alienum
filij. Et ponitur exemplum in hæreditate filiofa. delata, & adi-
ta concurrente voluntate patris & filij: tunc enim permittitur
patri vendere ex rebus mobilibus hæreditariis, vt ſoluat æs
alienum. Si autem non ſufficiunt mobilia poterit ex immobi-
libus partem ſufficiētem nomine filij venundare: vt illico red-
datur æs alienum: & non vſurarum onere prægrauetur. Quòd
ſi hæc facere ſuperſederit: ipſe vſuras vel ex reditibus, vel ex
ſubſtantia ſua omnimodo dare compelletur. Item & ſi neceſſe
habeat legata ſoluere: ſi quidem tales reditus ſint in hæredi-
tate, qui ſufficiant ad annalia legata: pater ex huiuſmodi re-
ditibus ſatisfaciet. Alioquin ſatisfaciet de rebus immobilibus,
quæ ſteriles ſunt: vel ſi illa deficiunt, extenderet manum ad re-
liqua: ergo extra memoratas cauſas non licet patri alienare,
vel pignorare: alioquin incidet in laqueos legum: niſi vendat
mobilia vel immobilia, quæ oneroſa vel damnoſa ſunt hære-
ditati: quæ ſine periculo patri cum paterna pietate vendere li-
cet: vt pretium earum vel in res, vel in cauſas hæreditarias pro-
cedat, vel filio ſeruetur: vt j. eod. l. vlti. §. vbi autem. vſque ad il-
12 lum §. filius autem fami. † Et pro conſeruatione iſtarum re-
rum aduentitiarum vel conſimilium: vel pretium ipſarum, ha-
bet filius tacitam hypothecam, ſed nō habet hypothecam: quia
malè pater ſit fruitus, vel gubernauit res: niſi in caſu quem no
tauimus ſ. ſcilicet cùm pater non vendidit ob æs alienum ſol-
uendum: vt infrà eodem. l. antepenult. §. non autem hypothe-
cam. & §. ſed cum tacitas. Nec puto, quòd exigatur à patre de-
cretum cum ipſe alienat, licet exigatur à tutore. Nec enim eſt
abſurdum, ſi patria poteſtas, quæ naturalis eſt, & primitiua,
plus poſsit quàm tutoria: tutoria autem eſt inuenta ad imita-
tionem patriæ poteſtatis: vt infrà de ſent. paſ. & teſt. l. vltima.
13 † Item in acquirendo conſiſtit arbitrium patris, vt ſi delata
eſt filiofamil. hæreditas aliqua diſtinctione habita, vtrum fi-
lius erat maior xxv. annorum, an erat adoleſcens, & ſic erat in
ſecunda ætate: an erat puer, & ita erat in prima. Si maior eſt,
& ipſe velit eam habere, pater nolit, poteſt eam adire, & pater
in ea nihil iuris habet, & filius pro hæreditate aget, & conue-
nietur: ſed neceſsitas imponetur patri conſentire filio agenti,
vel reſpondenti in iudicio, ne videatur conſentire ſine patris
voluntate: & è conuerſo, ſi pater velit eam habere, & filius no-
lit, pater pleno iure habebit eam, & ad eum omne pertinebit
emolumentum & damnum. Si autem filius eſt in adulta ætate,
ſimili modo licet patri repudiare, & filio adire: vt ad eum om-
ne commodum & incommodum pertineat, & in agendo, &
14 reſpondendo, dabitur curator bonis: non † dico perſonę: quia
ei, qui eſt in alterius poteſtate curator dari non poteſt: vt ſu-
prà de cur. fur. l. vltima. primo reſponſo. niſi in caſu: vt infrà
de ſen. paſ. l. vlt. & è conuerſo, repudiante filio, licet patri adi-
re, & ad eum pertinebit omne commodum & incommodum,
licet filiofamil. delata eſſet hæreditas ex caſtrenſibus occaſio-
nibus. Sed tamen in vtroque caſu, ſi deceptus ſit minor in
adeundo, vel repudiando, poterit in integrum reſtitui: vt j. eo.
15 l. vlt. j. reſpon. & §. ſin autem in ſecunda ætate. † Vbi autem fi-
lius eſt in puerili & infantili ætate, pater etiam ſine eius con-
ſenſu poteſt hæreditatem adire. Sed tamen, ſi factus pubes ra-
tam non habet aditionem, poterit in integrum reſtitui: pater
autem oneribus hæreditariis alligatur. Si autem filius poſt in
integrum reſtitutionem petiit, vt liceat ei reſpuere hæredita-
tem, non licebit ei interim in integrum reſtitutionem poſtu-
lare, vt liceat ſibi adire, ne leges ludibrio fiāt ei ſæpius cupienti
& amplecti, & reſpuere, eandem hæreditatem. Si autem pa-
ter repudiauit hæreditatem infante filio conſtituto, ipſe au-
tem filius poſteà in ſacris conſtitutus, vel patria poteſtate li-
beratus, voluerit adire hæreditatem, licet ei hoc facere, vel tu-
toribus, vel curatoribus eius, implorando in integrum reſti-
tutionem contra repudiationem paternam: & ſi ſemel in in-
tegrum reſtituatur vt liceat ſibi adire, non poteſt poſteà in
integrum reſtitui, vt liceat ſibi repudiare. Quæ autem
dicta ſunt in hæreditate delata filiofam. eadem ſeruanda ſunt
in legatis, & fideicommiſsis ſpecialibus, & vniuerſalibus, &
in iis, quæ ſunt eis ſimilia: vt j. eo. l. vlti. §. vbi autem puerilis.
Vbi autem filiusfa. eſt maior infante, & minor xiiij. annorum
poſſunt eadem ſeruari quæ ſ. diximus in adoleſcentibus. Sed
16 & illud † non eſt prætermittendum, quod filiusfamil. non habent
poteſtatem alienandi aduentitias res, donec parentes viuunt,
qui habent vſumfruct. in rebus illis: niſi alienarent ex conſen-
ſu parentum. Cùm enim parentes alere liberos compelluntur
ſecundum leges & naturam, quare ad vēditionem rerum ſua-
rum proſiliunt? vt j. eod. l. vlti. §. filius autem fami.

ANNOTATIONES.

* Diurnum. Forte diuturnum.
a Peculium eſt. De iſto peculio caſtrenſi & quaſi, vide Spec. in titu. de actore. verſic. item quod eſt filius. Bartol. in l. certum. §. ſi filius. ff. ad ſylla. Bal. in l. cum oportet. vlti. colum. C. de bo. quæ libe. domi. Chriſtopho. & ibi Iaſo. in addi. in §. requiritur. nu. vii. cum plu. ſeq. Inſt. per quas perſo. nobis acqui. qui totum iſtum titu. declarat.
* Alienandi. Filiusfamilias alienare non poteſt, licet pater ei concedat liberam adminiſtrationem. ff. quæ in fraud. cred. l. ſi pater. ff. de pact. l. tit. §. ſi. Item filius dum eſt in poteſtate patris donare non poteſt, nec agere de rebus ſuis. ff. de dona. l. filiusfamiliàs. cum ſimilib. Si tamen conſentit venditioni factæ à patre de rebus maternis, obligatur ſi nullum habet tutorem, vel curatorem. Sed ſi læſus eſt, debet reſtitui C. de in integ. reſtit. l. ſi curatorem. & extra. de in integ. reſtitu. c. conſtitutus. vbi de hoc in glo. Nomine autem filiorum veniunt etiam nepotes, & pronepotes ff. ad Macedonianum, l. filius. Sed cùm agitur. de pœna ſignificatio filii reſtringenda eſt, & non ampliãda ad nepotes. l. vi. diuo. c. domino. Martinus.

De hæreditatibus decurionum, nauicula-riorum, cohortalium, militum, & fa-bricenſium. *Rubrica.*

1 *Cognatione ceſſante, qui ſuccedant.*
2 *Corpora quando & quibus ſuccedant.*
3 *Fabricenſes qui.*
4 *Titu. de har. decur. locus.*

PERTRACTATO iure omnium ſucceſsio-
num iure communi obuenientium, de hæredita-
tibus quorundam ponit, in quibus ſpecialiter
1 quiddam ſtatuitur. Eſt autem hoc: quia † licet iu-
re communi deficiente omni cognatione, primò coniunx, de-
2 inde fiſcus [a] ſuccedat, niſi in caſu: vt ſ. vnde vir & vxor. l. j. &
de ſecund. nupti. l. j. Hic tamen poſt coniugem non venit fi-
2 ſcus: ſed hi tantum, de quorum † corpore vel collegio fuerat
is, qui deceſsit: ſiue erat nauicularius: vt j. eo. l. j. ſiue erat miles:
vt j. eod. l. ij. ſiue erat cohortalis: vt j. eo. l. iij. ſiue erat curialis,
3 vt j. eo. l. iiij. ſiue erat fabricenſis: vt j. eo. l. vlti. Et † dicebã-
tur fabricenſes, qui erant deputati armis faciendis, & repa-
randis, & vendendis. Et iſti etiam deputati dicebantur: vt in
4 auth. de armis. † Et locum habent leges huius tit. quando in-
ter fiſcum & corpus erat controuerſia non habente locum
cōiuge, vel quia non ſupererat, vel quia repudiauerat. Si enim
ſupereſſet, omnibus præferretur: ſicut & in alio caſu fiſcus
excludetur: vt j. ſi liberalitatis imperialis ſocius ſine hærede
deceſſerit l. j. aliàs enim ſemper vltimo loco admittitur fiſcus
in quacunque ciuitate quis decedat: vt j. de bonis vacan. l. j.

ANNOTATIO.

a Fiſcus ſuccedat. Ad huius breuis tit. materiam vide Bart. in l. vacantia. C. de bo. va. lib. x. & in l. pri. §. an bona. ff. de iure fiſ. & in l. ſicut. §. prim. ff. quod cuiuſque vniuerſ. no. do. Alexand. de imo. in l. iii. §. ex cauſa. ff. de iure fiſ. & in conſi. prim. xcii. in iiii. volu. vbi habes totam materiam & do. Barto. ſoci. xxii. incip. ſequendo ordinem. verſi. circa ſecundam. q. cum verſi. ſeq. in primo volu.

DOMINI AZONIS SVMMÆ IN
ſextum librum Codicis Finis.

EIVS

EIVSDEM DOMINI AZONIS SVMMA IN SEPTIMVM LIBRVM CODICIS.

De vindicta (libertate) & apud concilium manumiſsione. *Rubrica.*

1 *Concilium quid ſit.*
2 *Libertas qua dicatur dari vindicta.*
3 *Manumittere vindicta quis poßit.*
4 *Manumittere per alium an quis poßit.*
5 *Manumiſsionem non impediri per opinionem ſerui manumiſſi, vel domini manumittentis contrariam veritati.*
6 *Minori annis viginti quibus ex cauſis manumittere permittatur per legem Aeliam Sentiam.*
7 *Minorem viginti annis non poſſe etiam ex iuſtis cauſis manumittere citra decretum, nec citra tutoris aut curatoris authoritatem.*
8 *Pupillum non poſſe gratia tutoris habẽdi ſeruum manumittere.*
9 *Manumiſsio facta à minore ex cauſa, qua vt vera approbata eſt, cum tamen verè nulla eſſet, an teneat.*
10 *Manumiſsioni ſerui ſibi pignorati minorem poſſe etiam ſine cauſa conſentire.*
11 *Manumiſsio vindicta apud quem fieri debeat.*

EXPLICITIS, & ſummatim pertractatis
ſex libris, librum ſeptimum Iuſtinianus ordi-
tur, & à libertatibus incipit. Nec hoc ineptè
nec perperã: imò prudenter, & mirabili quo-
dam artificio actum eſſe dignoſcitur. Si qui-
dem in hoc ſeptimo libro de libertate, id eſt,
1 de hominis conditione tractatur: quem ex ſeptenario, † id eſt,
ex triplici animi proprietate déque quatuor elementis con-
ſtat eſſe formatum. Quémque ex aliis ſeptem partibus corpo-
aliter conſtat eſſe compoſitum ex pedibus, tibiis, coxis, in-
guine, ventre conſtituto in medio, collo, capite quod eſt ima-
go vnde cognoſcitur, quódque ſeptem cellulas habere non-
nulli non leues authores poſteris tradidére. Ad hæc poſt tra-
ctatum de libertatibus non incompetenter adiiciemus de vſu-
capionibus, quæ & ipſæ ex ordine nullatenus poſſunt proce-
dere: niſi hæ illis adſiſtant circunſtantię, rei traditio vel quaſi,
bona fides in initio, titulus iuſtus, vel id quòd habeatur pro
titulo, vt res non ſubiaceat vitio, poſſeſsio pro ſuo, poſſeſsio
non interrupta, ſed continua, tempus quoque lege præfixum.
Amplius quoque de ſententiis in hoc ſeptimo libro tractatur,
quas certum eſt nullius eſſe momenti, niſi & ipſæ rebus vij. id
eſt, formis quibuſdam præcedentibus eas, atque conſequenti-
bus inueniatur eſſe vallatæ, quæ ſunt hæ libelli oblatio, cau-
tionis expoſitio, lius conteſtatio, iuriſiurandi calumnię, id eſt,
propter calumniam, præſtatio, cauſæ cum crebris interroga-
tionibus examinatio, ſententiæ in ſcriptis pronuntiatio, exe-
cutio: niſi ſententia reſtitutionis impediatur auxilio, commu-
niſve remedij, id eſt, appellationis ſuſpẽdatur articulo. Cúm-
que dictum ſit in libro ſuperiori ſexto, de relictis omnibus
pecuniariis generalibus, & ſpecialibus, conſequens eſt, vt di-
camus de relictis non pecuniariis, id eſt, de relictis libertati-
bus. Et quia libertatum relictarum aliæ ſunt fideicommiſſa-
riæ, aliæ ſunt directæ, conſtétq; quia directæ digniores ſunt,
de his primum audiamus. Verum à libertatibus relictis, occa-
ſione ſumpta de libertatibus illis, quæ inter viuos dantur, ali-
qua dicamus. Et quia inter viuos libertas competit vindicta,
& ſine vindicta, eſtque excellentior ea, quę datur vindicta: au-
diamus de vindicta libertate. Et quia libertas vindicta datur,
& apud concilium, & aliàs conſtat, quòd quia dignior ſit ea,
quæ datur apud concilium, audiamus de vindicta libertate, &
apud concilium manumiſsione. Videamus itaque quid ſit con-
cilium: & vnde dicatur: quæ libertas detur vindicta: quis poſ-
ſit vindicta manumittere, & quis non, & quis valeat manu-
2 mittit. † Eſt autem concilium locus ille, quo iuriſditio cele-
bratur, vel exercetur iuriſditio voluntaria, vt adoptio, emanu-
cipatio, manumiſsio. Porrò in iudicio contentioſo exercetur,
vel expeditur iuriſditio. Eſtque dictum concilium, quia vo-
2 luntates diuorum conciliat, concordat & conſonat. † Dicitur
autem libertas vindicta dari, vel apud vindictam, quia datur
apud iudicem caput hominis qui manumittebatur virga qua-
dam leniter percutientem. Quippe apud Boëtium in Com-
mentariis ad Topica Ciceronis, legitur vindictam fuiſſe vir-
gam prætoriam, qua prætor ſerui caput tangebat, & dicebat,
Abi, aio, te liberum more Quiritum, vnde Perſius,

Vindicta poſtquàm meus à prætore receßi.

Vel (ſicut in Pandectis legitur de origine iuris l.ij. §. initiũ)
libertas quæ apud iudicẽ dabatur dicitur vindicta, à Vindicio
Vitelliorum ſeruo, qui vindicauit ciuitatẽ Romanam in liber-
tatem, qui proditionis coniurationẽ indicio ſuo detexerat: in
perſona cuius Vindicias ſecundum libertatem dixit Brutus,
qui primus Romæ conſul fuit. Inde poſtmodum obtentum eſt
vt omnis illa libertas dicatur vindicta, quæ datur à populo,
vel à magiſtratu, qui gerat vicem populi. Poteſt & illud dici,
3 vt conciliũ hic ponatur pro præſidentibus in concilio. † Poteſt
quis vindicta manumittere, ſi maior eſt xx. ann. vel etiam non
minor. Nam qui natus eſt Calẽdis Ianuariis poſt horam ſex-
tam noctis xx. ann. pridie Calendarum Ianuariarum: quaſi
impleuerit xx. ann. poterit manumittere, non enim minori xx.
annorum permittitur manumittere, ſed minorẽ manumittere
vetatur. Iam autem minor non eſt qui agit diem ſupremũ xx.
anni: vt ff. de manumiſſ. l.j. Manumittet quidem iſte ſeruum
ſuum, vel qui videtur fuiſſe ſeruus. Si enim hęres ſeruum lega-
tum manumittat, mox legatarius repudiet, retro cõpetit liber-
4 tas: vt ff. eo. l. iij. † Item manumittet quis per ſe, non per alium,
vel procuratorẽ: vt j. eo. l. penult. quod ſic exaudi, ſcilicet tan-
quam per procuratorẽ, hoc eſt, vt dominium apud ſe retineat.
Excipitur tamen in patre & filio, & in quolibet aſcendente,
maſculo, vel fœmina, qui per liberos ſuos, vel in poteſtate con-
ſtitutos, vel emancipatos, mãdato eis iniuncto poſſunt manu-
mittere: vel vindicta, vel quolibet alio modo: vt j. cõmunia de
manumiſſ. l.j. §. vlt. & ff. e. l. ſurdi. & l. pater. hoc ita, niſi reuoca-
tum ſit à patre expreſsim mandatũ per nuntium, vel per lite-
ras, licet filius nondum ſit certioratus. Tacita autem reuocatio
non impedit manumiſsionẽ, vt ſi pater filio permiſerit manu-
mittere, & interim deceſſerit re integra: deinde ignorans filius
patrem mortuum, libertatem impoſuerit. Nam libertas ſeruo
contingit fauore libertatis, cùm non appareat mutata domini
voluntas: vt ff. eo. l. ſi pater filio. Si verò dominium in aliquem
velim transferre, & rogo eum de manumittendo, poſſum hoc
5 facere quicunq; ſit ille: vt ſ. de dol. cùm proponas. Nec † eſt in
huius manumiſsione ſerui opinio attẽdenda. Nam ſi dominus
manumittit ſeruum, & ſeruus putaret ſe non eſſe manumitten-
tis, nihilominus erit liber. Plus enim eſt in re, quàm in exiſti-
matione. Sic eſt & ſi dominus credat ſeruum eſſe alienum, vel
ſi vterq; erret idem eſt: vt ff. eo. l. ſi pater. §. quoties. Si verò ille,
qui vult manumittere minor eſt xx. an. locum habet lex Ælia
Sentia, quę non niſi ex iuſta cauſa permittit minori manumit-
6 tere. † Iuſtæ autem cauſæ manumiſsionis hæ ſunt, veluti, ſi-
quis patrem, vel matrem, aut filium, filiámve, vel eum qui ſan-
guine contingit ipſum, aut fratrem, ſororémve, aut pædago-
gum, nutricem, educatorem, aut alumnum alumnámve, aut
collactaneum, aut capſarium, id eſt, qui portat libros manu-
mittat: aut ſeruum procuratoris habendi gratia, dum non ſit
minor xvij. an. aut manumittit ancillam, aut ſeruum matrimo-
nij cauſa, exacto priùs iureiurando vt intra ſex menſes vxo-
rem eam ducere oporteat. Itẽ ex iuſta cauſa eſt ſi periculo iræ,
vel infamiæ dominum liberauit ſeruus: vt ff. eod. l. iuſta cauſa.
Poſſunt & aliæ iuſtæ cauſæ ex præterito eſſe, veluti quòd do-
minum in prælio iuuerit cõtra latrones, tutatus ſit eum, quòd
eum ſanauerit: quòd inſidias detexerit, & longum eſt ſi exequi
volueris hoc: quia multa merita incidere poſſunt, quibus ho-
neſtum ſit libertatem cum decreto præſtare quæ æſtimare de-
bebit is, apud quem agitur de ea re: vt ff. eod. l. etiam. §. j. Item
matrimonij cauſa manumittere poteſt etiam ſpado, non ita in
caſtrato: vt ff. eo. l. alumnos. §. vlo. Porrò in omnibus eſt quæ-
dam generalis adhibenda diſcretio: vt non vtiq; vnum habeat

ſeruum,qui manumittit:vt ff.eo.l.ſi collactaneus.§.præterea.
Item omnes prædictæ cauſæ non ex luxuria,ſed affectu debẽt
approbari,non enim delicijs,ſed iuſtis affectionibus datur li-
7 bertas per legem. Ex his † ergo cauſis, & ſimilibus, procedit
manumiſsio per decretum: ita tamen ſi tutoris, vel curatoris
authoritas intercedat in manumiſsione minoris xx. ann. qui
tamen maior eſt infante. Infans enim vindicta non poteſt ma-
8 numittere:vt ff.eo.l.penul. Nec † eſt prætermittendum quòd
pupillus gratia tutoris habendi manumittere non poteſt. Eſt
enim abſurdum in eligendo tutore firmum videri eſſe iudi-
cium pupilli, cuius in omnibus rebus vt infirmum iudicium
9 authore tutore regitur:vt ff.eod.l.vltima. † Item generale eſt
vt etſi verè nulla ſit cauſa, ſi tamen tanquam eſſet vera fuerit
approbata,teneat manumiſsio(vt dicunt quidam:)vt ff.eo.l.
iuſta. & inſtit.quibus ex cauſis ma.non poſſ.§.ſemel. Sed id
ego non puto:quia falſam cauſam nullam puto:vt ff.de verb.
ſignificatio.l. Paulus. vnde ſicut nulla cauſa propoſita, irrita
eſſet manumiſsio,ita & nunc. Quòd autem dicitur, vera,ex-
pone,id eſt iuſta, & falſam, expone pro iniuſta:vt ff.de in in-
tegr.reſtitut.l.omnes. & Horatius ait, metiri ſe quemque ſuo
10 modulo,ac pede, verum eſt,id eſt,iuſto. † Licet autem minor
non poſſet manumittere ſine cauſa proprium ſeruũ,vel com-
munem,tamen ſi ſeruum ſibi pignori obligatum minor con-
ſentiat debitori manumittere, tenet manumiſsio: quia non
tam manumittere, quàm non impedire manumittentem in-
telligitur:vt ff.eo.l.ij.& l.ſi pater.§.vlti.& penult. Qui autem
ſerui poſſunt manumitti,& qui non:non curo hic dicere:quia
j.qui non poſſunt ad libertatem peruenire. ſpecialiter tracta-
11 tus habetur. † Procedit hæc manumiſsio apud iudicem ordi-
narium, vel etiam extraordinarium. Item & apud collegam
manumittentis:vt ff.eo.l.etiam.§.vlt. & l.apud proconſulem.
& l.apud filium. Amplius etiam apud ſeipſum quilibet minor
manumittit,dum tamen apud collegam cauſa manumiſsionis
probetur:vt ff.de offic.proconſul.l.j.& ff.eo.l.ſi rogatus.§.vlt.

De teſtamentaria manumiſsione. *Rub.*

1 *Manumiſsio teſtamentaria qua dicatur.*
2 *Libertatem directò relinquere quis cenſeatur.*
3 *Manumittere directò quis poſsit, & quis non poſsit.*
4 *Minor qua ætate poſsit libertatem teſtamento relinquere, & qua inter viuos manumittere.*
5 *Libertatem ſeruo relinquere an, & quatenus poſsit is,qui non eſt ſoluendo.*
6 *Manumitti directò quis poſsit.*
7 *Libertas quibus ſeruis relinqui non poſsit.*
8 *Libertas in qua voluntate poſsit relinqui.*
9 *Libertas qualiter relinqui poſsit vltima voluntate, & nu.11.*
10 *Seruus quando dicatur nominatim manumiſſus.*
11 *Libertatem poſt tempus relinqui poſſe, atque inibi quando tunc competat.*
12 *Libertatem poſſe ſub conditione relinqui, & quando ſit ei conditioni parendum, & nu.14.*
13 *Libertate pluribus relicta ſub vna conditione, an ab omnibus conditio implenda ſit, & quid ſi ſub pluribus conditionibus ſit relicta, an omnibus parendum ſit, an ſufficiat vnam implere.*
15 *Libertatis directò relictæ effectus quis ſit.*
16 *Seruis, quibus teſtamento libertas eſt relicta, quomodo conſulatur, ſi nemo ſit, qui vel ex teſtamento, vel ab inteſtato adeat hæreditatem.*
17 *Creditores hæreditarij an, & quando, & quatenus conueniant eum, cui bona addicta ſunt libertatũ conſeruandarum cauſa.*
18 *Libertas directa & fideicõmiſſaria in quibus differãt inter ſe.*

EXPLICITO tractatu vindictæ libertatis,quæ
iudicis munitur authoritate: ſequitur de ea vide-
re quæ habet præcipuum fauorem, id eſt, quæ re-
linquitur in vltima voluntate. Et quia directa li-
bertas dignior eſt ea,quę per fideicõmiſſum præſtatur,primò
de directa videamus: & ſic de teſtamentaria manumiſsione.

1 Eſt tamen præmittendum, quia † teſtamentaria manumiſsio
poteſt dici omnis quæcunque ex cauſa teſtamenti præſtatur,
vel propter teſtamentum contingit:ergo & fideicommiſſaria
dicitur teſtamentaria. Sed hic ſpecialiter vocat eam teſtamen-
tariam, quæ directò relinquitur in teſtamento. De fideicom-
miſſaria tamen libertate aliquid in hoc tit.tractatur: ſed ple-
nior, & ſpecialior j. de ea ponitur tractatus. Videndum ergo
quis dicatur directò libertatem relinquere: & quis poſsit di-
rectò manumittere: & quis poſsit manumitti directò, & in
2 qua voluntate, qualiter, & quis ſit eius effectus. † Directò au-
tem quis videtur relinquere libertatem cùm non ab alio ſer-
uum manumitti rogat:ſed velut ex ſuo teſtamento ei liberta-
tem competere vult. Et dicitur talis libertus orcinus:vt Inſti.
de ſingu.re.per fideicommiſſ.reli.§.penul. & antepenul.ſic di-
ctus,quia manumiſſus eſt ab eo,qui tendit ad orcum,vbi quæ
dam conſtituta erat ſedes omni viuenti, donec venit ſalus &
redemptio noſtra,vel dicitur orcinus ab orthos * quod eſt re-
ctum,quaſi directò manumiſſus,quod eſt melius.Sed in prima
deriuatione infernus dicitur orcus ab orce,quod eſt capiun-
3 de & vrceus dicitur, orcus enim omnia capit. † Directò po-
teſt manumittere ille ſolus, & ille omnis, qui poteſt inter vi-
uos manumittere: ergo, qui crimine perduellionis tenentur,
manumittere non poſſunt: & ſi manumiſerint, & poſt eorum
mortem,inchoata accuſatione,fuerit eorum damnata memo-
ria,nulla eſt manumiſsio:vt j.eod.l.ij.& ad legem Iul.maieſta.
l.vlti.& penult. Idem eſt in furioſis, & talibus qui conſentire
non poſſunt. Item manumittere non poſſunt qui danati ſunt
vt fierent ſerui pœnæ:Imò & ſi accuſatus eſt aliquis,& cùm in
futurum proſpiceret ſe damnandum manumiſit,nulla eſt ma-
numiſsio. Idémque & in eo,qui ideo ſeruum alienius criminis
reum manumiſit,vt crimini ſubtraheretur:vt ff.de manumiſſ.
l.qui pœnæ. Quis autem poſsit, vel non poſsit manumittere
inter viuos,dictum eſt ſuprà titu.proxi.l.ſed de regula prædi-
4 cta excipitur minor xx.ann. † maior xvij.ann.vt Inſti.quibus
ex cauſis ma.non licet.§.vltimo. Iure vero Authenticorum ex
quo teſtari poteſt, & libertates relinquere poteſt: vt in auth.
vt ſpon.larg.§.& hoc quoque præſenti. In ea verò manumiſ-
ſione, quæ fit inter viuos, nihil credo immutatum: ſiquidem
verbum, relinquere, hoc indicat:vt ff. de tab.exhiben.l.j.§.vlt.
Sed & authen. expreſsim loquitur de ea manumiſsione tan-
tùm, quæ prouenit ex vltima voluntate: licet quidam dicant
5 contrarium. Item † excipitur in eo,qui cùm non ſit ſoluendo
inter viuos, nullum in fraudem creditorum manumittit, ſed
tamen vnum hæredem inſtituit: & ita eum directa libertate
donat vt inſtit.quibus ex cauſis ma.non licet,primo reſpon. &
§.licet autem. Aliter autem nullo modo poteſt directam liber-
tatem relinquere ille, qui non eſt ſoluendo, etiam ſi locuples
hæres exiſtat ei:vt j.eo.l.in fraudem. Si tamen ille,qui non eſt
ſoluendo ita relinquat directam libertatem, cùm æs alienum
ſolutum erit, non videtur in fraudem creditorum eam relin-
quere:cùm apertiſsimè curare videatur,ne creditores ſui frau-
dentur:vt ff.e.l.ſi quis locuples. Et ideo valet libertas:quia ad
hoc vt directa libertas non valeat,oportet præcedere conſiliũ
manumittentis, vt fraudet creditores: & euentum damni cre-
ditorum ſuum recipere non valentium:vt inſti.quibus ex cau-
6 ſis ma.non licet.in princ.titu. † Poteſt directo manumitti ille
ſeruus,qui vtroque tempore fuit teſtatoris,id eſt,& quo teſta-
mentum fit,& quo moritur teſtator:vt ff.eo.l.Seruus.& Inſt.
de ſingulis rebus per fideicommiſſ.re.§ at is,qui directo. Dico
verè,vel interpretatiuè:vt ecce,ſeruus teſtatoris erat apud ho-
ſtes tempore mortis eius,& poſteà reuerſus eſt:vt ff.eo.l.ſi ſer-
ui,qui apud. Seruo ergo extraneo etiamſi ſit ſeruus hæredis
mei non poſſum directam libertatem relinquere:vt j.eodem.l.
ſeruo. adeo, vt nec dicam eam trahi ad fideicommiſſariam:vt
ff.de leg j.l.ſi ſeruus legatus.§.ſi ſeruus.licet aliud ſit in eo,qui
ſeruo pignori obligato reliquit libertatem directò:vt ff.de fi-
deicommiſſ. liber.l. generaliter.§.ſi quis tutorem. & §.ſi quis
ſeruo. Pla. tamen putauit hæredem eſſe exceptione repellen-
dum,cuius ſeruo libertatem reliquerat teſtator: vt ſic non com
7 pellatur hæredi ſeruire:vt j.de liber.cauſa.l.ſi ab eo. Hoc † ita
in primo: niſi prohibeatur ſeruus aliqua certa ratione ad li-
bertatem peruenire. Nam prohibetur quandoque defuncti
iudicio

codicio:vt j.eo.l.contra voluntatem.& ff.eo.l.ſi quis ita ſit le-
gatus.§.quod conſtitutum.& j.qui non poſſ. ad li.perue. l.ij.
Item quandoque prohibetur contrahentis pacto,vel præſidis
poteſtate,vel delicti ratione:vt ff.de manumiſ.l. ſeruus hac le-
8 gē.& j.qui non poſſ.ad liber.perue.l.j. † Poteſt relinqui di-
recta libertas in teſtamento. Item in codicillis teſtamento
confirmatis:ſed fideicommiſſariæ etiam in codicillis ab inte-
ſtato factis poſſunt relinqui:vt ff.eo.l. libertates directæ. Sed
dubitari poteſt, an expreſsim eas confirmari oporteat in te-
ſtamento,an ſufficiat tacita confirmatio? & puto tacitam ſuf-
ficere,arg. eius quod dicitur, ff. de iure codicil.l. ab inteſtato.
& Inſti. de codicillis. §.ſed cùm ante. Vbi autem nullum fa-
ctum eſt teſtamentum, non poteſt relinqui libertas directa in
codicillis:quia ex teſtamento,quod nullum eſt, non pendet:vt
9 in prædicta,l. libertates. † Relinquitur libertas poré, & no-
10 minatim ſeruo expreſſo,qui nominatim videtur † eſſe manu-
miſſus,ſiue nomen contineatur in codicillis, ſiue in teſtamen-
to. Item ſiue nomine proprio demonſtretur,ſiue artificio, vel
officio, vel quolibet alio modo euidenter vocetur: veluti di-
ſpenſator meus, & ſocius meus, Pamphili ſerui mei filius. Si
autem ex pluribus eodē nomine ſeruis,vnus liber iuſſus, non
appareat quis ſit,nullus liber eſt:vt ff.eod.l. nominatim. & l.
cùm ex pluribus.Simile & in filio exhęreditato:vt de libe.pręte.
§.fieri debet. & §.quid eſt. & idem in tutela notaui ſ. de teſta.
tut.§.datur. Sed ſecus in legatis:vt ff.de legat.ij.l. ſi quis.§ ſi
inter.ſecundum quoſdam.vel dic idem in omnibus donec eſt
incertum licet hæres poſsit eligere, cui det. nun autem cogi-
tur:vt ff.de conditio.& demonſtratio.l.falſa,& debet.ponitur
11 pro poteſt. † Item relinquitur libertas poſt tempus: hinc eſt,
quòd ſi duodecimo anno poſt mortem teſtatoris ſeruus iuſſus
eſt eſſe liber, in principio xij. anni liber erit. Nam inter hos
ſermones duodecimo anno,& poſt duodecim annos, multum
intereſt, & ita loqui ſolemus. Annus duodecimus eſt cùm
quantumlibet de xij.anno veniſſet,aut præteriiſſet: & qui xij.
anno liber eſſe iubetur, omnibus diebus anni liber eſſe iuſſus
eſt. Sed ſi non ſolum tempus eſt adiectum, ſed conditio pecu-
niæ dandæ, oportet pecuniam primò dari:vt ecce, ita ſcripſit,
ſeruus meus,ſi hęredi meo mille nummos anno,biēnio,trien-
nio,poſt mortē meam ſoluerit,ſatiſue fecerit,liber eſto.com-
penſanda eſt enim hæredibus libertatis celeritas,præmaturæ
pecuniarum ſolutioni:vt ff.eo.l.ſi ita fuerit libertas. & de ſta-
tulibe.l. ſi triennio. Purè autem videtur ſeruus eſſe manumiſ-
ſus,& ſi ita dicat:Stichus intra annum poſt mortem meam li-
ber eſto:vt in prædicta.l. ſi ita.§.vltim. Sed vbi iubetur eſſe li-
ber poſt annos: elapſis duobus annis liber eſt:vt ff.eo.l. liber-
tas,quæ in vltimum.§.vlt. Vbi autem in libertate danda adii-
cit tempus, in quo ſeruus & libertas deſinit eſſe: nulla eſt li-
bertas, vt ecce, ſeruus iuſſus eſt eſſe liber cùm morietur:vt ff.
eod.l. libertas, quæ in vltimum. Vbi autem datur libertas ad
tempus,ſuperuacua eſt adiectio temporis:vt ff.eod.l. libertas
12 ad tempus. & l. ideóque. Item relinquitur † directa libertas
ſub conditione. Et ſi quidem poteſtatiua fuerit conditio, pa-
rendum ei eſt: vt ecce, ſi rationes reddiderit, quæ conditio
nulla eſt, ſi nihil eſt in reliquis. Si autem aliquid eſt in reli-
quis,duplex eſt conditio,id eſt,& de reliquis reſtituendis, &
de domino inſtruendo:vt j.eod.l.iiij. & ff. de conditio. & de-
monſtr.l.cum ſeruus.de qua conditione plenè diximus, ſuprà
de condit.inſer. Vbi autem ita dictum eſt. Stichus ſi rationes
tractaſſe diligenter videbitur, liber eſto,diligentia deſideran-
da eſt quæ domino,non quæ ſeruo vtilis fuerit, & tota ea res
ad boni viri arbitrium redigetur. Idémque & ſi ſtet per hæ-
redem, quominus id cognoſcatur:poterit aſcribi ſeruo culpa
lata,fortè & leuis,ſed non leuiſsima:vt ff.eo.l.ſi ita ſcriptum.
& l.qui filium.§.item quæſitum. & de ſtatulibe.l. Labeo. & ff.
de peculio.l.non ſolum.§.vltim.Si verò ita ſcripſerit teſtator,
Oneſiphore, niſi rationes diligenter excuſſeris, liber ne eſto.
Libertas talibus verbis vendicari non poteſt: quia aliis verbis
libertas potius adimi, quàm dari videtur:vt ff.eod.l. antepen.
§.vlti.Porrò,ſi in vim modi ſeruus iuſſus eſt eſſe liber,putà,vt
rationes reddat. purè quidem liber eſt,ſed tamen poſt coge-
tur reddere rationes:vt ff.eod.l.libertas,quæ in vltimum.§. ij.
13 Si verò † libertas pluribus ſeruis relinquitur ſub conditione,
ſiquidem conditio diuidua eſt,quilibet tenetur eam adimple-
re,& quilibet qui non paret libertate carebit. Si autem eſt in-
diuidua,ſatis eſt per vnum paritum eſſe conditioni,niſi teſta-
toris fuerit contraria voluntas:vt ff.eod.l. ſi ita fuerit ſeruus.
Quid ergo,ſi plures conditiones ſint appoſitæ? Si quidem co-
pulatiuè,omnes implendæ ſunt. Si diſiunctiuè,ſatis eſt vni pa-
ritum eſſe:vt ff.de conditio.inſtitut.l. ſi hæredi. Si autem ap-
poſitæ ſint in diuerſis partibus teſtamenti,leuiſsima conditio
ſpectanda eſt,id eſt,qua manumiſsio ſit facilior. Sed in fidei-
commiſſariis libertatibus nouiſsima ſcriptura ſpectatur:vt ff.
14 eod.l. libertatibus, & l. quod vulgò. Si autem † in non fa-
ciendo conſiſtat conditio, ea videtur defuncti voluntas, vt ſi
ille potuit facere, neque fecit,videatur paruiſſe, nec enim eſt
Mutianæ cautioni locus:vt ff.eod.l.libertas,quæ.§.j. & l. vlti.
Porrò in caſu non eſt in libertate conditio,quæ in aliis intel-
ligitur eſſe:vt ecce, Stichus liber eſto cùm Titius erit triginta
annorum. Nam & ſi Titius antè deceſſerit, quàm eſſet tri-
ginta annorum,libertas competit Sticho. Sed legatum pecu-
niarium ſic relictum non deberetur: quia videretur ineſſe
conditio:vt ff.eod.l.ſi ita ſcriptum fuerit. Vbi autem eſt im-
poſsibilis conditio, ſicut in cæteris, ita & in libertate, pro
nulla habetur:vt inſtitu.de hæredibus inſtituendis.§. impoſ-
ſibilis. Idem eſt & ſi admodum ſit difficilis conditio, veluti ſi
hæredi mille dediſſet: vt ff. de ſtatu liberis.l. cùm hæres.§.j.
15 † Eſt autem effectus directæ libertatis relictæ:quia,adita hæ-
reditate ab vno ex hæredibus ſeruus ſtatim liber eſt: ſi purè
relicta eſt ei libertas. Si autem relicta eſt ei ex die, vel ſub
conditione, erit liber cùm dies venerit, vel conditio extite-
rit. Et quod dixi in vno adeunte, ſeruatur, & ſi vnus omiſ-
ſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſsideat hæreditatem: vt
16 ff.eod.l.teſtamento manumiſſus. † Quid autem,ſi nullus ex
teſtamento, vel ab inteſtato adeat hæreditatem? deficit qui-
dem libertas mero & communi iure: ſed tamen libertatis fa-
uore,ſi aliquis manumiſſorum,vel etiam extraneus,imò & il-
le, cui non eſt relicta libertas poſtulauerit ſibi addici bona,
cauſa libertatum conſeruandarum, eſt audiendus,aliis etiam
abſentibus,qui libertatem acceperunt: quia & eis inuitis ad-
mittetur:vt ff. de fideicommiſſ.liber.l. iiij. §. illud. Diſtingue
tamen in hoc poſtulatore,vtrùm veniat poſteà quàm credito-
res, hærede nimine inuento, vendiderunt bona: an antè. Si
poſteà auditur vſque ad annum:ſicut & ſi vendita non eſſent
bona (vt ſtatim dicemus) ſed vltra annum non auditur. Si au-
tem veniat antequàm creditores vendant bona, ſiquidem li-
bertatibus inſolidum, & creditoribus inſolidum ſatisfacere
polliceatur,admittenda eſt eius poſtulatio. Si autem liberta-
tibus quidem inſolidum ſatisfacere pollicetur: creditoribus
autem non inſolidum, ſiquidem creditores conſentiant, eius
poſtulatio admittitur, alioquin reſpuitur. Sed vbi creditores
conſentiunt, omnes ſerui (ſi volunt) poſſunt ad libertatem
peruenire. Inuiti enim non fiunt liberi per tale beneficium
addictionis bonorum:quia fauore ſeruorum eſt inductum: &
eſt ſimile in fideicommiſſaria libertate, quam aliquis pro ſer-
uo ipſo inuito petere non poteſt. Fideicommiſſum tamen do-
mino relictum,vt manumittat ſeruum,repetet dominus ſeruo
a inuito. Item & dominus ſeruum ſuum inuitum *poſſet manu-
mittere: quia nemini ſeruorum licet recuſare ciuitatem Ro-
manam:vt j.eod.l.vlti.j.reſpon. & §.j.& ij.& ff.de fideicōmiſſ.
lib l.ſed ſi alienare. Sed aliud eſt in patre & filio:quia pater fi-
lium inuitum non poteſt emancipare:vt in auth.quibus mo-
dis natu. effic.ſui.§. generaliter. Si verò ille,qui poſtulat ſibi
addici bona,polliceatur ſe ſatisfacere creditoribus in totum,
ſeruos autem non velit ad libertatem perducere,ſiquidem res
hæreditariæ ſufficiunt æri alieno,omnes ſeruos tenetur ma-
numittere, licet hoc non ſit pollicitus. Si autem non ſuffi-
ciunt æri alieno,humanius eſt vt ſaltem pauci perueniant ad
libertatem. Quid ſi non vnus, ſed plures petant ſibi addici
bona cauſa libertatum conſeruandarum? Si quidem veniant
ſimul,omnibus licet communiter hæreditatem adire:pręſtita
tamen ſatiſdatione quòd libertatibus, & creditoribus,ſatisfa-
ciant. Si autem veniunt per interualla temporum, qui primus
venit habet prærogatiuam:ſi tamen ſatiſdationem pręd ctam
præſtare poſsit. Illo enim ceſſante, alij gradatim ſuccedunt

intra annum. Qoid autem, ſi primus ſatiſdationem obtulit, ſed pauciora promiſit quàm hodie promittat ſecundus: vt quia primus libertatibus non in totum, vel æri alieno non in totum ſatisfacere promittit: hic autem in totum omnibus ſatisfacere promittit? certè admittetur ſecundus intra annum tantùm, & res à priore abſtrahentur. Sed prior petitor remanebit in libertate, ſiue erat ei relicta libertas, ſiue non: & geſta per eum medio tempore debent haberi rata: vt j. eo. l. vlti. & ff.
17 de mino. l. in integrum. † Iſte autem, cui addicuntur bona, conuenietur à creditoribus ex cautione expoſita omnibus [vel vni] nomine omnium. Et oportet in cautione contineri pignus, vel fideiuſſorem: niſi creditores contenti ſint ſola ſtipulatione. Sed vbi nulla interceſſit cautio, fortè conuenietur vtilibus actionibus hæreditariis: ac ſi hæres eſſet, & legatarij agunt vtili actione ex teſtamento: vt ff. de fideicom. libe. l. j. ij. iij. & iiij. §. adiici. & §. penult. & fit hæc addictio poſt ſatiſdationem, vel ante: ſed tamen ſub conditione ſi omnia facta ſint, ex conſtitutione diui Marci: vt ff. de fideicommiſ. libe. l. iiij. §. illud. ij. Et habet locum hæc addictio non tantùm in libertatibus directis: ſed etiam fideicommiſſariis, & in donationibus cauſa mortis, & in do. inter viuos, ſi dicantur eſſe data in fraudem creditorum, & ideo aliquis ſibi poſtulet addici bona: vt Inſtitu. de eo cui lib. cauſ. bon. addicun. §. vlti. Et erunt orcini liberti, qui directò iuſſi ſunt eſſe liberi: niſi ille, qui petit ſibi addici bona, non aliter velit ſibi addici bona, niſi ſint eius liberti: quòd in ipſa addictione erat comprehendendum: vt ff. de fideicommiſ. lib. l. iiij. §. ij, qui fideicommiſſariam. Illud notandum eſt, quòd ſi quis in teſtamento ſuo reliquerit ſeruo directam, & fideicommiſſariam libertatem: in poteſtate ſerui eſt, vtrum directò an ex fideicommiſſo ad libertatem perueniat. Item ſi ſæpius ſeruo datur libertas, placet eam fauorem habere ex qua leuius, vel maturius ad libertatem peruenit: vt
18 ff. eod. l. j. & l. ſi quis ſeruo. † Hæ ſunt differentiæ inter directam, & fideicommiſſariam libertatem, directa vtiliter non datur, niſi ſeruo proprio, fideicommiſſaria alieno. Item directa relicta purè, mox competit ab hæreditate adita: fideicommiſſaria non, niſi præſtita ſit arrogato, vel niſi eius contumacia pronuntiauerit iudex ab eo deberi libertatem fideicommiſ. Item directa non datur, niſi teſtamento, vel codicillis teſtamento confirmatis: fideicommiſſaria etiam ab inteſtato. Item directa non reuocatur à creditoribus: niſi conſilio & euentu fraudati ſint à debitore: ſed in fideicommiſſaria libertate ſpectatur ſolus euentus: vt infrà qui manu. non poſ. l. j. & l. vlti. Item directa non petitur: ſed præter petitionẽ competit ipſo iure. Item directò manumiſſus libertus orcinus vocatur, & per mediam perſonã defuncti libertus erit hæredis. Sed per fideicommiſſum manumiſſus, eſt libertus manumittentis: nec ita facilè amittit patronatum: vt ſ. Nam amitteret, ſi libertum accuſaret de capitali crimine, vel eum peteret in ſeruitutem, quod hic non eſt: vt ff. de fideicommiſſ. libe. l. ſi filius. §. erit.

ANNOTATIO.

* Orthos. Hæ deriuationes alieniſsimę ſunt. vide Cæl. lib. vj. antiq. ca. ii.
a Iaaitum. Ad hoc vide Specul. in titu. de teſt. §. j. verſic. pone nullus. Bal. in l. cum ex oratione. ff. de excuſa. tuto. domi. Chriſtopho. & ibi Iaſon addi. in §. libertini. num. 13. Hoſtie. de liberti. Angel. Aret. in §. ſerui in gloſ. fin. Inſtit. de libertinis. multa per Doct. in l. iij. §. ſubuentum. de fideicommiſ. lib.

De lege Fuſia Caninia tollenda. *Rubrica.*

1 *Legis Fuſia vis.*
2 *Seruos omnes teſtamento manumiſsibiles.*

1 QVIA lex † Fuſia Caninia directas impediebat libertates, de quibus dictum eſt: & fideicommiſſarias, de quibus dicemus, de lege Fuſia inter vtraſq; libertates loquamur. Lege iſta cautum fuerat neminem in teſtamento ſuo totam familiam, vel vltra certum numerum manumittere poſſe: ſed inter viuos bene poterat
2 manumittere omnes ſeruos. Hodie quod † concedebatur inter viuos, conceditur multò magis in vltima voluntate: vt j. eod. & Inſtit. eod.

De fideicommiſſariis libertatibus. *Rubr.*

1 *Libertas fideicommiſſaria quæ dicatur.*
2 *Libertatem fideicommiſſariam quis poſsit relinquere.*
3 *Libertas fideicommiſſaria quibus poſsit relinqui, & nu. 7.*
4 *Seruum ſuum rogatus à teſtatore manumittere an, & quando ad id cogi poſsit, & quid de legatario, qui rogatus eſt ſeruũ alienum manumittere, nume ſequen.*
6 *Libertas fideicommiſſaria ſeruo naſciuuro relicta an debeatur omnibus ſi plures naſci contigerit.*
8 *Libertatem fideicommiſſariam poſſe relinqui purè, & ſub conditione: & quando debeatur ea, quæ ſub conditione relicta eſt, atque inibi quibus modis relinqui poſsit ea libertas.*
9 *Libertatibus fideicommiſſariis per quæ ſenatuſcon ſubuentum eſt, quando is, qui rogatus eſt, recuſat manumittere.*
10 *Libertati ancillæ relictæ ſi fiat mora, quomodo conſulatur partus ipſius.*

EXPEDIVIMVS ſ. de libertatibus directis, nunc videamus de fideicommiſſariis. Videndum itaque quę libertas dicatur fideicommiſſaria: quis poſsit eam relinquere, & qualiter. Item qualiter
1 ſubueniatur libertatibus fideicommiſſariis. † Eſt autem illa libertas fideicommiſſaria, quam teſtator directò non voluit competere: ſed per factum, id eſt, manumiſsionem alterius, vel hæredis, vel legatarij, vel donatarij cauſa mortis, cuius fidei hoc commiſit, ſcilicet vt manumitteret. Vnde & manumiſſus non fit libertus teſtatoris: ſed eius, qui manumiſit: vt inſt. de ſingulis re. per fidei. re. §. libertas quoq;. & §. qui autem ex cauſa.
2 † Poteſt autem hanc libertatem relinquere ille ſolus, & ille omnis, qui fideicommiſſum pecuniarium poteſt relinquere: vt ff. eod. l. generaliter. in princ. de quo plenè diximus ſ. de lega. Porrò olim minor xx. ann. vel per legem Inſtitutionum. is qui non attigit xviij. ann. non relinquit libertatem, niſi iſ quoque cauſam poterat probare: licet alia pro ſuo velle poſt xiiij. annum poſſet relinquere: vt Inſtit. quib. ex cauſ. ma. non licet. §. cùm ergo. & j. eod. l. minor annis. Hodie autem ex quo teſtari poteſt, & libertates relinquit. vt in auth. vt ſpon. larg. §. & hæc
3 quoque. † Poſſunt relinquere hanc libertatem ſeruo meo proprio. Item ſeruo hæredis mei. Item ſeruo legatarij. Item ſeruo principis, & municipij, & ſeruo cuiuſuis extranei vt hæres eum redimat: vt ff. eod. l. generaliter. §. j. Quòd ſi dominus eum non vẽdat, vel non iuſto pretio vendat, ſiquidem ad eum nihil peruenit, ex iudicio defuncti non tenetur vendere: non tamen ſtatim extinguitur fideicõmiſſaria libertas, ſed differtur: quia poſsit tempore mortis procedente, vel vbicunque fuerit occaſio redimendi ſerui pręſtari libertas: vt Inſtit. de ſingulis re. per fideicom. relict. §. libertas. & ff. eod. l. alieno. §. vlti. Si autem ad dominum ſerui aliquid peruenerit ex iudicio defuncti, cogi-
4 tur vendere ſeruum ſuum: vt j. l. deberi. † Vbi autem quis rogatus eſt de ſeruo ſuo manumittendo ex iudicio defuncti, ſiquidem aliquid accepit, vel agnouit legatum etiam modicum, cogitur ſeruum manumittere: niſi minor ſit xxv. an. vel niſi legatum ſibi relictũ rogatus eſt ſeruo ſuo manumiſſo præſtare. ff. ad leg. fal. l. ſed ſi non ſeruus. j. reſponſ. & de mino. xxv. ann. minor xxv. ann. & ff. eo. l. generaliter. §. ſi cui. & §. ſi quis alie-
5 num. Si verò † legatarius de ſeruo alieno rogatur, nõ aliàs erit cogendus, quàm ſi tanti poſsit redimere, quantum ex iudicio teſtatoris conſecutus ſit à principio, vel ex poſtfacto, vel iure accreſcendi, vel ex vſuris, vel fructibus, & ita dico conſecutus quod remanſerit penes eum non imminutum aliquo caſu ſuperuenienti. Certum eſt tamen quòd falcidia minui non poteſt legatum: ſi totum neceſſarium eſt ad redemptionem ſerui. Nam ſi ſperauit ſe legatum vberius habiturum, & paratus eſt refundere legatum, quod habet, non cogitur redimere, vbi reſiduum legati, quod apud eum eſt, ſufficit ad pretium ſerui. Quid ſi plures rogatus eſt manumittere, & ad quorundam, non omnium pretium ſufficit legatum? certè cogetur eos, quorum pretium patitur legatum redimere, & manumittere. Sed

ounquid

núquid eſt in arbitrio legatarij, quos manumittat, an hęredis? & fortaſsis quis rectè dixerit ordinem ſcripturę ſequendum. Aut ſortiri eos oportebit: ne aliquam ambitionis, vel gratiæ ſuſpicionem prætor ſubeat: aut meritis cuiuſque allegatis arbitrari eos oportet: vt ff. eo. l. x. & generaliter. §. ſi alienum. & l. ſi cui legata. Quid autem ſi dominus ſerui paratus eſt ſeruum vendere quem hæres rogatus eſt manumittere, & ſeruus velit manumitti? certè cogendus eſt hæres & redimere, & manumittere: aut domino ſerui datur actio pretij in hæredem. Idémque & ſi hæres latitet. Sed & ſi dominus ſerui alienare paratus eſt, non tamen ante id velit facere quàm ſibi ſatisfiat in pretium, non erit manumittere compellendus, ne ſeruum manumittat, & interdum minùs, aut nihil conſequatur, ſi fortè is, qui rogatus eſt manumittere, non fuerit ſoluendo: vt ff.
6 eod. l. alieno. & l. ſi alienare. † Relinquitur libertas nato, & naſcituro: & licet relinquatur naſcituro: ſi tamen plures fuerint nati, omnes ad libertatem perueniunt: vt j. eodem. l. cùm inter.
7 Item † relinquitur iis, qui non prohibentur ad libertatem peruenire, de quibus diximus ſ. de manu. teſt. Item relinquitur hoſtiú ſeruo, ſcilicet cùm noſter eſſe cœperit. Item relinquitur nato ex damnata in metallum. Item relinquitur homini libero, ſi inueniatur ſeruus tempore mortis, vel tempore conditionis exiſtentis appoſitæ in libertate relicta: vt ff. eod. l.
8 generaliter. §. hoſtium. & §. ſi homini. & §. ex damnata. † Relinquitur hæc libertas purè, ſi tamen ſeruus dicatur rationes adminiſtraſſe mora libertati non fit ex continenti, tamen arbiter dandus eſt, qui computationem ineat: vt ff. eod. l. ſi purè. Item relinquitur ſua conditione: & tunc exiſtente conditione debetur libertas. Idémque & ſi per hæredem ſtet, quo minus impleatur: vt ff. de ſtatu lib. l. ij. §. vlt. mo. Illa autem verba, illum manumittas ſi probaueris, ſi non reprobaueris, ſi dignum putaueris, ſi demeruerit, ſi tibi placuerit, ſi tibi videbitur, ita debent accipi, ſi tibi tanquam bono videri poterit, ſi tibi diſplicere vt bono viro non debuerit: ff. eod. l. Thais. §. ſotore. & de ſtatu libe. l. Labeo. & de manu. teſta. l. ſeruos legauit. Item poſt tempus relinquitur, ſiue poſt diem, ſed non ad tempus: vt j. eo. l. fideicommiſſaria. & diximus ſ. de teſtamen. manu. Item relinquitur libertas verbis expreſsis. Item tacitis, vt ecce dixit teſtator, ne Stichus ſeruiret, vel ne Stichus alterius ſeruitutem experiatur: vt ff. eo. l. rogo. & l. generaliter. §. ſi petitum. Idem eſt ſi teſtator reliquerit ſeruum ſuum, vel etiam alienum tutorem. Hic tamen opus eſt diſtinctione,
9 quam no. ſ. de teſta. tut. §. datur. † Subuenitur autem libertatibus, ſi nolit manumittere ille, qui rogatus eſt: & quia hoc fit per Senatuſconſulta, videamus vbi ipſa locum habeant. Et quidem Rubrianum ſenatuſconſ. locum habet, vbi teſtator de ſeruo ſuo manumittendo rogauit hæredem, & hæres hoc facere non vult, quo cauetur, vt ſint orcini liberti, cùm hęres legitimè vocatus fuerit in mora, & pronuntiatum eſt ab eo deberi fideicommiſſariam libertatem. Quod dictum eſt in hærede, ſeruatur in legatario & ſimilibus: vt ff. eo. l. cùm verò. §. ſubuentum. & §. penul. & vlt. Vnicianum. [aliàs Iuncianum] verò ſenatuſcóſultum locú habet in ſeruo hæredis, vel cuiuſlibet qui debet manumittere. Et ſimiliter punitur mora hęredis quãtum ad effectum, id eſt, vt perinde habeatur ac ſi ab eo hęrede manumiſſus eſſet, nec tamen hæres habet ius patronatus: vt ff. eo. l. ſi eum. §. ſi quis ſeruum. & l. non tãtum. §. ſed & ſi non hęreditarium. Vitraſianum verò Senatuſcóſultum locum habet cùm infans, vel furioſus partem habet in ſeruo qualem illi, qui pariter domini rogati ſunt manumittere: nec enim impedietur libertas propter infantem, vel furioſum: vt tamen iuſtum pretium partis quam habet infans, vel furioſus in ſeruo ſibi detur à cohæredibus: imò etiam hi cohæredes, qui manumiſerunt pretij nomine tenẽtur infantibus, ac ſi cóndemnati eſſent: vt ff. eo. l. cùm quaſi. §. ſi infans. & §. ſi plures. Artificulianum verò ſenatuſc. ſtatuit, vt in prouinciis pręſides prouinciæ cognoſcãt de libertate fideicõmiſſaria, licet hęres non ſit eius prouinciæ: ſed fortè de ea prouincia fuerat teſtator: ff. eo. l. nó tantum. Vel Artificulianum. Daſumaſianum verò ſenatuſconſultum omnibus ex iuſta cauſa abſentibus ſubuenit, vt ſi hoc pronuntiatum ſit perinde libertas competat, atque ſit vt oporteret ex cauſa fideicómiſſi ſeruus eſſet manumiſſus: & ita conſeruatur patronatus ei, qui debuit manumittere. Ex iuſta autem cauſa abeſſe dicitur, qui non habet inuiſam cauſam abſentiæ, cùm ſufficiat, quòd non in fraudem libertatis abſit, quo magis videatur ex iuſta cauſa abeſſe: vt ff. eod. l. non tantùm. §. Senatuſconſulto. & l. neque. & l. ſi cum. §. idem. & §. ex
10 iuſta. † Partubus quoq; ancillarum ſubuenitur, diſtinctione adhibita, vtrum fiat mora ante aditam hæreditatem: an poſteà. Si ante aditam hæreditatem fiat mora, fideicommiſſarię libertatis relictæ ancillæ prægnanti. Si quidem fiat dolo hæredis ſerui naſcuntur, ſed matri traduntur ad manumittendum. Idémque eſt & ſi pariat ancilla, cùm hæres deliberabit de adeunda hæreditate. Si vero pariat, cùm hæres ignoraret ſe inſtitutum, ſerui naſcuntur, & hæres manumittit. Si verò poſt aditam hæreditatem fiat mora, ſiquidem fieret ſtudio hæredis, vel poſt moram ſuam, ingenui naſcũtur. Si verò ſine eius mora, & dolo, ſerui naſcuntur, & matri traduntur, vt manumittat: nec ipſa in hoc caſu, vel ſuperioribus, poterit aliquas operas imponere manumiſſus. Et hęc omnia vera ſunt cùm differtur libertas non ex voluntate teſtatoris, vt quia relicta eſt ſub conditione: tunc enim, qui naſcuntur ante conditioné certum
a eſt ad hæredes pertinere [a] iure dominij: vt ff. eo. l. ſi prægnans ancilla. & l. cùm verò. §. apparet. & l. ſi quis rogatus. & l. ſi mater. & l. ſed & ſi non data. & j. eo. l. cum libertatem.

ANNOTATIO.

a Ad hæredes pertinere. Ad hoc vide Bartol. in l. ſi ita ſcriptum. §. ſub conditione. ff. de lega. ij. & in l. ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig. & in l. ſi ita, qui pro emptore. ff. de vulg. & pupil. Bald. in l. vnic. C. de caduc. tol. & facit quod voluit Bald. in fin. C. de ædil. act. & ibi Doct.

De dedititia libertate tollenda. *Rubrica.*

1 *Liberti olim multiplices.*
2 *Dedititia conditio quæ.*
3 *Dedititij cur liberti dicti.*

QVIA manumiſsionibus de quibus explicuimus
1 ſerui fiunt liberti, & libertorum † olim fuerat triplex conditio, dedititia, latina, ciuitatiſque Romanæ. Ponit primum de dedititia conditione: & ſubiicit poſteà de latina: quæ quia ſublatæ ſunt, ponit de eis tollendis, non ſeruandis. hodie enim ſola ciuitas Romana ſibi locum vendicat. Ne tamen aliquid antiquitatis ignoretur, videamus, quæ fuerit dedititia conditio, & vnde diceretur? Et
2 certè † illa dicebatur dedititia, quam quis ſic conſequebatur vt toto tempore vitæ ſuæ ſeruili iugo detineretur, poſt mortem verò eriperetur in libertatem: vt innuitur j. tit. proxi. j. reſponſo. & Inſtit. de ſucceſ. lib. §. vlti. Vnde mirabile eſt, quòd dicebantur liberi: ſed fortè dicebantur propter ſpem libertatis omnino competituræ: nam ſimul in mortem, & in liberta-
3 tem eripiebantur. Vel † verius liberti dicebantur: quia verè liberi erant, licet ſeruire cogerentur ſicut & aliàs contingit hodie, infrà communia de manu. l. j. §. ſin autem propriè. Dedititij autem (vt puto) dicebantur: quia ij qui Romanis ſeſe dedebant timore deſtructionis ſuæ, hanc talem libertatem conſequebantur. Hęc autem libertas, licet ita inueniretur ſcripta in libris antiquorum: nuſquam tamen in vſu frequentata eſt: & hodie nihil omnino ſignificat hoc nomen dedititia vel per ſe, vel cum adiuncto, vt hoc nomen Chymera.

De Latina libertate tollẽda: & per certos modos in ciuitaté Romaná transfuſa. *Rubr.*

1 *Latina libertas quæ dicebatur.*
2 *Libertas Romana quibus modis deferatur, & competat. 3. 4.*

NVNC ponit de ſecunda conditione libertino-
1 rum, qui dicebantur Latini. † Dicebatur autem latina libertas cùm quis toto tempore vitæ ſuæ liber erat: ſed poſt mortem, & in ipſa morte

expiebatur in ſeruitutem : & ita mortis & ſeruitutis ſubibat periculum duplex. Et dicebatur latina per ſimilitudinem: vt enim Latini, id eſt, Romani nuncupati ſunt, qui Romanis ſe ſubiiciebant, & in colonias mittebantur, locis proprijs, & ciuitatibus & caſtris, eis ademptis: licet verè Latini, ſiue Romani non eſſent: ita & hæc libertas dicebatur latina, cùm tamen verè non eſſet libertas. videbantur enim liberi: ſed non erant, ſicut & is qui laruam, id eſt, barbam fictam habet de lana, vel de aliquo ſimili, vt videatur ſenex, qui non eſt, & hoc eſt quod dicitur per ſatyram inductum, id eſt, velamentum quoddam. Erant autem coloniæ quælibet prouinciæ per ſe conſtitutæ, vt Gallia, Burgundia, Sicilia: vt not. ff. de cenſib. l. j. & ſic de cæteris. in quas mittebantur prædicti: puta, ſi ſe ſubiicerent Burgundi expellebantur de locis ſuis, & mittebantur in Siciliam, vt ibi viuerent: ex qua miſsione ciuilia oriebantur bella. Sæpe enim exteræ nationis homines: puta, Burgundiones contra indigenas, & Siculos, in rixam commouebantur : ſed & ſæpe indigenæ, & ij qui miſsi fuerant ad eos, de ſe propter multitudinem ſperantes contra rempub. Romanorum calcaneum erigebant. Hæc autem miſsio in colonias, quia occaſionem mali continebat, abolita eſt. Vnde & per conſequentiam libertas latina ad eius ſimilitudinem inducta, ab aula remittitur in totum: vt j. co. l. j. primo reſpon. Et licet olim in numerabilibus locis contingeret (vnde & ea ratione dici potuit, per ſatyram inducta à ſaturitate,* vel ſatietate omnibus illis modis ſumptis) quidam digniores eliguntur, non vt eis latina contingat libertas, ſed Romana, quæ ſola hodie frequentatur, nec alterius in aliquo libro intelligatur mentio fieri.

2 † Sunt autem hi modi xij. quorum tres ſunt in voluntate, & totidem contra voluntatem, ſex ex quaſi voluntate. Primus eſt, ſi quis coram quinque teſtibus per epiſtolam ſeruum inter viuos, & inter abſentes voluerit manumittere. debet enim ipſe totam epiſtolam ſcribere, vel in ea ſubſcribere, & teſtes debent in eadem ſubſcribere: vt ſic fidem perpetuam præbeant chartulæ. Tunc enim quaſi ex vltima voluntate codicillorum ſeruus erit libertus, & ciuis Romanus, & domino ſeruatur patronatus. & ei peculium non videtur conceſſum, cùm non inter viuos, ſed in vltima voluntate videatur manumiſſus: vt j. de pecu. eius, qui libe. meruit. l. vnic. Eadem ſunt & ſi inter præſentes amicos, & præſenti ſeruo cum prædicta ſolennitate (non diſtinguo an fiat in præſentia iudicis, an non) dominus donare voluerit libertatem: vt j. eo. l. vnica. §. ſancimus. & §. ſed & ſi quis. Item & ex voluntate domini ſeruus peruenit ad libertatem plenam: ſi in liberali iudicio dominus ſuperauerit ſeruum, poſteáque ab eo, vel ab alio pro eo pretium ſerui ſibi ſolutum eſt : vt j. cod. §. illud etiam. Contra voluntatem domini ſimiliter ſeruus peruenit ad libertatem olim latinam.

3 hodie Romanam in tribus caſibus. † Primus eſt, ſi ſeruum ægrotantem domo eiecerit, neque eum procurando, neque alij commendando, neque in Xenonem mittendo, neque modo quo poterat iuuando: vt j. eod. §. ſed ſcimus. Secundus eſt, & ſi dominus ancillam ſuam alienauerit, ne proſtituatur, & nouus dominus eam proſtituit. Vel dedit quis ancillam, ne proſtituatur: & ſi proſtitueretur, quòd ſibi liceret manum iniicere : deinde ipſe eam proſtituit. Et in his duobus caſibus non habet patronatum. Eſt & tertius contra voluntatem modus, ſi quis inter viuos, vel in vltima voluntate manumiſerit ſeruum : licet dixerit quòd vellet eum eſſe latinum, tamen fiet ciuis Romanus. Nec enim ineptis voluntatibus homi-

4 num, & ſtultitiis conuenientiam commodamus. † Ex quaſi voluntate non, vt olim Latini, ſed ciues Romani ſunt, qui domini funus pileati antecedunt ex voluntate teſtatoris, vel hæredis, cùm populus crederet eos eſſe liberos : cùm quaſi liberi pileos deferrent: vt j. eod. §. ſed & qui domini. Idem & ſi ſub conditione quidam libertatem ſeruo ſuo reliquit : & adhuc pendente conditione extraneus hæres eum manumiſerit, iſte olim, Latinus fiebat, hodie ciuis erit Romanus : & ſiquidem defecerit conditio, libertus erit hæredis. Si fuerit impleta, erit libertus liberorum defuncti, vel cognatorum eius, vt j. eod. §. ſed & ſi ſub conditione. Item ſi quis homini conſcio, vel inſcio, ancillam ſuam matrimonio collocauerit: & dotem pro ea conſcripſerit, illa ancilla olim latina, hodie ciuis erit Romana: vt j. eod. §. ſed & ſi quis. Similique modo, ſi dominus nominauerit ſeruum ſuum filium inter acta, & quaſi iudicij figura. hæc nominatio licet non proſit ei ad ius filij accipiendum, efficiet tamen eum ciuem Romanum, non Latinum, vt olim. Eſt & duodecimus modus ſi dominus inſtrumenta ex quibus ſeruus oſtendebatur vel dederit ſeruo, vel corrupit coram quinque teſtibus : ſeruus olim latinus libertus, hodie ciuis erit Romanus. Præter hæc iure authenticorum, qui ſuam ancillam credenti liberam tradidit in matrimonium, vt liberam: aut ſciens eam ducit taceat ex ſtudio, dominium eius amittit, eáque rapitur in ingenuitatem. Si verò nec domini voluntas, nec domini taciturnitas ſtudioſa interuenit, & quis cogitauerit ſe liberæ coniungi perſonæ, illa verò ſit famula, matrimonium non tenet. Et eadem ſunt in ſeruo: vt in authen. de nup. §. ſi verò ab initio. Præter hos ſunt alij modi quibus ſerui fiunt liberi: vt dicemus, infrà pro quibus cauſis ſerui pro præmio accipiunt libertatem.

ANNOTATIONES.

* Saturnitate. Vide in l. pri. hoc tit. gla. in verb. per ſatyram.

Coloniæ. Colonia gens ad habitandum ad aliquam terram miſſa, à Græcis ἀποικία dicta eſt. Cæſar in Galliam togatam mittit ad colonias ciuium Roma. tuendas. Colonias, ſimulachra eſſe populi Ro. Gellius lib. 16. cap. 13. ſcribit. Hæ quomodo deducerentur ex Liuio pete. P. Praceius.

Inſtrumenta. Hoc extendi poteſt ad redditam crediti cautionem, ſiue inſtrumentum in quo continetur creditum : nam eam reddens creditor tacite intelligitur creditor, ne à debitore petat: ſicque Iulius Paulus ſcribit l. Lab. o. ff. de pact. tex. in c. eccl. ſia. 11. iuncta glo. extra. vt lit. pend. Diuerſum tamen in caſu l. ſi chirographum. ff. de proba. Argumento quoque à contrario d. l. Labeo. cauetur ſi ab alio, quam à creditore redditum dicatur inſtrumentum. & arg. l. ſi pater. C. de his, qui à non domi. manumiſ. P. Praceius.

De ſeruo communi manumiſſo. *Rubr.*

1 *Seruus communis an, & quomodo poſsit manumitti ab vno ex dominis.*

2 *Libertas ſeruo communi ab vno ex dominis relicta, qua dilatione iure poſsit opponi.*

3 *Dominis pluribus ſeruum communem ad libertatem perducere volentibus, quis præferendus ſit.*

4 *Libertatem conſeri legatam ſeruo communi, cui vnus ex pluribus dominis legauit partem, quam in eo habet.*

5 *Seruus communis quo caſu ſit hæres neceſſarius vtrique dominorum.*

DE SERVI proprij manumiſsione dictum eſt: nunc de communium ſeruorum manumiſsione proponitur, qualiter poſsit procedere videamus. Et certè olim non poterat vnus ex dominis ſeruum communem manumittere, imò pars manumittentis accreſcebat ſocio: vt Inſtitu. de dona. §. erat.

1 † Hodie autem licet vni dominorum manumittere ſeruum communem, & inter viuos, & in vltima voluntate, & directò, & per fideicommiſſum. Ita tamen ſi manumiſſus, vel manumittens, vel hæres manumittentis ſoluat, vel offerat per publicas perſonas pretium partis aliorum dominorum: vel eis nolentibus accipere, ſigillo impreſſo in ædem ſacram deponat. Hinc eſt, quòd ſi vnus dominorum inſtituit ſeruum communem hæredem, non vt per eum quæratur hæreditas alijs condominis : ſed vt ipſe ſit liber, & hæres, licet ipſi ſeruo pretium ſui offerre. & ſic neceſſe habent alij, partes ſuas vendere: vt j. eo. l. j. j. reſpon. & §. ſin autem ſocius. & ff. de hæred. inſtit. l. pignori. Pretium autem ſerui ſtatuitur in lege, viginti ſolidorum, ſi ſeruus erat ſine arte: niſi eſſet minor xx. ano. tunc enim æſtimatur decem ſolidis. vel niſi eſſet eunuchus, tunc enim maior x. ann. quinquaginta ſolidis æſtimatur. licet ſit ſine arte. Si autem ſit cum arte, æſtimatur lxx. ſolidis. Si autem eunuchus ſit minor x. annis æſtimatur triginta ſolidis. Seruus autem, qui non eſt eunuchus, æſtimatur viginti ſolidis, ſi artifex eſt : niſi ſit notarius, tunc enim æſtimatur quinquaginta ſolidis : vel niſi ſit medicus: vt infrà eod. l. j. §. ne autem. & tunc æſtimatur vſque

ad

a ad ſexaginta ſolidos. † Porrò libertati præſtandæ videtur
quædam dilatio de iure poſſe opponi. Nam ſi ſeruus ratioci-
nus erat ſoppoſitus,ne ratiocinia pereant, vel impediant liber
tatem, præſes ſtatuet tempus, intra quod ratiocinia fiant, &
debita ex eis reddantur, & ſic ipſe ad libertatem perueniat: vt
infrà eod. §. ſinautem ſeruus. Peculium autem diuiditur inter
omnes ſecundum portionem dominij: vt infra eod. l.j. §. vlti.
3 † Quid ſi vnus primò petit manumittere ſeruum commu-
nem:& poſtea alius idem poſtulat? prior eſt qoidem pręferen-
dus, vel ſi omnes ad idem officium pietatis ſimul proſiliunt
vel ex poſtfacto proſiliunt:tunc omnes compelluntur manu-
4 mittere ſine pretio:vt infrà eod. l.j. §.vlti. † Quę autem dicta
ſunt in vno ex ſocijs manumittente ſeruum communem, ſer-
uantur & in eo qui ſeruo communi partem quam habebat in
eo,ſibi legauit.licet enim dubius ſit iſte ſermo,an voluerit eum
liberum eſſe:an ſocio per eum partem ſuam acquiri: tamen in
benigniorem partem interpretamur, vt voluerit eum libe-
rum eſſe: & hæredes teſtatoris tenentur ſocijs eius dare pre-
tium: vt j.eod. l. vltim. Illud ergo circa prædicta puto,quòd
quilibet ſeruus prædicto pretio non debet æſtimari. Quid
enim ſi ſeruus ſit adeo inutilis, vt ipſum potius non habere,
quàm habere expediat? vel viliſsimi pretij eſt? fiat æſtimatio
communi opinione. Ideo enim facta eſt æſtimatio à lege, ne
vltra eam aliquando producatur nomen, intra quod poſsit
ſubſiſtere. Item notabile eſt circa prędicta,quod quis cogitur
vendere:quod eſt contra regulam: vt ſ.de contrahen.emptio.
l.inuitum. Item notabile eſt, quod quis ſeruum communem
5 manumittit, vt proprium. † Illud extra hoc notandum eſt,
quòd ſeruus communis quandoque vtriq; dominorum exi-
ſtit neceſſarius hæres. vt ſi ambo inſtituerant eum hæredem
ſub ea conditione,vel ſi ambo ſimul ruina oppreſsi perierunt:
vt ff.de hæred.inſtituen.l. duo ſocij.

De ſeruo pignori dato manumiſſo. *Rub.*

1 *Seruus pignori datus quando poſsit manumitti.& nu.3.*
2 *Seruos tutoris non poſſe manumitti in præiudicium populi.*

NE QVIS putaret obligationem ſerui, ſicut &
cõmunionem non impedire manumiſsionem,po-
nit de ſeruo pignori dato manumiſſo. Videndum
1 ergo quãdo poſsit manumitti.† Eſt autem diſtin
guendũ,vtrũ eſt obligatus generaliter(puta obligauit omnia
ſua bona) an ſpecialiter. Si generaliter,ſiue expreſsim ſit obli
gatus,ſiue tacitè,poteſt manumitti:niſi ſit à creditore præclu
ſus loco pignoris:vel niſi debitor manumittat in fraudẽ cre-
ditoris,cùm ſciat ſe nõ eſſe ſoluendo:vt j.eo.l.ij.& iij. Deriſus
enim fuit Nerua Iuriſconſultus,qui per feneſtram monſtra-
uerat ſeruos præcluſos ob penſionem liberari poſſe: vt ff. in
quibus cauſis pigno.act.contrahatur.l.pen. quod quidã in-
telligunt de feneſtra incorporali,quaſi dicat,per quaſdã ſuas
excogitatas ſubtilitates,quas ignoramus. Ego puto quòd de
feneſtra corporali loquatur,ſicut ponitur caſus ff.de pignor.
2 actio.l.ſi quaſi.†In caſu autem ſciẽdum eſt,quòd propter pri
uilegium pupilli,quod maius eſt quàm fiſci,quantum ad hãc
partem,quòd res, vel ſerui tutoris ſibi pignori obligati, vel
empti de pecunia pupilli,manumitti, vel alienari non poſſunt
3 in præiudicium pupilli:vt infrà eod.l.ſi tutor. Vbi autem †ſpe
cialiter eſt ſeruus obligatus,non poteſt manumitti:niſi volen
te creditore.ſed tamen ipſe manumiſſor reuocare manumiſ-
ſionem non poteſt: vt j.eod. l.ij. & l.iij. Et notabile eſt, quòd
creditor poteſt conſentire, licet ſit minor: vt ff.de manumiſ.
vindic.l. ſi pater.§.vlt. Item confirmari poteſt libertas ex eo,
quòd poſtea creditori ſolutum eſt debitum:vt j. eod. l.ſi cre-
ditoribus. Item notabile eſt,quòd libertas directa relicta ſer-
uo pignorato,trahitur ad fideicommiſſariam libertatem: vt
ff.de fideicom.libert.l generaliter.§.ſi quis ſeruo.

De ſeruis reipublicæ manumittendis. *Rub.*

1 *Seruorum vniuerſitatis manumittendorum forma.*
2 *Decuriones qui.*
3 *Decurionum decreta confirmanda.*

DE ſeruis ſingulorum dictum eſt. Nunc autem tra
ctat de ſeruis vniuerſitatis cuiuſque,id eſt, reipu-
1 blicæ Romanorum,vel cuiuſlibet ciuitatis.†Vn-
de videndum eſt qualiter talium ſeruorum fiat
manumiſsio,& certè Vectibulicus quidam in ciuitate Roma
na ſpecialiter legem tulit de ſeruis illis manumittendis,ſcili-
2 cet,vt decuriones vrbis Romæ debeant conſentire:†& dicun
a tur decuriones^a ſecundum quoſdam cõſiliarij ciuitatis, id eſt,
qui vocantur ad conſilium.ſic dicti:quia de curia ſunt. Idem
debet alium ſeruum loco,vel vice ſui,dare reipub. Sic autem
facta manumiſsio non irritatur,licet is fugerit, quem pro ſe
dederat. Et quid amplius dicam? hoc ſufficit dicere,quòd non
irritatur: niſi titulus interueniat iure communi, id eſt, cauſa
propter quam reuocetur in ſeruitutem ſolitis modis. Quod
autẽ in ciuitate Romana dictum eſt,etiam ad prouincias por
3 rigitur:ſi†tamen decretum decurionum præſes eiuſdem pro-
uinciæ comprobauit:vt j.eo.l.j.& l.ij.& iij.& idem intelligo
in ſeruis cuiuſlibet vniuerſitatis,vel collegij: vt ff. de manu-
miſ.quæ ſeruis ad vniuerſitatẽ pertinentibus imponũtur.l.j.

ANNOTATIO.

a Decuriones. Adde Bart. poſt glo. in rub. de decur. lib. x.& ibi vide ſo-
lem.doct.do.Lucam de penna.nom 6.chart.liii.& per titu.vbi de eorũ
dignitate tangit,quique dici poteſt. & adde ſibi pro concorda .Ioan.
de imo.in l.municipibus.ff.de condi.& demonſtr. & do.Alex.in l.pri-
ma,in princ.ff.quod quiſque iur. vbi habes quæſtio.pulcherrimam.

De his qui à non domino manumiſ-ſi ſunt. *Rubrica.*

1 *Seruum manumitti non poſſe à tutore vel curatore, aut etiam*
à patre domini.
2 *Procurator an, & quãdo poſsit manumittere ſeruum domini.*
3 *Seruus quo caſu poſsit a non domino manumitti.*
4 *Intellectus ad legem, competit. ff qui, & a quibus manumiſſi*
lib.non fiant.
5 *Seruum ſibi ſub conditione legatum, non poteſt legatarius pen*
dente conditione manumittere.
6 *Seruo manumiſſo à non domino,quomodo cõſulatur ei,qui verè*
dominus eſt: & quæ pœna imponatur manumittenti. & nu
mero ſequenti.

LICET aliquando,& ſæpe verus dominus impe
diatur manumittere(vt dictum eſt, & dicemus j.
1 tit.proxi.)†qui tamẽ non eſt dominus nõ poteſt
manumittere,adeò vt nec tutor,nec curator, vel
etiam pater eius,qui dominus eſt ſerui,manumittere poſsint:
2 vt ff.de manumiſſ.l.ſeruus & j.eod l.ſi pater. Ita † nec procu-
rator domini manumittit,niſi in caſu:vt j.cõmunia de manu-
miſſ.l.j.§.vlt.& vt diximus ſ.de manumiſſ.vindict. Procurato
rem dico ſimplicem.ſecus in eo, in quem transfertur dominiũ:
3 vt ſ.de dol.cùm proponas.Quãdoq; † tamen (vt dicunt qui-
dam) etiam à non domino facta manumiſsio tenet, ſcilicet,
cùm manumiſſor viuebat tãquam liber:& poſtea ſeruus pro-
nuntiatus eſt:vt ff.qui,& à quibus ma. li.non fi. l.competit.
4 Sed ego † intelligo legem illam, cum manumiſſor verè do-
minus erat, ſed poſtea ex aliqua cauſa ſeruus factus eſt. Item
5 & † qui ſperatur amiſſurus dominium: vt ſi ab eo legatus eſt
ſeruus ſub conditione, interim non manumittit:vt ff.de ma-
numiſſ.l.ſeruum,qui ſub.& ff.qui & à quib. ma.li.non fi.l.iij.
6 & l.hæres ſeruum. † Porrò in manumiſsione à non domino
facta quoddam ſpeciale ſeruatur, vt verus dominus ſerui,vel
reuocet manumiſsionem vendicãdo ſeruum ſuum:vel à manu
mittente petat pretium,vel intereſſe,ſi velit:vt j.eod.l.j.licet a-
liàs non agat verus dominus contra venditorem rei ſuæ: niſi
in ſubſidium:vt notauimus ſ.de reb.alie.non alie. & de negot.
geſt. Sed in caſu maior imponitur pœna manumittenti alie-
num ſeruum .i. cum eum manumittit in conſpectu principis:

tunc enim reſtituto ſeruo domino, cogitur manumiſſor alia
duo mancipia ſimilia eiuſdem ſexus, & ætatis, & artis dare
prædicto domino, & alia tria fiſco eadem ratione ſimilia præ-
ſtabit. Hæc tamen pœna, vel mulcta ceſſabit, ſi hæc manumiſ-
ſio confirmetur poſtea ſilentio domini decennij, vel vicennij.
tunc enim à principio videtur tenuiſſe manumiſſio: & ſicut
dominus circa ſeruum ſibi præiudicat: ita & in pœna: vt j. eo.
l. vltim. Et ſic erat ſpeciale, quòd condictio ex lege pro pœna
competens tollatur decem, vel viginti annis, vel à principio
videatur competiſſe, quaſi tenuerit manumiſſio.

Qui manumittere non poſſunt, & ne in fraudem creditorum manumittantur. *Rub.*

Manumiſſio quàm variis ex cauſis prohibeatur.
2 *Manumittere ſeruum in fraudem creditorum quis præſuma-
tur, vel etiam alienare. & num. 5.*
3 *Hæreditas ſit ne ſoluendo, quo tempore ſpectandũ ſit, cùm quæ-
ritur an competant, vel præſtandæ ſint libertates teſtamen-
to relictæ.*
4 *Libertas teſtamento data in fraudem creditorum, quo caſu te-
neat: & quibus caſibus reuocetur.*
*Manumiſſio facta à debitore fiſci in fraudem ipſius fiſci poſt
quantum tempus reuocari non poſſit.*

MVLTI ſunt, qui manumittere non poſſunt variis
1 rationibus: alij, quia non ſunt domini: vt proxi-
mè diximus: alij, quia ſunt minores xx. ann. de
quibus diximus ſ. de manumiſ. vindic. & de teſta.
ma. & de fideicommiſ. lib. Alij non manumittunt ratione de-
licti: vt quia commiſerunt crimen læſæ maieſtatis, vel ſimile:
vt j. ad legem Iul. maieſta. l. vlti. & ff. de manu. l. qui pœnæ. Itẽ
alij ratione ipſorum ſeruorum impediuntur manumittere: vt
dicemus j. titu. proxi. Item alij manumittere non poſſunt ra-
tione cauſæ: vt quia ſeruus eſt pignori obligatus: vt diximus
ſ. de ſeruo pignori dato manumiſ. vel quia in ſpectaculo fit
manumiſſio: vt j. eodem. l. duo. Item alij non manumittunt,
cùm non ſint ſoluendo: ſi in fraudem creditorum manumit-
tant. Videndum ergo quis præſumatur in fraudem manumit-
tere, & quis non. & quis impediat manumiſſionem factam in
2 fraudem, & quando. † Præſumitur autem in fraudem cre-
ditorum manumittere, vel alienare, qui omnia bona habet in
mancipiis, & ea omnia manumittit: vt ff. de iis, quæ in frau-
dem credi. l. omnes. §. Lucius. Idem & ſi habet in bonis tan-
tùm Stichum & Pamphilum, & eos ſtipulanti ſpopondit cõ-
pulatiuè, vel alternatiuè: deinde vnum manumittit. quamuis
enim fuerit in poteſtate ſua alterum dare, tamen quãdiu eum
non dederit (quia interim mori poſſet) non ſine fraude ſtipu-
latoris manumittit: niſi in caſu, quia ſi vnum ſolum ſeruum
promiſiſſet cùm haberet duos, poſſet alterum manumittere.
multum enim intereſt contineatur in ipſa ſtipulatione is, qui
manumittitur, an extra obligationem ſit. Si autem ille manu-
miſſor, de quo dictum eſt, aliud habeat in ſubſtantia, præter
ſeruos, valebit manumiſſio: quia vno manumiſſo, vel mortuo,
ſoluendo eſt: nec aduẽtitij caſus computandi ſunt. Alioquin
& qui vnum incertum ex ſeruis ſuis promiſit, neminem ma-
numittet: vt ff. qui, & à quibus ma. li. non fi. l. v. §. ſi Titius. & l.
5 vj. † In ea autem libertate, quæ datur in vltima voluntate per
fideicommiſſum, vel etiam directò, ſpectatur an ſoluendo ſit
hæreditas, an non, tẽpore aditæ hæreditatis: vt ff qui & à qui-
bus ma. li. non fi. l. ſi mortis. Et quandoque in ea non præſumi-
tur fraus: vt ſi dicat teſtator, liber eſto, ſi creditoribus meis ſa-
4 tisfiat: vt ff. qui & à quibus ma. li. non fi. l. v. j. reſpon. † Et quã-
doque tenet hæc libertas data in fraudem creditorum in teſta-
mento: vt cùm is qui non eſt ſoluendo, inſtituit ſeruum neceſ-
ſarium hæredem: de qua inſtitutione plenè diximus ſ. de ne-
ceſ. ſer. hære. inſti. Si verò debitor non inſtituat ſeruum hære-
dem, ſed ei libertatem relinquat per fideicommiſſum, ſolu euẽ-
tu fit reuocatio: ſcilicet, quia creditoribus ſatisfieri nõ poteſt
in totum. Si autem relinquat libertatem directam, non fit re-
uocatio: niſi illa duo concurrant, ſcilicet conſilium fraudis, &
euentus damni creditorum non recipere valentium: vt j. eo. l.
j. & vlti. Idémque eſt & in ea manumiſſione quæ fit inter vi-
uos. Nec enim illa tenet, ſi prædicta duo interueniãt: alioquin
tenebit: quia ſæpe in facultatibus ſuis plus ſpetant homines
5 eſſe, quàm ſit. † Item debitor in fraudem inter viuos videtur
manumittere, qui iam eo tempore, quo manumittit, ſoluendo
non eſt: vel qui, datis libertatibus, deſiturus eſt eſſe ſoluendo:
cùm ſciat ſe habere creditores: vt Inſtit. quibus ex cau. ma. nõ
licet in prin. tit. & §. in fraudem. vt ff. de his, quæ in frau. credi.
l. omnes. §. Lucius. Et no. quod licet aliàs debitor in fraudem
creditorum alienare non poſſit res ſuas, licet fiat reuocatio: vt
ff. de contr. ihen. empt. l. ſi ſciens. tamen manumiſſio in frau-
a dem credi. facta nullius momenti[a] eſt. ſed tamen ipſe manu-
miſſor turpitudinem ſuam allegando non poterit eam irri-
6 tare: vt ſ. de ſer. pig. da. ma. l. iiij. † Item notabile eſt, quòd in
fraudem fiſci ab eius debitore manumiſſus non reuocatur in
ſeruitutem: ſi diu fuerit in libertate. i. non minus decem annis,
vt ff. qui & à qui. ma. l. ſi cùm fideicommiſſa. §. Ariſto.

ANNOTATIO.

a Nullius momenti. Ad huius concluſionis corroborationem vide Bal.
& doctor. in l. j. in fi. C. ſi debit. vendi. pig. & in l. prædia. C. de fideicõ.
do. Bartho. Soci. in l. ſi is. & ſi iis. num. 3. de condi. & demonſtra. chart.
cxxxvi. & do. Iaſo. de may. in fortioribus terminis in 6. item ſi quis.
nu. 52. Inſti. de act. multa per eundem do. Bartho Soci. in conſi. clxx. in
ap. diu profecto. verſi. v. ratio in ii. col. & in conſi. clxxx. incip. diligen-
ter. verſi. ſecunda regula. cum plurib. ſequen. per totũ conſi. in c. ſecun-
do volum.

Qui non poſſunt ad libertatem peruenire. *Rubrica.*

1 *Serui quibus modis impediantur ad libertatem peruenire.*
2 *Seruus quem dominus teſtamento prohibuit manumitti an, &
quando poſſit ad libertatem perduci.*
3 *Manumiſſionem ſerui impediri quandoque per pactum con-
trahentium, quandoque per legem.*

QVALITER impediatur manumiſſio ratione
manumittentis ſuprà dictum eſt, nunc autem po-
1 nit qualiter impediatur ratione manumiſſi. † Eſt
autem ſciendum, quòd quidam non poſſunt ma-
numitti in perpetuum, vel ad tempus: quandoque propter ſen
tentiam: vt ecce, damnati in perpetua vincula. Nam ſi eſſent
damnati ad tempus, eo completo, & libertatem & omnia ca-
2 piunt ex teſtamentis dominorum: vt infrà eod. l. j. † Quan-
doque propter teſtamentum domini, ſed tunc diſtinguitur
an dominus eum quaſi malè meritum voluerit punire, & tunc
ad libertatem non perueniet, niſi fortè & mortem domini ar-
guerit. An etiam vetuerit eum manumitti propter familia-
re miniſterium & vſum filiorum: & tunc, mortuis filiis, poteſt
manumitti: vt infrà eod. l. vltim. & ff. ad Sylla. l. ſi quis in gra
3 ui. §. vlti. † Quandoque propter contrahentis pactum: vt ſ.
ſi mancip. ita fuer. aliena. ne. ma. l. ea quidem. & ff. de manu-
miſſ. l. ſeruus. Quandoque propter quæſtionem habendam:
vt ecce, diuortio facto, prohibetur mulier manumittere man-
cipia intra ſexaginta dies, ne ſubducantur quæſtioni adulte-
rij: vt ff. qui & à quibus ma. l. proſpexit. Sed & lege prohibe
tur manumiſſio intra decem annos propter plagium ſerui.
pro quo dominus pœnam intulit: vt ff. de manu. l. lege Fabia.
Sunt &: quidam, qui certo modo prohibentur liberi fieri: pu-
ta, per coactionem, vel acclamationem populi: vt ſi ſeruus
coëgerit dominum ſe manumittere: vt ff. qui, & à quib. ma. li.
non fiunt. l. ille. & l. ſi priuatus.

Quibus ex cauſis ſerui pro præmio libertatem accipiunt. *Rubrica.*

1 *Serui criminum delatores manumittendi.*
2 *Serui quando fiat pratio manumittendo.*

DIXIMVS ſ.quando ſerui fiunt liberi per ma-
numiſsionem:nunc ponit,quâdo fiunt liberi per
beneficium legis,iudicis ſententiam, & ſuam ſtre
1 nuitatem.†Nam ecce,ſerui,qui detulerunt virgi
num raptores,monetæ-falſatores, militiæ deſertores, domi-
norum propriorum interſectores,ſententiâ præſidis libertate
donandi ſunt:vt tamen iſtorum ſeruorum domini pretium à
fiſco percipiant:ne inde oriantur occaſio, & iniuriæ,vnde iu-
ra naſcuntur:vt j.eod.l.j.ij.iij.& iiij. & j. vnde vi. l.meminc-
2 rint.niſi in eo caſu,quando†vindicant necem domini ſui: tūc
enim non puto quod domino debeat dari pretium à fiſco: cū
& dicatur orcinus libertus:vt ff.qui ſine manumiſ.ad lib per-
ue.l.qui ob necem.

De ingenuis manumiſsis. *Rubrica.*

1 *Ingenuus quis.*
2 *Veritati errorem non obeſſe.*
3 *Ingenuitas quandiu repetibilis.*
4 *Ingenuo manumiſſo nihil obeſſe.*

DE SERVORVM manumiſsione dictum eſt:
ſed quia ingenui homines de facto quandoque
manumittuntur:ponit quid iuris ſit de ingenuis
1 manumiſsis.†Et certè ille,qui eſt ingenuus pro-
pter manumiſsionem non amittit ſuam ingenuitatem. nec
enim officit ingenuis natalibus manumiſsio de facto:vt Inſti.
2 de inge.§.vlt. Nec†enim rei veritas errore geſtorum vitiatur:
vt ff.de offi.præſi.l.illicitas.§.veritas.licet ſecundum grāma-
ticam à libertate detortum nomen comparatiuè dicatur li-
3 ber,liberior,liberrimus. †Olim tamen ingenuus manumiſſus
intra quinquennium poterat ſe in ingenuitatem repetere : ſed
hodie perpetuò vſque in finem ſeculi:vt ſ.vbi cau ſę ſta.agi de.
4 l.vlti.† Et notandum eſt,quòd ſicut manumiſsio impoſita de
facto homini ingenuo illi non obeſt, ita nec ei debet confer-
re:vel ne proſit,vel obſit.quòd obuenit:ergo donata, vel lega
ta ei tanquam liberto à patrono, debebit dimittere in domo
manumiſſoris:vt j.eo.l.j.ff.de lib.cau.l.de bonis.

Communia de manumiſsionibus. *Rub.*

1 *Manumiſsionum communia.*
2 *Manumiſſus à proprietario fructuariòve cuius erit.& nu.3.*

EXPOSVIMVS in ſuperioribus ſingularia
1 manumiſsionum:nunc audiamus cōmunia.† Eſt
autem commune:quia omnis manumiſsio eſt da-
tio libertatis,vt Inſtit.de libertinis.in prin. Item
per quemcunque modum proceſſerit,eodem contingit liber-
tas.Item in ætate manumiſsi nulla eſt differentia,nec in ætate
manumittentis:vt Inſt.de libertinis.§.vlt.& j.eo.l.ij.dummo-
do ſit maior xx.ann. vt ſuprà diximus de manumiſ. vindic.
Item omnis manumiſsio poteſt fieri à domino, vel domina:
vel eius liberis cuiuſcunque gradus vel ſexus ſint:vel ſuis : vel
emancipatis:vt j. eod.l.j.§.vlti.hoc verum, ſi dominus habe-
2 bat proprietatem plenam.Nam†ſi erat proprietatis nudæ do
minus, & alius erat fructuarius : ſiquidem vterque conſen-
tiat de manumittendo, bene eſt.Si autem proprietarius ſolus
velit manumittere,manumiſsio tenet.ipſe tamē libertus qua-
ſi ſeruus apud fructuarium permanebit donec finiatur vſuſ-
3 fructus, & eo finito,degat quomodo voluerit.†Si autem fru-
ctuarius eum ſine proprietario manumittat:ſiquidē ideo ma-
numittit,vt cedat vſumfructum proprietario pleno iure,ſer-
uus erit proprietarij.Si verò manumittat vt agat gratiam ipſi
ſeruo, hæc manumiſsio tātùm de facto procedit:manet enim
ſeruus:ſed tamen donec fructuarius viuit,& vſusfructus con
ſtare potuerit,non debebit ſeruus compelli ſeruire proprieta-
rio,vel eius miniſteria adimplere: ſic vt ſeruus remaneat in
quadā laxitate, & exoneratione:vt j.eo.l.j. Eſt ergo hęc ma-
numiſsio anomala,& irregularis.

De liberali cauſa. *Rubrica.*

1 *Cauſa quando cenſeatur eſſe liberalis.*
2 *Liberale iudicium,ſeu cauſa libertatis quibus actionibus exer ceatur.*
3 *Præiudiciales actiones quare ſic dicantur.*
4 *Liberali cauſa ordinata,quatenus liberi loco habeatur is, qui dicitur ſeruus.*
5 *Præiudiciales actiones pro liberali cauſa quibus dentur,& cō-tra quos.& nu.7.*
6 *Libertatem vendicare volenti an,& quando obſtet ſua conuen tio,ſcriptura vel confeſsio.*
7 *Domino agenti præiudiciali contra eum, qui eſt in poſſeſsione libertatis,quæ exceptiones non obſtent.*
8 *Liberalis cauſa vbi ſit agitanda,cum plures ſunt,qui dicūt ſe ius habere in eo qui in ſeruitutem petitur.*
9 *Liberalis cauſa quando moueri poſsit.*
10 *Probationis onus cui incumbat in cauſa liberali.*
11 *Liberalem cauſam exerceri poſſe vtroque præſente, vel altero abſente,& quæ hic ſpecialia ſint in cauſa liberali.*
12 *Iudicis officium quale ſit in cauſa liberali.*

QVALITER obtingat libertas, ſuprà dictum
eſt:nunc autem,quomodo libertas præſtita peta-
tur,vel defendatur,ponit:& ita tractat de liberali
cauſa. Videndum ergo quæ cauſa dicatur libera-
lis, quibus actionibus exerceatur liberale iudicium , quibus
detur,contra quos,quādo poſsit moueri,quis in agendo pro-
bationis onus ſubeat : & quod ſit iudicis officium in cogno-
ſcendo,& pronuntiando. Cauſa autem hic accipitur pro iu-
1 dicio. † & dicitur tunc liberalis, quando principaliter mota
quæſtione ab aliquo , dicit alius ſuum eſſe ſeruum : ipſe verò
contēdit ſe liberum Si verò cōfiteatur ſe ſeruum non actoris:
ſed alterius,non eſt cauſa liberalis,ſed eſt cauſa dominij.Item
& cauſa liberalis eſt,ſiue ſit de ſeruitute & ingenuitate,ſiue ſit
de ſeruitute & libertinitate, ſiue ſit de libertinitate & inge-
nuitate:vt notari poteſt,j.eod.l.iuxta edicti.& ff.eod.l.igitur.
§.ſi opera.Idémq; & tunc fortè per ſimilitudinem dici poteſt,
vbi agitur de adſcriptitia cōditione , vel quia eſt cenſitus,vel
colonus,vel ſimilis: ipſe autem liberū ſe cōtendit. ſeruis enim
ſimiles ſunt:vt j.de agric.& cēſit.l.ne diutius.Et eſt argumen-
tum,quo dicitur cognitionem de liberali cauſa dari fructua-
rio : vt ff.eod.l.cognitio.ergo & iſtis dabitur cùm habeant ius
in re.Sed & cauſa ſtatus dici poteſt: vt j.de ordi.cognitione.l.
ſi ſtatus.Hoc ita ſi agatur de libertate iam competēte:ſecus, ſi
agatur de libertate competitura: puta,ex cauſa fideicommiſ-
2 ſi dicebatur eam præſtandam. † Exercetur liberale iudicium
per actionem in rem præiudicialem, quæ quandoque directa
eſt : vt vbi ſeruus meus eſt,quem peto in ſeruitutem,in rem a-
ctio eſt. datur enim mihi rei vendicatio , perinde ac ſi bouem
meum peterem: vtilis verò datur ei qui liber eſt,& ſibi vendi-
cat libertatem.directam enim habere non poteſt : quia nemo
ſuiipſius,vel membrorum ſuorum eſt dominus:vt ff.ad legem
Aquiliam.l. liber homo ſuo nomine. vtrobiq; tamen eſt præ-
3 iudicialis. † Præiudiciales autem dicuntur ſecundum quoſ-
dam:ideo,quia in modum exceptionis opponuntur à conuen
tis : quod falſum eſt, quia tunc non actiones,ſed exceptiones
ſunt. Alij dixerunt ideo,quia prius cognoſcitur de eis, & pro
nuntiatur , ſi principaliter moueantur , quàm de alia princi-
pali quæſtione. Sed certè hac ratione ſecundum Ioan. Boſia.
quælibet exceptio diceretur præiudicialis,ſcilicet quia prius
ſemper cognoſcitur de ea, quàm de principali quæſtione, ſi
ſententia in principali quæſtione fertur:vt j. de ordi. cogni.
l.j ij.& iij.& l.cum ſtatus.Hoc tamen non valet : quia repro-
batur ſ.de proba.l.exceptio. & j.de exceptio.l.ſiquidem. Pla
cet ergo illud,vt dicantur præiudiciales:ideo quaſi ſic præiu-
dicant vt interim aliæ quæſtiones differantur,donec de liber
tate iudicetur. [tu vide §.præiudiciales.Inſti.de actio.] Diffe-
rantur dico,quantum ad definitionem,non quantum ad litis
conteſtationem.Nam interim,cauſa liberali pēdente, ille qui
dicitur ſeruus ab extraneis poterit conueniri, & extraneos
poterit conuenire:[vt ff.eod.l.ordinata.ibi:nam ordinato li-

berali iudicio,&c.]Item,& ille,qui dicit ſe dominum eundē
conuenerit,& ab eo poterit conueniri: niſi pro calumnia vel
iniuria liberalis cauſæ:vt j.eod.l. ſi tibi. §. quæ expectant fi-
nē liberalis cauſæ:vt ibi forte idem,& in his quæ ſuor actio-
4 nes perpetuæ,& tranſitoriæ ad hæredes: †ordinaria enim li-
berali cauſa,liberi loco eſt ille,qui dicitur ſeruus:ferè per o-
mnia quantum ad liberalem cauſam:vnde & ei datur tutor,
Sed tamen differtur prædictarum cauſarum ſententia, donec
de libertate iudicetur:vt j.eod.l. lite.& ff.eod.l.ordinata. Fe-
re ideo dixi,quia in liberali cauſa quandoque dat procura-
torem:vt quando eſt in poſſeſſione libertatis, quandoq; nō,
vt cùm eſt in poſſeſſione ſeruitutis:ſed in aliis cauſis indiſtin
ctè licet ei procuratorem dare: vt j. de aſſet.toll. l.j. & ff. de
procura.l.ſeruum.§.eum.& ſ.qui da.tut.poſſ.l.j. Sed interim
ad militiam aſpirare non poteſt,ſi eſt in poſſeſſione ſeruitu-
tis:vel etiam in poſſeſſione libertatis dolo malo. Qui verò
per calumniam penitus eſt in ſeruitute,cùm ſit in poſſeſſione
libertatis,bona fide retinebitur in militia:vt ff.eo.l.qui de li-
bertate.Item cauſa liberali pendente, ſi verè ſeruus eſt, inte-
rim acquirit domino,& actiones,& obligationes,acſi non eſ
ſet quæſtio de libertate.Nunquid domino acquirit poſſeſſio-
nem? & certè ſi dominus poſſideat eum ante litem conteſta-
tam,deſinit eum poſſidere naturaliter,lite cōteſtata,& retinet
ciuilem poſſeſſionem:vnde & per ſeruum acquirit poſſeſſio-
nem.Sed ſi ante litem conteſtatam non poſſidebat eum certū
eſt.quòd non acquirit ei poſſeſſionem:vt ff.eo.l.ſi cui.§.licet.
& de acquiren.poſſeſ.l.j.§.ſed & per eum.& l. poſſideri. §. ſi
5 ſeruus.† Dantur autem iſtæ præiudiciales actiones his,qui li-
beri ſunt.& in poſſeſſione ſeruitutis conſtituti in libertatem
proclamant contra eos,qui ſe dicunt dominos eorum. Ita ta-
men ſi prius reddiderint rationem adminiſtrationis,quàm geſ
ſerunt in ſeruitutem:vt ff.eod.l. Imperator. Quibus autē pro-
clamare concedatur hic non dico.quia ſpecialem titulum ha-
bebimus j.Item & dantur iſtæ præiudiciales aliis multis per-
ſonis gratia & fauore liberi,qui detinetur vt ſeruus,eo ſcili-
cet volente:imò & eo inuito,quaſi interſit eorum, aliis dabi-
tur actio. Quid enim,ſi ille ſibi,ſuoque generi iniuriā aliquā
fieri velit?æquum eſt quibuſdam perſonis dare licentiam li-
tigandi pro eo:puta,parentibus vtriuſque ſexus, & legitimis
& naturalibus,vel naturalibus tantùm.Item liberis, vel ſo-
roribus,cæteriſq; cognatis,licet milites ſint,& vxoribus,& li-
bertis,& libertabus.Seruitus enim taltum ad dolorē, & iniu-
riam cognatorum porrigitur.Sed eſt tamen ordo ſeruādus,vt
donec maſculi litigant,fœminæ nō admittātur.Item ſi plores
maſculi concurrerent,potior eſt à prętore eligendus. Itē pro
furioſo,& infante qui trahitur in ſeruitutem, nedū cognatis,
ſed etiam extraneis permittitur litigare.Sed & patrono cōce-
ditur pro libertate liberti litigare:ſi eo ignorāte libertum ve-
nire ſe paſſus eſt.Intereſt enim noſtra libertos,& libertas ha-
bere:vt ff.eo.l.j.ij.iij.iiij.v.& vj.Nec obſtat prædictis perſonis
factum non:puta,quia pater vendidit filium proprium: vt j.
eo.l.j.& eſt hoc(vt dicū)fauore libertatis,vel dic agit nō ſuo
nomine,ſed eius,quem vēdicat in libertatem.Sicut & in prę-
6 lato vendente,& volente reuocarē dico.Item† & illi,qui ven
dicat ſe in libertatem,non obſtat ſua conuentio,vel ſcriptura,
vel confeſſio etiam facta apud acta,non tamen in iudicio li-
beralis cauſæ quibus ſe ſeruum,vel libertum oſtendere,vel fa
cere voluit:vt ff.eo.l.conuentio.& j.eo.l.nec ſi volens. & l.in-
terrogatam.& l.liberos.& l.parentes.niſi hoc faceret, cū eſſet
maior viginti an.vt participaret pretium: & pretium partici-
patus eſt:& ille qui dedit pretium credidit eſſe eū ſeruum: vt
j.eod.l.non ideo.& l.ſi miniſterium.& ff.eo.l.liberis.§.ſi quis.
& quibus ad libertatem procla.non li.l.j. Et eſt quintum ne-
ceſſarium,quòd iſte qui venditur,ſciat conditionem ſuam:vt
ff.quibus ad libertatem proclama.non li.l.vlt. Et quæ dixi
in ſeruo vendito,vt ſeruo,ſeruandum eſt,& in eo qui ſe dona
ri,vel in dotem dari,vel pignorari,vel vſumfructum in ſe cō-
ſtitui alicuius cōmoditatis gratia paſſus eſt:vt ff.eod.l.ſi vſuſ-
fructus.j.reſponſo.& §.j.Si autem in iudicio liberalis cauſæ
ille,qui dicitur ſeruus confiteatur ſe ſeruum,bene præiudica-
bit ſibi.Nam & ſi apud alium iudicem eſſet confeſſus,præiu-
dicium eſſet:ſcilicet non plenum: vt j.eod.l.pen.Item non ob-

7 ſtat proclamanti tempus:vt ſ.vbi cauſa ſtatus.l.vlti. †Dātur
autem iſtæ præiudiciales his, qui ſe dominos dicunt contra
eos,qui ſunt in libertatis poſſeſſione obſtantibus miſsis epi-
ſtolis,quibus vocauerunt eos decuriones, vel principales vi-
ros:vt j.eod.l.iubemus.Item nec obſtat tempus,niſi ſit longū:
vt j.de præſcript.quæ pro libert.l.ij.Sed nec obſtat, quòd is,
qui dicit ſeruum eum,qui tutelam eius geſsit:vt j.eod. l. non
ideireo.licet è conuerſo ſit ſecus:putà,ſi tutores quondā po-
pillum ſuum velint dicere ſeruum:vt ff.eod.l.cui neceſsitas. §.
tutores.Item reipu.mouenti quæſtionem de ſtatu non obſtat,
quod cùm ille crearetur limenarcha, nemo cōtradixit nomi
ne reip.vt j.eo.l.non ideirco.ij.In alio fortè priuato ſecus eſt;
ſicut dicitur cum domino ſciēte ſeruus incipit militare: vt j.
vbi mili.non poſſ.l.ſuper ſerui. Item & ſi domino ſciente ſer-
uus fiat clericus:vt in auth.de ſanct.epiſ.§.ſi ſeruus ſciente.Itē
non obſtat,quòd ipſe extitit hæres manumittentis:vt j. eod.l.
a ſi ab eo. Apud quos debeat proponi cauſa liberalis diximus
8 ſ.de pedaneis iudi.& eſt in ea† cauſa notandum, quòd ſi plu-
res ſunt qui dicunt ſe dominos Stichi, vel vnus ſe dominum,
alter fructuarium,vel pignoris obligationem ſe habere dicit
in eo, ille autem contendat ſe liberum eſſe, omnes mittendi
ſunt ad eundem iudicem:niſi quis eorum iuſtam cauſam affe-
rat,quare ad eundem iudicem mitti non debeat:fortè ſi eun-
dem iudicem inimicum ſibi eſſe affirmet. Si autem duo ſint,
quorum vnuſquiſque ſe dominum dicit in ſolidum apud di-
uerſos iudices poſſunt agere, neque enim timor eſt, ne vario
iudicio vnuſquiſq; inſolidum dominium ſibi vendicet: vt ff.
9 eo.l.cognitio.§.j.& l.ſi pariter. †Poteſt moueri cauſa libera-
lis viuo eo qui dicitur ſeruus:ſed eo mortuo, nō agitur prin-
cipaliter de ſtatu,vt petātur caro & oſſa:ſed agi poteſt ratio-
ne peculij ſerui,ex cuius perſona dominus res vendicat: vt j.
eod l.principaliter cauſam. Item poteſt agi poſt pubertatem
eius, qui dicitur ſeruus:nam ſi agatur in pupillari ætate, eius
tutores poſſunt petere cauſam differri in tempus pubertatis
eius:niſi expediat pupillo cauſam repręſentari:vt ff.eo.l. diui.
10 †Quis autē in agendo probationis onus debeat ſubire, plenè
dixi ſ.vbi cauſa ſtatus debeat agi. Sed tamen ſciendum eſt,
quod etiam ille qui nō cogitur probare,poteſt in ſe onus pro-
bationis aſſumere:vt ff.eo.l.cui neceſsitas.Hinc eſt,quòd ſi il-
le,qui eſt in libertatis poſſeſſione,domino nihil probāte, trāſ
ferat in ſe probationem,vt habeat ſententiam pro ingenuita
11 te,admittendus eſt:vt ff.de prob.l.circa. †Item cognitio libe-
ralis cauſæ fieri poteſt,vtroque præſente, vel altero abſente:
vt in aliis cauſis diximus ſ.de iudi.Sed hoc ſpeciale eſt,quòd ſi
ille,qui dicitur ſeruus,legitimè citatus fuerit abſens,per annū
omnino ſeruituti erit obnoxius:& domino inferentis litem
aſsignabitur.Item ſpeciale eſt,quòd ſi ille,qui te ſeruum ſuū
dicit apud vnum iudicem te conuenit, & poſtea reconuenit
apud alium,te in hoc præſtante ſibi occaſionem:tametſi don i
12 ous ſit,iure ſuo priuabitur:vt j.tit.proxi.l.j.§.vlt. †In pronun
tiando autem hoc erit iudicis officium,vt ſiquidem probaue
ro illum eſſe ſeruum meū,pronuntiet eum eſſe meum: & mihi
reſtituendum.Si non probauero,cum ille ſit in libertatis poſ-
ſeſſione,abſoluet eū:niſi transtulerit in ſe probationem inge
nuitatis:& probauit ſe ingenuū:tunc enim pronūtiabitur in-
genuus,vt dictū eſt.Et hoc illo,& me præſente in iudicio.Nā
altero noſtrū abſente,quid obtineat,dicitur ſ.de iudi.l. prope
randum.Nec enim me abſente,pronūtiabitur ille ingenuus:
quia penuria aduerſarij ingenuitatē ſolet tribuere:neque illo
abſente,ſemper pronuntiabitur ſeruus:vt ff.eo.l.diui.§.j.& vt
diximus ſ.de iudic.Si autem prouocat quis de ſeruitute in in-
genuitatem, & eam probauit, eò quòd aduerſario præſente
pronuntiauit iudex ingenuū eſſe,& ea ſententia præiudicabit
omnibus:quia lata eſt in cauſa ſeruitutis & ingenuitatis. Se-
cus ſi eſſet lata in cauſa libertinitatis & ingenuitatis:vt ff. de
ſtatu ho. l. ingenuū.& ff.eo.l.diui.& ſi libertus ingenuus eſſe
di.l.j.& ne de ſta.defun.poſt quinquē.quęratur.l.j.§.ſed ſi in-
terdum.Proclamāte autem in libertatem, vel eius aduerſario
abſente,melius facient iudices,ſi cognitionē circunduxerint,
vel diſtulerint:niſi magna ſit ea cauſa,& euidentes probatio-
nes ſuggerāt ſecundum libertatem pronuntiandum: vt ff.eo.
l.diui.§.vlt.Sed & illud notandum eſt,quòd ſi duo ſeparatim

petierint hominem pro parte dimidia: & ille vno iudicio li-
ber,altero ſeruus pronuntiatus ſit,fauore quidem libertatis li
ber erit.Compellitur autem ſerui pretium pro parte,boni vi-
ri arbitratu victori præbere: vt ff.eod. l.duobus.Si verò quis
proclamet in libertatem apud duos iudices,ille autem qui de-
tinet eum,reſiſtat ei,& vnus iudicum pronũtiauerit eum libe-
rum,alter ſeruum,præualet eius ſentẽtia,qui pronũtiauit pro
libertate:vt ff.de re iudi.l. Põponius ſcribit. Eſt enim libertas
res inæſtimabilis, & rebus omnibus fauorabilior: vt Inſtit.
quibus ex cauſis ma.non licet.§.vlti. & de reg.iur. l.libertas.

ANNOTATIO.

a Limenarcha quis.Vide Alc.ad tit.de fund.limit.lib.c.xi.
a Cauſa liberalis. Vide ad hoc Specu.in tit.de recon.§.primo.verſi quid ſi coram.& in titul.de ia.oma.iudi. verſi. ſed quid de cauſa liberali.& in titul.de ſenten.§.viii.ratione iudicis. Bald.& doct.in l.prima.C.de teſti.multa per Pau.de caſt.in conſi.cccLxxiiii.

De aſſertione tollenda. *Rubrica.*

1 *Liberalis cauſa per quos agenda.*
2 *Venditor ſerui quando de euictione teneatur.*

DE LIBERALI cauſa dictum eſt:& quia ipſa
olim per quoſdam, qui aſſertores dicebantur, eò
quòd aſſerebant eum liberum,qui dicebatur ſer-
uus,exercebatur,ideo ponit de aſſertione:& quia
vanum & friuolum quoddam erat inductum per aſſertionem
1 illam,tractat de ea,non ponenda ſed tollenda. † Et ſtatuit vt
liberalem cauſam quis per ſe,vel per procuratorem agat cum
diſtinctione tamen, quam notauimus ſuperiori titulo,& lata
ſententia per appellationem quidem poterit reſcindi ſolitis
modis, non per in integrum reſtitutionem: vt ff.de appellat.
l.illud ſciendum eſt. ij. Nec tractabitur prima, & ſecunda,&
tertia vice,occaſione legum,quę ſuper aſſertoriis litibus poſi-
tę ſunt: vt j.eod.l.j. Quid autem obtineat,abſente eo qui di-
citur ſeruus,vel eo, qui dicit alium, ſeruum ſuum,plenè ſupe-
2 riori titulo dixi. † Sed illud notandum eſt, quòd ſi ille quem
emi vt ſeruum,proclamauit in libertatem,& iudicio penden-
te,moriatur,ſi venditor non poterit oſtendere ſeruum vendi
diſſe,tenebitur mihi de euictione reſpondere.Si verò deceſſiſ-
ſet ante litem conteſtatam nullo modo tenetur mihi:vt ff.eo.
l.vlt.& ff.de euict.l.ſi ſeruus.De rebus autem eorum,de quo-
rum libertate contentio eſt,hic non dico:quia de eis ſpeciali-
ter tractatur in ſequenti titulo.

Quibus ad libertatem proclamare non licet: & de rebus eorum, qui ad libertatẽ proclamare non prohibentur. *Rubrica.*

1 *Proclamare ad libertatem qui prohibeantur.*
2 *Intellectus ad l.liberis.§.ſi duo.ff.de liberali cauſa.*
3 *Proclamare ad libertatem quando poſsit is, qui ſe venundari paſſus eſt ad pretium participandum.*
4 *Liberum hominem ignoranter ementi qua ratione conſulatur.*
5 *Proclamare in libertatem quibus permittatur,licet verè ſerui ſint.*
6 *Redemptus ab hoſtibus quando poſsit ad libertatem proclamare.*
7 *Res eius,qui ad libertatem proclamare non prohibetur, apud quem remanere debeant.*

EXPLICVIMVS de proclamantibus in liber
tatem:ſed quoniam quidam prohibentur in eam
proclamare:videamus qui ſint illi: poſteà dice-
mus de rebus eorũ,qui non prohibentur procla-
1 mare.† Eſt autem ſciendum,quòd deſcendentes de familus la-
tronum ad libertatem proclamare prohibentur, ſi dominus
Imperator,vel procurator fiſci fecerit eos ſeruos per ſuũ de-
cretum,ita ſtatuendo,vt quicunque aliquem de latronũ fa-
milia caperet,dominus eſſet capti:vt j.eo.l.ij.Item ad liberta-
tem prohibentur proclamare, qui cùm maiores ſint xx.ann.
paſsi ſunt ſe venundari emptori,ignorãti eos liberos eſſe, id-
que ad pretium participandum: & pretium participati ſunt,
cùm & ipſi ſcirent libertatem ſuam,de quibus plenè diximus
ſ.tit.proximo.Quid autem,ſi duo emerint hominem liberũ,
& vnus ignorabat liberum,alter ſciebat? certè propter eũ, qui
ſcit,non permittitur ei proclamare in libertatem:ſed propter
eum qui ignorat ſeruus efficietur,non eius qui ſcit, ſed tan-
2 tùm alterius:vt ff.eo.l.vlti.† Nec obſtat,quod dicitur ff.de li-
berali cauſ.l.liberis.§.ſi duo.quia ibi ponit quæſtionem, ſed
non ſoluit eam. Illa enim verba,euenit igitur vt ei proſit, legẽ
da ſunt interrogatiuè.Et in fine reſpondebitur, non eueniet,
vt proſit ſcienti,quod alius ignorauit.Si ergo illa quinq; in-
teruenerint in emptione,vel ſimili contractu,quæ diximus in
ſuperiori tit.denegatur in libertatem proclamatio:quia verè
3 factus eſt ſeruus:vt j.eo.l.ij. Sed interdum† de libertate con-
tendet:ſi pretium ſui reddidiſſet emptori ſponte recipienti: vt
ff.ſi libertus ingenuus eſſe dicatur.l.ij.vel fortè (ſicut quidam
volũt) verbum illud,ſi pretium reddidiſſet,libertatis fauore,
ſic debet intelligi,ſi reddere paratus fuiſſet. Si autem illa quin
que non interuenerint,non denegatur proclamatio in liber-
4 tatem.Sed† tamen ei,qui ignorauit liberum hominem eſſe,cõ
ſulitur per duas actiones in factum.vna conſulitur ei,contra
eum qui dolo ſe venundari paſſus eſt: vt teneatur ad pretiũ,
& acceſsiones eius,& ad damna,quæ intulit dolo, vel culpa,
vel in rebus ſuis,vel alienis,quæ erant ſuo periculo: & in du-
plum hæc omnia reſtituit. Altera conſulitur ei, contra eũ qui
ſciens vendidit:vt teneatur in duplum pretij,& acceſsionum:
nec vnus liberatur per alterũ: & eſt hæc actio annalis: vt ff.de
liberali cauſa.l.rectiſsimè.idẽ eſt.& l.ſiue.& l.imò.& l. in ſer-
uo. & l.in tantũ.& l.vel obligatus. & l.voq;. & l.nõ ſolũ. & l.
5 illud.Sunt† & alij,qui verè ſerui ſunt:ſed tamen in libertatem
licet eis proclamare,vt ecce,filius venditus eſt à patre propter
a famis neceſsitatem[a].licet patri,vel filio vendito,vel etiam cui-
libet extraneo ad ingenuitatem propter eum repetere: modo
ſi pretium offerat,quod poteſt valere,aut mancipium pro hu
iuſmodi præſtet: vt ſ.de pa.qui filios diſtrax.l.vlt.Item ſeruus
noxæ deditus,ſi quæſita pecunia damnum à ſe datum poſtea
reſarcierit,prætoris auxilio manumitti debebit:vt Inſtitu.de
6 noxal.§.dominus. Ille† autem verè liber eſt,qui eſt ab hoſti-
bus redemptus:ſed quadam neceſsitate ſeruiendi tenetur,do-
nec reddat pretium redẽptionis,vel ſeruiat quinquennio, vel
aliquo iſtorum facto in libertatem proclamare ſibi conceedi-
tur,vt j.de cap.& poſtlimi.reuer.l.ij.& l.vlt. Supereſt, vt vi-
deamus de rebus eorum, qui ad libertatem proclamare non
7 prohibentur.† Eſt autem diſtinguendum,vtrum quis de poſ-
ſeſsione ſeruitutis proclamet in libertatem,an de poſſeſsione
libertatis petatur in ſeruitutem. In primo caſu id,quod confi-
tetur eſſe eius,qui poſsidet eum (quoniam de eo non dubita-
tur) reddi,& referri pronuntiabit iudex. alia verò quæ dubia
☞ ſunt negatione,☜ remanebunt penes proclamantem in liber-
tatem,& ipſe cauebit,& reſtitutione earum rerum,ſi apparue
rint eſſe domini,id eſt,à domino ipſi conceſſa,vel ex cõceſsis
empta, vel ſi apparuerit ſubtracta domino: vel ex ſubtractis
empta:item reddet rationem adminiſtrationis:vel ſi non ap-
paruerint eſſe domini,remanebunt penes eum. Lata autẽ ſen-
tentia pro libertate,hoc eſt (quod dicit lex) exacto libertatis
iudicio,res illæ de quibus cautio præſtita eſt,in ſequęſtro de-
bent eſſe: & in tuto pro diſpoſitiona iudicis collocari: vt his
ab vtroque deductis,& in medio iure collatis ad eorum pro-
prietatem vterque contendat: vt j.eod.l.vlt.& ſ.tit.j.l.j.§. ſu-
per peculio. Quid ſi prædicto homini in libertatem proclamã
ti aliquid abſtulerit,pendente iudicio,ille qui poſsidet eum?
certè ante decidi ſtatus conuenit cauſam: atque ita præbebi-
tur audientia direptorum negotiorum: vt j.tit.proxi.l.vlti.in
fi.In ſecundo autem caſu,id eſt,cùm quis de libertate petitur
in ſeruitutem, ſuper rebus quas habet reſtituendis, ſi ſuccu-
buerit in cauſa,debet dare fideiuſſorem,ſi poteſt: alioquin cõ
mittetur iuratoriæ cautioni: vt ſ.titu.j.l.vnic.§.omnes. Si au-
tem iudicio pendente actor aliquid ei abſtulerit,ſtatim ea te-
netur reddere. Si tamen reus ſatiſdederit de rebus reſtituẽdis,

ſi condemnatus erit in cauſa liberali. Sed ſi non ſatiſdet, debēt
res ſequeſtrari: vt tamen ex eis ſubminiſtrentur ei alimenta,
& litis ſumptus. Vbi autem ante litem [conteſtatā] libertatis
aliquid dirıpit, & poſtea, cùm pro ſubtractis conuenitur, ob-
iicit quæſtionē de ſeruitute, & ſine fideiuſſore ſiet reſtitutio
rerum: maximè ſi iam fuerat pro eis damnatus: vt ĵ. tit. j. l. vlti.

ANNOTATIONES.

a Famis neceſſitatem. Ad hoc vide Bal. in l. ſi. C. de pa. pot. Bart. in l. qui
filios. C. quæ res pig. obli. poſ. doct. inſti. de pa. pot. per to. iii. & in l. ii.
C. de pa. qui fil. diſtr, vbi de iſta materia copioſe.
b Negatione. Admonendi ſumus negatione rem dubiam fieri, idque di-
uus Conſtantinus ad Maximum reſcripſit. l. iii. C. quib. ad lib. procla.
non licet. & c. iii. extra. de teſtib. cogendis. Et hic eſt vnus negationis ef
fectus. P. Prateius.

De ordine cognitionum. *Rubrica.*

1 *Libertatis quæſtione pendente cum alia vel ciuili vel crimina-*
li quæſtione, de qua prius cognoſcendum, & pronuntiandū
ſit. & nu. 3.
2 *Hæreditatis quæſtio quo caſu expediri debeat ante quæſtionē*
libertatis.

DE liberali cauſa qualiter agatur, ſ. plenè dictum
eſt. Sed quia liberalem quæſtionem cum aliis ſępe
contingit moueri: & quæritur de qua prius ſit co
gnoſcendum, vel pronuntiandum, ideo de ordine
cognitionum, ſcilicet liberalium tantùm. Porrò ſuprà, de or-
dine iudiciorum generalior traditur doctrina, de ordine cau-
ſarum omnium liberalium, & non liberalium. Hic autem ti-
2 tulus ſpecialis eſt propter libertatis querelas inductus. † Sciē-
dum eſt igitur in his, quia ſi vnus contra aliquem mouit quæ-
ſtionem libertatis: & aliam eiuſdem quæſtionem de hæredita-
te, vel de quauis alia, vel etiam accuſatione criminis alicuius,
& de libertate, ſemper primo de libertate cognoſcendum eſt,
& pronuntiandum: cùm hæc quæſtio ſit præiudicialis, vt di-
ximus ſ. de liberali cauſa. Idem eſt & ſi ab vno alicui moueа-
tur de libertate controuerſia: ab alio verò moueatur quæſtio
ciuilis, vel etiam criminalis. Nam & tunc prius erit pronun-
tiandum de libertate, & cognoſcendum, vt dictum eſt: vt ĵ. eo.
3 l. ſi hæres. & l. ſi crimen. & l. ſi res. & l. cùm ſtatus. Hoc ita †: ni-
ſi libertas ex teſtamento petatur: cuius teſtamenti cognitio
pendet, vel futura ſperatur propter controuerſiam hæredita-
tis. Tunc enim de hæreditate prius cognoſcetur: vt ff. de peti.
4 hæred. l. ſi quis libertatem. † Vbi [autem me conuenis ciuili-
ter, vel etiam accuſas criminaliter, &] ego in modum exce-
ptionis te repello: quia ſeruus meus, vel etiam ſeruus cuiuſdā
tertij, de libertate ſicut de qualibet exceptione prius cogno-
ſcendum eſt. Sed nunquam pronuntiandum eſt, ſicut nec de
qualibet exceptione vel incidenti quæſtione: ſed pronuntia-
bitur de principali: & ita per conſequentiam plerunque de
a incidenti pronuntiatur: vt ĵ. eo. l. j. & ij. & l. ſi ſtatus. Alij dicunt[a]
ſemper pronunciandum de incidenti quæſtione: niſi cōditio
perſonæ putà impuberis, vel pedanei iudicis aliud inducat.
Ego diſtinguo inter emergentes & incidentes quæſtiones: vt
notauimus ſuprà de ordine ipſorum.

ANNOTATIO.

a Alii dicunt. Super iſta dubia quæſt. vide Spec. in titu. de offi. om. iu. §.
poſtremo. verſi. iii. vidēdum Car. Bal. & doct. in l. prima. C. de ord. cog.
do. Alex. de Imo. in l. qui Romæ. § duo. ff. de verb. obl. Canoni. in c. j,
de ord. cog. totam materiam per Pau. de Ca. in conſi. cccl xxiiii.

De colluſione detegenda. *Rubrica.*

1 *Colluſio per quos fiat: & quando pœna imponatur colluden-*
tibus.
2 *Colluſionem factam in cauſa ingenuitatis vel libertinitatis de-*
tegens, quo præmio afficiatur.
3 *Colluſionis in cauſa liberali facta detectio intra quantum tem-*
pus ſit facienda.

QVONIAM in iudicio [liberalis cauſæ ſæpe ſit
colluſio, ideo de colluſione detegenda videamus,
ſcilicet, per quos fiat colluſio, quare, quando per-
miſſum ſit colluſionem detegere, & quæ ſit pœ-
1 na colludentis. † Fit autem colluſio per procuratores, & ad-
uocatos cauſarum, qui ſe ſuperari in lite patiuntur. Sed & per
principales perſonas ſimiliter ſit in criminibus. de qua collu-
ſione, vel præuaricatione tractatur, & imponitur pœna ff. de
præuaricatoribus. In ciuilibus autem cauſis colluſio fit impu-
2 nè: niſi † in hoc caſu: putà, ſi me agente cum alio, tanquam ipſe
eſſet ſeruus meus, vel libertus, paſſus ſum eum pronuntiari in-
genuum confitendo contra me in iudicio, quod eſſet inge-
nuus. Tunc enim, ne per tales ita degeneres inquinaretur am
pliſſimus ordo ſenatorum, vel conſimilium in dignitate po-
ſitorum, ad quam iſti, iudicati ingenui, eligerentur, ſtatutum
eſt ſenatuſcōſulto Domitiani tēporibus, vt ſi quis probaſſet
per colluſionem hunc hominem iudicatum ingenuum, ſi iſte
homo erat ſeruus, ſiet eius, qui detexit colluſionem. vt ff. eod.
l. j. Si autem erat libertus, ſiet eius qui detexit colluſionem: vt
3 ff. de in ius vo. l. adoptiuum. §. patroni. † Et eſt hæc detectio
facienda intra quinquennium: ſi tamen ille viuat, qui inge-
nuus pronuntiatus eſt. Nā, eo mortuo, non licet à modo quę-
rere de ſtatu eius, licet cœpta ſit lis in vita eius: vt ff. eod. l. ij. in
prin. & ne de ſtatu defunc. poſt quinquennium quæratur. l. j.
§. ſed interdum. Quinquennium continuum numerandū eſt:
niſi impubes ſit ille, cuius ſtatus retractatur. Tunc enim, quia
in pupillari ætate non poteſt de eius ſtatu quæri, non curret
quinquennium interim: vt ff. eod. l. ij. §. j. hæc ita, ſi domino,
vel patrono colludente, extraneus velit detegere colluſionē.
Nam ſi per colluſionem extranei ſeruus meus, vel libertus
pronuntietur ingenuus, in perpetuum poſſum admitti ad re-
tractandum eam ſententiam: vt ff. eod. l. cùm non iuſto. Non
iuſtum enim contradictorem dico omnem, præter eum, cu-
ius eſt ſeruus, vel libertus. Et not. quòd medio tempore ante-
quàm detegatur colluſio poſt ſententiam de ingenuitate la-
tam, vtique quaſi ingenuus accipitur: ſed detecta colluſione,
accipietur vt libertinus, vel vt ſeruus: vt ff. eo. l. pen. Vbi autē
domino, vel patrono colludente, plures extranei volunt de-
tegere colluſionem, iudex cauſa cognita comparatis omnium
moribus, & ætatibus, & conſiderato eo, cuius intereſt, magis
vnum eorum eligit: ſi tamen ſit talis cui per edictum poſtula-
re licet: vt ff. eod. l. vlti.

Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur. *Rubrica.*

1 *Defuncti ſtatum poſſe intra quinquennium ex die mortis in*
controuerſiam deduci, non poſtea, atque ibi, an hoc ſit in-
diſtinctè verum. & nu. 3. & 5.
2 *Emancipationis quæſtionem poſſe moueri etiam poſt quinquē-*
nium a morte eius, de cuius emancipatione quæritur.
4 *Status quæſtio mota ante quinquennium à morte eius, de cu-*
ius conditione quæritur, an poſſit poſt quinquenniū perfici.

SVFFICIENTER de cauſa ſtatus differui-
mus. Et quia ſtatum perſonæ viuentis, & mortuæ
tuetur præſcriptio temporis: ponamus prius de
1 ea præſcriptione, quæ tuetur ſtatū defuncti. † Sciē
dum eſt igitur de ſtatu defuncti agi poſſe intra quinquenniū
à die mortis ſuæ computandum, non poſtea: diſtinctione ad-
hibita, vtrum in deteriorem conditionem, quàm erat ipſe de-
functus tempore mortis, velit quis retractare ſtatum defun-
cti, an in meliorem. Si in deteriorem, aut ideo quia dicit eum
fuiſſe in poteſtate patris, cùm vixerit tanquam emancipatus:
aut quia dicat eum fuiſſe ſeruum, vel libertum, cùm vixit tē-
4 pore mortis tanquam ingenuus. † In primo etiam poſt quin-
quennium poteſt fieri quæſtio de emancipatione, an facta fue
rit, an non: vel iure proceſſerit, an non: vt infrà eod. l. quòd
eſt conſtitutum, niſi quæſtionem de emancipatione ſuadeat
differri ætas filij impuberis eius qui dicitur emancipatus: vt
ff. de Carboniano edicto. l. deceſſit. Ergo quinquennio
non

non tollitur quæſtio emancipationis, ſed alia ratione tolli
poteſt: vt quia emancipatus diu tanquam emancipatus, patre
viuente vixit, & non contradicente: tunc enim ipſe pater ad-
uerſus factum ſuum, cui cooperatur temporis curſus venire
3 prohibetur: vt ff. de adop. l. poſt mortem. † In ſecundo autem
caſu nulli priuato, vel maiori, vel minori: item nec reipub. li-
cet poſt quinquennium quæſtionem mouere: vt j. eod. l. ſi is. &
l. ſi mater tua. & ff. eod. l. j. §. vlt. & l. non eſſe. Et hoc ita, ſi bo-
na fide erat in poſſeſsione ingenuitatis tempore mortis. Nec
habet locum hic quinquennium, ſi defunctus in fuga conuer-
4 ſus, & latitans deceſsit: vt j. eod. l. vlt. † Si autem ante quin-
quennium fuerit lis conteſtata, & legitimè, bene poteſt perfi-
ci poſt quinquennium: non legitimè autem facta conteſtatio,
pro nulla habetur: vt j. eod. l. penult. Sed & ſi conteſtatio fue-
rit facta in vita defuncti, & deſtitit ille, qui mouit litem, ita vt
longo ſilentio videatur cauſa finita triennio ſcilicet, perinde
eſt, ac ſi nihil factum ſit: & ita nihilominus curret quinquen-
5 nium: vt ff. eod. l. ij. §. præſcriptio. † Intra quinquennium au-
tem ſemper admittitur actor, niſi cum defunctis vixit, vt in-
genuus: & pronuntiatus eſt ingenuus. vt dixi in ſuperiori tit.
Idem eſt, cùm non poteſt quæri de ſtatu eius, qui deceſsit intra
quinquennium: niſi & quæratur de ſtatu eius, qui deceſsit an-
te quinquennium: vt j. eod. l. j & ij. & ff. eod. l. j. §. ſed nec eius.
& §. ſed interdum. Et hoc eùm propter numariam quæſtio-
nem de bonis diſceptatur: vt j. eod. l. quamuis. principaliter
enim propter corpus mortuum agi non poteſt: vt j. eodem. l.
quamuis. & ff. eod. l. vlt. & ĩ. de liberali cauſa. l. principaliter.
Si verò in meliorem cõditionem quis velit retractare ſtatum
defuncti, veluti pro ſeruo dicatur libertus, vel pro libertino,
ingenuus: licet hoc intra quinquennium, & poſtea: vt ff. eod.
l. j. §. vlt. & penul. Illud notandum quòd hæc præſcriptio ſine
℞ poſſeſsione ℞ procedit.

ANNOTATIO.

℞ Poſſeſsione. Regulariter proditum vſucapionem ſine poſſeſsione
non procedere l. ſine poſſeſsione. ff. de vſucap. c. ſine poſſeſsione. de
regu. lib. vj. xvi. q. iii. c. porrò. Iure tamen ſingulari receptum eſt con
tra libertatis gratia: idque Azo noſter ſcribit: idem probat tex. l. fin.
C. de long. temp. præſcrip. alias reſtrictiones tradunt glo. & Din. in
d. cap. ſine. Præteius.

De longi temporis præſcriptione, quæ pro libertate non aduerſus libertatem opponitur. *Rubrica.*

1 *Libertatem ſuiipſius quanto tempore, & quibus interuenientibus poſsit quis acquirere, vt præſcriptione ſe tueri poſsit.*
2 *Præſcriptionem non poſſe opponi contra libertatem.*

SEQVITVR videre de præſcriptione quæ
1 ſtatum, & libertatem viui tuetur. † Sciendum eſt
igitur, quòd ſi quis fuerit in poſſeſsione libertatis
per xx. annos, & ſine interpellatione à modo con-
ueniri non poteſt. Nec exigitur in hac tali præſcriptione ti-
tulus: ſed tantùm bona fides, ſcilicet, quòd putet ſe eſſe libe-
rum vndecunque: & quaſi poſſeſſor, ſcilicet quòd fuerit in
poſſeſsione libertatis. Nec enim eſt verè poſſeſſor: quia nemo
ſeipſum poſsidet: vt j. eod. l. præſtat. Quod autem de xx. annis
dixit, exaudiunt quidam inter abſentes. Nam inter præſentes
dicunt ſufficere x. annos, ne ſit deterior conditio libertatis,
quàm aliarum rerum: quod ſi placet dicatis. Videtur tamen
contrarium: quia hic non exigitur titulus, & ideo prolixius
tempus, quàm aliàs eſt exigendum. Quid ergo ſi mala fides
adſit, & fuerit quis in poſſeſsione libertatis xx. ann. certè de-
fendet ſe in libertatem ſpatio triginta ann. ſi tamen erat ad-
ſcriptitius, videtur quòd exigatur ſpatium xl. ann. vt infrà de
præſcrip. xxx. vel xl. ann. l. omnes. & de anna. except. l. j. & de
2 agric. & cenſit. l. cùm ſcimus. & l. eùm ſatis. † Porrò contra
libertatem nulla præſcriptio obiicitur: vt j. eo. l. vlt. liber enim
homo ex poſtfacto fit ſeruus per hoſtium capturam, ſuámque
auaritiam, nunquam autem tempore.

De peculio eius, qui libertatem meruit. *Rub.*

1 *Peculium ſerui manumiſsi inter viuos cenſeri conceſſum ipſi ſeruo hoc ipſo, quòd ei non adimitur.*
2 *Peculium ſerui manumiſsi in vltima voluntate remanere penes ſucceſſores manumittentis, & cur ſecus hic, quàm cùm manumiſſus eſt inter viuos.*

HABITO tractatu de hominis manumiſsi ſta-
1 tu: de eius peculio loquamur. † Eſt autem diſtin-
guendum, vtrum quis manumittatur inter viuos,
an in vltima voluntate. Si inter viuos, videtur ei
eſſe conceſſum omne peculium hoc ipſo quòd non adimitur,
niſi in quibus caſibus facta eſt manumiſsio inter viuos, per-
inde habetur ac ſi facta ſit in codicillis: vt ſuprà, de lati. liber-
2 tol. §. ſancimus. & §. ſed & ſi quis. Si autem † quis manumit-
tatur in vltima voluntate, remaneret peculium penes ſucceſ-
ſores manumittentis: niſi ſpecialiter fuerit datum manumiſ-
ſo. Et eſt ratio ſecundum quoſdam: quia in primo caſu ma-
numiſſor eſt habiturus operas: vnde benignius cum eo age-
re præſumitur. In ſecundo autem caſu nihil omnino eſt habi-
turus ab eo, vel ea eſt ratio: quia cùm is, qui manumittit in-
ter viuos largam, & amplam licentiam habeat auferendi pe-
culium, nec aufert, tacitè videtur concedere. Sed is, qui li-
bertatem relinquit poſt teſtamentum, vel codicillum com-
poſitum, ideo non videtur tacitè concedere: quia ſæpiſsimè
contingit, vt poſtea: nec velle poſsit: nec nolle. & eſt arg. ſuprà
qui teſta. facere poſ. l. hac cõſultiſsima. §. at eùm. & in auth. de
trien. & ſemiſ. §. illud quoq; ibi, aut præ tumultu mortis, &c.

De Senatuſconſ. Claudiano tollendo. *Rub.*

1 *Conditio miſera.*
2 *Mulieris ſeruo ſe miſcentis pœna.*
3 *Amoris vis.*

QVIA Senatuſconſultum Claudianum loqueba-
tur contra libertatem: dicamus de eo tollendo.
1 Erat olim † per vniuerſitatem miſerabilis acqui-
ſitio: & miſerabilior libertatis amiſsio ex Sena-
tuſconſulto Claudiano. Mulier enim libera ſeruili amore ca-
pta, vel bacchata, ſi ei denuntiatum eſſet à domino, ne com-
2 miſceretur † ſeruo ſuo, & iudex ſuper eo admonuiſſet eam,
nec ipſa acquieſceret: ſuam ſubſtantiam perdebat, & liberta-
tem amittebat: fiebat enim ancilla domini denunciantis: quod
quia viſum eſt indigniſsimum, ſublatum eſt: vt j. eod. l. j. nihil
3 eſt enim † furore amoris vehementius [a]: vt in authent. quibus
a modis nat. effic. legi. §. illud quoque. & habet ſua tela cupido,
& ſpicula figit amor. Item amor trahit ſuperos, &c. [item,
omnia vincit amor.]

ANNOTATIO.

a Vehementius. Adde §. nouimus. in authent. qui. mod. nat. effi. legit. al-
leg. in text. vbi elegans glo. adducit carmen. Non frater fratri: cùm
furat ille venit. & vide do. Lucam de penna in l. quicunque. numero a.
de cohorta. lib. xii. chart. cxlv. qui more ſuo maria, & mõtes aggregat.
doct. in §. fin. inſtitut. de ſucceſ. ſub. plura in iſta not. materia de men-
te Philippi & ſubtiliſsimi præceptoris mei doctoris ſubtilis in me-
dium afferre poſſem: ſed quãdo aliena à profeſsione tua miſſa facio.

De nudo iure Quiritum tollendo. *Rubrica.*

1 *Dominium in ſeruos varium.*
2 *Seruorum vna conditio.*

SICVT in libertis trina diſtinctio erat vti dixi-
mus de dedititia libertate, & de Latina libertate,
ita & in ſeruis, vt in quibuſdam ſeruis plenum, in
1 quibuſdam † ſemiplenum, in quibuſdam nudum
& ſiccum, vel nullius commodi dominium, id eſt, ſine vtilita-
te aliqua haberent, quod totum tollendum eſt: & ideo dicit

de nudo, ſcilicet, dominio tollendo ex iure Quiritum, id eſt,
1 Romanorum. Eſt enim † vna in ſeruis omnibus hodie conſonantia: vt in omnibus plenè potiamur dominio & ſeruorum, & aliarum rerum: vt infrà eodem: l. vna. & Inſtitut. de iu. per. in fi. tit.

De vſucapione pro emptore, vel tranſactione. *Rubrica.*

1 *Vſucapio quare ſit inducta.*
2 *Vſucapio quid ſit.*
3 *Vſucapio quanto tempore compleatur.*
4 *Vſucapere qui poſſint, & qui non poſſint.*
5 *Hereditas iacens complere poteſt vſucapionem à defuncto coeptam, inchoare eam non poteſt.*
6 *Vſucapi quæ res poſſint, atque inibi, an incorporalia poſſint vſucapi.*
7 *Vſucapionem procedere in rebus mobilibus, vel ſe mouentibus: præſcriptionem in immobilibus.*
8 *Vſucapi non poſſe rem furtiuam, vel vi ablatam, aut vi poſſeſſam, atque inibi an id ſit perpetuum.*
9 *Furtiua res quando cenſeatur reuerſa in poteſtatem domini, vt poſſit vſucapi.*
10 *Vſucapi non poſſe quæ nata ſunt ex rebus furtiuis.*
11 *Partus ancillæ, aut animalis quando cenſeatur furtiuus.*
12 *Vſucapio an procedere poſſit ex poſſeſſione precaria, vel clandeſtina.*
13 *Vſucapionem impediri propter naturam rei, quæ non poteſt eſſe in alicuius dominio.*
14 *Vſucapi non poſſe quæ prohibita ſunt alienari ratione perſonæ, item ratione publicæ vtilitatis, & num. 17.*
15 *Vſucapi an, & quando poſſit res fiſci.*
16 *Vſucapi an poſſint res ciuitatum, & quid de iis rebus, quæ ſunt in vſu publico.*
18 *Vſucapio vt poſſit procedere, quæ ſint neceſſaria.*
19 *Vſucapiens quando cenſeatur habere bonam fidem.*
20 *Vſucapientis bona fides quo tempore exigatur, vt poſſit vſucapio procedere.*
21 *Vſucapere vt poſſit is, qui alieno nomine emit, in cuius perſona requiratur bona fides.*
22 *Vſucapio vt procedat an, & qualis titulus requiratur.*
23 *Vſucapio quãdo poſſit ex iuſto errore procedere abſque titulo.*
24 *Specialia non eſſe trahenda ad conſequentiam.*
25 *Traditionem neceſſariam eſſe, vt poſſit procedere vſucapio.*
26 *Vſucapio requirit continuam poſſeſſionem à principio vſque ad finem, & an id ſit perpetuum. & num. ſeq.*
28 *Poſſeſſionis continuatio inter quas perſonas fiat.*
29 *Emptori quando proſit tempus venditoris ad complendam vſucapionem.*
30 *Temporis computatio quomodo fiat in vſucapione.*
31 *Vſucapio pro emptore vt procedat, quæ requirantur.*
32 *Vſucapi pro tranſactione quid dicatur.*
33 *Vſucapionis triennalis effectus quis ſit. & an per eam quæratur dominium.*

EXPLICVIMVS in ſuperioribus de iure agendi, quod proditum eſt, ad impugnandum: nunc audiamus de eo iure, quod competit ad defendendum. Et quia reus in iudicio ſe defendit per exceptionem ſiue longi temporis, vel longiſsimi præſcriptionem pérque vſucapionem, quæ & ipſa qualemqualem de facto parit exceptionem: vt ſ. de iure dot. l. in rebus. conſtátque quód vſucapio dignior eſt, quàm præſcriptio, dicamus primum de vſucapionibus. Vel aliter. Diximus de præſcriptione gemina, quæ minuit ſtatum, nunc audiamus de præſcriptione, quæ tuetur patrimonium. Et quia titulo pro emptore frequentius vſucapitur: dicamus de vſucapione pro emptore: & quia emptioni ſimilis eſt tranſactio: quippe ſicut in emptione abeſt pretium, ita in tranſactione abeſt actio propter rem datam promiſſámve. Ideo adnectamus de vſucapione pro tranſactione. Tractaturi itaque de vſucapione, videamus quare vſucapio ſit introducta, quid ipſa ſit, quis poſsit vſucapere, quis non, quas res poſsit, vel non poſsit, quæ ſint neceſſaria in
1 vſucapione, & quis ſit effectus eius. † Eſt autem inducta vſucapio bono publico, id eſt, vtilitate publicata contra æquitatem naturalem: ſicut & ſeruitutes: & eſt in vſucapione ratio, ne. ſ. quarundam rerum dominia diu, & ferè ſemper incerta eſſent, quòd ſufficeret dominis ad acquirendas ſuas res ſtatuti temporis ſpatium: vt ff. eod. l. j. [& Inſti. de vſucap. in princ. tit. & maximè in illa l. furtum. & in l. quamuis tenet.] Vel in-
2 ducta eſt, vt aliquis eſſet litiũ finis: vt ff. pro ſuo. l. vlt. † Eſt autem vſucapio adiectio, [vel acquiſitio] dominij per continuationem poſſeſsionis tẽporis lege definiti: vt ff. de vſuca. l. iij. & ponitur in definitione nomen vſucapionis tam pro vſucapione rerum mobilium, quàm pro præſcriptione immobilium: nempe olim rerum immobiliũ præſcriptio dicebatur vſucapio, ſicut & mobilium acquiſitio: hoc enim licet attendere ff. per totũ tit. de vſuca. & maximè in illa l. furtũ. & l. quamuis.
3 Quod dicit tẽporis † lege definiti: ideo dicit, quia hodie aliud ſpatium definitum eſt, quàm fuerat olim. Nam in vſucapione rerum mobiliũ definitũ eſt trienniũ. In vſucapione immobiliũ ſtatuitur decenniũ inter præſentes, xx. inter abſentes: vt Inſti. de vſuca. j. reſp. & eſt vtrunq; tẽpus continuum: vt ff. de vſuca.
4 l. nunquam. §. j. † Vſucapere poteſt paterfamiliàs, & filiusfamiliàs, & maximè miles in caſtris quæſitũ vſucapit: & pupillus, ſi tutore authore cœperit poſsidere, vſucapit ſine tutore: aut ſi non tutore authore poſsideat, & habeat animũ poſsidendi, poterit vſucapere. Furioſus autem non poteſt incipere poſsidere per ſe: & ita non incipit vſucapere. Quod autẽ ante furorem cœpit poſsidere, poteſt vſucapere: vt ff. de vſuca. l. ſequitur. §. j. ij. & iij. Illud certum eſt, quòd cùm ſeruus nihil poſsit poſsidere: ergo nihil poteſt vſucapere: vt ff. de vſuc. l. ſequitur. §. ſeruus. Dominus autẽ ea, quę ſerui peculiariter nacti ſunt, etiã ignorans vſucapit. & eſt ſpeciale in peculiaribus rebus: vt in eis procedat vſucapio domino ignorãte, etiã ſi dominus fuerit furioſus, vel infans: vt ff. de vſuc. l. Labeo. & pro ſo-
5 luto. l. ij. & de acq. poſſ. l. j. §. item acquirimus. Itẽ † & hęreditas complet vſucapionem à defuncto cœptam: non autem poteſt vſucapio inchoari, iacente hęreditate, ſed demum adita ea: vt ff. de vſuca. l. nunquam. §. vacuum. & l. iuſto. §. nõdum. & l. vlt.
6 §. vlt. † Vſucapi poſſunt regulariter ea quæ corporalia ſunt. Nam incorporalia non vſucapiuntur, quia non poſsidentur: vt ff. de acq. rer. domi. l. ſeruus. §. incorporales. ergo aduerbiũ, maximè, abundat ff. de vſucap. l. vſucapionem. Vel dic incorporalia accipere vſucapionem quandoq;, vt diximus in ſeruitutibus, quæ habent continuam cauſam, vt notauimus ſ. de ſeruitutibus & aqua. Item licet non vſucapiantur ſeruitutes per ſe, tamen vſucapiũtur cum re, cui accedunt. Nam qui vſucapit domum, vel agrum, vſucapit etiam ſeruitutes debitas domui vel agro: vt ff. de vſucap. l. ſi aliena. §. j. Item libertates omnium ſeruitutum vſucapiuntur: vt infrà, de præſcrip. longi
7 tempo. l. vlt. † Vſucapi propriè dicuntur mobilia[a], vel ſe mo-
a uentia. Nam immobilia dicuntur præſcribi: vt infrà in quibus cauſis ceſſat long. temp. præſcrip. l. ij. Neque diſtinguuntur res Italicæ à prouincialibus, vel è conuerſo: vt infrà de
8 vſucap. transfor. l. vna. † Licet autem dixerim vſucapi poſſe corporalia, fallit tamen in quibuſdam propter vitium rei: vt quia res furtiua eſt, vel vi expulſiua, vel ablatiua poſſeſſa: vt Inſtitut. de vſucap. §. furtiuæ. & §. quod autem. Nam aliud eſt in re vi cõpulſiua poſſeſſa: vt quod metus cauſa. l. ſi vi. Hoc
9 † ita, niſi res furtiua in poteſtate mei ſcientis reuerſa fuerit, vel quaſi fuerit reuerſa, & ita quòd non poſsit à me auelli poſſeſsio: vel quaſi reuerſa, quod eſt, ſi acceperim eius æſtimationem, & neceſſe eſt reuerti eam in poteſtatem domini: vel quaſi domini: vt tutoris, vel curatoris: non tamen ſi ipſe tutor, vel curator ſurripuerit vel vendiderit, videtur eſſe purgatum vitium: vt ff. de vſucap. l. ſequitur. §. ſi pupilli. & §. tunc in poteſtatẽ. Si autem ſurripiatur creditori, debet reuerti in poteſtatem debitoris: qui dominus eſt rei. Nam ſi obligauerit rem alienam, ſufficit venire eam in poteſtatem creditoris: vt ff. de vſucap. l. ſequitur. §. quod autem. & pro ſoluto. l. vlt. Sed vbi debitor creditori ſurripuit rem ſuam, quam pignori obligauit, non eſt ea res furtiua: licet debitor teneatur creditori actione furti. Eſt enim res in poteſtatem domini reuerſa. Sed ſi debitor

oblig

obligaſſet rem alienam,& eãdem ſurriperet creditori,oporte-
ret eam redire in poteſtatẽ creditoris: vt purgatum ſit vitium:
vt ff.de vſucapion.l.ſequitur.§.ſi rem.& pro emptore.l.ſi rem.
Quid autem ſi ſeruo meo ſurripiãtur res peculiares? diſtingui
tur,vtrum,me ſciente,an ignorante. Si,me ſciente,oportet, vt
me ſciente,recuperet ſeruus:nec ſufficit,ſi me ignorante,recu-
peret. Si verò me ignorante,ſiue me ſciente,ſeruus,ſiue igno-
rãte recuperat poſſeſsionem:purgatur enim vitium: niſi in pe-
culio eſſe volui:tunc enim oportet,vt ſciam. Si verò ab extra-
neo res mihi ſurripiatur aliqua peculiaris,oportet,vt me ſciẽ-
te, redeat in poteſtatem meam:niſi in peculio eſſe volui : tunc
enim etiamſi ignorante me,ad ſeruum perueniat purgatur vi-
tium:& probãtur hæc ff.de vſucap.l.ſequitur.§.Labeo. Quid
autem ſi ſeruus meus ſurripiat mihi? Diſtingue, vtrum rem
dominicam, an peculiarem. ſi dominicam,ſtatim eſt furtiua:
non tamen dominus amittit poſſeſsionem,quandiu apud ſer-
uum res eſt. & hæc eſt ratio,quare videamur fugitiuum poſsi
dere, quòd is quemadmodum aliarum rerum poſſeſsionem in
teruertere non poteſt,ita nec ſuam poteſt: vt ff.de acquir.poſſ.
l.rem,quæ.& de furtis.l.ſerui & filij & Inſtit.de oblig.quæ ex
delict.naſc.§.hi. Eſt ergo exigẽdum,vt purgetur vitium: quòd
ita cœperam habere,quemadmodum habui ante,quàm ſurri-
peretur : niſi eum reſcirem in peculium eum habere, conceſsi:
vt ff.de vſucap.l.ſequitur.§.item ſi eam rem. Si autem ſeruus
ſurripiat mihi rem peculiarem,quandiu eam retinet,conditio
rei non mutatur. Sed ſi alij tradiderit,furtum faciet. & ea res
erit furtiua:vt ff.de fur.l.interdum.ij.§.cùm autem. Et purga-
tur hoc vitium ita, ſicut ſuprà dictum eſt in re dominica.
10 †Quod autem dictum eſt in rebus furtiuis, ſeruatur & in iis,
quæ nata ſunt ex eis:vt in partu ancillæ furtiuæ [de quo ple-
nè dixi ſuprà,in ſumma de furtis. §.amplius. ibi, quid ſi ex re
11 furtiua.]Circa quem notandum†eſt,quia quandoque eſt fur-
tiuus ,& eius nomine competit actio furti vt ſi prægnantem
ancillam ſurripio,vel non prægnãtem,ſi tamen apud me con-
ceperit & peperit. Si verò apud me cõceperit, & peperit apud
bonæ fidei poſſeſſorem,furtiuus eſt: ſed eius nomine non da-
tur actio furti. Idem dico in vacca furtiua , non obſtante eo,
quod dicitur ff.de vſucap.l.ſi aliena.§.j. quia illud nuro corri-
gi ff.de furtis.l.qui vas.§.ſi ancilla. & in iſtis caſibus certum
eſt partum , vel fœtum vſucapi non poſſe, obſtante vitio rei.
Nec eſt furtiuus , nec eius nomine datur actio furti : ſi conce-
perit, & peperit penes bonæ fidei poſſeſſorem. Et tunc ſi quæ-
ras an vſucapi poſsit à bonæ fidei poſſeſſore furtiuæ ancillæ
partus,vel non,attendendum eſt,ſciuerit [hoc bonę fidei poſ-
ſeſſor] matrem alienam antequam conceperit: & tunc non
vſucaperet:an poſtquam conceperit, & tunc ſi ſciat ſimplici-
ter alienam, non furtiuam, non impeditur vſucapio : vt ff. de
vſuca.l.ſequitur.§.de illo.& §.ſi ante,quàm.& l.iuſto.§.ſi poſ-
ſeſsionis.& ſ.de furtis.l.ancillæ. & j.eodem.l.iij.Si verò ante,
quàm pariat ſciat furtiuã,impeditur vſucapio,ſi poſtea,quàm
peperit ſciam matrem furtiuam, interpellatur vſucapio , niſi
dominum certificauerit ſe habere ancillam,& partum eius:vt,
ſi habet ius, quod ipſe proponat : & ipſe reſpondebit : aliàs
contra:niſi cùm nõ poſſet certificare dominũ. Et hoc eſt valde
notandum quod poſterior ſcientia in partu impedit vſuca-
pionem hic:quia in partu committitur furtum:nec enim in eo
habebam titulum, licet haberem in matre:vt ff.pro ſuo.l.ſi an-
cilla.ſecus puto,ſi in eo haberem titulum. Impediuntur etiam
quandoque corporalia vſucapi propter delicta perſonarum:
vt eſt in re præſidi data contra legem Iuliam repetundarum.
Nec enim vſucapitur, priuſquam in poteſtatẽ eius à quo ex-
torta ſit res, hæredíſve eius veniat:vt ff.ad leg.Iul.repetund.l.
12 pen.† Dicunt quidam,& illa eſſe vitia rerum,ſcilicet, clande-
ſtinitas,precarium. Sed id non probatur lege. Nam precaria
iuſta quidem eſt:quia eſt cum domini voluntate: vt ff.commu
ni diui.l.communi diuidundo. iudicium locum habet. §.inter
prædones. Item ſubtiliter proſpicienti , licet clandeſtina di-
catur poſſeſsio:non tamen dicitur clandeſtina res: vt ff.de ac-
quir.poſſeſ.l.clam. Litigioſa autem res non eſt vitioſa : vt ſu-
13 prà de præſcrip.long temp.l.j. † Impeditur etiam vſucapio,
propter naturã rei,quæ non poteſt eſſe in alicuius dominio:
vt in libero homine. Item propter fauorem religionis , vt in
rebus ſacris & religioſis: vt Inſtit.de vſucap.§.j.Item propter
publicum vſum: vt in campo Martio, & theatro,& arena ci-
uitatis Veronenſium , vel alterius : vt ff.de vſucap.l.vſucapi.
14 †Impeditur etiam quandoque vſucapio rei, quia prohibitum
eſt rem alienari priuilegio perſonæ : vt in minore xxv. annis.
Vbicunque enim prohibetur alienatio,& vſucapio vetita in-
telligitur:vt ff.de fun.do.l.ſi fundum.& ſ. de admi.tut.l.lex.&
15 in quibus caſibus in integ.reſt.non eſt neceſ.l.vlt. Idem † dici
poteſt in fiſcalibus rebus:nec enim res fiſci vſucapi poteſt. Si
tamen bona vacantia delata erant fiſco, & nondum ſibi erant
nuntiata,& tunc aliquis emerit ex bonis illis bona fide : vſu-
capit rem mobilem trienn io:immobilem decennio, vel xx. an.
vt Inſti.de vſuca.§ res fiſci. Vbi autẽ quis non habet in bonis
vacantibus titulũ, poteſt ſe tueri contra fiſcum præſcriptione
xx.an.ab eo tempore cõputandorum,quo cœpit poſsidere,&
bona cœperint eſſe vacantia. Nam ſi velit computare pręſcri-
ptionem ab eo tempore , quo fiſco denuntiatum eſt bona eſſe
vacantia,ſufficiet quadriennium: vt j.de quadrien.præſcri.l.j.
& ff.de iur fiſ.l.j.§.diuus. & §. præſcriptio. & ff. de diuerſ. &
16 temp.præſcr.l.intra. † Quod autem dictum eſt in rebus fiſca-
libus, fortè & in rebus ciuitatum ſeruabitur : licet non ſint in
vſu publico. Nam quæ ſunt in vſu publico, nullo tẽpore præ-
ſcribuntur,nec quidem quadraginta annis: vt ff.de via publ.l.
viam publicam. Quæ autẽ non ſunt in vſu publico, non vſu-
capiuntur decẽ, vel viginti annis, ſed quadraginta vel centum
annis: vt j.de præſcripr.xl.ann.l.omnes. vt ſupra,de ſacroſanc.
eccleſ. authen. quas actiones. [Item in rebus eccleſiaſticis li-
cet interdicta ſit alienatio:& ita vſucapio decennij,vel vicen-
nij:non tamen eſt interdicta vſucapio triennij : vt ſuprà de ſa-
17 croſanct.eccleſ.authen.quas actiones.] Item † propter publi-
cam vtilitatem prohibetur alienatio rei & ita vſucapio rei,vt
in fundo dotali: vt ff.de fun.dot.l.ſi fundum. Et idem eſt vbi-
cunque curioſus lector inueniet aliquam prohibitam aliena-
18 tionem à lege. † Sunt autẽ in vſucapione hæc tria neceſſaria,
ſcilicet, quòd res in ſe non habeat vitium , vel quaſi vitium,
de quibus ſuprà plenè dictum eſt. Item , vt ille qui vſucapit,
habeat bonam fidem. Item, quòd habeat iuſtum titulum : vt
19 Inſtit. de vſucapio.§. nouiſsimè. Quid eſt † bona fides: id eſt,
quod credat tradentẽ eſſe dominũ , vel habere ius diſtrahẽdi:
vt ff.de verborum ſignific. l. bonæ fidei. Et hæc bona fides
ſemper præſumitur, niſi probetur contrarium,cùm lex dicat,
præſumi ignorantiam,niſi probetur ſcientia : vt ff.de probat.
l.verius. Quandoque tamen præſumitur contrarium propter
denuntiationis vigorem : vt quia denuntiatum eſt alicui , ne
emeret : vt ſuprà de rei vendica.l.ſi fundum. vel quia aliquis
mercatur contra interdicta legum: vt infrà de agricol.& cenſ.
l.quemadmodum. vel quia emit quis à procuratore meo per
colluſionem : vel quia emiſti à me luxurioſo , cùm ſcires me
protinus daturum ſcorto pecuniam : vt ff.de vſuca.pro empt.
l.qui fundum.§.qui ſciens.& l.ſi quis. Iuris autem ignorantia
non prodeſt, vt quis videatur in bona fide : vt ff.eodem. l.ſe-
20 cunda. §.ſi à pu. & de vſucap. l. nunquam. Exigitur † hæc
bona fides in principio traditionis, nõ exigitur tempore con-
tractus : niſi in emptione, vbi & tempore emptionis , & tem-
pore traditionis exigitur bona fides: vt ff.pro ſoluto.l.penul.
& pro empto. l.ij. primo reſponſo. Et ſemel habita bona fi-
des in principio , non interrumpitur ex poſteriore alienæ rei
ſcientia : vt j.de vſucap. transfor. l.vna. ſcilicet vſucapientis,
vel vniuerſalis ſucceſſoris. ſecus in ſingulari: vt Inſti.eo.§.diu-
tina.& ff.eod.l.ij.§.ſi eam. Nec dico fieri furtum , vel fieri rem
furtiuam ex poſteriore ſcientia propter iuſtum initium. Nam
nec executor furti tenetur , qui rem vendit contra domini vo
luntatem, ſaluo eo, quod ſuprà, in partu dixi. Bona fides exi-
21 gitur ementis nomine ſuo. Nam † ſi emerit quis nomine a-
lieno, vt quia procurator erat, vel ſeruus, & emit nomine ſuo,
vel nomine peculiari in cuius perſona cõſiderari debeat ſcien
tia, vel ignorantia, diſtingue, vt notauimus ſuprà de ædili-
b tio edicto.l.ſi autem quæras. Item exigitur bona fides [b] ven-
dentis cum diſtinctione tamen : vt in authent. vt ſpon.larg.§.
rurſus. Quãdoq; tamen ſpeciale eſt, vt licet quis habeat ſcien
tiam rei alienæ in principio, nihilominus vſucapiat. & hoc eſt
propter decretum iudicis , vt ſi te conueni noxali actione pro

ſeruo alieno, quem poſsides, & eum mihi pro noxa dediſti,
cùm ſcirem alienum eſſe: vt ff. de noxal. l. generaliter. Item
22 † exigitur in vſucapione titulus: vt dictum eſt ff. de vſucap.
l. Celius. Titulum autem accipe omnem, quo ſolet acquiri
dominium: vt pro ſoluto, pro emptore, pro trãſacto, pro donato, pro derelicto, pro legato, pro dote, pro ſuo, de quibus
ſpeciales ſunt tituli infrà, & Digeſtis. Et idem ex quacunque
cauſa acquiritur dominium, ſi fiat traditio à domino. Nam ſi
fiat à non domino, paratur iuſta cauſa vſucapiendi: vt ff. de
23 pub. l. j. & Inſtit. de act. §. aliæ. Quandoque † tamen, etſi non
ſubſit titulus, ſufficit iuſtus error ad vſucapionem. Nam ſi
fortè ſeruus, vel procurator, cui rem emendã mandaſſet, quis
perſuaſerit ei ſe emiſſe, atque ita tradiderit: vſucapio ſequitur. vel pro ſuo (vt dicunt quidam) vel pro emptore: vt puto,
vt Africani reſponſio conueniat titulo: vt ff. eo. l. quod vulgo.
Idem eſt, & ſi emerit quis à furioſo, quem putabat ſanæ mentis eſſe, vel à pupillo, quem putabat puberem eſſe: vt ff. pro emptore. l. ij. §. ſi à pupillo. & de vſucap. l. pignori. §. j. Idem eſt in
vſucapione pro legato. Nam ſi mihi legatum eſt, & idẽ ademptum eſt in codicillis, quod tamen neſcio, pro legato vſucapio. Idem & ſi in nomine erit dubitatio, veluti ſi Titio legatum ſit, cùm duo ſint Titij: & alter eorum de ſe cogitatũ æſtimauerit falsò: Idémque eſt & ſi errando in facto credidit teſtamentum ſolenne, quod non erat: nam vſucapiam pro legato: vt ff. pro legato. l. pro legato. & l. vlt. Hoc idem etiam aſſignari poteſt in vſucapione pro hærede. Nam ſi quis iuſtam
cauſam habuerit exiſtimandi ſe hæredem, vel bonorum poſſeſſorem extitiſſe domino, fundũ pro hærede poſsidebit, & vſucapiet: vt ff. de vſucapio. l. non ſolùm. §. quod vulgò. Et idem
aſsignatur in vſucapione pro ſoluto. Nam ſi credam me tibi
debere, & tradam, vſucapies pro ſoluto: ita tamen, ſi putabas
tibi debitam eſſe. Hoc tamen fallit in emptione: nam ſi putem
me tibi ex cauſa venditi teneri, & tradam, nõ vſucapies. Et eſt
ratio: quia in cæteris contractibus ſolutionis tempus inſpicitur. In emptione autem tempus contractus, & tempus traditionis ſpectatur. [Si ergo vtroque illorũ tempore non fuerit
bonę fidei, non vſucapit pro emptore, vel pro ſoluto: vt ff. pro
ſoluto. l. j. & l. iij.] Bonam autem non dicitur habere fidem,
vel malam tempore contractus, qui nullo modo contraxerit.
Quæ autem dicta ſunt in ſpecialibus caſibus propter iuſtam
ignorantiam, voluerunt quidã extendere ad omnem titulum,
vbicunq; iuſtos error interuenit, etiã ſi id non reperiatur lege:
ſed id non puto: quia ſuperior regula dicit cõtrarium, cui non
24 derogo † niſi in caſibus prædictis, & aliis, qui in lege reperiuntur: nec enim ſpecialia trahenda ſunt ad conſequentiam: vt ff.
25 de reg. iur. l. quæ propter. & l. quod contra. † Item neceſſarium
eſt quartum in vſucapione, hoc eſt, rei traditio. Nam cùm vſucapio non procedat ſine poſſeſsione: vt ff. de vſucap. l. ſine poſſeſsione. & poſſeſsionem quis nõ habeat ſine traditione: vt ſ. de pac. l. traditionibus. & ſ. de rei vendica. l. ſeruũ emptum. &
Inſti. de rer. diui. §. per traditionẽ. ergo traditio eſt neceſſaria.
Traditionem autẽ accipe, vel quaſi traditionẽ, vt quæ præſumitur propter patientiam, & ſcientiam, vel ſimilia: vt ff. pro legato. l. penult. Idem & vbi aliquis ſine vitio ſuo nanciſcitur
26 poſſeſsionem: vt in titulo pro derelicto. Item exigitur † quintum in vſucapione, id eſt, vt poſſeſsio ſit continua à principio vſque ad finẽ. Si enim interrumpatur naturaliter, vt quia
aliquis deſiit poſsidere, vel ciuiliter, quia facta eſt litis conteſtatio, non poſſunt continuari tempora prima cum ſequentibus temporibus. Hinc eſt, quòd ſi poſtea nanciſcatur poſſeſsionem, requiritur ſpatium triginta anno. vel poſt litem cõteſtatam requiritur ſpatium quadraginta annorum. Si tamen
ex eo tempore, quo recuperat quis poſſeſsionem amiſſam ſic
bonæ fidei: forte vſucapit ſtatuto tẽpore: alioquin xxx. annis:
vt ff. de vſucap. l. ſi is, qui pro emptore. §. ſi quis bona. & l. na-
27 turaliter. & infrà de præſcript. triginta anno. l. vlt. † Quandoque tamen etiam ſi poſſeſsio non ſit continua, nihilominus
perficitur vſucapio: vt ecce, vſucapione inchoata à defuncto
perficitur iacente hæreditate: vt ff. de vſucapio. l. nunquam. §.
vacuum. & l. iuſto. §. nondum. licet poſſeſſor non ſit in hæreditate: vt ff. ſi quis teſtamen. liber eſſe iuſ. l. j. §. Sexuola. Idem
eſt in vſucapione tegularum, vel columnarum, ſi cùm decem
dies ſupereſſent ad eam complendam, aliquis in ædificium eas
congeſsiſſet: nihilominus vſucapiet, ſi ædificium poſſederit: vt
ff. de vſucapio. l. verum. Nec enim poſsidetur tegula, vel columna in ædificio poſita: vt ff. de acquiren. poſſeſsione. l. qui
vniuerſas. & de vſucapio. l. eum qui ædes. Idem poteſt aſsignari in debitore, qui rem quã cœpit vſucapere, pignori tradidit creditori, vſucapit enim, licet non poſsideat, imò creditor: vt ff. de acquir. poſſeſsio. l. j. §. per ſeruum. & l. qui pigno-
28 ris. † Fit autem continuatio poſſeſsionis inter hæredem, &
teſtatorem, & hæredem & hæreditatem. Item inter venditorem & emptorem, & inter teſtatorem & legatarium. Item inter hæredem & legatarium, & conſimiles perſonas. Idque ita
demum ſi nullus medio tempore poſſedit: vt ff. de acquirenda
poſſeſsio. l. Pomponius. §. quæſitum. & de vſucapion. l. poſ-
29 ſeſsio. & l. id tempus. in principio. §. vltimo. † Et nota, quòd
tempus venditoris prodeſt emptori, quo poſſedit venditor antequam venderet, & traderet, non quo poſſedit poſtea: vt ff.
de vſucapionib. l. id tempus. & de diuer. & tempor. præſcript.
l. penult. Item fit continuatio iſtarum poſſeſsionum, ita demum ſi non ſunt vitioſæ: nam ei, quæ eſt vitioſa, non accedit
ea quæ vitioſa non eſt: & ei, quæ non eſt vitioſa, non accedit
vitioſa: vt ff. de acquirenda poſſeſsione. l. Pomponius. §. vlti.
30 † Fit autem computatio temporis in vſucapione non de momento ad momentum: ſed cùm peruenerit aliquis ad aliquam
horam vltimi diei, perfecta eſt vſucapio: ideóq; qui hora ſexta
diei Calen. Ianoarij poſsidere cœperit, hora ſexta noctis pridie Calend. Ianuarij implet vſucapionem: vt ff. de vſucap. l. in
31 vſucapionibus. † Illud notandum eſt in vſucapione pro emptore: quia duobus (vt dictum eſt) temporibus inſpicitur bona fides. Item oportet quòd emptio ſit pura: vt ff. pro empt.
l. ij. §. ij. Item non vſucapitur pro emptore res illa, quam dederis mihi in ſolutum. pro ea quam emi: vt ff. eodem. l. ſecunda. §. cùm Stichum. Quandoque tamen vſucapitur pro emptore, quod non eſt emptum: vt ecce, fundus eſt emptus, &
ampliores fines poſſeſsi ſunt. Totum enim longo tempore
capitur: quia vniuerſitas eius poſsidetur, non ſingulæ partes:
vt ff. pro empt. l. ij. §. ſed ſi fundus. Hoc verum, ſi poſſeſſor ſit
in bona fide, cùm crederet eſſe vendẽtis: ſecus ſi ipſe adiiceret
partem alterius fundi empto fundo: ſciens non contineri empto: vt ff. eod. l. cùm fundum. §. j. Item in emptione non tranſit
dominium: niſi pretio ſoluto, vel aliter ſatisfacto. Sed aliàs
contrarium eſt: vt Inſtitut. de rer. diuiſ. §. venditæ. In re tamen
immobili aduocato propter ſuffragium tradita exigitur ſcriptura tam publica, quàm priuata: vt diximus ſ. de ſuffrag.
32 † Titulo pro tranſacto vſucapitur id, quod deferenti actionem tranſactionis cauſa à non domino putante ſe dominum
eſſe, traditur. Nec enim iſto titulo vſucapitur id, ſuper quo
tranſigitur, ſed id propter quod tranſigitur: vt j. eod. l. ex cau-
33 ſa. & ſ. de tranſact. l. ſi pro fundo. † Effectus autem vſucapionis triennij hic eſt: quia ſecundũ omnes quæritur dominium:
vt ſ. de pact. l. traditionibus. Idem ſecundum Marti. in vſucapione x. vel xx. annorum. arg. eſt pro eo in Inſt. de vſucap. j. reſpon. & ff. de vſuca. l. eũ, qui ædes. ibi, & vniuerſitas earũ, &c.
ſed Bulg. ait decennio: vel xx. principaliter quæri exceptionem: ſecundario autem vtile dominium. Vnde & hæc eſt ratio
quare vſucapione triennij nõ tollitur hypothecaria: ſed tollitur præſcriptio x. vel xx. annis: vt infrà de pig. vſucap. & de
pręſcript. xxx. ann. l. ſi quis emptionis. & ſi aduerſ. credit. præſcrip. oppo. l. diuturnum.

ANNOTATIONES.

a Mobilia. Adde Bart. in l. ſeruitutes. ff. de ſeruis. & in l. eum qui. de vſucap. in l. j. verſic. in dic. C. de ſer. fug. Bart. in l. j. verſic. noi. hæc ad multa. C. quod met. cau. do. Barth. Soci in l. poſsideri. ¶. ex pluribus. nume. 23. cum plu. ſeq. de acquir. poſ. Ang. Are. in ¶. iure ciuili. num. 1. cum plu. ſeq. Inſtit. de vſucap & in ¶. ſi ad exhibendum. num. 5. de offic. iud. inſti. do. Chriſtoph. & ibi Iaſ. in addi. in ¶. iure ciuili. num. 1. cum plu ſequen. Inſti. Canoni. in c. poſſeſſor. de reg. iur. lib. vi. quibus in locis habes ad plenum.

b Bona fides. Vide ad hoc Spec. in tit. de excep. ¶. iiii. verſic. eſt ergo. Angel. Are. in ¶. furtiuæ. num. 2. cum plur. ſeq. Inſtitu. de vſucap. & in ¶. nouiſsime. num. 14. eod. tit. du. Iaſ. de may. in addit. ad Chriſto. porcum in ¶. res fiſci. num 4. Inſtit. de vſucap. Cardin. & alios Canoniſt. in cle. 2. de ſequeſt. poſ. & fruct.

De

De vſucapione pro donato. *Rubrica.*

1 *Vſucapere pro donato quis dicatur: & quæ requirantur ad eam vſucapionem.*
2 *Vſucapi pro donato an poſsit res donata ab vno ex coniugibus alteri coniugi.*
3 *Donationem rei alienæ catenus valere, vt præſtet iuſtum titulum vſucapiendi.*

1 PRO donato † vſucapit ille, cui donationis cau-
ſa à non domino res tradita eſt. Nec ſufficit opi-
nari: ſed donatũ eſſe oportet. Item exigitur quod
donatio teneat de iure. Si enim pater filio ſuo fa-
mil. donauerit, deinde decedat pater, filius pro donato non
vſucapiet: quia ratione poteſtatis patriæ donatio nulla fuit: vt
ff. eod. l. j. j. reſpon. §. j. & ff. pro hærede. l. ij. §. filium. niſi hæres
ratam habeat donationem illam: vt ff. eodem. l. ſi pater. ſed &
vbi hæres ratam non habet, filius fortè vſucapiet pro quaſi
legato tacitè confirmata donatione: vt diximus ſuprà de do-
2 natione inter virum & vxorem. † Planè inter virum & vxo-
rem donatio non tenet: ſi tamen donauerit vir vxori rem alie-
nam, ex cuius donatione non eſt factus pauperior: & mulier
credidit donationem valere, vſucapit pro donato: vt ff. eod. l.
ſi vir vxori. & de don. inter virum & vxo. l. ſed & ſi conſtan-
te. niſi ante vſucapionem completam fiat diuortium: vt ff. eod.
3 l. j. §. item ſi vir. † Liquet ergo ex præmiſsis donationem rei
alienæ tenere, vt ſit iuſtus titulus vſucapiendi. Nec obſtat,
quod dicitur ff. de donat. l. in ædibus. §. vlt. quia donari non
poteſt: niſi quod eius ſit qui donat, ſubaudi, ſaltem quo ad
propoſitum donantis: vt ff. de publician. l. quæcunque. §. j. in
fi. Alioquin non haberet locum hæc vſucapio.

De vſucapione pro dote. *Rubrica.*

1 *Dotem æſtimatam vſucapi niſi erretur.*
2 *Dos inæſtimata quatenus vſucapibilis.*

CIRCA vſucapionem pro dote diſtinguendum
1 eſt vtrum dos fuit æſtimata, an inæſtimata. † Si
æſtimata eſt, vſucapitur pro emptore ex quo ma-
trimonium ſequutum eſt de iure, & de facto: nam
ſi de facto non eſt ſequutum matrimonium, nec pro emptore,
nec pro ſuo, vſucapitur res. Idem & ſi ſequatur de facto: ſed
tamen de iure non tenebatur, cùm vir & vxor errarent in iu-
re: ſecus ſi errarent in facto: puta, cõditione ſeruili. Nam tunc
poſſet procedere vſucapio pro ſuo: vt ff. eod. l. j. §. vlt. & l. ij. &
2 de iure dot. l. Proculus. Si autem † dos eſt inæſtimata tradita
à non domino, vſucapit eam vir, ſequuto poſtea matrimonio
de iure, & de facto, titulo pro dote: ſed ante matrimonium, re
tradita ea intentione, vt ſtatim fiat accipientis (quod ſemper
credendum eſt: niſi agatur in contrarium) nam vſucapitur res
pro ſuo, non pro dote: vt ff. eod. l. j.

De vſucapione pro hærede. *Rubrica.*

1 *Vſucapere pro hærede qui hæredes non poſsint.*
2 *Vſucapio an, & quà poſsit procedere in ea parte, quam hæres tradit ei, quem falſo putabat eſſe ſuum cohæredem.*
3 *Vſucapio pro hærede quando poſsit inchoari.*
4 *Hæres an poſsit vſucapere pro hærede rem, quam defunctus mala fide poſsidebat, & num. 6.*
5 *Argumentum à conſequenti deſtructo.*
6 *Vſucapio pro hærede quando habeat locum.*

VIDEAMVS quando ceſſet vſucapio pro hæ-
1 rede, & quando locum habeat. † Et quidem lo-
cum non habet in ſuis hæredibus: quia ſui hære-
des titulum habere non videntur: vtpote cùm vi-
uo etiam patre domini quodammodo æſtimentur: vt ff. eod. l.
ij. §. filium. & infrà eod. l. nihil. & ff. de lib. & poſthu. l. in ſuis.
licet pater inchoaſſet aliquã rem pro hærede vſucapere, etiam
ſi ipſi perficere poſsint. Item non habet locum, niſi vbi quis
verè eſt hæres. Hinc eſt, quòd ſi inſtitutus hæres non habet fa-
ctionem teſtamenti, non vſucapit pro hærede: vt ff. eod. titu. l.
2 vlt. † Inde etiam contingit, quòd ſi is, qui verè eſt hæres, alte-
ri quem putabat cohæredem, nec erat, pro parte indiuiſa tra-
dit res hæreditarias, quas habet, procedit vſucapio pro hæ-
rede, vel alia: niſi traditio fiat ex cauſa tranſactionis: [vt ff. de
vſucap. l. cùm ſolus.] Si verò tradat pro parte diuiſa, proce-
det forſan vſucapio pro ea parte, quam transferre vult in co-
hæredem, non pro ea, quam putabat eſſe cohæredis: vt ff. fami-
liæ erciſcun. l. cùm putarem. & de condict. cau. da. l. iij. §. ſub-
tilius. nam verum titulum denoto, cùm quæritur de vſuca-
pione: vt ff. eodem. l. penult. licet in petitione hæreditatis pro-
ponenda ſit ſecus. Iuſtus tamen error hic ſufficiet pro titulo,
3 vt diximus ſuprà de vſucapio. † Item non poteſt inchoari: niſi,
vbi quis deceſsit, qui me inſtituit, & hoc eſt quod dicitur ff.
eodem. l. j. pro hærede ex bonis viui nihil poſſe vſucapi. Si
enim ſic generaliter diceres ex bonis viui non poſſe vſucapi
4 pro hærede, id eſt, viuentis hominis res: falſum eſſet. Si † autem
defunctus malam fidem, vel ſcientiam rei alienæ habebat, hæ-
res autem bonam, quæſitum eſt, vtrum pro hærede vſucapere
poſsit? quod quidam conceſſerunt, ſi vellet incipere tempus
vſucapionis ex perſona ſua: ſecus ſi vteretur acceſsione tem-
poris, quo poſſedit defunctus: vt infrà de præſcriptio. long.
tempor. l. j. & ff. de acquiren. poſſeſ. l. Pomponius. Sed noſtri
doctores id reprobant, illud conſiderantes, quòd lex inter-
pretatur hęredem ſuccedere in ſcientiam defuncti: vt infrà de
fruct. & lit. expenſ. l. ſecunda. & ff. de diuerſ. & tempor. præ-
ſcriptio. l. cùm hæres. non ergo procedit argumentatio alio-
rum, hic hæres habet titulum, nec eſt res vitioſa, & eſt hæres
bonæ fidei: ergo vſucapit. Soluitur per interpretationem cau-
ſæ, quia lex fingit eum malæ fidei: & certè in vna perſona ſpe-
ctatur bona fides in principio poſſeſsionis: vt diximus ſuprà
de vſucapion. ergo idem debet eſſe in defuncto, & in hærede:
cùm ipſi duo pro vna perſona reputentur: vt in authent. de
iureiurando à morien. Et ſatis expreſſa videtur lex ſuper
5 hoc infrà eodem, l. vltima. Facit † etiam pro nobis argu-
mentum Iuliani neceſſarium à conſequenti deſtructo. ait e-
nim ex quacunque cauſa quis vſucaperet ancillam, ſi non
eſſet furtiua, ex eadem cauſa vſucaperet partum ancillę etiam
furtiuæ apud ſe conceptum, & editum, ſi furtiuam matrem
eſſe ignoret. Sed hæres furis non vſucapit partum ancillæ fur-
tiuæ, nec eius nomine habet publicianam: etiam ſi prætendat
ignorantiam ex perſona ſua: quia vitiorum defuncti ſucceſ-
ſor eſt: vt ff. de publician. l. ſi ego. §. idem Iulianus. & §. partus.
ergo non vſucaperet matrem, etiam ſi non eſſet furtiua: ſed
tunc nullum aliud vitium obſtaret: niſi ſcientia rei alienæ: &
6 ita patet eam impedire vſucapionem. Item † eſt argumentum
a pro nobis à contrario ſenſu [a], quod dicit lex vitium rei non
perſonale, ſi purgatum eſt, non impedire vſucapionem: vt ff.
de vſucapionibus. l. vbi. §. prim. ergo vitium perſonale, etiam
7 purgatum impedit eam. Si quæras, vbi † ergo habet locum
vſucapio pro hærede? Reſpondeo vbi defunctus bonam fi-
dem habebat, & res non erat vitioſa, ſed deſtituebatur titulo,
quem titulum, ſcilicet pro hærede, quia hæres habet, res vſu-
capit pro hærede, ſi eſt hęres extraneus: non ita in ſuo hęrede:
vt ſuprà diximus. Nec obſtat quod dicitur in ff. pro ſuo l. pe-
nultim. loquitur enim cùm emancipati erant filij, vel cùm v-
ſucapio cœpta erat à patre.

ANNOTATIO.

a A contrario ſenſu. Nunquid argumentum à contrario ſenſu valeat, vi-
de per Bartol. & do. Alexand. in l. prima. in ver. huius rei. de offic. eius
cui mandata eſt iuriſdic. & copioſius per Alexand. in l. omnes populi.
ff. de iuſtitia & iure. Paul. de caſt. in conſil. cclxxi. do. Bartholo. Socin.
in conſil. lxxxi. incip. in præſenti conſultatione. circa medium, in pri-
mo volumine. chart. cxl.

Communia de vſucapionibus. *Rubrica.*

1 *Conductorem non poſsidere.*
2 *Vſucapionis comites.*

PERTRACTATIS vſucapionum ſpecia-
libus, ſupponit de communibus. Sciendum eſt
igitur hic eſſe vſucapionum communia, ſcilicet,
quòd quis pro ſuo poſsideat. Nam qui ex con-
1 ducto † poſsidet, quamuis corporaliter teneat: non tamen
ſibi, ſed domino rei creditur poſsidere. Neque enim colo-
no vel conductori prædiorum longæ poſſeſsionis præſcriptio
2 quæritur: vt j.eo.l.j. Item † vt bona fides adſit initio: alioquin
non procedit: vt j.eo.l.vlt. Item, vt res non ſit vitioſa, vel qua-
ſi vitioſa: vt j.eod.l.pen. Item & alia communia ſunt, quæ di-
ligenter tradidi ſ.de vſucap.pro empt.

De vſucapione transformanda, & de ſublata differentia rerum mancipi, & nec mancipi. *Rubrica.*

1 *Res mancipi vnde dicta.*
2 *Mancipes qui.*
3 *Vſucapionum vbique idem modus.*

EX diuerſitate locorum diuerſa iura in vſucapio-
ne ſtatuebantur: vtpote, cùm res immobiles in
prouincia non poterant vſucapi: ideò dicceban-
1 tur † nec mancipi: id eo fortè, quia non videban-
tur prouinciales prædiorum domini, cùm pro illis præſtarent
annua tributa. In Italia verò præſcribebantur res ſolo bien-
nio: & ideo dicebãtur mancipi: nam nec præſtabant pro præ-
2 diis tributa. † Mancipes autem dicuntur aliâs conductores
☞ ſalis: vt ſ.de vectigalib. & commiſ.l.ſi quis. Res autem mo-
biles anno vbique vſucapiebantur. Hodie autem viſum eſt
nouam vſucapioni formam tribuere: vt ſi dicamus de vſuca-
pione transformanda, & de ſublata differentia rerum man-
cipi, & nec mancipi, id eſt, Italicarum, & prouincialiũ quan-
tum ad vſucapionem, & quantum ad dominij trãſlationem:
vt hic, l.vnic. in princip. & in fine. & Inſtitut. de rerum diuiſ.
3 §.per traditionem. † Hodie ergo in qualibet terra res mobi-
les vſucapiuntur triennio: immobiles decennio: vel xx. iuſto
titulo: bona fide: cùm res non ſit vitioſa, vel quaſi. Et fit con-
tinuatio temporum ſuccedentiũ, & eorum quibus ſucceditur,
de quibus omnibus plenè diximus ſ.de vſucapio.pro empt.

De acquirenda & retinenda poſſeſſione. *Rubrica.*

1 *Poſſeſsio quid ſit, & num.22.*
2 *Incorporalia an, & quomodo poſsideantur.*
3 *Poſſeſsionem acquiri corpore & animo, non altero ex his tantum: atque ibi quomodo id ſit intelligendum.*
4 *Poſſeſsionem qua animo & corpore quaritur: eſſe naturalem: quomodo intelligi debeat: & qua ratione dicatur ciuilis.*
5 *Poſſeſsio ciuilis & naturalis an ſint dua poſſeſsiones, an verò vna tantùm.*
6 *Poſſeſsionem naturalem retineri ſolo animo.*
7 *Poſſeſsionem habere aliquando plurimum iuris, aliquando autem plurimum facti. & num.ſeq.*
9 *Dominium quibus caſibus ſine apprehenſione quaratur.*
10 *Poſtliminij fictionem non habere locum in ea poſſeſsione, qua per nosmetipſos nobis quaritur.*
11 *Poſsidere non cenſeri aliquem, tametſi & corpore & animo inſiſtat rei, vbi adminiculum iuris repugnat, vel non adeſt: & quibus caſibus id accidat.*
12 *Poſsidere eandem rem an poſsint duo in ſolidum. & num ſeq.*
14 *Poſsidere naturaliter quis dicatur: & quis ciuiliter.*
15 *Poſſeſsionem ciuilem qui habeant.*
16 *Emphyteuta, fructuarius, & vaſallus quomodo poſsideant. & quid ſi alijs locent, vel in emphyteuſim concedant, an aliquam apud ſe poſſeſsionem retineant. num.ſeq. & num.21.*
18 *Conductor ad modicum tempus, inquilinus, & colonus an poſsideant.*
19 *Poſſeſsionem an, & quando amittat dominus ob id, quòd colonus, commodatarius, inquilinus, vel ſimiles exierunt à re, quam ipſi domino poſsidebant.*
20 *Intellectus ad l.ſi ſeruus. C.quod cum eo. qui in alie.poteſt.eſt.*
22 *Poſſeſsio quomodo acquiratur.*
24 *Debitor an, & quatenus poſsideat pignus ab eo datum creditori: & an creditor poſsideat tale pignus.*
25 *Poſſeſſor an, & quatenus acquiratur patri per filiumfa. & per quos quaratur nobis poſſeſsio. & num.29.*
26 *Poſſeſsio an, & quando acquiratur domino per ſeruũ & nu.28.*
27 *Poſſeſsionem rerum hareditariarum non poſſe acquiri haredi per ſeruum hareditarium: & qua ſit huius ratio.*
30 *Poſſeſsio an, & quando quaratur nobis per procuratorem.*
31 *Intellectus ad l.j. C per quas perſo.nobis acquir.*
32 *Poſſeſsio quomodo retineatur.*
33 *Poſsidens precario qualem poſſeſsionem habeat.*
34 *Poſſeſsio quibus modis amittatur.*
35 *Poſſeſsio rei mobilis in quibus differat à poſſeſsione rei immobilis quantum ad eius poſſeſsionis amiſsionem.*
36 *Poſſeſsio earum rerum, quas per colonos, vel ſimiles perſonas poſsidemus, quomodo amittatur.*
37 *Poſſeſsionem amitti animo & corpore, vel ſolo animo, nõ etiam ſolo corpore.*

POST tractatum de vſucapionibus conſequens
eſt vt audiamus de præſcriptionibus: ſed quia poſ
ſeſsionis cauſa, eiúſque notitia pertinet ad vſu-
capiones, de quibus diximus, & ad præſcriptio-
nes de quibus erit dicendum, non incompetenter in medio
tractatus inſeretur de acq.& retin.poſſeſ. Porrò verſa vice vel
è conuerſo in Digeſtis titulus imprimitur de acq.& amitten.
poſſeſ. verùm in Codice Iuſtinianeo conuenientius inſcribi-
tur de retinẽda poſſeſsione: quia vſucapiones, & præſcriptio-
nes de quibus hic agitur poſſeſsionis retentionem inducunt,
amiſsio ſecludit, vel certè licet diuerſa ſint verba, ſenſus ta-
men idem eſt. Cùm enim intitularur de amittẽda poſſeſsione:
ergo de retinẽda, id eſt, quouſque retineatur: tandiu enim re-
tinetur, quandiu non amittitur. Videamus itaque quid ſit poſ-
• ſeſsio, quibus modis, per quos acquiratur *, & qualiter reti-
1 neatur, & amittatur. † Eſt autem poſſeſsio, corporalis rei de-
☞ tentio corporis & animi, item iuris adminiculo concurrente.
2 De re corporali ideo dixi: quia † incorporalia non poſſunt poſ
ſideri: neque vſucapi, neque tradi: ſed tamen dicuntur quaſi
a poſsideri *, & quaſi tradi per patientiam, & per vſum, & pro
ea quaſi poſſeſsione datur interdictum de itin. actúque priua.
forte & vti poſsidetis, vel ſimilia: vt ff.eo.l.poſsideri.l.j.reſpon.
& de acquiren.rer. domin. l.ſeruus. §.incorporales. & de act.
empt.l.iij.§.ſi iter. & de ſeruit.l.quoties via. & de vſucap. l.ſe-
quitur.§.ſi viam. & de ſeruit.vrban.prædior.l.ſi ædes. §.liber-
tas. & ſi ſeruit. vend. ſicuti. §. Ariſto. & vt diximus ſuprà, de
ſeruit. Sic ergo, vbi dicitur via poſsideri, ſubaudi quaſi. Item
ideo dicitur poſſeſsio, detẽtio: quia naturaliter tenetur ab eo,
qui inſiſtit ei. Eſt enim appellata poſſeſsio: vt ait Labeo, pe-
3 dum quaſi poſitio: vt ff.eodem.l.j.in prin. † Item ideo dixi cor-
poris, & animi adminiculo concurrente: quia aliter non ac-
quiritur poſſeſsio: niſi & corpore & animo: neque per ſe ani-
mo, aut per ſe corpore: vt ff.eod. l.poſsideri. in principio. & l.
quemadmodum. Sed quod dixi de corpore, non eſt intelli-
gendum vt ſemper corpore ſit neceſſarium, vel pedibus rei in-
ſiſtere. Sufficit enim viſus oculorum, & animi affectus, cum
tradentis voluntate ad acquirendam poſſeſsionem: vt ff.eod.
l.quod in eo. & l.j.§. penult. & vt patebit ex ſequentibus di-
4 ligenter. † Hæc talis poſſeſsio, quam quis corpore ſuo, vel
oculis, & animi affectu adipiſcitur, naturalis eſt: vt ff.eodem.
l.j. in princip. id eſt, de iure naturali, quod gentium appel-
latur. Non dico de iure naturali omnium animalium: vt Inſti.
de rerum diuiſ. §. per traditionem. Nam irrationalia anima-
lia affectum poſsidendi habere non poſſunt. Sic nec furioſi,
vel dormientes: vt ff.eod.l.j.§.ſed furioſus. & §.penult. & hæc
eadem poſſeſsio naturalis, ciuilis dici poteſt approbatione iu-
ris ciuilis. argum. ff.de verbor. ſignificat.l.lege. & de origine
iur. l.ſecunda.in prin.ibi, iſq; liber, &c. §.poſtea cùm Apius.
5 Nec † dico quòd duę ſunt poſſeſsiones, vel proprietates dua-
rum

ſum poſſeſsionum: imò eſt vna inducta iuregentium, & ap-
probata iure ciuili. Vbi autem quis de prædio egreditur, nec
eſt in conſpectu, lex dicit retineri poſſeſsionem: vt infrà eod.
l.licet. Et intelligunt quidam ciuilem: ego naturalem,quam
habebat exiſtens in prædio. nam ciuilem non habebat: niſi
naturalem appelles ciuilem, quia comprobatur à iure ciuili.
Illam tamen naturalem, quam retineo animo, firmiter dico
poſſe dici, (& verè dicitur) ciuilis: quia iuris ciuilis authori-
tate retinetur: & ſic dicitur actio ciuilis,prætoria authoritate
extenſionis: vt ff.de noxa.l.electio.§.ſi is,quem. Si autem me
abſente quis ingreditur meum prædium, quod poſsideo ciui-
lis iuris authoritate, vt dictum eſt, ingreſſus habet naturalem
de iure naturali, licet clandeſtinam, ſi putauit, vel debuit pu-
tare ſeſe prohibendum: vt ff.eodem.l.clam.§.qui ad nundinas.
cùm & contra eum,& contra extraneos habeam interdictum
vti poſsidetis: vt ff.vti poſsidetis.l.prima.in fin.& l.ij.& illam
6 † naturalem etiam de iure naturali interpretatur lex retineri
ſolo animo: ſicut in fructuario dicitur: quia ei reuertenti (ſi
non admittatur) datur interdictum vnde vi: vt ff. de vi & vi
armata.l.tertia.§. vnde vi.ergo cùm repellebatur, poſsidebat:
nam aliter non daretur ei interdictum: vt ff.de vi & vi arma.l.j.
§.interdictum autem hoc. Nec mirum ſi dicam hic naturalem
poſſeſsionem retineri animo: quia plurimum mutuatur à iure
poſſeſsio: vt ff.eod.l.poſſeſsio. De iuris adminiculo ideo po-
nitur in definitione, quia poſſeſsio quandoque habet pluri-
mum iuris: vt in ea, quam per ſeruum in rebus peculiaribus
habeo.nam illa ſine actu meo mihi quæritur, & vſucapio, ex
ea,etiam me ignorante,procedit: poſtliminium quoque por-
rigitur ad eam: vt ff.de acquirenda poſſeſsio.l.j.§.item acqui-
ſimus. & l.poſſeſsio. & l.ſi me in vacuam.§. ſeruus. & pro ſo-
7 luto.l.ij.& de vſucap.l.iuſto.§.vlt. † Eſt & alia poſſeſsio,quæ
multũ iuris habet: vt ea, quæ mihi per procuratorẽ quæritur
etiam ignorãti, non tamen vſucapio procedit ex ea me igno-
8 rante: vt j.eod.l.j. † Eſt & alia poſſeſsio, quæ plurimum habet
facti in acquirendo, & parum iuris in retinendo, vt illa, quam
per meipſum quæro: & hæc eadem plurimum habet iuris in
retinendo, quia ſolo animo retinetur: vt j.eod.l. licet. Sed in
acquirendo neceſſarius eſt animus, & actus corporalis: vt di-
9 ximus. & ita exauditur quod eſt j.eod. l.nemo. Hæc † eadem
poſſeſsio plurimum iuris habet in caſibus in quibus ſine ap-
prehenſione dominium quærimus. Primus caſus eſt, ſi vendi-
torem iuſſerim ponere in pręſentia mea rem, vel ſi procuratori
meo tradi iuſſerim, cùm ea res ſit in præſentia: vel ſi cuſtodem
poſuerim in rem. Alius eſt, cum claues cellæ vinariæ emptori
traduntur coram horreis: nam vina, vel merces, traditę viden-
tur: vt ff.eod.l.j.§.penulti.& l.quarundam. & de contrahend.
empt.l.clauibus. Alius eſt, cùm illud, quod meo nomine [poſ-
ſideo conſtituo me poſsidere nomine] alieno: nec enim muto
mihi cauſam poſſeſsionis, ſed deſino poſsidere & alium poſſeſ-
ſorem miniſterio meo facio. Nec idem eſt poſsidere, & alieno
nomine poſsidere. nam is poſsidet, cuius nomine poſsidetur: vt
ff.eod.l.quod meo.& ff.de rei vendi.l.quædam mulier. Alius
caſus eſt cùm donationis cauſa trado alicui inſtrumentum
prædij: vt j.de donatio.l. j. Alius caſus eſt cùm in donatione
vel venditione, vel ſimili contractu cuiuſcunque rei, eiuſdem
rei retineo vſumfructũ: vt j. de do.l. quiſquis. Et eſt hoc vnũ
mirabile mundi, quòd in alium tranſeat dominium ſine poſ-
b ſeſsione[b], vel inductione in poſſeſsionem: fructuarius enim
iſte ſibi tantùm naturaliter poſsidet: vnde & habet interdi-
ctum vnde vi. Sed reſpõderi poteſt huius rei cauſam eſſe, ne-
ceſſariam conſequentiam. Nam cùm receptum ſit me huius
rei retinere poſſe vſumfructum: quia dominium & poſſeſsio-
nem habeo: & ideo alterius non exigitur traditio: per conſe-
quentiam tranſit dominium: quia donec habeo dominium,
vſufructuarius eſſe non poſſum: nec poteſt dici, quòd pro de-
relicto dominiũ habere voluerim, [alius caſus eſt, cùm fidei
commiſſaria hæreditas reſtituitur: ſtatim enim omnis res ſit
in bonis eius, cui reſtituitur hæreditas. etſi nondum ipſarum
nactus ſit poſſeſsionem: vt ff. ad Trebe.l.facta.j.reſpon. Alius
10 caſus eſt in hærede: vt ff.de rei vendicat.l.ſi ager.] † Ad hanc
poſſeſsionem, quæ per me mihi quæritur, non porrigitur fi-
ctio poſtliminij: quia facti eſt, non tantùm iuris: vt ff.quib.ex
cau.ma.l.denique. & ff.eod.l.cùm hęredes.§.in iis. & l.poſſeſ-
ſio.§.qui in aliena. & l.j.in princ. Sed & vel verbo adminiculi
iuris in definitione poſito videtur contrarium eſſe, quod dici-
tur, furem & raptorem poſsidere: vt ff.eod.l.rem. Sed dic fu-
rem poſsidere iure permittente: ſed non approbante acquiſi-
11 tionem. Item † ideo ponitur in definitione de adminiculo iu-
ris: quia ſi adminiculum iuris obuiet, vel non adſit, non dice-
tur quis poſsidere: licet corpore & animo inſiſtat rei. Hoc au-
tem contingit quandoque propter rem, quandoque propter
cauſam. Propter rem, vt quia ſacra eſt res, vel religioſa, quæ
nec ab ignorante poſsidetur, nec à ſciente: licet contemnat re-
ligionem: vt ff.eodem.l.qui vniuerſas.§.j. Homo liber à ſciente
ipſum eſſe liberum, licet mentiatur nullo modo poſsidetur: vt
ff.eod.l.cùm hæredes.§.vlti. Ab eo autem, qui credit eum ſer-
uum, poteſt poſsideri. Sed & malefidei liberum hominem poſ-
ſideo, ſiue liberum, ſiue alienum ſeruum exiſtimo. vt ff.eo.l.j.§.
12 ſed & per eum.† Propter cauſam impeditur poſſeſsio: vt quia
alius poſsidet ciuiliter, vel naturaliter, quod ego eodem iure
poſsidere volo. duo enim inſolidum ciuiliter vel naturaliter
non poſſunt poſsidere: [vt ff.de precar.l.duo.] & ff.commo.l.
ſi.vt certo. Vnus ciuiliter inſolidum, & alter naturaliter inſo-
lidum poſsidere poteſt: vt ff. vti poſsi. [l.ſi duo.] Et appellat
ibi iniuſtam poſſeſsionem naturalem, falſa eorum reprobata
ſententia qui dicunt plures inſolidum poſsidere ciuiliter, non
autem naturaliter. Item & eorum reprobata opinione qui di-
xerunt plures nedum ciuiliter, ſed etiam naturaliter inſoli-
dum poſsidere. Nam quia naturaliter impeditis in eo loco
ſtare, vel ſedere, in quo ego ſto vel ſedeo: ideo ciuilem poſſeſ-
ſionem quam habeo, alius non poteſt habere: vt ff.eo.l.poſsi-
deri.§.ex cõtrario. Item cùm certum ſit dominium apud duos
inſolidum eſſe non poſſe: vt ff.de caſtren.pecul.l.hæreditate.§.
pater.& ff.commod.l.ſi vt certo.§. vltimo. ergo poſſeſsio ci-
uilis, quæ cauſa eſt acquirendi dominij (vt ex definitione vſu-
capionis patet) duorum inſolidum non poteſt eſſe: [per hoc
enim ſequeretur quòd duo fierent inſolidum domini. Nam ſi
duo poſsiderent ciuiliter,& eodem momento inciperent poſ-
ſidere: & ſi vſucaperent, finito tempore vſucapionis, ſtatim
fieret quilibet dominus inſolidum. Vterque enim rem vſuce-
pit: ſic ergo vterque dominus factus eſt per vſucapionem. Sed
poteſt dici quòd inuicem ſe impediunt. Et ratione impoſsibi-
litatis hoc contingit vt vſucapio non tribuat inſolidũ domi-
nium: imò hac ratione iſti vſucaptores ſint domini per impe-
dimenta: ſicut ſi per hominem eſſet eis ambobus tradita res,
& traditum dominium: vt ex definitione vſucapionis patet:]
vt ff.de vſuca.l.ij.& Inſtitu.per quas perſonas nob.acqui.§.de
his. nam quoties aliquid prohibetur, & id prohibitum eſt per
quod peruenitur ad illud: vt ff.de ſpõ.l.oratio. Pręterea ſi me
abſente quis ingreditur fundum meum, nónne naturalem ha-
bet poſſeſsionem: cùm eo animo introierit, ſi exeat inde, habet
ciuilem, ſecundum eos. Sequitur ergo, vt vſucapiat. quod ſic
probatur, poſsidet ciuiliter & naturaliter & ſibi & iuſto titu.
poſito quòd ab alio emerit. Item nec res eſt vitioſa, imò nec
etiam clandeſtina poſſeſsio. pone, quòd tradens & accipiens ſe
non prohibendos putent, iuſta opinione ducti, alioquin eſſet
clandeſtina poſſeſsio: vt ff.de vſucapio.l. clam.§.qui ad nun-
dinas.& quod vi aut clam.l.tertia. §.vltimo. & l.iiij. vſucapit
ergo iſte: vt Inſti.de vſucap. §.nouiſsimè ſciendum eſt quod ſi
eſt, quærit ſibi dominium rei meæ. Cùm ego poſsideam ciuili-
ter, quod eſt contra legem: vt ff.de reg.iur.l.id. quod noſtrum.
& de præſcript. xxx.anno.l.malè. & eadem ratione continge-
ret quòd mille faciant fructus ſuos, & inſolidum, cùm ſinguli
haberent poſſeſsionem ciuilem & naturalem vel ciuilem tan-
tum: nec eſſet curandum à quo fructus perciperentur: vt ff.de
vſuris.l.qui ſcit.§.præterea. Et idem in pluribus ementibus à
diuerſis poteſt aſsignari: qua enim ratione primus poſsidet
ciuiliter & naturaliter, eadem ratione & tertius, & milleſi-
mus. Præterea, ſi is, cui res mea me abſente traditur me reuer-
tentem non admittit, non haberem interdictum vnde vi: vt ff.
de vi & vi arm.l.j.§. vi poſsidere. nec quod vi aut clam: quia
clam nihil factum eſt. nec vti poſsidetis: quia non vi aut clam,
nec precario poſsidet à me. & ita (ſecundum eos) falſum eſt,
quod dicit lex, reuertenti non admiſſo dari in interdictum:

cum ingrediens ciuiliter & naturaliter poſſideat, ſicque retinere ſuam, non alius auferre poſſeſſionem velit: vt ff. de vi & vi arma. l. j. §. vlt. Item iſto ſtatim ingreſſo non datur domino interdictum, quia adhuc poſſidebat: vt ff. de vi & vi arma. l. j. §.
13 cum. † Si quæras, qualiter ergo plures poſſident inſolidum? Reſpondeo vnus ciuiliter, & alter naturaliter. Sic enim diſtinguuntur iura poſſeſſionis: vt ff. de vi & vi arma. l. j. §. deiicitur.
14 & vti poſſi. l. ſi duo. & ff. de preca. l. & habet. §. eum. † Et not. quòd ſiue aliquis ſit in re, ſiue non ſit in re, rem tamen videat, nihilominus dicitur poſſidere naturaliter: nam & naturalem acquirit propter viſum: vt ff. eodem. l. quod meo. §. ſi venditorem. ergo multomagis retinet. Ciuiliter autem dicitur poſſidere quis, cùm nec eſt in re, nec res eſt in conſpectu: & ita ſecundum hoc non videtur quod eodem tẽpore poſſideat quis ciuiliter & naturaliter. quod & Aldricus dicebat: & ciuilem poſſeſſionem impropriè nominari dicebat: quia non eſt vera poſſeſſio: ſed ficta vel interpretatiua. Vel dic naturalem eſſe poſſeſſionem in partibus, in quibus inſiſto, vel video: ciuilem in quibus non inſiſto, nec video. Placentinus autem dicebat non ideo admitti naturalem: quia res non eſt in conſpectu: ſed certè, ſecundum hoc, non eſſet ciuilis ſine naturali. Item plures haberent naturalem ſecundum hoc: quia ingreſſus fundum habet naturalem ſecundum eum: & dominus nihilominus: ſic ergo plures (quod tamen ipſe negauit Aldricus) aliàs dicens naturaliter duos inſolidum poſſidere non poſſe, ſed ciuiliter.
15 † Sunt autem iſti qui habent ciuilem poſſeſſionem, ſcilicet proprietarius, qui rem alij cõceſſit fruendi cauſa, vel qui rem conceſſit in feudum, vel in emphyteuſim. nam proprietarius ſibi quærit poſſeſſionem per ſeruum fructuarium quod non faceret, ſi [non] poſſideret: vt ff. eod. l. j. §. ſed & per eum. Fru-
16 ctuarius † verò, vel emphyteuta, aut vaſallus naturalem habet
c [c] poſſeſſionem: vt ff. eod. l. naturaliter. & l. poſſeſſio. j. reſp. Sibi enim poſſiderent ratione iuris, quod habet in re. Et idem dico in colono, ſi conduxit ad non modicum tempus, cùm & habeat vtilem rei vẽdicationem, ſicut & emphyteuta: vt ff. ſi ager
17 vect. vel emphy. l. j. & de ſuperficiebus. l. j. §. quod autẽ. † Quid ſi alij locarent, vel emphyteuſim concederent? certè nullam ha-
18 bent poſſeſſionem. Si autem † conduxerit ad modicum tempus, alieno nomine poſſidet: & ideo nullam habet poſſeſſionem: vt j. de præſcript. xxx. ann. l. ij. & eſt hoc liquidum. Cùm enim per me poſſideat: vt Inſti. de interd. §. poſſidere. ergo aliquam per me habet poſſeſſionem, ciuilem non: quia eam meo animo retineo: ergo naturalem, quia nulla eſt alia poſſeſſio. Cùm igitur per me habeat naturalem, ergo ipſam habeo per eum. Nec ob. quod dicitur ff. communi diui. l. communi diuidundo. §. neq;. Naturaliter enim alij, nõ ſibi poſſidẽt: vt ſ. communi. de vſucap. l. qui ex conducto. Item eum naturalem habeam per ſeruum, ergo per colonum: vt ff. eo. l. ſi id. §. & per co-
19 lonos. † Et eſt notandum quòd iſti coloni, & commodatarij, & depoſitarij ſimiles, ſolo animo, domino retinent naturalem poſſeſſionem: & ſi non ſit in re, dum tamen non exeant de re animo poſſeſſionis deſerendæ: vt ff. eo. l. ſi colonus. Nam ſi de re exiecint animo deſerendæ poſſeſſionis & forte, ideo vt alij pateret locus apprehendendi poſſeſſionem eandem, dominus amiſit naturalem per factum coloni, ſed retinuit ciuilem: & ea malignitas, vel proditio coloni nihil omnino præiudicat domino: vt j. eod. l. vlti. Secus dico, ſi colonus alij traderet, vel ab alio expelleretur: tunc enim amittam poſſeſſionem omnem: vt ff. eodem. l. poſſideri. §. quod ſi ſeruus. & l. peregrè. §. vlti. & l.
20 licet. & l. quamuis. Eſt tamen † contrarium quod dicitur ſ. quod cum eo qui eſt in al..na poteſtate. l. ſi ſeruus. Sed ibi fortè erat dominica, non peculiari, vel ibi ſeruus non voluit dominum priuare omnino poſſeſſione: quia conceſſit domum tantùm ad inhabitandum. Et eſt hoc mirabile magnum, quòd amitto poſſeſſionem omnem per eum qui nullo modo poſſidet, ſiue alij tradat, ſiue ab alio expellatur. Ego autem proprietarius ſolo animo meo retineo ciuilem, & non naturalem. ſatis enim mihi operatur animus, ſi retineam ciuilem. Colonus autem cùm non poſſit retinere ciuilem, ſolam retinet natura-
21 lem domino ſuo. Fructuarij † verò, & emphyteutæ, & ſimiles, ſibi retinent naturalem: vt dictum eſt. Inſuper etiam dicunt quidam eos habere quandam ciuilem reſpectu naturalis: ſed quæ, vel qualis ſit iſta quædam ciuilis lex non dicit, nec nos intelligere poſſumus. Hæc ſufficiant ad definitionem poſſeſſionis. Et ſcio quòd aliter quandoque definiui, & aliter audiui definiri à domino meo: ſed prædicta definitio deriuationi, & compoſitioni poſſeſſionis, & legibus magis accedit. De-
22 finitio domini mei hæc erat. † Poſſeſſio eſt ius quoddam rem detinendi ſibi. Mea prior eſt hæc. Poſſeſſio eſt ius quoddam quo quis corporalem rem verè, vel interpretatiuè ſibi habeat.
23 † Acquiritur autem poſſeſſio (vt ab antiquiſſimo modo incipiamus) per apprehenſionẽ earum rerum, quæ nullius ſunt: vt ff. eod. l. j. in principio. & l. poſſideri. §. item feras. & de acquiren. rerum domi. l. j. & eſt ſpeciale in eis, vt dominium non acquiratur ſine poſſeſſione: ſed ſecus in amiſſione poſſeſſionis. Quid enim ſi fera mea mihi ſurripiatur? dominium quidem retineo, ſed poſſeſſionem amitto: vt ff. eo. l. rem. licet quidam dicant idem in amiſſione. Item quæritur per quemcunq; niſi meo nomine ſit in poſſeſſione: vt ff. eod. l. quod meo. Item traditione: vt ff. eod. l. poſſideri. §. genera. Item furto quæritur poſſeſſio furti, cuius ciuilis inciuilis dici poteſt poſſeſſio: nec enim ad ſummam poſſeſſionis, refert iuſtè, an iniuſtè quis poſ-
24 ſideat: vt ff. eod. l. poſſideri. §. ex contrario. & l. rem. Item † acquiritur poſſeſſio ex decreto ſecundo in cauſa damni infecti: vel aliàs vbi res adiudicatur pro debito. Primum enim decretum non conſtituit poſſeſſionem, ſi quis rei ſeruandæ cauſa, vel damni infecti, vel mulier cauſa ventris mittatur in poſſeſſionem: ſed magis cuſtodia rerum, & obſeruatio conceditur: vt ff. eodem. l. poſſideri. §. vltimo. & l. iuſtè. & de damn. infect. l. ſi finita. primo reſponſo. §. Iulianus. Item acquiritur per patientiam: vt ſi eo ſciente & patiente qui mihi vendidit, vel alio modo alienare conuenerit: fuerim in poſſeſſione, omniáque vt dominus geſſi: vt j. eodem. l. ij. & ff. ſi ſerui. ven. l. ſi à te. Item
d acquiritur poſſeſſio animo ſolo [d]: vt ſuprà dixi in definitione poſſeſſionis. Item acquiritur poſſeſſio per traditionem pignoris ciuilis & naturalis. Nam debitor omnino non poſſidet, ſed tamen quantum ad vſucapionem, & ad euitandam ſatiſdationem debitor poſſidere videtur: vt ff. eodem. l. j. §. per ſeruum. & l. qui pignoris. & qui ſatiſda. cogan. l. ſciendum. §. creditor. ſicque qui non poſſidet, vſucapit, vt & aliàs notaui, ſ. de vſucapion. Quidam tamen dicunt creditorem non poſſidere, quia alieno nomine poſſidet: vt ff. de vſucap. l. pignori, & de præſcript. triginta anno. l. cùm notiſſimi. §. ſed cum illud. Sed certè lex non dicit eum poſſidere nomine alieno, ſed pro alieno, id eſt, vt alienum, non vt proprium ſibi, non tamen poſſidet alij. Nam & vaſallus, & fructuarius, & ſimiles, vt alienum poſſident & tamen poſſident ſibi: vt ff. eod. l. naturaliter. & quemadmod. ſerui. amit. l. fructuarios. Quod enim dicitur Inſti. per quas perſo. nob. acqui. §. ſed bonæ. & ff. eod. l. j. §. per eum. intelligo, non poſſidet ciuiliter, vel non poſſidet ad vſucapionem. Præterea, ſi debitor poſſideret, cur ſibi poſſeſſio nõ acquireretur per ſeruum pignori obligatum, ſicut & fructuario: ſed contra dicitur ff. eod. l. j. §. per ſeruum. & l. poſſeſſio. Sed in creditore ceſſat prædicta ratio: quia licet poſſideat, habet tamen ſcientiam rei alienæ. Melius quæritur, an poſt xxx. annos poſſit intendi rei vendicatio contra creditorem.
25 Quæritur poſſeſſio † per filiumfamil. patri, qui habet eum in poteſtate ex peculio profectitio: quamuis ignoret pater filium eſſe in poteſtate ſua. Amplius etiam ſi filius ab alio tanquam ſeruus poſſideatur, idem erit probandum: vt ff. eo. l. quicquid. Secus in eo, quem iuſto errore ductus puto eſſe filium meum, & in poteſtate mea, cùm arrogatio non iuſtè interueniſſet: vt ff. de vſuca. l. iuſto. Licet enim mihi acquiratur per hominem liberum qui ſeruit mihi bona fide. Non tamen eſt ita in putatiuo filio. nam ibi propter aſſiduam, & quotidianam comparationem ſeruorum ita conſtitui publicè interfuit. nam frequenter ignorantia liberos emimus pro ſeruis: nõ autem tam
26 facilis, & frequens adoptio filiorum eſt. † Item acquiritur poſſeſſio mihi per ſeruum meum proprium: ſi ipſe à nullo alio poſſideatur: alioquin contra: vt ff. eo. l. j. §. ſed & per eum. Nec diſtinguo acquiratur poſſeſſio ex cauſa peculiari, an aliunde, tamen iuſta cauſa: vt ff. eodem. l. quod ſeruus. Vſucapio contra eum non curerit domino ignorante, niſi in peculiaribus: vt ff. de ſolutionib. l. ij. Quidam tamen dicunt domino ignoranti

non

non acquiri poſſeſsionem per ſeruum: niſi ex peculiaribus. ar-
gumento ff. eodem. l. peregrè. §. quæſitum. & l. poſsideri. §. ſal-
tus. & l. prima. §. item acquirimus. ſed illa ad vſucapionis cau-
ſam reſtringenda ſunt, vt diximus. Item poſſeſsio acquiritur
per ſeruum fugitiuum niſi diu fuerit in poſſeſsione libertatis,
bona fide, & paratus ſuſcipere liberale iudicium: vt ff. eodem. l.
poſsideri. §. ſi ſeruus. & l. per eum. §. vltimo. Et ponitur diu
pro decennio: vt ff. qui, & à quibus ma. lib. non fiunt. l. ſi eùm.
§. Ariſto. Per ſeruum autem corporaliter pignori datum
poſſeſsionem non acquirimus, nec creditor acquirit: vt ff. eo-
dem. l. prima. §. per ſeruum. & de acquirend. rerum domi. l. per
ſeruum, quia (ſicut iam diximus) eum nullo modo poſsidé-
27 mus. † Per ſeruum quoque hæreditarium, hæredi quoque
[hæreditariarum] rerũ poſſeſsio non poteſt quæri: licet ſi plu-
res ſint legati, vel donati, vel empti, per vnum, cæterorum
quæratur poſſeſsio. Sed quæ ſit ratio diuerſitatis, quæritur. &
Ioan. Bol. ſcripſit huius rei Romæ eſſe, vrgentem diſputatio-
nem. Alij dixerunt quia res hæreditaria per comparem ſibi
quæri dedignatur. Nam & aſinus auribus intentis intu-
meſceret, ſi per parem ſibi dignoſceret ſe apprehendi: ſicq; ra-
tio eſt, indignatio coæqualium. Et ſecundum hoc res legata
per legatum quæri non debet. Sed in his omnibus aliter vide-
tur eſſe dicendum, imò diligenter pænotato quod lex non di
xit, ſimpliciter poſſeſsionem non quæri per hæreditarium ſer-
uum, ſed dicit, nihil quæri: ex quo verbo tria notari voluit,
ſcilicet quòd neque dominium: neque ipſa hæreditas, neque
poſſeſsio quæri poſsit. Aliud quoque notandum eſt, quòd hæ
reditarius ſeruus dicitur, qui eſt ipſius hæreditatis. Sicque no-
men illud adiectiuum hæreditarius dominam magis, vel hæ-
reditatem ſignificat, quàm aliquem titulum. cùm autem dici-
tur ſeruus legatus, vel donatus, vel emptus, non dominus, vel
domina, ſed titulus quidam ſignificatur. Ad materiam ergo
redeamus ſi hæres inſtitutus non adit per ſeruum hæredita-
rium, nõ poteſt ei aliquid acquiri, id eſt, nec dominium rerum
hæreditariarum, neq; poſſeſsio, neque ipſa hæreditas: quia per
alium quæri non poteſt mihi: vt ff. de acquirenda hæreditate.
l. Paulus. & l. hæres per ſeruum. & de acquirendo rerum do-
minio. l. per hæreditarium. Quæritur tamen mihi per ſeruum
hæreditas, cùm ipſe ſeruus inſtitutus eſt hæres, & adit me iu-
bente. Et quare non poteſt quæri hæredi inſtituto aliquid per
ſeruum hæreditarium? certè ratio euidens eſt: quia non eſt eius
dominus: ſecus verò in legatis: quia ſerui mei legati ſunt: ideó-
que per vnum poſſum adipiſci poſſeſsionem alterius. Et licet
ſit factus meus, nihilominus tamen poteſt dici legatus: hære-
ditarius autem ſeruus dici non poteſt, qui iam factus eſt hæres
per aditionem, imò dicitur proprius. hoc enim adiectiuum hæ-
reditarius ſignificat dominam, ſcilicet, ipſam hæreditatẽ, quam
28 hæreditatem non habet dominam, adita ea ab hærede. † Li-
cet autem dixerim per ſeruos quæri poſſeſsionem: hoc tamen
verum eſt, ſi habeant animum poſsidendi, & mihi acquirendi
poſſeſsionem: vt ff. eodem. l. prima. §. cæterùm. & §. hæc, quæ. Et
hoc verum vltimum eſt, cùm ille qui tradidit meo nomine,
non tradidit: alioquin nihil mihi malignitas ſerui nocebit: vt
ff. de aquiren. rerum domin. l. per ſeruum. §. vltimo. & de dona.
29 qui mihi. † Per procuratorem quoque & tutorem & curato-
rem municipibus quoque per eos, qui tuentur vniuerſitatem
poſſeſsio quæritur: vt ff. eodem. l. prima. §. per procuratorem
quoque. & §. vltimo. & de conditio. & demonſtratio. l. muni-
30 cipibus. & ad municip. l. municipes. † Quod autem de pro-
curatore dictum eſt, cum diſtinctione recipitur à quibuſdam.
Diſtingũt enim inter ſpecialem, & generalem procuratorem.
Nam ſi fuerit generalis non quæritur mihi poſſeſsio: niſi cùm
fuerit mihi tradita: vt ff. de acquiren. rerum do. l. res. Si autem
fuerit ſpecialis, ſiquidem hoc agat vterque vel tradens ſolus,
vel etiam ſolus accipiens, acquiritur mihi ignoranti poſſeſsio:
dominium quoque, ſi dominus fuit, qui tradidit: vt ff. de don.
l. qui mihi. & j. eodem. l. per procuratorem. nam & accipientis
ſolius animus id operatur ſine animo donantis, vt mihi acqui-
ratur poſſeſsio, & dominium: vt s. diximus. & probatur. ff. eo.
l. prima. §. cæterùm. & §. hæc, quæ. Nec diſtinguimus inter ge-
neralem, & ſpecialem procuratorem: quia quod facit in
totum conceſſa adminiſtratio quantum ad totum tantum, facit
conceſſa ad partem, quantum ad partem: vt ff. de adminiſtra.
tu. l. ſi duo. & ideo quòd in ſolo ſpeciali procuratore diſtin-
31 guunt, nos in omni admittimus. Nec † obſtat ei, quod dicimus
ĩ dominium per procuratorem quæri, quod eſt ĩ. per quas
perſon. no. acq. l. j. Nec enim ibi dicitur excepta poſſeſsione,
ſed excepta cauſa poſſeſsionis. [Cauſa autem poſſeſsionis eſt]
dominium: nam ratione dominij rem vendicamus, & poſſeſ-
ſio nobis reſtituitur. Sed & poſſeſsio dominij cauſa eſt: quia
per eam plerunque dominium quæritur. vt per traditionem,
32 & alios modos, quos notauimus ſuprà. † Retinetur autem
poſſeſsio corpore & animo: quinimò ſolo animo: vt j. eod. li-
cet. & ff. eod. l. clam. §. qui ad nundinas. Naturalis etiam reti-
neri poteſt nedum per me: ſed & per quemcunque qui nomine
33 noſtro ſit in poſſeſsione: vt ff. eod. l. generaliter. † Porrò qui
precario poſsidet, licet ab alio habeat: tamen quandoque om-
nem habet poſſeſsionem, vt ſi hoc rogauerit: quandoque ſo-
lam naturalem, ſi & illud rogauit: quandoque nullam, ſi im-
petrauit vt eſſet in poſſeſsione, non vt poſsideret. Cùm autem
quis precario rogauit, & conduxit, quod poſterius factum
eſt, tenebit: vt ff. de precar. l. in rebus. §. j. & l. & habet. §. eum
34 qui. & l. certè. §. is, qui. & ff. eod. l. ſi quis ante. † Sequitur vt
videamus qualiter amittatur poſſeſsio, quod accidit multis
modis: vt ecce, inundatione amittitur poſſeſsio rei immobilis.
Item & ſi res mobilis demergatur in mare, vel in flumine: vt ff.
de bon. autho. iud. poſ. l. cùm vnus. §. vlti. & ff. eod. l. Pompo-
35 nius. & l. qui vniuerſas. §. item quod mari. Item amitto † poſ-
ſeſsionem ſi mortuum intulero in locum cauſa perpetuæ ſe-
pulturæ. Nam locum religioſum, vel ſacrum non poſſumus
poſsidere, & ſi contemnamus etiam religionem, & pro priua-
to eum teneamus ſicut hominem liberum. Item poſſeſsionem
amitto, ſi ideo quia nolui cauere de damno infecto, vicinus
ex ſecundo decreto mittatur in poſſeſsionem. Item deſino
poſsidere, ſi in alterius poteſtatem peruenıam: vt ff. eod. l. qui
vniuerſas §. j. ij. & iij. Longo quoque tempore amittitur poſ-
ſeſsio: vt ff. de vſucap. l. furtum. §. fundi. quod qualiter intelli-
gatur à nobis, vel ab alijs, plenè notaui ſuprà, de vſucap. pro
empt. Item in amiſsione poſſeſsionis eſt differentia inter res
mobiles, & immobiles. Rei enim mobilis poſſeſsio etiam me
ignorante amittitur, vt ſi fuit ſurrepta: vt ff. eod. l. rem. Immo-
bilis autem ita demum, ſi fuero deiectus, vel ſuſpicatus me
poſſe repelli: vt ff. eod. l. ſi id, quod. §. vlti. Sed vbi rem mobi-
lem ita perdidi, vt inuenire non poſsim diſtinguitur, an ſit
ſub cuſtodia mea, an non. In primo caſu retineo poſſeſsio-
nem: nam ſi diligenter inquirere vellem eius naturalem poſ-
ſeſsionem, poſſe nanciſci. Ceſſat ergo interim diligens inqui-
ſitio, non rei poſſeſsio, cùm res in mea præſentia, vel cuſtodia
ſit. In ſecundo autem caſu deſij poſsidere vbi illa res mobilis
ſit homo, ſeruus meus ſcilicet. eius enim (licet non ſit in mea
cuſtodia) non amitto poſſeſsionem: niſi vel ab alio poſsidea-
tur, vel bona fide putans ſe liberum, diu moratus fuerit in poſ-
ſeſsione libertatis: vt ff. eod. l. poſsideri. §. Neratius. §. ſi ſeruus. &
l. per eum. §. j. & l. ſi id, quod. Et eſt in homine ratio, ne ſuo a-
nimo poſsit interuertere poſſeſsionem domini ſui. Nam nec
interuertit poſſeſsionem aliarum rerum: vt ff. eod. l. Pompo-
nius. in fine primi reſponſi, & l. rem, quę. Item ferarum anima-
lium poſſeſsionem amittimus, ſtatim vt in naturalem laxita-
tem ſe receperint: alioquin ſi viuarijs incluſæ fuerint à nobis
36 poſsidentur. vt ff. eod. l. poſsideri. §. item feras. † Quod autem
immobile, vel mobile, per colonos, vel ſimiles poſsidemus,
etiam nobis ignorantibus amittitur: vt ff. eod. l. peregre. §. pen.
quod quidam dicunt eſſe ita correctum per l. vlt. huius tit. vel
vt ait Bulg. verè eſt amiſſa poſſeſsio, ſed ideo dicitur domino
non præiudicari: quia ad poſſeſsionem recuperandam habet
condictionem ex lege, vel interdictum vnde vi. & ideo rem ha
bere videtur: vt ff. de in integrum reſtitu. l. nemo. & de regu.
iuris. l. qui actionem. Vel diſtingue, vtrũ colonus tradat rem,
an perdat, vel derelinquat poſſeſsionem, vt ſuprà diximus.
37 † Item amittitur poſſeſsio corpore & animo, vel etiam animo
ſolo, ſi ab animo incipias. Solo enim corpore non amittitur
poſſeſsio: vt ff. eod. l. poſsideri. §. in amittenda. & l. quemadmo-
dum. Quandoque enim duo exiguntur quorum vnum ſuffi-
cit ſi ab eo incipias: vt notari poteſt ſuprà de iure deliberan. l.

pnuit.& inſtitu.de iure naturali.§.penulti.& ſuprà de inoffi-
cio.donatio.l.ſi totas.& l.ſi liqueat. Quæ autem ſint diuiſio-
nes poſſeſsionum, non eſt tantopere neceſſarium videre, ſcili-
cet,quæ clandeſtina,quæ præcaria ſit. Ideóque his omiſsis,hęc
ad præſens ſufficiant.

ANNOTATIONES.

a Quaſi poſsideri. Adde Specu.in titu.de procu.§.fin.verſicu.quid mihi.glo.not.in l.ſecunda.ff.de interdict.domi. Alexand. in l.prima.ff.de public.& in rubr.ff.de noui ope.nunt.& in conſil.lxxx.in ſecundo volumine. vbi multa ad materiam habes.

b Sine poſſeſsione. Vide ad hoc Bart.in l.vxori.verſic.quæro,an vſufructuarius.ff.de vſufruct.lega.Bald.in l.prima. verſic.ſed quæro,an vſufructuarius.C.de vſufruct.& in l.traditionibus. C.de pact.& ibi Doct. dominum Alexand.in l.ſi ſorori. C.de iure delib.Docto.in l.& ex diuerſo.ff.de rei vend.vbi habes totam materiam.

c Naturalem habes. Adde Bart.in l.ſi,vt certo.§.ſi duobus.ff.commo.& in l.tertia.§.ex contrario.ff.de acquir.poſſeſ.Bal.in l.prima.C.com.de vſucapio.domin.Alexand.& Doctor.in l.naturaliter. ff.de acquirenda poſſeſsio.in l.ſciendum.in §.poſſeſſor.ff.qui ſatiſd. cog.dum. Bartho.ſoci.in d.l.naturaliter.num. primo.cum plu.ſeq.de acqui.poſſeſ.

d Animo ſolo. Adde Specu.in tit.de confeſ.§.tertio.verſicu.quid ſi confiteor. Bartol.in l.licet C.de acquiren.poſſeſ.do.Bartho.ſoci.in l.certè.§.depoſiti.num.primo.ſi certum petat.

e Acquiratur. Poſſeſsionis cauſæ tot ſunt quot ſunt interdicta poſſeſſoria Poſsidet autem iuſtè,qui authore prætore poſsidet ff de acqui.poſ.l.poſsideri.& l.quemadmodum.ſicut autem poſſeſsio corpore,& animo acquiritur,eodem quoque modo amittitur. d.l.poſsideri. capitulo primo.de reg.iur.in antiq. Neque poſsidere duntaxat ſufficit. niſi ius ſibi acquirere quis intendat, ſic poſsidendo. ff.de itine. actuque priua.l.ſi.c.cum eccleſia.de cauſ.poſſ.& prop. Ille quoque videtur quaſi poſſidere,qui tribus vicibus aliquo iure vſus,arg.l.j.C.de fideicom.Sed & actibus duobus intelligitur quis in poſſeſsione eſſe,vel quaſi. Binus quoque actus nedum poſſeſsionem, ſed & conſuetudinem inducit quandoque. C.de epiſcop.aud.l.tertia,in fi.& xxv.q.ij.can.ita & nos.& multo fortius trinus actus.d.c.cùm eccleſia.& C.de fideicommiſſ.l.j. Item ſicut per vnicum actum acquiritur poſſeſsio:ſic & per vnicum actum amittitur,extrà.de conſti.c.cum M.Ferrarienſis.& ext. de præb.cap.pro illorũ.& C.de ſeruit.& aqua.l.cum talis quæſtio. Mittens quoque tigna in parietem ſtatim poſſeſsionem acquirit l.ſeruitutes,quę in ſuperficie.ff.de ſeruit.vrb.præd. Poſſeſsio igitur nemini auferenda eſt ante cauſæ cognitionem.xij.q.v.cap.primo. Momentanea autem poſſeſsio eſt illa,quæ parum durat apud poſſeſſorem:à cuius ſentẽtia non appellatur,ſecundum leges.l.vnic. C.de momen.poſſeſ. Qui poſsidet bona fide,non tenetur de fructibus,durante bona fide conſumptis: ſed poſtquam cœpit bona fide poſsidere, tenetur de fructibus tantum.l.certum.C.de rei vend. Poſsidens iniuſte,& ſine titulo tenetur generaliter ad omnia damna:& lucra percepta & percipienda, deductis tamẽ expenſis.ff. de rei vendic. l.ſi nauis. Item, licet poſſeſſor recedat, ſub conditione tamen,& non animo deſerẽdi adhuc poſſeſsionem, quam per ſe poſsidet retinere dicitur:niſi ſcienter negligat eam. Poſſeſſori autem non datur rei vendicatio.§.ij.Inſt.de actio. Qui deponit adhuc poſsidet, niſi aduerſarium deponendo expreſſe conſtituat poſſeſſorem.c.l'itantis. De reſtitut.ſpol.c.bona fides. de depoſ. Decurionẽ non facit poſſeſsio ſola,ſed iuſta electio.ff.de decur.l.Herennius. In eccleſiaſticis etiam beneficiis ſola poſſeſsio non ſufficit: niſi aliàs quis ſit canonicè inſtitutus.c.ex frequentibus.de inſtitu.in antiq.& ideo non debet habere literas inde.j.quæſt.prima.lex Iulia. Quidam tamen dicunt,quòd poſsidens non tenetur probare ſuam inſtitutionem.l.cogi.C.de petit.hæred. Similiter nec tenetur probare titulum ſuæ poſſeſsionis.ff.de rei vend.l.fin. Quamuis autem eccleſia non apprehendat poſſeſsionem rei ſibi collatæ, acquirit tamen dominium. ſecus eſt in priuata perſona.C.de rei vend.l.ſeruum. Non videtur autem ille poſſeſsionem acquiſiuiſſe,qui eam ſtatim amiſit ff. de acq. poſſeſſ.l.tertia.§.item poſſeſsio. Solo autem animo amittitur.l. poſsideri. §.in amittenda.ff.eod. Neceſſarius eſt etiam in acquirenda poſſeſsione actus corporalis l.prima.§.pen ff.de acq.poſ. Item quocunque modo aliquis poſsideat non dicitur poſſeſsio vacua: quando reuera, nullus ſit verus poſſeſſor.c.cùm noſtris.de conceſ.præb. Poſſeſsio autem pluribus modis transfertur,primo per claues etiam ſi res non apprehendatur. ff.de contrahen. empt.l.clauibus. Item etiam viſu.l. quod meo.ff.de acqui.poſſ. Item eum qui vult rem ſuam nomine alterius poſsidere l.quædam.ff.de acqui.poſſ. Actus tamen corporalis non ſemper eſt neceſſarius.ff de acqui.poſſ.l.prima.§.penult.Martinus.

De longi temporis præſcriptione decem, vel viginti annorum. *Rubrica.*

1 *Præſcriptio quid ſit.*
2 *Præſcriptionem inductam eſſe partim fauore poſsidentis, partim odio negligentis petere.*
3 *Præſcriptio longi temporis in quibus rebus locum habeat.*
4 *Præſcribi longo tempore quæ actiones poſsint.*
5 *Præſcriptio longi temporis vt locum habeat,quæ requirantur*
6 *Præſcriptionem longi temporis bona fide proceſsiſſe, quomodo probetur.*
7 *Emptori an noceat mala fides tradentis quominus longo tempore præſcribere poſsit.*
8 *Præſcriptionem longi temporis non currere ſine titulo.*
9 *Continuatio temporis cuiuſmodi requiratur in longa præſcriptione.*
10 *Præſcriptionis longæ effectus quis ſit:atque inibi an dominium quæratur per præſcriptionem longi temporis.*

DE VSVCAPIONIBVS in genere maximè
rerum mobilium ſ.dictum eſt, ſequitur, vt videa-
mus de præſcriptionibus rerum immobilium &
incorporalium:ſed quia in eis nedum longiſsima,
ſed etiam longa præſcriptio ſibi vendicat locum:de ea videa-
mus,ſcilicet quid ipſa ſit,quæ eam inducant,quæ faciant eam
1 ceſſare,& quis ſit eius effectus. Eſt autem † præſcriptio,ſecun-
dum quoſdam,exceptio ex tempore cauſam trahens,quod la
tius dici poteſt. Vel fortè ita definitur præſcriptio longi temp.
ſicut & vſucapio triennij. Nam per vtramque acquiritur do-
2 miniũ licet per primã directũ,per iſtã vtile. Et † eſt inducta prę-
ſcriptio lõga,vtrinq; cõſiderata cauſa,id eſt,ex parte poſsidẽ-
tis fauore,& ex parte,eius qui non petit,odio:vt habuimus ſ.
3 de edi.diui Adria.tol.l.vlt.in fi. Locũ † habet præſcriptio lõga
in rebus immobilibus,nõ in rebus mobilibus:niſi in ſeruo ru-
ſtico,qui,cũ ſit glebæ portio,cũ gleba:(vt ait P.) vel etiã ſine
gleba longo tẽpore præſcribetur: vt ff.de diuer.tempo. præ-
ſcrip. l.longæ. Item locum habet in quibuſdam rebus incor-
poralibus:puta,ſeruitutibus,quæ habent continuam cauſam
& ideo acquiruntur longo tempore:vt ſup.de ſeruit.l.ij. Item
in ſeruitutibus omnibus locum habet,quãtum ad hoc, vt lon
go tempore non vtendo amittantur:vt j.eo.l.vlti.in fi. [Quan
to autem tempore acquiratur,dictum fuit ſ.de ſeruitu.§.item
conſtituitur.] Item locum habet in libertate hominis: vt ſ. de
4 præſcrip.long.tempo. quæ pro lib. l.ij. Poteſt † & illud dici,
quod locum habeat in actionibus perſonalibus quæ ſcriptæ
ſunt in rem,vt actio quod metus cau.vt diximus ſ. quod me.
cau. Item & locum habet in actione mixta in rem,& in per-
ſonam:puta,in hæreditatis petitione, cum intenditur contra
titul.poſsidentem:vt ſ.dixi de hære.peti. In actionibus autem
perſonalibus,quæ retinent naturam, perſonalium actionum,
non habet locum iſta præſcriptio longa:cum illæ extendan-
tur vſque ad ſpatium xxx. annorum: vt ſ de conſtit.pec.l. pe.
5 † Inducunt autem hanc præſcriptionem: bona fides,iuſtus ti-
tulus, & continuata poſſeſsio ſine vitio rei. Bona fides exigi-
tur ementis,vel ex quolibet iuſto titulo accipientis:vt j.eod.l.
penult.& l. ſi fraude. Quam bonam fidem lex prædicta dicit
6 poſſeſſorem debere probare,& intelligo † eam hoc ipſo pro-
bari quòd non probat in contrarium. Cùm enim bona fides
dicatur ex eo,quòd aliquis ignorat alium eſſe dominum rei &
ignorantia præſumitur,niſi probetur ſcientia:vt j.e.quid mil.
non poſ.l.pen.ergo præſumitur bona fides:niſi probetur ma-
7 la: neque † nocet ementi mala fides tradentis : vt ff. de diuer.
temp.præſcri.l.an vitium. Et inſtit.de vſuca.§. quod autem.
niſi vtatur acceſsione malæ fidei poſſeſſoris quondam:vt j.eo.
l.j.& ff de acqui.poſ.l.Pomponius.§. cùm quis. Hodie tamen
malæ fidei poſſeſſore alienante ceſſat long. temporis præſcri-
ptio,ſi vetus dominus ignorat ius ſuum,& alienationem fa-
ctam:& ita ſpectatur præſcrip.xxx.annorum. Si verò is,qui pu
tat eaſdem res ſibi competere, hoc agnoſcens intra x. annos
inter præſentes:& xx.inter abſentes non fuerit conteſtatus,
poſſeſſor præſcriptione munitus firmiter res habebit, vt in
8 auth.vt ſpõ.lar.§. rurſus. De titulo † ideo dictum eſt:quia ſi-
ne eo non currit præſcriptio:vt j.e.l. diurina.& l.nec petentes
& l. ſiis.niſi in caſibus propter iuſtam ignorantiam: vt nota-
9 uimus ſ.de vſucap.pro empt.§.quandoque tamen. Item † exi-
genda eſt continuatio temporis longa,id eſt,vt quis continuò
poſſederit decennio inter præſentes, vicennio inter abſentes.
Et præſentes dicũtur actor & reus,ſi ſint in eadem prouincia;
abſentes ſi ſunt in diuerſis: non diſtinguo de præſentia re-
rum aliquid,cùm ius vendicationis incorporale eſt, & diuino
quodam

quodam motu, [& modo] inſtitutum. ſicut & quælibet actio perſonalis, corporalem effectum, & ius ſuum vbique poſsit oſtẽdere. vt per actionem in rem dominium rei. vel vinculum pignoris, ad dominum, vel creditorem poſsit reuerti: vt j. eod. l. vlt. Quid autem, ſi te præſente, cœpi rem tuam præſcribere decennio, & poſſedi te præſente v. annis: aliis autem v. fueris abſens? certè non eſt completa præſcriptio. Sicut enim duplicatur decennium, & exigitur vicennium, quando actor nullo tempore proſcriptionis fuit præſens: ita, ſi ponamus eum aliquo tempore ex decennio fuiſſe abſentem, id tempus præſcriptionis quod deerat, cùm cœpit abeſſe, debet duplicari: vt in auth. vt ſponſ. lar. §. de præſcriptione. Et eſt hoc notandum, quòd prædicta auth. non loquitur, niſi de abſentia domicilij. Nam de abſentia perſonæ probabili & neceſſaria, vel probabili tantùm, vel neceſſaria tantùm, quæ indulget in integrum reſtitutionem plenè habuimus. & tractauimus ſ. de re milit. & ſ. quib. ex cauſ. ma. in integr. reſtit. Vbi autem poſſeſsio non eſt continuata, ſed interrupta, præſcriptio impeditur: ſiue ſit interruptio naturalis, ſiue ciuilis. vt diximus ſ. de vſucap. pro empt. §. item exigitur. & plenius dicemus j de an. except. Impeditur etiam iſta præſcriptio longa propter vitia, vel quaſi vitia rerum, de quibus plenè diximus ſ. de vſucap. pro empto.

10 † Effectus autem longæ præſcriptionis hic eſt, quia per eam principaliter acquiritur exceptio contra dominum rei, vel creditorem, cui res ſit obligata: vt j. de præſcrip. xxx. ann. l. ſi quis. in princ. & cũ exceptio ſit actionis excluſio: vt ff. de excep. l. ij. ergo patet veteri domino remanere dominiũ quod habuerat prius: vnde & rem vendicaret ab omni poſsidẽte, præter quã à præſcriptore, vel qui ab eo poſsidet. Itẽ & iſte præſcriptor habet vtilem rei vendicationem: vt j. de præſcrip. xxx. an. l. ſi quis emptionis. etiam contra veterem dominum, cùm lex dicat mutari dominium præſcriptione longa: vt ff. de vſucap. l. eum, qui ædes. Nec moueat, quòd vſucapione triennij dicimus acquiri dominium directum. Facilius enim acquiruntur mobilia, quã immobilia, ſicut ex ipſo nomine patet: & facilius amittitur rerum mobilium poſſeſsio: vt ff. de acquirenda poſſeſ. l. ſi rem immobilem. & vt diximus ſ. de acquiren. poſſeſ. & hęc eſt ratio, quare vſucapione triennij nõ tollatur hypothecaria: quia vſucapione ſolum dominium acquiritur, ſed hoc non eſt contrarium hypothecariæ actioni, ſcilicet dominium eſſe in alium tranſlatum per vſucapionem, & creditori remanere hypothecariam: vt ff. de pigno. l. j. §. cùm prędium. & de vſucap. l. iuſto. §. non mutat. & j. de pignor. l. vſucapio. ſed pręſcriptione longa quęritur principaliter exceptio: vt dictum eſt. Hoc autem procedere non poteſt. vt poſſeſſor habeat exceptionem legitimam & efficacem: & actor habeat efficacem actionem: quia impoſsibile eſt vtrumque eorum alterum vincere. Martino autem viſum eſt directum dominium quęri per pręſcriptionem longam, ſicut per vſucapionem triennij: ſicut iſta duo coniunguntur, id eſt, vſucapio & præſcriptio, vt Inſtitut. de vſucap. in princip. titu.

In quibus caſibus ceſſat longi temporis præſcriptio. *Rubrica.*

1 *Minoribus an, & qua præſcriptio currat.*
2 *Præſcriptio longi temporis quibus in rebus locum non habeat*

QVANDO locum habeat pręſcriptio longi tempo. vidimus: ſed & quaſdam cauſas propter quas ceſſat aſsignauimus, nunc generaliter videamus,
1 quando ceſſet. † Et quidem ceſſat propter perſonam eius, cuius eſt res, vt olim, ſi fuerat pupillus, vel hodie etiam ſi fuerat adultus minor tamen xxv. an. vt ff. de acquiren. rerum domi. l. bonæ fidei. & ſ. in quib. cauſ. in integrum reſtit. non eſt neceſſ. l. vlti. Præſcriptio autem xxx. annorum bene
a currit minori, a niſi ſit impubes, licet poſsit reſtitui: vt j. de præſcript. xxx. ann. l. ſicut. Sed & præſcriptio quinquennalis, quæ tuetur ſtatum defuncti currit minori, nec reſtituitur: vt ſ. ne de ſta. defunct. l. ſi mater. Item in dote cauta, & non numerata quandoque currit minori, & reſtituitur, quandoque non: vt notauimus ſ. de tempo. in integr. reſtitu. auth. ſi minor. Item
2 ceſſat † hæc præſcriptio propter qualitatem rei: vt ſi fuerit ſacra, ſancta, publica, populi Romani, & ciuitatis: vt ff. de vſuca. l. vſucapionẽ. Item in omnibus rebus vitioſis, vel quaſi vitioſis. Idẽmque eſt in rebus mobilibus: vt j eo. l. ij. Item ceſſat præſcriptio propter cauſam: vt ſi quis non poſsideat, vel in mala fide poſsideat. Item ceſſat in omnibus perſonalibus actionibus: vt j. tit. proxi. l. neque mutui. Et in omnibus miſtis actionibus: vt j. eod. l. vnus, niſi in hæreditatis petitione, cum excedit terminos ſuos: vt diximus ſ. de vſuca. pro emptore.

ANNOTATIO.

a Currit minori. Ad huius materiæ reſolutionem vide Bart. in l. etiam. ff de min. Bald. in l. tertia. C. quib. enim obiiciatur præſcrip. lon. temp. Angel. in authen. de hær & falcid. §. illud. Paul. de caſt. in conſil. ccvii. incip. venditio iſta. do. Bartholo. ſocin. in conſil. lxx. incip in præſenti conſultatione. verſic tertio. obiiciatur. in primo volumine. chart. cyi. vbi habes totam materiam.

Quibus non obiicitur longi temporis præſcriptio. *Rubrica.*

1 *Abſenti non obeſt præſcriptio.*
2 *Præſcriptio quibus non currit.*

DICTVM eſt ſ. quando ipſo iure nõ currat præſcriptio: nunc videamus quando (etſi verè cucur-
1 rerit) effectu careat. † Hoc autem accidit propter iuſtam, probabilem, & neceſſariam abſentiã perſonæ, quæ petit reſtitutionem eius temporis quod in vſuca-
2 pionem cucurrit ſe abſente. Et ſeruatur hoc in militibus, † & vxoribus militum expeditione occupatis, & in medicis, & in abſentib. reipu. cauſa, & in captis ab hoſtibus poſtliminio reuerſis, vel in abſentibus fortuito caſu: vt j. eo. l. j. & ij. & iiij. & l. ab hoſtibus. & l. fin. Idẽmque & in aliis, quos diximus reſtituendos plenè ſ. de reſtit. militum.

Si aduerſus creditorem. *Rubrica.*

1 *Succeſſor vniuerſalis debitum xl. annis præſcribit.*
2 *Succeſſor particularis quanto tempore præſcribat.*
3 *Mobilia aduerſus credit vſucapi.*

QVALITER præſcribatur rei vẽdicationi gratia dominij competenti dictum eſt: nunc qualiter præſcribatur actioni in rem competenti gratia iuris, quod quis habet in re puta, creditor habet
1 hypothecariam actionem. Diſtinguitur autem † hic vtrum debitor, vel eius vniuerſalis ſucceſſor poſsideat, & præſcribat contra creditorem [eius] vel etiam vnus creditor, viuente communi debitore præſcribit contra alium, ſcilicet primus contra ſecundum, vel è conuerſo, vtens tempore quo poſſedit in vita debitoris communis, quibus caſibus xl. annorum præſcriptio locum habet: vt de præſcript. xxx. ann. l. cum notiſsi-
2 mi. §. in ipſos. & §. ſed eum. Si verò † quis ſingularitatis titu. habeat cauſam à debitore vel eius hærede, tuebitur ſe contra creditorem decennio inter præſentes, vicennio inter abſentes: vt infrà eodem. l. prima & ſecunda. ſi bonam fidem habeat & iuſtum titulum: alioquin xxx. anni exiguntur: vt infrà de pręſcrio. xxx. ann. l. cùm notiſsimi. in principio. Nec obſtat, quod dicitur, ff. de acquirenda poſſeſsione. l. ſi quis fundum. in fine. Vſucapit enim quis, licet ſciat alium fructuarium, vel creditorem in præiudicium domini, ſed non in pręiudicium creditoris. Item non obſtat quod dicitur in ff. de damno infecto. l. cum poſtulaſſem. §. vlti. quia ibi ſit quæſtio, ſed non ſoluitur. Illud autem ſolet quæri an hæc præſcriptio lon. tempor. contra creditorem locum habeat in rebus mobilibus, & fertur dominus Guernerius id negaſſe. Ego contrarium puto, nec enim nocere debet poſsidenti quòd breuiori tempore quàm x. ann. factus ſit dominus, vt ff. de captu. & poſtli. reuer. l. in bello. §. ſi quis ſeruum.

De quadriennij præſcriptione. *Rubrica.*

1 *Præſcriptio quadriennij in bonis vacãtibus fiſco delatis quãdo locum habeat, & ex quo tempore currat quadriennium.*
2 *Emens rem ſingularem à fiſco vendente vt ſuam, quanto tempore præſcribat etiam aduerſus dominum rei, & nu. 4.*
3 *Hæreditatem à fiſco emens conueniri poteſt à creditoribus hæreditariis, & à vero hærede etiam poſt quadriennium.*

1 LOCVM habet † quadriennij præſcriptio in bonis vacantibus, ſacta computatione quadriennij, ex quo cœperunt eſſe bona vacantia, & denuntiatum eſt fiſco bona eſſe vacantia: nec exigitur in eo titulus, vel bona fides. Si verò poſſeſſor velit computare præſcriptionem ex quo cœperint bona eſſe vacantia, & ipſe poſſedit: ſi quidem non habeat titulum, præſcribet contra fiſcum xx. annis: ſi titulum habet, vſucapit rem mobilem triennio: immobilem decennio inter præſentes, viceñio inter abſentes: vt ff. de iure fiſ. l. j. §. diuus. & Inſtit. de vſuca. §. res fiſci. Item
2 † locum habet præſcriptio, vbi fiſcus vẽdidit rem alienam ſingularem vt ſuam, vel quocunque titulo alienauit: dominus enim rei, non eum, cui res eſt alienata, ſed fiſcum pro æſtimatione rei intra quadriennium conueniet. Idémque eſt & ſi Imperator, vel Auguſta alienauerit (vt dictum eſt) vel etiã procurator principis ex epiſtalmare ❧ imperiali, id eſt, præſcripto imperatoris, vel appoſito ſigno quod in chartis conſueuit ponere: vt j. eod. l. j. §. aditum. & l. ij. & l. vlt. §. quæ omnia. Se-
3 cus † verò ſi vniuerſitatem venderet, putà hæreditatem: tunc enim emptor conuenietur à creditoribus hæreditariis, & à vero hærede vtili hæreditatis petitione: vt ſ. de hær. vel act. ven. l. j. & de hære. petitio. l. etiam. §. item ſi quis à fiſco. Item ſecus
4 † ſi non tanquàm ſuam, ſed tanquam alienam vendidit: vt quia non ſoluebantur tributa, tunc enim ſolennitas quædam eſt neceſſaria: vt diximus ſ. ſi propter publ. penſitationes vendi. fu. cele. Olim verò, qui emebat à fiſco vendente rem alienam, vt ſuam, erat ſecurus demum poſt quinquennium: niſi res eſſet minoris: vt ſ. ſi aduer. fiſc. l. edicto. & Inſtit. de vſucap. §. vltimo. Item locum habet hæc præſcriptio in petendis in integrum reſtitutio. minorum, & maiorum: vt ſ. de temporib. in integr. reſtitut. l. ſuperuacuam.

ANNOTATIO.

❧ Epiſtalmare. Ἐπίσταλμα aliud eſt, quàm Azo putet. Eſt autem mandatum, quod fit per epiſtolam, vulgo commiſſio dicitur apud noſtrates Gallos, idque Iuſtiniani conſtitutione liquet l. fin. §. quæ omnia. infrà de quadr. præſcript. dum ait ſiue per procuratores (ex epiſtalmate tamen noſtro) fuerint adſignatæ. Prateius.

Ne rei dominicæ, vel templorum vendicatio temporis exceptione ſubmoueatur. *Rubrica.*

1 *Principis, templorúmve res impræſcriptibiles.*
2 *Templorum res centum annis præſcribi.*
3 *Minoris remedia.*

NON ſolum in prædictis cauſis ceſſat longi temporis præſcriptio. Sed etiam in aliis putà, ſi res ſic dominica, id eſt, principis, vel etiam reipublic. vel
1 templorum, talium † enim res mobiles, vel immobiles nulla alienationis ſpecie obſtante, nulla longi temporis præſcriptione officiente: & omni temporis definitione ſubmota principi, vel templo, vel reipubl. debent reſtitui: ita, vt nec pretium iniquis comparatoribus liceat repulſere, licet de euictione ſint pacti: quia emerunt contra legem: alioquin agerent: vt infrà de euictio. l. ſi fundum. Nec poterunt ſe defendere reſcriptis obreptionibus impetratis: vt infrà eod. l. prima & ſecunda & tertia. Sed nunquid poſſeſſor ſe potuerit tueri præſcriptione longiſsimæ, quæ tempore legum iſtarum non erat inuenta? & videtur quòd ſic: vt infrà titu. proximo. l. omnes. Sed Iuſtiniani. l. vt inter diuinum. C. de ſacroſanct. eccleſ.
2 † exigitur præſcriptio centum annorum. Abſurdum enim eſſet ciuitatem maioris eſſe priuilegij, quàm principem. Iure tamen authenticorum in rebus eccleſiarum coarctatur præſcriptio in xl. annos. Et idem multò magis in ciuitate, vſucapione trienníj, & quadriennij præſcriptione manente in ſuo ſtatu: vt plenè diximus ſ. de ſacroſan. eccl. Sed fortè eccleſia tanquam minor, imo tanquàm pupilla ſicut & aliàs reſp. in integrum reſtituetur. Reipub. tamen Romanæ non currunt iſtæ præſcriptiones minores: vt ff. de diuer. & temp. præſcrip. l. in om-
3 nibus. Minor † autem quãdoque reſtituitur in præſcriptionibus & quandoque ipſo iure conſeruatur illæſus: vt notauimus ſ. ſi aduer. vſuc. & ſ. in quibus cau. in integ. reſti. non eſt neceſſ.

De præſcriptione xxx. vel xl. annorum. *Rub.*

1 *Præſcriptio triginta annorum quando locum habeat.*
2 *Præſcribi triginta annis poſſe rem furtiuam, vel vi poſſeſſam: & quæ ſit huius ratio.*
3 *Actiones tolli præſcriptione triginta annorum, item etiam perſecutiones, quæ fiunt officio iudicis, quatenus verum ſit.*
4 *Præſcribi actioni in rem triginta annis non poſſe niſi ab iis, qui tanto tempore poſſederunt rem: atque ibi quæ alia ſint neceſſaria vt huic actioni præſcribatur.*
5 *Præſcribi actioni non poſſe niſi aduerſus eum, qui potuit actionem mouere.*
6 *Præſcriptio ex quo tempore incipiat currere aduerſus annuum, vel menſtruum, aut ſimile debitum.*
7 *Confeſſoria actioni an præſcribatur etiam aduerſus eum, qui non potuit vti ſeruitute, vel agere.*
8 *Præſcriptio an currat contra eum, qui agere quidem poteſt, ſed cum difficultate.*
9 *Præſcriptio triginta annorum an currat contra pupillum.*
10 *Præſcriptionem currere aduerſus abſentem, quomodo accipiendum ſit.*
11 *Præſcribi actioni familiæ erciſcundæ, vel communi diuidundo ex quo tempore poſſit.*
12 *Commodati actioni ex quo tempore præſcribatur.*
13 *Pignoratitiæ actioni quanto tempore præſcribatur, & ex quo tempore incipiat currere ea præſcriptio.*
14 *Præſcriptionis triginta annorum effectus quis ſit.*
15 *Præſcriptio quadraginta annorum in quibus locum habeat.*

DE PRÆSCRIPTIONE longi temporis dictum eſt, ſequitur videre de longiſsima. ſ. quando locum habeat præſcriptio xxx. ann. & quando locum habeat præſcript. xl. an. & quis ſit effectus
1 earum. † Locum habet præſcriptio * xxx. ann. cùm præſcriptio
2 longi temporis ceſſat: quod accidit propter multa & varia: vt ſ. diximus in quibus caſibus ceſſat longi temporis præſcriptio. & de vſue. pro emp. hæc enim præſcriptio non reſpuit vi-
2 tia rerum, vel perſonarum. † Hinc eſt quia rem furtiuam, vel vi poſſeſſam, fur vel inuaſor tanto tempore præſcribet. & eſt ratio: quia hæc præſcriptio in odio tantùm non petentium eſt inuenta, non fauore poſsidentium: longa autem præſcriptio & fauore poſsidentium & odio non petentium eſt inducta: vt ſ.
3 de edict. diui Hadri. tol. l. vlti. in fi. Siue ergo † actio ſit in rem, ſiue in perſonam, ſiue pro vniuerſitate, ſiue pro re ſingulari competat, hac præſcriptione xxx. anno. tolletur. Idémque in perſecutione, quæ fit iudicis officio, & hypothecaria actione: ita tamen ſi iſtæ actiones vel perſecutiones tales erant, vt olim perpetuò competerent, id eſt, ſine præfinitione temporis, per omnia ſecula. Si enim tales erant, quæ & antiquitus limitabantur breuiori ſpatio, vt redhibitoria, vel quantò minoris, non extenduntur in ſpatium xxx. ann. vt j. eodem. l. ſicut. j. reſpon. §. ſed ſi qua. & §. hæ autem. & Inſti. de perpe. & temp.
4 act. in princi. † Porro vbi quis xxx. annis præſcribit actioni in rem, oportet ipſum poſſediſſe rem xxx. annis. Nec conuenit eos appellari poſſeſſores, qui ita tenent, vt ob ipſum ſolitam debeãt præſtare mercedem. Alioquin malè ageretur cum dominis prædiorum, ſi tanta precario poſsidentibus prærogatiua deferretur, vt eos poſt xl. annorum ſpatia qualibet ratione decurſa inquietare non liceat. Item cogerentur domini amittere quod locauerunt, aut conductores vtiles excludere,

aut

aut annis omnib. ſuper dominio ſuo publicè proteſtari.vt j.e.
l.ij.Itē oportet quod quis poſſederit ſine interruptione natu-
rali vel ciuili. Alioquin tēpora præcedentia interruptionē nō
proſunt in præſcriptione:vt ſ.de præſcrip.long.tem.l.j.& j. e.
ti.l.cum notiſſimi.j.reſponſ.Si quis verò actioni in perſonam,
vel iuri perſonali præſcribat,non eſt poſſeſsio neceſſaria,quæ
verè non poteſt eſſe in iure:eſt tamē quaſi poſſeſsio,& cum ea
procedit:vt ff.de petitin. hær.l.regulariter.& l.etiā §.vlt.Item,
5 † vt incipiat hæc præſcriptio,oportet in actione in rem, vel in
perſonā,quod is cuius eſt res,potuerit actionē mouere: aliter
enim ſibi non currit præſcriptio,vnde filiofa. non currit præ-
ſcriptio in rebus aduētitijs:niſi ex quo liberatus fuerit patria
poteſtate.Nec mulieri currit in dote:niſi ſoluto matrimonio,
vel marito vergente ad inopiā,nec creditori,niſi exiſtēte con
ditione debiti vel aduenıente die:vt j.tit.proxi.l.j. §. vlti. & ſ.
de iu.do.l.in rebus.§.omnis.& j.e.l.cū notiſsimi.§.illud autē.
6 †Quid autē dices in annis debitis,vel mēſtruis,vel alterius ſin
gularis temporis? Et certè dicit lex currere præſcriptionē nō
ab exordio obligationis,ſed ab initio cuiuſlibet anni,vel mē-
ſis,vel alterius ſingularis tēporis.vt j.e.l.cū notiſsimi.§.in his.
quod quidam interpretantur ita,vt tot oporteat currere præ-
ſcriptiones,quot debēt eſſe ſolutiones:vt ſic ſemper remaneāt
xxix.anni præteriti,ex quibus poſsit agi,& ſemper pro futu-
ro tēpore:quibus lex iſta prima facie videtur aſſentire.Bul.ve-
rò dicit tranſactis xxx.annis computandis ab initio cuiuſcun-
que temporis,quo facienda erat ſolutio:& ceſſatum eſt in ſolu
tione,non poſſe poſtea pro aliquo tempore agi:vt ſ.de vſur.l.
eos.j.reſponſo.Sed ipſi reſpondent,quod ibi loquitur in acceſ
ſoria obligatione vſurarum,quæ reſpōſio nulla eſt.Nā & ſo-
luta ſorte,& ſic extincta obligatione principali, nihilominus
poteſt peti vſura debita per ſtipulationē:vt ff.de eo,quod cer
to loco.l.iij.§.itē Iulianus.& l.cētum:& bene adapto ſolutio-
ni præſcriptionē:quia qui præſcripſit ſimilis eſt ſoluenti: vt ff.
de admini tut.l.ſi pupillus.Et poteſt reddi ratio,ſicut & domi
nus B.reddebat:quia vbi in ſingulos annos eſt aliquid pro-
miſſum,vna eſt actio,vt ff.de do.cau.mor.l.ſenatus. §. vlt. Nec
obſtat,quod dicitur,ff.de verb.oblig.l.pluribus.§.j.ibi recitat
opinionē Pauli & Vari,quæ non eſt approbanda vt dictum
eſt,vel diſtingue,an nominētur anni,vt cum dicitur annua,bi-
ma,trima die:& tunc erunt tot ſtipulationes,quot anni:an di-
cat generaliter ſingulis annis:& tūc erit vna ſtipulatio. argu-
mento ff.de verb.obl.l.quod dicitur. Hac autē actione ſemel
præſcriptione eliſa,præ nimia verecundia ſuæ frontis iam nō
audet erigere telum,quam rationē multùm comprobat R. Si
quæras quæ ergo erat legis dubitatio? Reſpondeo magna. Nā
quia debitor agnouerat debitum, putabatur eum de cætero
contra creditorem præſcribere non poſſe:quod falſum eſt.Mi
hi autem,quod ait B.æquum videtur,eo addito, vt in legatis
aliud,quàm in promiſsionibus dicamus, nam quia tot ſunt
legata,quot anni,& tot ſunt actiones, quot debita:tot eadem
ratione occurrere oportet præſcriptiones:vt ff. de mort.cauſ.
do.l.ſenatus.§.vlti.& de annuis leg.l.cùm in annos. Vnde tale
legatum non poteſt amitti non vtendo:vt ff.quib. mo. vſusfr.
amit.l.ſi fructus alternis.Si mihi opponas,quod l.cum notiſ-
ſimi.j.eo. videtur æquiparare illa duo. Reſpondeo ad hoc pa-
tia ſunt,quod non ab exordio obligationis (vt dictum eſt) ſed
ex eo tempore quo ceſſatum eſt,currit præſcriptio. Si ergo
(ſicut dictum eſt) habuit quis poteſtatem agendi, curret præ-
7 ſcriptio & in actione perſonali,& in actione in rem. † Vide-
tur tamen,quod confeſſoriæ currat præſcriptio: etiamſi quis
non potuit ſeruitute vti,vel agere: vt quia fons ſiccatus erat,
non potuit aquam ducere:vt ff.de ſerui.ruſti.præd.l. Attilici-
nus.Sed fortè ideo eſt,quia in ſeruitutibus ruſticis vt amittan-
tur,ſatis eſt quod quis non vtatur eis. Nec diſtinguo an pote-
rit,vel non poterit vti:vt ff.de ſerui.vrba.prædio.l.hæc autem.
8 † Vbi autem quis poteſt agere,ſed cum difficultate, præſcri-
ptio currit.Sed ſi iuſtum ſit impedimētum, datur in integrum
reſtitutio.vt ff.de offic.præſi.l.ſenatuſconſulto.Fragilitas au-
tē ſexus mulieris,cui datur actio,vel abſētia cuiuſuis,vel mili
tia nō prodeſt actori,quominùs curratur præſcriptio xxx.an-
9 norū.† Pupillaris tamē ætas excipitur, ſiue à prædeceſſore im
puberis incipiat præſcriptio,ſiue ab impubere ſit inchoanda:
nam in pupillari ætate non currit præſcriptio,ſed adueniente
pubertate,ſtatim inſurget,& excitabitur præſcriptio:& prio-
ri præſcriptioni,vel poſſeſsioni fiet continuatio:vt j.eo.l. ſicut
& ſ.ſi maior factus alien.ratam habuerit.l. vlti. §. vltimo. Et
differt hæc interruptio,quæ fit per pupillarem ætatem ab alijs
interruptionibus. Nam ſi aliàs contingat interruptio, nihil
confert prior poſſeſsio:vt ſ.de præſc.lon.temp.l.j.Sed hic con
trarium eſt,& ſic (vt alludam vocabulo) propriè dicitur inter-
ruptio hic,id eſt,interim ruptio:ſed aliàs in medio prorſus rū-
10 pit. † Porro quod dictum eſt abſenti currere præſcriptionem
non ſic eſt intelligēdum (vt quidam dixerunt) quod licet ab-
ſens adhuc poſsideat:is tamen qui non pro ſuo corporaliter
tenet præſcribat:ſed ſic eſt intelligendum cum abſens amiſit
poſſeſsionem:vel quia ſuſpicatus eſſet ſe poſſe repelli,vel quia
longo tempore abfuit,vel alijs ſolitis modis quos diximus ſ.
de acquir.poſſ.poſſeſsionem amiſit ante abſentiam,vel poſteà.
Super quibuſdam actionibus dubitatum eſt:putà,de negato-
ria,& pignoratitia,& fam.erciſc.& communi di.quanto tem-
pore tollantur.Et in negatoria quid obtineat plenè notaui.ſ.
11 de vſufr.In † actione fami. erciſc. vel communi di. dixerunt
quidam,vt P.non currere præſc. interim cum ambo domini
ſimul vtuntur,& fructus percipiunt, & poſsident. Sed domi-
nus M.ait actiones prædictas naſci ex voluntate, id eſt, tunc
demum cum à communione volunt recedere arg.ff. famil. er-
ciſc.l.j.Sed certè lex dicit eam naſci ex quaſi contractu: vt In-
ſtit.de oblig.quæ ex quaſi contractu naſcuntur. Potuit ergo
intentari à tempore communionis,& cum effectu,non obſtan
te excep. Igitur ab eo tempore debet currere præſcriptio vt j.
de anna.præſcript.l.j.§.ad hæc.Nec obſt. quod dicunt ſocios
poſsidere,& fructus præſcribere: nec enim præſcribitur do-
12 minio vel poſſeſsioni,ſed diuiſioni,ne fiat. † Et idem in com-
modati actione,cui præſcribitur ex quo potuit illa intenta-
ri,ſed non ita in rei vendicatione quæ datur contra commo-
datarium cui non præſcribitur interim dum dominus retinet
per ſe ciuilem, & per commodatarium naturalem poſſeſsio-
nem,ſicut & dicitur in colonis:vt j.eo.l.malè.Idémq; dicam in
locati actione,& in rei vendicatione,quod dixi in actione com
modati,& rei vend.licet Pla.dixerit non currere præſcriptio-
nem perſonali actioni,cùm non curreret rei vendicatio.In pi-
13 gnoratitia † autem dico eam tolli xxx.annis computandis ex
quo ipſa nata eſt.& potuit intentari,quod tunc demum eſt cū
ſoluta eſt pecunia,& oblata,& conſignata, & depoſita: vt ff.
de pig.ac ſi rem alienam.§.omnis. Quid autem ſi debitor xxx.
annis neque ſoluit,neque obtulit? Nunquid præſcribitur iuri
offerendi? Aiunt quidam,quod non,ſicut nec præſcriberetur
ius eundi ad eccleſiam,vel per viam publicā, vel ad ſanctum
Iacobum quod enim dicitur j.e.l.omnes.tolli omne ius præ-
ſcriptione xl.an.de iure agendi,eſt intelligendum,non de iure
excipiendi,vel (ſicut ait Bul.) offerendi tollitur. quia qui po-
teſt facere,vt poſsit agere pignoratitia actione ſoluēdo ſcili-
cet:iam intelligitur poſſe agere:vt ff.de regu.iu.l.qui poteſt.&
ideo debet ei præſcribi,ſicut præſcribitur creditori ſecundo
cōtra primum,vel primo contra ſecūdum:vt j.eo.l.cū notiſsi-
14 mi.§.ſed cùm illud.† Effectus autē huius præſcriptionis hic
eſt,vt qui præſcribit xxx.an.bona fide habeat vtilē rei vendi-
cationē contra quēlibet poſsidentem,præter quàm cōtra do-
minum:licet Placen.dixerit contrà.& hoc eſt quod dicitur j.
e.l.vlt.ita tamen,&c.Si autem præſcribit xxx.annis mala fide,
habet exceptionem tantùm,& non actionē:niſi contra eū, qui
ſibi abſtulit,vel ſurripuit,vel niſi contra eum qui propter con
tumaciam huius præſcriptoris eiuſdémque poſſeſſoris volen-
tis ſe præſentare iudici miſſus ſit in poſſeſsionē:tunc enim præ
ſcriptor intra annū ſe offerēdo,& ſatiſdādo iudicio ſiſti,poſſeſ
15 ſionem recuperabit,& rem vēdicabit:vt j.eo.l. ſi quis. † Præ-
b ſcriptio autē xl.an.[b] locū habet in hypothecaria:vt j.eo.l.cū no-
tiſsimi.& vt diximus ſ.ſi aduer.cre.itē locū habet in ijs actio-
nibus,quarum præſcriptio eſt interrupta ſine lit.conteſ.vt j.e.
l.vlt.ſecùs ſi alio modo eſſet interrupta. Nullum denique ius pu
blicum,vel priuatum,vltra xl.an.extēditur:vt j.e.l.omnes. nec
tamē dico,quod ius publi. extēdatur vſq; ad xl.annos:imò nō
vltra xx.vt ff.de diuer.& tempo.præſcrip.l.in omnibus.ſed &
quandoq; in centū extēditur ann.vt diximus ſ.de ſac.ſan.eccl.

Si enim contrarium diceretur, ergo & ius priuatum vſque ad
xl.ann.extenderetur, de quo ſimiliter loquitur lex, ſicut & de
publico excipitur curialium cōditio, & tributorum exactio.
De quibus etiam poſt xl.annos contenditur: vt j.eo.l.præſcri-
ptionem.& l.comperit. niſi impetrauerit quis, vt, dempto ca-
none, poſsideat, & per xl. annos non ſoluerit, vt j. de fun. pa-
trimo.l.vlti. Item in rebus eccleſiaſticis locum habet præſcri-
ptio xl. annorum per ius authen. licet per Codicem extenda-
tur vſque in centum annos: vt diximus ſ. de ſacro.ſan. eccle.
Hæc ſummotenus de hac præſcriptione longiſsima, quæ no-
uiſsimè per principem tantùm eſt inducta, tetigiſſe ſufficiat.
Quod enim à Placen. factum eſt, vt ſinguli caſus enumeren-
tur in quibus locum habeat præſcriptio vnius diei, vel duo-
rum dierum, & ſic vſque in infinitum, non puto, vtiliter pro-
ſequi, nec ſubtile. laborioſum eſt enim potius, quàm vtile.

ANNOTATIONES.

a Præſcriptio xxx.ann. De iſta præſcriptione vide Barto.in l.pro em-
ptore.§.cum ſtichum. in vlti. oppo. ff. pro empt & in l. ſequitur. §. ſi
viam. verſic. modo quæro. vbi etiam Angel. & Doct ff. de vſuca. Bald.
in l.ij.§.fina. C.com.de lega. Pau. de Caſt. in l.ſequitur.§. ſi viam alle.
ſuprà, & Alexan. in l.fina. ff. rem ra.ha. & in l. Flauius. ff. de ſolu. multa
per Pau. de Caſt. in conſi. ccxcij. incipi. ſuper primo quæſito.

b Præſcriptio xl.ann. De iſta præſcrip. vide Barto. in l.cum ſacis. verſi.
quorum autem tempus. C. de agri. & cenſi. Bald. in l pri. verſi & per
hoc dico. C. ne rei do. vel temp. Angel. in l. vſuras. cod. titu & vide do.
Barth. ſoci. in conſi. cccxiiij. inci. ſubtiliter & eleganter. verſi. Quar-
to, iſta opi. cum plu. ſeq. in ij. volu & in conſi. cccxix. incip. Capio pri-
mum ver. præterea. in eod. ij. volu. & in conſi. clxiiij. incip. viſa bulla
Bonifacij. verſi. iij. & vlti. in eo. ij. vol.

De annali exceptione italici contractus tollenda, & de diuerſis temporibus, & exceptionibus, & præſcriptionibus, & interruptionibus (earum.) *Rubrica.*

1 *Præſcriptionum omnium tempora eſſe aut continua, aut vtilia,*
& quæ dicantur continua, & quæ vtilia.
2 *Præſcriptionum interruptiones quot modis fiant.*
3 *Præſcriptionem interrumpi ipſo iure per litis conteſtationem.*
4 *Præſcriptionis interruptionem ciuilem non prodeſſe niſi fa-*
cienti eam.

QVIA olim in Italico contractu, & actionibus ex
eo competentibus annalis quædam exceptio ob-
ſeruabatur, ideo de ea ponit. Et quia circa eam ni-
miæ difficultates erant, ponit de ea tollenda. Vti-
lis enim erat annus: & quidam ipſum extendebant in decen-
nium: alij in quinquennium: vt j.eo.l.j.§.reſponſo. Ponit etiam
de diuerſis temporibus & exceptionibus & præſcriptionibus
ſuper quibus non proſequar ſingularum præſcriptionum
dies, vel annos: vt fecit Plac. in ſuperioris tit. ſumma, ſed ſum-
1 matim quædam generalia notabo. † Eſt ergo ſciendum quòd
omnium præſcrip. tempora aut ſunt continua, aut vtilia. Con-
tinua ſunt, in quibus feriati dies, & non feriati computantur:
nulla dierum habita diſcretione. Vtilia ſunt, in quib. actor per
ſe, vel per procuratorem non impeditur agere. Item nec per
iudicem. cuius habuit copiam. Nec per reum, vel quemuis a-
lium, quem actor eius nomine poterit conuenire: vt ff. de di-
uer.& tem.præſcri.l.j. Eſt & tempus quoddam, quod neq; po-
teſt dici continuum omnino, neq; vtile omnino: vt quadrien-
nium, quod datur minori facto maiori, & abſenti poſt reuer-
ſionem ſuā vt diximus ſ. de tēp. in integ. reſt. Item quandoque
dies continui ad aliquid eſſe vtiles dicuntur. vt quia non inci-
piunt currere antequam quis habeat copiam experiundi: ſed
cum cœperit habere copiam agendi. Sed poſtquam cœperit
habere copiam agendi, continui numerantur omnes dies: vt ff.
ad l.Iul.de adul.l. quinquēnium. item & quandoque dies ad
aliquid vtiles ſunt: quia nō currūt, ſi actor impediatur per iu-
dicē. vel horę. vel cauſæ cōditionem: vt in biduo ſtatuto ad ap
pellādum: vt ff. quando ap.l.j.§.dies. Porrò omnis præſcriptio
2 tēpore cōtinuo finitur, niſi lex aduciat vtile numerari. † Sequi-
a tur videre de interruptionibus[a] præſcriptionum, nempe, quot
modis fiant: & certè fit naturaliter quoties quis amittit poſſeſ-
ſionem, quod modis multis accidere poteſt: vt diximus ſ. de
acqui. poſ. & hæc interruptio prodeſt omnibus in quorum
præiudicium currebat præſcriptio, vt ff. de vſucap. l. natura-
liter. Item fit interruptio ciuiliter, & per litem conteſt. vt ſ.
de præſcrip. lon. temp. l. nec bona. & ſ. ti. prox. cum notiſsimi.
§.imo. in fi. & tūc extenditur actio in xl.annos. Item per quaſi
conteſtationem: vt ſ vbi in rem actio. ſi quis. Item fit per exe-
cutoris ſolam conuentionem, vt ſ. ti prox. cum notiſsimi. in
prin. quæ quaſi conteſtatio dicitur. vt ff. de actio.& obl.l. con-
ſtitutionibus. Item propter debiti agnitionem, vel fœnoris,
vel partis debiti ſolutionem: vt ſ. ti. pro.l.cum notiſsimi. §. ſed
ſi quis. Item in caſibus fit per ſolam libelli oblationem, & re-
ſcriptionem principis habitam ad eam: puta, in annalibus a-
ctionibus: vt diximus ſ quādo libel. prin. datus fa. lit. con. Sed
& quandoque præſcriptio, quæ currit perpetuæ actioni meæ,
interrumpitur ſola libelli oblatione facta apud quemlibet iu-
dicem ordinarium maiorem: vel apud epiſcopum, vel, ſi iudi-
cis non ſit copia facta ad domum aduerſarij mei, cùm eum cō-
uenire impedior aliquo de his quatuor modis. ſ. quia eſt in-
fans, vel furioſus, vel in dignitate poſitus, vel abſens: vt j.e.l.vt
perfectius. Item fit interruptio per detentionem rei, ſi ille, cu-
ius erat res, vel cui erat obligata nanciſcatur poſſeſsionem rei,
& hæc detentio imitatur litis conteſtationem: vt ſ. de præſcr.
3 xl.ann.l.cum notiſsimi.§.imo & illud. † Et illud eſt notandū,
quod litis conteſtatione interrumpitur præſcriptio ipſo iu-
re: ſecus in vſucapione triennij: vt ff. pro emptore.l.ij.§.vlt. Il-
la enim mero iure currit contra actorem, ſed iudicis officio
reſtituitur ei res: vt ff. de rei vend.l.ſi poſt acceptum. Sed in ca-
ſibus quatuor etiā vſucapio interrūpitur ipſo iure ſola libelli
oblatione. ſ. cum reus eſt infans, vel furioſus, vel abſens, vel in
dignitate conſtitutus: vt j.eod.l.pen. Itē notandum eſt, quod
ciuilis interruptio non prodeſt, niſi facienti eam: vt probatur.
ff. de diuer.& tempo. præſcri.l.intra. & ne de ſtatu defun. poſt
quinquennium quæratur l.ij.§.præſcriptio.

ANNOTATIO.

a De interruptionibus. In iſta prolixa materia vide Barto. in l. natura-
liter verſic. quæro. quid ſi. ff de vſucapi. Bald. in l.j. ver. ſed quid. C.
de ſer. do. Alexand. in d.l. naturaliter. do. Abb diſcurrentem ferè per
omnes caſus in c. illud. de præſcrip. vbi habes ad plenum.

De alluuionibus, paſcuis, & palludibus, ad alium ſtatum, & vſum tranſlatis. *Rub.*

1 *Alluuio quid ſit.*
2 *Alluuionis ius locum non habere in agris limitatis.*
3 *Tributum vel cenſus exigatur necne nomine eius, quod per allu-*
uionem agro accreuit.

DIXIMVS qualiter [alterius] res [alteri] appli-
cetur per præſcriptiones: nunc videamus: qualiter
adiiciatur per alluuiones. Vel ſic, Audiuimus qua-
liter res acquiratur ciuiliter, nunc quemadmodū
naturaliter, vt per alluuionem. Videndum ergo quid ſit allu-
uio, in quibus locum habeat, quis effectus. Poſtea dicemus de
palludibus. & paſcuis. ad alium ſtatum tranſlatis, id eſt ad fru-
1 gum fertilitatem; vt j.eo.l. vlt.§.ſimiliter. † Eſt autem alluuio
accretio, vel decretio latens. Nam ita paulatim additur, vel
detrahitur, vt intelligere non poſsis quantum quoquo mo-
mento temporis adiiciatur, vel detrahatur: vt Inſti. de re. di.
§.præterea. flumina enim vice cenſitorum habentur: vt ex pri
uato in publicum adducant, & ex publico in priuatum: vt
2 ff. de acquiren. rer. dom. l. ergo. §. alluuio. Locum † habet ius al-
a luuionis in agris, qui non ſunt limitati.[a] Ager enim manu ca-
ptus ab hoſtibus, & militibus aſsignatus vt eius terminarētur
fines: & ſic ſciretur quid, cuiq; datū eſſet, quid veniſſet, & quid
in publico relictum eſſet, non habet ius alluuionis: vt ff. de
acquir. rer. do.l. in agris. Itē ratione vicinitatis illi agro nō ac-
creſcit inſula: vt ff. de flu.& ne quid in flu. pub.l.j. §. ſi inſula.

3 Huc

5 Hec autem † quod per alluuionem quæſitum eſt, ſeparatim
non cenſebitur, vel eius nomine ſeorſum publica functio non
exigitur, ne alluuionum ignorare vitia, id eſt priuilegia, vel
poteſtates, vel rem noxiam videamur poſſeſſoribus inducere:
vt j. eod.l.vlti. Exigetur tamen cenſus totius patrimonij, vel
prædij, facta computatione: & ita augebitur tributum, vel
cenſus, angaria, & parangaria: ſicut & econtra diminuitur in
perſona eius, cuius res alluuione diminuta eſt: vt j.eod.l.ij. Si
quæras, quid ergo prodeſt ſi ſeparatim non cenſeatur, quod
accreuerit: reſpodeo ad hoc: quia ſi ſeparatim cenſeri deberet,
nec offerret chartulam profeſsionis, ius omne amitteret: vt ſ.
de vec. & con.l.neque. hic autem non ideo amittit. De palludi-
bus quoque, & paſcuis ad meliorem ſtatum tranſlatis idem
dicitur. ſ. vt ſeparatim non debeant cenſeri: ne doleant diligen-
tes operam ſuam agri dediſſe culturæ, & operam ſuam ſibi
damnoſam iudicantes intelligant. vt j.eod.l.vlti.§.ſimiliter.

ANNOTATIO.

* Limitaneis. Vide Alciat.lib pri.prætermiſſ.in dict.limites.ag.

De ſententiis præfectorum pretorio. *Rub.*

1 *Appellari non poſſe à ſententia præfecti prætorio: ſupplicare tamen licet aduerſus eam, atque inibi quæ ſit ratio diuerſitatis.*
2 *Supplicare aduerſus ſententiam præfecti prætorio intra quantum tempus liceat, & quibus fiat hæc ſupplicatio.*
3 *Minorem condemnatum ſententia præfecti prætorio non poſſe reſtitui niſi ab ipſo præfecto.*
4 *Præfectos prætorio poſſe legem condere.*

EXPEDIVIMVS qualiter res quærantur per
præſcriptiones: nunc quemadmodum alio modo
ciuiliter. i. per iudicum ſententias quæratur: vi-
deamus. Vel aliter, diximus in j. lib. de legibus,
quaſi de ſententiis Imperatorum: nunc videamus de aliorum
magiſtratuum ſententiis. Vel aliter, diximus de officio acto-
ris [intendentis,] & rei præſcribentis: nunc dicamus de offi-
cio iudicum, & quia præcipuum iudicum officium conſiſtit
in pronunciandis ſententiis, loquamur de ſententiis, & quia
præfecti prætorio maiores ſunt cæteris magiſtratibus, & iudi-
cibus, de ſententiis eorum dicamus, quæ ſint eorum priuile-
1 gia in ſententiis, & aliis. † Et certè triplici videntur gaude-
re priuilegio, & trina ſpecialitate lætari. Ecce enim ab eorum
ſententia appellare non licet: quia appellatio iniquitatis ſen-
tentiæ continet querelam: vt ff. de min.l. præfecti. Sed præfe-
ctos prætorio nõ eſt veriſimile iniquè iudicaſſe: credidit enim
princeps eos, qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum
fide, & grauitate, ad huius officij magnitudinem adhibentur,
non aliter iudicaturos pro ſapientia, & luce dignitatis quàm
2 ipſe foret iudicaturus: vt ff. de offi.præto.l.j. † Sed tamen licet
ſupplicare ab eorum ſententiis: quia ſupplicatio continet pe-
titionem veniæ proprij erroris: vel allegationem circũuentio-
3 nis aduerſarij: vt ff. de mi.l. præfecti. Hæc † autem ſupplicatio
fieri poteſt eiſdem præfectis, vel eorum conſiliariis, vel cauſas
introducentibus intra decem dies. Et ſi quidem fit intra de-
cem dies, nihilominus mandatur executioni ſententia. Sed vi-
ctor tenetur ſatiſdare de reſtituendo eo, quod obtinuit, ſi re-
tractabitur prima ſententia. Si autẽ non ſupplicetur intra de-
cem dies: licet intra biennium ſupplicare principi poſt ſucceſ-
ſionem iudicis numerandum, quod paſsiuè intelligo. i. poſt-
quã præfecto prætorio iudici ſucceſsit princeps per inuocatio-
nem ſupplicãtis, vt in authẽ. vt ſpon.lar.§.aliud. & j.eo.l.vn.i.
Vel ſic, Poſtea, quàm iudici præfecto cœpit poſſe ſuccedi, hoc
4 eſt, à tempore latæ ſentẽtiæ à præfectu. † Habent etiam priui-
legium ne minores contra eorum ſententias ab aliis reſti-
tuantur, niſi à præfectis: vt ff. de offi.præfe.præto.l.j. Item ha-
* bent priuilegium: quia legem condunt: * vt ſ. de offi. præfe.
præto.l.normam [aliàs formam.]

ANNOTATIO.

* Condunt. Vide Alciat.lib.ii. Paradox.cap.ix.

Quomodo, & quando iudex ſententiam proferre debet præſentibus partibus, vel vna abſente. *Rubrica.*

1 *Sententia verbum quàm varias ſignificationes habeat.*
2 *Sententiarum ſpecies variæ.*
3 *Sententias interlocutorias mutari poſſe, & an deſiderent plenam cauſæ cognitionem.*
4 *Sententia diffinitiua quæ dicatur, atque inibi quòd plenam cauſæ cognitionem requirat.*
5 *Sententia diffinitiua an poſſit ferri partibus abſentibus, vel altera parte abſente, & quomodo.*
6 *Cautiones plures quare fiant prius, quàm feratur ſententia diffinitiua.*

NVNC de ſententiis generaliter tractaturi expli-
cemus quot modis ſententia dicatur, quot modis
diſtinguatur, qualiter definiatur, qualis ſententia
debeat ferri, quando, & quod remedium detur
1 condemnato. † Poteſt autem dici ſentẽtia * cuiuſque orationis
* ſignificatio. Item quicquid cuique de quacunque re placet,
ſententia dicitur, de generibus & ſpeciebus, de diſpoſitione
bonorum: vt ſ. qui te.ſa.poſſ.l.hac conſultiſsima. §. at cum hu-
mana. Item abſolutè dicitur ſententia deportatio: vt j. de ſent.
paſ.l.vlti. Excommunicatio quoque inde increbuit, vt dica-
tur iſte ſubiacet ſententiæ, id eſt, excommunicatus eſt. Item
ſententia vocatur quodcunque iudicãtis præceptum, non na-
turę, non iuri, non bonis moribus cõtrarium. Secũdum hanc
2 ſignificationem triſariam diſtinguitur. † Eſt enim ſententia
alia diffinitiua: vt j. de ſen.ex breui reci.l.ij. Alia dicitur con-
uentionalis: vt compoſitio amicabilis: vt j. de do.l.donatio. ſi-
ue directa. Alia dicitur admonitio, quæ fit, vt reus veniat ad
cauſam: vt ſ. de epi. & cler.l. iubemus.§.omnes. & l.cum cleri-
cis. & l.omnes. & ff. de arbi.l.qualem. & ibi ponitur ſententia
pro magiſtri opinione: & ibidem ponitur pro ſententia defi-
nitiua: & quandoque ponitur pro qualibet interlocutoria
ſententia, vel de dilatione danda, vel de teſte producendo, vel
3 non producendo, & ſimilibus: & † tales ſententiæ mutari poſ-
ſunt: vt ff. de re iudi.l.quod iuſsit. Et quandoque feruntur
cauſa plenè cognita: vt in dilatione danda: vt ſ. de dila.l.à
procedente. Quandoque cauſa cognita ſemiplenè: vt in de-
cernenda bon.poſſ. quæ non tribuit ius: vt ff. quis ord. in bon.
4 poſſ.ſer.l.ij.§.dies. Eſt autem † definitiua ſententia, vel res iu-
dicata quæ finem controuerſiarum pronuntiatione iudicis
accepit, quod vel abſolutione, vel condemnatione contingit:
vt ff. de re iu.l.j. Fertur definitiua ſententia pleniſsimè habi-
a ta negotij inquiſitione: * niſi in caſibus, vt notauimus ſ. de iu-
5 die.§.in cognitione autem. Habita † autem pleniſsimè cauſæ
cognitione: ſiquidem vterque, id eſt, actor, & reus fuerint præ-
ſentes, quandocunque intra triennium, ſecundum omnes po-
terit ferri ſententia, per l.properandum. C. de iudi.per auth. de
litig.§.omnem. fertur quandoque intra biẽnium, & ſex men-
ſes. Si verò neuter eorum fuerit præſens, id eſt, neque actor,
neque reus, nullo tempore, ſecundum omnes, fertur definitiua
ſentẽtia. Si verò alter eorum fuerit præſens, alter verò abſens:
ſi quidem reus tantum eſt abſens, contrahitur eremodicium,
etiam ſecundum veteres leges. Actore autem abſente, & reo
præſente contrahitur eremodicium per d.l. properandum.
§. Cum autem. Et d.auth.de litig. Et fiunt citationes reo, vel
actore abſente ante litem conte. vel poſt litem conteſt. vel per
edicta, vel per executores, vel per præconum voces, prout iu-
dicis animo ſederit, ſi iudex ſit ordinarius & maior. Nam ſi
pedaneus eſt, vel delegatus, non poteſt citare per edicta, ſed
per ſe, vel per executores: vt j.eo.l.ij. & l.tres. & ſ. de iudi.l.ſan
cimus. in ſin. Quid autem iudici ſit faciendum, reo abſente
ante litem cõte. vel poſteà, vel actore abſente, ante litem con-
teſta. vel poſtea, vel in reali actione, vel perſonali, plenè dixi-
mus ſ. de iudi.§.in conſtructione, vſque ad illum §.in ſententia

6 † De huiuſmodi autem citationibus ſciendum eſt, quia non fiunt plures alia ratione: niſi vt præſumatur vocati contumacia: vt ff. de re iudi. l. contumacia. §. contumax. Si verò certum eſt hoc, vt ſi dicat iudici apertè. Non veniam, non eſt opus coniectura: vt ff de verb. obli. l. continuus. §. cùm ita. & in authentico, de teſti. & ea, quæ parit. §. vnum. in fine. Nec obſtat, quod dicitur in authen. vt cùm de app. cogna. §. ſed hoc præſenti. quia ibi non conſtabat de eius contumacia. Si quæras an, & quando ſit abſenti contra ſententiam ſuccurrendum, diſtingues cauſam abſentiæ: vt plenè diximus ſ. quib. ex cau. ma. in integ. reſti. §. penulti.

ANNOTATIONES.

a Negotij inquiſitione. Adde ſpec. in tit. de aſſi. iudi. §. poſtremo. Bald. in addi. Spec. in tit. de ſententia. Bart. in l. priuatam. ad fin. ver. prædicta vera. C. de ſenten. Lanfran. in cap. quoniam contra. verſic. de ſententia: de proba. d Barth. Soci. in conſ. clv. inci. præſtantiſsime doc. in ver. quia ſale iuramentum. in ii. volu.

* Dies ſententia. Sententia (quod ad hunc locum adtinet) eſt definitio iudicialis, controuerſiæ finem imponens. ff. eo. l. j. Determinat enim litigantium controuerſias extrà. eo. ti. c. ſi. Duæ autem ſunt ſententiarum ſpecies, interlocutoria & definitiua. Interlocutoria tranſit in rem iudicatam, quoad duo, ſcilicet, vt remedio appellationis attentari non poſsit: & vt excipiatur ex ea: & ideo ab ea intra decem dies eſt appellandum, poſtquàm eſt lata extra. de elect. c. cùm dilectus. in fi. & de teſtib. ſignificauerunt. & hoc vltimum ſecundum canones, ſecundū quos à ſententia interlocutoria poteſt appellari: ſecus tamē ſecundum leges, extrà de appel. c. cùm ſit Romana. & ii q. vi. can. nō ita. Fallit tamē in quibuſdam caſibus, quibus ſecundum leges ab interlocutoria appellare licet. ff. de appel. non recip. l. ii. C. vt li. pend. l. ii. & ff. de mino. l. aut prætor. §. permittitur. ff. qui ſatiſd. cog. l. arbitrio. ff. de appell. l. ſi quis. Definitiua quoque ſic deſcribi poteſt, vt ſit ea, per quam principalis quæſtio definitur, quam ſemel latam iudex non reuocat. l. Paulus. ff. de re iudic. Poſt definitiuam latam nihil quæritur ff. de re iudi. l. poſt rē iudic. Ea quoque lata iudex, deſinit eſſe iudex. l. iudex. ff. eo. quod in iudice delegato procedit. quia ordinarius iterū pronūtiare poteſt. Sententia antè lata in non confeſſum ſponte, aut non conuictū, non tenet. ii. q. i. nos in quenquam. extra. de conſtit. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. Quòd autem dictum eſt ſententiam, ordine non ſeruato, non valere, intelligendum eſt de ordine generali, quia ſecus ſpeciali à quo poteſt appellari. C. de appell. l. i. Vel intelligas de ordine iudiciario: quia lata contra ordinem iuris non tenet, exceptis quibuſdam caſibus, in quibus non requiritur ordo iudiciarius: vt extra. de iureiu. cap. ad noſtram. Item ferenda eſt ſententia ſecundum iura, alioqui non tenet, extra eo. titulo. c. i. ii. q. vi. can. ei, qui. §. definitiua. verſicu. ſententia. Et hoc intelligas cum expreſſè fertur contra ius ff. de appell. l. ſi expreſsim. Secus, ſi non expreſsim contra ius feratur. ff. eo. tit. l. cum prolatis. quia tunc appellandum eſt. extra. eo. c. cum inter. Item non valet definitiua, niſi præſentibus partibus, vel per contumaciam abſentibus lata ſit. C. quomodo & quando iudex. l. ea, quæ. iii. q. ix. can. caueant. Si ſententia feratur antequàm edictum peremptorium veniat in notitiam abſentis, non tenet. ff. quæ ſen. ſine appell. reſcind. l. i. §. ex hoc edicto. Similiter ſi feratur contra abſentem, ad quem non peruenit citatio, non valet ix q. ix. can caueant. ſecus ſi facta inquiſitione diligenti, abſens nō potuit inueniri: vel ſi malitioſe ſe abſentauit, tunc valet, extra, vt li. nō conteſt. cap. quoniam frequenter. Sententia tamen contra res prius iudicatas non tenet. Diebus etiam feſtis in honorem Dei inuentis & inductis ferri non debet. ff de recep. arb. l. ſi de meis. §. arbiter. Sententia lata contra vnum, aliis propter connexitatem negotiorum nocet. c. ſanctis. ix x i. diſt. Martinus.

* De ſententiis ex preuiculo* recitandis. *Rubr.*

ANNOTATIO.

* Breuiculo. Vide Alciat. lib. i. Diſpunct. cap. 16.

1 *Sententiam nullam eſſe, quam iudex recitauit non ſedens, atque ibi ob quas ſolennitates omiſſas ſententia reddatur nulla.*
2 *Sententia cuiuſmodi ferri poſsint extra ſcripturam.*
3 *Sententiam ſemel latam non poſſe poſtea ab eodem iudice corrigi vel mutari, & an id ſit perpetuum.*
4 *Mulctam a iudice indictam poſſe ab eodem poſtea remitti ratione paupertatis.*

DICTVM eſt ſ. de ſententiis qualiter debeāt ferri, ſed quia ſententiæ ſicut & medicinæ cum periculo dantur, & recipiuntur: ideò ponit de ſententiis ex periculo recitandis. Videndum ergò, quot
1 modis dicatur ſentētia nulla. Et quidē nulla eſt: † ſi ſentētiā ſedēdo non recitauit iudex. Iudicis enim eſt ſedere, cum res quæ agitur, deſiderat cognitionem plenā, aduocatorum autem ſtare eſt: vt ff. quis ordo in bono. poſſeſs. ſerue. l. ij. §. dies. & §. in bonorum. & authent. vt ab illuſtribus, & qui ſup. eos ſunt. col. v. §. ſancimus. ibi, ne cogantur, &c. & authen. de iudicib. §. ſedebunt. & l. quiſquis. C. de poſtulando. Quid ſi dederit in alta turri, & litigatores erant inferius, fortè valet ſententia. Item nulla eſt ſententia ſi dedit eam ſedēdo, ſed non recitauit: vt infrà e. l. j. Idē eſt ſi recitauit, ſed non in ſcriptis: vel ſi recitauit in ſcriptis, ſed per alium, non per ſe. vt j. eod. l. vlt. j. reſponſo. & l. penult. §. ſed nec. Propter quod etiam dicunt quidam, quod laici non poſſunt eſſe poteſtates: quòd falſum dico: tum quia delegare poteſt cauſas ciuiles: tum quia criminales poterit definire dicendo, te cōdemno, vel abſoluo, quilibet enim laicus hoc dicere poſſet: tum quia talis poterit eſſe laicus qui per alium pronūciare poteſt: putà, eſt præfectus prætorio, vel alius illuſtris, qui per officiales ſuos recitauerit definitiuas ſententias.
2 Tamen quædam † ſententiæ ſine ſcriptis feruntur: putà, breuium litium, & maximè vilium perſonarum, vt in authent. de man. prin. §. ſit tibi. & j. de priuileg. fiſc. l. quoties. §. ſed ſi talis. Sed quæ dicuntur breues? Reſpondeo olim vſque ad quinquaginta aureos: vt ſ. de defen. ciui. l. j. hodie vſque ad trecentos: vt in authen. de defen. ciuit. §. ex prouinciali. & §. & iudicare. Itē in ſententia epiſcopi, cùm iudicat inter clericos ſuos: vt in authen. vt clerici apud proprios epiſc. conuen. in prin. tit. Idem eſt & alibi, cùm præſes conuenitur, finito officio, vt reddat rationem adminiſtrationis: vt in authen. vt iudices ſine quoquo
3 ſuffr. §. neceſsitatem. Sic autem † (vt dictum eſt) lata ſententia non poterit ab eodem iudice poſteà corrigi, vel mutari: vt infrà eodem, l. penult. § ſed nec ſit. & ff de re iudica. l. iudex. Sed excipiunt quidam de principe, & præfecto prætorio, & ſenatu, quos dicunt poſſe corrigere ſuas ſententias, l. vltim. hoc tit. Sed ita intelligo quod excipiat eos in recitatione, quam faciunt per alium (vt dictum eſt) non in correctione. Illud certum eſt quod ea quæ deſunt ſententiæ, poſſunt à iudice ſuppleri eodem die ſcilicet, quę pertinent ad conſequentiam priorum, ſtatutorum, vt de fructibus vel ſumptibus, & ſimilibus:
4 vt ff. de re iudic. l. Paulus. j. reſponſ. † Item mulcta indicta, ratione paupertatis, remitti poteſt, poſteà ab eodem iudice: vt ff. de offic. præſid. l. illicitas. §. vltim. & ſ. de modo mulctarum. l. eos. in fi. Item ſi iudex abſentem ſolenniter citatum condemnauerit, & abſens ille adhuc, perſeuerante figura iudicij, remeauerit, & ad prætorium venerit ex diſpenſatione iuſtiſsima, & æquitate benigniſsima debebit audiri: vt ff. de in integrum reſtitution. l. diuus.

De ſententiis, & interlocutionibus omnium iudicum. *Rubrica.*

1 *Sententia quibus ex cauſis reddatur nulla, & nu. 3. & 5.*
2 *Sententiam ferri debere contra procuratorem, non contra dominum litis, niſi in cauſa criminali.*
4 *Sententiam ferendam eſſe ſecundum leges, non autem ſecundum prauas conſuetudines.*
6 *Sententia interlocutoria an rei iudicatæ vim obtineat.*
7 *Sententia interlocutoria quæ dicatur.*

QVALITER ſententia ſit nulla ratione vitij in ipſa recitatione commiſsi, dictum eſt: nunc generaliter videndum qualiter, & quot modis ſententia
1 poſsit dici nulla. Sciendum † eſt igitur ſententiam eſſe nullam ratione litigantium, de quibus ſ. diximus plenè tit. qui legiti. perſonam ſtand. in iudic. habeant. Item ratione iudicis: puta, ſi is qui ſententiam tulit, iudex eſſe non poterat: vt quia ſeruus erat, vel mulier, vel infamis: vt ff. de iudic. l. cùm prætor. §. non autem. de quo plenè diximus ſuprà, de iudic. Seruus tamen quandoque iudicat propter ignorantiam: vt infrà eodem, l. ſi arbiter. & ff. de offic. præto. l. Barbarius. Item ratione cauſæ, & iudicis: vt quia iudex erat pedaneus, & non poterat iudicare de cauſa ingenuitatis, & ſeruitutis: vt ſuprà, de peda. iudi. in l. ij. & ff. de arbitr. l. non diſtinguemus. §. de liberali. vel erat cauſa eccleſiaſtica, & debebat habere iudicem

eccleſiaſti

eccleſiaſticum: vt in authen.vt cleric. apud proprios epiſco.§.
ſi verò eccleſiaſticum. Item ratione authoritatis alterius ſen-
tentiæ, per appellationem non ſuſpenſæ, contra quam iſta
fertur: vt j.quando prouo.non eſt ne.l.j. Item ratione tempo-
ris: quia lata eſt tempore feriato: vt ff.de ferus.l.j. & l. ſi feria-
tis.& ſ. titu. ij.l. ſi vt proponis. Item ratione loci: vt quia lata
eſt in lupanari, vel propina, vel in loco minùs honeſto, non
obſeruato loco conſueto: vt j.eo.l.cum ſententiam. Item ra-
2 tione ordinis † non ſeruati: vt quia debuit quis condemnare
procuratorem,& condemnauit dominum litis: vt j.eod.l.4.de
quo plenè diximus ſ. de procura. In criminibus tamen non
procuratorem, ſed dominum condemnare debet: vt j. de iniu-
3 riis.l.vlti. Idem eſt,& ſi alia † ordinaria, vel conſueta non ſer-
uauerit iudex, quid enim ſi primò iudicauit,& poſtea exami-
nat cauſam, vel ſimilia fecit? certè nulla eſt ſententia: vt j.eo.l.
prolatam. Quædam tamen omiſſa in ſententia non nocent.
Quid enim ſi pronuntiauerit ſub conditione, cùm deberet
pronuntiare purè? & certè non eſt dicenda ſententia ſub con-
ditione, ſed tamen lata tenet: vt ff.quando appel.ſit.l.j.§.quid
4 ergò. Item ferri † debet ſententia ſecundum leges Romanas,
vel longæuas: non tamen prauas conſuetudines. Non enim
exemplis ſed legibus iudicandum eſt, niſi princeps iudicaſſet.
☞ Principis enim ſententiæ, leges ſunt: vt ſ.de leg.& con.l. vlti.
Nempe enim aliàs non tam ſpectandum eſt quid Romæ fiat,
quàm quod fieri debeat: vt ff.de offic. præſidis.l.ſed licet. Sed
& non eſt laudabile Hieroſolymis fuiſſe: ſed bene vixiſſe. Sed
& cœlum non animum mutant, qui trans mare currunt. Item
5 nulla † eſt ſententia, ſi non contineat abſolutionem, vel con-
demnationem: vt j.eo.l.præſes. Item nulla eſt ſententia, ſi nulli
6 iuriſdictioni præſit ille qui iudicat: vt j.eo.l.nulli. † De inter-
locutionibus autem ſciendum eſt, quia vicem rei iudicatę non
obtinent. nec enim omnis vox iudicis, iudicati continet au-
7 thoritatem: vt j.eo.l.ex ſtipulatione. & l.poſt ſententiam. † Eſt
autem ſententia interlocutoria ſemiplena ſententia, quę pro-
fertur inter principium cauſæ, & finem ſuper emergentibus
negotiis, vel profertur loquendo inter partes ſine ſcripturæ
ſolennitate: putà, ſi iudex iuſſerit vt is, contra quem teſtes
producendi ſunt in alia prouincia, illuc pergat, procurato-
rémve mittat: vt ſ.de fid.inſtru.l. iudices. Quòd hæc interlo-
cutio non ſit plena definitio, probatur in ff.de arbi.l.qualem.
& ſ.de rebus credi.& iureiuran.l.penultim.

De ſententiis quæ ſine certa quantitate proferuntur. *Rubrica.*

1 *Sententia certa ſit.*
2 *Sententia quando incerta ferenda.*
3 *Sententia certa, libello certo ferenda.*

QVIA fertur ſententia quandoque: ſed tamen ſu-
per incerta quantitate: ideò ponit de ea. Sciendum
eſt itaque quod aut eſt actum de incerta quantita-
te, vel ſpecie apud iudicem: aut de certa. Si de in-
1 certa quantitate, † vel ſpecie, curare tamen debet (prout poſ-
ſibile eſt) vt certam rei ferat ſententiam: vt Inſtitu. de actioni-
bus.§.curare autem. Quid enim ſi debeat quis hominem in
genere, vel Stichum, aut Pamphilum? neceſſe eſt certam ferri
2 ſententiam, prout exigit natura obligationis. † Nam & in
noxali iudicio, ſi pronuntiet iudex decem aut noxæ debere
condemno, valet ſententia: vt Inſtit.de offi.iudic.in princip.
Item & in vniuerſalibus actionibus, vt hær.pe. & fami.erciſc.
ſicut in libello ſatis eſt vniuerſaliter res deſignari: vt plenè ſ.
diximus, de edendo, ita & in ſententia hoc idem ſufficiat. Su-
periora ita locum habent vbi incertum petitur à parte acto-
ris certificari: puta, petiit intereſſe: & probauit in iudicio ex
diuerſis cauſis. Si verò à nullo petitur certificari. putà, hoc
tantum quærebatur, verum promiſiſſet ei indemnitatem, &
pronuntiatum eſt eam promiſſam, tenet ſententia: vt j eod.l.
3 quanquam. † Si verò de certa ſpecie, vel quantitate apud eum
actum eſt, non tenet ſententia: niſi de certa quantitate, vel
ſpecie, de qua litigatum erat, pronuntietur, excipitur vbi in
parte aliqua actorum continetur ſpecies, vel quantitas: vt j.
eod.l.hæc ſententia.ij.

De ſententiis, quæ pro eo quod intereſt, proferuntur. *Rubrica.*

1 *Intereſſe aliud eſſe cõuentum, aliud commune, aliud ſingulare.*
2 *Intereſſe conuentum vel commune præſtari debere inſolidum.*
3 *Intereſſe ſingulare quibus caſibus petatur: & quatenus præ-
ſtandum ſit, nu. 5.*
4 *Intereſſe ſingulare quibus caſibus æſtimetur in lucro.*
6 *Intereſſe, quod eſt extra rem, quando habeatur conſideratio, vt
quis ad illud teneatur.*
7 *Intereſſe an veniat in obligatione rem dari.*
8 *Intereſſe petitum ex contractu incerto quatenus præſtan-
dum ſit.*
9 *Obligatum ad factum poſſe conueniri ad factum, vel ad in-
tereſſe.*
10 *Obligatus ad ſpeciem tradẽdam an, & quatenus compelli poſ-
ſit ad intereſſe.*
11 *Pœna debita ex conuentione quouſque porrigi poſſit.*

DICTVM eſt ſuprà de ſententia, quæ ſine certa
quantitate profertur: ſed quia incerta ſæpe fertur
ſententia circa intereſſe: cùm non ſit iudici expe-
ditum inquantum poſſit, vel debeat extendi in-
tereſſe: vt pote, cùm etiam hodie multi dubitent: ideò ponit de
ſententiis, quæ pro eo quod intereſt, proferuntur. Videamus
ergo generaliter de omni intereſſe & inquantum protenda-
1 tur. Sciendum † eſt igitur, quòd intereſſe aliud eſt commune,
aliud conuentum, aliud ſingulare, vt probatur ff.de act.empt.
l.j. Ad idem tendit, ſi dicas pretium aliud commune, aliud
2 conuentum, aliud ſingulare. † Et quidem in pretio, vel inter-
eſſe conuento, non eſt hæſitatio: quia id ſicut conuentum eſt,
debet præſtari: niſi dolus alterius partis interceſſiſſet, vt dixi-
mus ſ de dolo.& de reſcin.vend. Sed & commune intereſſe ſi-
ne dubio inſolidum eſt præſtandum, in contractibus, & deli-
ctis, regulare eſt, vt æſtimetur: & in delictis ſemper, in contra-
ctibus plerũque æſtimatur: vt ff.ad l.Falcid.l.pretia. & ad leg.
Aquil.l.ſi ſeruum meum. Plerũque ideò dixi: quia hoc fallit in
venditione: vt ff.de actio.empt.& vẽdit.l j.Idem & ſi aliàs pa-
3 ciſcuntur partes de ſingulari intereſſe [& ita † patet] quòd ſin-
gulare intereſſe non petitur: niſi vbi conuentum eſt. item vbi
res vendita non traditur. Item vbicunque iuratur in litem: ve-
rũtamen tunc, cum iuratur in litem, non dico ſingulare inter-
eſſe extendi, vel non extendi vltra duplum, cùm illud modera-
ri ad officium iudicis pertineat: vt ff.de rei vendicatio.l.hęc. ſi
res. æſtimatur inquam regulariter in damno: vt ff. de damno
infecto.l.Proculus.& de act.emp.& vend.l.ſi ſterilis.§.cùm per
4 venditorem.& de peri.& com.rei vend.l.vltim. Sed † & quan-
doque æſtimatur in lucro, ſcilicet in caſibus his legibus nota-
tis: putà, ſi agatur arbitraria actione pro eo, quod loco certo
promiſſum eſt: vel agatur locati, vel cõducti. vel agitur ex ſti-
pulatione ratam rem haberi, vel agitur actione tutelæ, vel agi-
tur lege Aquilia, vel agitur interdicto, ne quid in loco pub.
fiat: vt ff.de eo, quod certo lo.dari opor.l.ij.§.vlti. & locati. &
cõducti.l.ſi in lege.§.colonus.& l. in quo.& l.ſi fundus, quem,
in fin.& rem ratam haberi.l.ſi commiſſa.& ad legem Aquil.l.ſi
ſeruum meum.& ne quid in loco publico fiat.l.ij.§.merito.&
ſ.arbitrium tutelę.l.quicquid. Lex tamen vnica huius tituli,
quaſi regulam videtur tradere, quòd intereſſe debeat cõſide-
5 rari, & in lucro, & in dãno. † Singulare autem intereſſe (ſicubi
præſtandum ſit) non ſemper præſtatur inſolidum. Diſtingui-
tur enim, verùm quis debeat mihi ex contractu certo, id eſt, ex
eo quod continet certam quantitatem, vt quantitatis appella
tione quælibet res ſingularis cõtineatur, ſicut dicitur. ff.de le-
ga.iij.l.quiſquis. vel naturam, id eſt, ſpeciem: putà, hominem in
genere promiſſum tradi: an ex incerto, id eſt, ex eo quod con-
ſiſtit in facto, vt facti nomine etiam ſi ſe quis non facturum
promiſit, cõtineatur: vt ff.de verbor.oblig.l.vbi autem non. §.

qui,id. & de re iud.l.qui non facit. Si ex contractu certo mihi
quid debeat tradi, & lex dicat intereſſe meum ſingulare præ-
ſtandum,ſicut dicitur in venditione:vt ff.de actio.empt.l.j. &
ſi rei traditio non fiat, intereſſe meum ſingulare præſtabitur
mihi ab aduerſario:& quidem totum ſi duplum continet, vel
minùs duplo,vltrà verò non poteſt igitur:vt j.eo.l.vna.§.ſanci-
mus.j.reſponſo. Opponitur à quibuſdam quod eſt ff.de actio.
emp.& vend.l.iij.§.ſi per venditorem.& reſpondet B.aliquot
annis, quod præſtari debet quanti plurimi fuerit, ſi non ex-
cedat duplum pretij dati. Eidem opponitur quod eſt ff. de a-
ctionibus empt.l.Iulianus.§. ſi verò ſciens. & §. item, qui fu-
rem:cui reſpondebat, quod eſt duplex intereſſe quod eſt extra
rem,[vt ibi.] Illud enim,quantùmcunque ſit,præſtatur. Aliud
in eo, quod eſt circa rem : quod non debet excedere duplum
pretij dati, quæ diſtinctio non placet : magis enim dicendum
eſſet totum intereſſe præſtandum,quod eſt circa rem(quaſi de
eo cogitauerunt contrahentes) quàm illud, quod eſt extra
rem:quia de eo non videntur ſenſiſſe contrahentes. Huic au-
tem legi neutra illarum eſt contraria: ſiquidem lex iſta tractat
de ſingulari intereſſe, vt non excedat duplum communis in-
a tereſſe. Illæ autem duæ leges loquuntur ſuper commune ° in-
tereſſe,vt [totum] debeat præſtari,quod verum eſt. Et certè
præſtatur intereſſe circa rem tantum,vbi venditor nullo mo-
6 do tradit rem venditam. [Si verò † tradat rem venditam] ſed
vitioſam: tenetur ad intereſſe,etiam quod eſt extra rem: vt ff.
de actio empt.& ven.l.ſi ſterilis.§.cùm per venditorem. Item
in actione, quæ ex maleficio eſt, habetur ratio eius intereſſe
quod eſt extra rem,vt in lege Aquilia & condictione furtiua
& ſimilibus:vt ff.ad l. Aquil.l.proinde.& l.inde Neratius.&
de fur.l.inficiando.§.j.& de condi.fur.l.iij. & idem in actione
ad exhibendum: vt ff.ad exhibendum.l.ſi optione.& l. ſed &
ſi. Nedum autem commune, ſed etiam ſingulare intereſſe ve-
nit in actionem empti, quando venditor nullo modo tradit:
7 vt ff.de act.empt.l.j. Vbi † autem rem dari eſt in obligatione,
nunquam petitur intereſſe, niſi in contractibus innominatis:
vt notauimus ſ.de rerum permut.in ſumma.§.venit.ſed omni-
no quoquo modo oportet rem fieri eius,cui debetur: vt ff. de
verb.oblig.l.vbi autem non apparet,§.vlt.& hoc ſiue ex con-
tractu,ſiue ex quaſi contractu,vel ex delicto,vel quaſi delicto
rem dari ſit in obligatione, [ſed & ex eis rem tradi, vel inter-
eſſe, ſi in obligatione] eadem erunt ſeruanda, quæ ſuperiùs
diximus.Nec enim dicit lex iſta in omnibus contractibus,ſed
in omnibus caſibus.Quid ergo erit,ſi promiſi alieni rem dare,
quæ aliena erat, nec eam habere poſſum : quia ille cuius eſt
eam vendere non vult : quid hoc caſu dicendum erit? certum
eſt quod ad intereſſe agi non poterit. Reſpondeo agi poſſe ad
æſtimationem[vt ff.de leg.iij. non dubium.§. finali. & l. qui
concubinam.] & ff. de lega.ij. l. mortuo boue. §. ij. & final.
Quidam tamen dicere voluerunt,quòd ſtipulator tandiu de-
bet expectare, quandiu ille poſsit habere : ſed hoc non placet:
quia difficultas,ſiue impoſsibilitas promiſſoris non debet eſſe
impedimento ſtipulatori: vt ff. de verbo.obliga.l. continuus.
8 §. illud inſpiciendum. Si verò † ex incerto contractu petatur
intereſſe ſingulare,præſtabitur inſolidú omnino quantúcun-
que ſit:vt j ead.l.§.in alijs.Nec obſtat,quod ſubijcitur,& non
ex quibuſdam machinationibus,&c. Si enim diceret quis,mea
interfuit in centum : quia veriſimile eſt, quod ſi equum mihi
venditum habuiſſem, multa in bello per vires meas quæſiuiſ-
ſem, Conſul deſignatus eſſem propter res ſtrenuè geſtas: vel
ſimilia prætendit,quæ non ſunt curanda. Ex prædictis patet
9 diſtinguendum eſſe, † quòd vbi factum eſt in obligatione,
poteſt agi ad factum,vel ad intereſſe: vt ff.de verbo. obliga.l.
quoties.& ff.de re iudic.l.ſi quis ab alio. Et habet plerunque
actor electionem,ſicut & in ſtipulatione de opere demolien-
do,ſi apparuerit iniuria ædificatum:vt ff.de ope.no.nun.l.an-
tepenulti.& in cautione procuratoris actoris qui cauit de de-
fendendo:vt ff.de procur.l.ſed & hæ.§.vlti. Quandoque reus
habet electionem, vt in cautione procuratoris rei: vt ff. de
10 procu.l.mutus.§.vltimo.Vbi † autem ſpeciem tradi eſt in obli-
gatione,non poteſt preciſè reus compelli ad intereſſe.libera-
tur enim rem præſtando, ſed tamen ſiue agatur ad intereſſe
principaliter,ſiue agatur ad rem:& quia ea nó præſtatur,peti-
tur intereſſe,nec excedet duplum,vt dictum eſt. Licet quidam
dixerint in primo caſu(cú principaliter petitur intereſſe)quia
non traditur res totum intereſſe præſtandum licet excedat
duplum. In ſecundo autem caſu, cùm agitur ad rem, & quia
non præſtatur, petitur intereſſe : dixerunt quod intereſſe non
debeat excedere duplum. De pœna,ſicut & de intereſſe dubi-
11 tatur † vſquequo porrigatur. Et dicunt quidam vſque ad du-
plum,arg. huius legis ibi,cum ſciamus, &c. His obuiat quod
dicitur ſ.de ſpon.l.mulier. in fi.& ff.de cuſt.l.ſi dictum. Ha-
rum duarum legum argumentis quidam dixerunt vſque ad
quadruplum poſſe extendi,argu. Inſtitu.de act.§. omnes au-
tem. Alij enim diſtinxerunt, vtrùm ille, qui promittit ſciat ſe
non poſſe promittere vltra quadruplum,an non. Si ſciat, va-
let ex conſenſu eius:quia ſuo iuri renuntiare poteſt.l.ſi quis in
conſcribendo. C. de pact.ſed ſi ignorat,non valet vltra qua-
druplum.arg.ff. ſi quis cautio.l.ſed & ſi quis. §. vltimo. Ego
puto ad pœnam conuentionalem quantacúque ſit,poſſe agi.
Illud enim competens moderamen eſt,quod ſic inter eos con-
uenit.arg.Inſtit.de inuti.ſtipula.§.alteri. Non enim dicit ſpe-
ctandum quanta ſit pecunia : vt ſecundum hoc præſtaretur
tota,vel non præſtaretur.Sed quæ ſit quantitas,vt ea tota ſpe-
ctetur,quippe hæc nomina quis, & quæ non quantitatis, vel
qualitatis,ſed ſubſtantiæ ſunt,deſignatiua. Nec obſtat quod
dicitur in Inſti. de actio.§. omnes. quia ibi loquitur de pœna
legali,non conuentionali. Sed nec obſtat quòd dicitur ff. de
ſponſa.l.mulier.quia ibi ſpeciale eſt (ſicut & dicitur alias) ne
matrimonia adſtringantur vinculo pœnarum.vt ff de verbo.
obliga.Titia.j.reſponſ.[Sed quod dixi in conuentionali pœ-
na, verum eſt, niſi opponatur in fraudem vſurarum : vt ſ.de
vſuris.l.cùm allegas,&c.]

ANNOTATIO.

a Commune intereſſe.De hoc vide per Spec.in tit.de fruc. & intereſ.§.
commune multa per do.Bartho.Socio.in regu.cccIxxx.De ſingulari
autem intereſſe vide per do.Alexan.in l.in actionibus.ff. de in litem
iuran. multa de intereſſe per do.Bartho. Soci. in conſi.clvi. inci. pro
fundamento verſi.prætereà.in ii.volu.& in alijs quam pluribus verſi.
quæ vide per te.

Si à non competenti iudice iudicatum eſſe dicatur. *Rubrica.*

1 *Iudex ex quibus cauſis dicatur incompetens.*
2 *Pertinere ad rem aliquam quæ dicantur, vt iudex ad eam rem datus poſsit de illis cognoſcere.*

QVIBVS modis efficax, vel nulla dicatur ſenten-
tia à cópetenti iudice lata ſ.dictum eſt,ſequitur vt
videamus de ea, quæ nulla eſt : ideò quia à non
1 competenti iudice eſt prolata. Sciendum † igitur
eſt, quod iudex incompetens eſt (licet in eum conſenſerim)
pluribus modis:vel quia ipſe nullam iuriſdictionem habebat:
vt ſ.de iu.om.iudi. l.priuatorum conſenſus. & ff. de iudic.l. j.
Vel quia interuenit error in adeundo ipſum, vel compulſus
ſum in eum conſentire:vt ff.de iudi.l.ij.in princip. & de iuriſ-
ditione omnium iudic.l.ſi per errorem.& ſ.de epiſcopali au.l.
ſi quis. Item & incompetens eſt propter diuerſitatem rerum,
vt ſi datus eſt ad certam rem,& de alijs pronuntiauerit,quàm
2 quod ad eam rem pertinét:vt j.eo.l.j. Ad rem † illam videtur
pertinere,& quod poſt litem conteſtatam in eadem re accidit:
putà,damnum datur, fructus percipitur: vt ff. de ædil.edic. l.
ædiles.§.item ſciendum. Item epiſcopus excommunicare non
poteſt parochianum alterius,qui in ſua prouincia deliquit:vt
vj.quæſtio.iij.ca.placuit.ſicut notauimus ſ.vbi de crimine agi
oportet. Item & ad rem illam pertinet incidens quæſtio, vel
cauſa reconuentionis: vt ſ.de ori.iu.l.j. & ſ.de len. & interlo.
om.iud.l.penul.& auth.& conſequenter. Sed quid ſi delega-
tus ſit ſuper poſſeſsione, nunquid de proprietate poterit co-
gnoſcere? reſpondeo non : quia indignum videtur vt ratione
poſſeſsionis accedat & proprietatis cauſa: vt ſ.de ædil. edic.l.
iuſtiſsime.in princip.&c. Item ad alia extranea omnino con-

ſenſu

ſeuſu partium fieri poteſt prorogatio iuriſdictionis: vt ff. de
iudic. de quar. rer. §. j. Ex his ergò cauſis, vel ſimilibus, delega-
tus extendit officium ad alia: alioquin delegatus ſuper pro-
prietate, ſuper ea debet cognoſcere, & pronuntiare. Si autem
ea prætermiſſa, iudicet de poſſeſſione, non videtur, quod te-
neat ſententia: vt j. eod. l. penult. licet P. dixerit contrarium.

De pœna iudicis qui malè iudicauit, vel eius qui iudicem, vel aduerſarium corrumpere curauit. *Rubrica.*

1 *Iudicis malè iudicantis pœna qualis ſit, & qualis olim fuerit, numer. ſequenti.*
3 *Iudici pecuniam dans vt iudicet, vel etiam vt non iudicet, an poſsit repetere.*
4 *Iudex, qui per imperitiam iudicauit, quatenus teneatur.*
5 *Pater quatenus teneatur de peculio nomine filij, qui litē ſuam fecit iudicando per imperitiam.*
6 *Iudicem corrumpentis pœna qualis ſit.*
7 *Reus dans pecuniam actori vel accuſatori, vt vel deſiſtat, vel vt patiatur ſe ſuperari, an & qualiter puniatur.*

QVID iuris ſit vbi non competens iudex iudicat,
dictum eſt: videamus, quæ ſit pœna competentis
iudicis malè iudicantis: & eius qui ipſum, vel ad-
1 uerſarium corrumpere curauit. † Pœna autem iu-
dicis varia eſt ſecundum qualitatem delicti. Si enim iudex iu-
dicauerit dolo malo, videtur ex maleficio obligatus, vel actio
ne in factum, vel actione de dolo, & ad expenſas: & ad æſti-
mationem litis: & ita præſtat omne intereſſe ei, quē læſit. Item
fit infamis: vt j. eod. l. vlt. & ff. de iudi. l. ſi filius. Sed ſi pecunia
iudici eſt data, vel promiſſa: tunc dati triplum, promiſsi du-
plum à comite priuatorum exigitur, & iudex dignitatem vel
cingulum amittit, hoc in ciuili cauſa: in criminali enim, bonis
omnibus confiſcatis, mittetur in exilium: vt in authen. vt liti-
2 gantes iurent. §. qui verò accepit. & §. ſi autem. Sed † & iure
veteri iudex tenetur, lege Iulia Repetundarum, quæ pœnam
extraordinariam imponit: vt ff. ad legē Iuliam repetūdarum.
l. lex Iulia. §. hodie. Item & tenetur crimine falſi. quòd pœnam
deportationis, vel vltimi ſupplicij continet: vt ff. ad legem Cor
neliam de falſis. l. j. §. & qui iudicem. & §. vlt. & ff. de iudic. l. ſi
filiusfami. Item & tenetur crimine concuſsionis: vt ff. de con-
cuſsionibus. l. vlt. Item ciuiliter poteſt conueniri ex edicto de
calumniatoribus in quadruplum, ab eo quem debebat dam-
nare per pecuniam: vt ff. de calum. l. j. & l. iij. §. illud. Sed nun-
3 quid † ille, qui dedit pecuniam, poterit eam repetere à iudice?
& certè ſi dederit ei, vt malè iudicaret, non repetet: vt ff. de
cond. ob turp. cauſ. l. iij. Idémque puto, & ſi dederit ei vt non
iudicet. Si autem dederit ei ne malè iudicet: vel vt bene iudi-
cet, fortè locum habet repetitio, quia turpitudo eſt ex parte
iudicis tantùm. Si autem dederit ſimpliciter vt iudicet: dixe-
runt quidam dari repetitionem, ſed tamen litigator amittit
principalem cauſam: vt ff. de cond. ob turp. cau. l. ij. §. vlt. Sed
& eadem lege magis puto denegari repetitionem pecuniæ: ſi-
cut & vbi dedit vt pro ſe iudicaret. Fiſcus tamen fortè repe-
tet, qui ſucceſſor eſt eorum, quæ ſcelere quæſita ſunt: vt ff. de
4 iure fiſc. l. Lucius. Si verò † ſine dolo (hoc eſt quod dicitur
quod per imperitiam iudicauit iudex) tenetur ex quaſi male-
ficio actione in factum in quantū bonum & æquum religio-
ni iudicantis videbitur: vt ff. de extraord. cognitio. l. vlt. Siue
5 iudex erat paterfamil. ſiue filiusfam. Sed vbi † filiusfamil. eſt,
pater de peculio tenetur, non ſolito modo: ſed quatenus eſt in
peculio: cùm filius ſuam litem fecerit, vt ita ſint duo ſpecialia,
& quia datur hæc actio de peculio, licet ſit ex quaſi maleficio:
& quia non inſpicitur in ea tempus rei iudicandæ: vt ff. de iu-
dicijs. l. ſi filiusfamil. & de peculio. l. quæſitum. j. reſponſo. Nec
datur hæc actio in hæredem: niſi daretur ex maleficio, & ali-
6 quid ad hæredem perueniſſet. vt ff. de iud. l. Iulianus ait. † Pœ-
na autem litigatoris, qui iudicem corrupit, vel in ciuili vel in
criminali cauſa eſt: quia amittit actionem, & de crimine vi-
detur confiteri. Nam diffidentia iuſtæ ſententiæ ſpem nego-
tij repoſuit in corruptelam pecuniæ: vt infrà eodem. l. j. Item
& in ciuili cauſa dati triplum: promiſsi duplum à comite
priuatorum exigitur, & dignitatem amittit: & ſi cauſa erat
criminalis, in qua corrupit iudicem, bonis ſpoliatur, & in exi-
lium damnatur: vt ſuprà dictum eſt in iudice: & hoc eſt pro-
pter periurium: quia in ſacramento calumniæ hæc fit adie-
ctio, vt iuret ſe non dediſſe, vel promiſiſſe alicui pro cauſa pe-
cuniaria: niſi quibus diſponunt leges, parcitur tamen litiga-
tori, qui ſponte confitetur facinus ſuum: ſi perſonam decla-
rauerit cui dedit, vel promiſit, & eam conuicerit. Si autem
eam non potuit conuincere, & cauſa erat ciuilis, punitur à
comite rerum priuatarum in æſtimatione litis: & lis ſuſtinet
proprium euentum. In criminali autem cauſa, confiſcantur
omnia eius bona: & cauſa criminalis legitimè terminatur, &
qui non potuit conuinci, iuret ſe non accepiſſe, & ſic libera-
7 tur: vt in authen. vt litigan. iurent. §. ſi quis autem. Si † verò
detur principali perſonę pecunia: puta, reus dat actori, vel ac-
cuſatori, vt deſiſtat: quid obtineat in ciuili, vel criminali
cauſa, plenè diximus ſuprà de tranſactio. Si verò aduerſario
meo principali detur vt deſiſtat à cauſa, imò vt veniat ad
cauſam, & patiatur ſe ſuperari, omittendo rationes & de-
fenſiones ſibi competentes, dici poteſt, vt amittam cauſam:
vt ſic intelligatur quod dicitur infrà eodem. l. j. Vel etiam po-
teſt intelligi (ſicut & dixerunt omnes antiqui) cùm dedi ad-
uerſario, id eſt, aduerſarij procuratori, vel tutori, vel curato-
ri, vel aduocato, vt patiantur ſe ſuperari. Idémque & ſi dela-
torem nomine fiſci corrupei: vt ff. de iure fiſ. l. eius, qui. & l.
in fiſci. In his enim caſibus omnibus iuſsit imperator litem
perire: vt ff. de calum. l. j. Quòd communiter locum habet in
reo corrumpente procuratorem actoris, vel delatorem fiſci:
& in actore corrumpente procuratorem rei: & de eo tantum
loquitur lex j. huius tit. quæ de admittenda actione loqui-
tur. Item & contra me, qui corrupi, datur actio de dolo: niſi
paratus ſim ſubire iudicium ſub hac exceptione, ſi colluſum
eſt: vt ff. de dolo. l. eleganter. §. ſi dolo. Ibi tamen non dicit,
quòd data fuerit pecunia, & ideò tenuit ſententia: alioquin
ipſo iure eſſet nulla, ſicut in iudice corrupto: vt ff. ad Trebel.
l. ſeruo. §. cùm prætor. vel (quod verius eſt) aliud in iudice
corrupto: aliud in procuratore corrupto: quia ibi tenet ſenten
tia: ſed oportet eam reſcindi, & de crimine pronuntiari: vt ff.
de iure fiſ. l. eius. & ſuprà de aduoc. diuerſ. iudic. l. j.

Sententiam reſcindi non poſſe. *Rub.*

1 *Sententia rite lata quibus modis reſcindi poſsit.*
2 *Sententia an, & quando reſcindi poſsit occaſione omiſſæ exceptionis.*
3 *Sententiam reſcindi non poſſe occaſione reſcripti.*

MVLTA in ſententiæ prolatione ſicut diximus ſ.
ſunt cuſtodienda: quæ ſi diligenter fuerint obſer-
uata, vt in hac rub. continetur, ſententia reſcindi
non poterit, vel ab eo, qui iudicauit, vel à ſucceſ-
1 ſore eius: vt j. eod. l. j. niſi † ſolitis modis: vt per appellationem:
vt ff. ad Turpil. l. j. §. vlt. vel per in integrum reſtitutionem: vt
ff. de mino. l. in cauſæ. §. vlt. & l. præfecti. vel per ſupplicatio-
nem: vt diximus ſ. de ſent. præfect. præt. vel propter querelam
falſi: vt ff. de re iudic. l. diuus. & j. ſi ex fal. inſtru. l. j. & vlt. Oc-
2 caſione † autem omiſſæ exceptionis, non reſcinditur: vt j. l. pe-
nult. niſi in quibus caſibus licet opponere peremptoriam ex-
ceptionem poſt definitam ſententiam: ſicut notauimus ſ. de
3 iur. & facti ignor. & ſ. de probat. Item † non reſcinditur oc-
caſione reſcripti, imò qui impetrauit reſcriptum, vt reſcin-
deret ſententiam etiam à limine iudiciorum expellitur: vt in-
frà eod. l. vlt.

De fructibus, & litium expenſis. *Rub.*

1 *Fructus qui, quique præſtandi.*
2 *Expenſæ quæ à reo præſtandæ.*

QVONIAM in ſententiæ prolatione fructuum,
& expenſarum præſtandarum, vel non præſtan-
darum facienda eſt mentio: ideo de eis ſupponit.
Videndum ergo quæ ſit fructuum diuiſio, & qui
fructus debeant preſtari, à quibus, & quando. Quæ omnia
pleniſsimè comprehendi ſ. de rei vendi. Et ideo non eſt opus
1 hic repetere. † Hic tamen ſpecialiter dico illud, quod lite con
teſtata, fructuum ratio ſemper regulariter eſt habenda: & di-
citur fructus, qui ſupereſt deductis iuſtis ſumptibus. Item præ
ſtantur fructus percepti, & percipiendi. Hæredis quoque ſuc-
cedentis in vitium par eſt habenda fortuna: vt j. eod. l. j. & ij.
Item lata ſententia intra quadrimeſtre tempus, de fructibus
tantùm perceptis, & non de percipiendis tenetur poſſeſſor: ni-
ſi ante litem cœptam fuerit in mora: tunc enim tenetur de per-
2 cipiendis: vt ff. de vſu. l. in fideicommiſsi. † Sequitur videre de
litium expenſis, quæ dicãtur litium expenſæ, quibus, & à qui-
bus ſint præſtandæ, & quando earum præſtatio fiat per iudi-
cem, quod plenè notauimus ſ. de ſportul. hoc addito, quod
olim non damnabatur quis ſuo aduerſario in expenſis, niſi te-
merè vocaſſet eum in ius: vt ff. de iudic. l. eum quem temerè.
Hodie autem regulare eſt, vt victus victori damnetur in ex-
a penſis [a] l. properandum. C. de iudi. niſi in caſibus vt notauimus
ſuprà de iudiciis.

ANNOTATIO.

a Damnetur in expenſis. Ad hoc vide Bart. in l. qui ſolidum. §. etiam. de leg. ij. & in l. properandum. §. ſin autem. ſupra de iudi. Bald. in authen. generaliter. C. de epiſco. & cleric. domi. Alex. de imol. in l. iuris. C. qui admit. domi. Barth. Soci. in regu. cclxxiij. & Alexandrum in conſilio cxxij. in ſecundo volumine.

De re iudicata.[a] *Rubrica.*

1 *Res iudicata quid ſit, & quando dicatur.*
2 *Rei iudicatæ authoritas quanta ſit inter eos, inter quos iudicatum eſt. & nu. 6.*
3 *Sententia aliquando non paretur propter æquitatem caſus alicuius ſuperuenientis.*
4 *Res iudicata an poſſit retractari prætextu computationis vel calculi.*
5 *Sententia an, & quando reſcindi poſsit prætextu nouorum inſtrumentorum.*
7 *Sententiam, per quam reus abſoluitur, non tollere ipſo iure actori actionem.*

SVPEREST vt videamus, quando dicatur res
1 iudicata. & quanta ſit eius authoritas. † Eſt au-
tem res iudicata, quæ finem controuerſiarum pro
nuntiatione iudicis accipit, quod vel condemna-
tione, vel abſolutione contingit: vt ff. eod. l. j. Sed aduertunt
quidam, ſi nullo remedio poſsit retractari ſententia: arg. ff. de
condi. indeb. l. eleganter. §. ſi poſt. Sed certè quod ibi dicitur,
non obtinet: niſi quantum ad inhibendam tranſactionem ſu-
per re iudicata. Alioquin contrarium eſt j. de appellat. l. litiga-
toribus. Item & in prædicta l. eleganter. de condi. indeb. inhi-
bet tranſactionem, cùm dubium non eſt an ſit iudicatum. Sed
ſi dubium eſt, nunquid aliquis ſani capitis dicet, ideo minus
2 obtinere in rerum natura rem iudicatam eſſe? † Eſt autem au-
thoritas rei iudicatæ maxima inter eos, inter quos lata eſt:
quia cùm non ſit appellatum, ſtandum eſt ei omnino, id eſt, pa
rendum. Sed & ſi appellatum ſit, præſumatur tamen condem-
nati voluntas, quòd velit ſententiæ parere: ſtandum eſt ei: vt j.
3 eod. l. j in princip. & l. ad ſolutionem. In caſibus † tamen rece-
ditur à ſententia, propter æquitatem ſuperuenientis caſus.
Quid enim ſi commodatarius, vel fullo, commodati, vel loca-
ti actione conuenti: quia ſua culpa amiſerunt res ſibi commiſ-
ſas, & ideo damnati ſunt in æſtimationem rerum, deinde res
amiſſæ peruenerunt in poteſtate dominorum? certè agetur
contraria commodati, vel actione ex conducto, vel vt reſti-
tuatur æſtimatio, vel præſtetur res: vt ff. de condit. ſine cauſa. l.
ij. & ff. commod. l. in commodat. §. vlt. vel ſi commodatarius,
vel conductor nondum preſtitit, habebit exceptionem ſi con-
4 ueniatur ex ſententia: vt j. eod. l. j. §. ſed ſi probare. † Item eſt
authoritas rei iudicatæ maxima, vt non reſcindatur prætextu
computationis: vel calculi: vt infrà eod. l. ij. niſi error calculi
exprimatur in ſententia: vt ſi iudex ita pronuntiauerit, cùm
conſtet Titium Seio ex illa ſpecie quinquaginta, item ex illa
ſpecie xxv. debere: idcirco Titium Seio in centum condemno:
5 vt ff. quæ ſententia ſine appel. l. j. † Item non reſcinditur res iu-
dicata pretextu bonorum inſtrumentorum: vt j. eo. l. ſub ſpe-
cie. In negotio tamen publico ex cauſa permittitur huiuſmo-
di inſtrumentis vti intra triennium: & poſt id tempus quan-
doque ſi preuaricatio arguatur, vel manifeſta fraus probetur:
vt j. de ſentent. aduerſus fiſcum la. l. vnic. Sed non reſcinditur
res iudicata morte cognitoris. Item geſta quæ translata ſunt
in publica monumenta, non ideo minus habent firmitatem.
6 vt j. eod. l. vlti. Eſt † & authoritas rei iudicatæ magna, quia
ex ea indulgetur actori actio rei iudicatæ, vel in factum: vt ff.
7 de re iud. l. inter. §. vlti. & ſ. de re. cred. l. actori. † Succumben-
ti autem actori, id eſt, abſoluto reo, non ipſo iure tollitur a-
ctio: quia poſtea ſolutum non repetitur. vt ff. de condi. indeb.
l. Iulianus. quod eſt mirabile, quia fortius tolli debet actio,
quàm dari. vt ff. de actio. & obligat. l. Arrianus. Sed fortè eſt
ideo, quia actori alio modo non potuit lex ſubuenire, niſi in-
dulgendo actionem: reo autem bene potuit ſubuenire, & ſi
ipſo iure non extinguatur actio, vel obligatio, hoc eſt, per re-
medium exceptionis. [vt arg. ff. de eo per quem factum erit. l.
j. §. ſi rem. & ff. vt in poſſ. le. l. ij. §. debitori.] Inter alios autem
regulariter non eſt aliqua authoritas rei iudicatæ, ſed in caſi-
bus præiudicat aliis. vt dicemus j. quib. res iudica. non nocet.

De executione rei iudicatæ. *Rubrica.*

1 *Sententia quando mandetur executioni.*
2 *Executio rei iudicatæ à quibus fiat.*
3 *Executio per quos, ſeu quorum miniſterio fieri debeat, atque ibi quis dicatur executor.*
4 *Executio ſententiæ in quibus rebus fieri debeat, & quo ordine.*
5 *Executione ſententiæ facta in certis rebus ſi moueatur de eiſdem rebus controuerſia ab alio, quæ ſint partes iudicis.*
6 *Sententia intra quantum tempus mandanda ſit executioni, & an, & quando poſsit iudex tempus illud prorogare. vel arctare.*
7 *Pignori capta in exequẽdo rem iudicatam, poſt quantum tempus vendi debeant.*
8 *Executio ſententiæ latæ in rei vendicatione quando fiat.*

QVONIAM parum eſſet ſententiam ferri, niſi
a & lata mandaretur executioni: [a] ideo ponit de
executione rei iudicatæ. Videndum ergo quando
debeat ſententia mandari executioni, à quibus,
1 & per quos, in quibus rebus, & poſt quod tempus. † Manda
tur autem executioni ſententia, quando obſeruato ordine iu
diciario, & cauſa cognita, conuicto debitore, vel confeſſo, la-
ta eſt ſententia ab eo, qui habebat poteſtatem iudicandi, hoc
eſt à iudice competenti: non ab officialibus, vel executoribus
eius: niſi ipſi tanquam arbitri, & re vrgente, in rebus vilibus
fuerint delegati. vt j. eod. l. j. & l. ſi vt proponis. & l. vlti. & ff.
de re iudi. l. ſi eum nulla. & ff. de iud. l. vlt. Hæc ita ſunt, niſi la-
ta ſententia legitimè fuerit poſtea cauſa iudicati nouata: tunc
enim ceſſat ordo executionis. Cæterùm ſi non nouandi ani-
mo & cauſa, pignora vel fideiuſſores accepti ſunt, non ceſſa-
bit executio: quippe cùm acceſſerit aliquid rei iudicatæ non
eſt à re iudicata receſſum. vt ff. de re iudic. l. ſi ſe. §. ſi ex conuen
2 tione. & j. eod. l. ſi cauſam. † Fit executio ab ordinariis iudici-
bus, ſiue ipſi iudicauerint, ſiue delegati ab eis, ſiue etiam arbi-
tri compromiſſarij confirmata ſententia voluntate partium
expreſſim vel tacitè, cùm nulla pœna vallatum ſit arbitrium.
Et fit executio in prouincia per præſides: Romæ autem per
magiſtratus populi Romani. Item & Romæ lata ſententia,
mandatur executioni in prouincia, & è conuerſo. ſ. facta rela-
tione ad eum iudicem, in cuius territorio ſit res, de quibus la-
ta eſt ſententia: vt ff. de re iudicata. l. à diuo Pio. primo reſpon.
& . ſententiam. & ſuprà de arbitr. l. penultim. & de iudic. l.

prop

properandum.§.ſin autem reus. Per executores fieri debet exe
3 cutio. † Eſt autem executor qui poſt ſententiam inter partes,
audita omni & diſcuſſa lite prolatum, iudicatæ rei vigorem
4 ad effectum videtur adducere: vt infrà eod.l.pen. † Debet fieri executio in rebus condemnati: ita tamen vt ſtipendia non
capiantur pignori: donec aliis rationibus poſsit rei iudicatæ
ſatisfieri: vt j.eo.l.ſtipendia. Sed & in rebus aliis habetur diſcretio. Primò enim capiuntur mobilia. Secundò immobilia.
Tertiò peruenitur ad nomina, ſiue iura: vt tamen confeſsi debitoris & non diffitētis nomē pignori capiant: vt ff.de re iudi.
l.à diuo.§.in venditione. & §.vlt.& penult.& §.ſed vtrum. Si
5 verò † ſuper rebus corporalibus captis fiat controuerſia ab
alio, iudex qui exequitur ſentētiam debet ſummatim de proprietate rei cognoſcere: & ſi viderit rem eſſe condemnati, exequetur ſententiam: alioquin dimittet eam: vt tamen hæc ſententia non faciat præiudicium debitori, ſi res dimittatur: vel
aliis, ſi res capiatur. Sic euenit, vt omnibus integris tantū vſucapioni inchoandæ res iudicata proficiat. Poteſt & illud dici,
quòd vbi controuerſia eſt de pignore id dimittatur, & aliud
capiatur, ſi quod eſt ſine controuerſia: vt ff.de re iudi. l.à diuo.
6 §.ſi ſuper rebus. † Mandatur executioni ſententia regulariter
poſt quatuor menſes. Quandoque tamen iudex arctat prædictum ſpatium: quandoque prorogat pro cauſæ qualitate,
& quantitate, vel perſonarum obſequio, vel contumacia: ſed
perrarò intra ſtatutum tempus ſententiam exequitur: veluti
ſi alimenta conſtituantur, vel minori xxv. annis ſubueniatur:
vt ff.de re iudi.l.ij. Prorogatio ergo temporis fieri poteſt plerunque, abbreuiatio autem fit perrarò.id eſt, in caſibus prædictis, vel ſimilibus. Si ergo non in caſibus illis fiat abbreuiatio, ſuppletur condemnato tempus per legem, quod ſententia
7 ſibi diminuit: vt ff.de re iudic.l.iiij.§.ſi quis. † Quæret aliquis,
quando rerum pignori captarum fiat vēditio? Et reſpondent
quidam fieri poſt quatuor menſes: ſicut & olim fiebat poſt
duos: vt ff.de re iudic. l.debitoribus. §.vlt. quod ſatis dici poteſt, cùm pignus vendatur ex definitiua ſententia. Nam ſi venderetur ex interlocutoria, fortè expectaretur per annum: vt j.
de præſcript.xxx.ann.l.ſi quis.§.vlt. Vel per biennium: vt in
conuentionali pignore fit: vt infrà de iure dominij impe.l.vlt.
Vel fortè definitum eſt tempus in Græca conſtitutione: vt innuitur infrà de bon.autho.iudic.poſ.l.vlt. Vel fortè iudex definiet tempus: ſicut recurritur ad eius arbitriū in his, quæ non
definita ſunt per legem: vt ff.de iure delib.l.j.§.vlt. Hoc verum
8 in † ſimplici perſonali actione: nam in rei vendicatione, vel
reali, fit executio ſententiæ ſtatim, ſi res ſtatim reſtitui poteſt.
Alioquin datur tempus ad reſtitutionē, & ſatiſdatur de præſtanda æſtimatione, ſi non reſtituatur res: vt Inſtit.de offi.iud.
§.& ſi in rem actum ſit. Nec obſtat, quod legitur ff. de vſur.l.
in fideicommiſsi. quia ibi agebatur actione ex teſtamento,
non rei vendicatione. Nec obſtat quod legitur ff.quod metus
cauſa.l.ſi cum exceptione.§.quòd ſi homo.quia ibi agebatur
actione, quod metus cauſa, quæ perſonalis eſt: vt not.ſ.quod
metus cauſa.

ANNOTATIO.

Executioni. Sententiæ effectus, eſt ea exequi, quæ iudicata ſunt.ii.q.j.
ſicut xxv.q.ix.omnibus. Sententia igitur eſt executioni mandata, niſi
probetur exceptio ſtatim.c.literas, de reſtit.ſpol. l.fin.C.de compenſ.
Similiter niſi obiiciatur quæſtio falſi.C.ſi ex falſ.inſtru.l.ſi.Item, niſi
ius alterius lædatur.extrà eod.titu.cum ſuper de teſtib.venient. Sententia tamen lata per falſos teſtes falſáve inſtrumenta tenet, donec
oſtendatur contrarium ff.de re iudic.l.diuus. Sed falſitate comperta,
nullius erit momenti.c.accepimus.de fide inſtrumen. Sed reuocari poterit ſententia vſque ad quadriennium, vel per officium iudicis vſque
ad triginta annos: vel ſi criminaliter agatur, vſque ad xx. annos. C.de
falſ.l.quærela.c.cum venerabilis.extra de excep.c.licet.extra de probat. Debet tamen executio differri, ſi per eam alicui præiudicium generetur.extra eod.cum ſuper. Martinus.

De vſuris rei iudicatæ. *Rubrica.*

1 *Condemnati ad ſolutionem certa pecunia ſi non ſoluant, qua pœna afficiantur.& num.4.*
2 *Vſuræ ex quo tempore currant aduerſus condemnatos non ſoluentes.*
3 *Vſuræ quare non currant aduerſus condemnatos intra quatuor menſes a tempore latæ ſententiæ.*

QVONIAM ſæpe contingit pecuniam in ſen-
1 tentia deductam, elapſo † legitimo tempore, non
ſolui: videamus quæ pœna, & quando imponatur non ſoluentibus. Et quidem pœnæ loco ſtatutum eſt vt maximis vſuris ſubiiciantur, id eſt, centeſimis,
2 quæ † currere incipiunt, demum poſt quatuor menſes à tempore ſententiæ computandos: ſi non fuerit appellatum: aut ſi
appelletur, currunt à die confirmationis primæ ſententiæ: vt
infrà eo.l.j.& l.eos. Interim autem, id eſt, in quadrimeſtri tempore nulla omnino currit vſura: etiam ſi prius currebat: ſed
nec interim conuenitur fideiuſſor, ſicut nec principalis debitor: alioquin per mediam perſonam fideiuſſoris compelleretur
3 reus ſatisfacere. Et caue † tibi: quia non dico interim ceſſare vſuram: quia prior actio iure nouationis ſit extincta: licet
hoc dicāt quidam, arg.eius quod dicitur j.eo.l.vlt.ibi, ſi enim
nouatur, &c. Sed eſt alia ratio: quia expectantur maiores vſuræ poſt quadrimeſtre tempus. Item quia lex ex humanitate
voluit ſubuenire damnatis: vt ff.de compenſ. l.ſi cum militi.§.
j. Item quia noua quędam forma veteri actioni tribuitur: perpetuatur enim in xl.an.& fit tranſitoria in hęredes: tamen adhuc durat actio prima poſt ſentētiam.ff.de pig.l.grege.§.etiā.
& de fideiuſ. l.fideiuſſor. & l.græcè.§.& poſt.& §.an ergo.&
4 de iu.l.argentariū.§.nominę. Prædictæ † autē vſuræ centeſimæ
de ſorte tantum præſtādæ ſunt, non de prima vſura: etiam ſi in
condemnatione ſit deducta: vt j.eod.l.vlt. aliàs non inuenitur
vſura legitima centeſima: niſi in caſibus: vt diximus ſ.de vſur.

Si plures vna ſententia ſint condemnati. *Rubrica.*

1 *Sententia in plures pro partibus exequenda.*
2 *Damnatum vno, reliquo abſolui.*

INQVANTVM debeat ſententia mandari
executioni, vbi vnus tantum eſt condemnatus,
non eſt dubium: vt ſuprà diximus. Si verò plures
vna ſententia condemnantur, dubitari poteſt: ſed
1 ſciendum eſt eos † pro parte debere ſoluere, & exigi, & contra
eos ſententiam mandari pro parte virili executioni: ſiue pro
parte tenebantur, ſiue etiam inſolidum: quod eſt mirabile:
quia ſententia contra aliquem lata non deberet ei parere exceptionem: vt ff.de excep.rei iudic.l.euidenter. Sed certè hoc
2 eſt ideo, † quia in reliqua parte per iudicem tacitè abſolutus
videtur: & ideo ſententia pro eo tacitè lata, prodeſt ei: non ea,
quæ expreſsè contra eum lata eſt.

Quibus res iudicata non nocet. *Rub.*

1 *Sententiam inter alios latam in ciuili vel criminali cauſa aliis non nocere in eodem negotio vel ſimili: & an id ſit perpetuum.num.3.& 4.& 6 & 9.& 11.*
2 *Agi non poſſe alieno nomine in cauſa criminali, & an id ſit perpetuum.*
5 *Sententia lata contra debitorem an, & quando præiudicet creditori reſpectu pignoris ſibi obligati.*
7 *Abſolutus in cauſa criminis an, & quando poſſit ab alio accuſari de eodem crimine.*
8 *Sententiam abſolutoriam latam pro reo adulterij poſtulato proficere etiam adulteræ.*
10 *Sententia quibus caſibus proſit aliis quàm ei, pro quo lata eſt.*

DICTVM eſt ſuprà quibus noceat ſententia, &
contra quem mandatur executioni, modò videa-
1 mus quibus non noceat. † Et quidem regulariter traditur in ciuili, & in criminali cauſa ſententiam inter alios latam aliis non nocere, vel in eodem negotio,
vel ſimili: ſiue hi, qui experti ſunt ciuiliter ſuo nomine con-

tendebant, ſiue etiam noſtro: ſed tamen non præcedente, vel
ſequente voluntate noſtra: etiamſi tales erant quibus liceat
agere ſine mandato: vt infrà eodem. l. j. & ij. & iij. & iiij. & ff.
de procu. l. ſed & hæ perſonæ. primo reſponſo. & ff. iud. ſolui.
l. iij. §. j. Sed & in criminali cauſa hoc idem ſtatuitur, ſi fuerit
2 inter alios eorum nomine acta: alieno † enim nomine non po-
teſt agi: vt ff. de pub. iudic. l. pe. §. j. niſi in caſu, id eſt, in crimi-
ne iniuriarum: cùm illuſtris eo crimine accoſatur, vel ipſe
3 alium accuſat: vt infrà, de iniur. l. vlti. Sed † licet (vt dictum
eſt) non noceat ad amiſſionem cauſæ ciuilis: nocet tamen
quantum ad qualequale præiudicium. vnde & cohæredi licet
appellare damnato cohærede: vt ff. de appel. l. à ſententia.
4 Amplius, & quandoque † licet omnino in ciuili cauſa lata
ſententia, vt ſi is cui primum actio, vel defenſio competit, ſe-
quentem agere patiatur: veluti, ſi debitor experiri paſſus ſit
creditorem de proprietate pignoris, aut maritus ſocerum,
vel vxorem de proprietate rei in dotem acceptę, aut poſſeſſor,
idémque emptor venditorem de proprietate rei emptæ, vel
emphyteuta proprietarium. Et dici poteſt quòd verbum, ex-
periri, propriè ponatur in perſona creditoris, & debitoris,
cùm vni rei vendicatio, & alteri hypothecaria competat: at
in ſocero, & in vxore, & venditore ponitur experiri, pro de-
fendere, cùm eis non detur actio: vt ſuprà, de rei vendi. l. doce
ancillam. & probatur ex ſequenti litera ff. de re iudi. l. ſæpe. §.
cur autem. Sic & è contrario defendere ponitur quandoque
pro agere: vt ſuprà, de teſtibus. l. prima. & ff. de alie. iu. mu.
cau. l. penulti. vel etiam ſi in omnibus prædictis perſonis ex-
periri ponitur propriè, poteſt bene admitti. Nam & ſi agere
non potuerint, præiudicat tamen mihi lata ſententia contra
eos: quia ego potui prohibere eos quominus agant: & quia
ex voluntate mea iudicatum videtur de iure quod habui ex
perſona agentis. at vnus hæres non poteſt prohibere cohæ-
redem quominus agat, vel conueniatur pro hæreditaria por-
tione: & multominus prohibere poſſet extraneum, quominus
ageret, vel conueniretur ex perſona ſua: vt in ead. l. ſæpe. §. cur
5 autem. † Lata autem ſententia contra debitorem præiudicat
creditori in pignore ſibi obligato, ſi lata eſt antequam credi-
tori pignus obligaretur. Si autem lata eſt poſtea, aut lata eſt,
ignorante creditore, aut ſciente. ſi ignorante, non præiudicat:
ſecus ſi ſciente, vt ff. de excep. rei iu. l. ſi mater. §. vlti. & de pig.
6 ſi ſuperatus. † Item & nocet aliis ſententia in ciuili cauſa,
vbicunque fit ius ex ea: vt in quærela inofficioſi teſtamenti,
& in cauſa filiationis: vt ff. de inoffic. teſta. l. Papinianus. §. ſi
ex cauſa. & de liberis agnoſcend. l. j. §. vltimo. & l. ij. & iij. in
princip. Item in cauſa ingenuitatis, niſi detecta fuerit collu-
ſio, vt diximus ſuprà de libe. cauſa. & de colluſione detegen-
7 da. Sed † & in criminali cauſa ad aliquid nocet res iudicata
inter alios. Si enim de aliquo crimine es à Titio accuſatus, &
abſolutus, non poteris de eo crimine ab alio accuſari: niſi iſte
nouus accuſator doceat de præuaricatione primi accuſatoris:
vt ff. de præuarica. l. præuaricationis. Et idem in populari
actione, ſi bona fide agente actore, reus eſt abſolutus, non con
uenitur ab alio poſtea: vt ff. de iureiurando. l. eum, qui. §. in
8 popularibus. Item † ſpeciale eſt in crimine adulterij, vt ab-
ſoluto reo adultero, proficiat res iudicata adulterę. Sed è con-
9 uerſo † generale eſt in omni crimine quod aliquo condem-
nato de crimine quocunque, non præiudicat alij ea ſententia:
vt ff. ad leg. Iuli. de adulte. l. denuntiaſſe. §. quæritur. Item
10 † & illud notabile eſt, quòd vnius ex appellatoribus vi-
ctoria prodeſt, aliis quandoque: vt infrà, ſi vnus ex pluribus
appella. l. prima. & ſecunda. Item & in ſeruitutibus prædia-
libus vno dominorum communis prædij, cui ſeruitus de-
betur vincente in cauſa ſeruitutis, res iudicata proficit alij
domino. ff. ſi ſeruitus vendi. l. loci. §. ſi fundus. Item &
reſciſſo teſtamento per quærelam extraneo agente, profi-
cit aliis victoria: vt ff. de inofficioſ. teſtament. l. poſthu-
11 mus. §. ſi quis. Aliter autem † non nocet res iudicata in-
ter alios: niſi illi alij fingantur idem nobiſcum: puta, ſi eis
ſucceſſimus ſingulari, vel vniuerſali titulo: vel ſi quid ſimile
interuenit: vt ff. de exception. rei iudica. l. ſi à re. §. vltimo.
& l. & an eadem. primo reſponſo. & l. exceptio rei iudicatæ
nocebit.

Comminationes, epiſtolas, programmata, ſubſcriptiones, rei iudicatæ authoritatem non habere. *Rubrica.*

1 *Iudicis epiſtolam ius non facere.*
2 *Comminatio quando, an non, operetur.*
3 *Programma quid.*
4 *Comminatio cur ius non faciat.*

VIDIMVS quando ſtatutum iudicis aliis non
noceat. Videamus, quando non noceat illis eiſ-
1 dem contra quos prolatum eſt. † Sciendum eſt
igitur effectum non habere ſententiæ, quod per
epiſtolam præſes iuſsit aliquam pecuniam ſoluere: vt j. eod. l.
ij. Item ſubſcriptio ſententiam, cauſa cognita, latam non reuo-
cat, vel reſcindit: vt ff. de re iudi. l. quod iuſsit. & j. eodem. l. ea,
quæ & iudex. l. Item præſidis interlocutio apud acta ſigna-
2 ta de duplo, † vel quadruplo præſtando: niſi debitor ſatiſ-
faciat: voluntas eſt potius comminantis, quàm ſententia iu-
dicantis. Nec enim vox omnis iudicis iudicati continet au-
thoritatem: vt j. eod. l. interlocutio. & ſuprà de ſenten. & in-
ter. l. ex ſtipulatione. In vſuris tamen comminatio operatur
vt debeantur pupillis à tutoribus: vt ff. de adminiſtratione
tutorum. l. tutor, qui. §. ſi deponi. Item programma non habet
3 vim rei iudicatæ: vt j. eodem. l. programma. † Eſt autem pro-
gramma procedens ſcriptura vt dicunt, id eſt, quæ per plures
prouincias, vel loca deſtinatur: & ſecundum hoc caderet in
nomine epiſtolæ deſtinatæ prouinciis, vel ciuitatibus. vel dic
eſſe programma ſcripturam publicè propoſitam. Prædicta
4 enim ideo † ſtatuuntur: quia cauſa cognita præſentibus par-
tibus congruo loco, & magno conflictu ſententia in ſcriptis
eſt ferenda: vt s. de ſenten. & interlocu. l. cùm ſententia. & s. de
ſentent. ex breuic. l. hac. & j. quomodo, & quando iudic. l. ea,
quæ. & ideo paucis literis temere deſcriptis prædicta expli-
cari nequeunt: vt j. eod. l. vlti.

Si ex falſis inſtrumentis, vel teſtimoniis iudicatum ſit. *Rubrica.*

1 *Sententia lata ob falſa inſtrumenta quomodo retractetur.*
2 *Sententia an poſsit retractari eo prætextu, quòd ex falſis te-
ſtimoniis lata ſit.*

DICTVM eſt qualiter deficit vigor ſententiæ,
vel ſtatuti à iudice, etiam inter eos, inter quos eſt
prolatum, ratione non adhibitæ ſolennitatis: nunc
videndum eſt, qualiter deficiat etiam adhibita ſo-
1 lemnitate: quod contingit propter falſa inſtrumenta. † Eſt
autem ſciendum, quòd ſi iudex tulerit ſententiam ob falſa in-
ſtrumenta, retractari poteſt ſententia per beneficium in inte-
grum reſtitutionis, licet non ſit appellatum, vt infrà eodem,
l. j. & ij. imo & ſoluti datur repetitio: vt j. eod. l. vltim. Diſtin
gue tamen, vtrum in prima cauſa mota fuerit quæſtio falſi, vt
tunc ſit opus appellare: [vt ſuprà, de fide inſtrumen. l. vlti. an
non, vt tunc non ſit opus appellare.] Quid ergo ſi plures fue-
rint adhibitæ, vel adhibendæ probationes: quædam teſtium,
quædam inſtrumentorum veracium, quædam falſorum, nun-
quid reſcindetur ſententia ob hoc, quòd vnum inſtrumentum
probatur falſum? Reſpondeo quod non, niſi probetur, quòd
iudex ob id inſtrumentum quod credebatur verum, dederit
ſententiam: vt innuitur: vt infrà eodem. l. j. & ij. Et idem dici-
2 tur in atteſtationibus: vt infrà eod. l. falſam. Si † autem falſa
fuerint teſtimonia, id eſt, ea quæ dicta ſunt à teſtibus, ait Pla-
centinus, non reſcindi ſententiam, niſi pecunia corrupti fue-
rint: argumen. eius quod eſt ff. de re iudicata. l. diuus. Ego pu-
to idem in teſtibus, quod in inſtrumẽtis: vt ſiue interueniat pe
cunia, ſiue non retractetur ſententia. Eſt enim eadem vis in-
ſtrumentorum & teſtium: vt ſuprà de fide inſtrumentorum. l.
in exercendis. Et teſtes inſtrumenta dicuntur: vt ff. de fid. in-
ſtrumentorum. l. j. Præterea rubrica generalis eſt in teſtimo-
nijs

niis, & inſtrumentis. Item pro hoc eſt, quod dicitur, tutorem
excuſatum falſa excuſatione non liberari ab onere tutelæ: vt
ſ. ſi tut. vel cura. ex fal. alleg. excu. ſit. l. j. Et eſt ſciendum in his
a quòd etiam propter falſa inſtrumenta, [a] vel teſtimonia: lata
ſententia tenet quidem mero iure: ſed retractatur per in inte-
grum reſtitutionem: vt ff. de re iudic. l. diuus. Eſt tamen pu-
pillorum fauor, vt ipſo iure nulla ſententia ſit, quantum ad
præiudicium minoris: vt ſuprà ſi tut. vel cura. ex fal. alleg. ex-
cu. ſit. l. j. & ij.

ANNOTATIO.

a Propter falſa inſtrumenta. Vide ad hoc Bart. in l. admonendi. de iure-
iuran. Bald. in marga. verſi. ſententia. in iii. col. Bar. in l. nam & poſtea.
§. ſi minor. verſic. contra hoc oppo. ff. de iureiuran. doct. in l. fin. C. ſi ex
fal. inſtru. Bald. & doct. in l. i. v. oppo. C. de cond. indeb. & do. Alex. de
Imo. in l. diuus. de re iud. vbi habes totam materiã huius breuis tituli.

De confeſsis. *Rubrica.*

1 *Interrogationes in iure quando locum habeant, & in quibus caſibus.*
2 *Confeſſus quando habeatur pro iudicato. & num. 4. & 7. & 9. & 11. & 15.*
3 *Confeſsio facta extra iudicium an probet.*
5 *Confeſsio iuri vel naturæ contraria an præiudicet confitenti.*
6 *Confitens factum cuius nomine non eſt cum alio actio, an ſibi præiudicet.*
7 *Confeſsio facta in iudicio abſente aduerſario an præiudicet confitenti.*
8 *Confeſsio tutoris, vel curatoris, vel procuratoris an præiudicet domino.*
9 *Confeſsio errantis in facto an ei præiudicet.*
10 *Confeſſus in iure ante litem conteſtatam in præiudicium ſuum an, & quando poſsit per pœnitentiam reuocare confeſsionem ſuam.*
12 *Confeſſus an ita habeatur pro iudicato, vt non ſit neceſſe, ſententia iudicis ipſum condemnari. & num. ſeq.*
13 *Confeſſus quando habeatur pro iudicato in cauſa criminali.*
16 *Confeſſus cenſeatúrne is, qui interrogatus per iudicem nihil reſpondet. vel obſcurè reſpondet.*

DEVERE condemnatis dictum eſt. Sequitur vt
videamus de quaſi condemnatis, id eſt, de confeſ-
ſis. Videndum ergo quando locum habeat iſte ti-
tulus, & quando alicui præiudicetur ex confeſ-
ſione ſua. Habet autem locum iſta rub. poſt litem conteſta-
tam Sed edictum de interrogatoriis actionibus locum habet
1 ante litis conteſt. tantum. Vnde † ex eo edicto fiunt interro-
gationes ante litis conteſta. principalis cauſæ: ſed tamen ex-
poſito libello ſuper eam in caſibus xj. hoc eſt, cùm quæritur
an aliquis ſit hæres, vel pro qua parte ſit hæres, vel qualiter ſit
hæres: vt ff. de inter. act. l. ſi defenſor. §. illud. Item cùm quæri-
tur an quis ſeruum noxium poſsideat: vt ff. de inter. act. l. qui
interrogatur. Item cum quæritur, an poſsideat ædes, quarum
nomine petitur cautio damni infecti, & pro qua parte poſsi-
deat: vt ff. de interro. act. l. non alienum. & l. qui ſeruum. §. vlt.
Item cum quæritur an eius ſit quadrupes, vel vtrum penes ſe
habeat peculium, vel an ſit maior [vel minor:] vt ff. de inter.
act. l. ſi quis in iure. & l. ſi defenſor. §. vlti. & l. de ætate. j. reſp.
Item in reali actione cùm quæritur, an quis poſsideat, & pro
qua parte, & in genere, vbicunque æquitas mouerit iudicem:
vt ff. de interro. act. l. qui ſeruum. §. vlt. & l. pen. Et fiunt etiam
in illis caſibus interrogationes in iure, id eſt, apud iudicem: li-
cet in itinere, vel in domo hoc agatur, non obſeruato etiam
loco, in quo definitiua ſententia ſolet ferri: quia res iſta non
exigit plenam cognitionem: vt ff. de inter. act. l. voluit. §. quòd
ait. & l. ſi defenſor §. illud. alioquin contrarium eſſet: vt ff. de
iuſti. & iure. l. pen. Titulus autem iſte locum habet poſt litem
conteſtatam: & hoc eſt, vt huius rubricæ ſententiam breuiter
2 comprehendamus ſub regula. † Eſt autem regula talis. Con-
feſſus in iure contra ſe, quòd ius & natura non reſpuit, vel
certam ſpeciem, vel quantitatem ſe debere, vel factum, cuius
nomine cum alio poſsit eſſe actio, vel rem eſſe meam, pro iu-
dicato habetur. Et notandum eſt, quòd ſingula verba regulæ
in ſe pondus habent: nam ideo dictum eſt de confeſſo in iure:
3 quia † facta confeſsio extra iudicium non plenè præiudicat
alicui, licet Iaco. dixerit contrarium: vt ff. de inter. act. l. j. §. vlt.
& vt diximus ſ. de probat. §. probari debet. & ſ. de non nume.
pec. niſi facta cõfeſsio extra iudicium vim pacti in ſe habeat:
vt ſi quis confiteatur ſe debere ex certa cauſa: vt diximus ſ. de
4 non num. pec. Item † ideo dicitur contra ſe: quia alicuius con-
feſsio alicui poteſt præiudicare: ſed non prodeſſe: vt ff. de inter.
act. l. de ætate. §. j. Item ideo dicitur quod ius & natura nõ re-
5 ſpuit: quia † ſi confeſsio fuerit iuri, vel naturæ contraria, non
præiudicat alicui. Nam falſæ cõfeſsiones naturalibus debent
conuenire: ſi ergo confitear illum eſſe filium meum, qui maio-
ris eſt ætatis quàm ego, mihi non præiudicatur: vel ſi confitear
illum eſſe ſeruum meum, qui verè eſt liber: vt ff. de inter. act. l.
confeſsionibus. & l. ſi is, cuius. Vel ſi confiteor eum eſſe ſeruũ
meum, qui eſt in captiuitate hoſtium, nec eſt in mea poteſtate,
a quamuis [a] iura poſtliminiorum poſſunt interim reficere nos.
vel ſi cõfitear eum eſſe ſeruum meum qui non poteſt eſſe ſer-
uus meus: vt quia prohibitus eſt mihi alienari: vel ſeruus eſt
Chriſtianus, & ego ſum Iudæus: vt ff. de inter. act. l. ſi ſeruus.
Quòd autem dicitur ſe debere certam ſpeciem, vel quantita-
tem, ideo dicitur: quia vbi quis confitetur incertum, non ha-
betur pro iudicato: vrgeri tamen debet, vt certum confiteatur
vt ſic habeatur pro iudicato. Idémque & ſi is qui conuenitur
rei vendicatione confitetur rem eſſe meam: vt ff. eo. l. certum.
6 Item ideo dicitur †, vel factum cuius nomine, & c. quia ſi con-
fitear me feciſſe id, cuius nomine facti cum alio non eſt actio,
non teneor: vt ecce, ſi impubes, vel genitalibus carens, cõfitea-
tur ſe adulterium cõmiſiſſe, non trucidabitur. Idem & ſi con-
fitear me occidiſſe hominem qui viuit, vel naturaliter defun-
ctum, vel hominem non vulneratũ, confiteor me vulneraſſe.
Si enim à quocunq; vulneratus eſſet, actio quæ in illum com-
peteret, confeſsione mea in me transfertur: vt ff. de inter. act. l.
ſi is cuius. & ad l. Aquil. l. inde Neratius. §. vlti. & l. hoc aper-
tius. & l. proinde. & j. eo. l. qui Stichus. & vt diximus ſ. ad leg.
7 Aquil. Quòd autem † dicitur in fine, pro iudicato habetur:
verum eſt, ſi fiat confeſsio præſente aduerſario: nam, eo ab-
ſente, facta confeſsio non præiudicat confitenti, quia non ſo-
let quis abſens condẽnari. Nec qui iurat de operis, obligatur,
ſcilicet ſacramẽto ſibi à iudice delato vt iuret ſibi operas de-
beri abſente liberto. Si tamen procurator, vel tutor, vel cura-
tor aduerſarij interſit, perinde eſt ac ſi interſit aduerſarius: vt
8 ff. eo. l. certum. §. ſi quis. & de inter. act. l. vlt. † Tutores tamen,
vel curatores, vel procuratores, non ſufficit fateri in præiudi-
cium dominorum: vt ff. eod. l. certum. §. ſed an & ipſos. quod
quidam intelligunt, ſi probetur à domino contrariũ: alioquin
ſtabitur confeſsioni ſecundum conſuetudinẽ generalem. Vel
fortè minor implorabit beneficium in integr. reſtitutionis, ne
alioquin præiudicet ei confeſsio tutoris, vel non præiudicet,
ſi minore ignorante, vel abſente fiat: ſecus ſi eo ſciente, & non
9 contradicente fiat. Item † confeſſus habetur pro iudicato: niſi
errauerit in facto: vt ff. eo. l. non fatetur. Cuius probationem
inducere poteſt vſq; ad ſententiam: vt ff. de iur. & fac. igno. l.
10 error. Ante † litem verò conteſtatam ſi quis cõfiteatur in iure,
id eſt, apud magiſtratum in præiudicium ſuum, & velit pœni-
tere, facilius cõſequitur veniam. Diſtingue tamen, vtrum con-
fiteatur quod ſcit eſſe falſum, an quod ignorat. ſi ſciat, reuo-
cat confeſsionem antequam lis ſit conteſtata contra eum, pro
eo quod confeſſus eſt, non autem poſtea, niſi actori obiiciatur
ſcientia ſua: & tunc reuocat reus etiam poſt lit. conteſtatam.
Quandoq; tamen etiam ante litem conteſtatam non reuocat
reus confeſsionem: vt ſi à certa perſona petere volebat actor,
vel ſi vſucapione completa à poſsidente, reus vult ante litem
conteſta. pœnitere cum captione actoris: vt ff. de rei vendi. l. is
qui. & l. ſin autem. & de dolo. l. pen. Si autem ignorat falſum, ſi
quidem iuſta ſit ignorantia, ſuccurritur ei probanti rem aliter
eſſe quàm dixit: vt ſi aduerſarius replicet, de ſcientia probet.
Si autẽ ignorantia culpa dolo proxima interueniat, non ſuc-
curritur ei: vt ſi crediderit ſe inſtitutum ritè ab eo qui detine-
batur furore: vt ff. de interrog. act. l. de ætate. §. qui iuſto. Item

11 †habetur confeſſus pro iudicato, ſi pubes eſt, licet ſi ponamus eſſe minorem xxv. an. poſsit in integrum reſtitui: pupillo au-
12 tem ipſo iure non † præiudicat confeſsio: vt ff. eod. l. certum. §. pen. Item quod dixi confeſſum haberi pro iudicato, ſic intellexerunt plerique vt iam per iudicis ſententiam non debeat damnari: ſi quidem nullę ſunt partes iudicis in confitentem: vt ff. ad l. Aquil. l. proinde §. vlt. vnde & confeſſo interim currunt tempora quatuor menſium: vt ff. eo. l. certum. §. vlt. & de re iudic. l. debitoribus. Sed certè licet non ſunt aliquæ partes in cognoſcendo, vel interrogando: ſunt tamen aliquæ in pronuntiando, vel in æſtimando quantitatem damni: vt ex eadem
13 l. proinde. & ff. eod. l. Iulianus. In criminali tamen † cauſa certum eſt confeſſum eſſe damnandum ſecundum omnes: vt ff. de cuſtod. & exhib. re. l. ſi confeſſus. In ciuili autem cauſa puto diſtinguendum, an actor cœperit agere cauſam iudiciario ordine per libellum, & ſimilia: vt tunc confeſsionem debeat ſequi ſententia extra ordinem: vel ex abrupto fecerit quis reum per ſacramentum à præſide interrogari, vt tunc nulla debeat ſequi ſententia: ſed præcipiatur à præſide pecuniam intra legi-
14 tima tempora ſolui: ſicut quotidie ſeruare videmus. Item † habetur confeſſus pro iudicato nedum in ciuili cauſa, ſed in criminali: ſi tamen confiteatur ſponte, non formidine tormen-
a torum. Nam ſi formidine tormentorum [a] cõfiteatur, ſibi non præiudicat: niſi poſtmodum liberato eo à tormentis perſeueratum ſit in falſa demonſtratione confeſsionis: vt ff. de quæſt.
15 l. j. §. diuus. & §. ſi quis vltro. Item habetur † confeſſus pro iudicato, etiam in liberali cauſa: vt C. de liberali cauſa. l. iubemus. Nec obſtat quod dicit in eodem tit. l. interrogatam. quia ibi non fuit facta confeſsio in iudicio, ſed apud iudices, cum nulla eſſet de libertate quæſtio: vt diximus ſ. de libe. cau. Hoc de confitentibus præcedente, vel non præcedente interrogatione iudicis, vel alterius partis: vt ff. de interro. act. l. fine. Sed
16 † quid ſi interrogatus à iudice noluit reſpondere? Perinde eſt ac ſi aliquid ſit confeſſus cõtra ſe quod aduerſarius aſſerebat. Idémque eſt & ſi quis obſcurè reſpondeat, vt incertum dimittat interrogantem: vt ff. de interrog. act. l. de ætate. §. ſi cum. & §. qui tacuit. & §. nihil intereſt. Nec eſt prætermittendum quòd quidam ſuper iſtum titulum ſcripſerunt authenticum falſum ſic. Si debitor fuerit confeſſus de debito, vel de rebus aliis, coram vicinis vel amicis, pro eodem habetur, ac ſi coram iudice, vel apud magiſtratum confeſſus fuiſſet: nec enim eſt in corpore authenticorum. Extat autem authen. de teſtibus, quę loquitur de confeſsione creditoris dicentis ſibi pecuniam eſſe ſolutam: vt notauimus ſuprà de teſtibus. Patet ex prædictis, quòd illa verba, confeſſos in iure pro iudicatis haberi placet, plenæ ſunt myſteriis, & ſubiacent inſidiis, & multiplices admittunt diſtinctiones.

ANNOTATIONES.

* Quamois. Noric. habes quamuis iure poſtlimin. poſsis interim non eſſicere dubitare.

a Tormentorum. Ad iſtam q. vide Bartol. in l. j. §. diuus Seuerus. ff. de quæſt. Bald. in l. in bonæ fidei. verſic. item quæro de confeſsione. C. de reb. credit. dom. Alexan. de Imol. in l. diuus. ff. de quæſtin. Canoniſtas in cap. ex literis de confeſ. eundem do. Alex. in conſil. xciii. in j. volu. & in conſil. lxxix. in ii. volum. multa per do. Barthn. Socin. in conſil. cxxviii. incipien in cauſa Gabrielis verſic. confirmatur. in ii. volum. & in conſ. cclxiii. incip. circa primum conſultationis articulum. verſ. vlt. adde in eod. ii. volum. vbi diffusè de iſta materia.

Res inter alios acta, vel iudicata aliis non nocet. *Rubrica.*

1 *Acta inter alios non nocere, neque proficere aliis regulariter.*
2 *Acta inter aliquos quibus caſibus aliis noceant.*
3 *Acta inter alios quibus caſibus aliis proſint.*

IVDICATA plerunque non nocent aliis, & quandoque nocent, & quandoq; proficiunt aliis: vt plenè diximus ſ. quib. res iudic. non noc. & hic
1 illa intelligantur repetita. † Acta ſimiliter inter alios non nocent neque proſiciunt aliis, regulariter: ſicut patet in ſolutione, ſi vnus ex hæredibus debitoris ſoluerit creditori. Nam cæteri non aliter compellantur ſoluere niſi probato debito: vt infrà eod. l. j. Item in diuiſione, ſi quidam de cohæredibus diuiſerunt aliis ignorantibus: vt ſ. famil. erciſc. l. cohæredibus. Item in iureiurando: vt ff. de iureiur. l. iij. §. ſed
2 an iuſiurandum. Quandoque † etiam inter alios acta nocent: puta, Imperatore vendente rem alienam vt ſuam, vel vendente rem communem ratione partis: vt ſuprà de quadr. præſcri.
3 l. bene. & de communium rerum alie. l. j. Sed † & quandoque proſunt: vt ecce, libellum de communi cauſa dedimus: ſed vni reſponſum eſt: proficit tamen vtrique reſpõſum: vt ſ. de diuer. reſcrip. l. ſi libellum. Item ſi reus dilationem impetret, etiam actori proderit: vt ſuprà de tempor. in integrum reſtitution. l. penul. Item ſi maior ſeruitutem habeat cum pupillo, licet neuter vtatur: ratione tamen conſortij, nec maior damnificatur: vt ff. quemadmod. ſeruit. amit. l. ſi communem. Item & iuſiurandum alterius prodeſt mihi: vt ecce, detuli iuſiurandum tibi, vt iurares me tibi vendidiſſe hanc rem decem: & tibi ex empto, & mihi ex vendito datur actio ratione perplexitatis, & idem in ſimilibus: vt ff. de iureiuran. l. ſi duo. §. ſi quis. prim. reſpon. & § Marcellus.

De relationibus. *Rubrica.*

1 *Relatio facta à iudice ad ſuperiorem iudicem vel ad principem quando valeat.*
2 *Relationes in delictis an, & quatenus admittantur.*
3 *Relatio quomodo ſit facienda.*

QVALITER iudex in cauſa procedere, & ipſam definire debeat, plenè dictum eſt. Sed quia cauſam ipſam ante ſententiam, vel poſt ſententiam contingit referri ad principem, vel ad alium conſilij cau-
1 ſa: ideo de relationibus ſupponit. † In his autem diſtigue ita: quia aut iudex refert negotium ad ſuperiorem, vel ad imperatorem, vt inſtruatur, qualiter in tali cauſa debeat iudicare: aut quia vult euitare onus iudicandi. Si ideo refert vt inſtruatur, aut petit inſtrui ſuper facti qualitate, ſcilicet, vt ea principi notificata reſcribat quid ſuper ea debeat præſumi, & tunc eſt improbata relatio: aut ſuper iure, & tunc approbatur relatio: vt ff. de iudic. l. eum, quem. §. iudicibus, & authen. de iudicibus. §. vltim. ita tamen, ſi ante ſententiam, & non poſtea, omnibus plenè notificatis principi, fiat. Item & oportet partibus, conſultationis exemplum ilico edi apud acta: vt ſi cui fortè relatio minus plena, vel cõtraria videatur, is refutatorias preces, id eſt, appellationem apud acta, ſine dilatione fruſtratoria faciat: vt j. eo. l. j. Appellare ergo poteſt tunc, & ilico à conſultione ſemiplena, vel contraria. quę ſi non fecerit non appellabit poſtea à cõſultatione, ſed à ſententia: propter iniquitatem
2 iudicis: vt ff. quando appel. ſit. l. j. prim. reſponſ. † In delictis autem cognoſcendis, vel puniendis, eodem modo admittitur relatio: quippe tunc demum relationibus plena veritas eſt, cùm vel allegationibus repelluntur, vel reprobantur partes,
3 vel probantur aſſenſu: vt j. eo. l. ij. † Adeo autem plenè in relatione omnes omnino cauſæ comprehendendæ ſunt, vt propemodum actorum receſſione non ſit opus: acta tamen neceſſaria ſunt ſocianda: vt j. eod. l. vltima. Et habent iſta locum, cùm iudex refert negotium cõſulendo de iure bona fide. nam ſi non dubitet, ſed fingat ſe dubitare, punitur in xxx. libris auri. & maximè in criminalibus, in quibus ſi iudex certus eſt quid ſibi faciendum ſit, ad principem non crimina, ſed vindicta referenda eſt: vt ff. de offic. præfect. præto. l. antepenulti. Quandoque tamen ſpeciale eſt, vt in crimine primò feratur ſententia, ſic deinde principi ſcribatur, vt ęſtimet, an ſequenda ſit ſententia: puta, ſi præſes prouinciæ deportauit aliquem in inſulam: vt ff. de interdict. & relega. l. inter pœnas. & de inoff. rupt. teſtamen. l. ſi quis filio. §. quid tamen. Si verò fiat relatio vt remittatur onus iudicandi, improbatur ea relatio: vt in authen. vt iudices non expec. ſacras iuſsiones. §. iubemus. niſi relatio fiat ideo, quia is qui refert, non habet poteſtatem iudicandi propter ſemiplenam iuriſdictionem ſuam: vt quia erat legatus proconſulis: vel quia tantum cognitio erat ei mandata: vt ff. de offic. proconſul. l. ſolet. & l. ſi quid. & j. ad l. Cornel. de fal. l. vbi.

De

De appellationibus, & cōſultationibus. *Rub.*

1 *Appellationis remedium quare ſit inductum.*
2 *Appellatio quid ſit.*
3 *Libellus appellatorius quomodo ſit concipiendus.*
4 *Appellare quis poſsit. & nn.6. & 8.*
5 *Appellatio vt teneat, an oporteat ſententiam valere.*
7 *Procuratorem poſſe appellare & per ſe, & per procuratorem.*
9 *Damnati in cauſa criminali nomine, quibus liceat appellare.*
10 *Patrem, item etiā matrem pro filio cōdemnato poſſe appellare.*
11 *Appellatio condemnati nomine interpoſita ab extraneo an, & quando teneat.*
12 *Legatarius an, & quando liceat appellare à ſententia, qua hæres condemnatus eſt.*
13 *Contumax an, & quando appellare poſsit.*
14 *Appellari poſſe à nominatione ad ea munera, quæ ſunt publica authoritate & vtilitate: aliter atque a nominatione ad ea munera, quæ authoritate quidem publica ſunt, non etiā vtilitate.*
15 *Appellari poſſe à ſententia diffinitiua. & an, & quando ab interlocutoria.*
16 *Appellari an poſsit à poſſeſsione momentanea.*
17 *Appellari poſſe ab iniuria iudicis, quomodo intelligendum ſit.*
18 *Appellatione interpoſita ab vno capitulo ſententia an executio aliorum capitulorum differenda ſit.*
19 *Appellari an, & quando poſsit ab iniqua interpretatione ſententia.*
20 *Appellari à quorum iudicum ſententia poſsit, & à quorum ſententia non poſsit appellari, nu. ſeq.*
22 *Appellari non poſſe à ſententia arbitri.*
23 *Appellari ad quem debeat: & quis ordo ſeruandus ſit in appellationibus proſequendis.*
24 *Error an, & quando noceat appellanti alium iudicem prouoco.*
25 *Appellari quis debent, cum appellatur à ſententia delegati.*
26 *Appellatio qualiter ſit interponenda.*
27 *Libello appellationis iudici a quo appellatur, porrecto, quæ ſint ipſius iudicis partes, & quæ ſint partes appellantis.*
28 *Libelli dimiſſorij (quos apoſtolos vocant) quomodo ſint concipiendi.*
29 *Appellatione non admiſſa per iudicem à quo appellatur, qua ratione conſulatur ipſi appellanti. & nu 34.*
30 *Iudicis non recipientis appellationem pœna qualis ſit.*
31 *Appellans temerè qualiter puniatur.*
32 *Appellari intra quæ tempora debeat, & quando incipiat currere tempus appellandi.*
33 *Libellos appellatorios oblatos poteſt appellans pœnitentia ductus recuperare.*

DE SENTENTIIS plenè dictum eſt: ſed
quia prolata ſententia & appellationes, & con-
ſultationes, fieri contingit: adeo videamus de eis.
ſed de conſultationibus plenè ſ. titu. proxi. diximus,
& quando etiam fiat poſt ſententiam, ibidem notauimus.
Illa ergo parte omiſſa dicamus de appellationibus quare
ſint inductæ, quid ſit appellatio, quis poſsit appellare, à
quo, à cuius ſentētia, ad quem, qualiter fiat appellatio, & in-
1 tra quæ tempora. †Eſt autem inducta appellatio, vt iniqui
tas, vel imperitia iudicantium corrigatur, licet nonnunquam
bene latas ſententias in peius reformet. neque enim vtique in
melius pronuntiat, qui nouiſsimus ſententiam pronuntiatu-
2 rus eſt: vt ff. eod. l. j. †Eſt autem appellatio ſententiæ à mino-
re iudice latæ per inuocationem maioris iudicis prætextu ini
quitatis primæ ſententiæ reſcindendæ: vt ff. de minorib. l. præſe-
ctus. & ad Turpila. l. j. §. vlti. Fit autem in hunc modum, puta.
3 Ego† Azo, ſentiens me grauatum à ſententia tua, domine
rector quam tuliſti pro Io. in quæſtione domus, appello ad
Conſules. & apoſtolos peto, & cum inſtantia peto. Sic enim
concipiendi ſunt libelli, vt habeant ſcripturam: contineántque
à quo dati ſunt, hoc eſt, quis appellat, aduerſus quem, à qua
ſententia. Non tamen præſcribitur appellanti: quia non addi-
derit perſonam aduerſarij: imò & ſi plures habui aduerſarios,
& quorundam nomina expreſsi in appellatione, & aliorum
non: non præſcribitur mihi quaſi acquieuerim ſententiæ ad-
uerſus eos, quorum nomina non expreſsi: imò & ſi appellan-
do vnam cauſam dixerim, licet mihi ab ea diſcedere, & aliam
allegare, & ſic proſequar appellationem meam quibus modis
potuero. Sed è contrario ſi vnus de pluribus condemnatis ap-
pellauerit, non ideò alij videntur appellaſſe: vt ff. eod. l. j. §. vlt.
& l. uj. †Appellare autem poteſt ille, qui eſt damnatus, ſi-
4 ue ſit vnus, vel plures: & quādoque vnius appellatio prodeſt
5 alijs: vt dicemus ſ. ſi vnus ex plurib. appellauerit. Sed ita† de-
mum tenet appellatio alicuius, ſi ſententia valet, vt ff. eod. l. ſi
expreſſim. & l. ex conſenſu. §. cùm procurator. Quandoque
tamen (quod notabile eſt,) appellatio facit, vt ſentētia teneat,
& eadem infirmetur per appellationem, hoc eſt cùm procu-
rator falſus egit: & dominus appellat à ſententia lata contra
6 procuratorem: vt ff. rem ra. ha. l. uj. §. vltim. †Appellat autem
damnatus, ita demum, ſi liber eſt. Serui autem nō poſſunt ap-
pellare. Sed ſi in criminali cauſa lata ſit ſententia contra ſer-
uum, dominus appellare poteſt, & alius nomine domini. Si ve
rò neque dominus, neque alius pro domino appellauerit, ipſi
ſeruo, qui ſententiam paſſus eſt, triſte auxilium ſibi implora-
re non denegamus. Sed econtrario lata ſententia contra do-
minum, non licet ſeruo appellare: vt ff. eodem, l. ſerui. & l. Lu
cius. l. creditor. primo reſponſo. Secus eſt autem in filiofami.
ille enim, lata ſententia contra patrem in bonis, quæ per fi-
lium poſſunt acquiri, poteſt appellare: vt ff. eod. l. ex conſenſu.
§. filium. In condemnato non diſtinguo an ſit condemnatus
nomine ſuo, an alieno: vt quia tutor erat, vel curator, vel pro-
7 curator. †Nam & procurator per ſe, & per procuratorem po
terit appellare: quia licet procuratori lite conteſtata alium or
dinare procuratorem: vt ff. eod. l. tutor ſi. & l. ab executore. §.
8 vltim. Item† appellat is, qui non eſt damnatus, ſi eius intereſt
qualis eſt is, qui per curatorem expertus, eſt victus, ſi procura-
tor eius nomine non appellet. Item emptore, [de proprietate]
victo, & non appellante appellabit venditor, aut ſi venditor
egit, & victus eſt, appellare poterit emptor: imò & ſi vendi-
tor appellauit, & in cauſæ defenſione ſuſpectus viſus eſt, per-
inde defenſio cauſæ committenda eſt emptori, atque ſi ipſe
appellaſſet. Idémque ſeruatur in perſona creditoris cùm de-
bitor victus appellaſſet, nec ex fide cauſam defenderet: quòd
ita eſt accipiendum, ſi creditore interueniente, vel ſciente, de-
bitor de pignore victus prouocauit. Nam abſenti creditori ni
hil præiudicat debitor: vt ff. eod. l. ab executore. §. alio. Sunt
& alij qui appellare poſſunt per qualequale præiudicium
quod generatur eis: vt ecce, ſi in præiudicium cohæredis quis
patitur ſe damnari, vel ſimilem huic cauſam habeant: quam-
uis & ſine appellatione tutus eſt cohæres. Item fideiuſſores,
debitore victo, pro quo interuenerunt, appellare poterunt.
Item emptore victo appellabit fideiuſſor venditoris: licet
9 emptor & venditor acquieſcant ſententiæ. Item† & ratione
humanitatis licet nedum condemnato in criminali cauſa: ſed
etiam in ciuilibus, alij eius cognato, vel extraneo appellare.
Imò, etſi reſiſtat damnatus, ne appelletur, differtur eius ſup-
plicium: vt ff. eod. l. non tantum. & quando appellandum ſit.
10 l. ij. §. vltim. Item & † pater, victo filio, in cauſa libertinitatis
appellare poteſt, maximè ſi filius erat in poteſtate. Sed & ma-
ter pietatis cauſa appellare poteſt, filio condemnato ex qua-
cunque cauſa. Item poteſt exercere appellationem: licet ab
initio non poſſet defendere in cauſa prima, vel principali: vt
ff. quando appellan. ſit. l. ſecunda. §. penultimo. & ff. de appel-
latio. recip. l. prima. niſi in caſu, nempe quando parentes, vel
liberi, morbo, aut ætate, impediuntur agere: vt ff. de procu-
11 ratorib. l. fœminis. Item poteſt quilibet † extraneus appel-
lare pro damnato, licet non habeat mandatum: ſi tamen dam
natus ratam mox habeat appellationem: vt ff. de appellatio.
re. l. prim. primo reſponſo. licet olim intra biduum, hodie
intra dies x. argu. ff. rem ra. habe. l. penultima. Præter hoc no-
tandum eſt, quòd lata ſententia inter alios omnino præiudi-
12 cat alijs: vt in querela inoſficioſi teſtamenti: & ideo, †condem
nato hærede, licet legatarius appellare, & exercere appella-
tionem: ſi queratur per colluſionem fuiſſe pronuntiatū. Item
& permittitur eis agere cauſam apud ipſum iudicem, qui

de teſtameoto cognoſeit: ſi ſuſpicantur hæredem non ex fide
cauſam agere: vt ff.eodem.l.à ſententia.§.ſi hæres.& l.ſi pro-
13 luſorio.primo reſponſo. † Item & qui vincit, appellat ſi non
ſufficientem putat ſententiam: niſi fuerit contumax: vt ſ.de
iudic.l.properãdum. §.ſi verò aliqua. Sic ergo & reus contu-
sumax non appellabit.Hoc ita,ſi contumaces ſunt in non ve-
tuendo:ſecus ſi rei cõtumaces ſunt in non exhibendo: vel non
reſtituendo: tunc enim ſi præſentes condemnati ſunt, quanti
in litem iurauerit actor: quia non exhibent, vel non reſti-
14 tuunt, appellare poſſunt: vt ff.eodem.l.creditor. §.j. † Item
appellare poſſunt nominati ad munera pulica authoritate, &
vtilitate, vt ad decurionatum, vel magiſtratum, vel honores:
ſi tamen nominatio fuerit acta in concilio publico. Alioquin
non tenet: nec appellare neceſſe eſt: vt infrà eodem.l.ſi ad.&
l.hi, qui ad emilia. & l. nominationes. Nominatus autem ad
tutelam, vel curam, quæ munera ſunt publica authoritate,&
non vtilitate, appellare non poteſt: ſed excuſare ſe debet in-
tra quinquaginta dies. Et ſi quidem reprobata fuerit excu-
ſatio, appellare poterit à ſententia reprobatoriæ excuſatio-
15 nis:vt ff.qoando appel. ſit.l.j.§.ſi quis tutoe .† Appellare quis
poteſt a definitiua ſententia,non ab inteelocutoria: niſi in ca-
ſu,cum iudex quæſtionem in ciuili negotio,vel in criminali ha
bendam contra leges interlocutus eſt: vt ff.de appella.recip.l.
ante ſentẽtiam.& hoc eſt intelligendum de quæſtione,quæ fie
per tormenta,non de quæſtione principali,quam iudex inter-
locutoria ſententia definiuit: licet quidam hoc intellexerint.
b Forte & ab interlocutoria appellatur [b], cùm fideiuſſores ap-
probaotur à delegato: tanquam idonei iudicio ſiſtendi cauſa,
vel alias:quàuis in hoc caſu quidam putent ſentẽtiam delega-
ti poſſe corrigi à delegante:etiam ſine appellatione, vt ff. qui
ſatiſdare cog.l.arbitro.& ff. à quibus appell.non licet. l.vlti.
16 † De momentanea autem poſſeſsione lata ſentẽtia nun appel-
latur ſecundum quoſdam: quia eſt interlocutoria ſententia.
Ego puto æquè definitiuam eſſe: nec tamen ab ea appellatur:
quia de proprietate eiuſdem rei plenius, & principalius iudi-
cium expectatur:vt infrà ſi de momeo.poſſ.fuer.appell.l.vna.
17 Item † poteſt appellari ab iniuria iudicis, vt infrà cod.l.ſi quis
prouocatiooe,quod Pla.iotellexit de iniuria,quæ eſt de facto:
vt ſi iudex poſt latam ſententiam percuſſerit aliquẽ ex litiga-
toribus:ſicut enim is,qui prouocat oon debet conuitiari ei à
quo appellat: ita & è conuerſo iudex appellanti iniuriã infer
re oon debet: vt ff.eod.l.illud.& j.eod.l.& in maioribus. Sed
ego intelligo quòd loquatur de iniuria,id eſt, iniurioſa exe-
cutione,cum intra tempus quadrio.eſtre præcepit executioni
mandari ſententiam.ſicut,cùm appellatur ab executione cùm
executor excedit modum ſententiæ vt ſi de res mobilis ſequo-
ſtratur,& fructus rei immobilis in depoſito collocantur:vt j.
quorum appel.non recip.l.ab executione Ita & ſi Titius exe-
18 quatur ſententiam aliter quam oporteat,vt dictum eſt † Item
poteſt appellari à tota ſententia,& à certo capitulo:eius etiã
ſi appelletur ab vno capitulo tantùm,non reſcinduntur ideo
alia:niſi ſint connexa:vt ff.de minor etiam.§.ex cauſa. Vbi au
tem quis damnatus eſt ex pluribus facinoribus,propter quę-
dam appellauit,propter quædam non. Siquidem appellauit
ob grauiora,differtur pœna in leuioribus. Si verò appellauit
ob leuiora,grauiorum pœna eſt omnino imponenda:vt ff.nil
no.appel.pen.l.j.§.vlt.Item à cõſultatione appellatur: vt dixi
19 mus ſ.de relatio.& j.dicetur.† Item poteſt appellari ab ini-
qua interpretatione ſententiæ:ſi tamen is habuit poteſtatem
interpretandi:velut procurator Cæſaris, aut præſes prouin-
ciæ: ita tamen, vt in cauſa appellationis reddenda hoc ſolum
quæratur an iure interpretatum ſit:vt ff.eod.l. ab executore.
20 † Poteſt qois appellare à ſententia iudicis ordinarij. Item à
ſententia iudicis delegati:licet & delegatus ſit à principe: niſi
princeps ita delegauerit eum,ne appelletur ab eo: quam for-
mam ipſe ſolus imperator præſcribere poteſt, non alius qui
delegat:vt j.eod.l.etiam eos.& ff.à quibus appella. non licet.
l.j.§.v timo. Vbi autem principi relatum eſt negotium,vt cõ-
ſulatur qualiter in cauſa debeat iudicari, lata ſententia à iu-
dice cõnſulente poterit appellari: quamuis ex authoritate
reſcripti imperialis ſit lata. vt j.eod.l.nooim. & ff. eod. l. j. §.
quæſitum.Item & appellari poſſet à conſultatiooe mala, vel
minos plenaria:licet non ſit neceſſe:vt in prædicto §. quæſitũ.
21 & ff.quando appellan.ſit.l.j.primo reſpon.& l.vltima. † Por-
sò quidam ſunt à quorum ſententiis appellare non licet. Et
quidem ſtultum eſt illud admonere à principe appellare fas
non eſſe,cùm ipſe ſit qui prouocatur. Item à ſenatu nõ poteſt
appellare etiam princeps: vt ff.à quibus appella.non licet.l.j.
Item non appellatur à ſeotentia pręfecti prętorio,vt diximus
22 ſuprà,de ſenten.præfect.prætor.† Ab arbitro autem non ap-
pellatur: quia nullam iuriſditionem habet. Ideoque cùm ipſo
iure non teneat ſentẽtia,nec dicatur tenere ipſo iure, niſi me-
tu pœnæ,non poteſt appellari. Quod enim non tenet, reſcin-
di non poteſt:vt ſ.de arbitris.l.j. Eſt tamen quædam ſpecies
appellandi,id eſt,recuſandi arbitrum,vt recuſans habeat ex-
ceptionem: cùm arbiter manifeſtè inimicus apparuerit: & te-
ſtationibus conuentus,ne ſenteotiam ferret, pronuntiauit: vt
23 ff.de arbitris.l.non diſtinguemus. §.cùm quidam. † Appel-
latio debet fieri ad ſuperiorem,id eſt,ad eum qui eſt in gradu
proximo ſuperiori eo,qui tulit ſententiam. Si enim appella-
tio fiat ad principem, omiſsis iis, ad quos debuerit fieri, ad
præſidem remittitur: vt ff.eod.l.Imperatoees.[Secus in papa:
nam ad ipſum omiſsis mediis poteſt appellari: vt ij. quæſtio.
vj.ſi quis putauerit.] Talis autem ordo videtur ſtatus per Co
dicem in appellationibus faciendis: vt ſi à ſpectabili iudice,
qui tulit ſententiam in cauſa prima, vel in cauſa appellatio-
nis ad eum factæ,ad Imperatorem appelletur: non ipſe Impe-
rator,qui aliis eſt intentus,ſed alij duo,ſcilicet,Pręfectus prę-
to.& Quęſtor ſacri palatij de cauſa appellationis cognoſcẽt,
& iudicabunt:ita tamen ſi litis æſtimationem, decem librarũ
auri quantitatem ex ipſa ſententia diſcernendã excedat: ſub-
ſiſtat tamen intra xx.libras auri. Si autem ſubſiſtat intra x.
vni eorum tantum deputatur cognitio. Vbi autem excedit
xx.libras,introducitur appellatio in commune auditorium
florentiſsimorum procerum ſacri palatij principis: vt j. eod.
l.præcipimus.& l.in offeeendis.§.ſin verò.Speciale tamen vi-
detur inducere, qui ſpectabili, vel illuſtri dignitate decora-
tur:vt ſi appelletur ab eo cognoſcente vt ordinario,vel dele-
gato,quòd fiat cognitio appellationis à Magiſtro officiorũ,
& Quæſtore ſacri palatij:vt j eod.l.ſi quando. Si verò à ſen-
tentia iudicis clariſsimi ad Imperatorem prouocetur,vnus ſo
lus,ſcilicet,Præfectus prætorio vice principis iudicabit. Et
hoc vbi eſt prouocatum ab eo qui vt ordinarius iudicauit: a-
lioquin, ſi iudicauit vt delegatus, appellatio ad eum, qui de-
legauit,referatur. Sed vbi Imperator delegauit non illuſtri,
& ab eo prouocatur, Præfectus prætorio cum Quæſtore (vt
iam diximus) iudicabunt. Si autem illuſtri delegauerit Impe-
rator,vel etiam non illuſtri,qui tamen poſtea antequam iu-
dicaret illuſtri decoratus eſt dignitate, de cauſa appellatio-
nis ab eo factæ princeps ſolus cognoſcet. Idem eſt & ſi prin-
ceps illuſtri,& non illuſtri delegauit. In omnibus autem caſi
bus prædictis iudicum cognoſcentium epiſtolares & libel-
lenſes apoſtolos,& geſta apud iudices priores ab appellato-
ribus ſuſcipient: & cognitiones apud prædictos priores vi-
ros illuſtres inducent,& quæ gerũtur, excipient,& ſcripta li-
tigatoribus edent & ſententias executioni tradent: vt j.eod.l.
præcipimus. Ante autem hunc ordinem videtur ſeruare, vt
à præſide, vel quolibet clariſsimo appelletur ad ſpectabilem
à ſpectabili autem ad Præfectum, & Quæſtorem appelle-
tur. Si autem Imperator delegauerit cauſam illuſtri, vel
ſpectabili, appelletur ad [competentes] antiquos Romæ
iudices. Si autem delegauerit priuato, appelletur ad ſpe-
ctabiles, vt in authentic. de appellat. §. vltimo. & penulti-
24 mo. † Quid ſi per errorem alius pro alio appelletur? &
certè ſi quis appellauerit maiorem, vel etiam parem, alium
tamen pro alio, non nocebit ei error. Si autem appellauerit
25 minorem, nocebit: vt ff.eodem,l.prima.§.ſi quis. Et eſt † il-
lud notandum,quòd ſi delegatus alij delegauerit, non appel-
labitur ad delegatum aut delegantem, ſed primum ordina-
rium qui delegauerat: niſi vbi delegatus à principe delegat:
tunc enim appellabitur ad delegatum principis: vt ff. qois
& à quo appell. l. prima.§.vltimo. & ſuprà, qui pro ſua iu-
26 riſ.da poſ.l.vna.in fin. † Fit appellatio apud acta ſola vo-
ce,vel dicto, ſi dicat appello. Si autem non apud acta quis
appel

appellat, libellus appellationis offerendus eſt ei, à quo appellatum eſt, ſi eſt eius copia: alioquin ei, quem appellat: vt ff. eo. l. j. & l. ij. & j. eodem. l. litigatoribus. & l. eos. §. ſin autem. & ff. quando appellandum ſit. l. j. §. dies. & §. ſi quis. & qualiter cō-
27 cipiatur libellus ſuprà dictum eſt. † Libello autem appellationis porrecto iudici, ſiquidem recipiat, bene eſt, tunc enim & ipſe iudex dare debebit libellos, ſiue apoſtolos intra xxx. dies etiam non petente appellatore: ſed & appellator eum inſtantia debet petere: vt ff. de libellis dimiſſo. l. j. quòd ſi non fecerit, imputatur ei: licet iudex malefecerit, quòd non dedit ei, vt
28 j. eod. l. eos. §. apoſtolos. & l. iudicibus. Formula autem † apoſtolorum talis eſt. Appellaſſe Lucium Titium à ſententia mea notum ſit vobis, & ideo dimitto eum à iudicio meo, & ad ve-
29 ſtrum examen dirigo, vt ff. de libel. di. l. j. Si verò iudex † non recipiat appellationem, ſiquidem debuit recipere, pro eodem eſt, quantum ad commodum litigatoris ac ſi recepta eſſet. Et ſiquidem appellabatur princeps, ei erit ſupplicādum: ſi alius, ille erit adeundus, & illud & aliud impedimentum eſſet ei exponendum. Planè ſi alium pro alio adierit, non principem, nihil ei hic error proderit: licet non videatur ceſſaſſe: vt ff. eo. l. cùm quidam. & de regulis iuris. l. in omnibus. & j. de his qui per metum iudicis non appellauerunt. l. ij. & ff. de appellatio-
30 re. l. ei cuius. & l. ſciendum. Item iudici † imponitur pœna, triginta pondo auri, ſi non receperit appellationem: & officiales eius eadem pœna puniuntur: niſi ei pertinaciter reſtiterint atque actis contradixerint, & quid iuris ſit conſtitutum, oſtenderint: vt j. eod. l. quoniam iudices. Si verò non debuit eam recipere: quod ex multis cauſis contingere poteſt: vt ff. de appella. recip. l. vlt. & dicemus j quorum appella. non reci. nihil ſi-
31 bi præiudicat: imo † qui temere appellauit, punitur in quin-
b quaginta libras argenti, & infamatur, & mediocrem pœnam corporalem ſubibit, & notatur infamia: vt j. eod. l. eos. §. ſuper his. aliàs §. ne temere. & l. à proconſulibus. & j. quorum ap-
32 pel. non reci. l. ab executore. §. vlti. † Fiebat olim appellatio intra biduum in propria cauſa, quod computabatur à die latæ ſententiæ, ſiue eſſet lata purè, ſiue ſub conditione. licet ſub conditione non ſit ferenda. In aliena autem cauſa computabatur triduum, vt biduum, & triduum ad aliquid ſit vtile. nec enim currit: niſi habeat quis in publicum poteſtatem adeundi eum, à quo appellat, vel quem appellat. Et eſt propria cauſa cuius emolumentum, vel damnum, ad aliquem ſuo nomine pertineat: vt ff. quando appella. ſit. l. j. §. biduum. & §. dies. & §. in propria. & j. eod. l. eos §. ſin autem. Hodie verò decennium eſt indultum ad appellationem faciendam à recitatione ſententiæ numerandum: vt in authen. de appella. & intra quæ tempora. primo reſponſo: quod tempus ad aliquid puto eſſe vtile: ſicut & de biduo dictum eſt. Non ergo currit, niſi à tempore ſententiæ, & ſcientiæ: puta, ſi abſens non per contumaciam fuerit damnatus. Si autem per procuratorē eſſet defenſus, difficile eſt, vt audiatur: niſi procurator appellauerit: vt ſ. quomodo & quando iudex. l. ab eo. & ff. quando appel-
33 landum. ſit. l. j. §. vlti. † Illud ſciendum eſt quòd libellos appellatorios oblatos appellator pœnitentia ductus poterit recu-
34 perare: vt j. eod. l. ſi quis libellos. † Item ſciendum eſt, quòd ſi iudex non recipiat appellationem, vel ſuſcepta appellatione denegauerit copiam apoſtolorum: ſi quidem appellatio fiat ad præfectum prætorio, vel ad præfectum vrbis ſuper hac inquietate, querimonia deponi poteſt vſque ad annum. Si verò fiat appellatio ad inferiores, eis deponitur querela intra ſex menſes. Contra delegatum verò, qui non curauit prædicta facere, quatuor menſium tempora ſtatuuntur: vt j. eodem l. ſi appellationem.

ANNOTATIONES.

a Appellatur. De iſta materia vide Barto. in l. intra vtile. in verſ. habes ergo cauſam. ff. de minor. & in l. ii. vbi Doct. C. de epiſco. audien. domi. Alexand. de Imo. in l. ii. ff. de app. recipien. & in l. eius qui. eod. titulo. Canoniſtas in ca. peruenit. de appella. multa per Paulum de Caſt. in conſil. xciii.

b Inducta. Appellatio, ſecundum Canones, introducta eſt, vt remedio appellationis vitiatam cauſam liceat ſubleuare ii q. vi. c. j. & vt omnes oppreſſi ſubleuentur. ea. cau. & q. c. ad Romanam. Quę rationes etiam ad ius forūmque ciuile porrigi poſſunt. Quum autem appellatio ſit oppreſſorum leuamen, non debet eſſe iniquitatis vinculum. c. cùm ſpeciali. §. porrò. de appella. Ideòque facta ab omni grauamine, vel ſuper omni cauſa, vel ad correctionem, niſi corrector excedat modum, non valet, extra. de appel. inter cætera. & c. de priore. & de offic. deleg. c. ſuper quæſtionum. §. cùm autem. vt quia eſt generalis: nam eiuſmodi appellatio non releuat appellantem. Si verò fiat ab omni grauamine, quod accidere poſſit in vna cauſa tantum tenet, licet ſit generalis dummodò grauamen appareat manifeſtè, & cauſa probabilis ponatur ab appellante, c. conſuluit. extrà de appella. c. cordi. extra. eo. libro ſexto. Nullus autem, niſi grauetur, appellare debet, c. vt debitus. de appellatio. Sed à futuro grauamine appellandum eſt. Vtraque autem pars ſi grauetur appellare poteſt extra de teſta. c. Raynaldus. Appellari poteſt pro quacunque cauſa quantumcunque minima ſit. Ipſo facto appellat, qui iter ad principem accepit, x. xiiii. q. iii. c. 10. ſi quis Romipetas. & c. illi, qui. Appellandum eſt gradatim, non omiſſo medio. c. dilectis. ii. de appell. in antiq. Appellationi cenſetur renunciare, qui poſteà petit atteſtationes ſ[illegible]leoniter [illegible]blicari, de offic. deleg. cap. gratum. Appellatione legitimè interpoſita nihil eſt innouandum. ii. q. ſext. cano. appellatione. Et reuocari debet executio ante, quam de appellatione cognoſcatur extra. de iureiur. cap. veniens. ex[illegible]. Si appellans fuerit circumuentus ab aduerſario, nec proſequutus fuit appellationem ſuam, licet tempus appellationis excurrerit, habet tamen recurſum ad iudicem contra dolo ſum aduerſarium, l. arbitrio. §. dolo. ff. de dolo malo. Qui autem reſcriptum impetrat, & tacet, quod in appellatione terminus fuit [illegible]iudice præſtitutus, carere debet impetratis, & in expenſis puniur. d. c. vt debitus. & c. reprehenſibilis. Martinus.

☞ L. iii. Huius dicti ratio eſt, quia appellationes ſunt perſonales, & formales, vt eleganter adnotat Panor. c. dilecto. nu. 5. & 6. & 7. per illum tex. extra. de appella. & facit tex. in l. ſi qui ſeparatim. ff. de appella. & eo iure vtimur. idque ſæpiſſime in ſupremis curiis obtinuit. P. Prateius. Auguſtobucouiar.

De temporibus, & reparationibus, appellationum, ſiue conſultationum. *Rubrica.*

1 *Appellationis exercendæ tempora quæ olim fuerint.*
2 *Fatales dies appellationi præſtituti quare ſic dicantur.*
3 *Appellatio intra quæ tempora hodie exequenda ſit, & ſi intra ea tempora non compareat appellans, quomodo conſulatur victori. & quid iuris neutro comparente.*
4 *Appellationis cauſa an admittat vtriuſque partis nouas aſſertiones, & exceptiones, atque etiam probationes.*
5 *Teſtes an poſsint produci in cauſa appellationis, vbi præſtitæ fuerint primæ probationes, & lectæ teſtificationes.*

DE APPELLATIONIBVS quando, &
a qualiter fiant dictum eſt, nunc videamus, intra quantum tempus debeant exerceri. † Et quidem varia tempora ſtatuta erant olim in appellatione exercenda: diſtinguebatur enim, vtrum quis appellauerit à ſententia clariſsimi, vel ſpectabilis: an à delegati. In primo caſu primi fatalis diei tempora vj. menſium ſunt. ſecūdi xxx. vnius dierum. tertij & quarti ſimiliter totidem. Quòd ſi prædictis quatuor fatalibus diebus appellator exciderit, permittitur appellatori petere reparationem à principe intra ſpatium aliorum trium menſium: qua reparatione petita, non eſt neceſſarium aduerſarium admoneri. ideo quòd appellationis reparatio ſit petita: nec computantur tres menſes reparationis à petita reparatione, ſed ex quo quartus fatalis dies eſt elapſus. Si autem appellatum ſit à delegato principis poſt priorem fatalem lapſum, tres alij tantum fatales dies ſimiliter (vt dictum eſt) ſeruabuntur: nec aliqua petitur reparatio. & ſic nonaginta tribus diebus elapſis res iudicata mandabitur executioni. Si verò fiat appellatio à delegato præfecti prætorio, vel alterius illuſtris, primus fatalis duorum menſium eſt: tres alij numerabuntur, vt diximus. Idémque videtur & ſi fiat appellatio à delegato ſpectabilis, vel clariſsimi. Et computantur in iſtis fatalibus diebus feriati, & non feriati dies. Item iſta præſcriptio fatalium dierum poteſt opponi, vel ab eo contra quem appellatum eſt, vel à iudice eo abſente: vt infrà eodem. l. ij. Et videtur per Iuſtinianum aliquid de eis immutatum in Cod. nec enim videtur quòd hodie locum habeat petitio reparationis: vt infrà eodem, l. nemo. niſi dicatur lex iſta corrigi per vltimam legem. primo reſponſ. in fin. Item primus fatalis eſt vj. menſium, ſi fiat appellatio de Ægypto, vel Lybia,

vel orientali tractu, vel Armeniis gentibus, vel Illyrico. Si autem fiat ex aliis partibus imperij, primus fatalis eſt trium menſium. Sed reparationis tempus, ſcilicet vltimum, iubetur in ſuo robore perdurare. Item non nocet alicui ſiue veniat ante vltimum fatalem, ſiue poſtea per quinque dies: vt j. eod. l. vlti. j. reſponſo. & §. j. Licet per illam l. nemo. in fin. ſtatutum erat, vt geſta, aut ſtatim per appellationem, aut ante dimi-
2 diam partem temporis appellationis traderentur. † Et fortè dicebantur fatales dies, quia eis fatum, id eſt, terminus imponitur cauſæ: vt j. eod. l. nemo. vel quibus fatum, id eſt, mors accidit cauſæ: vt ſuprà, de iudi. l. properandum. §. huius. dicuntur enim fata cauſarum: vt s. de aduoca. diuer. iudi. l. aduocati.
3 †Hodie autem ex ordine vnus tantum fatalis eſt dies, id eſt, annus vnicus, intra quem appellator exequi debet appellationem ſecundum ſe, id eſt, cum ipſe ſolus eſt in iudicio communiter ve, id eſt, cum eſt in iudicio cum altera parte, aut ſi iuſta interceſſerit cauſa, alius annus indulgetur: & ita erit ſecundus fatalis: quo tranſacto, lite non completa, rata manet ſententia. Appellatore autem ceſſante, cùm vnus menſis ſupereſt de biennio, licet victori ingredi, vt quęratur reus: quo ſiue inuento, ſiue non ſuas offerat allegationes: vt vel confirmetur, vel reſcindatur ſententia in omni caſu abſentem in expenſis condemnando. Neutro verò concurrente poſt ſecundum fatale permanet ſententia firma: vt in authen. de his, qui ingredi. ad appel. col. v. Vbi autem non ſtetit per appellatorem, ſed per iudicem quominus agatur cauſa appellationis, ipſo iure non currit tempus appellati: per auth. vt ſpon. larg. §. hoc quoq;. licet contrarium videatur velle illa authent. de his, qui ingrediuntur ad appellan. Vbi autem lis ſperatur in cōſiſtorio principis inferri abſq; damno moræ, manet intacta vt non poſſit aliquid appellatori imputari, quod non ſollicitat Imperatorem, vel proceres curiæ: donec princeps faciat eam introduci, & à proceribus ſecundum morem dirimi: vt in authen. de ap-
4 pel. §. ad hæc. † In appellationis autem cauſa licet vtriq; par-
a ti nouis aſſertionibus [a], vel exceptionibus vti, quæ non ad nouum capitulum pertineant: ſed ex illis oriuntur, & illis coniuncta ſunt, quæ apud priorem iudicem noſcuntur eſſe propoſitæ. Item & licet probationibus vti quæ nūc poſſunt pręſtari ſuper inſtrumento, vel allegatione facta in prima cauſa,
5 cùm tunc non eſſet copia probandi: vt j. eod. l. per hāc. † Quid ſi præſtitæ primò fuerint probationes, & lectæ fuerunt teſtificationes, an permittetur in hac cauſa appellationis vti productione teſtium? quod quidam negant, per auth. de teſtib. §. quia verò. Sed puto contrarium: quia hic eſt alia cauſa, id eſt, alia ordinatio iudicij: & ſic ex conſuetudine in pluribus locis obtinet. Illud ſpeciale eſt in cauſa appellationis, quòd iudex eius ante litem conteſtatam coram ſe poſſit pronuntiare: vt j. eod. l. vlt. §. illud. Item aliud notabile eſt: quia ſi appellator non exequatur appellationem intra ſtatuta tempora, perinde eſt ac ſi non appellauerit: vt j. eod. §. illud. dicitur.

ANNOTATIO.

a Nouis aſſertionibus. Adde Bar. & docto. in l. per hanc. C. de temp. appel. Bal. in auth. qui ſemel. in verſi. ſed hic venit dubitandū. C. de proba. do. Pe. de ſun. in l. eos §. ſi quid. C. de appell. copioſius per do. Alex. & Iaſon. de may. in l. ſi cauſa cognita. in vlti. col. C. de tranſactio. Pau. de Caſt. in conſi. lxxiii. Lod. de Ro. in ſingu. ſuis, in verbo appellatio. & in conſi. cec. in libro meo incipien. omnipotentis Dei poſtulato ſuffragio. do. Alexan. in conſi. lxxxii. in primo vol. quibus in locis habes materiam cum multis limitationibus.

Quãdo prouocare non eſt neceſſe. *Rub.*

1 *Sententia quibus caſibus ſit nulla, etiã ſi ab ea non fuerit prouocatum.*

2 *Sententiam contra leges latam nullam eſſe: aliter atque ſi contra ius litigatoris lata ſit: & quibus alius ex cauſis ſentẽtia reddatur nulla, & nu. ſeq.*

QVALITER ſententia per appellationem irritetur dictũ eſt: nunc videamus, quando ſit nul-
1 la, etiam ſi non fuerit prouocatum. †Quod quidem multis modis contingit: puta, ratione primæ ſententiæ contra quam hæc fertur, cùm de prima ſententia conſtet, nec fuerit ab ea prouocatum. Si enim quæratur, iudicatum ſit, néene: & huius quæſtionis iudex non eſſe iudicatũ pronuntiauerit: licet fuerit iudicatum, reſcinditur, quamuis prouocatum non fuerit: vt j. eod. l. j. & ff. quæ ſententiæ ſine
2 appel. reſcin. l. j. in princip. † Item nulla eſt ſententia ſi expreſ
a ſim lata eſt contra leges [a]: ſecus ſi lata eſſet contra ius litigatoris: vt ecce, iudicauit minorem xiiij annis poſſe teſtari, vel iudicauit neminem ſe poſſe excuſare à tutela, vel cura, beneficio liberorum, vel ætatis priuilegio. Quòd ſi cùm de ætate quæreretur, pronuntiauit defunctum impleſſe xiiij. annum, ac per hoc iure factum teſtamentum, tenet ſententia, niſi appelletur. Idémque ſi admiſerit probantem de iure ſuo in excuſatione tutelæ: ſed ideireo contra eum pronuntiauit, quòd negauit eũ de ætate ſua, aut de numero liberorum probaſſe: vt j. eod. l. ij. & ff. quæ ſententiæ ſine appel. reſcind. l. j. §. item cùm contra. Fuerunt tamen, qui diſtinxerunt in ſuperiori caſu, cùm iudex pronuntiauit contra leges, an putet cauſam legibus iuuari, vt tunc teneat ſententia: aut non putat, vt tunc non teneat: vt ff. de re iudic. l. præſes. & l. cùm prolatis. Sed certè ibi non fuit lata contra leges expreſſim, imò tacitè, hoc eſt contra ius litigatoris, vt dictum eſt. & in illa l. cùm prolatis. reſpondetur tacitæ obiectioni, quæ fieret ſic, ſi quis eſſet iudex ita fatuus, vt pronuntiaret contra leges, etiã tacitè: & reſpondetur, quòd poteſt hoc eſſe quòd iudex, non credebat leges illas facere ad
3 cauſam. † Item nulla eſt ſententia ratione expreſſi erroris calculi in ſententia, vt diximus ſuprà, de re iudic. & ſuprà de erro. calcu. Item nulla eſt ſententia cùm non iudicauerint omnes qui debuerunt iudicare: vt ecce, delegati erant duo, & iudicauit vnus ſine alio: vt infrà eodem, l. cum magiſtratus. & in authenti. vt iudices non expec. ſacras iuſſi. §. ſi autem duo. & ff. de arbi. l. ſi cun. Item eſt nulla ſententia ratione exceſſæ metæ in mulctando: vt infrà eodem, l. certa. & vt diximus ſuprà de modo mulctarum. vel ratione exceſſi temporis in iudicando: vt ſi erat delegatus vt pronuntiaret ad certum diem: vt infrà eodem, l. cùm non ex eo die. Item nulla eſt ratione pretij, ſi lata eſt per pecuniam: vt infrà eodem, l. vænales. Item nulla eſt condemnatio, cùm ſit ex edicto peremptorio, quod neque propoſitum eſt, neque in notitiam peruenit abſentis: vt ff. quæ ſententiæ ſine appel. reſcin. l. j. §. vlti. Item nulla eſt ſententia, qua condemnatur mortuus: nec aliqua eſt iudicis delegatio in cauſa mortui. Nec tenet ſententia, quæ continet impoſſibile præceptum, vel cui parere rerum natura non poſſit: vt ff. quæ ſententiæ ſine appella. reſcind. l. penulti. & vlt. Item decretum nominationis eſt ipſo iure nullum propter priuilegium minoris ætatis, vel veteranorum. vt infrà eodem, l. pen. & antepenultima. Sunt & alij multi modi quibus nulla eſt ſententia ipſo iure, ſicut diximus s̃. de ſenten. & quomodo, & quando iudex.

ANNOTATIO.

a Contra leges. Ad hoc vide Specul. in titu. de act. ſeu peti. §. ii. verſi. ſed quando. Bart. in l. ii. C. quando prouoca. non eſt neceſ. & ibidem copioſius do. Alex. Bart. Bal. & doct. in l. de quibus. ff. de legi. do. Alex. & docto. in l. iii. §. hoc autem. ff. de dam. infect. Mateſila. no. xv. canoniſtas in c. j. de re iu. multa per do. Alex. conſi. lxxxi. in ii. volu. domi. Barth. Soci. in conſi. cxxxiiii. incip. viſa petitione. verſi. poſtremo. circa prin. in primo vol. charta ccvi. vbi multa habes ſatis notabilia.

Quorum appellationes nõ recipiũtur. *Rub.*

1 *Appellatio quibus ex cauſis reiiciatur. & nu. 3. & 5.*
2 *Appellari an & quando poſſit ab executore ſẽtentia.*
4 *Appellatio reorũ cõdemnatorũ ob quæ crimina nõ recipiatur.*
6 *Intellectus ad l. abſtinendum. C. quor. appel. non recip.*
7 *Contumax an & quando admittatur ad appellandum.*
8 *Appellare an poſſit is, qui ante ſententiam dixit ſe non appellaturum.*
9 *Appellari à quorum ſententia non poſſit.*
10 *Appellari quot vicibus poſſit in vna eadémque cauſa.*
11 *Appellare an & quando poſſit quis in cauſa aliena ciuili & pecuniaria: & quid in cauſa criminali, nu. ſeq.*

DIXIMVS, quando appellatio ſit neceſſaria, & admittenda, & quando non ſit neceſſaria: nunc videamus quando eſt reſpuenda, licet ſit neceſſaria. vel ſic: Diximus, qualiter puniatur iudex, qui non recipit appellationem, nunc videamus qualiter debeat
1 condemnari, qui non recipit. †Et certè ratione temporis elapſi decennij, ſcilicet reſpuitur appellatio: vt in auth. de appellatio. colla. viij. §. ſancimus. niſi ratio ætatis, vel alicuius cauſæ pertinentis ad titulum interuenerit: vt ff. de in integrum reſti. l. vlti. & de min. l. ait prætor. Item non appellatur in iudicio momentaneæ poſſeſsionis: vt j. ſi de momen. poſſeſ. l. j. Itẽ non appellatur ab interlocutoria ſententia, niſi in caſibus: vt ff. de
2 appel. re. l. ante. & vt diximus s. de appel. §. appellare. †Nec appellatur ab executore ſententiæ: niſi in caſu, quando excedit modum iudicationis, vel quando nimis cito exequitur ſententiam: vt ff. de appella. l. ab executore. & j. eod. l. ab executione. & vt diximus s. de appellatio. Item non appellatur à nominatione muneris publici vtilitate priuata, vt tutelæ, vel curæ: niſi quando reprobatur excuſatio: vt ff. quando appel. l. j.
3 §. ſi quis. & Inſti. de excuſatio. tuto. §. qui autem. †Item non appellatur à ſentẽtia condẽnatoria criminis: cùm publicè interſit ſtatim puniri dãnatos, vt ſunt inſignes latrones, vel ſeditionum concitatores, vel duces factionum: vt ff. de appella. l. conſtitutiones. Idem eſt in raptore fœminarum: vt j. de rapto. virgin. l. j. §. ſi autem. Poſſet tamen lex iſta de ſolis raptoribus, & non coadiutoribus intelligi. Item reſpuitur appellatio, cùm res non recipit dilationem: veluti ne teſtamentum aperiatur, vel ne ſcriptus hæres in poſſeſsionem mittatur, vel ne frumentum in vſum militis in annonæ ſubſidia contrahatur. Item ſi ex edicto perpetuo aliquid decernatur, id quominus fiat, non permittitur appellare. Item quominus pignus vẽdere liceat appellari non poteſt: vt ff. de appellatio. reci. l. vlti.
4 & j. eod. l. quiſquis. Item †non appellant quidam criminoſi: quia eorum crimina valde deteſtabilia ſunt: vt homicidæ, venefici, maleficí, adulteri. Item & qui manifeſtam violentiam commiſerunt. argumentis conuicti, teſtibus ſuperati, voce etiam propria vitium, ſcelúſque confeſsi. Si autem facinus ſuũ quis non fuerit confeſſus, vel etiam fuerit confeſſus: ſed formidine tormentorum, non prohibetur appellare: vt j. eod. l. ij. & fortè ea quæ in his quinque criminibus dicta ſunt, in cæte
5 ris quoque pari æquitate dicentur. †Item non appellat is, quem conſtiterit eſſe publicum debitorem, eo apertè manifeſtéque conuicto: vt j. eod. l. vlt. Item nec conuictus appellat is, à quo fiſcalis calculi ſatisfactio poſtulatur, aut tributoriæ functionis ſolenne munus expoſcitur: vel à quo euidẽtis, vel conuicti debiti publici, vel etiam priuati redhibitio flagita
6 tur: vt j. eod. l. abſtinendum. †Et fortè locũ habet lex iſta, cùm debitum priuatum poſtulatur reddi. non ita, ſi per ſe petatur dari, ne contradicat legibus alijs: vel eſt intelligenda in
7 priuato debito imperatoris. †Item non appellat contumax: vt ſuprà de iudicijs, l. properandum. §. cùm autem. & j. eod. l. j. niſi in caſu cùm redit contumax, adhuc ſedente iudice pro tribunali: vt ff. de in integ. reſtitut. l. diuus. Et ideo quis condemnatus ex peremptorio quod in eius notitiam peruenit, non appellat: niſi iuſta cauſa eum venire prohibuerit: vt ff. de appellationib. l. ex conſenſu. §. eum qui. & de re iudi. l. con
8 tumacia. †Item non appellat qui ante ſententiam dixit ſe non appellaturum: vt ff. qui, & à quibus appellare non licet, l. j. §. ſi quis. Quod videtur intelligendum, ſi hoc fecerit coram iudice: alioquin non videtur debere nocere: niſi partes inter ſe hoc paciſcantur: vt s. de remp. & repara. l. vln. §. vlt. Item non
9 appellatur à †delegato: ſi delegans appellationem prohibuerit, quod ſolus princeps facere poteſt: vt ff. à quibus appellare non licet. l. j. in fi. ergo & dominus papa ita poterit delegare. Item non appellatur à principe, nec à ſenatu, id eſt à cœtu ſenatorum, non dico ab vno ſenatore: vt ff. à quib. appell. non licet, l. j. Item non appellatur à præfecto prætorio: vt ff. de offi.
10 præfe. præto. l. j. Item †non appellat quis tertiò in eadem cauſa, ſecundò verò regulariter appellat: vt j. ne liceat in vna eadémque cauſa tertiò prouo. l. j. Interdũ ſemel tantùm appellatur: vt in auth. de ſanct. epiſco. §. ſi quis. & s. de appellatio.
11 l. in offerendis. †Item in ciuili cauſa, & pecuniaria, in cauſa aliena non appellat quis, niſi interſit ſua, & tunc videtur ſua propria: vt ff. de appellatio. l. ab executore. §. alio. & quando appel. ſit l. ſi procurator, vel niſi ſit tutor, vel curator, vel procurator, vel geſtor, vel mater, vel ſimilis perſona: vt ff. de appella. recip. vel non. l. j. Item appellat quandoque cohæres: vt ff. de appella. l. à ſententia. ſed & huius intereſſe videtur: ſicut & legatarius appellat ſcripto hærede ſuperato: vt ff. de appellatio. l. à ſentẽtia. §. ſi hæres. Filius quoque nomine patris ap
12 pellat: vt ff. de appel. l. ex conſenſu. §. filium. Sed in† cauſa criminali quaſi ſua interſit, humanitatis ratione, quolibet condemnato etiam eo inuito appellabit: vt ff. de appella. l. nõ tantùm. Sed & in cauſa libertatis, & ingenuitatis, pater, victo filio, prouocabit: vt ff. quando appellan. ſit, l. ſi procurator. §. ſi is qui. quod puto etiam filio inuito. Et quod de patre dicitur, in naturali quoque eſt intelligendum. Idémque & in patrono, & in cognatis eius etiam ſi fœminæ ſint. Extraneus quoq; pro furioſo poterit appellare: vt ff. de liber. cauſa. l. j. & ij. &
a vj. Item non recipitur appellatio vbicunque a nulla eſt ſententia ipſo iure: quod plenè diximus in ſuperiori titulo.

ANNOTATIONES.

a Nulla eſt. Ad huius concluſionis materiam vide Bald. in margari. ſua: in verbo iudex. Ang. & doct. in l. & in maioribus. C. de appell. qui imò vide, admittens ipſam puniri: vt not. tenet Specu. in titul. de appel. §. nunc dicamus. circa princip. Et ſiat quod voluit Bartolus. & doctor. in l. ij. C. de appell. Bald. in rub. C. de pœ. iud. qui ma. iud. do. Alexand. de Imo. & doctor. in l. iij. § de vi. ff. de vi publ. vbi à contrario ſenſu idem ſequitur.

Latrones. Adde meliorem textum in l. ſi quis filio. §. quid tamen. vbi non obſtante appellatione, latro factioſuſque punitur: neque pœna ſubſtinenda eſt donec princeps reſcripſerit. primum punire permittitur, deinde ſcribere. Et hoc eſt, quod pragmatici Galli dicunt. faire le proces apres la corde: quem text. nemo Doctorum ante me ad hoc ponderauit. Quum autem iura ciuilia Toloſæ priuatim reperere, Collegi aliquot caſus, quibus progreditur vltrà non obſtante appellatione, quos hic recenſere placuit. 1. Occaſione nommorum fiſcalium, & rerum domanii principis. l. iii. C. quo. ap. non recip. 2. Delegati ad recipiendos, examinandóſque teſtes glo cap. venientes. ii. de iureiur. 3. Contumax verus non appellat l. ex conſenſu. de appella. ff. 4. In materia prouiſionum, & alimentorum. 5. Confeſſus non appellat l. ii. C. quor. appel. vbi vide alios caſus. 6. Officialis condemnatus in ſyndicatu non appellat. Iacob. Butrig. Bart. l. nulli. C. quo ap. 7. Appellatio recredentiæ non impedit exequutionem. d. l. ii. 8. Deferens iuramentum voluntarium non appellat l. generaliter. §. ſed iuramento. C. de iureiur. 9. In notoriis exceſsibus non appellatur. c. cum ſi. de appel. 10 Item manifeſte conuictus non appellat. 11. Ab areſto curiæ non appellatur. 12. Item non appellant, qui falſant monetam l prima in fi. de falſa moneta. Sunt & alii multi caſus, quos per te colligere poteris. Hos tamen meus cooſacrat: quotidiani enim ſunt l. leg. ff. de lib. lega. Reliquos vide apud Azonem hic. P. Prateius.

Si pendente appellatione mors interuenerit. *Rubrica.*

1 *Cauſa an, & quando poſsit agi ſuper re iam extincta.*
2 *Appellatio an & quando duret poſt mortem alterutrius ex litigatoribus.*
3 *Hæres quantum tempus habeat ad exercendam appellationẽ à defuncto interpoſitam.*

AVDIVIMVS quando non recipiatur appellatio ab initio, nunc videamus quando appellatio porrecta, & ſuſcepta extinguitur ex poſtfacto.
1 †Sciendum eſt igitur morte rei interueniente poſtea, cauſam nihilominus agi poſſe: ſi fuerit res talis, quę mortua poſsit eſſe in vſu hominis: puta porcus, vel quid ſimile, maximè cùm quis fuerit in mora: vt ff. de condi. fur. l. ſi ſeruus furtiuus. §. boue. Si verò non poſsit eſſe in vſu hominis, vt quia homo eſt, vel quid ſimile, quod mihi tenebaris reſtituere, & deſiit eſſe in rerum natura, ad rem quidem, vel propter rem ipſam principaliter præſtandam agi non poteſt: ſed tamen agi poterit propter peculium. Item poteſt agi ad pretium rei, ſi mora præceſſerit mortem rei: vt ff. de verb. obligat. l. inter ſtipulantem. §. Stichum qui deceſsit. & s. de lib. cau. l. principaliter. & infrà eodem. l. quamuis. Si verò

2 † contigerit mors ipſis litigatoribus: ſi quidem ciuilis erat
cauſa, appellatio facta durabit etiam poſt mortem appellato-
ris, vt habeat neceſſe, vel prouocationem exercere, vel ſtatutis
acquieſcere: vt j. eod. l. j. Si vero fuerit cauſa criminalis, ſiue
reus ſiue accuſator moriatur, extinguitur cauſa: ſi tamen bo-
norum, non expreſſe, ſed tacitè fuerit facta ademptio: tunc e-
nim quia expreſſum, eſt inualidum: nec valet, quod tacitè in-
eſt: vt ff. de ſeruitu. ruſti. præd. l. item. §. qui habet. Vbi verò ſit
expreſsè ademptio bonorum, quaſi duæ ſint ſententiæ, quia
duo ſunt capitula, vnde vno irritato, nihilominus valet reli-
quum: vt j. eod. l. ſi is. & j. ſi reus vel accuſator mort. fuerit. l.
vlti. Ideo eſt & in ea cauſa, quæ eſt de honoribus, vel muoe-
ribus, quod eſt in criminali: vt j. eod. l. ſi pater. niſi pro præte-
rito tempore, quod fluxit ante mortem nominati. Tenebitur
enim hæres nominati, ſi ceſſauit gerere, vel appellauit per ma-
litiam: vt ſ. de excuſa. tut. l. quanquam. & ff. de excuſat. tuto. l.
qui teſtamento tutor. & ff. ſi quis tutor, vel cura. vel magiſtr.
5 creatus appell. l. j. † Porro illud notandum eſt, quod vbicun-
que hæres cauſam appellationis debet exercere, ad minus
quatuor menſes habet ad exercendam appellationem, non ad
deliberandum: etiam ſi minus ſupererat defuncto: ſi verò plus
ſupererat ei, & illud habet: vt j. eod. l. vltim. & ſuprà de iure
deliberand. l. cum antiquioribus.

De his qui propter metum iudicis non appellauerunt. *Rubrica.*

1 *Appellationem omittenti per metum an, quando, & qua ratio-
ne conſulatur.*

AVDIVIMVS ſuprà, quando appellatio facta
non examinatur: nunc videamus quando appel-
1 tio non facta, velut facta tractetur: puta, ſi † quis
per metum non appellauerit: in quo diſtinguitur
vtrum iuſtus fuerit timor, an non. Si quidem fuerit iuſtus, ille
erit adeundus, qui appellabatur & côteſtatione publicè pro-
poſita intra dies, videlicet legitimos quibus appellare licet.
Cauſæ appellationis euidenti affirmatione diſtinguêdæ ſunt:
vt hoc facto tanquam interpoſita appellatione, æquitatis ad-
minicula non denegentur: vt j. eo. l. vlt. & ff. de reg. iur. l. in o-
mnibus. & de appell. l. cùm quidam. & de appel. re. l. antepen.
Quis autẽ ſit iuſtus timor, plenè diximus ſ. quod met. cau. Si
autem fuerit timor vanus, non prodeſt alicui, vt videatur ap-
pellaſſe: vt ff. de reg. iu. l. vani. Quid enim ſi timuit in comita
tũ principis appellare, in quo nihil oportuit eũ timere? vt hic.
l. j. idẽq; & ſi timuit infamiam, vel aliquid quod non eadit
in hominem conſtantẽ: vt ff. quod met. cauſa, l. nec timorem.

Si vnus ex pluribus appellauerit. *Rubrica.*

1 *Appellatio vnius ex pluribus eiuſdem rei vel cauſæ ſociis an,
& quando proſit cæteris. & nu. 3.*
2 *Seruitutem omnem indiuiduam eſſe præter vſumfructum.*

DOCVIMVS ſ. quando appellatio appellanti
[non] proſit: nunc exponamus, quomodo per ap-
pellationem etiam alij non appellanti, appellatio
1 facta proficiat. † Sciendum eſt igitur, diſtinguen-
dum eſſe, vtrum res fuerit corporalis, & communis plurium,
ſuper qua appellatum eſt, an non. Si res fuerit communis &
corporalis, & alter appellauerit, aut per beneficiũ reſtitutio-
nis adiutus fuerit, tunc non prodeſt alteri: aut in re commu-
ni, & tunc prodeſt: vt j. eo. l. ſi in vna. Si verò fuerit incorpo-
ralis res, & communis: puta, ſeruitus: ſi quidem ſit diuidua, al-
teri non prodeſt. ſi indiuidua, alteri prodeſt: vt ff. quemad. ſer.
2 amit. l. ſi communem. † Eſt autẽ omnis ſeruitus indiuidua, præ-
ter vſumfructum: vt ff. ad legem Fal. l. j. § ſi vſusfructus. Si ve-
3 rò † res incorporalis, vel corporalis non fuerit communis, ſed
eſt eadem cauſa, ex qua duo tenentur: puta, tutelæ: diſtingue,
vtrum vna, & eadem fuerit defenſionis cauſa, an diuerſa. Si
enim vna eſt, & eadem, alterius victoria prodeſt ei, qui non
appellauit. Si diuerſa eſt, non prodeſt, vt in duobus tutoribus
procedit: ſi alter tutelam geſſerat, & alter non attigerat: & is,
qui non geſſerat, prouocauit, iniquum eſt enim eum, qui ideo
cognouit ſententiam, quoniam ſcit ſe geſſiſſe propter ap-
pellationem eius qui non geſſerit, obtinere: vt ff. de appel. l. ſi
qui ſeparatim. §. vlti. & j. eod. l. j.

Si de momentanea poſſeſsione appellatum fuerit. *Rubrica.*

1 *Appellari non poſſe de momentanea poſſeſſione: & quæ ſit hu-
ius ratio. & nu. 3.*
2 *Momentanea poſſeſſio quæ dicatur.*

QVANDO appellatio reiiciatur propter iudicis
authoritatem dictum eſt, audi quando reiiciatur
propter vtilitatem ipſius rei de qua lis eſt, puta,
1 † ſi feratur ſuper momẽtanea poſſeſſione, vel for
tè reiiciatur appellatio: quia eſt interlocutoria ſententia, vt di
cunt. Vel (vt puto) quia expectatur plenius examinari negotiũ
2 in cauſa proprietatis. † Eſt autem poſſeſſio momentanea, ſi
agatur de poſſeſſione retinenda per interdictum vti poſſide-
tis, vel vtrobi: vel adipiſcenda, vt per interdictum, quorum bo
norum, vel quorum legatorum: vel recuperanda, per interdi-
ctum vnde vi. Eſt enim apta durare per momentum penes eũ
qui vicit. Si enim ille, qui ſuccubuit incontinenti probat de
proprietate, ſtatim eam recuperabit per ſententiam: niſi ex in-
terdicto vnde vi. hodie per conſtitutionem ſi quis in tantam.
3 C. vnde vi. quæ prædoni aufert dominium. Hoc † ergo ſpecia-
le eſt in quæſtione momentaneæ poſſeſſionis, quod ab eius
ſententia non appellatur: ſed quidam hoc reſtringũt ad quæ-
ſtionem retinendæ poſſeſſionis tantum: ſecus ſi agatur de re-
cuperanda, vel adipiſcenda poſſeſſione. Sed certè generalia
verba faciunt contra eos, quæ ſunt in lege huius tituli. Sic e-
nim dicit, ita tamen poſſeſſionis reformationem fieri oportet,
&c. Item pro nobis eſt quod dicitur ſ. quorum appel. non re-
ci. l. quiſquis. appellationem inhiberi, vbi agebatur de adipi-
ſcenda poſſeſſione: eſt tamen contra ſ. de appella. l. j. ſed fortè
illud eſt ſpeciale, quia ordo in cognoſcendo erat prætermiſ-
ſus. Sed ſecus, ſi quæratur de iniuria ſententiæ.

Ne liceat in vna eadémque cauſa tertiò prouocare, vel poſt duas ſententias iudicum, quas definitio præfectorum roborauerit eas retractare. *Rubrica.*

1 *Appellari quoties poſsit in vna eadémque cauſa.*
2 *Appellare quando ne ſemel quidem liceat.*

1 REGVLARE eſt † vt poſt primam ſententiam
appellari poſſit ſemel, & ſecundò: ſed interdũ ap-
pellatur ſemel tantùm: vt ſ. de appella. l. in offerẽ
dis. & l. iubemus & in auth. de appel. §. illud. &
de ſanct. epiſco. §. ſi quis contra. Tertia autem appellatio re-
probatur. Nimis enim eſſet durum, quartam expectare ſentẽ-
2 tiam. Item † quandoque nec etiam ſemel appellatur propter
dignitatem iudicis, puta Præfecti præto. Hoc ita, ſi cognoue-
rit Præfectus de cauſa principali. Idẽ & ſi cognouerit de cau-
ſa primæ appellationis. Si autem cognouerit de cauſa ſecũdæ
appellationis, ſiquidem confirmauerit duas præcedentes ſen-
tentias, à modo non liceat ab eo ſupplicare. Et eſt ratio, quia
nec ab alio liceret appellare: ſecus eſſe puto, ſi infirmaſſet ſen-
tentias præcedentes. ſed illud certum eſt quòd recuſatio iudi-
cis non reputatur pro appellatione.

Qui bonis cedere poſſunt. *Rubrica.*

1 *Cedere bonis quid ſit.*
2 *Cedere bonis qui poſsint.*

Cede

3 *Cedere bonis an poſsit, qui debitum non agnoſcit.*
4 *Ceſsio bonorum quomodo, & quibus fiat.*
5 *Ceſsionis bonorum effectus quis ſit.*
6 *Ceſsio bonorum quod remedium afferat cedenti.*
7 *Debitori, qui petit à creditoribus, vt vel ei dilationem dent, vel vt admittatur ad ceſsionem bonorum: vtrum ſit ei ex duobus concedendum.*

QVALITER condemnato ſubueniatur per appellationem dictum eſt, videamus qualiter ei ſubueniatur per ceſsionem bonorum. Videndum eſt ergo, quid ſit cedere, quis poſsit cedere, quando, cui, quis ſit effectus ceſsionis, & quod ſit remedium ceſsionis.
1 † Eſt autem cedere bonis, bona dimittere, & deſerere credito-
2 rum improbitati, & inſtantiæ. Cedere † autem poteſt paterfamil. & filiusfamil. nec refert habeat, vel non habeat peculium caſtrenſe, vel quaſi, vel aduentitium, vel profectitium. Nam & patrisfam. qui nihil habet, admittitur ceſsio, ne patiatur iniuriam: quia poterit habere bona: vt j. eodem. l. cùm & filij. Nam & actio de peculio tenet, licet nihil in peculio ſit: vt ff. de pecu. l. quęſitum. Sed & Petrus dicitur omnia reliquiſſe, qui nõ reliquit niſi nauiculam, & rete, Matthæi 19. Marci 1. Item cedit bonis, qui debitum agnoſcit, vel qui condemnatus
3 eſt. Si autem † debitum non agnoſcit, audiri non debet, inuito creditore, qui probationes habet in promptu, illo negante. Cùm verò creditor dicit, Cede bonis, ego probabo debitum quandocunque voluero, audiri debet debitor, & admittenda
4 eſt ceſsio: vt ff. eod. l. penultima. † Fit ceſsio in iure, & extra, inter pręſentes & abſentes per nuntium, vel per epiſtolam: vt ff. eodem. l. vltima. Sufficit enim ſola voluntatis profeſsio: vt j. eodem. l. in omni. Item fit ceſsio creditoribus, non his
5 qui vocant alios ad honores: vt j. eod. l. propter. † Effectus autem ceſsionis hic eſt, vt creditores venditionis remedio conſulant idemnitati ſuæ, quatenus patitur ſubſtantia: excuſſo
❧ debitore vſque ad vltimum quadrantem ❧, & vſque ad ſubligamentum: niſi ſit de perſonis, quę damnantur, inquantum facere poſſunt: vt ff. de re iudic. l. ſunt qui. non tamen licet eis retinere iure dominij bona, vel inter ſe diuidere: vnde & debitor poſtea ſoluendo debitum poſſet recuperare res: vt j. eod. l. legis Iuliæ. item & debitor facta ceſsione poſſet mutare voluntatem ſuam ante venditionem bonorum, ſi paratus fuerit
6 ſe defendere: vt ff. eodem. l. tertia. † Eſt autem remedium ceſsionis maximum: quia ſi poſtea conueniatur à creditoribus, inquantum facere poteſt ſolummodo damnatur: habetur enim ratio ſui, ne egeat. Item poſtea conueniri non poteſt: niſi tantum quæſierit, propter quod prætor poſsit moueri. Nec enim fraudãdus eſt alimentis quotidianis: vt ff. eod. l. quarta. & l. qui bonis. & l. ſi debitoris. Item eſt aliud remedium, quia iudicatus non detruditur in carcerem, ſi cedat bonis. Nec poſt xl. dies datur creditoribus dilacerandus: ſicut refert Aul. Gellius libro xx. capitulo primo. Noct. Attic. contineri in legis xij. Tabular. cuius duritiem Sextus Cœcilius Iuriſconſultus contra Phauorinum philoſophum mirabiliter defendit.
7 † Quid autem ſi debitor dicat creditoribus, cedam bonis, vel date mihi dilationem quinquennij. Siquidem creditores conſentiendo eligant vnum, bene eſt. Si autem diſſenſerint inter ſe, ſtatur iudicio maioris partis: vt maior pars primò intelligatur ſecundum cumulum debiti. ſecũdò ſecundum numerum perſonarum: tertiò, humanior ſententia eſt præferenda eorum, qui dant inducias quinquennij, & ceſsionem reſpuunt. Neq; diſtinguuntur hypothecarij creditores à chirographariis, quantũ ad hanc electionẽ. Secus ſi tractetur inter creditores, vt contenti ſint certa debiti portione: tunc enim per chirographarios, licet præponderent in cumulo debiti, vel numero perſonarum, non præiudicatur hypothecariis. Nec eſt prætermittẽdum, quòd ſi creditores dederint dilationem quinquennij, non præiudicatur eis in præſcriptione temporali. Et probantur hæc j. eod. l. vlti. & ff. de pact. l. reſcriptum.

ANNOTATIO.

❧ Quadrantem. Adducit ad illud euangelicum Matthæi. 18. de eo qui debebat decem millia talentorum. Summo autem iuri, & acerbitati exo, ſummæque iniquitati innititur Azo cuius ſententia nec vera eſt, nec legibus probata. Humaniorum autem ſententia mihi viſa eſt exiſtimantium, cuiuis cedenti aliquid victus gratia relinquendum. idque à maiori probat textus in l. diuus Hadrianus ff. de bo. damnat. Neque hoc reliqua iura denegant: alioquin maleſuada fames ad quoduis facinus impelleret. P. Prateius.

De bonis authoritate iudicis poſsidendis, ſeu venundandis, & de ſeparationibus bonorum. *Rubrica.*

1 *Mitti in poſſeſsionem qui petere poſsint.*
2 *Creditorum nomine qui veniant, cùm tractatur de eis in poſſeſsionem mittendis.*
3 *Miſsio in poſſeſsionem aduerſus abſentem quàm variè fiat.*
4 *Creditor miſſus in poſſeſsionem an, & quando poſsit diminuere veſcendi cauſa.*
5 *Miſſus in poſſeſsionem ad quid teneatur, & quid ipſe vicisſim poſsit repetere: & qua actio in eũ detur domino & ad quid.*
6 *Miſsio in poſſeſsionem quando concedatur: & nu 13*
7 *Defendi quis dicatur, & quis non, vt vel denegetur, vel concedatur miſsio in poſſeſsionem.*
8 *Miſsio in poſſeſsionem ex quibus cauſis olim fieret, & ex quibus hodie, & quomodo.*
9 *Creditoribus miſsis in poſſeſsionem qua ratione conſulatur, ſi periculum ſubſit, ne actiones pereant tempore, vel cùm diu incertum eſt an aliquis ſit extiturus hæres ipſi debitori.*
10 *Venditio bonorum debitoris poſt quantum tempus concedi debeat creditoribus miſsis in poſſeſsionem.*
11 *Creditorũ plurium vnius debitoris qui quibus præferẽdi ſint.*
12 *Creditoris ſibi vigilantis, & occupantis bona ſui debitoris quando ſit melior conditio.*
14 *Creditor miſſus in poſſeſsionem an poſsideat, an verò duntaxat ſit in poſſeſsione.*
15 *Seruitutem vendicanti qua ratione cõſulatur, ſi reus ſe non defendat.*
16 *Miſsio in poſſeſsionem bonorum pupilli vel adulti ex quibus cauſis, & quomodo, & quatenus fiat. & nu. ſeq.*
18 *Venditio an, & quando permittatur creditoribus miſsis in poſſeſsionem bonorum pupilli.*
19 *Separationis beneficium quibus creditoribus detur, & quando, nu ſeq. & 22.*
21 *Hæredi adeunti quibus caſibus detur ſeparationis beneficium.*
23 *Creditoribus hæredis, qui in eorum fraudem adiuit hæreditatem, quæ non erat ſoluendo, an aliqua ratione conſulatur.*

FACTA bonorum ceſsione à debitore, vel etiã debitore vocato, & non veniente ad iudicium, poſtulant creditores ſe mitti in poſſeſsionem bonorum eius, & poſtea petunt, vt liceat eis venundare bona. Et ideo ponit de bonis author iud. poſ. ſeu ve. & adiecit de ſeparationibus: quia creditores hæreditarij quandoque poſtulant ſeparari bona defuncti, à bonis hæredis: vt ea ſibi ſoli ſeruentur, & ex eis ſatisfaciant: bona autem hæredis ſeruentur creditoribus eius. Videamus ergo quis poſsit petere ſe mitti in poſſeſsionem, & quis petat licentiam vendendi, ex qua cauſa, & quando: poſtea dicemus de ſeparationibus, quis eas petat, & quando, earúmque miſsionum & ſeparatio-
1 num effectu. † Poſſunt autem petere ſe mitti in poſſeſsionem omnes creditores, quibus aliquid debetur purè. Si autem debeatur in diem, vel ſub conditione, ſi quidem poſtulant ſe mitti in poſſeſsionem ad hoc, vt liceat eis vendere, non mittuntur. Idémque eſt, ſi poſtulent ſe mitti, vt ſibi ſoluatur. Si verò poſtulet creditor ſibi caueri de debito ſoluendo ſuo die, vel exiſtente conditione, quod poteſt facere ſi debebatur ei, ex contractu bonæ fidei, vel ex cauſa legati, vel fideicommiſsi: vt ff. de iudic. l. in omnibus: vt ſ. diximus, vt in poſſeſsionem legatorum mittatur: vt ff. eod. l. in poſſeſsione. j. reſpon. & l. Fulci-
2 nius. §. ſi in diem. & l. pen. j. reſpon. §. vlti. † Creditorum nomine etiam legatarios hic accipe: vt ff. de act. & oblig. l. hæreditariarum. Et ſi ſeruo ſit relictum legatum, dominus habetur legatarius, vt legatum poſsit admittere, vel repudiare: vt ff. de leg. j. l. legatũ. ſeruo & l. ſi fundũ ſub cõditione. §. j. Relicto au-

rem legato filiofa. tam pater, quàm filius (quia ambo ſpem ha-
bent commodi) mittuntur in poſſeſsionem: vt ff. eo. l. ſi filio. &
3 de pig. l. ſi legati. In vocato autem, & ſui copiã non faciente,
diſtinguo, vtrum cõueniatur actione in perſonam, an in rem.
Si in perſonam, aut eſt maior xxv. ann. & compos mentis, aut
non. Si maior eſt, & compos mentis, & non veniat, aut latitat
cauſa fraudandi creditores, aut non. Si latitet cauſa fraudan-
di creditores, illi ſoli poterunt poſsidere, & vendere, aduerſus
quos latitauerit. Et eſt latitare turpiter ſe occultare, vt euitet
occurſum creditorum. Et licet aliam poſsit prætendere cau-
ſam latitandi, ſi tamen & hæc cauſa inſit, poterunt etiam illi
vendere, quos ipſe voluit fraudare, & non alij: vt ff. eo. l. Ful-
cinius. §. j. & ij. & iij. Si autem vocatus non latitet, vt fraudet
creditores, ſed abſens eſt ex quacunque cauſa probabili, vel
non probabili, neceſſaria, vel voluntaria, creditores mittuntur
in poſſeſsionem bonorum omnium hoc iure, & habent cuſto-
diam rerum, & obſeruationem, non tãmen poſsident: neque
permittitur eis bona vendere: vt ff. ex quib. cau. maio. in integ.
reſtit. l. item ait. §. hæc autem. & de acqui. poſ. l. poſsideri. §. vlt.
& ff. quibus ex cauſ. l. cùm legati. & ideo mirum eſt, quòd lex
quaſi ſpeciale notat in abſente reipublicæ cauſa ſine dolo: &
in captiuo hoſtium, & in pupillo, quòd eorum bona nõ ven-
dantur: vt ff. eo. l. in poſſeſsione. §. j. pupillus tamen poſſet lati-
4 tare, ſi pubertati proximus eſt: & idem ſpeciale eſt in eo. † Item
creditor miſſus non diminuit veſcendi cauſa: hoc tamen fallit
in filia quæ mittitur in poſſeſsionem cauſa legati, cùm aliunde
non habeat ſuſtentationem: vt ff. vt in poſ. lega. l. quæ legato-
rum. Item fallit in eo, qui agit hæreditatis petitione, ſi propter
nimiam contumaciam poſsidentis hæreditatem, mittitur in
poſſ. vt lucrifaciat fructus: vt ff. eo. l. Fulcinius. §. vlt. Aliàs au-
5 tem miſſus in poſ. fructus † tenetur reſtituere debitori, vel cõ-
penſare. Item & repetit ea quæ impendit in eam ſine dolo. Item
ſi eius dolo, vel lata culpa, fiat res deterior, tenetur: ſed non te-
netur de leui culpa: licet teneatur creditor qui habet conuen-
tionale pignus. Et ſuper his proponitur actio in factum. quæ
pro impenſis, & fructibus, quos perceperit, vel percipere po-
tuit, cũ eſſet in poſſeſsione, quæ perpetua eſt: & hæredibus, &
in hæredes datur. Pro damno autẽ annalis, & non datur in hæ-
redes: niſi pro eo, quod peruenit ad eos: vt ff. de bo. aut. iud. poſ.
l. prætor ait. & l. creditore. §. datur. & l. in venditione. §. ſi quis.
6 † Fit autem prædicta miſsio in poſſeſsionem, item venditio
quandoque, vt ſ. diſtinxi, ita demum ſi vocatus abſens à nullo
7 boni viri arbitratu defendatur. Defendi † autem non is vide-
tur tãtùm, pro quo ſe defenſor ingerit, ſed & qui requiſitus ab
actore non eſt defenſioni defuturus. Debent enim amici eius
interrogari an defendãt: & ſi actor vltro interpellat, nec quiſ-
quam ſe defenſioni offerat, aut ſi nemo eſt, qui interrogari poſ
ſit, ille non videtur defendi. Sed tamen prædicta oportet con-
teſtatione complecti: vt ſi dicat actor coram teſtibus: Audite,
quomodo interpello, ſi aliquis eſt qui velit defendere Titium:
vel, quomodo interrogo amicos eius, & cognatos. Si quis autẽ
offerat ſe defenſioni, debet iudicium ſuſcipere: & in eo vſq; in
finem perſeuerare, & ſatiſdare iudicatum ſolui: vt ſi non fiat
miſsio in poſſeſsionem, vel venditio: vel ſi facta fuerit miſsio,
poterit deiici de poſſeſsiõe miſſus, oblata defenſione, & reddi-
to interdicto vti poſsidetis: ne inquietetur abſentis poſſeſsio:
vt ff. qui. ex cau. ma. in integ. reſt. l. item ait. §. vlt. & l. ergo. & de
iud. l. rectè. & ff. eod. l. hoc autem. § vlt. & l. ij. §. vlt. & l. Fulci-
nius. §. j. Quid autem ſi iudex conceſſerit venditionem rei, cùm
non debeat eam concedere: fortè quia abſens defendebatur?
certè vẽditione habita pro nulla, recuperabit abſens rẽ ſuam,
& pro ea nõ eſt ei opus ſupplicare principi. Si ergo experitur
rei vendicatione præiudiciali ſubaudi quaſi: quia præiudica-
bit ei quod factũ eſt, vel de facto fit reſciſsio venditionis, quæ
nõ tenebat de iure: vt ff. de pri. cred. l. imperatores. Idem fortè,
ſi abſens nõ latitabat, vel fortè tunc poſſit beneficium: in inte-
grum reſti. habere, vt teneat venditio: quia à nemine defende-
batur, ſed reſtituebatur contra eam: vt ff. de dam. infe. l. ſi fini-
ta. § ſi fortè. Et fortè ſatis erit ad hanc reſtitutionem, quia ipſe
8 non latitabat dolo malo. † Fiebat olim miſsio in poſſeſsio-
nem bonorum omnium cauſa rei ſeruandæ, vel cauſa legato-
rum. Item & cauſa ventris. Damni enim infecti nomine (ſi non
caueatur) non vniuerſorum nomine fit miſsio, ſed rei tantùm,
de qua damnum timetur: vt ff. eo. l. j. Hodie autem in damnõ
infecto, & in muliere cauſa ventris nihil immutatur, ſed in cre
ditore, vel legatario: ſi debitor vocatus ſit, & nõ venit, vel etiã
ſi venerit, & ad iudicem ſe venturum iurauit, & poſtea ſe ſub-
trahit iudex, ille qui vocauit cũ ſi adminiſtrator eſt, vel etiam
is, qui iudicem dedit, iubebit eum exhiberi. Si omnino abſit,
examinet iudex, vbi ſit inducijs datis, intra quas ſi non occur-
rat, ſecundum vnam partem examinato negotio, id eſt, audita
propoſitione actoris, & eius ratione, & præſtito ſacramento
calumniæ: & ſic ſummatim cognito negotio, mittet actorem
in poſſeſsionem rerum abſentis iuxta menſuram debiti decla-
rati ſummatim: vt ſi ille x. debeat, mittetur in poſſeſsionem re-
rum valentium x. vel etiam xij. quia plus aliquantulum debet
valere pignus, quàm debitum. Quòd ſi redierit abſens, omne
damnum reſarciet actori ante, quã proſequatur cauſam, præ-
ſtabitq; fideiuſſorem, quod in iudicio permanebit: vt in auth.
de exhi. & intro. re. §. ſi verò etiam quidam. Hæc autem miſsio
in poſſeſsionem facta prodeſt nedum miſſo, ſi ipſe verus cre-
ditor erat, ſed etiam alijs creditoribus omnibus: ſi tamen alij
creditores præſentes venerint vſq; ad biennium, abſentes au-
tem venient vſque ad quadriennium: & miſſo in poſſeſsio-
nem reſtituant expenſas, quas adipiſcendæ poſſeſsionis gra-
tia ſuſtinuit, eius ſacramento declarandas, pro rata portione
eorum, quæ debentur: quia & ſecundum debita eis ſatisfacien
dum eſt. Elapſo autem prædicto tempore nullo modo poſſunt
inquietare miſſum in poſſeſsionem: vt j. eod. l. vlti. j. reſponſ. &
§. j. & ff. de bon. autho. iud. poſſ. l. cùm vnus. Si autem miſſus in
poſſeſsionem verus creditor nõ erat, miſsio non prodeſt ei, nec
9 alijs: vt in prædicta l. cùm vnus. † Miſsis autem creditoribus
in poſſeſsionem, ſi quædam actiones perituræ ſunt tẽpore: vel
ſi diu eſt incertũ, an hæres ſit extiturus necne, debitori bonum
iſtud erit concedendum, vt curator conſtituatur vnus ex cre-
ditoribus, & in eum detur actio in factum de eo, quod ad eum
de bonis debitoris peruenit. Si autem nondum ſit aliquid con
ſecutus, actiones ſuas præſtabit: & omne quod veniet in actio-
ne negotiorum geſtor. ſi poſſet agi, ei reſtituendum erit à cre-
ditore: vt ff. eod. l. ſi diu. & de bon. autho. iudic. poſſ. l. credito-
re. j. reſpon. & §. j. Item permittitur creditoribus omnibus, vel
vni electo à maiori parte, ne corrumpantur rationes ἀπογραφὴν,
id eſt, deſcriptionem inſtrumentorum facere, non vt deſcri-
bant ipſa inſtrumentorum corpora: ſed quot ſint, & de qua re
ſint ſubnotent ſibi, & quaſi inuentarium faciant, quod etiam
in vniuerſis rebus erit permittendum. Præterea nonnunquam
cauſa cognita, etiam aliquid ex inſtrumentis permittitur eis
deſcribere: & nedum ſemel, ſed etiam ſecundò. Si tamen iura-
uerit quis non calumniæ cauſa ſe poſtulare, neque habere ſe,
quæ diſpunxit: vt ff. de bo. auth. iud. poſſ. l. vlt. Eſt autem di-
pungere, [in ſcriptura] conferre accepta & data, vt ff. de verb.
ſign. l. cognoſcere. Poſt miſsionem autem in poſſeſsionem cre
ditores poſtulant à iudice concedi ſibi venditionem bonorum
10 debitoris latitantis, & quanto tempore † elapſo debeat con-
cedi venditio, dubitatur. Et videtur innuere huius titu. l. vlti.
§. ſin autem hi, qui. quod in lege (fortè græca) definitum ſit
11 tempus: vel die, vt notauimus ſ. de excu. rei iud. † Inter credi-
a tores autem potiores ſunt illi qui acceperunt pignora *, eis,
qui habent perſonales actiones tantùm: [vt j. qui pot. in pig.
l. eos. Inter hypothecarios autem obtinet regula, quòd qui
prior eſt tempore, potior eſt iure: niſi in caſibus quos plenè
proſequemur donante Domino. j qui pot. in pign. hab. Inter
eos autem qui habẽt perſonales actiones tantùm] æſtimantur
priuilegia ex cauſa, non ex tempore: vt ff. de priui. cred. l. pri-
uilegia. Sic ergo prius erit ei ſatisfaciendum, qui habet priui-
legium, quàm ei, qui non habet: vt ff. quod cum eo, qui in alie-
na poteſtate. l. iij. & de peculio. l. ex facto. §. vlti. Vel ſi vterque
ſit priuilegiatus, & paria ſunt priuilegia, & pares tituli: vt quia
ambo depoſitores ſunt, debent concurrere: vt ff. de priuileg.
cred. l. ſi ventri. §. in bonis. & §. ratio. Idem dici fortè poteſt &
ſi vnus agat tutelæ, alter depoſiti: & idem in talibus titulis,
quæ videntur paria, licet non ſint eiuſdem cauſæ, niſi in lege
nominatim probetur alterum actionis in perſonalis priuile-
gio præferendum, vt dicitur in fiſco: vt ff. de priuileg. credit. l.
quod

quod quis. vel fortè dicetur potentius priuilegium tutelæ,
quàm depoſiti, vel quia ineſt tacita hypotheca. Quod dixi in
fiſco, ſeruandum eſt etiam in muliere dotem ſuam repetente.
Cùm enim ipſa priori tacitæ hypothecæ præferatur, & ita ha-
betur priuilegium potentius alio priuilegio, quantum ad hy-
pothecariam actionem. Idem videtur & in hoc priuilegio per-
ſonalium actionum. Idem & in eo, qui credidit in rem reſi-
ciendam: vt ff. qui pot. in pig. hab. l. interdum. Idem fortè & in
funeraria: vt ff. de relict. l. penult. Sed ſi contentio eſt inter eos
adeò priuilegiatos, nunquid vnus eorum alteri præfertur? &
fortè concurrent: niſi lege de aliquo eorum probetur quòd ſit
12 præferendus. † Inter creditores autem priuilegiatos occu-
pantis eſt melior conditio: hoc eſt, ſi quis vigilauerit, vt ſibi
ſatisfiat à debitore, qui ſoluendo non erat, antequam bona
debitoris poſſideantur: nam poſtea quàm bona cœperunt poſ
ſideri, omnium creditorum conditio & iura paria facta ſunt.
Ius enim ciuile vigilantibus ſcriptum eſt. l. pupillus. in fine. ff.
quæ in frau. cred. Item ſi vtroque creditore inſtante debitor
vni voluit gratificare, debet illud omnibus communicare, vel
eadem portio ſingulis quæri: vt ff. de bo. auth. iud. poſ. l. ſi non
expedierit. §. j. & de his quæ in fraud. credit. l. qui auté. §. ſcien-
13 dum. & l. pupillus. Vbi autem † maior xxv. annis ſanæ mentis
conuenitur in rem actione, ſiquidem latitet, bona eius poſſunt
poſſideri, & veanndari, ſicut dictum eſt in perſonali actione.
Si verò non latitet, ſed abſens eſt tantummodo, ſiquidem do-
14 lo deſiit poſſidere, idem eſt quod ſuprà. Si verò † non dolo de-
ſiit poſſidere, mittitur actor in poſſeſſionem rei petitæ tãtùm
& ſtatim poſſidet, ſicut & videbatur Martino. Sed Bu. vide-
batur actorem nõ poſſidere, ſed in poſſeſſione eſſe, ſicut etiam
dictum eſt in perſonali actione. Anno autem elapſo, quaſi ſe-
cundo decreto interpoſito, plenam habet actor poſſeſſionem,
ſecundum omnes: vt ſuprà de præſcript. xxx. anno. l. ſi quis. §.
vltimo. Quod dictum eſt in reali ſimplici actione, dicitur & in
miſta: vt ff. quib. ex cauſis in poſſeſ. eatur. l. Fuleinius. §. item vi-
deamus. & §. Celſus. & §. idem Celſus. ſcilicet, ſi miſta actio
proponatur pro re principali. Nam ſi proponatur pro perſo-
nalibus præſtationibus, idem fortè erit in ea, quod in qualibet
perſonali actione: vt ſuprà diximus. Item hæc omnia vera ſunt
quando agitur reali actione pro eo, quod corporale eſt. Si
15 † autem agitur pro eo, quod eſt incorporale, puta vendico à te
ſeruitutem, nec te defendis, compellet te iudex cauere, quò
non impedies me vti ſeruitute: donec probaueris mihi ius non
eſſe vtendi. & ſi in hoc loco ſeruiente ædificatum eſt, contra
tenorem ſeruitutis mittar in poſſeſſio. ædificij: non, vt proti-
nus opus deſtruatur, ſed vt fiat, niſi intra certum tempus ege-
ris ius tibi eſſe ædificatum habere: vt ff. de ope. noui nuntia. l. ſi
prius. & de dam. infect. l. à quo. & ſic intelligitur quod eſt
ff. ſi ſerui. vend. l. is, cuius. Item hæc omnia quando non agitur
de libertate hominis: tunc enim, qui vendicatur in ſeruitutem
anno elapſo, fit ſeruus: vt ſuprà, de aſſertio. tol. l. j. §. vltimo. Si
16 † autem is. qui conuenitur actione in rem, vel in perſonam,
non plenum habet animi iudicium, aut eſt pupillus, aut maior
pupillo. Si pupillus, aut conuenitur ex facto ſuo, aut illius, cui
extitit hæres. Si ex ſuo, vt quia contraxit, vel quaſi contraxit:
vt quia adiuit hæreditatem, & conuenitur pro legatis: nam ſe-
cus ſi conueniatur ex his quæ contraxit defunctus (vt dictum
eſt) vel deliquit, vel quaſi deliquit, mittitur in poſſeſſionem
actor bonorum pupilli: vt tamen pupillo vſque ad puberta-
tem alimenta diſcernantur: vt ff. de priuileg. credito. l. vlt. vel ſi
malit actor, eliget ſe mitti in poſſeſſionem bonorum defuncti
cuius adiuit hæreditatem pupillus: vt etiam bona poſſet ven-
17 dere. † Fit autem miſſio ita demum, ſi pupillus à nullo defen-
datur Hoc autem debet conſtare prætori: & ideo vocabit tu-
tores pupilli, vt defendant. Si autem non habuerit tutores, re-
quirendi ſunt cognati, vel affines, vel liberti idonei, vel alij,
quos veriſimile eſt defenſionem pupilli non omiſſuros propter
neceſſitudinem, vel charitaté, vel alia ratione. Si auté negent
ſic vt taceãt, prætor dabit poſſeſſioné tandiu quoad non de-
fendatur. Si cœperit defendi, deſinit poſſideri. Quid autem, ſi
rectè defenditur, vt ſuprà dictum eſt: nec ſufficit defendiſſe, ſi
nõ duret defenſio: neq; obeſt non eſſe defenſum, ſi nũc offera-
tur defenſio: vt ff. quæ ex cau. in poſ. eat. l. ij. §. vlt. & l. apud Iu-
lianum. §. ſi verò nihil. & §. contractum. & §. vlt. & l. hæc autẽ
18 tem pore mo reſpon. & §. j. † Si quæras, an fiat vẽditio bonorum
pupilli? dic aut expedit pupillo ea vendi, & tunc fiat venditio:
aut non expedit. & tunc differtur in tempus pubertatis: vt ff.
eod. l. in poſſeſſionem. §. j. & de bonis autho. iudi. poſſiden. l. ſi
non expedierit. j. reſponſ. Si verò impubes conuenitur ex fa-
cto maioris, cui ſucceſſit, & à nemine defendatur, mittitur a-
ctor in poſſeſſionem, & patitur impubes vẽditionem rerum.
Eſſet enim iniquũ actorem expectare pubertaté eius cum quo
nihil contraxit: vt ff eo. l. apud Iulianum. Si autem qui conue-
nitur maior eſt pupillo, ſiquidem ſit furioſus, vel prodigus,
mittuntur creditores in poſſeſſionem, ſi à nemine defendatur.
Venditionem autem non patitur: niſi vrgeat æs alienum, &
dilatio damnũ ſit allatura creditoribus, & ex pretio rei vẽdi-
tæ, quod ſupererit à debito, furioſo dabitur: quia huius ho-
minis ſtatus & habitus à pupilli conditione non multum ab-
horret. Vnde prætor ſolet eis curatorem dare. ſi non defendan-
tur. Sed & ſi curator datus non eum defendat, remouẽdus eſt,
& dabit prætor curatorem aliquem ex creditoribus: vt non
amplius quàm neceſſe eſt ex bonis furioſi væneat. ff. eo. l. Ful-
cinius. §. adeò. Si autem adultus non eſt furioſus, vel prodigus,
venditionem patitur in ætate adulta, ſi à curatoribus non de-
fendatur, nec alium defenſorem inueniat. & ſi non latitat, li-
cet fraudationis cauſa latitare non videatur, qui ſui non eſt
idoneus defenſor: vt ff. de bonis author. iudic. poſſ. l. ſi minor.
Supereſt vt videamus de ſeparationibus, quibus detur bene-
19 ficium ſeparationis, & quando. † Eſt autem ſciendum, quòd
creditores hæreditarij, item & illi, quibus legauit teſtator,
poſſunt poſtulare bona defuncti ſeparari à bonis hæredis: vt
tamen primò ſatisfaciat creditoribus hęreditarijs, quàm lega-
tarijs: niſi etant legatarij, quibus obligatus erat defunctus, nõ
quibus ipſe legauerat. Hæredis autem bona reſeruentur credi-
toribus eius, adeò vt ſi creditores. vel legatarij decepti ſunt in
poſtulatione ſeparationis, vel ſi hæres poſtea multa lucratus
eſt, non tamen admittuntur ad bona hæredis: quia petendo
ſeparationem ab eius perſona receſſerunt. Nec diſtinguitur in
creditoribus defuncti, an debeatur eis purè, vel in diem, vel
ſub conditione: quoniam & ipſis communi cautione, ſcilicet
ſeparationis. vel miſſionis in poſſeſſionem, conſulendum eſt.
Nec diſtinguitur, vtrum ſint litem conteſtati. vel non: quia ex
neceſſitate faciunt conteſtationem: vt ff. de ſeparatio. l. vlti. &
penultima j. reſponſ. & l. antepenultim. & l. creditoribus. &
20 j. eod. l. j. † Diſtinguitur tamen, vtrum iſti creditores & lega-
tarij petant ſeparationem, vendita iam hæreditate ab hærede,
& traditis rebus hæreditarijs, & pretio ſoluto hæredi: an an-
tequam vendatur. Si vendita iam hæreditate, fruſtrà deſide-
ratur ſeparatio, vtique ſi nulla fraudis creditorum incurrat
ſuſpicio. Nam quæ bona fide medio tempore per hæredem
geſta ſunt. vt quia pecuniam alicui ſoluit, rata ſolent conſer-
uari: vt ff. de ſeparatio. l. ab hærede. Præiudicatur etiam prædi-
ctis creditoribus & legatarijs in poſtulanda ſeparatione, ſi
tacuerunt quinquennio. vel ſi ab hærede pignus, vel fideiuſſo-
rem acceperunt, vel ſtipulati ſunt nouandi animo, vel ſi bona
hæreditaria bonis hæredis miſta ſunt. confuſis enim bonis, &
commiſtis, ſeparatio non poterit impetrari: prædia tamen. vel
mancipia, vel pecora, vel ſimilia, tribui vel confundi non poſ-
ſunt, niſi ita coniunctæ perſonæ proprijs prędijs hæredis im-
poſſibilem ſeparationem effecerint. quod quidẽ pertarò con-
tingere poteſt. De his autẽ omnibus admittenda ſit ſeparatio,
necne, prætoris, vel præſidis erit notio, nullius præterea alte-
rius: hoc eſt, eius qui. ſeparationem induiturus eſt: vt ff. de ſe-
paratio. l. j. §. illud ſciendum. & §. item quęritur. & §. pręterea.
& §. quod dictum eſt. & §. ſi quis pignus Si autem creditorum
hæreditariorum quidam petierunt ſeparationem, alij non:
qui non petierunt connumerantur cum creditoribus hæredis:
21 vt ff. de ſeparationibus. l. j. §. quæſitum. † Hæredi autem ad-
eunti non datur ſeparationis beneficium: niſi in caſu, cùm quia
adiuit hæreditatem ex Trebelliano coactus, & non eſt fidei-
commiſſarius cui reſtituatur. Idem & in alio caſu cùm ſeruus
extitit domino neceſſarius hæres, & bona patroni non at-
tingit: poſtulabit enim ſeparari quicquid acquiſierit poſt mor
tem domini, & quod ei à teſtatore debebatur: vt ff. de ſepara.

l. j. §. vlti. Sed ſi attigerit bona, ceſſat ſeparatio. Si tamen eſſet minor xxv. annis poſſet in integrum reſtitui: vt ff. de minorib. l. ait prætor. §. non ſolùm. Item & patronus, qui ex ingratitudine reuocat libertam in ſeruitutem, ſi liberta adierit hæreditatem eius, qui non erat ſoluendo petat ſeparari bona libertæ à bonis defuncti per beneficium in integrum reſtitutionis: quia non adipiſcendæ hæreditatis gratia, legum beneficio eſt vſus: ſed vindictæ gratia: vt ff. de ſeparatio. l. penult. §. vlt. & de
22 in integrum reſtitutione. l. non ſolùm. † Hæredis autem creditores non poſſunt petere ſeparationem: niſi (vt diximus)
23 cum hæres adiit coactus: vt in eadem lege dicitur. † Quid autem, ſi hæres in ſuorum creditorum fraudem adiuit hæreditatem quæ non erat ſoluendo. Sed certe nullum remedium eſt. Sibi enim imputent, qui cum tali contraxerunt: niſi extra ordinem putemus prætorem aduerſus calliditatem eius ſubuenire, qui talem fraudem commentus eſt: quod non facile eſt admiſſum, id eſt, aliter quàm dolo commiſſo: vt ff. de ſepara. l. quæſitum eſt autem. Poſſunt tamen creditores hæredis poſtulare ſe admitti ad bona defuncti, ſi ex eis aliquid ſuperſit creditoribus defuncti dimiſsis: vt ff. eod. l. j. §. penult.

ANNOTATIONES.

* ἀνεγρ... Vide Alc. libro ſecundo Parerg. cap. xxv.

a Acceperunt pignora. Ad huius quotidianæ controuerſiæ reſolutionem vide Bart. in l. creditore. §. à Titio. ff. qui pot. in pig. habe. & in l. Claudius. eod. tit. Docto. poſt not. gloſ. in l. priuilegia in ver. ex cauſa. ff. de priuileg. credi. & in l. Balneum. ff. qui pot. in pignor. habe. Bald. & Angel. in l. ſcripturas. verſic. in dic plenius. C. eodem titu. Lanfranc. in cap. quoniam contra. verſic. inſtrumenta. de probat. canoniſtas in regula, qui prior. in vj. multa per domi. Bartholo. ſoci. in conſil. cclxxix. incipien. circa præſentem conſultationem. verſic. v. & vlt. cum plurib. verſi. ſequen. in ſecundo volumine. char. lxxij. & in aliis pluribus conſiliis. quæ vide per te.

* l. A quo. Vide Alc. libro primo Paradoxo. cap. ix.

De priuilegio fiſci. *Rubrica.*

1 *Bona contrahentis cum fiſco, vel delinquentis, fiſci priuilegio fiſco tacitè redduntur obnoxia.*
2 *Qui pecuniam fiſci ſurripuit peculatus crimine tenetur.*
3 *In cauſis fiſcalibus pactus cum delatoribus pro confeſſo habetur, ſi modò aliquid dederit.*
4 *Si priuatus creditor à debitore fiſci accipiat pecuniam, eam fiſco tenetur reſtituere.*

QVONIAM inter creditores fiſcus priuilegio gaudet, de priuilegio fiſci loquamur: imò de priui-
1 legiis. † Ecce, priuilegio fiſci, omnia bona contrahentis cum fiſco, *vel delinquentis in fiſcum, tacitè fiſco redduntur obnoxia: vt j. qui. cauſis pigno. taci. contrah. l. j. & j. eodem. l. prima. Item apud fiſcum cohæredem: vtpote digniorem inſtrumenta communia deponuntur: vt ſuprà, de eden. l. procurator. Item rem ſibi cum alio communem inſoli-
a dum poteſt vendere [a], vt tamen partis pretium præſtet ſocio: vt ſuprà, de communium rerum aliena. l. ſecunda. Item ſi bona mariti debentis ex primipilo non ſufficiunt, etiam dotalia ex priuilegio capiuntur. Sed ſecus in non dotalibus: vt j. quibus ex cauſis pign. taci. contrah. l. ſatis. & infrà eodem l. prima. Item fiſcus debitorem ſui debitoris ante diem exigere poteſt: vt ſuprà de condi. ex lege. l. j. Item filius debitoris ex primipilo patre mortuo, licet ſibi non ſucceſſerit, conuenitur: vt infrà de primipil. l. vltima. Item donatio facta à primipilario in vxorem etiam ſine fraudis conſilio reuocatur: vt j. de bonis proſcrip. ſeu damnatorum. l. penult. Item ſi fiſcus vendiderit rem alienam vt ſuam, transfert dominium: vt habuimus, ſuprà, de quadrien. præſcript. Item ſi fiſcus vendat animal morboſum, non tenetur redhibitoria: vt ff. de ædil. edict. l. prima. §. illud.
2 Item † qui pecuniam fiſci ſurripit, peculatus crimine tenetur, non ita in pecunia ciuitatis alterius: vt ff. de fur. l. ob pecuniam. & ad legem Iul. pecul. l. ſacrilegij. §. j. & l. ij. & iij. §. vlti. Item fiſcus ab omnibus vectigalium præſtationibus immunis eſt: vt ff. de publica. l. locatio. §. fiſcus. Item ſi quis in alia ciuitate ſine omni ſucceſſore deceſſit, non ciuitas, ſed fiſcus ſuus bona occupabit: vt infrà, de bon. vacan. l. j. Item commiſſorum, & illicitè tranſportatorum perſecutio etiam hæredes afficit. nã id quod commiſſum eſt, deſinit ſtatim eſſe eius qui crimen cõtraxit, dominiúmque rei vectigalis acquiritur fiſco. Propterea commiſsi perſecutio ſicut aduerſus quemlibet poſſeſſorem, ſic & aduerſus hæredem competit: vt ff. de publicanis: l. commiſſa. Item qui in locum fiſci theſaurum inuentum ſuppreſſerit, ſuam partem amittit: & totum cum altero tãto, fiſco dependit:
3 vt ff. de iure fiſci. non intelligitur. §. vltimo. † Item in cauſis fiſcalibus pactus cum delatoribus pro confeſſo habetur: ſi modo pretium, vel modicum dederint: vt ff. de iure fiſci. l. in fiſci. Item ſi procurator Cæſaris rem vendiderit, ſimplum pro euictione præſtabit: licet longè amplius promiſerit: vt ff. de iure fiſc. l. ſi procurator. Item ſi à fiſco rem emeris, etiam ſi fidem tibi habuit de pretio, nõ ſibi ſoluto pretio dominus efficieris: vt ff. de iure fiſci. l. ſi procurator. §. primo. Item ſi fiſcus ſucceſſerit ei, cui minores vſuræ ſemiſsibus debebantur, poſtquam ad fiſcum tranſierunt ſemiſſes præſtabuntur vſuræ: vt ff. de vſur. l. cùm quidam. §. ſi debitores. Item ſententia lata cõtra fiſcũ, ab-
4 ſente fiſci patrono nulla eſt: vt ff. de iure fiſci. l. ſi fiſcus. † Item ſi priuatus creditor à debitore accipiat pecuniam ſibi debitã, cùm ille etiam fiſci eſſet debitor, pecuniam ſolutam fiſco tenetur reſtituere, ſine vſura tamen: quia non fœnus contractum, ſed ſuum recuperatum extraordinario iure aufertur: vt j. eodem, l. pecunia. Sed tamen quandoque reſtituitur cum pœna alterius tanti, ſi tunc, vel poſtea antequam conſumeret, ſciebat eum fiſci debitorem: vt ff. de iure fiſci. l. aufertur. §. primo. Creditori priuato tamen reſuſcitatur actio antiqua directa contra debitorem, & fideiuſſorem, & in pignora: vt ff. de iure fiſc. l. deferre. §. vltimo. & l. denique. & l. ſed reuocata. & l. Titius. Item ſi ille, qui mihi obligauerat bona præſentia & futura, cũ fiſco poſtea cõtraxit in rebus poſtea quæſitis, potior eſt fiſcus: vt ff. de iure fiſc. l. ſi is, qui. Item fiſcus etiam pro præterito tempore cõuenit emptorem tributarij prædij: vt ff. de publicanis. l. imperatores. & de iure fiſci. l. prædiis. Item pro tacito fideicõmiſſo habet rei vendicationem directam: vt ff. de iure fiſc. l. imperator. Item qui aliquid ſciens in fraudem fiſci acceperit, & illud, & tantundem reſtituit: vt ff. de iure fiſci. l. aufertur. §. j.
5 Item † qui fiſco vult compenſare, intra duos menſes ſibi debitum debet docere: vt ff. de iure fiſci. l. aufertur. §. qui compenſationẽ. Item ſi pretium debetur fiſco, non fit cõpenſatio. & ita demum compenſatur ei, ſi eadem ſtatio quid debeat quæ petit: vt ſ. de compen. l. j. & ij. & de hoc plenè diximus, ſ. de compenſ. Item ſi multi fiſco fraudem fecerint, pro non idoneis cõueniuntur idonei: & omnes ſimul quadrupli pœnam pro virili portione præſtant: vt ff. de iure fiſc. l. aufertur. §. vlti. Non tamen fiſcus prorſus aſpernatur iura communia: vt ff. de iur. fiſ. l. quod placuit. Ecce enim, ex inutili teſtamento non ſuccedit, nec rem, quam vẽdidit, euincit, & aliis prius pignoratam rem non diſtrahit. Item litis [vel calumniæ] donationem non admittit: vt ff. de iure fiſ. l. res. §. j. & ij. & ſ. de teſtam. l. ex imperfecto. & j. ne fiſcus rem quam vendidit, euincat. l. j. & ij. Item fiſcus indebitum ſibi ſolutum, reſtituit: vt ff. de pub. l. vlti. §. vlti.

ANNOTATIO.

a Vendere. Adde Bartol. in l. prima C. de vẽd. rer. fiſc. cum priua. com. libr. x. Bald. in l. ij. colum. ij. de com. rerum alie. & in l. j. in ij. colũ. de hæred. vel actio. vendi. multa per domi. Ludo. de pen. in rubri. de iure fiſ. nume. 5. cum pluri. ſeq. libr. x. chart. ij. & in l. qui in contractibus. nu. 2. cum plurib. ſequen. eodem titu. & libr. charta. viii. Canoniſtas in capitul. quamuis. de re iudica. domi. Alexand. de imo. in l. ſecunda ff. eodem titu. & in conſilio xcii. in quarto volumi.

De priuilegio dotis. *Rubrica.*

1 *Tituli de priuileg. dotis, explicatio.*
2 *Mulier quibus potior.*
3 *Priuilegium dotis in quos tranſmiſsibile.*

NON ſolùm fiſco, ſed etiam mulieribus, & aliis in dotem priuilegia competũt, & certè de eis priuilegiis, quæ cõpetunt marito pro petenda dote diximus ſuprà, de dotis promiſsione. Itẽ de priuilegiis competen

competẽtibus propetitione, vel repetitione dotis,multa dixi-
mus ſ. de iure dot.& rei vxo.act. & ſolu.mat.Nunc autem po-
1 nit de † dotis priuilegio:ſcilicet quod habet mulier inter per-
ſonales actiones. Et de hoc plenè diximus.ſ.in tit. de bonis au-
2 thor.iudi.poſſi.§.inter eos autem qui habent. † Eſt & aliud
priuilegium quod mulier habet inter hypothecarios credito-
res, ſcilicet vt ipſa præferatur creditoribus qui antiquioris
temporis priuilegio vallati ſunt:vt §.qui pot.in pigno.hab.l.
vlti.quod Marti.ita intellexit,vt indiſtinctè præferatur omni-
bus etiam prioribus habentibus expreſſas. Sed ſecundum nos
præfertur prioribus habentibus tacitas:vt dicemus j.qui pot.
in pignor.hab. & alia pertinentia ad materiam iſtam ibidem
3 ſubiiciemus. Hoc † autem priuilegium non tranſit ad extra-
neum hæredem mulieris,ſed ad filios eius, vel nepotes:vt j.qui
pot.in pign.hab.l.vlt.& j.eod.l.vnica.

De reuocandis his quæ in fraudem credito- rum alienata ſunt. *Rubrica.*

1 *Creditoribus quæ actiones dentur ad reuocãda alienata per debitores in fraudem ipſorum creditorum.*
2 *Actio Pauliana quibus,& ad quid detur.*
3 *Actio per quam reuocantur alienata in fraudem creditorum, quando detur,& quibus caſibus ceſſet.nu.ſeq.*
5 *Alienata per debitores quibus caſibus reuocentur à creditoribus ex ſolo euentu fraudis.*
6 *Actio reuocatoria vt locum habeat,an ſit neceſſe vt is,qui accipit à debitore,participet conſilium fraudis. & nu.8.*
7 *Creditor qui à debitore ſuo accepit, plures alios creditores habente,an videatur reliquos creditores fraudaſſe,vt ita reuocari poſſint quæ accepit:an potius retineat quæ accepit,tanquam ſibi vigilauerit.*
8 *Actio quæ datur pro reuocandis eis, quæ alienata ſunt in fraudem creditorum,quibus competat:& in quos.nu ſeq.& nu. 11.& 12.*
10 *Creditores reuocantes id, quod debitor in fraudem eorum vendidit,an teneantur reſtituere emptori pretium.*
11 *Creditores an,& quãdo agere poſſint aduerſus debitorem,qui bona ſua in eorum fraudem alienauit.*
13 *Actio reuocatoria ad quid detur ſeu quæ veniant in eam.*
14 *Impenſarum ratio quomodo habenda, cùm reuocatur res alienata in fraudem creditorum.*
15 *Actio reuocatoria alienatorum in fraudem creditorum intra quantum tempus detur.*
16 *Dominium rei alienatæ in fraudem creditorum tranſire in accipientem,licet creditores poſſint eam rem reuocare perinde ac ſi non eſſet alienata.*
17 *Debitorem non poſſe in fraudem creditorum dotem conſtituere.*
18 *Reuocatio quæ fit per patronum de bonis per libertum alienatis quid differat à reuocatione, quæ fit per creditores de bonis à debitore alienatis.*

QVIA creditoribus non ſolùm per miſsionem in
bona,ſed etiam per reuocationem eorum, quæ in
fraudem creditorũ alienata ſunt,prouidetur: ideo
de his ponit. Videamus ergo,quæ actiones com-
petant ad reuocationem faciendam, & quando detur,quibus,
1 ad quid, & quales ſint. † Eſt autem ſciendum quòd ad reuo-
cationem faciendam competit actio Caluiſiana, quæ & pa-
tronis datur,& creditoribus ſecundum nos.Fabiana verò ſoli
patrono competit: vt notauimus ſuprà,ſi in fraudem patro-
2 norum à libertis alienatio ſit facta.Item & † creditoribus da-
tur actio Pauliana ad reuocanda corpora quæ in fraudem
ſuam alienata ſunt.Si autem alienata eſſent iura,daretur actio
in factum: vt ff. de vſur.l.videamus.ij.§.in Fabiana.in ff.eod.l.
hac in factum.Vel (quod verius eſt) ſicut in prædicta l.innui-
tur,actio in factum competit ad reuocanda corporalia, & in-
corporalia:& eadem dicitur Pauliana adiectiuè,ſcilicet quia
à Paulo eſt inducta:non quòd ſit proprium nomen actionis.
3 † Datur autem iſta actio cùm debitor in fraudem credito-
rum aliquid alienauit de bonis ſuis, non ignoranti fraudem.
Et ideo creditores intra annum vtilem poſſunt intẽdere hanc
actionem:vt ff.eod.l.j.primo reſpon.Hoc autem verbum alie-
nationis generale eſt,& latè patet: ſiue ergo rem alienauit,vel
acceptilatione,vel pacto debitorem,vel pignora liberauit, li-
cet remiſsio pignoris non ſit donatio:vt ff.eod.l.ſi pignus. vel
quem alium in fraudem creditorum præponat, vel debitori
præbuit exceptionem, vel ſe obligauit fraudandorum credi-
torum cauſa, ſiue numerauit pecuniam, vel quodcunq; aliud
fecit in fraudem creditorum, locum habet hoc edictum. Am-
plius & ſi data opera non adfuerit ad iudicium, vel litem mo-
ri patiatur, vel à debitore non petiit, vt tempore liberaretur,
aut vſumfructum, vel ſeruitutem amittit, vel omnino aliquid
fecit vt deſinat habere quod habet,locus eſt edicto. Si ergo nõ
vtatur ſeruitutibus, vel rem ſuam habeat pro derelicto, datur
4 hæc actio. Si autem † cùm poſsit acquirere, non agit, vt ac-
quirat,ceſſat hoc edictum. Si ergo quis repudiauit legatum,
vel hæreditatem, conditioni ſeu teſtamento non paruit, vel
ſeruum inſtitutum hæredem non iuſſerit adire, ceſſat hoc edi-
ctum:vt ff.eodem.l.j.§.j.& l.ij.& iij.& iiij.Idémque & ſi hære-
ditatem ex Trebel.reſtituit, non detracta Falcidia,vel ſi eam à
patre filio poſt mortem reſtituere rogatus, reſtituit ante ei e-
mancipato.In alio tamen debito in diem,quod citius ſoluitur
locum habet hæc actio: quia prætor etiam in tempore frau-
dem fieri intelligit:vt ff.eodem.l.ait.§.ſi cum.& l.patrem. & l.
• debitorem. De fraude • autem ideo dictum eſt, quia duo
oportet interuenire,vt locum habeat hæc actio,id eſt,quòd in
veritate fraudentur creditores,& ipſe hæc voluit,id eſt,vt cre
ditores fraudarentur:vt ff.eodem.l.ait prætor.§.ita demum. &
ſuprà,de ſeruo pigno.dato. l. ſecunda. In caſu tamen præſu-
mitur fraus debitoris ,id eſt,cùm ipſe ſcit ſe habere creditores,
& omnia bona ſua alienat:vt ff.eodem.l.omnes.§.Lucius. Si
ergo partem bonorum, vel rem vnã alienaret,ceſſat hæc præ-
ſumptio. Et oportet creditorem manifeſtè probare in frau-
dem ſuam eſſe alienatum: vt ff. de probatio. l. patronus. & l.
5 quoties. & §.qui dolo. Hæc † in alienationibus quæ fiunt in-
ter viuos:nam in legatis,vel mortis cauſa donationibus reuo-
candis,ſolus ſpectatur euentus:vt pote cùm legata nõ debean-
tur:niſi deducto ære alieno: vt ſuprà, de iure deliberand.l.ſci-
mus.§.ſi verò creditores. & ff.eodem.l.qui autem.§.penultim.
& ad Trebellianum.l.prima.§.ſi is,qui quadringenta. Idémq;
eſt & in fideicommiſſariis libertatibus, ſed in directis exigitur
fraus debitoris, & euentus creditorum ſuorum non recipere
valentium: vt ſuprà, qui manumit.non poſſ.l.j. & vltima. Si
tamen teſtator voluit creditorem Titium fraudare relinquẽ-
do libertatem directam, & illo creditore dimiſſo ſortitus eſt
alium, qui non propoſuerat fraudare:neque propter primum
creditorem dicitur nulla libertas,quia illi ſatisfactum eſt:ne-
que propter ſecundum, quia contra eum conſilium initum
non eſt:libertates itaque ratæ ſunt,niſi priores,pecunia poſte-
riorum,dimiſsi probentur: vt ff.eodem.l.ſi quis cum.& l.niſi.
6 † Item vt locum habeat edictum,neceſſe eſt, quòd qui accipit
à debitore,participet cum eo fraudis conſilium.Diſtingue ta-
men,an habeat lucratiuum titulum, an non. Si habet lucra-
tiuum titulum, non requiritur fraus eius, ſed debitoris tan-
tùm:& quòd verè fraudentur creditores:vt j.eodem,l.penult.
& ff.eodem.l.qui autem.§.ſimili. Si autem non habet lucrati-
uum titulum:ita demum tenetur, ſi ipſe fraudem participaue-
rit:vt ff.eodem.l.qui autem.§. hoc edictum. & j. eodem. l. pe-
nultima. Maritus autem non habet lucratiuum titulum.Vxor
planè,ſi alius pro ea in fraudem creditorum dotem det, lucra-
tiuum habet titulum.Ideóque tenetur,etiam,ſi fraudem igno-
ret: ſed maritus non tenetur,niſi ſciat. Cauebit ergo ſe reſtitu-
turam, quod fuerit conſequuta:vt ff.eod.l.vlti.§.j.neque præ-
ſumitur fraus contra accipientem,hoc ipſo,quòd ſcit debito-
rem habere creditores. Si tamen creditores denuntiarent ei,ne
acciperet à debitore in fraudem, videtur dolo verſari: vt ff.
eodem.l.ait.§.quod ait.& §.ſi quis particeps. Illud certum eſt,
eum non videri in fraudem accipere à debitore, qui conſen-
tientibus creditoribus accepit, vel ſtipulatus eſt, vel aliter
contraxit. Nemo enim videtur fraudare eos, qui ſciunt, &
7 conſentiunt:vt ff.eodem.l.qui autem.§.præterea.Item & † ex-
cuſatur accipiens à debitore, ſi ille, qui accepit erat creditor,

& antequam bona debitoris poſſideantur vigilauit, vt debi-
tor ſibi ſatisfaceret. Sed & debitor impunè ſoluit, cùm eum
præſes inuitum ſoluere cogeret. Poſteà autem cùm bona poſ-
ſeſſa ſunt, quilibet creditor in portionem vocandus eſt, & cæ-
teris exequandus. Nec debet quis præcipere cæteris: cùm con-
ditio creditorum iam ſit parificata. Idémque eſt, & ſi vtroq;
creditore inſtante debitor vni voluit gratificare. Nam & ibi
acceptum debet communicare omnibus: vt ff. eo. l. qui autem.
§. apud. & §. ſciendum eſt. & de bo. auth. iud. poſſ. l. ſi non. §. j.
Sic & quaſi idem eſt cùm creditor vnus antequam alij mittan-
tur in poſſeſſionem bonorum debitoris debitorem commu-
nem fugientem & ſecum pecuniam ferentem conſequutus,
abſtulerit, quod ſibi debetur. Nec enim tenetur ex hoc edicto:
8 vt ff. eod. l. ait. §. ſi debitorem. Item † non requiritur fraus in
accipiente ratione gratis: vt ſi pupillus à debitore vendente in
fraudem creditorum emerit: vt ff. eod. l. qui autem. §. ſi quid.
Si autem tutor pupilli emerit in fraudem, tenetur pupillus,
quatenus ad eum peruenit. Sic & ex fraude filij, vel ſerui emé-
tis, tenetur dominus quatenus ad eum peruenit vel de peculio,
vel in rem verſo. Sed ſi dominus in fraudem emerit, ſuo nomi-
ne côuenitur: vt ff. eo. l. ait. §. ait prætor. & l. qui autem. §. ſimili
9 modo quæritur. † Datur autem hæc actio creditoribus frau-
datis, & re ipſa, & propoſito. Quid ergo ſi debitor vnum &
non alios fraudare propoſuerit, & ſatisfactum eſtet, quem
propoſuerat fraudare? certè deficit actio: quia qui ſuperſunt,
fraudati non ſunt. Non tamen ſi dicat aliquis: offero, quod
debetur ei, quem ſcio fraudatū, erit audiendus, vt elidat actio-
nem fraudati, & volentis reuocare quicquid eſt alienatum: li-
cet ſit vltra debitum: quia proficiet creditoribus alijs: vt ff. eo.
l. ait. §. illud certè. Item quid ſi debitor in fraudem vnius credi-
toris alienauit, & illo dimiſſo alium ſortitus eſt quem voluit
fraudare debitor? certè non reuocabit poſterior alienationem:
niſi prior dimiſſus eſt eius pecunia: vt ff. eod. l. ait. §. j. Item da-
tur hæc actio hæredibus creditorū: vt ff. eod. l. ait. §. vlt. Datur
in eos, qui acceperunt à fraudatore ſecundum quod diſtinxi-
mus: ſed non in ſucceſſores eorum: niſi inquantum ad eos per-
10 uenerit: vt ff. eod. l. ait. §. vlti. & l. Caſsius. † Quid autem ſi de-
bitor in fraudem creditorum vendiderit, & creditores rem a-
uocent ab emptore: nunquid ei debent reſtituere pretium? &
certè non. Illud tamen conſiderabit prætor, vt ſi nummi ſo-
luti extent in bonis debitoris, iubeat eos reddi: quia ea ratione
nemo fraudatur: vt ff. eod. l. ſi debitor. & l. ex iis. Item quid ſi
ille, qui emerit aliquid à debitore in fraudem, alij vendiderit
accipienti bona fide? certè ſecundus non tenetur, qui caret
fraude: ſed primus emptor, qui ex ſua venditione habet pre-
tium in ſolidum rei, quod accepit, tenebitur: vt ff. eod. l. quod
11 à debitore. Contra † eum autem, qui alienauit in fraudem cre-
ditorum hæc actio non datur, quia nulla actio in eum ex antè
geſto poſt venditionem bonorum daretur: & iniquum eſſet
actionem dari in eum, cui bona ablata eſſent, & nudus exu-
lat, & oſtiatim mendicat, niſi ita diſperdidit res in fraudem cre-
ditorum, vt nulla ratione recuperari poſsint à creditoribus:
tunc enim nihilominus dabitur actio in eum: & quicquid ha-
bet ab eo auferetur, vſq; ad baculum & peram, fortè & in car-
cerem detrudetur: vt ait P. Nam prætor non tantùm emolu-
mentum actionis intueri videtur in eo qui exutus eſt bonis,
12 quàm pœnam: vt ff. eod. l. vlti. §. vlt. Item † datur contra eum
qui ex acceptilatione alij facta liberatus eſt: vt ecce, ſi debitor
meus in fraudem meam, & cæterorum accepto tulerit fideiuſ-
ſori ſibi obligato, tenetur enim fideiuſſor, ſi ſciat fraudē. Item
& reus ſi fraudem ſciuit, vel ſi alter tātùm ſciuit fraudem, te-
nebitur ille: et ſi ille non ſit ſoluendo, tenebitur alter. Si autem
reo accepto tulit, tenebitur & fideiuſſor: ſi ipſe fraudem ſciuit.
Si autem neſciat, non videtur teneri: quia magis detrimentum
non patitur, quàm lucrum faciat. Quid autem ſi debitor iſte,
cùm eſſet creditor duorum correorum debendi vni accepto
tulit? certè ſicut ille tenetur, cui accepto latum eſt, vel nō tene-
tur ſecundum diſtinctionem ſcientiæ, & lucratiuæ cauſæ: ita
& alter: quia par vtriuſque cauſa eſt: vt ff. eod. l. vlti. j. reſpon.
13 † Venit in hanc actionem corporalis rei reſtitutio in frau-
dem creditorum alienatæ. Item & fructus, qui alienatio-
nis tempore terræ cohærent. Item qui poſt litem conteſta-
tam percepti ſunt, vel percipi potuerunt: medio autem tem-
pore fructus ſati, & percepti non veniunt. Sic & in ancilla a-
lienata à debitore diſtinguendum eſt: erat tunc prægnans, an
cœperit eſſe medio tempore, & peperit ante litem conteſta-
tam, an cœperit eſſe prægnans poſteà: vt ff. eod. l. ait prætor. §.
14 per hanc. & l. vltima. §. Proculus. † Impenſarum autem ne-
ceſſariarum rationem habet reus: vt in prædicta l. ait prætor.
ſed vtiles aufert ſine læſione rei, cùm ſit malæ fidei poſſeſſor:
vt ſ. de rei vendi. l. domum. Hoc ita, ſi fiant expenſæ in rem. id
eſt. ad perpetuam rei vtilitatem: vt ff. de impen. l. iij. §. nos. Si
verò fiant expenſæ gratia fructuum, indiſtinctè ſeruat eos
quilibet poſſeſſor. ff. familiæ erciſcundæ. l. fundus. ii. Vbi au-
tem debitor in fraudem creditorum rem incorporalem alie-
nauit, quia accepto fert debitori, ſiquidem pura erat obliga-
tio, reſtituenda eſt ei pecunia, non obligatio. Si autem erat in
diem, vel ſub conditione, reſtituitur obligatio in eandē diem,
& in eandem conditionem, vel ſi obligatio erat talis, cuius
dies finitur, id eſt, finitus eſt, fiat reſtitutio tanti temporis,
quanti ſupererat obligationi tempore acceptilationis: non
vtique intra annum, ſed vel intra ſpatium hoc, vel vltra, prout
ſuperaret, vt dictum eſt. Item & veniunt vſuræ, ſi cœperant
currere, vel venire in prima actione iure actionis, vel iudicis
officio ex mora: alioquin contrà: vt ff. eo. l. ait prætor. §. præ-
15 tereà. & de iure dot. l. licet. §. quoties. † Datur hæc actio intra
annum vtilem, ſi conueniatur quis, qui non fecit dolo, ſed ha-
bebat titulum lucratiuum: vel donator lucratus erat à dona-
tario: vt notaui ſ. eo. l. vlti. Iſti enim etiam de eo quod peruenit
non tenentur, niſi intra annum. Sed doloſus de eo, quod ad ſe
peruenit, tenetur ſemper: cùm de eo tantùm quod peruenit ad
eum, qui conuenitur, & qui fecit dolo, detur perpetuò. Idém-
que & in eo, qui fecit dolo, vt eius factum eſt, quo minus per-
16 ueniret: vt ff. eod. l. ait prætor. §. hæc actio. † Et not. quòd rei
a alienatæ tranſit dominium in accipientem: * vt ff. de contra-
hend. emptione. l. ſi ſciens. ſed tamen creditores reſciſſa aliena-
tione, poſſunt eam repetere, id eſt, dicere rem traditam non
eſſe, & ob id in bonis debitoris manſiſſe: vt Inſtitu. de actio. §.
item ſi quis in fraudem. Quod ſic intelligunt quidam, vt per-
mittatur creditoribus in hoc caſu mentiri: ſicut publiciana,
& reſciſſoria diximus ſ. de reſtit. milit. vel (ſicut puto) intelli-
gendum eſt, quòd creditores petant reſtitutionem per hanc
actionem, ac ſi non eſſet alienata, & in bonis ſuis manſiſſet
17 † Item nota, quòd licet libertus in fraudem patroni dotem,
conſtituat. vt ff. ſi quid in frau. pat. l. j. §. at ſi tranſegit, non fit
reuocatio. In fraudem tamen creditorum dotem cōſtitui non
poſſe certò certius eſt: vt ff. eod. l. ait prætor. §. ſi cùm mulier.
Item per has actiones fit reuocatio in totum: at per eam, quæ
datur patrono, fit reuocatio ad legitimam portionem, id eſt,
tertiam: vt notauimus ſ. ſi quid in fraudem patroni. Item præ-
toriæ ſunt iſtæ actiones, vel potius adiectiones: vt Inſtitu. de
actionibus. §. aliæ. & §. item ſi quis in fraudem.

ANNOTATIONES.

a Accipientem. Ad iſtam quæſtio. adde Bartol. & Bald. & docto. in l. ſi
vi, vel metu. C. quod metus cauſa. & in l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. in
l. j. ff. de leg. j. & in l. non dubium. C. de leg. doct. in l. contractus. C. de
fide inſtru. & in l. eleganter. ff. de dol.
* De fraude. Fraudem fieri, legibus, & perſonis proditum eſt. Fraus au-
tem fit legi, vel canoni quatuor modis. primo de perſona ad perſo-
nam, vt ſi vxor velit donare marito, vel econtrario, cùm non poſsit,
conſtante matrimonio, ſi alter locupletior, & alter pauperior effici-
tur. Si ſupponit aliam perſonam cui donet, non valet donatio pro-
pter fraudem l. hac ratione. §. non tantum. ff. de do. int. vir. & vxo. Se-
cundo fit, de re ad rem, vt cùm prohibitum ſit, ne filiusfa. pecuniam
mutuetur, & ipſe aliam rem recipiat, fraus fit legi. l. iii. §. j. ff. ad Ma-
ced. l. ſed iuſſu. ff. eod. Tertio fit de contractu ad contractum de quo
vide in l. ſi ſponſus. §. circa. ff. de do. int. vir. Qui autem aliquid in frau-
dem legis facit contra legem facere videtur. ff. de legib. l. contra le-
gem. & l. ſeq. Fraus tamen, neque nemini patrocinari debet, c. ſedes
apoſtolica. extrà de reſcript. Martinus.

DOMINI AZONIS SVMMÆ IN
ſeptimum librum Codicis Finis.

EIVSD

EIVSDEM DOMINI AZONIS SVMMA IN OCTAVVM LIBRVM CODICIS.

De interdictis. *Rubrica.*

1 *Interdictum olim quid erat: & quid interdictorum ſolennitas à ſolennitate actionum differret.*
2 *Interdictorum alia prodita eſſe gratia iuris diuini, alia gratia iuris humani, atque ibi, quæ interdicta pertineant ad ius diuinum, & quando habeant locum.*
3 *Interdictorum, quæ ad ius humanum pertinent, quædam competere ob priuatam vtilitatem, quædam ob publicam, atque ibi de variis ſpeciebus interdictorum ob priuatam vtilitatem pertinentium.*
4 *Interdictorum, quæ gratia rei familiaris dantur, ſpecies variæ.*
5 *Interdicta quædam cōtinere cauſam proprietatis, vel quaſi proprietatis, & quæ ſint ea.*
6 *Interdicta, quæ dentur reſpectu veræ poſſeſſionis.*
7 *Interdictorum quædam eſſe ſimplicia, quædam duplicia, & quæ dicantur ſimplicia, quæ item duplicia: & quare ſic dicantur.*
8 *Interdictum vti poſſidetis in quibus rebus locum habeat, & in quibus vtrobi.*
9 *Interdictorum quædam prohibitoria eſſe, quædam reſtitutoria, & quædam exhibitoria. & ad quid dentur.*
10 *Interdicta quædam mixta eſſe, partim ſcilicet, prohibitoria, partim reſtitutoria & quæ ſint illa.*
11 *Interdicta alia eſſe annalia, alia perpetua: & quæ ſint perpetua, quæ item annalia.*
12 *Interdictorum quædam eſſe publica, quædam priuata, & quot ſint publica, & quæ.*
13 *Interdicta priuata quot ſint, & quæ.*
14 *Interdicto nunquam infamiam irrogari.*
15 *Fructuum rationem non haberi in interdictis ante litem conteſtatam, præterquam in interdicto vnde vi.*
16 *Interdicto propoſito prius cognoſcendum de poſſeſſione, quàm de proprietate.*
17 *Interdicta omnia reddi noxaliter, an ſit verum.*
18 *Interdicta, quæ annalia ſunt, & quo caſu perpetuo dentur.*

IN LIBRIS ſuperioribus explicuimus
qualiter de iure ciuili agatur, nunc doceamus
quemadmodum de iure prætorio
contendatur. Vel aliter. Diſſeruimus qualiter
de proprietate diſputetur, nunc inſeramus,
qualiter de poſſeſſione certetur,
& quia de poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione
præcipuè per interdicta confligitur: vt Inſt. eo. in princ.
de interdictis dicamus. Præcipuè ideò dixi, quia agitur quandoq;
de poſſeſſione per condictionē indebiti, vel triticariã, vel
ex lege, vel iudicis officio: vt ff. de condi. inde. l. indebiti. §. ſed
& ſi nūmi. & de trit. l. j. in fi. & l. ij. & de rei vend. l. vlti. & ſ. locato
& conducto. l. ſi quis. & de acquir. poſſ. l. vlti. Videndum
ergo, quid olim erat interdictũ, vnde dicatur, quę ſint diuiſio-
1 nes interdictorũ, & quæ ſunt eorũ cõmunia. † Interdictũ autē
nihil aliud erat, quàm quædã formata, & ſolēnis verborũ con
ceptio, quibus prætor aliquid fieri iubebat, aut prohibebat,
quod tũc maximè faciebat, cùm de poſſeſſione, aut quaſi poſ-
ſeſſione inter aliquos cõtendebatur: vt Inſti. eod. in princ. Si
quæras nunnc idē erat actio: vt diximus ſ. de edé. & de formu-
lis actionũ? Reſponderi poteſt, non: quia ſolennitas actionum
erat inducta à iure ciuili: ſolennitas verò interdictorum à iure
prætorio. Sed ego magis credo aliã differentiam. ſ. quia verbo-
rum ſolennitas, quæ attēdebatur in actionibus, non formaba
tur in ſingulorũ perſonis: ſed erant generaliter in omniũ per-
ſonis ſolenniter formata verba. At in interdictis quot erant
homines, qui volebant eã proponere, tot eis deſiderantibus, &
petentibus formabãtur conceptiones verborũ, quibus in cau-
ſis cõtra ſuos aduerſarios vterērur, quas interdicta vocabãt. Et
hinc poteſt lector curioſus attendere: quia in interdictis ple-
rumque ſpecificantur nomina perſonarum, vel concipiuntur
eorum verba, facta ſemper demonſtratione perſonarum, licet
non ſpecificentur: niſi per nomina earum: vt ff. de ta. exhi. l. j. &
ne quid in lo. pu. l. j. & ff. de vi & vi ar. l. j. in prin. Vnde & dicū-
tur interdicta: quia inter duos redduntur, licet quidam dixe-
runt appellari ab interdicendo. i. prohibēdo: vt Inſt. eo. §. ſunt.
Hodie verò inter interdicta, & actiones, nullam puto eſſe dif-
2 ferentiam. Eſt ergo interdictum, actio prætoria. † Interdicto-
2 rum autem alia ſunt prodita gratia iuris diuini, alia gratia iu-
ris humani. Gratia iuris diuini quatuor ſunt interdicta: vt de
mortuo inferendo. Item de ſepulchro ędificando. Item ne quid
fiat in loco ſacro, vel immittatur. Item, vt id quod factum eſt,
vel immiſſum eſt, tollatur: vt ff. eod. l. ij. §. j & ne quid in loco pu
bli. l. ij. §. Reſtituas. Et habet locum primum interdictum, vt
quis non prohibeatur mortuum inferre, & ſepelire, quo licet
eum inferre & ſepelire. Secundum locum habet, vt quis non
prohibeatur ædificare ſepulchrum, quo licet ei mortuum inferre:
vt ff. de mort. inferen. l. prima. in princip. & §. prætor ait.
Tertium, & quartum, vbi locum habeat ſignificatio nominis
ipſorum denotat. Poteſt & quintum addi, ne quid fiat in loco
ſacro: vt ff. ne quid in loco ſacro fiat. l. vlti. & ne quid in loco
publico fiat, l. prætor ait. primo reſponſo. & §. locorum: & §.
3 prætor ait, quod in via. † Humani verò iuris cauſa, quædam
competunt propter priuatam vtilitatem, quædam propter pu
blicam. Propter publicam, vt de locis publicis, & viis, & flu-
minibus publicis: vt ff. eod. l. j. §. quædam ſunt. Propter priua-
tam autem vtilitatem inducta ſunt interdicta: quædam gratia
iuris ſui tuendi: vt interdictum de liberis exhib. vel vxore ex-
hibenda, vel de libero exhibendo. Quædam gratia officij
tuendi. Eſt autem officium, quod homo debet homini ex na-
tura: vt interdictum de libero homine exhibendo. Quædam
4 gratia rei familiaris: vt ff. eodem. l. ij. §. hominum cauſa. † Ho-
rum autem interdictorum, quæ gratia rei familiaris dantur,
fit alia diuiſio: quia alia dantur cauſa adipiſcendæ poſſeſſio-
nis, vt quorum bonorum, & quorum legatorum, & Saluia-
num quod de rebus coloni domino datur, quas pignorauit
pro mercedibus fundi. Alia cauſa retinendæ poſſeſſionis, vt
vti poſſidetis, & vtrobi. Alia cauſa recuperandæ poſſeſ-
ſionis, vt interdicta vnde vi, directum, & vtile: vt ff. eodem l.
ij. §. hæc autem. & Inſtitu. eod. §. ſequens. de quibus ſingulis di-
cemus, infrà per ſpeciales rubricas. Sunt & interdicta quædã
duplicia tã recuperandæ, quàm adipiſcēdæ poſſeſſionis, vt ne
vis fiat ei, qui miſſus eſt in poſſeſſionem: vt ff. ne vis fiat ei. l. pe
5 nul. §. cùm prætor. † Fit & alia diuiſio, quia quædã continent
cauſam veræ proprietatis: vt interdictum de itinere, actúque
priuato, quod datur volenti reficere iter: vnde probat domi-
nium ſeruitutis, & ſe iuiſſe hoc anno triginta diebus, vt ff. de
itinere actúque priuato l. vnde §. ait prætor. & ff. de interdict.
l. ij. §. quædam. & idem in interdicto quod datur de aqua quo-
tidiana & æſtiua ex caſtello ducenda: vt ff. de aqua quotid. &
æſti. l. j. §. ait prætor. Quædam verò interdicta obtinent cau-
ſam quaſi proprietatis: vt interdicta quæ diximus competere
de locis ſacris, & religioſis, & de liberis exhibendis. vt ff. eo. l. ij.
§. ſed & illa. Et eſt ratio, quia liberi, vel res ſacræ, vel religio-
ſæ nõ ſunt in dominio noſtro, & ideo dicitur quaſi: quia vt in-
terdicta prodita in eas cauſas poſſim proponere, oportet me
probare rem ſacram, vel religioſam, vel illum eſſe meũ filium,
non ergo id facio ratione proprietatis, quam habeam in eis:
6 ſed quia ius eſt mihi ita interdicere. † Item interdictorum
alia dantur reſpectu veræ poſſeſſionis: vt interdictum vnde
vi, & vti poſſidetis, & vtrobi. cùm hæc duo competant pro-
pter poſſeſſionem rei corporalis. Vbi verò datur interdictum
vti poſſidetis ſeruitutis gratia, pro quaſi poſſeſſione intendi-
tur: vt ff. de ſerui. l. quoties via. & ſi ſerui vend. l. ſicuti. §. idémq;
ait. Idem & in interdicto de itinere actúque priuato, quod mi
hi datur, quia itinere vel actu, vel via priuata vſus ſum hoc
anno triginta diebus, non vi, non clam, non precario à te: &

ideò à te non debeo prohiberi, quo minus vtar interim, vel
tantiſper quoad de ſeruitute conſtet: vt ff. de itinere, actúque
7 priuato.l.j.j reſponſ.& §.primo. & l.iij.§. hoc autem. † Fit &
alia diuiſio interdictorum: quædam enim ſimplicia, quædam
duplicia ſunt. Simplicia ſunt in quibus alter actor, & alter
reus eſt: qualia ſunt omnia reſtitutoria, aut exhibitoria: &
quædam prohibitoria, vt de arboribus cædendis, & de itine-
re actúque. & ne quid fiat in loco ſacro, vel in flumine publi-
co, ripâve eius. Nam actor eſt, qui deſiderat exhiberi, aut re-
ſtitui, vel ne quid fiat. Reus autem eſt à quo deſideratur, vt
reſtituat, vel exhibeat, vel quid aliud facere conetur. Duplicia
ſunt quædam interdicta prohibitoria: vt vti poſsidetis, &
vtrobi, & interdictum de ſuperficiebus, & interdictũ de aqua
quotidiana, & æſtiua. Quandoque tamen proponitur inter
hæredes, & emptores, & bonorum poſſeſſores. Ideo autem
duplicia appellantur: quia vtriuſque litigatoris in eis eſt par
conditio: nec quiſquam præcipuè reus, vel actor intelligitur:
ſed vnuſquiſque tam rei, quàm actoris partes ſuſtinet, & ille
vincit in eis, qui tempore litis conteſtatæ, non vi, non clam,
8 non precario poſsidet ab aduerſario. Et † habet locum inter-
dictum Vti poſsidetis in rebus ſoli: Vtrobi, in rebus mobili-
bus: vt Inſti.eo.§.retinẽdæ. & §.ſed in interdicto. & ff.eo.l.j.j.
reſpõ.& de ſuperfi.l.j. §.proponitur.& de aqua quotidiana &
æſtiua.l.j.§.ait prætor. & inter hæredes: ſi tamen vnus prouo-
cat ad iudiciũ, ille ſuſtinet partes actoris: vel ſi ambo prouo-
cant, ſorte res dirimitur: ſicut in actione familiæ erciſcũdæ, &
9 communi diuidundo: vt ff.de iudic.l.in tribus. † Fit & alia di-
uiſio interdictorum, ꝙ quędam prohibitoria ſunt: ſicut ſ̃.pro-
ximè poſui exempla, quædã reſtitutoria ſunt, quædam exhi-
bitoria ſunt. Prohibitoria ſunt, quibus vetamur aliquid fieri,
veluti vim fieri ſine vitio poſsidenti, vel mortuum inferenti
quo ius erat ei inferendi, vel in ſacro loco ædificari, vel in flu-
mine ripâve eius aliquid fieri, quo peius nauigetur. Reſtitu-
toria dicuntur dupliciter, vel quia reſtituitur poſſeſsio ei, qui
aliquando poſſedit: vt in interdicto vnde vi, vel quia reſtitui-
tur, id eſt, datur poſſeſsio ei, qui nunquam poſſedit, vt in in-
terdicto quorum bonorum, & in interd. quorum legatorum,
& ſimilibus. Nam & verbum reddendi, habet per ſe ſignifi-
cationem dandi: vt ff.de verborum ſignificatio.l.verbum. Ex-
hibitoria ſunt, per quæ iubet exhiberi prætor, veluti eum de
cuius libertate agitur, aut libertum, cui patronus operas indi-
cere velit, aut cũm parenti liberos eius, qui in eius poteſtate
10 ſunt, iubet exhiberi: vt Inſtit.eo.§.j. † Sunt & quædam inter-
dict miſta, id eſt, prohibitoria, & reſtitutoria: vt interdictum,
ne vis fiat ei, qui in poſſeſsionem miſſus eſt. Nam prætor pro-
hibet vim fieri poſsidenti, & amiſſam poſſeſsionem iubet re-
ſtitui. & idem notari poteſt in interdicto de liberis exhibendis.
& de libero homi.exhib. Nam & illa alia ratione ſunt miſta,
id eſt, prohibitoria, & exhibitoria. Exhibitio enim fit per ea.
Item prohibet prætor inuitum hominem liberum detineri.
Item prohibet vim fieri patri, quominus deducat filium: vt ff.
eo.l.j.§.interdictorum autem. & ff.de liberis exhibend.l.j. &
l.deinde. & de libe. homi. exhib. l. j. Interdictorum autem
quædam in præſens, quædam in præteritum referuntur. In
præſens, vt vti poſsidetis. In præteritum, vt de itinere actúque
priuato. & de aqua quoti. & æſti. vt ff. eod.l.j.§. antepenulti.
11 Item † alia ſunt annalia, alia perpetua: vt ff.eod.l.j.§.vltim. &
de tabu.exhiben.l.iij.§.vlti. Regulare tamen videtur eſſe, &
plerunque contingere, vt anno terminentur. Nam ipſius præ-
toris imperium annuum erat: vt Inſti. de perpe.& tempo. act.
§.eas verò. Sed & poteſt in eis diſtingui, vt ſi contineãt rei
perſequutionem, aut non dentur ex maleficio dentur perpe-
☞ tuo. Si autem ſint ex maleficio, aut non cõtineant rei perſecu-
tionem, terminatur anno. Si tamen ad malefactorem aliquid
peruenit, vel ad hæredem eius, de eo tenetur perpetuò: vt ff.de
actio.& obligatio.l.in honorariis. & de vi & vi arma.l.j. pri-
12 mo reſponſo. † Item interdictorum alia ſunt publica, id eſt,
cuilibet de populo competẽtia, alia ſunt priuata. Publica ſunt
ſeptem, vt de libe. homi.exhiben. ne quid fiat in loco ſacro. ne
quid fiat in religioſo. ne quid fiat in publico. non dico ciuita-
tis Romanæ, ſed alterius, vt in theatro, vel campo Martio, vel
area, vel inſula, vel agro, vel via publica, vel itinere publico. Si
enim de rebus fiſcalibus ſit controuerſia, ceſſat interdictum:
& præfecti ſunt iudices, id eſt, procuratores Cæſaris: vt ff. ne
quid fiat in loco publico.l.ſecunda.§.publici.& §.hoc interdi
ctum.& §.interdictum hoc perpetuum. & de libero homine
exhibendo.l.quod & lex.§.hoc interdictum.& de ſepulchro
violato.l.tertia.& ſuprà vbi cauſa fiſc.l.ad fiſcum. Item popula
re eſt interdictum, ne quid fiat in flumine, vel in mari, quo
peius nauigetur. Item ne quid fiat in flumine, vel in ripa, vt ali-
ter aqua fluat, quàm priori æſtate fluxit, id eſt, vt aqua fiat al-
tior, vel depreſsior, rapidior, cum incommodo accolarum: vt
ff.de flumi.l.prima.& ne quid fiat in flumine publ.l.j. Item in-
terdictum. vt in flumine publico, vel lacu, vel foſſa, vel ſtagno
publico liceat nauigare: vt ff. vt in flumi.publi.li.naui.l.j. Et in
iſtis omnibus interdictis non poteſt aſsignari ratio, quare ma-
gis iſti, quam illi competant: & ideo dicuntur popularia. For-
tè & octauum populare eſt interdictum, vt liceat reficere cloa
cas publicas, licet earũ refectio principaliter ad magiſtratum
13 pertineat: vt ff.de cloacis.l.j.§.hoc autem. & §.vltimo. † Octo
& viginti ſunt priuata interdicta. vnum eſt de mortuo inferen
do, alia ſunt, vt quorum bonorum, quorum legatorum, vnde
vi, vti poſsidetis, vtrobi, de tabu.exhib. de lib.exhib. de liberis
deducendis Saluianum, de precario, ne vis fiat ei, qui in poſ-
ſeſsionem miſſus eſt, de loco publico fruendo, de ſuperficie-
bus, de itinere actúque priua. de aqua quotidiana, & æſtiua.
de riuis reficiendis, de fonte, quod ei datur qui aquam duxit
hoc anno, nec vi, nec clam, nec precario: de alterius fonte, la-
cu, puteo, piſcina, foſſa, ſtagno, non de ciſterna: vt ff. de fonte.
Item de cloacis priuatis reficiendis. Item quod vi aut clam.
Item de arboribus cædendis, quæ impendent in alterius do-
mum, vel agrum, vel ſi radices immiſerint, vt inferant pericu-
lum domui alterius. In primo caſu non ſtirpitus arbor ſucci-
ditur, ſed à xv. ſuprà è terra altius coërcetur: Vbi domui im-
pendet, prorſus debet ſuccidi. Idémque eſt & ſi per radices mi-
netur periculum: vt ĩ.eod.l.j. & ff.de arbo.cæd.l.j. Item eſt in-
terdictum de glande legenda, quod datur ei, cuius glans, vel
alius fructus in fundum alienum ceciderit, vt quoquo, id eſt,
ſingulo tertio die legere, & exportare liceat: vt ff. de glande
legenda.l.j. Item interdictum de migrando, quod datur inqui-
lino, vt ipſe liberè cum rebus ſuis de habitatione poſsit mi-
grare: ſi tamen locatori ſatisfaciat de penſione, & de damno, ſi
quod in domo conducta dederit. Sed & gratuito inquilino
datur. Colono autem non datur: ſed aliàs ei extra ordinem iu-
dicis officio ſubuenitur: ſi velit, (non dico migrare) ſed colo-
nariam poſt tempus conſtitutum exactum velit derelinquere:
vt ff.de migrando.l.j. Item interdictum vtrobi, quod datur
his, qui de poſſeſsione mobilium rerum contendunt: vt ff. vtro
bi.l.j. Interdictum de operis noui nunciat. quod datur his qui
prohibentur ædificare poſtquàm ſatiſdederint, & in eum, qui
ſatiſdedit, ne ædificet: vt ff. de operis noui nunciatio.l.prætor.
Item interdictum fraudatorium, quo pupillo tutoris credi-
tor tenetur: ſi eum conſilium fraudis participaſſe conſtabit, vt
fraudaretur pupillus, qui conuenturus erat tutorem: vt ff. de
ſolut.l.pupil.j.reſpon. poteſt & dici fraudatorio interdicto te-
neri eum, qui fraudem participando emit à creditore. qui non
ſit ſoluendo: vt inſtà, ſi vendito pignore agatur.l.vlt. Huius in-
terdicti ſpecialis tractatus, vel titulus, non reperitur. Et notan
dum eſt, quòd licet dixerim vij. vel viij. fore interdicta popu-
laria. & xxviij. priuata, de rectis & principalibus interdictis
debet intelligi. Ferè enim ſemper ſub directis & principali-
bus, plura vtilia & acceſſoria inueniuntur. Interdum duo,
interdum tria: vt ff. de noui operis nuntiat.l.j.& l.prætor. j.
reſponſo.& §. deinde. & ne quid in loco publico l.ij.primo
reſpon.& §.ait prætor.& §.deinde.& §.prætor ait.& de flumi.
l.j.primo reſpon.& §.deinde.& de aqua quotidiana.& æſti.l.j.
primo reſponſo.& §.ait prætor inter hæredes.& §.ait prætor
quo ex caſtello. Extra notanda ſunt quatuor negatiua de
14 interdictis. † Primum eſt, quia nullum interdictum infamat:
vt ff.de vi, & vi arma.l.neque. Secundum eſt, quia nullũ propo
nitur ſolenniter. ſicut nec aliqua actio, id eſt, cum ſolennitate
verborum: vnde omnia iudicia ſunt extraordinaria: vt Inſtit.
15 eo.§.vlti. † Tertium eſt, quia in nullo interdicto habetur ra-
tio fructuum ante litem conteſtatã, niſi in interdicto vnde vi:
vt ff.eod.

vt ff.eo.l.in interdictis.& de vi & vi arma.l.j.§.ex dic. Quartum eſt.quia nullum redditur inter non ſubiectos:vt j.eo.l.ij. Item tria poſſunt notari affirmatiua, & interdictorum communia: quia omnia perſonalia ſunt: & tamen ſcripta ſunt in rem: quia dantur contra quemlibet poſſidentem:vt ff.eo.l.j.§. pen. Item in omni interdicto habetur ratio fructuum poſt litem conteſta.vt ff.eo.l.antepen. Item loco cuiuſlibet interdicti redditur actio in factum:vt inſtit.eod. in princ. & §.vlti.&
16 ſ.de act.empt.l.vlti. † Poteſt & adiici quartum,vt per interdicta prius cognoſcatur de poſſeſſione,quàm de proprietate: vt j.eod.l.inter ti.& j.quorum bonorum.l.vlti.& quorum le-
17 gatorum.l.j. † Adiciunt alij, & quintum, quòd omnia interdicta redduntur noxaliter. quod falſum eſt:cùm enim certum ſit ea tantum dari noxaliter,quæ ex maleficio oriuntur:vt ff.eo.l.vlti.& quædam non oriuntur ex maleficiis,conſtat fal-
18 ſum eſſe,quod dixerunt. † Sed & illud quintum generale eſt in interdictis,quòd illa,quæ annalia ſunt,dantur perpetuo,ex eo,quod peruenit ad eum cum quo agitur:vt ff.eod.l.penult. Item illud ſextum generale dici poteſt, quòd illa quæ annalia ſunt ad agendum,perpetua ſint ad excipiendum: vt j. de except.l.licet.

ANNOTATIO.

a Interdictorum. Quotuplicia interdicta ſint,& quæ eorum materia vide per Specu.in titu.de cau.poſſeſ. & propri.e.a.iij.& iiij.& per Ludo. Barto.& doct.in l.j.C.de libe.exhib. allegantem gloſ.in ca.paſtoralis. de cauſa poſſeſ. & propri.e.d. Lucam de penna.in l.nauarchorum.nu.6. cum ſeq. de naute. libr.xj.chart.lxxiii. Ange.are.in §.ſequens diuiſio. eum.l.cum plu.ſeq.inſti.de interdi.chart ccc & in e.iij.diuiſio enim, id eſt, cum plu. ſeq. eod.titu. tertia. & in multis aliis.e.eiuſdem titu. qui omnes interdictorum ſpecies tangit.

Quorum bonorum. *Rubrica.*

1 *Interdictum quorum bonorum directum & vtile eſſe vniuerſale,& cui detur directum,& cui vtile.*
2 *Interdictum quorum bonorum contra quem proponatur, & ad quid.*
3 *Interdictum quorum bonorum quale ſit.*

DIXIMVS de interdictis in genere: nunc videamus in ſpecie. Et quia interdictorum quædam pro vniuerſitate,quædam pro rebus ſingulis competunt, & digniora ſunt ea, quæ competunt pro
1 vniuerſitate: ideo de eis primò videamus. † Eſt autem ſciendum,quod interdictum quorum bonorum directum, & vtile, inter alia omnia interdicta ſolum vniuerſale eſt, & datur directum ei,qui eſt bonorum poſſeſſor,vtile verò datur ei,qui ſuccedit iure ciuili ex teſtamẽto, vel ab inteſtato:vt j. eo. l.j. & ff.eod.l.j.Sic & directa hæreditatis petitio datur hęredi,vtilis
2 autẽ datur bonorũ poſſeſſori:vt ff.de poſſ.hær.peti.l.j.† Intenditur hoc interdictum contra eum, qui poſſidet pro hærede, vel pro poſſeſſore: ſicut & hæreditatis petitio. Et proponitur cauſa adipiſcendæ poſſeſſionis omnium corporalium rerum. Nam incorporalia non veniunt in hoc interdicto:vt ff.eo.l.j. & ij.& mirum eſt,quod dicit lex eum,qui poſſidet pro hærede, vel pro poſſeſſore teneri, ſi res non ſunt vſucaptæ: non enim potuerant vſucapi ſine titulo.Sed fortè probabilis error fuit:& ideo potuit vſucapio procedere:vt diximus ſ.de vſuca. pro empt. Quis autem poſſideat pro hærede, vel pro poſſeſſore,plenè diximus ſ.de hære.peti. Et licet in hæreditatis petitionem veniant incorporalia,vt ibi diximus: hoc tamen ſe-
3 cus eſt,vt ſ.eſt notatum. † Perpetuum eſt hoc interdictum, & ſic nominatur à primis verbis interdicti. Et idem dico in aliis interdictis, licet autem dixerim corporalia venire in interdictum, quæ defunctos habebat tempore mortis, ſi tamen poſſeſſionem incontinenti paratus ſit probare res ad ſe pertinere,non reſtituet eas:vt diximus ſ.de edicto diui Hadria.tol.

Quorum legatorum. *Rubrica.*

1 *Interdictum quorum legatorum, quibus detur,& contra quos.*
2 *Heredi volenti proponere interdictum quorum legatorum, quæ noceant.& nume.ſequen.*
4 *Interdictum,quorum legatorũ,ad quid detur, ſeu quæ veniant in eo interdicto.*
5 *Interdictum.quorum legatorum, non proponi:niſi contra eum, qui titulo poſſidet,& quo remedio ſuccurratur heredi contra poſſidentem pro poſſeſſore,vel pro hærede.*
6 *Actionem cogendum eligere eum, qui plures actiones ad idem competentes habet.*
7 *Interdictum,quorum legatorum quando locum habeat.*
8 *Legatario occupanti legatum poſt aditam hæreditatem, denegari actionem legati.& quid vbi occupauit ante aditam hæreditatem.*

SICVT ſuperius interdictum eſt inductum cauſa adipiſcendæ poſſeſſionis, ita & hoc. Videamus ergo cui detur,contra quem,quando detur, & ad
1 quid. † Datur hoc interdictum hæredi,& bonorum poſſeſſori,& cuilibet vniuerſali ſucceſſori, & hęredibus hæredum. Et datur contra legatarios, qui non ex voluntate hæredis occupauerunt legata. nec enim debent ſibi ius dicere occupatis legatis,ſed ab hærede petere:vt ff.eodem.l.j. primo reſponſo. & §.j. Quod dixi in legatariis, ſeruatur in his, quibus donatum eſt cauſa mortis: idémque dicitur in hęredibus eorum. Amplius eſt: quia & ſi legatarius authoritate pretoris miſſus eſt in poſſeſſionem cauſa legatorum ſeruandorum, cùm heres non ſatiſdaret: deinde hęres ſatiſdet, vel paratus ſit ſatiſdare,tenetur legatarius hoc interdicto:vt ff.eod.l.j. §.
2 quæſitum.& §.legatorum.Hęredi † autem nocet,ſi accommodauerit voluntatem legatario poſt aditam hęreditatem, vel in ipſa appręhenſione,vel poſteà,vel ante. Si autem ante aditam hęreditatem accommodauerit voluntatem, non nocet hęredi, & ſi plures ſint hæredes, & vnus conſentiat legatario, alter non,qui non conſentit habebit interdictum:vt ff.eodem.l.j.§.
3 quod ait pretor.ij.& §.prodeſt. Item † nocet hęredi,ſi non ſatiſdederit legatario de reſtituendo legato, quatenus patiatur Falcidia: vel procuratori legatarij,vt legatario: vel ipſo iure acquiſita ſit idonea cautio, vel per mandati actionem poſſit acquiri. Si ergo hęres ſatiſdederit, habet interdictum: ita tamen ſi legatarius repromiſſione, vel pignoribus fuerit contentus, interdicto ſit locus. Idémque eſt & ſi hęres paratus fuerit ſatisfacere,ſed legatarius noluit ſatiſdationem accipere. Hoc tamen tempore editi interdicti ſpectari debet,an ſtet per hęredem,an per legatarium. Pręponderat enim poſterior mora,etſi aliquando ſteterit per alium:vt ff.eo.l.iij.§. quod ait pretor. & l.vlti.§.ſi legatarius.& §.vlti. Nec exigitur,vt hęres offerat ſatiſdationem,ſed legatario petente non debet moram
4 facere:vt ff.eo.l.vlti.§.j. † Veniunt in hoc interdicto res legatę corporales, vel incorporales,vt ſeruitutes:vt ff.eo.l.j.primo reſponſ.§. quod ait prætor. licet ſuperius interdictum compræhendat corporalia tantùm. Item & veniunt fructus à tempore litis conteſta. vt ff. de interdict.l.antepenulti. venit
5 etiam intereſſe: vt ff.eod.l. vlti.§. ex hoc. † Item notandum eſt hoc interdictum dari contra titulo poſſidentem, ſcilicet, pro legato. Sed ille qui poſſidet, ſcilicet pro hęrede,vel pro poſſeſſore conuenitur hæreditatis petitione,vel quorum bonorum. Quid autem ſi poſſeſſor non vult reſpondere, & certificare actorem, an poſſideat pro legato, an pro hærede, vel pro poſſeſſore, quod tenetur facere: vt diximus ſuprà de confeſſ. tunc actor proponat actiones duas, id eſt, interdictum quorum legatorum, & hæreditatis petitionem, vel quorum bonorum. tali iure vtendo contra reum. Non certifico te in actione quam exequar: quia nec tu certificas me in qualitate poſſeſſionis tuæ: & idem in ſimilibus: vt ff.eodem.l.j. §. quod
6 autẽ nonnunquam. Nam † vulgare eſt à tale montone cõ tale boconne: [aliàs verò cùm plures alicui competunt, cogitur quis eligere: vt ff.de tribu.l. quòd in hærede.§. eligere. & ff.
7 de leg.ij. cùm filius. §. varius.] † Item notandum eſt quod quidam dixerunt hoc interdictum locum non habere: niſi cùm hæres ratione Falcidiæ vult vti retentione legatorum: & hoc videtur innuere:vt j.eodem.l. vna. in princip. & in fi.
8 quod ſatis dici poteſt. † Item notandum eſt, quod ſi legata-

rius poſt aditam hæreditatem occuparet legatum denegare-
tur ſibi actio legati: vt ſ. de legi. l. non dubium. & ſic in proprie
tate, & in poſſeſſione, ſibi præiudicaret: ſed ante aditam hære-
ditatem occupando ſibi in actione, vel in proprietate nõ præ-
iudicat, poſſeſſionem tamen reſtituit: vt ff. eo. l. j. primo reſpon-
ſo. & infra eod. l. j.

Vnde vi. *Rubrica.*

1 *Interdictum, vnde vi, quando locum habeat.*
2 *Expulſum è poſſeſſione poſſe incontinenti propria authoritate eam recuperare, & quomodo accipiendum ſit (incontinenti.)*
3 *Defenſio vi ſit inculpata qua cautio adhibenda ſit.*
4 *Vim cenſeri admiſſam, vbi proceditur ſine iudicis arbitrio: & nonnunquam admitti cum iudicis, atque etiam cum principis arbitrio.*
5 *Tutor vel curator rem minoris inuadens, qua pœna puniatur.*
6 *Interdictum, vnde vi, ita demum competere, ſi dolo malo vis adhibita ſit.*
7 *Interdictum, vnde vi, pro quibus rebus competat.*
8 *Poſſeſſionis amiſſio quomodo intelligenda ſit, vt competat dicto interdictum, vnde vi.*
9 *Interdictum, vnde vi, an competat ei, quo abſente, alius ingreſſus eſt poſſeſſionẽ, & is abſens ſuſpicatus eſt ſe poſſe repelli.*
10 *Vi deiectum videri eum, qui viſis armatis, vel audito quòd armati venirent, diſceſſit de poſſeſſione: & an, & quando detur ei interdictum, vnde vi.*
11 *Interdictum, vnde vi, quibus poſſeſſoribus detur.*
12 *Interdictum, vnde vi, contra quem detur.*
13 *Interdictum, vnde vi, ob quarum perſonarum reuerentiam denegetur, & quæ tum actio in locum eius detur.*
14 *Interdictum, vnde vi, ad quid detur ſeu quæ veniant in eo.*
15 *Vi deiecto qui non poteſt ſingulas res quas perdidit, vel damnũ ſibi datum comprobare, qua ratione conſulatur.*
16 *Interdictum, vnde vi, quale ſit, & an ſit famoſum.*
17 *Interdictum, vnde vi, quatenus detur contra hæredes violenti.*
18 *Vis quibus remediis coërceatur.*
19 *Violẽti quàm variis conſtitutionibus pecuniariter puniantur.*
20 *Poſſeſſionem rerum apud quemcunque conſtitutarum violenter inuadens ante euentum iudicialis arbitrij, qualiter puniatur.*
21 *Intellectus ad l. ſi quis in tantam C. vnde vi.*
22 *Dominium variis ex cauſis amitti ipſo iure.*
23 *Pretium rei aliud eſſe à pretio poſſeſſionis rei.*
24 *Expulſio qualiter prouideatur per conſtitu. Si quis in tantam, C. vnde vi. ſi res partim erat ipſius expulſi, partim aliena.*
25 *Intellectus ad l. cùm quærebatur C. vnde vi. & nu. 27.*
26 *Occupans rem hæreditariam propria authoritate, an incidat in pœnam, de qua in l. fin. C. vnde vi.*

DE INTERDICTIS, quæ proponuntur cauſa adipiſcendæ poſſeſſionis dictum eſt: videamus de his, quæ proponuntur ad recuperandam poſſeſſionem: ſic ergo videamus de interdicto vnde vi, quando locum habeat, cui detur, contra quem, ad quid, &
1 quale ſit interdictum. † Habet autem locum hoc interdictũ
a ᵃcùm quis poſſeſſionem ſoli per vim amiſit. Vim dico expulſiuam, non compulſiuam. Si enim compulſus poſſeſſionem rerum tibi tradidero, ceſſat hoc interdictum: & datur actio
2 quod metus cauſa: vt ff. eodem, l. ſi iterum. Item † dico vim nõ legitimè admiſſam: qui enim expulſus eſt, ſi incontinenti velit recuperare poſſeſſionem ſuam, poteſt quidem incontinenti authoritate ſua, non ex interuallo: vt ff. eodem, l. tertia. §. cùm igitur. Incontinenti ſic accipe, id eſt, antequam ad alia extranea diuertat negotia: vt ff. de verborum obligat. l. continuus. primo reſponſo. & de duobus reis. l. duos. §. vltimo. & ad legem Iuliam de adulter. l. quod ait. §. quod ait. & ff. de teſtamentis. l. hæredes. §. vltimo. Sed & ille, qui non eſt adhuc expulſus, ſed quem quis vult iniuſtè expellere, poteſt reſiſtere vim inferenti, & propulſare vim illatam ad defendendam poſſeſſionem, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, id eſt, de-
3 fenſioni: vt infrà eodem, l. prima. † Quod inculpata ſit defenſio, vel cum moderatione facta, attenditur circa duo. Si enim vim inferat ſiue armis, propulſare vim debeo ſine armis. Si autem vim inferat cum armis, poſſum eundem armis repellere: vt ff. eodem, l. iij. §. cùm igitur. Arma autem ſunt omnia tela, hoc eſt, fuſtes, & lapides: non ſolùm gladij, haſtæ, frameæ, rompheæ: vt ff. eodem, l. iij. §. armis. id eſt, gladij vtrinque incidentes: & ſolet dici miſericordia framea.

Quid ſi pugnus vnius durior ſit quàm percuſſio enſis alterius? fortè propter debilitatem naturæ debilibus vtetur armis. Illud quidam dixerunt ſimplicitate nimia ſeruandum, vt poſſeſſor debeat pati primò ſe percuti, quàm ipſe percutiat. Sed certè fortè nunquam percuteret poſteà. Satis eſt ergo, quòd alius petit poſſeſſorẽ inuadere armis, vel armis terreat ipſum, vt ſic poſſeſſor contra eum vtatur armis: vt ff. eodem, l. tertia. §. qui armati. & ad legem Aquil. l. ſed & ſi quemcunque. & ad legem Cornel. de ſicar. l. is, qui. Item moderamen adhibetur in alio: vt quis propulſet ad ſui defenſionem, non ad vindictam: vt ff. ad legem Aquiliam. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. Sed nunquid videtur ſemper fieri ad defenſionem, ſi fiat incontinenti? & an ſic laeo. quòd ſic. Ego puto ita præſumendum eſſe: ſed tamen poſſet probari contrarium, ſcilicet, quòd data opera poſſeſſor oculum effodit vim inferenti, non ad ſui defenſionem: vt ff. ad legem Aquil. l. ſi ex plagis. §. taberna-
4 rius. Item † vim dico admiſſam ſine iudicis arbitrio: vt j. eod. l. ſi quis in tantã. ibi, ante aduentũ iudicialis arbitrij. & vel etiã admiſſam cum iudicis arbitrio. vel (quod maius eſt) domini Imperatoris arbitrio: ſed minus legitimè interpoſito arbitrio, vel decreto. Quid enim ſi iudex vel imperator mandauerit, reſcripſerit, vel præſcripſerit, vt res illę mihi reſtituãtur, vel quòd ego mittar in poſſeſſionem rerum, vel quod ingrediar in poſſeſſionem authoritate mea? certè propter hoc non innouatur ſtatus poſſeſſionis, eo abſente, qui rem tenet: quia negotiorũ merita partium aſſertione panduntur: vt infrà titu. prox. l. vlt. Tale enim reſcriptum nimia inhiatione eſt extortum: vt diximus ſuprà, ſi contra ius, vel vtilitatẽ publi. Debeo igitur poſſeſſorem, vel eius actores, vel procuratores quærere ad inſinuandas ſententias interlocutorias de re reſtituenda: (vt dictũ eſt:) ne inde naſcatur iniuriarum occaſio, vnde iura naſcũtur: vt j. eo. l. meminerint. j. reſpon. deinde debeo controuerſiam legitimè inchoare, & iudiciario ordine procedere: vt ſ. ſi contra ius, vel vti. pub. l. & ſi non cognitio. Si autem iudiciario ordine prætermiſſo, occaſione reſcripti rem inuadã: ſi quidẽ res ad
5 me pertinebat, priuor negotio, de quo iurgari cœperã. Si † autem pertinebat ad pupillum, vel ad adultum, cuius tutor, vel curator ſum, minori quidem non præiudicatur: ſed ego, ſi colludio habito rem inuaſi, vt minorem damnificarẽ, debeo deportari: & bona mea debent publicari: vt j. eod. l. meminerint. Si verò, non habito colludio, rem inuadam, teneor cõſtitutione, ſi quis in tantam. etiamſi nomine minoris fecerim, credens mihi licere, ſed non iſta: quia hic doloſum tantũ punit. Idẽ di-
6 co † vim interpoſitam dolo malo. Pertinet enim hoc interdictum ad ſolam vim atrocem: vt ff. eo. l. j. §. ad ſolam. & §. interdictum hoc, quia atrocitatem quod etiã ex eo patet: quia eũ ad vim ſpectet interdictũ, ergo ſine dolo malo nõ poteſt eſſe: vt ff.
7 vi bo. rap. l. ij. §. doli. Soli † autem ideo ponitur, quia ad mobi-
b lia principaliter non pertinet ᵇhoc interdictum: Pro eis enim agitur furti, vel vi bo. rap. Si tamen quis expulſus ſit de fundo, in quo erant mobilia. Et mobilia veniunt in interdictum, ſiue res eſſent expulſi, ſiue ei commodatæ, vel apud eum depoſitæ, vel ſibi pignoratæ. Idémq; eſt ſi in eis habebat vſum, vel vſumfructum, vel cuſtodiam: vel ſi apud eum tanquam ſequeſtrum res erant collocatæ: cùm enim dicat prætor, habuit omnia hęc, habendi verbo continentur: vt ff. eod. l. j. §. quod ait. Sed & ſi quis ratione ſoli agere velit interdicto, gratia autẽ mobilium velit agere furti: vel vi bo. rap. poteſt: vt ff. eo. l. j. §. hoc interdictum. & §. illud. & §. ſi quis. & §. ſi fundus à quo. & §. quod au-
8 tem ait. † Quod autẽ de amiſſione poſſeſſionis proponitur, duo denotat exigenda, hoc eſt, vt verè poſſederit ille, qui eſt expulſus, tẽpore deiectionis ſiue corpore ſuo, ſiue animo. Idcirco ſi quis de agro, vel de domo proceſſiſſet, nemine ſuorũ relicto, mox reuertẽs prohibitus ſit ingredi in ipſum prædiũ: vel

ſi quis

ſi quis eum in medio itinere detinuerit. & ipſe poſſederit, vel
deiectus videtur, ademiſti enim ei poſſeſsionem. quam animo
detinebat, etſi non corpore: vt ff. eod. l. j. §. interdictum autem
hoc. vnde & dicitur, nemo videtur rem amittere, niſi quia
eam habuit: vt ff. de reg. iur. l. non videtur rem amittere. Illud
etiam neceſſarium eſt, quòd verè poſſeſsio ſit amiſſa, alioquin
non datur interdictum. Inde eſt, quòd ſi quis me deiecerit,
meos autem non deiecerit, non datur mihi interdictum: quia
per eos retineo poſſeſsionem: vt ff. eo. l. j. §. pen. Cùm enim ci-
uilis poſſeſsio ſit ſocia naturalis, nequit ciuilis ab altera ſepa-
rari. Ideo domino ſolo expulſo vtraque retinetur. Colono
verò expulſo, quælibet amittitur: quaſi ciuilis committetur natu-
ralem amiſſam, vt pote digniorem: vel quia in coloni perſona
repræſentatur dominus: vt ff. eod. l. j. §. quod ſeruus. & eſt hoc
bonum arg. ad illud quod dico in poſſeſsione quam retineo
per colonum, vel inquilinum: licet eam nullam habere: non ta-
men amittam eam: niſi alio ingreſſo. Plus enim in amittendo
poſſeſsionem non debet operari animus meus, quàm extranei
expulſio. Vi autem amittitur poſſeſsio, ſiue quis corpore ex-
pellatur, ſiue reuertens non admittatur: vt ff. de acquir poſſ. l.
ſi id, quod §. vlti. & l. quamuis ſaltus. & l. peregrè. §. vlti. & l.
licet. & ff. eod. l. j. §. idem Labeo ait. ibi, ſed Pomponius, &c.
Nec enim verbum, vis, adeò largè eſt accipiendum: vt in edi-
cto diui Marci, qui ait, toties vim fieri. quoties quis id quod
ſibi debetur non per iudicem repoſcit: vt ff. quod met. cau. l.
extat. Nam ſecundum hoc in interdicto vnde vi, teneretur,
qui rem propriam quam alius poſſidet, volens ſibi poſsidere,
clam ingreditur. quod cuique patet eſſe falſum. Item & con-
ſtitutio, ſi quis in tantam. quæ vim punit, etiam eum adſtrin-
geret, qui rem propriam ſurriperet, vel equum alicui commo-
datum de paſcuo, non requiſito cõmodatario, acciperet, quod
non credimus: quia totius conſtitutionis verba refragari vi-
dentur: & ideo magis putarem actione in factum ex interdi-
cto agendum: ſicut & agitur contra patronum, vel parentes:
vt ff. eo. l. j. §. antepe. vel condictione ſine cauſa: quia poſſeſsio
ſine cauſa penes eum eſt. vel (quod eſt verius) in primo caſu
datur interdictum quod vi aut clam. In ſecundo commoda-
tor tenetur contraria commodati: vt ff. commo. in commoda-
9 to. §. ſicut. & quod vi aut clam. l. j. † Quid autem ſi fortè te ab-
ſente, ingreſſus ſum poſſeſsionem, & tu abſens ſuſpicatus es te
poſſe repelli, nunquid habebit locum interdictum vnde vi? do-
minus Hug. negauit: & ait in hoc caſu proditum eſſe auxilium
legis, quæ eſt j. eo. l. cùm quærebatur. Placent. verò exigebat,
vt is, qui ſuſpicatus eſt ſe poſſe repelli, ad locum iret: vt ſic re-
uertens nõ admitteretur ab ingreſsis: ſed certè tunc cùm non
admittitur ab ingreſsis, deſierat poſsidere: quia ſuſpicatus fue-
rat ſe poſſe repelli: non ergo tunc daretur interdictum, quia
tunc non poſsidebat: vt ſ. diximus. Ego puto vtile interdictum
locum habere ad exemplum eius, quod dicit de familia, &
mercenario. alium qui expulerat de prædio: & prędij poſſeſsio
peruenit ad dominũ ex delicto eorum: tenetur enim dominus
vtili interdicto ratione peruentionis. Multò ergo magis debet
teneri iſte, qui deliquit: cùm ad eum propter ſuſpicionẽ meam
peruenerit poſſeſsio: vt ff. eo. l. j. §. ſi filius. & §. ſi quis tamen ne-
get. licet autem exigam, vt amiſſa ſit poſſeſsio, nõ tamen exi-
go, vt ſit violento ingreſſori quæſita poſſeſsio. Nam & de eo
quod ad eum non peruenit, tenetur vſque ad annum: vt ff. eo.
10 l. j. j. reſpon. † Quicquid autem ſit de edictis, & interdictis,
hoc ſemper verum eſt: ꝙ ſi quis, viſis armatis. vel audito quòd
armati venirent, metu diſceſſerit de poſſeſsione, quantùm ad
amittendam poſſeſsionem, deiectus videtur: vt ff. de vſucap. l.
non ſolùm. §. ſi dominus. Porrò ſi verè illò tendebant, habebit
locum interdictum vnde vi. vt ff. eo. l. j. §. idem Labeo ait. Si au-
tem aliò, non: vt ff. eod. l. iij. §. ſi quis. Et hoc ſiue verum erat
eos eſſe paratos ad eundum aliò, ſiue non: vt ibidem dicitur in
fine: niſi poſtmodum me expellerent: vt ff. quod metus cau-
ſa. l. metum. & in prædicto §. ſi quis. & ff. eod. l. iij. & in his ca-
ſibus non eſt res vitioſa, quantum ad vſucapionem: niſi occu-
pata fuerit poſſeſsio. Occupata autem poſſeſsione, certum
eſt eam eſſe amiſſam: & res eſt vitioſa, & datur interdictum
vnde vi. Edictum verò quòd metus cauſa. habet locum, re
tradita per metum, vel quãdo armati ingreſsi ſunt: & ego pa-
tior eos poſsidere: & ſolam vitam ſpreta poſſeſsione, & eis re-
licta. ab eis flagito. Nam & patientia induxit actionem quod
metus cauſa: vt ff. quod metus cauſ. l. metum. §. denique.
11 † Datur hoc interdictum deiecto, ſiue ciuiliter & naturaliter
poſsideat: vt cùm eſt in re ipſa, vel in conſpectu, ſiue ciuili-
ter tantùm poſsideat: quod eſt cum reuertens nõ admittitur:
vt ff. eod. l. prima. §. deijcitur. & §. ſiue autem. Siue naturaliter
tantùm poſsideat: puta. vſufructuario, vel vſuario: vt ff. de vi
& vi arma. l. tertia. §. vnde vi interdictum. Non tamen dico co-
lonis, vel inquilinis dari: quia neque ciuilem, neque naturalem
habent poſſeſsionem, vt plenè diximus ſuprà de acquirend.
poſſeſſ. Nec obſtat quod dicitur ff. eodem. l. colonus. &
l. cùm fundum. quia ibi colonus interuerterat poſſeſsio-
nem. & ideo tanquam prædo, non tanquam colonus, habet
interdictum. Datur ergo hoc interdictum deiecto, ſi ſuo nomi
ne poſsidebat: alioquin ei, cuius nomine poſsidetur. Hinc eſt,
quòd ſi colonus coloni mei, vel inquilinus inquilini mei deii-
ciatur, mihi domino datur interdictum: vt ff. eod. l. j. §. quod
ſeruus. & l. vlti. Cuicunque autem deiecto datur interdictum,
& eidem dabitur: ſi reuertens non admittitur. non admiſſa dif
ferentia in expulſo. an poſsideat iuſtè, an iniuſtè. Nam & præ-
doni datur interdictum, ſicut & de colono dictum eſt: vt ff.
eod. l. j. §. qui à me. & l. Fulcinius. & l. colonus. & l. cùm fun-
dum. ita tamen, ſi prædo ab alio vim patiatur iniuſtè. Vbi autẽ
vim patitur iuſtè ab eo, quem expulit. id eſt, incontinenti, &
eodem modo, & non ad vltionem: vt ſuprà dictum eſt: non da-
tur ei interdictum. Dominus enim non vi poſsidet à prædo-
ne, ſed in ſuam cauſam dicitur reuerti poſſeſsio: vt ff. eodem. l.
12 iij. §. vnde vi. & l. qui poſſeſsionem. † Datur hoc interdictum
contra eum, qui deiecit, vel eum, qui mandauit, vel iuſsit, vt
alius deiiceretur. Item contra eum, qui ratam habet deiectio-
nem ab alio factam nomine ſuo. Nam in maleficio ratihabi-
tio comparatur mandato. Sed & ille. qui deiecit ſuo, vel alte-
rius nomine vel cum mandato, vel ſine mandato tenetur. Sed
conuento & exacto domino, procurator liberatur. & è con-
uerſo: vt ff. eod. l. j. §. deieciſſe. & §. quoties. & §. cùm autem. Itẽ
datur contra eum, cuius familia, vel mercenarij deiecerunt in
id quod ad eum peruenit: aut ſi non peruenerit, noxaliter te-
nebitur reſpondere pro familia. cùm ſeruus ad ſui præiudiciũ
domini conditionem poſsit facere deteriorem: vt ff. de vi & vi
arma. l. prima §. quod ergo. & §. familiæ. & §. ſi filius. & l. in
interdicto vnde vi. Sic & municipes tenentur interdicto vnde
vi, de eo quod ad eos peruenit ex violentia, quam alius fecit
13 eorum nomine: vt ff. eodem, l. ſi vi me deiecerit. Sed † pro-
pter reuerentiam quarundam perſonarum quandoque dene-
gatur interdictum: vt ecce, liberis contra parentes, vel liber-
tis contra patronos. & in locum interdicti dabitur eis actio in
factum. Si tamen vi armata vtantur patroni, vel parentes con-
tra liberos, vel libertos, conueniuntur ab eis interdicto vnde
vi: vt ff. de vi & vi armata. l. j. §. interdictum hoc, quia atroci-
14 tatem. † Competit hoc interdictum, vt reſtituatur res ipſa, &
ea quæ continebantur in ea: (vt dictum eſt:) nec liberatur
prædo interitu rei: quia à tempore delicti eſt pluſquam fru-
ſtrator, & in mora fuit: vt ff. eod. l. j. §. quod autem. & §. rectiſ-
ſimè. & §. ubi autem. & §. ex interdicto. & l. ſi vi me deieceris,
& l. meritò. Item & veniunt fructus percepti, & percipiendi,
& omne intereſſe deiecti. quod haberet, ſi vi deiectus nõ eſſet:
vt ff. eo. l. j. §. ex die. & infrà eod. l. ſi de poſſeſsione. Fructua-
rius quoq; deiectus in eandem cauſam reſtituendus eſt, id eſt,
in qua futurus eſſet. ſi deiectus non eſſet. Si ergo tempore deie-
ctionis, vſusfructus fuerit finitus, poſtquam deiectus eſt à do-
mino cogendus erit dominus vſumfructum reſtituere, id eſt,
conſtituere: vt ff. eodem, l. ſi plures. §. deiectum. Quid autem
15 † ſi deiectus, vi in iudicio patefacta. deinde ſuper rebus abre-
ptis vel inuaſis. vel de damno tempore inuaſionis dato, quæ-
ſtione propoſita non poſſet, quæ perdidit ſingula comproba-
re, certè defferetur ei ſacramentum à iudice, vt manifeſtet æſti-
mationem rerum quas perdidit: taxatione à iudice facta, pro
perſonarum, atque negotij qualitate. Nec liceat ei vltra taxa-
tionem à iudice factam iurare. & quòd huiuſmodi iureiuran-
do dato fuerit declaratum, iudicem condemnare oportet vt j.
16 eo. l. ſi quando. † Perſonale eſt hoc interdictũ, ſicut & cætera

vt ff. de interdict.l.j.§.penult. Non eſt famoſum, ſicut & alia:
vt ff.eod.l.neque vnde vi. Annale eſt, de eo quod non perue-
nit ad violentum. Et computatur annus vtilis. Sed de eo quod
peruenit, eſt perpetuum:vt ff.eod.l.j.primo reſponſo. & §.an-
17 nus.Hæredibus † autem datur:ſed in hæredes datur in id de-
mum, quod ad eos peruenit,dolóve eorum malo factum eſt,
quo minus perueniret:vt ff.de vi & vi arma.l.j.§.hoc interdi-
18 ctum hæredi.§.vlti.& l.ij.& l.uj.primo reſponſo. Sic † equi-
dem punitur violentia per interdictum. Sed & punitur per
conſtitutiones ciuiliter. Item punitur per legem Iuliam cri-
minaliter:vt ff.eo.l.j.§.nequid. De accuſatione autem crimi-
nali pro violentia non eſt hic dicendum: quia plenè dicemus
19 infrà, de vi publi. & pri. † Sed de conſtitutionibus, quæ pe-
cuniariter puniunt violenter, breuiter videamus: & certè
quædam conſtitutio facta eſt ad ſecuritatem Iudæorum &
paganorum,vt Chriſtiani,qui eorum bona diripuerint,ablata
teneantur reſtituere in duplum:vt ſ.de ſacrific.paga.l. Chri-
ſtianis. Eſt & alia quę facta eſt,vt maior ſit authoritas actio-
nis finium regundorum in iudicium delatæ.Qui enim detulit
eam,ſi ante ſententiam vſurpauerit rem alienam, quod malè
petebat, amittit, & tantum agri modum, quantum adimere
tentauit, vicino reſtituit:vt ſ. finium regundo.l.ſi conſtiterit.
Eſt & alia, quæ punit aduocatum,quòd authoritate ſua rem
pro ſalario conuentam occupauit.Nam eam reſtituit,& à pe-
titione excluditur:vt ſuprà,de ſuffrag.l. vna. Eſt & alia, quæ
punit quemlibet ex nomine alieno rem detinentem, ſi eam
dominis recuperare volentibus non reſtituerit, ſed litem vſ-
que ad definitiuam ſententiam expectauerit: tunc enim rem
locatam, & æſtimationem eius domini præſtare compelle-
rentur:vt ſuprà locati & conducti.l. conductores.& j.eod. l.
non ab re. Eſt & edictum diui Marci, quod creditorem pu-
nit,ſi rem vllam debitoris,vel pecuniam debitam non à debi-
tore ſibi datam,ſine vllo iudice temere poſſederit,vel accepe-
rit,& ſibi ius in eam rem dixerit. Punitur enim iure crediti:vt
20 ff.quod met.cau.l.extat. † Eſt & conſtitutio Valent. Theo-
doſ.& Arcadij.ſi quis in tantam.quæ eum punit,qui ac ſi fu-
rioſus eſſet,poſſeſsionem rerū apud quemcunque conſtituta-
rum, ante aduentum iudicialis arbitrij violenter inuaſerit:
tunc enim ſi dominus erat expulſor, poſſeſsionem reſtituit
expulſo.& dominium eiuſdem rei amittit. Si verò alienatum
rerum poſſeſsionem inuaſerit, non ſolùm eam poſsidentibus
reddit,verumetiam æſtimationem earundem rerum reſtitue-
21 re cōpelletur:vt j.eo.l.ſi quis in tantam.†Ex qua conſtitutio-
ne plura proponuntur in dubium. In primis enim occurrit
quærere de furioſo, an teneatur ex ea conſtitutione de vio-
lentia admiſſa? & certè non:quia caret ſenſu,ſatiſque ipſo fu-
rore punitur:vt ff.de offi.præſi.l.diuus. & ad leg. Pompeiam
de parricidiis.l.pe. & de rei vendi. l. quòd infans.& de admi.
tu.l.vlt.in fi. Nec ob.quod dicitur in l.ſi quis in tantam furo-
ris,&c.loquitur enim non quòd verè ſit furioſus,imò erat ſa-
næ mentis:ſed ac ſi furioſus eſſet,violentiam admiſit. Quid ſi
ad verè furioſum peruenerit poſſeſsio:quia ſerui ſui eam ap-
præhenderunt?propter violentiam furioſus tenebitur actione
in factum ex eo, quòd ad ſe peruenit, vt ſuprà dictum eſt de
mercenario & familia. Illud certum eſt,hanc conſtitutionem
locum habere tam circa mobilia, quam circa immobilia. ſed
interdictum vnde vi circa res ſoli tantum:actio vi bo.rap.cir-
ca mobilia tantum eſt prodita:vt Inſti.vi bo.rap.§.quod non
ſolum. Sed de illo dubium eſt,an hæc conſtitutio locum ha-
beat,vbi quis rem inuadit,vel occupat,credens ſibi non lice-
re,quod quidam negauerunt: quia tunc ſpecialiter erat con-
ſultum antiquitus per interdictum vnde vi, & actione vi bo.
rap. Sed eſt addita iſta conſtitutio in defectum interdicti a-
ctionis vi bo.rap. vbi quis putat ſibi licere rem ſuam per vim
auferre:vt Inſti.vi bo.rap. §. ita tamen. ſed certè ſecundum
hoc melioris eſſet conditionis, qui ſciens facit contra legem,
quam qui facit ex ignorantia,quod eſſe non debet:quia do-
lus debet præponderare culpæ: vt diximus ſ.ad leg. Aquil. &
probatur ff. de noxa.l. non ſolum.& ff.quod vi aut clam.l.
Seruius.Quod autem ſequitur ante aduentum,declarat con-
ſtitutionem locum habere ante lit. conteſt. & poſteà, hoc eſt
ante ſententiam: imo & idem puto poſt ſententiam: ſubau-
ditur ergo maximè ante aduentum,&c.Vel ideo dicitur ante:
quia executores qui exequuntur ſententiam, non tenentur,
hac conſtitutione: quia iuris executio non habet iniuriam: vt
ff. de iniur.l. iniuriarum. §. j. Nec magiſtratus tenentur, qui
aduerſus reſiſtentem aliquid violentius fecerint, nec contra
bonos mores,ſed iure honoris quem ſuſtinēt: vt ff. quod met.
cau.l.iij.& ff.ad leg. Aqui.l.quemadmodum.§.penulti.Quòd
autem dicitur dominium poſteà eiuſdem rei amitti, dixerunt
quidam amitti dominium ipſo iure, & applicari, vel acquiri
expulſo:ſicut & aliàs quis ex delicto ſuo ipſo iure infamatur,
& amittit militiam:vt ſ.loca.l.vlti. & vt diximus ſ. de his, qui
not.infa. Et ſicut actor,qui denuo litem deſeruerit ab omni
cadit actione ipſo iure :vt in auth.de litigioſ. §. omnem. in fi.
22 Et † ſicut in crimine læſæ maieſtatis quis amittit dominium
c rerum ſuarum ipſo iure, ' & applicabitur fiſco:vt j.ad leg.Iul.
maieſt.l. vlti. Idem in transferentem merces illicitas vt ff. de
pub.l.commiſſa. Idémque in muliere, quæ proprio raptori
nubit,vt amittat dominium rerum raptoris: vt in authen. de
rapt.mulierib.quæ raptorib.nup. Sic eſt & cùm quis pigno-
rauit alium pro alio,vel liberum hominem cepit pro debitor
vt in authenti.vt non fiant pigno.& auth.vt nulli iud.§.quia
vero & huiuſmodi.vel dic amittit dominium per ſententiam,
quod tutius eſt:nec enim dicit,amittit,ſed amittat:quaſi dice-
ret,præcipio,vt iudex eum puniat in amiſsione rei. Plerunque
enim demum lata ſententia contingit amiſsio rei:vt ſ.de hær.
& Ma.l.quicunque.§.quod ſi fecerint.& de apoſta.l.j. & ff.ad
Syl. l. neceſſarios. §. non aliàs. & de iure fiſ.l. eius, qui. & in
23 auth.vt litig.iur.§.illo. † Quòd autem dicitur poſtea æſtima-
tionem earundem rerum, notandum eſt aliud eſſe pretium
rei, aliud poſſeſsionis rei. Rei enim pretium comprælendit
pretium proprietatis plenè,ſed poſſeſsionis pretium non con-
tinet æſtimationem proprietatis. In condictione ergo huius
conſtitutionis æſtimatur res ipſa : ſed in interdicto vti poſsi-
detis, æſtimatur poſſeſsio:vt ff.vti poſsidetis.l. penultima. §.
vlti.& quod metus cauſa.l.ſi mulier.§.qui poſſeſsionem. Hæc
24 omnia locum habent in re quæ prorſus eſt aliena. † Quid
autem,ſi res partim eſt expulſi,partim eſt aliena:vt ecce, fru-
ctuarius deiicitur de poſſeſsione,in qua habet vſumfructum,
vel deiicitur dominus nudæ proprietatis? & certè ſi res erat
immobilis, fructuarius deiectus à quocunque reſtituetur in
naturalem poſſeſsionem rei: prætereà habebit æſtimationem
vſusfructus:proprietarius autem deiectus à quocunque,reſti-
tuetur in ciuilem poſſeſsionem rei: & prætereà habebit æſti-
mationem nudæ proprietatis,ſcilicet eius quod ſuum erat. ſi-
cut enim proprietatem plenam æſtimo in totum,quando in
totum eſt expulſi:ita & ſi habeat eam nudam, vel eius quod-
cunque illud æſtimandum eſt. Item fructuario deiecto de
poſſeſsione rei immobilis,non priuatur poſſeſsione proprie-
tarius:& è conuerſo. Idem ergo vno eorum deiecto,non ideo
experitur alter. Planè ſi res mobilis eſt illius poſſeſsionem
quilibet eorum amittit etiam ignorans: aliquo ſurripiente, &
vel rapiente fructuario,vel proprietario:vt ſuprà diximus de
acquiren.poſſeſſ.& ideo furti actio,vel condictio ex hac lege
diuiditur inter fructuarium,& dominum proprietatis,vt fru-
ctuarius experiatur de fructibus, quanti interfuit eius fur-
tum, vel rapinam non eſſe factam: proprietarius autem aget
quòd interfuit eius proprietatem non eſſe ſubtractam:vt ff.de
25 furtis.l.inter omnes.§.ſi ſeruus. † Eſt & alia conſtitutio Iu-
ſtiniani.l.cùm quærebatur j.eo.quæ locum habet contra eos,
qui vacuam poſſeſsionem abſentium ſine iudiciali ſententia
detinuerunt,violentia in ablatiua poſſeſsione minimè præce-
dente. Et dicebat do. H. vacuam eſſe poſſeſsionem, cùm alio
ingreſſo,me abſente in poſſeſsionem,ſuſpicatus ſum me poſſe
repelli: & ita amiſi poſſeſsionem, non ex priori facto, ſed ex
voluntate mea,quoniam habui animum relinquendæ poſſeſ-
ſionis:vt ff.de acquirend.poſſeſſ.l. ſed & ſi nolit. & ſic dicetur
vacua poſſeſsio corpore, ſed non animo. nec habet locum di-
rectum interdictum vnde vi: quia non ſum expulſus, vel re-
uertens non ſui prohibitus. & vis ſine corpore fieri non po-
teſt:vt ff.eod.l.j.§. idem Labeo ait eum. & hoc eſt.quod dici-
tur in d.l.cum quærebatur.j.eo.ibi,violentia in ablatam,&c.
& argumento ff.quòd metus cauſa.l.metum.§.denique. vtile
tamen

tamen haberet locum interdictum vnde vi: ſicut notauimus
ſuprà in §.quod ergo. Vel toſte v eat vacuam poſſeſſionem,
quæ à nemine detinetur corpore, vel animo: ſcilicet, longo
tempore amiſſam propter abſentiam, vel neligentiam domi-
ni:aut quia ſine ſucceſſore deceſſerit: & hæc proprius appel-
latur vacans poſſeſſio: nec poteſt in ea vis fieri, cùm nullius
ſit poſſeſſio: vt Inſtitut.de vſucap. §.quod autem.& infrà de
omni agro deſert.l.qui agros. Alicuius tamen eſt proprietas,
licet ingrediẽs ignoret cuius ſit.cùm enim ſciat non eſſe ſuum
ſcire debet ad alium pertinere:niſi res erat talis,quæ concede-
batur occupanti: ſicut & in furti actione,in qua qui domino
inuito,contrectat,furti tenetur.Hic ergo temerarius occupa-
tor tenetur, vt prædo: licet violentiam non admiſerit. & pu-
nitur eadem pœna,quę ſtatuitur per illam l.ſi quis in tantam.
contra violentos inuaſores. Non dico, quòd teneatur ex illa
lege:quia illa punit violentos tantum: ſed hac lege imponitur
eadem pœna contra huiuſmodi temerarium occupatorem. &
26 detentorem:vt infrà eodem. l.vlti. † Quid.ſi res erat hæredi-
taria,an habeat locum huiuſmodi legis pœna? Reſpond.non:
quia hic loquitur in poſſeſſione abſentis, & in re aliena: vt
patet per illa verba, qui in vacuam poſſeſſionem abſentium,
&c. & per illa, quòd per ignorantiam alienam rem, &c.Res
autem hæreditaris non eſt alicuius,& poſſeſſio nullius eſt: vt
ff.de re.di.l.j.& ff.ſi quis teſta. liber eſſe iuſſus. l.j.§. Scæuola.
& vt diximus ſuprà, quorum legator. Quid ſi hæreditas
erat adita,ſed poſſeſſio non apprehenſa? poteſt dici,quòd
locum habeat conſtitutio ſecundum poſitionem caſus vlti-
mam. Item ſecundum eandem poſitionem talis inuaſio rem
non afficit vitio: vt ob hoc impediatur vſucapi res: vt Inſti-
tutio.de vſucap.§.quod autem.ſed aliud eſſet ſecundum poſi-
27 tionem primam. Item illa conſtitutio † videtur locum habe-
re in eo tantum, qui facit dolo. per illa verba, omnes autem
ſcire,&c.& per exemplum quod ponit de furto. Sed nunquid
habet locum lex iſta in re mea vacante ab alio,ſi eam occupo?
Et fortè non, per prædicta: omnes autem ſcire, &c. Eſt &
alia conſtitutio in corpore authenticorum de creditore, qui
pignerauit, vel exigit alium pro alio: qui cadit ab actione
ſibi competenti: & in quadruplum damnatur: vt in authen.
vt non ſi pignera. in v.col. Eſt & alia conſtitutio, quæ punit
creditorem, ſi liberum hominem cœperit pro debito. cadit
enim à debito, & aliud tantundem præſtat retento, vel paren-
tibus eius: vt in authent.vt nulli iudic.§.quia autem.

ANNOTATIONES.

a Hoc interdictum. De huius interdicti materia vide per Specu. in titu. de reſti.ſpo.§.primo.& ii.& in tit.de relig.do.§.dicunt autem Bart.in l.prima.§.ſi autem.ff.de vi & vi ar.& Bal.in l.prima. de reuo his quæ in fraudem cre.do.Alex.in l.j.§.interdictum.vti poſſ.& in l.cũ fundũ.de vi & vi ar.do.Bartho.Soci.in l.clam §.qui ad nundinas.de acqui.poſſ. nu.49 chart.xxii.do.Iaſo.de May.in §.omnis.autẽ.§.inſtit.de actio. charta xxi.quibus in locis de materia huius tit.habes ad plenum.

b Non pertinet. Secus tamen ſi rei corporali acceſſerint, quia tunc etiã pro mobilibus interdictum.vnde vi competit: vt not.tenet domi. Alexan.de Imo.in l.vendicatio.ff.de rei vendi.Ioan.de Imol. in cap.examinata.de iudi.docto.in ca.cum bonæ.de reli.do.

c Ipſo iure. Ad h[a]ec Bal.in l.j.cum autem. C.de cad.tol.doct.in auth.bona damnatorum Bal.in l.ſi.in iii col.C.de fruct.& li.expen.d.Alexan. de Imol.in l.reſcriptũ.ff.de pac.& in l.poſt contractũ.ad fi.ff.de don. vbi etiã deciditur quando fiſcus in pœnis habet ius, & quãdo hypothecã.

Si per vim, vel alio modo, abſentis turbata fuerit poſſeſſio. *Rubrica.*

1 Poſſeſſionem abſentis variè turbari. & nu.3.4.
2 Poſſeſſionis turbatæ actio, quibus & quandiu competat.

DICTVM eſt ſ. de turbata poſſeſſione præſentis,
nunc dicamus de turbata poſſeſſione abſentis.
1 † Eſt autem ſciendum, quòd poſſeſſio abſentis,
quandoque turbatur per vim, quandoque turba
tur per reſcriptum principis.& ſiquidem turbatur per vim,
expulſis his,qui detinebant nomine abſentis datur condictio
2 ex l.j j.eod. ad † recuperandam poſſeſſionem detinenti nomi-
ne abſentis etiam ſi ſeruus erat, quod eſt contra regulam ge-
3 neralem. Item datur † ei, ibi amico nomine abſentis, licet
conſtat eum non habere mandatum,licet extraneus ſit. quod
eſt contra regulam generalem. Et datur iſta condictio, non
vſque ad annum tantùm,ſed perpetuò. Sic ergo non imita-
tur naturam interdicti vnde vi. Iudicium autem proprieta-
tis,vel rei vendicationis reſeruatur abſenti:vt j.eod.l.j. Si au-
4 tem † turbatur per reſcriptum Imperatoris,vel interlocutio-
nem iudicis, non fit ideo mnouatio poſſeſſionis:quia nego-
tiorum merita partium aſſertione panduntur:& quia per ni-
miam inſtantiam literæ impetratæ ſunt:vt j. eod.l. vlti. & vt
diximus ſ. ſi contrarius,vel vtilitatem publicam.

Vti poſſidetis. *Rubrica.*

1 Interdictum, vti poſſidetis, in quibus rebus locum habeat. & nume.3.
2 Interdicta cuiuſmodi propoſita ſint pro cloacis.
4 Interdictum, vtrobi, pro quibus rebus locum habeat.
5 Interdicta, vti poſſidetis, & vtrobi, quibus dentur.
6 Interdictum, vti poſſidetis aa, & quando detur pro quaſi poſſeſſione ſeruitutis.
Interdictum, vti poſſidetis, quando proponatur.
8 Interdictum, vti poſſidetis, quibus ex cauſis proponatur.
9 Interdicto, vti poſſidetis, vel vtrobi, propoſito, quis vincere debeat.
10 Poſſidere vi à me eum cenſeri, qui prohibet me poſſeſſorem colere, vel ædificare, vel reficere, vel ſimilia facere. & nu.12.
11 Seruitutis controuerſiam referens, non autem poſſeſſionis quomodo ſit à poſſeſſore conueniendus.
13 Poſſidere clam a me quando quis dicatur, & quam poſſeſſionem dicatur habere: & an teneatur interdicto vti poſſidetis.
14 Poſſeſſio qualis poſſit precario concedi.
15 Interdictum, vti poſſidetis, non dari ei, qui omni poſſeſſione priuatus eſt.
16 Interdicto, vti poſſidetis, propoſito aduerſus eum, qui vi, vel clam, vel precario poſſidet ab actore, quomodo pronunciare debeat iudex, & quid ſi ab alio ita poſſideat. & nu.18.
17 Poſſidere vi, vel clam vel precario ab alio quam à domino, quando quis dicatur, & an poſſit dominus aduerſus talem interdicto agere.
19 Victus in interdicto, vti poſſidetis, quomodo condemnãdus ſit.

DICTVM eſt ſ. de interdictis & condictionibus
recuperandæ poſſeſſionis,nunc videamus de in-
terdictis retinendæ poſſeſſionis,id eſt, de interdi-
cto, vti poſſidetis, & eius gratia de interdicto
vtrobi. Superius enim interdictum vnde vi, & condictio-
nes reſtituunt vi amiſſam poſſeſſionem, & oppugnant poſ-
ſeſſorem: vt ff. eodem.l.j. §.eſt igitur. Hæc autem duo in-
terdicta tuentur poſſeſſionem, & poſſeſſorem, ſicut & exce-
ptiones:actio verò nunquam vltra poſſeſſori datur: quippe
ſufficit ei,quod poſſideat:vt ff.eod.l.j.§.reſtituendę.& §.inter-
dictum autem. Videamus ergo in quibus rebus habeat lo-
cum interdictum vti poſſidetis..& in quibus interdictum v-
trobi,cui dentur,contra quem,ad quid,quis vincat in eis in-
1 terdictis,& inquantum fiat condemnatio. † Habet autem lo-
cum interdictum vti poſſidetis,in rebus immobilibus omni-
bus,& ſoli:duntamen talia ſint quæ poſſint poſſideri:vt ff.eo.
l.j.§.pen.non autem poſſidentur forum,& baſilica, & res ſa-
cræ:vt ff.de acquir.poſ.l.j.§.vlti.& l.qui vniuerſas.§.j.pręter-
2 quàm † in cloacis.& fortaſſis ideo quia cloacis ſpecialiter pro-
uidet prætor per tria edicta. Primum eſt prohibitorium, ne
prohibeatur quis reficere priuatam cloacam. Aliud ſecundũ
eſt prohibitorium,ne quid fiat,vel immittatur in cloacã pu-
blicam.Tertium eſt reſtitutorium, vt factum vel immiſſum,
quo vſus cloacæ deterior foret,reſtituatur:vt ff.de cloacis.l.j.
j.reſponſo.§.penul.& §.vlt.vel quia cloaca non per ſe conti-
netur,ſed ipſi ſolo adhæret:vnde ſatis eſt,ſi de ipſo ſolo pro-
ponatur:vt ita & ſi non principaliter,per conſequentiam ta-

men agatur de omni inquietatione, quam circa ſolum ſuſti-
3 net, vel circa cloacas, vel ſimilia. †Item locum habet hoc in-
terdictum in incorporalibus, vt in quaſi poſſeſſione vſusfru-
ctus, vel vſus: vt ff. eo. l. vlt. vel aliarum ſeruitutum: vt ff. de ſer
uitu. l. quoties. & ſi ſer. ven. l. ſicuti. §. Ariſto. & vt diximus ſ.
4 de interdict. †Vtrobi verò interdictum locum habet cùm
quæſtio eſt de retinenda poſſeſſione rerum mobilium: vt ff. de
vtrobi. l. j. & Inſtit. de interdic. §. retinendæ. & componitur v-
trobi, ex vtrum, & vbi: vt vbi, ponatur pro apud: vtrum, pona
tur pro quem. quaſi diceret, apud quem res eſt mobilis, nec vi,
nec clam, nec precario ab aduerſario tempore lit. conteſta. ei
vim fieri veto, quominus eam rem ducat. ſed olim vincebat
interdicto vtrobi. ita demú, ſi maiore parte anni rem habuiſ-
ſet: vt ff. de vtrobi. l. j. & Inſti. de interdict. §. retinendę. Si quę-
ras, quare diuerſa introducta ſunt interdicta, ex diuerſitate
rerum mobilium, & immobilium: ſatis enim ſuffeciſſet vnum
iſtorum interdictorum? Reſpõdeo, lex conſiderauit proprie-
tatem vocabulorum. Immobilia enim propriè dicuntur poſ-
ſideri, eò quod eis quis pedibus inſiſtit. Inde enim appellata
eſt poſſeſſio: vt ff. de acquir. poſſ. l. j. vnde ad immobilia bene,
& propriè accommodatum eſt hoc nomen vti poſſidetis. mo
bilia verò dicuntur apud, vel penes nos eſſe. vnde & mobili-
bus ritè eſt attributum hoc nomen vtrobi. tota die tamen di
cimus indifferenter tam mobilia, quàm immobilia poſſideri:
5 impropriè tamen dictum eſt. †Dantur hæc interdicta poſſi-
dentibus ciuiliter & naturaliter: vel etiam naturaliter tantũ.
Vt ecce: fructuarius & vſuarius naturaliter poſſidẽt rem, in
qua habent vſum, & eius nomine habent interdictum vnde
vi, vt diximus ſ. vnde vi. multo magis habent interdictum vti
poſſidetis, pro retinenda poſſeſſione: vt ff. eo. l. vlti. [quia cui
damus actionem, multò fortius defenſionem: vt ff. de ſuperfi.
6 l. j. §. is autem. in fi.] †Item & datur interdictum vti poſſide-
tis, quaſi poſſidenti illius ſeruitutis prædialis, vel perſonalis:
vt dictum eſt. Nec enim eſt verè poſſeſſio, vel traditio rerũ in-
corporalium: vt ff. de vſuca. l. ſequitur. §. ſi viam. & ff. de acqui.
re. do. l. ſeruus. §. incorporales. ſed quaſi poſſeſſio: vt ff. de ſer-
ui. vrba. prædio. l. ſi ædes. §. libertas. Quandoque tamen poſ-
ſeſſio ſimpliciter dicitur: vt ff. de iti. actuque priua. l. vlti. &
communia præd. l. ij. & de pet. hære. l. regulariter. Cæterùm, ſi
ſeruitus non ſit in re ſoli conſtituta, licet quis in ea re ius ali-
quod habeat: non tamen ſibi datur hoc interdictum: vt ecce,
creditores miſſi ſunt in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, ha-
bent quidem ius pignoris ex ea miſſione, non tamen poſſidẽt.
& ideo non habent hoc interdictum. Idémque eſt in cæteris
omnibus, qui cuſtodiæ cauſa miſſi ſunt in poſſeſſionem: vt ff.
7 eod. l. ſi duo. §. creditores. †Proponitur hoc interdictum quo-
ties inter litigatores contentio eſt vter poſſideat, quia alteru-
ter ſe magis poſſidere affirmat. Et ſæpe proponitur cauſa, vel
occaſione rei vendicationis. Separata enim debet eſſe poſſeſ-
ſio à proprietate. In iudicio rei vendicationis fieri non poteſt,
vt alter ſit poſſeſſor, & dominus nõ ſit, alter dominus ſit qui-
dem, poſſeſſor autem nõ ſit. Fieri etiam poteſt, vt idem ſit poſ
ſeſſor, & dominus. Inter litigatores ergo quoties eſt proprie-
tatis controuerſia, aut conuenit inter litigatores, vter poſſeſ-
ſor ſit, vter petitor, aut non cõuenit: ſi conuenit, abſolutũ eſt.
Nam ille poſſeſſoris commodo, quem conuenit poſſidere, il-
le petitoris onere fungetur. Si autem inter eos non conuene-
rit, & contentio eſt de poſſeſſione, ad hoc interdictum remit-
tentur, quod vulgò appellatur vti poſſidetis retinendæ poſ-
ſeſſionis: vt ff. eod. l. j. §. huiuſmodi autem. Sed & ſi non vter-
que, ſed alter tantum poſſidere ſe contendat, dicátque ſe ab
altero inquietari, datur ei hoc interdictum: vt ſtatim patebit
8 per exempla. †Proponitur hoc interdictum ex his cauſis. ec-
ce enim competit mihi, ſi me ædificare in meo prohibeas: &
enim videris mihi cõtrouerſiam poſſeſſionis facere: quia pro-
hibes me vti mea poſſeſſione. Idémque & ſi locauerim tibi do
mum, & velim eam reficere, & tu me prohibeas. teſtificari e-
nim poſſum, quod non prohibeam te inhabitare, ſed poſſide-
re: vt ff. eod. l. ſi duo. §. hoc interdictum. & §. cùm inquilinus.
Idem etiam dicitur: & ſi tu, vel actor tuus, ex fundo meo vi-
tes in arbores tuas tranſduxeris, poſſum enim tibi denuntia-
re, ne vites præcidas, aut vtar interdicto vti poſſidetis de eo
loco, quo radices continentur vitium. Nam ſi mihi vim fece-
ris, quominus eas vites vel præcidam, vel tranſducam, vim mi
hi videris facere quominus poſſideam. & enim qui fundũ co-
lere prohibetur, poſſidere vi prohibetur: vt ff. eod. l. ſi duo. §.
item videamus, ſi actor. Si ergo prohibitio ædificationis, refe-
ctionis, tranſductionis, præciſionis, & culturæ, inducit hoc in-
terdictum. Item & inducit hoc interdictum inquietatio alte-
rius, quam fecit prohibendo aliquid non iure ſuprà ſolum
vicini in hunc modum: putà, datur ei poſſidenti ſolum cõtra
prohibentem, vel protegentem: quia ſolum cuiuſque debet
eſſe liberum vſque ad cœlum: vt ff. eod. l. ſi duo. §. ſi vicinus. &,
quod vi aut clam. l. vltim. §. penultim. Caſsius tamen ſcripſit
vtrique inutile eſſe interdictum vti poſſidetis: quia alter
ſolum poſſidet, alter cum ædibus ſuperficiem: vt ff. eodem. l. ſi
duo. §. item videamus. ſi protectum. Sed certè illud verbum,
vtrique, ponitur collectiuè, quaſi diceret iſti & illi, non diuiſi-
uè: vt ff. de contrahen. emptio. ſed Celſus. §. j. Nam nec ratio-
ne protecti datur vtrique ſimul: quia protectum à poſſidente
domum poſſidetur, nec ratione ſoli: quia illud ab altero, non
ab vtroque poſſidetur. Item ratione inquietationis, quæ fit
per immiſsionem, vel proiectionem de domo vnius in domũ
» alterius, datur hoc interdictum in hunc modum: » putà. Hic
tamen ſubtiliter eſt inquirendum, an ſolum ſuper quod fit
immiſsio ſolenniter, communiter poſſideatur à nobis ambo
bus, an ab altero. Si ab ambobus, vnus, altero inuito non po-
teſt aliquid immittere, vel proiicere: niſi id expediat rei com-
muni: alioqnin prohibetur hoc interdicto, vel iudicio com-
muni diuidundo: vt ff. communi diuidund. Sabinus: & l. ſi æ-
des. Si autem poſſidetur ab altero, ille poteſt experiri contra
alium hoc interdicto: vt ſ. proximè dixi. Planè vbi ille qui im-
miſit, vel proiecit immiſſum, habet iure ſeruitutis, datur ei in-
terdictum vti poſſidetis, pro tali quaſi poſſeſſione: vt ſuprà
dictum eſt: vt ff. eod. l. ſi duo. §. Labeo. Item datur hoc interdi
ctum propter inquietationem, quæ fit ædificando cœnacu-
lum ſuprà ædes alterius: ita quod ſuſtentatur cœnaculum ab
ædibus: dominus enim ædium habet hoc interdictum. Sem-
per enim ſuperficies ſolo cedit, non autem ille, qui in cœna-
culo moratur: niſi cœnaculum ex publico, vel ex priuato ha-
beat aditum non ex inferiore domo: vel niſi ille qui habeat
cœnaculum ſuperficiarius eſt: quia domini ædium voluntate
impoſuit ſuperficiem. His enim caſibus cœnaculum videtur
poſſideri, non ab eo, qui poſſidet inferiorem partem, ſed ab
eo, cuius ædes ſuprà eſſent, vel ab eo qui ſuperficiarius eſt. vn-
de ſuperficiarius hoc interdicto, & actionibus à prætore da-
tis vtetur. Dominus autem ſoli tam aduerſus alium, quàm ad-
uerſus ſuperficiarium potior erit in interdicto vti poſſidetis.
ſed prætor ſuperficiarium tuebitur ſecundum legem locatio-
nis in interdicto vti poſſidetis. Sed & dat prætor ſuperficia-
rio vtilem rei vẽdicationem, vel actionem in factũ: vt ff. eo. l. ſi
duo. §. ſed & ſi. & ff. de damn. infect. l. pen. §. vlti. & de ſuperfi.
9 l. j. §. j. & ij. †Vincit in hoc interdicto, & in interdicto vtro-
bi, qui poſſeſſionem nec vi, nec clam, nec precario ab aduerſa
rio tempore lit. conteſta. continet: vt Inſtitu. de interdict. §.
hodie tamen. Secundum hoc ergo ſi neuter ab altero vi, vel
clam, vel precario poſſideat, vterque debet vincere. Sed lex
contradicit. dicit enim quod neuter vincit: nam & iſte poſſi-
det, & ille: vt ff. eodem. l. ſi duo. primo reſponſo. Sed certè neu
ter vincit in eo, quod vterque eſt actor. Actorẽ enim vincere,
nihil aliud eſt, quàm reum ſibi condẽnari: hic autẽ neuter alte
ri condemnatur. nam vterq; poſſidet, vel poſſidet. Cùm ergo
ſit vterque actor, neuter vincit: in eo verò quod vterque eſt
reus, vterque vincit. Reum enim vincere eſt non auferri quod
apud ſe habet. hoc eſt, ſolui. duplicia ergo ſunt iſta interdi-
cta: vt Inſtitu. de interdi. §. penulti. & ff. eodem. l. ſi duo. §.
hoc interdictum. Sed illud quæritur, qualiter à me vi, vel
clam, vel precario, quis poſſideat: vt ob hoc contra eum
poſſim intendere hoc interdictum, & vincere. Item quomo-
do poſſideat quis ab alio vi, vel clam, vel precario: & ita à
me non vincatur. hæc enim ponere difficilia videntur nobis,
qui diximus ingredientem poſſeſſionem non habere ciuilem
poſſeſſionem, cùm adhuc dominum non expulerit. Reproba-
ta [autem] eorum opinione, qui dixerunt plures inſolidum
ciuili

ciuiliter vel naturaliter poſsidere poſſe:vt diximus ſ.de acqui.
10 poſſeſsio. † Poteſt autem quis dici à me vi poſsidere, cùm me poſſeſſorem prohibet colere, vel ædificare, vel reficere, vel ſimilia facere, quæ ſ. diximus: vt ff.de vi & vi arma.l.vim facit. & ita ponitur primus caſus illius legis.ff.eo.l.ſi duo. qua enim ratione vim facere videtur, quominus poſsideam, eadem vt ipſe poſsidere videatur, vim facit. & violentia, quæ mihi poſſeſsionem auferre videtur, illi attribuere poſſeſsionē dicenda eſt. & patet ex legibus præmiſsis hoc indubitanter locum habere, quando ille, qui infeſtat me, refert cōtrouerſiam poſſeſ-
11 ſionis.† Quid autem ſi non refert poſſeſsionis controuerſiam, ſed ſeruitutis quam dicit ſe habere, vel in cuius poſſeſsione ſe dicit eſſe? Reſpōdeo, ſi ſeruitutem non debeam, mihi datur negatoria. Item ſi ille non eſt in poſſeſsione ſeruitutis, mihi datur interdictum vti poſsidetis. Si verò eſſet in poſſeſsione ſeruitutis, interdictum vti poſsidetis, vtile eſſet ei. Quid ſi neq; poſſeſsionis, neque ſeruitutis referat cōtrouerſiam, ſed temerita-
a te ſua iniuriatur mihi? certum eſt eum teneri iniuriarum [a]: vt ff.de actio.empt.l.qui pendentem, & de iniuriis.l.iniuriarum. §.vlti. Fortè & hoc interdicto tenebitur: quia non eſt neceſſarium in hoc interdicto, quòd vterq; ſe poſsidere cōtendat: ſed ſatis eſt, quòd ille qui poſsidet, iniurietur ab altero: vt ff.eod. l.ſi duo.§.ſi vicinus. & vt patet ex ſuperioribus. Hic ergo loquimur non de vi expulſiua, vel compulſiua, ſed inquietatiua: ipſe enim vi, id eſt, me prohibente verbo, vel iactu lapilli, aliquid facit in meo, vel me prohibet facere in meo: vt ff. quod vi aut clam.l.j.§.quid ſit vi. Plures enim ſunt ſpecies vis: vt plenè
12 diximus ſ. quòd metus cauſa. Vel aliter † poteſt quis dici vi à me poſsidere: vt ecce, ille qui vſumfru. dicit ſe habere, ſua authoritate ingreditur poſſeſsionem domini expellēdo eum, ſed proteſtādo ſe non velle auferre ciuilem poſſeſsionem domini: ſed vt ſuam habeat naturalem. Datur contra eum hoc interdictum, cùm vterque poſsideat: nec enim dominus amiſit ciuilem poſſeſsionem. Sed opponitur: imò domino datur interdictum, vnde vi, ratione naturalis poſſeſsionis domino ablatæ. Reſpondeo, non eſt ita. Tunc enim domino illud datur interdictum, cum quis nullo modo poſsidet. hic autem poſsidet vterque. vel (ſi vis) dicas dari interdictum vnde vi, ratione naturalis poſſeſsionis amiſſæ: & datur interdictum vti poſsi-
13 detis, propter ciuilem poſſeſsionem, quam inquietat. † A me autem clam dicitur quis poſsidere, cùm clanculo, me abſente ſibi poſsidere volens ingreditur fundum meum, quem ego poſsideo: nec inde ſuſpicor me poſſe repelli, & ita, me abſente & inuito ſæpiſsimè facit: vt ff. quòd vi aut clam.l.iij.§.vlti. iſte talis ingreſſus habet naturalem poſſeſsionem propter introitum ſuum, & tenetur interdicto vti poſsidetis. Sed opponitur: quomodo poteſt hoc eſſe, cùm ille, qui eſt ingreſſus in iudicio nullam habeat ciuilem poſſeſsionem, vel naturalem: ciuilem non, quia eam habeo: naturalem non, quia non eſt in fundo? ad hoc reſponderunt quidam interdictum poſſe intentari in fundo. Ego dupliciter reſpondeo, primò ſic: ſicut enim vi poſsidere à me videtur quis, cùm me prohibet quietè vti poſſeſsione mea: ita & clam videtur à me poſsidere, cum clanculo impediat me, & inquietat meam ciuilem poſſeſsionem, & clam facit quominus quietè poſsideam. vnde ſicut & ſuprà dictum eſt, cùm non ſit neceſſarium vtrunque poſsidere, datur hoc interdictum cum à me videatur clam poſsidere. Vel dicas quod cum eſt in iudicio mecum, habet naturalem poſſeſsionem, & ſolo animo retinet eam, licet ſit iniuſta. fructuarius enim, & ſimiles ſolo animo retinent poſſeſsionem: vt probauimus ſuprà, de acquirenda poſſeſsione. Sed opponitur, ſi dicas clandeſtinum poſſeſſorem ſolo animo retinere naturalem poſſeſsionem: ergo ſi dominus redeat in prędium, nullo inuento, naturaliter non poſsidebit: quia naturaliter poſsidet alius. Reſpondeo, eſto. Si quæras, nunquid ergo domino prædij datur interdictum vnde vi, ratione naturalis poſſeſsionis amiſſæ? Reſpondeo non poteſt: quia ciuilem retinet poſſeſsionem quæ auferri non poteſt: niſi expellatur de prædio, vel reuertens non admittatur, vel ſuſpicetur ſe poſſe repelli. Vel fortè alia ratione non datur: quia non datur volenti adipiſci poſſeſsionem: vt ff. de acquirenda poſſeſsio.l. peregre. §. quibus. & l.quamuis. & l.ſi id, quod.§.vlt. & de vi & vi arma-
14 ta.l.j.§.cum, qui. † Qualiter autem quis poſsideat à me precario non eſt hæſitatio. Sciendum tamen naturalem & ciuilem poſſeſsionem, & naturalem tantum poſſe precario concedi. Sed & quandoque neutra conceditur precario, ſed duntaxat, vt quis moretur in prædio: vt plenè diximus ſ. de acqui.
15 poſſeſsione. † Hoc tamen diligenter attende quòd vbi nullo modo poſsideo: vt quia expulſus ſum ab omni poſſeſsione: vel quia omnem precario conceſsi, interdictum vti poſsidetis intendere non poſſum: quia hoc interdictum tuetur poſſeſſorem, vt ff.eod.l.j.§.j. & ij. nec enim poſsides à me vi inquieta-
16 tiua, ſed expulſiua. & ego nullo modo poſsideo. In his † autem caſibus tribus, in quibus dictum eſt me vincere te interdicto: quia poſsides à me vi, aut clam, aut precario, pronuntiabit iudex me ita poſsidere, vti poſsideo: & te condemnabit ad æſtimationem poſſeſsionis: vt ff.eod.l.j. in principio. & l.pen. ſingulari vtendo ſermone. Hodie tamen honoris cauſa cum homines vni tantum loquuntur, plurali ſermone vtuntur dicentes bene veniatis, & bene ſtetis, & ſimilia. Et cœperunt iſtæ honorabiles voces à Iulio Cæſare. vnde & illud dicitur, nos duo turba ſumus. Sed & ſi pro pluribus qui poſsideant, & inquietantur à non poſsidente, vel non poſsidentibus, pronuntiare iudex neceſſe habebit plurali ſermone, vti poſsidetis. Item poſsidentibus, vel poſsidenti, prohibebit prætor vim fieri: vt
17 j.eod.l.j. & ff.eod.l.j. in princip. Sequitur † qualiter quis ab alio poſsideat vi, vel clam, vel precario. & certè ſi fructuarius qui habet naturalem poſſeſsionem deijciatur ab alio qui ſe fructuarium dicebat, dominus proprietatis contra deijcientem non poteſt intendere interdictum vnde vi: quia ſibi nulla poſſeſsio eſt ablata. Item ſi intendat interdictum vti poſsidetis, non vincet: quia hic violentus poſſeſſor vi ab eo nō poſsidet: pronuntiabit ergo iudex, vti poſsidetis, ita poſsideatis. Item clam poſsideri poteſt à fructuario, ſi eo abſente, clanculo ingrediatur poſſeſsionem, vt infeſtet eum, vel vt ipſum priuaret poſſeſsione: quod tamen fieri non potuit: niſi expulſo fructuario. fructuarius ergo vinceret eum in interdicto, ſed non proprietarius. cùm à fructuario tantum poſsideat clam. Videretur tamen, quòd etiam proprietarius vinceret eum hoc interdicto, cùm proprietarius habeat ciuilem poſſeſsionem, & iſte clandeſtinus inquietator nullam: nam neque habet domini ciuilem, neque habet fructuarij naturalem: vt dictum eſt. Sed reſpondeo, pone poſteaquàm ita clanculo remanſit, in fundo fructuarium deceſsiſſe, & clādeſtinum in poſſeſsione remanſiſſe. mortuo fructuario clandeſtinus habet naturalem: vtpote finito vſufructu, & fructuarij poſſeſsione: Nec enim poſſeſsio eſt in hæreditate: vt ff. ſi quis teſt.lib. eſſe iuſ.l. j.§.Scæuola. Mortuo tamen colono non interpellatur ſtatim domini poſſeſsio, quam habebat per colonum. Sed tunc demum cum dominus poſſeſsionem adipiſci neglexerit: vt ff.de acqui.poſſeſ.l.ſi de eo.§.j. nec poſsidet iſte clandeſtinus à domino clam: quia eum nullo modo priuare, vel celare voluit. non enim ratio obtinendæ poſſeſsionis, ſed origo nanciſcendæ poſſeſsionis eſt exquirenda: vt ff.de acquirenda poſſeſsione.l.clam. Qualiter autem ab vſufructuario precario quis poſsideat, nulla dubitatio eſt: ſicut etiam liquet ex ſuperiori-
18 bus. † In his autem caſibus, in quibus neuter poſsidet ab alio vi, vel clam, vel precario, & vterque habet poſſeſsionem rei, vnus vno iure, & alius alio, & inſolidum: eodem enim iure contingere non poſſet: vt notauimus ſ. de acquirenda poſſeſsione. Pronuntiabit iudex, vti poſsideris, ita poſsideatis: diſtinguendo in ſententia quis, & quo iure habeat poſſeſsionē: alioquin ipſo iure nulla eſſet ſententia: quia ſuper incerto lata. Sed tamen quidam dicunt eam valere, adeo vt ſi vterque ciuilem & naturalem ſe contendat habere poſſeſsionem, & inſolidum, & inducantur pro vtroque teſtes, nec appareat qui ſint potiores: & ideo pronuntiauerit iudex vti poſsidetis, ita poſsideatis, teneat ſentētia. quaſi ſit iſte tenor ſententiæ quod vterque poſsideat dimidiam pro indiuiſo. Sed certè hoc neuter aſſerebat. & videtur quod iudex in talibus caſibus magis debeat abſtinere à iudicando, quia ſuper incerto iudicare nō
19 poteſt. † Item vbicunque pronuntiat iudex vti poſsidetis, debet prohibere vim inter eos fieri. poſtea autem ſi vnus eorum velit ad proprietatis iudicium venire intendendo rei vendi-

cationem, compellebatur poſſeſſor ſatiſdare iudicatum ſolui: alioquin transferebatur ab eo in alium poſſeſsio, vt j. eod. l. j. ſed hodie non ſatiſdatur iudicatum ſolui: vt Inſtit. de ſatiſda. j. reſponſo. nec iudicio ſiſti ab eo, qui poſsidet immobilia: vt ff. quæ ſatiſda. cog. l. ſciendum. Item vbicunque vnus vincit alium in hoc interdicto, debet victos cõdemnari vincenti intra annum vtilem ad æſtimationem poſſeſsionis: vt ff. eod. l. j. j. reſponſo. & l. penult. §. vlt. Poſt annum autem non poteſt agi ad æſtimationem poſſeſsionis: ſed agetur ad retinendam poſſeſsionem, & ad vim prohibendam perpetuo, vt puto.

20 †Quid ſi vocatus ad iudicium in hoc interdicto non veniat? reſpondeo pronuntiabit iudex actorem non eſſe inquietandum à reo, donec probet reus poſſeſsionem eſſe ſuam: fortè compellet eum ita cauere ſe ſeruaturum, ſicut & in ſeruitute fit: vt ff. de ope. no. nun. l. ſi prius. & vt notauimus ſ. de bo. autho. iudi. poſsi. §. vbi autem. Definitiua autẽ ſententia de non inquietando imperpetuum ferri non poteſt, cùm non ſit lis conteſtata. Duplex eſt interdictum: vt dictum eſt reſtitutorium, & probibitorium.

ANNOTATIONES.

a Iniuriarum. Ad hoc vide Specu. in tit. de accuſa verſi. quid ſi te vocaui. Bar. in l. iniurias. §. ſi quis. ff de iniuriis Bal. in l. ſi quis à ſe fundum. C. vnde vi. & in rub. C. de vſufruct. Ang. Aret. in §. hæc actio. in l. cum plur. ſeq. de iniuriis. chart. cc & do. Iaſo. de May in §. æquè. nu. 10. inſtit. de actionibus. chart. 2113. copioſè per do. Bartho. Socin. in conſi. cxviii. incipien. viſis narratis. verſic. ſed his non obſtantibus. in j. volumi. chart. clxxxvii. & in conſi. cxlvi. incipien. viſo proceſſu. ſexta colum. in eod. primo vol. charta. ccxx. vbi habes totam materiam.

b Puta. Hic locus in omnibus (quotquot viderim) exemplaribus ſuſpicione non caret. Deſideratur, formula vel exemplum, quod nota puta, liquido oſtendit. Facturus igitur pretium operæ videbor, ſi quæ deeſſe videntur ex Labeone apud Paulum. l. Labeo. §. ſi duo. ff. eod. adiecero. Interdicit ei, qui immiſsionem paſſus, ſi eum locum poſsideat, qui proiecto tegitur. P. Prateius.

De tabulis exhibendis. *Rubrica.*

1 *Tabularum appellatione quid propriè ſignificetur. & nu. 3.*
2 *Interdictum de tabulis exhibendis locum non habere pro teſtamento non ſignato, & an pro teſtamento alias imperfecto, vel etiam falſo.*
4 *Exhibere quid ſit: & apud quem ſit exhibitio facienda, & quando.*
5 *Interdictum de tabulis exhibendis quibus detur.*
6 *Interdictum de tabulis exhibendis in quibus tabulis locum non habeat.*
7 *Interdictum de tabulis exhibendis contra quem competat.*
8 *Interdictum de tabulis exhibendis quale ſit.*

EXPEDIVIMVS de interdictis quibuſdam prohibitoriis, & quibuſdam reſtitutoriis, nunc proſequamur tertium membrum diuiſionis, id eſt, de exhibitoriis. Et quia exhibitoria quędam dantur de rebus pecuniariis, vt pro tabulis exhibendis: quædam pro perſonis exhibendis: audiamus primò de tabulis exhibendis. Videamus itaque quid ſint tabulæ, & ad quæ extendatur appellatio tabularum. Item quid ſit exhibere, cui detur hoc interdictum, contra quem, inquantum, quale ſit interdictum, & quando ceſſet.
1 † Tabulæ autem propriè ſunt teſtamentum conditum in ſcriptis ſignatum, & perfectum. Sed abuſiuè etiam illa teſtamenta appellamus, vel tabulas, quę falſa ſunt, vel iniuſta, vel irrita, vel rupta, vel imperfecta, vel ſuprema, vel non ſuprema: ita tamen ſi ſignata ſint. Si enim
2 †ſignata non ſunt, ceſſat hoc interdictum, ſicut & ceſſat lex Cornelia, ſi aliquis in tali teſtamento non obſignato ſibi adſcripſerit: vt ff. eodem. l. j. §. hoc interdictum & ad legem Corneliam de falſis. l. ſi quis. & ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur. l. ij. §. j. Defectus ergo ſignorum facit deficere hoc interdictum, & legem Corneliam, ſecus in alia imperfectione teſtamenti, etiamſi propter ſtatum defuncti dicatur teſtamẽtum nullum: vt quia ſeruus fuerat, vel filiusfamilias: vt ff. eod. l. j. §. penul. Quidam tamen dixerunt quòd pro falſo & imperfecto teſtamento nec hoc interdictum datur, nec agitur ex illo edicto. quemadmodum teſtamenta aperiantur, nec habet locum lex Cornelia. Pro falſo, vero, & perfecto: vel pro vero, & imperfecto, omnia hæc locum habent: vt videtur innuere, illa l. ſi quis ad legem Corneliam de falſis. Item & ſi deletum ſit teſtamentum totum, vel pars eius, locum habet interdictum. Item ſi tabulæ in pluribus codicibus ſint ſcriptæ, omnes in interdicto iſto continentur: quia vnum teſtamentum eſt: vt ff eod. l. j. §. vlti. & l. ij. & iij. primo reſponſo.
3 & §. j. †Ad teſtamenta autem pertinent codicilli. Item libellus, vel epiſtola, vel ſi quid aliud relictum dicetur: vt ff. eod. l.
4 j. §. j. & §. ij. †Exhibere autem eſt materiæ apprehendendæ copiam facere. Et eſt exhibitio facienda apud prætorem, vel ex authoritate eius ſignatores admoniti venient ad recognoſcenda ſigna. Si fortè non obtemperauerint teſtes, coërcendi ſunt à prætore: vt ff. eod. l. iij. §. hoc interdictum. & §. exhibere. Et eſt facienda exhibitio ſtatim, ſi tabulæ ſunt in præſentia: alioquin tempus dandum eſt pro exhibitione facienda: vt ff. eod l. j. §. ſi quis. & Inſtitu. de officio iudicis. §. ſi ad exhibendum. De definitione tamen exhibitionis, & eius qualitate, id eſt. qualiter fiat, plenius diximus ſuprà ad exhibendum,
5 & quemadmodum teſtamenta aperiantur. †Datur hoc interdictum omnibus quibus eſt adſcriptum aliquid in tabulis, vel purè, vel in diem, vel ſub conditione, ſiue ſint hæredes, ſiue legatarij, ſiue fideicommiſſarij: vt ff. eod. l. iij. §. ſolent. & fit agentibus condemnatio ad intereſſe, quod æſtimatur relictum, etiam ſi conditionale relictum erat, & agatur hoc interdicto pendente conditione relicti. Si quæras an interim exiſtente conditione relicti permittendum eſt actori exiſtente conditione legati agere pro relicto? diſtingue an condemnatus fuerit interdicto ille, qui tenebatur præſtare relictum: an alius. in primo habet exceptionem ille, qui tenebatur præſtare relictum. in ſecundo non: vt ff. eod. l. iij. §. condemnatio.
6 †Ceſſat hoc interdictum in tabulis viuentis: quia verba prætoris, reliquiſſe fecerunt mentionem. l. j. in fin. ff. de tab. exhib. vnde & teſtator viuus pro tabulis ſuis non habet hoc interdictum. ſed agit actione ad exhibendum, & rei vendicatione: vt ff. eod. l. j. §. penult. & l. iij. §. ſi ipſe. Item ceſſat interdictum, ſi hæreditatis controuerſia pendeat ex tabulis, aut ſi ad publicam quæſtionem pertinet controuerſia tabularum: puta. ſi is qui agit interdicto, dicatur ſibi in illis tabulis adſcripſiſſe relictum: quia lege Cornelia vetitum eſt, & fiſco debet applicari relictum, vt dicemus j. de his, qui ſibi adſcribunt in teſtamento. In his ergo duobus caſibus in æde ſacra deponendæ ſunt tabulæ, aut apud virum idoneum: vt ff eodem. l. vltima.
7 †Proponitur interdictum contra eum qui habet tabulas, vel dolo fecit quominus haberet: ſi tamen negat ipſe ſe poſſe, vel oportere exhibere: vt ff. eodem. l. j. §. j. Nam ſi nihil eorum prætendat, locum habet ſuperius edictum, quemadmodum teſtamenta aperiantur: vt notat. ſuprà quemadmodum teſtamenta aperiantur. Si ergo depoſitæ ſint tabulæ penes aliquẽ, poteſt agi cum eo, qui depoſuit. & cũ eo, apud quem depoſitæ ſunt tabulæ: vel ſi depoſitæ ſint apud ſeruum, dominus tenetur. Si autem tabulæ dolo tutoris apud pupillum deſierunt eſſe, tenetur tutor, & non pupillus: vt ff. eod. l. iij. §. ſi tabulæ.
8 & §. ſi penes. & l. penulti. † Eſt hoc interdictum perpetuum. Item hæredibus datur: vt ff. eod. l. iij. §. vlti. In hæredes autem datur, ſicut in quoſlibet qui haberent facultatem rei exhibendæ: vt diximus ſuprà, in actione ad exhibendum, & in rei vendicatione.

De liberis exhibendis, ſeu deducendis, & libero homine exhibendo. *Rubrica.*

1 *Interdictum de liberis exhibendis quibus detur.*
2 *Interdictum de liberis exhibendis in quos detur, & ad quid.*
3 *Interdicto de liberis exhibendis propoſito, quando differatur res in tempus pubertatis, & quando repræſentetur.*
4 *Interdictum de liberis exhibendis, item de liberis deducendis quale ſit.*
5 *Interdictum de libero homine exhibendo quãdo locum habeat.*

Interdi-

6 *Interdictum de libero homine exhibendo ad quid proponatur.*
7 *Interdictum de libero homine exhibendo quibus competat.*

POST interdictum de tabulis exhibendis ſuppo-
nit de tribus interdictis: quorum ſunt duo gratia
iuris tuendi, aliud autem tertium eſt inductum
gratia officij tuendi. vt notauimus ſupra de inter
dictis. Videamus ergo de primo, ſecundo, & tertio interdicto:
quibus dentur, contra quos, ad quid, & qualia ſint interdicta.
1 Datur primum interdictum de liberis exhibendis patri, qui
habet filium in poteſtate, & idem in auo paterno, & ſimilibus
contra quemlibet detinentem eum, eámve qui eſt in poteſta-
te agentis: niſi ratio perſonæ, vel rei iudicatæ ſuadeant in con-
trarium reſponderi: vt ecce, agit maritus contra matrem pue-
ri minoris triennio, apud quam conſueuerunt pueri educari,
habebit exceptionem. Item & habet exceptionem, qui ſemel
conuentus eſt interdicto, & abſolutus eſt ab actore iuſtè, vel
iniuſtè. Item & habet exceptionem maritus, qui conuenitur
à ſocero ſuo ex hoc interdicto pro vxore ſua eiuſdem, quia
agentis filia, ſi fortè pater concordans matrimonium, forte &
liberis ſubnixum, velit diſſoluere: non enim bona concordan-
tia matrimonia iure patriæ poteſtatis debent turbari: imo e-
tiam marito, de vxore ſua ſibi exhibenda, datur interdictum
contra patrem eius, ſcilicet, vtile de liberis exhibendis. aliàs
ergo niſi obſtent rationes prędictæ patri cõpetit interdictum:
vt tamen perſuadeatur ei, ne acerbè patriam poteſt. item exer-
ceat: vt ff. eod. l. j. vſque in finem. & l. ij. & infrà eod. l. vlti. Pro-
ponitur hoc interdictum pro exhibitione facienda. Et quid
ſit exhibere, diximus in titulo proxi. & s. ad exhibendum. Sed
2 † nota, quòd interdictum datur eis, & in eos, quibus, & in
quos, datur ſuperius: ſed datur ad aliud, ſcilicet vt quis poſſit
ducere eos, in quos habet ius ductionis, id eſt, qui ſunt in po-
teſtate ſua: non tamen datur patri cõtra filium quem vult du-
cere: ſed vtriq; debet eſſe eis, qui eum interdicto defendu: aliàs
ceſſat interdictum, ſed ſuccedit notio prætoria: vt apud eum
diſceptetur vtrum quis ſit in poteſtate, an non: vt ff. eo. l. dein-
de. primo reſponſo. & in primo, & in ſecundo §. Sed & mater,
quæ conuenitur à marito ex hoc interdicto, cauſa cognita,
habet exceptionem. obtinuit enim ob nequitiam patris vt ſi-
ne diminutione patriæ poteſtatis apud eam moretur filius: vt
3 ff. eodem. l. deinde. §. etiam. † Item notandum eſt in hoc in-
terdicto, & in notione prætoria quòd ſi pater agit pro filió
impubere ducendo, aliàs differtur res in tempus puberta-
tis, aliàs repræſentatur. Idémque ex perſona eorum, inter
quos erit controuerſia, & ex genere cauſæ conſtituendum
eſt. Nam ſi is qui ſe patrem dicit authoritatis, prudentiæ, fi-
dei exploratæ eſſet vſque in diem litis, id eſt, vſque in tempus
pubertatis, impuberem apud ſe habebit. Is verò qui contro-
uerſiam facit, ſi humilis calumniator, notæque nequitiæ ſit,
repræſentanda cognitio eſt. Item & ſi is qui impuberem
negat in aliena poteſtate eſſe, vir bonis moribus probatus tu
tor vel teſtamento, vel à prætore datus pupillum quem apud
ſe habuit in diem litis tuetur. Is verò qui ſe patrem dicit ſi ſuſ
pectus eſt quaſi calumniator, differri litem non oportebit. Si
verò vtraque perſona ſuſpecta eſt, aut tanquam infirma, aut
tanquam turpis, diſponet iudex apud quem puer interim edu
cetur, & controuerſiam in tempus pubertatis differet, ne per
colluſionem, vel per imperitiam alterutrius contendentium,
aut alienæ poteſtati paterfamilias addicatur, aut filius alie-
nus loco patriſfamilias conſtituatur. l. iij. §. Item ſi is, qui im-
puberem. ff. eod. de lib. exhi. Illud etiam in hoc interdicto ſta-
tuitur: vt donec res iudicetur fœmina prætextata, vel maſcu-
lus prætextatus, iſque qui proximè prætextati ætatem acce-
dit, interim apud matremfamil. deponatur. Proximè autem
ætatem prætextati accedere dicitur, qui puberem ætatem nũc
eſt ingreſſus. Prætextatus ergo dicitur, qui adhuc eſt impu-
bes, à prætexta quæ erat ſpecies veſtis, qua vtebantur impube
res tantum. dicitur autem materfamilias notæ authoritatis
fœmina: vt ff. eod. l. deinde. §. vlti. & penultimo. Quomodo
autem patri detur hoc interdictum, & quãdo implorare per-
* mittatur iudicis officium, * & quando detur ei rei vendica-
tio præiudicialis, vel adiecta cauſa de iure Quiritum plenè
dixi ſuprà de rei vendi. & dicitur ff. eod. l. vlti. & penul. & ff.
4 de rei vendi. l. j. §. per hanc. † Eſt autem primum interdictum
priuatum, & perpetuum ſui iuris tuendi cauſa comparatum,
vt filius exhibeatur. Secundum ſimiliter perpetuum, & priua
tum eſt, & iuris tuendi cauſa inductum eſt: tamen prohibito-
rium, quia prohibet prætor vim fieri volenti ducere filium.
5 † Nunc videamus de tertio interdicto, ſcilicet de libero ho-
mine exhibendo. & certè iſtud habet locum, cùm quis deti-
net liberum dolo malo, puberem, vel impuberem, maſculum
vel fœminam, vnam vel plures, ſui iuris, vel alieni: hoc enim
tantum ſpectamus an liber ſit. Ideo autem dixi dolo malo,
quia excuſatur ille, qui detinet eum, quem habet in poteſtate
ſua: vel eum, quem redemit ab hoſtibus: cùm ei non ſit pre-
tium ſolutum, nec ei offeratur, nec ipſe remiſerit. vel eum, qui
eſt libertus ſuus, vel alumnus, vel noxæ deditus, & generali-
ter, qui iuſtam habet cauſam hominis liberi apud ſe retinen-
di, non videtur dolo malo facere. Nullus enim videtur dolo
malo facere qui vtitur iure ſuo. Item nec facit dolo, qui reti-
net volentem: niſi retineat volentem calliditate circumuentũ
vel ſeductum, vel ſolicitatum, neque bona vel probabili ra-
tione facit. idem rectè dicitur dolo malo retinere. Item nec fa
cere præſumitur dolo pater, qui retinet filium emancipatum.
Pietas enim genuina efficit, quia homo eſt, & pater, ſine dolo
malo retineri, niſi euidens dolus intercedat. Item caret dolo,
qui neſcit apud ſe hominem liberum eſſe: ſed vbi certioratus
retinet, dolo non caret. Item & ſi dubitat vtrum ſit liber, an
ſeruus, vel ſi facit controuerſiam ſtatus, recedendum erat ab
hoc interdicto. & agenda eſt cauſa libertatis. Tunc enim de-
mum locum habet interdictum, quoties quis pro certo liber
eſt. Cæterum ſi quæritur de ſtatu, non oportet præiudicium
fieri alienæ conditioni. & probantur hæc ff. de liber. ho. exhi.
6 l. quod & lex. § j. vſque ad illum §. ait prætor. † Proponitur
hoc interdictum pro exhibitione faciẽda, id eſt, vt homo per-
ducatur in publicum, vt videndi, & tangendi, hominis facul-
tas præbeatur. Propriè autem eſt exhibere, extra ſecreta ha-
7 bere: vt ff. ad exhibend. l. ij. † Competit hoc interdictum om-
nibus, non tamen ſeruis, neque eis, qui ſuſpecti ſunt calum-
niari, vel colludere. Mulier autem, vel pupillus admittuntur
pro cognato, vel parente, vel affine ſolicitato. Nam & publi-
co iudicio reos faciunt, ſi ſuas, ſuorúmque iniurias exequun-
tur. Vbi autem ſunt plures qui experiri volunt hoc interdi-
cto, eligendus eſt à prætore is, ad quem maximè res pertinet,
vel is, qui idoneior eſt. Et eſt optimum ex coniunctione, ex
fide, ex dignitate, actorem hoc interdicto eligendum. Quid
autem ſi reus conuentus eſt abſolutus, ſi quidem ab alio poſt-
ea conueniatur, habet exceptionem: niſi actor doceat de prę-
uaricatione primi accuſatoris, & eum faciat condemnari. Si
autem reus condemnatus eſt ad hoc vt exhibeat ſtatim, de-
bet exhibere, nec modicum tempus dandum eſt ad eum exhi-
bendum: quoniam præteriti facti pœna præſtanda eſt. Si ve-
rò reus condemnatus maluit litis æſtimatione ſufferre, quàm
hominem exhibere, iterum poterit conueniri ab eodem acto-
re, vel ab alio non obſtante exceptione: vt ff. eodem. l. quod &
lex. §. hoc interdictum. & l. vlt. §. ij. Redditur hoc interdictum
in præſentem, & in abſentem: & ſi abſens non defendatur, in
bona eius eſt eundum. Item perpetuum eſt hoc interdictum:
vt ff. eod. l. iij. §. vltim. Illud ſciendum eſt creditori non dari
hoc interdictum, vt debitor exhibeatur: ſed in bona eius ex
edicto mitti ſe poſtulabit: vt ff. eod. l. vlti.

ANNOTATIO.

* Officium Iudicis officium eſt poteſtas iudicis aſſumpta. Habet locum
officium iudicis locum tam in iis, quæ fiunt ante iudicium, ſuos ta-
men iudicii præparatoria, quàm in his, quæ in iudicio facienda occur
runt ante iudicium Implorandum eſt autem quoties actio deficit. ca.
iudicis extra. de offic. iudi. Tunc autem ſuccedit actionis loco(licet
non ſit actor)cùm petitur in matrimonio reſtitutio à maiore, minori.
Nam ſi communi iure munitus, eſt, ius extraordinarium concedi non
debet l. in cauſæ. l. ait. & l. quod ſi minor. ff. de minorib. Quoties autẽ
iudicis officium ſuccedit loco actionis, lis eſt conteſtanda. extrà. de
offi. iud. l. ij. Locum autem habet iudicis officium in omnibus quę

contingunt poſt litem conteſtatam circa rem petitam, vt in fructibus
perceptis ex ea. C. de rei ven. l. certum. Tunc autem dandus eſt libel-
lus l. ædiles. ȷ. §. item ſerendum. ff. de ædili. actio. Secus autẽ ſi incidẽ-
ter aliquid iudicis officio petatur, vel de aliquo ambigeretur d. c. ti. Itẽ
ex officio iudex poteſt ſupplere defectus. C. vt quæ deſunt aduo. l. ȷ. Li
cet autem ſupplere poſſit, non tamen ſtatim corrigere ei licet ineptã
actionem. C. ſi mens fal. mo dix. Ante tamen litem conteſtatam ſup-
plere non poteſt quis ante litem conteſtatam omnia iudici, non ratio
dici conſtant, ſed vt priuato d. §. item ſerendum. c. cùm Bertoldus. ex-
tra. de ſen. & re iudi. Supplet autem iudex & ante ſententiam opponẽ-
do aduocatis & quærendo à partibus. &, ſicut melius poteſt, verum in-
ueſtigando. xxx. q. b. c. ſi. Supplet etiam ex officio poſt ſententiam, vt
in fructibus ff. de re iudic. l. Paulus. Martinus.

De precario, & Saluiano interdicto. *Rub.*

1 *Precarium quid ſit, & qui differat à donatione.*
2 *Precarium in quibus rebus conſiſtat.*
3 *Precarium conſtitui poſſe etiam inter abſentes per nuntium vel per epiſtolam.*
4 *Precarij effectus quàm varius ſit.*
5 *Precarium quouſque duret.*
6 *Precarium quibus modis ſoluatur.*
7 *Interdictum de precario cui detur.*
8 *Actio ciuilis an, & quando detur pro eo, quod precario conceſſum eſt.*
9 *Interdictum de precario contra quem detur. & nu. 11.*
10 *Actio cuiuſmodi tibi detur aduerſus eum, cuius rogatu rem meam alteri conceſſi.*
12 *Pupillus an, & quatenus conueniri poſſit interdicto de precario.*
13 *Interdictum de precario ad quid detur ſeu quæ veniant in eo.*
14 *Interdictum de precario intra quod tempus competat.*
15 *Saluianum interdictum cui detur, & contra quem.*
16 *Saluianum interdictum qui differat ab actione Seruiana.*
17 *Interdictum Saluianum quatenus competat duobus dominis pro rebus à colono in fundum communem illatis.*

DE EXHIBITORIIS interdictis dictum
eſt: nunc videamus de hoc reſtitutorio interdi-
cto, quod naturalem habet in ſe æquitatem: vt ff.
eod. l. ij. §. ȷ. Videndum ergo, quid ſit precarium,
quibus rebus conſtet, qualiter conſtituatur, quatenus duret,
cui detur hoc interdictum, quibus actionibus reuocetur pre-
carium, contra quem detur, quid veniat in interdicto, & in-
tra quod tempus competat, poſtea dicemus de Saluiano in-
terdicto, cui detur, contra quem, per quod differat à Seruia-
1 na actione. † Eſt autem precarium*, quod precibus petenti
2 vtendum conceditur tandiu, quandiu is, qui conceſſerit, pa-
titur: quod genus liberalitatis ex iure gentium deſcendit. Et
diſtat à donatione eo, quòd qui donat ſic dat, ne recipiat: qui
precario concedit, ſic dat, quaſi tunc recepturus, cum ſibi li-
buerit precarium ſoluere: & eſt ſimile commodato. Nam &
qui commodat rem ſuam, ſic commodat vt non faciat rem
ſuam accipientis: ſed vt ei vti re commodata, permittat: vt ff.
eod. l. ȷ. Eſt tamen differentia inter commodatum, & preca-
2 rium: vt notauimus ſ. commo §. ad aliquem. †Conſiſtit pre-
carium in rebus mobilibus, & immobilibus, & in ſeruituti-
bus: veluti ſi me precario rogaueris vt per fundum meum ire,
vel agere tibi liceat: vel vt in tectum, vel in aream ędium mea-
rum ſtillicidium, vel tignum immiſſum in parietem habeas:
vt ff. eod. l. ij §. vlti. & l. iij. & iiij. in prin. In re autem rogantis
non conſiſtit precarium: niſi cùm debitor pignus rogat pre-
cario poſsidere à creditore. Rogat enim precarium poſſeſ-
ſionis reſpectu, non proprietatis. ſic enim & vbicunque pro-
prietarius caret poſſeſſione, & rogat rem precario ab eo, qui
poſsidet: vt ff. eod. l. certè. §. vlti. & l. ſed ſi eam. Sed & proprie-
tarius, qui non poſsidet ſi rogatur ab eo qui poſsidet pro poſ
ſeſſore maxime, vt ſibi liceat rem precario retinere, tenet qui-
dem precarium, & incipit poſſeſſor precario poſsidere, nec
mutat ſibi cauſam poſſeſſionis is, cui à domino conceditur
precario poſſeſſio, ſed voluntate ſua deſinit poſsidere ex pri-
ma cauſa, & incipit ex precario rem detinere: vt ff. eod. l. vnuſ-
3 quiſque. & l. ſi is qui pro poſſeſſore. l. reſpon. †Conſtituitur
precarium inter præſentes, & inter abſentes per nuntium, vel
4 per epiſtolam: vt ff. eod. l. precario. † Effectus conſtitutio-
nis precarij varius eſt: quandoque quis rogat precario poſ-
ſeſsionem omnem, quandoque naturalem tantum. & in hoc
caſu vtitur interdicto vti poſsidetis contra omnem, præter
eum, quem rogauit. quandoque rogat ſolummodo detentio-
nem: vt ff. de acquiren. poſſ. Pomponius. § ſi is qui. & ff. eod.
l. habet. & §. enim qui. & l. certè. §. is qui. & l. qui precario. &
5 l. in rebus. ȷ. & vt notauimus ſ. de acquiren. poſſeſ. †Du-
rat precarium in tempus illud, quo rogatum eſt. Sed & du-
rat vlterius, ſi dominus patiatur eum, qui precario rogauit
poſsidere. videtur enim hoc nouum precarium. ſi tamen do-
minus eſſet in furore, non videretur precario concedere: vt ff.
eod. l. iiij. §. vlti. & l. v. & l. vj. in princip. Sed ſi is qui preca-
rio rogauit, nondum finito tempore conceſsionis impetra-
uit ſibi prorogari precarium, manet idem precarium, & in lõ-
gius tempus profertur: non conſtituitur precarium nouum,
nec mutatur cauſa poſſeſsionis. Si verò finito tempore rogas
precarium, hoc nouum precarium eſt, non redintegratur ve-
6 tus. †Item ſoluitur precarium pignoris debitore ſoluente
pecuniam creditori: vt ff. eod. l. ſi debitor. Item & ſi preca-
rio concedatur in diem: puta vſque ad cal. Iul. etiam ante ca-
lendas poteſt auferri poſſeſsio. Nulla enim eſt vis huius con-
uentionis vt rem alienam domino inuito liceat poſsidere: vt
ff. eod. l. cum precario. Item ſoluitur precarium morte rogan-
tis precarium. quippe ipſi duntaxat, non hæredi eius conceſ-
ſa eſt poſſeſsio. non autem ſoluitur morte eius qui conceſſit:
vt ff. eod. l. cùm precario. §. vlti. Si autem concedens rem alie-
nauit, finitur precarium: niſi noui domini voluntate, vel pa-
tientia, res eadem maneat penes eundem: vt ff. eod. l. quæſitũ.
7 §. quod à Titio. & §. illud. †Datur hoc interdictum ei, qui
conceſſit precarium volenti reuocare precarium. eſt enim na
tura æquum tandiu te liberalitate mea vti, quandiu ego ve-
lim, & vt poſsim reuocare, cùm mutauero voluntatem. Ita-
8 que†cum quid precario rogatum eſt, non ſolum hoc inter-
dictum datur: ſed & actio præſcriptis verbis: vt ff. eod. l. ij.
hoc tamen eſt ita ſi in conceſsione, & traditione ſpecialiter a-
ctum eſt, vt quandocunque liceat reuocare precarium. Si au-
tem ſimpliciter facta eſt conceſsio, nulla ciuilis competit a-
ctio. Magis enim ad donationem, & beneficij cauſam, quàm
ad negotij contracti ſpectat precarij conditio. Ideo neceſſa-
rium eſt proponere hoc interdictum. & poteſt agi ex ſtipu-
latione, ſi ſtipulatus eſt de reſtituenda re: & ibi ceſſat inter-
dictum de precario: vt ff. eodem. l. & habet. §. cùm quis. Il-
lud non diſtinguitur in concedente precarium, an ſit domi-
nus rei, an non: vt ff. eodem. l. quæſitum. primo reſponſo.
9 †Datur hoc interdictum contra eum, qui precario rogauit,
& precarium habet: precarium autem videor rogare, & ha-
bere, ſi rogarem pro me: & habeo pro me: vel ſi rogauit pro-
curator meus. vel geſtor negotiorum, & ego ratum habeo, &
ipſi habent pro me. Idémque eſt & ſi ſeruus meus precarium
rogauit nomine meo. nam ſi rogauit nomine ſuo, non videor
precario habere, ſed concedenti erit actio vel de peculio, vel
de in rem verſo: vt ff. eod. l. in rebus. §. ȷ. & l. certè. §. ȷ. & l.
10 ſi ſeruus tuus. Si†autem à te rogauero, vt illi concedas, ſi qui-
dem illi conceſſeris, dum vis mihi præſtare, teneor de pre-
cario. Si autem conceſſeris quaſi mandato meo, teneor man-
dati, & ille tenetur de precario: aut ſi dixeris non mandato
meo, ſed magis me intercedente, id eſt, ſuadente, & inſti-
gante hoc feciſſe, teneor actione in factum, vel præſcriptis
verbis: vt ff. eodem, l. quæſitum. primo reſponſo. quæ da-
tur fortè propter pactum in tradendo appoſitum de red-
dendo. Nam, quia traditur alij me volente, veſtitur pactum
rei traditione. vel ſi interueniat ſtipulatio, agetur ex ea.
11 †Item datur interdictum contra eum qui dolo fecit vt de-
ſineret habere. Item tenetur hæres eius, qui precario roga-
uit, quemadmodum rogans defunctus, vt ſiue habeat, ſiue
dolo fecit quominus haberet, vel ad ſe perueniret, teneatur.
Ex dolo autem defuncti tenetur, quatenus ad eum peruenit:
vt ff. eodem. l. quæſitum. §. cum quoque. & §. vlti. Licet enim
preca

precarium finiatur morte rogantis, & non morte conceden-
tis (vt ſuprà dictum eſt) tamen ſicut datur hæredi precarium,
ita & in hæredem ſecundum quod dictum eſt: vt ff. de diuer. &
12 temp. præſcript. l. cùm hæres. † Item datur hoc interdictum
etiam in pupillum, qui rogauit precarium ſine tutoris autho-
ritate. habet [enim] naturalem poſſeſsionem: & in ea adipi-
ſcenda non eſt neceſſaria tutoris authoritas. Rectéq; dicitur
quòd precario habet. Quod ergo poſsidet ex cauſa precarij,
officio iudicis tenetur reſtituere: ſi non habet non tenetur: vt
13 ff. eod. l. vlt. §. fin. † Venit in hoc interdictum res precario ro-
gata, & partus: vt ff. eod. l. quamuis. Item venit dolus & lata
culpa, non leuis: niſi poſt lit. côteſt. Item venit intereſſe, ſi non
reſtituatur res in priſtinam cauſam, ſcilicet, quanti intereſt
actoris têpore redditi interdicti rem reſtitui. ergo & veniunt
fructus à lit. conteſt. Sed & ſi is qui precario rogauit non vta-
tur ſeruitute debita rei conceſſæ, & hoc fecit dolo, tenetur ſi
amiſſa ſit ſeruitus: vt ff. eod. l. quæſitum. §. & illud. & §. ex hoc.
14 & §. ſi ſeruitute. † Datur hoc interdictum etiam poſt annum.
cùm enim nonnunquam in longum tempus precarium con-
cedatur, abſurdum eſt dicere interdictum non habere locum
poſt annum: vt ff. eod. l. quæſitum. §. penul. & poteſt dici actio-
nem præſcriptis verbis quæ datur pro precario, bonæ fidei eſ-
ſe: vt ff. eod. l. ij §. itaque. ſicut & illa quæ eſt de æſtimato, vel
permutato: vt Inſtit. de action. §. actionum. Illud quoque no-
tandum eſt, quòd cùm quis rogat, vt ei liceat morari in fun-
do, ſuperuacuum eſt adijci ipſi, ſuiſque. nam per ipſum, ſuis
c quoque permiſſum vti videtur: vt ff. eod. l. pen. c † Saluianum
15 b autem interdictum datur locatori fundi ruſtici, contra colo-
b num, & eius hæredem. Vtile verò datur ei, contra extraneum
poſſeſſorem, pro adipiſcenda poſſeſsione eorum, quæ tacitè lo
catori ſunt obligata: vt j. eod. l. j. & ff. de Salui. interd. l. j. j. re-
16 ſponſo. & §. j. & ff. de interd. l. ij. §. hoc autem. Et † differt Sal-
uianum interdictum ab actione Seruiana: quia in interdicto
Saluiano ſatis eſt, ſi probet colonum poſſediſſe: at in Seruiana
oportet eum probare, colonum dominum fuiſſe: vt ff. de pign.
l. & quæ nondum. & ff. de Saluiano interdicto. l. j. in princip.
17 † Porrò vbi colonus conducit fundum à duobus, & res in-
fert in fundum, ſi quidem actum eſt, vt vtrique ſint inſolidum
obligati, ſingulis competit vtile interdictum Saluianum con-
tra extraneos. Inter ipſos verò propter parem cauſam, poſsi-
dentis melior eſt conditio. Si autem id actum eſt, vt pro parti-
bus res obligaretur, vtilis actio aduerſus extraneos, & inter
ipſos dari non debebit, per quam dimidias partes poſſeſsionis
ſinguli apprehendant: vt ff. de Sal. inter. l. j. § j. & de pignor. l.
ſi debitor.

ANNOTATIONES.

a Eſt autem precarium. Ad huius tit. materiam vide Bart. in l. aquilius regulus. ff. de do. & in l. ab emptione. in fi. ff. de pact. & in l. j. ff. de preca. Bald. in l. ii. in fi. C. commo. & in l. j. verſic. denuo quæro. C. quando lic. ab empt. diſced. do. Alex. in l. ſi quis annum. de acquiren. poſſeſ. & in l. j. ff. de preca. do. Barbo. Socin. in l. ſi quis. de acquiren. poſſeſ. num. 2. char. xxiii. & in l. ii. ſi cert. per. num. 15 char. i. . . do Iaſ. de may. in 4. ſequent. num. 41. cum ſeq. inſtit. de act. char. lxxi. canoni. in cap. j. & ſi. eo. tit. & in c. vnico. de commo. Bart. in conſil. ſuo incip. Martiolus de Eugubio. multa per dom. Alex. in conſil. lxxxii. in ii. volum. & quæ diximus ſuprà in quibuſdam aliis apoſtillis.

b Saluianum. Ad huius ſecundæ partis tituli reſolutionem vide Specu. in tit. de locato. 4. v. verſi. ad hæc. do. Alex & doct. in l. rem alienam. de pig. act. Iaſ. de may in §. item Seruiana. num. 54. cum plur. ſeq. à chart. 121. vſque ad chart. xliii. qui in materia Saluiani interdicti nihil neceſſarium indiſcuſſum relinquit.

c ff. eo. l. penult. Quod ad precarii reſtitutionem attinet debet reſtitui in priſtinam cauſam, hoc eſt, non deterioratam: alias in tantum condemnabitur, quanti actoris intererit. ff. eod. titu. l. quæſitum. §. ex hoc interdicto. Martiolus.

De ædificiis priuatis. *Rubrica.*

1 Aedificia priuata qui teneantur ædificare, & reficere.

2 Murum in ambitu fundi ſui ponere an, & quatenus cuilibet permittatur.

3 Spatium cuiuſmodi relinqui debeat, cum ædificat priuatus iuxta priuatum.

4 Aedificans non debet excedere conſuetum modum altitudinis.

5 Detractio eorum, quæ ad ædificium domus pertinent, quatenus prohibita ſit.

6 Socium poſſe ædificium commune reficere nomine communi, & quatenus habeat reliquos ſocios eo nomine obligatos.

7 Aedificium in publico poſitum à perſona priuata an, & quando demoliendum ſit.

8 Aedificium an, & quando demoliendum ſit propter noui operis nunciationem.

DIXIMVS de interdictis: & quia per ea priuata
ædificia conſtructa defenduntur, & tuentur, &
conſtruenda fieri ſpectantur, & impetrantur. Ideò
1 de priuatis ædificiis ſupponit. † Eſt autem ſcien-
dum, quòd quidam priuata ædificia tenêtur ædificare & refi-
cere: vt ecce, curiales ſingularum vrbiû quarû muniis tenêtur
inſeruire, & earundê frequêtiam augere: poſſeſſores verò, qui
non ſunt curiales domum de nouo ædificare non compellun-
tur: ſed domos quas poſsident, ſi dirutæ ſunt, vel neglectę iu-
dicis officio, vel præcepto compelluntur reparare: duntamen
quis non officiat vicino, in quo ius non habet: vt ff. de reg. iur.
l. domum. & de offi. procon. l. præſes. & j eo. l. ſingularum. Iu-
dæi tamen ædificare de nouo ſynagogam non poſſunt, ſed ve-
2 terem poſſunt reparare: vt ſ. de iudæis. l. vlt. † Item permitti-
tur cuilibet murali ambitu fundos proprios, ſeu loca ſui do-
minij vallare: vt j. eod. l. per prouincias. præterquàm ſi mate-
riam ſeditionis præbeat, vel ad æmulationem alterius ciuitatis
3 pertineat: vt ff. de opp. pu. l. iij. Item in † ædificatione, quæ fit à
priuato iuxta priuatum debet ſpatium decem pedum liberi
aëris relinqui: ſi autem fiat iuxta horrea publica, debent ſer-
uari interualla quindecim pedum. Alioquin nô ſolùm eſt de-
molienda fabrica, ſed etiam domus fiſco eſt adſcribenda: vt j.
eod. l. mæniana. & ita corrigitur quod in græca l. vlt. ſtatuitur:
ff. ſin. re. vel hoc in mænianis, ſiue ſolariis. Illud in cæteris ædi-
4 ficationibus: [vel conſtructionibus.] Item † in ædificatione
non debet quis excedere ſtatutum modum altitudinis: vt j. eo.
l. j. ſi fortè in ciuitate ſtatutus ſit modus. Sed & ſi fortè con-
ſuetudo ſit, ne de ruina domus, eadem facies in ciuitate reſti-
tuatur, ſed in hortum côuertatur, præſes cauſa cognita ſerua-
bit quæ frequenter in eodem genere controuerſiarum obti-
5 nuerunt: vt j. eod. l. an in totum. † Deſtructio autê domus pro-
hibetur ab Auiolano ſenatuſc. & detractio marmorum cauſa
negotiandi. Cæterum de alia domo in aliam transferre: vt ta-
men integris depoſitis ædificiis publicis, nô deformetur aſpe-
6 ctus, permiſſum eſt: vt eod. l. negotiandi. Communia † autem
ædificia ſi non velit quis reficere nomine cômuni, poteſt qui-
dem etiam inuitis ſociis: & tunc ſocij tenêtur reſtituere expen
ſam, cum centeſima vſura: quòd ſi ceſſauerint intra quatuor men
ſes, ille, qui reficit ius dominij pro ſolido vendicare, vel obti-
nere poteſt: vt j. eod. l. ſi, vt proponis. Si autem quis domû com
munem reficiat nomine ſuo tantû, id eſt, vt totius loci domi-
nium vſurparet, cedit ædificiû ſolo, nec impenſa eſt reſtituen-
7 da: vt j. eo. l. ſi is contra. † Illud notandû eſt, quòd quandoq; per le
gem fit deſtructio domus aut imponitur ei ſolarium, hoc eſt,
cùm quis nemine prohibête in publico ædificauit. Nam ſi ob-
ſtet hoc ædificium publico vſui, deponendum eſt: aut ſi non
obſtat, ſolarium eſt ei imponendum. Vectigal enim hoc ſic ap
pellatur ſolarium, ex eo, quòd pro ſolo penditur. Si autem ædifi-
cium non ſit perfectum, officio iudicis caueri debet, ne fiat: vt
8 ff. ne quid ſi. in loc. pub. l. ij. §. ſi quis nemine. † Item quandoq;
a ✠ fit deſtructio operis propter noui operis nûciationem: ✠ ſu-
per qua illud notandum eſt, quòd ille, cui nunciatum eſt opus
nouum, vſque ad tres menſes non poteſt in opere procedere:
etiamſi paratus ſit ſatiſdare de opere demoliendo: ſi appareret
non de iure ædificatum qui menſes deputati ſunt ad deciſio-
nem cauſæ, ſi iudex potuerit inueſtigare qualitatem negotij.
Si verò ad deciſionem apparuerit impedimentum, licet ei, qui
vult ædificare, dare fideiuſſorem elapſis tribus menſibus de
opere demoliendo (vt dictum eſt) & ſic licebit ei in opere
procedere: vt infrà eod. l. vlt.

ANNOTATIO.

✠ Nunciationem. Perperàm tractatu ad titul. de noui operis nunciatio. tranſgreditur Azo, confundítque titulos de ædificiis priuatis, & titul. de ope. no. nunciat. licet in Codice Iuſtinianeo diſtincti ſint. Ideo autem conſuluiſſe creditur, quod in l. vnica C. de noui oper. nunciatio. de ædificio demoliendo. ediſſeratur licet non negei operis noui nunciationem pertinere, vt in eod. tit. ff. oſtenditur. P. Prateius.

De operibus publicis. *Rubrica.*

1 *Publicorum operum refectioni omnes cõferre debere: nec quẽquam excuſari prætextu priuilegij.*
2 *Reſcriptum impetratum ab aliquo, vt ſit immunis à collatione, quæ fit ad inſtructionem operum publicorum, non valere.*
3 *Opera publica vetuſtate collapſa prius eſſe reficienda, quàm noua inchoanda.*

1 AD † inſtructionem, & reſtaurationem pontium,
& aquæductuum, & murorum, omnes certatim
facta operarum & pecuniarum collatione con-
currere debent. Nec aliquis ab huiuſmodi con-
ſortio dignitatis, vel religionis priuilegio ſe excuſare debe-
bit: vt j. eod. l. ad portus. & de præd. auguſtæ domus. l. abſit.
& in authen. de ec. tit. §. ad hoc. & eſt hoc onus rei, & non per-
ſonæ: vt ff. de mune. & hono. l. honor. §. viarum. Nam & aliàs
pro tributis res conuenitur, & non perſona: vt ff. de publica. l.
2 Imperatores. † In talibus ad captandam immunitatem reſcri-
ptum non valebit, nec temporis præſcriptio contra vrbis or-
natum & commodum, ac decorem ciuitatis prodeſſe poterit:
vt j. eod. l. j. & v. Imò ne ſplendidiſſimæ vrbes. vel oppida ve-
tuſtate labantur, de reditibus fundorum iuris reipublicæ ter-
tiam partem reparationi publicorum mœniorum, nemorum,
* *& thermarum ſubſtitutioni, & reſtitutioni deputamus: vt j.
eod. ne ſplendidiſſimæ. Sed & ſingularum vrbium, & caſtel-
lorum, habitatores pro facultatum ſuarum viribus ſunt æſti-
mandi, & operibus publicis extruendis, & reſtaurandis de-
3 bebunt adſcribi: vt j. eod. l. omnes. † Item nemo iudicum, in-
conſulto principe, aliquid noui operis debet inchoare, prinſ-
quam ea, quę cœpta inuenerit à prædeceſſoribus ſuis vetuſta-
te diruta, aut deſidia derelicta diligenti ſtudio, & inſtantia,
compleuerint: cùm ex hoc plurimum laudis acquirat, ſi ea
culta & perfecta reddiderit, quæ vetuſta ſunt, & inſtauratio-
nem requirunt: vt infrà eod. l. vlt.

ANNOTATIO.

* Nemorum. In l. ne ſplendidiſſimæ. C. eodem. nemorum nulla mentio eſt.

De ratiociniis operum publicorum, & de patribus ciuitatum. *Rubrica.*

1 *Siliqua quibus debita.*
2 *Ciuitatum defenſores qui.*

1 PRO † conſulibus, & præſidibus prouinciarum
olim fuerat permiſſum pro diſcuſſionibus ratio-
ciniorum publicorum, & ciuilium redituum, ſili-
quam vnam ex ſingulis erogandis ſolidis vendi-
care. Verùm hodie patribus ciuitatum, & eorum neceſſitati-
bus hæc ſiliqua deputatur. Si contra ſacrum fuerit, prædicti
proconſules, & præſides quinquaginta libris auri puniuntur,
& officiales qui non reſtiterint, bonis omnibus nudati, perpe-
2 tuo exulabunt: vt j. eod. l. vnica. † Ciuitatum autem patres di-
ci poſſunt defenſores ciuitatum, ſi quidem plebi, & ruſticitati
parentis vicem exhibent: neque tenuiores, id eſt, ſuburbanos
agricoláſve iniquis deſcriptionibus patiuntur affligi: vt ſu-
prà de defenſ. ciuit. l. in defenſoribus.

De pignoribus. *Rubrica.*

1 *Pignus quid propriè dicatur: & qui differat ab hypotheca.*
2 *Pignoris obligatio qualiter contrahatur.*
3 *Pignoris conuentio an poſſit ita fieri, vt ſi intra certum tempus non ſit ſoluta pecunia, pignus poſſideatur iure emptionis iuſto pretio tunc æſtimandum.*
4 *Legem commiſſoriam reprobatam eſſe in pignoribus.*
5 *Pignus prætorium vel iudiciale quomodo contrahatur.*
6 *Pignoris obligatio quibus pactis poſſit accedere.*
7 *Pignori obligare quis quas res poſſit, & numer. 9.*
8 *Obligare rem alienam an, & quando quis poſſit.*
10 *Seruitutes an, & quæ poſſint pignori obligari.*
11 *Actio cuiuſmodi naſcatur ex obligatione pignoris.*
12 *Actio hypothecaria cui detur, & contra quem.*
13 *Creditor habeátne electionem vtrum prius conueniat, vel debitorem perſonali, vel quemlibet poſſeſſorem hypothecaria actione.*
14 *Actio hypothecaria pro quibus rebus competat. & num. 16.*
15 *Actio hypothecaria an competat pro fructibus prædij obligati.*
17 *Actio hypothecaria pro cuiuſmodi debito efficaciter intendi poſſit, & quando. & num. 19.*
18 *Pignus remanere in ſolidum obligatum quandiu pars minima debiti ſupereſt non exſoluta.*
20 *Actionem hypothecariam durare quandiu non eſt creditori ſatisfactum, etiam ſi debitor condemnatus ſit.*
21 *Creditorem non agere ex generali hypotheca, quandiu ſatisfieri ei poteſt de ſpeciali pignore.*
22 *Creditor quando poſſit authoritate propria occupare pignus ſibi obligatum.*
23 *Hypothecaria an actio intendatur contra principalem debitorem, an contra extraneum poſſeſſorem, quid interſit quantum ad condemnationem faciendam.*
24 *Actio hypothecaria qualis ſit, & quanto tempore tollatur.*

MENTIONEM habuimus ſuprà de Saluiano
interdicto, quod pro pignoribus intenditur: inde
occaſione ſumpta, de pignoribus loquamur. Sed
quia pignora alia ſunt conuentionalia, alia iudi-
cialia: & conuentionalia ſæpius celebrantur, à conuentiona-
libus ordiamur: videamus quot modis dicatur pignus, quali-
ter obligatio pignoris cõtrahatur, quibus pactis accedat ob-
ligatio pignoris, quis poſſit pignori obligare, quas res, quæ
actio naſcatur ex obligatione pignoris, cui detur, contra
quem, quo ordine, ad quid, & quando efficaciter intendatur,
1 & in quantũ fiat condemnatio. † Dicitur autem pignus* pro-
* priè res mobilis quæ pignori eſt obligata & tradita à pugno,
ſcilicet quia pugno, vel manu traditur res: vt ff. de verbor. ſi-
gnific. l. plebs. §. pignus. Impropriè tamen etiam in re immo-
bili tradita pignoris obligatio contrahitur, & pignoratitia
actio naſcitur. Vbi autem non tranſit poſſeſſio in creditorem,
dicitur hypotheca: vt ff. de pig. act. l. ſi rē. §. propriè. Sed quan-
tum ad hypothecariam actionem nihil refert inter pignus, &
hypothecam: & ita in ſono tantum nominis differentia eſt: vt
ff. eod. l. res. §. inter pignus. & Inſtitut. de actio. §. inter pignus.
2 † Contrahitur obligatio pignoris conuentionalis ſola cõuen
tione, vnde ſibi tale nomen imponitur: vt ff. de pign. act. l. j. in
princ. Nec in ea conuentione eſt neceſſaria ſcriptura, vel præ-
ſentia perſonarum: quia & inter præſentes, & inter abſentes,
a per nuntium, vel per epiſtolam *contrahitur obligatio pi-
gnoris, & fiunt ſcripturæ de his, vt quod actum eſt per eas fa-
cilius poſſit probari: & ſine his valet, quod factum eſt, ſi ha-
beat probationem: ſicut & nuptiæ ſunt, licet teſtationes in
ſcriptis habitæ non ſint: vt ff. eod. l. contrahitur. & l. creditor.
3 §. j. † Item in conuentione pignoris, vel hypothecæ poteſt
fieri pactum: vt ſi intra certum tempus non ſit ſoluta pecunia,
iure emptionis poſſideat rem iuſto precio tunc æſtimandam.
Hoc enim caſu videtur quodammodo eſſe conditionalis ven-
ditio: vt ff. eod. l. ſi fundus. §. vlt. & in incertam perſonam vi-
detur ferri pretium rei, quod aliàs vetitũ eſt: vt ff. loc. l. ſi mer-
4 ces. j. reſp. † Secus ſi dicat, debitor creditori, vt non ſoluta pe-
cunia ad diem, ſit ei res empta pro illa pecunia, quã mutuauit.
Hæc enim conuentio. vel lex commiſſoria improbata eſt in pi
gnoribus: vt j. de pact. pign. & de lege commiſ. l. j. & iij. Pi-
5 gnus † autem prætorium, vel iudiciale, non contrahitur ſola
conuentione, ſed neceſſarium eſt vt quis veniat in poſſeſſio-
nem

6 nem:vt ff.de pig.act. l.non eſt mirum. §.j. † Accedit ergo pi-
gnoris obligatio omnibus omnino pactis, quæ non ſunt im-
probata.ſiue pactum ſit purum, ſiue in diem, ſiue ſub condi-
tione:ſed in cõditionali obligatione non aliàs obligatur, niſi
extiterit conditio. Item nec diſtinguendum eſt an ſit ciuilis
obligatio,an prætoria,an naturalis tantum:vt ff.eo.l.res. & l.
quæſitum.§.vlt.In caſu fortè,etſi non teneat obligatio princi-
palis,tenet tamẽ obligatio pignoris:vt cùm tutor vendit præ-
dium minoris ſine decreto, & pignus, & fideiuſſorem præſtat
pro euictione:vt ſ.de præd.mino.l.ſi is.Sed fortè ea vẽditio te-
7 net in præiudicium tutoris,non in præiudicium minoris.† Po-
teſt quis pignori obligare rem ſuam.Item rem alienam in qua
habet publicianam:vt ff.eod.l.res.§.vlt.& l.ſi ab eo. & l.ſi in-
ter.vel hypothecariã actionem, vel vtilem rei vendicationem:
vt ff.eod. l.grege. §.ij. & §.& in ſuperficiarijs. Et idem etiam
in emphyteuta dicitur:vt tamen domini conditioni non præ-
8 iudicetur ſi vectigali non ſatisfiat:vt ff.eod.l.lex.Si †autem in
ea non habeat publicianam,ſi quidem erat ei debita, tenet pi-
gnoris obligatio eo poſtea nacto dominiũ:vt ff.qui pot.in pig.
hab.l.iij.§.cum ex cauſa mandati. Si autẽ non erat ſibi debita
res aliena, nec ius habeat in ea, ſi quidem ſic obligauit, cùm
mea erit,tenet eo nacto poſtea dominium:vt ff.eod.l.ſi fundus.
§.aliena.Si autem purè obligauerit rem alienã,ſi quidem obli
gauit ſcienti rem alienam,nõ datur creditori actio, etiam de-
bitori poſtea quæſito dominio: ſed dari poteſt creditori reten
tio:vt ff.eod. l.j.primo reſponſo. Si autem creditor neſciebat
rem alienam,habet vtilem hypothecariam:vt ff.eod.l.ſi Titio.
9 † Obligari poſſunt res præſentes,& futuræ:vt fructus penden
tes,partus ancillæ,& fœtus pecorum,& ea,quæ naſcuntur: vt
ff.eod.& quæ nondum. Item res corporales, & incorporales:
vt cautiones,& nomina debitorum: vt ff.eod.l.cùm conuenit.
& ſ.de hæred.vel act.vendi.l.poſtquam.& pro huiuſmodi no-
minibus habet creditor vtilem perſonalem actionẽ, quæ com-
10 pent creditori directo:vt ff.de pig.act.l.ſi cõuenerit. Itẽ †poſ-
ſunt pignori obligari perſonales ſeruitutes,vt vſus,& vſusfru
ctus,tam à proprietario,quàm ab eo, cui cõpetit iſta ſeruitus:
vt ff.eod. l.ſi is.§.pen.Item & prædiales ſeruitutes ruſticæ pi-
gnori obligari poſſunt,ſi talis pactio fiat, quandiu pecunia ſo
luta non ſit,his ſeruitutibus creditor vtatur, ſi vicinum fun-
dum habeat,& ſi intra diem certum pecunia non ſit reddita,
liceat ei vendere eas vicino:vt ff.eo.l.ſed an viæ. Vrbanæ au-
tem ſeruitutes ſic non poſſunt [pignori] obligari:vt ff.eod.l.ſi
is.§.vlt.fortè,quia tunc ex varietate vſus creditoris, vel eius
cui eandem ſeruitutem venderet,ædificium debet ſeruitutem:
vel id,cui præſtaretur ſeruitus, mutaretur: propter quæ ædi-
ficia inutilia fierent, vel deſtruerentur: quod fieri noluerunt
iura. [Quia vrbs deformaretur ruinis: quod eſt prohibitum:
11 vt ff.ne quid in loc.pub.l.ij.§.ſi quis nemine.] †Naſcitur actio
hypothecaria ex obligatione pignoris, quæ eſt in rem, & ea-
dem dicitur quaſi Seruiana:vt ff.de pact. l.ſi tibi. §.de pigno-
re.& Inſtit.de actio.§.item Seruiana.& ff.eod. l.pignoris per-
12 ſecutio. † Datur actio hypothecaria creditori,& eius hæredi:
& datur contra quemlibet poſſeſſorem pignoris, cùm ipſa ſit
in rem,& pignus cum ſua cauſa tranſeat ad emptorem: vt ff.
eod.l.pignoris.& j̄.eo.l.pignoris.& l.debitorẽ. & j̄.de diſtra.
pig.l.ſi debitor.& ff.de pig.act.l.ſi conuenerit.§.ſi fundum.Et
nudam aduocat poſſeſsionem hæc actio:vt ff.de euict.l.ſi cùm
13 venditor.Quod†tamen dictum eſt dari contra quemlibet poſ
ſidentem,ſecundum ius Codicis indiſtinctè recipitur:quia cre
ditor habet electionem an agat primò perſonaliter cõtra de-
bitorem,an hypothecaria contra quemlibet poſſeſſorem:vt j̄.
eod.l.diſtractis.& l.perſecutionem.Per authen.verò de fideiuſ
ſoribus, debet creditor primo quidem excutere debitorem,
quàm conueniat extraneum poſſeſſorem pignoris: quod ta-
men authen.dixerunt quidam correctum per authent. de litig.
§.ad hoc. & ita ſecundum eos creditor habet electionem,ſicut
habuerat per ius Codicis. Alij diſtinxerunt, vtrum poſſeſſor
habeat cauſam à debitore:vt tunc creditor habeat electionem
ſicut haberet debitore poſsidente,an habeat cauſam ab extra-
neo,vt tunc primum ſit excutiendus debitor: quæ diſtinctio
non placet:quia & ſi habeat quis cauſam à debitore, non ta-
men ei debet nocere factũ debitoris: ſicut nec eius dolus no-
ceret ei,cui alienauit debitor:cùm nõ habeat lucratiuam cau-
ſam:vt ff de dol.excep.l.apud Celſum.§.ſi quis autem.Vel dic,
quòd authen.de litig.eſt intelligendum, ſeruato ordine ſupe-
rioris authen. vel (quod verius eſt) cùm auth. de litig. locum
habet, cùm debitor lite contra ſe conteſtata in hypothecaria
rem alienat. licet enim non fiat res litigioſa per hypothecariã
actionem,creditor tamen eatenus fecit meliorem cõditionem
ſuam litem conteſtando,vt re poſt litem alienata, habeat cre-
14 ditor electionem an agat perſonali,an hypothecaria. † Inten-
ditur hypothecaria pro rebus obligatis, licet earum forma ſit
mutata: vt ecce, domus pignori obligata redacta eſt in vineã,
vel hortũ,vel aream,vel è conuerſo datur hypothecaria actio,
vt tamen bo.fid.poſ.non aliter cogatur ædificium reſtituere,
quàm ſumptus in conſtructione erogatos quatenus pretioſior
res facta eſt,recuperet:vt ff.eod.l.ſi fundus.§.ſi res. & l.Paulus.
§.ſi domus. Idémque eſt in eo,quod accreuit per alluuionem:
vt ff.eod.l.ſi fundus.j.reſpon. Item intenditur actio hypothe-
caria pro acceſsionibus fructuum,& partuum.In partu tamen
diſtinguitur an conceperit apud debitorem, an apud alium
dominum. Si apud debitorem, datur creditori hypothecaria
actio pro partu:ſecus ſi conceperit apud alium dominum:vt ff.
eod.l.Paulus.§.j.& de pigno.actio.l.ſi conuenerit.§.ſi fundus.
15 Idem † dici poteſt in fructibus, ſi ſati erant eo tempore quo
dominium prædij obligati mihi,erat debitoris: ſecus ſi ſeran-
tur poſtquam dominium prædij tranſlatum eſt in alium. Di-
cuntur enim fructus etiam antequã percipiantur domini eſſe:
quia pars fundi ſunt,non quòd per ſe cenſeantur, & ideo di-
cuntur res futuræ ante perceptionem:vt ff.eod.l.& quæ non-
dum.ergo ſecundum hoc ſi debitor non tranſtulit dominium
prædij mihi obligati in alium, peruenit tamen prædium ad
bon.fid. poſſ.& ille ſeuit fructus,& eos percepit, dabitur mi-
hi hypothecaria pro fructibus:niſi conſumpti ſint: vt ff.eod.
l.j.§.cum prædium.& in quib.cauſ.pig.ta.contra.l.in prædijs.
16 Item agitur † hypothecaria pro vniuerſitate obligata, puta
grege,& tunc etiam ea, quæ poſtea naſcuntur, tenentur. Sed
etiam ſi prioribus capitibus decedẽtibus totus grex fuerit re-
nouatus,pignori tenebitur:vt ff.eo.l.grege.j.reſpon.Illud cer
tum eſt quòd ſeruo[pignori]obligato,non eſt obligatum ob
17 id peculium eius:vt ff.eo.l.j.§.ſeruo. †Intẽditur hypothecaria
efficaciter monito debitore,vt ſoluat(vt j̄ eo.l.debitores præ-
ſentes).ſ.id debitũ cuius dies venit,& ceſsit. Nã ſi dies debiti
non venit,nec ceſsit,vel etiã ceſsit,ſed nõ venit, repellitur cre
ditor ab hypothecaria:niſi erat iuſta cauſa agẽdi:vt quia receſ
ſurus putabatur poſſeſſor. Sed vbi creditor repellitur,quia e-
git citius,rurſus agere poterit exiſtẽte cõditione debiti.Si au-
tem debitum purum eſt,hypotheca verò ſub cõditione eſt o-
bligata,non poteſt agi hypothecaria ante cõditionem: ſed ar
bitrio iudicis agitur,vt caueatur de reſtituẽda exiſtẽte condi-
tione:vt ff.eod.l.grege.§.pen.& l.quæſitũ.Debet autẽ debitor
18 † ſoluere totum debitum, vt extinguatur hypothecaria. nam
quandiu pars etiam minima reſtat,pignus inſolidum remanet
obligatum:vt ff.eo.l.qui pignori plures.& j̄ de diſtr.pig.l.quã
diu.quod dixi in debitore ſoluẽte totum,ſeruatur & in quoli-
bet poſſeſſore ſi velit repellere creditorem ab hypothecaria:
19 vt ff.qui mo.pig.vel hypo.ſol.l.Paulus.§.qui pignoris. †Item
vt creditor efficaciter intendat hypothecariam actionem,ne-
ceſſe habet vt probet rem fuiſſe obligãtis eo tempore, quo o-
bligabat,niſi ex generali nitatur hypotheca: vt ff.eo.l.& quæ
nõdum ſunt.§.quod dicitur.Quid tamen ſi res verè fuerat de
bitoris,& hoc probat creditor:debitor autem cum de domi-
nio ageret, cauſam amiſit? Diſtingue vt dixi ſ.quib.res iudic.
20 non noc.in §.lata.† Itẽditur ergo hypothecaria actio quoties
pecunia non eſt ſoluta, quamuis debitor,vel fideiuſſor,credi-
tori ſit condẽnatus. habet enim hypothecaria actio ſuas con-
ditiones .i. ſi ſoluta ſit pecunia, aut aliàs ſatisfactum, quibus
ceſſantibus tenetur:vt ff.eo.l.grege.§.etiam.& §.ſi ſub condi-
tione. Vnde patet per ſentẽtiam non fieri nouationem, vt ex-
21 tinguatur actio prima,ſicut & diximus ſ.de vſuris rei iud. †Il-
lud notandum eſt, quòd cùm creditor pro quibuſdam rebus
repellitur ad tempus in hypothecaria actione, hoc eſt, cum
debitor obligauit quædam ſpecialiter, & alia generaliter, &
purè: nam quandiu poteſt ei ſatisfieri de ſpeciali pignore,

ea

22 non extendat manum ad alia: vt j. eo. l. quamuis. Item † notabile eſt, quia quandoq; creditor authoritate ſua occupare poteſt pignus ſibi obligatum: licet vrbanius faciat ſi prętore authore hoc poſtulet, & poſſeſsionem adipiſcatur: hoc eſt, cum debitor permiſit creditori vt id faceret authoritate ſua: vt j. eo. l. creditores. & ſ. de pign. act. l. pignoris. Sed † vbi iudiciario
23 ordine intendit hypothecariam actionem, diſtingue an conueniat extraneũ, an debitorem. Nam aduerſus debitorem lis æſtimatur vſq; ad quantitatẽ debiti: ſed contra extraneũ fieri poteſt condẽnatio, quanti in litẽ iurauerit creditor. De ſtricto tamen iure etiam contra debitorem licet iurare in litem: quid enim ei prodeſſet in rem actio, cùm in perſonã agendo idẽ conſequeretur? Hoc verũ ſi poſſeſſor dolo deſiit poſsidere. Si verò deſiit poſsidere culpa, debitor tenetur ad debitum: extraneus verò tenetur ad intereſſe. Si verò poſſeſſor per contumaciam non reſtituat rem, ſi quidem creditor eligat iuſiurandũ in litẽ, idem eſt, quod dixi in eo, qui dolo deſiit poſsidere. Si autẽ eligat manu militari rem auferri, res omnino eſt auferenda, & ſi fortè res abeſt, vel longe eſt, vel in prouinciis, ſolet cautionibus res explicari: nã ſi cauit ſe reſtituturũ, poſſeſſor abſoluitur:
24 vt ff. eo. l. ſi fundus. §. in vendicatione. & l. ſi inter. §. vl. † Eſt autem hæc actio in rẽ: vt j. eo. l. pignoris. & arbitraria: vt Inſti. de act. §. pręterea. ſicut & rei vẽdicatio: vt diximus ſ. de rei vẽdic. Item quandoq; tollitur decennio, quandoq; xx. quandoque xxx. quandoq; xl. annis: ſed non tollitur triennio, vt diximus ſ. ſi aduerſ. cred. & de præſcript. xxx. vel xl. annorum.

ANNOTATIONES.

a Epiſtolam. Adde Bart. in l. cùm tabernam. § idem quæſit. ff. de pign. Bald. in prima conſtit. Cod. in ii. col. in ver. vtrum pignus. Doct. in l. creditor. §. obligatio. ff. de pign.

* Pignus. Pignus eſt res obligata pro debito ad ſecuritatem creditoris: quia tutius eſt incumbere pignori, quàm incumbere in perſonã. Contrahitur autẽ duobus modis tacitè & expreſſe. Pignori autem obligari poſſunt, quæcunque vendi poſſunt, quorũque cõmercium eſt. Ergo quæ vendi non poſſunt, pignori obligari non poſſunt. ff. quæ res pig. l. j. & ſi. Quædã tamen vendi poſſunt, quæ tamen pignori obligari nequeunt: vt ecce, res aliena vendi poteſt. l. rem alienam. ff. de contrahen. emp. pignori tamẽ obligari non poſſunt. C. quæ res pig. l. filios. Quòd autem dixi rem alienam vendi poſſe, verum eſt de immobili: diuerſum tamen ius eſt in mobili, quod ſi venditor ab eo, qui ius non habet vendendi, furtum committitur. l. in emptionem. ff. de contrahen. empt. pignorata à creditore non poſsidentur. ff. qui ſatiſd. cog. l. ſciendum. §. creditor. Sed nec præſcribitur. l. pignori. ff. de vſucap. Martinus.

In quibus cauſis pignus tacitè contrahitur. *Rubrica.*

1 *Pignoris obligatio quibus caſibus tacitè contrahatur, & nume. 5. & 6. & 11.*
2 *Locatori fundi quæ res ſint tacitè obligatæ pro penſione ſeu mercede locationis: & quid in locatore prædij vrbani.*
3 *Tutorum vel curatorum bona tacitè eſſe minoribus obligata.*
4 *Patris bona tacitè eſſe obligata filiis pro conſeruatione rerum aduentitiarum.*
5 *Matris ad ſecundas nuptias conuolantis bona tacitè eſſe obligata filiis prioris matrimonij pro reſtitutione eorum, quæ à priore marito lucrata eſt.*
7 *Credens in refectionem vel conſeruationem alicuius rei, habet eam rem tacitè obligatam.*
8 *Intellectus ad l. idémque. ff. qui potio. in pig. habean.*
9 *Res ex mea pecunia empta an ſit mihi tacitè obligata.*
10 *Credens ad rem de nouo fabricandam, an habeat eam rem tacitè obligatam.*
12 *Matris tranſeuntis ad ſecunda vota, res quãdo cenſeantur tacitè obligatæ filiis prioris matrimonij pro tutela eorum.*

QVALITER per conuentionem expreſſam contrahatur obligatio pignoris, dictum eſt: ſequitur, qualiter contrahatur tacitè, ex vi, & poteſtate legis, & hoc quidem in multis & variis caſibus contingit. Nec eſt opus omnes ſingulariter enumerare,
1 ſed digniora exempla proferamus in medium. Ecce † enim marito obligata ſunt omnia bona eius, qui ſibi promittit dotem pro muliere. Sic & mulieri omnia bona obligata ſunt mariti pro reſtituenda ſibi dote: vt ſ. de rei vxo. actio. l. vnica. §. &
2 vt plenius. † Item locatori fundi, fructus ex eo percepti obligati ſunt tacitè. Item omnia inuecta, & illata domino ſciente, vt ibi ſint perpetuo, domino obligata ſunt: ſecus in iis quæ inferuntur ad tempus: empta tamen ex fructuum pretio non ſunt domino obnoxia tacitè: vt ff. eod. l. in prędiis. & de pign. l. debitor. & j. eod. l. quamuis. Illata autem in prædium vrba-
a num locatum, obligata ſunt domino [a] etiam ſi neſciat res eſſe illatas: vt ſuprà loca. l. certi. ſcilicet pro penſione, vel deterio-
3 ratione domus: vt ff. eod. l. ij. Item † bona tutorum, & curatorum, tacitè obligata ſunt minoribus pro tutelæ, vel curæ offi-
4 cio: vt ſ. de adminiſt. tut. l. pro officio. Sed & † bona patris tacitè obligata ſunt filiis ad conſeruationem rerum aduentitiarum, vel pretia ipſarum: non tamen, vt imputetur patri quòd malè ſit fruitus rebus, vel malè exercuerit eas: vt ſuprà de bonis
5 quæ lib. l. antepen. §. vlt. & l. vlt. §. non autem. Item † matris, quæ conuolat ad matrimonium ſecundum, bona tacitè ſunt obligata filiis prioris matrimonij, vt reſtituat mater, quæ lucrata eſt à priore marito: vt ſ. de ſec. nupt. l. hac edictali. §. pen.
6 † Item tacitè obligata ſunt bona mariti pro paraphernalibus rebus reſtituendis: vt ſ. de pact. conuen. tam ſuper dote. l. vlt. Item tacitè obligata ſunt bona defuncti pro legatis, & fideicommiſsis: vt ſuprà communia de lega. l. j. Item creditori ex cuius pecunia militiam emit debitor, obligata ſunt omnia bona debitoris, & ipſa militia empta: vt ſuprà de pign. l. vlt. Item
7 † tacitè dico cõtrahi pignus, vt ſi credidi pecuniam ad nauem armandam, vel rem reficiendam, vel conſeruãdam: ſicut probatur apertè ff. qui pot. in pign. hab. l. interdum. & l. huius. &
8 l. idémque. Cum † enim dicat duos pupillos, ex quorum pecunia res fuerit empta in pignore pariter concurrere, & dicat idem eſſe quod eſt vbi ad rem conſeruandam eſſe impenſum, & creditum, patet, quòd in ſuperiori caſu pignoris obligatione contracta, hoc etiam idem apertè continetur: vt ff. eod. l. j. aliter enim non pertineret lex illa ad titulum: niſi diceretacitè pignoris obligationem contractam: ſecus † dicemus vbi
9 ex mea pecunia res eſt empta, nec eſt enim obligata: niſi id conuenerim cum debitore: vt ſ. de pign. l. quamuis ea pecunia. & j. qui pot. in pign. hab. l. licet. licet contrarium videatur apertè innui in authen. de ęqua. do. §. his conſequens. Poteſt tamen dici quòd ibi loquitur quando eſt empta de pecunia pupilli: vel quando conuenit vt res empta eſſet obligata: vt ſ. dictum
10 eſt. Quid † ſi quis crediderit ad rem de nouo fabricandam? videtur, quòd tacitè ſit res obligata: vt ff eo. l. j. Sed tamen poteſt dici contrarium: loquitur enim tantum ſuper re reficienda.
11 Item † tacitè obligata ſunt pro tributis vniuerſa bona eorũ qui cenſentur: vt infrà eod. l. j. Item contrahentis cum fiſco bona tacitè fiſco obligata ſunt: vt infrà eod. l. ij. Item fiſco tacitè obligata ſunt bona primipilarij, & ſi ea non ſufficiant, bona quæ accepit in dotem ab vxore tenentur: vt infrà eod.
12 l. ſans. † Item bona matris tacitè obligata ſunt filiis, ſi liberorum tutela ſuſcepta ad ſecundas nuptias adſpirauit antè, quàm eis tutorem alium ordinari fecerit, eiſque, quòd debetur, ex ratione tutelæ geſtæ perſoluerit. Mariti etiam eius bona tutelæ rationibus ſunt obnoxia: vt infrà eod. l. ſi mater. & ſuprà ad Tertyl. l. omnem.

ANNOTATIO.

a Sunt domino. Adde Bart. Bald. & doct. in l. certi. C. loca. & in l. item quia. ff. de pact. Bart. in l. ii. ff. quib. mod. pig. ta. contra. dom. Alex. in l. ſolutum. §. ſolutam. ff. de pig. act. limita tamen vt per Lud. ro. in ſing. ſuis, in verſic. penſio. vide multa per do. Alex. in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrim. latiſsime per d. Iaſ. de may. in verſic. inuecta. ver. prima. Inſtit. de actio. vbi aggregat totam materiam.

Si aliena res pignori data ſit. *Rubrica.*

1 *Aliena res obligationem aliquando ita tenere, vt ex ea detur retentio, non etiam vt competat actio.*
2 *Aliena rei obligatio facta ex voluntate domini parit actionem & exceptionẽ, & quid ſi non acceſſerit voluntas domini expreſſa*

preſſa, ſed tacita duntaxat per eius patientiam.
3 *Creditori an praeiudicetur, quo ſciente & patiente debitor ven*
dit rem ei obligatam.
4 *Tutor quo caſu rem pupilli poſsit obligare.*

1 VIDEAMVS quando rei alienæ teneat obliga-
tio: & certè hoc eſt diſtinguendum, vt notauimus
ſuprà de pign. §. poteſt. † Quādoq; etiam (quod
eſt notandum) licet rei alienæ non teneat obliga-
tio: vt ex ea detur actio, tenet tamen vt detur retentio. Nam ſi
procurator citra domini voluntatem rem obligat, non tenet
obligatio: ſi tamen pecuniam creditoris in rem domini con-
uerſam conſtabit, vtilis erit exceptio creditori deſyderanti ſi-
2 bi exolui duntaxat quod numerauit: vt j. eod. l. j. † Hoc au-
tem tenendum eſt, ſiue domini præcedat voluntas, ſiue ſequa-
tur, tenet obligatio ad actionem, & exceptionem: vt ff. de pi-
gno. act. l. aliena res. j. reſponſ. §. ſed & ſi ignorante. & de pig.
l. ſi fundus. §. ſi neſciente. Amplius eſt, ſi non præcedat, neque
ſequatur voluntas expreſſum, tenet tamen propter patiētiam:
vt ſi me tacente, & patiente, obligares rem meam: vt ff. ad Vel-
6 læ. l. ſi ſine. & j. eod. l. ſi probaueris. Cum † tamen debitor pa-
tiente debitore rem ei obligatam vēdit, vel obligat, diſtingui-
tur, vtrùm creditor ſciat ius ſuum vbique durare, an non. Si
ſciat, non præiudicatur ei, alioquin cōtra, ſi tamen ſubſcribat
vt inſtrumēto, præiudicatur ei, vt ff. qui. mo. pig. vel hyp. ſol. l.
ſicut. §. non videtur. Quid ſi dubium eſt an ſciat, an neſciat,
puto quod neſciat: niſi ſubſcribat. vt dictū eſt: vt ff. qui. mo. pi.
vel hypo. ſol. l. Lucius. § vlt. Et eſt ratio, quia remanere poteſt
creditori hypothecaria actio, & fieri tranſlatio proprietatis
rei in alium, vel alij res obligari, ſic & cum portionem meam
vendit. nec enim præſumitur me conſentire: niſi ratio cogna-
tionis, vel affinitatis interueniat: vt ff. de do. inter vir. & vxo. l.
4 ſi ſeruus cōmunis. † Item & ratione officij tenet obligatio rei
alienæ: vt ſi tutor rem pupilli obligauerit, vt ſiſtat in iudicio:
vt ſ. de admin. tut. l. vlt. §. defenſionem. Imperator autem cum
poſsit alienare, & vendere: vt ſ. de quadr. præſcr. l. bene. multò
magis poterit obligare: quia cui quod plus eſt, licet. non de-
bet quod minus eſt non licere: vt ff. de reg. iur. l. cui.

Quæ res pignori obligari poſſunt, vel non: & qualiter pignus contrahatur. *Rub.*

1 *Pignori obligari quæ res non poſsint fauore religionis.*
2 *Obligari pignori liber homo an & quando poſsit.*
3 *Pignori obligari quæ res prohibeantur propter publicam vtili-*
tatem.
4 *Pignoris obligatio qualiter contrahatur.*
5 *Obligatione generali bonorum omnium contracta, quæ bona*
cenſeantur inde excepta, & quæ res ſub ea obligatione con-
tineantur. num. 6.
7 *Pignoris obligationem contrahi ſola conuentione, quatenus ve-*
rum ſit.

SICVT ipſa rubrica dicit, videndum eſt quæ res
poſsint obligari: de quibus ſatis diximus ſ. de pig.
§. obligari. Et licet dixerimus corporalia poſſe
1 obligari, tamen † ſecus eſt in quibuſdam fauore
religionis. Ecce enim monumentum non poteſt pignori obli-
gari: vt j. eod. l. iij. ſecus fortè eſt in iure inferendi: vt ſ. de leg. l.
monumenta. Sic & non poſſunt obligari eccleſiæ: vt in auth.
de ali. & emphy. §. & quoniam. l. dēmq; & in ſacris vaſis vel or
namentis eccleſiæ: vt ſ. de ſacroſan. eccl. l. ſancimus nemini. niſi
illa ſuperflua ſint in eccleſia, & debitum immineat eccleſiæ: vt
2 in auth. perpetua quoq;. ſuper d. l. ſancimus. † Item liberi ho-
minis obligatio nulla eſt: quia contraria eſt libertati & natu-
ræ, adeò vt ſi filiū tuum obliges, nulla ſit obligatio: imò à de-
bito creditor cadit, & tantundem dat retento, vel parentibus
eius: vt in auth. vt nulli iud. §. quia autem & huius. & j. eod. l.
qui filios. In caſibus tamen tenet obligatio: vt in redempto
ab hoſtibus, & cum pater ob neceſsitatem famis filium obli-
gat. Nam cùm ei liceat vendere, multò fortius poterit obli-
gare: vt ff. de leg. j. l. ſenatus. §. vlt. & ſuprà de patrib. qui fil. diſ.
3 l. j. & infrà de capti. l. vlt. Item † impeditur obligatio propter
publicam vtilitatem: vt in ſeruis aratoriis, & bobus aratoriis,
& inſtrumentis aratoriis: ex hac enim cauſa tributorum illa-
tio retardaretur. vt infrà eod. l. vlt. & antepen. Cùm ergo tri-
butorum illatio non fiat in Italia: (vt diximus ſ. ſi ſine cenſ.
vel rel. fun. compa. non poſ.) ergo in ea non habet locum lex
iſta: ſed & in prouincia poterit capi, ſi aliud non habet. Item
nulla eſt obligatio ſi fiat pacto priuati. ſpe præmiorum quæ
pro coronis athletis penſitanda ſunt: in cauſam tamen iudica-
ti poſſet capi præmium, ſi aliunde non poſſet mandari execu-
tioni ſententia: vt j. eod. l. ſpem. & ſuprà de execut. rei iudic. l.
ſtipendia. Nunc accedamus ad ſequentem partem rubricæ,
4 qualiter cōtrahatur pignoris obligatio, & † certè contrahitur
tacitè, & expreſsim: vt j. dictum eſt, & in vna re, & in vniuer-
5 ſit. † Ex generali tamen obligatione quædam excipiuntur, ſci
licet, quæ non eſt veriſimile quenquam ſpecialiter obligatu-
rum fuiſſe: vt puta, ſupellex. Item veſtis relinquenda eſt debi-
tori, & ex mancipiis ei relinquenda ſunt, ea quæ habebat in
eo vſu: vt certum ſit eum pignori daturum non fuiſſe, proinde
de miniſtris eius per quam ei neceſſariis, vel quæ ad affectio-
nem eius pertinent, vel quæ in vſu quotidiano habentur, Ser-
uiana non competit. Denique ancillam, concubinam, & filios
eius naturales, item alu[illegible]nos, cōſtat generali obligatione non
6 contineri: & ſi qua ſunt alia huiuſmodi miniſteria. Aliæ † ergo
res eius omnes continentur generali obligatione, nedum res
præſentes, ſed & futuræ: etiam ſi dicat obligo res meas, vel res
ad me pertinentes: vt j. eod. l. vlt. & ff. de pign. [illegible] l. obligatione
7 generali. & l. denique. † Contrahitur pignoris obligatio ſo-
a la conuentione: vnde & qui emptiones agrorum ſuorum, id
eſt, inſtrumenta emptionalia obligauit, ipſos agros videtur
obligaſſe: vt infrà eod. l. ij. Nec obſtat quod legitur ff. de pig.
act. l. j. dicitur en[illegible] pignus ibi re contrahi, id eſt, re interue-
niente, hoc in pignore conuentionali, ſecus in prætorio: vt ff.
de pignor. act. l. non eſt mirum. §. j. Item hoc quantum ad hy-
pothecariam actionem: pignoratitia autem non naſcitur: niſi
re tradita creditori: vt Inſtit. quib. modis re contrahitur obli-
gatio. §. vltimo.

ANNOTATIO.

a Conuentione. Ad iſtam q. vide Bart. in l. j. ff. de pignor. act. & ibi glo. & in l. non eſt mirum. in §. eod. tit. Doct. in l. creditor. ff. ſi cert. pet. & in l. cum vnus. §. ſius. ff. de bon. auth. iud. poſ. vbi ad huius concluſionis & totius titu. materiam multa habes.

Qui potiores in pignore habeantur. *Rub.*

1 *Creditores quibus modis alij aliis potiores ſint in pignore. &*
numero 4.
2 *Pupillus, ex cuius pecunia res eſt empta, cuiuſmodi priuile-*
gium habeat in pignoratione eius rei.
3 *Creditorem ſecundum, qui credidit in rem pigneratam reficien*
dam, vel conſeruandam, præferri priori creditori, quatenus
verum ſit.
5 *Creditorem priorem tempore regulariter potiorem eſſe in iure,*
quomodo ſit intelligendum. & num. ſeq. & 9. & 11.
7 *Creditor, qui re vera eſt ſecūdus, quo caſu fingatur eſſe primus.*
8 *Creditorem priorem tempore præferri in pignore etiam ipſi*
fiſco poſteriori.
10 *Creditor quis cui præferri debeat in pignore obligato à diuer-*
ſis non dominis, & quid vbi obligatur pignus à domino, &
à non domino.
11 *Creditor poſterior quibus caſibus præferatur priori creditori*
in pignore.
12 *Creditoris habentis publicum inſtrumentum potiorem eſſe cau*
ſam in pignore, quam eius, qui priuatum duntaxat inſtru-
mentum habet, licet hic tempore prior ſit.
13 *Mulier an ratione dotis præferatur in hypotheca creditoribus*
tempore prioribus habentibus tacitas, vel etiam expreſſas
hypothecas.
14 *Creditorem, qui mutuam pecuniam dedit in emptionē militiæ,*

præſerri in pignore aliis creditoribus etiam tempore prio-
ribus.
15 *Creditoris, qui prior eſt tempore, poteſtas quanta ſit.*
16 *Regulam, ſi vinco vincentem te, vinco te, non habere locum in*
quibuſdam caſibus.

QVONIAM ſuper pignore inter creditores quis
ſit in eo potior, plerunque contenditur: ideo po-
1 nit qui potiores in pignore habeantur. † Sciẽdum
eſt igitur aliquem eſſe potiorem in pignore, plu-
ribus modis: puta, ratione cauſæ: ſi enim ſecundus creditor cre
didit pecuniam ad conſeruationem pignoris, & in eam cau-
ſam pecunia eſt conſumpta, præfertur ſecundus primo, ve-
luti ſi nauis fuerit obligata vel ad armandam eam, & reficien-
dam credidi: mea enim pecunia ſaluam fecit totius pignoris
cauſam. Idem & ſi credidi in cibaria nautarum, ſine quibus
nauis non poterat ſalua peruenire. Idémq; eſt ſi merces erant
alij pignoratæ prius, & mihi poſterius, & ego credidi vt mer-
ces ſaluæ fiant: vel vt naulum exoluatur, potior eſt enim cauſa
nauli, licet ſit poſterior. Tantundem eſt ſi credidi vt ſoluatur
merces horreorum, vel areæ in quibus repoſitæ erant res alijs
obligatæ prius: vel ſi credidi, vt ſoluantur vecturæ iumento-
2 rum, quæ portauerunt res alij obligatas prius. † Item & vbi
obligaſti alij bona tua prius, & poſtea ex nummis pupilli rem
aliquam comparas, duplici gaudet priuilegio pupillus: quia
res tacitè eſt ei obligata hoc ipſo, quòd eſt empta de pecunia
ſua, & quia præfertur alij priori creditori, cui res erat priùs
expreſſim obligata: ergo ſi duorum pupillorum nummis com
parata eſt, ambo in pignus concurrent pro his portionibus,
quæ in pretium rei fuerunt expenſæ. Si autem res non in to-
tum comparata eſt nummis pupilli, vel pupillorum, erit con-
curſus vtriuſque creditoris. id eſt, & antiquioris, & eius, cuius
nummis comparata eſt: vt in nominis à pupillo datis: vt ipſe
ſit potior, in ſuperfluo antiquior: vt ff. eo. l. interdum. & l. hu-
3 ius. & l. idem que. Quod † tamen dictum eſt poſteriorem cau-
ſam præferri priori, eſt intelligendum: niſi prior habeat hy-
pothecariam, & priuilegium. quid enim ſi res primò erat mu-
lieri obligata pro dote? non præfertur ei ſecundus qui credi-
dit in rem illam reficiendam: vt in authent. de æqua. do. §. his
conſequens. Imò mulier præfertur ei propter pignus, & pri-
uilegium, aliàs enim potentior eſt muliere ille, qui credidit pe
cuniam ad reficiendum, cùm ipſe præferatur priori creditori
habenti expreſſam (vt dictum eſt) non autem mulier: vt j. di-
4 cemus. Item † & ratione cauſæ præfertur ſecundus primo: vt ſi
expendit in funerando teſtatore: funeraria enim ſuperat om-
ne æs alienum, cùm bona ſoluendo non ſunt, adeò vt præfe-
ratur priori habenti tacitam hypothecam: vt ff. de rel. l. pen.
& l. ac ſi quis. §. j. fortè non eſt idem in eo, qui habet expreſſam
hypothecam. Item hic ratione temporis præfertur creditor
primus ſecundo, vbi ſecundus non poteſt prætendere aliquam
prædictarum cauſarum, vel priuilegium, vel aliquid ſimile: vt
5 dicemus infrà. † Eſt enim hæc regula in pignoribus, qui prior
eſt tempore, potior eſt iure: vt j. eo. l. ſi fundum. Hoc tamen eſt
intelligẽdum de primo creditore, cui erat pignus obligatum:
ita, quod debitor obligationem non poterat reſoluere inuito
creditore: vel ſi poterat, non poterat commodè: ſi enim pote-
rat reſoluere commodè, vt quia primo obligauerat rem pro
ea pecunia, quam mutuò accepturus erat: poterat enim (ſi vel-
let) non accipere pecuniam, & ita non eſſet obligatus credi-
tori: perinde eſt interim ac ſi pignus non ſit obligatum primo:
& ideo ſecundi creditoris, qui primo numerauit pecuniã, vel
efficaciter accepit pignus. potior eſt cõditio. Commodè ideò
dixi: quia ſi pignus obligaſti mulieri pro dote, quam eras ac-
cepturus, licet in poteſtate tua ſit non accipere dotem, & ita
non eſſet obligatum pignus: quia tamen non commodè poſ-
ſes retinere matrimonium ſine emolumento dotis, perinde ha
betur ac ſi cum effectu obligatum ſit pignus mulieri: & ideo
ipſa præfertur ſecundo, qui accepit pignus, & numerauit pe-
cuniam antè, quàm ipſa daret dotem: vt ff. eod. l. j. & l. potior. j.
6 reſpon. & qua res pig. vel hypo. l. pen. Illud † tamen non diſtin
guo in primo creditore an accipiat pignus purè, vel in diẽ, vel
ſub conditione: dum tamen conditio non pendeat de poteſta-
te debitoris, impleatur, vel non: vt ff. eo. l. qui balneum. j. reſp.
7 & l. potior. §. videamus. & l. creditor. §. ſi primus. † Nec eſt præ-
termittendum, quia licet quandoque aliquis verè ſit creditor
ſecundus, fingitur tamẽ eſſe primus, quaſi ſucceſſerit in locum
ſuum: vt ecce, credidi Titio x. & pignus accepi, tu autẽ poſtcà
ſub eodem pignore credis xv. & ego tertio loco credo xx. &
nouandi animo ſtipulor primam pecuniam & ſecundam: præ-
ferar enim, ſed in ea pecunia tãtùm, quam primò credidi: vt ff.
8 eo. l. creditor. j. reſp. & l. prior. j. reſp. † Obtinet enim prædicta
regula, qui prior eſt tẽpore, nedum inter priuatos, ſed etiam
inter fiſcum, & priuatum, vt etiam priuatus præferatur fiſco,
ſi prior eſt in pignore. ſiue pignus ſit ſpeciale, ſiue generaliter
in omnibus bonis contractum: licet quidam aliter dicãt: vt ff.
eo. l. ſi pignus & j. de remiſ. pig. l. ſi ignorante. & j. eo. l. ſi gene-
9 raliter. † Item obtinet regula ſiue res obligetur à domino, ſiue
10 à non domino. Si autẽ † obligaretur diuerſis non dominis, po-
tior eſt poſſeſſor: vt ff. eo. l. ſi non dominus. Sed vbi idẽ domi-
nus, vel non dominus obligat duobus, diſtinguitur vtrũ obli
gauerit vtriq; inſolidũ, an pro parte: vt notauimus ſ. de Salui.
interd. §. vlti. Sed ſi obligaretur ab vno domino, & ab altero
nõ domino, potior eſſet eius cauſa, cui obligata eſt à domino:
ſicut diximus in re vendita, & tradita, à duobus: vt in illa di-
ſtinctione diſtrahatur eadem res. Item ſuperficiario, vel em-
phyteuta pignorante, potior eſt cauſa domini, quàm pro pen
ſione eius cui obligauit emphyteuta, vel ſuperficiarius: vt ff.
11 eo l. etiam. † Fallit autem prædicta regula, nedũ ratione cau-
ſæ vt diximus, ſed etiã ratione pacti: vt ecce, pignori obligaſti
omnia bona tua, deinde tibi mutuo vt ex ea pecunia aliquam
rem emas, & vt ei res mihi ſit obligata. præferar enim primo:
vt j. eo. l. licet. Item fallit ratione n[illegible]: vt ſi prior & poſſeſ-
ſor eras in pignore, & ego ſecundus intendo contra te hypo-
thecariã. ſed tu negas rem eſſe eius, qui mihi, & tibi obligauit.
Nam ſi te de mendacio arguero, poſſeſſionem transferes: licet
prius tibi fuiſſe obligatã rem velis probare: vt j. co. auth. item
poſſeſſor. ſed reſtituta poſſeſſione audieris in iure tuo. Itẽ fal-
lit regula ratione ſemiplenæ probationis: quid enim ſi cõfi-
tearis te mihi debere ex tali cauſa decẽ, vel in priuata ſcriptu-
ra, vel coram teſtibus, & mihi pignus obligas, ſi quidem per-
ſonalis actio mouetur contra debitorẽ: ea robur ſuum habet,
vt diximus ſ. de nõ nu. pec. Idémq; eſt ſi circa eundem agatur
hypothecaria: quia confeſſio, vel ſcriptura, ſcribenti vel con-
fitenti debet præiudicare, cùm conſtat eam ab eo factam, vel
ab alio eo volente, vel ſubſcribẽte. hoc eſt quod dicit, ipſorum
tamen habeat ſubſcriptiones. l. ſcripturas. j. eod. Poteſt autem
hic conſtare: quia debitor hoc in iudicio confitetur. vel eo ne-
gante, probat creditor per teſtes non adhibitos, id eſt, non ro
12 gatos. Si autem † creditor experitur hypothecaria contra aliũ,
cui res non eſt obligata: vel eſt obligata, ſed ille non habet pu
blicum inſtrumentum, etiam hic hypothecaria robur habet
ſuum. Si autem experitur contra illum, qui habet publicũ in-
ſtrumentum quòd res eſt ei obligata tali die, vel etiam conue-
nitur ab eodem, potior cenſetur ille, qui habet publicum in-
ſtrumẽtum in pignore, quàm ille qui habet priuatum, quam-
uis poſteriore die contineatur obligatio in publico inſtru-
mento: prior enim dies quæ cõtinetur in priuata ſcriptura, &
ſi præiudicetur debitori, vel aliis nitẽtibus ex priuata ſcriptu-
ra, non tamen præiudicat nitentibus ex publico: niſi priuata
ſcriptura habeat ſubſcriptionẽ trium teſtiũ probatæ opinio-
13 nis: vt j. eo. l. ſcripturas. † Item fallit regula ratione priuilegij
a dotis: mulier enim, & eius filij, vel deſcendentes ex ea, habent
hypothecariam pro dote matris ſuæ contra omnes mariti cre
ditores, licet anterioris temporis priuilegio ſint vallati: vt j.
eod. l. vlt. quod Mar. indiſtinctè intellexit, vt præferatur prio-
ribus etiam habentibus expreſſas hypothecas. Huic cõtradi-
cit lex, quæ dicit eam cum conditione admittendam: vt ſ. de
iure dot. l. vbi. Præterea cùm videam, quòd fiſcus qui pari paſ
ſu ambulat cum muliere: vt ſuprà de priuil. fiſ. l. quamuis. non
præferatur prioribus habentibus expreſſas, vt dictum eſt: ergo
nec mulier. Alij dixerunt mulierem præferendam in priori-
bus hypothecis expreſſis, vel tacitis, quæ nuda conuen-
tione obligatæ erant: ſed non ita in prioribus pignoribus
quæ tradita erant creditoribus: & poteſt pro his induci
argu

argumentum.ff.in quibus cauſis pigno. tacit. contra l.penult. Horum opinio non valet: quia (quantum ad hypothecariam actionem) non refert inter pignus & hypothecam, vt Inſtitut. de actio.§.inter pignus. Bulgari autem opinio eſt vera, vt diſtinguamus, an prior creditor habeat hypothecam ex pacto ſuo an ex authoritate, vel priuilegio legis. In primo caſu pręfertur creditor mulieri, non mulier ei: ſed in ſecundo præfertur mulier creditori: & hoc eſt quod dicit litera, licet anterioris temporis priuilegio ſiue vallati: vt infrà eodem.l.aſsiduis. §.ad hæc. Lex enim mihi ius meum noluit adimere, ſed beneficium ſuum (quod mihi dat) quandoque adimit alterius gratia: hæc vera, niſi prior tacita hypotheca nitatur eadem æquitate, qua & dos: nec enim dos ſecundi matrimonij præfertur doti primi matrimonij duabus enim dotibus ab eadẽ ſubſtantia debitis, ex tempore prærogatiuam manere volumus: vt j. eodem. l. vltima. vt tamen ſicut apparet ex rebus dotis ſecundæ mulieri ſeruetur, vel filiis eius, cui & in rem actio competit: alioquin, ſiue ſuperſint ambæ dotes mulieris ſoluto matrimonio per diuortium, ſiue altera duntaxat extet, ſiue ambæ deſecerint prior omnino, ſiue quælibet ſoboles eius ſuperior habetur, quod licet contineatur in l.vltima, iſtius titu. noua tamen lege clariùs ſancitum eſt: vt in authenti. vt ex actione inſtante dotis prim. collumna ſeptima. Hoc priuilegium dotis non habet locum in donatione propter nuptias: in illa enim mulier præfertur poſterioribus, & non prioribus: vt infrà
14 eodem.l.vltima. † Item fallit prædicta regula propter priuilegium militiæ, quod potentius eſt priuilegio dotis: ſi enim crediderit quis alij pecuniam in ſcriptis ad hoc, vt ipſe emeret militiam, & ex ea pecunia ematur poſtea militia, præfertur iſte creditor talis aliis creditoribus prioribus: imò etiam præfertur mulieri, & eſt aliud ſpeciale: quia hoc ipſo, quòd debitori inuenitur poſt mutuũ militiam emiſſe, præſumitur quòd pecuniam mutuo acceperat vt inde emeretur militia. Amplius nec neceſſarium eſt creditori vt probet conueniſſe militiam ſibi obligatam eſſe: quia ex authoritate legis inducitur tacitè hypotheca in militia. Vel (quod eſt verius) loquitur lex quando debitor obligauit omnia bona, & ita quærebatur an militia poſtea empta caderet in cauſam pignoris. quod verum eſt. Vbi autem non apparet creditorem ad hoc dediſſe mutuum, vt inde ematur militia, ſed credidit pecuniam ſimpliciter: debitor verò poſtea inuenitur militiam emiſſe, vnde illa præſumitur empta ex pecunia mutuata: vt dictum eſt, præfertur quidem iſte creditor prioribus creditoribus omnibus: niſi mulieri, aut filiis eius: vt ſuprà de pignor.l.vltima. & in authenti. de exhib.reis.§.optimum. & in authentica de æqualita. dotis.
15 §.quia verò. & §.huius. † Magna eſt poteſtas eius creditoris, quia aliis præfertur in pignore: habet enim exceptionem ſi conueniatur ab aliis: & ſi alij poſsideant, poteſt ab eis auocare rem. Creditor autem ſecundus ab omni poſſeſſore poteſt auocare rem præterquàm à priore, vel qui ab eo habet cauſam: vt ff.eodem. l. creditor. primo reſponſo. & l.ſi prior. §. ſi ſimpliciter. & ratione iniquitatis ſententiæ contingit quandoque rem deduci in anguſtiam & anxietatem quandam. Quid enim ſi creditor tertius egit hypothecaria contra primum, & rem obtinuit, ſecundus certè creditor rem ab eo iuſtè poterit auocare. Quod ſi acciderit, prior creditor poterit excitari, & ab eo per ſententiam rem obtinere: quia res iudicata inter eum, & tertium ſibi non debet nocere cõtra ſecundum. Quòd ſi acciderit iterum, inſurget tertius contra primum authoritate primæ ſententiæ iniuſtę: & ſic erit res in circulo, vt notari
16 poteſt. ff.eod.l. Claudius. † nec enim neceſſariò concluditur eſt argumen. ego vinco te, & tu vincis illum, ergò debeo vincere illum. Probabile tamen eſt: vt infrà de diuer. & tempo. præſer. l.de acceſsionibus. fallit enim propter authoritatem ſententiæ cuius vigor non extenditur ad alios, niſi inter quos iudicatum eſt. Item fallit in naturalibus liberis, qui repellũt agnatos. & agnati repellunt vxorem defuncti: non tamen ipſi repellunt vxorem defuncti, imò vxor facit vt ipſi repellantur: vt diximus ſuprà de naturalibus liberis. Item ſi ego vaſallus tuus ſum, & tibi debeo ſeruire, tu autem vaſallus es alterius, non ideo teneor illi ſeruire. Item & ſi diligo te, tu diligis illum, non ideo diligo illum.

ANNOTATIO.

a Eius filij. Ad huius concluſionis materiam vide Bartol. in l.j ff.ſol.ma. Bald. in l. ſi. C.qui po.in pig. ha. qui in terminis concluſionis loquitur Dy. in l.ſi dote ff.ſol.matri. Bald. & Doct. in l poſt dotem. eodem tit. & in l.auia. C.de iur.do. multa per Pau.de caſt.in conſi.cxxiij. vbi colliges totam materiam.

De his, qui in priorum creditorum locum ſuccedunt. *Rubrica.*

1 *Creditor poſterior quibus caſibus ſuccedat in locum prioris creditoris, & nu.3.*
2 *Actio hypothecaria, quæ competebat priori creditori, an tranſeat in poſteriorem creditorem, qui ſuccedit in locũ prioris.*

DE HIS qui ſuo iure potiores ſunt aliis, dictum eſt: videamus de his qui alterius beneficio potiores cenſentur, id eſt, de his qui in priorum cre-
1 ditorum locum ſuccedunt. † Sciendum eſt itaque priori creditori ſolui pecuniam quandoque à debitore, quandoque ab extraneo, quandoque à ſecundo creditore. Si à debitore ſoluatur, & de ſua pecunia, ſcilicet quam non accepit ab alio mutuò, non eſt propter talem ſolutionem ſucceſsio in pignore, ſed ipſo iure liberatum eſt pignus ab illo creditore. Si autem ſoluat debitor creditori pecuniam quam ab alio (putà Titio) mutuò accepit, & velit Titius ſuccedere in pignus quod fuerat obligatum ei, cui ſolutũ eſt, tria exigũtur vt ſuccedat: primò, quòd ad hoc det mutuo, vt liberetur pignus. Item, quòd paciſcatur de ſuccedendo in ius prioris. Item quod pecunia perueniat ad primum: tunc enim ſuccedit iſte Titius in ius primi. id eſt, in poteſtatem vendendi pignoris, licet Titius non conuenerit de pignore vendendo: imò fortè conuenit, ne venderet: vt ff.quę res pigno. vel hypo.l. Ariſto. Item ſuccedit in ordinem temporis, id eſt, vt præferatur eis quibus præferebatur ille: vt ff. qui po.in pigno.l.ſi prior. §. à Titio. & §.ſi tertius. Item ſuccedit in priuilegium perſonaliũ actionum vt j.de ceſ.bo.l.ij. & eſt hoc mirabile, quòd ex pacto debitoris ſuccedit in ius ſui creditoris: ſi tamen ad creditorem primum Titij perueniat pecunia: vt probatur, ff.qui po. in pi. ha.l. ſi prior. §. à Titio. ſed fortè hoc eſt: quia creditor accipien-
2 do pecuniam, eidem pacto conſenſit. † Illud tamen nõ audeo dicere, quòd hypothecaria, quæ dabatur primo, detur ſecũdo: quia iſta eſt extincta, cum extinctum ſit principale debitum, ſed ordines, & prærogatiuæ poteſtates quas habebat primus creditor in pignore, tranſeunt ad iſtum: quia idem eſt pignus, & idem debitor: quia debitum primum cuius ratione competebãt iſtæ prærogatiuæ primo creditori, ſolutum eſt à ſequenti: quaſi videatur idem durare debitum quod fuerat prius. Si
3 † verò extraneus ſoluerit primo creditori, neceſſe eſt vt numeret pecuniã. & vt paciſcatur de ſuccedendo: vt j.eod.l.j. & ſ.de priuileg. fiſc.l.ſi cum. Si verò ſecundus creditor ſoluat primo creditori, vel eo non accipiente conſignet & deponat, etiam nullo pacto appoſito ſuccedit in ius primi: vt ſuprà qui potio. in pigno. habean.l.j. & infrà eod.l. vltima. & ff.qui potio. in pi. hab.l.potior.§.vltimo.

Si antiquior creditor pignus vẽdiderit. *Rub.*

1 *Creditores poſteriores quibus caſibus poſsint auocare pignus venditum ab antiquiore creditore.*
2 *Creditor poſterior quando poſsit auocare à priore creditore pignus, quod debitor dedit ei in ſolutum.*

QVALITER in ius prioris creditoris vel per pactum, vel ſolutionem aliquis ſuccedat, dictum eſt: nunc autem ſupponit qualiter ſuccedatur per
1 venditionem. † Sciendum eſt igitur antiquiore creditore vendente pignus, ſequentes creditores, vel debitorem, pignus auocare non poſſe: vt j.eod.l.j. in princ. Niſi primus creditor vendiderit fideiuſſori, qui tenebatur ei, vel niſi vendiderit ſecundo creditori: vt ff.de diſtract. pign. l.ij. &

l.cum ſecundus.§.j.vel niſi creditor primus vendiderit ſub eo
pacto vt liceat debitori pignus recuperare:tunc enim debitor
habet actionem in factum pro pignore recuperando: vt ff. de
2 pign.act.l.ſi cum venderet.Si autem † debitor priori creditori
dederit inſolutum pignus, non admittur ſecundo creditori
hypothecaria actio,ſicut & ſi debitor eandem rem alij vendi-
diſſet:ſed ita demum auocabit rem à priore creditore, ſi quod
ei debitum eſt propter authoritatem præcedentis contractus,
obtulit:vt j.eodem.l.j.§.cum autem.

Si communis res pignori data ſit. *Rubrica.*

1 *Pignori obligare inſolidum an, & quando poſſit quis eam rem, quam cum alio habet communem.*
2 *Fiſcum poſſe obligare atq; etiam alienare inſolidum eam rem, quam cum alio habet communem.*

1 REM, † quam habet aliquis cum aliquo commu-
a nem non poteſt obligare: niſi pro portione * ſua
ſocio inuito, eius enim conſenſu præcedente, vel
ſequente ſi maior eſt, & compos ſuæ mētis & non
prodigus,obligatio tenet inſolidum: vt j eod.l.j. & ff. pro ſo-
2 cio.l.nemo. † fiſcus tamen ratione partis rem communem po-
teſt inſolidum alienare: vt ſ. de communium rerum alien. l.ij.
ergo & obligare multò magis.

ANNOTATIO.

* Pro portione. Vide ad hoc Bartol.in l.ſi conſenſit.ſ. ſi conuenerit.ff. quib.mod.pign.ſolua. & in l.Iulianus. §. idem Celſus. ff.de act.empt.& vend.& ibi Doctor.

De prætorio pignore, vt in actionibus etiā debitorum miſsio prætorij pignoris præcedat. *Rubrica.*

1 *Pignus prætorium qualiter conſtituatur, & quando dicatur prætorium.*
2 *Pignus iudiciale quid ſit, & quo ordine in eo procedatur.*
3 *Pignoris effectus quis ſit.*

QVALITER per conuentionem pignus conſti
tuatur dictum eſt,videamus qualiter conſtituatur
per prætorem ſiue per iudicem,& quo ordine, &
1 quis ſit effectus. † Conſtituitur autem per miſ-
ſionem in poſſeſsionem : vt ff.de pig.l. non eſt mirum.§.ſecun-
dum.Et erit prætorium pignus ſi fiat miſsio ex ea cauſa,quam
prætor iubet fieri:putà,vt caueatur pro legatis,vel damno in-
fecto , vel pro operis noui nuntiatione de opere demoliendo.
2 † Iudiciale autem eſt,cùm iudex iubet mitti in poſſeſsionem
ex officio ſuo,vt mandetur executioni definitiua ſententia:&
primò capiuntur mobilia,ſecundò immobilia , tertio perue-
3 nitur ad nomina : vt diximus ſ. de execu.rei iudi. † Effectus
autem omnis pignoris hic eſt , vt creditor in eo habeat reten-
tionem, & actionem hypothecariam , ſi eeciderit à poſſeſsio-
ne culpa,vel ſine culpa ſua:vt j.eod.l.vlt.fortè conuenietur à
debitore pignoratitia actione, vel in factum:ſi quid habuit ex
pignore vltra debitum:vt ff.in poſſeſſ.leg.l.is cui.§.quæri.

Si in cauſa iudicati pignus captum ſit. *Rubrica.*

1 *Pignus in cauſam iudicati captum poſt quantum tempus diſtrahi poſſit.*
2 *Victori qua ratione ſuccurratur , ſi pignus in cauſam iudicati captum non inueniat emptorem : vel inueniat quidem , ſed talem, qui non offert dignum pretium.*
3 *Creditor conuentionalis quo caſu cogatur conſentire venditioni pignoris ſibi obligati.*

HIC ſpecialiter tractat de eo pignore , quod capi-
tur in cauſa iudicati, id eſt,pro iudicato exequen
1 do: † & certè olim poſt duos menſes pignus in
cauſam iudicati captum diſtrahere licebat : vt ff.
de re iudi.l.debitoribus.ſed hodie non,niſi poſt quatuor men-
ſes:vt ſ.de vſu. rei iudicatæ.l.vlti. & diximus ſ.de execu.rei iu-
dic. Ergò ab executore res debitoris pignori poterit diſtrahi,
2 non iure dominij regulariter victori adiici.Si tamen † emptor
non extiterit, vel extiterit , ſed non dignum pretium obtule-
rit, victor cuiuſlibet alteri vice ex officio poterit emere: vt
infrà eodem.l.ij. vel poterunt adiici pignora victori pro ea
quantitate, quæ ſibi debetur, non pro minori : vt ff. de re iu-
dica.l.à diuo.§.ſi pignori. Item & ſi calliditate condemnati
victor non inueniat emptorem,poterit adire prætorem, vt ex
eius authoritate dominium habeat : vt j.eod.l.vlti. & j.de iure
3 do.impe.l.vlti. † Item illud notandum eſt,quòd licet creditor
non cogatur diſtrahere pignus ſibi obligatum:tamen in iudi-
cati executione ſeruatur, vt ſi victor inuenerit emptorem,qui
dimiſſo priore creditore conuentionali ſuperfluum ſit ſolue-
re paratus creditori victori, compellatur creditor conuentio-
nalis conſentire diſtractioni , nec videtur eius conditio fieri
deterior, cùm ſuum conſequatur : nec alter pignus dimittat,
quàm ſi ei fuerit ſatisfactum : vt ff.de re iudicata.l.à diuo Pio.
§.quod ſi res ſit pignorata.

Si pignus pignori datum ſit. *Rubrica.*

1 *Pignus pignori quatenus dabile.*
2 *Solutione pignus extingui.*

NON ſolùm dominis,ſed etiam à non dominis res
obligantur, purà ab eis, quibus ſunt obligatæ, &
1 ideò de eis ponit. † Sciendum eſt ergo pignus pi-
gnori dari poſſe,& datur actio,& exceptio ſecun-
do creditori quatenus, id eſt, quandiu vtraque pecunia debe-
2 tur. † Si ergo vtraque pecunia non fuerit debita (quod con-
tingit vtraque ſoluta) vel etiam altera, pignus perimitur : vt
ff.de pign.l.grege.§.cum pignori.

De partu pignoris,& omni cauſa. *Rubrica.*

1 *Hypothecaria ob quid quatenúſque detur.*

1 SICVT † locum habet hypothecaria actio pro
ancilla obligata,ita etiam locum habet pro partu,
& pro omni cauſa, & acceſsione, id eſt,pro partu
ſecundo,vel tertio. In ancilla tamen diſtinguitur,
concipiat apud debitorem,vel apud extraneum:vt diximus ſ.
de pigno. §.an item intenditur.

De remiſsione pignoris. *Rubrica.*

1 *Pignus quibus modis diſſoluatur inuito creditore.*
2 *Pignus quando voluntate creditoris diſſoluatur, & numero 4.& 7.*
3 *Chirographi redditione cenſeri debitum remiſſum,aliter atque ſi res pignorata reddatur.*
4 *Pignus an , & quando cenſeatur remiſſum , ſi creditor conſentiat expreſsim debitori vendere pignus, & nu.ſeq.*
6 *Pignoris ius quibus caſibus reſtituatur creditori, qui conſenſit debitori, vt venderet pignus.*
8 *Debitor vendens vel obligans pignus ſciente, & non contradicente creditore, an ei præiudicet.*

AVDIVIMVS qualiter pignus conſtituatur,
nunc audiamus qualiter diſſoluatur. Et certè diſ-
ſoluitur quandoq; inuito creditore, quādoq, eo
1 volente. Inuito † eo diſſoluitur, ſed tamē propter
factum ſuum , vt ſi in tantum , vel in amplius, pignus reddi-
derit deterius,quàntum debitum fuerit: vt ff.de pign.act.l.vlt.
Idem & ſi proſtituit ancillam , vel aliud improbatum facere
coëgit:vt ff.de pig.act.l.eleganter. §.vlt.Idem etiam quandoq;
con

contingit propter factum debitoris : vt ſi debitor, qui eſt ſol-
uendo, ſeruum generaliter obligatum manumiſerit : vt ſ. de
ſer. pign. da. l. ij. vel ſi debitor creditori ſoluerit debitum, vel
ſoluere paratus eſt conſignando pecuniam : vt ff. eod. l. item li-
beratur. §. j. & ſ. de vſur. l. acceptam. Secus, ſi ſatisfacere para-
tus eſſet. [& non ſoluere:] vt ff. eo. l. item. §. ij. Idem contingit, ſi
extinguatur aliquo caſu pignus: vt ff. quib. mo. pig. vel hypo.
ſol. l. ſicut. j. reſp. vel ſi fingatur, nõ fuiſſe debituris, vel perin-
de habeatur, ac ſi non fuerit vt debitor obligauerat, quod e-
merat ſub adiectione in diem, & poſtea eſt allegata conditio
melior: ſecùs ſi debitor vellet redhibere pignus, nec enim præ-
iudicaretur creditori: vt ff. e. l. ſi cuius. & l. ſi debitor. Idem etiã
contingit propter factum tertiæ perſonæ, vt ſi imperator rem
mihi obligatam vendiderit vt ſuam : vt ſ. de quadri. præſcri. l.
vlt. vel executor, vel creditor, prior rem mihi obligatam ven-
2 diderit: vt ſ. ſi antiquior credi. pig. ven. † Voluntate autem cre-
ditoris diſſoluitur pignus quãdoq; expreſſa, quandoq; tacita.
a Expreſſa, vt ſi creditor remittat pignoris obligationem: ᵃ vt e-
nim contrahitur ſolo conſenſu, ita contrario conſenſu debet
diſſolui ipſo iure: vt ff. de reg. iur. l. nihil tam naturale, & ff. de
pact. l. ſi tibi. §. de pignore. licet enim quantum ad pignorati-
tiam neceſſarium ſit rem interuenire, tamen quantum ad hy-
pothecariam ſufficit ſolus conſenſus, & ideo tolletur pignus
ipſo iure, etiam ſi traditum erat creditori. Idem eſt, & ſi credi-
tor remittat debitum, vel in perpetuum, vel ad tempus. Nam
ſi intra tempus, obſtabit exceptio: vt ff. eod. l. ſoluitur. j. reſpon.
3 §. j. & † videtur remiſiſſe debitum reddendo chirographum:
vt ſ. de pact. l. Labeo. & j. eod. l. creditor. ſecus ſi redderem rem
obligatam, tunc enim non præiudicaret mihi. Vnde verſus.

Cautio ſi fuerit cui reddita liberat ipſum.

Si ſibi reddantur pignora, ſecus erit: vt ff. de pact. l.
ij. & iij. Porro quod dictum eſt in remiſſione debiti, eſt intel-
ligendum, ſi remiſſio teneat de iure. Si enim remiſſio ſit inuti-
lis, vt quia facta eſt per dolum, vel metum, ſicut ea non valet in
debito, ita nec valet in pignore remittendo: vt j. eo. l. debitum.
Poteſt tamen eſſe quædam ratio, quæ caſſat remiſſionem debi-
ti: ideo quia continet donationem : vt inter virum & vxorem,
& inter conſoceros, non tamen caſſat remiſſionem pignoris:
quia ea non eſt donatio: vt ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſol. l.
j. §. cũ creditor. & ibi glo. & de his, quę in fran. cred. l. ſi pignus.
Quod dixi in creditore, ſeruatur in eius filiofa. vel ſeruo, ſi re
mittãt peculiare debitũ, vel pignus, cũ hæres habet liberam pe
culij adminiſtrationẽ, & remittũt non donãdi animo, imo pre-
tij cauſa: vt ff. eo. l. ſicut. §. an paciſci. Item quod dixi in credi-
tore, & debitore, ſeruatur in eo procuratore quem fecerũt in
4 rem ſuam: vt ff. eo. l. ſicut. §. ſi procurator. Item † remittit cre-
ditor pignus ſi cõſentiat expreſſim debitori vẽdere pignus, &
creditor ſit maior. Nam ſi pupillus eſt, tutoris authoritas eſt
neceſſaria. Sed ſi creditoris procurator conſentiat, non præ-
iudicat creditori, niſi ſpecialiter erat commiſſum procuratori
hoc facere : vel niſi habebat liberam adminiſtrationem : & re-
mittit non donandi animo, vt dixi: vt ff. quib. mod. pig. vel hy-
5 pot. l. ſi conſentit. Conſenſus † autem vendendi ita demũ repel-
lit creditorem, ſi venditio ſit ſequuta de facto, & de iure : non
6 autem ea igitur traditio ei. † Nam etſi facta ſit, & de iure non
teneat, non tamen repellitur creditor : vt ff. eod. l. ſi debitor. §.
viti. & l. ſicut. §. ſi debitor. Præſumitur autem non eſſe facta ſi
debitor adhuc rem poſſidet, ſi tamẽ probaretur cõtrarium, id
eſt, quod debitor verè vendidit: ſed tamen eandem rem poſteà
redemit, repelletur creditor in hypothecaria: vt j. eod. l. vlt. &
ff. eo. l. ſicut. §. ſi voluntate. & §. ſuperuacuum. Secus verò eſt, ſi
debitor vendiderit, ſed tamen poſtea à venditione voluntate
emptoris diſceſſerit, vel rei redhibitio eſt facta, vel iudicio eſt
abſolutus, vel ad intereſſe damnatus. His enim caſibus reſti-
tuitur priſtinum ius creditori : vt ff. eodem. l. voluntate. Quod
7 † dixi, ſi creditor permiſerit vẽdere, accipe, vt & ſi legare per-
miſit, valeat quod conceſſit. Quod ita intellige, vt ſi legatum
repudiatum ſit conualeſcat pignus. Si autem permiſerit debi-
tori vendere, & debitor donauit, repellitur creditor: niſi ideo
conſenſit vendere, vt pretio accepto ipſe quoq; rem expediat,
hoc tamen magis eſt quæſtio facti. Si autem debitor, cui con-
ceſſum erat vendere, dederit in dotem, vendidiſſe in hoc caſu
rectè videtur, propter onera matrimonij. In contrarium, ſi cre-
ditor conſenſit donare, & vendiderit debitor, repellitur cre-
ditor niſi quis dicat ideo conſenſiſſe donati: quia amicus erat
creditoris: cui donabatur. Qui ſi conſenſerit decem vendere,
ille quinque vẽdidit, nõ repellitur creditor. Illud certum eſt,
repellendũ eſſe creditorem, ſi vendiderit plures, quàm cõſen-
ſerit creditor: vt ff. eo. l. ſicut. §. venditionis. & §. ſi debitor. In
permiſſa venditione illud ſciendum eſt, quòd ille, cui permit-
titur, & hæres eius vendere poteſt, niſi in contrarium probe-
tur. Poteſt tamen quæſtio facti eſſe quid intellexit creditor.
Sed tamen iſtæ ſubtilitates à iudicibus non admittuntur, vt
perpendamus an intellexerit creditor de debitore tantùm, an
de hærede eius. Si tamẽ creditor cõſenſerit debitori vendere,
& debitor deſierit poſſidere, & nouus poſſeſſor vendiderit,
nõ præiudicatur creditori. Sed & ſi nouo poſſeſſori cõſenſit,
non debitori, nocet ei exceptio, ita ſi nouus poſſeſſor vendat.
Item & ſi permiſerit creditori intra annum tantùm, aut bien-
nium tantùm vendere, poſt hoc tempus facta venditio non
præiudicat creditori: vt ff. eo. l. ſicut. §. pen. & antepenul. Item
nullo modo, & nullo tempore præiudicat ſibi creditori, ſi cõ-
ſentiat debitori, vẽdere, vel alienare: ſalua cauſa pignoris ſui.
Sed & ſi ipſe vendiderit, ſic tamẽ ne diſcederet à pignore, niſi
8 ei ſatisfiat, non nocet ei exceptio: vt ff. eo. l. ſi debitor. §. j. † Vbi
autem debitor vendit, vel obligat, creditore ſciente, & non
cõtradicente, diſtinguitur, vtrum creditor ſciat ius ſuum vbi-
que durare, an non. In primo eam præiudicat ſibi, in ſecundo
non. ſi tamen ſubſcripſerit in tabulis emptionis, cõſenſiſſe vi-
detur: niſi manifeſtè appareat eum deceptum eſſe: vt ff. eo. l. ſi-
cut §. non videtur. Item videtur conſenſiſſe, ſi cum pignus di-
ſtrahebatur, programmate eſt admonitus, vt exequatur ius
ſuum, nec fecit: vt j. eo. l. ſi eo. Quid ſi dubium eſt an ſciat, vel
neſciat ius ſuũ vbiq; durare? Reſpondeo, veriſimile eſt quòd
ſciat : niſi in duobus caſibus, in vno libertatis fauore : vt cum
debitor manumittit, ſciẽte creditore. In altero priuilegio fiſci,
vt cũ fiſcus vẽdidit rem alij obligatam creditore tacẽte. Nam
fiſcalis haſtæ fides facilè non debet conuelli: vt j. eo d. l. j. & l. ſi
hypothecas. Itẽ tollitur pignus quacunque ratione extincto
debito principali, vel ipſo iure, vel per ſolutionem, vel acce-
ptilationem, vel aquilianam ſtipulationem, vel ſimilia, vel per
exceptionem: vt iureiurando, vel re iudicata. Secùs, ſi debitum
tollatur præſcriptione xxx. anno. vt ff. eod. l. ſoluitur. §. vlt.
& l. item liberatur, primo reſponſo. & j. de luitio. pign. l. ij.

ANNOTATIO.

a Pignoris obligationem. Adde Barto. & Docto. in l. ſoluitur ff. qui mo. pign. ſol. & in l. debitum. C. de remiſ. pign. do. Alexan. & Doct. in l. ſin. §. exceptis. C. Qui pot. in pig. habe.

Etiam ob chirographariam pecuniam pi- gnus teneri. *Rubrica.*

1 *Pignus poſſe à creditore retineri etiam pro debito chirographario, pro quo non erat obligatũ tale pignus, & an id ſit perpetuum, nu. 3.*

2 *Legem totam cenſeri generalem, cuius initium eſt generale,*

DICTVM eſt ſuprà ſoluta pecunia diſſolui obli-
gationem, ideóque ceſſare hypothecariam actio-
nem: ſed licet ceſſet hypothecaria, non tamen ceſ-
ſat retentio pignoris ſicut præſens rubrica indi-
1 cat. Ait † enim, etiam ob chirographariam pecuniã pignus re-
tineri quaſi diceret non ſolùm retinetur propter eam, pro qua
eſt obligatum, ſed etiam ob chirographariam, id eſt, eam quæ
debetur ſine pignoris obligatione, cuius probatio chirogra-
pho continetur. Quid ſi non contineatur? idem dico, quia in
textu generaliter ſit reſponſio pignus poſſe retineri ob eam
2 pecuniam, quæ ſine pignore debetur. † Si enim initium legis
generale eſt, lex tota generalis eſt : vt ff. de iur. & fac. igno. l.
regula. §. vltim. & quandoque finis generalior eſt principio:
vt ibidem innuitur, hoc ita in debitu chirographario, præter-
quàm in vſuris: vt ſ. de vſuris. l. per retentionem. vel ibi in vſu-
ris tantum erat naturalis obligatio: hic autem chirographa-

rium debitum ciuili, & naturali iure erat debitum. Item † hoc
in debitore, & creditore: emptor enim rei obligatæ, item ſe-
cundus creditor eam ſolam tenentur afferre pecuniam, quæ
ſub pignore debetur. Porrò vbi debitor delegauit emptorem
pignoris creditori nouandi animo, pignus intercidit ſublata
perſonali actione: niſi repetitum ſit pignus in Aquilianam ſti-
pulationem. In Aquilianam autem ſtipulationem certum eſt
illud ſolùm venire, quod in ea comprehēſum eſt: vt j. eo. l. vna.
Illud non diſtinguo, quod quidam iudicantes diſtinxerunt in
pecunia pro qua nõ eſt obligatum pignus, ſit debita cauſa mu
tui, an aliunde. Nam exempli cauſa ponitur in lege de mutua
a imo nomine pecuniæ omnis res [a] intelligetur: vt ff. de verb. ſi-
gnif. l. iiij. & l. pecuniæ nomine. & l. pecuniæ verbum.

ANNOTATIO.

a Omnis res. Adde Barba. in l. prima. §. an poteſt. ff de conſtit. pecu. & in l. quiſquis. de legat. tertio. Doct. in l. talis. in prin. ff. de leg. primo. domin. Alexan. in l. ſingularis ff. ſi cert. pet. & ibi Bart. & Doct. qui multa de pecuniæ appellatione diſſeruerunt.

De diſtractione pignorum. *Rubrica.*

1 *Pignus diſtrahere quis poſſit, & quando.*
2 *Solutum creditori quando dicatur, vt ita impediatur pignoris diſtractio.*
3 *Pignoris venditio quomodo ſit per creditorem facienda, & n. 6.*
4 *Creditor, qui conuenit cum debitore ne venderet pignus an, & quomodo poſſit non obſtante pacto vendere.*
5 *Pignoris venditionis effectus quis ſit, & num. 7.*

NON celebrata ſolutione, nec eo interueniente,
quod habeatur pro ſolutione, pignus expedit di-
ſtrahere. Videamus ergo quis poſſit diſtrahere,
1 quando, qualiter, & quis ſit effectus. † Diſtrahit
creditor pignora ſibi obligata, vel omnia, vel quæ velit. Item
hæres eius: vt ff. eod. l. creditoris non ſoluta pecunia in totum.
Nam ſi modicum quid reſtet, creditor non amittit facultatem
2 diſtrahendi: vt j. eod. l. quandiu. & videtur † ſolutum eſſe cre-
ditori, ſi ex fructibus rei debitum proſequutus eſt: vt j. eod. l. j.
Item ſi ſtat per eum, quo minus ei ſoluatur, debitore ſibi offe-
rente pecuniam, & eo non accipiente, conſignante, & depo-
nente: vel fortè ſola oblatio ſufficiet ſine conſignatione ad
impediendam diſtractionem: vt j. eodem. l. ſi prius. Si autem
quæſtio eſt de debito inter creditorem & debitorem, & debi-
tor dicat ſe paratum eſſe ſoluere, quod debet, interim impedi-
tur diſtractio re iudice cognoſcente de quæſtione debiti: vt
3 j. eod. l. ſi reſiduum. † In venditione autem facienda creditor
debet notificare debitori, & quandocunque licet, teſtato di-
cere debet. Facit autem venditionem creditor ex pacto ob-
ſeruatis quæ conuenit, ſiue in tempore, ſiue in loco, ſiue in cer-
4 ta perſona, cui voluit diſtrahi, vel in aliis. Si tamen † conue-
nerit creditor cum debitore, ne diſtrahat, nihilominus credi-
tor vendere poteſt, ſi tamen ter denuntiauerit debitori, vt ſol-
uat, & ceſſauit, alioquin furti tenetur: vt ff. de pigno. act. l. ſi
conuenerit. Eſt autem illa trina denuntiatio facienda: & poſt-
ea neceſſarium eſt labi biennium: ſicut multo magis vbi cre-
ditor non conuenit de diſtrahendo, vel non diſtrahendo: ſed
vbi nihil conuenit, ſufficit vna denuntiatio: poſtea elapſo
biennio, fieri poterit venditio: vt j. de iure don. impe. l. vlti. §. j.
5 & ij. † Venditionis effectus maximus eſt: quia ſi fiat vendi-
tio de iure, & non per diſſimulationem, poſteà non reſcinde-
tur, vel ab eo creditore, licet non teneatur de euictione: vt ff.
eodem. l. etſi is. vel à debitore, quia tranſit eum eſt dominium
in emptorem per venditorem creditoris, & traditionem: vt In-
6 ſtit. quib. alie. licet, vel non. † Traditio enim eſt neceſſaria va-
cuæ poſſeſſionis, vt j. eo. l. qui prædium. & ff. eo. l. pen. in fi. Vbi
autem creditor per ſuppoſitã perſonam rem aliã emit, perin-
de eſt, ac ſi non vendiderit: vt j. eod. l. & qui ſub imagine. Item
7 hoc, quando † vendidit creditor ex volũtate, ſi enim ex neceſ-
ſitate fideiuſſori conuento vẽdat pignora, nihilominus facul-
tas eſt debitori, & ſecundo creditori, recuperandi pignus, red-
dito fideiuſſori quod ſoluit pro debito: vt ff. eo. l. ij. Item & vbi
creditor ſecundus emit à priore, quia non tã acquirendi domi
nij cauſa, quàm cauſa ſeruãdi ſui pignoris intelligitur pecuniã
dediſſe. Offerri enim à debitore poteſt: vt ff. eo. l. cũ poſterior.
In caſibus etiã ſpeciale eſt, vt reſcindatur venditio ratione pa
cti: vt ſi pactus eſt creditor cũ emptore, vt reddita ei pecunia
à debitore recipiat hypothecam. Habet enim debitor actio-
nem in factum cõtra emptorem ex eo pacto. Item & ratione
ætatis debitoris, vel iuſtæ abſentiæ, reſtituitur in integrum de-
bitor, vt reſcindat venditionem: vt ff. eo. l. ſi creditor. § illud. &
de pigno. actio. l. ſi cum venderet.

Debitorem venditionem pignorum impedire non poſſe. *Rubrica.*

1 *Pignoris venditio nullo modo impediri poteſt.*
2 *Oblationis effectus.*

QVOD traditur in rubrica, ex duarum legum
1 tex. declaratur, nam † neque inter viuos denun-
tiando alicui ne emat, neque in vltima voluntate
dicendo quòd alicui non obligauit prædia, debi-
tor poteſt impedire venditionem pignoris: cùm creditor ha-
bet diſtrahendi poteſtatem, vel ex pacto, vel ex lege. neque em-
2 ptor fit malæfidei propter denuntiationem. † Oblatio planè
pecuniæ debitæ cum vſuris, & creditore non accipiente, facta
conſignatione, impedit venditionem: vt j. eo. l. j. & ij.

Si vendito pignore, agatur. *Rubrica.*

1 *Pignore vendito per creditorem non iure, an, & quatenus poſſit debitor illud vendicare ab emptore, & quid ſi venditum ſit iure, minori tamen pretio gratia, vel dolo. nu. 2.*
3 *Pignoris emptor, qui mala fide emit à creditore, an repellat debitorem vendicantem pignus, ſi velit ſupplere iuſtũ pretiũ.*

CONTINGIT ſæpe vendito pignore agi,
1 ideóque ponit ſi vendito pignore agatur. † Scien-
dum itaque eſt, quòd vendito pignore non iure
rei vendicatio cum effectu intentatur contra em-
ptorem: vt tamen debitor, qui agit, ſubmoueatur doli exceptio
ne ab emptore: niſi reſtituat ei pecuniam, quam ſoluit e-
ius creditori, & vſuras, compenſatis fructibus cum vſuris
vſque ad concurrentem quantitatem: vt ff. de rei vend. l. em-
ptor. Si autem venditor vſuceperit, debitor conueniat cre-
ditorem ad pretium pignoratitia actione vt j. eod. l. ij. Si verò
2 † iure ſit facta venditio, ſed minori pretio, vel gratia, vel dolo,
debet debitor primò conuenire creditorẽ pignoratitia actio-
ne. Si autem ipſe non ſit ſoluendo, conueniet emptorem, vel
vtili rei vẽdicatione, vel interdicto fraudatorio, vel iudicis of
ficio, impetrata in integrum reſtitutione, vt neceſſe habeat re-
ſtituere rem emptam: ſi tamẽ ipſe participauerit cum credito-
re fraudem. Alioquin non eſſet conueniendus. In reſtitutione
autem rei facienda oportet debitorem offerre pecuniam cum
vſuris, & fructuum, & damni ratio eſt habenda: vt j. eo. l. j. & l.
3 iij. & l. iiij. & l. vi. & ar. ff. de ſol. l. pupilli. † Quæret aliquis, nũ-
quid malæfidei emptor repellet debitorẽ ſi velit ſupplere iu-
ſtum pretiũ? Dicũt quidã, quod ſic, arg. ff. man. l. diligẽter. Sed
puto contrariũ: tum quia ille, qui vendidit, non erat dominus,
tum quia vterque laborauit in dolo. Superioribus tamen vi-
deretur contrariũ quod dicitur ſ. de præſcrip. xxx. an. l. j. ma-
læfidei emptoribus pretium non oportere reſtitui. Sed certè
illud obtinet, cùm dolus emptoris dedit cauſam cõtractui, vel
conuentio ipſo iure fuit nulla: erat enim prohibita per legem.

De luitione pignoris. *Rubrica.*

1 *Luitionis modi.*
2 *Hypothecaria quando, an non præiudicetur.*

PIGNO

PIGNORIS diſtractio impeditur per eius lu-
tionem, vel liberationem, ideóq; ponit de ea. Vi-
dendum eſt enim qualiter luitio pignoris fiat: &
1 † certè fit per ſolutionem, vel per ſatisfactionem
totius debiti: vt j. eod. l. j. & vlt. Idem eſt & ſi quoquo modo
tollatur perſonalis, & principalis obligatio: ſi tamen tollatur
ipſo iure, & cum effectu, vt per cōfuſionem, vel ſucceſsionem.
2 Nam vbi tollitur ipſo iure, ſed non cum effectu, non † præiu-
dicatur in hypothecaria: vt ff. ad Trebel. l. debitor. & de excep.
rei iudic. l. penult. §. Latinus. Vbi verò actio principalis tolli-
tur per exceptionem ſiue præſcriptionem xxx. ann. nihilomi-
nus durat hypothecaria vſque ad xl. annos, vt j. eodem. l. ij.
De diſſolutione autem pignoris obligationis plenius diximus
ſuprà de remiſsione pignoris.

Si vnus ex pluribus hæredibus creditoris, vel debitoris partem ſuam debiti ſoluerit, vel acceperit. *Rubrica.*

1 *Cohæredis factum alijs non obeſſe.*
2 *Hæredum vno ſoluente pignus adhuc vendi poſſe.*

1 LICET † vnus ex hæredibus creditoris partem
debiti accipiat, non tamen præiudicatur cæteris
quominus quilibet hæredum pignus poſsit inſo-
a lidum vendicare [a]. licet enim perſonalis actio in-
ter eos diuidatur pro hæreditaria portione, non tamen eſt ita
in hypothecaria: vt j. eod. l. j. & ij. Item eſt in hæredibus debi-
2 toris, † vt non proſit cæteris vno ſoluente, quominus credi-
tor pignus diſtrahat, & inſolidum: vt ff. famil. erciſcund. l. hæ-
redes. §. idem iuris. & §. idem obſeruatur.

ANNOTATIO.

a Vendicare. Adde Bart. in l. iii. §. fin. qui poti. in pig. ha. doct. in l. credi-
tor. §. primo. eodem titulo. & in l. quandiu. C. de diſtract. pigno. vbi de
materia copioſè.

Si pignoris conuentionem numeratio pecuniæ ſequuta non ſit. *Rubrica.*

1 *Actioni perſonali in non nu pec. locum eſſe.*

1 QVÆCVNQVE diximus † in exceptione non
numeratæ pecuniæ, vbi agitur perſonali actione ad
id petendum quod non eſt numeratum, eadem &
hic repete, ſi agatur hypothecaria.

De iure dominij impetrando. *Rubrica.*

1 *Creditori, qui non inuenit emptorem pignoris poſt tempus con-ſtitutum ad illud vendendum, qua ratione conſulatur.*
2 *Debitori quomodo & intra quantum tempus permiſſum ſit re-cuperare pignus à creditore iure venditum.*
3 *Pignore iure dominij addicto creditori, ſi plus vel minus inue-niatur in pignore, quàm ſit debitum, qua ratione conſulatur debitori, vel creditori.*
4 *Creditorem non poſſe impetrare, vt liceat ei iure dominij poſ-ſidere omnia bona debitoris.*

DIXIMVS ſ. quòd licet creditori pignus vende-
re vel ex pacto, vel ex lege elapſo biennio, ſed quia
1 fieri poteſt, quòd † nemo velit rem comparare, &
neceſſarium eſt creditori ſaltem iure dominij ea
poſsidere, conſulitur creditori ex quadam benignitate, vt de-
nuntiet debitori poſt biennium, ſi præſens eſt debitor, vel ſi
abſens eſt, adeat creditor iudicem, & exponat ei denuntiatio-
nem factam. Ipſe etiam iudex per apparitores debet manife-
ſtare debitori (ſi poteſt) quòd creditor vult iure dominij pi-
gnus poſsidere, & ei debet ſtatuere tempus intra quod ſoluat
pecuniā creditori. Item & eo non inuento, nihilominus defi-
niat tempus, intra quod pecunia ſoluatur, & pignus liberetur:
non ſoluta autem pecunia ad tēpus, poteſt creditor adire prin-
cipem, vt ei cōcedat rem eandem iure dominij poſsidere: ſicq;
2 habebit eam in ſuo dominio. Debitori † tamen pietatis intui-
tu permittitur poſteà intra biennium ex die ſacri oraculi nu-
merandum regreſſus in rem ſuam: & licet ei auferre creditori
iam facto domino, debitum cum vſuris, & damnis, vitio eius
creditori illatis, quorum quantitatem creditor ſuo iuramento
debet manifeſtare. Si autem biennium eſt elapſum, pleniſsimè
habeat rem creditor, idémque dominus iam irreuocabilem fa-
3 ctam, & ſi † quidem minus in pignore, plus autem in debito
inueniatur, remanet actio creditori integra in hoc quod no-
ſcitur abundare. [Secus eſt in pignore quod à iudice in cauſa
iudicati capitur: vt ff. de re iudic. l. à diuo Pio. §. ſi pignora. ſed
idem videtur etiam in eo pignore: vt C. ſi in cauſa iud. l. vlti. Si
autem ex vtraq; parte debita quantitas æqua inueniatur, in-
dubitāter creditor retinebit rem. Si vero minus eſt in debito,
quàm in pretio rei, debitori remanet actio pro eo quod exce-
dit. & ne ex communione ſit inter eos diſcordia, licet credi-
tori æſtimationem ſuperflui debitori offerre. Si autem ſuper
pretio fuerit dubitatio, iudex ſuo arbitrio debet hanc quæ-
4 ſtionem definire: vt infrà eodem. l. vltima. † Illud notandum
eſt, quod licet creditori permittatur impetrare, vt iure domi-
nij poſsideat rem vnam ſibi obligatam, non tamen permitti-
tur ei generaliter hoc impetrare de omnibus bonis debitoris:
vt infrà eodem. l. j. Item notandum eſt, quòd ſi creditor poſt-
quàm impetrauit rem iure dominij poſsidere, vſuras accepit à
debitore. priuilegio ſuo videtur renuntiaſſe: vt infrà eodem.
l. ij. Item notandum eſt, quòd ſi res, quam iure dominij poſ-
ſidere impetrauit, poſteà euincatur vtili actione ex empto,
experiar contra debitorem: vt ff. de pignor. actio. l. eleganter.

De pactis pignorum, & de lege commiſſoria in pignoribus reſcindenda. *Rubrica.*

1 *Pacta pignoribus adiecta quæ ſint vtilia, quæ item inutilia, & num. 3.*
2 *Pactum legis commiſſoriæ non valere in pignoribus, & quale ſit illud.*
4 *Pactum legis commiſſoriæ valere inter debitorem & fideiuſſo-rem eius.*

QVIA in pignorum datione & diſtractione pacta
1 apponuntur: ideo de eis intendit tractare. † Scien-
dum eſt itaque, quòd eorum pactorum quædam
vtilia ſunt, quædam inutilia. Vtilia quidem ſunt
multa: puta, quæ adhibentur, vt creditori certo modo, vel lo-
co, vel tempore, diſtrahere liceat, vt diximus ſuprà titulo pro-
ximo. & de diſtra. pigno. vel vt pignore maiori pretio diſtra-
cto, ſi quid ex eo fuerit cōparatum, ſit debitoris: vel ſit ei obli-
gatum vt pignus: vt ſuprà de diſtra. pigno. l. vltima. Item & il-
lud pactum tenet, vt non ſoluta pecunia ad diem pro iuſto
pretio tunc æſtimando, rem poſsideat: vt ff. de pignor. ſi fun-
dus. §. vlti. Sed ſi cōuenerit vt amiſsio pignorum liberet debi-
torem, valet pactum: vt ſuprà de pignor. actio. l. quæ fortuitis.
Sunt & alia pacta quæ apponuntur à creditore in diſtractio-
2 ne, & valent vt diximus ſuprà, de diſtractio. pigno. † Inutilia
a ſunt [a] pacta legis commiſſoriæ in pignoribus, quæ eſt, vt non
ſoluta pecunia ad diem, res ſiat creditoris: quaſi ſibi vēdita: vt
3 infrà eodem. l. j. Item † & ſi debitor promiſit ſe daturum in-
ſolutum: vt ff. de ſolutio. l. Calipodius. vel ſic conuenit debitor
vt non liceat ei pignus luere, vel in perpetuum, vel ante diem
ſolutioni præfixam. Nec enim eſt aliqua vis huiuſmodi con-
uentionis, quia ſimilia ſunt iſta pacta pacto legis commiſſo-
riæ, vt ff. de precario l. cum precario. In fideiuſſore tamen re-
4 perio, quòd † ſi debitor ei promiſit ſe eum liberaturum intra
triennium, & ſi non fecerit, & fideiuſſor ſoluerit creditori,
habeat ea prædia empta, quæ creditori erant obligata pro ea

pecunia, quam ſoluit, pactum tenet: vt ff. de contrahend. empt. l. vlt. Illud idem pactum non tenet, vt debitori non liceat vendere: vt ff. de diſtract. pignor. l. ſi creditor. §. vlt.

ANNOTATIO.

• Inutilia ſunt. Vide ad hoc Bart. in l. quamuis. ff. de ſolutio. & in l. ſi ex cautione. C. de non num. pecu. Bald. in cap. primo. verſi. ſed pone quod pactum, de feu. da. & in l. conſuetudinis verſi. tertio debent. C. quæ ſit longa conſuet. do. Alexan. in l. j. ff. de leg. commiſ. do. Bartho. Socin. in l. qui Romæ. ff. de verb. obliga. nu. xv. d. Chriſto. Porcum & ibi Ia. in addi. in §. venditæ. numero xv. Inſtitut. de rerum diuiſ. Canoni. in c. ſignificante. de pigno.

De exceptionibus, ſiue præſcriptionibus. *Rub.*

1 *Exceptio quid ſit.*
2 *Exceptionum alias eſſe perpetuas & peremptorias, alias temporales, & dilatorias.*
3 *Exceptiones quæ ſint, de quibus dubitatur temporales ſint, an perpetuæ: & qua ratione dubitetur.*
4 *Exceptionum quaſdam eſſe odioſas, quaſdã fauorabiles. Item aliquas inductas eſſe ad rigorem iuris conſeruandum, aliquas propter cauſam à naturali æquitate non abhorrentem.*
5 *Exceptionum alias eſſe in rem, alias in perſonam.*
6 *Exceptiones dilatoriæ quando opponi debeant, & quando probari.*
7 *Exceptio declinatoria iudicij quando opponi poſſit.*
8 *Exceptiones perpetuæ & peremptoriæ quando opponantur.*
9 *Exceptiones à quibus opponi poſſint.*

DICTVM eſt in ſuperioribus de actionibus quibus actores armantur: nũc dicamus de exceptionibus, quibus rei vallantur. Vel aliter ſ. de actionibus, quibus rei impugnantur: nunc de exceptionibus quibus actores repelluntur vel aliter ſ. de except. in quadam ſpecie, id eſt, de temporalibus præſcriptionibus: nunc generaliter dicamus de præſcriptionibus & exceptionibus: & maximè quia exceptiones loco actionum ſunt. Nam qui excipit agere (quantùm ad onus probationis) videtur: vt ff. eo. l. j. Item quia eis defendimur, & iuuamur, vt per actiones: vt Inſtit. eod. in princip. Videndum ergò quid ſit exceptio, quæ ſit exceptionum diuiſio, quando, qualiter, & à quibus opponantur.
1 † Eſt autem ſciendum quòd exceptio quandoque ponitur largè, quandoque ponitur ſtrictè. Largè ponitur pro omni defenſione, quæ reo competit, etiamſi nulla actori competat actio: & tunc quidam vocãt eam exceptionem facti: vt ſi dicat quis, ſolue x. quæ tibi credidi, ego dico, non credidiſti, vel dico me ſoluiſſe, ſed ego commodioribus verbis dico eam exceptionem intentionis. Item largè dicitur exceptio etiam replicatio, quæ datur creditori: vt ff. eod. l. ij. §. j. Strictè verò ponitur, & propriè pro ea defenſione quæ competit reo contra actionem competentem in eum. Sic ergò dicetur exceptio, actionis excluſio, & ſumitur vtraque exceptio: vt ff. eodem. l. ij. §. j. reſp. & §. replicationes.
2 † Diuiduntur autem exceptiones: quia aliæ ſunt perpetuæ & peremptoriæ, aliæ temporales & dilatoriæ. Perpetuæ ſunt & peremptoriæ, quæ ſemper agentibus obſtant, & rem de qua agitur perimunt: qualis eſt exceptio doli mali, & quod metus cauſa, & pacti, cum conuenerit, ne omnino pecunia petatur. Nam ſi conuenerit, ne petatur intra tempus, temporalis erit exceptio, & dilatoria: quia, finito tempore, non impeditur actor rem exequi: vt Inſtit. eod. §. appellantur.
3 † De quibuſdam tamen exceptionibus dubitatur an ſint temporales, an perpetuæ, quod quidam dicunt in exceptione non numeratæ pecuniæ: quam dicunt anomalam eſſe. Sed ego non dico eam anomalam eſſe ob hoc quòd ſit incertum: vtrùm ſit perpetua, an temporalis, certus enim ſum eam eſſe temporalem: extenditur enim in xxx. dies, quandoq; in biennium. Similiter etiam dico in exceptione non numeratæ dotis. cuius varia ſunt tempora: vt notauimus ſ. de non nu. pe. & de dote cau. non num. ob hoc tamen dici poteſt anomala eſſe: quia licet aliàs, qui excipit, probet: vt ff. de probat. l. in exceptionibus: hic tamen probat ille, qui petit: vt ſ. de non nu. pecu. l. iij. Item dubitari poteſt de exceptione quadam ratione futuri facti, vel accidentiæ: vt ff. de condit. inde. l. ſufficit. Sed & ratione iuris dubitari poteſt de illa exceptione, quã quis habet, vt condemnetur inquantum facere poteſt. Sed mihi videtur magis eam eſſe temporalem: nam ſi ſoluatur, repeti non poteſt: vt ff. de cond. inde. l. nam & maritus. quod fieret, ſi eſſet perpetua, cum ſit fauorabilis: vt ff. de condic. l. inde. qui exceptionem. & bene poteſt eſſe, quòd perueniet ipſe ad meliorem fortunam, vel hæres eius, vel heres hæredis, & ſic in infinitum. Non enim omnes ſucceſſores ſemper erunt egentes: nec eſt hoc veriſimile. plerumq; enim ſic accidit: vt ſ. arbi. tut. l. ſi defunctus.
4 † Item exceptionum aliæ ſunt odioſæ, vt Macedoniani. Aliæ fauorabiles, vt Vellęani. Aliæ inductæ ad rigorem iuris conſeruandum, vt rei iudicatæ: vt notauimus ſ. de cond. inde. vel propter cauſam à naturali æquitate nõ abhorrente: vt nõ numeratæ pecuniæ, & metus, & doli, & rei litigioſę, & trãſactionis, & pactionis expreſſæ, vel tacitæ, & erroris, vel ignorantiæ, & præſcriptionis temporalis, & ætatis, & militiæ & ſimilium, ſicut quilibet in ſuis tractatibus poteſt conſyderare.
5 † Item exceptionum aliæ ſunt in rem, vt quæ competũt alicui, & iis qui cõueniuntur ex perſona ſua. Aliæ ſunt in perſonam, vt quæ non tranſeunt ad alium, & quam habet quis vt condemnetur inquantum facere poteſt, & pacti perſonalis, vt ff. eod. l. exceptiones. ij.
6 † Opponuntur exceptiones dilatoriæ in principio litis: probantur verò poſtea quàm actor monſtrauerit quod aſſerit: vt ff. de proba. l. exceptionem. Hoc in dilatoriis exceptionibus, quæ ſunt dilatoriæ ſolutionis: nam
7 † exceptio fori quæ declinatoria eſt iudicij, ſi quidem neſciat aliquis eam ſibi competere, quandocunque poteſt opponi etiam poſt ſententiam, quia ſententia à non ſuo iudice dicta, neminem tenet: vt habuimus ſ. ſi à non competen. iudi. Si verò quis ſciat eam ſibi competere, debet eam opponere in principio & probare: vt j. eodem, l. vltim. Aduocatus autem, qui prætermiſſam dilatoriam exceptionem poſteà inſtat opponere, mulctatur in vnam libram auri: vt j. eodem, l. penul. Quod dixi in exceptione fori prætermiſſa ab ignorante, ſeruatur in exceptione falſi procuratoris: quia per eam dicitur iudicium retrò nullum fuiſſe, vnde & dici poteſt quòd ante litem opponatur: vt ſuprà. de procura. l. licet.
8 † Perpetuæ autem & peremptoriæ exceptiones opponuntur à reo quandocunque ipſe conuenìatur: etiamſi per mille annos ſteterit actor, quòd non conuenit eum, nec enim eſt de poteſtate rei, quãdo conueniatur: vt ff. de doli exceptio. l. purè. §. vltim. Et opponuntur à reo quandocunque ante ſententiam, ſed non poſteà: niſi in caſibus ſpecialibus, vt habui-
9 mus, & notauimus ſ. ſent. reſcin. non poſſ. † Opponuntur exceptiones à reis, & eorum hæredibus, & fideiuſſoribus: niſi ſint perſonales: vt dictum eſt. Non autem tranſeunt ab vno fideiuſſore in alium: vt ff. de fideiuſſ. amiſſi. §. vltimo. Præter hæc notandum eſt, quòd omnis exceptio ſua nititur ęquitate, vt notari poteſt Inſtitut. eod. titu. & hoc probat tex. in l. ij. ff. de dol. mal. & met. excep. Dicitur enim in qualibet exceptione, ſed quia iniquum eſt eum condemnari, &c. & ſic dicitur in vacationibus munerum: vt ff. de vaca. mu. l. j.

De litigioſis. *Rubrica.*

1 *Litigioſa res quæ dicatur.*
2 *Litigioſi vitium an locum habeat in rebus incorporalibus.*
3 *Litigioſam rem ementis pœna qualis olim fuerit: & qualis ſit hodie pœna dantis & accipientis, nu. 4.*
5 *Litigioſam rem quibus caſibus lex permittat alienare.*
6 *Litigioſa re alienata inter viuos per actorem, quid iuris ſit.*

DICTVM eſt ſuprà de exceptionibus in genere, nunc autem ponit in ſpecie de ea exceptione, quæ propter contractum ſuper re litigioſa initum competit. Videamus ergo, quæ res dicatur litigioſa, & quæ ſit pœna ementis, vel ex alio titulo accipientis rem litigioſam, & quæ ſit pœna tradentis.

Eſt

1 † Eſt anté res litigioſa mobilis,vel immobilis , vel.ſe mouẽs de
cuius dominio cauſa mouetur inter petitorem & poſſeſſorem,
aut per iudiciariam conuẽtionem,aut per preces principi obla-
tas,& iudici inſinuatas : ac per eum aduerſario interpellatoris
cognitas:vt in auth.de litig.j.reſponſo. Quod dicitur in do-
minio, ſubaudio & in quaſi dominio : vt ſi agat quis publi-
ciana actione. Nam ipſe dominus eſt de iure prætorio , vnde
permittitur ei rem vendicare : vt Inſtitut.de actio.§.alie. Item
quod dicit cauſam moueri,non eſt intelligendum , quòd ne-
ceſſaria ſit litis conteſtatio,vt dicatur res litigioſa.ſtatim enim
reſtringit verbum cùm dicit, iudiciaria conuentione ,& cum
ſubiicit de inſinuatione precum. Eſt ergo neceſſarium eo
dari libellum, & inſinuari petitionem,ſed non exigitur litis
2 conteſtatio,licet multi dixerint contrarium. Item † quod di-
cit inter petitorem , & poſſeſſorem , notat hunc titulum &
pœnam litigioſi locum habere in rebus corporalibus tan-
tùm : ſicut & verba authenticorum dicunt in princip.res mo-
bilis, &cæ. Placen. tamen idem intellexit & in incorporali-
bus, quòd ſatis dici poſſet per vetera iura : vt innuitur j. co-
dem, l.ij.& vltima.ſed tamen per authent.videtur hodie con-
trarium.[Mihi tamen tutius videtur non ſeruari vetera iura,
cùm non ſint correcta.] Vbi verò agitur ſuper re corporali
hypothecaria actione,non eſt ideo res litigioſa:vt in authent.
eod.§.ab hoc.Item & ſimplex interdictio rei non facit rem li-
3 tigioſam:vt infrà eodem,l.j. & ff.eod. l.j.in princip. † Pœna
autem ementis rem litigioſam hæc erat iure veteri:quia ſi pe-
tat eã rem ab eo,qui mouit litem,datur cõtra eum,& eius hæ-
redem exceptio: ſi tamen emptor ſciebat litigium cùm emit
per ſe. nam ſi emit per alium, eius ſcientia debet conſiderari,
diſtinctione tamen adhibita , quæ adhibetur, cùm quis emit
per alium rem morboſam, vel vitioſam : vt notauimus ſuprà
de ædilit.actio. Item & vbi aliquis emit ab eo , qui non pa-
tiebatur litem, ſubuenitur emptori:vt ff.eodẽ,l.j.§.primo. Si
tamen cum tutore,vel curatore,vel procuratore,alicuius iudi-
cium cœptum ſit,conſequens eſt dicere quaſi cum ipſo litige
tur ita ad eũ exceptionem pertinere:vt in eo.§.continetur. In
caſu tamen iure veteri imponitur pœna alienanti rem litigio-
ſam:vt ecce,ſi ille cui fiebat controuerſia,rem de qua contro-
uerſia eſt,in ſacrum dedicauerit:punitur enim duplici pœna,
quòd præſtat aduerſario,vt id veluti ſolatium habeat pro eo,
quod potentiori aduerſario traditum eſt: vt ff.eodem,l.vltim.
4 Hodie † verò & danti & accipienti aliæ imponuntur pœnæ:
ille enim qui accepit emptionis vel donationis titulo, vel ex
quolibet alio contractu rem litigioſam,ſiquidem ſciebat rem
litigioſam,non tantùm cogitur rem redhibere,ſed etiam pri-
uatur pretio quod neceſſe habet dare fiſco. nec enim cedit lu-
cro alienantis : imò ipſe tantundem de ſuo neceſſe habet fiſco
præſtare.Si antẽ ille,qui accepit, ignorat rem litigioſam, red-
hibitio quidem rei fit omnino , & ei pretium reſtituitur: vel
ipſe ab eo liberatur. Item tertiam partem eius pretij recipere
debet à vẽditore,quia decepit eum.debuit enim ei manifeſta-
re rem in lite eſſe, & venditor aliàs duas partes neceſſe habe-
bit fiſco præſtare.Et habebit locum hæc pœna etiam in do-
nationibus, vt vera æſtimatione facta, cùm pretij datio non
5 eſt,rem ad alium transferens , mulctetur. † In caſibus tamen
reo permittit lex alienare rem litigioſam,hoc eſt titulo dotis,
vel donationis ante nuptias,vel tranſactionis,vel per diuiſio-
nem rerum hæreditariarum, vel per legatum : vt infrà eodem,
l.vltim.authenti.tamen corrigit in legato , & præcipit vt hæ-
res legantis perficiat litem:& ſiquidem vicerit rem ipſam, cu-
ius dominus eſſe apparet, legatario præſtet. Si autem ſuccu-
buerit,nihil habebit legatarius,cùm litis euentus ei videatur
relictus:ergo & liti poterit adeſſe,ne colludatur:vt in authen.
de litig.§.j.ſed per legem Iuſtiniani infrà eod.l.vltim.legata-
rius peragebat litem. [Per legem autem veterem ante Iuſti-
nianum hæres tantum peragebat litem.] Sed legatarius ha-
bebit litis æſtimationem,quicquid acciderit de cauſa : vt infrà
eodem,l.quicunque.Nec diſtinguitur in prædicta authentic.
6 an legauerit actor, vel reus rem litigioſam [† Quid autem
iuris erit actore aliquo titu.alienante rem litigioſam inter vi-
uos?& certè rei redhibitio indiſtinctè facienda eſt,& lis pera-
genda:quaſi nihil actum ſit:vt infrà eodem,l.ij.& puto, quòd
eadem pœna locum habet actore alienãte,quæ locum habet
reo alienante,de quo ſuprà plenè dictum eſt. Illud certum
eſt,quòd cùm (ſecundum me) locum habeat iſte titulus in re-
bus corporalibus tantùm non poteſt opponi,quod aliàs ha-
buimus,ſ.ne liceat potentioribus.l.vlti.ſcilicet actionem amit
ti,quæ ceditur potentiori.Ille enim titulus locum habet in cor
poralibus tantum.

De contrahenda & committenda ſtipulatione. *Rubrica.*

1 *Stipulatio quid ſit,& vnde dicatur.*
2 *Stipulatio per quæ verba contrahatur.& nu.4*
3 *Verborum obligatio quid ſit.*
5 *Stipulationem non aliter valere,niſi præcedat interrogatio, & ſequatur reſponſio.*
6 *Reſponſionem incontinenti eſſe faciendam in ſtipulatione, quomodo ſit intelligendum : atque ibi quomodo ſit facienda reſponſio,vt ſtipulatio valeat.*
7 *Stipulationem non aliter valere, quam ſi reſpondeatur præciſè ſine voluntatis ſuſpenſione.*
8 *Stipulatio inter quas perſonas contrahi poſsit.*
9 *Stipulationum aliam eſſe purã,aliam in diẽ,aliã conditionalẽ.*
10 *Stipulatio pura quando committatur.*
11 *Obligatio pura quibus caſibus habeat dilationẽ ex ſua natura.*
12 *Stipulatio,inſulam fieri,quando committatur.*
13 *Stipulatio in diem quando committatur.*
14 *Promittens generaliter ſe calendis daturum,non ſpecificatis calendis,quando teneatur dare.*
15 *Stipulatus ſibi dari certarum nundinarum diebus,quando poſſit agere.*
16 *Promittens ſe daturum hoc anno,quando poſsit conueniri : & quando is,qui promiſit annuum.*
17 *Stipulationes plures an dici debeant,vbi quid promiſſum eſt in ſingulos annos,an verò ſit vna,& quid in legato annuo.*
18 *Stipulatio conditionalis quando committatur.*
19 *Legatum ab hærede relictum,ſi quid non dederit hæres, vel ſi quid non fecerit legatarius,quando peti poſsit.*
20 *Stipulatio,quæ habet diem & conditionem,quando cõmittatur.*
21 *Stipulationem conceptam ſub conditione,quæ omnino extitura eſt,haberi pro pura,quatenus verum ſit.*
22 *Stipulatio,in qua adiicitur conditio de præſenti,vel de præterito,aut ſtatim infirmatur,aut omnino non differtur.*
23 *Stipulationum alias eſſe iudiciales,alias prætorias,alias conuentionales,alias communes.*
24 *Stipulationes iudiciales,quæ dicantur.*
25 *Stipulationes prætoriæ quæ ſint.*
26 *Stipulationes conuentionales,quæ dicantur.*
27 *Stipulationes communes,quæ dicantur.*
28 *Stipulatio interpoſita ſuper cautione de rato, quare dicatur communis.*
29 *Stipulationes,quæ in dando conſiſtunt,quando recipiant diuiſionem,& quando non.*
30 *Stipulationes quæ in faciẽdo conſiſtũt,nõ recipere diuiſionem.*
31 *Facta cuiuſmodi recipiunt diuiſionem.*
32 *Actiones cuiuſmodi naſcantur ex ſtipulatione.*

EXPEDIVIMVS de exceptionibus, quæ adiuuant reos: reſtat , vt loquamur de ſolutionibus, quæ prorſus liberant. Et quia ſoluitur duobus, modis naturaliter , ſcilicet per numerationem, & non naturaliter, vt per nouationem. dicamus de nouationibus. Et quia nouatio & delegatio fiunt per ſtipulationem,ponamus de contrahenda & committenda ſtipulatione. Et quia ſtipulatio quandoque ſimul contrahitur & committitur,quandoq; contrahitur tantùm,ſed cõmittitur dudum poſteà . & quandoq; etiã nunquam cõmittitur:putà, deficiente conditione:audiamus de contrahenda & cõmittenda ſtipulatione. Videamus itaque quid ſit ſtipulatio , vnde dicatur, qualiter contrahatur,inter quas perſonas,qualiter diſtinguatur,quãdo committatur,qualiter commiſſa purgetur, & quæ

1 actiones proficiſcantur ex ſtipulatione. † Stipulatio eſt ver-
borum conceptio, quibus is qui interrogatur daturum, factu-
rúmve ſe id quod interrogatus eſt, ſpondet: vt ff. de verb. obli.
l. v. §. ſtipulatio. Et dicta eſt ſtipulatio à ſtipulo, quod eſt fir-
mum: & deriuatur à ſtipite: vt Inſtitut. eod. in prin. titu. Et no.
quòd ipſa verborum conceptio ſumit nomen à digniore par-
te ſui: hoc eſt, à ſtipulatione, quæ ponitur pro interrogatione:
vt Inſtitut. quibus modis obli. tol. §. ideo. & hæc eſt eius pro-
pria ſignificatio. quandoque tamen dicitur ſtipulatus ille qui
promittit ſtipulationem paſsiuè ſcilicet: vt ff. de condi. indeb.
2 ſi non ſortem. §. vltimo Et not. quòd ſtipulatio † contrahitur
per verba futuri temporis tantùm. ſic enim dicitur, daturum,
facturum. Si ergo verba præſentis temporis ponantur, nulla
erit ſtipulatio: vt ſi dicat promittis, quod das? vel promittis,
quod do? Sed excipitur in quibuſdam ſtipulationibus. vt in ſti
pulationibus iudicio ſiſti. lex enim interpretatur cum promit-
tere ſe daturum intereſſe, ſi id nõ egerit, vt ille ſtet: vt ff. de ver.
obliga. l. quoties quis. Et idem in ædilitia ſtipulatione, cum
promitto animal eſſe, bibere, vt oportet: vt ff. de euictio. l. ſi ita
quis. & fortè eſt hoc, quia verba infinitiui modi nedum præ-
ſens, ſed etiam futurum reſpiciunt tempus. vnde dicuntur infi-
nitiua: quia omnia indefinitè reſpiciunt tempora. nam & com-
petenter diceretur volui comedere, volo comedere, volam co-
3 medere. Sic ergo rectè definitur ſtipulatio. † Quid autem eſt
verborũ obligatio? dicunt quidam idem. vel (quod verius eſt)
obligatio non eſt ipſa verborum conceptio, ſed ex tali verborũ
4 conceptione naſcitur. † Contrahebatur [olim] ſtipulatio per
talia verba, ſpõdes? ſpondeo. promittis? promitto. dabis? dabo,
facies? faciam, fideiubebis? fideiubeo. Hodie autẽ & ſine ſolen
nibus, vel directis verbis, ſed quibuſcunque conſenſu contra-
hentium compoſitæ ſunt: vtriuſque conſonante intellectu ſuã
habent legibus cognitæ ſtipulationes firmitatem. vt Inſtitut.
eod. §. in hac re. & C. eod. l. omnes. Contrahitur ſtipulatio in
Græca lingua, Latina, Aphricana, Aſſyria, & qualibet alia.
imò & ſi Latinè fiat interrogatio, & reſpondeatur Græcè, vel
è conuerſo tenet ſtipulatio, ita tamen vt vterque linguam alte
rius intelligat, ſiue per ſe, ſiue per verum interpretem: vt ff. eo.
5 l. j. §. vltim. & Inſtitut. eodem. §. vtrum autem. † Illud certum
eſt, quòd in ſtipulatione neceſſaria eſt interrogatio & reſpon-
ſio, & ideo neque mutus, neque ſurdus, neque infans ſtipula-
tionem contrahere poſſunt, nec abſens quidem: quoniã exau-
dire ſe inuicem debent, qui cõtrahunt: vt ff. eod. l. j. primo reſpõ
ſo. Si ergo ille, qui debuit reſpondere, non reſpondeat ver-
bis, ſed ſine verbis annuit capite, vel humeris: nec ciuiliter, nec
naturaliter obligatur, nec fideiuſſor pro eo tenetur: niſi fortè
hoc actum ſit, vt ſaltem pactionis iure obligetur. Sed ſi reſpon
deat quidni? id eſt, cur non? valet ſtipulatio: vt ff. eod. l. j. §. ſi
quis ita. & ff. de acceptilationib. l. an inutilis. j. reſponſ. Item
6 † reſponſio facienda eſt incontinenti, nullo actu alieno inter-
ueniente, modicum enim interuallum, vel aliquod momentũ
naturæ, poteſt interuenire quod contrarium obligationi non
ſit: vt ff. eod. l. j. & §. qui præſens. & l. continuus. primo reſpon-
ſo. & de duobus reis ſtipu. l. duos. §. vltim. Item nec vitiat
reſponſionem appoſitio inutilium. Quid enim ſi ita reſpon-
deas ſtipulanti ſtichum, arma virũmq; cano, ſpondeo? valet ſti-
7 pulatio: vt ff. eod. l. j. quæ extrinſecus. † Item reſponſio fieri
debet præciſè ſine ſuſpenſione voluntatis. Si enim ita reſpon-
deas, promitto, ſi voluero: nulla eſt ſtipulatio. Idẽmq; puto & ſi
dicas, promitto cùm volam. Hoc enim verbum volam, habet
tractum, & variandi dat poteſtatem. Secus ſi dicat, cùm volue-
ro: Tunc enim ſtipulatio tenet, ſi tamen antequam moriatur
conſtituit ſe velle dare: vt ff. eod. l. centeſimis. §. vlti. & l. ſi quis
ſtipulatus. & de actio. & obliga. l. ſub hac conditione. Futurũ
enim ſubiunctiui modi formatur à præterito, quod eſt certum.
Vnde & conditiones de præterito non ſuſpendunt obligatio-
nes: vt Inſtitut. eod. §. conditiones. Futurum autem indicatiui
formatur à tempore præſenti, id eſt, volo quod confuſum tem
pus eſt, & habet ſe ad futurum, & reſpicit præteritum. Vnde li
cere variare quandocunque ante litem conteſtatã, vt in præ-
8 dicta l. ſi quis. † Contrahitur ſtipulatio inter eas perſonas,
quæ aliàs poſſunt obligari, de quibus perſonis diximus ſuprà
de pact. Sed & dicemus infrà de inuti. ſtipula. qualiter ratione

9 perſonarum dicatur inutilis ſtipulatio. † Stipulatio. autem
diuiditur pluribus modis. Nam alia eſt pura, alia in diem, alia
conditionalis. Pura eſt in qua nulla dies, vel cõditio apponi-
tur. In diem, cùm dies apponitur certa vel incerta, duntamen
certum eſt eam venturam. vel ſi in diem mortis meæ tibi pro-
mitto me daturum, vel facturum, vel pridie quàm moriar, vel
poſteaquàm moriturus ero: vt j. eo. l. ſcrupuloſam. & infrà eod.
l. vltima. Olim tamẽ quod erat in facto, non poterat conferri
in tempus mortis: vt ff. eod. l. centeſimis. §. id autem. ſed hodie
contrarium eſt; vt dixi. Vel illud eſt intelligendum in eo fa-
cto, quod non poterat adimpleri per alium, vt vxorem duce-
re. & idem in ſimilibus, argu. ſuprà, de cadu. toll. l. vnic. §. ne
autem. Conditionalis eſt cùm conditio apponitur de futu-
ro, quæ habeat ſe ad vtrumlibet. Illa enim propriè conditio
10 eſt: vt ff. ſi cert. pet. l. ſi ita quæ. † Committitur autem pura ſti-
a pulatio * ſtatim cùm contracta eſt: vnde dicitur ſtatim cedere,
& venire dies eius. vt ff. de verb. ſignific. l. cedere. & ff. eod. l.
11 cum, qui. §. vlti. † Aliquo tamen interuallo debet creditor
expectare, ne veniat cum ſacco paratus: imò debet tantum
temporis præterire, quo traditio fieri poſsit: vt Inſt. eo. §. om-
nis. & de inutil. ſtipul. §. vltimo. & ff. de ſolut. l. quod dicimus
Sed & ſpeciale eſt in conſtituta pecunia, vt inſit modicum
tempus, ſcilicet x. dierum, vt differat petitionem creditorum:
12 vt ff. de conſtitu. pecu. l. promiſſor. §. vlti. Hoc verum, niſi † re
ipſa inſit dilatio, vel tẽpus, vel locus: veluti ſi promiſeris, quod
in vtero eſt, aut fructus futuros: aut domum ædificari: tunc
enim incipit actio cùm ea per rerum naturam poſſunt præ-
ſtari. Ita & ſi operas à liberto ſtipulet, non autem dies earum
cedit, quando indictæ fuerunt, nec ſint præſtitæ. Sic qui Car-
thagine dari ſtipulatur, cùm Romæ ſit, tacitè complecti vide-
tur tempus quo Carthaginem peruenire poteſt: vt ff. eod. l. in-
terdum. & magis eſt, vt tota ea res ad virum bonum, id eſt,
ad iudicem remittatur, qui æſtimet quanto tempore quilibet,
paterfamil. conficere poſsit, quod ſe facturum promiſit is, qui
Ephesi ſe daturum promiſit: vt neque diplomate diebus
ac noctibus, & omni tempeſtate contempta ita continuare
cogatur: neque tam delicatè progredi debeat, vt reprehen-
ſione dignus appareat: ſed habita ratione temporis, ætatis,
ſexus, valetudinis, cum id agatur, vt & maturè perueniat, id
eſt: eodem tempore, quo plerique eiuſdem conditionis homi-
nes ſolent peruenire, eoque tranſacto, quamuis Romæ reman
ſerit, nec poſsit Ephesi pecuniam dare: nihilominus eis rectè
condicetur, vel quia per ipſum ſteterit, quominus Ephesi da-
ret, vel quoniam per alium Ephesi dare poteſt, vel quia vbiq;
poteſt ſoluere. Nam & quod in diẽ debetur, ante diem ſolui
poteſt, licet non poſsit peti. Quòd ſi diplomate vſus, aut fe-
lici nauigatione maturius quàm quiſq; peruenerit Ephesum:
confeſtim eſt obligatus: quia in eo quidem tẽpore, & facto,
quod finitum eſt, nullus eſt coniecturæ locus, vt ff. eo. l. conti-
nuus. §. cùm ita. Item cùm promiſerit aliquis ſe facturũ, putà
inſulam: non vtiq; conquiſitis vndiq; fabris, & plurimis ope-
rarijs adhibitis debet feſtinare, nec rurſus vno, aut altero con-
tentus eſſe debet, ſed modus eſt adhibendus ſecundum ratio-
nem diligentis ædificatoris. Item hoc intelligo cùm id expreſ-
ſum eſt, ne per ſe ſolum faceret. Item ſi nõ inchoetur opus, id
tamen æſtimetur, quòd in illo interuallo effici poſsit, tranſa-
ctóq; tempore quo inſulam cõſumare potuerit, ſi poſteà effi-
citur, liberetur reus: ſicut liberatur, qui ſe daturum ſpopõdit,
ſi quandoq; tradiderit: vt ff. eo. l. continuus. §. item qui inſulã
& l. ſtipulationes. §. vlti. & l. ſi ita ſtipulatus eſſem. Hinc eſt,
quòd ſi aliqua pars inſulę ſit facta, deinde incendio culpâ pro
miſſoris conſumpta ſit, integrum tempus debet dari ad inſu-
lam iterum faciẽdam: vt ff. eo. l. & ideo, hoc verũ, ſi fiat ante
litem conte. & antequàm interſit actoris: vt ff. eo. l. ſi inſulam.
13 Si verò † in diem ſit promiſſum antequàm dies veniat, non di-
citur venire dies: quia ante diem nõ poteſt peti: ſed dicitur ce-
dere, quia ſtatim eſt obligatio contracta: vt ff. de verb. ſignifi.
l. cedere. Imò nec eodem die in quo ſtipulatio cõcepta eſt, po-
teſt peti: quia totus dies arbitrio ſoluentis debet tribui: neque
enim certũ eſt eo die, in quem promiſſum eſt datum non eſſe,
priuſquàm is prætereat: vt Inſtit. eod. §. id autem. hoc verum,
niſi præſens dies ſit appoſita: nam etiam eo die poteſt peti pe-

cunia,nec enim dies cauſa differendæ actionis videtur inſer-
ta,ſed vt præſens oſtendatur eſſe reſponſum: vt ff. eod.l.liber
homo.ij.§.decem. Quid autẽ ſi adiiciatur in ſtipulatione dies
b Calendarum b, vel anni,vel nonarum. Siquidem † diſtingat
14 aliquis de primis, vel ſecundis, vel tertiis, nulla eſt dubitatio.
Alioquin ad proximas Calẽdas relatio erit facienda: vt ff.eo.
l.eum,qui Calendis.Nec poterit peti,niſi elapſis Calendis.
15 Nam † & qui ſtipulatur certarum nundinarum diebus,non
niſi præteritis nundinis, agere poteſt.vt ff.eo. l.eum,qui cer-
tarum.Nec videtur diſtinguendum,an promittat quis in Ca-
lendis,vel ante Calendas,in foro,vel ante forum: vt ff.eo.l.qui
ante Calendas.& l. eum qui.§. qui ita & l.qui hoc anno. Et
16 eſt † differentia,vtrũ hoc anno promittatur:tunc enim non,
niſi præterito anno committitur? vt dictum eſt. An annum:
quia tunc committitur in initio cuiuſcunque anni:vt ſ. quan-
do dies leg.ced l.j.& ff.quando dies leg ced.l.nec ſemel.Qui-
dam tamen dicunt aliud in legatis: aliud in ſtipulationibus:
ſed certè etiam in legatis cùm in aliquod tempus eſt relictum
legatum non poteſt agi: niſi eo præterito: vt ff. de condi.&
demon.l.ſi in annos. ſed ſecus, vbi relinquitur in annos, vel
ſingulis annis: vt dictum eſt. Idem eſt ergo in ſtipulatione,ſi
primi anni ſtipulatio eſt pura,ſequentium verò in diem.Idem
eſt & ſi promiſero tibi quoad vixeris. Nec obſtat, quod di-
citur eam pro pura haberi: vt Inſtit. eod.§.at ſi ita.ponitur
enim abnegatiuè, id eſt, non ſub conditione: vel pura eſt re-
17 ſpectu primi anni,vt dictum eſt. † An autem plures ſint ſti-
pulationes, vbi ſingulis annis promiſſum eſt, quæritur. Sed
certè ſtipulatio eſt vna, ſed legata videntur eſſe plura:vt infrà
de dona. cauſa mort.l.ſenatus.§.vltimo. Et dicunt quidam
ſtipulationem eſſe vnam, propter vnam conceptionem ver-
borum:plures verò ſunt propter plures ſolutiones, & pro-
pter plures actiones ea ex competentes:vt ff.de verbo.obliga.
l.pluribus.§.j.Sed certè & in legatis eſt vna conceptio verbo-
rum: imò alia ratione dicitur vna ſtipulatio: quia vna tan-
tùm actio naſcitur ex ea. Nec obſtat, quod dicitur in illa l.
pluribus. quia ibi refertur opinio Pauli & Vari: non autem
pro certo ſic aſſerit eſſe,vel ibi facta fuit annorum connume-
ratio ita ſcilicet, annua,bima,trima die vnde plures ſunt ſti-
pulationes,ſicut & cùm plures res exprimuntur in ea:vt ff.eo.
l.quod dicitur. Poteſt & alia ratione dici vna ſtipulatio.quia
ſemel tantùm inſpicitur conditio ſtipulantis,id eſt, tempore
ſtipulationis,an ſibi poſsit acquirere, vnde ſi filiusfamil.ſti.
nihil omnino eſt habiturus,ſi tempore ſtipulationis ſit in po-
teſtate:vt ff.eo.l.ſi filius.Sed in legatis,ſingulis annis cedit dies
legati,& inſpicitur cõditio legatarij, & plures ſunt actiones,
vt ff.quando dies lega.ced.l.cùm in annos. & ff.de annu. leg.
18 l. cum in annos. Si vero † ſub conditione promiſſum eſt, ſi-
quidem ſit de futuro,& quæ habet ſe ad vtrumlibet,neq; ce-
dit, neque venit dies eius c niſi ea exiſtente: vt ff.de verborum
ſignifica.l.cedere.& ex ea tantùm ſpes eſt debitum:in eámque
ſpem ipſam tranſmittimus? ſi priuſquam cõditio exiſtat, mo-
riamur:vt Inſtit.eo.§.ex conditionali.hoc,ſi pendebat condi-
tio ex inſidiis fortunæ. Idem eſt,ſi pendebat ex facto alicuius:
ſed tamen cõditio eſt in faciendo.vel in dando.Si autem pro-
miſeris mihi ſub cõditione,quę eſt in non faciendo,vel in nõ
dando aliquo à te:diſtingue,vtrum hanc ſtipulationẽ condi-
tionalem præcedat alia pactio, an non.Si præcedat eam alia
pactio,& efficax,ex qua poteſt agi ſecunda conditionalis cõ-
mittitur, cùm potuit facere, & non fecit. Si autem prima pa-
ctio non erat efficax, imò inducebat naturalem obligationẽ
tantùm,ſecunda ſtipulatio conditionalis cõmittitur à lite cõ-
teſtata tantùm: vt j.eo.l. nuda.& ff.eo.l.ita ſtipulatus Si autẽ
hanc ſtipulationem conditionalẽ nulla omnino præcedat pa-
ctio,ipſa non committitur: niſi cùm promiſſor deſierit poſſe
facere, vel dare: vt ff. eo.l.ita ſtipulatus.Sed excipitur in caſu
propter perplexitatem ſtipulationis, quam duo fecerunt ſe-
paratim ſtipulantes ab vno:vt ff.eod.l.ſi Titius. In implicitis,
regulæ legiſtarum,ſicut & dialecticorum deficiunt.Item exci
pitur in fideiuſſore,qui ita promiſit,ſi reus non ſoluerit.tene-
tur enim cùm reus appellatus non ſoluerit: nec expectatur,
quòd reus deſinat poſſe ſoluere: vt ff.de fideiuſſ.l.fideiuſſor.j.
§.vlti.Sed fortè illud eſt quia promiſſionem fideiuſſoris præ-
ceſſit pactio rei,quam lex habet pro eodem,ac ſi facta eſſe cũ
19 fideiuſſore. † Item in teſtamentis contrarium eſt. Nam ſi di-
cat teſtator,ſi penum non dederit hæres,centum dato. ſtatim
tenetur ad centum,cùm potuit dare penum,& non dedit: ſiue
legatur penus,ſiue non:vt ff.eo.l.ita. & ad legem Faleid. l.j.§.
• item ſi. • Item & cùm legatur alicui libertas, ſi non aſcende-
rit Capitolium, competit libertas, ſic cùm primùm potuerit
aſcendere, & non aſcendit: vt ff.de manumiſſ.teſta.l.libertas.
20 §.j. † Vbi autem in ſtipulatione non ſolùm conditio,ſed dies
apponitur, licet ex euentu conditionis ante diem videatur
committi.Obſtat tamen exceptio,ſi agatur ante diem:vt ecce,
ſtipulor à te decem ſi Calendis Stichum non dederis, & mo-
ritur Stichus ante Calendas, committitur ſtatim ſtipulatio:
quia certum eſt Stichum non poſſe dari Calendis. ſed tamen
obſtat exceptio: quia nondum venit dies in quem collata
erat ſtipulatio: vt ff.de verb.oblig.l.in illa. Nec obſtat, quod
dicitur ff. eodem.l.hoc iure. non ante peti quicquam poſſe,
quàm exploratum ſit ante eum diem in Italiam Titium ve-
nire non poſſe. Verum eſt enim, quòd anteà non petitur, ſed
& non petitur tunc: imò oportet expectare diem. Vel dic,
quòd ſtatim cum exploratum eſt Titium venire non poſſe,
poteſt peti mero iure in eo,quòd ſtatim eſt exploratum:con-
ditionalis enim erat ſtipulatio: ſed obſtat exceptio de æqui-
tate, quia ſtipulatio continebat diem. In purgatione autem
moræ adhibita in promiſsione, quæ ſit per obligationem,
tres opiniones feruntur. Sed & in commiſsione tres aliæ: vt
notauimus ſ. de pact.l.ſi pacto. Sed in commiſsione illa præ-
21 cipua eſt,& melior,quam ſuprà notauimus. † Vbi autem ſti-
pulor ſub cõditione,quæ eſt omnino extitura,ſtipulatio habe
tur pro pura:vt ff. de noua.l.ſi pupillus.§.qui ſub conditione.
quod tamen intelligo dictum per abnegationem, id eſt, non
ſub conditione. Conſtat enim, quia pura non eſt: vtpote
cùm differatur exactio.Nam & cùm ſtipulor,ſi morieris,dif-
fertur exactio: vt ff. de iure dotium.l.Iulianus.hoc, ſi certum
eſt conditionem extituram: ſed ignoratur quando.Si autem
à principio certum eſt conditionem deficere non poſſe ipſa
natura declarante, ſtatim ante euentum conditionis,agi po-
teſt ex ſtipulatione:vt ſi promiſeris mihi centum, ſi cœlum di
22 gito non tetigero:vt ff.eo.l.in illa. † Vbi autem conditio ap-
ponitur in ſtipulatione de præſenti, vel de præterito,aut ſta-
tim obligatio eſt nulla,& infirma. Aut omnino non differtur.
veluti,ſi Titius conſul fuit,vel ſi Męuius viuit, dare ſpondes?
Nam ſi ea ita non ſunt,nihil valet ſtipulatio,Sin autẽ ita ſe ha
bet,ſtatim valet:quæ enim per rerum naturam certa ſunt, nõ
morãtur obligationes, licet apud nos incerta ſint:vt Inſti.eo.
23 §.conditiones.† Fit alia diuiſio ſtipulationum:quia aliæ ſunt
iudiciales, aliæ prætoriæ, alię conuentionales, aliæ commu-
24 nes. vt ff.eod.l.ſtipulationum. & Inſtit.de diui.ſtipu. † Iudi-
ciales ſunt, quæ iudicis officio interponuntur: quod intelli-
go,cùm ob hoc ipſum principaliter nõ eſt aditus: ſed ex inci-
denti iubet cautionem præſtari: vt ecce,agebatur apud eũ rei
vendicatione,& re vſucapta poſt litem conteſtatam à reo iu-
bet caueri quòd non pignorauerit,vel non manumiſerit:vt ff.
de rei vendica.l. ſi poſt. Vel agebatur apud eum pignoratitia.
actione.& creditorem iubet cauere de dolo:vt ff.de pignorat.
action. l.creditor.his enim caſibus principaliter agebatur ad
reſtitutionem rei per rei vendicationẽ,vel per pignoratitiam,
& ex conſequentia quadam iudicis officium ad interponen-
25 dam cautionem intercedit. † Prætoriæ autem ſunt, quando
ob hoc ipſum iudex aditur principaliter, vt caueatur: vt ecce,
petit legatarius ſibi caueri de legato præſtando:vel petit vici-
nus ſibi caueri de dãno infecto ab eo,cuius domus minatur ſi-
bi ruinam: vt ſuprà,vt in poſſeſ.lega.l.j.& ff. de damn.infect.
l.prætor ait.§.in eum.& l.dies.§.hoc autem. Sic & in ædilitiis
actionibus,quæ prætoriæ ſunt agit emptor contra venditorẽ,
vt caueat de vitiis & morbis:vt ff. de ædilitio edict. l. itaque.
26 † Conuentionales autem ſunt,quæ quandocunque ex con-
uentione alicuius interponuntur.vbicunque enim & in qua-
cunque re cõtractus tenere poteſt,& ſtipulatio interpoſita te-
nebit regulariter:vt Inſtitu.de diui.ſtipula.§.conuentionales.
Regulariter ideo dixi, quia liberi hominis & rei ſacræ em-
ptio tenet inter ignorantes:non ita in ſtipulatione: vt Inſtitu.

27 de inutil.ſtipul.in princip.titu. † Cōmones autem dicuntur cautiones,quæ quandoq; præſtantur adito iudice ob hoc ipſum principaliter,quandoque ex conſequentia,ſicut in ſtipulatione rem pupilli ſaluam fore reperitur. Si enim tutorem legitimum habeam,ob hoc ipſum aditur prætor, vt iubeat caueri:vt Inſtitu.de ſatiſdat.tut.in princip.quòd ſi tutorem non habeo,peto tutorem.Iſq; iudicis officio ſatiſdabit,ſi ſine inquiſitione ſit datus. Idem accidit,& cùm plures ſint tutores teſtamentarij: nec enim vnus præciſè ſibi caueri poſtulare poteſt. Vnde in his duobus vltimis caſibus ex conſequentia, in primo verò principaliter interponitur:vt Inſtitu.de ſatiſd.tut.§.
28 item ex inquiſitione.& §.ſed ſi ex teſtamento. Similiter † & cautio de rato dicitur communis:quod quidam intelligunt:vt ideo dicatur communis:quia plerunque à procuratore actoris:ſed & quandoque à procuratore rei interponitur: vt notauimus ſuprà de procuratorib. Vel dicas quòd ideo dicitur cōmunis:quia quandoque conuentionalis eſt:ſicut dicit lex : vt ff.rem ratam haberi.l.interdum. quandoque etiam iudicialis eſt,quia iudicis officio interponitur procuratore actoris agente:quia aliter res expediri non poteſt.Illud notandū eſt, quòd prætorias ſtipulationes induxit prætor mortuus. ſed iudiciales inuentæ ſunt ab alijs viris prudentibus Fit & alia diuiſio ſtipulationum:quia aliæ ſunt in dando,aliæ ſunt in facien-
29 do.& certè † generale eſt in ſtipulationibus,quæ ſunt in dando,vt ſecundum naturam earum recipiant diuiſionem, id eſt, vt quis pro parte dando liberetur pro parte.& hæredes promiſſoris teneantur pro hæreditarijs portionibus: ſed tamen vbi eſt in dando aliquid quod eſt in genere,niſi totum detur, non contingit liberatio:vt ecce,debes mihi hominem in genere,& dediſti mihi partem Stichi:non eſt ſatiſfactum ſtipulationi,& ideo vel repeti quod ſolutum eſt,poteſt,aut in pendenti eſt,quod factum eſt:vt ſi in eodem homine ſoluatur reliqua pars,& prima videantur ſoluta debita: ſecus, ſi in alio homine fieret ſolutio partis:Idémq; eſt vbi promiſiſti Stichū, aut Pamphilum, & vnam partem ſoluiſti.Si quis tamen vellet dicere parte ſoluta liberationem cōtingere pro parte, quātum ad præſens tempus:ſatis dici poteſt, argument. ff. de acceptilatio.l.qui hominem. Dicit tamen lex in pendenti eſſe propter fictionem futuri temporis. Nam ſi poſteà alius homo ſolueretur, pars in Sticho ſoluta repeteretur, vt indebita: quia fingeretur,nec fuiſſe debita ſoluta:ſecus ſi in eodē Sticho reliquæ partis fieret ſolutio.hæc enim poſterior ſolutio comprobaret,& confirmaret primam:& declararet eam legitimè factam:vt ff.eodem titulo.l.ſecund. & de condictio. indebi.l.
30 ſi non fortè.§.vltimo. At è conuerſo † ſtipulationū quæ ſunt in faciendo ea eſt natura vt diuiſionem non recipiant : & ideo promiſſor pro parte faciendo non liberatur pro parte : & hæredes promiſſoris omnes, vel ſinguli tenentur inſolidum : & poteſt dari exemplum in omnibus ſeruitutibus , præterquàm in vſufructu,qui ſolus recipit diuiſionem inter omnes alias ſeruitutes:vt ff.ad legem Falcidiam.l.prim. §. ſi vſusfructus.& l.ſi is qui quadringenta.§.quædam. Quod dixi in alijs ſeruitutibus,ſeruandum eſt, & vbi aliquid faciendum ſtipulatus ſum:puta, fundum tradi, vel fodi, vel inſulam fabricari, vel operas , vel aliquid ſimile. Horum enim diuiſio corrumpit ſtipulationem:ſi tamen (quia non eſt factum in totum quod debuit fieri) velit quis agere ex ſtipulatione ad intereſſe , hæc actio,quæ proponitur ad intereſſe recipit diuiſionem ; vt ff.
31 eodem, l.ſecunda.& l.ſtipulationes non diuiduntur. † Nec eſt prætermittendum, quòd quædam talia facta ſunt, quæ recipiunt diuiſionem: vt ſi quis promiſerit ſe amplius non acturum,vel petiturum:vel ſi promiſerit Titium hæredémque eius ratum habiturum:vt ff.eodem,l.eadem.§.Cato. Item & ſtipulatio operarum dicitur eſſe diuidua: quia inter hæredes promiſſoris fit diuiſio pro numero,non pro partibus ſingularum operarum:vt ff.eodem,l.in ſtipulationibus.§. operarum. & de operis libert.l.ſi quando.libertus qui poſt. Nec obſtat, quod dicitur in eadem l.ſi quando.partem operæ poſſe peti: ſic enim eſt intelligendum partem æſtimationis operæ : vt in prædicta
32 l.ſtipulationes non diuiduntur. † Ex ſtipulatione autem hæ naſcuntur actiones,ſcilicet,condictio certi, & actio ex ſtipulatu diſtinctione illa ſubiecta, quòd ſtipulationum aliæ certæ, aliæ incertæ:quod dic,vt notaui ſuprà , ſi certum petatur. in principio. vſque ad illum §.eſt condictio triticaria.

A N N O T A T I O N E S.

a Pura ſtipulatio.De iſta ſtipulatione,vide per Bartol. in l. Stichum. §. ſtipulatio ff.de verborum obligatio.& in l.ſi ſeruus communis Mæuij §.fina.ff.de ſtipulatio.ſeruo.multa per domi.Alexand.in l. qui hoc anno.ff.de verbo.obligatio.vbi habes pulcherrimum caſum.

b Dies calendarum. Ad iſtam materiam vide Bar. Bal.de.Alexand.& docto.in l.qui ante.ff de verb.obligatio & in l. ij.§.creditum.ff. ſi cer. pet.vbi de iſta ſtipulationis ſpecie habes multa pulchra.

c L.ij.§.item ſi. Vide Alciatum lib.j.Paradox.cap.xj.

De inutilibus ſtipulationibus. *Rubrica.*

1 *Stipulationes quàm varijs ex cauſis reddantur inutiles,*

2 *Stipulari,quæ perſonæ non poſſint.*

3 *Pupillus quando,& quibus, & qualiter promittendo obligari poſſit,& quid in adulto nu.4.*

5 *Stipulatio quando reddatur nulla ratione rerum in eam deductarum.*

6 *Stipulatio an,& quando reddatur nulla ob id,quod commercium rei in ſtipulationē deductæ denegatur alterutri ex contrahentibus,licet eius rei commercium ſit in communi.*

7 *Stipulationem non valere inter abſentes, & qui hic cenſeantur abſentes.*

8 *Stipulationem nullam eſſe ratione diſſenſus,quatenus verū ſit,*

9 *Stipulationem reddi inutilem ratione conceptionis inepta verborum.*

10 *Stipulatio alteri facta an,& quatenus,& quando valeat.*

11 *Actio quando quæratur domino ex ſtipulatione ſui procuratoris.*

12 *Stipulationem pœnalem valere, etiam ſi prima ſtipulatio ſit inutilis,quatenus verum ſit.*

13 *Stipulationem reddi inutilem ex appoſitione conditionis impoſſibilis,vel natura,vel iure.*

14 *Stipulationem reddi inutilem ex diuerſitate reſponſionis atque ibi,an id ſit perpetuum.*

15 *Promittens ſimpliciter ſtipulanti plura , cenſetur promiſiſſe omnia contenta in interrogatione.*

16 *Stipulari à ſeinuicem ,quæ perſonæ prohibeantur.*

17 *Stipulari rem meam mihi dari an,& quatenus poſſim.*

18 *Tempus præſens ſpectari in ſtipulationibus,quomodo intelligendum ſit.*

HIC (vt puto) alia innuitur diuiſio ſtipulationum: quia aliæ ſunt vtiles, & aliæ inutiles : & ſuprà de vtilibus dictum eſt,nunc autē ponit de inutilibus. Vel poteſt dici,quod etiā hic tractat de vtilibus: ſed ponit de inutilibus tantū.vt per hoc appareat cæteras eſſe vtiles. Hæ autē dicūtur inutiles,nō vt quandoque,id eſt nullā afferentes vtilitatē:ſed quia vitioſæ ſunt,& contra ius interpo-
1 ſitę. Vnde videndū quot modis dicantur inutiles. Et † in primis ratione perſonarū ſcilicet ſtipulantium. Item promittentium. Itē ratione rerū:vt nomine rei intelligas omne quod deducitur in ſtipulationem. Item ratione abſentiæ , & ratione diſſenſus , & ratione ineptæ conceptionis. De ſingulis videndum, & de miſta conſideratione perſonarum adinuicem.
2 Item rerum & perſonarum. † Eſt ergo ſciendum, quòd furioſus ſtipulari non poteſt:ſic nec aliquem contractum alium celebrare : vt ff. de regu.iur l.in negocijs. Idem eſt & in infante:vt ff.de verborum obligationi.l.mulier. Si autem aliquis maior eſt infante:etiamſi eius ætatis ſit , vt nō intelligat, tamen propter vtilitatē receptum eſt eum ſtipulari rectè poſſe: vt ff.rem pupilli ſaluam fore.l.ſeruū pupilli.& inſtitu.eod. §.pupillus.Item mutus & ſurdus non ſtipulabuntur, quia ſti-
3 pulantem loqui,& audire oportet.Ratione † promittentium iiſdem modis,eo ſaluo, vt pupillus maior infante,ſiquidem cū tutoris authoritate promittat ciuiliter & naturaliter obligatur. Si autē promittat ſine tutore,ſiquidem promittit ſuo tutori,nec naturaliter obligatur:ſi alij, naturaliter tantum erit obligatus.ſemper tamen cum quocunq; cōtrahat ciuiliter & naturali

naturaliter obligatur inquantũ erit locupletior: vt ff. de an-
tho. preſtan. l. j. & l. impuberes. & de nouano. l. j. in fi. Quod
4 † dixi in pupillo, etiam de adulto, ſerua, ſi curatorem habeat:
alioquin tenet ſtipulatio, licet poſſet peti reſtitutio: vt ſuprà
de in integ. reſtitu. l. ſi curatorem. Surdus quoque, & mutus
promittere non poſſunt: vt Inſtit. eodem. §. mutum. quod eſt
intelligendum de eo, qui omnino non exaudit, non de eo, qui
5 tardius exaudit, vt ibidem dicitur. † Item nulla eſt ſtipula-
tio ratione rerum, quæ nec fuerunt, nec ſunt, nec erunt: vt ſi
ſtipuler hyppocentaurum, vel hyrcuceruum, quæ eſſe non
poſſunt: vt Inſt. eod. in prin. nunquam enim animal viſum eſt
de equa & tauro, vel de taura & equo naſci. Item ſi fuerũt, &
ſunt res, ſed impoſsibile eſt eas dari: vt ſi quis Solem, vel Lu-
nam ſtipuletur. Vel etiam difficile eſt omnino, quòd repræ-
ſentat impoſsibilitatem: vt ſi ſtipulor aureos montes: vt ff. de
re iudic. l. impoſsibilium. & de ſtatu lib. l. cum hæres. §. j. Item
& ſi fuerunt res, ſi tamen non ſunt: ſtipulatio eſt nulla: niſi
mortem præceſſerit mora: vt ff. eod. l. inter ſtipulantem. §. pe.
Item & ſi res ſunt, ſed tamen à commercio hominum ſunt
exemptę nulla eſt ſtipulatio: vt ſi ſtipulor rem ſacram, vel re-
ligioſam: vel liberum hominem: adeò vt ſi ſtipuler rem ſacrã,
vel religioſam, cum erit profana: liberum hominẽ, cùm erit
ſeruus: nulla ſit ſtipulatio: nec enim fas eſt huiuſmodi caſus
expectare: imo & ſi ſtipuler rem profanam, & fiat poſteà re-
ligioſa, diſſoluitur ſtipulatio. Idem & ſi ſtipuler ſeruum, &
poſteà fiat liber: nec reuocantur iſtæ res in obligationem? ſi
rurſus lege aliqua res ſacra ceperit eſſe profana, & liber ef-
fectus ſit ſeruus: quoniam quidem vna & eadẽ cauſa liberan-
di & obligãdi eſſet. quod autẽ dari non poſsit, aut dari poſsit:
vt ff. eo. l. inter ſtipulantẽ. §. ſacrã. & inſti. eo. j. reſpon. & ff. de
6 contrah. emp. l. ſi in emptione. §. liberum. † Vbi verò rei com-
merciũ eſt in communi, ſed mihi non eſt: ſiquidem ſit rei com-
merciũ ſtipulanti, ſed non promittenti, tenet ſtipulatio. Si autẽ
ſit promittenti, & nõ ſtipulanti, ſtipulatio eſt nulla: vt ff. eo. l.
multũ intereſt. Si verò ſtipuler rem, quæ non eſt, nec fuit, ſed
futura ſperatur: vt partus & fructus futuros, ſtipulatio tenet,
ita tamẽ vt debeam expectare, donec naſcantur. & ſi natũ ſine
culpa promiſſoris conſumptũ ſit, rurſus debeam expectare,
donec iterum naſcatur, & dari poſsit: & per has vices, aut va-
liturã [aut ceſſaturã] ſtipulationem: vt ff. eo. l. inter. §. ſacrã.
7 ibi, pro quo & illud, &c. † Item nulla eſt ſtipulatio ratione
abſentiæ: vt Inſti. eo. §. item verborũ. & dicũtur hic abſentes,
qui vocem ſuam inuicẽ exaudire nõ poſſunt. Aliter dicuntur
quandoque abſentes in præſcriptione vicennali, qui non ha-
bent in eadem prouincia domicilium: vt diximus s. de præ-
8 ſcript. long. tem. l. fi. † Item nulla eſt ſtipulatio ratione diſ-
ſenſus: quod eſt intelligendũ, ſi conſtat ſtipulantẽ, & promit-
tentem diſſenſiſſe. Si verò dubitatur, de quo ſenſerint, ſiquidẽ
ſtipulatio poteſt valere ſecundum vtriuſque intellectũ, datur
electio promittẽti: vt ff. de verb. obli. l. inter ſtipulanti. §. ſi Sti-
chũ & l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. & l. qui ex pluri-
bus. & de reb. dub. l. vbi. Quod enim dicitur ff. de leg. j. l. apud
Iulianũ. §. ſcio. debere minorẽ præſtari, ad idem intendit. nam
minorẽ exaudio, quem dare vult: vt Inſti. de act. §. huic autem.
Si verò ſecundum vtriuſque naturalem intellectũ non poteſt,
valebit ſecundum intellectũ illius ſecundum quem poteſt, vt
ecce, ſtipulor Bnnoniæ hodie mihi dari decem, ſi intelligatur
de hac vicina Bononia, valet ſtipulatio: quia in ea poteſt mi-
hi hodie dari: ſecus ſi intelligatur de ea, quæ eſt vltra mare, in
qua hodie dare impoſsibile eſt: vt ff. de verb. obli. l. quoties in
9 ſtipulationibus. † Item nulla eſt ſtipulatio ratione ineptæ cõ-
ceptionis: inſpiciuntur enim verba, ſi fuerunt apta, ſicut & in
legatis diximus: vt ff. de lega. j. l. iij. Sed & ſi dixit, habebo rem?
& reſponſum eſt, habebis: bene erit inutilis conceptio his, vel
ſimilibus verbis. Item & inutilis eſt conceptio ratione inter-
ualli non modici interpoſiti antequam reſpondeatur: vt ff. de
verb. oblig. l. j. §. qui præſens. & l. continuus. & dixi s. de con-
10 trahen. ſtipu. † Item nulla eſt ſtipulatio ratione perſonæ ap-
poſitæ: vt ſi ſtipulor alteri cuius iuri ſubiectus non ſum. licet
perſonã adiicere poſsim ad ſolutionẽ. Inuentæ enim ſunt ſtipu
lationes vt vnuſquiſq; ſibi acquirat, quod ſua intereſt. cęterũ
alij dari. vel quid fieri nõ intereſt eius. vnde ſtipulatio eſt nul

la Si autem adiiciat pœnam: ſi alteri non fuerit datum, ſtipula
tio pœnæ tenet. nam in pœnali ſtipulatione nõ ſpectatur quid
alicuius interſit: ſed quæ ſit quantitas in cõditione ſtipulatio-
nis: vt Inſtit. eod. §. alteri. & ff. de verbo. obli. l. ſtipulatio iſta
§. alteri. & §. ſi ſtipuler. & §. ſi quis alij. Si tamen ſtipuler alteri
dari, cui dari mea intereſt, ſtipulatio tenet: ad hoc vt agere
poſsim ex ea: non vt agere poſsit ille, cui erit dandum, vel
faciendum: vt j. de donat. l. cum res. vt ecce, ſtipulor dari credi-
tori meo decẽ, vel procuratori vel curatori, vel ſimilibus per-
ſonis: vt ff. de verb. obli. l. ſtipulatio iſta. & §. ſi ſtipuler. & §. ſi
quis inſulam. vel loco opus faciendum, quod ego conduxi, &
experior ex ea ſtipulatione, (licet contineat donationem, &
non factum,) ad intereſſe: vt ff. de verb. obli. l. liber homo. §. vl-
ti. quod eſt notabile. In caſu tamen ex mea ſtipulatione expe-
ritur ille, cui dari pactus ſum: vt ſi tutor pupillo ſuo, vel cura-
tor furioſo, vel actor vniuerſitati ſit pactus: vt ff. de conſti. pec.
l. cum, qui. §. pe. Secus dico in procuratoribus, ſi paciſcãtur do-
11 mino: vt in d. l. cum, qui. §. Iulianus. Ex † ſtipulatione tamẽ mei
procuratoris præſentis concepta in perſonam ſuam datur mi
hi vtilis actio: vt ff. de verb. obli. l. ſi procuratori præſentis. Si
autem eſſet concepta in perſonam domini, nulla eſſet ſtipula-
tio omnino: vt ſi ita dicat, promittis domino meo decem vel
promittis procuratori meo decem? Secus ſi concipiam in per-
ſonam meam: puta ita, promittis mihi, quòd dabis illi [rem?]
tunc agam ex ea, & ad intereſſe, ſi mea interſit illud dari. Item
& ex ſtipulatione mei procuratoris abſentis datur mihi vtilis
actio illo non exiſtente ſoluendo: vt ff. de Inſtitut. [l. j. fortè &
in prætoriis vel iudicialibus ſtipulationibus datur etiam illo,
exiſtẽte ſoluendo: vt ff. de præto. ſtipula.] l. in omnibus. Item
12 † quòd dictum eſt ſtipulationem pœnalem valere, etiamſi inu-
tilis ſit ſtipulatio prima, recipit bonam diſtinctionẽ: quia quan
do promittitur aliquid, quod eſt ſecundum legem, tunc agi-
tur omnino ad pœnam: quando verò contra legem: vt ſi pro-
mittatur turpe, vel contra bonos mores, vel de futura ſucceſ-
ſione: & tunc nullo modo agitur ad pœnam: vt ff. de ver. obli.
l. generaliter. & l. veluti. & l. ſtipulatio hoc modo. & l. ſi ſtipu-
ler, vt id fiat. & j. eod. l. ex eo. Secus ſi promiſiſſet aliquid tur-
pe: puta, per metum, vel dolum: tunc enim daretur actio: quia
promiſſum eſt non turpe, ſed remoueretur exceptione: quia
turpiter factum eſt: vt infrà eod. l. dolo. Idem eſt etſi nullus do-
lus interceſſerit, ſed ipſa res in ſe dolum habet. Cùm enim
quis petit ex ea ſtipulatione, hoc ipſo dolo facit, quod petit: vt
ff. de verborum obligationi. l. ſi quis cum aliter. Si verò ſtipu-
ler, quod eſt præter legem, hoc eſt, quod neque lex approbat,
neque improbat, inutilis quidem eſt ſtipulatio, ſed petitio pœ-
næ locum habet, vt dictum eſt. cùm ſtipulor alteri. Quandoq;
tamen etiamſi honeſtum ſit, quod ſtipulor: vt ſi ſtipulor Ber-
tam mihi nupturam: non tamen ago ad pœnam, quam mihi
promiſit, ſi mihi non nuberet ratione reddita: quia inhoneſtũ
viſum eſt vinculo pœnæ matrimonia obſtringi, vel vt contra-
hantur, vel ne diſſoluantur: vt ff. de verbo. oblig. l. ſi ſtipulatio
facta fuerit. & l. Titia. Vel fortè ea eſt ratio: quia non intereſt
13 mea pecuniariter. † Item inutilis eſt ſtipulatio ratione ap-
poſitæ conditionis, ſi ipſa eſt impoſsibilis de natura, vel de
iure: veluti, ſi cœlum digito tetigero dare ſpondes? vel ſi ho-
micidium fecero dare ſpondes? [Sed ſi ita ſtipulet, ſi cœlum di
gito non tetigero, dare ſpondes?] purè facta obligatio intelli-
gitur: & ſtatim ex ea poteſt agi: vt Inſtit. eod. §. ſi impoſsibilis.
& §. quod turpi. & ff. de verborum obli. l. ſi plagij. Sed ſi mu-
lier ſtipuletur à marito pœnam, ſi tẽpore matrimonij conſue-
tudinem concubinæ repetuiſſet, valet ſtipulatio: vt ff. de verbo.
14 obli. l. ex ea. §. j. † Item inutilis eſt ſtipulatio ratione inutilis
adiectionis, vel detractionis: niſi ſtipulatori illico placuerit di-
uerſitas reſponſionis: tunc enim alia ſtipulatio contracta vide-
tur: vt ff. de verb. obli. l. j. §. cùm adiecit. Hoc tamen intelligo,
cũ diuerſitas reſponſionis conſtat in qualitate: veluti ſtipulor
purè, & reſpondes ſub conditione, vel ſtipulor ſub cõditione,
& reſpondeas purè. Si autem diuerſitas eſt in rebus, quæ con-
tinentur in ſtipulatione, diſtingue an ſit pecunia, an ſpecies. Si
pecunia eſt, & reſponſio continet detractionem, valet indiſtin
ctè in eo quod reſponſum eſt. Si verò reſponſio continet adie-
ctionem, valet indiſtinctè in eo, quod ſonat reſponſio cum

interrogatione. In adiecto non ; niſi diuerſitas placuerit. Vbi
autem in ſtipulatione continentur plures ſummæ alternati-
ue:& reſpondeatur præciſè ad minorem, vel etiam ad maio-
rem, valet ſtipulatio. Si verò in ſtipulatione contineatur ſpe-
cies,ſiquidem ſit vna tantum:& reſpondeatur in alia,nihil va-
let ſtipulatio. Si autem contineantur plures ſpecies copulati-
uæ : & reſpondeatur de vna , valet ſtipulatio in ea, in qua re-
ſponſum eſt. In aliis non.Si autem contineantur plures ſpecies
alternatiuè, & reſpondeatur in vna, nihil valet ſtipulatio.
Probantur hæc ff. de ver.obl.l.j.§. ſi quis. & §.cùm adiicit. &
§.ſi ſtipulanti.& l.inter ſtipulantem.§.ſi ſtipulante.& Inſt.eo.
15 §.prÆterea. † Et eſt illud notandum,quòd ſi promiſſor reſpon-
deat ſimpliciter promitto , videbitur omnia promiſiſſe . quæ
continebantur in interrogatione:vt Inſtit.eo.§.prÆtereà. Hæc
tamen materia ſecundum Ioan. Boſ.confuſè fuit propoſita &
16 ſcripta. Habetur † quoque miſta conſideratio perſonarum
adinuicem : vt ſi ſtipuleris ab eo, qui iuri tuo ſubiectus eſt, vel
ſi is à te ſtipuletur:ſed ſeruus quidem non ſolum domino ſuo
obligari non poteſt , ſed nec alij quidem vlli hominum, niſi
naturaliter. Filij verò famil.aliis poſſunt obligari:vt Inſtitu.
eod.§.item inutilis. & de fideiuſſ.§. in omnibus.verſ. hae ne.
17 † Item rerum & perſonarum habetur conſideratio miſta:rem
enim meam mihi dari purè ſtipulari non poſſum verbis ex-
preſſis. Tacitis autem & velatis, poſſum : vt ſi ſtipulor à fure
quod eum oportet mihi dare ex condictione furtiua : vt ff. de
verbo.obli.l.ſcire.§.ſi à fure. Item ſub conditione poſſum
ſtipulari. vt teneat ſtipulatio,ſi tempore exiſtentis conditio-
nis res non ſit mea:vt ff.de leg.j.l.cætera.& ff.de ver.obli.l.ne-
mo rem ſuam futuram,& l.ſi rem meam.Hoc verum,ſi ſtipu-
lor rem meam mihi dari. Rem autem meam mihi reſtitui,bene
ſtipulor:vt de verb.oblig.l.nemo rem ſuam vtiliter. Nec ob-
18 ſtat prædictis,quod dicitur ff.de verb.obliga.l.ſi filius. † In
ſtipulationibus ſpectatur præſens tempus : ſpectatur autem
quantum ad acquiſitionem , non quantum ad validitatem
ſtipulationis.

De duobus reis ſtipulandi,& de duobus promittendi. *Rubrica.*

1. *Reus ſtipulandi quis dicatur, quis item reus promittendi, & quare ſic dicantur.*
2. *Reorum duorum obligatio quibus modis conſtituatur.*
3. *Interuallum reſponſionis an vitiet conſtitutionem duorum reorum promittendi, & an conſtitutionem duorum reorum ſtipulandi.nume.4.*
5. *Rei duo promittendi an poſſint ita obligari, vt vnus purè,alius in diem, vel ſub conditione teneatur, atque inibi cuiuſmodi diuerſitas non admittatur in obligatione duorum reorum.*
6. *Reos duos conſtitui poſſe etiam in obligatione, quæ in faciendo conſiſtit,tum debendi,tum ſtipulandi.*
7. *Operas ab aliquo debitas,non poſſe ab alio ſolui,niſi id actũ ſit.*
8. *Stipulationis aut promiſſionis duorum reorum effectus quis ſit:& quatenus ſingulis debeatur,& ſinguli debeant.*
9. *Petitione ab vno ex duobus reis facta alterum liberari,quomodo intelligendum ſit.*
10. *Reos debendi non aliter hodie ſingulos inſolidum teneri, niſi nominatim id actum ſit, & quando poſſit ab vno eorum ſolidum peti.*
11. *Præſcriptionem contra vtrumque ex correis interrumpi per litem ab altero eorum,vel contra alterum eorum cõteſtatam.*
12. *Creditore ſuccedente vni ex correis debendi, illius duntaxat obligationem extingui,non etiam alterius.*
13. *Pactum vnius ex reis debendi,vel credendi,aut ſententia pro vno ex eis lata,an & quando proſit aliis.*
14. *Reus pluribus debendi conſtitutis, ſi vnus ſolidum ſoluat, an habeat eo nomine contra cæteros mandati actionem.*

QVONIAM in ſtipulationibus, & aliis contra-
ctibus, de quibus dictum eſt, fiunt plures rei: lo-
quamur de duobus reis ſtipulandi,& promitten-
di. In nomine duorum tres pluréſve debent intel-
ligi:vt Inſtit.eod.in princ.titu.& §.duo. Videamus ergo quis
dicatur reus ſtipulandi,& quis dicatur reus promittendi, vn-
de. & qualiter obligatio duorum reorum conſtituatur , &
1 qualiter experiantur & conueniãtur. † Eſt autẽ reus ſtipulan-
di ille , qui ſtipulatur: & reus promittendi ille, qui promittit:
vt ff. eo. l.j. & dicitur reus non à reatu,ſed à re, M. Cicerone
teſte: quia eandem rem promittit, vel ſtipulatur. Vel dice-
batur reus, quia firmiter & omnino verum erat obligatum,
vel ſtipulatum. Nam verbum reus,ſignificat firmitatẽ: vnde
& ſic poſuit Virgilius.Voti reus.& eſt in præcedentibus ver-
bis portitiam.licet quidã alij grãmatici dicant ibi debere eſſe
2 prophetiam. † Conſtituitur obligatio duorum reorum ſti-
pulatione, emptione,venditione,locatione, conductione, de
poſito,commodato , & teſtamento, vt puta,ſi pluribus hære-
dibus inſtitutis teſtator dixit. Titius & Mæuius Sẽpronio de-
cem dato. Hæc actio habet eam vim , in omnibus prædictis,
vt quilibet teneatur inſolidum:vt ff.eo.l.eãdem. Alioquin qui
libet teneretur pro hæreditariis portionibus, vt ff. eod. l. ſiue
3 à certis. & nihil † refert in promiſſione an ſimul ſpondeant,
an ſeparatim ꝓmittant:cùm hoc actũ ſit inter eos , vt duo rei
conſtituantur, Neque vlla fiet nouatio.Nam licet ante prior
reſponderit,poſt poſterior,& ſi ex interuallo concipiatur in-
terrogatio, vel etiam fiat ex interuallo reſponſio, cõſequens
eſt dicere priſtinam obligationem durare , & ſequentem ei
accedere,ſi modo incontinenti fiat reſponſio,aliter non. Imò
& ſi alter nullo modo reſponderit , verius eſt illum,qui reſ-
ponderit,obligari. Neque enim ſub conditione interrogatio
in vtriuſque perſona fit,vt ita demum obligetur,ſi alter quo-
4 que reſponderit. Idemque ſeruatur in † duobus reis ſtipu-
landi, ſi interrogatus à duobus reſpondiſſet vni ſe ſpondere.
Nam ei ſoli tenetur: vt ff.eo.l.iij. & l. duos reos.& l. ſi ex duo-
bus. Licet autem dixerim longum interuallum impedire con-
ſtitutionem duorum reorum:tamen modicum interuallum
temporis nihil impedit quominus ſint duo rei. Item & inter-
poſitio extranei actus impedit , quominus ſint duo rei. ſecus
autem eſt in actu, qui non eſt obligationi contrarius.vnde &
ſi fideiuſſor interrogatus inter duorum reorum reſponſa ſi
reſponderit , non impedit obligationem reorum : quia non
longum ſpatium interponitur : nec is eſt actus , qui contra-
rius ſit obligationi: vt ff. eod. l. duos.§.duo. Item nil refert in
duobus reis promittendi , ſiue ita interrogati : ſpondetis? reſ-
pondeant, ſpondemus : ſiue ita interrogati, ſpondes? reſpon
5 diſſent, ſpondemus:vt ff.eo.l.duo rei. † Item duo rei promit-
tendi ſic fieri poſſunt , vt vnus purè , alius in diem , vel ſub
conditione obligetur. Nec erit impedimento dies,aut condi-
tio quominus ab eo qui purè obligatus eſt, petatur: vt Inſti.
eod.§. vlti. & ff.eod.l.ex duobus. Non tamen ſic fiunt duo
rei , vt vnus teneatur de dolo & culpa , alter autem de dolo
tantum. Si tamen vterque cœperit teneri de dolo : & culpa,
& vni poſteà remittatur culpa , nihilominus, vt duo rei con-
ueniuntur:quia poſterior conuentio,quæ in alterius perſona
intercesſit, ſtatum & naturam obligationis (quæ duos reos
initio fecit) mutare non poteſt.quare ſi ſocij ſint, & commu-
nis culpa intercesſit etiam alteri pactum cum altero factum
proderit: vt ff.eodem, l. eandem.§. ſed ſi quis. Ergo ſuperior
diuerſitas in die, vel conditione,quia eſt in qualitate non im-
pedit conſtitutionem. Hæc autem diuerſitas doli & culpæ
eſt in quantitate potius.naturale eſt enim obligationis, vt fiat
6 ſub conditione, vel purè,vel in diem.† Item fiunt duo rei de-
bendi,nedum vbi datio eſt in obligatione,ſed etiam vbi factũ,
veluti opera. Nam nemo eſt, qui neſciat alienas operas poſſe
promitti , & fideiuſſorem adhiberi in ea obligatione: & ideo
nihil prohibet duos reos ſtipulandi conſtitui , vel promitten-
di: ſicuti ſi ab eodem fabro duo rei ſtipulandi eaſdem operas
ſtipulentur, & è contrario duo fabri eiuſdem peritiæ eaſdem
operas promittere intelliguntur, & duo rei promittendi fieri:
vt ff.eod.l. nemo eſt. Licet enim verè non ſint eædem operæ
propter aliquam diſsimilitudinem:vt ff.de condict. indeb.l.ſi
non ſortem.§.libertus. tamen, quia in pleriſque ſunt ſimiles,
eædem operæ videntur:vt ſuprà, de contrahend.ſtipula.l.ve-
7 teris.& ff.eodem.l.nemo.quia † actum eſt,vt ab alio ſoluatur:
alioquin non poſſet ab alio ſolui : vt ff. de ſolutio.l. inter. &
eſt hæc

eſt hæc ratio optima: quia & vbi indebitæ ſolutæ ſunt, ſiue
certas, ſiue incertas putauerit ſe debere, non poſſunt eædẽ re-
8 peti: nec enim hoc egit ſoluẽs, vt ab alio ſolueretur. † Effectus
promiſsionis, aut ſtipulationis hic eſt: quia cùm duo eandem
pecuniã promittunt, aut ſtipulati ſunt, ipſo iure, & ſingulis in-
a ſolidũ debetur [a], & ſinguli debent. Poteſt ergo ab vno inſolidũ
peti, quia vnuſquiſq; eſt inſolidũ obligatus. Partes autẽ à ſin-
gulis peti poſſe nequaquam dubium eſt: quemadmodum & à
reo, & à fideiuſſore poſſumus petere: vtique enim verum eſt,
cùm vna ſit obligatio, vna etiam ſumma eſt: vt ſiue vnus ſol-
uat, omnes liberantur, ſiue vni ſoluatur, ab altero liberatio
contingat. Item petitione & acceptilatione vnius tota ſolui-
tur obligatio: vt ff. eo. l. ij. & iij. §. vbi. Porrò quod dicitur vna
obligatio, non dicitur niſi propter idẽtitatem ſolutionis, quæ
ſemel tantùm eſt facienda: ſed tamen verè duæ ſunt: & quia
duæ ſunt ſtipulationes, & duo qui debent, vel etiam plures:
9 vt ff. eod. l. eandem. §. vlt. Item † quod dicitur de petitione,
eſt intelligendum de ea quæ inducit effectum nouationis, vel
etiam exactionis: vt ſi ab alio petat nouandi animo, litem
conteſtando: vel petit, & exigit: vt ff. de nouat. l. ſi rem. §.
ſi duo. Sed vbi ſimpliciter litem conteſtatur creditor contra
vnum ex reis, licet ipſo iure alter non liberetur: tamen inte-
rim iudicio pendente fortè non conueniet alterũ: vt ff. de pe-
cul. l. quoties. §. ſi creditor. Vel ſi duo ſunt rei ſtipulandi, &
vnus præueniat alterum litem conteſtando contra commu-
nem debitorem, à modo non poteſt alteri ſolui: vt ff. eodem. l.
ex duobus. ij. niſi fortè iſti rei ſtipulandi erant ſocij: vt ff. de
10 pact. l. ſi vnus. j. reſponſo. † Hodie autem ſciendum eſt, quòd
duo rei debẽdi fieri non poſſunt, niſi hoc agatur nominatim:
ſi ergo hoc non agatur nominatim, quiſque tenetur pro par-
te. Item vbi agitur nominatim, ſi ambo ſunt præſentes & ido-
nei, ſimul coguntur [hi] ad ſolutionem. Si autem vnus eſt
præſens, alter abſens, compellitur ad ſolutionem ſolus præ-
ſens. Item ſi non eſt vterque ſoluẽdo, quod non poteſt ab vno
exigi, ab altero extorqueatur: vt in authent. de duobus reis. §.
11 pro hoc ita. † Illud notandum eſt in duobus reis promitten-
di, quod lite conteſtata contra vnum, interrumpitur præſcri-
ptio contra vtrunque. Item in duobus reis ſtipulandi, ſi vnus
litem conteſtatur, prodeſt alteri interruptio præſcriptionis:
vt infrà eod. l. vltima. Item ſi vnus reorum debendi alteri ſuc-
cedat, ille, qui ſupereſt duobus principalibus obligationibus
tenetur: & ſi duo ſunt rei ſtipulandi, & vnus alteri ſucce-
dat, duas habet principales obligationes. Sed in vtroque ca-
ſu facta ſolutione, vel exactione, per vnam tollitur actio, vel
12 obligatio: vt ff. eodem. l. ſi reus. † Si autem duo ſunt rei de-
bendi, & creditor vni eorum ſuccedat, illius tantùm extingui-
tur obligatio: & fideiuſſores ab eo dati liberantur: niſi defun-
ctus erat ſocius cum alio: tunc enim, qui ſupereſt conuenitur
13 in partem tantùm: vt ff. de fideiuſ. l. Vranius. † Illud præterea
ſciendum eſt in duobus reis debendi, & credendi, quòd vnius
pactum, vnius compromiſsio, aut vnius ſententia, prodeſt al-
14 teri, ſi ſocij ſunt: alioquin contrà: vt ff. de arbit. l. ſi duo. † Con-
ſueuit quæri, ſi vnus ex duobus reis debendi ſoluerit, an ha-
beant contra alium mandati actionem?, quod quidam admi-
ſerunt, qui tacitè inuicem videantur fideiuſsiſſe: vt in authen.
de duobus reis. ibi, ſi quis enim alterna fideiuſsione: & infrà
eodem. l. j. ſed Ioan. Boſ. hoc negauit: niſi eſſent ſocij. argum.
ff. de fideiuſſ. l. Vranius. Ego puto diſtinguendum, vtrum pe-
cunia peruenerit ad vtrunque pro parte, an ad vnum tantùm.
Si ad vtrunque, quiſque videtur pro altero fideiuſsiſſe pro
eo, quod ad ſe non peruenit: vel ſi ad vnum tantùm peruenit,
alter ſolus videtur pro eo fideiuſsiſſe: vt ff. ad Velleianum. l. vir
vxori. §. vlt. & de in rem verſ. l. ſi pro parte. §. vlt. & ad Maced.
l. item ſi filius. §. j.

ANNOTATIO.

a Inſolidum debetur. Adde huius practicabilis concluſionis mate-
riam Bart. in l. fin. ff. de duobus re. & in l. Titius. ff. de fideiuſſ. Bald. in
auth. hoc ita. C. de duobus re. Bald. in l. ſancimus. in verſic. item non
competit actio. C. de verborum ſignificatio. Ludouicus Roma. in l.
generaliter. de fideiuſſ. multa per dom. Alexan. in conſil. iiij. in quarto
volum. Pau. de Caſtr. in conſil. xlix. incip. viſo puncto. vbi in terminis
colliges totam materiam.

De fideiuſſoribus & mandatoribus. *Rub.*

*1 Fideiuſſoris appellatio quàm latè pateat, & quis propriè dica-
tur fideiuſſor.*
2 Mandator quis dicatur.
3 Fideiuſſor pro quibus perſonis poſsit intercedere.
4 Fideiubere, quæ perſonæ poſsint.
5 Fideiuſsio, quomodo fiat.
*6 Fideiuſſoris cauſa quibus modis conſtatur durior, quàm rei
principalis.*
*7 Fideiuſſor quomodo accipiendus ſit in obligatione, quæ continet
factum indiuiduum.*
8 Fideiuſſorem poſſe accipi, & ante obligationem rei, & poſteà.
*9 Fideiuſſorem acceptum in plus quam reum principalem, in ni-
hilum teneri, etiam ipſo iure.*
*10 Fideiuſſores plures eiuſdem debitoris, an ſinguli inſolidum te-
neantur.*
*11 Fideiuſſori condemnato qualiter ſuccurratur aduerſus reum
principalem, & cæteros fideiuſſores. & num. 14.*
*12 Fideiuſſorum vno ſoluente cæteros liberari, aliter atque vno ex
eis per ſententiam iudicis abſoluto.*
13 Actio quando poſsit cedi fideiuſſori ſoluenti.
*15 Fideiuſſori quibus caſibus denegetur actio aduerſus eum pro
quo fideiuſsit.*
*16 Fideiuſſor an poſsit conueniri ante excuſſum principalem de-
bitorem.*
*17 Fideiubẽs ſub pœna ſe intra certum tempus exhibiturum reum
in iudicio, quando demum efficaciter teneatur ad pœnam.*
*18 Fideiuſſor in iudicio ſiſtendi cauſa acceptus poſt quãtum tem-
pus liberetur.*
*19 Fideiuſſorem non excuſari ex eo, quòd creditori denunciauerit,
vt compelleret debitorem ad ſolutionem.*

DIXIMVS ſuprà de iis, qui per ſtipulationem
principaliter obligantur, nunc videamus de fide-
iuſſoribus, & mandatoribus, qui principalibus
obligationibus applicãtur. Videamus ergo quis
dicatur fideiuſſor, & quis mãdator, & pro quo, & quis poſsit
fideiubere. Item qualiter fiat fideiuſsio, & quis ſit effectus fi-
1 deiuſsionis. † Eſt autem nomen fideiuſſoris generale [a], vt
a contineat etiam mandatorem, & conſtitutorem, & eum qui
* ex toto transfert in ſe obligationem, qui & vocatur expro-
miſſor: & ſic ponitur ff. ad Velleianum. l. quamuis. §. ſi mulier.
Sed hic ſpecialiter ponitur pro eo, qui vel per ſtipulationem
2 pro alio obligatur, illo remanente obligato. † Mandator au-
tor autem obligatur ſolo conſenſu, & præcedit principalis
debitoris obligationem: niſi in caſu, cùm tibi mandauerit, ne
vrgeres debitorem tuum ad ſolutionem, periculóque ſuo fo-
re pecuniam dixit: vt ff. mandati. l. ſi verò non remuoerandi. §.
3 ſi poſt. † Poteſt quis fideiubere pro omni perſona, quæ ciui-
liter & naturaliter eſt obligata. Hinc eſt, quòd pro pupillo, &
furioſo, etiam ſine tutorum, & curatorum authoritate obli-
gatis, quis poſsit fideiubere: vt ff. eodem. l. Marcellus. §. ſi quis
procurator. quod pro parte verũ eſt, vbi ex re deſcendit obli
gatio. vt ſi in rem communem, quam habeo cum eis, aliquid
impendero: vel ſi pupillus dederit damnum in rem commu-
nem: vt ff. de actio. & oblig. l. furioſus. aliàs non: vt ff. eodem.
l. ſi à reo. §. ſi à furioſo. Item & pro eo quod debet hæreditas
iacens, fideiubere poſſum: vt ff. eodem. l. mortuo. Item non
ſolùm pro reo principali, ſed etiam pro fideiuſſore fideiuſſor
accipi poteſt: vt ff. eod. l. ſi plures. §. vlt. & l. vt fideiuſſor. in fi.
Sed & pro eo qui tantùm naturaliter obligatus eſt quis fide-
iubere poteſt: vt ff. eodem. l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſſor
accipi poteſt. Et ſecundum omnes efficaciter poteſt exigi fi-
deiuſſor: vt argum. ff. eodem. l. vbicunque. quamuis non poſ-
ſit exigi reus: quia tantùm naturaliter eſt obligatus. Nec ob-
ſtat, quod dicitur Inſtit. eod. §. fideiuſſores. Plus enim tantùm
quatuor modis dicatur: vt Inſtit. de act. §. plus. quorum nul-
lus in caſu propoſito poteſt aptari: & ſpectat hoc ad effectum
fideiuſsionis. Item quod dixi eſt adeò verum, vt etiam pro
ſeruo ſuo domino naturaliter obligato quis poſsit fideiu-
bere: vt Inſtit. eod. §. in omnibus. verſi. at nec. Sed è contra pro

domino, obligato ſuo ſeruo, non poteſt quis fideiubere apud
dominũ: vt ff. eo. l. ſi quis pro eo. §. item ſi filius. & eſt in prom-
ptu ratio: quia nemo pro eo apud eundem poteſt eſſe obliga-
tus: vt ff. eo. ad Velleia. l. tutor. Nam pro domino eſſet obliga-
tus, & ipſi domino: quia ſi ſtipularetur ſeruus à fideiuſſore,
obligatio domino acquireretur per ſeruum. Et ſi inſiſtas, &
oponas (vt multi faciunt:) quia hoc dicit regula iuris: reſpon-
de quia fideiuſſor conuentus ſemper diceret, quare me conue-
nis: nonne pro te intercesſi? nonne reſtitueres poſtea mihi, ſi
ſoluerem? dolo facis quia petis, quod reſtituturus eſt: vt ff. de
reg. iur. l. in condẽnatione. §. vlti. Propter hoc leges non volue
runt cõmitti ſtipulationes, quæ nullum omnino haberent ef-
fectum. Sed ſecus in alio caſu: quia cum pater, vel dominus ſti
pulatur à fideiuſſore, hæc obligatio non acquiritur filio per
patrem: vt ff. de pact. do. l. cùm dos. Vel poteſt eſſe quòd nulla
exceptio ex perſona ſerui obiiciatur domino: vt puta, ſi nihil
ſit in peculio. Si verò eſſet tantundem, obſtaret domino exce-
ptio. Sic ergo hic in aliquo caſu valere poteſt. Item fideiubere
poteſt aliquis pro eo, qui tantùm ciuiliter obligatus eſt: licet
quidam contradixerint. argu. pro eis. ff. de cõſtit. pecu. l. quòd
ſi maritus. §. j. ſed ei competit eadem exceptio, quæ & reo: vt ſ.
de non nume. pecu. l. ſi eis. Si verò reus nullo modo eſt obliga
tus, vel de facto, vel etiam de dicto & facto promiſit, ſi pro-
miſsio eſt contra legem, nulla eſt obligatio. vel fideiuſsio: vt
ff. eod. l. qui contra. & l. cùm lex. & l. ſi quis poſtquam. Obli-
gantur autem iſti fideiuſſores ei, cui debetur, non autem adie-
cto in ſtipulatione ſolutionis cauſa poſſunt obligari: vt ff. eo.
4 l. ſi mihi, aut Titio. † Item fideiubere poſſunt omnes, qui aliàs
poſſunt obligari, de quibus plenè diximus ſ. de inutil. ſtipula.
Sed excipiuntur milites. & clerici: vt ſ. loca. & conduct. l. mili-
tes. & in auth. de ſanctiſſ. epiſ. §. aliud & mulieres: vt ſ. ad Vel-
leia. per totum tit. niſi fortè hi omnes ſuo renuntiauerint pri-
uilegio expreſsim, vt & de muliere dicitur ſ. ad Velleia. l. ſi mu
lier perfectæ ætatis. Sed mulier, licet non renuntiet expreſsim,
quandoque tamen ſibi præiudicat: vt diximus ſ. ad Velleia.
Item ſeruus fideiubet agendo negotium peculiare: putà, pro
ſuo peculiari creditore: alioquin nec naturaliter obligatur ſer
uus: ſed nec dominus ex illa fideiuſsione conuenietur de pecu
lio. Filius verò famil. indiſtinctè fideiubet, ſicut & paterfami.
vt ff. de pecu. l. licet. §. ſi filius. & ff. eod. l. ſeruus inſcio. & l. ſed
5 ſi ſerui dominus. † Fit fideiuſsio ita vt interrogetur fideiuſſori
ſic, fide tua eſſe iubes. quod illi credidi? Et ille reſpondet, fide
mea eſſe iubeo. Intelligantur enim hæc omnia ſolẽniter acta:
vt Inſtit. eod. §. in ſtipulationibus. Sed & vbi res, non factum
continetur in ſtipulatione rei, eandem rem poſſum ſtipulari à
fideiuſſore: vt tamen in duriorem cauſam nunquam accipiam
6 fideiuſſorem, in leuiorem poſſum, vt † durior videatur cauſa
illius quatuor modis: cauſa, re, loco, tempore: vt ff. eo. l. Græce.
§. ſi quis Stichum. & §. idem Iulianus. & §. contra autem. & §.
ſed & ſi reum. & Inſtit. de actio. §. plus autem. Idem videtur &
ſi operæ cõnneantur in promiſsione, puta pictoriæ decem die-
rum: vt diximus ſ. de duo. reis. & quæ numero recipiunt diui-
7 ſionem: vt dixi ſ. de contrahen. ſtipu. Si verò † factum aliud in-
diuiduum contineatur: puta, promiſit reus per ſe non fieri
quominus mihi ire, agere liceat, qualiter accipietur? non au-
des dicere quòd fideiuſſor promittat ſe illum non impeditu-
rum: [quia ſic promitteret factum alienum: vnde inutilis eſſet
ſtipulatio: vt ff. eod. l. ſicut reus. & de verb. obligat. l. ſtipulatio
iſta. §. ſed ſi quis promittat. j. reſpon. & Inſtit. de inuti. ſtipul §.
verſa vice. Rurſus non audes dicere quòd fideiuſſor promittat
ſeipſum nõ impediturum:] quia lex dicit eum non teneri, nec
committi ſtipulationem, ſi ipſe fideiuſſor prohibeat: vt ff. de
verb. oblig. l. cùm filius. § ſi ſtipulatus. Dicam ergo quòd ita
intercesſit. & debeat intercedere, ſicut & ſ. diximus, pro illo,
fide mea eſſe iubeo: & ita videtur promiſiſſe ſtipulatori inter-
eſſe. Reus enim & ad factum tenetur, & ad intereſſe: quia vbi-
cunque factum eſt in obligatione, & intereſſe: vt ff. de re iudi.
l. ſi quis ab alio. §. vlti. & de verb oblig. l. quoties quis alium.
8 † Item accipitur fideiuſſor, & ante obligationẽ rei, & poſteà:
vt ff. eod. l. ſtipulatus ſum. §. adhiberi. Et per hoc differt à cæ-
teris, qui alienas obligationes ſuſcipiunt, vt à mandatore: de
quo diximus ſuprà eod. & à conſtitutore, qui ſequitur obli-

9 gationem rei: vt diximus de conſtit. pecu. Item † quod dixi
fideiuſſorem accipi in leuiorem, nõ in duriorem cauſam, adeò
verum eſt, vt putem fideiuſſorem in plus acceptum, ipſo iure
in nihilum teneri, vt ff. de fideiuſſ. l. Græcè. §. fin. licet quidam
dicant contrariũ. Pro quibus poſſent induci argumenta mul-
ta ex illo generali, vtile per inutilẽ non vitiatur: ſicut & in do-
natione dicitur. C. de donat. l. ſancimus. §. ſi quis autem. Item
fideiubere poteſt aliquis, vt teneatur ad tempus, putà in diem
10 vitæ ſuæ: vt ff. eod. l. pen. † Effectus autem fideiuſsionis hic
eſt, quia quotquot ſunt numero, ſinguli inſolidum tenentur
b ad ſortem, & vſuras[b]: vt not. ſuprà loc. & conduc. §. vlti. niſi
creditor diuidat petitionem ſuam, non ita ſi eligat vnum: vt
infrà eod. l. reos. & l. liberum. Sed & epiſtola diui Hadriani
compellitur creditor à ſingulis, qui modo ſoluendo ſunt tem
pore litis conteſtatæ, partes petere. Hoc verum. ſi ſint fideiuſ
ſores vnius: ſecus ſi plurium, licet eiuſdem ſummæ: vt ff. eodem.
l. ſi à Titio. Ideóque ſi quis ex fideiuſſoribus eo tempore non
ſit ſoluendo, hoc cæteros onerat: vt Inſtitu. eodem. §. ſi plures.
Sed vbi vni fideiuſſorum ſuccurritur ratione ætatis, non te-
netur alius ſoluere, niſi pro parte: ſecus ſi mulieri confideiu-
benti ſubueniatur per Velleianum. Nam alij tenetur inſoli-
dum: vt ff. eodem. l. ſi Titius. Cùm autem dubitatur de fide-
iuſſore, an ſit ſoluendo, vel non, & conuentus paratus eſt ſatiſ
dare creditori, vt ſuo periculo conueniat confideiuſſorẽ præ-
ſentẽ. auditur: quia nõ ſemper eſt facilis nominis emptio, cùm
numeratio totius debiti non ſit in expedito: vt ff. eod. l. ſi du-
bitet. Sed per authent. de duobus reis promittendi, videtur
eſſe neceſſarium expreſsim hoc agi, vt quilibet teneatur inſo-
lidum: ſed hæc actio locum habet per beneficium epiſtolæ di-
ui Hadriani: vt dixi ſ. de duob re. vel fortè authen. loquitur in
duobus reis tantùm, ſicut etiam iure veteri videtur eſſe cau-
tum: vt ff. de duob. re. l. reos. §. vlt. non autem loquitur in fide-
iuſſoribus, quorum quilibet debet teneri inſolidum, ſicut &
11 reus, pro quo intercedit. † Cõuentus autem fideiuſſor, etiam
ſi fuerit damnatus, impetret ceſsionẽ perſonalium actionum
contra reum principalem & in rem, & in pignoribus? Nec ta-
men habetur loco emptoris extranei: imò mandati conuentus
pignora reſtituet debitori. Sed & fructuum & vſurarum ra-
tio eſt habenda: vt ff. eodem. l. ſi mandato meo. & l. Paulus re-
ſpondit. & C. de dol. l. j. & ff. mand. l. ſi mandato Titij. §. Pau-
lus. Item impetrat fieri ceſsionem actionum contra fideiuſſo-
res. Pro parte dico, non inſolidum: vt ff. eod. l. ſi fideiuſſores.
§. idem reſpondi. & l. fideiuſſoribus. & de pecul. l. quæſitum. §.
j. ſed ſi velit pro parte. &c. & de adminiſtr tuto. l. ſi plures. ibi,
in alterum pro parte, &c. & de tute. & ra. diſt. l. cùm pupillus.
& ad leg. Rhod. de iact. l. j. & l. ij. §. æquiſsimum. & de cenſi. l.
cùm poſſeſſor. Nulla autem facta ceſsione. non agit fideiuſſor
contra fideiuſſorem: vt ff. eodem. l. vt fideiuſſor. ſecus in cura-
12 toribus: vt dixi ſuprà de diuidenda tut. §. Tertium. † Vno au-
tem fideiuſſorum abſoluto per iudicem, non liberantur alij:
ſed vno ſoluente, cæteri liberantur: vt ff. eodem. l. amiſsi. §. vlt.
Sic & liberantur per confuſionem: vt not. infrà tit. ij. §. videa-
mus hoc ita, ſi fiat ceſsio ante ſolutionem, vel poſteà: cùm ta-
men prius conueniſſet de actionibus cedendis: vt ff. de ſolu. l.
13 Modeſtinus. Vel † diſtinguas in fideiuſſore, ſoluat nomine ſuo,
vt tunc quandocunque poſsint ei cedi: vt ff. mand. l. Papinia-
nus. An nomine debitoris, vt tunc nunquam cedantur ei. An
ſoluat ſimpliciter, & tunc ſi quidem creditor cedat inconti-
nenti, præſumitur quòd fideiuſſor ſoluerit nomine ſuo, & de-
bitoris, ſi ex interuallo contrarium eſt vt dixi. Et erit hic no-
tandum, quia licet actio, quæ ceditur inutilis eſſet penes ce-
dentem, eſt tamen vtilis penes eum, cui ceditur. Et eſt fortè ra-
tio: quia fideiuſſor alia via poſſet exigere reum, cùm in ceſ-
ſa actione non ſubuenitur reo. & eſt argum. ff. de ſolut. l. Sti-
14 chum. §. aditio. & eſt hoc de apicibus iuris. Sic † autem fide-
iuſſor acceptus habet actionem mandati contra reum, ſi reo
mandante, vel patiente, fideiuſsit: fortè eo etiam ratum haben
15 te: & ſic erit hic ſpeciale. Si † verò pro abſente, datur ei nego-
tiorum geſtorum actio: niſi in caſibus quando fideiuſsit pro
vetante, vel in rem ſuam, vel animo donandi: vt ff. manda. l.
qui fide. & l. ex mandato. §. fideiuſſori. & l. ſi remunerandi. §. ſi
paſſus. Sed & aliàs repellitur fideiuſſor, ſi omiſit exceptio-
nem

nem competentem: vt plenè dixi ſuprà, mandati. Vbi etiam
16 notaui quando agat fideiuſſor ante ſolutionem. † Item notandum eſt, quia licet olim creditor haberet electionem conueniẽdi primò fideiuſſorem, vel reum principalem, vel etiam vnum eligere de fideiuſſoribus: vt infrà eodem. l. liberum. & l. reos. hodie tamen, ſi præſens ſit debitor, & fideiuſſor, non permittitur creditori conuenire interceſſorem prius, quàm reus inuentus eſt minus idoneus in totum, ſiue in partem. Abſente verò reo, præſens interceſſor conuenitur: ipſo tamen deſiderante iudex definiat tempus, intra quod deducat reum primò conueniendum, ipſum in ſubſidium reſeruando. Nam tranſacto tempore compellitur interceſſor ſatisfacere, ceſſis ſibi à creditore actionibus: quaſi iſte fideiuſſor nomen debitoris videatur emiſſe, id eſt, actionem perſonalem, & ius pignorum. Neque diſtinguendum eſt in quo contractu fideiuſſerit, vel fuerit ſponſor, aut mandator: vt in auth. de fideiuſſo.
17 collatio. j. §. j. & j. eod. l. ij. & ff. eod. l. cùm is, qui. † Eſt & aliud notandum, quòd vbi aliquis fideiubet ſub pœna quòd reum intra certum tempus tradat, vel exibeat in iudicio, nec exhibuit intra tempus conuentum, ſi quidem tempus conuentum
• erat ſex menſium, vel minus tantundem * ſpatium datur fideiuſſori vt liberetur à pœna, ſi poſsit perſonã exhibere, & eam tradere. Si autem tempus conuentum erat amplius, quàm ſex menſium, non tamen habebit fideiuſſor vltra, quàm ſex menſes ad moram purgandam, & perſonam repræſentandã: quod ſi non fecerit, omnino tenetur ad pœnam. Si tamẽ elapſo ſtatuto tempore velit fideiuſſor defendere reum antequàm labatur tempus, poſt adiectum poterit hoc facere: & neceſſe habebit vſque ad finem defenſionem complerẽ: nec liberabitur exhibendo: vel tradendo perſonam. Elapſo autem ſecundo adiecto tempore, non licet fideiuſſori venire ad præſidium defenſionis: imò ſoluet pœnam, niſi reus in conuento tempore primò deceſſerit. Nam ſi reus deceſſerit in ſecundo tempore, pœna iam commiſſa à fideiuſſore exigenir: vt j. eod. l. antepenul. Aliàs autem non licet alicui ita purgare moram in pœna: vt
18 diximus ſuprà de contrah. & commit. ſtipu. † Item illud ſpeciale eſt in hac promiſsione iudicio ſiſti: vt ſi quidem fiat ſine ſcriptis, & non in cauſa publica, nec intra certum tempus, fideiuſſor liberetur, elapſis duobus menſibus, quibus actor non eſt perſecutus actionem ſuam. Præſumitur enim, quòd volunt deſiſtere, cùm & ipſe promittat ſe litem conteſtaturum intra duos menſes: vt in authent. de execu. & iis qui conueni. Vbi autem facta eſt fideiuſsio in cauſa publica, vel in ſcriptis, fortè tenetur fideiuſſor perpetuo, vel ſaltem vſque ad triennium, quo durat inſtantia cauſæ: vt ſuprà de iudic. l. properandum. §. j. Vbi autem facta eſt in tempus certum, in tantum extenditur, inquantum atteſtatio fuerit expreſſa: vt infrà eodem. l. penult. Item notandum eſt, quòd fideiuſſor quandoque habet exceptionem, quia mandauit creditori, ne aliter crederet pecuniam, niſi acciperet pignora: vt infrà eodem. l.
19 ſi creditor. Illud porrò † non excuſat fideiuſſorem, quòd ipſe denuntiauit creditori, vt debitorem compelleret ad pecuniam ſoluendam, vel vt pignus diſtraheret, & creditor ceſſauit: vt ff. eod. l. ſi fideiuſſor creditori.

ANNOTATIONES.

a Generale. Ad hoc vide gloſſam ordinariam, & Bartolum in l. ſi verò. §. ſi poſt creditam. ff. mand. Bald. in l. blanditus. C. hoc eodem titulo. Paul. de Caſtr. cumulatè in conſilio lxxix. multa per dominum Barbo. Socin. in conſil. xxcix. incip. in cauſa tacta iam ... verſic. ad ſecundum. in ti. ...
b Vſuras. Adde Bart. Bald. & doct. in l. quæro. ff. loca. Cyn. & doct. in l. fideiuſſor. C. de fideiuſ. domi. Alex. in l. ſi cùm dotem. §. ſin autem. ff. ſoluto matrim. Lud. Rom. in l. generaliter. circa finem. ff. de fideiuſſo. Paul. de Caſtr. in conſil. lxxix. & in conſil. xlix. incip. viſo puncto. vbi habes totam materiam.
* Generale. Fideiuſſor eſt, qui alterius obligationem in ſuam fidem ſuſcepit. Licet autem (vt ait Azo) generale nomen ſit, reſtringitur tamen ad illum, qui per ſtipulationem pro alio obligatur. l. prima. C. de conſtit. pecu. Fideiubere autem poſſunt omnes, qui poſſunt obligari. fallit in milite. l. milites. C. loca. Matthæus.
* Tantundem. Alias aliud tantum.

De nouationibus, & delegationibus. *Rub.*

Summarium.

1 *Nouatio quid, & vnde dicatur.*
2 *Nouari quæ obligatio poſsit, & in quam obligationem.*
3 *Nouare obligationem quis poſsit.*
4 *Nouationem fieri poſſe purè, in diem, & ſub conditione.*
5 *Nouatio obligationis quando cenſeatur facta.*
6 *Nouationum aliam eſſe voluntariã, aliam neceſſariam, & quæ dicatur neceſſaria.*
7 *Delegare quid ſit, & qualiter fiat delegatio. & num. 9.*
8 *Delegato per ignorantiam, qui debitor non erat, qua ratione ſuccurratur.*

DIXIMVS. de obligationibus, quæ naſcuntur ex ſtipulationibus: ſed quia obligationes, ſic ſoluuntur per ſtipulationes, ſicut & contrahuntur: ideo ponit de nouationibus & delegationibus. Videndum ergo quid ſit nouatio, vnde dicatur, quæ obligatio nouetur, quis poſsit nouare, qualiter fiat nouatio, & quando, quæ ſit nouationum diuiſio, & poteſtas: poſteà dicemus quid ſit delegare, quis poſsit delegare, quando, & quibus mo-
1 dis fiat delegatio. † Nouatio eſt prioris debiti in aliam obligationem, vel ciuilem, vel naturalem, tranſfuſio atque tranſlatio: hoc eſt, cum ex præcedenti cauſa ita noua conſtituatur, vt prior perimatur. Nouatio enim à nouo nomen accepit, &
2 à noua obligatione. Illud † non refert an in priori obligatione fuerit ciuilis & naturalis, vel prætoria, an naturalis tãtùm, puta contracta cum ſeruo, vel pupillo ſine tutoria authoritate. Sed nec refert an contracta fuerit prior obligatio re, an verbis, vel alio quocunq; modo: vt ff. eo. l. j. In ſecũda autem obligatione neceſſariũ eſt, ꝙ teneat ciuiliter, & naturaliter, vel naturaliter tãtùm: vt ecce, quod debes mihi ſtipulor à pupillo nouãdi animo ſine tutoria authoritate. Fit enim nouatio per hoc, quòd pupillus obligatur ſaltẽ naturaliter. Sed ſecus, vbi ſtipulor à ſeruo nouandi animo quod debes mihi. Seruus enim nullo modo obligatur ex fideiuſsione etiam naturaliter, nec dominus de peculio ex eius perſona: & ideo non fit nouatio. Sed in pupillo contrarium eſt, vt dixi: vnde & prior obligatio tollitur, & poſterior non eſt efficax ad agendũ, ſed eſſet efficax ad excipiendũ: vt Inſt. quib. mod. tol. oblig. §. adeò. & ff. de fideiuſ. l. ſed & ſi ſerui dominus. Nouari poteſt omnis obligatio, qualitercunque fuerit contracta, fortè & ſi literis tantùm, ſiue ſit pura, ſiue in diem, ſiue ſub conditione. Et illa, quæ eſt pura, vel in diem, ſtatim nouatur: quia certum eſt diem quandoque venturum. Illa autem, quæ conditionalis eſt, nouatur ita demum, ſi exiſtat conditio: & exiſtente conditione eo tempore impletur ſtipulationis conditio, & naſcitur actio, & tollitur per nouationem: vt ff. eo. l. omnes. & l. in diem. & l. ſi Stichum. §. j. Sicque transfertur prima in ſecundam, ſi, tamen exiſtente conditione ſit perſona debitoris, quæ poſsit obligari. Nam, ſi tunc deportatus eſſet, non fieret nouatio: vt ff. eod. l.
3 quoties. † Nouare poteſt ille, cui competit actio, ſi maior eſt xxv. annis, & compos ſuæ mentis. Item eius tutor, & curator, ſi hoc minoribus, & furioſis, & prodigis, expediat. Itẽ & procurator qui habet liberam & generalem adminiſtrationem, ſiue ſit homo liber, ſiue ſeruus, ſiue filiusfam. Sed ſi filius, vel ſeruus, nõ habet peculij adminiſtrationem liberam, ſolui quidem poteſt ei, ſicut & adiecto in ſtipulatione: non tamen ius habet nouandi. Imò, etſi habeat adminiſtrationem, non habet ius nouandi: hoc verum, ſi faciat animo nouandi: vt ff. eod. l. cui rectè. & l. ſeruus. & l. nouare. & l. debitorem. & l. ſi quis abſente. & l. filius. & l. vlt. j. reſpon. & §. j. & ff. de procur. l. procu-
4 rator cui libera. † Fit nouatio purè, & in diem, & ſub conditione: & vbi fit ſub conditione non ſtatim fit nouatio, ſed tunc demum, cùm conditio extiterit. Sed & ſi exiſtat cõditio, oportet rem promiſſam eſſe in rebus humanis tẽpore illo, quo exiſtit conditio: alioquin non fit nouatio: quia non ſubeſt res eo tempore, quo conditio impletur: fit tamen purgatio ſuperioris moræ: niſi fortè debitor rem promiſſam occiderit: vt ff. eo.
5 l. quoties. j. reſpon. & l. ſi rem. Fit & nouatio † tunc ſecundum vetera iura, quãdo agitur expreſsim, vel tacite vt ea fiat: alio-

qoin contra: vt ecce, pecuniam tibi mutuaui ſine ſtipulatione,
& ex continenti ſtipulatus ſum: vel primo ſtipulatus ſum, &
poſtea numeraui: vnus eſt contractus tantùm ſtipulationis, &
nullius numerationis, vt ſic dicatur vnũ cõtractum per alium
nouari: quia id agitur, vt ſola ſtipulatio teneat, & magis im-
plẽdæ ſtipulationis gratia numeratio præſumitur fieri, quàm
vt agatur ex ea: vt ff. eo. l. ſi ita ſuero. §. j. & l. cùm enim. Porro,
vbi ab eadem perſona ſtipulor nouandi animo quod mihi de-
bebat, præſumebatur apud veteres fieri nouatio ita demũ, ſi ali
quid noui ſit in poſteriori obligatione: & hoc fortè ſi cõditio,
aut dies, aut fideiuſſor adijciatur, vel detrahatur. Sed vbi ſtipu
lor ab alio ex quibuſdã cõiecturis ſimiliter præſumebant vete
res fieri nouationẽ, quã ignoramus. Sed hodie ita demũ fit no-
uatio, ſi hoc agatur expreſsim. Si verò ageretur tacitè, dici po
teſt habere locum exceptionem: vt C. eod. l. vlt. & ff. de præto.
6 ſtipul. l. pen. & inſtit. quib. mod. tol. oblig. §. præterea. † No-
uationum fit diuiſio: quia alia voluntaria, vt ea de qua dictum
eſt, alia neceſſaria, vt quæ fit per lit. conteſt. In voluntaria perit
priuilegium dotis, & tutelæ: ſi poſt diuortium dos in ſtipula-
tionem deducatur, vel poſt pubertatem tutelæ actio nouatur,
quod nemo dixerit lit. conteſt. neq; enim deteriorem cauſam
noſtram facimus, actionem exercentes, ſed meliorem (vt ſolet
dici) in his actionibus, quæ tempore, vel morte, perituræ ſunt:
vt ff. eod. l. aliam. Fit etiam neceſſaria per ſententiam: vt ſ. de
7 iudi. † Delegare eſt vice ſua alium reum creditori dare.* vel
a cui iuſſerit creditor: vt ff. eod. l. delegare. Dare autem poſſum
vel voce, vel ſcripto, vel nutu: ſatis eſt enim quod qualitercun
que conſentiam. Hinc eſt, quia debitorem, & non debitorem
8 † delego, & ſi is qui non erat debitor per ignorantiam delega
tus eſt creditori, nulla tuetur ſe exceptione cõtra creditorem:
ſed contra delegantem poterit agere, ſi nondum ſoluit, condi-
ctione incerti, vt liberetur: vel ſi ſoluit, cõdictione certi vt red
datur ſibi pecunia: vt ff. eod. l. ſi quis. In caſu tamen delegatus
habet exceptionem: hoc eſt, cùm delegatus eſt ei, cui delegatus
volebat donare, vel quem putabat eſſe ſuum creditorem: vt ff.
9 de do. except. l. Iulianus. † Inter delegatum autem & eum cui
fit delegatio oportet interuenire ſtipulationem, vel litis cõte
ſtationem: his enim modis fit delegatio: vt ff. eod. l. delegare. §.
fin. Secus ſi tibi mãdo actiones, vel cedo: nam ibi nulla exigi-
tur ſolemnitas, nec conſenſus requiritur debitoris: nec actio
prima perit: niſi ille, cui ceſsi, vel mãdaui actiones, prius litem
fuerit conteſtatus, vel aliquid ex debito acceperit, vel debito-
ri denontiauit, vt ſolueret: vt j. eod. l. j. & iij. & per hoc patet,
difficilius incorporalia ſeparari, quàm corporalia: vt ff. de pe-
culio. l. quis ergo. & pro ſocio. l. j. in fin. & l. ij. & l. iij.

ANNOTATIO.

a Reum creditori dare. Adde Bart. in l. ſi. C. de vſur. rei iudic. Bal. in l. ri.
C. de execu. rei iud. do. Alex. in l. qui vſumfructum. ff. de verb. oblig.

De ſolutionibus & liberationibus. *Rub.*

1 Liberatio ab obligatione quibus modis contingat, vt extingua-
tur obligatio ipſo iure, & nume. 3.
2 Obligatio quando, & qua tollatur per confuſionem.
4 Obligationem naturalem tolli ipſo iure per factum ſimplex,
per iuſiurandum, & per chirographi redditionem, & an his
modis tollatur ciuilis obligatio.
5 Soluere quis poſsit, vt ex ſolutione contingat liberatio.
6 Solutio cui debeat fieri, vt liberatio inde contingat.
7 Procuratori ad litem conſtituto nõ rectè ſolui.
8 Solui quid debeat vt liberatio inde ſequatur & nu. 11.
9 Solutio in quam cauſam præſumatur facta, cùm ex pluribus
cauſis debetur.
10 Obligatus ad certam ſpeciem quomodo liberetur per ſolutionẽ.
11 Satisfactio an, & quando cedat loco ſolutionis.

QVONIAM ſtipulatio, de qua dictum eſt tolli-
tur per ſolutionem: ideò ponit de ſolutionibus,
ſcilicet rerum, & liberationibus obligationum.
Large tamẽ ponitur ſolutio pro qualibet libera-
tione: vt ff. eo. l. ſolutionis. Nã de ea liberatione, quæ ita fit in
perſona, vt non perimatur obligatio hic nõ tractat: licet quí-
dam ſcripſerunt contrarium, arg. ff. de duob. re. l. vlt. Sed certè
hic non tractat de talibus liberationibus: ſed ponet j. de ſent.
1 paſ. & de bon. dam. † Videamus ergo, quibus modis liberetur
quis ab obligatione, vt ea extinguatur ipſo iure: & quidẽ per
nouationem, & per delegationem, & per compenſationem, de
quibus habuimus ſ. per acceptilationem, de qua ſequitur j. &
per confuſionem: & de his tangitur j eo. l. ſi oblig. tũ. & l. eius
2 quantitatis. Et † de confuſione plenius dico. Nam ſi fideiuſ-
ſor fideiuſſori ſuccedat, nulla tollitur: vt ff. de fideiuſ. l. hæres.
§. non eſt. Si fideiuſſor ſtipulanti, vel contrà, acceſſoria tantùm
tollitur: vt ff. eo. l. hæres. §. quòd ſi idem ſtipulator. & l. Lucius.
& l. Vranius. §. quòd ſi creditor. Si fideiuſſor reo, tantùm na-
turaliter obligato ſuccedit, neutra tollitur: ſi ciuiliter & na-
turaliter, acceſſoria tantùm tollitur: vt ff. de fideiuſ. l. hæres. §.
quòd ſi hic ſeruus. Si reus ſtipulanti, vel è conuerſo ſucceſſe-
rit, omnis obligatio tollitur: vt ff. ad leg. Falc. l. j. §. ſi debitor. &
ff. de fideiuſſ. l. ſi Stichum. §. à Titio. & l. Vranius. & ff. de ſol. l.
3 Stichum. §. aditio. † Item per oblationem, & depoſitionem, &
conſignationem: vt j eo. l. obſignatione. & ipſo iure, non per
exceptionem dico reum liberari: vt ff. depoſit. l. j. §. ſi pecunia.
in fi. Niſi depoſitor recipiat numos: tunc enim nec depoſuiſſe
videtur: vt ſ. de vſur. l. acceptam. ſi autem oblatio tantùm fiat,
re admiſſa, datur exceptio: vt ff. eo. l. qui decem. & l. ſi debitor.
Item per interitum ſpeciei, quæ erat in obligatione, nec præ-
ceſſerit mora, nec debitor occidit: vt ff. eod. l. verborum. & de
4 verb. obli. ſi ex legati. & l. nemo rem ſuam. §. j. † Tollitur enim
ipſo iure naturalis obligatio per pactũ ſimplex, & per iuſiu-
randum, & per chirographi redditionem. Ciuilis autem tolli-
tur per exceptionem: vt ff. eo. l. Stichũ. §. naturalis. & Inſtit. de
except. §. præterea. ſed in caſibus ipſo iure tollitur ciuilis: vt ff.
de pact. l. ſi tibi decem. §. j. Item maleficio ſuo creditor amittit
actionẽ, vel per cõſtitutionem, ſi quis in tantam. ſ. vnde vi. vel
per edictũ diui Marci: vt ff. quod met. cau. l. extat. vel per auth.
vt non fiant pign. v. colla. vel per auth. vt nulli iud. colla. ix. §.
quia autem & huiuſmodi: vel per conſtitutionẽ diui Claudij,
cùm conceſſa eſt actio potentiori: vt ſ. ne li. po. Itẽ tollitur ipſo
5 iure per ſolutionem. l. quoties. ff. eo. & Inſti. eo. in prin. † Vnde
videndum eſt quis ſoluat, cui, & qualiter. Et ſiquidẽ ſoluat is,
qui debet, & poteſt (puta maior xxv. annis, compos mentis
qui obligatus eſt, licet ſit accuſatus,) ipſo iure tollitur obliga-
tio: vt ff. eo. l. ſed nec. Si autem ſit minor, vt pupillus, contra eſt.
In adulto habente curatorem idem: ſecus in eo, qui non habet
curatorem: vt ff. eod. l. quod ſi fortè. §. vlt. & ſ. de mino. l. ſi cu-
ratorem. Sunt & quidam, qui tenentur ſoluere: ſed non ſunt
obligati creditori: vt tutor, & curator, & omnes legitimã ad-
miniſtrationẽ habentes: vt ff. de admi. tut. l. quoties. §. ſicut au-
tem. & de condict. inde. l. ſi procurator. Sunt alij qui ſua ſpõte
pro alio ſoluunt, debitore volente, nomine debitoris nõ ſuo,
alioquin non contingeret liberatio: vt ff. eo. l. qui mandat. & l.
Caſsius. vel ignorante: & tunc tenetur habere ratum: quia eſt
eius negotium ipſo geſtu: vt ff. de pig. act. l. ſolutũ. §. ſolutam.
vel inuito: vt ff. eo. l. ſoluere. hoc verum, ſi ſpecies, vel quãtitas
erat in obligatione, quã alius inuito creditore offerre poteſt:
6 ſecus ſi factũ: vt ff. eo. l. inter. † Cui? & quidem creditori maiori
& accuſato: vt ff. eo. l. eo. non pupillo, ſed ſi habeat pecuniam
ſaluam repellitur. Item tutori & curatori: ſed datur reſtitutio:
niſi in caſibus. Quod dic, vt not. ſ. ſi aduer. ſol. & dicitur ff. eo.
l. quod ſi fortè. §. j. & l. debitores. & l. in pupillo. Itẽ alij volẽte
creditore, vel ratum habente: niſi in caſu, ſi cùm ſeruus fugi-
tiuus gerit ſe pro libero. & ei ſoluit debitor: & fortè ibi habet
doli exceptionem: vt ff. ſi cer. pet. l. cùm fundus. §. j. & vt ff. eo.
l. ſolutã. & l. fugitiuus. Sed ſi ſciam tacitè, vel expreſsim reuo-
catum mandatum, non liberor: alioquin contra: vt ff. eod. l. ve-
rò. & l. ratum. & l. cùm quis. §. j. Item ſoluitur adiecto in ſtipu
latione, quicunque ſit ille, etiã nolente creditore: niſi litẽ con-
teſtetur: & hoc ſi adiecti ſtatus non mutetur in deteriorẽ con-
ditionem: vt quia alienę poteſtati ſubijciatur, cùm ſui ſit iuris:
alioquin contra: vt ff. eod. l. ſi ſtipulatus fuero. & l. cùm quis.
j. reſpon. & l. Stichum. §. vſusfuctus. & l. aliud. & l. ſi quis ſti-
pulatus.

pulatus. §.j. Item ſoluitur ſeruis ex contractu dominico pe-
cunia, etiam poſt manumiſsionem, ſi tamen ignoret manumiſ-
ſum: ſed ex peculiari etiam ſi ſciat manumiſſum, ſi tamen pa-
tet peculium conceſſum: vt ff. eo. l. ſi quis ſeruo. & l. ſi ſeruus pe-
7 culiari nomine. & l. quod ſeruus. Illud not. quòd † litis procu-
8 ratori non ſoluitur: vt ff. eod. l. hoc iure. Quid ſoluetur? † &
quidem, quod eſt in obligatione, ſi erat corporale: nam incor
poralia non recipiunt ſolutionem, vel traditionem: vt notaui
9 ſ. de vſufr. & de ſeru. & de act. emp. Et † ſi quidé ſit quantitas,
& adiiciam in quam ſoluam, cùm debeam ex pluribus, certum
eſt: quòd in eam cedit. Si non exprimá omnes principales cau-
ſas, ex quibus debeo, datur creditori electio, in quam accepto
ferat, duntamen incontinenti eligat: & ſi eligat incontinenti,
poteſt in eam cauſam computare in quam ſolueret ipſe ſi de-
beret, & veriſimile eſt, quòd potius ſoluat id, quod non eſt in
controuerſia, quàm illud quod eſt: & pro ſe potius, quàm pro
alio. Si tamen conſtat per confeſsiones partium contrarium,
ſemper in eam cauſam accepto feretur, in quam ſolueret: & in
hoc prodeſt facta electio incontinenti, in alio quoque prodeſt
incontinenti electio facta, quia ſi plures eſſent pares cauſæ, in
vnam eligit ſolutionem, quod poteſt prodeſſe ei ſi fortè in di-
cta cauſa non habet probationes in euidenti. Si autem nun-
quam eligit, vel ex interuallo, & plures ſunt cauſæ pares, dece
dit de omnibus pro rata. Si auté vna appareat grauior, vel du-
rior cauſa, ſemper in eam cauſam accepto feretur: vt grauior
dicatur ex eo, quòd vna pura, altera in diem: vel vna cum pœ-
na pecuniæ, vel infamiæ, altera non: vel vna cum fideiuſſore, al
tera ſine fideiuſſore reperitur. Ité quod de electione dicit, in-
tellige, cùm creditor eligit, & debitor tacet: alioquin ſi cóſen-
tiat, non eſt opus diſcrepatione cauſæ, vel ſi diſſentiat, incon-
tinenti repetit: vt ff. eo. l. j. ij. iij. iiij. & v. j. reſpon. Si vna princi-
palis, & alia acceſſoria, in vſuras accepto feret: vt j. eod. l. j. hoc
verum ſi ſint vſuræ debitæ per ſtipulationem, vel pignoris re-
tentionem: ſecus ſi nudo pacto. Sed aliud cùm creditor diſtra-
hit pignus: quia etiam in vſuram pacto debitam accepto feret:
vt ff. eo. l. in his. §. Imperator. & l. Paulus. §. Paulus. & C. de vſu
10 ris. l. per retentionem. Si verò ſit corpus, † ſiquidem in ſpecie
certa: ita demum liberatur, ſi ita ſoluatur, vt nó euincatur ex
aliqua cauſa: vt ff. eo. l. qui ſibi aut Titio. & l. ſi rem. hoc fortè
niſi cauſa præceſſerit obligationem: vt in eo, qui peruenit ad
libertatem: vt ff. de verb. obli. l. ſi ſeruum. & §. ſed ſi ſit quidem.
Si autem in genere, neceſſe eſt corpus ſic ſolui, vt auferri ali-
quo modo non poſsit: vt ff. eo. l. cum quis. §. qui hominem. &
11 l. quoties id quod. l. qui decem. §. vlt. † In omni autem debito
regulare eſt, vt plene, & in totum debeat fieri ſolutio: vt ff. eo.
l. etiam circa. & l. qui ſibi, aut Titio. ſed fallit in debito non li-
quido, & in libertate, & cùm aliter cóueniunt: vt ff. ſi cer. pet.
l. quidam. & de ſtatu libe. l. cùm hæres. & de vſuris. l. tutor. §.
12 Lucius. † Item omnis ſatisfactio pro ſolutione cedit: vt ff. eod.
l. ſatisfactio. hoc puta, cùm creditor eam admittat: non enim
cogitur: vt ff. de pig. act. l. ſi rem alienam. §. omnis. ſed in caſi-
bus cogitur: vt j. eo. authen. hoc niſi. & ff. de leg. j. l. ſi domus. §.
in pecunia. & de au. & arg. leg. l. j. in fine.

ANNOTATIO.

a Tollitur. Licet ſolutione tollatur omnis obligatio, ſi tamen is, cui ſolutum eſt, indebitum receperit, reddere cogendus eſt. Ideoque ſoluens indebitum iure ciuili per ignorantiam facti, non iuris, repetere poteſt. quale eſt illud, quod per falcidiam retineri poteſt. C. de iur. & fac. igno. Item indebitum iure naturali tantum, quo chirographo obligamus ſpe futuræ numerationis, repetere poteſt, extra, de ſolu. c. ſi. Indebitum quoque ignorantia repetitur. l. j. C. de cond. indeb. Quando autem quis ad alterum duorum tenetur, quod voluerit, præſtando liberatur. ff. de iure dot. l. plerunque. §. vlt. Martinus.

De acceptilationibus. *Rubrica.*

1 *Acceptilatio quid ſit.*
2 *Acceptilatio qualiter fiat.*
3 *Acceptilatio ſuper qua obligatione poſſit interponi.*
4 *Acceptilatio inutiliter facta, an effectum aliquem habeat.*
5 *Acceptilatio an poſsit interponi per procuratorem.*

DE VERA & naturali ſolutione ſuprà dictũ eſt:
nunc auté ponit de imaginaria, quæ dicitur ac-
ceptilatio: vt Inſtit. quib. mod. oblig. tol. §. j. Vi-
dendum ergo qualiter definiatur acceptilatio,
1 qualiter fiat, à quo, & quis ſit eius effectus. Eſt † autem acce-
2 ptilatio, liberatio [a] per mutuam interrogationem, qua vtriuſ-
que contingit ab eodem nexu abſolutio: vt ff. eod. l. j. Quod
dicitur per mutuam, intellige dictum per cauſam præceden-
tem, & originalem: quia plerunque ipſam acceptilationem
non præcedit ſtipulatio: & ideò creditor neceſſe habet ſtipu-
lari nouandi animo primum debitum: & ita eſt ibi interroga-
tio creditoris, poſtea ſequitur acceptilatio, & interrogat debi-
tor creditorem acceptum habes? & reſpondet, acceptum ha-
beo: vt ff. eod. l. ſané. & l. an inutilis. §. acceptum. & ita proprè
dicitur liberari vterque. Si verò acceptilationem præcedat ſti
pulatio, vnius tantum interuenit interrogatio, & ſic accepti-
latio: vt ibidé dicitur: & dicitur abſolui debitor propriè, cre-
ditor minus propriè: quia non fuit obligatus: ſed tamé & ipſe
dicitur liberari, quia deſiit ei competere actio: vt ff. de exerci.
2 act. l. j. §. non autem. & de adm. tut. l. quoties. §. ſicut. † Quali-
ter fit? & quidem non in diem, vel códitionem expreſſam: ſed
tacitam. Ineſt enim illa, quę erat in prima obligatione: vt ff. eo.
l. iiij. & v. & l. quod in diem. & de re iudi. l. quod in diem. licet
aliud ſit in ſolutione naturali: vt ff. de ſol. l. ſub conditione. &
3 de acquir. poſ. qui abſenti. §. j. † Fit acceptilatio ſuper ea obli-
gatione tantùm, quæ verbis erat contracta. Si verò alio modo
erat contracta, deducitur primò in Aquilianam ſtipulationé,
poſtea ſequitur acceptilatio: vt ff. eo. l. an inutilis. §. j. Eſt ta-
men notandum, quòd quandoque fit in ea, quæ fuerat iureiu-
rando contracta pro operis liberti: vt ff. eod. l. & per iuſiuran-
dum. Item & in ea, quæ ſolo conſenſu erat contracta, & valet
potius iure conſenſus, quàm acceptilationis: vt ff. eod. l. vlt. &
4 de reſcin. vend. l. cùm emptor. Si † verò inutiliter fiat accepti-
latio: vt quia ſuper ea obligatione fuit interpoſita, quæ re
erat contracta habet pacti exceptionem: vt ff. eo. l. ſi accepto
latum. Si autem inutiliter, id eſt, quia ſolennitas non fuit ſer-
uata, contra eſt: vt ff. eod. l. an inutilis. & l. in diem. & l. acce-
5 ptilatio. A quo fit? & quidem † per ſpecialem procuratorem
creditoris: fortè & per generalem, ſi tamen habeat liberam, vt
ſtipuletur nouandi animo. Hoc tamen fallit in ſeruo credito-
ris, qui nec iuſſu domini acceptum fert: vt ff. eo. l. pen. vel per
ſpecialem procuratorem debitoris, ſi promittat nouandi ani-
mo, quod debeo: vt in curatore dicitur: vt ff. eo. l. & per iuſiu-
randum. §. tutor. & ita videbor ego liberari. Si verò non eſſet
procurator, & promittat nouandi animo, me liberat hoc ipſo,
& ipſe poſtea per acceptilationem dicitur liberari.

ANNOTATIO.

a Liberatio. Adde Bar. in l. ſi maritus. §. pater. in l. oppo. ff. ſolu. matri. & in l. ſi fideiuſſor. §. qui ita. ad fin. ff. de accept. Bald. in l. j. C. de reuo. his, quæ in fraudem credi. Angel. aret. in §. item per acceptilationem. num. 10. cum plur. ſeq. Inſti. de actio. do. Alexan. & doct. in l. j. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig. & in l. an inutilis §. filiusfam. ff. de acceptilatio. vbi habes iſtam materiam.

De euictionibus, *Rubrica.*

1 *Euictio quid ſit.*
2 *Euictionis nomine agere quis poſſit.*
3 *Donatarius an, & quando agere poſſit de euictione.*
4 *Legatario an detur de euictione actio.*
5 *Euictio an competat nomine eius qui noxæ deditus eſt.*
6 *Euictionis nomine agántne commodatarius, & depoſitarius: & quid in conductore.*
7 *Emphyteutam, vaſallum, & ſuperficiarium poſſe de euictione agere.*
8 *Euictionis nomine pro quibus rebus agi poſſit.*
9 *Seruitutis nomine poſſitne de euictione agi.*
10 *Euictæ rei nomine quæ remedia competant.*
11 *Stipulatio dupla quando committatur.*
12 *Intellectus ad l. habere licere ff. de euictio.*

13 *Dupli ratio quomodo ineatur ob rem euictam.*
14 *Actio pro euictione cui detur, & contra quem.*
15 *Emptori quæ remedia competant contra euincentem.*
16 *Agens de euictione quibus ex cauſis repelli poſſit.*

QVONIAM in venditionibus, & permutationibus, & diuiſionibus (de quibus dictum eſt) contingunt euictiones: de eis ideo ſupponit. Videndum ergo, quid ſit euictio, quam ita definiunt quidam.
1 † Euictio eſt emptæ rei, vel ex aliqua iuſta cauſa acceptæ, per iudicis ſententiam abductio: vel (vt puto) alio euincente, cauſæ amiſſio. Nec enim neceſſarium eſt ſemper rem abduci, vt vi-
2 deatur euicta: vt ff. eo. l. euicta. §. j. † Quis agit de euictione? & ſiquidem ſciens alienum emam, non agam, niſi fuerit mihi cautum: vt j. eo. l. ſi fundum. excipitur in caſu, ſcilicet, cùm non alienam nunc, ſed eam, quæ poterit eſſe aliena in euētum conditionis legati, ſcienter emo: vt ſ. communia de lega. l. vlt. §. vlt. Duo enim ſunt ibi ſpecialia, vnum pro emptore, aliud contra. Vel dic ibi eſſe vnum ſpeciale tãtum, quod emptor ſciens qui ſtipulatus erat pœnam dupli, non agit, niſi in ſimplam. Si autem ignorans, agam ad intereſſe, non ad duplum: niſi cautio omittatur per errorem: vt ff. eod. l. emptori. §. ſi ſimplam. & l. ſi in vēditione. Agit autem emptor, & ſi ſibi non fuerit cautum, dummodo non ſit actum in contrarium, & tunc ad intereſſe: ſed ad pretium agit, niſi cauerit, ne etiam de pretio agat: vt ff. de act. empt. l. ex empto. §. vlti. & j. eod. l. non dubitatur. Agit permutator diuidens, & accipiens inſolutum ſpeciem pro quantitate: vt j. eod. l. ſi prædium. & l. antepe. & ſ. communia
3 vtriuſque iudic. l. fratres. In † donatario diſtinguitur, an ceperit à traditione, & tunc non agit [niſi fuerit cautum: an à pactione, tunc agitur, non] propriè de euictione, ſed ad intereſſe: ſed quia quod promiſit, non impleuit: vt ff. de iure dot. l. j. & j eod. l. quoniam auus. & ff. de verb. oblig. l. vbi autem non. §. vltim. [& (vt generaliter dicam) ex qualibet iuſta cauſa, vel contractu duplex ſtipulatio committitur.] Nec eſt contrarium quod dicitur ff. de leg. j ſi à ſubſtituto. & l. quę delegato. Nam ibi ponitur dari, pro tradi: nam traditio continetur in præcedenti pactione. Idem eſt in obligatione: vt potior ſit in poſſeſſione, non vt iure dominij non poſſit res authorari [vel auocari:] vt ff. de actio. empt. l. iij. & l. ex empto. §. idem Nera-
4 tius. † In legatario, ſi legatum ſit in genere relictum, agitur vt ſtatim dixi in donatione: ſecus ſi in ſpecie: vt ff. eod. l. ſi is, qui ſatis. & l. hæres. & de lega. j. l. ſi à ſubſtituto. & l. ſi legati ſerui. & l. ſi ſeruus Titij. & l. ſi dominus. §. j. In marito, qui accepit
5 dotem diſtingue: vt ſ. de iure dot. l. j. † Quid in noxæ dedito? videtur quod agatur eius nomine: vt ff. de noxa. act. l. ſi noxale. §. vlti. ſicut & dixi in ſpecie data in ſolutum pro quantitate. hæc ergo cauſa non eſt propriè lucratiua: vt ff. de doli except. l. apud Celſum. §. ſi quis. nec mutatur natura cauſæ lucratiuæ.
6 Illud † certum eſt, quia nec commodatarius, nec depoſitarius agunt de euictione, nec creditor: ſed agit contraria pignoratitia actione: vt ff. de pign. act. l. tutor. §. contrariam. in conductore non quia euicta, ſed quia non fruitur; vel ad intereſſe, vel ad mercedis exonerationē dicitur eum agere poſſe, quanquam & ei poſſit euinci, cùm conuenіatur rei vendicatione: vt ff. loc. & conduct. l. & hęc diſtinctio. & l. ſi fundus. & de rei
7 vendic. l. officium. † Emphyteutam, ſuperficiarium, vaſallum, agere poſſe dico: quia loco emptorum ſunt, & habent ius in re: & (vt generaliter dicam) ex qualibet iuſta cauſa, vel contractu, duplæ ſtipulatio interpoſita cōmittitur: vt ff. eo. l. ſcien-
8 dum. Pro † quibus rebus agitur de euictione? & quidem ſi vendita ſit vniuerſitas iuris, vt hæreditas, vel peculium, (ſiquidem ipſa hæreditas (quia non pertinuit ad venditorē) euincatur, agitur ex duplę ſtipulatione, vel ex empto: ſecus ſi res ſingulæ: vt infrà eod. l. j. & ff. de hæred. vendi. l. ij. primo reſpon. & ff. eo. l. ſi ſeruus venditus. Si vero ſit vendita vniuerſitas corporea, quæ ex pluribus inter ſe diſtantibus conſtat: vt grex, etiam vna oue euicta, agetur de euictione actione ex empto, non ex duplæ ſtipulatione. Idem dico in quolibet toto integrali, quod ex pluribus inter ſe cohęrentibus conſtat, vt in armario, domo, naue, & partu ancillæ: vt ff. eod. l. naue. & l. venditor hominis. & l. vaccę. & de vſucapionibus. l. eum qui. & de leg. j. non quocunque modo. §. fundus. Idémque in re qualibet, quæ accedit tacitè, vel expreſsè: vt ff. eodem. l. euicta. j. reſpon. & de act. empt. l. ex empto. §. ſi quis rem. Sin autem vendita ſit res, quæ vno ſpiritu, id eſt, vna elementatione continеatur, ſiue euincatur pars pro indiuiſo, ſiue pro diuiſo, agitur pro euictione: vt ff. eodem. l. j. & l. bonitatis. Sed in homine ſpeciale eſt, vt emptor neceſſe habeat exprimere quod agat pro
9 parte: vt ff. eodem. l. ſi dictum. §. in ſtipulatione. Sed ſi † non rei pars, ſed in rem ſeruitus euincatur, ſiquidem perſonalis, certum eſt agi etiam ex duplæ ſtipulatione: vt ff. eodem. l. ſed & ſi quid. §. ſi vſus. & l. ſi rem. §. vltimo. Si prædialis, agitur ex empto, ſcilicet ad intereſſe contra ſcientem, non contra ignorantem, quanto minoris eſſet empturus: vt ff. de ædil. edict. l. quoties. niſi dictum eſſet contra: & non ex duplæ ſtipulatione: quia non res, vel rei pars eſt euicta, ſed vſuſfructus portionis obtinet inſtar: vt ff. eodem. l. quod ad ſeruitutes. & de leg. ij. l. cùm filius. §. dominus. Si tamen venditor dicat in vendendo: vendo vti optimus maximúſque eſt: tenetur venditor etiam ignorans ad intereſſe nomine prædialium ſeruitutum: vt ff. de contrahen. emptione, l. cùm venderes. & ff. eodem, l. quod ad ſeruitutes. Videtur autem ſemper eſſe dictum, vti optimus eſt, niſi dicatur contrarium: vt ff. de contrahen. emptio. l. in vendendo. & argumen. ff de iure dotium. l. dotem. & l. dotis fructus. §. vlti. & l. ſed niſi. Quidam tamen dicunt contra: & eſt pro eis ff. de contrahen. emptio. l. cùm venderes. Cùm autem venditur res ſingularis, & incorporalis, agi poteſt de euictione: vt ff. eodem. l. antepenult. §. vltimo. & de hæred. vend. vel
10 act. l. ſi nomen. & ff. eodem. l. ſi quis per fundum. † Quæ remedia pro euictione contra vendentem: vel accipientem habet
a emptor? & quidem agere poteſt contra venditorem [a] ad cautionem duplæ, abſque fideiuſſore præbendam, niſi aliter conuenerit, quàm ſi præſtiterit venditor, in duplum debet fieri condemnatio, vt placuit Iu. vſquequo euincatur res: vt ff. eod. l. ij. & l. emptori. ſed ſi in limine contractus immineat euictio, habeat emptor exceptionem: niſi præſtetur fideiuſſor: vt ff. de peric. & com. l. pen. §. vlt. & infrà eo. l. ſi poſt per. Eſt & remedium quandoque cedendarum actionum: vt infrà eodem. l. in creditore. Eſt & remedium actionis pro cautione competentis, vt exceptio præſcriptis verbis ex ſtipu. duplæ. certi condictionis: de quibus videndum quando competant. Et quidem ſi ſciens alienum vendideris, etiam antequam euincatur, ex empto mihi teneris: vt ff. de act. empt. l. ſeruus. §. vlt. non ex ſtipulatione duplę: quia non eſt euicta: vt infrà eodem. l. qui rem. Idémque eſt, ſi hæres extitit vero domino: vt ff. eodem. l. ſi vendideris. & l. non tamen ei. & l. ſi ei, cui. §. j. & l. mandati. l. ſeruum Titij. Nec obſtat quod legitur ff. eod. l. ſi emptori. quia ibi non agebatur ex duplæ ſtipulatione, ideò quia res eſſet euicta: nec enim erat: ſed quia promiſſum erat noxiis ſolutū, quod falſum erat, vnde licet noxali non conueniatur emptor, agit tamen: vt ff. de ædil. edic. l. ſi quid. Sed ibi videtur obſtare agenti: quia nunquam conuenitur noxali: ſublata eſt enim per confuſionem, ſed contra eſt. Si autem ageretur ex noxali cauſa contra emptorem, & damnatus eſt in damni æſtimatione, quod eſt in centum: pone, ſeruus valet duo, dedit ipſum pro noxa, egit quaſi ex euicto, & ex hac cauſa, id eſt, propter euictionem non agitur, niſi lata ſententia, vt ſuprà de actio.
11 empt. l. ſi ſeruum mihi. † Committitur autem ſtipulatio duplæ, condemnato emptore in rem emptam, vel in litis æſtimationem [vel abſoluto poſſeſſore ab agente emptore: vt ff. eod. l. euicta. §. j. Dicunt etiam neceſſarium eſſe rem abduci, vel litis æſtimationem præſtari: vt ff. eodem. l. habere. & l. ſi ſeruus venditus. §. vnde Iulianus. & ex prædicta l. euicta. §. j.] Mihi
12 † tamen videtur diſtinguendum, an promittat venditor duplum, ſi res fuerit euicta, an promittat duplum ſi emptori habere non liceat. In primo caſu committitur, ſtatim lata ſententia, hoc enim cuilibet ex tenore ſignificationis verborum attendere licet. Tunc enim dicimus euictam, cùm cauſa amiſſa eſt alio euincente: & probatur hoc idem ff. eodem. l. euictus. Ibi enim non fuerat res ablata: tunc enim nunquam reſolueretur ſtipulatio: vt in prædicta l. habere. & tamen dicitur commiſſa ſtipulatio. Item adiuuat nos quod dicitur ff. eodem. l. ſi ſeruum. & l. ſi mancipium. j. reſponſo. & §. j. & quod dicitur in

fideiuſ

fideiuſſore, quia agit condemnatus: vt ff. eodem. man. l. Lu-
cius. § fideiuſſor. & ſ. man. l. ſi pro ea. In ſecundo agit re de-
mum ablata: quia videtur taliter promittere pœnam, ſi illi nõ
liceat habere: quia ablata ſit per ſententiam. Vel aliter reſpon
de: nam ſi emptor damnatus eſt, committitur ſtipulatio. Si nõ
eſt damnatus ſed conuentus, & quia manifeſtum erat rem pe-
tentis non defendit: quia ſalua conſcientia de calumnia iura-
re non poterat, agit de euictione re demum abducta: quia de-
buit bonam fidem agnoſcere: vt arg. ff. mand. l. Quintus. & j.
de admi. tut. l. quoties. §. ſicut. Quod aũt dicitur vicerit, ex-
pone: quia emptor cauſę ceſſit, & defendere noluit: non quod
eſſet damnatus: & pro hoc eſt ar. ff. de act. em. l. emptorem. §.
idémque putat. quanquam poſſet reſponderi ſicut dixi in illa
l. ſi emptor. & pro me facit quod legitur ff. eod. l. ſi ſeruus ven
ditus. §. vlti. Nam ibi non erat condemnatus, imò abſolutus:
quia ſine culpa amiſerat poſſeſ. tamen erat manifeſtum rem
petentis eſſe per probationes: vnde re demum reſtituta, com-
mittitur. Nec obſtat quod dicitur in ead. l. §. j. ibi, cùm igitur
neque, &c. nam videtur abeſſe ſententia: vt ff. de nego. geſt. l. ſi
quis negocia. Quod dixi in dupla, idem in tripla, & quadru-
pla, & quintupla eſt ſeruandum: vt ff. eo. l. ſi dictũ. & l. ſi plus.
Nam licet ſit prætoria ſtipulatio: vt ff. de præto. ſtipul. l. j. §. ſti
pulatio. permittit tamen lex hoc addi, & tradi: aliàs non: vt j.
de verb. obli. l. in conuentionalibus. vel nil additur in aliqua
cauſa, niſi vtraque parte volente: hoc tamen fallit in caſu: vt ff.
13 de iure fiſci. l. ſi procurator. † Duplum autem referendũ eſt ad
pretium conuentum, non ad rei bonitatem, quæ pluris eſt,
quàm pretium: vt ff. eod. l. ſi fundo vendito tradito. & l. cùm
fundus. Non ergo ex ſequenti caſu minuitur, vel augetur: ſed
ſecus in actione ex empto: vt ff. eod. l. ſicut venditor §. vlt. & l.
euicta re ex empto. & l. ex mille. ff. eod. Ex prædictis colligi
poteſt, quod vbicunque agitur ex ſtipulatu, & ex empto: vel
præſcriptis verbis ad intereſſe agi poſſe, ſed non econtra: &
omnium commiſſio pendere dicitur ex vi conditionis exiſten
tis, i. euictionis contingentis in eo, quod eſt venditum, non in
eo, quod accreuit per alluuionẽ: vt ff. eo. l. ex mille. §. quòd ſi
modo. & §. ſi perinde. & §. quæſitum. vel per alluuionem eſt di
minutum: ſi tamen poſt euictionem aliquid remaneat penes
emptorem, alioquin etiam pro eo quod abſtulit alluuio, agit:
14 vt j. eod. l. ex mille. j. reſpon. & §. ſi totus. † Competit autem di
recta actio emptori: ſed vtilis datur quandoque contra aliũ,
qui videtur vendidiſſe: vel ratione præſentiæ & acceptionis
pretij: vt ff. eo. l. illud. §. j. & l. quidã. & l. ſi plus. §. & ſi iuſſu. &
15 de pig. actio. l. eleganter. Contra † euincentem autem habet
emptor remedium exceptionis impenſarum, ſi poſſideat: vt ff.
de act. empt. l. idémque Iulianus. Idem habet exceptionem rei
venditæ & traditæ: vt ff. eod. l. vendicãtem. quem enim de eui-
ctione tenet actio, hunc euincentem repellit exceptio: niſi in
hærede fideiuſſoris, & in alijs fauore libertatis: vt s. dixi. vt j.
eod. l. vlti. & l. exceptione. & ff. eo. l. quia pupillo. & l. ſed & ſi.
16 §. j. Propter quæ † expellitur agens de euictione? & quidem re-
pellitur ſi non denunciauit tempeſtiuè actori, vt defendat rẽ,
cùm potuit: niſi per pactum ſit remiſſa denunciandi neceſſi-
tas: vt ff. eo. l. ſi rem, quam. §. vlt. & l. ſi dictum. §. ſi præſente. &
l. Herennius. Idem ſi compromiſerit, vel culpa ſua poſſeſſio-
nem amiſerit, vel rem pro derelicto habuit, vel mancipiũ ma-
numiſerit, vel proſtituerit, & ideo ad libertatem peruenit: vel
tempore ſententiæ præſens non fuerit, vel ſi vſuceperit, vel ſi
venditore abſente, non appellauerit, vel ſi à ſedẽte in alea eme
rit, vel locum dedicari paſſus fuerit, vel iniuria, contra eum la
ta ſententia fuerit: vt ff eod. l. ſi dictum. §. ſi compromiſero. &
l. ſi rem, quam. §. ſi duplæ. & l. vlti. & l. ſi ſeruum cuius. & l. ſi
mancipium ita. & l. ſi ideo cõtra. & l. qui alienam. & l. Heren
nius. §. j. & ff. manda. l. ſi procurator. §. ſi ignorantes. & ff. eo.
l. ſi per iurisprudentiam. j. reſpon. & §. ſi quis locum. & ff. qua-
rum re. act. non da. l. vlt. §. j.

ANNOTATIO.

a Contra venditorem. Ad huius concluſionis materiam vide Spe. in tit. de ſatiſda. in § expedito. verſi. ſed numquid venditor. Bar. in l. tenetur. §. ſi ff. de actio. empt. & in l. j. §. ſi. co. tit. Bal. in l. ſi fines agri. C. de euictio. & in l. … in computatione. C. de iur. delib. Io. de Imol. in l. ſi venditori. de empt. & vendi. Io. Alex. in lib. j. §. ſtipulationũ. ff. de præto. ſti
pula. multa Ang. in conſi. clxxiij. incip. præmittendo. Paul. de Caſtr. in conſi. … incip. … omnibus quibus in locis habes totam materiam.

Creditorem euictionem pignoris non debere. *Rubrica.*

1 *Creditor quando, an non, de euictione teneatur.*
2 *Emptori cedenda hypothecaria.*

DICTVM eſt ſuprà de euictionibus in genere:
nunc autem ponit de creditore ſpecialiter, qui
differt ab alijs alienantibus. Attendendum tamẽ,
1 vtrum † vendat vt dominus, vt tunc teneatur de
euictione: an vt creditor, & tunc non tenetur, niſi ſpecialiter
promittat: quod facere non debet niſi ex conſuetudine, vel
quia maiori pretio vendat: alioquin non habet contrariam
pignoratitiam actionem: vel niſi ſciat alienam, non debito-
ris: & probantur hæc j. eod. l. j. & ij. & ff. de pigno. act. l. ſi pi-
gnore. §. vlt. & ff. mand. l. ſi mandato. ij. §. creditor. & ff. loca.
2 & conduct. l. ſi quis domum. † Licet autem non agat emptor,
tamen agit, vt creditor cedat contrariam pignoratitiã actio-
nem: vt ff. de euict. l. in creditore. Item ipſe idem creditor euin
cere non poteſt: vt infrà de euict. l. j. & ff. de diſtra. pign. & ſi
is. & C. lib. x. ne fiſcus rem, quam vendi. & j. eod. l. j. & ij. Item
tenetur debitor de euictione: vt ff. de pig. act. l. elegãter. j. reſp.
& ſ. tit. j. l. ſi ob cauſam.

De patria poteſtate. *Rubrica.*

1 *Patria poteſtas quid ſit.*
2 *Filios naturales tantùm non eſſe in patris poteſtate.*
3 *Matrem non habere filios ſuos in poteſtate.*
4 *Patria poteſtas qualiter conſtituatur.*
5 *Patria poteſtatis effectus quis ſit.*
6 *Iudicium an, & quando poſsit conſiſtere inter patrem & filiũ.*
7 *Alimenta quo iure præſtanda ſint liberis à parentibus: & econtrario.*

DICTVM eſt ſ. de iure quod habet aliquis in re-
bus ſuis, vel alienis: vel in perſonis, id eſt, quòd
perſona alterius mihi obligata ſit: nunc de iure
quod habet aliquis in perſonis filiorum de iure ci
1 uili. Videndum ergo quid ſit patria poteſtas. † Et quidẽ patria
poteſtas eſt ius quoddam quod habent, qui ſunt de imperio
Romano in liberos naturales, & legitimos: nulli enim ſunt ta
les homines qui tale ius habeant. Inſti. eod. §. ius autem pote-
2 ſtatis. Naturales † autem tantùm filij, & multo magis inceſtuo
a ſi non ſunt in poteſtate noſtra[a]: vt Inſtitut. de nuptiis. §. vlti.
Imò inceſtuoſi, filij nominandi non ſunt: vt in authenti. quib.
3 mod. natu. eſſi. ſui. §. vltimo. † Matres autem, vel aui materni
non habent liberos ſuos in poteſtate: vt Inſtitu. eod. §. vlti. &
Inſti. de adop. §. fœminæ. Verbum autem poteſtatis, in domi-
nis circa ſeruos dominium, & quandoque facultatem appre-
hendendi ſeruos, circa magiſtratus imperium, circa abbates &
monachos obedientiam ſignificat: inter patrem & filium, vin
culum de iure ciuili reuerentię, & caſtigationis, & ſubiectio-
nis, item pietatis, ſignificat: vt dictum eſt, & dicitur: infrà eo.
l. ſi filius. & ſ. de bo. quæ lib. l. antepe. j. reſp. ibi, quorum in ſa-
4 cris. † Qualiter conſtituitur patria poteſtas? & quidẽ matri-
monio legitimè cõtracto, vt dictum eſt. Item per definitiuam
ſententiam, ſi pronũtiatum eſt illum eſſe filium meum. & hoc
eſt ſpeciale vt ſententia etiam alijs agnatis & cognatis meis
præiudicet: vt ff. de li. agno. l. j. in fi. & l. ij. & iij. Item per ingra
titudinem emãcipato filio reuocato in poteſtatem: vt j de in-
grat. lib. l. j. Item per adoptionem: vt inſti. de adop. in prin. tit.
5 † Quis eſt patriæ poteſtatis effectus? Et quidem vnus eſt in
acquirendo: vt Inſtit. per quas perſo. no. acqui. §. j. Secundus
eſt in adminiſtrãdo aduentitia, & agere, & reſpõdere pro eis,
vt ſ. de bonis ma. l. j. & de bon. quæ lib. l. vlt. & antepen. Ter
6 tius eſt, † quia non poteſt inter patrem & filium iudicium eſ-
ſe, niſi ex caſtrẽſi, vel quaſi caſtrẽſi peculio: vt ff. de in ius voc.

¶ l. adoptiuum. & de iudi. l. lis nulla. Alimenta † autem præſtari dicit liberis à parentibus, & è conuerſo: non iure patriæ poteſtatis: ſed ratione filiationis vel paternitatis: vt ff. de lib. agn. l. ſi quis à liberis. Incidenter tamen tractat in iſto titulo de alimentorum præſtatione. Sed & illud notari poteſt: quia filium minorem triennio non pater, ſed mater cogitur alere: vt j. eod. l. nec filium mater demum ſi lac habeat, & ſi ipſum lactare filium non dedeceat.

ANNOTATIO.

a Poteſtate noſtra. Adde Bartol. poſt no. gloſſ. in l. ſi. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. Bald. in l. generaliter. §. cum autem. ver. & ſi ſtatutum dicit. C. de inſtit. & ſubſtit. Angel. in l. ex facto. ff. ad Trebell. d. Alex. in l. cautelas. ff. de cap. dimin. Angel. Aret. in §. ſi aduerſus, num. 6. cum ſeq. de nupt. Inſtitu. & de patria poteſt. §. Qui igitur.

De adoptionibus. *Rubrica.*

1 *Adoptio quid ſit.*
2 *Adoptionis ſpecies duæ: atque inibi quid ſit arrogatio, & quæ communia habeat cum adoptione in ſpecie ſumpta, & quæ differentia.*
3 *Impubes vt ritè arrogetur authoritate principis, quæ ſint neceſſaria.*
4 *Arrogator cuiuſmodi ſatiſdationem præſtare tenentur.*
5 *Arrogato emancipato, vel exhæredato per arrogatorem qua ratione ſubuenitur.*
6 *Adoptare qui poſſunt.*
7 *Adoptionis effectum quis ſit.*

QVIA patria poteſtas etiam adoptione conſtituitur, ideo ponit de adoptionibus. Videamus ergo, quid ſit adoptio: quam quidam definiūt ita. Ado-
1 ptio † eſt legalis actio ad ſolatium eorum qui liberos non habent, inducta, penè naturam imitans: vt j. eod. l. cùm eum. & ff. eod. l. adoptio enim. Vel ſic: Adoptio eſt legitimus actus, per quem qui filius non eſt, pro filio habetur. prima enim definitio non ita placet: quia & liberos habētes adoptare poſſunt: licet facilius concedatur liberos non habenti-
2 bus: vt ff. eod. l. nec ei. §. eorum duntaxat. † Diuiditur autem adoptio: quia vna dicitur arrogatio, quia arrogatur, id eſt, interrogatur quis, an velit illum habere in filium: & ille, an iſtum in patrem. Alia ſtat in nomine generali, & ſupponitur hic pro ſpecie, ſicut in hoc nomine, creditor: vt ff. eod. l. j. & ij. & ff. ſi cer. peta. l. j. & ij. §. mutui. & ad Maced. l. quia. & §. ſi aduerſ. credito. Habent autem adoptio & arrogatio communiones multas: & ferè in omnibus conueniunt. Ferè ideo dixi: quia arrogatio habet in ſe quædam ſpecialia, quæ notabo vt per hoc intelligas cætera communia: & eſt vna quia adoptantur filiifa. arrogantur patresfa. Item adoptio fit cuiuſlibet magiſtratus competentis authoritate, dum tamen apud eum plena ſit legis actio: vt j. eod. l. j. ſcilicet, quia habet merum imperium, & miſtum, & iuriſdictionem. Vnde videtur fieri non poſſe apud delegatum: vt ff. de offi. procon. & lega. l. ij. Arrogatio autem authoritate principis tantùm. Item in arrogatione exquiritur vtriuſque verbum expreſſum. vnde & infans nō poteſt arrogari: ſed adoptari: vt ff. eod. l. j. §. in duas. & §. adoptantur. & l. ij. vſque ad illum §. illud. & l. in adoptionibus. & l. etiam infantem. Item arrogato aliquo ſtatim & res ſuæ, & liberi qui erant in poteſtate ſua, ſubiiciuntur poteſtati arro-
3 gatoris: vt ff. eod. l. ij. §. vlt. & l. ſi paterfamil. Eſt † & quintum ſpeciale in arrogatione cuiuſdam: hoc eſt, quando arrogator impubes authoritate principis: quia vt ea permittatur multa conſiderantur: & in primis an arrogator ſit maior lx. ann. & an velit arrogare plures, vel libertum alienum vel maiorem ſe, vel eum qui fuit in tutela ſua, vel eum, qui diues ſit, cùm arrogator ſit pauper, vel honeſtæ vitæ: vt ita in his non permittatur: & eſt illa generalis conſideratio, vt ita demum permittatur ſi arrogator naturali cognatione, vel ſanctiſſima af-
4 fectione ad hoc videatur procedere. † Eſt & ſextum adhibendum conſilium, vt eſſi videatur permittenda arrogatio, teneatur tamē ſatiſdare arrogatus ſeruo publico de reſtituendis bonis, illis perſonis ad quas bona eſſent ventura, ſi arrogatus permanſiſſet in ſtatu ſuo: & per hæc verba ſubſtitutis impuberi arrogato, & legitimis hæredibus, & legatariis, & fideicom. qui potuiſſent agere ſi moreretur hic impubes in pupillari ætate, proſpicitur: & hac omiſſa cautione agi poteſt actione ex ſtipulatione, vt ita hæreditas, vel legata petantur ex ſtipulatione tacita vel expreſſa: vt ff. eod. l. nec ei. §. vlti. & l. non aliter enim. & l. his verbis. & l. hæc autem. Nā actione ex teſtamento agi non poteſt ex pupillari ſubſtitutione vel petitione hæreditatis: cùm pupillare teſtamentum euanuit minima capitis diminutione pupilli, quæ contingit per arrogationem, cùm pupillus deceſſerit in poteſtate aliena. Secus ſi deceſſiſſet ſui iuris: vt ff. eod. l. nec ei. §. eorum duntaxat. & In-
5 ſti. quibus modis teſtamen. infir. §. alio. & §. non tamen. † Eſt & ſeptima prouiſio, quia ſi arrogator emancipauerit eum ſine cauſa, vel exhæredauerit eum, tenetur ei relinquere quartā partem ſuorum bonorum, quæ peti poteſt condictione ex lege. vt Inſtit. eod. §. cùm autem impubes. & ff. de inoffic. teſta.
6 l. Papinianus. §. ſi quis ex his. † Qui poſſunt adoptare? & quidem ſpadones: ſed non caſtrati: maſculi, non fœminæ: vt Inſti.
7 eod. §. ſed illud. & §. fœminæ. † Quis effectus adoptionis eſt? nam de effectu arrogationis plenè ſuprà dictum eſt: & breuiter dici poteſt, quòd per omnia reputatur arrogator pro patre: vt j eod. l. penul. §. vltimo. Et quidem ſi detur aliquis extraneæ perſonæ in adoptionem, non tranſit in poteſtatem ſuā hodie, ſed olim contra: vt ff. eodem. l. j. Prodeſt tamen vt ſuccedere poſſit ab inteſtato hic filius adoptiuus huic patri: non eius familiæ. Si verò coniunctæ perſonæ, hoc eſt auo materno: vel ſi emancipatus poſt emancipationem ſuam genuit filium, & auo paterno dederit in adoptionem à quo ducit natiuitatem, nam ſecus, ſi daretur patris fratri, vel ſimilibus, pleniſſimè quantum ad omnia iura reſpicit hic filius patrem: & quantum ad inſtitutionem, & alimentorum præſtationem, & omnia quæ debentur alicui filio à patre: vt j. eodem. l. cùm in adoptiuis.

De emancipationibus. *Rubrica.*

1 *Emancipatio quid ſit, & vnde dicatur.*
2 *Emancipatio qualiter fiat.*
3 *Pater non cogitur filium emancipare, nec filius emancipatur inuitus: & an id ſit perpetuum nu. 5.*
4 *Emancipationem non fieri ſine ſcriptura.*

QVALITER conſtituatur patria poteſtas dictū eſt: ſed quia illa ſoluitur per emācipationem, ideo ponit de emancipationibus. Videndum ergo quid
1 ſit emancipatio, & vnde dicatur. † Eſt autē emancipatio relaxatio patriæ poteſtatis coram iudice: dicta ex eo, quòd extra manum, id eſt, extra poteſtatem patris ponitur fi-
2 lius. † Qualiter fit? Et quidem apud iudicem competentem ordinarium fortè, & extraordinarium: vt ff. de manu. vind. l. etiam. §. vlti. & de adoptionibus. l. emancipare. vel apud eum, cui ex conſuetudine hoc competit: vt j. eod. l. j. & l. vltima. voluntate patris, & voluntate filij concurrente: & vtriuſque
a præſentia: nec locum habent iniurioſa rapiſmata, a vel figuratæ venditiones. Et prædium dimidij vſusfructus poteſt pater retinere in rebus aduentitiis, non in caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi peculio: & ſemper videtur retinere: niſi nominatim remittat: vt j. eo. l. vlt. & ſuprà de bonis quæ liberis, l. antepen. §. j. & vlti. Si verò quis filium abſentem velit emancipare, aut infantem, aut maiorem. Si infantem, & ſi non cōſentit infans, quia nec poteſt, poteſt tamen eum emancipare precibus principi porrectis, vt concedat emancipationem: vt tamen principis authoritas inſinuetur apud competentem alium iudicē. Si tamen erat maior infante prædicta neceſſaria ſunt. Item exigitur filij conſenſus præcedens, vel ſubſequens: vt j. eod. l. iubemus. & l. nec auus. & in auth. quib. mod. na. effic. ſui. §.
3 generaliter. † Item pater poteſt quidem emancipare filium ſuum, ſed non cogitur, ſicut & filius non emancipatur inui-
a ſus: vt dictum eſt. vnde talis actus emancipationis, vel adoptionis

ptionis dicitur conſiſtere in iuriſdictione voluntaria, non cō-
tentioſa: & fieri dicitur in concilio, id eſt, apud iudicem apud
quem filij voluntas conciliatur patris voluntate, & è conuer
4 ſo. Et † videtur quòd neceſſaria ſit ſcriptura in emancipatio-
5 ne: vt ſ. tit. j. l. vlti. & j. eo. l. non nudo. † In caſibus autem notan
dum eſt, quòd pater tenetur emancipare filiū, hoc eſt, vbi ma-
lè afficit filium verberibus contra pietatem, vel quando com-
pellit eum peccare in corpus ſuum, vel quando filius eſt arro
gatus, & probat ſibi non expedire arrogatum eſſe. Item quan
do pater agnouit legatum relictum ſibi vt emanciparet filiū:
vt ff. ſi quis à parente fue. ma. l. diuus. & de condi. & demō. l.
ſi cui. & de adop. l. nonnunquam. & ſ. de epiſ. audi. l. ſi leno-
nes. Sunt & alij modi quibus liberantur filij à poteſtate pa-
tria: vt dicemus inſti. quib. mo. ius pa. pot. ſol. ſed de illis nihil
ad titulū iſtum: quia hic non tractat niſi de emancipatione.

ANNOTATIONES.

• Reſpiſmata. Vide Ale. lib. prætermiſſ. j.
a Inuitus. De hoc vide per Specula. in tit. de actor. ver. item quod eſt fi-
liusfami. ter. & doct. in l. filiusfa. 6. ſecundum vulgarem. de lega. j & in
l. cui. de condi. & demon. Bar. in l. nec auus. C. de emancipa. li. Bal. in l.
quamuis. C. de fideicommiſ. do. Alex. in l. verum de verb. obl. Paul. de
ca. in conſi. lxj. do. Barth. Soci. in conſi. ccxcv. incip. in cauſa filiorum
in ver. poſtremo. in ij. vol. qui multa ad materiam addit.

De ingratis liberis. *Rubrica.*

1 *Emancipationem quæ, an non, reuocent. & 2.*

SICVT ſerui manumiſſi ex ingratitudine reuo-
cantur in ſeruitutem: vt in authen. vt lib. dec. ete-
rò. §. illud. & ſicut aliæ reuocantur liberalitates,
vt j. de reuo. dona. l. vlt. ita & hæc liberalitas emā-
cipationis qua honoratus eſt filius non meriens ſuus. Nam
1 † ex hoc facto conuinco eum non meruiſſe, licet potuerit cō-
tra eſſe: ſed hæc ſecus quàm in prædictis: quia hæc liberalitas
pro leui culpa non reuocatur, vt libertas: vt ſ. de liber. & eo.
lib. l. ſi manumiſſus. ſed pro atroci, vt hic dicitur: ſed donatio
ex ſpecialibus reuocatur cauſis: vt j. de reuoc. dona. l. vlti. Sed
ſi pater accepit pecuniam vt emancipet, fortè non reuocabit
2 emancipationem: vt ſ. de lib. & eor. lib. l. j. † Eſt & alius modus
reuocandi filium in poteſtatem: vt ſi dedi eum in adoptionem
auo materno, & ille eum emancipet, reuertitur in poteſtatem
meam: vt ſ. de adop. l. pen. §. ſed hoc manere.

De poſtliminio, & redēptis ab hoſtibus. *Rub.*

1 *Poſtliminium quid ſit, & vnde dicatur.*
2 *Poſtliminij ius quando competat.*
3 *Hoſtes qui dicantur.*
4 *Poſtliminij ſpecies duæ.*
5 *Poſtliminium qui reuertentes habeant. & nu. 7.*
6 *Reuerſus ab hoſtibus quis dicatur.*
8 *Poſtliminij ius in quibus rebus proſit.*
9 *Poſtliminium quæ res habeant.*
10 *Redemptus ab hoſtibus habet ius poſtliminij.*
11 *Redemptionis pretium reſtituendum eſſe redimenti, priuſquā redemptus reſtituatur in priſtinum ſtatum.*

SICVT per ingratitudinem reſtituitur patria po
teſtas, ita & per poſtliminium: & ideo ea occaſio-
ne tractat non tantùm de filiis, ſed de ſeruis, & li-
beris hominibus captis: & quia hi redimuntur
quandoque, ſupponit etiam de redemptis ab hoſtibus. Viden-
1 dum eſt ergo quid ſit poſtliminium, & vnde dicatur. † Eſt au
tem poſtliminium ius amiſſæ rei recuperandæ ab extraneo, &
in ſtatum priſtinum reſtituendæ, inter nos, & liberos popu-
los, regéſque, moribus conſtitutum: vt ff. eod. l. poſtliminium
eſt ius. Dicitur autem à limine, & poſt: quia captus ab hoſti-
bus, & vltra limina noſtri imperij deductus, poſt intra limi-
na reducatur vel reuertatur. Nam limina ſicut in domibus
finem quendam faciunt, ita & imperij limen eſſe veteres vo-
luerunt. dicitur ergo poſtliminium, quia poſtea ad idem li-
2 men reuertebatur quod amiſerat. † Quādo competat? & qui-
dem quandoque in pace, quandoque in bello. In pace, vt ſi cū
gente aliqua amicitiam, vel hoſpitium, vel fœdus amicitiæ
cauſa factum non habemus. Hi hoſtes quidē non ſunt. Quòd
autem ex noſtro ad eos peruenerit, eorum fit. Et idem econ-
trario in bello, cùm hi qui nobis hoſtes ſunt aliquid ex no-
ſtris bonis ceperunt, vel aliquem de noſtris, & idem è conuer
3 ſo: vt ff. eod. l. poſtliminij ius competit. † Sunt autem hoſtes
quibus populus Romanus, vel dominus Imperator publicè
bellum indixit: cæteri prædones, vel latrones appellantur: ff.
eod. l. hoſtes. Inter nos autem, & fœderatos, non eſt poſtlimi-
nium, id eſt, cum quibus fecimus treugas: vt ff. eod. l. non du-
4 bito. & l. poſtliminium eſt. † Sunt autem duæ ſpecies poſtlimi
nij, id eſt, vt reuertamur, vel aliquem, ſeu aliqua, recipiamus.
5 Et † de prima videndum, qui reuertentes habeant poſtlimi-
nium? & regulare eſt vt & quilibet reuertens habeat poſtlimi
nium, ſiue ſit liber, vel ſeruus, maſculus, vel fœmina, pugnare
potens, vel non potens: vt ff. eod. l. poſtliminium eſt. §. vlti. ſed
fallit in libero transfuga. ſerui enim factum non nocet domi
no. In ſtatulibero diſtinguitur an extiterit conditio ſtatuli-
bertatis ante reditum: vt tunc non habeat ſtatu liber liberta-
tem, vel poſtliminium, nec etiam hæres, quia non poteſt queri
cùm nullum damnum patiatur libertate iam obtingente. ſi nō
impediret, quòd transfuga factus eſt, in poſtea, vt tunc poſtli
minium habeat dominus: & ipſe conditione exiſtēte, ſit poſt-
modum liber: vt ff. eod. l. poſtliminium eſt. §. transfugæ. & §.
ſi ſtatuliber. & §. filius quoque. & j. eod. l. penul. Quid ſi dubi
tetur vtrum fuerit captus, an transfugerit? attende præceden
tem conuerſationem: vt ſi quidem fuerit bona, propè eſt, vt
affirmationi eius credatur, ſcilicet cum ſacramento, vt puto:
alioquin non creditur ei: vt ff. de re milita. l. non omnes. §. à
barbaris. Item fallit ſuperior regula in his, qui armis victi ho
ſtibus ſe dediderunt: vt ff. eod. l. poſtliminio carent. Item fallit
in eo, qui hoſtibus deditus eſt vt eſſet eorū ſeruus: fortè quia
legatum hoſtium pulſauit, nec ipſi receperunt eum, & ita ipſe
reuerſus eſt: vt ff. eodem. l. eos. §. an qui. & de legationibus. l.
6 vlt. Reuerti autem † quis videtur, ſi ad amicos noſtros perue-
niat, vel intra præſidia noſtra eſſe cœperit, vel vi, vel fallacia.
Nam & ſi iurauerit ſe redituturum, ſi tamen animum redeundi
non habeat, datus ei poſtliminium. Si autem habeat animum
reuertendi, non videtur reuerſus: nec enim ſatis eſt corpore
7 quem rediiſſe, ſi mente eſt alienus. Item † captus qui victis ho-
ſtibus recuperatur, reuerſus poſtliminio videtur: vt ff. eod. l.
poſtliminij ius. §. tunc. & §. vlti. & hæc nihil in liberis. Nam
ſeruus etſi ea mente reuertatur vt redeat ad hoſtes, dominus
tamen habet in eum poſtliminium: vt ff. eod. l. in bello. §. ma-
8 numittendo. † in quibus prodeſt poſtliminium? & quidem in
omnibus, quæ mihi competebant, vel mea erant, ſiue ſint res
meæ, vel iura mea amiſſa præſcriptione, vel vſucapione. Nam
& fingor non fuiſſe captus: ſi autem amiſſa ſunt, ſubuenitur
mihi per in integrum reſtitutionem data in rem reſciſſoria: vt
ff. quibus ex cauſis maio. l. j. & j. eodem. l. ab hoſtibus captus.
Fallit tamē hoc in poſſeſſione, quam per me detinebam: nam
quia facti res eſt, poſſeſſio amittitur: quia infectum fieri non
poteſt, & vſucapio interrumpitur: aliud in poſſeſſione quam
retineo per ſeruum ex peculiari cauſa: vt ff. eod. l. in bello. §.
factæ autem. & de vſucapionibus, l. ſi is, qui pro emptore. & l.
iuſto. §. vltimo. & quibus ex cauſis ma. l. denique. Item fallit
in coniuge: vt ff. eodem, l. non vt. & l. cum duæ. §. j. Nunc de
9 ſecunda ſpecie, † quæ res habent poſtliminium: & quidem im
mobilia: vt ff. eodem. l. ſi captiuus. § expulſis. Item mobilia,
quæ tamen ſine dedecore non amittuntur: ſed & naues piſca-
toriæ, vel aliàs ad voluntatem, non ad vſum belli paratæ ca-
rent poſtliminio: vt ff. eodem. l. nauibus. & l. item. Filij autem
concepti ante captiuitatem matris poſtliminium habent: vt
ff. qui. ex cau. ma. in inte. reſti. l. ab hoſtibus. ſecus ſi poſt, niſi
redeat cum vtroque parente: ſi cum matre tantùm, pro ſpurio
reputatur, & liber eſt: ſi cum patre tantùm idē puto: vt ff. eod.
l. diuus. & infrà eod. l. j. & ita filius ſine matre erit adoptatus,
non tamen hunc legitimum dico. Nunc de redemptis ab ho-

10 ſtibus. † Eſt autem hoc tenaciter obſeruandum, vt omnis re-
demptus habeat poſtliminium, vt habetet reuerſus finem re-
demptione: nec enim redẽptio ius poſtliminij mutat:vt ff.eod.
l.ſi captiuus.§.vlt.Nam & redempta parit ingenuum,& alte-
ri ſuccedit, & alius ei: vt j.eod. l.præſes prouinciæ.& l.com-
mercio.& l.ſi is,qui. Nec obſtat quod dicitur j.eod.l.liber ca-
11 ptus. † ſtatum enim habet poſtliminium præterquam in vin-
culo pignoris,quod tenetur.vt ergo per omnia priſtinum ſta-
tum recipiat,neceſſe eſt ſolui pecuniam redemptionis. Atten-
dendum tamen an redemptus ſit is,qui erat liber ante captiui-
tatem,an ſeruus alienus. Si liber,idem quod dictum eſt. Si ſer-
uus,domino ſuo poſtliminij beneficium porrigitur,vt ſoluen
di pecuniam tantum intra triennium habeat. Interim autem
ſeruus eſt redimentis, & eum manumittere poteſt, ſi neſciens
alienum redemit:alioquin fortè non manumitteret: & perpe-
tuò offerendi dabitur poteſtas: vt ff.eo.l.in bello.§.ſi quis.&
§.manumittendo.& de acquir.hær. l. ſi quis ſeruum alienum.
Si autem redemptus ſtatuliber erat ante captiuitatem,vel pi-
gnori obligatus, redit in priſtinam cauſam ſoluta pecunia re-
demptori: vt ff.eod.l. in bello.§.ſi ſtatuliber. & §.pignori.vbi
ſeruus non redimitur, ſed reuertitur, & domino ſuo reſtitui-
tur:ſi in poteſtatem ſuam redeat,& ei ſeruiat: alioquin cõtrà:
vt j.eod.l.ſicut.& ff.eod.l.vlti. Pretium autem redemptionis
ſemper eſt ſoluendum, & ſeruire redemptus per quinque an-
nos:vt j.eod.l.vlti. niſi remittatur expreſsim,vel tacitè intel-
ligatur remiſſum,vel ex pietate materna, vel quia redemptam
ſibi copulauit in vxorem, vel quia redempto viuente non exi
gitur pecunia:vt j.eod. l.ſi is,qui. & l.liber captus. & ff.eod.l.
ſi patre.vel niſi ex delicto ſuo repellatur redimens: vt j.eod.l.
fœdiſsimè. Illud ſciendum eſt,quod in reuertendo nulli debet
præſtari impedimentum. Item alimenta eis præſtita ob pieta-
tem non poſſunt repeti:vt infra eodem,l.vlti.

De infantibus expoſitis, liberis, & ſeruis, & de his qui ſanguinolentos nutriendos acceperunt. *Rubrica.*

1 *Expoſitionem non inuitis,ſed ſcientibus obeſſe.& 2.*
3 *Derelictis inſtar quis.*
4 *Suſcipientium expoſitos præmium.*

VT exercetur pietas in redemptione, ita & in expo
ſitorum ſuſceptione:vnde de expoſitis tractat. Di
ſtinguendum eſt autem an domino,vel patre, ſeu
patrono ignorante exponatur infans: an ſciente.
1 Si ignorante,vel inuito,non præiudicatur ei in iure ſuo, vn
de repetit infantem,ſed reſtituat expenſas.niſi à fure repetat:
2 vt j.eod.l.j.licet pietas videatur inhibere repetitionem.† Du-
plex tamen aſsignari poteſt miſericordiæ motus:vt ff.de reli.
& ſum.fu.l.at ſi quis.§.ſed interdum. Si ſciente, & non cõtra-
dicente,vel ratum habente liberti ingenuitatem,ſerui,vel co-
loni,naniſcantur libertatem,filij ſui iuris efficiuntur. Sed &
videtur quòd capitalem patiatur pœnam: quia videtur eos
necauiſſe:vt ff.de lib.agno.l.necare. Vnde & expoſiti dicũtur
ſanguinolenti:quia ſanguinis pœna puniendum eſt tantum
ſcelus. Hoc in infante expoſito,qui & puer paruulus dicitur:
vt j.eod.l.vlti. Secus in eo qui non eſt infans. nec enim fieret
ideo liber,niſi languidus eſſet:vt ſ.de lat.lib.toll.l.j.§.ſed ſci-
mus. Vbi autem infans vel maior non exponitur,ſed denegã-
tur ei alimenta, non eripitur in libertatem: ſed pro derelicto
3 † haberi videtur:vt ff.pro derelicto.l.vlt.& ideo occupãti cõ-
ceditur:vel fortè ideo ei conceditur occupanti:quia dixit do
minus patri ancillam eſſe reſtituendam. In ſuperiori autem
caſu vbi exponitur infans nõ eſt ideo liber:quia habuit enim
pro derelicto. Nam & ſi vellet,contrarium idem eſſet propter
4 delictum ſuum:,& libertatis fauorem.† Suſcipientes autẽ nul-
lum ius poſſunt vendicare in eos,quos aluerunt:vt j.eo.l. vlt.
Fauetur tamen eis in quodam, vt ſi volens donare expenſas
qui aluit expoſitum à patre,& pater remittatur de facto:de iu
re enim non poteſt ne copuletur in matrimonium filiu alẽtis,
teneatur reddere expenſas:vt ſ.de nup.l.patre.

Quæ ſit longa conſuetudo. *Rubrica.*

1 *Conſuetudo quid ſit.*
2 *Conſuetudo longa quæ dicatur.*
3 *Conſuetudo an vna ſententia inducatur,& an duabus.*
4 *Conſuetudinem non aliter per ſententiam induci, quam ſi po-*
pulo vel præſidi placuerit ita iudicari in futurum.
5 *Conſuetudo ex quibus cognoſcatur eſſe inducta.*
6 *Conſuetudinis authoritas quanta ſit.*
7 *Conſuetudo an,& quando deroget legi ſcriptæ.*

DICTVM eſt ſuprà de iure ſcripto,videamus de
iure non ſcripto:& ideo ponit quæ ſit longa con
ſuetudo. Videamus ergo quid ſit conſuetudo,
5 & vnde dicatur.† Et quidem conſuetudo eſt ius
non ſcriptum,moribus populi diuturnis inductum,vt Inſtit.
de iur.nat.§.conſtat. Dicitúrque conſuetudo,quaſi commu-
nis aſſuetudo:& aliàs dicitur conſuetudo,& in alia ſignifica-
tione,altera natura. Quæ ſit longa conſuetudo? & ita licet cõ
tineatur in rubrica, tamen leges ſub ea poſitæ obſcure quæ-
2 ſtionem iſtam proſequuntur.† Et quidem longa conſuetudo
dici poteſt illa quæ x.vel xx.annis inducitur. Multò magis
longiſsimo tempore,id eſt xxx.vel longæuo,id eſt, xl. anno-
rum: & poteſt hoc apertè probari per legem. Cùm enim di-
catur longam conſuetudinem vicem legis obtinere: vt C. quæ
ſit longa conſuetu.l.j. Ea autem præſcriptio cenſetur eſ-
ſe longa,quæ eſt x.annorum:vt Inſti.de vſuca.§. & cùm hoc
placuum.conſequens eſt,vt hic cum res tantum inter præſen
tes agatur, frequenter longam conſuetudinem etiam decem
annos intelligi. Quidam tamen dicũt eam eſſe longam,cuius
non extat memoria.argum.j.eod.l.conſuetudinis. & de aqua
3 pluuia arcenda,l.ij. Quod non placet. † Illud quæret aliquis
a nunquid ſufficiat ſemel intra x.vel xx.annis ita eſſe iudicatũ?
Reſpondeo non,quia duabus vicibus ad minus conſuetudo
dici poteſt: vt C de epiſcopa.audientia.l.iij.in fi. Iterum oppo
nes:ergo duobus exemplis iudicatur,quod eſſe non debet: vt
C.de ſenten.& interlocuto. omnium iudicum,l. nemo. Re-
4 ſpondeo quòd dictum:† eſt ſaltem duas vices per longũ tem-
pus inducere conſuetudinem,exaudiendum eſt.ſi populo, vel
præſidi placuerit ita iudicari in futurum,id eſt,vt ſic deceте-
rò ſemper fieret: & ſic fiet conſuetudo,aliter non. Ex quibus
5 dignoſcitur eſſe inducta? † Et quidem ex tribus præcipuè. Pri-
mum eſt quia ſic eſt obtentum ſine contradictione. Secundò
quia libelli querimoniarum de re tali non recipiebantur. Ter
tium ſi cùm contradiceretur non eſſe conſuetudinem, repro-
6 bata cõtradictione iudicatum eſt eſſe conſuetudinẽ.† Quan-
ta eſt conſuetudinis authoritas? Et quidem videtur quòd cõ-
ſuetudo ſit conditrix legis, abrogatrix, & interpretatrix: vt
ff.de legib & ſenatuſconſul.l.de quibus.§.vlt.& l.nam Impe-
rator.& Inſti.de iure natura.§.ex non ſcripto. Sed quidam di
cunt quòd illæ leges antiquæ ſunt hodie contra:vt j.eo.l.cõ-
ſuetudinis. His enim legibus tranſlata erat omnis poteſtas in
principem. Vel ibi loquitur de eo,quòd ciuitas ſibi conſtituit
per conſuetudinem:namque ea,vel lege ſcripta, vel contraria
conſuetudine,tollitur: lex autem ſcripta,tantum lege ſcripta.
Vel ibi loquitur de generali conſuetudine,id eſt,quã princeps
patitur,quæ ex certa ſcientia inducta videtur: hoc de ſpeciali
alicuius loci,quæ legem non abrogat,etiam ſi ex certa ſcien-
tia ſit inducta,licet in eo loco ſeruentur:vt ff.com.præ.l. ven-
ditor.§.ſi conſtat. Sed contra videtur: vt ff.de ſepul.vio.l. iij.
7 §.diuus.† Sed diſtingue,vtrum lex ſequatur conſuetudinẽ cui
ipſa eſt contraria,an præcedat. Si lex ſequatur,quia poſterior
eſt,derogat conſuetudini quæ præceſsit:alioquin legi cõſue-
tudo derogat,niſi lex conſuetudinem prohiberet admitti: vt
in vſuris habemus. Si verò per errorem inducta eſſet:nec in eo
loco legi derogaret:licet quidam cõtradicãt,qui aliter quàm
nos caſum illius legis,ff.de legi.& ſenatuſ.l.quod nõ ratione.
ponunt, ſicut ibi notauimus. Alij diſtinguunt, an lex ſit ta-
lis cui derogari poſsit per pactum:vt eſt in omnibus quæ fa-
uore alicuius ſunt inducta:vel vt non agatur ad reſiduum ſi
pignus ſit minoris pretij quàm debitum: & tunc tali legi per
cõſuetudinem derogari in eo loco dicunt:alioquin ſi per pa-
ctum

ctum legi non poteſt derogari, ſecus dicunt. Quod accidit in caſibus, quos ſ. de pact. l. ſi quis in conſcribendo. notauit Ioã. Boſ. & meritò conſuetudinem pacto parificant: quia ipſa conſuetudo conſenſus dicitur tacitus: vt ff. de legi. & ſenatuſconſul. l. de quibus. in fi. Sed hoc non videtur verum: quia ſecundum hoc furioſis, vel ſimilibus, qui expreſſim conſentire non poſſunt, conſuetudo non obiiceretur: vt ff. loca. qui ad certum tempus, niſi reſpondeas: imò obiiceretur, quia maior pars vniuerſitatis conſentit: vnde perinde eſt ac ſi omnes cõſenſiſſent: vt ff. ad municip. l. quod maior. ſecundum Ioan. Boſ. Reſponde: illa regula vera eſt in electionibus. Item vera eſt vt vniuerſitas poſſit conueniri: ideo, quia maior pars aliquid dicatur feciſſe: non vt aliquis ignorans conueniatur. Hæc autem conſuetudo patrimonio ſingulorum detrahit, & inducitur vt ſinguli conueniantur: quod eſſe non poteſt. Nam ſi millies ipſi paciſcatur, quod ego tenerer, mihi non præiudicaret. Alij diſtinguunt, an lex ſit ſola, & conſuetudo contraria, & tunc legi abroget. An verò lex lata poſt conſuetudinem ſit roborata: vt ſic contraria conſuetudo prima inducta lege vincatur. arg. ſumpto ab eo quod de venditione dicitur, quod ſolo diſſenſu diſſoluitur, ſi traditione roborata non fuerit, alioquin contra: vt ſ. quando li. ab empt. diſ. l. j.

ANNOTATIONES.

a Iudicatum. De iſta materia vide Bartol. in l. de quibus. ff. de legib. Bal. in authen. quas actiones. verſi. ſi extra quæritur. C. de ſac. ſan. eccle. & in rub. C. quæ ſit lon. conſue. Ludo. ro. in ſingu. ſuis verſi. conſuetudo. Alexan. & do. Iaſo. May. in l. de quibus ff. de legi Canoniſt. in c. abbate. de ver. ſig. & in c. fin. de conſuet. Ang. l. Areti. in §. ex non ſcripto. nu. 10. cum plu. ſe. Inſtit. de iu. natu. do. Alex. 10. in conſi. lxviii. in ii. vo lu. do. Bartho. Soci. in conſi. cxii. incipien. capio difficultatem. verſic. nec præmiſſis. in ii. volu.

b Conſuetudo. Conſuetudo eſt ius quoddam moribus, aſſiduiſque actibus hominum inſtitutũ, quod pro lege ſuſcipitur, cùm deficit lex. c. conſuetudo. prima diſtin. cum autem in ſcriptis redacta eſt, conſtitutio, vel lex vocatur: quæ autem non eſt in ſcriptis redacta, retinet nomen ſuum, vt prima diſtinc. c. conſuetudo. §. cùm itaque. Conſuetudo quoque dicitur, quæ eſt in communi vſu d. §. cum itaque. Conſuetudo autem, quæ iuri communi præiudicat, debet eſſe rationabilis & legitimè præſcripta. c. fi. extra. de conſuetu. Illa autem, cuius initii nõ extat memoria, iuri communi præiudicat. iii. q. vj. can. hoc quippe. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quot. & æſti. Item ſi de conſuetudine dubitetur. vna partium adſerente conſuetudinem, altera hoc negante, & pronunciatum fuerit eſſe conſuetudinem dicitur obtinere in contradictorio iudicio extra. de ver. ſig. Abbate. Vnde in contradictorio iudicio non dicitur induci conſuetudo, ſed firmari. l. cum de conſuetudine. ff. de legib. Tranſgreſſor conſuetudinis rationabilis puniendus, vt tranſgreſſor legis, xj. diſtinct. can. in his. ar. c. ii. extra. de conſuetud. Conſuetudo eſt optima legum interpres l. ſi de interpretatione. ff. de legib. c. cum dilectus. de conſuetud. Conſuetudo autem duplex eſt, generalis, & particularis. Generalis eſt, quæ generaliter obſeruatur. Specialis, quæ certis locis vigorem & obſeruantiam habet. xii. diſt. can. ſi facta. xj. diſt. can. nolite. c. eccleſiaſticarum & c. palam. Poſterior autem conſuetudo priorem tollit, ſi in eodem municipio diuerſæ conſuetudines diuerſis temporibus oriantur. Nam ſi diuerſis locis ſecus. extra. de cog. ſpiri. c. j. Neque enim diuerſæ conſuetudines aliquorum debent aliorum contrario more ſubuerti. xii. diſtinct. can. illud. Item ſicut iura iuribus ad concordiam reducuntur, C. de inoffi. do. l. vnic. ita & conſuetudo interpretatione reducitur ad concordiam. d. c. cum dilectus. Martinus.

De donationibus. *Rubrica.*

1 *Quid ſit donatio.*
2 *Donatio ſimplex quæ dicatur.*
3 *Donatio ob cauſam quæ ſit.*
4 *Donare quis poſſit.*
5 *Donari cui poſſit.*
6 *Donatio qualiter fiat.*
7 *Donatio quando non poſſit fieri ſine ſcriptis.*
8 *Donatio quando debeat inſinuari: & quid ſit donationem inſinuari.*
9 *Actio quæ competat ex donatione.*
10 *Donator conuentus ex donatione, quatenus condemnandus ſit.*

PROPTEREA QVOD donatio ſtipulatione demum interueniẽte de qua ſ. dictũ eſt perficiebatur olim, vt ſ. eo. l. ſi quis argentum. §. vlt. ideo ponit de dona-
1 tionibus. Videamus ergo quid ſit donatio. †Et quidem dona-
a tio eſt quædam mera liberalitas a quæ nullo cogente conce-
ditur: vt ff. eod. l. donari. & de regulis iuris, l. donari. id eſt
neque ciuili, neque naturali. Ciuilem autem obligationẽ ſo-
lam (quæ inefficax eſt exceptionis ope) non puto impedire
donationem, cùm illa neque agendi, neque retinendi inducat
effectum, ſed in ſola naturali contra: vt ff. de conſtitu. pecunia.
l. j. §. penul. & l. iii. §. j. & ff. de donation. l. hoc iure. §. ſi quis
ſeruo. Mera autem ideo dicitur, quia ſi fiat ex neceſſitate, non
eſt donatio: vt ff. de adimend. lega. l. rem legatam. Quando-
que tamen impropriè dicitur donatio, id eſt, irreuocabilis da
tio: vt ff. ad legem Aquiliam, l. ſi ſeruus. §. Iulianus. Vnde di-
catur. Et quidem quaſi doni datio: vt ff. de donatio. cau. mort.
l. ſenatus. §. j. Sed de donatore ita eſt intelligendum, vt habeat
propoſitum transferendi proprietatem: nam aliter tranſire do
minium non poteſt: vt ff. eod. l. in ædibus. §. vlt. & de publicia.
in rem act. l. quæcunque. §. j. in fine. non quòd habeat neceſſe
transferre dominium ad hoc, vt aliter non poſſit eſſe donatio.
Quæ ſit donationum diuiſio. Et quidem alia ſimplex. alia ob
2 cauſam. Simplex †eſt cùm nullo caſu velit ad ſe reuerti quod
dedit, vel quod ſe daturum promiſit: ſiue fiat purè, ſiue in diẽ,
3 ſiue ſub conditione. Ob†cauſam eſt, quæ interponitur vt a-
liquid fiat, vel non fiat: in quam ſpeciem dico cadere dona-
tionem propter nuptias, & cauſa mortis, & dotis. Sed ſecus
fortè in donatione ſponſalitia: quia illa fit purè, & ſimplici-
ter: licet conditio inſit tacitè per legem: vt ff. eod. l. j. & l. hoc
iure. §. vlt. & Inſtitu. eod. in principio. & §. aliæ. De donatio-
ne autem cauſa mortis, nil ad titulum iſtum, quia ſpecialis de
ea j. ponitur rubri. & ſpecialis ponitur j. de ea quæ fit ob cau-
ſam, vel ſub modo. & ſ. de conditione ob cauſam datorum. &
4 de donatio. propter nuptias. †Quis poteſt donare? & qui-
dem maior vigintiquinque ann. non minor: vt ſ. ſi maior fa-
ctus ali. l. vltima. Item compos mentis. etiam ſenex, non pro-
digus, vel furioſus: vt ff. eod. l. Modeſtinus. §. vlti. & de ver-
borum obligatio. l. is cui bonis eſt interdictum. & de curato-
re furioſo, l. Iulianus. & j. eodem. l. ſenectus. Idem eſt & in
eo cui eſt interdicta alienatio per legem, vt ſi commiſit crimẽ
læſæ maieſtatis, vel ſi eſt hæreticus: vt C. ad legem Iuliam ma-
ieſtatis. l. vlti. & de hæreti. & mal. l. manichæos. Si autem
aliud crimen publicum & capitale commiſit, & donet poſt
ſententiam, nulla eſt donatio: ſecus ſi ante: vt ff. eodem, l. poſt
contractum. & l. donationes. §. vltimo. Sed in ea quam facit
maritus vxori, diſtinguitur, an fiat donator ſeruus pœnæ, an
non: vt C. de donatio. inter virum & vxorem, l. res. & hoc ideo
quia licet donatio ſit ſimplex, tamen tenet à principio: vnde
in primo caſu confirmatur: in ſecundo eſt impedimentum.
Item donat paterfamilias, non filiusfamilias, niſi habeat ca-
ſtrenſe peculium, vel quaſi caſtrenſe, vel niſi pater ei conceſſe-
rit, vel conceſſiſſe videatur ratione dignitatis, puta ſenatoriæ:
vel ſi iuſta ratione motus daret, aliàs non, etiam ſi liberam ha
beat adminiſtrationem peculij, & cuiuſcunque diſcretionis
ſit ipſe. [Speciale tamen eſt in donatione cauſa mortis, vt ſi
ſpecialiter permiſerit pater filio donare, non tamen poſſit do
5 nare, niſi ſpecialiter dicat:] vt ff. eod. l. filiusfamilias. †Cui
poſſit donari? Et quidem præſenti, & abſenti noto, & mihi
cognito: vt ff. eod. l. abſenti. & j. eodem. l. nec ambigi. & l. in
extraneos. Amico, vel amicæ etiam meretrici (niſi ſit miles il-
le qui donat amicæ) doctori, vel non docenti: vt ff. eodem. l.
affectionis. & ſuprà de donationibus inter virum & vxorem,
l. iij. de adminiſtra. tut. l. cùm plures. §. cùm tutor. Item dona-
ri poteſt patrifamilias, & filiofamilias, tuſi eidem filiofami-
lias donem, qui eſt in poteſtate mea: vt j. eod. l. ſiue emancipa-
tis. Vxori autem meæ donare non poſſum: vt ſuprà, de do-
6 nation. inter virum & vxorem. †Qualiter fit donatio? &
quidem fit ſtipulatione tantùm ſecundum vetera iura. Hodie
autem ſolo pacto. Et ideo fit inter præſentes, & abſentes per
nuntium: vel per epiſtolam in ſcripſit, vel ſine ſcriptis: nec bre
uitas chartulæ nocet, vt ff. eod. l. & per interpoſitam. & j. eod.
l. nec ambigi. & l. ſi aliquid. & l. donatio ſiue. & ff. de actio. &
obliga. l. conſenſu. Eſt ergo vtriuſque neceſſarius conſenſus.
Nam nec nuda ratio facit aliquem debitorem, nec pactio cau
ſa donandi facta: vt ff. eod. l. nuda. & de actio. & obl. l. obli-

gationum ſubſtantia. Item fit ſi dicat aliquis, dabo, vel donabo. cùm & veteri iure celebraretur ſtipulatione quæ tantùm in verbis futuri temporis concipitur: vt ff. de verborum oblig. l. ſtipulationum. Quid ſi dicat dono? ſi quidem fieret traditio, & ab ea incipiat donatio, ſine dubio tenet. Et in hoc caſu (quod eſt notabile) pactum fuit validum: non tamen aliquo tempore obligatorium, quia donator nullo tempore fuit obligatus. Si autem non tradidit, ſed de tradendo ſe obligare voluit, videretur quòd non teneat ad exemplum ſtipulationis ſcilicet, vt dictum eſt. Sed tamen aliud eſſe puto tunc, quia id agitur inter eos, vt in futurum cõtrahatur obligatio, & vt in quibuſdam ſtipulationibus, ſcilicet iudicio ſiſti, animal eſſe, bibere vt oportet ff. de verbo. obligatio. l. quoties quis alium. & de euict. l. ſi ita quis. & quia aliud in pacto quàm in ſtipulatione dici poteſt, quod fit etiam per verba præſentis tempo-
7 ris: vt ff. de pact. l. j. §. j. & l. tale pactum. † Licet autem dixerim donationem ſine ſcriptis fieri poſſe, tamen fallit, cum donatio
a exceedit quingentos aureos.[a] In caſibus autem etiam vltra quingentos aureos tenet ſine ſcriptis, vt ſi fiat cauſa pietatis: vel ab Imperatore in priuatum, vel econuerſo, vel à magiſtro militum in milites, vel à priuato in priuatum in reparationem domorum, vel à priuato in priuatum, vt ſi fiat donatio propter nuptias: vt j. eod. l. penulti. & in authent. vt non fi. pign. §. aliud quoque. & de non alie. aut permu. §. finimus. & de donatio. propter nup. auth. eò decurſum, vel ſi remittantur vſu-
8 ræ futuri temporis: vt ff. eod. l. Modeſtinus. aliàs † ergo exigitur inſinuatio donationis apud magiſtratus competentes. hoc ergo eſt, quod donator apud eos exprimat voluntatem ſuam, quod velit donare, & ſcriptura inde fiat adhibitis publicis perſonis, nec exigantur priuati, ſcilicet teſtes: vt infrà eodem l. in donationibus. Vbi autem non excedit quingẽtos aureos, non exigitur ſcriptura: niſi conueniatur inter eos vt fieret in ſcriptis, fortè idem & ſi fiat à patre in filium ſuum infantem emancipatum, vel ſi fiat in coniunctas perſonas: vt j. eod. l. ſi quis in
9 emancipatum, & l. data iampridem. † Quid ſi dubitetur an excedat quingentos aureos, an non: puta, quòd facta eſt in ſingulos annos eius quantitatis quæ non excedit quingentos aureos: ſed ſi omnes cumulentur excedit? Reſponde, Si perſonalis eſſet promiſsio, ab vtraque parte plures dicuntur donationes vt non exigatur ſcriptura, verè tamen eſt vna: vt ff. de don. cauſa mor. l. ſenatus. §. vltimo. vbi autem promiſsio eſt in rem, ab vtraque parte, vel altera tantum exigitur ſcriptura: vt j. eod. l. ſancimus. Qualiter ex donatione agitur? Et quidem ex ſtipulatione, vel condictione certi, vel ex ſtipulatu ſi incertum contineatur in ſtipulatione, vel ſi ſtipulatio non interceſsit, agitur eadem condictione ex lege, quæ actiones ſtricti iuris ſunt, vt donatio: vt j. eod. ſi quis argentum. §. vlti. & ff. eod. l. eum qui. Et neceſſe habet donator tradere omnia: vt ff. de verborum oblig. l. vbi autem non apparet. §. vlti. & Inſtitu. eod. §. perficiuntur. Et in caſibus fingitur tradidiſſe: vt ſi inſtrumentum rei tradat, vel vſumfructum retineat, vel claues horreorum tradat, in quib. ſunt res donatæ, vel quia res donata erat in præſentia: vt j. eodem. l. j. & l. quiſquis. & ff. de contrahen. empt. l. clauibus. & ff. de acquiren. poſſeſ. l. j. §. penulti. Tradere autem debet, quod promiſit, vel æquippollens, vt ſi certum pondus donauerit argenti, præſtet eiuſdem æſtimationem argenteam: vel ſi certum reditum promiſit, & præſtat fundos tantum reditum inferre valentes: vel ſi ſeruos promiſit, præſtet pro ſingulis xv. ſolidos: vt j eodem l. ſi quis argentum. Reditus tamen videtur ſtatui in xv. annos, quod iuris anguſtiam videtur continere: ſed tamen intelligi poteſt, vt notaui infrà eodem. l. ſi quis argentum. vel hoc ideo quia benignius debet agi cum eo, qui ex liberalitate conuenitur vt ſtatim dicam in condem-
10 natione. † Condemnatur enim donator ei cui donauit in quantum facere poteſt, ſed in ſolidum ei, cui delegatus eſt: vt ff. de re iudic. l. ſunt, & l. inter eos. & l. Neſennius. §. fin. & l. ne ex liberalitate.

ANNOTATIONES.

a Quingentos aureos. Adde Bartol. in l. Modeſtinus. de dona. & in l. ocmo poteſt. ff. de leg. j. Bald. in l. ſancimus. C. de don. Lud. Rom. in fin. ſuis. verſi. donatio. ver. quidam. do. Alexand. de Imol. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. & in l. iuſiurandum. § ait prætor. ff. de iureiurao. Paul. de Caſt. in conſi. cj. dn. Alexand. in conſilio lxxxiij. in iiij. volumi. multa per Fede. de Sen. in conſil. cclxiij. Bart. Socin. in conſil. lxvij. incipien. circa primam. in ver. item videtur. in primo volumi. & in conſilio lxviij. incip. fruſtra. verſic. ſed præmiſsis. in eod. ij. volumine.

* Liberalitate. Mera debet eſſe donatio: quia ſi ex neceſsitate fit, non erit donatio. quia non libera. ff. de adimend. leg. l. rem legatam. In meris autem donationibus actio de euictione locum non habet. l. ad res donatas. ff. de ædilit. edic. Perficitur autem donatio nudis verbis, vt Inſtit. eo. tit. §. perficiuntur. conſenſu tamen donatoris, & donatarii interuenientis: aliter ſecus. l. obligationum ſubſtantia. ff. de act. & oblig. Donator verò ad rem donatam tradendam tenetur, d. §. perficiuntur. & C. eo. titu. l. ſi quis argentum. Non tenetur tamen, niſi in quantum facere poteſt donatur. id eſt, habita ſui ratione, ne egeat. ff. de re iudi. l. ſunt qui. & l. inter eos. & l. Neſennius. Martinus.

De donationibus quæ ſub modo, vel conditione, vel certo tempore conficiuntur. *Rubrica.*

1 *Donatum ſub modo, vel ob cauſam quando poßit repeti: & qua actione. nu. ſeq.*
3 *Donari poſſe ex certo tempore, & ex incerto, item ad certum tempus, & ad incertum, atque etiam ſub conditione.*

DICTVM eſt ſuprà de dona. in genere, nunc ponit in ſpecie. Sciendum † eſt autem, quòd ſub modo, vel cauſa donare poſſum, & ſi quidem impleta fuerit cauſa, ceſſat repetitio. Alioquin repetitio locum habet, ſi cauſa fuerit finalis, non impulſiua: [b] vt ſuprà de conditi. cauſa da. l. ſi repetendi. & ff. de condi. cauſa da. l. dedi. §. ſi quis quaſi. & de dona. l. ij. §. vlti. & de donat. inter vir. & vxo. l. ſed ſi mors. §. vlti. & ſuprà titu. j. l. penult. §. vlti. Repetitur † autem per condictionem ob cauſam, vel per actionem præſcriptis verbis agitur ad intereſſe: vt ſuprà de condic. cauſa da. l. ea lege. & de rer. permu. l. rebus. Rei vendicatio non datur, niſi in caſibus: vt j. eodem, l. j & in alio, cum donauit, vt poſt certum tempus redeat ad me res. vbi & condictio & rei vendicatio videtur competere: vt j. eodem. l. ij. & competunt hæ actiones paciſcenti directæ: vtiles autem ei, cui
3 reſtitui pactus ſum: vt j. eodem. l. quoties. † Illud certum eſt, quia donare poſſum ex certo tempore, & ex incerto, putà poſt mortem meam: vt ſuprà vt act. ab hære. & contra hæredes incip. l. j. vt ſi me daturum promittam poſt mortem meam: ſecus ſi, vt tanquam hæres habeas omnia mea bona pepigi: vt ſ. de pact. conuentis tam ſuper dot. quàm don. l. hæreditas. Item ad certum, & incertum tempus: vt j. eod. l. ij. Item ſub conditione, quam neceſſe eſt vel æquipollentem impleri: vt j. eod. l. vltima.

ANNOTATIO.

[b] Finalis. Cauſam finalem vocat Bartol. in extrauag. ad reprimendam. in verb. abſentia legis, alteriusve diſpoſitionis finem, & ſcopum, & legis intentionem. quæ ſi deſit, vitiatur diſpoſitio. l. ſi o. ff. de teſta. tutel. Impulſiuam verò quæ impellit quem ad id diſponendum. vide eundem Bart. vbi ſuprà. Finem, ſiue, ſi malis, cauſam finalem appellat Cicero in lib. de legibus quò referuntur omnia & cuius cauſa omnia ſunt facienda. P. Pratenſ.

De reuocandis donationibus. *Rubrica.*

1 *Donatio ob quas cauſas reuocetur.*
2 *Donatio quando reuocetur ex ingratitudine.*
3 *Donationes qua actione reuocentur.*
4 *Donatio an, & quando poſsit reuocari ab hæredibus donatarij, vel per hæredes donatarios.*

QVONIAM ſemel perfecta donatio iuſtis cauſis reuocatur: & de his cauſis hic tractare inten-
1 dit. Aſsignemus † ergo iuſtas cauſas, vt per hoc pateat omnes alias eſſe reprobatas: donat igitur quis

quis aut liberto, aut extraneo. Si liberto, reuocatur donatio
ſola ratione obſequij non præſtiti licet ſecus ſit in libertate.
Item (quod mirabile eſt) reuocantur empta ex pecunia do-
nata: vt infrà eodem. l. prima. & ſuprà de liberali cauſa. l. ſolo.
Reuocatur etiam donatio tota propter liberos ſuſceptos
poſteà à patrono: vt infrà eodem. l. ſi vnquàm. Aliàs autem
totum non reuocatur: vt ſuprà de inofficioſa donatio. l. ſi to-
2 tas. † Vbi autem ex ingratitudine volo reuocare donationem,
quam contuli in eum, qui non erat libertus, ſi quidem erat fi-
lius emancipatus, vel aliquis de liberis non in poteſtate mea
conſtitutus, reuoco ex ingratitudine, cuius certæ deſignantur
cauſæ: vt ſi donatarius iniuriam maximam donatori faciat, vel
manus inferat, vel damnum non leue irroget, vel eius vitæ in-
ſidietur, vel conditionem appoſitam non adimpleat: vt infrà
eodem. l. vltima. niſi conuolauerit ad ſecundum matrimo-
nium: vt infrà eodem. l. his ſolis. tunc tamen per authen. ex tri-
bus cauſis reuocatur: vt infrà eodem. authentic. hæ quoque.
Sed ſi donaui extraneo, non reuocatur niſi ex prædictis cauſis
quæ enumerantur: vt infrà eodem. l. vltima. aliàs non: vt In-
3 ſtitut. eodem. §. aliæ. † Fiunt autem hæ reuocationes vel per
condictionem ex lege, vel vtili rei vendicatione: vt infrà eod.
l. his. & ſuprà de contrahend. empt. l. cùm res, & ff. de donatio.
4 cauſa mortis. l. ſi mortis cauſa res donata. † Hoc autem ius re-
uocandi perſonale eſt ab vtraque parte, vt hæredibus, vel in
hæredes primordium talium cauſarum non poſsit incipere,
ſed perfici: vt infrà eodem. l. vlti.

De donationibus cauſa mortis. *Rubrica.*

1 *Donatio cauſa mortis qua dicatur.*
2 *Donatio cauſa mortis a quibus fiat, ſeu quot ſint eius ſpecies.*
3 *Donatio cauſa mortis qualiter fiat.*
4 *Donatio cauſa mortis qui differat à mortis cauſa capione.*
5 *Donare mortis cauſa quis poſsit, & cui.*
6 *Donatio facta cauſa mortis ex quibus cauſis reuocetur, & qua actione.*
7 *Donatio cauſa mortis in quibus conueniat cum legatis, & in quibus ab eis diſcrepet.*

DE donationibus quæ fiunt inter viuos ſuprà di-
ctum eſt: ſequitur, vt videamus de iis, quæ fiunt
cauſa mortis. Videndum ergo, quid ſit donatio
1 cauſa mortis. † Et quidem donatio cauſa mortis
eſt, cùm quis magis vult ſe habere quàm eum, cui donat, ſub-
audio tradendo, vel ſe obligando, ne hæc definitio contineat
legatum, magiſque eum, cui donat, quàm hæredem ſuum: vt
2 ff. eodem. l. prima. † A quibus fit? vel quot ſint ſpecies eius?
Et quidem fit quandoq; ab homine ſano: quia cogitat quan-
docunque ſe moriturum, vel ab infirmo, ſcilicet, vt ſtatim fiat
accipientis, vel tunc demum, cum mors fuerit inſequuta: vt ff.
eodem. l. ſecunda. Et quod dico de morte, eſt intelligendum
de quolibet periculo, quod periculum, vel quam mortem ti-
meo mihi, vel alij imminere: vt ff. eod. l. tertia, quarta, quinta,
& ſexta. & l. mortis cauſa filij. & infrà eodem. l. penultima.
a mortis tamen cauſa vel periculi cauſa, debet exprimi, [a] vt vi-
deatur donatio cauſa mortis. Nec enim hoc ipſo, quòd mo-
riens donat videtur cauſa mortis donare: vt ff. eodem. l. Seia.
3 §. vltimo. † Qualiter fiat. Et quidem per ſtipulationem, vel
pollicitationem vel ſolam traditionem, quinque teſtibus
præſentibus: vt infrà eodem. l. vltima. Nec eſt codicillus, vel
4 teſtamentum. † Et differt cauſa mortis donatio, à mortis
cauſa capione: quia in mortis cauſa donatione obligatur
qui donat, & teſtator plerumque tradit. ſed mortis cauſa ca-
pio eſt, cùm poſt mortem alicuius aliquid datur alicui cauſa
conditionis implendæ, vel aliquid peruenerit ad aliquem oc-
caſione mortis: vt ff. eodem. l. mortis cauſa capitur. & l. qui
5 pretio. & l. ſi mulier. † Quis donare poteſt cauſa mortis? Et
quidem is, qui teſtamentum facere poteſt: licet non fiat. Sed
fallit in filiofamiliàs: vt ff. eodem. tam is, qui. De his autem
plenè diximus ſuprà qui teſtamen. facere poſſ. Cui? Et quidem
ei ſoli, cui legatur: vt ff. eod. l. omnibus. & l. ſenatus. in princ.
quod tempore mortis inſpicitur: vt ff. eod. l. in mortis cauſa.
6 † Ex quibus cauſis reuocatur? Et quidem reuocatur ſi prius
decedat donatarius, ſerui, & filij conſyderata perſona, & non
domini vel patris: vt ff. eod. l. filiofamiliàs. & l. fin. & l. vltima.
Vel ſi pœniteat donatorem, vel ſi effugerit id periculum: vt ff.
ſi cer. peta. l. non omnis. Hoc verum niſi aliter à donatore ſit di
ctum: vt ff. eod. l. ſenatus. §. mortis cauſa donatio. & l. ſi alie-
nam. §. Marcellus. Qua actione? & quidem vtilis rei vendica-
tio, vel directa competere poteſt, non obſtante vſuſcapione,
vel impenſis factis: vt ff. eod. l. ſenatus. §. j. & l. ſi mortis cauſa. &
l. ſi alienam. j. reſponſ. & l. qui alienam, & l. ſi mortis cauſa do-
7 natio. † Ex prædictis colligitur, quod in pleriſque conuenit
hæc donatio cum legatis: & in quibuſdam diſcrepat. Ecce
enim ſi donas in annos ſingulos, donatio eſt vna. Secus in lega-
tis: vt ff. eod. l. ſenatus. §. vltim. Item legatum ab hærede ſem-
per traditur, donatio vel ab hoc, vel ab illo. Item in donatio-
ne obligatur donans, ſecus in legato. Item ſic ſubſtituitur vt
in legatis: vt ff. eod. l. ei cui mortis. & de leg. ij. l. vt hæredibus.
Item ſi accuſo teſtamentum vt falſum: amitto legatum, non
donationem: vt ff. de iis quib. vt indi. l. poſt legatum. §. qui mor
tis. aliàs autem ſicut ex aliqua cauſa reſcinditur teſtamentum,
ſic & donatio: vt ff. eo. l. ſi aliquis mortis. & l. ſi debitor. Qui-
dam & aliam differentiam notant: quòd in legato locum ha-
bet interdictum quorum legatorum, non in donatione. Sed li
tera Piſana contradicit: vt ff. quorum leg. l. j. §. ſi quis. In aliis
autem omnibus conueniunt.

ANNOTATIO.

a Debet exprimi. Ad hoc vide Bart. in l. ſi. C. de pactis. Bald. in l. ſi mor
tis. C. ad l. fal. doct. in l. ii. C. de iur. dot. Pau. de ca. in con. xcix. do. Alex.
de imol. in conſil. xiiii. in j. volu. & in conſil. lxxxi. eod. volu. do. Bar-
tho. Soci. in conſi. cxxxvii. incip. multum eleganter. ver. ſed contra hãc
concluſionem. in j. volu. vbi eſt tota materia.

De infirmandis pœnis cœlibatus, orbitatis, & de decimariis ſublatis. *Rubrica.*

1 *Cœlibi non donabatur, hodie contrà. 3.*
2 *Cœlebs quis.*

1 OLIM † non poterat cauſa mortis donari ei, qui
cœlebs erat, id eſt, qui nolebat contrahere matri-
2 monium, & hic † fortè orbus dicebatur: quia ſine
matrimonio erat: quod hodie corrigitur: vel orbus
3 dicebatur, quia ſine liberis erat. † Hodie autem promiſcuè
relinquitur omnibus. Item decima pars quæ ex relictis à con-
iuge detrahebatur qui, vel quæ erat ſine liberis, hodie ſub-
lata eſt.

De iure liberorum. *Rubrica.*

1 *Matrem ſine reſcripto ſuccedere.*

1 SVPRA de iure patrum in liberos, † nunc de iu
re matrum quod habent in hæreditate filiorum
tractauit. Hodie non eſt opus vt pater, vel mater
impetret vt ſuccedat: quod olim erat neceſſe. Nam
& ſine impetratione mater ſuccedit: licet ingenua tres, liber-
tina quatuor non peperit: vt j. eod. l. vltima. & Inſtitut. de leg.
ſucceſ. §. vltimo.

DOMINI AZONIS SVMma in octauum librum Codicis Finis.

EIVSDEM DOMINI

AZONIS SVMMA IN NONVM LIBRVM CODICIS.

De his qui accuſare non poſſunt. *Rubrica.*

1 *Accuſare quid ſit.*
2 *Accuſator quando ſit neceſſarius, & quibus caſibus criminis cognitio, & pœna impoſitio procedat ſine accuſatore.*
3 *Accuſare qui prohibeantur, & nu ſeq. & nu.6.*
4 *Mulier quibus caſibus ad accuſandum admittatur.*
5 *Accuſationem tertiam inſtituere an permittatur ei, qui duobus iudiciis ſubſcripſit.*
7 *Accuſatus poſsitne accuſatorem ſuum accuſare pendente adhuc iudicio criminis, & quid ſi iam condemnatus eſt. n ſeq.*

SVPRA de ciuilibus quæſtionibus, nunc
de criminalibus tractare intendit. Et quia in
eis neceſſarij ſunt accuſatores, ideo ponit de
1 iis qui accuſare non poſſunt. † Videndum
ergo quid ſit accuſare. Et quidem nihil aliud
eſt, quàm reum criminis alium, per libellum
deferre, vel facere, ad vindictam, & colligitur hoc j.eod.l.cum
rationibus, & l.non ignorat. & l. ſi quis ex familiaribus. ibi,
eius æſtimatio, & c.& ff.de accuſa.l.libellorum.in princip.ibi,
ream deferre & de priua.deli.l.vlti. & ad leg.Iul.de adulte.l.ij.
§.ſi publico. Nam ibi non fuit accuſator (vt ibi dicitur) quia
non fuit datus libellus. Et ad idem induci poteſt quod eſt in
ff.de ſuſpect.tuto.l.iij. §.præterea. quandoque aliter eſt: vt j.de
2 abige.l.j. † Quando eſt accuſator neceſſarius? Et quidem vbicunque
criminis, vel delicti accuſatio eſt admiſſa in publico,
vel priuato crimine: vt j.eod.l.vlt.& de priua.delic.l.vlt. &
ff.de accuſa. l.ſi cui. & vbicunq; de honore adimendo tractatur:
vt ff.de mune.& honor.l.reſcripto. §. ſi quis accuſatorem.
In caſibus tamen ſine accuſatore procedit criminis cognitio,
& pœnæ impoſitio, vt in lenocinio quod mulier obicit marito.
Secùs in extraneo obiiciente lenocinium marito accuſanti:
vt ff.ad legem Iuliam de adulter.l. ſecunda. §. ſi publico.
& in charta ſuſpecta apud iudicem producta. Idémque in teſte:
vt ff. de probationibus.l. penulti. & de teſtibus. l. nullus.
Idem fortè in ſuſpecto tutore: vt ff. de ſuſpect.tutor. l. iij. §.
præterea. Et in calumniatore idem. Nam eundem puniri tempore
ſententiæ deſyderare poſſum, & ſine accuſatione: poſteà
non ſine accuſatione: vt infrà de calumn.l.j. & de bon. liber.
qui cum maior natu. §.ſi libertus. Idem in notorio crimine: vt
infrà de accuſa.l.ea quidem. Idem in falſo, ſecundum B. vt C.
ad legem Corneliam de falſis.l.vbi. ſed nos intelligimus quod
ibi principaliter de falſo fuit accuſatio inſtituta. Quis poſsit
accuſare, vel non? Et quidem quilibet qui non prohibetur: vt
in teſtibus, & in procuratoribus dicitur: vt ff.de teſtibus.l.j. &
3 de procurator.l.mutus. §. cum quæritur. † Videndum ergo,
qui prohibeantur. Et quidem mulieres prohibentur. Sed fallit
in lege Iulia.de annona. & maieſtatis. & Corneliæ teſtamentariæ,
& ſuſpecti criminis: vt ff.ad legem Iuliam de annona.l.
vltima.& ad legem Iuliam maieſtat.in quæſtionibus.& de accuſatio.
l. ſecunda.& Inſtitutio.de ſuſpect.tuto. §. primo. Si
autem proſequantur iniuriam ſuam, vel ſuorum, ſemper admittuntur:
vt C.qui accuſare non poſſunt. l. de crimine. Qui
autem ſuorum appellatione contineantur dicitur: vt ff.de accuſationibus.
& inſcriptio.l.prima, & ſecunda.primo reſpon.
4 Serui † etiam prohiberi videntur: niſi in caſibus: vt ff.de falſ.
l.nullo. & ad legem Iuliam de annona. l. prima. Item prohibentur
impuberes. Nam pupillus omnino repellitur, niſi in
caſibus, in quibus tutore authore permittitur accuſare: vt ff.
de accuſationibus.l.ſecunda.§.primo. Adultus autem poteſt,
curatoris tamen authoritate intercedente. Nam, cum pupillus
tantum prohibeatur & in accuſatione, & in pupillari actione:
vt ff.de accuſationibus. l. qui accuſare. & de popula. actio. l.
mulieri. Patet ſecus in adulto: ſi curatore authore faciat: vt j. de
autho.præ.l.clarum. Fallit tamen in adulterij accuſatione, niſi
minor de ſuo adulterio velit conqueri: vt ff.ad legem Iuliam
de adulteriis.l.ſi maritus ſit in magiſtratu. §. lex. Item ſecus in
teſtimonio minoris: vt ff.de teſtibus. l. in teſtimonium. Item
repelluntur milites: vt infrà eodem.l.ſi prohibentur.& l.ſi crimen.
Sed & qui merum imperium & poteſtatem habent, non
accuſant interim, nam nec ipſi interim ſine fraude conueniri
poſſunt, vt ff.ad legem Iuliam. de adulteriis. l. ſi maritus ſi in
magiſtratu.& de iniuriis.l.nec magiſtratibus. & de accuſatio.
5 l. qui accuſare. † Item repelluntur, qui duo iudicia habent
ſubſcripta: vt ſi accuſationem contra duos inſtituit quis, non
permittitur ei tertia accuſatio. Attende tamen an accuſet
duos eodem tempore, quod procedit. ſi in eodem libello duos
accuſat: vt ſtrictè accipiamus eodem tempore, an in diuerſis?
Si in eodem, non poteſt: quia vna propter alteram accuſationem
impediretur. Excipitur, ſi ſuarum iniuriarum cauſa id faciat.
Si in diuerſis, poteſt duos: tres non, niſi ſuarum iniuriarum
cauſa: vt infrà eodem.l.cùm rationibus.& ff.ad legem Iu-
6 liam de adulteriis. l.inter. §. vltimo. Item ſi aliquid † acceperunt
ob accuſandum, vel non accuſandum, repelluntur ab
accuſatione: ſicut & à teſtimonio: quia incidunt in legem Iuliam
repe. vt ff.ad legem Iuliam repet.l.eadem.§.primo, & ſecundo.
Alij propter ſuſpicionem calumniæ. Alij propter paupertatem:
vt ff. de accuſationibus. l. alij. & l. nonnulli. & l.ſi
cui.§.iiſdem.ibi, ſi tamen. alij, quia ſocij ſunt in eodem crimine:
vt ſuprà de liberali cauſa.l.ſi filium. Idem fortè & ſi pat, vel ſimile
commiſerunt crimen: & ideo repellitur maritus propter
lenocinium: vt ff.ad legem Iuliam. de adulteriis.l.j. §. primo.
Alij quia ſemel deſtiterunt: vt ff. ad Turpil.l. ſecunda. Alij
propter reuerentiam, quam habent: vt quia ſunt liberti, vel
quia de liberis, vel beneficiatis, vel ſeruis, vel familiaribus. Sed
& imponuntur eis pœnæ, variæ tamen propter varietatem
perſonarum, vt ff.de accuſat.qui accuſare. in fi. & l.hi tamen.
§.primo. & infrà eodem. l.iniquum. & l.ſi quis ex. §. vltimo.
Item ratione cognationis quis repellitur, ſi grande intentet
crimen: aliud ſi leue. Sed ſi perſequatur iniuriam ſuam, etiam
grande poterit: vt in matre dicitur infrà eodem. l.ſi magnum.
& l.propter.& l.ſi ſororem. & videtur hoc generale in omnibus
qui prohibentur: vt ff.eodem.l.ſecunda. Sed in liberis fallit,
& in ſimilibus, ſi qui reperiantur: vt infrà eodem.l.prima.
7 §.primo. Sed † & miſta conſyderatio perſonarum habetur:
accuſatus enim accuſatorem ſuum interim de pari, vel minori
crimine (niſi perſequatur iniuriam ſuam) accuſare non poteſt.
Quod intelligo, cùm accuſator non perſequebatur iniuriam
ſuam: alioquin quod ſecundo daretur, priori denegaretur,
quod eſſet abſurdum: vt infrà eodem.l. neganda. & ſuprà qui
pot.in pigno.l.vlt. De maiori autem poteſt: vt infrà eodem.l.j.
Poſtponitur enim minus maiori: vt infrà ad legem Iuliam de
adulter.l.adulterij. In minori tamen interim poteſt deponere
8 inſcriptionem: vt j.eodem.l.neganda. † Quid autem ſi con-
a demnatus velit accuſare? non poteſt: [a] eſt enim infamis, niſi
perſequatur iniuriam ſuam: vt ff. de accuſationi.l. qui iudicio.
Hoc verum, ſi poſt damnationem inchoet accuſationem in
extraneum, non in accuſatorem ſuum. Nam ſi accuſatorem
ſuum velit accuſare, ſi quidem ciuitatem, vel libertatem amiſerit
per ſententiam, non poteſt: alioquin poteſt, vt ſi ſit relegatus:
vt ff.de publ.e.iudic.l.is, qui. Hoc tamen mirabile videtur:
quia hic licet ſit infamis, (condemnatus fuit enim publico iudicio)
admittitur: vt ff.de publ.l.infamem. Sed fortè hoc ideo,
quia debet ei remitti: ſi prouocatus voluerit ſe vlciſci: vt ff.de
bonis liber.l. qui eum. §.ſi libertus. Nec videtur calumniari:
quia ſuccubuit in cauſa prima: quia iniuſtè potuit damnari:
& quia debuit ei permitti quoquo modo ſe defendere. Secus
in accuſante dico, qui non obtinuit: vt ff.de accuſatio.l.ſi cui.
§. primo. & de bonis eorum, qui ante ſententiam.l.j. Quod
autem dicitur j.eodem.l.j.ibi ex euentu. expone vt cum te de
furto ſerui mei ſubtracti tali die accuſabam: tu autem me accuſas
quòd præcedenti tempore ipſum interfeci: hic enim apparet,
quod ſecunda derogat primæ accuſationi.

ANNO

ANNOTATIO.

a Non poteſt. Adde Bart.& doct. in l.qui iudicio.de accuſ. Angel.in l.is, qui reus.de publ.iud.&c. Alexand.in l.ſi cui crimen.§.iiſdem. de accu. doct.in cap.primo.& cap.cum P.de accuſa. vbi vide.

De accuſationibus, & inſcriptionibus. *Rub.*

1 *Accuſatio aduerſus quos poſsit institui, ſeu qui accuſari poſsint.*
2 *Seruus quibus caſibus accuſari non poſsint.*
3 *Accuſari qui non poſsint vel ad tempus vel in perpetuum.*
4 *Accuſatus ab vno an, & quando poſsit ab alio accuſari.*
5 *Accuſari an poſsint plures ab vno, & an in eodem libello.*
6 *Accuſare vnum an, & quando plures poſsint.*
7 *Libellus accuſationis quomodo ſit concipiendus.*
8 *Libello accuſationis oblato quæ dilationes concedantur, atque inibi quomodo procedere debeat iudicium criminis.*
9 *Exceptiones quando ſint ab accuſato aduerſus accuſatorem proponenda.*
10 *Accuſatorem debere apertè probare crimen, quod intendit.*
11 *Accuſato non veniente ad cauſam quomodo procedendum ſit, & quid ſi accuſator non veniat. num ſeq.*

DICTVM eſt de iis, qui ad accuſationem * ad-
mittuntur, nunc de accuſationibus generaliter vi-
deamus: quid ſit accuſatio ex ſuperiori patet: nam
ibi diximus, quid ſit accuſare: ex qua definitione
1 patet, quid ſit accuſatio. † Aduerſus quem inſtitui poteſt? &
quidem accuſari poſſunt maſculus, & fœmina præſentes tan-
tùm non abſentes: vt tamen contra abſentes offerri poſsit li-
bellus: vt j.eo.l.abſentem.& j.tit.j.l.ij. Viui, & non mortui, niſi
in caſibus: vt ff.eod.l.ex iudiciorum.vt ff.ad leg.Iul.pe.l.vltim.
Sed & accuſantur pubes, & impubes, qui tamen capax ſit in-
tellectus: vt ff.de reg.iu.l.pupillum. Nam ex ingratitudine, po-
teſt in ſeruitutem reuocari: vt Inſtit.quib.mo.teſt.infir.§. item
ſi in ſeruitutem. Sed (vt refertur Auguſtinũ dixiſſe) omne de-
lictum cadit in impuberem, præter delictum carnis. Et ei lex
conſentire videtur: vt ff.ad leg.Iul.de adulte.l.ſi minor.& j.de
2 pœnis.l.impunitas. Seruus † etiam accuſari poteſt, non tamen
qualibet lege. Nam ea lege, quæ imponit pecuniariam pœnã:
vt l.Iul.de vi priuata, accuſari nõ poteſt. Idem ſi imponat pœ-
nam amiſsionis ciuitatis. ſeruus enim ciuis non eſt, nec caput
habet de iure ciuili: ſed & lege Pompeia.de parric. accuſari nõ
poteſt de ciuili iure: quia patrem non intelligitur habere: ſpu-
rius enim putatur: vt s.de legit.fil.l.ex libera. De iure tamen
naturali poteſt: quia natura eſt omnium communis. Item lege
Cornelia de iniuriis, fortè quia ſolet plerumque imponi arbi-
trio iudicis pœna amiſsionis ciuitatis. Vnde Cornelius Silla
fuit author, ne ea lege accuſaretur ſeruus. In hac tamen lege,
& omnibus ſupradictis quibus accuſari ſeruum non poſſe di-
ximus, accuſatio ſerui erit recipienda, vt duriorem patiatur
pœnam corporalem: & licet effugiat vnam, non tamen alte-
ram. Illud certum eſt quòd pœna metalli, & naturalis mortis,
conuenit ſeruis, & probantur hæc ff.eo.l.hos.§.omnibus. Do-
minus autem pro ſeruo ſuo ſuſcipere defenſionem poteſt: vt ff.
eod.l.ſi ſeruum. & de pub.iud.l.ſciendum. [Porrecto ante li-
bello accuſati per procuratorem] alius non ſuſcipit defenſio-
nem principalis cauſæ, ſed vt alleget cauſam abſentiæ: licet ſe-
cus diceret M j.eo.l.reos.ff.de pub.iud.l.pe.§.j. De filiofa. cer-
3 tum eſt, quod accuſari poteſt. Excipiuntur † tamẽ quidam: ne ac-
cuſentur ad tempus, ſi habeant publicum honorem, & admi-
niſtrationem: vt ff.eo.l.hos.j.reſp.& ad leg.Iul.de adul.ſi adul-
terij.§.vlt. Item, ne accuſentur in perpetuum vt ſi quis abſolu-
tus eo crimine fuerit, quo accuſatur nũc, niſi doceatur de præ-
uaricatione primi accuſatoris: vt j.eod.l. ſi quis ho. Sed hoc
4 † fallit in caſu: vt ff.eod.l.ſi cui.§.j. Sed & interim donec accu-
ſor ab vno, ab alio ſuper eodem crimine accuſari non poſſum.
Et eſt hic inſerẽda bona diſtinctio. Quandoq; enim vnus ac-
cuſat vnum, & tũc ſi de vno crimine, & vna lege, poteſt. ſi di-
uerſis legib. non poteſt: vt ff. eo.l. ſenatus. Si diuerſis criminib.
deſcendentib. ex diuerſis factis poteſt: vt ff eo.l.libellorum.§.
ſed & ſi aliud. Aut deſcẽdũt ex vno facto: nõ videtur quod liceat,
à contrario ſenſu: vt infrà.eod.l.qui de crimine. Quandoque
5 † plures accuſantur ab vno, & tunc ſi de eodem crimine, licet:
vt j.ſi reus vel accuſ.mor.l.j.& ff.ad leg.Iul.de adul.l.vim paſ-
ſam.§.inceſti. Sed fallit in adulterij accuſatione: vt ff.ad leg.
Iul.de adul.ſi maritus.§.vlt. & l.nihil.§.vlt. Si verò de diuerſis
criminibus accuſantur, & vno libello non poſſunt accuſari
duo: niſi accuſator proſequatur iniuriam ſuam. [Si verò di-
uerſis libellis, poſſunt duo accuſari, & non tres niſi accuſator
perſequatur iniuriam ſuam:] vt s.ti.j.l.cum rationibus.& ff.
6 eo.l.hos.§.lege. † Quandoque plures accuſant vnum, & tunc
ſi de eod.crimine ſimul accuſant, eligendus eſt vnus: vt ff.eo.
l.ſi plures. Si autem de diuerſis criminib. deſcendentib. ex di-
uerſis factis, vel ex vno, poſſunt: vt j.eo.l.qui de crimine. Inte-
rim tamen, cùm habeat neceſſe reſpondere pro vno, non ac-
7 cuſatur pro altero: vt ff.de cuſt.re.l.ij.§.vlt. † Qualiter conci-
pitur libellus accuſationis? Et quidem ſic vt contineat no-
men accuſantis & accuſati, annum, & menſem quo commiſ-
ſum eſt crimen, non autem diem, vel horam cõmiſſi criminis,
quis inuitus comprehendet. Locus autem, quo crimen eſt ad-
miſſum, debet deſignari: & conſules, ſub quib. eſt admiſſum.
Dies autem dati libelli debet inſeri: vt ff.e.l.libellorũ.in prin.
& in auth.de exhi. & introm.reis.§.ſuſcepto. & ſeruatur hæc
cõceptio in publico, vel priuato crimine: vt.ff.de priua.del.l.
vlt. Sed & dicunt quidam quod accuſator debet ſubſcribere,
quod velit pati eandem pœnam, ſi non probauerit, arg.s.fide
inſtr.l.ij & j.titu.j.l.ij.ibi, ſolenni lege, vt ff.eo.l.libellorum.§.
item ſubſcribere. Poteſt tamen dici, quod hoc ſemper intelli-
gatur ineſſe ex natura accuſationis, quod non probat: vt j.eo.
l.vlt. Quandoque tamen hæc conceptio non eſt [accuſanti]
neceſſaria: vt in leui crimine, & notorio, & vbi executores
nuntiant: vt j.eo.l.ea quidẽ.& ff.eo.l.leuia.& in caſibus quos
8 notaui s.in ſumma. † Oblato autẽ libello dabitur dilatio ad
deliberandum, fortè xx. dierum: vt in pecuniaria cauſa. Nam
ad compoſitionem rei familiaris tantum, aliud ſpacium tri-
ginta dierum videtur datum: non ad deliberandum, vt j.tit.j.
l.ij.& deliberatione facta venire debet accuſatus, & accuſa-
9 tor, & cauſa.& lis debet cõteſtari: tunc † debent opponi exce-
ptiones accuſanti, ſi quæ reo cõpetant. quod ſi non fiat, ex in-
teruallo poſt litem eas opponere nõ poteſt. Lite conteſt. reci-
pitur nomen accuſati inter reos. vel ſtatim, vel poſteà inconti-
nenti: vt C.ad leg.Iul.de.adul.[l.adulteram.& ff.ad. le.Iu.de
adul.] l.ſi maritus.§.præſcriptiones. Quod ex audio ſi erãt di-
latoriæ exceptiones, vt quæ repellebant accuſantem tantùm:
non alias, vel ſimiles. In peremptoriis poteſt dici idẽ quod in
ciuili cauſa: vt s.ſent.reſcin.non poſ.l.vlt. Videtur tamen con-
trarium in lenocinij exceptione, quæ peremptoria eſt. Nec
tamen opponitur: niſi antequàm nomen alicuius inter reos
recipitur, vt j.de adul.l.quoniam. & l.ita.& ff.ad leg.Iul. de
adul.l.ij.§.ſi publico.in fi.§. Sed in eo §.ſuper hoc dedi ſolu-
10 tionem. † Poſt modum, probationẽ apertam debet accuſator
in cauſa producere, vt nõ mendicatis ſuffragiis decretorum,
vel relationum credat iudex: vt s.de prob.ſciãt, & j.eo.l.ſingu.
Accuſator tamẽ tenetur probare: niſi in caſi. vt j.de aboli.l.fal-
laciter.§.quod.& l.Cor.de fal.l.vbi. Sẽper tamẽ obtinet regula
quæ eſt s.de eden.l.qui accuſare. Item alia vt accuſator non
probans, calumniator videatur: vt s.de.aduoc.di.iud.l.j.niſi
probetur contra. Sed hoc fallit in marito: quia nõ eſt veriſimi-
le eum calũniari, & in ſimilib. vt ff.ad turpil.l.j.§.calumniari.
11 & j.ad l.Iul.de adul.l.quamuis. Si autẽ accuſatus † non veniat
ad cauſam, citari debet per interualla xxx. dierum vt in ciuili
cauſa: non ter per ſingulos tres dies, licet id dicant, ar.eius
quod eſt ff.de pub.iudi.l.inter. Nec enim ponit ita faciendum:
ſed quod ita fuerit factum, imò innuit non faciendum. Nec
poteſt ferri ſententia, ſed annotantur bona: vt ff.de pœnis.l.
12 abſentem.& j.de requir.re.l.j. Accuſatore † quoq; nõ venien-
te, prædicto modo fiet citatio ſed imponitur pœna, vt s.tit.j.l.
qui crimen. & j.vt intra certum tempus l.ij. & ad Turpil.l.ij.
Hoc de ordine ex antiquis legibus, vel nouis in accuſationi-
bus ſeruando: prout breuiter potuit, expediui.

ANNOTATIO.

* Accuſationem. Accuſatio eſt alienius criminis delatio. Dicitur autem accuſator, quaſi aduocator, quia ad cauſam vocat eum, quem ac-

cuſat.c.forus.extrà.de verbo.ſignific. Accuſationis autem effectus eſt, cum de crimine criminaliter agitur depoſitio, corporalis animaduerſio. Accuſatus de dilapidatione ſuſpectus, vt ſuſpectus ſtatim remoueri debebit. cap. fin. de accuſa. extra. Martinus.

De exhibendis, vel trāſmittendis reis. *Rub.*

1 *Reos criminum non eſſe exhibendos ſine præcepto iudicis, atq; etiam an id ſit perpetuum.*
2 *Tranſmiſſiones reorum quando fiant.*
3 *Miles qui deliquit, apud quem iudicari debeat.*

ACCVSATIONE facta neceſſe eſt exhiberi
1 reum, & quandoque tranſmitti. † Sciendum eſt
autem reum exhiberi, ſi tamen id præcipiat iudex:
vt j.eod.l.vlt. Sed hoc fallit in falſo monetario: vt
j.de fal.mo.l.j.in princ. & deſertore militiæ. & latrone publico & raptore virginis. Nam cum illos liceat occidere, multò magis iudici repræſentare inuitos: vt ſ.quando li.vni.ſe ſine iud.vin.l.j. & ij. & j.de rap.virgin.l.j. & idem forſè in fure: vt ff.de furt.l.interdum. ij. §.qui furem. cùm autem exhibendus eſt per iudicem, datur ei dilatio xxx. dierum ad compo-
2 nendos mœſtos penates: vt j.eod.l.ij. † Tranſmiſſiones autem
fiunt cum quis accuſatur ibi, vbi deliquit: & ipſe eſt alibi: vt
3 in auth. vt nulli iud. §. ſi verò. † Miles autem & ſi alibi deliquit, tranſmittitur ad magiſtrum militum. Diſtingue tamen an commiſerit militare delictum, an commune. Si militare, vt quia alienauit arma, magiſter militum ſolus cognoſcet, & feret ſententiam. Et idem in ciuili cauſa: vt ſ.de iuriſd.omn.iud. l.magiſteriæ. & ſ.de offic.ma.mi.l.j.in fi. & j.de re milit.l.vlti. primo reſpon. Si autem fuerit commune: ſi quidem enorme, is cognoſcit, apud quem commiſſum eſt: vt ſ.vbi ſena. vel cla. conue.l.j. & ff.de accuſa.l.vlt. alioqui præſes habet cognitionem tantum. Refert autem ad magiſtrum militum, vt imponat pœnam: vt j.eo.l.j. & ff.de cuſt. & exhib.l.de militibus. & l.non eſt. & de re mi.l.iij.j. reſpon. Nec diſtinguo inter caligatum, & non caligatum: quia & caligatum dicit lex remittendum.

De cuſtodia reorum. *Rubrica.*

1 *Reum de crimine confeſſum quatenus ſit conijciendus in vincula publica. & quid in reo non confeſſo.nu.ſeq.*
3 *Accuſatus quomodo debeat eſſe in cuſtodia.*
4 *Mulier an, & in quem carcerem detrudi poßit.*
5 *Carcerum cuſtodes qualiter ſe aduerſus incarceratos gerere debeant.*
6 *Carceris cuſtos qualiter puniatur, ſi incarceratus euaſerit è cuſtodia. & num. 8.*
7 *Carceris cuſtodia quibus committenda ſit.*
9 *Reus coniectus in carcerem, quandiu illic detineri debeat: & quomodo aduerſus eum procedendum ſit.*

FACTA accuſatione, & rei exhibitione, quandoq; neceſſarium eſt, vt reus cuſtodiatur in carcere. Videamus ergo, quando reus carceri mancipandus ſit, & qualiter carceri mancipatus, ſit cuſtodiendus, & quæ pœna immineat cuſtodibus eorum & commentarienſibus eorum, ſi incarcerati aufugerint, & quæ
1 pœna immineat accuſatis ſi fracto carcere euaſerint. † In
accuſato autem diſtinguendum, vtrum ſit de crimine confeſſus, an non. Si eſt de crimine confeſſus, in vincula publica conijciendus eſt donec de eo pronuntietur: vt ff.eod.l. ſi confeſſus. & eo confeſſo velociter eſt imponenda pœna: vt j.eod.l. vlt. vt tamen cum modico tempore ſteterit in carcere, poſtmodum educatur, & iterum apud acta audiatur: vt ita appareat an perſiſtat in confeſſione, an velit eam corrigere: ita enim quaſi ſub publico teſtimonio commemoratio admiſſi criminis fiet: vt iudicibus immodicè ſæuientibus, fræni quædam
2 temperies adhibita videatur: vt j.eodem. l. ſi quis in ea. † Si
autem accuſatus non eſt de crimine confeſſus: diſtingue, vtrum accuſetur de crimine valde graui, an non. Si quidem de crimine valde graui eſt accuſatus, debet detrudi in carcerem: vt ff.eodem.l.diuus. Et inquiſitio criminis ſtatim debet fieri, vt noxius puniatur, & innocens abſoluatur. Si verò inquiſitio differatur propter abſentiam accuſatoris, vel ſociorum ac-
3 cuſati, accuſatus quidem † interim debet eſſe in cuſtodia: vt tamen ferreas manichas, & inhærentes oſſibus non patiatur: ſed prolixiores catenas, ſi criminis qualitas, catenarum acerbitatem poſtulauerit. Sic enim deerit cruciatio, & ipſe permanebit ſub fida cuſtodia. Carcer enim ad cuſtodiendum, non ad
a puniendum eſt inuentus: vt ff.de pœnis.l.aut damnum. §. ſoleat. Hinc eſt, quod ſedis intimæ tenebras pati non debebit incluſus: imò vſurpata luce vſui hominis debebit vegetari. i. ſubleuari. In nocte autem geminari debet cuſtodia, & in veſtibulis carceris, & ſalubrib. locis recipi. & eſt veſtibulum, locus ante carcerem: vt porticus ante domum: ductum ab aue: quia ibi ſalutabantur antiqui. & iterum reuertente die ad primum ſolis ortum illico ad publicum lumen reduci debet incarceratus: ne pœnis carceris perimatur: quod innocentib. miſerum, noxiis non ſatis ſeuerum eſſe dignoſcitur: vt j.eo.l.j. Et poſſunt plures recipi in eodem clauſtro, ſexu tamen pares, diſpares enim ſexu, diuerſa clauſtrorum debent habere tutamina: vt j.
4 eod.l.quoniam. Hoc tamen corrigitur in muliere. Nam † hodie nulla mulier pro fiſcali, vel pro priuato debito aut crimine aliquo in monaſterium, vel alium locum includitur. Sed ſi pro fiſcali, vel priuato debito pulſetur per ſe aut per virum ſuum, aut quemuis alium legitimè reſpondeat. quod ſi noluerit reſpondere legitimè, in rebus eius procedatur. Si verò tale ſit crimen, quod neceſſe eſt eam cuſtodiri, ſi quidem fideiuſſorē dare poteſt, ipſi credatur. Si verò iurauerit ſe non poſſe fideiuſſorem dare, iuratoriam cautionem præſtet de iudicij obſeruatione. Sed ſi crimē ſit grauiſſimum, de quo accuſatur, in monaſterium, vel aſceſteriū mittatur: vel mulieribus tradatur, per quas
5 cuſtodiatur: vt in auth. vt nulli iud. §. neceſſarium. † Maſculi ergo tantum recipiuntur in carcerem. & recepti diligenter cuſtodiendi ſunt à ſtratorib. qui eis ſternunt lectos: & miniſtris eorum, & à commentarienſib. quib. committuntur captiui, & eorum habent cuſtodiam. & obſeruationem, & cum humanitate quadam iſti omnes debent tractare incarceratos. nec debēt accuſatorib. crudelitatem ſuām vendere pretio, vel gratia affligendi incarceratos fame, vel anguſtia, vel ſiti, vel longa tabe ſubſtrahendo eos audientiæ: quia neminem audiunt, & à nemine audiuntur clamantes. Si autem contrà fecerint, iudex debet imponere eis capitalem pœnā: alioquin infamatur iudex, & periculum ſubibit pro motu ſuperiòris iudicis. Item commentarienſis ſingulis triginta dieb. debet ingerere, vel ſuggerere iudici numerū perſonarum, varietatem delictorum, clauſorum ordinem, ætatémq; vinctorum: alioquin ærario infert xx. libras auri. Iudex etiā deſes & negligēs, qui hoc non procurat fieri, priuabitur dignitate, & mulctabitur in x. libras au-
6 ri: vt j.eo.l.vlt. Si autem † incarceratus euaſit de cuſtodia, patitur cuſtos eandē pœnam, quā pateretur incarceratus: vt j.eo.l. ad commētarienſes. niſi cuſtos probauerit incarceratū euaſiſſe
7 caſu fortuito: vt ff.eo.l.vlt. † Tyroni autē non eſt [facilè] cuſtodia credenda. Nam ea prodita is culpæ reus eſt, qui eam ei cōmiſit: nec vni, ſed duob. cuſtodia committenda eſt: qui ſi negligentiā commiſerint, pro modo culpæ vel caſtigantur, vel militiam mutant. Quòd ſi leuis perſona cuſtodiēda fuerit, caſtigati, reſtituūtur. Nam & ſi miſeratione cuſtodiā dimiſerit quis, militiam mutat. Fraudulenter autem verſatus in dimittenda cuſtodia, vel capite punitur, vel in extremum gradum militiæ datur. Interdum venia datur ei. Nam cum cuſtodia altero cuſtode ſimul fugiſſet, alteri [qui remanſit] venia danda eſt. Sed ſi cuſtodia ſe interfecerit, vel præcipitauerit, militis culpæ adſcribitur. Quòd ſi cuſtos ipſe cuſtodiam interfecerit, vel præcipitauerit, homicidij reus eſt: ergo ſi caſu cuſtodia defuncta dicatur, teſtimoniis id probandum eſt, & ſic venia dabitur: vt
8 ff.eo.l.vlt. † Remanet autem incarceratus in cuſtodia donec finem accipiat cauſa: vt ſ. titu.j.l.ij.in fin. Sed nec tunc patitur ſtatim pœnam, imò de carcere extrahitur vt audiatur qualiter ſit conuictus: & iterum redit in carcerem, poſtmodum educetur, & audietur, ſi quid obijcere poſſit: vt j.eo. l.ſi quis [vel hoc eſt cū accuſatus, eſt de crimine cōfeſſus, & nō conuictus: vt ff.de quæſtionib.l.j.§.diuus. & § ſi quis.] Sed cum conuincitur, nihil expecto: vt j.eo.l.vlt.in prin. & l.j.in prin. niſi in caſu quando

ſu quando ſeuerior eſt impoſita pœna: vt j. de pœnis. l. ſi vindicari. Si autem crimen graue non ſit admiſſum, poteſt accuſatus tradi cuſtodiendus vel militi, vel ſibi, vel fideiuſſoribus. Hoc autem proconſul æſtimat pro qualitate criminis, vel propter honorem, vel propter ampliſsimas facultates, vel propter innocentiam perſonæ, vel dignitatem eius, qui accuſatur: vt ff. eod. l. j. Damnatur autem fideiuſſor in quantitatem certam, ſi eam promiſit: vel ſi non ſit certa quãtitas promiſſa, ipſe prætor æſtimabit quantitatem: niſi conſuetudo ſuper quantitate ſit inducta: tunc enim eam ſeruabit iudex. Item & extraordinariam pœnam imponit fideiuſſori, ſi dolo non exhibeat reum: vt ff. eod. l. ſi quis reũm. Sed & dominus pro ſuo ſeruo accuſato poteſt fideiubere: & antequàm recipiatur in vincula, & poſteà, niſi poſt longum tempus hoc deſideret dominus facere: vt ff. eod. l. ſi ſeruus.

ANNOTATIO.

1 Eſt inuentus. Ad huius concluſionis reſolutionem vide docto. in l. aut damnum §. ſolent præſides. ff. de pœn. & in l. incredibile. C. eodem tit. & vide Bar. in l. imperium. verſic. ſed iuxta quæro. ff. de iuriſdictio. omn. iud. Lu. l. Roma. in ſi. gu. ſuis. ver. iudex. Old. in conſi. lxxxviij. vbi ſoluuntur ænigmata quæ verſantur inter iuriſtas & Canoniſtas.

De priuatis carceribus inhibendis. *Rubrica.*

1 *Priuatum carcerem tenentium pœna.*

DIXIMVS ſuprà de publicis carceribus obſeruandis: nunc audiamus de priuatis carceribus in-
1 hibendis. [† Et quidem nemini licet priuatum carcerem habere.] vel exercere præterquàm magiſtratui. Quid ergo, ſi contra hoc factum fuerit: vel quid ſi iudices qui ſemper debent eſſe in ſpeculo non vindicauerint: vel quid ſi officiorum primates non intimauerint? certè tanquàm imperialis maieſtatis violatores vltimo ſupplicio percellentur, id eſt, plectentur, nam & illud certum eſt eos qui priuatum carcerem exercuerint: vt pote crimen maieſtatis committentes, vltimo ſubiugandos eſſe ſupplicio: vt infrà eodem. l. vnica.

Si reus vel accuſator mortuus fuerit. *Rub.*

1 *Accuſatore mortuo an expiret accuſatio.*
2 *Accuſatio in quibus caſibus duret etiam poſt mortem accuſati.*

COEPTO criminali iudicio ſæpe moritur accuſator, & reus quandoque etiam moritur alteruter eorum, & ideo quid iuris ſit ſi hoc contingat, vi-
1 deamus. Et certè † ſi accuſator ſolus deceſſerit, [& accuſatio cœpta expirat: nec enim hæredes accuſatorum coguntur exequi crimina: vt ff. de accuſa. l. diui. verum ab alio
2 reus poterit accuſari. Si verò † deceſſerit accuſatus,] omnis criminatio eſt extincta: niſi in crimine læſæ maieſtatis, & repetundarum, & apoſtaſiæ, & hæreſeos: vt ff. de accuſa. l. ex iudiciorum. & s. de apoſta. l. apoſtatarum. Hoc verum ſi accuſatus naturaliter moriatur, pendente cauſa criminali, ſecus ſi conſciuerit ſibi mortem, vel poſt lit. conteſta. vel poſtquàm fuerit in ſcelere deprehenſus: tunc enim hæredibus bona ſunt auferenda. eſt enim durius ſeipſum occidere, quàm principem trucidare: vt ff. de bonis eorum qui ante ſententiam mort. ſibi conſci. l. iij. & j. eodem. l. defunctis. Si autem pendente appellatione moriatur accuſatus, idem eſt, quantum ad crimen: ſed quantum ad bona, ſi quidem fuerint adempta expreſsim, perficienda erit appellatio. Si autem fuerint adempta tacitè extincta cauſa principali in crimine, extinguitur quæſtio bonorum: vt infrà eodem. l. vlti.

Si quis Imperatori maledixerit. *Rubrica.*

1 *Imperatori variè maledici.*
2 *Maledictum non niſi deliberatum puniri.*

SVPRA de accuſationibus in genere diximus, nunc autem ponit per ſpecies: & ita incipit à ma-
1 ximo crimine læſæ maieſtatis. † Quæ offenditur quandoque facto de quo dicetur j. titu. proxi. & quandoque dicto, in quo verſatur huius tituli tenor. & certè ſi quis Imperatorem dixit perfidum, atrocẽ, rufum, vel quid ſimile profudit, ſi ex leuitate proceſsit: contemnendus eſt.
2 † Lubricum enim linguæ facilè ad pœnam trahi non debet: vt ff. ad leg. Iul. maieſt. l. famoſi. Si ex inſania furoris, vel rabie vini, miſeratione digniſsimus eſt. Si autem ex deliberatione, remittendus eſt, id eſt, tranſmittendus ad principem, & ipſe perpendet ex qualitate perſonarum vtrum crimen prætermitti, an exquiri, & puniri debeat.

Ad legem Iuliam maieſtatis. *Rubrica.*

1 *Crimen læſæ maieſtatis quod ſit, ſeu quando dicatur committi, & num. 3.*
2 *Perduellionis crimen vnde dicatur.*
4 *Accuſare de crimine læſæ maieſtatis poſſe etiam eos, qui alias ab accuſatione repelluntur, atque ibi quæ in hoc crimine ſpecialia ſint.*
5 *Coniuratione facta aduerſus principem ſi quis ex coniuratis ſe deferat an, & quando veniam mereatur atque etiam præmium.*
6 *Voluntas eadem ſeueritate punitur in crimine læſæ maieſtatis, qua & ipſe effectus.*

OFFENDITVR Imperator facto aliquo committente crimen in eum. Sicque audiamus conſtitutiones ad leg. Iul. maieſtatis læſæ interpretandam, & exponendam, nempe iſtud crimen excellit inter omnia crimina. Videamus itaque quid ſit crimen læſæ maieſtatis: qui admittantur ad huius accuſationem, quantæ
1 ſint pœnæ huius criminis, & quatenus duret. † Eſt autem cri-
2 men læſæ maieſtatis * vbicunque quis contra vrbem aliquid molitur: vel quòd profugit ad hoſtes, vel quòd hoſtes qualitercunque iuuat vel armis, vel pecunia, vel conſilio. vel quòd ſubiectas prouincias nititur facere rebelles, vel quòd ſeditionem mouet in ciuitate, vel quòd magiſtratus occidantur, vel princeps, vel qui circa latus eius militant, vel qui arma ſumit,
2 vel occupat loca contra rempubl. vnde † appellatur hoc crimen perduellionis ea ratione (vt dicũt quidam) quia hæc probatio perduellium admittebatur, & non in alio caſu: ſed eſt alia melior ratio, quia perduelles dicuntur hoſtes: vt ff. de verb. ſig. l. quos nos hoſtes. Dicitur ergo crimen perduellionis, id eſt, hoſtile: vt ex prædictis patet, & dicitur ff. eod. l. j. ij. iij. & iiij. Sed & aliàs committitur etiam non contra rempubl. vel eius ſecuritatem. Et ideo non dicitur tunc crimen perduellionis, ſed ſimpliciter læſæ maieſtatis. Et ſunt hæc intelligenda de vrbe Romana. Verbum enim vrbis ſimpliciter prolatum Romam ſignificat: vt Inſtit. de iure natu. §. ſed ius. Committitur
3 † autem aliàs, vt cum quis ſtatuas principis, aut imagines iam conſecratas cõflagrauit: ſecus ſi nõdum cõſecratæ eſſent, vel ſi reprobatæ eſſent. Item ſecus in eo qui ſtatuas principis vetuſtate corruptas reficit. Et in eo, qui lapide iacto caſu fortuito ſtatuam attigerit: vt ff. eodem. l. qui ſtatuas. & l. non contrahit. & l. cuiuſcunque. in fine. Item hac lege tenetur, qui hoc crimine accuſatum de cuſtodia fecit exire: vt ff. eod. l. iiij. in fin. Item qui obſides ſine iuſſu principis occidit. Item qui de prouincia non deceſsit, cum ei ſucceſſum ſit: vt ff. eod. l. j. & ij. Eſt & aliud crimen quaſi læſæ maieſtatis, vt in priuati carceris exercitio, & in falſa moneta: vt s. de priua. carcerib. l. vnic. & j. de
4 fal. mone. l. ij. Sunt † autem in hoc crimine multa ſpecialia. Nam omnes, qui aliàs repelluntur ab accuſatione, hic admittuntur: puta milites, minores, infames, pauperes, familiares, parentes contra liberos: & econtra liberti contra patronos, & mulieres. Nam coniurationem Lucij Sergij Catilinæ fuluia mulier detexit: & Marcum Tullium conſulem iudicium eius inſtruxit: vt ff. eodem. l. famoſi. & l. in quæſtionibus. Serui torquentur in dominos fidicularum tormenta (ſpreta omni præ-

rogatiua) accuſanti, & eius inſtigatori accuſato inferontur: vt
j. eod. l. nullus. & l. vlt. §. in hac. Filij aotem delinquentium,
etſi non capitalem, alias tamen patiuntur pœnas: & quia ſunt
infames, & quia nulli ſuccedunt. Filiæ autem de boois mater-
nis habent Falcidiam: vt j. eod. l. penul. & ff. de penis. l. crimen.
Item hoc crimine commiſſo nihil exinde alienari poteſt. Nul-
la fieri poteſt emancipatio, vel manumiſsio: vt infrà. eodem.
l. penulti. §. emancipationes. aliàs contrarium eſt: vt ff. de do-
nat. l. poſt contractum. Item accuſatio inchoari poteſt poſt
mortem: vt j. eod. l. vlt. Sed hoc eſt intelligendum tantum in eo
5 crimine quod s. appellaui perduellionis: vt j. eod. l. vlt. † Illud
notandum eſt, quòd qui rem patefecit antequam eſſet vſus fa-
ctione, vel oon proceſsiſſet ad actum, veniam meretur, & pre-
mium. Si autem proceſsiſſet ad actum, veniam meretur, ſed
non præmium: vt j. eodem. l. penult. in fi. Sed ſi aliquo iſtorum
non excuſetur, qui reus eſt criminis ſiue perfecerit crimen, ſiue
voluit proficere procedendo ad aliquem actum, dando, vel
recipiendo ſacramentum ſuper facinore committendo, vel
quid ſimile faciendo, gladio debet feriri: & eios omnia bona
6 debent publicari. † Eadem enim ſeueritate voluntas ſceleris,
qua & effectus punitur: vt j. eod. l. antepenul.

ANNOTATIO.

a Læſæ maieſtatis. De iſto crimine, de quo iſtis calamitoſiſsimis tem-
poribus quibus omnis barbarorum colluuio miſerrimam Italiam in-
uaſit, ac eam penitus ad exterminationem igni & ferro deuaſtauit,
multi primates & vrbium nobiles forte iniuſtè culpati ſunt, & in dies
culpantur: vide Bart. & Doctor. in extrauagan. qui ſint rebelles. & in l.
cuiuſque. ad leg. Iul. maieſt. Bald. in l. addictos. C. de epiſcop. aud. Salic.
in l. fallacites. C. de aboli. Bart. in l. 1. in ſenatuſconſ. §. primo. ad Turp.
do. Alexand. in l. reſpiciendum. §. delinquentes. ff. de pœn. Doctor. in l.
prima. C. ad leg. Iul. & in l. proditores. de re milit. Bald. in conſil. ſuo
incip. quanquam alleg. d. Barth. Soci. in conſ. xiii. incip. ſequendo or-
dinem. in ver. & ex prædictis. cum plu. ſeq. in primo volu. Quæ omnia
nota, ne temere quempiam appelles Guelphum, ſeu Gebellinum.

Ad legē Iuliam de adulteriis, & ſtupro. *Rub.*

1 *Adulterium qua mala ſecum trahat.*
2 *Adulterium quid ſit, & vnde dicatur.*
3 *Adulterij accuſationem qui poſsint intendere, & num. 5. & 7. & 17.*
4 *Adulterium quādo propriè dicatur, & quid differat à ſtupro.*
5 *Sponſum admitti ad accuſationem adulterij in ſponſam commiſsi.*
6 *Patrem aut maritum non damnari de calumnia, licet non probent in accuſatione adulterij.*
8 *Adulterij accuſatio intra quantum tempus proponi debeat.*
9 *Adulterij quis accuſari poſsit.*
10 *Adulterij accuſatione propoſita, quomodo ſit in ea procedendū.*
11 *Exceptiones quando ſint proponenda in cauſa adulterij.*
12 *Adultero condemnato non præiudicari adulteræ.*
13 *Maritum accuſantem vxorem de adulterio poſſe ea exceptione repelli, quod dicatur author fuiſſe malorum, atque inibi quibus alijs ex cauſis poſsit per vxorem repelli ab ea accuſatione.*
14 *Leno quis dicatur.*
15 *Intellectus ad l. ita nobis. C. ad leg. Iul. de adult.*
16 *Præstigium quid dicatur, & quid ſignificet Verſutum.*
18 *Adulterij pœna qua ſit, & à quo imponatur, num. 19.*
20 *Patri quando permittatur occidere adulterum cum filia deprehenſum: & quando id liceat marito.*
21 *Stuprum quid ſit.*
22 *Stupri accuſatio intra quantum tempus debeat inſtitui.*
23 *Stupri pœna qualis ſit.*
24 *Inceſtus quando dicatur committi, & qualis ſit eius pœna.*

INTER alia crimina excellentius eſt adulte-
rium, & ſtuprum, & inceſtus, & lenocinium. Om-
ne enim peccatum, quodcunque fecerit homo
1 extra corpus eſt, qui autem fornicatur in corpus
ſuum peccat. † Item ex adulterio omnia ferè crimina pro-
ficiſcuntur: violentia, iniuria, homicidium, periurium, falſa
teſtimonia. Sine colloquio enim adulterium non commit-
titur: hoc eſt, quod propter enormitatem adulterij non li-
cet de eo tranſigere: licet fiat tranſactio de aliis criminibus
quæ ingerunt pœnam ſanguinis: vt s. de tranſac. l. tranſigere.
& quia lex Iulia de adulterio, & ſtupro, & inceſtu, & lenoci-
nio, loquitur: ponit de eo. Mirum eſt tamen, quòd vocetur Iu-
lia, cum lata ſit ab Octauiano Auguſto: vt ff. eo. l. j. & cuius rei
locupletiſsimus teſtis eſt Suetonius cap. 34. quem non reperi
vocari Iulium: ſed auunculus eius dictus eſt Caius Iulius Cæ-
ſar, qui authoritate ſua, non populi conniuentia habuit im-
perium: ſed fortè in reuerentiam auunculi, eius nomine vo-
luit eam nuncupari, vel fortè recepta fuit hæc lex ab auuncu-
lo: ſed hic nepos eam perfecit. Videamus ergo quid ſit adulte-
rium, vnde dicatur, qui admittantur, intra quæ tempora, ad
huius criminis accuſationem, quando poſsit inſtitui accuſa-
tio quis poſsit accuſari de adulterio, qualiter in accuſatione
ſit procedendum, quæ pœna imponatur conuicto, & conni-
uēti: inter hæc dicemus de lenocinio, & poſtea dicemus de ſtu-
pro, & quando committatur, intra quod tempus, qualiter pu-
niatur: deinde ſubiiciemus de inceſtu quando committatur,
2 & qualiter puniatur. † Eſt autem adulterium illicitus coitus
cum vxore, ſponſave aliena perpetratus. Diciturque adulte-
rium, quaſi tranſitus ad alterius thorum, vel ad alterum. Illud
certè, non eſt adulterium quod maritus alicuius aliam ſolu-
tam cognouit, idem & ſi coniugatam: nam & tunc non iudi-
catur adulterium: quia ab vxore diſcedit: ſed quia cognita eſt
vxor alterius: nam nec dicimus maritum corrumpi in fœmi-
nam, & ideo mulier maritum de adulterio non poteſt accuſa-
re, quia ſuum dicat thorum violatum: nec alienum, quia in
publico iudicio non admittitur mulier. vt j. eod. l. j. & s. qui ac
3 cuſar. non poſſunt. l. de crimine. † Admittitur ad huius crimi
nis accuſationē in primis maritus: & omnibus aliis præfertur,
etiam patri mulieris: niſi pater mulieris doceat generum infa-
men, aut arguat colludere magis cum vxore, quàm ex animo
accuſare: aliàs ergo præfertur maritus, propenſiore iure &
maiore dolore executurus accuſationem, adeò etiam, vt ſi pa-
ter præuenerit, & libellus inſcriptionum depoſuerit marito
non negligente, probationibus inſiſtente, atque imminente,
vt facilius iudicantibus de adulterio probetur, nihilominus
præferatur maritus. Nec diſtinguitur an iuſtum ſit matrimo-
nium, an non: ſiue ſit vxor vulgaris, ſiue non. Nam vt ait Ho-
merus, Ἦ μοῦνοι φιλέουσ᾽ ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων Ἀτρεΐδαι hoc eſt:
Solus Atridæ vxorum tanguntur amore
Inter diſpares ſermone homines?
Vt ff. eod. l. ſi vxor. §. planè. Nec obſtat quod dicitur j. eod. ſi
ea, quæ. & l. quæ adulterium: quia ibi non erat vxor. Et poni-
4 tur † adulterium pro ſtupro. Promiſcuè enim his plerunq; vti-
mur. Sed propriè adulterium in nuptam committitur: propter
partum ex altero conceptum compoſito nomine: ſtuprum ve-
ro in virginem viduamque committitur: vt ff. eod. l. inter. §.
5 lex. Item ſponſus admittitur ad accuſationem adulterij, quia
neque matrimonium qualecunque, neque ſpem matrimonij
violare permittitur, niſi ſponſus, accuſet eum, qui primo con-
traxit matrimonium: ff. eod. l. ſi vxor. §. diuus. & §. ſi minor.
& l. miles. §. quærebatur. & j. eod. l. propter violatam. Nec at-
tendo an ſponſa, vel maritus ſit paterfa. vel filiusfa. an non.
Nam etiam ſine voluntate patris adulterium poterit argue-
re, & vindictam proprij doloris perſequi: vt ff. eo. l. inter. §. fi-
lius. & l. filius familias. Attende tamen in marito an ſit liber,
an ſeruus: nam ſerui ob violatum contubernium, adulterij
accuſari non poſſunt: vt j. eod. l. ſerui. ſed nec ætas conſidera-
tur mariti. nam & minor xxv. annis recipitur authore cura-
tore ſuo, pro ſuo non alieno thoro vindicando: vt ff. eod. l.
ſi maritus. §. lex. & j. eod. l. propter. §. ſed ſi ipſa. Et aiunt qui-
dam maritum ſine libello accuſationis admitti. arg. j. eodem
l. quamuis. ij. ſed certè ipſe non tenetur vinculo inſcriptionis:
quia licet non probet, non tamen præſumitur calumniator:
inſcribere tamen debet. Item & hodie videtur, quòd hoc ip-
ſo quod non probat, præſumitur calumniator: vt in auth. vt
liceat ma. & auiæ. §. quia verò plurimas. & §. cauſas. & §. ſi vir.
de adulterio. Poſt maritū admittitur pater mulieris iure mari
ti, id eſt, vt præferatur cæteris intra lx. dies, & mirabiliter præ
ſtantur

ſtantur vtriq; hi lx.dies, quia dum neuter eorum accuſat [vtri-
que cedunt: ſed cum intra lx.dies occupat maritus accuſatio-
nem] tantum reſiduum quod reſtabat de lx diebus eum ma-
ritus cœpit accuſare nó cedit patri: donec cœperit accuſare
poſſe: vt ff.eo.l.ſi maritus præuenerit. & l.ſi maritus ſit in prin.
Præfertur autem maritus intra lx.dies cæteris etiam priùs in-
choantibus accuſationem, ſed poſt hoc concurrentibus, & nó
præuenientibus præfertur: ſed patri concurrenti tunc fortè
non præfertur, ſed poſt maritum pater eodem modo cæteris
6 præfertur: vt ff.eo.l.j.§.vlt. & l.iij. Item pater† & maritus (in-
tra lx.diex licet non probent accuſationem) non damnantur
de calumnia: niſi euidens ſit eum calumniari: vt ff.eod.l. quam-
uis.ij. & l is cuius.§.vlti. niſi fortè per prædictam auth. hoc di-
catur mutatum. Deſiſtentes tamen ab accuſatione ſine aboli-
tione incidunt in turpilianum: vt j. eo.l.abolitionem. & ff. eo.
l.ij.§.j. & l.quæſitum. Nec obſtat quod dicitur ff.ad Turpil. in
ſenatus.§.eos. quia illud in patronis eſt intelligẽdum. At de ca
lumnia mariti agitur, ſi ſit aperta. Item poſt hoc tempus, &
quandoque intra: vt ſi intra xl.dies negauerint ſe acturos de
adulterio, iure extranei admittuntur intra quatuor mẽſes vti-
les: vt j.eo.l.iure mariti. & ff.eo.l.iiij.§.hęc in mariis. & l.ſi ma
ritus.§.ſi ſe negauerint. Fortè & iure mariti admittuntur enu-
meratæ perſonę: vt j.eo.quamuis.ij.ſ.pater, frater, & auũculus,
7 poſt eos extranei admittuntur.† Eſt enim crimen publicum,
8 vt dicit lex prædicta, quamuis & computantur† ſex menſes à
die diuortij in ea, quæ nupta eſt. A tempore autem commiſſi
criminis in vidua computatur quinquennium cõtinuum quo
quilibet repellitur: niſi impediatur per præuenientis, vel per-
ſeuerantis accuſationem: ſed videbatur domino meo quin-
quennium vtile ad ſui principium: vt ff.eo.l.mariti.§.ſex. & §.
præterea. & §.quinquennium. & l. quinquennium. De eo au-
tem dubitari poteſt, an extranei habeant vj. menſes in nupta,
an quatuor? & lex videtur innuere de quatuor: vt ff.eo.l.iiij.§.
hæc inſtituitur accuſatio de adulterio ſoluto demum ma-
trimonio, niſi prius quis de lenocinio maritũ accuſauerit. Ho
die autem, etiam matrimonio conſtante, poteſt inſtitui: & ſi ac
cuſatio vera oſtendatur, tunc repudiũ poterit mitti, vt in auth.
9 vt lic.ma. & aulæ.§.quia verò plurimas.† Accuſari poteſt de
adulterio ille demum, qui eũ conſcientia maritalis thori adul-
terium commiſit: dum tamen libera ſit mulier, quæ paſſa eſt
adulterium: nam quo ad ſeruas attinet, locum habet actio in-
iuriarum, & de ſeruo corrupto, & legis Aquiliæ: vt ff. eo.l. pe.
& l.miles.§.pe. & l.inter. & ſ̃.de diuor.l.vxor. Quandoque ta-
men etiam non coniugata, velut cóiugata accuſatur de adul
terio: hoc eſt, cùm coniugata miſit libellum repudij marito
ſine cauſa, vt poſteà commacularet viduitatem ſtupri procaci-
tate: vt j.eo.l.penul. Idem & in maſculo, vel fœmina qui, vel
quæ domum ſuam præbuerit vt ſtuprum, adulteriúmve cum
aliena matreſa. vel cum maſculo fieret ſciens, vel quæſtum ex
adulterio ſuæ vxoris fecerit, cuiuſcunque conditionis ſit, qua-
ſi adulter punitur. Appellatione domus habitationẽ ſignifi-
co: vt ff.eo.l.qui domũ. Sed & tutor, qui pupillam ſuam ducit
vxorẽ contra ſenatuſc. quaſi adulter punitur. Multò magis ſi
ſine matrimonio ſtuprauerit eã: vt j.ti.j.l.vna. & ff.eo.l. qui pu
pillam. Sed & magiſtratus, vel qui eſt in bonore, miniſteriove
publico, reus poſtulari poteſt, ſi defertur accuſatio eius, & cau
tione iudicio ſiſtẽdi cauſa promittitur in finẽ honoris: vt ff.eo.
10 l.ſi adulteriũ.§.vlt.† Sic procedendũ eſt in accuſatione adulte-
rij: quia accuſatore, & reo, vel rea, præſente debet fieri cõteſta
tio, & iurgia ciuilia, vel criminalia, quę fiunt de minori crimi-
11 ne, debent poſtponi: vt j.eo.l.adulterij accuſatione. & † poſſunt
in principio opponi dilatoriæ exceptiones. i. antequam quis
inter reos præſens, non abſens probabili & neceſſaria cauſa ex
cuſatur: vt ff.eo.l.ſi maritus.ij.§.preſcriptiones. & §.j. & vt no
taui ſ̃.de accu. vt ſi dicat nupta à ſe nó eſſe inchoandã accuſa-
tionẽ: niſi nuptias pręceſſerit nũtiatio. ſ. quod nõ nuberet: quia
de crimine adulterij volebat eã accuſare. Neq; diſtinguitur, per
quẽ fiat nũtiatio, an per liberũ, vel ſeruũ. vel qualiter. i. in iudi-
cio, vel extra. Nã ea, quæ diuertit, nec adhuc nupta eſt, accuſa
tor vel à vidua, vel ab adultero poteſt incipere accuſationem:
Vel ſi dicat iure mariti poſt lx.dies accuſari nó poſſe: vel ſi di-
cat plures de adulterio accuſare nõ poſſe. Licet ſecus ſit in cri-
mine inceſtus: vt ff.eo.l.ſi magiſtratus.§.pe. & vlt. & l.qui vxo
ri. & l.denũtiaſſe. & l.vim paſſã.§.duos. & §.inceſti. & l.nihil.
§.vlt. Peremptoria verò quandoque opponitur: vt in præſcri-
ptione.v.an. & vj.menſium: vt j.eo.l.adulter poſt. Idem eſt, ſi di
catur maritus deſtitiſſe: vt ff.eo.l.j.§.j.eo.l. abolitionẽ. Vel ſi di
cat mulier abſolutum eſſe adulterum: & tũc habet mulier ſem
per exceptionem: niſi per colluſionem ſit adulter abſolutus: tũc
enim mulier interim dum nupta eſt, defenditur, non poſteaquã
12 deſierit eſſe nupta. Condemnato† autem adultero, non præiu-
dicatur adulteræ vt ff.eod.l.denuntiaſſe.§.quæritur. & l.adul
13 ter.§.pe. & vlt.† Item habet mulier peremptoriam exceptionẽ,
ſi dicat maritum authorem malorũ ſuorum fuiſſe: iudex enim
adulterij crimen ante oculos debet habere, & inquirere an ma
ritus pudicè viuens mulieri bonos mores colendi author fue-
rit. Periniquum enim videtur vt pudicitiam vir exigat ab vxo
re, quam ipſe non habet. Quæ res poteſt & virum damnare:
non rem (ob compenſationem mutui criminis) inuicemque com
municare: vt ff.eod.l.ſi vxor.§.iudex. Item repellit vxor mari-
tum ex eo quòd approbauerit maritus mores eius, vt ſi repu-
diauit eam, mox reduxit eam, & ex delicto, quod in priore ma-
trimonio, vel ante admiſit (puta adulterio vel ſtupro) vult eã
accuſare, aboleuit enim prioris matrimonij delictum reducen-
do eam. Et ſerò accuſat mores, quos vxorem ducendo proba-
uit: vt ff.eo.l.ſi vxor.§.vlt. Item repellit maritum, ſi dicat eũ le-
a nonẽ' fuiſſe: hac enim exceptione mulier, & extraneus repel-
lunt accuſantem de adulterio. Præterea maritum pœnæ ſub-
iiciunt. Et hæc eſt ratio, quare [eam] non poſsit obiicere ſeruus
domino: quia videtur obtinere ſpeciem accuſationis, nam & ex
ea imponitur pœna. vt j.eo.l.quoniam. & l.ita. Hoc verum, ſi
obiiciant exceptionem iſtam antequam nomen ſuum recipia-
tur inter reos. Poſtea autem non repelleret: ſed tamen & mu-
lier viro obiiciens ipſum onerat. & ſe non releuat. Extraneus
nec ſe releuat, nec maritum pœnæ ſubiicit: vt ff.eo.l.ij.§.ſi pu-
blico. Et eſt hoc arg. violentum, quod peremptoria exceptio
non opponatur in criminali cauſa quandocunque ante ſenten
tiã. Vel fortè ſpeciale eſt in crimine lenocinij ſicut notauimus
14 ſ̃.de acc.† Eſt autem leno qui adulterum ſubiecit, vel pretium
pro comperto ſtupro accepit, vel damnatam de adulterio du-
xit, vel quæſtum ex adulterio vxoris fecerit, vel qui deprehen-
ſam in adulterio vxorem, in matrimonio detinuit. Secùs, ſi eam
ſuſpectam habuit, vt obumbrare poſsit patientiam ſuam præ-
textu incredibilitatis. Item & lenocinij pœna tenetur is, cuius
ope, conſilio, dolo malo factum eſt: vt vir, fœminave in adul-
terio deprehenſi, pecunia, aliave quauis pactione ſe redimerẽt:
vt j.eo.l.ij. & l.caſtitati. & ff.eo.l.is cuius j.reſp. & §. ſi vir. & l.
15 mariti.j.reſp. & §.j.ij. & iij. Aliæ† autem exceptiones, quę olim
habebant locum in ſolennitate verborũ, vt ſi caderet aliquis
ſyllaba in accuſatione proponenda, hodie non habent locũ.
Eſt enim indignum vt præſtigia verſuti iuris excludant vltio-
nẽ pudoris. i. caſtitatis violatæ, quæ retinetur pudore: vt j eod.
16 l.ita.† Et eſt præſtigium, quod præſtringit aciem oculorũ. ſ.
obumbratio quædam, vt cùm videtur alicui ſe videre aliud
quàm videat, vt in mimis & incantatoribus patet. Dicebãtur
ergo pręſtigia, captiones verborũ, quib. obũbrabantur delicta.
Ius autẽ verſutũ ideo dicebatur, quia per quaſdam verſutias. i.
machinationes verborũ quis repellebatur ab cauſatione: vel
ſecundũ Mar. dicitur verſutũ, ad exemplũ veſtimenti inuerſi
quando illud eſt intus quod debet eſſe extrà, & è cõuerſo. Sic
& erat verſutũ ius: quia quod erat puniendũ, abſoluebatur: &
quod erat abſoluendũ puniebatur. His autẽ, vel ſimilibus non
obſtãtib. exceptionib. admittitur accuſatio: ſi lege non repro-
betur accuſatoris perſona: vt notaui ſ̃.qui accu.nõ poſſ. Et af-
17 feruntur probationes per teſtes extraneos. Sed † & domeſtici
quoq; ſpecialiter in hoc crimine cũ quęſtione recipiũtur: vt j.
eo.l.in adult. & ſ̃.de repud.l.cõſenſu.§.vit. & ff.eod.l. vim paſ-
ſam.§.vlt. Prohibetur manumiſsio ſeruorũ vxoris, etiamſi eos
non habuit in vſu ſuo intra lx.dies, poſtea quandoq; vt ſi tam
breui tẽpore cognitio adulterij nõ potuit terminari: ſed pauci
ſerui & extranei, ita demũ prohibẽtur manumitti, ſi habuit in
vſu eos mulier: vt ff.qui & à qui.ma.li. nõ fi.l.proſpexit. & j.eo.
l.iij. & l.vlt. & publicantur ſerui accuſatæ, vel accuſati, & accu
ſatis, & patris mulieris, nõ extranei: vt ff.eo.l.ſi poſtulauerit.§.

iubet.& §.ratio.& §.haberi.& §.de eo.Prouidetur tamen do-
mino ſeruorum per cautionem,quæ exponitur in ſimplum:vt
ſi moriatur ſeruus in quæſtione,ſeruus accuſati pro ſe compu
tet vnam medietatem:quia & eius gratia torquetur ſeruus, &
illam medietatem petat ab accuſatore per condictionem ex le-
ge:vel ſi fiat deterior,prędicto modo petat æſtimationem de-
teriorationis,& ſerui ſic deteriorati pretium habeat à fiſco: vt
ſ.pro quib.cau.ſerui pro prem.acci.liber.l. pe. Sed vbi ſeruus
accuſatus torquetur,præſtatur duplum ita demum,ſi fuerit ab
ſolutus.vt j eod.l.iij.& ff.eod.l.ſi poſtulauerit.j.reſpon.§.pen.
& vlt.& l.quod ex his.Sed & per præſumptiones legis con-
uincitur adulterium. Ecce enim,ſi qui adulteri ſint accuſao.&
obtentu proximitatis intentata depulerint per commemora-
tionem neceſſitudinis fidem criminis derogando: dum exiſti-
matur non debere credi quod allegatur,vel non potuiſſe com
mitti:vel ſi poſtmodum in nuptias ſuas,conſortiúmque conue
nerint facinus illud in quo fuerint accoſati manifeſta fide &
indiciis euidentib.publicabunt,& velut confeſſi facinus,ſeue
riſsimè ſunt puniendi.Item iure nouo ſi quis ei,quem ſuſpe-
ctum de ſua vxore habet ter in ſcriptis denuntiauerit ſub prę-
ſentia teſtium fide dignorum,poſteà inuenerit eum colloquen
tem vxori ſuæ in domo ſua,vel vxoris,vel adulteri,aut in po-
pina,aut ſuburbanis,ſine periculo perimat eum,aut ſi alicubi
inuenit, tribus teſtib. conuocatis tradat eum iudici,qui nulla
alia probatione quæſita habet puniendi licentiam.Si tamen in
ſacro oratorio loqui inueniantur,poſt tres (vt dictum eſt) de-
nuntiationes.licet marito vtraſque perſonas.defenſori eccle-
ſiæ tradere,aut aliis clericis vt eorú periculo iſti dimiſi ſeruen-
tur,donec iudex hoc cognoſcens mittat ad epiſcopum ciuita-
tis quatenus ei iſti tradantur, vt debeant ſuſtinere torměrum:
vt in auth. vt lic.ma.& auiæ.§.his quoque.& § quia verò.Con
uicto autem crimine,ferenda eſt ſententia vtraque parte præ-
ſente:niſi accuſator patefacto crimine abſit iuſta cauſa: vt j.l.
18 quamuis indubitati. Et imponitur † pœna mortis quaſi pro ſa
crilegio.Nam ſacrilegos nuptiarum gladio puniri oportet: vt
j.eo.l quamuis adulterij. fœmina autem adultera verberata iu
re authentico iam in monaſterium mittitur,quam intra bien-
nium recipere viro licet.Biennio tranſacto,vel viro priuſquã
reduceretur mortuo,adultera tonſa monaſtico habitu ſuſce-
pto.ibi dum viuit,permaneat.duabus partibus propriæ ſubſtá
tiæ liberis applicandis,tertia monaſterio·ſi liberos non habeat,
parentibus huius extantibus iniquitati non conſentientibus
tertia pars applicatur,duæ monaſterio, quibus prædictis non
extantibus,omnis eius ſubſtantia monaſterio quæritur,pactis
dotalium inſtrumentorum in omni caſu viro ſeruandis: vt in
19 authen.vt nulli iudi.§.ſi quando.Sic ergo † per publicam per-
ſonam imponitur pœna pro adulterio,per priuatam etiam im
20 ponitur,lege permittente.† nam pater.qui habet filiam in po-
teſtate,occidere poteſt omnem adulterum filiæ ſuæ,& in do-
mo ſua,& generi,& vtrunque,non alterum tantum,debet in-
continenti occidere:vt ff.eod.l.patri.& l.nec.& l.quod ait.& l.
nihil intereſt.Maritus autem adulterum depræhenſum in do-
mo ſua tantum.& humilem,& cui non debet reuerentiam,oc-
cidere poteſt:vt ff.eod.l.marito.j.reſponſo.& l. ſi adulterium.
§.liberto.vel retinere per xx.horas,vt teſtes inducat teſti-mo-
nio futuros accuſatori deprahenſum reũ in adulterio. Quod
genus teſtimonij non approbat multum Placentinus,niſi adul
terum ſociatum detineat cum adultera,vt teſtes acciti veniant,
& eſt arg.pro eod.ſ.quod me.cauſ.l.metum non.Hodie autem
etiam in aliis locis videtur poſſe occidi adulter:vt ſ.notauimus
per auth.vt liceat mat.& auiæ.§. his.Si autem alius, in alio lo-
co quàm debeat,fuerit occiſus ,imponitur pœna: ſed minor
ratione temporis.vt quia nox erat, & doloris cauſa: quia dif-
ficillimum eſt iuſtum dolorem temperare,vt j.eo. l.Gracchus.
& ff.eod.l.ſi adulterium.§.Imperatores.Vxorem autem deprę-
henſam in adulterio non licet occidere , ſed ſi occiderit,non
patietur pœnam legis Corneliæ:ſed ſi humilis eſt,in opus per-
petuum damnatur:ſi honeſtior,in inſulam relegatur:vt ff.eod.
21 l.ſi adulteriom.§.Imperatores.† Nunc de ſtupro dicamus.Eſt
autem ſtuprum ſocietas turpis,vel conſortium turpe:& com-
mittitur in virginem,vel viduam,niſi meretrix ſit,vel licita có
cubina.Itẽ cómittitur in puerum:vt ff.eod.l.inter.§.j.& l. ſtu-
22 prum.j reſpon.& §.j. † Et poteſt accuſatio de ſtupro inſtitui
intra quinquenniũ. Si tamen ſtuprum admittatur per vim in
maſculo,vel fœmina , ſine præfinitione tẽporis accuſatio po-
teſt inſtitui:vt ff.eo.l.mariti.§.hoc quinquennium.& §.vlti.Et
23 † imponitur pœna ſtupri, vt ſi honeſti ſunt,qui deliquerunt,
publicetur pars dimidia ſuorum bonorum.Si humiles ſint,re
legantur.& in corpore coercentur:vt Inſti.de publ.iu.§.j.Sed
in caſu acrior imponitur pœna,ſcilicet,quando committitur
in puerum:tunc enim gladio vltore imponitur pœna capitis:
vt j.eo.l.cum vir nubit,in fœmina.Item quando tutor ſtupra
uit eam,cuius fuerit tutor.deportatur,& eius bona publican-
tur:vt j.ſeq.ti.l.vna.Mulier etiam.quæ cum ſeruo ſuo occul-
tè rem habere detegitur,capitali ſubiigatur ſentẽtiæ,traden-
do ignibus:verberone.vt j.tit.ij.l.vna Nunc de inceſtu,quãdo
24 committatur. Et certè † committitur cum cognata,vel affini,
& cum matrimonio & ſine matrimoni o,vt ff.eodem l.ſi adul-
terium. primo reſponſ. Et ſi quidem cómittatur contra legem
ſcienter ,eadem pœna imponitur , quæ pro adulterio. Si per
ignorantiam iuris à marito committatur, pœna mitigatur.&
ita exaudio,quod dicitur puniendi correctione inceſtũ excu-
ſari:[a] vt ff.eo.ſi adulterium.§.nonnunquam. & §.inceſtum. Si
cõmittatur à fœmina per ignorantiam iuris naturalis,vel gen
tium,punitur vt maſculus.Si per ignorantiã iuris ciuilis, excu
ſatur in totũ. Idem in minore: vt ff. eo.l.ſi adulterium.§.j.& §.
iidem imperatores.& §.inceſtũ. Itẽ eſt aliud in hoc crimine ſpe
ciale,quia ſi antequàm quis accuſetur,diſtrahat illicitam con-
iunctionẽ,non tenetur poſtea: vt ff.eo.l. ſi adulterium.§.Iidem
Polioni.Et eſt hic præſtitum quinquennium, vt in lenocinio:
vt ff.eod.l.mariti.§.hoc. Et eſt eadem pœna lenocinij,quæ &
adulterij:vt ff.de mino.l.auxilium.Qualiter lenocinium com-
mittatur, ſ.plenè dixi.

ANNOTATIO.

a Lenonem fuiſſe. Vide ad hoc doc.in l.cum mulier.ff.ſol.mat.Bar.Io.
de imo. & doct.in l.qui reus.ff de pu.iu. Pau. de caſt.in con.cxxv.qui
examinat in terminis totam iſtam materiam.

Siquis eam cuius tutor fuerit,corrupit. *Rub.*

1 *Tutor corrupta pupilla quatenus damnandus.*

1 SVPRA de ſtupro in genere,nunc in ſpecie ponit de tutore,qui † corrupit eam cuius fuit tutor,multò magis idem dico ſi corrumpat,conſtante tutela. Idemque in curatore dico: vt ff.ad leg. Iul. de adult.l.qui pupillam.& patitur maiorem pœnam, quàm aliàs imponatur pro ſtupro: minorem verò, quàm raptor , quamuis & tantam debuerit pati:vt j.eo.l.j. quod intelligo aduerſatiuè,non correctiuè dictum.

De mulieribus quæ ſe propriis ſeruis iunxerunt. *Rubrica.*

1 *Serui & dominæ coeuntium pœna.*

1 HOC † ſtuprum acrius punitur, quàm aliàs. Seruus enim comburitur:mulier ſubit pœnam capitalem. Bona eius perueniunt ad cognatos mulieris:vt j.eo.l.vna.licet aliàs applicentur fiſco:vt j. de bo.dam.l.vlti.Seruus manumitti non poteſt: vt ſ.de collu.dete.l.j.& ff.de hære.inſtitu.l.his verbis.§. primo.

Ad legem Iuliam de vi publica, vel priuata. *Rubrica.*

1 *Lex Iulia de vi publica quando locum habeat.*
2 *Violentia quando fiat impunè.*
3 *Occiſo homine inter reſiſtendum aggredienti , culpam omnem redundare in aggredientem,à quocunque ſit ille occiſus.*
4 *Pœna legis Iuliæ de vi publica qualis ſit.*
5 *Vis priuata quando dicatur commiſſa,& qualis ſit eius pœna.*

QVIA plerumq; adulteria: & ſtupra vi committuntur: ponit ad legem Iuliam, de vi publica, vel
1 priuata. † Habet autem locum lex Iulia de vi publica, quãdo cum armis facta eſt violentia, vel aliquid quod pro violẽtia reputetur: puta, quòd arma domi habuerit, vel in publico cum telo fuerit, vel homines in armis habuerit cauſa ſeditionis: vt ff. eo. l. j. ij. & iij. primo reſponſo. &
2 §. j. Item quandoque, † ſi fiat violentia non punitur: vt ſi fiat ad defenſionem, & incontinenti, & cum moderamine inculpatæ tutelæ: vt ſupra ti. vnde vi. Alioquin ille, qui eſt expulſus, cùm aliquid fecerit ad vindictam, vel cum ex interuallo poſſeſſionem ſuam recuperauerit prædonẽ expellendo de ea, ciuiliter & criminaliter punitur: vt j. eodem. l. ſi quis. & In-
3 ſtit. de publ. iudi. §. item lex Iulia. Cum † autem incontinenti quis legitimè reſiſtit, in aggrediẽtem redundat culpa omnium delictorum commiſſorum tempore violentiæ, ſiue ex parte aggredientis, ſiue aggreſſi aliquis occidatur: vt j. eo. l. ſi criminis. Nec proſequor ſingulos caſus, in quibus habeat locum
4 hæc lex: quia euidenter enumerãtur, ff. eo. per totum. † Eſt huius pœna, in liberos deportatio: Serui verò occiduntur, ſi inſcio domino vim commiſerunt. Si autem eo iubente, damnan-
5 tur in metallum vt j. eo. l. ſeruos. † Vis autem priuata eſt, quando committitur ſine armis. Nec ideo dicitur priuata, quia priuatum ſit crimen, imò publicum eſt ſemper: vt ff. de pub. iud. l. j. Et eſt eius pœna, ademptio tertiæ partis bonorum: vt j. eo. l. tutoris. & amiſsio dignitatis, & infamiæ: vt ff. eo. l. j. Sed & poteſt dici relegationem imponi, argumento: vt ff. de termino moto. l. ij. & j. eod. l. quoniam. Quandoque capitis pœna imponitur: ſi homicidium perpetratum ſit ratione violentiæ: vt j. eod. l. quoniam.

*De raptu virginum, ſeu viduarum, necnon ſanctimonialium. *Rubrica.*

Raptor mulieris quando incidat in pœnam, & qualis ſit eius pœna, nu 2.
3 *Raptum mulieris vindicare quibus perſonis permiſſum ſit.*
4 *Pater poſsitne remittere iniuriam illatam per raptum filiæ.*

SVPRA de rapina in genere: nunc autem ponit in ſpecie. Videndũ ergo quando imponatur pœna
1 pro muliere rapta, & quanta. † Imponitur autem pœna raptori ita demũ, ſi rapuit honeſtã mulierẽ:
2 aliud ſi inhoneſtam, vt meretricẽ * vt j. eo. l. vnica. in prin. &
* ff. de fur. l. verũ. Nec diſtinguitur, an volente * muliere id faciat, an inuita: & vtrum ſponſam ſuam, an aliã: & vtrum coniugatam, an non coniugatam. Acerbius etiam debet puniri hoc crimen ex adulterij adiectione: vt j. eodem. l. vnica. §. quæ
2 multo magis contra eos. & §. cæteros. † Inſurgit autem conſtitutio dupliciter: & vindicando, & dando vindicandi poteſtatem. Vindicat lex, mortis pœnam infligendo raptori. Nec patitur ſubſtantiæ diminutionem, ſi rapuit ancillam, vel libertinam. ſi ingenuam, ſubit capitalem pœnam, & eius ſubſtantia applicatur raptæ: quàm tamen amittit, ſi raptoris eligat conſortium: vt in authen de rapt. mulie. quæ proprijs rap. nubunt. §. ſancimus. collat. ix. Hæc eadem pœna imponitur omnibus, qui in rapina comitati ſunt raptorem. Si qui aliàs præſtiterunt opem, ſubeunt capitalem pœnam tantummodò. Serui autem, vel ancillæ in talibus depræhenſi patiuntur pœnam ignis, nec datur omnibus his conuictis, & confeſsis appellandi poteſtas: vt j. eod. l. vnic. §. ſin autem poſt. & §. ſiquidem. & §. ſin autem. & §. vlti. & ſupra quorum appel. non reci. l.
3 obſeruare curabis. Vindicandi † autem poteſtatem dat parentibus raptæ, & conſanguineis, tutoribus, & curatoribus, fortè & comitibus earundem. Idem fortè & ſi fœmina rapuit
4 virum, quamuis hoc raro contingat. † Illud notandum quòd pater talem iniuriam remittere non poteſt: vt infrà eodem. l. vnica. §. ne igitur. & §. parentibus. Sed fortè non remittitur pretio, ſed gratia: vt ff. ad legem Iuliam, de vi publica. l. qui cœtu. §. qui vacantem.

ANNOTATIONES.

* Vt meretricem. Vide ad iſtam pulchram q. quam vidi Paduæ in contingentia facti Barto. in l. verùm. in fi. ff. de furt. Bald. in l. vnica. verſi. verio ad q. C. de rap. vir. dom. Iaſ. May. in l. ad egregias. ff. de iureiuran. Pau. de Caſtro in conſil. cccvj. incip. viſo dicto ſtatuto. vbi totam materiam examinat.

* Volente. Pontificio iure qui deflorat virginem ſolutam voluntariam, tenetur eam in vxorem ducere, aut eam maritare. c. ij. de adulterijs. Si autem inuitam, aut per dolum inductam ad conſentiendum tenetur in foro pœnitentiali: eſtque ei iniungendum: quod ei ſatisfaciat. Ad pœnam autem prædictæ Decretalis non tenetur niſi in foro cauſarum. Et gloſſatores exponunt eundem raptorem: qui ſeducit, & abſtrahit virginem per violentiam à domo paterna. Item ſi princeps committit iudici eccleſiaſtico poteſtatem puniendi tales ipſe circa mortem, vel membri mutilationem, vel ſanguinis effuſionem non ſe debet intromittere: poterit tamen iubere raptorem incarcerari, & flagellari: ita tamen, quod in ſanguinis vindictam flagella tranſire minimè videantur. Poterit etiam tales pecuniaria pœna punire: mortem verò ſeu membri mutilationem reſeruare debet regiæ poteſtati. extra eod. tit. c. in archiepiſcopatu. Martinus.

De emendatione ſeruorum. *Rubrica.*

1 *Seruum non niſi ex cauſa impunè occidi.*
2 *Seruum verberibus moderatè caſtigandum,* .

1 SVPRA de vi iniuſta, hic tractat de iuſta. † Sciendum eſt autem, quòd dominus quondam impunè poterat occidere ſeruum ſuum: ſed hodie diſtinguitur an occidat iuſta cauſa, vt tunc non teneatur: vt ff. de verb. obliga. l. qui ſeruum. & de leg. j. l. quid ergo. §. ſi hæres. An ſine cauſa: & tunc aut voluntate ſua, aut caſu, aut culpa. In primo caſu tenetur tanquam, ſi liberum occidiſſet. In ſecundo, nullo modo: vt infrà. eod. l. vnica. Vbi au-
* tem verberibus, & fame * ipſum affligit, ſi id fieret modera-
2 tè, impunitum erit, licet P. dixerit contrarium. † Si autem immoderatè fiat, confugere poteſt ſeruus ad ſtatuas, vel præſides: vt compellatur dominus vendere ſeruum bonis conditionibus, id eſt, ne reuertatur in domini poteſtatem: vt Inſti. de his qui ſui, vel alie. iur. ſunt. §. vlti.

ANNOTATIO.

* Fame. Aliàs & in fame inimica ipſam affecit.

De emendatione propinquorum. *Rub.*

1 *Emendent moderatè ſeniores.*

1 QVIA † emendatione propinquorum adhibita, quoque quędam vi illicita celebrantur, de emendatione propinquorum annectit & tribuit poteſtatem ſenioribus propinquis corrigendi minorum delicta pro qualitate delicti: cùm moderamine tamen quodã, & iure quaſi patrio: vt in immenſum non extendatur hæc licentia. Nam ſi atrocitas facti ius domeſticæ emẽdationis excedit, placet enormis delicti reos, tradi iudicũ notioni.

Ad legem Corneliam de ſicariis. *Rub.*

1 *Sicarij vnde dicantur.*
2 *Lege Cornelia de ſicariis qui teneantur.*
3 *Legi Cornelia de ſicariis locum non eſſe citra dolum, nec latam culpam hic haberi pro dolo.*
4 *Furem an, & quando liceat impunè occidere.*
5 *Lege Cornel. de ſicariis an teneatur, & quatenus, qui mortis cauſam præbuit per laſciuiam, vel non malo animo ſed malo exemplo.*
6 *Caſtrans hominem qua pœna ſit plectendus.*
7 *Occidiſſe qui dicantur.*
8 *Pœna legis Corneliæ de ſicariis quæ ſit.*

AVDIVIMVS de vi illicita: & quia, ea intercedente, ſæpiſsime perpetratur homicidium: vt ſuprà ad leg. Iul. de vi publi. l. quoniam multa. & de rapt. virgi. l. vnica. in prin. audiamus conſti-

tutiones ad legem Cornel. de ſica. Videndum ergo vnde di-
cantur ſicarij, quis teneatur lege Cornelia de ſicariis, & quę ſit
1 huius pœna. † Dicuntur autem ſicarij à ſica, quæ ferreum ❧
❧ cultrum vtrinque incidentem ſignificat. Sed eius interpreta-
tio larga eſt: vt contineat, & telum, & lapidem, & lignum, &
2 quodlibet ferrum: vt Inſtit. de pub. iudi. §. item lex. † Tenetur
• hac lege qui hominem occidit, • cuiuſve dolo malo incen-
dium factũ erit, quive hominis occidendi, furtive faciendi cau
ſa cũ telo ambulauerit, quive cum magiſtratus eſſet, publicove
iudicio præeſſet, operam dederit, quo quis falſum iudicium
profiteretur, vt quis circumueniretur, condemnaretur. Item te-
▪ netur qui hominis necandi cauſa venenum confecerit ▪, dede-
rit, habuerit, vendiderit, quive falſum teſtimonium dolo malo
dixerit, quo quis publico iudicio rei capitalis damnaretur,
• quive magiſtratus, iudexve quæſtionis • ſub capitalem cau-
ſam pecuniam acceperit, vt publica lege reus fieret, & qui ho-
minem occiderit, punitur, non habita differentia, cuius condi-
3 tionis hominem occidit: vt ff. eod. l. j. primo reſpon. & §. j. † Eſt
autem neceſſe dolum intercedere, vt locum habeat lex Corne-
lia: nec in ea lata culpa accipitur pro dolo. Quare ſi quis ex al-
to ſe præcipitauerit, & ſuper alium venerit, eúmque occiderit:
aut putator ex arbore, cum ramum deijceret non proclamaue
rit, & prætereuntem occiderit, ad huius legis coercitionem nó
pertinet. ait enim imperator Hadrianus in maleficiis ſpectatur
voluntas, non exitus: vt ff. eod. l. in lege. & l. diuus. Hinc eſt,
quòd ſi infans, vel furioſus, hominem occiderint, lege Corne-
lia non tenentur: cum alterum innocentia concilij tueatur, al-
terum fati infelicitas excuſet: vt ff. eo. l. infans. & ita excuſatus
iudex lege Corne. & executores, & eius parentes: quia non fa-
ciunt dolo malo. Idem eſt, cùm occido deſertorem militiæ, vel
publicum latronem: vt ĩ. quando lice. vnicuique ſi. iu. ſe vin. l.
j. & ij. vel transfugas: vt ff. eod. l. iij. §. vlti. Si ergo ad mei corpo
ris defenſionem occiderim, non teneor. Idem eſt, ſi fecerim ad
opinionem meam ſeruandam: vt ſi occidi illum, qui ſtuprum
mihi, vel liberis meis volebat inferre: vt ff. eod. l. j. §. item diuus.
4 Idem ſi † occiderim ad tuitionem rerum mearum: vt furem
nocturnum. Si autem diurnus eſſet, teneor: niſi ad tuitionem
corporis mei occidam: tempus enim aggrauat vel attenuat de-
lictum: vt ĩ. ad le. Iul. de adul. l. Gracchus. & ff. ad leg. Aquil. l.
itaque. §. j. & l. ſed & ſi quemcunque. & ff. eod. l. furem. & j. eo.
5 l. is qui. & l. ſi vt. In caſibus tamen, etiamſi non † faciam dolo,
ſed laſciuia, vel malo exemplo, teneor: ſed patior minorem
pœnam: vt ecce, mulier medicamentum dedit ad conceptio-
nem, ex quo ea, quæ accepit, deceſſit: debet enim relegari
in quinquennium: ſicut & qui per laſciuiam cauſam mortis
præbuit: vt ff. eodem. l. iij. §. ſed ex ſenatuſconſulto. & l. iiij. §. j.
6 † Qui autem caſtrauerit hominem, hac lege tenetur. Et ſi ſer-
uus hoc fecerit, vltimo ſupplicio damnatur. Planè ſi ipſi, qui
hanc iniuriam paſſi ſunt, proclamauerint, audire eos præſes
prouinciæ debet, qui virilitatem amiſerunt. Nemo enim libe-
rum, ſeruumve inuitum, ſinentemve, caſtrare debet: neque quis
ſponte caſtrandum ſe præbere debet. At ſi quis contra fece-
rit, medico quidem, qui hoc fecerit, capitale erit. Item ipſi, qui
❧ ſe ſpõte occidendum præbuerit, ij. quoq; qui thlibias ❧ fa
ciunt, id eſt, inſtrumenta quibus quis leuiter caſtratur, in eadẽ
cauſa habẽtur, qua & qui caſtrãt, vt ff. e. l. iiij. §. ij. & l. hi quoq;.
7 † Occidere autem videtur, & qui cauſam mortis præbet: vt
ff. eo. l. nihil. Item qui non occidit, ſed vulnerauerit, vt occidat,
vel cũ telo ambulauerit hominis occidendi cauſa, pro homi-
❧ cida ❧ damnatur. Ex re tamen conſtituendum eſt hoc. Nam
ſi gladiũ ſtrinxerit, & eo percuſſerit, indubitatè occidendi ani
mum videtur habuiſſe, atque homicidium commiſiſſe: ſed ſi
• claua • percuſſerit: aut cucuma in rixa quamuis ferro percuſ-
ſerit, tamen ſi non occidendi animo, puto leniendam pœnam
eius qui in rixa caſu, magis quàm voluntate homicidium com
8 miſit: vt ff. eod. l. j. §. diuus. & j. eod. l. is, qui. † Eſt autem pœna
legis Corneliæ: quia altiores deportantur, humiliores beſtiis
ſubijciuntur: vt ff. eod. l. iij. §. penultimo. Illud notandum eſt,
quod ſi in rixa fuerit homo percuſſus, & inde perierit, ictus
vniuſcuiuſque in hoc collectorum contemplari oportet: vt ff.
eod. l. vltima.]

A NNOTATIONES.

▪ Venenum confecerit. Adde Bart. in l. i. circa fi. ff. de parrici. & in l. eiuſdem. §. adiectio. ff. de ſica. Angel. in l. i. C. de mal. & mat. Alexan. in d. l. i. vbi eſt locus huius materiæ.

* Occidit. Homicidij duæ ſunt ſpecies: nam aliud eſt ſpirituale, aliud corporale. Spirituale eſt, quo quis ſpiritualiter, & quadam fictione ius occidit: & fit multis modis, odiendo. In canone dicitur omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt: Sed & is, qui detrahit, homicida eſt. vt c. homicidiorum. de pœnis. diſtin. i. Sed & is qui non paſcit, aut non pascit necat, c. paſce fame lxxxvi. diſtin. l. necare. ff. de lib. agnoſc. Corporale verò homicidiũ eſt, quo quis corporaliter occiditur. Committitur autem dupliciter, verbo, ſcilicet & facto. Verbo tribus modis fit, nempe præcepto, conſilio, & defenſione. Et intelligas de conſilio, communionis, vel approbationis. Facto autem quatuor modis committitur. Iuſtitia, vt cum iudex aliquem ad mortem damnat, xxiii. q. v. §. præter. Committitur quoque neceſſitate & hoc dupliciter, nempe euitabili, & ineuitabili. Committitur etiam homicidium caſu, vt l. diſtin. can. clerico. Perpetratur etiam voluntate, vt cùm quis per induſtriam hominẽ occidit, vt eap. i. de homicid. Martinus.

* Quæſtionis. Vide Bud. in l. i. ff. de ſica.

❧ Ferreum cultrum. Sicam verius appellat Budæus in adno. ad Pand. gladium quadratum in baculo latentem, quo aliquem punctum vulneramus. Tu vide apud eundem Budæum exempla. P. Prateius.

❧ Thlibias. Legibus reclamat expoſitio. Thlibiæ enim ſunt, qui habent teſticulos attritos. Theoph. lib. i. Inſtit. ſub titu. de adopt. idque Vlpianus probat l. ſpadonum ff. de verb. ſig. & probatur in d. l. hi quoque. P. Prateius.

❧ Homicida. Innuit Azo affectũ ſine effectu puniri quod in grauiſſimis delictis locum duntaxat habere exiſtimatum eſt: diuerſum tamen eſt in leuioribus delictis l. i. ff. quod quiſque iuris. Sed & in atrociſſimis delictis animus non punitur iure moribus apud Gallos recepto, niſi ſequutus ſit effectus, & punitur homicidium duntaxat ſubſecutum, Barto in l. i. §. diuus. ff. ad le. cor. de ſica. Ange. in tracta. malefi. in verbo, Platea. P. Prateius.

* Claua. Budæ. in l. i. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.

De iis, qui parentes, vel liberos occiderunt. *Rubrica.*

1 *Parricidium in quibus committatur, & qui de parricidio teneantur.*
2 *Parricidij pœna qualis ſit.*

SVPRA de homicidio in genere, nunc in ſpecie
ponit de quodam nefando homicidio, quod pro-
prio nomine parricidium vocatur. & ideo Dige-
ſtis ponitur ad legem. Pompe. de parricidiis. Vi-
1 dendum ergo, vbi habeat locum, & quæ ſit eius pœna. † Et
quidem locum habet: vbi quis aliquem parentum occidit,
vel aliquis aſcendentium occidit aliquem de deſcendentibus.
In infinitum liberi vocantur, vt & illi parentes: vt ff. de in ius
voc. l. quique. §. vltim. & l. ſed ſi hac. §. liberos. Sed & in colla-
teralibus quibuſdam habet locum. vt in fratrepatrueli, vel con
ſobrino, & in proximioribus eis, & in affinibus quibuſdam:
vt in vxore, viro, nuru, genero, vitrico, priuigno, ſocero, &
patrono: vt ff. eod. l. j. & l. ſed ſciendum. Sed & qui præſtite-
runt opem, eadem lege tenentur. & ita durius punitur, quàm
ſi ipſemet id commiſiſſet, quod eſt notandum, vt ff. eo. vtrum,
& l. ſi ſciente. Item qui emit venenum, vt patri daret, quam-
uis non potuerit dare, eadem lege tenetur. Frater autem eius,
a qui cognouerat tãtum, nec patri indicauerat, relegandus eſt.
Et medicus eſt ſupplicio afficiendus. Item eadem lege tene-
tur pater, qui in venatione filium ſuum necauerat, ob id
quòd nouercam adulterabat: vt tamen deportationis pœ-
nam tantum patiatur: quia latronis magis, quàm patris iure
eum interfeciſſet. Nam patria poteſtas in pietate debet, non
in atrocitate conſiſtere: vt ff. eodem. l. prima. in fin. & l. ij. & l.
diuus. Nec obſtat prædictis quod dicitur ff. eod. l. penul. Qui
alias perſonas occiderit præter patrem, & matrem, & auum,
& auiam capitis pœna, aut vltimo ſupplicio plectatur. Quod
enim dicit præter patrem, & matrem, & auum & auiam, ſub-
audi vel ſimiles: vel dic, illi, ſoli verbis & ſententia legis Pom
peiæ continentur: ſed alij multi continentur ſententia. vt in
2 prædict. l. ſed ſciendum. † Pœna parricidij eſt inſtituta
ea, vt

ea, vt parric ida virgis ſanguineis verberatus, deinde in culeo
b inſuatur cum cane, & gallo gallinaceo, & vipera, & ſimia[b],
deinde in mare profundum culeus iactetur, vel in amnem pro
ximum: vel ſi hæc non ſint proxima, beſtiis ſubiiciatur, vt ff.
eodem, l. penultima. Et eſt notandum quod nulla alia pœna
debet imponi: vt infrà cod. l. vnic. Vnde mirabile eſt, quod di-
citur ff. eod. l. j. quòd lex Cornelia de ſicariis locum habet: ſed
reſpondeo locum habet quia reus ea tenetur, non tamen accu
ſatur. Vel dic illud immutatum eſſe. Vel dic locum habet, quia
vtrobique imponitur capitis pœna: ſed hic aliter. & perpetuo
admittitur hæc accuſatio: vt ff. eod. l. vlti.

ANNOTATIO.

a Indicauerat. Ad hoc vide Barto. in l j. ſ. in eod. ff. ad Sylla. & in l. vii ff.
de parric. & ibi do. Alexand. & doctores copioſè.
b Simia. Adde, iſta pœna hodie in vſu non eſt: vt nn. tenet Saly. in l. pri-
ma C. de parri. ſed parricida decapitatur, & caret ſepultura.

a De maleficis, & matemat.[a] & cæteris ſimilibus. *Rubrica.*

1 *Maleficos & diuinatores capitali pœna plectendos eſſe.*
2 *Diuinatorum ſpecies varia.*
3 *Magicam exercentes & venefici qua pœna plectendi ſint.*
4 *Accuſare maleficos vel diuinatores qui poſſint.*
5 *Maleficum interficere propria authoritate nemini licere.*

DICTVM eſt ſuprà de homicidiis: ſed quia ho-
micidia quandoque committuntur veneno, & ar-
1 te magica, ideo de his apponit. † Sciendum eſt au
tem, quòd omnes illi, quos vulgus maleficos vo-
cat, & qui dicunt ſe ſcire aliquam artem diuinandi (vnde ap-
pellantur matematici, à mateſi, quod eſt diuinatio) patiuntur
capitalem pœnam: vt j. eodem. l. nemo. & profertur penul-
tima ſyllaba producta ſine aſpiratione: ſed cum profertur
penultim. correpta cum aſpiratione, ſignificat quadriuium.
2 Nam ſcire facit matheſis, ſed diuinare mateſis. † Diuinant
autem vel circa ſomnia, vel in garritu, vel in volatu, & ita di-
cuntur augures. Sed nec permittuntur tales ad limen alterius
accedere, alioquin concremantur: nec aliquis debet eos ſuſci-
pere, vel conſulere, alioquin deportatur in inſulam, & omnia
bona publicantur. Item nec permittitur diuinare: alioquin
ſupplicio capitis ferietur gladio vltore proſtratus: vt j. eo. l. nul
lus. & l. nemo. & l. culpa. Sed & vocantur quidam aruſpices
ab aoræ inſpectione, eo quod in aura attendunt diuinationes
3 ſuas. † Sunt & alij, qui arte magica vitæ innocentium inſidian
tur, animos mulierum ad libidinem flectũt, & hi beſtiis ſubii-
ciuntur. vt j. eo. l. multi. Idem fortè & ſi veneno: plus enim eſt
hominem veneno extinguere, quàm occidere gladio: vt j. eod.
l. j. licet hi videantur teneri lege Cornelia tantum: vt ff. ad legẽ
4 Corneliam de ſicariis, l. prima. ſ. primo. † Ad hanc accuſa-
tionem quilibet admittitur: quaſi in crimine læſæ maieſtatis,
ipſam enim propemodum pulſant maieſtatem. Et quilibet
nulla dignitate obſtãte quæſtioni ſubiicitur, etiam, qui cõuin-
citur, ſi denegat ſuum facinus, ſit eculeo deditus, vngulíſq; ſul
cãtibus latera, perferat pœnas proprio dignas facinore: vt j.
5 eo. l. & ſi excepta. † Hominem autem maleficum nullus perimat
ſua authoritate: alioquin gemina ſuſpicio facit contra eum.
Quod aut publicum reum, ne facinoris reos ſocios publi-
caret ſeueritati legũ, & debitæ ſubtraxerit quæſtioni, aut pro-
prium fortaſsis inimicum ſub huiuſmodi vindictæ nomine
conſilio atrociore confecerit: vt j. eo. l. vltima. Alij autem, qui
faciunt id, ne labores hominum ventorũ, grandiníſq; lapida-
tione ſternantur, non pœna: ſed præmio digni ſunt: vt j. eod.
l. eorum.

ANNOTATIO.

a Matema. Azo cum dicit infrà, nu. 2. ſine aſpiratione ſcribendum, qua
ſi cum aſpiratione quadriuium ſignificet, allucinatur.

De ſepulchro violato. *Rubrica.*

1 *Accuſatio ſepulchri violati quando locum habeat.*
2 *Actio qualis detur pro ſepulchro violato, & cui detur, & ad quid.*
3 *Pœna ſepulchri violati quibus applicentur.*
4 *Actio ſepulchri violati qualis ſit.*
5 *Pœna ſepulchri violati quæ ſit.*
6 *Pœnã cuiuſmodi ſuſtinere debeãt, qui delinquũt circa eos, qui in mortis articulo ſunt, vel qui graui ægritudine laborant.*

VIDIMVS de viuis violatis, nunc de mortuis,
vel mortuorum domibus violatis videndum eſt,
& ita ponit de ſepulchro violato. Sciendum eſt
igitur, quòd pro ſepulchro violato & actio, & ac
cuſatio intenditur. De accuſatione primo dicamus. Quando
1 locum habet? & certè locũ † habet violato ſepulchro ciuium
noſtrorum, non hoſtium, id eſt quoquo modo facta deterio-
re eius conditione: puta diruto ſepulchro, corrupto, vel lapſo,
2 vel ſtatua de monumento euulſa, † ſiue ſit applumbata, ſiue af-
fixa monumento, ſiue non. Et datur actio in factũ, & interdi-
ctum quod vi aut clam, & ceſſat actio lege Aquiliæ: quia illa
competit hero. Sepulchri autem dominus nemo eſt: vt ff. eo. l.
ij. & l. ſepulchra, & l. ſepulchri. & de rei vend. l. in rem. ſ. primo.
Datur autem actio in factum ei primo, ad quem res pertinet
ad intereſſe, vel ſi ad plures pertineat, omnibus dabitur ad
intereſſe ſuum: conſiderato intereſſe ex iniuria, quæ facta eſt.
Item ex lucro eius, qui violauit, vel ex damno, quod contin-
git, vel ex temeritate eius qui fecit. quod tamen ſic intelligit
lex, ne minus centum aureis conſequatur. Poſtea quilibet ad-
mittitur in centum aureos, ſi nolit agere is, ad quem res per-
tinet: vt tamẽ poſsit pœnitere ante litem ab alio conteſtatam:
vt ſi plures agere volunt prætor eum (cuius cauſa iuſtiſsima
eſſe videbitur) admittit. Inhabitanti autem ſepulchrum im-
ponitur pœna ducentorum, aureorum ad quam petendam
quilibet ſine delectu præmiſſo admittitur: vt ff. eod. l. iij. j. re-
ſponſo. & ſ. j. & ſ. ij. & iij. & ſ. qui de ſepulchri. & ſ. ſi ad plu-
res. & ſ. pen. & l. ſepulchri violati. Et illud notandum quod
exhæredatus, vel qui bonis abſtinuit paternis, agit actione
de ſepulchro violato: quia eſt in bonum & æquum concepta:
nec tamen ſi exegerit creditores hæreditarios, timebit eùm &
ſi per hæreditatem obtigerit hæc actio, nihil tamen ex defun-
cti capiatur voluntate. Neque id capiatur, quod in rei per-
ſecutione eſt, ſed in ſola vindicta ſit coſtitutum: vt ff. eod. l.
3 pen. † Et præſtantur iſtæ pœnæ agenti: ſed fiſco præſtantur
x. pondo auri, vt j. eod. l. qui ſepulchra. præter criminalis ac-
cuſationis pœnam: vt in ea dicitur ibi, quæ pœna, &c. Pla.
tamen dicit ſpeciale eſſe ibi, quando de materia ſepulchri
quis ædificat, vel vendit: poteſt tamen dici ex ea lege ſem-
per hoc ſeruandum eſſe cum quis de ſepulchro violato tene-
4 tur. † Hæc autem actio infamat: vt ff. eodem. l. j. Eſt & cri-
5 minalis accuſatio inſtituta contra † violatores ſepulchrorum.
Nam ſi corpora ipſa extraxerint, vel oſſa eruerint, humilio-
ris quidem fortunæ ſummo ſupplicio afficiuntur, honeſtio-
res in inſulam deportantur, aliàs autẽ relegantur: aut in metal
lum damnantur: vt ff. eo. l. vlti. Seruus autem qui violauit ſine
domini ſcientia damnatur in metallum. Si autem fecerit do-
mini voluntate, relegatur. Et ſi detractum de ſepulchro ad do
mum eius villámque prouectũ reperitur, villa, ſiue domus, aut
ædificium fiſco vendicatur: vt j. eod. l. ſi ſeruus. Et ceſſat actio
noxalis ſi ſeruus inhabitat ſepulchrũ: quia publicũ delictum
eſt, & poteſt intentari accuſatio cõtra ſeruum. Nam pro priua
to crimine tantũ ſolet actio noxalis intentari. Si tamen ſeruus
non inhabitat ibi, ſed domunculam habet, noxale iudicium
erit dandum: ſi tamen poſſe habitare videtur. Sunt enim quæ-
dam ſepulchra adeo parua, vt in eis domicilium quis habere
non poſsit. Eſt enim hoc minus delictum: vt ff. eod. l. iij. ſ. vlt.
Sed & iudex qui ſtatuta pœna in violatores non vindicat hoc
6 crimen, punitur in xx. lib. auri. † Item qui delinquunt circa
eos qui mortis articulo, vel ægritudine laborãt, patiuntur pœ
nam in tertia parte bonorum, & debiti amiſsione, & alterius

tanti,præſtandi hæredibus iniuriati. Item infamia notantur: puta,ſi aſcendant domum moribundi, ipſum aliósve,qui eius ſunt,moleſtantes,aut rebus eius non ſeruato legali officio ſignacula imponunt:& ſubiacēt eiſdem pœnis,quando eo moriente, circa funus peccant, quòd exequias prohibeant. Item religionis cauſa vel humanitatis, ſtatutum eſt,vt ante ix. dies ab obitu numerandos nulla prorſus fiat moleſtia aduerſus quemlibet ex perſonis defuncti. ſi qua enim cautio,ſi quid ſimile fiat,inutile erit: vt j.eodem,l.vltim. & in authenti. vt defuncti ſeu funera eorum.§.primo.& vt cum de appella.cog.§. meminimus.

** Ad legem Flauiam ** de plagiarijs. *Rub.*

1 *Plagij crimine qui teneatur.*
2 *Plagiarijs qua pœna imponatur,*

SVPRA de plagio,id eſt,de homicidio,quod parentibus & libertis infertur:nunc de omni plagio, id eſt,plaga,vel dolore quod parētibus,vel dominis à quolibet infertur, tractat. Generalius enim tractare intendit quando committatur plagium, & quia ſuper hoc lata eſt lex Flauia de plagiarijs, videamus quando
1 ipſa locum habeat, & quæ ſit eius pœna. † Et certè ipſa locum habet,cùm quis liberum hominem,vel ſeruum alienum
a ſciens, vendit [a],vel ea alia cauſa alienat. Item ſi quis vinctum habuerit,vel celauerit. Item qui ſeruo alieno ſuaſit vt à domino fugiat: vt ff.eod.l.j.& l.lege Flauia. & l.eum. & l.pe.§.vlt. Multò magis ille tenetur, qui ſeruum alienum, vel quemlibet hominem liberum exportauerit de ciuitate in ciuitatem, vel quem alium locum: vt j. eod.l.quoniam. Ideo autem dicitur de ſciente: quia ſecus in eo, qui putauit ſuum ſeruum, vel filium eum, quem vendidit, vel exportauerit, vel qui putat ſe domini voluntate id agere: vt ff. eod.l.legis Flauiæ. Diſtinguit tamen Plac.an probabiliter erret, an non ar.j.eod.l.plagij criminis.ij.Sed ſubaudi, maximè. Idem eſt & ſi non iuſta cauſa. Satis eſt enim quòd non committit dolum: nam etiam lata culpa non debet comparari dolo, vt in lege Cornelia de ſicarijs.ff.ad leg.Cornel.de ſica.l.in leg.& in l. Corn.de fal.vt j.de his qui ſibi aſcribunt in te.l.ſenatuſconſulto. Item & ſi putat alienū,& ſuus erat, vt magis conſideretur veritas,quàm opinio:vt ff.ad l.Corne.de fal.l.impuberes.§.& ſi ei ſeruo. Sed & dominus tenetur etiam pro ſeruo ſuo in fuga conſtituto: ſi eum vendat purè,vt ſtatim perficiatur emptio: ſecus,ſi mandat de eo perſequendo, & diſtrahendo: vel vt emptio teneat, ſi fuerit emptor eum perſequutus. Item ſecus in abſente ſeruo, qui non eſt fugitiuus. Item ſecus in cohæredibus, & ſocijs:vt
2 j.eod.l.in fuga.& ff.eod.l.iij.vſque in fi.legis. Pro † hoc autem delicto & criminalis, & ciuilis imponitur pœna.Criminalis, vt ſeruus vel libertus beſtijs ſubijciatur: ingenuus autem ignobilis gladio feriatur:nobilis damnetur in metallum: & ita ſemper imponitur capitalis pœna:vt j.eo.l.vlt. & ff.eo. l.vlt.in fine. Et ideo mentiti ſunt,qui dixerunt hoc crimen extraordinarium eſſe: niſi vbi orbatur pater filio. Nam j.eod.l. quoniam. generaliter loquitur in liberto, & ſeruo. Et publica eſt accuſatio: vt j.eod.l.plagij.& ideo miror quod Pla.dixit eam priuatam eſſe in ſeruo, vel filio exportato. Ciuilis autem pœna pecuniaria erat olim ſtatuta,ſed hodie ceſſat. vt ff.eod.l. vlt. Datur autem actio de ſeruo corrupto, & furti,ſi malo animo quis alienos ſeruos ſuſceperit vt præſtet refugium fugienti:vt ff. de ſer.corru.l.j.in prin.§.perſuadere.& l. vt tantum.§. de filio.& ff.eo.l.pen.§.idem.in prin. Et id notandū,quòd furti actio datur, & ſerui corrupti, [etiam] non commiſſo plagio: vt quia non corrupit vt fugeret,nec ſurripuit vt exportaret. Sed ſi tenetur de plagio,etiam prædictis tenetur actionibus: vt ff.eo.l. pen.j.reſponſ.in. & ij.

ANNOTATIO.

a Vendit. Vide ad hoc Spe.in titu.de accu.§.ij.circa prin.& in titul.de nat. ex lib.ven.per totum. & in titul.de furt.verſicul. alij.ſic Bald.& doct.in l.alienum.in ſi.C.de furt.Angel. Areti.in §.item lex Cornelia.nume.1.cum plu.ſequen.inſtit. de public.iu. Panor.in ca.primo in ver.item plagium.de iudi.

** Flauiam. Multis hactenus ſeculis in inſcriptione huius tituli erratum eſt: Sunt,qui ad le. Fauiam,alij Flauiam legunt. Equidem neutram lectionem probo, Fabiamque legendum cenſeo: idque ex Codice Theodoſiano & libr.iij. Iulij Pauli ſententiarum titu.de lege Fabia liquet. P. Pratens.

Ad legem.Iuliam Viſcelliam. *Rubrica.*

1 *Legis Viſcelliæ locus.*
2 *Liberti ambientis honores pœna.*
3 *Lex Viſcellia ceſſat.*

AVDIVIMVS de lege Flauia, videamus de lege Cornelia de falſis. Sed quia quoddam falſum committitur à liberto aſſerente ſe ingenuum eſſe, ideo ponit ad legem Viſcelliam quæ ſuper hoc eſt poſita. Videndum ergo quando locum habet hæc lex, & quæ
1 ſit eius pœna. † Et certè locum habet,quando libertus appetit ea, quæ ingenuis tantum conueniunt: puta,aſpirat ad honores, & dignitates, aſſerendo ſe ingenuum eſſe. Si autem ſe libertum confiteatur,& penuria ſit hominum: poterit eligi:vt ff.de decu.l. eos,qui vtenſilia.in fi.Sed eligitur,impetrato iure annulorum aureorum: quia tunc cum aduiuit, obtinet imaginem ingenui: moritur tamen quaſi libertus: vt ff.de bo.lib.l. etiam ſi ius. & not.ſ.de iu.aur. anu. multò magis idem ſi reſtituatur natalibus: vt ff.de natalibus re.l.quæris. Filij autem libertorum vt ingenui eliguntur: vt j.de digni.l.libertorum.
2 Vbi autem † libertus contra legem Viſcelliam appetit honores extra ordinem, pro qualitate admiſſi patitur pœnam: vt ff. ad le. Corn.de fal.l.eos qui.§ qui ſe.ſed vbi fecit ſe creari decurionem, damnū patitur:fortè quia pecuniaria multa eſt ei indicenda.& notatur infamia, & repellitur ab ordine: vt j.eo.l. j.Munera autem perſonalia,quæ nō honorem, ſed onus continent, indiſtinctè ſuſcipit: vt tutelam, & curam,vt in fi.huius
3 legis & ſ. de excu. tut.l.libertos.& l.nec ſenatorum. † Hodie autem non videtur locum habere lex iſta Viſcellia: cùm liberti hodie ingenui reputentur quantum ad omnia: iure tamen patronatus illæſo: vt in auth. vt liberti de cætero.col.vj.j.reſpō.

Ad legem Corneliam de falſis. *Rubrica.*

1 *Falſum quid ſit.*
2 *Lex Cornelia de falſis quando locum habeat. & nu.7.& 9.*
3 *Falſum quàm multis modis committatur. & nu.6.*
4 *Falſum quibus modis committatur in moneta: & quæ ſit huius delicti pœna.*
5 *Suppoſiti partus accuſatio ad quos ſpectet.*
8 *Vendens duobus rem aliquam qua pœna puniatur.*
10 *Tutores vel curatores contrahentes cum fiſco an,& quando incidant in crimen falſi.*
11 *Falſi accuſatio criminalis qua ratione procedat, & quomodo de falſo cognoſcatur ciuiliter.*
12 *Falſi pœna quæ ſit.*

POSVIT ſuprà ad legem Viſcelliam, quæ de quodam mendacio loquitur ſpecialiter: nunc ponitur generaliter de omni falſo,ſuper quo eſt capoſita lex Cornelia de falſis. Videamus ergo quid ſit falſum, quando locum habeat lex Cornelia, & qualiter in ea fiat cognitio, & qualis ſit accuſatio, & quę ſit eius pœna.
1 † Eſt autem falſum immutatio veritatis [a] vt in auth.de inſtru.
a cau.in prin. col.vj.& dicitur immutatio, eo quod falſatores ſtudent mutare ea,quæ vera ſunt: vt falſa videantur veriſimi-
2 lia. † Locum habet hæc lex Cornelia de ſal. commiſſo dolo,
3 non aliter: vt j.eo l.nec exemplum. † Et committitur falſum pluribus modis: puta ſcriptura, ſiue quis ſcribat falſum,ſiue deleat verum: vt res,id eſt,rei veritas non appareat, & ita fecit inlegibile [vel non intelligibile] inſtrumentum. Non diſtin

ſtinguo ſit teſtamentum, vel aliud inſtrumentum, publicum,
vel priuatum;vel vtrum ſint tabulæ ceræ,vel ligneæ , vel ra-
tiones:vt ff.eod.l.j.§. qui in rationibus.& l. Paulus.§. Paulus.
Item committitur dicto , vt in teſte falſum ſcienter aſſerente,
vel varium teſtimonium ferente,& iudice ſcienter contra con
ſtitutiones falſum iudicante, & qui ad prædicta conſilium &
opem pręſtiterunt,vt ſi iudicem,vel teſtem corruperunt.Item
& qui aliquid accepit ne ferat teſtimonium,vel vt inſtruat te-
ſtes,& ita non aperiatur veritas,vel qui falſis legibus vtitur in
allegando:vt ff.eod.l.j.§.item.& §.ſed & ſi quis.& §.qui iudi-
cem.& §.ſed & ſi iudex. & l.vlti. & l.eos,qui diuerſa. Non au-
tem quilibet qui mentitur , hac lege tenetur : vt ff. eod.l.quid
ſit. Si autem quis mentitur principi,vel præſidi,vel per obre-
ptionem aliquid obtinuerit,hac lege tenetur: vt ff.eo.l.ſi quis
obrepſerit.& ſ.ſi contra ius,vel vti.publ.l.& ſi lege.& j.de di
uerſ.offic.& appar.l.ij.Item cómittitur falſum facto: vt in mo
neta & menſura:vt ff.eo. l.quicunque. & l.pen.§.j.& ponitur
4 † exemplum in moneta de iis qui nummos aureos partim raſe
runt,partim tinxerunt vel finxerunt: & tunc liberi ſubiiciun-
tur beſtiis,ſerui damnantur vltimo ſupplicio.Item etiam po-
nitur exemplum de eo,qui in auro vitij quid addiderit, vel ar
genteos nummos adulterinos conflagrauerit : vel eorum tale
quid non prohibuerit:vel nũmos ſtãneos,ſeu plumbeos eme-
rit.vendideritve dolo malo.Qui tamen falſam monetam per
cuſſerit,ſi in totum formare noluerit,ſuffragio iuſtę pœnitẽ-
tiæ abſoluitur:vt ff.eo.l.qui falſam.& l.pen.& l.quicunq; Pro
mẽſura autem falſa imponitur pœna delinquenti in duplum.
5 Inſuper & relegatur,vt ibidem dicitur.†Sed & facto cõmitti-
tur falſum in ſuppoſito partu,de quo priuata, & perpetua eſt
accuſatio.Nam de eo ſoli accuſant parentes,vel hi ad quos ea
res pertinet : non quilibet ex populo, vt publicam accuſatio-
6 nem intẽdat:vt ff.eo.l.qui falſam. l.lege Corn.§.j.Item † com-
mittitur falſum vſu. Et differt hoc ab aliis: quia hic ſe liberat
abſtinẽdo ſe ab vſu falſę ſcripturę,ſecus in aliis:vt j.eo.l.ſi fal-
ſo.Milites etiam vſu incidunt in falſum.Nam qui ſe pro mili-
te geſsit,vel illicitis inſignibus vſus eſt,vel falſo diplomate,id
eſt,interdicto certi loci,itinere breuiori vias commeauit, pro
admiſsi qualitate grauiſsimè puniendus eſt:vt ff. eod.l. eos.§.
7 vlti.Sunt † & alij,qui incidunt in legem Corneliam de fal. vt
qui teſtamentum celauerint,amouerint,vel rapuerint, deleue
rint,interleuerint,ſubiecerint,reſignauerint, ſcripſerint fal-
ſum teſtimonium,ſignauerint.recitauerint dolo malo, vel do
lo malo curauerint ea fieri:vt ff.eo.l.qui teſtamentum. Itẽ &
ij,qui corruperunt edicta,tenentur hac lege:vt ff.eod.l.penul.
8 in princ.Item† & in eis,qui duobus rem inſolidum vendide-
runt:vt ff.eod.l.qui duobus,& (vt ibi dicitur)ad tempus rele-
gantur,nec bona illis auferuntur.Sicut & in eis, qui iudicem
corruperunt.Ille autem qui obligauit rem duobus Inſolidũ,
nõ tenetur hac ſpeciali accuſatione:ſed crimine ſtellionatus:
9 vt ff.de crimi.ſtellion.l.iij.†Item hac lege tenetur,qui inſtru-
mẽta apud ſe depoſita præſtiterit aduerſariis deponẽtis: vt ff.
10 e.l.j.§.is,qui.& de pœnis.l.ſi quis aliquis.§.ſi quis. Eſt & † qua
ſi falſum quandoq;,& punitur,vt ſi tutor,vel curator,vel qui
officio depoſito non reſtituerunt tutelam,vel curatores cum
fiſco contraxerunt,ita tamen ſi contraxerunt viuo eo de cu-
ius tutela,vel cura agitur. Nam ſi deceſſerit, licet rationem
nondum hæredi eius reddiderint,iure contrahunt.Sed & ſi iu
re hæreditario ſucceſſerint in fiſcalem contractum tutor, vel
curator,licet ante rationem redditam,non habet locum pœ-
na,licet adhuc viuat is,cuius tutela,vel cura eſt adminiſtrata.
Vbi autem quis primò contraxerit cum fiſco, & poſtea ſuſce
pit tutelam, vel curam, certum eſt eum non teneri hac le-
ge:quia nihil videtur in fraudem pupillorum feciſſe,cũ prius
eſſet fiſcalis debitor,licet ſe potuerit excuſare,& non excuſa-
uit:vt ff.eod.l.j.§.tutores.Item & quaſi falſum eſt ſi quis ſibi
11 adſcribat in teſtamento:vt dicemus.j.tit.j. †Cognoſcitur au-
tem de falſo acerrimè facta indagatione.Si criminalis quæſtio
proponatur,& accuſanti,& accuſato incumbit probatio : vt
j.eod.l.ij.& quæſtio de ſcripturæ authore habetur,nulla ob-
ſtante prærogatiua decurionatus,vel alia:vt infrà eo.l.ſi quis.
Ciuiliter autem leuius procedit examinatio:vt j eod.l.vlti.Et
vtrunque iudicium agi poteſt quodcunque velit primò intẽ-
dere:vt j.eo.l.damus.Licet quidam dixerunt primò criminale
debere inſtitui.ar.ſ.de fide inſtru.l.vlti.& l.ij.Ciuiliter autem
cognoſcitur de falſo per exceptionem,vel replicationem, &
quandoque per actionem in factum.Nam qui nomine præto
ris literas falſas reddidiſſet,edictũmve falſum diceretur pro-
poſuiſſe,ex hac cauſa tenetur actione in factum pœnali, quã-
uis lege Cornelia ſit reus.Et fortè pœna,hic accipitur pro in-
tereſſe agentis,vel pro pœna quinquaginta aureorũ.quæ ſta-
tuitur in eum qui corrupit album prætoris:vt j.eod.l.qui no
1a mine.& ff.de in ius vocan.l.penul. † Eſt autem accuſatio de
falſo priuata,ſecundum Placen.niſi vbi contingit communi-
ter omnes in falſa moneta,& menſura,& in teſtamento cela-
to,vel deleto:vt ff.eod.l.Paulus.Poteſt tamen dici contrariũ:
quia inter alia publica iudicia numeratur:vt Inſti.de publ. iu
di.§.item lex.& ff.de publi.iudic.l.j.Et datur vſque ad xx.an
nos querela. Eſt autem pœna falſi, & quaſi falſi, deportatio:
niſi in caſibus de quibus ſ.dixi minorem pœnam imponi : &
continet deportatio publicationem bonorum. In ſeruos au-
tem eſt eorum pœna vltimum ſupplicium:vt ff.eod.l.j.§. vlti.
& Inſtitu.de publi.iudic.§.item lex Cornelia.

ANNOTATIO.

a Veritatis. Adde ad huius concluſionis & totius tit.materiam Bart. &
doct.in l.quid ſit falſum.ff de fal.Sal.in rub.C.eo.tit.Bal.in rub.C.de
fide inſtru.Angel.in auth.de teſt.1.& licet.eod.la vii.do.Alexan.Soci.
in l.ſi quis legatum.ff.de fal.do.Barth.Soci.in l.ſi is.nu.5.& num.6.de
rebus dub.Angel.Are.in §.item lex Cornelia.nu.1.cum plu.ſeq. Inſti.
de pu.iud.Pau.de Caſtr.in conſi cxlviii.do.Alexand. in conſil. lxxvii.
in primo volu.Soci.in conſi lxiii.inci.in præſenti conſultatione. ver
ſic.circa primam dubitationem.in primo vol.quibus in locis ferè ha-
bes totam materiam huius tit.

De iis, qui ſibi adſcribunt in teſtamento. *Rubrica.*

1 *Adſcribens ſibi in teſtamento quando incidat in legem Corne-*
liam de falſis,& nu.3.& 5.
2 *Veritatem aliquando magis conſiderari quàm opinionem: licet*
generaliter potius conſideretur opinio,quàm veritas.
4 *Commodi appellatione quid veniat,cum tractatur de eo qui ſi-*
bi in teſtamento adſcripſit.
6 *Ignorantia iuris an,& quando excuſet aliquem à pœna legis*
Corneliæ.vel ſenatuſcon.Liboniani.
7 *Legatum quod quis ſibi adſcripſit,quando valeat.*

QVONIAM ij,qui ſibi adſcribunt in teſtamẽto
lege Cornelia tenẽtur:de qua ſ.dictũ eſt : ideo de
his apponit.Videndum ergo,quando quis videa-
tur ſibi in teſtamẽto adſcribere,& quibus modis
1 quis excuſetur à lege Cornelia. †Et quidem,ſi mihi adſcribo
aliquod commodum ex teſtamento,incido in legẽ Corneliã.
Item & ſi adſcribo ſeruo meo:niſi in fideicommiſſaria liberta
te præſtanda moram fecerim : tunc enim quia ipſum ſequitur
cõmodum non incido in pœnam:vt ff.eo.l. impuberem. §. itẽ
ſi ſeruo.Si autem adſcribam ei,qui bona fide mihi ſeruit, vel
in quo habeam vſumfructum,non incido:vt ff.eo. l. impube-
rẽ.§.ſed & ſi ei.§.& ſi dominus.Licet quo ad animi mei cogita
tionem in primo caſu videar incidiſſe:quia credebam meũ,qui
2 mihi bona fide ſeruit. Magis† tamen conſideratur veritas. Si-
mile.ff.de furtis.l.inter.§.pe.ſicut & econtra traditur genera-
le,magis conſiderando opinionem,quàm veritatẽ, vt in caſi-
bus pleriſque notari poteſt:vt ff.de vſuca.l.ſi quis id.& de ac-
qui.hæred.l.is,qui putat.& de leg.iij.l.j.in princ.Quid ſi ſer-
uo bona fide ſeruienti,vel fructuario legabatur mei contem-
platione?videtur idem,quod in proprio ſeruo dicendũ: quia
legatum mihi quæreretur aliàs vt ff.de vſufru.l.ſed & ſi quid.
3 Sed &†ſi adſcribam ei,in cuius poteſtate ſum,vel ei,qui in ea-
dem poteſtate eſt,incido in legem Corneliã:vt ff.ad leg. Cor.
de falſ.l.de eo.quod eſt mirabile:quia mihi ſeruo,vel filio, ni-
hil quæritur.& ſi quæratur patri,dominóve, & in filio quo-
quo modo poteſt tolerari:quia viuente patre quodam modo
videtur dominus rerum paternarũ.l.in ſuis.ff.de lib.& poſth.

Et in ſeruo poteſt ratio aſsignari, quia à domino habet ſuſtẽtamentum ſui, & quia ab eo expectat præmiũ. non tamen eſt idem cum quis adſcribit vxori ſuæ: vt ff. eo. vxori. quanquam lex prædicta poſſit intelligi, vt pater, dominusve incidant in legem Cornel. cum eorũ voluntate ſeruus, vel filius, patri, domino ve, vel eorum ſubiectis adſcribitur legatũ: vt & dicitur ff. eo. diuus. §. ſcribere autem, non vt ſeruus, vel filius ob hoc incidant in legẽ Corneliæ. Vbi autem ſeruo meo non adſcribo aliquid de rebus teſtatoris, ſed libertatem, videtur quod ſim extra pœnam. quoniam nullum meum commodum eſt: niſi ideo adſcripſerim vt ſeruus magno pretio redimatur à me, & manumittatur. Ille autem, qui cum fundus Titio legaretur adſcripſit ſua manu cõditionem pecuniæ ſibi dandæ, incidit in voluntatem ſenatuſconſulti: vt ff. eo. l. impuberẽ §. pen. Quod autem dixi, vbi adſcribo ſeruo meo, ſeruatur etiã adſcribam filio, qui eſt in poteſtate mea: quia per eum quæritur mihi, niſi à cõmilitone ſuo deferatur hoc legatum filio meo: vt ff. eo. l. ſi patri filio, vel niſi filius ſit apud hoſtes: tunc enim reuerſo filio incidit pater in legem Corneliam. Si verò deceſſerit in captiuitate filius, pater exiſtimatur innocens. Emancipato autem filio, vel in adoptionem dato, rectè adſcribo: vt ff. eo. l. impuberẽ. §. j. Nec enim mihi quęritur per eos. Sed nónne hodie idem videtur etiam in eo, qui eſt in poteſtate, cùm ex omni aduẽtitia cauſa ſibi, & non patri quæratur? Reſpõ. non: quia & hodie patri ſaltem vſusfruct. quæritur: vnde propter hoc ſaltem videtur incidere in pœnam. Ex his patet quòd ſi adſcribam extraneo, ſine dubio nõ incidam in legem Corne. Et ſi ſeruo extranei adſcribam, idem: licet poſtea ſubiciatur mihi: vt ff. ad leg. Cor. de falſ. l. de eo. §. vlti. Et ita plenè vidimus quando quis dicatur ſibi adſcribere. Nũc dicamus quãdo quis dicatur ſibi in teſtamento adſcribere. Et certè ita demum, ſi ſignatum ſit, & omnia impleta ſint, quæ ſunt neceſſaria in confectione teſtamenti. nam nec interdictum de tabulis exhibendis aliter competit: non autem exigitur, vt ſit perfectum quantum ad exhæredationes, vel præteritiones, vel irritationes. vt ff. de tab exhib. l. j. & ff. ad leg. Corne. de falſi. l. ſi
4 quis legatum. in princ. † Nunc videamus qualiter hoc verbũ, commodũ, interpretetur. Et quidem largè vt ſiue legatum, ſiue hæreditatem, ſiue fideicommiſſum, ſiue libertatem, ſiue exhæredationem eorum, qui non exhæredati irritarent teſtamẽtum, & ita mihi hæredi, vel legatario nocerent, ſiue adẽptionem legatorum à me relictorum adſcribam, incidam in legem Cornel. vt ff ad leg. Cor. de falſ. l. ſi quis legatum. §. ſi inſtitutus. Item commodum intelligo quoquo modo ſaltem prima facie deferendum: licet apud me non erat remanſurum: putà, quod alij erat reſtituendum: vt ff. eo. filius. §. vlt. & l. cùm qui-
5 dam. In caſu † tamen mihi adſcribo fideicõmiſſum: nec incido in pœnam, & tenet fideicommiſſum, vt ecce aliquis duobus hæredibus inſtitutis adiecit, vt ſi alteruter hæres ſine liberis deceſſiſſet ei, qui ſupereſſet, & liberos haberet, hæreditas redderetur: vel ſi ſine liberis vterque deceſſiſſet, hæreditas deinde alia manu ſcriptori teſtamenti reſtitueretur: ſcriptori enim, id eſt, ſcribenti teſtamentum remittitur pœna legis Corneliæ, & de benignitate conſequitur fideicommiſſum: vt ff. de falſ. diuus. §. vlt. Et eſt fortè idem, quia per alium conſequitur fideicommiſſum: vel ideo quia non purè, ſed ſub pluribus cõditionibus eſt ei reſtituendum. Sed & filius hæreditatẽ patris ſibi adſcribit de æquitate, non de iure ſtricto: vt j. eo. l. j. & ff. de falſ. l. filius emancipatus. j. reſpon. Secus in patrono: nam ipſe caret legato. & venia poteſt à Cornelia excuſari, & amittit bonorum poſſeſſionem cõtra tabulas: vt ff. de falſ. l. ſi quis legatum. §. vlti. Nã hęreditas patris magis debetur filio, quàm liberti patrono. Sic & aliàs filius per contra tabulas bonorũ poſſeſſionem irritat teſtamentum patris in totum, patronus pro parte: vt Inſtit. de ſucceſ. liber. §. ſi verò. & ff. de lega. præſtan. l. j. Hinc eſt, quod exęquamus filium cuilibet creditori: vt
6 in prædicta lege continetur. † Excuſatur quis à Corneliæ legis pœna, vel ſenatuſconſulti Liboniani, propter ignorantiã
a iuris a ſi profiteatur ſe à legato diſcedere: vt j. eod. l. ſenatuſconſulto. & hoc de æquitate. Nam ſecus eſt de iure ſtricto: vt ff. de falſ. l. diuus. in prin. & præſumitur ignorantia propter militiam: vt j. cod. l. quòd adhibitus. Fortè & propter ruſticitatem. arg. ff. de probatio. l. cùm de indebito. §. ſin autẽ is, qui. Item propter domini, vel patris teſtãtis iuſſum, excuſatur ſeruus eius, vel filius ſibi adſcribentes, vel etiam adimentes legata à ſe relicta: vt ff. de falſ. l. ſenatus pœnam. & l. ſi quis. §. j. in alio ſecus: quia licet volẽte teſtatore adſcribat, vel adimat tenetur lege Cornelia, & nõ valet legatum ſibi adſcriptum: nec valet ademptio. Præſtatur tamen tantundem fiſco, vt in prædict. l. ſenatus. & l. impuberẽ. § qui codicillos. & l. ſi quis cũ. §. j. & j. eo. l. ſenatuſconſulto. Sed & iuſſus matris excuſat filium, & vice verſa filij voluntas excuſat matrem, quæ ſibi adſcribit in teſtamẽto filij. Idem & ſi ſeruus eiuſdẽ matris abſcriberet eidem. Et hi omnes excuſantur à pœna: ſed legato carẽt, quod eſt notandũ: quia iuris ignorantia excuſat à pœna. De qua plenius dixi in ſumma de iur. & fact. ignoran. Legatum
7 etiam conſequitur quadam medicina. † Si enim teſtator ſpeciali ſubſcriptione ſua dicat ſe agnoſcere, legatum quod quis ſibi abſcripſit, valet legatum. Si autem generali ſubſcriptione dicat ſe recognoſcere omnia legata quę quis ſibi adſcripſerit in teſtamento, vel generaliter omnia legata, non nominando perſonam adſcribentis, hoc valet, quãtum ad filios, vel ſeruos teſtantis: non quãtum ad extraneos: vt ff. de falſ. l. j. §. inter. & l. diuus. §. planc. & §. item ſenatus. & §. quæri. & j. cod. l. vlti. Vbi autem onus quis tantum ſibi adſcribit, tenet in præiudicium ſuum: vt ff. de falſ. l. vxori §. j. Vbi autem dico legatum mihi relictum, non incido in Corneliam, & valet legatum: vt ſ. de teſta. l. dictantibus.

ANNOTATIO.

a Ignorantiam iuris. Et iſtud maximè locum habet de æquitate canonica: vt tenet Bal in l. ſub: mus. C. de ſacroſan. eccle. d. Alex. in l. non tacetur. ff. de condict. & vide eundem in conſi. xciii in j. vol.

De falſa moneta. *Rubrica.*

1 *Falſa moneta accuſatio quando locum habeat, & quæ ſit eius pœna.*
2 *Falſa moneta crimen multa habere ſpecialia.*
3 *Dominus prædij, in quo falſa moneta fabricata eſt, & quando, & qualiter puniatur.*

FALSVM non ſolum prędictis modis committitur, & punitur: ſed etiam in moneta: & ideo ponis de ea: quia grauior imponitur pœna, quàm ſuper alio falſo. Videndum ergo quando locũ habeat hæc accuſatio, & quis tenetur de eo crimine, quę ſit eius
1 pœna, & quæ ſint ſpecialia in hac accuſatione. † Et certè locũ
a habet hæc accuſatio, cùm quis fabricauit falſam monetã, vel fabricari fecit, vel ſuper ea dedit conſilium, & auxiliũ, vel non prohibuit eam fabricari. Qui tamen in totum formare noluerit, iuſta pœnitẽtia excuſatur: vt ff. de falſ. l. qui falſam monetam. Sed & ſi quis aureos nummos tingat, vel fingat, vel tradat, patitur capitalem pœnam: vt ff. de falſ. l. quid nummos. Quid ſi non eſſent aurei? fortè non tantam patietur pœnam. Pro fabricata enim imponitur pœna combuſtionis: vt j. eod. l. penul. Diſtinguunt tamen quidam, an in ſolidis aureis, quis reperiatur adulter, vt tunc comburatur. An in alia moneta, vt tunc patiatur capitalem pœnam: vt j. eod. l. j. §. accuſatoribus. & capitalem pœnam interpretãtur mortem, id eſt, depor-
2 tationem. Sunt † autem in hoc crimine multa ſpecialia: quia etiam infames (vt in crimine læſæ maieſtatis) poſſunt accuſa-
3 re: vt j. eod. l. j. in principio. & l. pen. † Et quia quilibet falſarium capere poteſt: vt j. eo. l. j. aliàs cõtra: vt ſ. de exhi. re. l. neminem. Et quia non appellat damnatus hoc crimine: vt j. eo. l. j. aliàs contra: vt ff. de appellationibus. l. non tantũ. Et quia de accuſatoris calumnia non quæritur: vt j. eo. l. j. & ſ. de accuſa. l. vlti. Et quia de ſola negligentia quis punitur etiam ignorans. ſi dominus erat in proximo conſtitutus. Nam publicatur prædium in quo commiſſum eſt ſcelus: niſi dominus ante ignorans, vt primum repererit ſcelus prodiderit perpetratũ. Si verò dominus longiſsimè à prædio abfuerit, nullam patitur pœnam: ſed eius authores, qui miniſterium in hoc præbuerunt

buerunt, capitaliter puniuntur. Viduæ autem & ſi ſunt in proximo, non puniuntur de negligentia, vel ignorantia: ſed puniuntur de ſcientia. Impuberes nec etiam de ſcientia puniuntur: quia ætas eorum quid videat, ignorat. Tutores autem eorum ſi in proximo fuerint, quia non debent ignorare quid in re pupilli agatur, in tantum puniuntur, in quantum à pupillo fuerat inferendum: vt ȷ̄ eod. l. j.

ANNOTATIO.

• Falſam monetam. Ad hoc vide Bart. in l. ij. C. de falſ. Bald. & Sal. in l. ij. C. de falſ. monet. doct. in l. ſi quis. C. de falſ. do. Alexand. in l. eleganter. qui reprobes. ff. de pignor. act. & in conſ. cxiij. in primo volum.

De mutatione nominis, (cognominis, & prænominis.) *Rubrica.*

1 *Mutare nomen cui, & quando liceat.*

1 SI † ingenuus nomen, vel prænomen, vel agnomen mutet, ſi quidem in fraudem, tenetur lege Cornelia: alioquin contra. Seruo autem mutare non licet: vt infra eodem. l. j. & ff. ad legem Corneliam de falſis. l. falſi.

Ad legem Iuliam de ambitu. *Rubrica.*

1 *Legi Iuliæ ambitus locus. 3. 4.*

• *L. Barbarius explicari.*

VT SVPERIOR lex Cornelia punit falſarios cupidos in pecunia, ita hæc lex ambitioſos, id eſt, cupidos in honore. Videamus ergo quando locum habeat hæc lex, & quæ ſit eius pœna. † Et
1 certè locum habet quando quis pecunia facit ſe eligi ad aliquam adminiſtrationem, non in ciuitate Romana, in ea enim eligit princeps magiſtratum, ſed in municipio, vel in ciuitate alia, in qua non princeps, ſed populus habet electionem: vt ff. eod. l. j. primo reſpon. & ȷ̄. titul. j. l. vlti. Hoc tamen intelligo, ſi clanculo pecuniam alicui priuato det, vnde videtur ideo adſpirare, vt pecuniam communem ſurripiat: ſecus ſi in publico concilio, vel concione, offerat, vel promittat ciuitati, vel municipio, quòd velit prodeſſe ciuitati, non præeſſe tantùm: vt ff. de pollici. l. j. §. ſed ſi quidem. & de admi. tuto. l. non exiſtimo.
• ſic & Barbarius † Philippus petiit præturam, & prætor deſignatus eſt: vt ff. de officio præto. l. Barbarius. ſed Apoſtolus Paulus. j. ad Timoth. iij. & tranſumptiuè Auguſti. viij. q. j. c. qui epiſcopatum (inquit) deſiderat, bonum opus deſiderat. Si autem clàculo porrigat preces, & exaudiatur, incidet in hanc legem. Aliud ſi fortè alius ſupplicauerit pro eo inſcio: licet ſe-
3 cus dicatur in ſimonia. † Item locum habet pro nouo vectigali inſtituto: & in eo qui ingreditur domum cognoſcentis de criminali cauſa, ſiue ſit accuſator, ſiue accuſatus, & pœna centum ſolidorum imponitur, & infamiæ. Sed ſi quis damnatus alium conuincit, in integrum reſtituitur, non tamen recipitur pecunia: ſed & data pecunia in quadruplum repetitur: vt
4 [ff. eod. l. vnica. &] ȷ̄. titu. j. l. vlt. in fi. † In alio etiam caſu locum habet hæc lex, id eſt, cùm quis ſecundo ſuſcepit dignitatem, & officium, in quo ſemel fuit, & imponitur pœna deportationis: vt ȷ̄. eod. l. j. ſed fallit in aſſeſſore: vt ſ̄. de aceſſor. l. li-
• ceat. & in proconſule, qui ſex vicibus * poteſt creari: vt ff. de offic. proconſ. l. antepen. vel dic ſex vicibus, id eſt, ſex menſibus, & non amplius durat eius officium.

ANNOTATIO.

• Vicibus. Vlp. in ea quam hic citat Azo l. antepen. de facibus loquitur, Proconſules inquit, non amplius quàm ſex facibus vtuntur: vnde palam eſt nihil ad rem præſentem facere.

Ad legem Iuliam repetundarum. *Rubrica.*

1 *Repetundarum actio vel accuſatio quando locum habeat.*
2 *Iudices & prouinciarum rectores quatenus, & à quibus accipere poſſint.*
3 *Repetundarum nomine quæ actio competat.*
4 *Actio repetundarum quatenus detur in hæredem.*
5 *Repetundarum accuſationẽ intendi poſſe etiam aduerſus eum, qui adhuc eſt in magiſtratu.*
6 *Pœna legis Iuliæ de repetundis, quæ ſit.*

SICVT ALIQVIS eligitur per pecuniam, ita electus ſine pecunia poſtmodum pecunia facit aliquid: vnde hæc lex eſt inducta, & dicitur repetundarum pecuniarum ſecundum antiquos, ho-
1 die repetendarum. † Habet locum hæc lex, cùm is, qui habet publicum officium pecunia data, vel promiſſa, ſibi facit aliquid, quod facere non debet, vel omittit, quod facere debet: & de hoc ſupponũtur multa exempla: vt ecce, accipit pecuniam ob iudicandum, vel non iudicandum: decernendum, vel ob ſententiam in ſenatu, concilióve publico dicendam, ob accuſandum, vel non accuſandũ, vel ob iudicem arbitrúmve dandum, vel mutandum, vel iubendum vt iudicet, vel ob non donandum, vel non mutandum, vel non iubendum vt iudicet, vel ob hominem in vincula publica coniiciendum, vinciendum, vincirive iubendum: vel ob hominem ex vinculis dimit-
• tendum, vel ob hominem necandum, vel abſoluendum, vel ob
a litem æſtimandam, [a] vel ob iudiciũ capitis pecuniæve faciendum, vel non faciendum, vel ob militem legendum, mitten-
b dúmve, [b] vel ob denunciandum teſtimonium, vel non denunciandum, vel vt accepto feratur opus publicum faciendum, frumentúmve publicè dandum, præbendum, apprehenden-
c dum: [c] vel vt accepto feratur ſarta tecta tuenda, antequã per-
2 fecta, probata, præſtita lege erunt. † Et generalis ſubiicitur clauſula, vt vrbani magiſtratus ab omni ſorde abſtineant, néve doni, munerisve plus in anno accipiant, quàm quod ſit centum aureorũ: niſi ab acceptis perſonis, à quibus lex iubet accipere: puta conſobrinis, & iis, qui ſunt in priore gradu, & ab vxore: vt ff. eod. l. j. ij. iij. iiij. v. vj. & vij. Eſculẽta tamen & poculenta recipit ab omnibus perſonis, quæ tamen non excedant - edulium vſum, & intra dies proximos prodigantur: vt ff. de offic. proconſ. l. ſolet. §. vlt. & de offic. præſid. l. plebiſcito. Et
d habet locum hæc eadem lex etiam in comitibus iudicum: [d] vt
3 ff. eodem. l. in comites. Pro † hoc delicto locum habet duplex querela, id eſt, ciuilis actio in factum, vel condictio ex lege, & publica accuſatio. Actio datur in quadruplum contra iudicem pro eo, quod ipſe, vel eius domeſticus, vel eius manipularius, vel miniſter accepit, vel rapuit, vel abſtulit: vt ȷ̄. eod. l. j. Et debet iſtud quadruplum totum fiſci eſſe: cùm danti obſtat turpitudo ſua, ne poſſit aliquid repetere: vt ff. de iure fiſci. l.
4 Lucius. & diximus ſuprà de condit. ob turp. cauſ. † Et datur hæc actio in hæredem accipientis, vel extorquentis intra annum: etiam ſi nihil peruenerit ad hæredem: vt ff. eodem. l. ij. & infrà eodem. l. ſciant. Vel dic, datur in hæredem, ſi ad eum peruenerit: ſed intra annum: & ita erit ſpeciale vtroque modo: quia ſecundum regulam de eo, quod peruenit, hæres deberet teneri perpetuò: vt diximus ſuprà, no ex delic. defunc. Sed ſecundum ſpeciale tolerabilius eſt. Multò magis debet dari hæc actio vbi quis dicit ſe expoliatum, & concuſſum à iudice: &
e tunc ſpoliatus [e] habet actionem in duplum: vt ſuprà, de aſſeſ. l.
5 conſiliarios. & infrà eodem. l. vnuſquiſque. † Eſt & publica accuſatio inducta pro crimine, quamuis duret officium magiſtratus: vt infrà eodem. l. iubemus. quia dicitur deliquiſſe in officio, vel opprimere ſubiectos: aliàs non poteſt conueniri durante officio magiſtratus maior, niſi de furto: ſed magiſtratus minor etiam durante officio conuenitur pro quolibet crimine: vt ff. de in ius vocan. l. ij. & de iniur. l. nec magiſtratibus. & in auth. vt diſ. iud. col. ix. §. ſi verò. & vt iudic. ſine quoquo
6 ſuf. §. illud videlicet. † Huius legis pœna extraordinaria eſt contra delinquentes: nam plerunq; exilio puniuntur, vel etiam durius, prout admiſerunt. Quid enim ſi ob hominem necandum pecuniam acceperant, vel licet non acceperint calore tamen inducti interfecerunt innocentem, vel quem punire non debuerant' capite plecti debent: vel certè in inſulam deportari, vt pleriq; puniti fuẽre: vt ff. eo. l. antep. §. vlt. Illud notandum, quod mirabiliter tenetur quis hac lege, cum dederit pro ho-

nore pecuniam:& tunc agenti pecuniam reſtituit in quadru-
plum quam alij dedit: vt j.eod.l.vlti. in fin. & erit hæc actio
popularis,vt & accuſatio. Item notandum, quòd donatum
præſidi contra hanc legem non poteſt vſucapi, priuſquam in
poteſtatem eius à quo res profecta ſit,hæredíſve eius veniat:
& eadem lex venditiones, locationéſve eius rei cauſa pluris,
minoríſve factas irritas facit:vt ff.eod.l.penulti.

ANNOTATIONES.

a Aeſtimandam. Vide Bud.in l.ante. Lex Iulia.ff.eod.
b Mittendum. Vide Budeum in l.eadem lege.ff. eodem.
c Approbandum. Budeus in l.lex Iulia.ff.eod.ſic legis non apprehendendum,vide eum.
d Comitibus iudicum. Qui ſint hi comites,vide Budeum in l.In comites.ff.eod.
e Spoliatus. Spoliatio eſt violenta & iniurioſa deiectio,vel mobilis rei ablatio. Violenta ideo dicitur,quia ſi quis ſponte poſſeſſioni ſuæ renunciauerit,reſtitutio locum non habebit.extra de reſtit.ſpol.c.accepta.& de renunc.c.ſuper hoc. Non poteſt referri quæſtio domini, niſi prius ſpoliatus fuerit reſtitutus,c.ex literis. extra de reſtit.ſpol. Spoliat,qui mandat ſpoliationem fieri, vel ipſam ratam habet.c.cum ad ſedem. extra de reſtit.ſpol. Spoliatus,qui petit reſtitutionem, duo probare cumulatiué debet primò ſe poſſediſſe tempore ſpoliationis: & ſpoliatum fuiſſe c.olim.j.extra de reſti.ſpol. Reſtitui debet ſpoliatus ad omnia iura ſua tam corporalia, quàm etiam ſpiritualia prius, quàm aliquid ſibi obiiciatur,c.in literis.extra de reſtit.ſpol. Marc.

De crimine peculatus. *Rubrica.*

1 *Peculatus crimen in quibus rebus committatur.*
2 *Peculatus quando committatur in pecunia priuata.*
3 *Peculatus pœna qualis ſit.*

QVONIAM magiſtratus electi in pecunia pu-
blica auferenda ſæpe delinquunt: ideo ponit de
crimine peculatus: & quia Iulius ſuper eo legem
ſuam tradidit, de ea videamus. Videndum ergo,
quando locum habeat lex Iulia peculatus,& quæ ſit eius pœ-
1 na. † Et certè locum habet pro pecunia publica intercepta,
vel quoquo modo contaminata: vt ſi in aurum, vel argentum
vel æs publicum aliquis dat aliquid, id eſt, adiiciat ferrum, vel
ſimile. Idem in ſacra, vt in vaſis eccleſiæ. Idem in religioſa: vt
in ornamentis ſepulchri. nec ſeparantur ab intercipientibus,
vel contaminantibus, quæ dolo malo curauerint vt ab alio
intercipiantur, vel contaminentur, vel qui in rem ſuam verte-
rant: niſi ſint tales, quibus vnque liceat per legem vertere in
rem ſuam. Sed ſi donatum Deo immortali quis abſtulerit, vel
interceperit, peculatus pœna tenetur: vt ff.eod.l.j. & l.iiij.pri-
mo reſponſo. Secus eſt, vbi aliquis inuenit theſaurum in ali-
quo loco: nec enim ſit locus religioſus propter theſaurum.
Nam etſi in monumento fuerit inuentus: non quaſi religio-
ſus tollitur. quod enim ſepelire quis prohibetur, id religio-
ſum facere non poteſt: at pecuniam ſepelire quis non poteſt:
fortè niſi cauſa cuſtodiæ ibi ſit: vt ff.eod.l.iiij.§.vlti. & de ac-
quir.poſſ.l.peregre. Item ſecus in pecunia priuati, vel ciuita-
tis alterius, quàm Romæ: in his enim committitur furtum: ſed
in re ciuitatis Romanæ committitur peculatus: vt ff.de furt.
2 l.ob pecuniam.& ff.eod.l.iiij.§.vlti. In caſu † tamen etiam in
priuata pecunia committitur peculatus: vt ſi à debitore fiſci
extorſerim pecuniam, ſimulando me creditorem fiſci, cùm
non eſſem: ſecus tamen ſi creditor eſſem in ſoluta pecunia, &
exegi ab eo qui mihi, & fiſco debebat: vt ff.eod.l.ſacrilegij.ca
pite ij.§.eodem.& l.antepen. Sed & aliàs crimine peculatus
tenetur, qui tabulam æneam continentem leges, formámve
agrorum, aut quid aliud, fixit, vel quid inde mutauerit, vel in
tabulis publicis aliquid deleuit, vel induxit, vel qui in tabu-
lis publicis minorem pecuniam ſcripſerit, quàm quod vendi-
derit, vel locauerit, aliudve quid ſimile commiſit, vel qui per-
forauit muros ciuitatis, & aliquid inde abſtulerit: vt ff.eod.l.
qui tabulam.& l.hac lege. & l.qui perforauit. Idem & in eo,
qui prædam ab hoſtibus raptam ſurripuerit. Præterea con-
3 demnatur in quadruplum: vt ff.eo.l.pen. † Eſt autem pœna
peculatus, capitalis animaduerſio contra iudices, qui tempo-
re ſuæ adminiſtrationis publicas pecunias ſubtraxerunt, &
contra eos qui miniſterium eis ad hoc adhibuerunt, vel qui
ſubtractas pecunias ſcienter ab his ſuſceperunt. contra alios
verò qui tenentur hac lege, ſtatuitur pœna deportationis, &
publica eſt hæc accuſatio, & ſopitur quinquennio: vt Inſti.de
publ.iud.§.lex Iulia peculatus. & ff.eod. l.peculatus crimen.
Et ſpeciale eſt in ea, quia inchoatur cõtra hæredes: vt ff.eod.l.
vlti. Tractatur & de alia lege, quæ dicitur de reſiduis, ff. eod.
tit. Sed in hoc titulo non tractat. Et locum habet lex illa Iu-
lia contra eum, apud quem ex locatione, emptione, aliméntaria
ratione, aliáve qua cauſa tota pecunia publica, vel pars pecu-
niæ publicæ, quam accepit, reſedit. Item & eadẽ lege tenetur,
qui pecuniam publicam in vſu aliquo acceptam retinuit, nec
erogauit. Ea lege dãnatus amplius tertia parte, quàm debet,
punitur: vt ff.eo.l.ij.& l.iij.§.lege. quam pœnam ex interpre-
tatione ſua dixit P. in quadruplum extẽdi, quod contra ſigni
ficationem verborum eſt apertè. Dic ergo amplius tertia par-
te, quàm debeat, & vt quod debet, ſoluat, & tertiam partem
eiuſdem, ſicut & ſuprà de inoffi.teſtam.l.ſi quis in ſuo.

De crimine ſacrilegij. *Rubrica.*

1 *Sacrilegium quid.*
2 *Sacrum quid.*
3 *Sacrilegij pœna.*
4 *Leges tituli de crim.ſacril.explicari.*

QVONIAM lex Iulia de ſacrilegiis tractat: ideo
de eo crimine ponit. Videndum ergo, quando ſa-
crilegium committatur, quæ ſit eius pœna: poſtea
1 dicemus de quaſi ſacrilegio. † Eſt autem ſacrile-
a gium, quãdo ſacrum de ſacro aufertur.ª At ſi non ſacrum de
ſacro, vel ſacrum de non ſacro quis intercipiat, contrarium
eſt, quicquid dicant Decretiſtæ: nam ſi res priuatorum aufe-
rãtur de re ſacra, furti actio locum habet, nec ſacrilegium eſt.
Item & ſi ſacra ſurripiantur de loco prophano, furtum erit,
non ſacrilegium. Secus ſi ſurripiantur de ſacro, hoc eſt, quod
dicit lex, locum facere vt idem crimen ſit furtum, vel ſacrile-
gium, & capite luendum, vel minore ſupplicio: vt ff.ad l.Iul.
2 pecu. l.diui. & de pœnis. l.aut facta. §.locus. Sacrum † dico,
quod ritè, & publicè per pontifices conſecratum eſt, non per
priuatam authoritatem alicuius ſacerdotis, vel laici. Sed ædi-
culæ, vel res ſacerdotum incuſtoditæ ſi ab aliquo tẽtarentur,
vel ſurripiãtur, amplius quàm pro furto, & minus quàm pro
ſacrilegio imponitur pœna: vt ff.ad leg.Iul.pecul.l.ſacrilegij
3 capite.& Inſtit.de re.diui.§.nullus. † Sacrilegij pœna imponi
tur pro qualitate perſonæ, príúq; conditione rei, temporis, &
ætatis, & ſexus, & ſeuerius vel clementius vindicatur crimen.
Pleriq; enim iudices ſacrilegos dãnant ad beſtias: plerique vi-
nos exurunt: alij in furcam ſuſpẽdunt: ſed moderãda eſt pœ-
na vſque ad beſtiarum dãnationem eorum, qui manufactum
templum effregerunt, & Dei dona noctu tulerunt. Cæterum,
ſi quis interdiu modicum aliquid de templo tulit, pœna me-
talli coërcendus eſt: aut ſi honeſtiore loco ſit natus, deportan
dus eſt in inſulam. vt ff.ad leg.Iul.pecul. l.ſacrilegij pœnam.
Illud notandum eſt, quòd de ſacrilegiis nihil in hoc tit.C.di-
4 citur. ſed de quaſi ſacrilegiis tãtum. Ecce enim, in prima † le-
ge cauetur, ſacrilegium admittere eum, qui diuinæ legis ſan-
ctitatem omittit per ignorãtiam, aut violat per negligentiam
vel contemptum. In ſecũda dicitur non oportere diſputari de
principali iudicio ſacrilegij. Eſt enim inſtar diſputare, an is di
gnus ſit, quem elegerit imperator. In tertia dicitur, ne quis ſa
crilegij ſine crimine expectet honorem in ſua prouincia: niſi,
cùm dominus Imperator vltrò conceſſerit: nec enim honores
debent offerri, niſi rarò, id eſt, ob penuriam hominum: vt ff.de
decu. l.eos. Sanè prætores Romæ fieri non debent, niſi larem
Romæ fouerent: vt ff.de offi.præto.l.ij. Item procuratori Cæ-
ſaris quilibet poteſt aſſidere in ſua prouincia: quia publico
ſalario non fungitur: vt ff.de offi.aſſeſſ.l.vlti. Secus in aſſeſſo-
ribus aliorum iudicum: vt ff.quib.ex cauſ.ma.l.ſi cui.

ANNOTATIO.

a Aufertur. Adde Bartol.in l.ſacrilegii j.ff.ad leg. Iul.pecul. & in l.diuus.eod.tit. Bald.in l.ſi nondum.in verſi. nunquid. C.de furt.de pœna autem vide Bald.in l.placet.in verſi.vlt.ao.C.de ſacroſan.eccleſ.doct.

in l.ſa

in l.ſacrilegii.ad l. Iul.pecu.do.Lucam de penna in l.ſi quis. num.11.de
decu.lib.x.& in l.ſi quis nu.2.cum plu.ſeq.vt digoior ſeruetur. li. .xii.
Ang. Aret.in ſ.facia inat.num.2.de rer.diuiſ. chart.lxv.

De ſeditioſis, & iis qui plebem audent contra rempublicam colligere. *Rubrica.*

1 *Seditio quaſi ſacrilega.*
2 *Seditionis pœna.*

1 SEDITIONEM † facere eſt quaſi ſacrilegium
committere: de quo babuimus ſ. Vnde & crimen
læſæ maieſtatis, quod proximum ſacrilegio eſt,
committutur, ſi fiat ſeditio Romæ: vt ff.ad leg. Iul.
2 maieſt.l.j. Si autem † fiat in aliis locis, patitur quis capitalem
pœnam, id eſt, mortem: vt infrà eod.l.j.& ij.

Quando ciuilis actio criminali præiudicet: & an vtraque ab eodem exerceri poterit. *Rubrica.*

1 *Præiudicari vni quæſtioni per alteram quot modis contingat.*
2 *Actio ciuilis quãdo præiudicet accuſationi criminali, vel cõtra.*

CVM plures alicui, vel diuerſis cõpetunt quæſtio-
nes, dubitatur quæ tamen præiudicet, an vtraque
ab eodem poſſit ventilari: & ideo de his ponit.
1 † Sciendum eſt autem, quòd præiudicari quan-
doque dicitur ad tempus, id eſt, quantum ad ordinem, vt vna
primum, deinde alia cognoſcatur: & ſecundum hanc ſignifica-
tionem dicuntur quædam actiones præiudiciales: vt Inſtit.de
actio.§.præiudiciales.& ita etiam ponitur ff.de publ. iud.l.iiij.
Quandoque dicitur præiudicari in perpetuum: vt actio iniu-
2 riarum criminali accuſationi: vt j.liquebit. † Notandum ergo
eſt, quòd quandoq; criminalis criminali præiudicat: vt not.ſ.
qui accuſ.non poſſunt. Quãdoque præiudicat ciuilis ciuili: vt
not.ſuprà de orig.iur.& ſ.de ord.cogn. Quandoque præiu-
dicat ciuilis criminali, quę mouetur ab altero: vt ſuprà ad leg.
Iul.de adul.l.quoniam. Quandoque præiudicat ciuili crimi-
3 nalis, quam alius mouet: vt ſ.de ord.cog.l.ſi quando. Si † ve-
rò ciuilis & criminalis quæſtio deferatur eidem, & vnam in-
tentet: locum habet præſens rubrica, vt diſtinguamus an com
petant mihi de re familiari, an non. Si de re familiari, id eſt, pro-
pter rem familiarem: hoc eſt, quia mihi abeſt, vel abſuit ali-
quid de patrimonio meo: nam actio furti non eſt de re fami-
liari: quia ad pœnam tantùm prodita eſt: ſed propter rem fa-
miliarem: licet vnam intentem, non tamen prohibeor intentare
aliam, vt in l.j.huius tit.multa declarãt exempla. Nec ob.quod
dicit ſuprà de appel.l.j.quia ibi non erat quæſtio nũquid præ-
iudicaretur ciuili per criminalem, an non: ſed vtrum debeat
primò cognoſci de poſſeſſione per interdictum vti poſſidetis,
quàm de violentia. quod eſt verum. Sed cum ago de violentia,
poſſum vel primò ciuiliter, vel primò criminaliter agere. Nec
obſtat quod dicitur ſuprà ad leg.Iul.de vi.l.ſi quis. ibi, ante o-
mnia, expone, id eſt, antequam de dominio rei cognoſcatur,
agam vel ciuiliter de violẽtia, vel criminaliter: & obtinet præ-
dicta regula in publico crimine, & priuato: nam & in fine le-
gis dicit, furti actio, & l.Flauiæ conſtitutio. Eſt autem certum
furtum eſſe priuatum delictum: vt ff.de fur.l.vlt.ſed Placen.di-
cit regulam locum non habere in priuato crimine: & pro ſe
inducit argument.ſ.ne tutor, vel cura.l.vnic. & j.de cri.ſtellio.
l.j.& ff.de crimine expil.hæred.l.diuus.ſed certè illa l.vnic.ſ.ne
tutor.non loquitur in priuato crimine: imò in publico, id eſt,
in lege Cornelia de falſis.& in aliis dicimus eſſe ſpeciale, tam
in publicis, quàm in priuatis criminibus: vt ſi ſatisfaciat quis
ciuiliter, antequam accuſetur, quod deinde accuſari non poſ-
ſit: vt ff ad leg.Iul.de adul.l.ſi adulterium.§.iidem Poloni. Vbi
autem de re familiari non competunt duæ quæſtiones, ſed
vtraque ad vindictam: vt in actione iniuriarum, vbi præiudi-
catur vni per alteram: vt ff.de iniur.l.prætor.§.j.& l.quod Se-
natuſconſultum.vt nunquam altera moueatur poſtea: ſed ſu-
pra præiudicatur interim tantùm, donec vna tractatur, non
poſtea: vt ff.de vi bon.rapt.l.j.§.j.& ff.de pub.iud.l.iij.

De crimine expilatæ hæreditatis. *Rub.*

1 *Hæreditatis expilatæ crimen quando committatur.*
2 *Crimen expilatæ hæreditatis contra quos intendi non poſſit.*
3 *Hæreditatis expilatæ crimen qua pœna coerceatur.*
4 *Actionem ciuilem non dari pro hæreditate expilata, an ſit indi-
ſtincte verum.*

SVPRA de ordinariis, & publicis criminibus tra-
ctauit: nunc ponit de priuato, & extraordinario
crimine. Videndum ergo quando locum habeat:
& quibus, & contra quos ſit proditum, & quæ ſit
1 eius pœna. † Et certè locum babet illud crimen, cùm quis
a alienam hæreditatem expilat [a]: ſi hæreditas nondum ſit adita,
vel etiam adita: ſed res ab hærede nondum ſunt apprehenſæ: vt
ff.eod.l.ij.ſubaudi, vel ab alio propter id, quod notaui ſuprà de
fur.§.datur.ibi, ideo autem dixi.& ita datur in locum deficien
tis actionis furti, & in locum deficientis accuſationis ſpecialis
pro crimine competentis. Nec enim rei vendicatio, vel hære-
ditatis petitio, vel ad exhibendum, quæ intentantur gratia
poſſeſſionis, vel gratia facultatis exhibendæ rei contra expila-
torem, excludunt huiuſmodi criminis accuſationem: vt ff.eod.
l.j.ij. & iij. & j.eod.l.vlt. Secus eſt ſi alia competat actio pro
crimine: puta, famil.erciſcun.contra hæredem: vt ſuprà famil.
2 erciſcun.l.aduerſus. † Et denegatur huiuſmodi criminis ac-
cuſatio contra eos, qui furti conueniri non poſſunt: & ideo nec
vxor, quæ ſocia rei humanæ, & diuinæ domus ſuſcipitur, ab
hæredibus mariti de eo crimine accuſari poteſt: ſed conuenie-
tur rei vendicatione, vel ad exhibendum, & tenebitur de fru-
ctibus perceptis, & conſumptis mala fide: vt j.eod.l.aduerſus.
Nec obſtat, quod legitur j.eod. l.ſi auitiis. quia ibi non dicit
accuſari poſſe de eo crimine vxorem aui, cuius eſt hæres accu-
ſator: ſed loquitur de nouerca, id eſt, de vxore patris accuſato-
3 ris. † Eſt autẽ huiuſmodi criminis pœna extraordinaria. Nam
expilatores in opus publicum, vel perpetuum, vel temporale
damnari ſolent: honeſtiores autem ordine ad tempus moueri,
vel patriam iuberi excedere: & ita (prout cõmiſſum ſuggerit)
imponitur pœna: dummodo ne quis in plebeio excedat pœ-
nam [operis publici, vel in honeſtiore excedat pœnam] relega-
tionis: & idem dicitur in effractoribus. & ſacculariis, & dire-
4 ctariis: vt ff.de effract. & expil.l.j. Et † eſt notandum in hoc
crimine quòd ex eo non eſt prodita actio ciuilis in hoc caſu,
quod in alio crimine vix reperitur. Poſſet tamen dici com-
petere ex eo actionem in factum ad reſtituendã poſſeſſionem:
quia æquitas ſuadet eam dari: vt ff.de præſcrip.verb.l.quoties.
& argu.ff.ſi quis teſta.lib.eſſe iuſſ.l.j. Item lex ideo negat cri-
men expilatæ hæreditatis: quia datur actio famil.erciſc. vt ſu-
prà famil.erciſ.l.ſi aduerſus. ergo patet non eſſe, quod crimen
expilatæ hæreditatis, vel ex eo crimine actio proponebatur
ad res: alioquin alia redderetur ratio, ſcilicet, quia proponi-
tur criminaliter tantùm.

ANNOTATIO.

a Expilat. Adde quod improprie venit appellatione furti, & punitur
ſtatuto dictante de furto. vt tenet uor Bald.in l.de his.C.de furt.l.udo.
ro.in l.gerit.ff.de acquir.hæred. Doct.in l.prima.de crimi.expil.hære.
de ipſius autem pœna vide Alberic.in ſtat. part.ſtatu.q.xcj.& Paul.de
caſt.in conſi.xxxi.circa fi.vbi de hoc copioſe.

De vi bonorum raptorum. *Rubrica.*

1 *Actio vi bonorum raptorum pro quibus locum habeat, & ad
quid detur. & numer.7.*
2 *Actio vi bonorum raptorum in quiqus rebus locum habeat.*
3 *Vis cuiuſmodi requiratur, vt detur actio vi bonorum raptorum*
4 *Actio vi bonorum raptorum cui detur.*
5 *Actio vi bonorum raptorum contra quem detur.*
6 *Raptor bonorum quibus actionibus conueniri poſſit.*
8 *Actio vi bonorum raptorum qualis ſit, & quid differat ab a-
ctione furti.*

VIRO modo actionis vi bonorum raptorum, titulus.& eius tractatus,hic inter crimina inferitur: cu nihil de rapinæ accuſatore h c dicatur. Sed forte hoc ideo eſt:quia ſ. de accuſatione violẽtiæ plenè ponit ad leg. Iul. de vi. Nunc autem ponitur de accuſatione
1 quæ naſcitur ex violentia. †Sciẽdum eſt autem, quòd pro rapi-
a na[a] locum habet actio vi bonorum raptorum. Item pro dãno
dato:ſi, collectis hominibus,quis ded rit damnum, agitur contra eum qui co legit homines: ſi collecti,vel collector dederit damnum,ex primo edicto:& intra annum in quadruplum, poſtea in ſimplum. Non tamen puto excuſari collectos,quin teneantur de iure cõ nuni,ſi dederint damnum. Et ſecundo autem edicto agitur cõtra eum,qui non co legit homines,ſed contra eum,qui collectis hominibus,à quocunq; vel turba e lecta quacunq; occaſione dedit alicui damnum. Et agitur contra eum,qui dedit damnum in duplum intra annum: poſt annum agitur in ſimplum. Turba autem non propriè dicitur duorum vel trium, vel quatuor: ſed x.aut xv. Rixa autem duorum eſt. Item & hoc ſecundo edicto tenetur ille, cuius dolo malo damnum datum eſt in turba: vt ff.eo.l.ij.§.reſpon.& l.prætor ait.ij. De actione vi bonorum raptor.quæ locum habet pro rapina, videamus,quando locum habeat, cui detur, cõtra quem, intra quantum tempus, inquãtum, & qualis ſit actio. Nam de actione vi bonorum rapto. quæ competit pro damno, ſatis dictum eſt: quia nec de ea tractatur in hoc titu. vel in libro Inſtitutio-
2 num. † Locum habet hæc actio[b] in rebus mobilibus tantùm,
b vel ſe mouentibus: vt j.eod.l. .& Inſtit.eo.tit.§.quod non ſolùm. Vbi autem res immobilis per vim eſt occupata, locum non habet, niſi in caſu, quãdo expellor de prædio, in quo ſunt mobilia. nam gratia mobilium etiam vi bono.rapto. agi poteſt,& interdicto vnde vi: vt ff.de vi & vi arma.l.j.§.ſi fundus. Dicuntur autem immobilia propriè inuadi mobilia verò occupari, vel rapi: vt Inſtit.eod.§.quod non ſolùm. Sed impropriè etiam domus dicitur occupari: vt ſ.de rei vendic.l.domum. Item lo-
3 cum † habet hæc actio, ſi vis interu. nerit, ſcilicet ablatiua, non compu. ſiua. Nullo enim modo etiam tacitè debet interuenire patientis voluntas: alioquin ceſſaret hæc actio. Nam plures ſunt ſpecies violentiarum, vt notauimus ſ. quod met.cauſ. Item oportet vim fieri dolo malo. Si quis igitur rem ſuam rapuerit, credens ſibi licere, vi bono.rapto. non tenetur: ſed aliter mulctabitur, ſcilicet ex cõſtitutione, ſi quis in tãtam.ſ.vnde vi. Vis enim continet in ſe dolum: non tamen qui dolo facit, vtiq; vim facit ff.eod l.ij.§. do.& § hac actione. Sed licet ex ſuo nomine in pluribus tãtum rebus locum videatur habere: in re tamen vna etiam modica locum habet: vt ff eod. l. j. . quod ait
4 prætor. † Datur hæc actio ei, ex cuius bonis res eſt rapta. Nec ſpectamus, vtrum fuerit res in bonis actoris, an non. Satis eſt enim, quod ſit ex bonis: & tunc intereſt actoris eam non eſſe raptam. Si ergo res rapta erat cõmodata rapinam paſſo, vel locata, vel pignorata, vel vſusfructus nomine conceſſa, vel alterius iuris, quod haberet in re: vel etiam apud eum depoſita, maximè vt intersit ſua eam non rapi, habebit hanc actionem, vt non accipiat dominij æſtimationem, ſed illud ſolùm, quod ex bonis eius eſt, hoc eſt, ex eius ſubſtantia. Res dicitur ablata cùm pœna, ſcilicet tripli. Et generale eſt vt cui datur actio furti in re clam facta, ex eiſdem rationibus detur ei actio hæc. Pro re autem depoſita datur actio furti depoſitario: ſi in rem depoſitam culpam promiſit: vel pretium depoſitionis non quaſi mercedem accepit: vel ſi ſe quis obtulerit depoſito. Vtius tamen dicendum eſt, vt etſi ceſſet actio furti ob rem depoſitam, tamen detur actio vi bonorum raptorum: quia non minima differentia eſt inter eum, qui clam facit, & eum qui rapit: cùm ille celet delictum ſuum, hic publicet, & crimen etiam publi-
5 cum committat: vt ff.eodem.l.ij.§.in hac actione. † Datur hæc actio contra raptorem, & contra eum, qui præbuit ei opem, & conſilium: vt & diximus in actione furti: ſuprà de furtis. non tamen videtur teneri urti qui præſtitit opem rapinæ vt ff.de furt. l. ſi vendidero. §. cùm raptor. In hæredes autem non datur etia in eo quod peruenit ad eos: quia prætor putauit ſufficere dari contra eos cõdictionem ſi rtiuam. vel forte prætor non eſt polli itus eam in hæredes: ſed tamen datur in hæredes ſecundum regulam aliarum actionum, quæ ſunt ex maleficio. Hæredibus autem [illegible] nam paſſi, & ſucceſſoribus eius datur
6 hæc actio: vt ff. [illegible] Nec † prætermittendum eſt, quod raptor nedum hac actione, ſed etiam rei vẽdicatione, & actione furti poteſt conueniri.ſ. non manifeſti, niſi in caſu, ſcilicet, quando quis ex domo, in qua nemo erat, rapuit: tunc enim tenetur hac actione de bonis raptis in quadruplum, & furti manifeſti [illegible] o tol r. vt ff. de furt. ſi quis ex domo. & hoc ſecundum Plac. Sed forte tol tur actio furti non manifeſti facta ex actione vi bono. rapt. Non dico quod impediatur natiuitas vnius per alteram: ſed ſi primò agatur furti, non denegatur actio iſta in id, quod amplius eſt in ea: vt ff.e .l.j. Poteſt etiam illud dici raptorem teneri furti manifeſti, ſi deprehendatur in rapina, licet Plac. dixerit contra, ſicut innuere videtur prædicta l.ſi quis ex domo.& ita etiam poteſt intelligi, quod dicit lex, cum raptor omnimodo furtum faciat, manifeſtus fur æſtimandus eſt, ſcilicet ex ſua publicatione, & ex domini deprehenſione.& ideo tenetur vtraque actione. Sed ille, cuius dolo raptum eſt, non tenetur furti ſcilicet, manifeſti: quia nec eſt deprehenſus, ſed tenetur vi bonorum raptorum. & cur non teneatur furti manifeſti cùm illud à principio ſit commiſſum, non video, licet lex videatur dicere contra: vt di-
7 citur de furtis. l. ſi vendidero. §. cùm raptor. † Datur hæc actio intra annum vtilem in quadruplum, & in quadruplo ineſt rei perſecutio. Iudicari tamen experiuntur in duplum contra Chriſtianos raptores: vt ſ. de paganis. l. Chriſtianis. poſt annum autem datur in ſimplum: vt j.eod. l.j.& l. & l.penulti. Vtilem annum accipe ccclxv. dies, in quibus habet quis poteſtatem agendi contra raptorem, & cõtra dominum raptoris. Nam cùm quocunque fuerit experiundi poteſtas, excluditur actor: & ſi cum domino actum ſit intra annum, & exactum ab eo: deinde agatur cum manumiſſo: obſtat exceptio rei iu-
8 dicatæ: vt ff.eod.l.iij. Perſonalis † eſt hæc actio, & ex maleficio, & cõtinet rei perſecutionem. & pœnę: ſed actio furti continet pœnam tãtùm: vt Inſti.eo.§.quadruplum. Item & actio furti ſemper eſt perpetua: vt Inſtit.de perpet.act.in prin.titul. Item furti actio quandoque datur etiam furi: vt ſ. diximus de furtis. ſed de hac non reperitur, quòd detur raptori. Item furto facto alij, quandoque alius agit furti: non ita eſt in rapina alij facta, vt alius agat ex ea Item filio rapto, licet rapina committatur: tamen pater non vi bonorum raptorum agit, quia filius non eſt in bonis, vel ex bonis: ſed furti experietur. vt Inſtitut. de oblig. quæ ex delict. naſc.§.interdum. Poteſt & illud dici, vt per rapinam etiam modicam creditor cadat iure crediti, non ita fortè cadet etiam per furtum magnum.

ANNOTATIONES.

a Rapina. Raptor duobus modis dicitur, ſcilicet rerum & hominum, & maximè fœminarum. Rapina rerum, raptus mulierum, & maximè virginum. Rapinæ autem crimen cõmittitur, cum quis per violentiam, & vi, & aperte res alienas rapit vndecunque, excepto loco ſacro, vel re eccleſiaſtica. Rapina aliquãdo fit cum armis: quorum diuerſa eſt pœna. Vnde ſciendum eſt quòd omnis raptor eſt fur: ſed non conuertitur: quia nullus improbior fur eſt, quam qui rapit. Inſtit. vi bono. rapt. in princip. Raptoris iterum ſecundum legem pœna eſt, quod intra annum in quadruplum, poſt annum in ſimplum punitur, re ipſa in quadruplo computata. ff. vi bono.rapt. l.prima. & ſecunda. Et hoc, ſi ciuiliter agatur. Mar us.

b Hæc actio. De iſta actione vide Spec.in titul.de rapt. d. Alex.de Imo, in conſi. in primo volum. qui iam materiam diffuſe examinat.

De crimine ſtellionatus. *Rubrica.*

1 *Stellionatus crimen vnde dicatur.*
2 *Stellionatus accuſatio quando locum habeat.*
3 *Stellionatus pœna qualis ſit.*
4 *Stellionatus crimen an, & quando infamet.*

REDIT ad propoſitã materiam accuſationum, proponendo accuſationem quandam generalem, & ſubſidiariam, quæ ob crimen ſtellionatus proponitur. Vidẽdum ergo vnde dicatur crimen ſtellionatus, & quando locum habeat accuſatio ex hoc crimine:
1 & quæ ſit eius pœna. † Dicitur autem crimen ſtellionatus à ſtellione animali quodam reptili, quod eſt ſerpenti ſimile: & eſt ſtel

eſt ſtellionatum, id eſt, varium diuerſiſq; coloribus pictum:
vt cœlum ſtellis apparet eſſe diſtinctum. Eſt ergo accuſandus
crimine ſtellionatus qui veritatis, vel varietatis, & mendacij
2 reus eſt. † Locum habet hæc accuſatio ex hoc crimine, quan-
do deficiente alia ſpeciali accuſatione, æquum eſt alicui ſub-
uenire contra delinquentem. Sicut enim in pecuniaria cauſa
datur actio de dolo in ſubſidium, ita & in criminibus, aliàs
criminalibus cauſis: vbicunque titulus deficit criminis: hoc
crimen ſtellionatus obiicitur, & dolo interpoſito locum tan-
tùm habet huius criminis accuſatio. Et poſſunt proponi
exempla: vt ſi rem obligatam quaſi non obligatam vendo, vel
permuto, vel in ſolutum do, vel etiam obligo: niſi erat primò
obligata ad modicum æris, & ex ea poteſt vtrique ſatisfieri.
a Item ſi quis imposturam[a] fecerit, id eſt, bonis viris per men-
dacium impoſuit: vel ſi fecerit colluſionem in necem alterius,
hoc crimine poſtulabitur: & probantur hæc ff. eod. l. iij. & ff.
de pign. act. l. tutor. §. contrariam. & l. ſi quis in pignore. Secus,
vbi rem eandem diuerſis vendo. tunc enim habet locum ſpe-
cialis accuſatio legis Corneliæ de falſis: & ideo deficit hic ge-
3 neralis: vt ff. ad leg. Corn. de falſis. l. qui duobus. † Pœna au-
b tem ſtellionatus nulla legitima eſt[b], cùm nec crimen legiti-
mum ſit. Solent autem ex hoc crimine extra ordinem plecti:
dummodo non debeat hæc pœna in plebeis egredi opus me-
talli. In iis autem, qui in aliquo honore ſunt poſiti, ad tem-
pus relegatio, vel ab ordine motio remittenda eſt: vt ff. eod. l.
4 iij. §. pœna. † Infamia autẽ irrogatur, ſi deſcendat hoc crimen
ex ea cauſa, quæ priuato iudicio infamat, vt ab actione de do-
lo, cum qua concurrit hoc crimen: vt ff. eo. l. de dolo. & l. ſi le-
gatarius: ſecus ſi ex ea cauſa deſcendat, quæ inducit contra-
riam pignoratitiam actionem, vt cùm quis obligat rem alie-
nam, vel eam alij obligatam: vt s. dictum eſt: tunc enim non
infamat: vt ff. de pub. iudic. l. infamem. & ff. eod. l. ij. & de iis,
qui not. infam. l. quid ergo. §. vlt.

ANNOTATIONES.

a Imposturam. Vide Bud. in l. iii. ff. de crim. ſtellio. ſed vide eundem latius in l. iiii. §. Item aleatores. ff. de ædil. edict.

b Legitima eſt. Ad materiam huius tit. vide ſpec. hoc eod. tit. Doct. in l. ii. & iii. ff. eod. vbi eſt propriè locus materiæ.

De iniuriis. *Rubrica.*

1 *Iniuria quid ſit, & quot modis dicatur.*
2 *Iniuriam facere qui poſſint.*
3 *Iniuria quibus modis fiat.*
4 *Iniuria quando dicatur facta literis.*
5 *Iniuria per ſcripturam illata pœna qualis ſit.*
6 *Iniuria quando dicatur fieri in corpus.*
7 *Iniuria quando cenſeatur facta ad minuendam dignitatem.*
8 *Iniuria quando fiat ad infamiam.*
9 *Iniuriarum actionem dari iniuriam paſſo: atque inibi per quos quis iniuriam patiatur. & num. 11. & 12.*
10 *Iniuria nomine filiifam. facta, cui competat actio iniuriarum.*
11 *Iniuriam factam ſeruo quando dicatur dominus pati: & quando ob eam detur actio iniuriarum domino.*
13 *Iniuriarum actio aduerſus quem detur.*
14 *Iniuriarum actio quibus caſibus denegetur aduerſus eum, qui iniuriam feciſſe dicitur.*
15 *Iniuriarum actio in quantum, ſeu ad quid detur.*
16 *Iniuria æſtimatio ex quibus augeatur.*
17 *Iniuriarum actio qualis ſit.*
18 *Actionem iniuriarum tolli per pactum, atque etiam per diſſimulationem.*
19 *Iniuriarum nomine poſſe agi ciuiliter, & criminaliter. & altero iudicio alterum tolli.*
20 *Illuſtres accuſantes aut accuſatos iniuriarum poſſe per procuratorem accuſare, vel reſpondere.*

DIXIMVS de actione vi bonorum raptorum: &
quia rapiendo fiunt iniuriæ: audiamus de iniuriis.
Videamus ergo, quot modis dicatur iniuria, quis
poſſit iniuriam facere, quis ſentire, quot modis
fiat, cui detur hæc actio, contra quos, in quantum, & qualis ſit.
1 † Dicitur iniuria generaliter omne id, quod non fit iure, quaſi
non iuria. Specialiter dicitur iniuria iniquitas, vel iniuſtitia
iudicantis, quaſi ius iniquum ex eo dicta, quòd iure & iuſtitia
careat. [Dicitur & iniuria culpa: vt in lege Aquilia.] Dicitur
& iniuria contumelia in hac actione à contemnendo, ſcilicet
2 dicitur contumelia: vt Inſt. iur. eod. in princ. & ff. eo. l. j. † Poſ-
ſunt autem omnes facere iniuriam, qui & poſſunt pati, & è
conuerſo: ſed tamen fallit hoc in furioſis, & impuberibus, qui
doli capaces non ſunt. Nam iſti iniuriam ſolent pati, & non
facere, cùm enim iniuria ex affectu facientis conſiſtat, conſe-
quens eſt hos ſiue pulſent, ſiue conuicium dicant, iniuriam fe-
ciſſe non videri. Ergo quis patitur iniuriam, etſi non ſentiat.
Nemo autem facit, niſi qui ſcit ſe iniuriam facere: etiam ſi ne-
ſciat, cui faciat: quare ſi quis per iocum percutiat, aut dum cer-
3 tat, iniuriarum non tenebitur: vt ff. eo. l. illud. † Fit autem in-
iuria tribus modis re, verbis, & literis. Re, quoties manus in-
feruntur: verbis, vt cùm fit conuicium, & dicitur conuicium,
vel à concitatione, vel à conuentu, hoc eſt, à collectione vo-
cum. Cùm enim in vnum plures voces conferantur, cõuicium
dicitur quaſi conuocium. Fit autem conuicium non tantùm
præſenti, verumetiam abſenti. Nam ſi quis ad domum tuam,
vel tabernam, vel ſtationem venerit, te abſente, conuicium di-
citur feciſſe, ſi vociferatus eſt: vel etiam cõcitauit alios ad vo-
ciferandum contra certam perſonam. Nam ſi certæ perſonæ
conuicium non fiat, nulla executio eſt: vt ff. eo. l. j. §. iniuriam.
4 & l. itẽ apud §. conuiciũ & §. feciſſe. & §. eſt. † Literis fit iniuria,
cùm quis librum, vel carmen, vel hiſtoriã ad infamiã alicuius
pertinentem ſcripſit, vel compoſuit, vel edidit, vel dolo malo
fecerit, quo quid eorum fieret. Nec diſtinguitur ediderit no-
mine ſuo, vel nomine alterius: vel ediderit adiecto nomine
eius, in quem fecit: an nõ adiecto. Nam & ſi nomen adiectum
non eſt, quia probatio difficilis eſt: nihilominus publica quæ-
ſtione per criminalem accuſationem reus iudicat, vel iudica-
tur. Si autem nomen adiectum eſt, etiam iure communi poteſt
agi actione iniuriarum. Fortè & agetur ciuiliter de iniuria,
vbi nomen non eſt adiectum: ſi probetur in cuius infamiam
ſcripſit: quod difficile eſt probare. Et eodem modo tenetur il-
le, qui libellum famoſum, vel ſimilẽ ſcripturam curauit emen-
dum, vel vendendum. Item eodem modo tenetur, qui ſine ſcri-
ptura in notam aliquorum aliquid produxit: puta, veſte lugu-
bri: vel ſqualida vtitur ad iniuriam alicuius: vel barbam de-
mittit, vel capillos ſubmittit: vt ff. eod. l. item apud. §. hæc au-
tem. & l. lex Cornelia. §. ſi quis librum. & §. eadem pœna. & l.
quod Senatuſcõſultum. vel fideiuſſores idoneos reprobat, vel
fideiuſſores in iniuriam debitoris interpellat, vel domum ab-
ſentis ſignat, vel liberũ pro fugitiuo capit, vel ſtuprum etiam
in ſeruam cõmittit, vel aliquem habet ludibrio, vel in inferio-
rem vicinum aliquid proiicit, vel in ſuperiorẽ fumum immit-
tit: vt ff. eo. l. ſi creditor. & l. ſi iniuriæ. & l. ſi liber. & l. ſi ſtuprũ.
& l. ſi quis. & l. pen. & qui ſatiſ. cog. l. ſi verò §. vlti. vel quod
eſt verius in his ſeptem caſibus agetur iniuriarum: ſed non
quaſi pro famoſo libello, vel facto famoſo: imo debet oſtendi
quòd illa, de quibus agitur, facta ſint animo iniuriandi. Et eſt
5 † notandum, quòd in prædictis caſibus pro iniuria, quæ fit
ſcriptura, vel nota publica eſt accuſatio, & pœna eſt capitalis
& inteſtabilis quis eſſe iubetur. Vt eadem pœna imponitur ei,
qui reperit libellum famoſum, & nõ ſtatim corrupit: vel igne
cõſumpſerit: ſed vim eius manifeſtauit. Accuſatori etiam pre-
tium cõſtituitur arbitrio iudicis pro modo ſubſtãtię accuſa-
tæ perſonæ: vel ſi erat ſeruus perducitur ad libertatem. Quid
enim ſi publica vtilitas ex hoc emergit? Et probantur hæc ff.
eo. l. lex. §. vlt. & l. quod ſenatuſcõſultum. & j. eo. l. j. aliàs au-
tem crimen iniuriarũ non publici iudicij ſed priuati continet
querelã: vt j. eo. l. iniuriarum. ij. Item ſciẽdum eſt quòd omnis
iniuria aut infertur in corpus, aut ad dignitatem, aut ad infa-
6 miam pertinet. † In corpus fit, cum quis pulſatur[a], verberatue,
a vel domus alicuius vi eſt introita: & in his tribus caſibus agi-
tur iniuriarum ex l. Corn. Et eſt pulſare, ſine dolore, cædere,
cum dolore: & dicitur verberare abuſiuè, qui pugnis cędit: vt
ff. e. item apud. §. verberaſſe. Domus eſt accipiẽda non pro ple-
na proprietate domus, ſed pro domicilio conducto, vel gratis

conceſſo. Ad meritoria tamen, vel ſtabula non pertinet hoc vt ff.eod.l.j.§.omnem.& l.lex.j reſpon.& §.j.ij.& iij. Forte & in his caſibus agetur iniuriarum de iure prętorio cum ſi ſuſa.pulſato datur patri prætoria actio iniuriarum: filio verò detur ex
7 lege Cornelia. vt ff.eod.l.lex.§.illud. † Ad dignitatem minuendam fit iniuria cùm comes matronæ abducitur. Comes eſt, qui comitatur, & ſequitur, ſiue liber, ſiue ſeruus, ſiue maſculus, ſiue fœmina, & qui deſtinatus eſt, vt ſequeretur etiam ſi pædagogus ſit. Abducit non qui cœpit abducere, ſed qui perfecit, vt comes non eſſet cum ea, ſiue fecit vi, ſiue perſuaſit comiti, vt dereſeret eam: vt ff.eo.l.j.§.omnem.& l.item apud.§.
8 comitem. & §.abduxiſſe. Fit etiam iniuria ad infamiam, cum pudicitia alicuius attentatur: niſi fœmina ancillari, vel meretricia veſte erat induta: quod fit per appellationem, vel aſſectationem. Eſt autem appellare blanda oratione alterius pudicitiam attentare, ſcilicet cùm agitur, vt ex pudico impudicus fiat: hoc enim non eſt conuicium facere, ſed aduerſus bonos mores vrbis Romæ, non eius qui fecit attentare. Qui turpibus verbis vtitur, non tentat pudicitiam: ſed iniuriarum tenetur.
☞ Aſſectare eſt, cùm quis tacitus frequẽter contra bonos mores, non gratia colludendi, vel officij honeſte faciendi, ſequitur. Aſſidua enim frequentia quaſi præbet nonnullam infamiam: vt ff.eo.l.j.§.omnem.& l.item.§.tenetur. & § ſi quis. & §.idem
9 ait, aduerſus. & l.attentati. † Datur actio iniuriarum paſſo iniuriam. Vnde neceſſe eſt, vt ſciamus, per quos quis patiatur iniuriam. Patitur quis iniuriam nedum per ſe, ſed etiam per liberos ſuos, quos habet in poteſtate: vt Inſtit.eo.§.patitur. Vſq; adeò, vt etiam ſi volentem filium quis vendiderit, vel contemptui, vel ludibrio habuerit: tamen ego iniuriam videor accipere, veluti ſi in popinam deduxerit eum: ſi luſerit ad alea. Filij verò nomine non competit actio iniuriarum: quia nulla iniuria eſt quæ fit in volẽtem: hoc ita ſi ſciebat eum eſſe filiumfa. licet ignoraret cuius: nam ſi credebat eum eſſe patremfa. non datur mihi patri actio iniuriarum: vt ff.eo.l.j.§. vſque adeo.;& l.eum, qui. §.at cum aliquis. & l.ſi quis ſeruum, ſatis enim eſt, quòd cuicunq; patri voluit facere iniuriam. Sed aliud eſt, cùm quis facit mihi iniuriam, & putat me Lucium, cùm ego ſim Caius: prævalet enim, quod principale eſt, eum iniuriam mihi facere velle: nam certus ſum ego, licet putet me alium eſſe, quàm ſim: & ideò iniuriarum habeo actionem: vt ff.eo. l.eum.
10 §.ſi iniuria. Aliàs † autem vbi filiofa.inuito fit iniuria, datur d ei actio iniuriarũ, & ſuo nomine: vt ff.de act.& oblig.l.filiusfa. Exercitium autẽ actionis patri competit, adeò vt non tantùm ipſe pater, verũetiam procurator eius generalis, vel etiam ſpecialis præferatur filio in exercenda actione iniuriarum. Si tamen pater, vel procurator ſint præſentes, & compotes mentis, & diligenter exequantur actionem iniuriarum: nam ſi furioſi ſunt vel abſentes, vel differunt, vel remittunt, vel donãt actionem iniuriarum, competit filio exercitium: puta, ſi patris perſona ſit vilis & abiecta, filij honeſta. Neque enim debet pater viliſſimus filiorum cõtumeliam ad vilitatem ſui metiri. Quid enim ſi prodigus eſt, & ei curator à prætore datus eſt? vbi verò pater pręſens eſt, & honeſtus, & diſcretus, & actionem differt, vel remittit, vel donat, denegetur actio filio. Nam & patre abſente ideo datur actio filio, quia veriſimile eſt patrem acturum fuiſſe. Hodie verò fortè remittere non poſſet: vt ſuprà de bo.ma.l.j.& de bo.quæ lib.l.vlt. Sed ſi pater vilis lite conteſtata cœperit abeſſe, vel negligere executionem, transfertur iudicium in filiumfam. Idem ſi lite conteſtata à patre filius ſit emancipatus. Vbi tamen pater abſens eſt, vertitur in cauſæ cognitionem, quàm longè pater abſit, & quando venturus eſt, & nunquid filius ſit ſegnior, vel inutilis ad nodum, qui non ſufficit ad alicuius rei adminiſtrationem: ac per hoc nec ad hanc actionem: & ita cauſa cognita, datur, vel denegatur actio filio. Item [illegible] abſente propter iniuriam nepoti factam datur actio iniuriarum patri eius, ad cuius officium pertinet, etiam viuẽte auo, filium [illegible] tueri in omnibus. Item dare poterit procuratorem [illegible] denim ſi impediatur agere [illegible] nec eſt pręſ[illegible] ſendum [illegible] ſi filius egerit, denegatur actio patri propter iniuriam [illegible] & è conuerſo [illegible] & probantur hæc ff.eo.ſed
11 ſi v [illegible] iuſſu. ait [illegible] † Item patimur iniuriam per ſeruos noſtros in duobus caſibus, id eſt, ſi fiat eis iniuria etiam leuis ad ſuggillationem noſtram. Item & ſi non fiat ad ſuggillationem noſtram, ſed atrox fuit iniuria: maximè ſi verberibus, vel quæſtionibus affligeret. hoc enim & ſeruum ſentire palam eſt. Si verò [illegible] iniuriam ſit paſſus, non datur actio, niſi cauſa cognita. Nam ſi leuiter ſit percuſſus, vel maledictum ei [illegible]iter, non datur actio. At ſi infamatus ſit, vel facto [illegible], vel etiam ſine ſcripto, conſiderabit prætor qualitatem ſerui, an ſit bonæ frugis, ordinatius diſpenſator,
b an verò vulgaris, vel mediaſtinus, in qua is qualis, vel compe-
c ditus, vel [illegible] notus, vel notæ extremæ. ſic habebit prætor rationem [illegible] iniurię [illegible] adnuſſa quàm perſonæ ſerui [illegible] denegabit, aut permittet [illegible] actionem iniuriarum: [illegible] crediderit ſeruum eſſe liberum. & hoc eſt quod [illegible] ſeruo, inulta non relinquitur à prætore. Inſtitut.eod.§.ſeruis autem ipſis.& ff.eod.l.item apud.§.prætor [illegible] t.& [illegible] quis.& § prætor ait, ſi quid. & §.interdum. Sed quidam [illegible] liter intellexerunt prædictum verbum, vt ipſe ſeruus poſſit agere iniuriarum, [illegible] eſt atrox iniuria. Obiiceret forte aliquis non dari [illegible] actionem iniuriarum, vbi non eſt facta ad ſuggillationem eius: ſicut nec datur [illegible] verberato filio, ſi [illegible] dubit al quis filiumfamilias eſſe patremfam. ſed certe ibi aliud eſt: quia ſatis habet lex, ſi datur [illegible] non patri. Idem & in ea, quam putu viduam: nec enim datur marito, quem offendere noluit: ſed datur mulieri. Hæc autem ſi do[illegible] huius, quem liberum credebat, non datur, nu[illegible] daretur: quia ſeruo nulla datur actio. ſic ergo maleficium eſſet impunitum: quod eſſet iniquum: hoc ita, niſi ſeruum [illegible] putauerim meum eſſe proprium: quia tunc nulli volui facere iniuriam, vel niſi credebam eſſe vnius, & erat alterius, cuius, ſi ſcirem eſſe, non cæderem: vt ff.eodem.l.item.§.interdum. Si verò ſit ſeruus communis ille, quem verbero, non teneor, cùm iure dominij fecerim: vt ff.eo.l.item.§.ſi communem. Sed & ſi alienus erat in totũ, diſtinguitur, vtrum verberauerim aduerſus bonos mores, vel de eo, ſine iuſſu domini, quæſtionem habuerim: vel etiam cum iuſſu, ſed modum exceſſerim, an non. Nam ſi corrigendi animo verberauerit quis, non tenetur. Idem & in magiſtratu ſi verberauerit ſeruum. Requiretur enim, quòd quid facientem ſeruum meum verberauerit: nam ſi honorem ornatre aq; petulanter attentantem ceciderit, abſoluetur magiſtratus. Quæſtio autem continet
d tormenta, & corporis dolorem, & malam mãſionem. l.item apud Labeonem.§.quæſtionem ff.de iniur. Nulla ergo interrogatio, vel leuis territio non pertinet ad hoc edictum: vt ff.e.l.item.§.prætor ait, qui ſeruum.& §.adiicitur. & § quæſtionem.& §.quamuis. Si verò ſeruus non ſit meus in totum, vel pro parte, ſed ego bona fide eum poſſideo, vel vſumfructum in eo habeo, non cõpetit mihi actio, niſi in meam cõtumeliam facta ſit ei iniuria: & in hoc differt à proprio, licet quidam neſciuerint aſſignari differentiam inter eos: vt ff.eod.l.item §.
12 pe.& antep. † Item patimur iniuriam per vxores noſtras: non autem patiuntur vxores per maritos. Defendi enim vxores à viris, non viros ab vxoribus ęquum eſt. Sed & ſocer, nurus nomine, cuius vir in poteſtate eſt iniuriarum agere poteſt. & ita poterit eſſe, quòd ex vna iniuria datur tribus actio iniuriarum: nec alicuius actio per alium cõſumitur: puta, vxori meæ filiæfamil. iniuria facta eſt, & mihi, & patri eius, & ipſi, datur actio iniuriarum: vt Inſti.eo.§.patitur.& ff.eo.l.j.§.vlt.& l.ij. Item ſi fiat iniuria cadaueri defuncti, cui ſumus hęredes, iniuriarum actionem habemus: ſpectat enim ad exiſtimationem noſtram, ſi qua fiat ei iniuria. Idemq; ſi famæ eius, cui hære-
13 des extitimus, detrahatur. vt ff.eo.l.j §.& ſi forte. † Datur actio
e iniuriarum in eum, qui fecit iniuriam, id eſt, qui percuſſit: & in eum, qui dolo fecit, vel curauit, vt cui mala pugno percuteretur, & in illum, qui mãdauit iniuriam fieri, & in illum, qui alium conduxit, vt iniuriam faceret, & in illum, qui perſuaſit alij aliàs nolenti, vt ſibi obediret ad iniuriam faciendam vt Inſti.eo.§.non ſolum.& ff.eo.l.non ſolùm.j.reſp. & §.ſi mandato.& §.Proculus. Eſt notandum, quòd hæc actio quodam mirabili modo datur noxaliter. Nam in arbitrio domini eſt, an velit verberandum eum exhibere: vt ita ſatisfaciat ei, qui iniuriam paſſus eſt, neq; erit neceſſe domino vtiq; eum præſtare verberãdum: ſed eliget an pręſtet ſeruum verberandum,
vel

vel noxæ dedat eum, vel ſufferat litis æſtimationem: vt ff.eod.
14 ſed & ſi vnius.§.cùm ſeruus. † Item & illud notandum quòd ab iniuria quis excuſatur ratione delicti, quòd verè commiſerat is cui contumeliandi animo delictum obiecit alius: peccata enim nocentium nota eſſe oportet, & expedit: vt ff.eod. l.eum, qui.j.reſpon. ſed niſi iniuriator excuſetur delicto iniuriati, tenetur iniuriarum: vt j.eod.l.ſi non es nuntiator. Item excuſatur iniuriator, qui fecit iniuriam cauſa venerandę reipublicæ: vt ſi ſcutum alicuius perforauit magiſtratus, quia malè ſe habuerit in bello. Fecit enim ad vindictam maieſtatis publicæ: vt ff.eod.l.quod reipublicæ. Item & ex ratione dignitatis præſumitur pro alio, quòd non fecerit animo iniuriandi: vt ſi ille, qui vtitur iure publico iudicat, vel pronuntiat, vel aliquid facit: puta, iubet aliquem duci, quia decreto prętoris nó obtemperauit, non agitur iniuriarum, quia iuris executio non habet iniuriam. Sed & ſi cùm alium contingeret locatio duumuiri, hoc onus alij indixerunt alij, non tenentur iniuriarũ. Idémq; in cæteris muneribus, & honoribus, vel in ſententia de iniuria lata. Item & ratione artis: vt ſi aſtrologus, vel ſi diuinator conſultus dixerit aliquem eſſe furem, punietur tamen per legem: vt ff.eod.l.item.§.ſi quis aſtrologus. Item nec ille tenetur iniuriarum, qui non patitur mihi honores decerni: ſi tamen per iniuriam ad tribunal alicuius me interpellauerit, vexandi me cauſa, teneris mihi iniuriarum: vt ff.eod.l.iniuriarum.§.j.ij.iij. iiij.v.& vj. Idémque & in eo, qui de libertate petit aliquem in ſeruitutem, quem ſciat liberum eſſe: vel aliquo proclamãte de ſeruitute in libertatem ipſi ei reſiſtit ſcienter, vel per calumniam: neque id facit propter euictionem, vt eam ſibi cõſeruet:
15 vt ff.eod.l.non ſolùm.§.vlt.& l.ſi quis de libertate. † Datur actio iniuriarum in tantum, in quantum paſſus iniuriã ad animum reuocauerit, vt ſi dicat ſecundum quoſdam, ego iuro, quòd prius nollem lucrari centum, quàm pati hanc iniuriam. Ego puto, quòd debeat dicere, Mallem tantam ſummam amittere, quàm pati talem iniuriam. Nam in pœnis molliendis, non exaſperandis, debemus eſſe prompti taxatione tamen à iudice facta: ne quis iuret in infinitum ſiue ex lege Cornelia, ſiue ex edicto prætoris quis agat: vt ff.eod.l. conſtitutionibus.§.j. & Inſtit.eod.§.pœna.& ff.de pœnis. l.penult. Et certum eſt, quòd grauius quis ſentit, ſi amittat de ſuo, quàm ſi non lucretur. Vel, ſi iudex ſit timidus, ſtet in generalibus verbis legis, vt dicat ſolummodo, Pro quãto nolles hanc iniuriam te paſſum fuiſſe? nec debet dicere, pro quanto nolles hanc iniuriam pati? ſemper enim faciẽda eſt relatio ad tempus factæ iniuriæ. Nã & ſi poſtea ſit grãdis dignitatis factus, nó augetur æſtimatio in-
16 iuriæ: vt ff.eo.l.iniuriarũ æſtimatio. † Augetur autẽ æſtimatio iniuriæ propter multa, ſcilicet ex perſona, & ex tempore, & re ipſa. Perſona, cùm magiſtratui, vel parenti, vel patrono ſit iniuria ab humili homine: vel à liberis, vel à libertis: aliter enim ſenatoris, & parẽtis, & patroni: aliter extranei & humilis perſonæ iniuria æſtimatur. Tempore, vt ſi in ludis, & in conſpectu fiat. Nam multum intereſt an fiat in conſpectu prætoris, an in ſolitudine. Nam atrocior eſt quæ fit in conſpectu. Re, habetur atrox iniuria: vt ſi vulnus eſt illatũ, vel alicui os percuſſum. Vulneris etiam magnitudo atrocitatem facit: & nonnunquam locus vulneris, veluti oculo percuſſo. Et nota, quòd atrocitas iniurię æſtimabitur, nedum ſi corpori inferatur iniuria: ſed etiam ſi non corpori: puta veſtimentis ſciſsis, comite abducto, ſed cõuicio dicto: ſed & ſi in theatro, vel in foro cædit, & vulnerat quis alium, quamuis non atrociter, atrocẽ iniuriam facit. Item & quædam iniuriæ à liberis hominibus factæ leues nullius momenti videntur: eædem tamen à ſeruis factę graues ſunt. Creſcit ergo iniuria ex perſona eius, qui contumeliam fecit: vt ff.eo.l.prætor.§.vlt.& l.vulneris. & l.ſed eſt quæſtionis.& l.ſed ſi vnius.§.quædam.& Inſtit.eod.§.atrox.
17 & §.pœna. † Eſt autem hæc actio iniuriarum prætoria: niſi in caſibus de quibus diximus eam ex lege Cornelia competere: & cauetur eadem lege Cornelia, ne iniuriato ſit iudex in actione iniuriarum ille, qui eſt eius ſobrinus, vel propior ſobrino, vel patronus eius, vel parentum, vel ſocer eius vel gener, vel vitricus, vel priuignus, idque ne ipſi fortaſſe ratione affectionis, vel affinitatis, nimis æſtimarent iniuriam: vt ff.eodem, l.lex Cornelia. Ciuilis ergo erit actio iniuriarum in illis tribus caſibus: & ideo dicebat Martinus eam in illis caſibus perpetuam eſſe: quia actiones deſcendentes ex lege perpetuæ ſunt: vt Inſtitut. de perpet.act.in princip. Alij autem dicebant eam annalem, ad exemplum aliarum prætoriarum: vt in prædicto §.continetur.de perpet.act. ita vt annum computemus continuum: niſi vbi facta eſt iniuria per metum: tunc enim exquiritur vtilis annus ad abolendam iniuriam: vt ff.quod met. cauſ.l.ſi cum.§.ſatis. Sed noſtri doctores dixerunt eam ſemper annalem eſſe, & anni continui: niſi vbi ſit per metum: vt dixi infrà eodem.l.ſi non conuicij. Lex enim illa ſpecialiter loquitur in actione iniuriarum, ergo derogat regulæ generali, quæ dicit actiones eſſe perpetuas, quæ deſcendant ex lege. Item hæredi non datur hæc actio, nec in hęredem: niſi lite conteſtata: nam ad ſolam vindictam eſt prodita: vt Inſtitut.de perpet. act. §.non autem omnes. & §.pœnales. & ff.eod. l.iniuriarum actio. In bonis eſt, & famoſa eſt, etiam ex perſona ſerui: vt ff.
18 de is, qui not.infam.l.iniuriarum. † Illud ſpeciale eſt in ea, vt ipſo iure tollatur pacto: vt ff.de pact.l.ſi tibi. §.quædam ſunt. Item vt tollatur ſiue aboleatur diſsimulatione: vt Inſtitut. eo. §. vlt. Illud porrò fabuloſum eſt, vt dicatur non eſſe natam: niſi quis dicat, ad animum reuoco. Licet quidam dicant dominum Bul.id dixiſſe. Sed certè verum poteſt eſſe, quod gratia exempli dixit, ad animum reuoco: aliquo ſcholariũ ſibi dicente, quòd contra legem ſibi reſponderat: non tamen dixit aliter agi non poſſe. Nam & natam eſſe actionem ſtatim patet ex eo quod lex dicit, aboletur: ſiue tollitur: ergo patet quòd nata erat. Aliter enim quomodo aboleretur, ſeu tolleretur? certè nullo modo: vt ff.de verb.obligat.l.decem. & de iniuſto,
19 rupt.& irrito teſtam.l.nam & ſi.§.poſt defectum. † Illud etiam noto, quòd de omni iniuria poteſt quis ciuiliter, vel criminaliter agere: & tollitur ciuile iudicium per criminale: & è conuerſo: vt ff.eod.l.quod ſenatus. & l.prætor. §.j. quod eſt ideo: quia vtrunque proponitur ad vindictam: ſi tamen de iniuria atroci actum eſt iniuriarum, nihilominus poteſt agi lege Aquilia ad damnum: & è conuerſo: vt ff.eo. item apud Labeonem. §.ſi quis ſeruo verberato. nec enim tunc in actione iniuriarum habetur ratio dãni, vt damni: ſed vt contumeliæ, id eſt, vt maior videatur contumelia: vt ſuprà diximus. & infrà eodem. l. dominum. Item ſpeciale eſt in hoc crimine, vt illuſtres accuſati, vel accuſantes de iniuria poſsint per ſe, vel per procuratorem accuſare, vel reſpondere. Et fertur ſententia contra illuſtrem, & ſi non adfuit iudicio, non contra procuratorem: vt ff.eod.l.vltima.

ANNOTATIONES.

a Pulſatur. De hoc vide Bart.in l.non ſolùm. §.ſi mandato. ff.de iniur. Bald.in l. Gallus.§.ille caſus.ff.de libe.& poſthum.do. Alex.in l.lenia. ff.de accuſatio.& in conſil.ccii.in ii.volum.

b Ordinarius. Vide Bud.in l.j.ff.de ſer.corrupt. & Cælium Rhod. lect. antiq.lib.vi.cap.xxxvi.

c Qualis qualis. Vide Alcia.Parerg.lib.xii.cap.iii.

d Malam manſionem Vide Bud.in d.l.item apud.§. quæſtionem. ff. de iniuriis.

e Fecit iniuriam. Adde quod iſta actio iniuriarum infamat demum con demnatione ſequuta: vt tenet Bart.in l.infamem.in vlt.col.verſ.quæro verum damnatus.ff.de pub.iud. Bal.in l.deuotiones. C.de ioſa.d.Alex. in l.diuus.hoc eod.tit.ad huius autem tit.materiam vide Ioan.de imo. & d.in.c.iniuriarum.de pact.d.Alexan.in l.iniuriarum.ff.de iniur.& in conſil.xcxi.in j.vol.vbi de iniuriarum actione ad plenum habes.

De famoſis libellis. *Rubrica.*

1 *Libello non infamandum.*
2 *Libellum famoſum, non corrumpẽtis pœna, aut contra, præmiũ.*

HVIUS tituli ſumma plenè in ſuperiori titulo eſt
1 expoſita: † & præcipit imperator, vt nemo alterius famam laceſcat per famoſum libellum. Imponitur
2 autem pœna † capitis ei, qui libellum famoſum inuentu non corrupit, ſed alij manifeſtauit. Sic & imponitur authori famoſi libelli. Laudem verò maximam & præmiũ conſequitur à principe, qui iudiciario ordine proponit libellũ accuſationis ſuper his, de quibus putauit alium infamandũ per famoſum libellũ, ſi verũ eſſe oſtenderit quod aſſeruit: ſi verò non probauerit, de calumnia capitaliter punietur: vt infrà eod.l.j.

De abigeis. *Rubrica.*

1 *Abigei qui dicantur.*
2 *Abigeatus crimine quando demum quis damnari poßit.*
3 *Abigei qualiter puniantur.*

QVONIAM abigei extra ordinem puniuntur,
vt & qui committunt ſtellionatum: ideo de eis po
nit. Videndum ergo qui dicantur abigei, & quæ
1 pœna imponatur eis. † Et certè abigei ſunt hi,
quibus eſt cura cum dolo malo alienis inſidiari animalibus,
vt iumentis, & ea tranſponere alibi: vt in auth. de nupt. collat.
iiij. §. minores. & ff. eodem. l. j. §. abigei autem. & §. qui pecora.
2 † Et eſt illud notandum, quòd vbi aliquis exercet hoc vt ar-
tem, etiamſi vnum ſubtrahat, vt abigeus damnetur: ſed vbi
non exercet vt artem, non tenetur vt abigeus: niſi decem oues
ad minus ſurripuerit, quę neceſſe ſunt in grege conſtituendo.
Sed grex porcorũ etiam ex quinque, vel quatuor cõſtituitur.
In equis idem fortè: vt probatur ff. eo. l. oues. j. reſp. & §. equũ.
& §. qui ſæpius. Nec diſtinguitur, an abigat quis de domo, vel
3 de agro. † Puniuntur abigei plerunque in opus tẽporarium:
ſed vbi frequentius eſt id genus maleficij, puniuntur dortiſsi-
mè, id eſt, ad gladium: vt ff. eod. l. j. j. reſpon. Puniuntur etiam
receptatores abigeorum: quia relegantur decem annis extra
terram italicam, vel extra prouinciam ſuam: vt ff. eod. l. vlt. §.
vlt. Eſt autem hoc iudicium priuatum: quia furtum magis eſt:
ſed quia plerunque abigei ferro vtuntur, ſi deprehendantur,
ideo grauiter puniuntur: vt ff. eod. l. abigeatus. Et ſine inſcri-
ptione recipitur huiuſmodi criminis accuſatio: vt j. eo. l. vnic.

De Nili aggeribus non rumpendis. *Rub.*

1 *L. vnica C. de Nili agger. ſenſus.*
2 *Nili aggeres rumpentium pœna.*

QVIA non pluit in Ægypto, ſed Nilus certis vi-
cibus egreditur, & inundat agros, & ideo agge-
res ibi fiunt, vt aquam cõtineant: ideo de Nili ag-
1 geribus non rumpendis dicamus. † Nili aggeres
rumpere, vel Nili fluminis valla fluentis, de proprijs & vetu-
ſtis vſibus intra xij. cubitum vſurpare nefas, & damnoſiſsi-
mum eſt in Ægypto, qui præter fas, prætérque morem anti-
quitatis vſurpat. Et eſt hoc crimen quaſi crimen læſæ maie-
2 ſtatis: & publica eſt huiuſmodi criminis delatio. Pœna † eſt,
vt eodem loco vbi ruperit Nili aggeres, vel vſurpauerit valla,
(vt dictum eſt) flamma comburatur: & conſocij, & participes
ſceleris, deportantur: & bona eorum publicantur.

De his qui latrones, vel in aliis criminibus reos, occultauerint. *Rubrica.*

1 *Reum criminis occultans qua pœna puniatur: & quando.*
2 *Rector prouinciæ quam diligentiam adhibere debeat ad capien-
dos, & detinendos reos criminum.*

1 OCCVLTANTES † nocentem patiuntur
eandem pœnam, quam patitur nocens. Sed & in
ſubſtantia punitur, qui offerre nocentem, qui mo-
ratur in prædio ſuo, iudici ſuperſedit, cùm præſens
ſit. Si autem ſit abſens, procuratores domini debent offerre:
alinquin corporalis pœna, aut pecuniaria, pro qualitate per-
ſonæ, & iudicis æſtimatione, imponitur. Dominus enim poſ-
ſeſsionis dominio priuatur: procurator verò, ſeu primates
2 exilio ſubiacebunt. † Item iniungitur rectori prouinciæ, vt ad
capiendos & detinendos latrones, & alios delinquentes, om-
nia ciuilia ab eo dirigantur auxilia: & ſi non ſufficient ciuilia,
poſtulet rector à Tribuno, ſeu primatibus militum, qui in lo-
cis ſunt, auxilium militare. Quòd ſi Tribuni non tribuerint
auxilium, vel etiam tribuerint, ſed damna prouincialibus in-
flixerint, acerrima condemnatione feriuntur, & damna, & læ-
ſiones reſtituent. Idem in præſide prouinciæ ſi non poſtulauit
auxilium, vel etiam poſtulauit, ſed aduerſus innocentem, vel
etiam aduerſus nocẽtem: ſed ob aliã cauſam pręter latronum,
vel aliorum nocentiũ inueſtigationem, vel etiam diſpendijs aſ-
fici prouinciales conceſſerit. Si verò illi qui dicebantur nocen-
tes, poſt exhibitionem eorum, eos nihil criminis admiſiſſe pa-
tuerit, accuſatores de calumnia puniuntur: vt j. eod. l. j. & ij.

De requirendis reis. *Rubrica.*

1 *Rei qui requiri debeant.*
2 *Reus abſens quomodo ſit requirendus: & quãdo, & intra quan-
tum tempus aduerſus abſentem procedatur, ſi non veniat.*
3 *Infamia an irrogetur alicui per annotationem bonorum eius.*
4 *Abſens ante litem conteſtatam non condemnandus.*

SVPRA dictum eſt de accuſatione inſtituenda:
ſed quia accuſati ſunt requirendi, ideo ponit de
requirendis reis. Videndum ergo qui debeant re-
1 quiri, & qualiter. † Et certè requiri debent illi
tantum, qui poſſunt accuſari: de quibus plenè diximus ſ. de ac-
cuſat. & inſcrip. Abſentes etiam requiruntur: licet accuſari non
poſsint. Ego tamen puto etiam abſentem accuſari: nõ vt pro-
cedatur in accuſatione, ſed vt offeratur libellus accuſationis,
& requiratur: vt ſ. de accuſat. l. abſentem. & de exhib. reo. l. ij.
2 † Requiritur autem abſens per edicta, vt in pecuniaria cauſa
& ante lit. conteſta. Requiſitione facta ſi non veniat quis ad
cauſam, adnotatur abſens: & in ſcriptis redigitur, quod eſt
accuſatus, & non venit: & ideo eius bona in publicũ, vel com-
mune deducuntur: vt videmus quotidie facere, Poteſtatem ſic
dicentem: Pono omnia bona eius in banno communi. Et ob-
ſignantur bona eius, id eſt, à publicis perſonis deſignantur, vt
deuoluantur in publicum, niſi ille veniat: vt ff. eo. l. vlt. Adno-
tatione facta iterum debet vocari per edicta: vt ſi non fuerit ei
notum de adnotatione, nunc ſciat de ea, vel per edictum, vel
per literas magiſtratus vbi degit. Et à tempore ſcientiæ com-
putatur annus. Si non venerit intra annum: tunc demum oc-
cupantur bona. ſed & intra annum vendi poſſunt, quæ mora
deteriora fiunt: ita tamen vt ſeruetur eorum pretium: vt ff. eo.
l. vlt. Si verò fiſcus ſteterit per xx. annos, quòd non occupauit
bona, repellitur poſtea. Si autem intra annum moriatur ad-
notatus, intra annum bona ſeruantur eius ſucceſſoribus, ſed
poſtea nequaquam: vt ff. eod. l. j. §. præſides. & §. ſed & Papi-
3 nianus. † Et eſt notandum quod ipſa adnotatione grauatur
opinio adnotati. Non dico eum infamem fieri, quia non eſt
damnatus de crimine publico, vel priuato famoſo: quod lex
exigit in infamia: vt ff. de iis, qui not. infa. l. j. §. j. & l. athletas.
§. calumniator. Sed in pecuniaria cauſa nullo modo grauatur
4 eius opinio: vt j. eod. l. vlt. † Definitiua autem ſententia ante
litem conteſtatam non eſt ferenda in abſentem: ſi quid autem
poſtea grauius erit imponendum vſque ad relegationem po-
terit procedere: vt ff. eod. l. j. & de pœnis. l. abſentem. Sed fallit
in caſu, ſcilicet cùm apparitores de praua admodum venali-
que perfidia accuſantur. Nam etiam abſentes puniuntur: vt
infra de pœn. l. ne diu.

De quæſtionibus *Rubrica.*

1 *Quæſtio quid.*
2 *Quæſtioni ſubijci qui poſſint. & 4.*
3 *Serui contra quos torqueri non debeant.*
5 *Serui quibus caſibus torqueantur contra dominos ſuos.*
6 *Indicium criminis an fiat per vnum teſtem.*
7 *Interrogari quomodo debeat torquendus.*
8 *Quæſtioni quatenus fides habenda.*

QVONIAM in accuſatione neceſſariæ ſunt quę-
ſtiones, videdum ergo quid ſit quæſtio, quis poſ-
ſit torqueri, in qua cauſa, qualiter debeat inqui-
ſitio vel quæſtio fieri, & quis ſit eius effectus. Eſt
1 autem quæſtio † inquiſitio veritatis per tormẽta. Nuda enim
interrogatio, vel leuis territio non pertinet ad hũc tractatum.
vt notauimus ſ. de iniur. & vt dicitur ff. ad Sill. l. j. §. quæſtio-

nem-

nem. Sed nec dicam tormenta in immenſum adhibenda. Nec
enim adhibentur quanta accuſator poſtulat, ſed vt moderatæ
rationis temperamenta deſiderant: vt ff.eo.l.de minore.§.tor-
2 menta. † Torqueri poteſt liber homo ita demum, ſi ſacta di-
a cantur interueniſſe,& in ſuo teſtimonio videatur vacillare ª: vt
ff.eod.l.ex libero.j.reſpon.& l.vnius.§.in ea cauſa.& ita ſi ma-
ior ſit xiiij.ann.niſi in crimine læſæ maieſtatis. & ff.eo.l.de mi
nore.j.reſpó.& l.ex libero.§.j.Sed & quidam alij excipiuntur,
ne torqueantur præterquam in prędicto crimine: & decurio-
nes,& milites,non inopia,non ignominia miſsi:& pronepotes
etiam decurionum,niſi præcedentem perſonam aliqua macu-
la pudoris aſpergit: vt j.eod.l.milites.& l.diuo.& l.decurio-
nes.Torquentur etiam decuriones in alio caſu, quãdo ante de
curionatum geſſerũt officium tabellionis, & quæritur de fide
ſcripturæ eorum. Nam ipſi poſſunt torqueri, vt aperiant veri-
tatem:vt ſ.ad leg.Cor.de falſ.l.ſi quis decurio.Serui etiam tor-
3 quentur: ſi tamen † habeatur miſta conſideratio torti,& eius,
in quem torquentur: ſeruus enim meus,vel pupilli mei (niſi a-
gatur tutelæ) vel libertus meus,vel maternus, in me torqueri
non debent.Idem ſi mihi ſeruiat bona fide:vt ff.eo.l.j. §.ſi ſer-
uus.& l.ex libero.§.vlt.& j.eo.l.pridem.l.ij.Sed & ſi meus fue
rit quondam,in memoriam prioris dominij non torquetur: vt
ff.eo.l.vnius.§.ſeruus. Secus fortè,ſi aliquãdo bona fide mihi
ſeruiuit.Sed & ſeruus cómunis non debet torqueri in me,niſi
dicatur occidiſſe ſocium:vt j.eo.l.hoc,quod.in fin.& ff.eod.l.
conſtitutione.Aliud in ſeruo vniuerſitatis: quia non eſt ſingu
lorum ciuium, & ideo in ſingulis torquetur: vt ff.eo.l.j.§.ſer-
uum.Communem autem etiam meum appello,qui & tempo-
re cœptæ cognitionis & tormẽti meus eſt,vel aliquando ante
cognitionem:alioquin contrà:vt ff.eod.l.j.§.ſed & eum. Item
eum, de quo refertur mihi controuerſia: alioquin diſtingui-
tur,an fiat controuerſia de ipſo ſeruo mihi per rei vendicatio-
nem:& tunc nihilominus etiam torquetur in hac eadem con-
trouerſia communionis: vt j.eod.l.quoties. an per hæreditatis
petitionem:& tunc torquetur ſuper omni re hęreditaria,non
ſuper aliis: vt ff.eo.l.hęreditarij ſerui.& l.extraneo.§.vlt.& j.
eo.l.vlti.& l.cùm teſtamẽtum. Vel dic quòd illa l.ex libero.§.
vlt.eſt correcta per l.vlt.huius tit. & probatur per aliam j.eo.
4 l.quoties.ſed † habetur & miſta cóſideratio inter liberum tor
tum,& eum in quem torquetur. Nam in quem quis non dicit
teſtimonium inuitus,nec debet torqueri: vt ff.eo.l.j.§.Impera-
tor.Sed & ſi tortus ſit inimicus eius, contra quem torquetur,
non habetur ei fides: quia inimici facilè mentiuntur. Nec ta-
men ſub prętextu inimicitiarum detrahẽda erit fides quęſtio-
nis:ſed cauſa cognita habẽda fides quæſtionis,aut non haben
da: vt ff.eo.l.j.§.præterea. Item inter tortum,& accuſatorem,
habetur miſta conſideratio prædictis rationibus,ſicut & dixi
in accuſato.Item & alia ratio miſta debet cóſiderari: quia ad
quęſtionem non prouocãtur illi,quos accuſator de domo ſua
produxit: vt ff. eo.l.j.§.ad quæſtionem.& ſunt iſta regularia.
5 Quandoq; † enim ſeruus torquetur in dominum ſuum: licet
nulla præcedãt indicia: vt in crimine læſæ maieſtatis,quod ad
ſalutem principis pertinet: vel fortè populi Romani: vt ff.ad
leg.Iul.maieſt.l.fin.& fraudati cenſus,& adulterij,& homici-
dij, in caſu, ſcilicet quando maritus dicitur occidiſſe vxorem
ſuam,vel è conuerſo:aliàs autem ſeruus non torquetur in do-
minum ſuum in criminali cauſa,niſi præcedãt indicia: vt j.eo.
6 l.j.& ff.eo.l.j.j.reſponſ.& ſ.ad leg.Cor.de ſica.l.vlti. † Indi-
cium autem etiam per vnum teſtem fieri dico, licet quidam
dicant contrarium: & inducunt pro ſe arg. ff. eod.l.maritus.
ſed ibi non fuit reprobata quæſtio,quia non præcederet indi-
cium:ſed quia contra Surum conſiderabat actor torqueri an-
cillam eiuſdem Suri in pecuniaria cauſa quod non eſt facien-
dum.Nam in pecuniaria cauſa etiam ſi præcedãt indicia, non
torquetur ſeruus in dominum: vt j.eo.l.j.niſi vbi agitur de fa
cto ſuo,veluti quando per eum ſeruum depoſiti, vel commo-
dati nomine,vel ſimili cauſa res præſtitæ ſunt aliis: vt j.eod.l.
interrogari. Torquetur quis & liber, & ſeruus, in criminali
cauſa,& ciuili: ſi veritas aliter inueſtigari non poteſt: vt ff.eo.
7 l.diuus. † Inquiſitio,vel quæſtio non ſic eſt facienda,vt quæ-
rat iudex an Lucius Titius fecerit homicidium; ſed generali-
ter quis id fecerit: alterum enim magis ſuggerentis quàm re-
8 quirentis videtur: vt ff.eo.l.j.§. qui quæſtionem. † Quæſtioni
autem habẽda fides non ſemper,nec tamen dicam, quòd nun-
quam habeatur. Etenim res fragilis eſt, & periculoſa, & quæ
veritatem fallat.Nam pleriq; impatiẽtia, ſiue duritia tormen
torum: ita tormenta contẽnunt,vt exprimi ab eis veritas nul-
lomodo poſsit: alij tanta ſunt impatiẽtia,vt potius in quoſuis
mentiri, quàm pati tormẽta velint. Ita fit vt etiam vario mo-
do fateantur,& non tãtùm ſe, verùm etiam alios criminentur:
non tamen ſunt contẽnendę quæſtiones: imo cùm capitalia,&
atrociora maleficia aliter explorari, & inueſtigari non poſ-
ſint quàm per ſeruorum quæſtiones, efficaciſsimas eas eſſe ad
requirendam veritatem exiſtimat Imperator, & cẽſet eas ha-
bendas. Nam verberibus, tormẽtis, igne fatigati quæ dicunt,
veritas ipſa dicere videtur: vt dicit Tullius in Topicis. Con-
feſsiones autem reorum non habentur pro exploratis facino-
ribus,niſi perſeuerent in eis.Sed & ſi perſeuerent,& damnen-
tur,ſi tamen poſtea appareat de innocentia,liberantur à prin-
cipe: vt ff.eod.l.j.§.diuus.& §.ſi quis vltro. & §.quæſtioni.

ANNOTATIO.

a Vacillare. Ad huius concluſionis, & totius tituli reſolutionem vide Specu.in tit.de teſti.§.nunc tractandum.verſic. conſiderare. Bart.in l.de minore.§.tormenta.in princ.ff.de quęſtio.& in l.vnius.§.primo.co.tit.Bald.in l.milites.C.de aboli.doct.in l.nullum.C.de teſti.do.Alex.in l.centurio.in ix.col.ff.de vulga.& pupilla.Iaſo.de may. in l.de quibus.xxi.col. ff.de legi.Canoniſtæ in c.cùm in tua.de teſtib.do.Alex.de Imol.in conſil.lxiii.in primo volum.vbi habes totam materiam.

De abolitionibus. *Rubrica.*

1 *Abolitio quid,quibúſque modis fiat.*
2 *Abolitio à quo concedatur.*
3 *Abolitio an poſsit dari ei,qui accepit pecuniam.*
4 *Abolitione impetrata an repetendus reus.*

DICTUM eſt ſuprà de accuſationibus: videamus
de abolitione accuſationis, ſcilicet, quid ſit abo-
1 litio,& qualiter fiat. † Eſt autem abolitio perem-
ptio accuſationis. Et fit abolitio tribus modis:
vno per principem ſponte ſua id facientem, puta,propter diem
inſignem, aut publicam gratulationem, aut ob rem proſperè
geſtam. Altero modo fit per accuſatorem poſtulantem. Ter-
tio modo fit per mortem accuſantis, vel accuſati, vel biennio
tranſacto ſine culpa accuſatoris: vt ff.ad Senatuſconſultum
Turpilianum.l.abolitio.& l.vel ob rem.& l.aut priuatim.& ſ.
ſi reus vel accu.mor.fuerit.l.ij.& l.defunctus.& l.ſi vt propo-
2 nis.Et not. † quod illa abolitio quæ nullo poſtulante conce-
ditur, à ſolo principe diuulgetur,& illa inducit ferias repen-
tinas.Alia autem,quæ fit accuſatore poſtulãte,à quolibet or-
dinario,qui de crimine cognoſcebat,tribui poteſt, non à dele
gato. Et pro tribunali debet cognoſcere præſes de ea, non de
plano: nec alteri demandat hanc cognitionem: vt ff.eodem.
l.j.§.abolitio.vtraque ergo parte præſente, cauſa cognita,de-
bet indulgeri. Et in cauſæ cognitione verſantur hæc: vt ſi per
calumniam accuſationem propoſuit,non detur ei abolitio. Si
per errorem, ſiquidem reus carceris,vel verberum ſuſtinuit in
iuriam, non niſi eius conſenſu petit accuſator abolitionem: ſi
non ſuſtinuit, petitur abolitio intra triginta dies: niſi libero-
rum hominum corpora cauſa teſtimonij fuerint laceſsita tor
mẽtis: tunc enim etiam vtroq; volẽte non cóceditur. Poſt xxx.
autem dies non datur. Sed in quibuſdã criminibus nullo mo-
do,& nullo tempore cóceditur abolitio,id eſt, in quibus non
tantùm accuſato, ſed etiam accuſatori incumbit probatio: vt
violata maieſtate, aut patria oppugnata vel prodita,aut pecu
latu admiſſo,aut ſacramentis deſertis,aut in crimine falſi: vt j.
3 eod.l.fallaciter.& l.pen.& ſ.ad leg.Cor.de falſis.l.vbi. † Item
illud ſciendum eſt,quòd vbicunque accuſator petit abolitio-
nem propterea quòd ab accuſato accepit pecuniam,vt deſi-
ſteret, non eſt ei abolitio danda: niſi accuſator accuſauerit
cognatos ſuos, vel accuſauerit perſequendo iniuriam ſuam,
vel ſuorum: vt infrà eodem. l. penulti. Nam quanto facilius
admittitur perſequendo iniuriam ſuam, vel ſuorum, tantò
magis eſt venia dignus.Sed & in alio caſu ob retinendum ſci-

licet amorem propinquorum, id ei conceditur. In prædicto
ſcilicet caſu, cùm deſtitit per pecuniam, nec accuſauerat per
fallaciam, ſed quidam eis concedunt, id etiam ſi per fallaciam
accuſauerunt: nec in his diſtinguam, an erat tale crimen ſuper
quo poterat tranſigi, an non. Nam poſſe, vel nõ poſſe tranſi-
gi, reſpectu accuſati dicitur: accuſatorem enim ſemper eſt illi-
citum propter pecuniam deſiſtere: vt ff. ad Turp. l. ab accuſa-
tione. & j. ad Turpil. l. ſi fœmina. niſi in prædictis duobus ca-
4 ſibus. † Abolitione autem à principe indulta, licet accuſato-
ri repetere reum intra xxx. dies vtiles computãdos ex eo die,
quo feriæ finitæ ſunt: vt j. tit. j. l. j. & ff. eod. l. aut priuatim. §.
triginta. Sed vbi aliquis impetrat abolitionem, non admitti-
tur poſtea: niſi princeps id ei indulgeat, & ita impetrat aboli-
tionem abolitionis: vt j. eo. l. j. & ff. eo. l. mulier. §. vl. Et no. ꝙ
abolitio principis nõ habet locũ in illis criminibus, in quibus
prohibetur ſpecialis abolitio, id eſt, in quibus accuſanti, &
accuſato incumbit probatio: vt ff. eod. l. pen. Hi ergo, qui præ-
textu abolitionis deſiſtunt, incidunt in Turpilianum.

De generali abolitione. *Rubrica.*

1 *Abolitio generalis à quo impetranda.*
2 *Abolitionis tempus.*
3 *Titulus de gene. aboli. explicitus.*

QVIA ſuprà tractauit de abolitione tantùm, qua
vna extinguitur accuſatio: ponit hic de ea qua o-
mnes perimuntur accuſationes: & ideo dicit de
1 abolitione generali. † Eſt autem certum quod
à principe ſolo indulgetur, vel ob lætitiam aliquam, vel ob
honorem domus diuinæ, vel ex aliqua alia cauſa, ex qua ſena-
tus cenſuit abolitionem reorum fieri: & ea interueniente, ſi
2 accuſator intra præſtitutos xxx. dies † non repetierit reum,
non incidit in Turpilianum: nec enim videtur deſiſtere, quòd
exemptum reum non deſerit: eximitur autem reus abolitione
publica interueniente: vt ff. eod. l. ſi interueniente. Supponit
3 † etiam in iſto titulo de abolitione pœnæ, quando ex indul-
gentia princeps remittit pœnam corporalem, non infamiæ:
& ideo damnatũ notat, id eſt, notatum relinquit: vt j. eo. l. vlt.

Vt intra certum tempus criminalis quæſtio terminetur. *Rubrica.*

1 *Accuſationis tempora.*
2 *Accuſanti reo quot dilationes.*
3 *Contumacis pœna.*

1 IN † accuſatione perficienda certum tempus, id
eſt, biennium ſtatutum eſt: j. eod. l. vlt. ſed in ca-
ſu fallit, vt notaui ſ. de iudic. Intra hoc autem tem
2 pus neceſſariæ vtrique parti † dilationes non de-
bent denegari: vt accuſato tres, accuſanti autem duæ tribuan-
tur: vt ff. de feriis. l. vlt. Si autem quis culpa, vel contumacia, ſe
abſentauerit, ciuiliter conuenietur in quartam partem bono-
rum: & in ſumptus damnatur aduerſario: & notatur infamia,
3 id eſt, vt per edictum peremptorium † grauetur opinio, per
ſententiam fit infamis: vt notaui ſ. de requi. re. & extra ordi-
nem punitur criminaliter: & ſi perſona fuerit vilis, cui dam-
num famæ non facit iniuriam, etiam in exilium poterit dari:
vt ſ. qui accuſ. non poſ. l. iij. & j. eod. l. j. & ij.

Ad ſenatuſconſultum Turpilianum. *Rub.*

1 *Turpiliani locus, & quando cenſeatur quis deſtitiſſe ab ac-
cuſatione.*
2 *Tranſigens cum reo, an incidat in Turpilianum.*
3 *Accuſare quis videatur.*
4 *Turpiliani pœna qua.*

QVONIAM plerique accuſatores tergiuerſan-
tur, id eſt, ab accuſatione in vniuerſum deſiſtunt:
vt ff. eod. l. j. §. tergiuerſari. ideo ponit ad ſenatuſ-
conſultum Turpilianum. Videndum ergo quan-
1 do locum habeat, & quæ ſit eius pœna. Habet † locum hoc
ſenatuſconſultum, quando quis ab accuſatione publici cri-
minis cauſa ordinata deſiſtit: vt j. eo. l. j. Ideo dixi publici, quia
ſecus eſt in priuato crimine: puta, ſtellionatus, vel expilatæ hę-
reditatis, vel furti, vel iniuriarum: tunc enim ceſſat Turpilia-
num. Sed tamẽ iudicis officio culpa accuſatoris coërcebitur:
vt ff. eod. l. ſi quis. §. ſi ſtellionatus. Item cauſa ordinata ideo
dixi, quia ſi lis non erat conteſtata, licet libellum obtule-
rim, vel crimen minatus fuerim, non teneor hoc ſenatuſcon-
ſulto: vt ff. eo. l. quæſitum. Nec enim accuſo, ſed accuſare vo-
lui: argumento eſt, quod notatur ff. rem rat. ha. l. amplius. Do-
mino tamen meo, [id eſt Ioanni Boſ.] videbatur locum ha-
bere Turpilianum, etiam ſi ante litem conteſtatam poſt libel-
lum oblatum quis deſiſtat: vt ff. eodem. l. in ſenatuſconſulto.
§. qui poſt. & infrà. de calum. l. penultima. Item deſiſtit is, qui
in totum accuſandi depoſuit animum, non impetrata abo-
litione, vel non habita licentia à principe. Secus ſi diſtulit, vel
ob imminentes neceſſitates exequi non potuit accuſationem.
Impedimento itaque ceſſante poterit perficere accuſationẽ, &
vindictã ſecundũ leges poſtulare. Qui autem intra pręfinitum
tempus à præſide reum ſuũ non peregerit, deſtitiſſe videtur: vt
j. eo. l. vlt. & ff. eod. l. ab accuſatione. §. deſtitiſſe. & l. deſtitiſſe.
& l. ſenatuſconſultum. §. qui poſt. & ſ. qui accuſ. non poſſ. l. ſi
2 ea. Sed † & qui tranſigit cum aduerſario, deſiſtit: vt ff. eod. l. ab
accuſatione. Nec diſtinguo, an ſit tale crimen ſuper quo liceat
tranſigi, an non: licere enim, vel non licere reſpectu rei dici-
mus, vt quoquo modo redimat ſanguinem ſuum, vel habeatur
pro confeſſo: vt ff. de bonis eorum, qui ante ſententiam mort.
l. j. & de præuaric. l. in omnibus. Accuſator autem incidit in
Turpilia. vt infrà eod. l. ſi fœmina. & l. quamuis. & ſ. de aboli.
l. abolitio. & ad l. Iuliam. de adulte. l. vel ſerui. §. j. Tutor verò
mortuo pupillo cuius cauſa cœperat accuſare, non tenetur
3 accuſationem perficere: vt ff. eodem. l. diuus. † Item accu-
ſare videtur, & qui accuſatorem ſubmittit, vel ſubiecit, vel
inueſtigauit, vel mandat alicui vt inſtruat eum ad accuſatio-
nem capitalem faciendam. dando probationes, allegando ac-
cuſationes: & meritò eſt hoc. Nam diffidendo de crimine,
quod mouet, eximendo ſe à periculo calumniæ, vel deſerto-
ris meritò calumniantis, & deſiſtentis, pœnæ ſubiici debuit:
niſi ſubornatus accuſator probauerit crimen quod intendere
ſuſcepit. Nec intereſt per ſe, an per alium quis mandet accu-
ſationem. Hic tamen, qui miniſterio vtitur alieno, non ex ver-
bis, ſed ex ſententia ſenatuſcõſulti punitur. Submiſſus autem
accuſator punitur ex verbis, & ſententia: propter hoc ſolùm
quòd miniſterium alieni timoris ſuſcepit: vt ff. eod. l. j. §. antep.
& l. in ſenatuſconſultum. j. reſp. Sed non is accuſat, qui dicit
aliquem in hoc ſenatuſconſultum incidiſſe: vt ff. eo. l. j. §. an-
tepen. Minor autem xxv. annis impunè deſiſtit. Item mulier:
vt ff. eod. l. j. §. accuſationem. Sed eſt contra j. eo. l. ſi fœminam.
Sed fortè diſtinguitur, vtrum mulier admittatur de iure: puta,
proſequendo iniuriam ſuam, vel ſuorum, vt tunc incidat: an
non, & tunc non incidet. Hæc tamen diſtinctio in alio accu-
ſatore reprobatur in prędicto. §. accuſationem. Vel attende, an
deſiſtat pacto, vt tunc incidat: alioquin contra. Sed impunè
deſiſtent omnes hi, de quorum calumnia non permittitur agi:
4 vt ff. eod. l. in ſenatuſconſultum. §. eos. † Pœna huius ſenatuſ-
conſulti eſt infamia, & quinque libræ auri: & extraordinaria
pœna, & quãtitas promiſſa pro exhibitione exigitur: vt ff. de
præuarica. l. iij. §. fi. & de cuſt. & exhib. re. l. iiij. & j. eod. l. ij.

De calumniatoribus. *Rubrica.*

1 *Calumniari quid.*
2 *Calumnia nomine quando quis puniatur.*
3 *Calumnia præſumptio quibus caſibus ceſſet.*
4 *Calumnia pœna.*

ACCVSATORVM temeritas tribus modis
punitur: vt per Turpilianum ſi deſiſtant, etſi non
deſiſtant, ſed diuerſam partem adiuuant prodi-
ta cauſa ſua puniuntur extra ordinem: quia ſunt
præuaricatores: vt ff. de præuarica. l. ſecunda. & l. accuſa-
tor. & l. ab Imperatore. Item ſi non deſiſtãt, ſed calumnientur:
puniun

punitentur lege Rhemia. Videndum ergo quid ſit calumniari,
quando debeat quis de calumnia puniri, quę ſit calumniatoris
1 pœna, & qualiter imponatur. † Calumniari eſt falſa crimina
intendere, ſubaudi, ſcienter: vt ff. ad Turpil. l. j. §. calumniari.
2 † Punitur quis de calumnia, quando non probauit crimen.
Nam hoc ipſo videtur calumniatus: vt ſ. de aduoc. diuer. iudi.
l. j. & ff. de teſtibus. l. iij. §. item diuus. & ſ. de famoſis libellis. l. j.
in fine. & ſ. ad legem Iul. de vi publica. l. ſi quis ad ſe fundum.
& de fructibus, & litium expenſis. l. non ignorat. & de pœna
3 iudic. qui malè iudica authentica nouo iure. Niſi aliud † præ-
ſumere ſuadeat mihi officij neceſſitas: vt ſ. qui accuſare non
poſſunt. l. ij. & ff. de his quibus vt indignis. l. tutorem. perſona-
rum nimia proximitas: vt j. eodem. l. mater. & l. calumniæ. eius
cui ſucceſſit authoritas: vt j. eodem. l. mater. j. ſed extraneus. &
ff. de bonis liber. l. qui cùm natu maior. §. vlti. damnum rei fa-
miliaris: vt ff. de bonis liber. l. qui cùm natu maior. §. ſi patris.
Intimus dolor admiſſi criminis: vt in marito, & eius cognato,
de adulterio accuſantibus: vt ſ. ad legem Iul. de adult. l. quam-
uis adulterij. & quandoque enormitas delicti, vt quis facilius
ad eius accuſationem proſiliat: vt ſ. de falſa moneta. l. j. ibi, ac-
cuſatoribus etiam. Et in his caſibus, & ſimilibus poteſt exau-
diri, quod dicitur ff. ad Turpil. l. j. §. calumniatoribus. Non
enim vtique, qui non probat, ſtatim calumniari videtur iuxta
id quod dicitur j. eodem. l. qui non probaſſe. Vel ita intellige,
ſed non vtique qui non probat, quaſi deberet. Non eſt neceſ-
ſarium argumétum, Non probat, ergo eſt calumniator. Poteſt
enim eſſe contrarium: licet ſit probabile argumentum. Iudex
enim reo abſoluto incipit quærere de cōſilio accuſatoris: qua
mente ductus ad accuſationem proceſſit. Et ſiquidem iuſtum
errorem eius reperit, abſoluit eum. Si verò in euidenti calum-
nia deprehéderit eum, legitimam pœnam ei irrogat: vt in prę-
dicta l. j. ad Turpil. continetur. Quidam tamen dicunt nul-
lum videri calumniari hoc ipſo, quòd non probat: quibus
apertè obuiant omnia argumenta quæ diximus. Sed vbi pro-
nuntiauit iudex eum calumniatum fuiſſe, condemnat eum. Et
quamuis nihil de pœna ſubiiciat, tamen legis poteſtas exerce-
bitur aduerſus eum: quia facti quæſtio eſt in arbitrio iudican-
tis. Pœnæ verò perſequutio non eius voluntati datur, ſed legis
authoritati reſeruatur. Si autem pronuntiauerit iudex, non
probaſti, pepercit accuſatori: vt ff. ad Turpilliā. l. j. §. calum-
4 niatoribus. † Calumniæ pœna eſt eadem ᵃ, vel ſimilis, quæ im-
a poneretur accuſato, ſi conuictus fuiſſet de crimine: & hoc eſt
compertum, ſi crimen erat ordinarium. Sed ſi erat extraordi-
narium, imponitur eadem, id eſt, quanta pro eo crimine ſolet
imponi: vt j. eod. l. vlti. & ff. de præuaric. l. ab Imperatore. ff. ad
Turpil. l. & in priuatis. Punitur autem calumnia ſolo iudicis
officio, cùm crimen intentatum non eſſe commiſſum in ſen-
tentia declaratur. Sed poſteà ex interuallo non poteſt: vt j. eo.
l. j. Sed incontinenti videtur poſſe: vt ff. ad Turpil. l. j. §. calum-
niatoribus. ibi, reo abſoluto. Nam quæ incontinenti fiunt, vi-
dentur ineſſe: vt ſuprà de pactis. l. petens. & ff. ſi certum petat.
l. lecta. id eſt, abſoluto quo ad animi cognitionem. argum. ff. de
verborum ſignifica. l. fugitiuus.

ANNOTATIO.

a Eſt eadem. Adde Spec. in tit. de accuſa. §. ſed ſecundum. Bar. in l. athle-
tas. §. calumniator. ff. de infa. Bald. in l. ſi tibi. C. de lib. cauſ. & in mar-
gi. verſ. calumniator. do Alexan. in l. & in priuatis. ad. Turpil. vbi in
terminis concluſionis omnia neceſſaria habes.

De pœnis. *Rubrica.*

1 Pœna quando imponenda.
2 Delictum ſolum cogitatum quando puniatur.
3 Delicta quibus modis admittantur.
4 Pœna delicti quibus modis aggrauetur, vel attenuetur.
5 Furta domeſtica non eſſe publicè vindicanda.
6 Pœnarum genera quot ſint.
7 Damnatorum in metallum ſpecies varia.
8 Deportationis, & in opus publicum damnationis pœnam eſſe capitalem: & qui poſſint eam imponere.
9 Infamia pœna.
10 Pœnarum genera quadam à quibus iudices abſtinere debent.
11 Seruum nonnunquam puniri tanquam liberum.
12 Pœnalis ſententia quando ſit ferenda, & in quem, vel ſequen.
14 Iudex quam pœnam ſententia ſua poſſit imponere.
15 Sententia pœnalis cuiuſmodi effectum ſortiatur.
16 Fuga rei criminis damnati quantum ei noceat.

DIXIMVS ſuprà de priuatis delictis, & publi-
cis: nunc de pœnis eorum. Videndum ergo quid
ſit pœna, propter quæ imponatur, & quando.
1 † Pœna • eſt delicti, vel pro delicto ſatisfactio,
• quæ à lege vel miniſtro legis imponitur. Et certum eſt, quòd
imponitur propter delicta: ſed in his attende, vtrum delictum
proueniat ex animo, an non. Si enim ex animo non proueniat,
plerunque nullo modo punitur: maximè, ſi caſu, vt venando,
committatur: vel impetu, vel per furorem fortè, vel ebrieta-
tem: vt ff. ad legem Pompe. de parricid. l. penult. & de offic. pręſid. & l. diuus. ff. eodem. l. reſpiciendum. §. vltimo. Et aliquan-
do punitur leuius: vt cùm laſciuia, vel malo exemplo commit-
titur: vt ff. ad legem Corne. de ſica. l. iij. §. ſed ex. & l. iiij. §. j. & ff.
eod. l. abſentem. § vlti. & l. reſpiciendum §. vltimo. & l. ſi quis
aliquid. ſecund. §. qui abortionis. Sed ſi prætendat quis igno-
rantiam iuris: quia ſibi licere id committere credebat: ſi
ignorantia erat iuris ciuilis, facilè ſubuenitur, vt in inceſtu: &
in ſenatuſconſulto Liboniano de eo, qui ſibi adſcribit. Secus ſi
erat iuris naturalis ignorantia: vt ſi credebat ſibi licere occi-
dere, vel furari, quod Veteri Teſtamento prohibitum eſt: Exo.
xxj. Deuteron. xix. vel quaſi naturalis: vt dicitur in liberto te-
merè vocante patronum in ius: vt ſuprà, de his qui ſibi adſcri.
in teſta. l. Senatus. & ff. ad leg. Iuliam, de adult. l. ſi adulterium.
§. j. & ſuprà, de in ius voc. l. venia. & vt notaui ſupra, ad legem
2 Iuliam, de adult. & ſ. de iuris & facti igno. Si autem † proue-
niat delictum ex animo, ſiquidem ſtetit in finibus ſolius, &
nudæ cogitationis, nullo caſu punitur: vt ff. eo. l. cogitationis.
Vbi autem progreditur vltra, ſi quidem perficiatur delictum, pu-
nitur, alioquin contrà: vt ff. ad legem Cornel. de falſis. l. qui fal
ſam. niſi in excellentioribus criminibus, quæ continent enor-
mitatem: vt ſuprà, ad legem Iul. maieſta. l. quiſquis in princip.
& ff. ad legem Cornel. de ſicar. l. j. in princip. & ſ. ſi quacunque
prædi. po. l. j. & ſ. de epiſco. & cler. l. ſi quis non dicam. & ff. de
3 extraordi. cri. l. j. in princip. † Admittuntur autem delicta qua-
tuor modis facto, vt furta, cędéſque: dicto, vt conuitia, & inſi-
dæ aduocationes: ſcripto, vt falſi. & famoſi vt libelli: conſilio,
vt cōiurationes, & latronū conſcientia, quóſque alios ſuaden
4 do iuuiſſe ſceleris eſt inſtar. † Et ſeptem modis aggrauatur, vel
attenuatur pœna [ſcilicet cauſa, perſona tēpore, loco, qualitate
quātitate, & euentu, l. aut facta. §. ſed hæc. ff. eo. cuius hæc ver-
ba ſunt. Cauſa, vt in verberibus quæ impunita ſunt à magiſtro
allata: vel à parente, quoniam emendationis, non iniuriæ gra-
tia videntur adhiberi. puniuntur cùm quis per iram ab extra-
neo pulſatus eſt. Perſona dupliciter ſpectatur, & eius qui fe-
cit, & eius qui paſſus eſt. aliter enim puniuntur ex eiſdem faci-
noribus ſerui, quàm liberi: & aliter qui quid in dominum, pa-
rentémve auſus eſt, quàm qui in extraneum: in magiſtratum,
quàm in priuatum. In huius rei conſideratione, ætatis quoque
ratio habetur. Locus facit, vt idem furtum, vel ſacrilegium ſit,
& capite luendum, vel minore ſupplicio. Tempus diſcernit
emanſorem à furtiuo, & effractorem: vel furem diurnum à no-
cturno. Qualitate autem factum vel atrocius, & leuius eſt: vt
furta manifeſta, à non manifeſtis diſcerni ſolent, rixæ, à graſ-
ſaturis, expilationes à furtis: petulanti à violentia. Quanti-
tas diſcernit furem ab abigeo. Nam qui vnam ouem ſurripue-
rit, vt fur coercebitur: qui gregem, vt abigeus. Euentus ſpe-
• ctatur vt à dementiſſimo • quoque facta: quāquam lex non mi-
nus eum qui occidendi hominis cauſa ambulauerit cum telo,
quàm eum qui occiderit puniat: & ideo apud Græcos exilio
• voluntario • fortuiti caſus luebantur.] Sciendum eſt etiam,
quòd quædam delicta Pagano, aut leuiorem culpam, aut nul-
lam irrogat: militi grauiorem. Nam ſi miles artem ludicram
facit, vel in ſeruitutem ſe venire paſſus eſt, capite punitur. Item
5 furta † domeſtica, ſi leuiora ſunt, publicè vindicanda non
ſunt. Nec admittenda eſt huiuſmodi accuſatio, cùm ſeruus à
domino, vel libertus à patrono, in cuius domo moratur: vel

T

mercenarius ab eo, qui operas ſuas locauit, offeratur quæſtio-
ni. Nam domeſtica furta vocantur, quæ ſerui dominis, vel li-
berti patronis, vel mercenarij apud quos degunt ſurripuerint:
nec pro his vilioribus furtis etiam ciuiliter agi poteſt: vt ff. eo-
dem. l. aut facta. & l. quædam. & de furtis. l. ſi libertus patrono.
Illud etiam euenit quandoque, vt eadem ſcelera in quibuſdam
prouinciis grauius puniuntur: vt in Aphrica meſſium inciſo-
res. Euenit etiam nonnunquam vt aliquorum maleficiorum
ſupplicia exacerbentur, quoties nimium multis perſonis graſ-
• ſantibus * exemplo opus eſt: vt ff. eodem. l. aut facta. §. vltimo,
6 & penultimo. † Perpenſa autem qualitate delicti imponun-
tur pœnæ, quarum ſeptem ſunt genera, tria ſunt capitalia.
quatuor non capitalia. Capitalia vt ſi caput vel amputetur (ſed
animaduerti gladio oportet, non ſecuri) vel falce, vel furcis
ſuſpendatur, vel viuus concrémetur, vel vngulis beſtiarum
ferarum latera ſulcentur, vel beſtiis obiciatur, non lapidetur,
a vel crucifigatur, vel de ponte, vel de monte iactetur [a]: vt ff.
eod. l. aut damnum. §. vita. & l. ſi diutino. §. non poteſt. & l. ca-
pitalium. in prin. & §. famoſos. & l. ſi quis aliquid. §. j. & ij. & ſ.
de maleſic. & matema. l. & ſi excepta. Eſt & proxima mortis
pœna metalli coërcitio, quæ adimit libertatem, & ciuitatem.
7 † Sed & illud notandum eſt, quòd quidam damnantur in me-
tallum, & hi grauioribus vinculis premuntur. Alij in opus me-
talli, & hi leuioribus. Alij in miniſterium metallicorũ id eſt,
vt ſeruiant damnatis in metallum. Et ſiquidem damnati ſunt,
vt ſeruiant in perpetuum maſculi, vel fœminæ quaſi ſerui pœ-
næ fiunt. Si verò damnantur ad tempus, ciuitatem amittunt.
Damnati autem in metallum, vel in opus metalli, amittunt li-
bertatem, & ciuitatem, ſi erant liberi. Serui etiam ſic damnari
poſſunt: & damnati ſerui pœnæ efficiuntur: nec ad eum perti-
nebunt, cuius fuiſſent antequam damnarentur: adeò vt etiam
ſi Imperator liberauerit eos à pœna, non tamen reſtituantur
domino quondam, cuius ſemel deſierint eſſe: ſecus ſi fuerint
damnati in perpetua vel temporalia vincula: tunc enim rema-
nent prioris domini: vt ff. eod. l. aut damnum. §. eſt pœna. & §.
8 inter eos. & §. in miniſterium. & §. ſeruos. † Eſt & alia pœna
capitalis: vt deportatio, & in opus publicum, non dico metalli
damnatio: & hęc libertatem conſeruat, ciuitatem adimit: vt ff.
eo. l. quidam. Nec præſes prouincię poteſt hanc imponere, ſed
poteſt à principe confirmari ſententia. Sublimiores autem po
teſtas, vt præfectus prætorio, præfectus vrbis, imponunt hanc
pœnam. & dicuntur iſti damnati ἀπόλιδες, hoc eſt, ſine ciuitate,
vt ibidem dicitur ab à. quod eſt ſine, & polis, quod eſt ciuitas.
Non capitalis pœna eſt; vt relegatio ad tempus, & in perpe-
9 tuum facta: nec adimit bona. † Infamia eſt dignitatis amiſsio,
vel ad dignitatem, ſeu officium, vel forũ, interdicta aſpiratio:
vt ff. eodem. l. ſi quis fortè. §. penulti. & l. aut damnum. & de in-
terdict. & relegat. l. relegatorum. §. ad tempus. Et nota, quòd
plus eſt foro, quàm aduocationibus interdicere. Nam ille, cui
interdicitur foro, forenſibus negotiis ſe accommodare non
permittitur omnino: ille autem cui interdicitur aduocationi-
bus, debet abſtinere ab eis in foro, ſed aliis in foro non prohi-
10 betur operam dare: vt ff. eodem. l. moris. † Et notari poſſunt
quædam genera pœnarum, à quibus debent abſtinere iudi-
ces, ſcilicet, ne in facie alicuius ſcribatur: cùm & in manibus, &
in ſuris [id eſt cruribus] poſſit pœna damnationis vna ſub-
ſcriptione comprehendi. Nec enim debet facies maculari, quę
ad ſimilitudinem pulchritudinis cœleſtis eſt figurata: vt j. eo.
l. ſi quis in. Item pro coërcitione delicti non debet quis aduci
piſtoribus, vel cuicunque alteri corpori, non compoſito in-
tuitu religionis: vt j. eodem. l. ne quis. Debent etiam abſtinere
à certis perſonis. Ecce enim veterani, & liberi eorum vſque ad
primum dũtaxat gradum pœna metalli, & operis publici non
afficiuntur. Item decuriones, & eorum liberi, ante decuriona-
tum, vel poſteà ſuſcepti, & parentes decurionum, in quocunq;
ſint gradu, non poſſunt damnari in metallum, vel in opus me-
talli, vel vt furcis ſubiiciantur, vel viui exurantur: & ſi fuerint
damnati, liberandi erunt. Sed hoc non poteſt efficere, qui ſen-
tentiam dixit: verùm debet referre ad principem: vt ex autho-
ritate eius pœna permutetur, aut liberentur: vt j. eod. l. honor.
& ff. eodem. l. moris. §. ſed enim. Item liber homo non poteſt
ſic damnari, vt in perpetuis vinculis contineatur. Hoc enim
vix in ſola ſeruili conditione procedere poteſt: vt j. eo. l. incre
dibile. Item in omni ſupplicio ſeuerius puniuntur ſerui, quàm
liberi, & famoſi, quàm integræ famæ homines: vt ff. eo. l. capi-
11 talium. §. vltimo. † Et notandum, quòd quandoque ſeruus
tanquam liber, & liber tanquam ſeruus punitur: vel patitur
pœnam. Nam ſi crimen ſeruus commiſit, deinde ſit manumiſ-
ſus, ſuſtinebit eam pœnam, quam ſuſtineret, ſi tempore delicti
ſeruus eſſet, & è cõuerſo, ſi liber fiat ſeruus, ſuſtinebit eam pœ-
nam quam ſuſtineret, ſi in priori conditione duraſſet: vt j eod.
l. j. Hoc in priuatis criminibus. Nam in publicis, & in crimi-
ne iniuriarum, præſens ſtatus debet cõſiderari: vt ff. ſi ex noxa.
12 cauſa agatur. l. penult. † Cauſa autem diligenter examinata,
fertur ſententia in conuictum, vel confeſſum: in præſentem,
non abſentem, ante litem conteſtatam. Si autem fuerit quis
contumax ante litem cõteſtatam, pecuniaria pœna poteſt ple-
cti, vel ea quæ cõtigit exiſtimationem: & poterit procedi vſq;
ad relegationem. Verùm, ſi quid grauius eſt irrogandum, pu-
tà in metallum, vel capitis pœna, non eſt abſentibus irrogan-
da. In accuſatorem autem abſentem nonnunquam grauius
ſtatuitur, quàm Senatuſconſulti Turpilliani pœna. Sed nec de
ſuſpicionibus aliquis damnatur. Sanctius eſt enim impunitũ
relinqui facinus nocentis, quàm innocentem condemnare: vt
ff. eo. l. abſentem. Nam in criminali cauſa probationes etiam
luce clariores exiguntur: vt ſ. de probatio. l. vlt. Præſumptio-
nes tamen ſufficiunt in criminali cauſa quandoque, vt nota-
13 uimus ſuprà ad leg. Iul. de adult. † Fertur ſententia in delin-
quentem, nõ in hæredem eius, vel in notos, vel in propinquos:
quia peccata ſuos debent tenere authores. In crimine tamen
læſæ maieſtatis in multis grauantur filij ex delicto patris: vt ff.
eod. l. ſi pœna. & l. crimen. & j. eodem. l. ſancimus. & ſ. ad leg.
14 Iuliam maieſtatis. l. penult. Et † ſi quidem certum ſit iudici,
quam debeat imponere pœnam, imponet illam: ſed cauſa co-
gnita in ipſa ſententia poteſt eam minuere: vt ſ. de his qui not.
infa. l. & ſi ſeuerior. & l. ſi Poſidonium. & ff. eod. l. hodie. & ad
legem Cornel. de falſis. l. antepenulti. non autem lata ſententia
aliquid facere poteſt poſteà, vel eam reſcindere: vt ff. ad Tur-
pil. l. j. §. calumniantibus. & ff. eod. l. diut. & j. eod. l. pœnam. &
ff. de quæſtionibus. l. j. §. vltim. Vbi autem res eſt dubia, procli-
uior in lenitate debet eſſe iudex. Nam interpretatione legum
pœnæ molliendæ ſunt potius quàm exaſperandæ. l. interpre-
tatione. ff. eodem titu. Hinc eſt quòd ſi præſes interlocutus eſt
ſic, Vim feciſti. ſiquidem ex interdicto nõ erit notatus, nec pœ-
na legis Iuliæ ſequetur. Si verò ex crimine, aliud eſt. Quod ſi
non diſtinxerit præſes, vtrum lex Iulia publicorum, aut Iulia
priuatorum. tunc ex crimine propoſito, vel obiecto, erit æſti-
mandum. Sed ſi vtriuſque legis crimina obiecta ſunt, mitior
lex, id eſt priuatorum erit ſequenda: vt ff. eod. l. antepen. & l. ſi
præſes. Eſt ergo reſpiciendũ iudicanti. ne quid aut durius, aut
remiſsius conſtituatur, quàm cauſa depoſcit: nec enim aut ſe-
ueritas, aut clementiæ gloria affectanda eſt: ſed perpenſo iu-
dicio prout quæque res poſtulat, ſtatuendum eſt. Planè in le-
uioribus cauſis procliuiores ad lenitatem debent eſſe iudices.
In grauioribus pœnis, ſeueritatem legum cum aliquo tempe-
ramento benignitatis ſubſequi: vt ff. eod. l. reſpiciendum. Nec
audiendæ ſunt vanæ voces populi, aut vocibus eorum credi
oportet, quando aut obnoxium crimine abſolui, aut innocen-
15 tem condemnari deſiderant: vt j. eodem. l. decurionum. † Lata
autem ſententia ſtatim ſortitur quoſdam effectus: damnatus
enim ſtatim libertatem, & ciuitatem perdit. Itaque præoccu-
pat iſte caſus mortem, nonnunquam longum tempus occu-
pat. quod accidit in perſonis eorum, qui ad feras damnantur.
ſæpe etiam ideo ſolent obſeruari poſt damnationem, vt ex his
habeatur quæſtio in alios. Nec in iſtis effectibus conſideratur
iudicium an fuerit publicum, necne. nam ſola ſententia, non
genus criminis ſpectatur. Itaque hi in quos animaduerti iube-
rur, quíve ad beſtias dantur, confeſtim ſerui pœnæ fiunt:
vt ff. eod. l. qui vltimo. & l. quod ad ſtatum. Item damnatus
ſtatim debet in carcerem recipi, & ibi breui tempore eſſe: poſt-
modum debet educi, & non expectari. etiam ſi dicat damnatus
ſe habere quid principi referat. ne damnatis detur licentia ſup
plicandi, vel quibuſdam malignis artibus præſidum & offi-
ciorum pœnam euitandi: vt ff. eod. l. ſi quis fortè. & j. eodem. l.
cum

eum teis. & ſ. de cuſto. reo. l. ſi quis in ea. Vbi tamen ſeuerius
pro cauſæ intuitu vindicari crimen iuſſerit Imperator, non de-
bet damnatus ſtatim ſubire pœnam, aut excipere ſententiam
ſed per dies xxx. ſors & fortuna damnati ſuper eius ſtatu de-
bet eſſe ſuſpenſa: & interim damnatum excipiat, vinciátque
cuſtodia, & excubus ſolertibus vigilanter obſeruet: vt j. eod.
16 l. ſi vindicari. † Impoſita autem pœna, damnatus debet eam
ſubire: aut ſi fugerit, duplicatur ei pœna, ſcilicet eius tempo-
ris, quod ei ſupereſſet cùm fugit. Et ſi in decem annos damna-
tus ſit in opus publicum, aut perpetuari debet ei pœna, aut in
opus metalli tranſmitti. planè ſi decennio damnatus fuit & in
initio ſtatim fugit, transferetur in opus metalli: vel perpetua-
bitur pœna. Generale eſt enim quoties decennium exceſſura
eſt duplicatio, non eſt tempore pœna arctanda. Item & rele-
gato ad tempus ſi fugiat, vel interdictis locis non abſtineat,
perpetuum exilium relegationis imponitur. In inſulam rele-
gato, in perpetuum imponitur ei pœna deportationis. In in-
ſulam deportato, imponitur pœna capitis. Nam contumacia
damnati cumulat pœnam: vt ff. eod. l. relegati. & l. aut dam-
num. §. quiſquis.

ANNOTATIONES.

* Dementiſſimo. Vide Alciatum Diſp. lib. j. cap. xvij.
* Voluntario. Vide Bud.
* Graſſantibus. Vide Bud.
a Iactetur. De iſtis pœnis inferri prohibitis vide per doct. in l. ſi diutur-
no. §. fin. ff. de pœn. Bald. in l. incredibile. C. eo. titu. & in l. prima. C.
qui ad liber. perueni. non poſſ. Ang. in l. ſi quis in metallum. ff. de pœn.
dom. Alex. in l. cum diuerſis. ff. de religio. glo. & doct. in l. qui occi ſit.
ad legem Aquil. quæ tamen de pacto non ſeruantur, licet tangant ferè
totam materiam huius tituli.
* Pœna. Pœna eſt delictorum coercitio. Duo autem ſunt pœnarum ge-
nera: quædam eſt æterna, quædam temporalis. Corporalium autem
multa ſunt genera. Nam quædam ſunt legales, quædam conuentio-
nales. Pœna autem à iure non taxata eſt in arbitrio iudicis. c. de cauſis.
extrà de officio deleg. Creſcente autem contumacia, creſcere debet
& pœna, de teſtib. cog. c. cum ſuper. & vt lit. non conteſt. cap. quoniam
frequenter. Pœna autem non eſt niſi per iudicem inferenda, vel eius
authoritate. xxxiij. q. ij. c. ſine de coniugij. §. in hoc. Pœnam pecunia-
riam à iure conſtitutam pro aliquo crimine infligere poteſt quilibet
iudex, qui cognoſcit de crimine illo. l. ſecunda. §. fi. ff. de iudic. Pœnam
verò corporalem à iure conſtitutam in aliquo crimine, iudex in aliam
pœnam commutare poteſt. Talis autem pœna imponenda eſt, vt qui
fuit ſtultus in culpa, ſit ſapiens in pœna, vigeſima ſeptima quæſt. pri-
ma. §. ſi homo. xxxviij. diſtinct. can. qui ea. Ordinarius poteſt impone-
re pœnas pecuniarias. ff. de iudic. l. ij. §. pœnalis. Similiter & delegatus.
C. de ſportu. l. ij. Item & arbiter ff. de arbitr. l. non ex omnibus. Multa
autem debent à iudice conſiderari in infligendis pœnis, nempe digni-
tas. cap. ſanè de officio delegati. Item nobilitas. xxxiij. q. prima. capi.
qui contra. l. in ſeruorum. ff. de pœnis. Item ordo. quinquageſima diſt.
can. contumace. Item ætas. cap. primo. de delic. puerorum. Item qua-
litas delicti. Aliter enim puniuntur publica, aliter priuata crimina. vt
patet ff. & C. de pub. & priua. criminibus. Martinus.
* Dantur. Sententiam criminalem ſtatim exequendam proditum eſt. l.
ſecunda. l. ſi quis fortè. ff. de pœnis. Hoc tamen variis modis reſtringe-
bat præceptor Ioan. Coraſius Toloſæ in explicatione l. ſi debitori. ff.
de iudic. 1. in muliere prægnante l. prægnante. ff. de pœnis. 2. in caſu l. ſi
vindicari C. eodem. 3. in caſu l. j. C. de bon. præſcrip. 4. in caſu l. ad be-
ſtias. ff. eod. 5. in caſu octauo per Bart. in l. ſecunda. §. fin. de cuſto. reo.
Reliquos caſus ponit Cepol. tract. caut. cautela ſecunda. Prateius.

Ne ſine iuſſu principis certis iudicibus li- ceat confiſcare. *Rubrica.*

1 *Confiſcatio quando, quibúſque conceſſa, an non, num. 2. 3. & 4.*

INTER alias pœnas eſt hæc pœna confiſcatio-
1 nis: vnde ſupponit quibus licet facere. † Sciendũ
eſt autem, quòd confiſcatio quandoque fit ex
conſequentia pœnæ: vt cùm quis deportatur, vel
damnatur in metallum: vt j. titu. primo. l. ij. & iij. Et illud non
conceditur: niſi his qui habent merum imperium: vt ff. de iu-
riſdictio. omnium iudicum. l. iij. & de offi. præſid. l. illicitas. §.
qui vniuerſas. ſed præſes, licet habeat merum imperium, non
tamen deportat: niſi à principe fuerit confirmata eius ſenten-
2 tia: vt ff. de pœnis. l. rei capitalis. §. j. † Magiſtratibus autem
municipalibus non conceditur damnare de capitali crimine:
niſi eis hoc princeps concedat: vt ff. de iuriſdict. om. iudi. l. ma-
3 giſtratibus. & hic. Quandoque † fit confiſcatio principaliter
vt propter inceſtas nuptias: & tunc quia eſt ordinaria pœna
ſtatuta per legem, quilibet magiſtratus cognoſcere poteſt de
ea, etiam municipalis: quia cauſa talis pecuniariter proponi
4 poteſt. Vbi † autẽ non eſt ſtatuta in lege ſpecialiter confiſcatio-
nis pœna: ſed iudex pro aliquo delicto ex arbitrio ſuo vult
eam ſtatuere, non licet ei, niſi in ſumma adminiſtratione ſit:
puta, quòd eſt illuſtris, vel ſuperilluſtris, vel niſi concedatur
ei à principe. Et ita poteſt intelligi lex ita ſic & commeatum,
remeatúmve nemo poteſt exuli dare, niſi Imperator ex aliqua
cauſa: vt ff. de pœnis. l. relegati. §. vltimo.

De bonis proſcriptorum, ſeu damnato- rum. *Rubrica.*

1 *Publicatio bonorum rei damnati quibus caſibus fiat. & nu. 4.*
2 *Ciuitatem & libertatem qui amittant.*
3 *Intellectus ad l. penul. §. conſumitur. ff. de var. & extraor. cog.*
5 *Rei criminis damnati bona ad quos pertineant.*
6 *Publicatis bonis, inuentarium fiat.*
7 *Publicatis bonis alienata reuocanda.*
8 *Publicatio bonorum cur hodie non fit.*

DE POENA corporali infligenda plenè diximus
ſ. de pœn. nunc de bonis damnatorum, ſiue proſcri-
ptorum. Videamus quibus applicentur, qualiter,
1 & quo ordine. † Ad euidentiam autem horum ca-
pitulorum diſtingue, vtrũ damnatus eſt aliquis ad mortem,
vel vt amittat ciuitatem & libertatem, vel ciuitatem tantùm:
an non. In primis tribus caſibus ſit publicatio bonorum: vt j.
eo. l. in metallum. & l. deportati. Sed fallit in quibuſdam caſi-
bus: vt ſ. de mulieribus, quæ ſeruis propriis ſe miſe. l. j. & de
rap. virg. l. j. §. & ſiquidem ancillæ. [Amittunt autem liberta-
tem & ciuitatem. qui damnantur in metallum, vel in opus me-
2 talli, vel in miniſterium metallicorum.] Amittunt † ciuita-
tem tantũ illi, qui deportantur: vt Inſti. de capi. dimi. §. j. & ij.
Nec obſtat, quod dicitur, ff. de ver. & extraor. cog. l. pe. §. cõſu-
mitur. Nam ibi verbum, veluti, nõ eſt exemplificatiuum amiſ-
ſionis libertatis, ſed primæ propoſitionis, id eſt, magnę capi-
tis diminutionis: cuius ibi duo ſupponuntur exempla. Vel dic
amittit libertatẽ, de iure ciuili, non gentium. Nec obſtat, quòd
3 † dicitur ſ. vt nemo priua. præd. l. ij. quia ibi nõ in inſulam ſed
in metallum dicitur deportãdus: vt ſic duas dicamus ſpecies
deportationis, vnam in metallum, aliam in inſulam. Plerunq;
tamen vtimur eo verbo, vt denotet mediam, vel maximam ca-
di. Hodie autẽ nemo bene natus à principio fit ſeruus ex ſup-
4 plicio: vt in authent. de nupt. §. quòd autem prius. Vbi † au-
tem non patitur quis mediam, vel maximam capitis diminu-
a tionem, ſed aliter coercetur: puta, relegatus *, non amittit bo-
na. Repræhenſæq; ſunt eorum ſententię, qui ademerunt: vt ta-
men non infirmarẽtur, quæ ita prolatæ ſunt: vt ff. de interdict.
& rel. l. relegatorum. §. ad tempus. & l. j. Et ſunt hęc vera in om-
ni ſpecie relegationis. Tres enim ſunt: vt ff. de interdict. lo. &
releg. l. exilium. & l. relegatorum. j. reſpon. Et nota, quòd exi-
lium quandoq; deportationẽ denotat, quandoq; relegationẽ:
vt in prædicta l. exiliũ. & de pub. iud. l. ij. Itẽ relegati quãdoq;
dicuntur deportati: vt ff. de capit. dimi. l. amiſsione. §. deficere.
5 † Vbicunq; autem dixi damnati bona publicari, diſtingue, an
damnatus ſit ſeruus, an liber. Si ſeruus, nõ publicatur peculiũ:
imò ſerui poteſtas eſt domino facienda: vt reddantur ei ratio-
nes. & diſponãtur. Sed meminiſſe dominũ opportebit, inſtare
vt id velocius fiat vt pœnæ ſuæ reddi poſsit: vt j eo. l. j. Si liber
ſi quidem ſit filiusfamil. nõ aufertur patri peculiũ, etiamſi erat
caſtrenſe: vt j. eo. l. ſi filius. Si autẽ erat paterfa. aut curialis, aut
nõ. Si curialis, & habeat filios maſculos, & nõ filias, filij omnia
habent. Si filias tantũ, ipſæ habent dimidiã & curia reliquam
dimidiã. Si filios & filias habet, filij ſoli habent vnã dimidiam
& cùm ſororibus ſuis aliam partiãtur dimidiã pro virili por-
tione. Vbi autẽ non eſt curialis, publicantur omnia bona: ſed
princeps ex æquitate concedit dimidiam liberis damnati: &
quandoq; omnia, ſi magnus ſit numerus liberorum. Sed vbi di-
midia tantum publicatur, nihil conceditur liberis: vt ff eo. l. j.
in fin. & l. vlt. §. ſi plures. Patrono autem non diminuitur ſua

portio damnato liberto : vt ff.eod.de bonis damnato.l.vlti.§.
ſi in libertinum animaduerſum. Matre autem deportata,nihil
debetur filiis: vt j.eod. l.de bonis. Vel dic, quòd hæc lex cor-
rigitur per vltimam. Vxor autem deportata,vel damnata,non
publicatur dos:niſi in quinq; legibus : vt ff.eodem.l.quinque.
6 † Fit autem hæc publicatio cum ſumma, & diligenti inquiſi-
tione omnium rerum,quæ omnes in inuentario debent com-
b prehendi.vt j.eod.l.ſi quis intra. Pannicularia [b] autem,id eſt,
vilia indumenta : vel res viles non excedentes æſtimationem
quinque aureorum,non ſunt eis auferenda: vt ff.eod.l.diuus.
7 † Quid in reuocatione rerum alienatarũ à damnato? reſpon-
deo.ſi donatio fuerit cauſa mortis, illa eſt reuocata:vt reſcin-
datur teſtamentum : vt ff.de dona.cauſa mortis.l.ſi aliquis. Si
inter viuos fiat donatio, ante tempus criminis collata in vxo-
rem non infirmatur:imò confirmatur quandoq;.ſcilicet dam-
nato marito ad mortem , vel in ſeruilem conditionem ex pœ-
næ qualitate deducto.Si autem maritus fuerit deportatus,ma-
net in pendenti donatio : ita vt ſi vſque ad vitæ ſuæ tempus
maritus non reuocauerit eam, morte eius confirmetur: vt ſ.de
donat.inter virum & vxorem.l.res. Si in extraneum ſuit col-
lata ante damnationem, tenet, vt quælibet alienatio : ſecus, ſi
poſt damnationem : vt ff.de donat.l.poſt contractum.Hoc in
cæteris:ſed in his quę fiſco ex officio ſuo tenentur reddere ra-
tionem ita ſtatuitur:vt factæ alienationes ante quàm incipiant
ex dolo , vel culpa teneri,non reuocentur : niſi catholicianus
c [c] erat iſte quem putat Romanus primipillarem dici,tunc enim
etiam ante acta alienatio reuocatur : quia res dotales ob hoc
inquietantur:& filij etiam exhæredati conueniuntur : vt ſ. in
quib. cau.pig.tac.contraha.l.ſatis. & j. de primipil.l.j. Factæ
autem alienationes poſteaquam cœperit ex dolo,vel culpa,te-
neri reuocantur:vt j.eod.l.penul. Et hoc eſt notandum, quia
aliàs inſpicitur tempus cœpti officij,non doli,vel culpæ : vt ſ.
de bo.quæ lib.l.antepe § vlti.In crimine autem læſæ maieſta-
tis fiunt reuocationes à tempore commiſsi criminis: vt ſ.ad le-
8 gem Iul.maieſt.l.penult. † In publicatione autem bonorum
hodie eſt ſecũdum.quòd non fit,ſi damnatus habeat cognatos
vſque ad tertium gradũ,quod intelligo incluſiuè. In crimine
maieſtatis nil innouatur. Nec obſtat,quod dicitur in authent.
de inceſtis & inutil.nup.quia illa corrigitur:vel illud fit cum
damnatus,nec libertatem, nec ciuitatem amittit. Vnde eſt ei
pœna carere bonis.Non autem eſt ei pœna cùm moritur ciui-
liter,vel naturaliter,ſecundum Aldericum. Prima tamen ſolu-
tio videtur verior:quia ita ſub alternatione dicit ante,in qui-
bus legis mortem,aut proſcriptionem.

ANNOTATIONES.

a Relegatus.Nunquid autem relegatus amittat ipſa bona?vide per Spe-
cula.in tit.de ceſ. act. §. primo.in fin. verſic.iulind.Bacto.in l.Impera-
tor.ff.de ſta.hom. Bald.in l.iii.C.ſi pen.appel.mors intercedo. Alex.
in l.releg.rorum.§. eſt quoddam. ff. de interdict.& in l. ſi quà.§.quod
eo tempore.ff.ex quibus cauſis maior.& in l.prima.ff.ad legem. Iul pe-
cula.vbi ad huius titu.materiam multa pulchra habes.
b Panniculacia. Vide Bud.in poſterioribus annota.& Cæl. Rhod. libro
tertio.capit.xvi.
c Cathonicianus.Vide Alc.Prætermiſſ.libro primo.

De bonis eorum, qui ſibi mortem conſciuerunt. *Rubrica.*

1 *Mortem ſibi inferentis bona quando , an non hæredibus auferenda. & nu.2.*
3 *Mors ob crimen illata præſumenda.*

SVPRA de bonis damnatorum,nunc de bonis
quaſi damnatorum,id eſt,eorum qui mortem ſibi
t infligunt. † Super hoc autem diſtingue,vtrũ con-
ſcientia delicti aliquis infligat ſibi mortem,aut alia
cauſa:vt impatientia doloris , vel ob pudorem æris alieni. &
in his certum eſt non auferenda bona. Sed in primo caſu di-
ſtinguitur,an erat tale crimen ob quod non erant publicanda
bona : putà furtum , & tunc non auferuntur bona hæredibus:
2 aut erant publicanda. † Item ſi erat crimen , cuius accuſatio
poterat inchoari poſt mortem (vt repetundarum, peculatus,
& læſæ maieſtatis) auferuntur hæredibus bona. Si autem non
poterat accuſatio inchoari poſt mortem,non auferuntur bo-
na:niſi conſciuerit ſibi mortem poſt litem conteſtatam, vel
poſtquam fuerit in ſcelere depræhenſus:vt ff.de iure fiſ. l. in
fraudem.§.ij.& iij.& de iniuſto,rup.teſt.l.ſi quis exhæredato.
§.proinde.& de bonis eorum,qui ante ſententiam.l.vlti. vſq;
3 ad §.vlti.& j.eo.l.j.& ij.† Quid ſi dubitetur,quare conſciue-
rit ſibi mortẽ?reſpondeo.debet probari quòd ſibi ob crimen
mortem conſciuerit:vt ff eo.l.vlti.§.vlti. Nec obſt.quod dici-
tur ſ.qui teſta.fa.nõ poſſ.l.ij.Probatur etiã innocẽtia,hoc ipſo
quòd non probatur contrarium:vt in prædicta lege arguitur.

De ſententiam paſsis,& reſtitutis. *Rub.*

1 *Reſtitutionis aduerſus pœnam effectus.& nu 3.*
2 *Patri reſtituto an,& quando rerum ad filios pertinentium administratio concedatur.*
4 *Teſtamentum filij,reſtituto,reuerſóque ab hoſtibus patre , an teneat & nu.5.*

QVIA ſententiam paſsi quandoque reſtituuntur,
t ideo & de his ſupponit.† Sciendum eſt autẽ,quòd
quandoque quis indulgentia liberatur à pœna:
& tunc neq; famam recuperat,neque bona,neque
recidit in poteſtatem patris filius,nec ſeruus in dominii:vt ſu-
prà de generali aboli.l.indulgentia.& j.eodem.l.fruſtrà.& l.ſi
pater.& l.generalis.& l.cùm patrem.& l.tutor. & l. ſi adem-
ptis.& l.in inſulam.niſi princeps aliud dicat. Nam ſi rem ſin-
gularem reddi præcipiat:non tamen ideo tenetur creditori-
a bus.Si autem quotam portionem, pro ea tenetur [a]:vt infrà
eod.l.ſi debitor.ſic & Inſtitut.de fideicommiſſ. hære. §.ſi quis
vna.Si autem reſtituitur in integrum,omnino recuperat,& di
gnitates,& honores.& famam:vt j.eod.l.j.& ad commodum,
& ad incommodum,puta vt creditoribus teneatur, & recidit
in patris poteſtatem filius iſte damnatus:& ſi in integrum re-
ſtitutus ſit libertus,reſtituitur patrono:vt infrà eod.l. antepe.
& de bon.lib etiam ſuus,vt Inſti.quibus modis ius patr. po-
2 teſta.ſol.§.ſed ſi ex.Sic† & ſi deportatus pater fuerit in inte-
grum reſtitutus.Nam filij recidunt in poteſtatem ſuam, & ad-
miniſtratio rerum filiorum conceditur patri,ſi pater ſit inte-
græ famæ:alioquin contrà. Nam ſi patria poteſtate ad corrum
pendi, & effundendi patrimonij licentia abutatur,vt luxurio
ſo,ac dementi,item prodigo,libidinum omnium vitiorũmq;
ſeruo, non eſt filiorum pecunia committenda:ab adminiſtra-
tione fugiat,neque tutor datus medio tempore deſinat eſſe.
imò periculum adminiſtrationis rerum pertinet ad eum, cùm
teneatur actione tutelæ. & eſt hoc mirabile quòd qui eſt in po
teſtate patris,habeat tutorem:vt j eod.l. vltim. nec diſtinguo
an reſtituatur in integrum,vel reſtituatur ad omnia,an ſimpli-
citer : vt j.eod.l.vlti.& ff.de in ius voca. l.ſed ſi hæc.§. liberos.
& de bo.lib.l.etiam ſi ius §.ſi deportatus. quia verbum reſti-
tuere,plenam habet ſignificationem : vt ff. de vſuris. l. videa-
3 mus.ij §.in Fauiana.Hoc verum, niſi princeps † determinet
reſtitutionem ſuam:adiiciendo ſe reſtituere,vel ad rem ſingu-
larẽ,vel ad quotam portionem bonorum:tunc enim prout de-
terminauit,erit ſequenda eius authoritas : vt ſuprà dictum eſt
in indulgentia. In his,quæ medio tempore,id eſt, antequã pa-
terfamil.reſtituatur,vel liberetur à pœna.geſta ſunt per filiũ:
dubitatur,an reſtituto deportato patre,debeant haberi rata:&
reſpondetur rata habenda: vt j.eod.l.vlti.ſi tamen geſta proba
4 uerat legitima cãuſe,vt ibidẽ dicitur.† In teſtamẽto tamẽ quod
fecit deportati filius ,an teneat remeante patre poſt teſtamen-
tum,quæritur,an irritum ſit,licet in lege apertè non ſubiicia-
tur. Reſpondeo,quamuis enim dicat geſta rata habenda, non
tamen in teſtamento videtur reſponſum:quia verba geſſerũt,
eo traxerunt,non pertinent ad ius teſtamẽti:vt ff. de verb. ſig.
l.verba geſſerunt. Irn.tamen contrariũ videtur ſenſiſſe,& ſcri-
pſiſſe.Sed mihi videtur diſtinguendũ.an filius deceſſerit con-
dito teſtamento antequàm reſtituatur pater:hoc eſt,eo exiſten
te in pœna deportationis:vt tunc teneat teſtamẽtum:an deceſ
ſerit poſt reditum patris,& ſic poſteaquã recidit in poteſtatẽ
patris in integrũ reſtituti,hic non teneat teſtamentũ·quia filij

iumma

minima capitis diminutione eſt irritatum:vt Inſt.qui.mo.teſt.
infir.§.alio.Si verò filius non recideret in poteſtatem patris:vt
quia indulgentia principis tantum pater liberatus eſt à pœna,
certum eſt non irritari teſtamentum : quia non interuenit ca-
5 pitis diminutio. Hoc in filio deportati:ſecus † puto in filio ca-
ptiui:filius enim patre reuerſo,ſemper videtur in poteſtate pa-
tris fuiſſe,& ideo medio tempore nō accepit tutorem : vt ff.de
tutel.l.muto.§.vlti. & geſta per filiū irritabuntur:quia in præ-
iudicium patris(in cuius fingitur fuiſſe poteſtate)nihil potuit
filios agere.Sed in deportato ceſſat fictio:quia& ſi reſtituatur
pater, vetè tamen fuit, & creditur filius ſui iuris fuiſſe : vnde
non irritantur geſta per filium : vt ff.ad Senatuſc.Mace.l.j.§.ſi
pendeat.ibi , certè ſi arrogatus,&c.ſed beneficio in integrum
reſtitutionis recidit in patriam poteſtatem , vt ſic filius non
habeat libertatem,id eſt , relaxationem à patria poteſtate, te-
ſtem damnationis: ſed habeat eam teſtem leuitatis paternæ:
quia cum officus debet eam petere à patre:vt j.cod.l.vlt.

ANNOTATIO.

a Pro ea tenetur. Vide ad materiam huius concluſionis Bart. in l.prima. de ſen.paſſ. Bald.in l.ſi marien.in prin.ff ſolu.matri.& in titu.de pace conſtan.ver.ſententia quoque.circa prin.do. Alexand.in l. fin. de condict.indeb Ange.aret.in § non tamen.nu.7.cum plu.ſeq.quib.mod.teſta.infir. Inſt. Ang.in auth.de hæred.& fa.c. Doct.in l.& qui.§.ſi in metallum.ff.de mu.& hono.& in l.quid ergo.§ plena.ff.de infam. multa per domi.Alex.in conſil.cxii.in ſecundo volumine.

DOMINI AZONIS SVMMÆ
ſuper nonūm librum Codicis, Finis.

IN SVMMAM TRIVM POSTERIORVM LIBRORVM CODICIS, PROŒMIVM.

CREDIDI quondam debere ſufficere Co-
dicis ſummas à Rogerio initiatas perficere,&
conſummare : votóque meo ad plenum Om-
nipotens annuit. Secundò , credidi multum
expedire mihi ad memoriam , meíq; nominis
famam in perpetuū conſeruādam , legum cu-
pidis ad iuris ſcientiam adiſcendam ab initiis Codicis incipe-
re.Rogerij ſummas in deſuetudinē mittere , opúsq; meum in
Codice primū vltimum , operi meo vltimū primo , ita conti-
nuare,ne membra à capite diſcedant, néve authorum varietas
Codicis ſummas,nunc meo nomine, nunc alterius faciat nun-
cupari.Vnde eſt, quòd largiente domino actum eſt:vt in Co-
dicis ſummis,quæ ſunt opus manuum mearum à capite vſq; ad
calcem, ab initio vſq; ad finē nihil inueniri valeat, quod ſit a-
lienum. Ad hæc loco tertio apud Montem Peſulanū mihi ve-
nit in animum tyronibus legum introductiones ad libros iu-
ris maiores componere,Inſtitutionū ſummas conficere,illáſq;
Deo propitio ſubtili,& moderato compendio compilaui.His
autē peractis,longè poſteà in patriā reuerſus ſum. Indéq; poſt
aliquot dies , ante duos videlicet menſes ab illis Bononienſi-
bus,qui de caſtello vocātur,accitus Bonnniā veni:ibíq; in ca-
ſtello cōtinuo biennio diſcipulis iura tradidi:alios præcepto-
res ad lumen inuidiæ prouocaui,ſcholas eorum diſcipulis va-
cuaui, Iuris arcana pādidi,legum contraria cōpeſcui,occulta
potētiſsimè reſeraui. Et(quod fuit mirabilius) etiam rogatus,
vt de legibus ſermonē facerem,rem nō nouam aggeſſus ſum,
cunctiſq; coram vocatis ſcolaribus morem geſsi.mox tranſa-
cto biennio cum tripudio, & gaudio repatriaui:& vacare pro-
poſui.Porrò ſubito ex inopinato ſocij mei,& multi alij de Bo-
nonia ſequuti ſunt me:vt legerē multiplicatis ſermonibus ro-
gauerūt,ac precibus cōſanguineos meos (qui rogarēt) adhi-
buerunt:rogatus annui, & legi: & diuina fauente gratia,ſatis
honorabiles ſcholas per quadriennīū habui,exacto quadriē-
nio iterum domū apud Montem Peſulanum redij. Ibiq; mihi
cordi fuit trium librorū Codicis titulos vtiles,& digeſtorum,
quos noſtræ ſummæ primæ non cōplectuntur, ſub ſummulis
comprehendere : nouáſque ſummas veteribus aggregare.

EIVSDEM DOMINI AZONIS SVMMA IN DECIMVM LIBRVM CODICIS.

De iure fiſci. *Rubrica.*

1 *Fiſcus vnde dictus ſit.*
2 *Fiſcus in quibus ſortiatur iura ſingularia,& in quibus vtatur iure communi.num ſeq.*
4 *Fiſco in quibus derogetur.*
5 *Libertati in quibus derogetur.*

SVPERIORI libro de veteribus crimini-
bus agitur,quorum occaſione fiſcus augetur,
ideo non incompetenter de iure fiſci annecti-
tur. Vel, ſuprà dictum eſt de iure ſingularium
perſonarum,ſcilicet, priuatorum : nunc verò
de iure publico diſſerit Imperator. Et de pri-
uatorum iure merito prius egit:quoniam quæ omnibus pro-
ſunt communiter,rei priuatæ iuſtè ſunt præferenda : vt C. de
cad.tol.l.vnica.in fin. Videndum itaque nobis eſt,quæ diffe-
rentia ſit inter hunc tit.de iure fiſci , & titulum de priuilegiis
fiſci,& vnde dicatur fiſcus. Et ſub compendio quæ ſortiatur
ſingularia , & quæ communia, & in quibus derogatur fiſco.
Et quidem in titulo iſto agitur de iure fiſci tam communi,
quàm ſingulari. ſed in titu. de pri.fiſ. agitur de priuilegio tan-
1 tum.id eſt, de iure ſingulari. † Eſt autem dictus fiſcus quaſi
a fixus,id eſt,firmus ᵃ : quia ipſe ſolus,& ſemper ſoluendo eſt:vt
2 ff.de fun.do.l.ij. † Hæc iura ſingularia ſortitur. Primò ſi do-
mus vendatur,vel gratia negotiandi per inimicitias diruatur,
ſinguli.id eſt, emptor & venditor pretium quo domus diſtra-
cta eſt,fiſco præbeant, & ſic duplum. ff.de dam.infect.l.fin.&
ff.de contrahend.empt.l.Senatus. Item inſtrumenta vel quæ-
cunque acta, contra fiſcum edenda non ſunt : vt ff.eodem.l.in
fraudem.§.neque inſtrumenta. Item contra ſe fiſco ſunt eden-
da:vt ff.de eden.l.iij. Item ſi quis manumittendo ſeruum alie-
num, principem fefellerit , tres ſeruos tales , vel trium talium
pretium fiſco dabit : vt C.de his qui à non do. manu.l.vltima.
Item ſi quis inierit pactum fiſco pernicioſum , dabit quadru-
3 plum:vt j.eodem.l.qui in contractibus.Item † hęc ſunt com-
munia.fiſcus id,quod vendidit non debet euincere:vt C.ne fiſ.
rem quam vendi.euin.l.j.licet non teneatur de euictione.Item
ſi fiſcus priuato debenti vſuras ſucceſſerit , eaſdem quas ille
debuit præſtabit : vt ff. de vſuris. l.cùm quidam. §. fiſcus. ibi,
4 cùm autem,&c. In his † derogatur fiſco. Si exactor tributo-
rum apud acta dixerit ſuſcepiſſe tributa : licet non ſuſceperit,
nullatenus poſteà replicare poterit:vt C. de non nume.pecun.
l.in contractibus. Sed illud intelligit Pileus in functionibus
publicis,ſecus in aliis.Item in omnibus fiſci quæſtionibus xx.
ann. præſcriptio cuſtoditur,niſi minora contra fiſcum ſpecia-
liter vendicent ſibi locum:vt ff.de diuer. & tempo.præſcript.l.
in omnibus. Item in quæſtionibus dubiis quæ contra fiſcum
5 reſpondit,non delinquit:vt ff.eod.l.non puto. † Nec multum
me mouet : nam & libertati derogatur. Ecce enim ſi quis ha-
bens duos ſeruos Titius. dixerit : Titius liber eſto.nec appa-
reat de quo ſenſerit,neuter liber erit:vt ff.de manu.teſt. l.cum
ex pluribus.Sed & olim ſerui multis iuris modis efficiebantur
liberi,quia Latini:ſed hodie potius remanebunt ſerui, præter-
quam xij.modis qui leguntur ſuprà de lati. lib. tol. l.j. Maluit
enim lex homines ſeruos remanere, quàm tui piſsimam, & ſe-
miplenam libertatem habere. Sed & minor xx. ann. licet te-
ſtando patrimonium mille marcharum poſsit concedere? iu-
dicio tamen ſuo libertatem etiam vni ſeruo : niſi vindicta , &
apud concilium cauſa approbata,non poterat dare,vel relin-
quere:propter legem Æliam ſentiam : vt Inſtit.quib. ex cauſis
manu.non licet. §. eadem lege.quod tempus reductum eſt per
inſtitutiones ad ætatem xvij.annorum.dicto §.eadem.

ANNOTATIO.

a Firmus. Adde Bart. in rubr. C. de de iure fiſ. Bald. in l. j. in fi. C. de hæ-
re. vel act. vend. vbi vide omnia fiſci priuilegia de quibus vide multa
per Bald. in l. j. §. cum autem. C. de cad. tol. per do. Alex. in l. ſi is, qui de
in. fi. & in l. ſi filio. §. fi. ff. ſol. mat. do. Lucam de penna in rub. eo. tit. in.
§. chart. xi. libr. x. & in pluribus legibus, qui aggregat more ſuo totam
materiam. Bart. in conſil. ſuo incip. Taglionus de ſpoleto.

De conueniendis fiſci debitoribus. *Rub.*

1 *Publicanorum qui conueniendi.*
2 *Vſura quando fiſco debita.*
3 *Debitoris fiſci priuilegium.*

QVI fiſco perſonaliter debent, primò conueniendi
ſunt, poſteà hi qui ab illis mercati ſunt: vt hoc tit.
1 l. j. Item ſi plures † publicam quid illicitè admini-
ſtrauerint, prima quidem facie partes præſtabunt:
ſed pro non idoneis, idonei exiguntur: vt ff. de publi. l. ſi multi.
2 & ff. de iure fiſ. l. aufertur. §. fin. Item † contrahentes cum fiſco,
vſuras fiſco dependunt, non accipiunt. ſanè ex contractibus
illorum quibus ſucceſsit fiſcus etiam vſuras præbet, & tales
quales deceſſor debuerit, pro anterioribus ſuæ ſucceſsionis
temporibus. cæterum poſteaquam ſucceſsit, habebit priuile-
gium ſuum, porrò vſuras maiores fiſcus hæres percipit: etiam
ſi deceſſori ſuo vſuræ minores ante debeientur: vt ff. de iure
fiſ. l. fiſcus. & ff. de vſuris. l. cùm quidam. In ſumma notandum
eſt: quia fiſci priuilegium: fiſci tamen commodo, porrigitur
3 ad ſuum † debitorem priuatum quippe ſi fiſco purè debuerit,
fiſco inſtante, cùm non habeas vnde ſoluas, vt fiſco valeas
exoluere, debentem tibi ad tempus, ante tempus poteris exi-
gere: vt ſ. de condict. ex leg. l. j.

De fid: inſtrumentorum, & iure haſtæ fiſcalis. *Rubrica.*

1 *Mala fidei emptor, quos fructus reddat.*

1 HOC titulo l. j. legitur † malæ fidei emptorem de
fructibus teneri, quos vel peruenisse, vel peruenire
debere conſtiterit. hoc ſic exaudio, ſi fructus iam
percepti fuerint: alioquin intelligere de eo, qui
gauuet titulo non eſſet tutum: imò foret abſurdum.

De venditione rerum fiſcalium cum aliis communium. *Rubrica.*

1 *Fiſco communia quomodo vendenda.*

IN titulo iſto legitur id, quod & ſuprà in quarto
libro l. ij. C. de commu. rer. alien. inuenitur, vt per
fiſcum res ſibi communis cum alio, in totum di-
1 ſtrahatur, hic adiicitur. † Ita tamen, vt partis alie-
næ pretium domino fiſcus largiatur.

Ne fiſcus rem quam vendidit, euincat. *Rub.*

1 *Retractare contractus fiſco non licet.*

1 RETRACTARE † fiſcum, quod ſemel ex contra-
ctu ſuo tradidit, æquitatis, honeſtatiſq; ratio non pati-
tur: vt infrà eodem. l. ſecunda.

De his qui ex publicis rationibus pecuniam mutuam acceperunt. *Rubrica.*

1 *Exactorum pœna.*

1 SI quis † ab exactoribus, ſimilibúſve pecuniam fœne-
brem ſumpſit, in quadruplum arctabitur criminali-
ter, conuentus deportabitur: vt C. eod. l. j. & ij.

Pœnis fiſcalibus creditores præferri. *Rub.*

1 *Fiſcum in pœnis poſteriorem quomodo accipiendum.*

1 SICVT † in ſorte debita fiſcus eſt potior, ita in
pœna perſequenda debet eſſe poſterior conditio.
In pœna fortaſsis, cùm eſt legitima: potior enim
debet eſſe conditio contendentium de damno,
quàm certantium de lucro: vt ſ. de iure delib. l. fi. §. licentia.

De fiſcalibus vſuris. *Rubrica.*

DE fiſcalibus vſuris ſatis dictum eſt ſ. in ſumma de iure
fiſci, & de conueniendis fiſci debitoribus.

De ſententiis aduerſus fiſcum latis non retractandis. *Rubrica.*

1 *Sententia in fiſcum lata, quando nulla.*

1 SENTENTIA † aduerſus fiſcum lata abſen-
te patrono fiſci, ipſo iure eſt nulla: vt ſ de iure fiſc.
l. fiſcus, alias tenet ſententia: ſed retractatur, ſi no-
ua inſtrumenta reperiantur: vt ff. de re iudica. l.
Imperatores. Et ita ſi præuaricator intra triennium argua-
tur: vt hic habetur.

De bonis vacantibus, & de incorporatione. *Rubrica.*

1 *Bona decedentis ſine ſucceſſore ad quem pertineant.*
2 *Deceſsiſſe ſine ſucceſſore quis dicatur.*
3 *Bona vacantia qui debeant inquirere.*

1 SI QVIS † vbicunque ſine ſucceſſore deceſſerit
a apud Perſas, vel Iudæos ᵃ, eius bona non ad ci-
uitatem, vel locum vbi obierit, ſed ad fiſcum per-
tinebunt ſine ſucceſſore (inquam) intelligo te-
ſtamentario, prætorio, vel legitimo, & fortaſsis vltra ſepti-
mum, vel decimum gradum. quod dic vt j. eo. l. j. & l. vacantia.
2 Item ſine ſucceſſore intelligo † quem deceſsiſſe, ſi non reli-
querit coniugem, vel imperialis liberalitatis conſortem, vel
curiam cohortémve, vel corpus aliud cui defunctus quon-
dam incorporatus fuerat. Et ad hoc pertinet vltima pars ru-
bricæ: & de incorporatione. Sed ſi prædicti bona defuncti ca-
3 pere noluerint, fiſcus omnia capit. † In ſumma ſciendum eſt,
quòd bona vacantia certi palatini iureiurando obſtricti, di-
ligenter debent inquirere, & ſcribere, & principi, qui multis
indiget intimare: patrono fiſci præſente, & præſide inſtante:
alioquin fiſci patronus detrimentum (quod eius vitio fiſco
ingeritur) reſarcire vrgebitur: præſes in dimidiam faculta-
tum partem mulctabitur, palatini & executores indignatio-
nem non euitabunt: vt j. eod. titu. l. fin. Item ſciendum eſt, quia
fiſco vacantium bona petenti obiicitur præſcriptio quadrien-
nij: vt C. de quadriennij præſcriptione. l. j.

ANNOTATIO.

a Iudeos. Alias, Iudos.

De delatoribus. *Rubrica.*

1 *Deferre quid ſit.*
2 *Delator quis.*
3 *Delatio iuſta quæ, & quæ iniuſta.*

QVIA vacantia bona nunciantur per delatores, de
delatoribus audiamus. Videamus itaque quot
modis dicatur referre, & quot modis dicatur quis
delator, & quæ delatio ſit approbata, & quæ im-
1 probata. † Deferre autem, eſt afferre vt ſuprà. de. carbonia.
edicto. l. ij. Item deferre eſt alterum alteri in honore cede-
re: vt

re:vt C.de epiſcopis & cler.l.presbyteri.vnde illud cedendum
eſt maioribus Item deferre eſt accuſare:vt C.ad leg.Iul.repet.
2 l.iubemus.Item deferre eſt denuntiare. † Ex his colligitur,
quia delator eſt is,qui aliquid affert. Item delator dicitur iu-
ſtus accuſator:vt C.loc.l.vlt.in fin.Iniuſtus quoque: vt C.de
epiſc.& cler.l.ſi quenquam. Delator dicitur bonorum vacan-
tium nuntiator:vt ff.de diuerſ.& tempo.præſcriptio. l.inter.
Item notandum,quia hic agitur de delatoribus ſecundū duas
vltimas ſignificationes,id eſt,de iuſtis accuſatoribus,& de bo
3 norum nuntiatoribus.† Iuſta eſt delatio,ſi quis publicè reos
impetit. Iniuſta eſt delatio,ſi is publicè accuſetur,cui quid ta
citè relinquitur,cùm publicè id capere non prohibeatur: vt
C.eod.l.j.Item nulla macula delatoris aſpergitur,qui cauſam
etiam contra fiſcum tuetur:vt C.eodem,l.tertia.Item non eſt
dicendus improbus delator.qui bona damnatorum principi
nuntiat.In ſumma ſciendum eſt:quia de ſolo crimine maieſta
a tis permiſſum eſt ſeruis accuſare dominos [a]: vt C.eodem,l.vlt.
Sanè & in criminibus alijs,vt adulterij & cenſus fraudati. Et
ſi ſocius dicatur occidiſſe ſocium,& alijs accuſantibus, ſerui
torquentur in dominum: vt ſuprà de quæſtionibus.l.j.

ANNOTATIO.

a Accuſare dominos. Adde quod de tali crimine frater fratrem,& ſororem,vel contra:& mulier,& vnuſquiſque accuſare poteſt,vt tenet Specu.in titu.de accu.verſi.item quod eſt frater.cum plur.ſeq.de quo crimine vide multa per Barto.Bald.do.Alexand.& docto.in l.j ad legem Iuliam maie.do.Lucam de penna in l.nulli.num.11.cum plur.ſe.C.vt armo.vſus.lib.xj chart.xlix.& in l.conductores.nu.7.de conducto.e.eod.lib.qui dicit quicquid dici poteſt.

De petitionibus bonorum ſublatis. *Rub.*

1 *Bonorum damnati conceſsio facta à principe quando veniat.*
2 *Bonorum poſſeſsio quibus caſibus rectè petatur.*

QVIA damnatorum bona ſæpe olim à principibus
petebantur,& impetrabantur. Et hoc hodie fieri
non debet,de petitionibus ſublatis,ſcilicet rerum
1 bonorúmq; audiamus. Et quidem† principes aūt,
improba,& inuerecunda petentium inhiatione ſæpe adſtrin-
gimur:vt non concedenda concedamus:ergo talis conceſsio
ſit irrita. Porrò,ſi cui vltrò cōceſſerimus bona damnatorum,
conceſsio talis valebit:vt j.eod.l.j.multa enim ſunt quæ licitè
conceduntur,& accipiuntur,illicitè,& iniuſtè tamen & im-
probè petuntur:vt ff.de varia & extraordinaria cogni.l.j. Sa-
2 nè bonorū† poſſeſsio iuris,ritè petitur:vt per filios emancipa-
tos,vnde liberi.Item bonorū poſſeſsio debitoris conſiſteos in
facto ſæpe per creditores rectè petitur:vt ff.ex qui.cau.in poſ.
ea.l.ij.Item bonorum aditio rectè poſtulatur.Item bona teſta
toris,cuius voluntati non paretur per extraneum cauentem
(quia teſtatoris voluntatem non adimpleuit inſtitutus) nō im
probè poſcuntur:vt C.de fideicō.auth.hoc amplius.Itē illa pe
titio nō eſt ſublata,ſed admiſſa:puta,ſi quis petierit bona ca-
ptiui.furioſi,lāguidi,cū eorū receptio vel cura à filiis,vel aliis
ab inteſtato ſucceſſuris negligatur: & ipſe receperit,& procura
uerit eū:vt ſ.de epi.au.auth.liberi furioſi. Amplius ius iniquū
petitū,& impetratū,impetrantem quoque lædit:vltro impar-
titū.perſonam nō tranſgreditur:vt ff.quod cuiuſq; iu.l.iij. in
prin.& Inſti.de iure naturali,gentiū,& ciuili.§.planè ex his.

De his, qui ſe deferunt. *Rubrica.*

1 *Delatio ſuiipſius quam vtilitatem afferat.*
2 *Reſtituere incapaci rogatus an,& quando ex eo damnum ſentiat,quòd fidem ſuam in eam rem accommodauit,& nu. 4.*
3 *Fideicommiſſario incapaci ſe deferenti,quam vtilitatem afferat ea delatio.*

1 AVDIVIMVS ſuprà de his qui deferunt alios,
nunc dicamus de his,qui deferunt ſeipſos.† Et
quidem deferre ſeipſum laudabile eſt,& veniam
meretur,& præmium. Quod præmium deferen-
tis hæredibus tribuitur:vt ff.de iure fiſ.l.edicto.§.ad hæredes.
& §.ſequen. Eſt autem tale.hæres inſtitutus,legitimúſve ro-
gatus fideicommiſſum tacitè præſtare ſi antequam pręſtiterit,
prodiderit fiſco,laudatur nec punitur: ſed præmio afficitur.
Ergo proditio talis laudabilis eſt,& in fideicommiſſario,qui
2 accipere debuit. Diſtinguitur† tamen,an rogetur quis palam,
an tacitè.Rogatus palam etiam ſi præſtiterit fidem de reſti-
tuendo fideicommiſſario non capaci.non damnificatur.Roga
tus tacitè.id eſt,chirographo,vel priuata cautione,damnum
in totum ſubit.id eſt,quartam dimittit,quam potuiſſet retine-
re,ſi expreſsè eſſet rogatus,aliàs fideicommiſſarius,dodrantē.
Ergo ſiue in omnibus rebus,ſiue in vna fraudem admiſit,in ea
beneficio carebit:vt ff.de his quibus,vt indig.l.eum,qui taci-
tum.Porrò ſi hæres inſtitutus,legitimú ſve fiſco prodiderit,an
tequam fideicommiſſarium tacitum adminiſtrauit, tertiam
3 portionem habebit:vt j.eod.tit.l.vna,in prin.Sanè † fideicō-
miſſario,qui de iure capere non poterat,qui ſe detulit,non aſ
ſis,ſed dimidia dodrantis tribuitur:vt ff.de iure fiſci.l.ſùm ta-
citum.niſi ſit vxor,& cui certum fideicommiſſum ſit relictum
cui datur dimidia totius fideicommiſsi.ſi hoc probat:vt,j.eo.
l.j.in ſecundo dicto. Datur ergo proditio,& deferendi licen-
tia vtrique,id eſt,hæredi,& fideicommiſſario:vt ff.de iure fiſc.
l.edicto.Per Hadrianum principem ſtatuitur,vt de rigore de-
latum tacitum fideicōmiſſum totum deferant in fiſcum. Per
benigniſsimum Traianum fideicommiſſarius accipit dimidiā
dodrantis:vt ff.de iure fiſc.l.edicto.§.Cum ante apertum. & l.
cum tacitum. Per Antoninum imperatorem hic in Codice,hæ
redi (ſicut dictum eſt) conceditur tertiæ partis beneficiū. Nec
refert in legis fraudem,vel in legis interpretationem,quo mi-
nus puniatur:aliàs priuetur quis,ſi tacitè fidem accommodet:
4 vt ff.de iure fiſc.l.ita.† Quid ergo fiet,ſi quis & palam,teſta-
mento facto,vel codicillis,rogatus ſit & tacitè non capaci
præſtare? & quidem exitum ſpectari oportet:vt ff.de iu.fiſc.l.
non intelligitur.§.ſi quis palàm.Item id ſolùm tacitè relictū,
pœnam meretur,quod ei relinquatur,qui capere prohibetur:
vt ſ.tit.iij.l.j.In ſumma illud ſciendum eſt,quia ſeipſum de-
ferre licet. Et etiam alio modo accipitur quod ex eo colligi-
tur:quia mulieri ſeipſam per iuris errorem in fiſcum deferen-
ti.perperam,iure ſingulari ſuccurritur:vt ff.de iure fiſc. l.ij.in
fi.& ff.de his quibus vt indig.l.ij.§.fina.

Si liberalitatis imperialis ſocius ſine hærede deceſſerit. *Rubrica.*

1 *Donatum à Cæſare quò redeat.*

1 SI† quid duobus,pluribúſve donatum ab Impe-
ratore fuerit,& vnus eorum ſine hærede deceſſe-
rit,eius portio non ad Cęſarem redibit,non ad cu
riam,non ad corpus aliud cui incorporatum ſit,
ſed ad conſortem pertinebit. Sine hærede intelligi poteſt, &
largo modo,id eſt,ſine ſucceſſore quocunque:& ſtricto mo-
do,id eſt,ſine legitima prole,quod dic vt j.eod.l.vnica.

De theſauris. *Rubrica.*

1 *Theſaurus quid ſit.*
2 *Theſaurus inuentus ad quem pertineat.*
3 *Theſaurum inueniſſe quis dicatur.*
4 *Domini appellatione quis veniat,cùm tractatur an theſaurus inuentus ad dominum prædij pertineat.*

QVIA de theſauris tributa præſtātur,de quibus in
ſequēti titulo agitur:de theſauro audiamus.Videa
mus itaque,quid ſit theſaurus,& cui inuētus quę-
1 ratur,& quando,& ex quota parte.† Et quidē the
ſaurus propriè eſt vetus depoſitio pecuniæ,cuius memoria nō
extat: vt ff.de ac.re.do.l.nūquā.§.theſaurus. Vel dic,theſaurus
eſt pecunia à vetuſtioribus dominis abſcōdita. Impropriè the
ſaurus eſt quæcunq; pecunia:vt ff.fa.er.l.12. Labeo in princ.

& ff.de aequi.poſ.l.peregre.in prin. & ff.ad exhib.l.theſaurus.
a † Inuentori quandoq; conceditur totus:vt ſi in ſuo loco inuenerit caſu,vel etiam opera,ſine arte mala. At ſi arte mala,totus cõfiſcabitur. Si in alieno quis caſu inuenerit,dimidium habebit,& dimidium domino ſoli dabit. Si data opera, etiam volente domino.dominus,licet videatur indignus,id totum habebit:nec enim additas opes etiam volentibus dominis inquirere fas eſt:& hæc probantur j̄ cod.titu.l. vna. Quid ergo ſi quis reperit caſu in fundo,qui neque ſuus eſt, neque alterius priuati hominis vel Cæſaris,vel ciuitatis:ſed reperit in publico,aut regia,vel in ſancto,vel in religioſo, vel in ſacro loco? profecto ratione prima naturali,quia loca prædicta in nullius bonis ſunt,theſaurus inuentus totus inuentori conceditur: vt Inſtit.de re.di.§.theſauros,ibi:Idémque.& c.de æquitate , quæ præualet dimidium fiſco dabitur:vt ff.de aequi.poſſ.l.iij §. Ne
3 ratius. Inueniſſe illum † intelligo qui viderit,vel perceperit,& animum habendi theſaurum habuerit:vt ff de iure fiſ.l.nõ intelligitur.§.ſi in locis.& §.ſi. Item dominum ſoli intelligo proprietarium,non ſeudatarium,non emphyteutam,non Iructua
4 riũ. † ſecundum Placent. Vel dic dominum,qui dominus eſt, vel directò,vel vtiliter:& vtiliter dicitur dominus feudatarius, & ſimiles. Ex his quæ dicta ſunt,patet quia inuentori theſaurus inuentus quandoque conceditur totus,quandoque dimidius,quandoque inuentor,nec modicum quid habebit. In ſumma ſciendum eſt(quod eſt notatu dignum)quia ſi duorũ ſeruus in alterius domini fundo theſaurum inuenerit,totum domini fundi erit:licet videretur,quòd alter ſerui dominus iure inuentionis dimidium habere debeat:vt ff.de aequi.re. do.l. ſi is.Sic ego intelligo:licet ibi litera ſit ambigua.

De annonis,& tributis. *Rubrica.*

1 *Tributum quid dicatur,& quibus nominibus ſoluatur.*
2 *Tributum quod nomine capitis ſoluitur,ad quam ſummam extendatur.*
3 *Tributum quomodo præſtetur nomine prædij.*
4 *Italiam immunem eſſe a tributis.*

QVIA de theſauris, de quibus dictum eſt, tributa dantur,de annonis & tributis audiamus , id eſt, de tributis.quæ exiguntur propter annonam militum,& equorum:vel præſtatur annona in ſpeciebus,tributa in pecuniis. Videamus,quot modis dicatur tributum,qualiter diſtinguatur tributum, quantum debeat eſſe
1 in tributo , & à quibus debeat dari. Et quidem † generaliter tributum dicitur quicquid tribuitur. Specialiter eſt,quod principi datur. hoc, inquam , quandoque datur nomine capitis : vt ff.de cenſi.l.in Luſitania [aliàs Lyſitania,aliàs Lucitania.] Quandoque nomine agri : vt ff.de cenſibus. lege, forma. Tributum capitis nullis remittitur,niſi Italicis,& Theſſalonicenſibus.& quibuſdam aliis.qui ius Italicum per Cæſarem acceperunt:vt ff.de cenſi.l.j.& l.in Luſitania.& ſ.de epi.& cler.l.de his. Item tributum, quod dependitur nomine agri, omnes debent, niſi Italici & Theſſalonicenſes:vt dictis le-
2 gibus. † Nomine capitis (vt exiſtimo) integer aureus à maſculo annuatim: dimidius præſtatur à fœmina : vt hic co. l. fin. Videtur tamen quòd hodie aliter ſoluatur:vt j̄.de agri.
3 & cenſi.l.cùm antea. † Nomine prædij tributum præſtatur in ſpeciebus,in quantitatibus, in partibus non remotis, frumenti,quinquageſima:ordei quadrageſima,vini & lardi vigeſima:vt j̄.de ſuſcept.l.modios. Pro ſingulis libris argẽti quinq; præſtantur aurei : vt j̄.de argenti pretio quod theſauris infertur.l.j. Ad cuius, ſcilicet argenti inſtar, in auro & pecuniis
4 ſimul computatio fiat:vt j̄.de colla.æris.l.j. † In ſumma illud tenendum eſt.quòd Italia vtpote priuilegiata non debet tribu
a ta °. huic ſententiæ argumentum præbet. quicquid Digeſtis, ſub titulo de cenſibus legitur.& ſ.de epiſc.& cle.l.de his. Vbi verbũ duntaxat intellectu ſano, non ad poſſeſſores,ſed ad prouinciales refertur. Nã & nõ poſſeſſores,vt Iudęi tributa præſtant. Nec ob. ſ.ſine cenſu vel reliquiis.l.vlti.vbi dicitur omnes pro his agris,quos poſſident ſoli,eas penſitationes agnoſcant. Eſt enim talis loquutio,omnes qui præſtare ſoliti ſunt. Nec vincere debet lex iſta: maximè cùm non ſit domini Iuſtiniani,ſed Imperatoris Apoſtatæ Iuliani. Sed nec illud obſtabit,quòd impiè,& falſiſsimè,& cõtra proprias conſcientias à miſeris Bononiẽſibus Federico Imperatori Placentiæ ſuaſum eſt,Italiam factam eſſe tributariam,per id quod legitur Inſti. de re.di.§.per traditionem.ibi,inter quæ necnon Italica prædia nulla eſt differentia, &c. Nam illa verba,ſi ſano ſenſu inſpiciantur , & conſiderentur præcedentia,& ſequentia determinant, & intelligi debent quo ad alienationem,non quo ad tributorum præſtationem.

ANNOTATIO.

a Non debet tributa. Ad hoc vide no.gloſſ. in l.ſi.C.ſi cenſ. Vel reli, quoniam ipſa eſt prouinciarum omnium domina : vt tenet glo.in authen. vt omnes obediant iudi.prouin.§.hoc conſiderantes.de quo vide Bario.in l.ſi C. de tempo.in integ.reſti. Quamuis hodie proh dolor! nefandiſsimis Italorũ delictis,& inteſtinis ſeditionibus, non ſit prouinciarum domina : ſed vilis ancilla, & miſerabilibus ſeruitutibus ſubiecta vt ſine controuerſia poſsit afferri in medium illud Hieremiæ prophetæ, Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo.

De indictionibus. *Rubrica.*

1 *Indicere quid ſit.*
2 *Indictio quomodo fiebat.*
3 *Annorum computatio quomodo olim fieret,& quomodo hodie.*

ET QVIA tributa indicebantur,de indictioni-
1 bus audiamus. † Et quidem indicere,eſt aliquam præſtationem , & maximè extraordinariam in-
2 iungere. † Fiebat autem indictio in prouinciis per ſingula luſtra,quia prouinciales per ſingula quinquennia Romam cum tributo veniebãt:& præ nimio gaudio vrbem luſtrabant. In primo quinquennio veniebant cum auro. In
3 ſecundo cum argento. In tertio cum ære. His † indictionibus Romani ante natiuitatem Chriſti annos computabant, Hebræi à diluuio, Græci à ludo Herculis, qui fiebat per ſingula quadriennia in monte Olympo. Sed hodie Chriſtiani omnes ab annis dominicæ incarnationis, & imperatoris computant annos:vt in authent.vt præpo.no.Impe.in prin. Amplius Auguſtus Cæſar inſtituit,vt pro capite darentur tributa, & vocantur capitationes.

De ſuperindicto. *Rubrica.*

NIHIL,quod ſit ſuperindictum, exigi debet:niſi Imperator accommodauerit aſſenſum:vt j.co.l.j.

De exactoribus tributorum. *Rubrica.*

1 *Exactorum officium.*
2 *Exactorum nomina varia,& cur.*

QVI tributa exigunt, prius à tabulariis ciuitatum breues tributorum accipiant , quàm tributa exi-
1 gant:vt j.eo.l.j. † Hi qui tributa exigunt,vocantur exactores tributorum: & habent hi exactores
2 alia nomina:prout diuerſificatur officiũ. Nam † dicuntur ducenarij,centenarij,ſexagenarij.vt j̄.eo.l.j. Item dicuntur publicani : vt ff. vi bo.rap.l.ij.§.ſi publicanus. Cæſariani:vt ſ.de iure fiſci.l.probibitum. Mancipes:vt ſ.de vecti. & commiſſ.l.ſi qui ſine. Opinatores, qui exigunt militarem annonam : vt j̄. eod.l.miſsi. & j̄.de ero.mi.annonę.l.opinatoribus. Opinatores ideo dicuntur:quia quod optant,percipiunt : & de his dic
❧ vt no.ſ.de iure fiſ.l.fina. Vocantur & aſtuarij ❧ quia non ſolùm manu , ſed etiam aſtu, & calliditate tributa extorquent: vt j̄.de apo.l.penult.

ANNOTATIO.

❧ Aſtuarij. In omnibus exemplaribus Iuſtiniani Codicis ſemper legimus in ea.l.penul.de apoch.actuarius, quam lectionẽ adfert ibidem ex Placentino Accurſius. De his vide l.actuarij.infrà,de erog.mil.an. lib.

lib.xij C.& L.actuarios.de numera.& actua.eo.lib. Non tamen nego, quin ſit voiox & fraudulentum eorum propoſitum per l.j. de muner. actua.lib xij.C. Actuarius grecè μ.ῥμιν dictus munere fungens in tabulas publicas referendi,quæ opus eſt memoriæ mandari. Budæus in poſterior. P.Piaſcius.

Rubricas, de ſuperexactoribus, de capiendis pignoribus. de apochis publicis.item,de canone largitionalium titu.quia nullius,aut parui momenti ſunt,omittimus.

Ne operæ à collatoribus exigantur. *Rub.*

1 *Collatores qui.*
2 *Principi qui occurrere debent.*

ETNE † operæ à collatoribus exigantur, audiamus collatores, id eſt, prouinciales, qui operas, niſi velint, præbere non debent. Nam nec balnea præſidibus ſuccendere compellendi ſunt: vt j.ne
2 comitibus rei mili.vel tribunis lana.præ.l.j. † Porrò principi cùm in expeditionem vadit, omnes etiam clerici, & monachi,cum perſonis & rebus occurrere debēt:vt ſ.de ſacroſanct. eccle.l.neminem.

De immunitate nemini concedenda. *Rub.*

1 *Conferre qui debet,& quibus cauſis.*

1 IN † Aggeribus publicis reparandis in vallis ciuitatum faciendis, in veteribus muris reficiendis, & nouis fabricandis, & ad reparationem, & fabricationem portuum,aquę ductuum , pontium, & viarum,omnes certatim conferre debent pro numero iugerum.& capitum animalium.quæ poſsidere noſcuntur compellendi ſunt:vt j.eod.l.ij.& ſ. de operis public.l.ad portus.& l.omnes.& j.de priui.do.augu.l.abſit.

Rubricas,de cōditis in publicis horreis:& vt nemini in coemptione ſpecierum liceat ſe excuſare, Item de collatione donatiuorum,Item de collatione æris , Item de diſcuſſoribus,dimittamus,déque decurionibus audiamus.

De decurionibus, & filiis eorum, qui decuriones habeantur, & quibus modis à fortuna curię liberentur. *Rubrica.*

1 *Decuriones vnde dicti ſint.*
2 *Decurio an idem ſit qui & curialis.*
3 *Decuriones à quibus officiis abſtinere debeant.*
4 *Decuriones quomodo liberentur à fortuna curiali.*
5 *Duumviros eligi ſolitos ex ordine decurionum.*
6 *Decurionum priuilegia aliquot.*

VIDEAMUS vnde dicti ſint decuriones , & ſi qua differentia ſit inter decuriones,& curiales:& à quibus officiis debent abſtinere , & ſi curiales deliquerint, per quos reuocentur , qualiter , & quemadmodum decuriones à fortuna curiali liberentur, &
1 eorum filij.† Dicti ſunt ª decuriones à decē:quia in initio cum
a Coloniæ fierent,id eſt,nouæ regiones,pars decima eorum,qui deducebantur , conſilij publici gratia ſcribebantur : vt ff.de
2 verbo.ſigni.l.pupillus.§.decuriones.† Iſta duo nomina decuriones , & curiales idem ſignificant : vt ſ.de epiſco. & cler.l.ſi
3 quis. & ſ.de inceſt.nup.l.iij.& † à tabellionum officio abſtinere debent : vt j. eo.tit.l.vniuerſos.Ad militiam quinque non debent adſpirare , nec præſidatum obreptitiæ accipere: vt j. eo.l.qui decelicta & l.ſi quis.Item in clerū promouendi non ſed promoti retrahendi,niſi adeo in clero proceſſerint, vt facti fuerint epiſcopi,vel.presbyteri,vel,diaconi,vel.niſi vitam condecentem monacho ad minus xv. annis egerint in monaſterio:vt ſ.de epiſcop.& cleri.l.ad ſimilitudinem. & in authen.de ſan.epiſ.§.ſed neque curialem.Reuocantur per iudicantes.Quid ergo ſi deſinit potérit & mox per quemcunque ad curiā reuocari:vt ſ de epiſ.& cle.l.ſi quis. Hoc ita niſi quæſtio à curiali referatur: tunc enim illa quæſtio intra tres menſes tractabitur : vt j. eod.titu.l.generali. Reuocantur autem
4 manu iniecta:vt d l.ſi quis.dicitur. † Curiali fortuna liberantur decuriones,& eorum filij,ſi naneiſcantur dignitatem maiorem.per Imperatorem:vt j.eo.l.vlti. Sanè dignitas conceſſa per ſummū pontificem,licet ſit epiſcopatus , licet ſit facultas, non liberat à fortuna curiali,vel officiali,licet à ſeruitute , & ab adſcriptitia cōditione, & à patria poteſtate liberet:vt ſ.de epiſc.& cler. auth.ſed dignitas epiſcopalis.& authen. epiſcopalis ordo. Nam in his potior eſt dominus Imperator, quàm
5 dominus papa. † In ſumma ſciendum eſt, quia in ciuitatibus de decurionibus eligebantur duumviri:vel triūviri ſicut Romę de ſenatoribus cōſules: vt ff.eo.l.honores.§.ij.Et ad idē.j. eo.titu.l.ſi ad magiſtratum.& ſ quando prouo.non eſt neceſ.
6 l.ſi, vt proponis. † Item ſciendum eſt,quia decurionatus non tantum onus,ſed & honorem habet:vt j.eo.l.j. Hoc ex eo arguitur: quia ſi baſtardus curiæ datur,legitimus efficitur:vt ſ. de natu.lib.l.quoniam.& l.j. Item decurio quondam propter honorem priſtinum , non torquetur : vt ſ.de quæſtio.l.nihil. Item decurionibus , facultatibus lapſis, alimenta à republica danda ſunt , maximè ſi ſub munificentia in patria matrimonium exhauſerunt:vt ff.eod.l.decurionibus.

ANNOTATIO.

a Dicti ſunt. De decurionum dignitate,& qualiter etiam hodie vocentur vide per Bartol.poſt gloſſ.in rube. C.de decurio.lib.x. & in l.j.ff. eod. do. Alexand. in l.j.ff quod quiſque iur.do. Lucam de penna in rub.eo.tit.nu.6.lib.x.chart.lui.& per totum titulum,qui decurionum materiam latè exequitur.

ALIA SVMMA.

1 *Decuriones eoſdem eſſe,qui & curiales.*
2 *Decuriones qui dicantur.*
3 *Curia quid ſit,& vnde dicatur.*
4 *Decurionatum honorem eſſe & munus.*
5 *Decuriones aut naſci,aut fieri,& qui naſcantur.*
6 *Decuriones vel curiales quomodo fiant,& 9.*
7 *Filium naturalem quomodo poſsit quis curiæ dare.*
8 *Curiæ ſe offerre volenti quid agendum ſit.*
10 *Decuriones qui poſsint fieri.*
11 *Decuriones vel curiales fieri qui ab initio prohibeātur.& 14.*
12 *Decuriones vel curiales inuiti an,& qui fiant.*
13 *Minores annis xxxv.an poſsint creari decuriones.*
15 *Decuriones qui ex poſtfacto repellantur à decurionatu, ſeu decuriones eſſe deſinant.*
16 *Decuriones quæ poſsint facere,& quæ eorum poteſtas.*
17 *Decuriones ſua donare ſine decreto,& an res Curiæ.*
18 *Decuriones vel curiales à quibus abſtinere debeant.*
19 *Decurionum priuilegia qualia.*
20 *Decuriones & eorum filij quibus pœnis ſubiiciantur, vel non.& 21.*
22 *Decurionum filios priuilegiis decurionum frui quomodo intelligendum.*
23 *Decurionum priuilegia quibus decurionibus denegentur.*
24 *Decuriones & eorū filij quatenus teneantur ad munera.& 26.*
25 *Decurionum filij quando ſequantur potius cōditionem matris, quàm patris.*
27 *Curialis recuſans ſubire curialia munera qua pœna puniatur.& 28.*
29 *Decurio qui relicta ciuitate aliò migrauit vt vitet munera ciuilia,quomodo ſit requirendus prius.quàm puniatur.*
30 *Decurionis vel curialis bona quæ ob delictum publicanda ſunt,ad quos deueniant.*
31 *Curiali decedenti qui ſuccedant,& quatenus.*
32 *Curialis quibus modis liberetur à fortuna curiali.*
33 *Libertus an poſsit fieri decurio,& quid de liberis eius.*
34 *Libertus cuiuſmodi munera ſubire poſsit.*
35 *Serui an poſsint ad decurionatum vel alios honores aſpirare:& à quibus negociis & muneribus arceantur,& 38.*
36 *Serui quibus ex cauſis poſsint in iudicio conſiſtere.*
37 *Seruus in quibus cauſis poſsit procuratorem conſtituere.*

39 *Sernos repelli ab honoribus & militia & quibuſdam officiis quomodo intelligendum.*
40 *Serui ad quæ munera adſumi poſſint.*

DE DECVRIONIBVS ſummulam compoſuit Pla. & de decurionibus breuiter innodauit.
Verumtamen quia hunc titulum legi, ſine detra-
ctione,ſummulam compoſui. vnde tractaturi de
eis videndum eſt primò qui dicantur decuriones,& vnde pro-
ceſſerunt.Secundò,qui dicantur curiales,& quę dicatur curia:
Tertiò quomodo poſsint fieri. Quarto, qui repellantur ab
initio ſuſcipere decurionatum. Quinto ,qui decuriones re-
pellantur ex poſtfacto. Sexto,qui decuriones poſſunt facere.
Septimò,à quibus debeant decuriones abſtinere.Octauo quæ
ſint priuilegia decurionũ,&quibus dentur.Nono quibus de-
curionibus non competant priuilegia. Decimo qualiter decu-
1 riones,& eorum filij, & bona,à curia liberentur.† Videndo
itaque de primo membro,ſciẽdum eſt quod decuriones idem
ſunt quod curiales.& idem ſignificant.Et hoc poteſt perpendi
ex eo quod legitur.s̃.de inceſt.nup.l.ij.& s̃.de epiſ.& cleri. l. ſi
quis curiales.& j̃.eo.l.ſi ille.& j̃.ot.ij.in rub.& in l.j. quia ibi
2 videtur quod decurio nominetur curialis.& ecõuerſo.† Et di
3 cuntur decuriones conſiliarij,*quorum conſilio tota ciuitas re
gitur.Nam dicti ſunt decuriones à decem:quia initio cùm co
loniæ deducerentur, decima pars eorum quæ deducebatur
conſilij publici gratia ſcribi ſolita eſt.ſic ff.de verb.ſig.l.pupil
lus.§. decuriones. Et hac contemplatione hanc ſummam in
x. partes diſtribui. Et de Ioſeph ab Arimathea dicitur quòd
☞ fuit decurio , qui non conſenſit conſilio & actibus illo-
rum Iudæorum,vt in paſsione domini legitur ſecundum Lu-
cam.cap.23.Et iſte Ioſeph fuit vir bonus, & iuſtus, & nobilis
decurio, & diues homo,& diſcipulus Chriſti ſecundum om-
3 nes euangeliſtas in fine paſsionum. Item Romulus † appella-
uit curias,illas partes populi in quibus eum diuiſerat. diuiſit
enim eum in xxx.partes:vt ff.de orig.iu.l.ij.in princip. §. hiſ-
dem temporibus. Vel etiam dicitur curia locus publicus vbi
curiales,vel decuriones congregantur:vt s̃.de epiſc. & cleri. l.
placet. & j̃.eo.l.ij.& de legationib.l. vlt. Item dicitur curia à
cruore,& immolatione ſimulachrorum:vt in Lombarda de re
ſti.l.conſtitutum eſt.§.j.Vel dicitur curia ipſum corpus curiæ,
vel curialium.vnde dicitur,curia acquirit,curię defertur, cu-
ria ſuccedit,vel corpus curiæ.& j̃.de prædi.decur.l.ij.& j̃. quã
do & qui.quar.pars debe.l.j.& ij.& j.reſponſ.in fin.& per to
tum titu.j̃.de his qui ſpon.l.vlt.in fin. Conſortium appellatur
j̃.eodem.l.vlti.in princip. Item aliàs dicitur conſenſu curię,vel
maioris partis curiæ,vel præſente curia:vt j̃. eo.l. nominatio-
num.& l.quicunque intr.& j̃.de prædi. curi. l. vlti. §. j. Item
per omnes fere leges huius tituli poteſt perpendi quòd curia
ita appellatur. Nam & aliâs dicitur curia vaſallorum, ſcilicet
omnes vaſalli,vel partes curiæ:vt s̃. de defenſo. ciuit. quæ fuit
prima cauſa benefic.amit.§.eſt & illa.& tit.hic incipit lex Cor
radi.§.j.& ij.& conſtitutione Friderichi,c.imperialem. §. vlti.
4 de probib.feud.alien.& †eſt certè decurionatus honor:vt infrà
eodem l.ij.& l.cum decurionatus.& ff.de vacatio. & excuſa.
munr.l.à decurionatu.Et non ſolum honor eſt:ſed etiam mu-
nus,& nexus.infrà eodem l.à muneribus.& l.neminem.§. eos.
5 † Secundo notabis quòd decuriones quidam naſcuntur,qui-
dam fiunt.Naſcuntur poſt:puta,filij nati ex decurione iam de-
curionatu ſuſcepto:ſed non illi,qui naſcuntur ante:vt s̃. de nat.
lib.l.communium.§.ſed ſi quidem.& in authent. quibus mo-
dis.nat.eff.ſui. §.natura. & j̃.de dignit.l.j. & l. ſenator. vel a-
lius,& j̃.de his,qui ſponte mune. ſube.l. vlt.in fi.& j̃.eod.l.in fi
lijs. & l.ex omnibus.& l.in ſucceſsione.& l.ſi quis decurio.&
l.decurio fortunam.Fallit in filijs illius decurionis,qui cùm li
ber eſſet,à fortuna curiali ſponte ſuſcepit decurionatum.Nam
tunc vt ſubeant filij onera curialia,nec bona eorum curiæ erũt
ſubiecta:niſi ſint filij naturales,qui omnino ſequuntur fortu-
nam patrum:vt j̃.de his,qui ſpon.mun.ſub.veruntamen quã-
tum ad hoc vt non puniantur,vel his ſimilibus pœnis afficiant
tur,filij decurionũ appellantur.Et qui nati ſunt ex decurione,
vel ante,quàm eſſet decurio:vt ff.eodem.l.ij.§.in filiis.ff.de pœ
nis.l. Moris. §. parentes. verumtamen videtur , quòd hodie
qui ſe offert curiæ,quòd valeat circa filios, nepotes , & reſi-
duos ſucceſſores,vt ſit curialis cum omni ſua prole,quæ eſt &
erit cum omni ſua ſubſtantia:vt infra de dona.à curia.fact.* §.
j.& ij.& §.ſed & ſi quis.& §.donauerit.& §.quòd ſi ex inſtru.
Et maximè filij appellabuntur curiales,& curiæ ſubiacebant,
ſi ſponte fuerint confeſsi,vel conuicti ſub prouinciali iudice,
quòd ſint curiales,vel ex genere curialium. nam & in albo de-
curionum fuerunt deſcripti. Et hoc niſi curia curauerit eos
ſibi fortè ad aſſociandum: alioquin non videtur quod ſub-
iaceant curiæ, nec eius filij,nepotes,pronepotes, vel alterius.
vt infra de cohorta.l. quicunque. & infrà eodem, l. ſi ille. Si
autem fuerit per adoptionem: puta. ſi aliquis curialis ado-
ptauit aliquem filium , tenebitur ſubire onera patris adopti-
ui,& nihil ei immutatur de honoribus , muneribus origina-
riis: verumtamen emancipatus deſinit eſſe filius adoptiuus.ff.
ad municip.l.ordine.in fin.& l.ſed ſi is.& l.libertus.§. ex cau-
ſa. & infra eodem l.adoptiuum.verumtamen ſi filius emancipa-
tione non tollitur : vt arg.ff. de ſena. l. ſenatoris filius. primo
6 reſponſo.Fiunt etiam † curiales,vel decuriones:puta, ſi qui ſe
ſponte offerant curiæ illius ciuitatis,vbi degunt:vel ſub qua
villa,vel vico ſunt ſubiecti:vt infrà,de his,qui ſpon.mune. ſu-
be.l.vlti.in princip.& s̃.de nat.lib.l.& in authen. quibus mod.
nat effic.ſui.§.ſi quis igitur & communium.& §.illo. in auth.
de dona.à curi.fac.§.j.& per plures illius titul.§. Item videtur
quòd quis poſsit filium in poteſtate conſtitutum decurionem
facere:vt infrà, de cohorta. l. quicunque per Oſdroenam &
conſentiendo non obligetur filio emancipato. Item filius in
poteſtate poteſt fieri decurio ſine conſenſu patris:vt infra eo-
dem,l.j.& l. filios. & infra, de filiusfamil. quemadmodum.l.j.
ff.ad municip.l.ij.primo reſponſo.& l.Lucius.§.idem reſpon-
di hæredes.& ff.de mu.& ho.l.iij.§ filius.Nam(vt ſupradictũ
7 eſt)omnis proles curialis efficiatur.† Item poteſt quis filium
naturalem curiæ dare: puta,ſi manifeſtauit eum donare patrię
principali,& hoc notum fecit:vt s̃.de natu.lib.l. quoniam. vel
ſi obtulit filium naturalem in commune:vt in authen.qui.mo.
na.effi.leg.§.ſi quis igitur:vel ipſum obtulit ſub geſtis monu-
mentorum:vt in prædict.§.ſi quis igitur.& s̃.de nat.lib.l.uij.vel
in teſtamento conſcribit eum oportere fieri curialẽ: & ille am-
plectatur ſcripturam:vt in prædicto §.ſi quis igitur.& §. ſi ve-
rò.& s̃.de nat.lib.l.iij vel honore curiæ ſcribat eum hæredem.
Nam tunc talis ſcriptura pro omni oblatione conſiſtit: nec e-
get aliqua citatione,vel oblatione,dummodo conſentiat:vt in
authen.qui.mo.nat.effi.leg.§.ſi quis autẽ legitimos. & poterit
quis filios naturales offerre curiæ,etiam aliis filiis ſuis exiſten
tibus:ſed ipſe naturalis non poſſet ſe offerre curiæ aliis fratri-
bus legitimis exiſtentibus:vt s̃.de nat.li.l.communium. §. vlti.
& in auth.qui.mo.na effi.ſui.§.ſi quis igitur.& §.ſi quis igitur
ex qualiber.Item oportet,& neceſſariũ eſt,cùm quis offertur
curiæ à patre:vt s̃ vel in teſtamento quòd ipſe conſentiat, vel
ratum habeat,vel ſcripturam amplectatur.Nã inuitus curiæ
non poſſet dari:vt in authen.qui.mo.nat.effi.ſui.§.ſi quis igi-
tur.§.cùm ſemel.§.ſi quis autem legitimos,& § generaliter au
tem.niſi vbi inſtitutus eſt vt curialis fiat, & refutauerit obla-
tionem,& poſtea ſe immiſceat hæreditati,vel alienet.Nam tũc
inuitus tenetur curiali fortuna:vt in auth. qui.mo.nat. effi.le.
§.ſi verò ab initio,cùm fuit creatus non contradixit : vt j̃.eod.
8 l.vlt.† Item videtur quòd qui ſe offert curiæ quòd ipſe debeat
adire principem : vt in auth.quib.mod.nat.§. ſi quis autem vel
ex genere.& ff.eod.l.pe.imò videtur quòd curialis poſsit fieri
ſub iudice,vel præſide prouinciæ,maximè ſi curia in hoc con-
ſentiat : vt j.eodem.l.ſi ille. Nam & lex dicit cùm quis vult ſe
dare curiæ ea ſorte,id eſt,quòd curiali vult ſuccedere ex teſta-
mento , vel ab eo recipere donationem , debet ſe offerre cum
omni ſubſtantia , & cum omni prole, quæ eſt, & quæ erit : &
hoc in actis declarat ſuam voluntatem apud iudicem,vel præ-
ſidem prouinciæ : vt in authenti.de donatio.à cur.fa.§.primo.
§.ſecundo, §. tertio , & §.quarto. & §.vt autem. & § quod ex
teſtamento. Item videtur,quòd quis eligatur in ordinem de-
curionum.& quo tempore decurionatum petere poſsit:vt ff.
eodem.l.penult. primo reſpon.& §.j.& §.ij.& l.ij.in prin.& §.
9 vlt. † Item fit curialis præſcriptione xxx. annorum ſi non in-
terpellatus curiæ ſeruierit:vt j̃.de ſuo.rei priui.l.cũ qui. verum
tamen

tamen curialis non poteſt ſibi acquirere libertatem ſpatio
etiam xl.an. vt ſ. de præſcri.xxx.an.l.præſcriptione.& j.eo.l.
ſi quis decurio.& j.de cohor.l.ſi cohortalis.§.j.niſi factus eſ-
ſet monachus,vel clericus,vel epiſcopus,& in monaſterio ſte
terit ſine controuerſia per xv.an.vt notaui in ſi huius ſumme.
Præſcriptio verò ſalarij ſola non facit eum decurionem, qui
ſecundum legem non eſt creatus. vt ff.eo.l.Herennius. & ar.
10 ff.de teſt.mil.l. antepe.† Tertio poteſt fieri decurio paterſami.
& filiusfa.etiam ſine conſenſu patris: vt j.eo.l.j.& l.filios. & j.
de filiusfa.quemadmod.& ff.ad muni.l.ij.j.reſpon.& ff.de mu-
ne.& ho.l.iij.§.ſi filius.& ff.quod cuiuſ.vniuer.l.planè. & l.ſeq.
& ff.de vac.l.filius decurio.Sed fortè non ſimul cum patre, in
cuius eſt poteſtate.j.de filiusſa.quemadmo.l.vlt.Sed contrariũ
videtur innui ſ.de na.li.l.iij.& l.communium.§.ſed ſi quidem.
& in authen.qui mo.na.ef.le.§.ſi quis igitur.j.de mu. & ho.l.j.
& etiam id quod ſ.notaui,quòd qui offert ſe curiæ,quod in-
telligitur cum omni prole,quæ eſt,& quæ erit:vt in authen.de
don.à cu.fa.§.j.§.ij.& §.ſed & ſi quis donauerit.Sed poteſt in-
telligi ita vt poſsit filius ſimul cum patre curialis eſſe,vt patet
tantum dum viuit,ſubeat onera curialia,& non filius:ſed poſt
mortem eius,ſit filius eius ſucceſſor:vt in prædictis legibus. &
j.eo.l.priuilegio.& l.exemplo.& l.in ſucceſsione.& l.in filiis.
Item ſpurij poſſunt fieri decuriones:vt ff.eod.l. generaliter. §.
ſpurios.& l.ſpurij.Veruntamen ſpurius tanquam filius decu-
rionis non habetur:vt ſ.de legit.lib.l.ex libera. Item naturales
filij poſſunt fieri decuriones:vt ſ.de na.li.l.iij.& l.uij.& l.com-
munium.in authen.qui.mo.na.eſ.legi.§.ſi quis igitur.cum ſeq.
Item plebei,licet prohibeantur fungi honoribus: vt ff.ad leg.
Cor.de fal.l.falſi in fi.ff.eo.l.honores.§.is,qui.Item experres li-
terarum:vt j.eo.l.expertes.ſimile ſ.de iudic.l.certi iuris.ff.de di
uer.& tempora.præſcrip.l.ſinguli. §. vlti. arg. in contrarium
ſ.de poſtul.l.ij.authen.de iudi.primo reſponſo. in authent. de
ſanct.epiſc.j.reſpon.& Inſtitut. de excuſat.tut.§.ſimiliter. Itẽ
libertus qui impetrauit ius annulorum aureorum,vel natali-
bus eſt reſtitutus:vt in authent.vt libert.de cætero.j.reſponſo.
& in authentic.qui.mo.na.eſſi.ſui.§. ſi verò ex ancilla. Et de
iſtis plenius tractabimus j.tit. proxim. Item filij libertorum:
vt ſ.de ſer.reipub.manu.l.vlti.in fi. & j. de dignit.libertorum.
Item volens,& non inuitus:niſi in caſu:vt j.de his,qui ſponte.
l.vlti.in prin.ſ.de natur.lib.l.iij.& in authen.qui. mo. nat.eſſi.
ſui §.ſi quis ergò.& §.cùm ſemel.§.ſi verò ab initio.§. ſi autem
legitimos.§.generaliter. Et ſufficit ſi non contradixerit initio:
vt ff.eodem.l.pen.in fin.item poteſt dici,quòd omnes admit-
tantur qui ſpecialiter non prohibentur.argum.ff.de procur.l.
tutus.§.j.ff.de teſti.l.j.ff.ad munici.l.magiſtratus in fin. Item
natus in relegatione.Item,qui vtenſilia negotiantur. & ven-
dunt:licet ab ædilibus cædantur,decuriones fieri poſſunt : in-
honeſtum tamen eſt,ſi honeſtorum eſt copia : vt ff. eod. l. eos,
qui. Quarto repelluntur quandoque ab initio,quandoque ex
11 poſtfacto. † Repelluntur itaque ab initio paſsi quæſtionem
publici iudicij.Item damnati lege Iulia de vi priuata.ff.ad leg.
Iuliam de vi priuat.l.j. Item liberti , qui non impetrauerunt
ius aureorum annulorum:vel non ſunt natalibus reſtituti:vt j.
tit.j. Veruntamen hodie admittuntur:vt in authen. vt liberti
de cætero.j.reſponſo.& in authen.qui mo. natu. eſſic. ſui §. ſi
verò ex ancilla. Et de iſtis plenius notabimus j.titu.j.Item ſer-
ui ſine conſenſu domini:vt j.tit.j.l.ij.j qui milita.non poſſunt.
l.vti. Nam ita demum videtur,quòd poſsit fieri curialis , qui
liber eſt,vel qui fuit ſeruus,& eſt manumiſſus : vt in authent.
quibus mod.natu.eſſi.legi.§. ſi quis autem legitimos. & §.ſi
verò ex ancilla. Et de iſtis plenius tractabimus infrà.titul. j.
Item videtur quòd plebei : vt ff. eodem. l. honores. §. is , qui.
Sed tu dicas, quòd prohibentur plebei fungi honoribus decu-
rionum, vt ibidem : decuriones tamen fieri poſſunt : vt ff. ad
12 leg. Corne. de fal.l.falſi.§.ordine. item†non ſiunt curiales vel
decuriones inuiti : niſi vbi filius eſt obligatus curiæ,& ipſe ab
initio hoc refutauit : veruntamen patris hæreditatem agno-
ſcat:vel bona alienet,nam tunc inuitus erit curialis:vt ſ.de na.
li.l.iij. & in authen. qui mo.na. §.ſi quis igitur. §. cùm ſemel.
§.ſi verò ab initio. §. ſi quis autem legitimos. & §. generaliter.
13 Item † minores xxx. annorum repelluntur:niſi ex cauſa:vt ff.
eod.l.non tantum in princ.§.j.& ſ.qui, & aduerſus quos.l. j.

Verumtamen ſi facti fuerint decuriones , ſportulas decurio-
num accipiunt , ſed interim ſuffragiũ inter cæteros ferre non
poſſunt:vt ff.eo.l.ſpurij.§.minores. Et filius fuerit xv.anno-
rum cum crearetur decurio, & pater ei non conſenſit,Præſes
ſi inuenerit eum inhabilem, iniquam nominationem pronun
tiabit,ſine appellatione.ſ.quando prouo.non eſt ne.l.ſi pater.
Et hoc intelligas ſi aliquid non tetigit de xxv.anno.& quia
annus cœptus pro impleto habetur , quantum ad ſuſcipien-
dum decurionatum , vel ſuffragium in curia ferendum , vel
in honoribus recipiendis.ff.de mu.& ho.l.ad rempublicam.
14 De his plenè notatur j.qui ætate.† Item nauicularij.vt ff.eo.
l.Seuerus.§.non eſt.ff.de iu.immu.l.ſemper.§.vlti. Item qui
clemẽtiorem ſententiam paſſus eſt: puta, quia fuit ad tempus
relegatus: vt ff.eo.l.generaliter. primo reſponſo.In quæſtio-
nibus nominatos capitalium criminum ad nouos honores,
ante cauſam finitam admitti non oportet : Cæterum digni-
tatem priſtinam interim retinent. Si per accuſatorem crimi-
num capitalium non ſtetiſſet,quominus crimen intra ſtatu-
tum tempus perſequeretur,reus non debuiſſet medio tempo-
re honores appetere. vt ff. ad muni.l.libertus.§.in quæſtioni-
bus.& l.Lucius.§.idem reſpondi ſi per accuſatorem.ff.de mu.
& ho.l.reus.Item non debet quis pœnæ cauſa curiæ dari:cùm
enim quem criminoſum non dignitas , ſed pœna debeat co-
mitari:vt j.eo.titu.l.nec infames.& ff.de interdi.& rele.l.rele-
gatorum.§.vlti.reatus honorem omnem excludit:vt ſ.vbi ſe-
nato.vel clariſ.l.j.Item Iudæi, Samaritæ, Montaniſtæ,& alij
hæretici non poſſunt fieri curiales,ſcilicet,vt fruantur hono-
b te [b] curialium:ſed munera corporalia,& pecuniaria cõpleant.
aliud fortè in illis qui tamũ iudaicam ſuperſtitionem ſequun
tur : vt ff.eo.l generaliter.§.vlt.ſ.de iudæis.l.iuſsio.& l.qui-
cũque.& l.vlt.ſ.de hære.& mani.l.j.& l.curiales.& in authen.
• vt hæretici curiales. • & l.cognouimus.fortè nec medici.arg.
15 ſ.de epiſ.& cleri.l.placet. † Quinto repelluntur decuriones à
decurionatu expoſtfacto : puta , ſi intrauerint tabulariorum
officium , vt honore curialium non fruantur,ſed muneribus
& honoribus ſubiiciantur,& tormẽtis,vt plebei:vt,j.eo.l.vni
uerſos.& ſ.ad leg. Corne.de fal.l.ſi quis decurio.Item ad tem
pus relegati decuriones eſſe deſinunt: vt ff.eo.l.ij.j. reſponſo.
Item,qui damnati ſunt atrocis iniuriæ: vt ff.de iniur.l.diuus.
Item illi , qui facti ſunt decuriones adoptiuè emancipatione
facta filij decuriones eſſe deſinunt: quod non contingeret in
vero filio emancipato : vt ff.ad municip.l.ordine.§.vltimo.&
l.ſenatoris filius.primo reſponſo.Item ſi decurio factus fuerit
minor vx.annis poterit remoueri, ſi inhabilis inueniatur : vt
ſ.quando prouoc.nõ eſt nec l.ſi pater.Item ſi cenſuali miniſte
16 rio ſe emancipauerit:vt j.de tab.l.quicunq;.† Sexto quæ decu
riones poſſunt facere,poſſunt:cõſtituere aliquos qui nomine
ciuitatis,vel curiæ experiantur:vt ff.quod cuiuſq; vni.l.ij.& l.
nulli.& ff.ad Treb.l.omnibus.& l. ita tamen.& ff.de neg.ge.l.
cum alicui. Et vnũ decurionẽ: vt ff.quod cuiuſq; vni.l.planè
Nam & miles poteſt eſſe procurator totius ſui numeri : vt ff.
de procura.l.filiusfamilias.§.veterani. Itẽ poſſunt tutores, &
curatores,conſtituere vnum ex ſeipſis:vt ff. qui pe.tu.l.decre-
to.ff.de tu.& cur.da.ab his.l.vbi abſunt.& ff.de exerci.act.l.ſi
tamẽ. primo reſpon.arg.ff.ad Trebel.l.j.§.ſin autẽ collegium.
Verumtamen eſt vbi ſolus aliquis,qui debet eligere:licet Ga-
daldianus de Anglario,ac frater Ioannes vicentinus ſuper du
catu & poteſtaria Veronæ,& Anglarij contra fecerint.argu.
ff.de tuto.& cura.da.ab his.l.prætor ipſe.argu.ff.de offi.Præ-
to.l. vlti.argu.ff.de offi.præſid.l.v. Item poſſunt eligere ali-
quem,vel aliquos duos, vel tres qui alium eligant ad munus:
vt ff.quod cuiuſque vniuer.l.item eorum.§.j.& in authen.de
epiſ.& cler.§.ij.ff.de arbit.l.itẽ ſi vnus.§.vlti.& pen. & in aut.
de quæſto.§.j.in fin.& j de re.mili.l.vlti.§.ita. vt ſi vniuerſi-
tas.& j.de eroga.mili.an.l.penult.§.pe. Itẽ poſſunt facere no-
minatores ad certa munera.& honores:vt j.eodem,l.ij.& ele-
cti ab ordine intelliguntur,etiamſi præſides miſerint ad or-
dinem,aliquem eligant,& eum eligunt ad honorem,vel mu-
nus.Videtur enim præſes conſiliũ dediſſe. Vnde dicitur,quòd
ſi electus excuſari, vel appellare velit,deberet facere,cùm or-
do decreuerit: & non cùm præſes miſit,& erit ipſe præſes ap-
pellandus, etiã ſi præſes in ordine fuerit:cùm quis ab ordine

crearetur,quaſi ob eo ordine, & nō ab ipſo præſide fuerit ap-
pellatum:vt ff.quando appel.ſit.l.prima.§.ſolent. Item decre-
tum interponere ad electionem decurionis , vel curialis: vt j.
eod.l.ſi ille.& ff.eod.l.j.primo reſponſo.Item poſſunt magi-
ſtros liberalium artium , & medicos, & ſimiles eligere,& eiſ-
dem ſalaria conſtituere, & eoſdem iuſta de cauſa reprobare:
vt ff.de decret.ab ordin.facien.l.prima.& l.ambitioſa.& ff.de
mune.& honor.l.vt gradatim.§.reprobari.ff.de excuſatio.tu-
to.l.ſed & reprobari.j.de profeſſ.& medi.l.grammaticos. &
l.magiſtros.& j.de decret. ab or.fa.l.j. Arg.contra. Inſtit.qui.
ex cau.ma.non poſ.§.ſemel.Item poſſunt decernere alimenta
decurionibus , facultatibus lapſis : vt ff.eod.l.decurionibus.
17 † Item poſſunt decuriones ad magiſtratum municipalem , &
ad exactionem tributorum eligi,cùm non habeatur inter ſor-
dida munera. Et hoc per tres menſes ante, quàm ſit finitum
tempus adminiſtrationis alterius : vt ff.de mu.& bo.l.reſcri-
pto.in princip.& ſ. de magiſt.municip.l.j.& ff.ad municip.li-
bertus.§.exigendi.Item exactio largitionalium titulorum,de
bet prouocari à curialibus: vt ſ.de cano.lar.l.vlti.Item poteſt
curialibus committi exhibitio publici curſus:vt j.de cur.pu.
l.publici.& l.j.Item iudicant: vt ff.eo.l.ij.primo reſponſo.& l.
ſpurij.§.vlti.ff.de albo ſcri.l.j.in fin.ff.de vaca.mu.l.prætor.§.
qui autem.Item poſſunt cauſidicorum officiis fungi:niſi con
tra rempublicam illius ciuitatis , in qua ſunt decuriones:vt ſ.
de aduoca.diuerſo.iudi.l.ij.Item poſſunt eſſe exceptores vt j.
de muneri.l.exceptores. Item poſſunt legatione fungi:vt ff.de
lega.l.ferendum.Vel ordine.j de lega.l.vltima.Item procura-
tores metallorum ſoliti ſunt ex curialibus ordinari. vt j.de
metallar.& meta.l.cùm procuratores.Item ad electionem exa-
ctoris , vel ſuſceptoris interueniunt : vt j.de ſuſcep.præpo.l.
exactores.Item ad electionē irenarchæ:vt j.de Irenarchis.l.j.
Item poſſunt etiam alios honores ſuſcipere:vt ff.de vaca.mu.
l.decurionatu.Nam non poteſt quis duumuiratum,vel alium
honorem ſuſcipere , niſi ſit decurio : quia plebei non fungun-
tur honoribus:vt ff.eo.l.honores.§.is,qui. Fallit in defenſore
ciuitatis,qui non eligitur ex corpore decurionum,vel cohor-
talium:ſed ex aliis idoneis perſonis:vt ſ.de defen.ciui.l.defen-
ſores ciuitatum. Vel fortè ſecundum Placen.decuriones in-
terponere poterant decretum ad electionem defenſoris:vt in
authen.de defen.ciuita.§.interim. Item poſſunt decreta in-
terponere , ſi res curiales , vel curiæ vendantur:vt j. de predi.
curi.l.ij. & iij.vel ciuitas alicuius prouinciæ:vt j.de vendi.re-
rum ad ciuit.l.vlti.& de iſtis decretis interponendis plenè di-
xi in ſumma Pi.j.de decret.decur.ſuper immunita. quibuſd.
conced. & ſuper legibus illius tituli notaui.Item poſſunt de-
curiones,ſeu curiales,donare ſuas res ſine decreto.& permu-
tare,& omnes alios contractus de rebus ſuis celebrare præ-
ter venditionem : vt j.de prædi.curi.l.vltima.& in ſumma il-
lius titu.notaui. decreto tamen curialium res curiæ non poſ-
ſunt donari.nam tunc dicuntur ambitioſa decreta:vt ff.de de-
cret.ab.or.fa.l.ambitioſa. Nam & decretum ſuper donatio-
nibus prohibitis non valet: vt ſ.ſi maior factus ſine decreto l.
vltima.§.cùm autem. Nunquid bene merenti?reſpondeo,vi-
detur quòd ſic: vt argumen.ff.ſi quid in fraudē patro.l.viuus
in decre.xij.queſtio.ij.ſi quos de ſeruis. niſi fieret in fraudem,
& ſcientes non eſſent ſoluendo:vt argu.ff.qui & à quibus ma.
liberi.non fi.l.ſemper. Nam ſerui poſſunt manumitti à colle-
gio vniuerſitatis decreto præſidis , vel ab eccleſia:vt C.de ſer-
uis reipublicæ manu.l.j.ff.de acquirend.hær.l.ſi quis mihi.§.j.
ff de manu.quę ſeruis ad vniuer.perti.l.j.& iij.& extra.de ſer-
uis non ordi.cadem de famolis.in decre.xij.queſt.ij.can.ſi quis
qualibet.§.item ſi ſeruos.can.ſi quos de ſeruis epiſcopus.can.
qui mancipium.Item poſſunt teſtamenta condere:vt ſ. de na-
tu. li.l.iij. in authen.quibus mo.na.effi.ſui.§.ſi quis igitur.cum
ſequentibus.& quando, & à qui.quar.pars de.per totum. in
• authen.de dona.à cu.fa.* per totum.Et de hac materia pleniſ-
18 ſimè inuenies j.eadem ſumma.§.de decurio. † Septimò abſti-
nere debent decuriones à venditione rerum ſuarum extra cu-
riam,vel curias : quia adminus curialibus, vel curiæ dent no-
titiam vocias : niſi iuſta cauſa interuenerit, qua inducantur ad
venditionem. Nam tunc poſſent omnibus tamen cauſis pro-
batis,quibus ſtrangulantur apud præſidem prouinciæ : vt in
authē.de dona.à cur.fa.§.ſed & ſi quis cauſam &§.ſed ſi quis.
§.vt autem.in fin.§.verò his.§.quòd ſi plures.§.ſi autem de-
functus. cum ſequentibus. & §.vltimo.ſuprà. de naturalibus
libe.l.quoniam, j.titu.j.l.j.& vlti. Item à venditione rerum
curiæ ſine ſolennitate: vt j.de prædi.decuri.l.ij.& de ven.re.
ciui.l.vlti.Item à repudiatione rerū ſibi delatarum, vel hære-
ditatum in fraudem curiæ : vt ſ.de natu.libe.l.quoniam.& in
authen.qui.mod.natu.effi.leg.§.cùm ſemel.Et hoc fortè,cùm
eis delata hæreditas bona contemplatione curiæ:quod ex eo
apparebit , ſi in inſtitutione fuerint curiales appellati, aliàs
adire non coguntur.arg ſ.de iure deliber.l.pe.ff.ſi quis omiſ.
cauſa teſta.l.j.j.reſponſo.ff.de condi.& demon.l.filio.ff.de an-
nu.leg.l.annua.§.j.ff.de admini.tut.l.cùm poſt.§.primo. Item
non poſſunt interponere decretum de futuris : vt ff quod cu-
iuſcunque vniuer.l. item eorum. & l.ſicut municipum.ff.de
reb.eo.l.pupillorum.§ penulti.Item à conductione rerum fiſ-
calium j quibus ad conduc.prçd.fiſca.l.j. Item prædiorum
publicorum: vt ff.de admi.re.ad ciui.perti.l.ij.Item ab omni
procuratione , & negotiatione aliarum facultatum,vt j.eod.
l.ſi quis procuratorem. & arg.de condi.ob cau.l.ſi militem.j.
de fabri.l.vlti ſ.loca.& conduc.l.curialis.ſed non à tutela, vel
cura : vt ff.de tut.& cura.da.ab his.l.vlti.Item à conductione
aliarum rerum, niſi ſucceſſerunt in conductione:vt etiam nec
fideiuſſor, vel mandator conductoris, exiſtat: vt ff.de decu.l.
decurio.& ſ.loca.& condu.l.curialis.l.milites.& l.vlti. Item
ab exercitio vectigalium : vt ff.eod.l.ſpurij.Item à conſortio
fabricenſium:vt j eod.l.fabricenſes.& de fabric.l.ſi quis cun-
• ſortium.Item μονάζοντων* officiis : vt infrà, eo.l.quidam igna-
uiæ.ſ.de epiſ.& cleri.l.ſi quis curialis.in authen.de ſan.epiſ.§.
ſed neq; curiale.Item ab omni militia , vt ſcilicet ſtatim curiæ
reſtituatur, niſi factus fuerit primipilus. Nam munus iſtud
prius implere cogitur : & poſtquàm fuerit impletus , curiæ
reſtituatur : vt j.eod.l.qui derelicta.l.quamuis.& l.ſi quis de-
curio.j.de cohor.l.nullum.l.vlti. & l. ſi cohortalis.ff. cod.l.j.
& qui mili. poſ.vel non.l.omnes. Item ab apparitione magi-
ſteriæ militū poterit:vt j.de appari.magi.mili.l.probari. Item
à conſortio parabolanorum.vt ſ.de epiſco.& cleri.l.parabo-
lani. Item non poſſunt eſſe apparitores proconſulis,& legati:
vt j.de appa.procon.& le l.j.Item non poſſunt ſubire hono-
rem comitis orientis , vel munus *Liciarchiæ*:vt ſ.de offic.co-
mi.ori.l.j. Item à perfectiſſimatus dignitate : vt j.de perfec.
digni.l.j.lib.xij.Item nulla licētia curialibus permittitur poſt
nominationem ſuſceptorum largitionum titulorum minuen
dę exactionis pertinentis ad ærarium , aut transferendi ad ar-
carios , aut alios titulos extraneos: vt ſ.de cano.largi.l.iij.§.
prouidentibus. Item non debet ſe iungere cum ancillis: vt ſ.
de inceſt. nup.l.ij. Item non poteſt curialis, curiales functio-
nes per ſubſtitutam perſonam implere : ſed ipſe per ſe faciat,
etiam ſi ex ſpectabili dignitate ſit decoratus : niſi ſit illuſtris,
vel ſimilis qui poteſt periculo ſuarum facultatum:vt C.eod.
nullus,qui nexu.& l.neminē.in fin.primi reſponſi.ſ.de epiſ.&
cleri.l.ad ſimilitudinem. Vel poteſt dici, quòd talis poſſit pe-
cuniaria munera per ſubſtitutum complere:ſed à corporali-
bus ſit liber : vt in authen.de ſan.epiſ.§. & generaliter. Item
poteſt curialis implere per ſubſtitutū:ſi impediatur ſenio æta
tis, vel morbo , vel in valetudine, vel propter ætatem:vt j.de
prępoſ.agen.in rebus.l.agentes. Item mulier per maritum : vt
ſ.de natur.liber.l.iij.in fin.& j.quando, & qui.quar.pars de.
l.vlti.§.j.& in fi.& ſ.de natu.libe.l.ſi non ab initio. & in au-
then .de dona.à cura.fac.§.quòd ſi fuerint plures filiæ, quam
fœminæ.Item debent abſtinere ab immunitate præſtanda:ni-
ſi quibuſdam : vt de decre.decuri.l.j.Item à ſalario aliquibus
præſtando, vel decernendo de publico : niſi ob liberalem ar-
tem,vel ob medicinam: vt ff.de decre.ab or.fa.l.ambitioſa.vel
niſi cui conceſſerit : vt j.de prçben.ſala.l.j.Item abſtinet ab in
ſtitutione , vel reformatione, vel adiectione,vel diminutione
nouorum vectigalium:vt ſ.noua vectiga.inſtit.non poſ. Item
prohibentur agere contra patriam ſuam, niſi pro quibuſdam
19 perſonis.ff.de poſtula.l.penul.ſ.de aduoc. diuer.iu.l.ij.†Octa-
uo,iſta ſunt priuilegia decurionū.vt non exhibeantur,nec ad
aliam deducantur prouinciam:vt j. eod.l.curiales vltra. Niſi
armatam militiam affectaſſet,& in foro alicuius præſidis repe.

riatur: nam tunc ad magiſtrum militum debet reduci: vt j.de
cohor.l.ij.Item in maiori quantitate ſuccedit filius curialis,
quàm filius non curialis: vt dicetur infrà in decimo membro.
Item alimenta decerni debent decurionibus lapſis facultati-
bus: vt ff.eod.l.decurionibus.& arg.ſ.loca.& cundu.l.milites.
Item vt immunis ſit à corporalibus muneribus, ſi per xxx.an-
nos muneribus ciuilibus inhęſerit: vt j.eodem.l.eum qui.nam
immunitas priuilegium eſt: vt j.eod.l.nec infames. Item vide-
tur quòd decuriones recipiant ſportulas, & ſalaria: vt ff.eo.l.
ſpurij.§ j.& l.Herennius. Item non poteſt cogi vilius præ-
ſtare frumentum ciuibus ſuis, quàm annona exigit: vt ff.ad
municip.l.de iure.niſi ad opus nouum pecunia ſpecialiter le-
gata ſit: vetera ex hac reficienda ſunt: vt ff.de adminiſt. rer.ad
ciuit.pertin.l.decuriones.Item non ſubit ſordida munera: vt
ff.ad municip.l.libertus.§.exigendi. Item humilioribus offi-
ciis, vel extraordinariis honoribus occupari non debent: vt ſ.
de ſuſcep.præpoſitis.l.humilioribus.j eo.l.curiales omnium.
Niſi in officiis memoratis militauerint, vel militare fuerint
comprehenſi. Item (quod notabile eſt) nouus decurio, vel
curialis, non tenetur conferre, vel contribuere, pro debito ve-
teri contracto antequam fieret curialis, vel decurio: vt j.eod.
l.prouidendum. Et erit optimum argumentum pro ruſticis,
qui nouiter iuerunt in villam ad habitandum, vt pro debito
veteri non teneantur. Sed quid, ſi ruſticus habeat poſſeſſionē
in loco vbi habitat, & alibi, & debitè tenetur in loco vbi ha-
bitat, & ponantur datia pro poſſeſſionibus, quas habet vbi
habitat, ipſe verò totum debitum eo loco quo tenetur vult
trahere, commune verò vult aliis poſſeſſionibus applicare:
quæritur quid iuris ſit? Et reſpondeo, quod ſine præiudicio
debitum detrahendum eſt, pro libra omnium poſſeſſionum:
æs enim alienum patrimonium totum minuit: non certi loci
facultates: niſi debitum ſit ratione facultatum loci, quod pro
eis eſt iniunctum: argu.ff.de iudic.l.ſi fideicommiſſum.§.tra-
20 ctatum eſt. † Item decuriones, & eorum filij nati poſt ſuſce-
ptum honorem decurionatus, vel antè eis exiſtētibus in ipſo
honore, vel deponētibus ex honeſta cauſa decurionatum, non
debent pati cruciatum corporis, nec in metallum damnari,
nec in opus publicum, nec ad beſtias, nec fuſtibus cædi, nec
tormentis ſubiici, nec viui exuri, nec pœna capitis, nec pœna
fidiculæ vel funiculæ: vt j.eod. l.cùm adoptiuum. & l.omnes
iudices. & l.militaribus. & l.quinque.ſ.de pœnis. l.decurio-
nem. l.ſi matrem. & l.decurionum.ſ.de quæſtio. l. diuo. & l.
decuriones l.nihil.in fine.ſuprà de iis, qui not.infam. l. decu-
riones.ff eodem. l.ij.§.in filiis. & l.vlti. ff.de vetera. l.uj. & de
21 pœnis.l.diuus.l.mortis.ſed enim. l.capitalium.§. & vt. † Ve-
rum licet has pœnas non debeant ſuſtinere eorum priuilegio:
alias tamen pœnas legitimas patiuntur. Nam propter capita-
lia crimina, vel alia, decuriones eſſe deſinunt, & decuriona-
tum non accipiunt: vt ff.de interdic.& releg.l.inter pœnas. §.
vlti.ff.de pœnis.l.diui fratres.§.de decurionibus. ff. eodem. l.
ij.& l.generaliter.in princip.& ſuprà de inceſt.nup.l.iij. Item
pati poſſunt alias pœnas. Nam ſolent quandoque ad tempus
exulare: vt infrà eod.de his qui in exil.l.ij.ff.eod. l.ad tempus.
in fine. Item ſolent quandoque ordine interdici ad tempus,
& in perpetuum, & fortè tunc non deſinunt eſſe decuriones:
vt ff.eod.l.ij.primo reſponſo.l.ad tempus.in prin.ff.de interd.
& releg.l.antepen.§ vlti.ff.ad munic.l.ordine.ad leg.Corn.
de fal.l.falſi.§.j.& ſ.de his, qui not.infam.l.& ſi ſeuerior.infrà
de his, qui in exil.l.j. Item ſolent quandoque interdici, ne ho-
noribus fungantur. Et propter hoc, non deſinunt eſſe decu-
riones: quia poteſt vtrunque eſſe, ſcilicet quòd eſſent decurio-
nes, & quòd ad honorē non aſpirabunt: vt ff.de inter.& releg.
l.relegatorum.§.vl. Notabis, quòd ſemper minuitur fama, ſeu
æſtimatio illius qui circa ſtatū dignitatis pœna plectitur ma-
nente libertate: puta, cùm relegatur quis, vel ordine mouetur,
vel cùm prohibetur honoribus: vt ff.de var.& extraord. cog.
l.pen.§.æſtimatio. Sed ſi vis ſcire plenius an, ſi patiatur ſupra-
dictas pœnas decurio, ſit infamis, vel remittatur, & quando
poſſit fungi honoribus, require ſummam Azo.ſ.qui not.inf.l.
§.remittitur.& in ſumma Pi.j.de his qui in exilium dātur.per
totam ſummam. Patitur etiam aliquando iacturam æſtima-
tionis, ſeu infamiæ & iacturam patrimonij: & de iſtis dicemus
22 infrà in decimo capite huius ſummæ. † Item quod dictum
eſt, decurio habet ſupradicta priuilegia, & eorum filij vel li-
beri, intelligas ſub iſta appellatione contineri adoptiuum fi-
lium, adoptatum à decurione: vt infrà eod.l.cum adoptiuum.
Et hoc verum, dum durat adoptio: per emācipationem enim,
vel alio modo adoptiuus filius nomen filij decurionis amittit:
vt ff.ad municip.l.ordine.§.vlt. & l.ſed ſi is. & arg. ff de ſena.
l.ſenatoris filium. Item intelligentur filij decurionis, ſiue nati
fuerint ante decurionatum, ſiue poſt depoſitionem, dummo-
do aliquo tempore tetigerint de patre decurione, vel tempo-
re conceptionis, vel partus, vel medio tempore. Aliud ſi poſt.
Et hoc priuilegium extendetur vſque ad pronepotes, ſi tamen
nulla macula aſpergit liberos prioris gradus, per quos ad pri-
uilegium ad vlteriorem gradum tranſgreditur: vt ſ.de quęſt.
l.diuo.ff.de pe.l.moris.§ pen. ff.de ſenato. l. ſenatoris filium.
Nam tunc fortè non appellabitur filius decurionis, ſed ne-
pos: vt nota patris filius non maculetur. argum.ff.de ſena.l.
emancipatum.§.vlt. & ff.eod.l.ij.§.in filiis. & §.nullum. In fi-
liis verò veteranorum non extenditur: niſi vſque ad primum
gradum: vt ff.de pœnis.l.honor.ſ.ne ſine iuſſu prin.l.vlt. Item
puto, quòd extendatur priuilegium decurionis ad filium le-
gitimum emancipatum.argum.ff.de ſenato.l.emancipatum.in
princ. & ad hoc multa argumenta inuenies in ſumma, quam
feci de feudis, in tit.de ſucceſ.feu.§.ſed quęritur an filius eman-
cipatus ſuccedat? Quantum verò ad honores ſuſcipiēdos, vel
onera curialium ſubeunda, vel ſucceſſionem, intelligentur fi-
lij decurionum nati tempore decurionatus: ſed non illi, qui
nati ſunt ante. Nam qui ex decurione naſcuntur, decuriones
ſunt: vt ſ.de nat.lib.l.quoniam. & l.communium.§.ſed ſi qui-
dem.& in authen. quib.mod.nat.effic.ſui. Veruntamen vide-
tur quòd hodie qui ſui cauſa curiæ offert, vt curiali ſuccedat,
quòd offert ſe cum omni ſua prole quæ eſt, & erit, & cum o-
mni ſua ſubſtantia: vt in auth.de don.à cur.§.j.§.ij.§.iij.§.iiij.
& §.vt autem. & §.ſi ex teſtamento. vbi verò non ſui cauſa,
tunc bona eius, nec eius filij (niſi ſint naturales nati ante, vel in
ipſo decurionatu) curiali fortunæ non ſubiacent: puta, cùm
erat liberatus à fortuna curiali, amore curię, volens eam adiu-
uare ſponte decurionatū ſuſceperit: vt infrà, de his, qui ſpon.
mune.ſubeunt.l.vlt. Verum vbi aliqui curiales liberantur à
curia propter honores aliquos, liberi etiam ſuſcepti tempore
dignitatis, liberantur cum parentibus à curia ſed nati ante ho-
23 norem, non: vt j eod.l.vlt. † Nono iſtis priuilegia decurio-
num non præſtantur: puta curiali iudæo, vel hæretico: vt in
authen.de hæreti.l.curiales.j.reſponſo.& arg.auth.de priuil.
dotis hære.mul.non præſtan. Veruntamen munera non ſub-
eunt: vt ibidem. Item nec curialis, qui decoctor fuit pecuniæ
publicæ, vel fraudulentus in aſcriptionibus illatis, vel immo-
deratus in exactione inuentus: quia tunc ictibus plumbato-
rum ferietur: vt ff.eod.l.eos, qui.in princi. Item, nec decurioni
qui parricidium commiſerit: nam tunc capite punitur: vt ſ.de
pe.l.diuus. Item nec ei, qui committit crimen læſæ maieſtatis:
quia tunc pœnam fidiculę, vel funiculi patitur: & à nulla pœ-
na eſt immunis: vt ſ.de quæſtio.l.decuriones.ſ.ad leg.Iul. ma-
ieſta.l.iiij.Item nec filius ſpurius ante decurionatum natus: vt
ſupra legit.lib.l.ex libera. Item nec ei qui fecit ante decurio-
natum inſtrumenta, vel talia, quæ veniant nunc in dubium
falſi. Nam tunc torquetur, & punitur: ac ſi nō eſſet factus de-
curio. Idem eſt ſi poſt ſuſceptum decurionatū inſtrumentum,
vel teſtamentum fecerit: quæ veniant in dubium falſi. Nam
c non debet officium tabulariorum [c] agere: vnde ſi agit, amittit
dignitatem decurionatus, & punitur vt plebeius: retinet ta-
men, quantum ad neceſſitatem municipalium: vt infrà eod.l.
vniuerſos.infrà, de tabul.l.ij.ſuprà, ad legem Cornel. de fal.l.
ſi quis decurio. Item nec filio adoptato, & poſtea emancipa-
to.argum. ff. de ſenat. l.ſenatoris filium. & l. ſenatoris filius.
24 † Decimò debent quidem curiales eſſe obnoxij muneribus
curialium: nec poterunt aliqua prærogatiua defendi: vt ſuprà
de aduoc. diuerſ.iudic.l.ij.& infrà, de numerariis. l.excepto-
res.infrà eodem.l.nemo iudex.l. & euacuatis. & l.curiales. Et
onera decurionatus ſuſtinent in ciuitatibus, & iure originis,
& iure incolatus: vt infrà, de muni.& orig.l.j.& vltima. vnde
coguntur in ea ciuitate, vbi ſunt curiales, domum reficere

ſuam, vel ſi non habent, de nouo vnam ædificent: vt illic ſem
per muneribus inſeruiant: alij non coguntur reficere: vt ſu-
prà, de ædific. priua. l. ſingularum. ff. de re. iur. l. domum. ff. de
offic. præſid. l. præſes. Item ſi patre præſente, & conſentiente:
vel non contradicente filius decurio factus eſt, nam videtur
quaſi fideiuſsiſſe, conuenitur demum excuſſo filio, cùm acceſ
ſoria ſit eius obligatio: vt infrà eodem. l. j. ff. ad municip. l. ij.
& l. libertus. §. j. infrà, de filiisfamiliàs, & quemadmodum. l. j.
ff. de donat. l. ij. & de verb. oblig. l. ſi ſeruum. §. an filius. Item
eorum filij ſubiacent: vt infrà, de municip. & origi. l. filios. &
j. eodem. l. in filiis & l. priuilegio. & l. in ſucceſsione. & l. ſi quis
decurio. j. de his, qui ſpon. mune. ſube. l. vlt. in fi. ſ. de natur. fi-
liis. l. quoniam. in fi. Nec in fraudem ciuilium munerum poſ-
ſunt armatam militiam affectare: vt j. eod. qui milit. non poſ.
l. ij. ſequuntur enim conditionem patrum, & non matrum: vt
25 j. eod. l. exemplo. & l. nullius ſolum. Fallit in filiis † natis ex
decurione, & matre inquilina noſtræ domus: quia conditio-
nem matrum ſequuntur, & non patrum: vt j. eod. l. nati. j. de
agri. & mancip. l. ex ingenuo. Idem in filiis natis ex matre li-
cenſi. Idem eſt in Delphis. Idem in natis ex pontica matre, qui
omnes originem matris ſequuntur: vt ff. ad municip. l. j. Item
fallit in natis ex matre de genere curiali Antiochenę ciuitatis,
quos patris conditio nullius ciuitatis iuri vendicaret, id eſt,
cùm pater nulli alij ciuitati munera dabat, filij ſponte confeſ-
ſi, vel conuicti ſub examine iudicis quòd ex filia curiali An-
tiochiæ ciuitatis ſunt progeniti, & albo decurionũ adſcripti.
Nam tunc, quia non poterunt negare, aut euitare, & aſper-
nari curialem fortunam aui materni, muneribus curialibus
ſubiacebunt. Sed ſi curia Antiochenæ ciuitatis non curaue-
rit taliter ſibi natos fore aſſociandos, proles eorum nullo mo
do poterunt inquietare. Nec enim patimur prætermiſſo filio
ex tali filio nato, à nepote, vel pronepote, vel alterius inciperet
vt j. eod. l. eos indulſerunt. & l. ille, qui. argu. j. de liber. l. vnic.
Quod dictum eſt de filiis filiæ curialis Antiochenæ ciuitatis,
non habet locum in perſona viri illuſtris Dorothei, vel viri
ſpectabilis Hirenei, nec aduerſus liberos eorundem: ſed in om
nibus aliis perſonis locũ habet: vt j. eod. l. neque Dorotheum.
26 Item fallit in filiis murilegulæ: vt j. de murileg. l. hi qui. † Et
quod dictum eſt, quòd filij muneribus, vel honoribus curia-
lium conſtringuntur, verum eſt in filiis natis ex patre iam cu-
riali, vel decurione. Hi enim curiales, vel decuriones ſunt, &
onera ſubeunt: antè verò nati non ſubeunt. Sed per legem
Leonis videtur quòd ſic: vt j. de dignit. l. ſenator: vel alius: vt
in authen. quib. mod. nat. effic. ſui. §. ergo. vt in auth. de donat.
à curia. fa. §. quòd ſi contigerit. ſ. de natur. libe. l. communium.
§. ſed ſi quidem. Excipiuntur filij nati ex eo, qui liberatus eſt
fortuna curiali. Et ſponte ſe curiæ obtulit non ſine cauſa, ſed
potius valeat ſeruitutem impertiri. Nam tunc filij nati ex tali
decurione in ipſo decurionatu, vel antè, liberi ſunt ab omni cu
riali fortuna, & eorum ſubſtãtia: nec quæritur an ſubiaceant,
ſiue pater ſumpſit decurionatum hac lege, vt deſcendentes tali
fortuna liberentur, ſiue non. Nam poteſt aliquis dicere, quòd
talis filius debeat conditionem paternam ſequi, niſi fuerit fi-
lius naturalis datus curiæ à patre, vt ex teſtamento, vel ab in-
teſtato ſuccedat, qui ſequitur conditionem paternam: vt j. de
his qui ſpon. mune. ſube. l. vlt. & l. qui conditioni. ſ. de natur.
libe. l. quoniam. in fine. Veruntamen, quòd hodie etiam quis of
fert ſe curiæ ſui ds cauſa, vt ſuccedat curiali ſine diminutio-
ne à curia facta imo videtur quòd talis oblatio teneat, & cir-
ca filios & nepotes, & reſiduos ſucceſſores, qui ſunt, & erunt
circa eorum ſubſtantiam: vt in authen. de dona. à cur. fa. §. ij.
§. iij. §. iiij. & §. quòd ſi ex teſtamento. & ſ. de natur. libe. l. quo-
niam. in fine. Nam & quantum ad hoc vt non puniantur filij
ſicut plebei, ſcilicet vt non torqueantur, vel pœnas prohibi-
tas non patiantur, filij decurionum appellantur filij nati ex
patre decurione iam facto, vel ante: ſed non, ſi nati ſunt poſt
depoſitum honorem: vt ff. eod. l. ij. §. in filiis. & ff. de pœnis. l.
27 moris. §. vlt. Et † ſi curialis deſeruerit curialia munera, vel
ſubire noluerit: ipſe, & bona ſua curiæ ſubiacebunt: vt j. eod.
l. qui dereli cta. & l. ſi ad magiſtratum. & l. Cireenſium. & l. ex
omnibus. & l. quamuis. & l. ſi quis decurio. Et ſiquidem ad
militiam armatam venerit, conueniatur ſub magiſtro mili

tum; vel ſi reperiatur in foro alicuius præſidis, præſes debet
referre cauſam ad magiſtrum militum: vt ſuprà, vbi curi. vel
cohorta. l. vltima. & reſtituatur propriæ conditioni, ſcilicet,
curiæ, quam dereliquit: & ipſe, & liberi ipſius etiam nati
poſt ſuſceptam militiam: vt infrà eo. qui dereli cta. & l. quam-
uis. in princ. & l. ſi quis decurio. Si verò inermi militiæ ſe de-
derit, ſcilicet, in ſeruitio alterius curiæ, vel clericatus, conue-
niri poterit per quemlibet iudicem qui fuerit in locis, vbi fue-
rit deprehenſus, túnque ab illa curia, vel ordine eruatur, &
ad curialium munera ſubeunda reuocetur: vt ſuprà, vbi quis
dec. vel cohor. l. j. & ij. & ff. eod. l. j. infrà eodem. quidam igna-
uiæ. & in auth. de ſanct. epiſc. §. ſed neque curialem. Si verò
præſidis non ſit copia, vel eſt negligens, licitum erit eis, quibus
aufugit manu iniecta, ſua authoritate eum capere, & curiæ
reducere: vt infrà eodem. l. generali. & ſuprà de epiſc. & cler.
l. ſi quis curialis. & arg. ff. de his quæ in fraud. cred. l. ait præ-
28 tor. §. ſi debitorem. † Item nota, quòd curialis qui deſerit cu-
rialia munera, vel ſubire non vult, punitur amiſsione faculta-
tum, & periculo exiſtimationis: vt infrà eod. l. ſi ad magiſtra-
tum. & l. quidam ignauiæ. & l. ex omnibus. & l. quamuis. Et
ſi relicta ciuitate ruri habitauerit, amittat fundum, quem ci-
uitati prætulit: vt infrà ſi curia. derelicta ciuitate. l. j. quod ita
29 intelligo, † quòd debent primò citari, vel euocari edictis: vt
infrà eodem. puta, per officialem publicum: vt infrà eod. l. ij.
dirigatur ei viator, qui ei hoc referat: vt ff. de reb. eo. l. magis.
§. veterum. vel edictis. id eſt, literis publicè propoſitis in loco
publico: vt omnes ſcire poſsint: vt ſuprà, quomodo & quan-
do iudex. l. conſentaneum. argum. ff. de inſtito. l. ſed & ſi pu-
pillus. §. j. vel dirigantur literæ ad magiſtratum, vbi decurio
qui ibi degit, hoc faciat notum: vt ff. de requir. re. l. j. & pen. &
facta tali citatione, bona eius annotabuntur: ſi quidem vene-
rit intra annum, qui currit à tempore ſententiæ, recuperabit
bona: ſi paratus fuerit ſe purgare poſt annum, non audietur,
imò curię applicabuntur: vt infrà eod. l. quamuis. & ff. de req.
re. l. j. & ij. argum. in authen. de ſanct. epiſc. §. ſi monachus re-
liquerit monaſterium. Si tamen ei fuerit aliquis ſubſtitutus,
illi bona dabuntur, quæ ad curiam deuoluerent: vt j. eo. l. ſi ad
magiſtratũ, & in auth. qui. mo. nat. effic. ſui. §. ergo. & §. ſi quis
autem. Vel genere. ſ. de natu. lib. l. cõmunium. §. illo. in authẽ.
vt cleric. qui recedunt. j. reſpon. verum ſi decurio, vel curialis,
30 deliquerit, bona † ſua ſunt publicãda: ſiquidem filios non ha-
beat, curia ſuccedit in totũ: vel per ſe, vel per alium ſubiectum
curiæ periculo. Si verò liberos habeat, & maſculos tãtùm, ſuc
cedunt integraliter. Si verò filias tãtùm, tunc pars dimidia ab
eas, & alia ſecunda pars dimidia ad curiam deueniat. Si verò fi
lios & filias, tunc filij primò dimidiam ſimul cum ſororibus
pro virili portione accipiãt, niſi cõmiſerit crimen læſæ maieſta
tis decurio: nam tunc liberi aliquid non percipiũt: vt ſ. de bon.
proſcript. ſeu damna. l. viii. & ſ. de inceſt. nupt. l. cum ancillis.
Si verò curialis decedat, filius erit ſuccedaneus ſucceſſor fun-
ctionis patris, licet armis fuerit miles: quia in ſucceſsione cu-
rialium tenet agnatio, ſi pater decedat: vt j. eod. l. priuilegio. &
l. in ſucceſsione. Sed de quibus filiis hoc intelligi debet? ſatis
31 tibi liquet ex eo, quod ſuprà in hoc eod. tit. notaui. † Verum
hoc circa hanc partem notabis: vt ſi curialis decedat, ſi qui-
dem filios curiales habeat, illi ei ſuccedunt: vt in authen. quib.
mod. natu. effic. ſui. §. ergo. Nam ex teſtamento ſaltem debent
capere nouem vncias. Et ſi minus relinquatur, ſuppleatur: ve-
rumtamen olim erat tantùm quarta: vel poterat inſtitui inſo-
lidum, curia nihil habente: vt j. quando & quib. quarta pars
debetur. l. ij. j. reſponſ. & §. ad filiorum. & l. vlti. in medio & in
fin. ſ. de natu. libe. l. iij. in princip. & in authen. quib. mod. nat.
effic. ſui. §. ſi quis autem legit. argu. ſ. de inoffic. teſta. l. omni-
modo. in authen. de trien. & ſemiſſ. §. excipiatur. In authen. de
donat. à decur. §. j. & §. ij. Similiter nec ſorores eos impediunt
in portione debita olim, quæ olim erat quarta, hodie nouem
vnciæ: vt j. eod. tit. l. vlt. j. reſpon. Idem videtur, vbicunque cu-
rialis inſtituit curialem, quod ad minus nouem vncias det, cu
ria nullo modo impediente. Idem ſi inſtituat non curialem,
vel ei donet, ſub iſta tamen conditione vt offerat ſe conditioni
curiæ defuncti: nam poterit facere, & percipiet ad minus no-
uem vncias, vel totum, ſi ſe obtulit. Et ſi curiæ voluerit ſe of-

ferre,

ferre, debet: & quidem curiæ illius, cui ſuccedit cum omni ſubſtantia, & omni prole quę eſt, & erit: & in actis debent declarare ſuam voluntatem apud iudicem prouinciæ ſine diſpendio, vel grauamine nationis: vt in auth. de dona. à decu. fa. §. j. & vſque ad §. ſi verò is, qui. in auth. quib. mod. natur. effic. ſui. §. ſi quis autem legitimos. & §. ſi verò ex ancilla. ſ. de natu. libe. l. iij. j. quando, & quib. quarta pars debetur. l. ij. §. vlt. & j. de imponenda lucra. deſcript. l. j. §. cæteri. Si verò inſtituat non curialem, tunc ſuccedet curia in nouem vncias, hæres in reliquis tribus: vt in auth. quib. mod. natur. effic. ſui. §. ſi verò. & generaliter in authen. de donatio. à decur. factis. §. ſin autem defunctus. niſi ille extraneus obtulerit ſe curiæ: vt in authent. quib. mod. natu. §. ſi quis autem. vel alicui ex ſuo genere, vel fortè eccleſię reliquerit: vel alij venerabili loco: vt tunc curia ei non diminuat: vt C. de ſacroſan. eccleſ. l. pen. & j. de eccleſ. tit. §. & ad hæc. Idem eſſet vt diminutione à curia non patiatur: ſicut ſi ab initio extraneus fuiſſet curialis inſtitutus: vt j. quando, & quibus quarta pars deb. l. ij. §. vlt. & de impo. luc. Sed ſi ſupereſſet filius, ſuccedat inſolidum: vt ſ. de natur. libe. l. quoniam. & ſ. de bonis proſcri. ſeu damna. l. vlt. Verùm ſi eſt filius naturalis qui ſe obtulit poſt mortem patris curialis, volens ei ſuccedere, habebit nouem vncias, alij verò hæredes ab inteſtato ſuccedent in aliis tribus: vt in auth. quib. mo. nat. effic. ſui. §. ſi verò etiam. Nam quilibet conſanguineus ſuccedit ab inteſtato curiali: ſiue curialis ſimiliter fuerit, ſiue non: obtulerit tamen ſe curiæ modo ſupradicto intra ſex menſes: vt in auth. de donat. curia. §. ſed neque. & in authen. de natur. lib. §. ſi quis autem. vel in genere: veruntamen hæreditas, vel res donata non prius debet tradi non curiali, quàm ſuprà dicto modo curiæ ſe obtulerit, & interim res debent tradi curiæ, vel hæreditas ſub facto ſignaculo tam defenſoris, quàm epiſcopi, & res etiam debent deſcribi. Et ipſa etiã oblatio debet fieri ſine diſpendio: vt in authen. de donat. à decur. fac. §. ſi verò ex teſtamento. ſcilicet, quòd ex teſtamento: verum interim nouem vnciæ erunt in ſuſpenſo: vt ſi ſe obtulerit, habeat: ſi non, percipiat curia cum fructibus ipſius tẽporis: vt in auth. de dona. à decur. fac. § vt autem. & §. is, qui. & infrà quando & quib. quar. pars deb. l. ij. §. quòd ſi poſt. quia vbicunque curialis decedit, & non eſt aliquis curialis qui ſuccedat, tunc curia habet nouem vncias, legitimus vel alius hæres: extraneus hæres, non curialis, habet tres reſiduas: vt in auth. quib. mod. natur. effic. ſui. §. ergo. in fine. §. ſi verò & generaliter. §. ſi quis autem legitimos. & §. ſi verò ex ancilla. & in authen. de dona. à cur. fac. §. ne autem. in fine. §. ſi verò is, qui. Olim habebat tantùm quartam: vt infrà, quando, & quib. quar. pars debe. l. j. & ij. & vlt. in fi. veruntamen vbi ſupereſt filius non curialis, videtur quòd ipſe percipiat nouem, curia verò quartam: vt in authent. quib. mod. nat. effic. ſui. §. ergo. ſ. de natur. lib. l. communium. §. ſed ſi quidem. Nam & nõ patitur onus quatuor ſiliquarum, vt j. de impo. lucra. deſcript. l. j. Et in tali filio non inuenio ſpecialiter correptum: ſed de legitimis ſucceſſoribus, vel de filiabus: vt j. quib. mod. natur. effic. ſui. §. ſi verò. & §. generaliter. & in authent. de donat. à decur. fac §. vt autem. §. ſi verò his. & §. vlt. Sed ſatis poteſt dici quòd idem ſit in filio, quàm in filia. argum. infrà eod. l. ij. §. ad filios. & in authent. de trien. & ſemiſ. §. neque vllo. & in authen. de hæred. ab inteſta. j. reſpon. in fine. Et filij curialibus nexibus abſoluti ex qualicunque dignitate, vel occaſione, curiæ non obſtant: vt infrà quando, & quib. quarta pars deb. l. vlt. §. pen. & maximè cùm ratio diuerſitatis non poſsit inueniri, arg. ſuprà de liber. præterit. vel exhæred. l. j. in fine. ff. de verb. oblig. l. à Titio. §. pen. & de iniuſto teſtamen. l. iij. de palliat. l. vlt. Si verò ſuperſunt plures non curiales, qui ad hæreditatem vocantur curiales, ſi quidem ſe curiæ dederint, percipiant nouem vncias: reliqui qui ſe non obtulerunt, percipiant tres vncias: vt in authen. de donatio. à decurionib. fac. §. quòd ſi plures fuerint eiuſdem. quòd ſi plures fuerint filiæ. §. quòd ſi fœminæ. niſi vbi curialis eſt filius naturalis, & alij filij legitimi non ſunt curiales. Nam tunc ſuccedunt omnes æqualiter: nec curiæ locus erit. Nam non poteſt plus naturalis filius curialis habere, quàm vnus ex aliis, qui minus perceperit: vt ſ. de nat. lib. l. communium. & l. ſed & ſi quidem. §. vlt. & in authent. quib. mod. natu. effic. §. & quoniam. Et quod dictum eſt ſuprà de filiis curialibus maſculis, natis ex decurione, quòd ſuccedunt ſine diminutione à curia facta, idem intelligas & de filiabus nuptis curialibus, vel quæ nuberent curialibus eiuſdem ciuitatis, vt ſine diminutione facta à curia ſuccedant. Et mariti earum pro eis curialia munera poterunt ſuſtinere, & viri poterunt rebus ipſis ad curiales cauſas, licet in dominio ſint vxorum: vt ſuprà de natur. libe. l. iij. circa finem. & in authen. de donat. à decur. fac. §. quòd ſi plures fuerint filiæ. § ſi fœminæ. & §. vlt. & in authen. quib. mod. nat. effic ſui. § ſi verò ab initio. & infrà quando, & quib. quar. pars deb. l. ij. & l. vlt. & §. adhuc. in fi. Et hæc cùm maſculi non ſuperſunt: nam ſi ſupereſſent, ſuccederent nullo impedimento à ſororibus faciendo: vt j. quãdo, & quib. quar. pars debe. l. j. & vlt. j. reſpon. & infrà, de his, qui ſpon. mune. ſube. l. vlt. in fi. & argum. ff. de legi. tu. l. iij. §. ſi duo. & ſuprà de verb. ſignific. l. vlt. in fi. & in tit. de ſucceſ. feud. §. filia. qui ſibi primo, vel maſculi in dimidiam ſuccedunt primò, & aliam dimidiam diuident pro virili cum ſororibus: vt ſuprà de bonis proſcrip. ſeu damnato. l. vlt. Et ſi filia ſit impubes, ea facta pubere expectemus triennium, intra quod nubat curiali. Vel ſi fuerint puberes non nuptæ, vel viduæ, tunc expectemus triennium à tempore mortis curialis, vt interim quarta portio ſit ſuſpenſa ſecundum iſta iura: vel hodie nouem vnciæ: vt ſi intra triennium curialis eiuſdem ciuitatis fuerit nupta, in perpetuum habeat. Si verò intra triennium nõ nupſerit: tunc memorata portio tanquã filia non extaret, curię cedat, cum fructibus illius triennij: vt infrà quando, & quib. quar. pars deb. l. ij. § ad filiorum. & §. quod ſi poſt. & in authen. de trien. & ſemiſ. §. excipiatur. & in authen. quib. mod. nat. §. ſi verò ex generali. §. ſi quis autem legitimos. § ſi verò ille. §. ſi verò ex ancilla. & in authent. de donat. à decur. fac. § vt autem. § ſin autem defunctus. §. ſed & ſine. §. quòd ſi fœminę. & §. vlt. Veruntamen videtur quòd in hoc caſu poſsit dici, quòd curia dimidium habeat, filia aliud dimidium: vt ſ. de bon. proſcript. ſeu damna. l. vlt. Idem videtur in filia nupta, nõ curiali qui paratus eſt ſe offerre curiæ: vt in authent. de donat. à decur. fac. §. ſed ſine. & infrà quando, & quib. quar. pars deb. l. ij. §. ad filiorum. Nunquid expectabitur triennium? videtur quod ſic, vt dictum eſt ſuprà. Veruntamen in hoc caſu ſatis putarẽ quòd tantùm ſex menſes ſpectentur, intra quos (ſi velit) ſe offerat: vt in authen. de donat. à decur. fac. §. ſed ſi quis conſanguineus. Si verò ſunt plures filię, quarum vna nupſerit curiali eiuſdem ciuitatis, aliæ verò non nupſerint, vel extraneos hæredes inſtituerint in reliquas portiones: tunc curia ſequitur quartam partem, ſiue dicatis eam deputandam, & dandam ei filiæ quæ nupſerit curiali. Sed ex aliis hæredibus colligenda eſt quarta: ita quòd filia quæ nupſit, ſit immunis actione quartæ, cùm per maritum eius, quantum ad perſonam ipſius, curiæ ſatisfactum eſt: vt j. quando, & quib. quar. pars deb. l. vlt. §. adhuc. Sed hodie filia nupta curiali habebit nouem vncias: alia autem habebit tres: vt j de donat. à decur. fac. §. ſi plures fuerint filiæ. §. quòd ſi fœminæ. quòd ſi decenter nupta curiali, & eius vir curiæ ſe tradidit, filios maſculos ex ea habeat, illa bona habeat ſine tergiuerſatione. Si verò filiæ tantum curialibus nupſere, & ſimiliter curialibus habebunt: ſi quædam nupſerint illæ habebunt ix. Et ſi quædam non, illæ habebunt tres. Si verò neque maſculi, neque fœminę: tunc vir habeat vſumfructum earum rerum donec vixerit, ſi in eius curia functiones geſſerit. Et ſi quidem ad ſecundas venerit nuptias, ſi quidem filios maſculos, vel fœminas habuerit, quas curialibus iunxerit, rurſus ſimiliter corpori curiæ ſeruabuntur. Si verò defunctus eſt, vel ad ſecundas non venit nuptias, vel filias ſuſceptas curialibus non copulauerit, tunc recto ordine curia has res percipiet: vt in authen. de donat à curia. fac. §. vlti. Si verò curiali decedenti nulla ſit proles, ſi quidem mater ſubſtituatur, vel auia: ſi quidem in coniugio curialis eiuſdem ciuitatis fuerit nupta, non patitur quartæ portionis iacturam: vt infrà quando, & à quib. l. iij. §. ſed & ſi mater. quam puto in hoc caſu duas partes hodie habituram: vel fortè tres: vt ſuprà dictum eſt in aliis legitimis. Nam ſi curiali non eſſet nupta, & curialis deceſsit, ſed inteſtatus, curia haberet viij. vncias: mater verò tertiam partem. Vel hodie curia nouem, mater tres:

de reg.iur.l.vlti. Item ſeruus non poteſt eſſe tabellio: vt j. de tab. l.generali. Item nec in collegio tenuiorum, ſine domini conſenſu: alioquin fit: vt ff. de offic.præfect.vrb.l.j.§.ſeruos. Item nec clericus, vel monachus ſine domini voluntate: alioquin fit, & liber efficitur: vt ſ. de epiſc. & cleric.l. iubemus.§.j. & l.ſeruus. Item nec iudex, quia officiis ciuilibus non fungitur: vt ff. de iudic.l.cùm prætor.§.non autem. in fine. veruntamen ſi ſeruus iudex factus eſt, & iudicauerit, cùm populus putaret eum liberum, valet quod actum eſt: vt ff.de offic.præto. l. Barbarius. Item nec arbiter eſſe poteſt: vt ff.de arbitr. l. Pedius. Item nec arbitrator: vt ff.de verb.ſignific.l.illa verba, arbitratu. Item nec compromittere: vt ff.de peculio. l.licet. §.ſi ſeruus. Nec iudicium aliquod accipere: vt ff.de peculio. l.licet. §.ſi ſeruus.in fi. Item non poteſt ſacramentum in iudicio deferre: ſed extra bene: vt ff.de peculio.l.depoſiti.§.j.in fi.& ff.de iureiur.l.ſeruus quod. Item ſeruus in iure non poteſt interrogari: vt ff.de interrog.act.l.ſi ſine. §.j. nec ſatiſdare in iudicio, C.de ſatiſda.l.ſi ſeruus. Vnde regulariter poteſt tradi, ſeruum in iudicio eſſe non poſſe: vt ſ.de iudic. l.ſi ſeruus. & l. cùm debitoris. & ſ.de rei vendic.l.non ſeruum.ſ.de noxal.actio.l.vlt. ſ.an ſeruus ex ſuo facto.l.vlti. ff.ſi quis cautionib. l. quoties.

36 ff.ad leg. Cornel. de falſ.l.nullo. in princ. Sed fallit † puta ſi velit agere contra eum qui ſuppreſsit tabulas teſtamenti, in quibus relicta eſt libertas: vt ff.de iudi.l.vix. & ff.ad leg.Cor. de falſ.l.nullo.in medio. Item ſi quæſtio eſt de eius libertate: vt ſ.de libe.cau.l.lite.ſ.de aſſer.tollen.l.j. ſ.de libera.cau.l.lite ordinata. Item in exactione alimentorum admittitur: vt ff. de alim.& cib.leg.l.ſeruos. Item in quæſtione momentaneæ ſcilicet poſſeſsionis: vt ſ. qui legitimam perſonam. l.momentaneæ.ſ.ſi per vim, vel alio modo.l.j. Item ſeruus fiſcalis admittitur & in pecuniariis cauſis: vt ſ.vbi cauſæ fiſca.l.vlt. Item ſi petit fideicommiſſariam libertatem: vt in d.l.vix certis ex cauſis.ff.de iudic.& ff.de in ius vocan.l.ſed & ſi hac.in prin. Item ſi nummis ſuis ſe redemerit: vt ff.de offic.præfect.vrb.l.j.§.ſeruos. & ff.de manu.l.iiij.in princ.& ff.de iudic. l.vix certis. & l. qui ſe dicit. Item ſi liber iuſſus eſt, ſi rationes redderet, & reddere velit, vt ad libertatem perueniret: & dominus reddere non patiatur: vt in d.l.vix certis.& ff.de fideicommiſ. libert.l. ſi purè.§.verba. Item ſi redemptus fuerit ab aliquo, ſub eo pacto vt redemptus ab eo manumittatur, ſi offerat nummos, & ille nolit ſuſcipere: vt in d.l.vix certis. Nam ſi non eſſet redemptus ſub hac conditione, ſed ſimpliciter, non poſſet cogere vt ad libertatem perueniret, etiam ſi nummos offerret: vt ff.de manumiſ.l.is, qui ſuis.§.ſi ab ignoto. Hæc diuiſio non eſt in filio vendito: vt ſ. de patrib. qui filios diſtraxerunt. l.ij. Item admittitur in iudicio ſeruus, ſi ſæuitiam, & duritiem, famémve patiatur, vel proſtitutionem: vt ſ.de offic.præfect.vrb.l.j.§. quod autem. & Inſtitut. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris. §. penult.& §.vltimo.& ſuprà de epiſcop.audien.l.ſi lenones.& j.de ſpectacul.l.lenones. Item admittetur ſi necem domini velit vindicare: vt ſuprà de precib.impera.offer.l.j. & ff.de bon. liber.& l.ſi necem.& ſ.in quib. cauſ.pro pretio liber.accip.l.j. Item ſi velit accuſare de raptu virginis: vt ſ.quib.ex cauſis ſer. pro præ.liber.accip.l.ſi quis ſeruus. Item in crimine læſæ maieſtatis: vt ſ.ad leg.Iul.maieſt.l.famoſi.in fine.j.reſpon. & ſ.de delato.l.vlti. in fine.& ſ.qui accuſ. non poſſ.l.penult. in fine. Item in crimine ſepulchri violati: vt ff.de ſepul. viol.l.iij.§.ſi ſeruus. & ſ. de ſepul. viol.l.ij. Item ſi velit detegere adulterium dominæ ſuæ, commiſſum cum alio ſeruo proprio: vt ſ. de mulie.quæ cum ſeruo propr. ſe immiſ.l.j. Item in crimine annonæ & cenſus: vt ff.de iudic.l.vix certis. & ſ. de fal. mone. l.ij.in fine.& ſ.in quibus caſibus ſerui præmium libertatis accipiunt. Item ſi criminalis cauſa contra eum intentetur: vt ff. de accuſat.l.ſeruos.l.hos.§.vltimo.& ſ.de noxal. l.ſi ſeruus.in fine. & ſuprà vbi cauſæ fiſ. l. vltima. & ſuprà ad legem Iuliam de vi.l.ſi criminis. Vnde (vt breuiter in ſumma dicam) ſi ciuiliter aut agere, vel conueniri velit, non admittitur: niſi in caſibus ſupradictis. Si criminaliter agit, non admittitur: niſi in caſibus ſupradictis: ſed criminaliter ſemper conueniri poteſt.

37 Item † ſeruus non poteſt conſtituere procuratorem in iudicio: niſi in cauſa liberali, cùm eſt in poſſeſsione ſeruitutis: vel etiam cõtra alios ordinata cauſa liberali: & tunc etiam poteſt eſſe procurator alterius. licet aliàs non poſſit. ad negotiationem autem ſeruus poteſt conſtituere procuratorem: vt ff. de procur.l.ſeruum.j.reſpon. & ſ.de aſſer.tol.l.vnic. & ff.de libe. cauſ.l.lite ordinata. Eodem modo nec captus ab hoſtibus poteſt conſtituere procuratorem, ſed loco procuratoris poterit conſtitui curator bonis eius: vt ff.ex quib.cauſ.ma.l.ab hoſtibus.j.reſpon. Item non poteſt nouum opus nuntiare, licet ei poſsit nuntiari: vt ff.de oper.no.nuntia.l.de pupillo. §.ſeruo.

38 Item † non ſolet ſeruos pugnare in publico certamine: vt ff. ad le. Aquil.l.qua actione.§.ſi quis in colluctatione. Item nec tutor eſſe poteſt: vt C.qui dari.tu.poſ.l.in ſeruili. niſi dominus det eum tutorem: quo caſu & libertatem videtur cõcedere: vt Inſtit.qui dari tut.poſ.§.j.& §.ij. Item nec ſub tutela eſſe poteſt: quia in libero tantum cadit: vt Inſt.de tutel.§.eſt autẽ. fallit tamen quando impuberi relicta eſt fideicommiſſaria libertas & hæreditas, & hæres adire non vult: vt ff.de tut.& cura. dat.ab his.l.ſi impuberi. Item non poteſt eſſe teſtis: vt ff.qui teſta.fac.poſ.l.qui teſtamento.§.ſeruus.ij.& ſ.de teſtib.l.quoniam liberi. Si tamen publicè tanquam liber videbatur, & ad teſtamentum fuerit adhibitus, valet ad numerum teſtium. ſ. de teſta.l.j. Item non poteſt facere teſtamẽtum: vt ff.qui teſta. fac.poſ.l.ſi filiusfamilias. Item ſeruos ſucceſſores habere non poteſt, nec cognationem, nec pro hærede poſsidere: vt ſ.communia de ſucceſ.l.ſeruus in Inſtit.de ſeruil.cogna. in princ.& ff.vnde cogna.l.j.§.j.& ff.de grad.l.vlt.§.ij. & ff.de vſucap.l. ſequitur.§.ſeruus. Fallit in tribus caſibus, vbi ſucceſſorem habere poteſt: vt ſ.de legitimis liberis.l.apud hoſtes.& ſ.de legi. hæred.l.ſi ita.& ſ.ad ſenatuſconſ.Orficia.l.pen. Item nec matrimonium contrahit, niſi liber homo ducat ancillam putans liberam, ſciente domino, & non contradicente: quo caſu valet, & libera efficitur: vt ſ.de inceſt.nupt.l.iij.in prin. & in authen.de nupt.§.ſi verò ab initio. Item nec videtur, quòd poſſideat, cùm ipſe ab alio poſsideatur: vt ff.de acquir.poſſ.l.cùm hæredes.§.j.& ff.de acquir.rer.domi.l.liber homo. in fi. Item non poteſt habere bona: vt ff.ex quib.cauſ.ma.l.rectè. & ff.de ver.ſignific.l. paterfamiliàs. Nec ſuum poteſt habere: vt ff.de manumiſ.l.ij.j.reſpon. & Inſtit.per quas perſ. nobis acquir. §. de his. Item in perſonam ſeruilem nulla cadit obligatio, ſcilicet ciuilis: ſed naturalis bene: vt ff.de reg.iur. l.in perſonam ſerui.& ff.de condict.inde.l.naturaliter. Item capite non minuitur: quia nullum intelligitur habere: vt Inſtit.de cap.dimi. §.ſeruus. Item non poteſt ſine domini voluntate donare: vt ff. de pactis. l.contra iuris.§. fin. nec alio modo alienare.argum. j.in qui.cau.colo.cenſi.l.ij.ff.de contrahen.emp. l.cùm ſeruo. Sed tamen dominus ſemper obligatur de peculio: vt ff. de peculio.l.ſi quis ſeruum.§.etiam. & ff.de acqui.rer.domi.l.etiam inuitis. Item nec fideiubere poteſt in cauſa non peculiari: vt ff.de peculio.l.licet.§.ſi filius. Nec ſatiſdare iudicio ſiſti: nam tunc nec fideiuſſores obligãtur: vt ff.ſi quis cautio. l.ſi ſeruos. Item voto non obligatur: vt ff.de policita. l.ſi quis rem.§.voto. Item nec mandare de ſe emendo, vel ſe vendendo: vt ſ.ſi ſeruus extero.l.vnic. Sed ſeipſum obligare poteſt, ſi conſentiente domino obligetur: vt ff.de actio. & oblig. l. Paulus reſpondit.§.vlti. Item paciſcendo obligationem domini non poteſt deteriorem facere: vt ſuprà de pact.l.ſeruus. Item non poteſt nouare etiam peculiarem obligationem contra domini volũtatem: alioquin poteſt, ſi habet liberam peculij adminiſtrationem: vt ff.de nouatio. l.non ideo.& l. vlti. & tunc ei ſolui poteſt: vt ff.de pact.l.ſi vnus. in princ. Item nec acceptilationem facere poteſt: niſi iuſſu domini: ſed dominum ab alio condomino liberando, poteſt: vt ff.de accep. l.an inutilis. §.j. & l.pen. Item quo ad ius ciuile, vel prætorium, vel extraordinarium, pro nullo reputatur, nec ad ſolennia adhiberi poteſt: nec vllum ius habet: ſed quo ad ius naturale, vel quo ad ius diuinum omnes homines æquales ſunt, & vno nomine nuncupantur, ſcilicet liberi: vt ff.de capit.dimin.l.liberos.in fine. & ff.de reg.iur.l.quod attinet.in authen. de mona. §.hinc autem.& Inſtit.de iure natu.§.nos autem. in Inſtit. de libert. §.j. ff.de teſtamen.l.qui teſtamento.ij.§.ſeruus. & ff. de iure deli.

39 l.j.& ad leg. Cornel.de falſ.l.nullo modo. † Et quod dictum eſt de ſeruo repellendo ab honoribus, militia, & à quibuſdam officiis, intelligo de quolibet, qui patitur controuerſiam ſta-

tus, etiamſi ſint liberi homines, & ſiue de poſſeſsione ſeruitutis in libertatem ſit controuerſia, ſiue econuerſo: dum tamen id per calumniam: quia ſemper per calumniam peteretur liber homo in ſeruitutem, cùm ſit in poſſeſsione libertatis, à militia non prohiberetur: vt ff. de re mili. l. qui ſtatus. & ff. de lib. cauſ. l. qui de libertate. verùm ſi ſcienter ſeruus aſpirauerit ad honores, vel ad militiam, non mutat propter hoc ſtatum ſuum: vt ſuprà de libe. cau. l. non mutant. ſcilicet, cùm non erat ignarus ſuæ conditionis: & pœnam congruentem patietur: vt j. ſi ſer. aut lib. ad decur. aſp. l. ij. & fortè pœnam capitis: vt ff. de re milita. l. ab omni. vel verberibus cæditur: vt j. de tabul. l. generali. Et qui adſcribuntur tyrocinio, cùm curauit, punitur in libram auri: vt infrà de tyronib. l. ij. Verùm ſi ſeruus ad honorem aſpirauerit ignorans ſuam conditionem, credens eſſe ſe liberum & ex libera natum, non punitur: ſed tamen in ſeruitutem reuocatur, & domino redditur: vt j. ſi ſeruus vel libert. ad decur. l. ij. in fi. & hoc verum eſt, ſi dominus ignorauit eum aſpiraſſe. Nam tunc reuocat eum in ſeruitutem, ſiue ad decurionatum ſeruus aſpirauerit, ſiue ad militiam vel honores, ſiue ad tyrocinium, ſiue ad ſacrum cubiculum, ſiue ad monachalem, vel ad clericalem ordinem: vt j. eodem. l. ij. & j. qui milit. non poſſ. l. pen. & vlt. j. de tyronib. l. ij. infrà de præpoſ. ſacri cubic. l. iubemus. §. ſi verò cui dent. in authen. de ſanctiſ. epiſc. §. ſi ſeruus. & authen. de monac. §. ſi verò. Hic autem reuocat: verum eſt de eo, qui in monaſterio ſteterit minus triennio. Cæterùm ſi triennio, & monachus factus eſt, non reuocatur: vt prædicto tit. de monachis. & in authen. de ſanct. epiſ. §. ſin autem triennium. Seruum clericum factum reuocat dominus intra annum, poſtea non: vt in auth. de ſanct. epiſc. §. ſi ſeruus. ſi præpoſitus ſacri cubiculi factus eſt intra quinquennium reuocatur, poſtea non. vt j. de præpoſit. ſacri cubic. l. iubemus. §. ſed ſicuti læſis. Si verò ad militiam vel honorem aſpirauit, dominus reuocat eum in ſeruitutem intra triginta dies, ex quo ei fuerit notum: poſtea non: vt infrà qui mili. non poſ. l. vlt. & pen. Si verò dominus ſciuerit eum aſpiraſſe ad honores, vel militiam, vel ordinem, ſciat ſe ſeruo priuatum: nam & ingenuus ſeruus effectus eſt: niſi tabulariorum officium exercuerit: quia tunc fiſci iuribus vendicatur: veruntamen ſi fuerint vtiles ad honores, vel militiam, in eis durant. Si verò non ſunt idonei, ab eis cadunt: vt in prædictis legibus. & j. de præpoſit. ſacri cubic. l. iubemus. j. reſpon. §. hæc omnia. & ſ. de epiſco. l. ſeruis. in auth. de ſanct. epiſc. §. ſi quis. j. de tabula. l. generali. Et hoc verum eſt, vt liberi efficiantur, ſi in eis perſeuerauerint: alioquin in ſeruitutem reuocantur: vt in authent. de mona. §. ſi verò ſerui. in authent. de ſanct. epiſc.
4 §. ſi ſeruus. † Ex his quæ dicta ſunt ſuperius, poteſt intelligi, quòd ſeruus poteſt facere quædam, quæ liber facit. Item po-
e teſt fieri epiſcopus, & ipſa ordinatione liber [e] eſt: vt in auth. de ſanct. epiſc. §. ſed hoc quidem. Item ſeruus eſſe poteſt nummularius. vt ff. de eden. l. prætor. §. ſi ſeruus. Item poteſt actum rei publicæ adminiſtrare: vt j. ne quis liber inuitus. l. j. Item procurator fieri poteſt ad negotia: vt ff. de procur. l. ſeruum. in fin. j. reſponſi. Item ſeruus poteſt eſſe notarius, & medicus: vt ſ. de ſeruo commu. manu. j. §. ſin autem. ij. notatur ſ. de pignorib. l. ſi tibi notarium. Item ſeruus poteſt eſſe magiſter nauis, exercitor, & inſtitor, qui mercibus & negotiationibus præponitur: vt ff. de exerc. actio. l. j. §. cuius. & §. parui. & ff. de inſtit. actio. l. iiij. & v. & l. ſed & ſi. §. parui. & l. habebat. in prin. & l. antep. Item poteſt eſſe ordinarius, & vicarius domini: vt ff. de pecul. l. ſi ſeruus meus: Item poteſt eſſe diſpenſator: vt ff. de iure fiſci. l. bonorum. & l. ne procuratores. & l. aufertur. §. actores. & ff. quib. mod. pign. vel hypothe. ſol. l. ſi conſenſit. §. j. & ff. de legatis j. l. legato generaliter relicto. in fi. j. reſpon. Item poteſt ſcribere teſtamentum voluntate teſtatoris: vt ff. de teſtament. l. ſi filiusfamiliâs. & l. ſeruus licet.

ANNOTATIONES.

a Conſiliariis. Adde Bart. poſt glo. in rub. C. de decu. li. x. vbi Lucas de penna, num. 6 ſed cum hodie decuriones tales non ſint, vt quid fruſtra huiuſmodi titulus. ſ. codicis leges papyrum occupant. vide per domi. Lucam de penna. in l. nominationum. nu. 7. eodem titulo.

* Curia facti. Fortè eſt authentic. de decur. quæ eſt in Noric. exemp. conſt. cj.

b Priuantur honore. Adde Bartol. in prima conſtitutio. C. §. hæc, quæ neceſſariò. & in l. ſi. C. de Iudæ. Bald. in l. prima. C. ne re. do. vel temp. Alexand. & Docto. in l. generaliter. §. primo. ff. de decur. vbi eſt locus peculiaris huius materiæ.

* Coriales. Fortè eſt in auth. ne Iudę. Samari. & hęre. cōſt. xlv. in Noric.

* μουζίνω. vide Alciatum in d. l. quidam ignauiæ hoc titulo.

c Officium tabulariorum. Adde Spec. in tit. de milit. cdi. §. viii. verſic. quid de libero. dom. Lucam de penna in l. vniuerſos. & ibi ſcribentes.

d Patria poteſtate. Adde Bartol. in l. de iure. ff. de his, qui ſui ſui vel alie. ioc. & in l. ii. circa finem. eod. tit. Bald. in l. ſi maritus. C. de patria poteſtate. & in l. ii. C. de lib. exhib. Docto. in authent. epiſcopalis dignitas. alleg. in tex. C. de epiſc. & cleric. canoniſtas in cap. per venerabilem. qui fil. ſint legi. vbi copioſè de materia habes.

e Ordinatione liber. Sed quid ſi ſeruus fuerit Iudæus, Sarracenus, & Chriſtianus efficiatur, an etiam efficiatur liber, vel ſeruus remaneat: vide Goffred. in tit. de iudæis. §. ſed quid. verſic. ſed nunquid iudæus, vel paganus iecotes patrem negatiuam. quoniam dicit ipſe, ſeruitus eſt de iure diuino, poteſt tamen inuito domino baptizari. decimanona quæſt. ii. cap. duo ſunt.

Titulum ſequentem, vtpote quicquam non valentem, qui eſt, Si ſeruus, aut liber ad decurionatum aſpirauerit dimittimus: de præd. curia. audiamus.

De prædiis decurionum ſine decreto non alienandis. *Rubrica.*

1 *Curiales ne vendant.*
2 *Mulieribus qua an non liceant.*

1 CVRIALES † prædia ſua ſine decreto vendere non poſſunt: vt j. eod. l. iij. ergo in hoc caſu cui non licet quod eſt plus, non permiſſum quod eſt minus, vt eſt in regula iuris antiqui. l. in eo, quod plus. ff. de reg. iur. Nam & mulieres intercedere vetantur, ſed donare permittitur eis, quia ſæpius intercedunt, rariſsimè donant: ſemper enim (vt ſacerdotes) paratæ ſunt ad accipiendum, rariſsimè ad donandum. ad quod ff. ad Vellæa. l. iiij.

Quando & quibus quarta pars de bonis decurionum debeatur. *Rubrica.*

1 *Communiter poſſeſſum ſolet vt plurimum negligi.*
2 *Communio materiam ſeditionis præbere ſolet.*

SI NON curialis curiali ſucceſſerit, fiſcum ſuccedaneum in quartam admittit: vt j. eod. l. j. Item illud notandum eſt, quia ſi filia decurionis non decurioni nupſerit, non tertiam in bonis patris, ſed quartam tantùm iure inſtitutionis petere poterit: vt j. eod.
1 l. fin. & in authen. de nupt. §. excipitur. † In ſumma illud ſciendum eſt, quia in hoc titulo l. ij. illud notabile legitur: negligi
2 ſolet, quod communiter poſsidetur. † Nam & communio materia ſeditionis eſſe ſolet: vt ff. de leg. iij. l. cùm pater. §. dulciſsimis.

De imponenda lucratiuis deſcriptione. *Rub.*

1 *Lucratiuorum deſcriptioni quando ſit locus.*

1 LVCRATIVORVM † deſcriptio in fiſcum, locum vendicat, ſi decurio inter viuos vel inter mortuos, aliquid laicis conceſsit. Porrò in loca pia liberalitas curialium collata, diuini numinis intuitu in fiſcum non committatur: vt C. de ſacroſanct. eccleſ. l. penult.

Rubricas de præbendo ſalario, Si curialis relicta ciuitate, rus habitare maluerit, dimittimus: de municipibus & originariis audiamus.

De municipibus & originariis. *Rubrica.*

1 *Municeps qui fiat.*

1 ORIGINARIOS † tãtum natiuitas facit municipes: facit & origo & manumiſsio, & adoptio: vt ff. eod. l. j. origo (inquam) vera. Nec enim aſſumptio originis, quæ non eſt, veritatem naturæ erimit: vt ff. ad muni. l. aſſumptio.

INCIPIT PROOEMIVM PILlei in titulum de municipibus, & originariis, & in cæteros aliquot titulos.

Summarium.

1 *Veritatem natura nulla imaginatione obumbrari debere.*
2 *Municipes qui dicantur, qui duarum ciuitatum municipes ſunt. & 3. & 8.*
4 *Originarius vnde quis dicatur.*
5 *Filius ſequitur originem patris, non aui, vel vlterioris. & nu. 9.*
6 *Municeps cuius ciuitatis ſit, qui in vico natus eſt.*
7 *Libertus patroni originem vel domicilium ſequitur.*
10 *Filius naturalis tantum, quem baſtardum vocant, cuius parentis originem ſequatur.*
11 *Municipes ſcire intelliguntur, quod ſciunt hi, quibus cura municipij eſt commiſſa.*
12 *Municipes cẽſentur iurare iurãtibus eorũ adminiſtratoribus.*
13 *Originis ius quibus modis amittatur.*

CVM eſſem Bononiæ, ibique iuris præcepta compluribus auditoribus traderem, curſumq; mei magiſterij ferè in triennium traherem, quadam die dum de variis ſociorum meorum debitis (quibus etiam tenebar adſtrictus) cogitarem, minaſque creditorum & infeſtationes ſuſtinerem, occurrit mihi Mutina, quæ iuris alumnos ſemper diligere conſueuit, meóque compatiens labori benigniſsimo vultu talibus me alloquuta eſt. Quid hic facis, iuuenis? cur tantis & tam importabilibus iniuriis agitaris? non conuenit tuæ adoleſcentię tam graues, & maxime tam aſsiduas moleſtias ſuſtinere. Accede igitur ad me, qui tibi ſimiles conſueui dulciter, affectuoséque amplecti. Et te, ac ſocios tuos ab his omnibus liberabo. Statímq; mihi prope centum marchas obtulit argenti pro munere: cuius petitioni vix poſt multas contentiones, tamen annui, & me ad ipſam iturum verbotenus tamen promiſi. Quo non multò poſt à Bononienſibus audito, ſub alio velamine omnibus legalibus profeſſoribus conuocatis, ipſos & me ad ſacramentum compulerunt, ne per cótinuum biennium extra ciuitatem Bononiæ diſcipulis iura ſcholaſticè traderemus. Quo facto tãquam ligatis hircis ad fuſtem (vt italico vtar prouerbio) parangaria ex templo munera, quantum ruſtici portare conſueuerunt nobis induxerunt. His ergo tam inhoneſtis iniuriis prioribus cumulatis, importabile pondus collo meo portandum perſenſi. Quapropter tam variis cœpi cogitationibus torqueri, quòd firmum quid agerem, nõ poteram habere propoſitum. Inter hæc itaque rediit ad me Mutina: ſicque ridendo affata eſt. Hoc autem Pilee, ſcire debueras: quia mora iugiter ad ſe trahere periculum conſueuerat, atq; nocuit ſemper diſferre paratis: verum ſcias, quòd ante Mutina perpetuo te quaſi mutum, quando hoc oporteret vellet habere, quam in tanta pateretur tuum corpus maximè bene natum pœnali ſeruitute deficere. Venias igitur mecum, multò plura quàm tibi ſpoponderim accepturus. Idonea itaque ſecuritate deinde promiſsis accepta: omniq́ue pactione de nunc, vel in poſterum tegendis ſcholis ceſſante, cum ea receſsi, & honorabiliter à ſuis ciuibus receptus non declinata origine ſic domicilium mutaui. Bononienſibus tamen fidem promiſſam licet exactè ſeruare diſpoſui. Conſtitutus itaq; Mutinæ in tranquilitate mentis, & corporis, ne nimium ſomno atque deſidiæ deditum, pigritia me ſuppeditaret, poſt completũ libellum diſputationum, certantibus in foro valde vtiliſsimum, cœpi mecum cogitare quidnam poſſem ſcribere per quod mihi memoriam mecum conſeruarem, & alios præceptores ad inuidiam prouocarem. Dum autem talibus implicitus eſſem cogitationibus, & quid agerem meditarer attentius, variæque ſcribendi materiæ de iure occurrerent: ecce, mihi Placentinus apparuit, duos libellos in manibus ſuis geſtans: vnum perfectum, alium imperfectum: perfectum in dextra, imperfectum in ſiniſtra portabat: perfectus inſtitutionum, & Codicis nouem librorum, & cæteras, quas compilauerat, ſummas continebat: imperfectus trium librorum Codicis, titulorum vtilium, & Digeſtorum, quos præcedentes ſummæ non continebant, debebat comprehendere: talibuſq; affatur eloquẽs. Fili mi, iuris prudentiæ alumne, tuæ cogitationis cauſa laudabilis gauiſus, ne in ea cauſa tuum animum tenellum fatigares, ad conſtantiſsimum ipſi dandum remedium protinus cucurri. Accipias ergo hunc libellum, quem in manu habeo ſiniſtra, & quod volui, ſed non potui, tu adimplere feſtina. his dictis, eo dimiſſo, receſsit. Ego autem licet ad totum opus me impotentem cognoſcerem, tamen inuocato auxilio omnipotentis Dei, qui res penitus deſperatas donare, & conſummare ſuæ virtutis magnitudine poteſt, prædictis parui, & viriliter confortatus ab educatrice mea iuris prudentia libellum accepi, & ſecundum poſſe ad effectum perducere deſtinaui: venia tamen prius petita, ne nimis aſperè reprehendar, ſi quid minus plenè perfectéque dixero, maxime in tam inuſitato tractatu, cum Placentinus defecerit, qui plus contulit legibus quam leges ipſæ ſibi, quantum opus fecerit, quantamque obſcuritatis nubem ante ſe in legibus conſtitutam ad lucem deduxerit, quantiſque deterius, quam mutis loquelam reſtituerit. & eloquẽtes authores reddiderit, nemo eſt, qui ignoret. His ergo breuiter pręlibatis, ad rem accedo. Ait ergo, Origo inquam naturalis: nec enim aſſumptio originis quæ non eſt, veritatem naturæ perimit. l. aſſumptio. ff. ad munici. Sed ſequitur, errore enim veritas originis non amittitur: nec mẽdacio dicentis ſe eſſe, vnde non ſit, deponitur: neq; recuſando quis patriã, de qua oriundus eſt: neq; mẽtiendo aliam, quam non habet, veritatẽ mutare poteſt: vt ff. eod. l. aſ-
1 ſumptio. † nimirum nulla imaginatione naturæ veritas debet obumbrari: vt ff. de lib. & poſthu. l. filio, quem. Nec quiſquam voluntate ſua propriam poteſt originem declinare: vt j. eod. l. pen. Videamus igitur qui dicantur propriè municipes:
2 & qui originarij, & quid vterque debeant ſuſtinere. † Munici-
a pes dicuntur propriè, muneris participes, qui in ciuitate ſunt recepti vt munera eius cæteri faciant. Abuſiue tamen cuiuſlibet ciuitatis ciues municipes appellantur: vt puta Campani, Puteolani, & Bononienſes, Ferrarienſes. Ita tamen vt non à matribus, ſed à patribus accipiant denominationem: nempe qui ex patre Bononienſi, & matre Ferrarienſi natus eſt, nõ Ferrarienſis ſed Bononienſis iudicabitur: niſi aliquo priuilegio materna ciuitas muniatur: vt ff. eod. l. j. & penul. vel niſi domicilius in materna ciuitate detineatur: vt infrà eodem titulo. l. filios. quo caſu vtriuſque ciuitatis munera ſuſtinebit, alterius neceſsitate, vt paternæ: alterius ſponte, vt maternæ. Nullus enim (vt dictum eſt) voluntate ſua propriam poteſt originem declinare, etiam ſi reſcriptum imperiale impetrauerit: vt j. eodem titu. l. j. & penulti. & vlti. niſi fortè publica neceſsitas
3 hoc exegerit: vt s. de decurioni. l. curiales vltra. † Quid ergo fiet, ſi vtraque ciuitas munera ſimul imponat? potior erit ori-
4 ginis cauſa: vt ff. eod tit. l. libertus. §. ij. Originarij † ergo dicuntur ab origine, non ſua, ſed paterna. licet enim in Mutinẽſi ciuitate natus fuiſſes, ſi tamen pater tuus de Ferraria oriundus fuerit, licet Mutinę domicilium habuerit, Ferrarienſis diceris: vt j. eod. tit. l. filios. & ff. eod. tit. l. aſſumptio. Sed fortiter quæri poſſet, quid, ſi pater tuus natus fuerit Ferrarię, ſed auus paternus Bononiæ, non de Ferrarienſi patre, nunquid Ferrarienſis, an bononienſis potius diceris? videtur quòd Bononienſis: quia ſicut tu, ſic pater tuus non ſuam, ſed patris originem ſequitur: igitur non ex Ferraria, ſed ex Bononia originem traxit: ſic & tu. Hac ergo ratione concludi poſſet quòd ego ſequor originem primi mei parentis: & quòd omnes ſequimur
5 vnius originem, & ſic matris & patris. Ad † quod dicimus, quòd filius ſequitur originem patris: non aui, vel vlterioris: licet aui, vel ſuperioris videatur origo patris. Sic enim intelligo, quod dicitur, filius ſequitur originem patris naturalem, id eſt, ciuitatem illam, in qua pater natus eſt naturaliter, [ſaltem domicilio paterno: vel aliud diligens lector inquirat.]
6 † Item, quid ſi nõ ex ciuitate ortus fueris, ſed ex vico eius ciuitatis? dicendus eſt municeps ſub qua vicus ille conſtitutus eſt:

vt ff.eodem.l.qui ex vico.cum igitur Mutinenſis natis ſim, qui
ſub Bononiæ ciuitate conſtitutus eſt, iure ergo Bononienſis
poſſum appellari: licet & domicilio factus ſim Mutinenſis.
7 Libertus † quoque patroni originem, vel domicilium ſequi-
tur, & qui ex eo natus: vt ff.eodem titulo. l.aſſumptio.§.vltim.
& l.filij. in principio. & l.de iure.§.libertos. Et ſi à pluribus
manumittatur, omnium originem ſequetur: vt ff.eodem.l. ſi
quis à pluribus. Quid tamen ſi ab omnibus ciuitatibus ad
munus deuocetur libertus? fortè occupantis melior erit con-
ditio. Sed quid ſi ſimul vocaretur? forſan inuicem ſeſe impe-
dient: niſi inter ſe conueniant.argum.de legat.primo.l.huiuſ-
modi.§.vltimo. & ff.de vſufruct.l.quoties duobus. vel ſortiri
eas oportebit,argumento. C. communia de leg.l.vlti. & ff. de
iudic.l.ſed cùm ambo. vel gratificationi erit locus, ſcilicet, vt
ipſe vocatus poſsit eligere. argum. ff. de legat. ij.l.ſi quis ſer-
uum.§.ſi iure. & ff.de condict.inde.l.planè. vel forſan maiori,
& nobiliori deferetur ciuitati argum. in authentico de defen.
ciuita. & ff. de fide inſtrum.l.vlti.& ſuprà donat.libe.l.ſi quis.
vel (quod videtur melius) ei qui minus onus imponit. argu.ſ.
qui bon.ce. poſſ.l.vlti.& ff.de pactis.l.maiorem.Patronus au-
tem intelligitur, qui ex cauſa fideicommiſsi manumiſit: ipſius
enim, non teſtatoris originem ſequitur: vt j.eod.tit. l.ij.ff.eod.
tit.l.libertus. Quid autem ſi hæres non manumiſit, ſed per de-
cretum prætoris abſente hærede datum ad libertatem perue-
nit? reſpondeo ſi quidem ex Rubriano Senatuſconſulto hoc
factum fuerit (quia orcinus ſit libertus,) teſtatoris, non hære-
dis originem ſequitur: vt ff.de fideicom. lib.l.cùm verò.§.ſub-
uentum eſt. Si autem ex Damaſiano ad libertatem perueniat,
quia perinde habetur ac ſi non, vt oportet, manumiſſus eſſet,
hæredis libertus eſt: & ob id ipſum ſequitur: vt ff.de fideicom.
lib.l.neque. infantes. vtriq; ſcilicet tam originarij, quam mu-
nicipes, id eſt, incolæ munera ciuitatis ſubire debent: niſi ali-
quibus de cauſis, vel priuilegiis excuſantur, de quibus Domi-
8 no annuente, plenius agetur inferius. † In ſumma itaq; notan-
dum eſt, quòd municipis, verbum propriè acceptum incolam,
9 abuſiuè autem originarium deſignat, vt dictum eſt. † Item no.
quòd filij ſequuntur originem patris (vt dictum eſt) ſiquidem
ſint legitimi: alioquin vulgo quæſiti, qui patrem non habent,
matris tantum originem ſequuntur: vt ff.eod. l.j. & l.eius qui.
10 & ff.de ſtat. homin.l.cùm legitimè. † Quid ergo dicemus de
baſtardo facto legitimo? forſitan, quia ciuiliter factus eſt le-
gitimus, originem patris ſequetur. Nam & adoptiuus ſequi-
tur patris adoptiui domicilium, licet naturalis, originem non
declinet: vt ſ.de adop.l. in adoptionem. & ff.eo.l.j. & l.ordine.
§.vlt. Si tamen ab adoptiuo patre emancipetur, non tantum fi-
lius, ſed etiam eius ciuitatis ciuis, cuius per adoptionem fue-
11 rat, eſſe deſinit: vt ff.eod.tit.l.ſed ſi is. † Illud quoque præter-
eundum non puto: quia municipes ſcire intelliguntur, quod
ſciunt hi, quibus cura municipij commiſſa eſt: vt ff. eod.l.mu-
nicipes. Nam & vniuerſis redditur, quod pro voto omnium
eorum primatibus indulgetur: vt ſ.de aduoca.diuer. iudi.l.re-
ſtituendæ. Municipes quoque iurare intelliguntur iurantibus
ipſorum adminiſtratoribus: vt ff.de condi.& demonſtr. l.mu-
nicipibus. Igitur de calumnia iurant, iurantibus rectoribus: li-
cet dicatur, quòd maior pars, vel idonea, iurare debeat: vt ſ.de
iureiurando propter calum.da.l.vlti.§.hoc etiam: Hoc autem
12 alibi tractauimus plenius. † Præterea ſciendum quòd ius ori-
ginis amittitur, ſi à ſenatoria dignitate quis remoueatur, ad
quod non reſtituitur: niſi ſpecialiter hoc impetrauerit: vt ff.
eod.titu.l.filij.§.ſenator. Item ſi ſenatoriam dignitatem quis
adipiſcatur. Sed hoc intelligendum eſt, quantum ad munera:
in honoribus enim originem retinet. Et ideo ab eo manumiſ-
ſus originem ipſius ſequitur: vt ff.eod.l.municipes. ita tamen,
ſi patrimonium ipſius liberti ad munera expedienda ſuffi-
ciens ſit. Res enim patronorũ, muneribus libertorum ſubie-
ctæ non ſunt, licet ipſorum originem, vel domicilia ſequantur
liberti: vt ff.de muner. & bon.l.iij.§.liberti.

ANNOTATIO.

a Municipes dicuntur. Vide ad hæc Bart. in l.j. ff.ad muni. & in quo ab ordinario differat in l.j. C. de municip. Et nunquid municipia & incola differant in tract. de repræſal. q. vij. vbi multa pulchra colliges.

De incolis, & vbi quis domicilium habere dicitur, & de iis, qui ſtudiorum cauſa in aliena ciuitate degunt. *Rubrica.*

1 *Incola quis dicatur, & vnde.*
2 *Domicilium vbi cenſeatur habere, qui nunc in vno loco, nunc in alio habitat, & quo loco quis regulariter cenſeatur domicilium habere, nu. ſeq.*
4 *Domicilium an, & quando retineatur ab eo, qui illinc proficiſcitur.*
5 *Senator vbi cenſeatur domicilium habere.*
6 *Relegatus quo loco domicilium habeat.*
7 *Milites & ſcholaſtici quo loco domicilium habere videantur, & num. 14.*
8 *Filiuſfa. quo loco domicilium habere poſſit, & qui domicilium habere poſſunt, & num. 10.*
9 *Fœmina quo loco habere poſſit domicilium.*
11 *Domicilij ratione quid oporteat quemque ſubire.*
12 *Domicilium pro voluntate mutare an cuius permiſſum ſit.*
13 *Munera perſonalia non compellendum quem ſubire ob id ſolum, quòd domum vel fundum poſſidet.*

DIXIMVS ſuprà de municipibus incidenter, &
ſemiplenè, qui, ſignificatione propriè accepta, in-
colæ appellantur, nunc de his plenius videamus.
Sed quia ratione domicilij quis appellatur inco-
la, & vbi quis domiciliũ habere credatur, videamus. Sed quia
ſtudentes quandoque in loco ſtudij domicilium habere vi-
dentur, & de his quoque, qui ſtudiorum cauſa in alia ciuitate
degunt, inſeramus. Sciendũ eſt igitur quid ſit incola, & vnde
dicatur, vbi quis domicilium habeat, & quis poſsit habere
domicilium, & vbi: & vtrum duo, vel plura poſsit habere do-
micilia: & nunquid ratione domicilij quemquam ſubire opor
teat: & nunquid voluntate ſua quis poſsit domiciliũ mutare?
1 † Incola ergo eſt is, qui in aliena regione domicilium cõtulit.
Nec tantum, qui in oppido morantur, incolæ ſunt, ſed etiam,
qui in alicuius oppidi finibus ita agrum habent, vt in eum tan
quam in ædem ſe conferant: vt ff.de ver. ſignificatio.l.pupil-
ªlus.§. incolæ.& infra eodem titul.l.penult. Dicitur autem in-
cola ab in, quod eſt valde, & colo colis, quaſi dicat: quia ni-
mium vàlde patriam illam colit, ad quam ſe contulit: cùm
2 propter ipſam aliam relinquat. † Hinc eſt, quod ſi duobus lo-
cis quis agat: in altero plus, in altero minus: in vno ferè ſem-
per, in altero rarò: ibi domicilium habere dicitur, vbi plus &
frequentius agit: vt ff.ad municip.l.eius qui.§.j. Quid ergo
ſi pariter vtrobique agat? & certè Labeo iudicat eum nuſ-
quam domicilium habere. Sed verior eſt aliorum ſententia
qui pluribus locis eum eſſe incolam, & domicilium habere
ſanxerunt: vt ff.ad municip. l. Labeo indicat. & l.aſſumptio.
3 §. iuris. † Domicilium autem quis habere dicitur eo loco in
quo larem, rerúmq; ac fortunarum ſuarum ita ſummam con-
ſtituit, vt inde deceſſurus non ſit. de quo ſi profectus eſt, pere-
grinari videtur: ad quem ſi redeat, peregrinari iam deſiit: vt
infra eodem titulo.l.antepenulti.& ff. de verborum ſignificat.
4 l.in lege cenſoria. Qui ergo † proficiſcitur, domicilium re-
tinet: niſi fortè ſic proficiſcatur, vt non habeat animum re-
uertendi: quærens quo ſe conferat, atque vbi ſedes conſti-
tuat: tunc enim eſt ſine domicilio interim, id eſt, antequam
locum ſibi placitum inueniat: vt ff. ad municip. l. eius qui: §.
5 Celſus. † Senator quoq; ibi domicilium habet, vbi ſenato-
ria fungitur dignitate: licet anterius non amittat: vt ff.de ſe-
nat.l.ſenatores. Nunquid dicemus idem de dignitatibus aliis?
Nunquid enim Pina mons, dum noſter fuit poteſtas (vt vul-
garizando loquar) Bononiæ domicilium habuerit? habuiſſet
fortè, ſi ſic accepiſſet, vt deberet: vel rationem diuerſitatis Bo-
6 nonienſis aſsignet. † Item relegatus in eo loco in quem rele-
gatus eſt, interim neceſſarium domicilium ibi habet: vt ff. ad
municipa.l. filij.§.relegatus.& in eo quoque vnde arcetur: vt
ff.ad municip.l.eius qui.§.vltimo. niſi fortè in perpetuum re-
legatus ſit. tunc enim ciuitatem amittit, ſed non Romanam, id
eſt: libertatem: vt ff.de cap.dimi.l.amiſsione.§.j.& ff.de interdict.

& rele

7 & releg.l.relegatorum.§.hæc eſt. † Item miles ibi domicilium
habere videtur, vbi militat.ff.ad municip.l.municeps.§.vltim.
Scholares quoque, qui per decennium in ſcholis ſtudiorum
cauſa morati fuerint, domicilium ibi habere creduntur, vbi
ſtudent. Pater tamen qui cauſa videndi ſtudentem filium, ſæ-
pius ad ſtudium, ſiue locum commeat, domicilium ibi non ha-
8 bet: vt j.eod.l.ij. † Domicilium habere poteſt paterfamilias,
& filiusfamilias, non vtique vbi pater habuit, ſed vbicunque
ipſe domicilium conſtituerit: vt ff.ad municip.l. placet.&.l.
non vtique. Idem in ingenuo, & libertino: & vtique vbicun-
que voluerit: ſic tamen dixerim filium, & libertinum, quo-
cunque loco poſſe habere domicilium: ita vt patris, vel patro-
ni origini nullum afferant detrimentum: ſed vtrobique mune-
ra ſuſtineant: vt ſ.de municip.& origi.l.filios.& l.fina. & ff.ad
9 municipalib.l.filij.§.municipes.& l.de iure.§.libertos. † Item
maſculus, & fœmina. Fœmina, inquam, habere poteſt domici-
lium, ſcilicet, vbi maritus habeat, ſi vxor: vel vbi habuit, ſi vi-
dua fuerit & nondum ad alium virum tranſierit: tunc enim
poſterioris viri conditionem ſequetur: vt j.eodem titu.l. vlti.
& ff.ad municipa.l.filij §.j. Sanè hoc hic intelligendum eſt de
vxoribus. ſponſa enim ante contractas nuptias domicilium
non mutat: vt ff.ad municip.l. ea, quæ aj. licet in ſponſalibus
affinitas contrahatur. Et vxoris appellatione quandoq; con-
tinetur ſponſa. vt ff.de gradibus & affinibus.l. Labeo.& l.ſer-
uus.& ff.de teſti.l.in lege. & ff de ri.nupt.l.adoptio.§.vltimo.
Item intelligendum eſt de vxore legitima. ſi enim fuerit inu-
ſtum matrimonium, ſicut bonorũ poſſeſsio vnde vir, & vxor,
non poſſet habere locum. Ita nec ex perſona mariti, mulie-
ris cõſtituitur domicilium: ſed propriam ſequetur originem:
vt ff. vnde vir & vxor.l.vltima & ff.ad muni.l. de iure.§.fin.
Illud quoque circa hunc articulum notandum eſt, quod adeo
vxor mariti domicilium ſequitur, vt propriam decliuet origi-
nem: vt ff.ad muni.l.vltima.§. item reſcripſerunt. quod non
contingit in alijs qui domicilia mutant: vt ſuperiori titulo
10 oſtenſum eſt. † Item domicilium habere poſſunt maior, mi-
nor, ſapiens, furioſus, mentecaptus, miles, priuatus, honoratus,
& in ſumma quicunque, & vbicunque non prohibetur ha-
beri poteſt domicilium: vt ſit hoc edictum quaſi prohibito-
rium. vt ff.ad municip.l.nihil eſt. Prohibetur enim quis quan-
doque certis locis habere domicilium, vt in ſibi interdictis: vt
ff.de interdi. & releg.l.relegatorum.§.interdicere. & §.dubi-
tatum. Seruus etiam nullum domicilium habere poteſt: quia
ab omnibus honoribus, & muneribus loco ſemotus eſt in
totum: nec communionem habet iuris ciuilis, vel prætorij
edicti: vt ff.de regulis iuris.l.quod attinet. & l.cùm ſeruus.& l.
in omnibus officijs. & ff.de teſtamen.l.qui teſtamento.ij.§.pe.
excipitur tamen in cauſa ſtatus: vt ſ. vbi cauſa ſtatus debet agi.
l.ij. Duo & plura domicilia quis habere poteſt: vt ſ. oſtendi-
11 mus. † Ratione domicilij tenetur quis ſubire munera ciuita-
tis, ad quam ſe incolatus iure tranſtulerit: vt ſ de municipib.
& ori.l.prima.& infrà eodem titulo.l.ſecunda & tertia. Item
actiones quæ ſibi mouentur excipere, & pulſantibus reſpon-
dere non prohibetur: niſi caſus aliud inducat: vt ſuprà vbi fi-
deicommiſ. peti oportet. l.fideicommiſſum. & ff. de iudicijs.l.
12 quod legatur. † Mutare poteſt domicilium quilibet propria
voluntate, & de vna ciuitate ad aliam tranſire: niſi iam publi-
cis muneribus fuerit deſtinatus: vt ff.ad municipalib.l.incola.
& infrà eodem titulo. l. prima. Sic (inquam) dixerim domici-
lium propria voluntate poſſe mutari, ſi rebus & factis oſten-
datur. Nec enim nuda conteſtatione transfertur: vt ff.ad mu-
nicip.l.domicilium.& infrà eodem titulo.l.prima. Quid ergo
ſi ſe incolam neget quis apud eum præſidem prouinciæ agere
debet, apud quem, & ſub cuius iuriſditione eſt ciuitas, ad
quam vocatur ad munera, non autem ex qua ſe dicit oriun-
dum: vt ff. eodem titulo.l.de iure. In ſumma illud notandum
eſt, quòd Roma communis patria noſtra eſt, & commune fo-
13 rum: vt ff.ad municipalibus.l Roma. † Item illud ſciendum
eſt, quòd ſola domus, vel poſſeſsionis ratio obnoxium quem-
quam muneribus perſonalibus non conſtituit, niſi aliquo
priuilegio ciuitatis decoretur: vt ff.ad municipali. l.libertus.§.
14 ſola.& infrà eodem titulo.l.eùm neque.& l.priuilegio. † De
his qui ſtudiorum cauſa in aliena degunt ciuitate, hoc ſolum
dicimus: vt ibi non dicantur domicilium habere, niſi per de-
cennium in eo loco ſedes ſuas conſtituerint. Parentes tamen
ipſorum, qui cauſa videndi ſtudioſos filios ad locum ſtudio-
rum frequenter commeant, domicilium ibi habere non cre-
duntur: vt j.eod.tit.l.ij. Quod dico de ſtudentibus, idem in-
telligas generaliter de omnibus, qui in territorio cuiuſcunq;
ciuitatis morantur: vt j.eod.tit.l.eſt verum. Sed quod dicitur
de ſtudentibus, vel alijs, nunquid ita ſimpliciter eſt intelligen-
dum? Reſponden nequaquam: ſed ita, ſi ſedes ſuas ibi conſti-
tuerant quod præſumitur ex tranſcurſu decennij: vt ff. de v-
ſuris.l.cùm de in rem verſo.

De muneribus, & honoribus non continuandis inter patrem, & filium, & de interuallis. *Rubrica.*

1 *Munera & honores continuare an, & quando quis inuitus vel volens poſsit.*
2 *Honorum & munerum continuatio inter patrem & filium quatenus denegetur.*
3 *Vacatio quãti temporis concedatur ijs, qui honores vel munera geſſerunt, priuſquã alium honorẽ, vel eundẽ cogãtur ſubire.*
4 *Munerum publicorum vacationem qua alia munera præſtent.*

DE MVNERIBVS, & honoribus iniungen-
dis, tam ratione originis, quàm ratione domicilij
dictum eſt. Sed quia plerunque finito honore, vel
munere, ad eundem, vel alium ipſe, aut pater, vel
filius reuocatur (quod prohibitum eſt) de non continuandis
muneribus, & honoribus, etiam inter patrem, & filium, videa-
mus. Sed ne perpetuo videatur excuſandus qui ſemel geſsit,
etiam de interuallis dicamus. Videamus ergo quando quis
honores, vel munera non teneatur continuare, quando com-
pellatur, quorum munerum inter patrem, & filium denegetur
continuatio, quorum conceditur, & quantum temporis in-
teruallum vacent ab iiſdem, vel alijs muneribus, vel honori-
1 bus. † In primis tamen ſciendum eſt, quòd hic non de patri-
monialibus muneribus, ſed de perſonalibus, vel miſtis mune-
ribus agitur. Munus vel honorem quem geſsit quis, illum
aliàs vel inuitus continuare non cogitur: ſed nec volens for-
ſan admittitur vbi ciuium copia exiſtit. Alioquin pro-
pter penuriam hominũ immunitas infringitur, & prohibitio
relaxatur: vt ff.de muneribus & honor.l.honor. §.penultimo
& vltimo. Excipitur decurionatus, qui quamuis honor ſit,
tamen ab alijs vacationem non præſtat, argument. ff.de vaca.
2 excu.mune.l.à decurionatu. † Honorum, & munerum, inter
patrem, & filium continuatio denegatur, quę ſumptibus pro-
prijs expediuntur. Quæ autem impendijs tantum alienis
ſolo miniſterio præſtito peraguntur, vt munus legationis,
3 continuationem non impediunt: vt ff.de leg.l filio. † Voca-
tur quis quandoque ad honorem eundem, vel munus, quan-
doque ad aliud. Si ad eundem vocetur, quinquennij habet
vacationem. Excipitur legationis munus, quod biennij tan-
tum vacationem habet. Si autem vocetur ad alios honores,
vel munera, vacabit triennio: vt infrà eodem.l.ſecunda. & in-
frà de legat.l.tertia.& ff.de legat.l.filius. & l. Paulus reſpondi.
Huiuſmodi autem interualla temporum his duntaxat pro-
ſunt, qui ad eoſdem honores, vel munera, aut alios, vel alia
vocantur, alijs minime, etſi fratres ſint: licet omnia bona
communia habeant: vt C.eodem titulo.l.fin. Excipitur tamen
pater & filius: vt dictum eſt: vt hic eodem titulo. l. prima &
vltima. à ſimili ergo nec ſocijs omnium bonorum proderunt.
In ſumma illud notandum eſt, quod licet pro infante filio
pater, quem decurionem eſſe voluit in poſterum fidem ſuam
adſtrinxerit, tamen onera decurionatus interim ſuſtinere
non cogitur: quia videtur ad ea tantum quæ mandari poſ-
ſunt, voluntatem ſuam accommodaſſe: vt C. eodem ti-
4 tulo.l.prima.& ff.ad municip.l.Lucius.§.Imperatores. † Item
illud prætereundum non puto, quòd hic agitur de muneri-
bus, per quæ principaliter proſpicitur reipublicæ, id eſt, quæ
publicæ vtilitatis cauſa inducuntur. alia verò munera, licet

perſonalia ſint & publica:vt tutela,vel cura, ab iiſdem,tamen id eſt ſimilibus, vel ab aliis muneribus vacationem non præſtant:ſed nec propter alia vacant. Excipitur tamen in legato, vel alio abſente cauſa reipublicæ. Is enim reuerſus veteres quidem tutelas recipit, à nouis autem vacationem habet: vt C.ſi tutor reip.cauſa abfuerit.l.ij.& Inſti.de excu.tuto.§.item diuus.& ff.de excu.tuto.l.j. & l.non ſolum.in princ. is tamen qui tutor alicuius fuerit,& eiuſdem curator eſſe non compellitur:niſi ſit libertus eius:vt Inſtit.de excu.tut §.qui tutelam.& ſ.de excu.tuto.l.libertos.

De muneribus patrimoniorum. *Rubrica.*

1 *Munus quot modis dicatur.*
2 *Munerum ſpecies varia.*
3 *Munera perſonalia quæ dicantur, quæ item patrimonialia,& quæ mixta.*
4 *Munera ſubire qui cogantur.*
5 *Munera patrimoniorum ab omnibus ſuſtinenda eſſe, & qui excipiantur.*

DE MVNERIBVS perſonalibus ſuprà, nunc de patrimonialibus videamus. vnde (vt plenius de omnibus cognoſcamus) generaliter de omnibus tractemus. Videamus ergo quot modis dicatur munus,& qualiter in his tractatibus accipiatur:quæ ſit diſtinctio, ſiue diuiſio munerũ & quis munera teneatur ſubire.
1 † Munus dicitur tribus modis. vno donum, inde dicuntur munera dari mutuo. Altero onus:& in hac ſignificatione hic accipitur. Tertio officium: & in hac intelligendum eſt, quod ſuperiori tit.dictum eſt: vt ff.de verb.ſigni.l.munus tribus. & l.inter donum.& l.munus propriè. & l.pupillus. §.munus.
2 † Munerum diſtinctio, ſiue diuiſio multiplex eſt. Nam quædam ſunt perſonalia,alia patrimonialia,alia miſta. Item perſonalium alia ſunt per quæ reipublicæ principaliter proſpicitur: vt defenſio ciuitatis,legatio ad cenſus accipiendos, & ſimilia,non vt tutela, vel cura. Item patrimonialium alia ſunt patrimonialia, & corporalia, alia non. Item alia poſſeſſionibus,alia perſonis imponuntur: omnia tamen hæc munera ſic diuiſa ſub vno nomine cõtinentur. Vniuerſa enim ciuilia,ſiue publica appellantur:vt ff.eo.tit.l.j.in prin.& l.munerum.§.pa-
3 trimoniorum.& §.hæc omnia. & ff.ad muni.l.ij. † Perſonalia munera illa dicuntur quæ animi prouiſione,& corporalis laboris intentione,ſine aliquo gerentis detrimento geruntur:vt tutela,& cura,&c.vt ff.eod.tit.l.munerum.in princi. & l.j §.j. Patrimonialia verò munera ſunt quæ maximè ſumptibus patrimonij,& damnis adminiſtrantis expediuntur:vt ff.eod.l.patrimoniorum. Miſta verò munera illa dicuntur, quæ partim corporali miniſterio,partim ſumptu pecuniæ ſubeuntur:quapropter omnia perſonalia miſta fieri poſſunt,ſi hi qui ſuſtinent ea ex lege ciuitatis ſuæ, vel mortæ,de propriis facultati-
4 bus impẽſas faciat:vt ff.eo.tit.l.vlt.§.miſta.& §.ſeq. † Munera
a ᵃſubire coguntur ciues duntaxat, & incolæ, qui enim neque originalis, neque incola eſt,licet domum, vel poſſeſſionem in ciuitate habeat, munera tamen circa ſpeciale priuilegium ciuitatis ſuſtinere non cogitur:vt ſ.de incola.l.cùm neque. & ff. ad munici.l.libertus.§.ſola domus. Excipitur. niſi ſit tale munus,quod poſſeſſioni tantum imponatur, quòd omnes poſſeſſores ſubire oporteat,etſi neque ciues,neque incolæ ſint: vt ff. eod.l.reſcripto.& l.vlt.§.patrimoniorum. A muneribus perſonalibus multi excuſantur, ex variis cauſis: vt dicetur infe-
5 rius. † Munera verò patrimoniorum omnes ſuſtinere ſine delectu ætatis,liberorum,dignitatis,& ſexus,compelluntur: vt j.eod.tit.l.ij.& iij.& v.& l.profeſsio.& l.etiam.& l.penulti.& vlti.& ff.de excu.mu.l.ij §.ij.& l.his honoribus.& l.ſunt munera.& ff.de veteran.l.ij. Excipiuntur tamen magiſtri liberalium artium,doctores legum,grammatici, oratores,medici, & philoſophi, quibus recipiendi hoſpitis immunitas conceſſa eſt:vt ff.eod.titu.l.vltima §.vltimo. & j.de profeſſo.& medic. l.medicos. Item militibus, & veteranis, capitis præſtatio remiſſa eſt:vt ff.eodem.l.vltima.§.penultimo. Mulieres quoque munera corporalia (licet ſint patrimonialia, non ſubeunt ſic intelligo adminiſtranda)ſicut nec minores.vt ff.eodem.l.iij.§. incorporalia.& l.ad rem publicam. Hoc de muneribus,quaſi in genere, & ſommotenus dixiſſe ſufficiat. Per ſingula enim quaſi indiuidualiter exponere quæ munera ſint perſonalia, quæ patrimonialia,& quæ miſta fore ſuperuacuum duxi,cùm hoc ex ſerie literæ, maximè. ff. eodem titulo. diligens lector percipere valeat, & apertè.

ANNOTATIO.

a Munera. Quæ dicantur munera perſonalia, realia & miſta & quibus imponantur, vide Specu.in tit.de cenſi §.ij.verſ. qui autem.& ſequen. Bart.in l.j.de mulie.& in quo loco.libr.x. Salicet.in l.fin.C.vnde tenſu vel reliq do.Lucam de penna.in l.quoties.oum.a.de diſcuſſo.libr.x.& in multis aliis legibus & tit.ſeq.Doct.in rubr.C.de muner.patri. Vbi multa ad materiam colliges.

Quemadmodum ciuilia munera indicuntur. *Rubrica.*

1 *Munera per quos & qualiter indicenda.*
2 *Perſonæ ratio qualis habenda ſit in muneribus vel honoribus deferendis.*
3 *Muneri vni deſtinatũ non debere vocari ad aliud,antequã cœptũ finierit,& quid de eo qui ad duo munera vocatus fuerit.*

DE MVNERIBVS dictum eſt,nunc qualiter
1 indicenda ſint, videamus: & vtique † per eos qui officium habent. Ciuilia munera per ordinem,id eſt, ordinatè, pro modo ſubſtantiæ poſſeſſoribus indicenda ſunt:vt ſ.de mune.patri.l.j. Ordinatè (inquam) & pro modo ſubſtantiæ ideo dixi:quia non vni tãtum, nec vltra quàm eius patiatur ſubſtantia expendendorum computatione facta, ſubleuatis aliis imponenda ſunt: ſed ſumptuum faciendorum ſubtili habita inquiſitione, & munificorum exceſſa ſubſtãtia: ſed nunc vni,nunc alteri,vel omnibus ſunt ſimul prout vires eis ſuppetãt ſunt munera indicenda:vt j.eod.
2 tit.l.vlt.& ff. de mun.& ho.l.iij.§.præſes. † In muneribus,vel honoribus enim gerẽdis,in primis inſpicitur perſona,cui muneris,vel honoris adminiſtratio defertur: ſ. vtrum habilis ſit, vel aliqua iuris conſtitutione excuſetur: vt ſ.de decu.l.ij.& de iure fiſ.l.ſuper ercãdis.Item origo natalium,ſcilicet,vt potior ſit cauſa originis,quàm incolatus: vt ff.ad muni.l.libertus.§. præſcriptio.Vel origo natalium ideo inſpicitur:quia libertinis & aliis malè natis, honores bene natorum denegãtur: vt ſ.ad l.Viſcelliam.l.vnic.præſumitur enim cõtra aliquem quòd malus ſit:quia nationis eſt improbatæ:vt ff.de ædil.edic.l.quòd ſi nolit.§ qui mancipia.& parentum exẽpla in filiis metuuntur: vt ſ. ad l.Iul.maieſt.l.pen.licet aliàs dicatur quod patris delictum promotionem filij non impediat: vt ff.de decurio.l.ij.§. nullum.Nam ſpurius ex inceſto coitu natus,cùm nihil admiſit,à dignitatibus non arcetur:vt ff.de decu.l. ſpurij.in prin.l. Item facultates eius inſpiciuntur an ſufficere iniuncto muneri poſsit ſ.de decu.l.ad ſubeunda.Item lex, ſecundum quam muneribus fungi debet:vt ff.de mun.& ho.l. honor.§.de honoribus.Illa quoq; debet cõſideratio ſeruari:vt potiores quoq; vocentur ad munera, & gradatim vocatio fiat de minoribus, ad maiora:ſed non è conuerſo:vt C.de pot. ad muner. nominan. lib.10.& ff.de mun.& hon.l.vt gradatim.& ff.de decu.l.honores.in prin.& j.eo.tit.l.ij. Hoc autem intelligo in honoribus, & muneribus perſonalibus, vel in quibuſdã miſtis: nimirum
3 in patrimonialibus non habetur tãta cõſideratio. † Illud quoque prætereũdum non puto, quod vni muneri deſtinatus, ad aliud vocandus non eſt,antequam cœptum finiant: vt C.eo. tit.l.j. Quid tamen ſi ad duo munera in eadem ciuitate vocatus fuerit, nec appareat ad quod prius? Reſpondeo,ſi idem fuerit nominator vtriuſq;, ipſius erit electio,ad quod potius vocatum ſubire oporteat:vt ff.de excuſatio.tutor.l.ſi duas. in princip.l. Quid ergo erit, ſi diuerſi fuerint nominatores? Reſpondeo idem forſan ſtatuetur,quod de pluribus vocantibus paribus ciuitatibus diximus ſuprà, de municip. & origio.

In ſum

In ſumma notandum eſt, quòd omnibus muneribus functus
ab eadem vocandus non eſt: ſi non deſit copia ciuium, qui
fungi poſsint: vt j.eod.tit.l.pen. imò interualla temporum ha-
bet: vt ſ.de interuallis diximus.

De iis qui ſponte publica munera ſubeunt. *Rubrica.*

1 *Munus ſponte ſuſcipiens cogitur illud ſubire, licet aliàs vaca-
tionem habeat à muneribus publicis, & an competens ſibi
priuilegium amittat.*

DE IIS, qui neceſſario munera ſubeunt dictum
eſt, nunc de iis qui ſponte ſuſcipiunt, videndum
1 eſt. Qui ergo † vacationem habent munerum pu-
blicorum, ſi aliquod munus ſponte ſuſceperunt,
illud adminiſtrare compelluntur, competens tamen priuile-
gium non amittunt: quia voluntarij muneris ſuſceptio, priui-
legiis nihil derogat: vt j.eod.tit.l.j.& ij.& ff.de vaca.mun.l.in
honoribus.§.qui muneris publici.& ff.de peiusleg.vetera.l.ij.
& ſ.de excu.tut.l.voluntariè. Excipitur tamen decurionatus:
quem, ſi ſponte ſuſceperit, non interueniente pacto ſeruandæ
immunitatis, munera cogitur ſuſtinere, tanquam proprio pri-
uilegio renuntiauerit: vt C.eod.tit.l.j.iij.& iiij.& ff.de priuile.
vete.l.vlt.& ff.de iure immuni.l.penul. Sanè circa ipſius tan-
tum perſonam hoc intelligendum eſt. Res enim eius, & liberi
quandocunque geniti, ab omni curiali cõditione ſunt immu-
nes.j.eod.titu.l.vlt. Hoc tamen ſic accipiendum eſt de eo, qui
cùm immunitatem haberet, tantũ curiæ gratia decurionatum
ſuſcepit. ſi autem cauſa ſuę curię ſe obtulerit, vel oblatus fue-
rit, vt tunc temporis patris ſit ſucceſſor legitimus: nõ tantum
ipſe, verum etiam eius ſubſtantia, & liberi omnes: mares ta-
men poſtea procreati curiæ nexibus tenebuntur: vt j.eod.tit.
l.fin.& ſ.de natur.liber.l.iiij.& l.communium.

De iis qui à principe vacationem acceperunt. *Rubrica.*

1 *Curialis vacationem ne det.*
2 *Princeps quando vacationem dare non licet.*

1 DE IIS † qui à principe vacationem muneris ac-
ceperunt tractemus. Sciendum eſt, quòd curialium
nullus omnino vacationem tribuere poteſt, niſi
2 ſolus princeps. Sed nec † princeps inconſultè de-
bebit eam indulgere: ſed ſi digni ex approbatis cauſis iuris
[aliàs veris] reperiantur. Porrò nec tunc perpetuam, ſed tem-
poralem duntaxat vacationem concedet: vt j.eod.tit. & ſ. de
decurio.l.nemo.

De vacatione muneris publici. *Rubrica.*

1 *Vacatio muneris publici conceſſa ad quid proſit.*

DIXIMVS ſuprà quibus à principe vacatio pu-
blici muneris concedatur: nunc ad quid conceſſa
1 proſit, videamus. † Qui ergo publicis muneris
vacationem habent, extraordinarias duntaxat
ciuitas collectas, id eſt, ex improuiſo à magiſtratibus indictas:
ordinarias verò, id eſt, quæ a legibus, Senatuſcõſultis vel con-
ſtitutionibus principum imponuntur, recuſare non poſſunt:
vt hic l.vnic.& ff.de vacat.& excu.mun.l.in honoribus.§.qui
muneris publici. talia ſunt omnia patrimoniorum munera or-
dinaria, & ſimilia de quibus nemini licitum eſt ſe excuſare: vt
ſ.de mu.patri.diximus.& j.titu.iij.dicemus.

De decretis decurionum ſuper immunitate quibuſdam concedenda. *Rubrica.*

1 *Decurionum decreto quibus concedi poſsit immunitas à pu-
blicis muneribus.*
2 *Decretum a decurionibus quomodo interponendum ſit.*
3 *Curiales omnes cenſeri feciſſe, quod maior pars eorum fecit.*
4 *Decretum decurionum in quibus rebus interponi ſoleat.*
5 *Decretum ſemel à Decurionibus interpoſitum poſsitne ab eis
retractari, & quam ob cauſam.*
6 *Edicta ciuitas pœnam interminantia an, & quatenus valeant.*

QVIA decreto decurionum quibuſdam publico-
rum munerum vacatio conceditur, de decretis
decurionum, & maximè ſuper concedenda im-
munitate factis, videamus. Exponamus itaque
quibus vacatio munerum, decurionum decreto poſsit conce-
di, & quibus non, & qualiter, & quoto numero decurionum
coacto, decretum debeat interponi. In quibus rebus interpo-
natur, quæ decreta ſint valida, inualidáve, & an ordo ſuum
1 valeat refricare decretum. † Publicorum munerum immu-
nitas, decurionũ decreto magiſtris liberalium artium, multo-
magis legalium, concedi poteſt. Medicis quoque quos ipſi
ad ſua, liberorúmque ſuorum corpora curanda intra nume-
rum præfinitum elegerint: aliis verò minimè: vt C.eodem.l.
prima.& ff.eodem l.prima.& ff. de vaca.muner.l.vltim. Quis
ergo alius concedet immunitatem ſi opus fuerit? Princeps ſo-
2 lus. † Interponi debet decretum ſolenniter, ſcilicet interce-
dente præſentia, & ſubſcriptione totius ordinis, vel maioris
3 partis. Quod † enim maior pars curiæ facit, pro eo eſt ac ſi
omnes feciſſent: & ad vniuerſos refertur quod publicè fit per
maiorem partem: vt ſuprà de decur.l.ſecunda.& ff.ad munici.
l.quod maior.& ff.de regulis iuris. l. alius eſt. §. primo. maior
(inquam) numero, ſcilicet vt duæ partes adſint, aut amplius
quàm duæ. Et maximè ditiorum & nobiliorum: vt ff.eodem
titu.l.ij.& quod cuiuſque vniuer.no.l.nulli permittitur. In-
ter quos numerari poterit etiam is, pro quo decernitur, ſi decoſ-
ſo ſit: vt ff. quod cuiuſque vniuer.no.l.planè. Patris quoque
ſuffragium filio proderit, & è conuerſo. Item eorum, qui in
eadem ſunt poteſtate: niſi lex municipij, vel perpetua conſue-
tudo prohibeat: quaſi decurio enim hoc facit, non quaſi do-
meſtica perſona: vt ff.eodem titulo.l. illud notandum eſt.& l.
item eorum.in princip. Quod autem à pauciori numero fa-
ctum fuerit, non valebit: vt ff.eodem titulo.l.ij. Aliàs autem
non pro numero perſonarum, ſed pro modo facultatum ma-
ior pars accipitur: vt in ſecundo libro libelli diſputatorij ſub
4 tractatu de teſtibus, variis exemplis notauimus. † Interponi-
tur autem decretum in alienatione curialium prædiorum, in
electionibus medicorum, actorum, & defenſorum ciuitatis,
vel municipij, in concedendis immunitatibus, & ſimilibus: &
quæ ad communem ſpectant vtilitatem: vt ſ. de præd.curi. ſine
decreto non alie.l.ij. & ff.eodem. l.j. & ff.quod cuiuſque vni.
l.nulli. & in authent. de defenſ.ciui. & j.eodem tit.l.j. Omnia
a decurionum decreta * valida ſunt, ſi re licita & honeſta (ſicut
prædictum eſt) interpoſita ſint, ceſſante omni gratia, & ambi-
tione. Alioquin ſi, vel circa cauſæ cognitionem, vel per obre-
ptionem, vel per ambitionem data fuerint, viribus carebunt:
vt ff.de rebus eorum.l.magis.§.ſi æs alienum. & §. manet. & j.
5 eodem.l.ordinis. & ff.eodem titulo.l. ambitioſa. † Quod ſe-
mel ordo decreuit, irritare nõ debet: niſi ad publicam neceſsi-
tatem reſpiciat prioris decreti reſciſsio: vt ff. eodem titulo.l.
quod ſemel. Nimirum grammatici, oratores, & medici vel
conſimiles ab ordine probati: ſi non ſe vtiles publicè præ-
beant, ab eodem ordine reprobari poſſunt: vt infrà de profeſ.
& medi. l.grammaticos. & ff.de muner.& honor.l. vt grada-
tim.§. penulti. licet aliàs ſemel probatum improbari non de-
beat, nec ſuam quiſq; poſsit irritare ſententiam: vt ff.de nego.
geſt.l. Pomponius.& ſ. ſententiam reſcindi non poſſe.l.j. & ff.
de pe.l.diui.& de quæſtionib.l.prima. in fine. vbi de hoc dixi.
In ſumma illud notandum eſt, quòd decreta decurionum, ſi-
cut decreta canonum pœnam interminantia ſeruanda ſunt:
ita tamen vt facti ignorantia excuſet à pœna, ſi quis ignoran-
ter contra edictum fecerit: vt ff.eodem titulo l.vltima. Valent
6 † ergo edicta ciuitatis pœnam interminantia, quæ vulgo ban-
na vocantur, ſi decreto fiant decurionũ, id eſt, ſapientum, qui
ciuitatum conſiliis deputati ſunt. Ita tamen valere puto, ſi iuri

non reſiſtaot generali, in mandatis & prohibitionibus conſi-
ſtenti. Nunquid ergo Bononienſium tenebit decretum, ſcili-
cet, vt pater pro filij delicto conueniatur? forſan vtique: quia
priuata pactione poſſet hoc onus ſuſcipere, & iuri proprio
renuntiare, argu. C. de pact. l. ſi quis in conſcribendo. Quod-
cuoque ergo ius pacto remitti poteſt contra ad decretum ci-
uitatis, vel municipij valere puto.

ANNOTATIO.

a Decurionum decreta. Sed nunquid ſtatuta cōdere valeāt decuriones, vide per Ioan. de Imol. in l. municipibus. de condi. & demonſt. docet. Alexand. in l. prima. in princ. ff. quod quiſque iur. quem omnino vide.

De excuſationibus munerum. *Rubrica.*

1 *Excuſatio à muneribus quid ſit, & qualiter ſit proponenda.*
2 *Appellatio ab eo qui ad munus aliquod nominatus eſt, quando ſit interponenda, cum ſe excuſare vult.*
3 *Excuſatio à muneribus vt proſit, quo tempore quis eam habe-re debeat.*
4 *Excuſationum à muneribus ſpecies variè.*
5 *Excuſans ſe iniuſtè à muneribus, vel excuſationem ſuam non probans qualiter puniatur.*
6 *Excuſationes duas imperfectas nihil prodiſſe.*
7 *Immunitas conceſſa an, & quando tranſeat ad hæredes.*

EXPLICVIMVS ſ. quibus vacatio mune-
rum, & à quibus concedi poſſit, & ad quid etiam
conceſſa proficiat, dictum eſt: reſtat, vt de ipſis va
cationibus, & excuſationibus munerū dicamus.
Videamus ergo, quid ſit excuſatio, qualiter proponenda ſit,
quando, intra quod tempus, quibus de cauſis excuſatio con-
cedatur, à quo tempore quis excuſationem habere debeat,
qualiter vacatio ſiue munerum excuſatio diuidatur, quæ ſit
1 pœna eius, qui ſe iniuſtè excuſat. † Excuſatio eſt alicuius iu-
ſtæ cauſæ allegatio, propter quam arctari non debeat ad ſub-
eunda munera: quia non eſſet qui munera neceſſaria in rebus
publicis ſubiret, ſi prætendentibus aliquid ſine iudice credat:
aut paſſim (prout cuiq; libuerit) permiſſum fuerit ſe excuſa-
re. Ideo ſtatutum eſt, vt qui vocantur ad munera, ſi dicant ſe
habere immunitatem, appellatione interpoſita excuſationem
iuſtam proponant, & eam iuſtam edoceant, alioquin ſi non
appellauerint, nominationi, etſi iniuſtę, tamen quaſi ex cōſen
ſu probatæ, acquieſcere tenentur: vt ff. eod. tit. l. j. in princ. &
§. j. & ſ. de appel. l. ſi ad ſcribatum. & l. hi, qui ad ciuilia. & l. ci-
ues & incolæ. & ſ. de mu. patri. l. non videtur. & ſ. de vaca. pu-
blic. muner. Poſt appellationem ergo duntaxat prætendi de-
bet excuſatio, non ante: niſi veteranus ſit, cui appellādi neceſ-
ſitas remittitur: vt ſ. quando prouo. non eſt neceſ. l. veteranis.
Hoc (inquam) verum eſt in his muneribus, per quæ reipublic.
proſpicitur principaliter, & directò, quippe in tutela, vel cu-
2 ra ſecus eſt: vt Inſtit. de excuſ. tuto. §. qui autem. † Appellatio
autem vel ſtatim interponenda eſt, vel ſaltem intra duos men-
ſes, ex quo ſe vocatum [aliàs nominatum] cognouerit: vt ſ. de
temp. appel. l. j. Appellationem autem interpoſitam proſe que-
tur, probādo excuſatur intra tempus ab ordine definitum: vt
ff. eo. l. j. in princ. Sic ergo in his omnibus aliud, quàm in cæte
ris appellationibus ſeruabitur. Vel (quod videtur melius) ap-
pellabit nominatus, vel ſtatim, vel intra tres dies appellato-
rios, ſcilicet olim biduum, vel triduum, hodie x. dies. & proſe-
quetur intra duos menſes, intra tempus definitum à lege, vel
ſtatutum ab ordine. Quid ergo interim facit reſpublica? Re-
ſpondeo, ſi collegam habuerit, collega vtriuſq; officium ſuſti
nebit: alioquin ſiue collegam non habuerit, vel is quoque ap-
pellauerit, creabitur alius qui interim munera ſuſtineat, do-
nec appellatio finiatur: vt ff. de appel. l. Imperatores. §. j. & ij.
Planè omnia hæc tunc exaudias, quādo nominatio ſolēniter
facta fuerit, & cum decreto: alioquin nec appellare neceſſe eſt,
cùm ſolemnitas deſit. vt ſ. de appell. l. nominationes. Quibus
de cauſis excuſatio concedatur: quia ſeries huius C. & ff. eod.
minus eui dēter inſinuat. & quia de his ſingulares habebimus
5 titulos, hic reticemus. † Eo tempore quo, quis vocatur ad
munera, excuſationem habere debet, nam poſtea quęſita non
proficit. vt ff. eod. tit. l. ij. §. qui ad munera. & ff. de iur. immuni.
l. v. §. hoc circa, licet e contrario, forſan pendente appellatio-
ne noceat: vt ff. eo. l. ij. §. incolumes. & l. his oneribus. §. auctis.
ſecus eſt in tutelis, & curis: vt ff. de excuſatione tutorum. l. ij.
4 §. primo. † Excuſatio alia ad tempus, alia in perpetuum datur:
vt ff. eodem. l. his oneribus. §. vltimo. & l. penultima. in princ.
Item alia plena, alia plenior, alia pleniſſima. Plena eſt, cùm à
muneribus tantum perſonalibus quis excuſatur: non autem
ab honoribus. Plenior eſt, cùm etiam ab honoribus vacatio-
nem præſtat: non tamen à muneribus patrimonialibus: vt ff.
eodem titulo. l. ſecunda. §. quæ patrimoniorum ſunt. & l. pe-
nultima. §. primo. Pleniſſima eſt, cùm etiam à quibuſdam pa-
trimonialibus excuſatur quis: vt ff. eodem. l. his oneribus. &
vt ff. de muneribus. l. vltima. §. finali. Porrò ab omnibus mu-
neribus aliquem excuſare, me legiſſe non memini: cùm etiam
Imperator, ac Auguſta, quædam munera ſubeant: vt infra ti-
tulo primo. l. ſecunda. & ſ. vt nemo liceat in empt. ſpe. ſe. excu.
5 † Qui autem excuſationem ſuam probare non poterit, vel
iniuſtè fuerit excuſatus, medij temporis periculum ſuſtinebit,
ſi quod detrimentum reſpublica patiatur: vt ff. de appellatio.
l. imperatores. & C. ſi ex fal. alle. excuſa. ſac. l. ſecunda & tertia.
Illud verò notabile prætereundum non puto, quòd licet quis
veram excuſationem habuerit, ſi tamen veritati mandato ad-
iecto excuſatus fuerit, propter vitium prouocationis vaca-
tionem non habebit: vt ff. de excuſatione tutorum. l. qui teſta-
mento. Nam & modicum fermenti totam maſſam viuat. Et
qui vna die in quadraginta non ieiunauerit, totam quadrage-
ſimam inhonorat: & partis mendacio tota dicti ſeries decolo-
6 ratur. † Illud quoque notandum occurrit, quòd licet quis ha-
beat tres filios. & lxv. annos non tamen à muneribus perſona-
libus excuſatur: quia imperfectæ vocationum ſpecies non
excuſant: licet quandoque duo imperfecta, vnum perfectum
conſtituant: vt in ſecundo libro. libelli diſputatorij notare
diligens lector poterit. Item iſtud aduertendum eſt, quòd ſu-
perindicti nomine, nihil à diuina domo exigendum eſt: licet
quandoque à priuatis exigatur principali authoritate: qua
multum diſtat inter regalem cultum, & priuatam fortunam,
7 vt j. eodem titulo. l. priuatæ. & l. penul. † In ſumma illud quo-
que notandum puto, quòd rebus data immunitas perpetuò
ſuccedentibus durat: perſonis autem excuſatio delata, hæredi-
bus non relinquitur. Sed hoc forſan de extraneis eſt intelli-
gendum: ad ſuos enim hæredes, perſonale priuilegium tranſit:
vt infrà eodem titu. l. ſordidorum. & ff. de iure immu. l. prima.
& ff. de cenſi. l. tertia. & ff. ſoluto matrimonio. l. maritum. Ci-
uitatibus quoque, aut locis, ſic data immunitas intelligitur, vt
ad poſteros tranſmittatur: vt ff. de cenſi. l. forma. §. quamquam.

De quibus muneribus, vel præſtationibus, nemini liceat ſe excuſare. *Rubrica.*

1 *Titulorum duorum diſcrimen.*
2 *Excuſatio in quibus illicita, & num. 3.*

EXPEDIVIMVS ſuprà de excuſationibus
1 munerum, † nunc de quibus muneribus nemo
poſſit ſe excuſare, videamus. In primis tamen
quæri poteſt quid diſtet inter hunc titulum, & ſu-
periorem, ſcilicet de immunitate nemini concedenda? Et
fortè in hoc differt: quia ibi loquitur in ſpeciali de immuni-
tate tributorum: vel (quod melius eſt) ibi oſtenditur in qui-
bus caſibus immunitas ſpecialiter concedenda non ſit: hic au-
tem in quibus generaliter conceſſa non poſſit opitulari.
2 † Sciendum eſt ergo, quòd à comparatione, & tranſue-
ctione frumenti, aliarúmque ſpecierum, maximè ad Illyricia-
nas neceſſitates, nemo cuiuſque priuilegio dignitatis ſe valet
excuſare: quin ſecundum portionem poſſeſsionis, atque iuga-
tionis ſuę, hæc munera ſubeat, & à ſummis ſarcina ad infimos
vſque decurrat: licet aliàs potiores ad munera debeant nomi-
nari, inferioribus excuſatis: vt j. eodem titulo. l. prima. & vlti.
& ſ.

& §. vt ne lic. in empt. ſpe. & de ſacroſanct. eccleſ. l. iubemus. & j. de potiorib. ad mu. no. Item cùm neceſsitas imperialis expeditionis per quęcunque loca aduenit, nullus à quocunque munere excuſetur. Et ſi pragmaticam ſanctionem, diuinam adnotationem, vel ſacrum oraculum prætendat: vt j. eod. l. ij. & ſ. de ſacroſanct. eccleſ. & l. neminem. & j. de curſu public. l.
3 nullus. † Ad hoc ad reſtaurationem, vel inſtructionem murorum, portuum, aquæductuum, viarum, pontium, itinerum, aggerum quoque publicorum, & ſimilium etiam diuina, vel ſacra domus excuſari non valet: quin pro numero iugerum, atq; capitum, quæ noſcuntur poſsidere, adſtringantur coloni: vt j. eod. titu. l. vltim. & ſ. de ſacroſanctis eccleſiis. l. ad inſtructionem. & ſ. de operis publicis. l. j. & l. ad portus. & l. omnes. & ſ. de immuni. ne. conce. l. vlti. In ſumma quoque de muneribus patrimoniorum excuſatio non admittitur; niſi vt ſ. de mune. patrimo. excepimus.

Qui ætate ſe excuſant. *Rubrica.*

1 *Minores annis xxv. excuſari ab honoribus & oneribus perſonalibus, & quid ſi veniam ætatis impetrauerint. nu. ſeq.*
3 *Maiores annis ſeptuaginta an., & à quibus muneribus excuſentur & num. 6.*
4 *Excuſatio minorum à muneribus quid differat ab excuſatione ſeruorum.*
5 *Annum cœptum haberi pro completo.*
7 *Excuſationem à muneribus ratione ætatis competentem denegari, vbi deeſt copia ciuium, qui munera ſubeant.*
8 *Aetas neminem excuſat à muneribus patrimonialibus.*

DICTVM eſt de excuſationibus, nunc de cauſis excuſandi audiamus. Et primum qui ętate valeant excuſari. Excuſantur ergo aliqui ratione teneræ,
1 vel maturæ, ætatis. Minores † itaque xxv. an. maximè ſtudioſi ab honoribus & oneribus perſonalibus propter ætatem teneram excuſantur: imò forſan etiam volentes repelluntur. cùm enim eius ſint ætatis, vt alterius gubernatore indigeant, abſurdum eſt eos maximè publica negotia gubernare, ne rerum, & nominum fœda fiat confuſio. Sicut enim, qui regit, regi non debet: nec doctor doceri: ita econtra non regit qui regitur, nec docendus docebitur: vt infrà eodem tit. l. prima, & ſecunda. & ff. de decurio. l. non tantum. in princip. & ſuprà de legit. tut. l. vlti. & in authent. de ſanct. epiſco. ferè
2 circa princip. † Quid ergo ſi veniam ætatis * apud principem
a impetrauerint? nunquid excuſabuntur cùm ab aliis non reguntur? Reſpondeo vtique: tum quia nihilominus ſunt teneræ ætatis, tum quia de legitima ætate hic agitur: vt ſuprà qui ve. æta. impe. l. fin. Illud tamen ſciendum eſt, quòd ſi minores ex cauſa, & maximè ſi à principe ad aliquos honores creati fuerint, quæcunq; ab his fuerint decreta, valebunt, quaſi omnium eorum ſpecialiter princeps poteſtatem dederit, qui eis magiſtratum decreuit: vt ff. de re iud. l. quidam exiſtimauerũt. Licet dicatur aliàs, quòd minor creatus decurio, ſalaria quidem decurionum percipiat, ſuffragium tamen inter cæteros non ferat: vt ff. de decurio. l. ſpurij. §. j. & ff. de mune. & honor.
3 l. ad rempublicam. † Maturæ ætatis gratia excuſantur à muneribus ciuilibus maiores lxx. an. cùm enim in ciuitate noſtra ſenectus ſemper veneranda fuerit, circa munera ſubeunda idem honor tribuendus ſenectuti eſt, qui & in magiſtratibus, & in aliis penè idem: vt j. eod. tit. l. vlt. & ff. de iure immu. l. maiores. & l. ſemper. in princip. ff. de mun. & hon. l. non tantum. in princ. Nam in criminibus circa impoſitionem pœnæ ſenectus veniam meretur: vt de illicitis excuſandis circa finem primi libri libelli diſputatorij notauimus. Ab honoribus verò, vel muneribus his cohærentibus etiam lxx. an. maior non excuſatur: vt ff. de excuſa. mun. l. ij. §. numerus. & l. in honoribus. in princ. excipitur tamen decurionatus qui licet honor ſit, tamen lv. ann. poterit excuſari maior: vt ff. de vac. & excuſa. l. à decurionatu. & j. eod. tit. l. vlt. & ff. de decu. l. ij. & vlti. & l. non
4 tantum. † In ſumma illud notandum eſt iudicio meo, quòd licet dicantur minores excuſari, tamen etiam volentes non ſunt admittendi, vt dictum eſt. Maturi verò admittũtur ſpontanei,
5 vt ff de decu. l. ij. §. vlti. & ſ de decu. l. iij. Item † illud notãdum, quòd in honoribus adipiſcendis annus cœptus pro completo habetur, & hoc fauoris cauſa. In his verò vel muneribus, vel honoribus declinandis, nequaquam: vt ff. de mu. & hon. l. ad rempublicam. & ff. de iure immuni. l. maiores. & ff. ad Trebel.
6 l. qui filium. † Illud quoque prætereundum non puto, quòd ſi aliquis in ſenectute locuples factus ad munus vocetur, cũ ante nullũ munus ſuſtinuerit, priuilegio ętatis non debet excuſari, maximè ſi muneris indicti adminiſtratio pecuniæ deſideret erogationem, nec in ea ciuitate facilè ad munera expedienda diuites reperiantur: vt ff. de iure immu. l. ſemper. in princip. Hic amplius illud aduertendum eſt, quòd in ſeniorum & iuniorũ excuſationibus, maximè conſuetudo in ęa re obſeruata inſpi-
7 cienda eſt: vt ff. de decurio. l. non tantum. † Præterea quæ de excuſatione maiorum, & minorum dicta ſunt in eo caſu, intelligas quando ciuium eſt copia, qui munera ſuſtineant: alioquin immunitas infringitur: vt j. eodem titul. l. ij. & ſ. qui & aduer quos reſtitutio. in integ. l. j. & ff. de muner. & hono. l. vt gradatim. & l. honor. §. fina. niſi qui vocatur pauper ſit, qui vrgente penuria non admittitur: vt ff. de iure immuni. l. ij. Idẽ
8 intelligo in ſeruiſsimo. Item † hoc intelligas in perſonalibus muneribus tantùm, patrimonialia enim tam minores, quàm maiores ſubire oportet: vt C. de mu. patri. l. neq;. & l. etiam. Et hoc excipias ferè in omni genere excuſationis.

ANNOTATIO.

c Aetatis. Adde not. & doct. in rubri. C. quemadmodum ciui. mu. indic. lib. x. quod in l. j. §. prim. de mu. & ho. Doc. Luc. de penna in l. cum aſſiculari. nu. 1. cum plu. ſeq. qui mor. ſe excu. infrà. iſto. lib. x.

Qui morbo. *Rubrica.*

1 *Morbi occaſione an & à quibus muneribus quis excuſetur.*
2 *Morbus qualis eſſe debeat vt excuſationẽ præſtet à muneribus.*
3 *Munera iam ſuſcepta an poſsint declinari ob morbum poſtea ſuperuenientem.*
4 *Cæcus & ſurdus quando excuſentur à muneribus.*

1 OCCASIONE † valetudinis aduerſæ excuſatur quis à muneribus perſonalibus ad tempus: aliàs perpetuo, prout fuerit valetudo: vt ff. de excuſatio. tuto. l. non ſolum. §. penulti. & j. eo. l. j. & ij. & ff. de vaca. & excuſ. muner. l. ij. § quem ita. & l. penult. in prin. planè hoc de corporalibus muneribus eſt intelligendum. Nam quæ conſilio prudentis viri expediuntur, vel quæ obiri poſſunt ex patrimonio ſufficientis, non ita remittuntur: nẽpe, cõſilio pollet, cui vim natura negauit: vt ff. de vac. & excu. mu. l. ij. §. corporis debilitas & j. eodem tito. l. ij. Nimirum ſanitas mentis ſine ſanitate corporis reperitur plerunq;: vt ſ. de tranſ. l. ſanum mente. & ſ. qui teſta. face. poſſ. l. ſenium. Item hoc non
2 † de quolibet morbo, ſed de ſontico eſt intelligendum. Leuis enim febricula, vel vetus quartana quæ contemni poteſt, ſiue podagra, ſimiliſve morbuſculus non excuſat: vt C. de decur. l. à muneribus. & j. eodem titu. l. iij. Præterea hoc intelligendum
3 eſt de muneribus ſubeundis. † Iam enim ſuſcepta non declinantur propter morbum ſuperuenientem: vt ff. de poſtul. l. j. §. caſum. & ff. de iudic. l. cæcus. & j. de agen. in rebus. l. penult. & ſ.
4 de decur. l. infamia. † In ſumma illud notandum eſt, quòd cæcus excuſatur ſi vtroque lumine ſit orbatus, aliàs nequaquam: vt j. eod. titu. l. fina. & ſ. de excuſatio. tuto. l. frater. Idem de ſurdo legitur: excuſatur enim omnino ſurdus: licet non ſurdaſter, ſiue minus audiens. Item ſciendum quòd proprius duntaxat morbus in omnibus quenquam excuſat, non alterius etiam patris: licet filius ipſum curare teneatur: vt j. eod. titu. l. vlti.

De iis, qui numero liberorum, vel paupertate, excuſationem meruerunt. *Rub.*

1 *Excuſationem à muneribus quis numerus liberorum præſtet. & num. 4.*
2 *Liberorum numerus an excuſet ab honoribus.*
3 *Munera patrimonialia an, & quando quis poſsit detrectare ratione liberorum.*
5 *Excuſationem à muneribus qui filij non præſtent.*
6 *Nepotes ex filio mortuo an, & quatenus proſint quo ad excuſandum ſe à muneribus.*
7 *Liberorum numerum ſuperuenientem poſt ſuſceptum munus non præſtare excuſationem.*

DE iis qui numero liberorum, vel paupertate, ſe ex-
1 cuſant videndum eſt. † Numerus igitur quinque
liberorum incolumium in ciuitate cuiuſcunque
ſexus degentium, à muneribus perſonalibus tam
patri, quàm matri vacationem tribuit: vt j. eod. tit. l. iiij. & pen.
& vlt. & j. de ſumpt. recu. j. l. vnic. Incolumium ideo diximus:
quia filius amiſſus non prodeſt, niſi amittatur in acie: vt ff. de
vac. mu. l. vlt. & Inſtit. de excuſatio. tuto. in princip. In ciuitate
degentium: ideo, quia captus ab hoſtibus nondum reuerſus
2 non prodeſt: vt j. eod. tit. l. ij. † Item à muneribus idcirco pro-
tulimus: quia ab honoribus numerus liberorum non excuſat:
niſi fortè xiij. liberos habuerit: vt ff. de vaca. & excuſa. l. ij. §. j.
& l. in honoribus. in princi. & j. eod. titu. l. j. & ſ. de decurio. l. ſi
3 quis decurio. A perſonalibus † (inquam) ea ratione: quia ne-
mo à patrimonialibus numero liberorum vacat: vt C. de mu.
patri. l. iij. & ff. de vac. mu. l. ij. §. quæ patrimoniorum: & l. ſunt.
Niſi fortè xvj. pueros filios quis habuerit, quorum educatio-
ni eum vacare oporteat: & maximè ſi pauper fuerit: vt ff. de
4 iure immuni. l. v. §. demonſtratur. Item † quod dictum eſt de
numero liberorum quinque, forſan intelligendum eſt in pro-
uincia: nempe in Italia quatuor, tres Romæ excuſarent: vt In-
ſtitut. de excuſatio. tuto. in princip. & ſ. qui numero libe. ſe ex-
cuſ. l. j. in v. lib. C. Vel dicas, aliud eſſe in muneribus, per quæ
principaliter reipublicæ proſpicitur, quàm in cæteris: vt & ſ.
in multis differentiam notauimus. Proſunt ergo filij in legiti-
mo numero, ſi quidem ſunt naturales & legitimi, etiam eman-
5 cipati, vel in adoptionem dati. Nam † naturales, vel legiti-
mi tantum, non proſunt: vt Inſtitut. de excuſatio. tuto. in prin-
cipio. & ff. de vac. mun. l. ij. §. j. & ſeq. Incolumes naturales, in-
quam, & legitimi iam nati, qui enim in ventre portantur, licet
in multis iam natis comparētur, tamen in hac cauſa patri non
6 proſunt: vt ff. de excuſatione tutorum. l. ij. † Nepotes quoque
ex filio iam mortuo, non ex filia proſunt auo: ſic tamen, vt
quotquot ſint, pro vno tantum reputentur: vt ff. de excuſatio.
tuto. l. ij. §. ij. & infrà eodem titu. l. iij. Iam mortuo ideo dixi-
mus: quia eo ſuperſtite ipſi proſunt, non auo: vt C. eodem titu.
qui nu. libe. l. ij. Nimirum quod ad honores pertinet adipi-
ſcendos, vel munera declinanda, creditur habere filium etiam
in poteſtate, qui alieno iuri ſubiectus eſt: vt ff. de munerib. &
7 honor. l. ij. † Illud in ſumma ſciendum eſt, numerum legiti-
mum liberorum quis habere debet eo tempore quo ſe excu-
ſat: poſtea enim completus non proficit: vt ff. de vaca. muner.
l. ij. §. qui ad munera.

De iis qui paupertate excuſationem meruerunt. Rubrica.

1 *Paupertas an, & quando præſtet excuſationem à muneribus.*
2 *Excuſationem à muneribus conceſſam alicui ratione paupertatis euaneſcere auctis poſtea facultatibus.*

1 PAVPERTATE † ſe excuſat qui ſe imparem
probare poteſt oneri iniuncto: vt j. eodem. l. vlti.
& Inſtitut. de excuſatione. tutor. §. ſed & propter.
Qui ergo vniuerſas facultates ſuas in filium con-
tulerit, intelligo emancipatum, cùm nihil habeat reſpectu ca-
rum facultatum, quæ ſuæ deſierunt eſſe, muneribus ciuilibus,
non adſtringitur: vt j. eodem tit. l. iiij. Niſi fortè id fraudulen-
ter fecerit, euitandorum munerum gratia: vt argument. ff. ad
municip. l. vltima. §. antepenultimo. incipiente, item reſcripſe-
2 runt. l. ij. & ff. de vaca. mune. l. prima. §. qui in fraudem. † Hæc
excuſatio tamen, quæ paupertatis ratione proponitur, non
perpetua ſed temporalis eſt. Nimirum, auctis poſtea facultati-
bus euaneſcit: vt ff. de muner. & hono. l. cura. §. primo. & ff.
eodem titu. l. his oneribus. §. auctis. & ff. de iure immunita. l.
ſemper. §. negotiatores. In ſumma illud quæri poteſt, quare
iſti tituli, ſcilicet, qui ætate, qui morbo, & qui numero li-
berorum ſe excuſant. hic ponantur, cùm ſupra in quinto li-
bro reperiantur poſiti. Ad hoc reſpondeo, quòd ibi ſpeciali-
ter de excuſatio. mune. tuto. vel curat. hic autem de cæterorum
munerum agitur excuſationibus.

ANNOTATIO.

Meruerunt. Pars eſt tituli proximè præcedentis, hic enim cum ſuperiore vno rubricæ contextu, & tituli ferè eadem ac ſex legibus continetur: quos tamen tempore in aliquibus diſsimiles diſtraxit Azo noſter. P. Pratcius.

De profeſſoribus & medicis. Rubrica.

1 *Magiſtri qui dicantur.*
2 *Magiſtri ſtudiorum quales eligendi: & quomodo, nu. ſeq.*
4 *Profeſſores liberalium artium a quibus muneribus ſint immunes, & quibus profeſſoribus concedatur immunitas, nu. ſeq.*
6 *Medicis omnibus indiſtinctè ſit conceſſa immunitas ab oneribus publicis.*
7 *Medicos è publico ſalarium percipientes nō debere quicquam ab egrotis accipere, nec cum illis contrahere.*

QVIA profeſſores quoque, & medici, à muneribus
quibuſlibet excuſantur: de profeſſor. & medicis au-
diamus. [Sed quia magiſtri, & non diſcipuli vaca-
tionem habent: videamus] qui dicantur magiſtri,
vnde dicantur, quales, qualiter eligendi ſunt, à quibus eligan-
1 tur, & quorum munerum ipſis vacatio concedatur. † Magi-
ſtri dicuntur in genere omnes, quibus præcipuè rerum cura
incumbit, magiſq; quàm cæteris, rebus, quibus præſunt, cu-
ram & ſolicitudinem impendunt. Nam magiſtratus à magi-
ſtro, per deriuationem cognominantur. Specialiter autem ma-
giſtri appellantur cuiuſlibet diſciplinæ præceptores à mo-
nendo, vel monſtrando dicti, de quibus agitur: vt ff. de verbo.
2 ſignifi. l. quibus præcipua. † Magiſtri ſtudiorum, maximè le-
gum eligendi ſunt, qui moribus primum, deinde facundia a-
lios antecedunt: vt docendi ſuſpiciant, qui docere ſufficiunt:
vt eod. titu. l. magiſtror. & j. de excuſa. artifie. l. vlt. Nimirum
ante debet eſſe doctus, qui cupit docere, ne inſtrui expectet,
dum debet inſtruere. Miſerum eſt enim eum fieri magiſtrum,
qui nondum nouit eſſe diſcipulus: vt in authent. de ſanct. epiſ.
3 circa princ. † Debet autem eligi ſolenniter, id eſt, cum de-
creti interpoſitione ab ordine curialium ipſius ciuitatis, inter-
cedente conſenſu optimorum de ordine eodem. ad quem eli-
gitur ad minus. vij. qui eligendos idoneos iudicet forſan eum
ſacramenti religione: vt j. eodem tit. l. magiſtros, & l. ſi quis in
archiatri. Quot autem magiſtri cuiuſlibet diſciplinæ in vna-
quaque ciuitate creari poſsint, dicetur inferiùs de ſtudi. lib.
vrb. Conſtan. Medicorum verò numerus ab ordine ſtatuetur
ciuitatis, qui ipſos eligant. Nec enim præſidi illud relinquitur
arbitrium: vt ff. de decret. l. j. licet in Alexandrina ciuitate ſex-
centi fuerant conſtituti: vt ſ. de epiſcopis & clericis. l. parabo-
4 lani. † Ab omnibus muneribus perſonalibus profeſſores li-
beralium artium, & medicorum, maximè principis, vacatio-
nem accipiunt. Ipſorum quoque vxores, & filij, necnon etiam
res, quas in ciuitatibus poſsident, ſimili gaudent prærogatiua:
vt neque hoſpites ſuſcipere teneantur, vel ad iudicium venire:
niſi ratione propriæ cauſæ, vel totius ſui corporis: nec aliqui-
bus afficiantur iniuriis, quo faciliùs propriis cauſis inſiſtenti-
bus liberalibus ſtudiis, & artibus prætaxatis, multos inſtrue-
re valent: vt infrà eodem titulo. l. medicos. & l. vltim. & ſuprà
de epiſcopis & cleric. l. placet. Si ab iis, quæ fœneratorum ſal-
tem moratoriis conceſsis præſcriptionibus, remouiſſet inſtan-
tiam,

5 tiam, in plenum ſtuden tibus prouidiſſet. † In ſumma illud
notandum eſt, quòd hic de profeſſoribus, id eſt, magiſtris li-
beralium artium agitur, qui enim pueros prima rudimenta
(quæ vocantur elementa) docent, ad hanc vacationem non
pertinent: vt ff. de mun. & hono. l. vt gradatim. §. vlti. & ff. de
vaca. mun. l. ij. §. vlt. Poëtæ quinque hac vacatione non gau-
dent: vt j. eo. tit. l. Poetæ. ſicut nec calculatores, id eſt, geome-
træ qui numerorum peritiam exercent: vt j. eod. tit. l. oratione.
6 Item † illud notandum eſt, quòd non omnibus medicis datur
hoc priuilegium, ſed his tantùm, qui archiatri ſunt, vel intra
numerum ſtatutorum, cæterum ſubrogatis priuilegium non
datur, niſi fortè reipublicæ cauſa abfuerint: vt j. eod. titu. l. j.
7 † Quinetiam illud prætermittendum non puto, quòd medici
prædicti, cùm de publico ſalarium percipiunt, ab ægrotis nihil
debent accipere, nullúmque cum his inire contractum, licet à
ſanis oblata pro obſequiis iam impenſis, non vocantur re-
ſpuere: vt j. eod. tit. l. archiatri. & ff. de varia & extraord. cog. l.
medicus. Simile de aduocato legitur: vt j. de poſtula. l. ſi quis.
Hoc amplius ſciendum eſt, quod nouiter ad magiſterium ele-
ctus, vel in locũ archiatri defuncti, vel remoti, legitimè ſub-
ſtitutus, non ſtatim primum locum debebit obtinere, ſed vlti-
mum ſortietur: vt potiùs ei dicatur, Amice aſcende, quàm de-
ſcende inferius: vt j. eod. l. ſi quis. Tyrones enim, & noui, ſuper
loco poſteriori ponuntur: vt j. de Tyroni. l. vlt. lib. xij. Gradus
quoque promotionum ſeruatur, & tempora: vt ſecundum
quod quiſque ante promotus eſt, ſic aliis proponatur, dicetur
inferiùs [libro xij.]

De athletis. *Rubrica.*

1 *Athleta qui.*
2 *Athletarum priuilegia. 3 & 4.*

1 ATHLETÆ † dicuntur, qui virtutum dũtaxat
oſtendendarum gratia pugnantes, certaminibus
ſacris deſeruiunt: vt ff. ex quib. cauſ. infam. irro. l.
2 athlethas. in princ. His ciuilium † munerum va-
catio conceditur ſi propter victoriam, non à corruptis, ac re-
demptis, ſed gratiæ merito ter coronati fuerunt: vt j. eodem. l.
3 vnic. † de his quoq; legitur, quòd commoda quæ propter co-
ronas conſequuntur, priuata pactione obligare non poſſunt:
4 vt ſ. quæ res pig. obl. poſ. l. ſpem. Nec † in cauſam iudicati ca-
piuntur: niſi cùm aliunde victori non poſſit ſatisfieri: vt ff. de
re iudic. l. commodis. & ſ. de exe rei iudic. l. ſtipendia.

De iis, qui non impletis ſtipendiis ſacramento ſoluti ſunt. *Rubrica.*

1 *Miſsionum genera tria.*
2 *Miles ex quibus miſsionibus vacationem à muneribus merea-
tur & num. 5.*
3 *Miſsio ignominioſa an, & quatenus vacationem præbeat.*
4 *Miſsio ignominioſa quando infamiam irroget.*
6 *Milites ex quibus cauſis ſacramento ſoluantur.*

1 HIC † notabis tria genera miſsionum, quædam
enim eſt honeſta, alia cauſaria, alia ignominioſa.
Honeſta miſsio dicitur cùm propter ſenectutem
miles ſacramento ſoluitur. Cauſaria, cùm pro-
pter corporis valetudines tanquam debilis remittitur: igno-
minioſa, cùm propter aliquod delictum abſoluitur. Eſt &
quartum genus miſsionis, quod extraordinarium nuncupa-
tur, cùm quis ideo ſacramento ſoluitur, quòd euitandi alicu-
ius honoris gratia nomẽ militiæ dederat: vt ff. de re mili. l. mi-
lites. ij. § miſsionum. & ff. ex quib. cau. infa. irro. l. ij. §. ignomi-
2 niæ. † prima & ſecunda miſsio vacationem habent onerum
& perſonalium munerum, ſine appellatione: ita tamẽ ſi ſtipen-
dia xx. in legione, vel vexillatione militauerint: vt j. de re milit.
l. ij. & ſ. quando prouoc. non eſt necel. l. veteranis. Si ſic milita-
uerit, modò alterutro ſoluatur: vt j. eod. tit. l. vlt. nimirum qui
ante mittitur, vel in cohorte militauerit, vacationem non ha-
bet: vt ff. eo. tit. l. ij. & vlt. niſi fortè in cohortibus vrbanis mili-
tauerit: vt ff. de excuſatio. tut. l. ſed & milites. §. ſed & ignomi-
nia. Non habet (inquam) vacationem, qui ante remittitur, ſc-
ſan perpetuam, nempe quia temporalem habet aliàs vnius an-
ni, aliàs biennij, aliàs triennij, aliàs quadriennij prout milita-
3 uerit: vt ff. de exc. tut. l. qui autem. † Tertia verò miſsio, quæ
infamiam irrogat, cùm ignominioſa ſit, ad honores quidem
aſpirare non ſinet: munera verò oneroſa non releuat ignomi-
nioſa miſsio: vt ff. eo. l. j. & j. de re mili. l. milites. & ff. de excuſ.
tut. l. ſed milites. §. j. niſi fortè in his locis in quibus commo-
5 rari non licet: vt ff. de re mil. l. milites. † Sed infamiam dico
irrogat ignominioſa miſsio, ſi cauſa miſsionis ſignificetur de
creto: aliàs nequaquam: vt ff. ex qui. cau. infa. irrog. l. ij. §. igno
miniæ. Sed intelligo quantum ad infamiam: nempe quantum
ad extera, parum eſt an nominata fuerit, vel non miſsionis
cauſa: vt ff. de re mil. l. milites. ij. §. miſsionum. Item hoc intel-
ligendum eſt in miſſo, non exauctorato. Si enim exauctora-
tus fuerit, licet cauſa nõ nominetur, infamis erit: vt ff. ex quib.
5 cau. infa. irro. l. ij. §. ignominiæ. Quarta † miſsio, quæ appella-
tur extraordinaria (vt dictum eſt) ſimiliter immunitatem non
præſtat, cùm enim fraudandi muneris alicuius cauſa quis mi-
litat, fraudem ei prodeſſe meritò diſplicuit: vt j. qui mili. poſ.
l. j. & ij. & ff. de vaca. & exe. mune. l. j. §. qui in fraudem. Infa-
miam tamen non importat, etiamſi exauctoratio interceſſerit:
vt ff. ex quib. cau. infa. irrog. l. ij. & ff. de re mili. l. iiij. §. non om
6 nis. † Ex prædictis ergo colligere licet, quòd quatuor ſunt
cauſæ in genere, propter quas miles ſacramento ſoluitur, ſci-
licet, ſenectus, infirmitas, delictum, & fraus, ſiue calliditas pro
pria. In ſpecie verò multæ reperiuntur. Ecce enim, qui de adul
terio vxoris ſuæ cum adultero pactum fecerit, ſacramento
ſoluitur, & deportari iubetur. vt ff. ad leg. Iul. de adulteriis. l.
miles. in princip. Item reus poſtulatus ſi antequam ſuam pur-
garet innocentiam nomen militiæ dederit, ſtatim ſacramen-
to ſoluendus eſt: vt ff. de re mili. l. vlt. maximè ſi accuſator hoc
poſtulauerit: vt j de re. poſtul. l. j. Cohortales quoque, vel aliàs
curiæ nexibus obligati, ſi ad militiam aſpirauerint, ſacramen
to ſoluti curiis propriis redduntur: vt ſ. de decur. l. qui relicta.
& j. qui mili. poſſ. l. iiij. Idem de colonis, & ſimilibus legitur:
vt j. qui mili. poſſ. l. iij. Miles quoque ſi rerum alienarum con-
ductor extiterit, ipſo iure ſacramento ſoluitur: vt ſ. locat. &
conduct. l. vltima. Iſtæ miſsiones, & ſimiles omnes poſteriori
generi magis accedunt.

Quibus muneribus excuſantur ij, qui impletam militiam, &c. *Rubrica.*

1 *Conductores quibus & qui immunes.*
2 *Conductores qui accipiendi.*

1 CONDVCTORES † quoque vectigalium
fiſci, excuſationem habent à ciuilibus muneribus:
ita tamen ſi principaliter negotium exerceant, &
ſuo nomine: quod non conductionibus benefi-
cio, ſed fiſci priuilegio dictum eſt: cui omnia conductoris bo-
na ſubſignata ſunt. Quapropter ſi etiam ſe vltro offerant, pro
hibendi ſunt: niſi parere fiſco parati ſint: vt j. eod. tit. & ff. de
vac. mune. l. in honoribus. §. nõ alios. & ff. de iure immunita. l.
2 ſemper. §. conductores. Conductores † (inquam) legitimi, ſci-
licet, non palatini, non curiales, non milites, non clerici: vt j.
quibus ad condu. rerũ fiſca. accede. non licet lib. xj. A quibus
autem muneribus excuſentur ij, qui poſt impletam militiam,
vel aduocationem, per prouincias ſuis commodis vacantes
commorantur, & de priuilegiis eorum, licet in rubric. dicatur
græca tamen conſtitutio, de his, duntaxat exponit. Simile: vt ſ.
ad Trebel. & incertis perſonis, & ſ. de offic. præfect. vigil. &
vt nulli ad municipales.

De libertinis. *Rubrica.*

1 *Libertinos non excuſari ob ſuam conditionem à muneribus
ciuilibus.*

2 *Libertos Senatorum excuſari à tutelis, ſi patronorum negotia gerant*
3 *Libertos à quibus honoribus arceantur.*

1 CONDITIO † libertinitatis à muneribus ciui-
libus non excuſat, etiam in ea ciuitate in qua li-
bertus domicilium habet: imò tam ibi, quã apud
patroni originem munera ſubire compellitur: vt
j.eo.tit. & ff. ad moni.l.de iure.§.libertos. Hoc inquam, verum
eſt, etiamſi patrono capto luminibus operas, vel miniſterium
præbeat. Liberti enim propter patronum à ciuilib. non excu-
2 ſantur muneribus. Excipiuntur † tamẽ ſenatorum liberti, qui
patrum decreto à tutelis excuſantur ſi patronorum negotia
geſſerint: vt ff. ad monicip.l. libertus propter. in princip. Planè
actus præſertim ſeruiles liberti adminiſtrare non compellun-
3 tur inuiti: vt C. ne quis lib. inuit. actum reip.l.j. † Porrò hono-
ribus arcentur, qui tantùm ingenuis dare ſolent: vt decurio-
natus, & ſimiles, niſi ius aureorum annulorum impetrauerint:
vt ſ̃.ad leg. Viſcelliam. quod forſan hodie immutatũ eſt, cùm
enim omnes liberti ex ipſa manumiſsione ſint ingenui, nec in-
digeant auxilio aliquo, ad omnes honores tanquam ingenui,
poſſunt aſpirare: ſaluo tamen iure patronatus: vt in auth. vt li-
berti decætero aure. non indig. annu. Quæri poteſt cur iſte ti-
tulus hic ponitur, cùm idem ſ̃. in vj. libro reperiatur? ad quod
dicimus, quòd ibi de iure patronorum agitur: hic autem de
obſequiis, quæ in ciuitatibus debent exhibere.

De infamibus. *Rubrica.*

1 *Infamiam non præſtare vacationem à muneribus ciuilibus.*
2 *Pœna nemini debet immunitatem tribuere.*
3 *Infamibus dignitatum & honorum porta claudenda, & nu. 5.*
4 *Infames à quibus actu arceantur.*

1 INFAMIA † quoque munerum ciuilium va-
cationem non præſtat: quod enim priuilegij gra-
tia aliquib. conceditur, delinquentib. non remit-
titur. vt j.eod tit. & ſ̃.de decu.l. nec infames. & ſ̃.
de iis, qui non imple. ſtipen.l.j. Quippe criminoſum non di-
gnitas, ſed pœna debet comitari: vt ſ̃.de decur.l. ne quis. Nec
2 pœna † cuiquam immunitatem tribuere conſueuit: vt ff. de
interdi. & rel.l. relegatorum.§.vlt. Imò æquiſsimum eſt, vt qui
in ſordib. reperitur, ſurdeſcat adhuc: & malè meritus publi-
cam pœnam, non præmium conſequetur, vt ſit aliis exemplo
3 ad maleficia deterrenda: vt ff. depo.l. bona fides. † Ab hono-
ribus autem qui integræ dignitatis hominib. cõceduntur, in-
fames dicunt arceri. nimirum famoſis & notatis, & quos ſce-
lus aut turpitudo vitæ coinquinat, & infamia ab honeſtorum
cœtu ſegregat, dignitatum portę clauduntur: vt j.eod.tit. & j.
4 de dig.l.ij. j. de re mil.l.iij. † Nam poſtulandi, teſtificandi, aſ-
ſidendi, iudicãdi, honor infamib. interdictus eſt: vt ff. de poſtu.
l.j.§. remouet. & ff. de teſt.l.iij.§. penult. & ff. de offic. aſſeſ. l.ij.
& ff. de iud.l. cùm prætor. §. cùm autem. Licet dicatur, quòd
arbiter poſsit eſſe infamis, & procurator, & tutor fortè, vel
curator: vt ff. de rece. arbi.l. Pedius. & Inſti. de except §. vlti. &
ff. de poſtu. l.j.§. remouet. Vnde colligitur, quòd prædicta of-
5 ficia potius onera, quàm honores ſunt. Ab † honoribus (in-
quam) arceri debent infames, ſcilicet adipiſcendis, & etiam
adeptis. Infamia ergo non tantùm impedit promouendum,
verùm etiam deiicit iam promotum: vt ſ̃.de dec.l. infamia. &
j. de dig.l. iudices. In ſumma illud quæri poteſt, cur hic de in-
famibus tractetur, cùm ſ̃. in ſecundo libro. pleniſſimè ſit expo-
ſitum? Reſpondeo, ibi de infamandi cauſis, hic autem de iure
infamiæ agitur. Cætera quæ de infamibus deſunt in ſumma
Placent. & in diſtinctio. Ia. & in libello diſputatorio ſolicitus
indagator inueniet.

De reis poſtulatis. *Rubrica.*

1 *Reos criminum arceri à petitione nouorum honorum, quatenus verum ſit, & nu. 3.*
2 *Reum criminis retinere dignitatem ante accuſationem quæſitã.*
4 *Honoribus gerendis non interdici iis, qui apud quemcunque iudicem ciuiliter conuenti ſunt.*

1 REI † criminum poſtulari licet in eo iudicio one-
roſa munera non euitent, nouos tamen honores
petere non debent antequàm purgata innocentia
innocentes fuerint demonſtrati vt j. eod titu. Po-
ſtulati (inquam) quia ſi quis accuſatorem non habeat, hono-
ribus, prohiberi non debet, quemadmodum ſi accuſator deſti-
terit: vt ff. de mun. & hono.l. reſcripto. §. ſi quis accuſatorem,
2 † Item de nouis honorib. ideo dixerim: quia quæſitam antè re-
tinet dignitatem: vt ff. ad mu.l. libertur. §. in quæſtionibus,
3 Planè illud † ſciendum eſt, quòd prohibitio hæc intra annũ,
quo accuſatur, locum habet. Nimirum poſt annum ab hono-
rib. non arcetur: niſi per ipſum ſteterit, quominus intra annum
quæſtio terminetur: vt ff. de mu. & ho. l. reus delatus. & ff. ad
4 muni.l. Lucius.§. idem reſpondi, ſi per accuſatorem. † Illud
quoque notandum eſt, quòd hic de reis duntaxat criminaliter
conuentis legitur. Nam ciuiliter conuenti à quocunque apud
quemcunque ab onerib. non arcentur. Excipitur tamen niſi
reipublicæ debitor fuerit ex adminiſtratione aliqua, vel polli-
citatione, quo caſu ab honorib. prohibetur donec ſoluerit, vel
ſolutionis vice idoneis pignorib. vel fideiuſſoribus ſatisfece-
rit: vt ff. de mu. & ho.l. reſcripto.§. debitores. & J. de debito. ci-
ui.l.j. lib. xj. & ff. de iure immu.l.v.§. conductorib. vel niſi ſta-
tus controuerſiam patiatur: qui licet, ordinata lite, interim lo-
co liberi habeantur: vt ff. de re mil.l. qui ſtatus. idem opinor &
ſi de omnibus bonis, vel maiore parte controuerſia inferatur,
& maximè ſi honor, qui defertur, pecuniæ deſideret ero-
gationem.

De iis, qui in exilium dati, vel ordine moti ſunt. *Rubrica.*

1 *Relegatus perpetuò, vel ordine motus an, & quando ad honores admitti poſsit.*
2 *Ordine ad tempus motus, vel ad tempus relegatus an præceden tes honores retineat vel ad nouos poſsit aſpirare. & nu ſeq.*
4 *Ordine motos vel relegatos non habere immunitatem à ciuilibus muneribus.*

QVIA rei poſtulati, conuicti, & damnati, plerun-
que in exilium mittuntur, vel ordine mouentur:
de iis qui in exilium dati, vel ordine moti ſunt, vi-
deamus. vel aliter. Quia in exilium quoque dati,
& ab ordine moti, interim honoribus arcentur, de his inſe-
ramus. Vel aliter, Diximus ſ̃. de infamibus. ſed quia relega-
tio, & ab ordine motio infamat, de iis qui in exilium dati,
vel ordine moti ſunt, audiamus. Relegatur ergo quis, vel
mouetur ab ordine, aliàs perpetuò, aliàs ad tempus. Item
aliàs ex crimine grauiori, quod importat infamiam. Aliàs
ex leuiori, quod non irrogat infamiam, & in his omnibus
caſibus aliàs grauius, aliàs leuius quàm debeat, condemna-
1 bitur. Si quidem † perpetuò quis relegatus, vel ordine mo-
tus ſit, niſi à principe fuerit in integrum reſtitutus, perpe-
tuò ab honoribus vacabit, & ſine honoribus, niſi appellaue-
rit: vt ſ̃. de poſtul.l.ij. & ſ̃. de ſen.paſ. & l.j. & vlti. A principe in
integrũ reſtitutus ideo dixerim: quia talibus nullus commea-
tum, remeatúmve dare poteſt, niſi ſolus princeps. vt ff. de pæ.
l.iiij. & l. diui fratres. cir. prin. Et quia generalis indulgẽtia tã-
tùm pœnæ gratiam facit: infamiam autem non tollit, vel loca
dignitatũ reſtituit: vt ſ̃. de ſen.paſ. & re. l. generalis. vel corri-
2 gitur illa lex per vltimam, ſecundum P. † Si autem ad tempus
fuerit ordine motus, vel exulare iuſſus, ſiquidẽ ex crimine im-
portante infamiã, ſiue prout debuit, ſiue leuius fuerit condẽna
tus, quã debeat: imò etſi in totũ pœna remiſſa fuerit, tamẽ poſt
tempus etiam infamis remanebit: licet iudex contrariũ dixe-
rit: quia facti quidem quæſtio in arbitrio iudicantis eſt. Pœnę
vero perſequutio nõ eius volũtati mãdatur. ſed legis poteſtati
relinquitur: vt ſ̃. ex qui. cau. inſa. irro.l. ad tẽpus. & ff. de dec. l.
ad temp

ad tempus.& ff. ad muni.l.ordine.& ff.de furt.l.non poteſt. &
ff.de iniur.l.diuus. Ergo non præcedentes honores retinebit,
nec ad nouos poteſt aſpirare,niſi iudex (vt quidam opinãtur)
certis rationibus motus minorem ſententiam dixerit: vt ſ.ex
quib.cau. inf.irro. l. ſi Poſsidonium. [Si verò motus grauius
violatus fuerit,ſeueritas ſententiæ cum cæteris damnis tranſi-
gere videtur. Et ideo poſt tempus,vel tranſacto negotio, ho-
nores recuperabit,& famã:& ad nouos poterit honores con-
uolare: vt ſ.ex quib.cauſ.infa.irro.] l. ſi Poſsidonium. & ff. de
decu.l.ad tempus.& ff.ad muni.l.ordine & de pœnis.l.in ſer-
5 uorum.§.vlt. † Hoc ita dixerim de crimine.quod infert infa-
miam. Porrò ſi propter crimen, quod infamiam non irrogat
aliquis relegetur, vel ordine moueatur, quantuncunq; duret
pœna,durat infamia.Finita pœna,finitur infamia. Et ideo or-
dinem amiſſum recuperat, & ad nouos honores conſcendet:
vt j. eo.tit.l.j.& ij.& ff.eo.tit.ex quib.cau.infa.irro.l.ij.& ff.de
decu.l.ad tempus.& ff.ad leg Corn.de fal.l.falſi. Hoc intelligo
verum eſſe, ſiue prout debet, ſiue minus aliquis condemnetur.
Sed ſi grauius,ab initio ceſſat infamia: vt ff.de pœn.l.in ſeruo-
rum.Ipſum tamen factum,cum ad honorea non admittit,quo
modo enim relegatus,vel ordine motus honores geret? expe-
ctet ergo pœnæ interitum. In ſumma notãdum eſt,quòd vbi-
cunque diximus,finita pœna,finitur infamia, ſtatim regreſſus
anteriorem recuperat dignitatem,à nouis tãto tempore vacat,
quanto per pœnam antiqua caruit: vt j.eo.tit.l.ij. & ff.ad mu-
4 nicip. l.ordine. † Illud quoque notandum puto, quòd licet
etiam ſuprà dicit ad honorea non admittantur,munera tamen
ciuilia non euitant. Pœna enim nemini conſueuit tribuere
immunitatem: vt ff.de interdict. & releg.l. relegatorum.§.vlti.
Cætera quæ ad hunc tit.pertinent, in ſumma ff.eod.titu.dili-
gens lector poterit inuenire.

ANNOTATIO.

a Non præſtat. Adde do.Ludo.de penna in l.infamia.num.1. cum pluri-
bus ſeq.de decu.lib.10.l.x. Bartol in l. Caſsius.ff.de ſena. multa per Paul.
de Caſt.in conſil.ccxvj & in conſil.lix.

De filiisfamilias, & quemadmodum pater pro his teneatur. *Rubrica.*

1 *Pater an, & quando, & quatenus teneatur pro filio nominato ad munus aliquod publicum, & nu.3.*
2 *Pater quando cenſeatur conſentire nominationi filij ad munus publicum.*
4 *Pater quatenus teneatur pro filio magiſtratum gerente ob id, quòd minoribus tutores vel curatores non dedit, vel minus idoneos dedit, vel ſatiſdari ab eis non curauit.*
5 *Filiusfa qui excuſationem non habet, poſſe ad munus publicum vocari etiam inuito patre & excuſationem habente.*

QVIA in exiliũ dati,vel ordine moti,tranſacti mu-
neris rationem reddere compelluntur, & pater
plerunque pro filio conuenitur, ideo de filiisfami-
lias dicit,& quemadmodum pater pro his tenea-
1 tur,videamus † Nominatur ergo ad decurionatum, vel aliud
munus filius, quandoque emancipatus, quandoque in ſacris
conſtitutus, & in hoc caſu aliàs conſentit pater, aliàs nequa-
quam. Item ſi conſentit pater, aliàs gerit filius in republica,
per quod reipublicæ principaliter proſpicitur: aliàs nequa-
quam. Cùm filius emancipatus ad aliquod onus eligitur, non
tenetur pater,etiamſi conſentiat: niſi nominatim pro filio fide-
iuſſerit, vel periculum ſuſceperit, vel in fraudem gratia eui-
tandi oneris eum emancipauerit: vt j.eod.tit.l.j.& ff.ad munic.
l.vltima.§.antepen. Si verò filiusfamilias ad munus aliquod
euocetur,ſiquidem non conſentiat pater,de peculio duntaxat,
& de in rem verſo tenetur: vt j.eod.l.vlti. & ſ.de decurio.l.fi-
lios.& ſ.ne filius pro pa.l.iij. & ſ. quod cum eod.l.j. Si autem
pater conſentiat, inſolidum tenetur reipublic. tanquam fide-
iuſſor in id,quod à filio ſeruari non poteſt. Filius autem pri-
mò excutiendus eſt: vt ſ.quod cum eo.l.j.& ff.ad munic.l.ij.&
Libertus. & l. Lucius.§.idem reſpondi. & ff.de adminiſtr.re-
2 rum ad ciui.perti.l.filius.& ſ. de decur. l. filios.§.j. † Conſen-
tire autem videtur pater nominationi, ſi vel præſens non con-
tradicat,vel ſi à nominatione facta ſuo nomine appellet: vt ff.
ad municip.l.ij.& C.eodem tit.l.j.& ff.de decur. l. honores §.
vltimo. & j.eodem titu.l.ij. Suo nomine ideo dixerim: quia ſi
nomine filij appellauit conſentire non videtur: vt ff.de decu.
3 l.ſpurij.§.pater. Hoc † autem intelligo cùm filius qui nomi-
natur,munera ſubire poteſt,ad quę vocatur. Alioquin etſi pa-
ter expreſsim conſentiat,non tenetur: vt de filio infante,quem
pater decurionem eſſe voluit: vt ſ.de hono.& mune.non con-
tinuam inter patrem & filium.l.j.& ff.ad municip. l. Lucius.§.
penultimo. Item hoc extendo, cùm filius aliquid geſsit in re
patris.per quod reipub. principaliter proſpicitur: veluti, ſi pe-
cuniam publicam tractauerit, vel erogandam decreuerit, vel
curatoris operum,vel cuiuſuis alterius reipubli.creauerit,vel
4 quid ſimile fecerit. † Alioquin ſi tutores, vel curatores pu-
pillis,vel adultis,non dederit,vel minùs idoneos conſtituerit,
vel non ſatis idoneè ab eis ſatiſdari curauerit, non tenetur pa-
ter: niſi de peculio, vel de in rem verſo, licet nominationi filij
conſenſerit quia non ſolent teneri fideiuſſores magiſtratuum,
qui rempublic.ſaluam fore promittũt: cuius peculiariter nihil
intereſt,pupillis tutores dare: vt ff. ad municip.l.ij. & ff.de pe-
cul.l.licet.§. vltim. licet quidam peruerſé intelligentes, aliud
dicant fieri.argu.l.j ſ.quod cum eo. In ſumma notandum eſt,
quòd licet pater non teneatur, ſi non conſentiat nominationi
filij,nominator tamen detrimento muneris obligatur: vt j.eo.
5 tit.l.fine † Illud quoque prætermittendum non puto, quòd,
filius inuitus.qui excuſationem non habet: patre quoque in-
uito,& excuſationem habente,ad munus vocatur,quanquam
enim pater non conueniatur,non tamen ciuem patriæ vtilita-
tibus poteſt auferre: vt ff.de mun.& hono.l.iij.§.ſi filius. & §.
quod pater.& l.honor.§.plebei. Nempe filiusfa. ex omnibus
cauſis tanquam paterfa.obligatur: vt ff.de act.& obligatio.l.
filiusfamilias. Excipitur,niſi pater & filius ſimul ad munus vo-
centur maximè protoſtaſiæ, vel pater priùs nominatus fuerit:
tunc enim propter patrem vocabuntur filij.niſi fuerint eman-
cipati: vt eod.tit.l.ſi hi,qui. Item illud aduertendum eſt,quòd
ſi aliquis decurionem adoptauerit,etiam decurionatus onera
ſuſcepiſſe videatur: vt ff.ad municip.l Lucius.§.idem reſpon-
dit,cum qui. Hic breuiter diximus quemadmodum parentes
pro filiis teneantur, vocatis ad munus publicum, per quod
reipub.principaliter proſpicitur. Qualiter autem teneantur
ſi ad tutelas,vel curas,creati fuerint: vel ex ipſorum contra-
ctibus, vel quaſi, in diſtinctione noſtra, quæ ſic incipit, cùm
filiusfamilias,&c.pleniſsimè poterit inueniri.

De periculo ſucceſſorum parentis. *Rub.*

1 *Nominationi conſentiens pater ad quid teneatur.*
2 *Nominati quando ſolius ſit periculum.*

1 SI † PATER conſenſit cùm filius nominatur
ad munus,non ſolùm ipſe tenetur inſolidum (vt
dictum eſt) verùm etiam ſucceſſores ſuos obliga-
tos relinquit,cum diſtinctione tamen. Refert
enim vtrùm filius munus, vel honorem ſuſceperit patre ſu-
perſtite, an poſt deceſſum eius. Si quidem patre ſuperſtite
filius munus, vel honorem acceperit, omnes patris hæredes
pro partibus hæreditariis obligantur, nimirum hoc quoque
eſt,æs alienum,& ſicut aliud quodlibet de hæreditate deduci-
tur: vt hic.eod.tit.l.vnic.& ff.famil.erciſ.l.ſi l.vni.§.idem ſcri-
bit. & ſ.de decur.l.j.& l.in ſucceſsione.Si autem poſt mortem
patris ſubierit munera, onus erogationis ad ipſum tantùm
2 † non ad cæteros pertinet cohæredes: etiamſi pater pro aliis
filiis etiam iam muneribus functus.interceſſerit: vt ff.famil.er-
ciſcun.l.ex patre.§.filius.& ff.de mune. & honor.l. & ſi filium.
& ff.ad municip.l. Lucius.§.ij.niſi, vel viuus pater filium ſu-
ſcepturum munus, ſuo periculo profeſſus eſſet, vel in vltima
voluntate (vt de communi patrimonio expediretur) diſpo-
ſuiſſet.vt ff.famil.erciſcun.l.iij.§.vltim.

De mulieribus, in quo loco munera ſexui congruentia, & honores agnoſcant. *Rub.*

1 *Mulieres vbi ſubire debeant munus patrimoniale.*
2 *Munus perſonale an mulieres ſubire debeant, & vbi. & num. 4 & 6.*
3 *Virginis appellatione quæ comprehendantur, cum quæritur, an virgines teneantur ſubire munera.*
5 *Sponſa non mutat domicilium ante contractas nuptias.*

DIXIMVS ſ. quòd mulieres à quibuſdam muneribus excuſantur, & à quibuſdam non, nunc audiamus, in quo loco munera ſexui congruen-
1 tia eas ſubire oporteat. Indicit † ergo munus mulieribus aliàs patrimoniale, aliàs perſonale. & in hoc caſu: aut nuptis, aut viduis, aut virginibus iniungitur munus patrimoniale, omnes mulieres ibi ſubire oportet, vbi poſſeſſiones cō-
2 ſtitutæ ſunt: vt hic eod. tit. in l. vnica. † Perſonale verò munus quod ſexus muliebris patitur, vel honor, ſiquidem virginibus indicatur, apud ſuam originem ſubire compelluntur: vt ſ. de
3 mun. & originar. l. filios. † Virginis appellatione intelligas omnem mulierem, quæ virum non habuerit, etiam ſi corrupta ſit. Idem eſt ſi maritum habuerit, ſed non legitimum: vt ff. ad
4 munic. l. de iure. §. vlt. Si autem † honores, vel munera, nuptis, vel viduis imponantur, ibi ſuſcipere coguntur, vbi per conditionem maritorum domicilium mutauerint, id eſt, apud incolatum mariti, non apud originem propriam: vt hic eo. tit. l. vnic. & ff. ad muni. l. filij. §. 1. & l. vlt. §. item reſcripſerunt mulierem. Nimirum mulieres honore maritorum eriguntur, & genere ipſorum nobilitantur, & domicilia ea eorum perſonis mutantur: vt j. de dign. l. mulieres. & ff. de iud. l. exigere. decet enim vxores coniugis tam ſuperſtitis, quàm etiam mortui claritate frui antequam virum alium ſortiantur: vt in authent. de conſulib. & in auth. de nupt. §. non tantum permittimus. & ſ. de incolis. l. vltim. Apud incolatum inquam mariti, non apud originem propriam munerib. fœminæ fungi debent: niſi iam prævентæ fuerint, id eſt, munerib. publicis deſtinatæ. vt ff. de iuriſdi. omnium iudic. l. cùm quædam. & ff. ad mun. l. incola.
5 & ff. de iure immuni. l. ſemper. §. hoc circa. † In ſumma illud notandū eſt, quòd ea, quæ deſponſata eſt, ante contractas nuptias ſuum non mutat domicilium: & ob id non apud incolatum, ſed in ſua propria patria munera ſuſtinebit: vt ff. ad mu-
6 nic. l. ea, quæ deſponſata. † Illud tamen fortiſſimè quæritur, cur ferè ab omnibus officiis ciuilibus ſemotæ ſint, & corporalia munera mulieribus denegentur, cùm etq; quia perſonalia ſunt, corporaliáque munera perſonalia mulieribus imponantur? vt ff. de reg. iur. l. fœminæ. & ff. de mune. & honor. l. iij. §. corporalia. & l. vlti. in princ. Ad quod breuiter reſpondetur, ſcilicet, quòd illa regula exceptionem recipit: nec omnia corporalia munera fœminis denegantur.

De legationibus. *Rubrica.*

1 *Legatus quis dicatur.*
2 *Legati officio quis fungi poſsit, & quis non.*
3 *Excuſationem à legationis munere qui mereantur.*
4 *Legatus quomodo ſit eligendus.*
5 *Legatio ad quem mittenda eſt.*
6 *Legatus quid agere debeat tempore legationis.*
7 *Legationem deſerens qua pœna puniatur.*
8 *Legatis quale beneficium conceſſum ſit tempore legationis.*
9 *Legati an, & quando poſsint in iudicio conueniri tempore legationis.*
10 *Legatis an ea priuilegia competant, quæ dantur abſentibus reipub. cauſa.*
11 *Legatis finita legatione, quæ priuilegia competant. & nu. 14.*
12 *Legationes quo ordine curialibus ſint indicendæ.*
13 *Legationes plures poſsitne idem eodem tempore ſuſcipere.*

EXPOSVIMVS de muneribus in genere: nunc de legationibus ſpecialiter audiamus. Videamus ergo quis dicatur legatus, quis poſsit eſſe legatus, qualiter ſit eligēdus, quo loco, quot debeant eligi, vtrum vnus tantū vel plures, ad quē legatio mittēda eſt, quid legationis tēpore legatus agere debeat, & quid non: quæ ſit eius pœna qui legationes deſeruerit, & quod beneficium habeat ſi bene eam peregerit, tam legatione durante,
1 quàm ea finita. † Legatus dicitur, qui gratia negotij ſuæ ciuitatis, vel prouinciæ ad principem, vel alium decreto ciuium, vel prouincialium peregrinatur. Et de tali legato hic agitur. Aliàs legatus dicitur vt proconſulis, qui ante proconſulem quandoque ad prouinciam decretam mittitur, maximè cùm proconſul moram neceſſariam in itinere patiatur: vt ff. de officio. proconſulis. & legati. l. iiij. §. vltimo. & l. v. Aliàs legatus dicitur, qui pro negotio eccleſiæ ſuæ, vel epiſcopi, ad ſummum Pontificem, vel ad principem deſtinatur: vt in authent. de ſanct. epiſcop. §. reuerendiſsimi. Aliàs legatus nuncupatur qui à ſummo Pontifice, vel principe, vel à rege, vel maximè poteſtate, ad prouinciam, ciuitatem, vel perſonam aliquam deſtinatur: vt ff. de offic. aſſeſſ. l. diem functo. & ff. loca. l. diem functo. Maximatum ergo poteſtatum nuntij per excellentiam legati nominātur: cæterorū vero, & ſi nobilium nuntij à generali non recedentes vocabulo, miſsi, vel nuntij appellantur. Qui verò ad cauſam ſpecialem finiendam mittitur, vel ad audiendam cauſam, non legatus, ſed delegatus
2 nuncupatur: etiam ſi à principe mittatur. † Legatus eſſe poteſt quilibet etiam filiusfamil. ſi non vetatur, vel legibus ſe excuſat. Vetatur qui poſtulare nō poteſt, vt debitor reipublicæ, licet fiſci debitor non prohibeatur: vt ff. eod. tit. l. iiij. Excuſatur:
3 † autem quis numero trium liberorum: vt j. hic eod. ti. l. j. licet quinque ſint neceſſarij ad munerum aliorum vacationem: vt ſ. de iis qui numero libellorum ſe excuſ. notauimus. Item excuſatur accuſator, ne ad amicum, vel domeſticum eius quem accuſat tanquam inimicus legatione fungatur: vt ff. eo. titu. l. iiij. § accuſatio. Nimirū amicus inimici mei, meus dicitur inimicus: vt ſ. de inofficio teſtamen. l. filij. Itē excuſatur qui legatione, vel alio munere functus eſt. Patri autē propter filium, vel è conuerſo, legatione functis vacatio non cōceditur, licet alia munera quæ pecuniæ præſtationem habent, inter patrem & filium continuari non debeant: vt ff. eod. titu. l. filio, propter patrem. & ſ. de honor. & mu. inter patrem & filium non cont. l. j. & ij. Cæteros excuſandi caſus ſuprà, de excuſat. mul.
4 diligens lector inueniet, & in ſequentibus titulis. † Eligendus eſt legatus in loco publico, interueniente decreto omnium ciuiū, vel prouincialium, aut maioris partis: & authoritate papæ: niſi prouincialis legatus eſſe dignoſcitur. Præſidi enim prouinciæ huiuſmodi non datur arbitrium: vt j. eodem. titu. l. ſi quod extraordinarium. & l. vltima. Omnibus ciuitatibus edicto diui Veſpaſiani præcipitur, ne plures, quàm duos legatos mittant: vt ff. eodem titu. l. iiij. §. vltimo.
5 forſan prouincia plures poteſt deſtinare. † Ad principem legatio facienda eſt: ſiue agat in vrbe, ſiue in prouincia: vt ff. eodem titu. l. Paulus. j. Sed & ad alium fieri poteſt, licet
6 perraro fiat: vt ff. eodem titu. l. iiij. † Agere debet legatus legationis tempore, ad quod duntaxat legatio poſtulat, quippe in rem propriam, vel alterius, nihil per ſe agere debet, ſine permiſſu imperiali: vt ff. eodem titu. l. Paulus. §. Paulus. & l. legatus. & l. is, qui. Excipitur tamen: niſi damnum, vel iniuriam patiantur, de quibus etiam per ſe tempore legationis potuerunt experiri: vt ff. eodem titu. l. Paulus. reſpon. de eodem & l. legatus. Item niſi tutorio, vel curatorio nomine experiantur, vel conueniantur: quod eis licet, etiam legationis tempore: vt ff. eodem. l. ſi abſenti. § j. Per ſe (inquam) poterit poſtulare, per alium etiam contra rempub. cuius legatus eſt à principe, quid poterit: vt ff. eod. tit. l. ij. Hæc quoque ſcilicet, vt legatus nihil legationis tempore agere debeat, intelligenda ſunt in iis, quæ anfractus expoſcunt iudiciarios, & quæ facilè non poſſunt citra legationis impedimentum ſopiri. Nam vendere, & emere, atque aliàs contrahere, per quæ legatio non impeditur, non prohibentur: vt ff. eod. tit. l. legatus

9 tus creatus. † Deſerit quis legationem aliàs ſponte, aliàs ne-
ceſsitate compulſus, vbi ſponte legationem deſeruit, ordine
moueri, & pœna quoque extraordinaria plecti debet: vt ff.
eod.tit.l.j.atq; etiam omnia commoda quæcunq; perceperit.
reipubl.à qua illa conſequutus eſt, reſtituere compellitur: vt
j.eod.titu.l.ij. Hanc autem pœnam is ſolus pendet, qui pecca-
uit, nempe vnius legati ceſſatio alteri non nocet, qui vt opor-
tet, munus perfecit: vt ff.eod.tit.l.ij.§.ceſſatio. Si autem vrgēte
neceſsitate, legatus legationem dimiſerit, nedum pœnam non
patitur, verùm quoq; commoda, quæ proficiſcens accepit, po
terit retinere, & etiā petere, tam ipſe, quàm comites ipſius qui
eodem tempore cum alio non fuerint: vt ff.eod.l. legatus ante.
§.j.& ff.locat.& conduct.l.diem functo.& ff.de officio aſſeſſ.
l.diem. Quid ergo ſi dubium fuerit vtrum voluntate, an caſu
à legatione ceſſauerit? ordini patriæ ſuæ hoc probare compel-
litur, vel accuſatur ante præſidem reſpondere: vt ff.eod.tit.l.
8 ij.§.vtrom.& j.eod.titul.l.ij.† Illud præcipuum eſt, quòd tem-
pore legationis, legati beneficium habent, vt à quoquam vio-
lari non debeant, etiamſi legati hoſtium fuerint, vel aliorum
quibus legatione durante bellum indictum ſit. Qui ergo con-
tra ius gentium legatos pulſauerit, hoſtibus dari Quinti Mu-
tij reſponſo præcipitur: quem ſi hoſtes non receperint, in li-
bertate remanere lege ita ſtatutum eſt: ff.eodem tit.l.vltim. In-
de legati ſancti nuncupantur, ſcilicet quia violari non debēt.
A ſagminibus, id eſt, herbis quas Romanorum legati defe-
• rebant in ſignum: ſicut Græcorum * eas quæ [illegible] nomi-
9 nantur: vt ff.de rerum diui.l.ſanctum eſt.† Hoc quoque aliud,
legatione durāte, priuilegium habent legati, ſcilicet ne à quo-
quam conueniantur: quia reuocandi domum ius habent: niſi
vel in legatione contraxerint, vel vt legationis tempore ſolue-
rent, conſtituerint: vt ff.de iudi.l.ij.§.legati.& l.ſi quis in lega-
tione.& l.cùm furioſus.§.qui legationis.& ff.de conſtit. pecu.
l.eum, qui.§.primo.& ff.eodem, l.cùm quæritur.aut niſi agant
in legatione, quod licet agere non debeant: tamen quia quiſ-
quam eos non repellit iudicio meo reſpondere compelluntur:
niſi de furto, damno, vel iniuria, quam in legatione paſsi ſunt,
experiātur: vt ff de iudiciis.l.ij.§.legatis.& l.qui non cogitur.
vel niſi dies actionis exitura ſit: quo caſu ad hoc tantum iudi-
ciū ſuſcipere cogitur, vt lis conteſtetur, & ita in prouinciam
transmittatur. Idem intelligo in cæteris in quibus mora pericu
loſa eſt: vt ff.de iud.l.ſed & ſi reſtituatur.§.ædilium. Vel ſi non
ante legationem iudicium ſuſceperint: quo caſu etiam in lega-
tione abſentes defendi debent: vt ff.eodem, l. eundem. §.j. Li-
cet ſanè in legatione cōueniri non debeat, tamē hæc dilatio ſu
diei, ſine damno temporalis actionis creditoris debet fieri: vt
ff.de iudic.l.ij.§.legatis.in fine §.& in authen.de ſanct. epiſco.
10 §.reuerendiſsimi. Item † cùm reipublicæ cauſa peregrinentur,
omnia priuilegia reipubl.cauſa abſentium ſortiuntur. Refert
tamen, vtrùm pro ciuitate Romana, an pro ciuitate alia, lega-
tione fungantur. Si pro ciuitate Romana reipublic. cauſa ab-
ſunt, dic vt nota.ff. de acquirend. hæredita.l.cùm quidam.in
princip. & ſ. ex quib. cauſis maio.l.j. Porrò ſi pro alia ciuitate
legati ſint, cùm exteræ ciuitates illius reſpectu priuatarum lo-
co habentur: vt ff.de verborum ſignifi. l. bona. & l.eum, qui.
non ſunt abſentes cauſa reipubli. ſed tamen eodem priuilegio
vtuntur, adiuti beneficio generalis clauſulæ prætorianæ: vt ff.
ex quibus cau.ma.l.ſed & ſi [§.aduerſus. &] §. hæc clauſula.
& ſimilia priuilegia conſequuntur legati, ex quo creati ſunt:
nō ex eo duntaxat tempore, quo terram intrauerint ad quam
mittuntur. Quid tamen ſi de hoc dubitetur an legati ſint? Ro
mæ prætor de hoc cognoſcit: in prouinciis forſan præſes: vt ff.
a eod. tit.l.legato. Finita verò legatione *huiuſmodi habent be
11 neficia. † Ecce enim quieti donantur, & ab iiſdem, & ab aliis
perſonalibus muneribus biennij habent vacationem: vt ff.
eodem titulo. l. Paulus reſpondit eum qui ita tamen ſi de
longinquo, non de proximo peregrinati fuerint: vt j.eod.tit.
l.iij. Item ita demum, ſi ſuo nomine functi ſunt legatione,
non vicariando: vt ff.eo.tit.l.filius.& l.vicarius. Eo tamen in-
tellecto, quòd legati vicarios dare non poſſunt alios, niſi filios
ſuos: vt ff.eod.tit.l.iiij.§.legati. Item ſalarium, ſiue viaticum,
qui legati nuncupantur, de publico conſequuntur, niſi gratis
legationem ſuſceperint faciendam: vt ff.eod.tit.l.ij.§.vltimo.

12 & ff.de mune.& hono.l.vlt.§.legati quoque.† In ſumma il-
lud notandum eſt, quòd ſicut cætera munera per ordinem
indicenda ſunt, ita & legatio. Nec enim quis munere lega-
tionis fungi compellitur: niſi priores qui in curiam electi
ſunt, fungantur: præterquàm ſi legatio de primatibus viris
perſonas deſideret: tunc enim ordo frangitur, vt diui Ha-
13 driani reſcripto continetur: vt ff.eod.l.iiij.§.ordine.in fi. † Il-
lud quoque obliuioni tradendum non eſt, quòd vnus homo
plures legationes eodem tempore poteſt ſuſcipere, ſi & ſum-
• ptus, & itineris compendium ſubeat:* vt ff. eod. titul. l. eun-
14 dem. † Præterea hic aliud ſilendum non puto, quòd legati, fi-
nita legatione, legationis quaſi durantis non conſequuntur
priuilegia: licet ibidem remaneant. Nec enim publici com-
modi cauſa manere videntur, ſed ſui: vt ff. de iudi.l.ij.§.lega-
tis. & ff.eod.l.is, qui. Nam cùm propter officium aliquod tri-
buitur priuilegium, finito officio expirat priuilegium: vt in
libello diſputatorio variis exemplis notauimus. Item illud no
tandum eſt, quòd legati legatione finita, à muneribus, & ho-
noribus ciuilibus vacationem habent, & ſi ante perceperint
ſuffragia dignitatum: ſed forſan percepta ſalaria reſtituere
compelluntur, cùm muneribus non fungantur: vt C.eod.tit.
l.vniuerſi.

ANNOTATIONES.

* Græcorum Vide Budeum in l.ſanctum.ff.de rer.diuiſione.
a Legatione. Legatorum materiam vide abunde per do. Lucam de pen-
na in rubri.numero 5.cum plur.ſeq.de lega.libro x. Multa per doctor.
in l.ideo de offic.Proconſul.& leg.& in l.iiij.de offic. prætud.vbi vide.
* Subeat. Vide Bud.ff.eod.

De excuſationibus artificum. *Rubrica.*

1 *Arti diſcenda neceſſaria.*
2 *Artifices qui accipiendi.*

DE artificum excuſatione hoc ſolum ſciendum eſt,
quòd artifices in ſingulis ciuitatibus breuibus
comprehenſi, perſonalium munerum immunita-
1 te gaudent. † Nimirum in diſcendis artibus otiū
eſt accommodandum, quo magis cupiant & ipſi peritiores fie
ri, & filios ſuos faciant erudire, docendóſq; ſuſcipiant, qui do-
cere ſufficiunt: vt C.eodem titu.l.j.& ij.& de iure immunita.
2 l.vltima. Hoc igitur † de omnibus intelligo artificibus: &
de iis, qui monarchiam obtinent docendi, quique ſtudio in-
deſinenter inuigilant, matriculis magiſtrorum recepti. vt ſ. de
profeſſ.& medicis pleniùs notauimus.

De potioribus ad munera nominandis. *Rub.*

1 *Munerum ordo, quando, an non ſeruandus.*
2 *Potior quando non eligendus.*

DIXIMVS qualiter ciuilia munera indicenda
ſint, nunc quibus indicenda ſint, videamus. Vel
aliter. Non ſolùm artificio excuſatur quis (vt di-
ctum eſt) verùm & ſi aliunde potiorem nominan
• dum crediderit. Et ideo de potioribus ad munera nominan-
1 dis audiamus. Licet enim per † ordinem gradatim inducātur,
tunc tamen locus eſt ordini, cùm omnes, qui muneribus fungi
debēt, reperiūtur idonei, alioquin ordine non ſeruato potiori-
bus quibuſcunque munera indicuntur: vt hic eo.tit.l.vni.& ff.
de decur.l.honores.in princ.& ſ.de decur.l.ad ſubeunda.& ff.
de mune.& hono.l.reſcripto.in prin.& l.vt gradatim. in prin.
2 † Excipitur comparationis ſpecierum munus, in quo potior
non eligitur, ſed pro modo poſſeſsionis à ſummis vſque ad in-
fimos ſarcina decurrit: vt ſ. de quib. mu.vel præſta.l.j.

Si propter inimicitias creatio facta ſit. *Rub.*

1 *Vacationem ei concedendam qui ad munus vel honorem per ini-
micitias nominatus eſt, & nu. 4.*
2 *Sententiam ab arbitro inimico latam retractari per quandam
appellationis ſpeciem, nempe oppoſita doli exceptione.*

3 *Iudicis ſui examen poſſe aliquem declinare, ſi eum adſerat ſibi eſſe inimicum.*

QVIA per inimicitias creatio facta excuſationem
tribuit, quid iuris ſit, ſi propter inimicitias creatio
1 facta fuerit, exponamus. † Si ergo ab inimico ini-
micitiæ cauſa quis ad honores, vel munera voca-
tus fuerit, hoc ipſum ei vacationem tribuit: quia publicè in-
tereſt non ex inimicitiis creationes fieri, ſed æſtimatione ve-
ra, & commodo reipublicæ, vt infrà eodem tit. Idem de tuto-
re legitur: vt Inſtitut. de excuſatio. tutor. §. item ſi propter.
2 Nam † & ſententia ab inimico arbitro lata, per quandam ap-
pellationis ſpeciem in modum exceptionis infringitur: vt ff.
3 de arbitr. l. non diſtinguemus. §. cùm quidam. Sui † quoque
iudicis examen poterit quis declinare, ſi eum ſibi aſſerat inimi-
cum: vt ff. de liberali cauſa. l. ſi pariter. & ſuum procurato-
rem etiam poſt litem conteſtatam, à procuratione repellere: vt
ff. de libera. cauſa. l. ſi pariter. & de procurat. l. vel exilio. Sed
4 † quæritur, nunquid, ipſo iure, irrita ſit nominatio inimicitiæ
cauſa facta? an per appellationem debeat irritari? Ad quod di-
cimus, quòd per appellationis remedium non debet infringi:
vt infrà titulo proximo.

De ſumptuum recuperatione. *Rubrica.*

1 *Nominatus temerè ad munus aliquod vel honorem, an & quo remedio recuperet ſumptus ab ipſo nominatore.*
2 *Vocans temerè aduerſarium in ius quomodo puniatur.*

QVONIAM propter inimicitias creatus, vel
aliàs perpetua vacatione gaudens, ſumptus quos
propter iniuſtam nominationem fecit à nomina-
tore poſtulat quandoque reſtitui de ſumptuum
1 recuperatione: dicamus † ergo, qui propter inimicitias, vel
gratia vexandi eum, quem ſcit excuſationem habere, ad mu-
nera vocat, appellatione interpoſita, ſumptus omnes quos no-
minatus in lite fecerit reſtituere cogitur: vt hic eodem titulo. l.
vnic. & ſ. de excuſatione tutorum. l. ſemel. & ff. de vacatione
2 munerum. l. j. & ſ. de decurioni. l. ij. † Nam & in cauſis aliis
qui temere aduerſarium ad iudicium vocauerit, viatica, &
ſumptus litis præſtare compellitur: vt ſ. de epiſcop. & cle-
ric. l. omnes, qui. in fine. & ff. de iudiciis. l. eum, quem. Intelli
go in vtroque caſu ſacramento vocati declarando: vt ſ. de iu-
diciis l. properandum. §. ſin autem ab. & l. ſancimus. ho-
die priùs à iudice taxatione facta: vt in authentic. de iu-
dic. §. oportet.

Si poſt creationem quis deceſſerit. *Rub.*

1 *Onus tranſmiſsibile.*
2 *Appellationis cauſa quando ab hæredibus non reddenda.*

1 SI ANTE † diem ſubeundi à ſe muneris vocatus
deceſſerit nullum onus ad hæredem ſuum tranſ-
mittit: vt hic eo. tit. l. vnic. niſi dies per appellatio-
nem ipſius dilata fuerit, appellatione pendente de-
2 ceſſerit. Quo diſtinguitur, † vtrum ad honorem vel munus vo
catus fuerit, ſiquidem ad honorem, eo mortuo cauſa honoris
eius extinguitur, vnde non compelluntur hæredes appellatio-
nis reddere cauſas: vt ſ. ſi pendente appella. mors interuen. l. ſi
3 ad decurionatum. Si verò † ad munus vocatus appellauerit, &
ea pendente obierit, hæredes eius propter periculum medij tē-
poris cauſas appellationis agere cogūtur, ad inſtar tutorum,
& cura. vt ſ. de excu. tuto. l. quamquam & ff. ſi tutor, vel cura-
tor vel magiſt. appel. l. j. & ij. & ff ſi pe. appel. mors inter. l. j. &
ff. de admi. tut. l. tutores, vel curat. Vel dicas idem eſſe in hono
ribus, & muneribus, ſi reipublicæ interſit ſubeundis à ſe. A ſe
Ideo dixerim, quia ſi pater filium munus ſuſcepturum ſuo pe-
riculo profeſſus fuerit, licet ante diem ſubeundi deceſſerit, ta-
men hæredes ſuos omnes obligatos relinquit: vt ſ. de pericul.
ſuc. paren. & ff. fami. ercıſ. l. ſi vnı. §. idem ſcribit.

De tabulariis, ſcribis, logographis, & cenſualibus, *Rubrica.*

1 *Tabularij qui dicantur, & quibus nominibus in iure vocentur.*
2 *Scribæ qui dicantur, quibus item aliis nominibus appellentur.*
3 *Logographi qui dicantur.*
4 *Tabularij officium quale ſit.*
5 *Seruum promoueri non poſſe ad officium tabularii, & quid ſi de facto promotus fuerit.*
6 *Aduocatos non eſſe admittendos ad officium tabularij.*
7 *Curiales, ſiue decuriones ad officium tabularij promoti pœna qualis ſit.*
8 *Scribæ officium quale ſit.*
9 *Logographi officium quale ſit.*
10 *Tabularij & ſcribæ qua forma debeãt ſua documenta cõficere.*
11 *Tabularios debere per ſe ipſos documentis completionem dare.*

DE muneribus, & honoribus ſ. dictum eſt: ſed quia
nomina vocatorum ad honores, & munera, à ta-
bulariis ſcribuntur, de tabulariis, ſcribis, & logo-
graphis, videamus. Exponamus ergo qui dican-
tur tabularij, qui ſcribæ, qui logographi, & quot modis nun-
cupentur: quod ſit cuiuſque officium, quale, & quales homi-
1 nes ad huiuſmodi officia debeant nominari. † Tabularij di-
cuntur qui faciendis publicis inſtrumentis publicè præſunt
in ſingulis ciuitatib. vt j. eo. tit. l. iij. & ſ. de exac. trib. l. j. Ij quo
2 que nominantur librarij, tabelliones, catholiciani. † Scribæ
dicuntur, qui circa principem, vel alios magnos iudices actis
geſtiſq; cõficiendis deputati ſunt, hi ſcriptores, notarij, libel-
lenſes, memoriales, pragmaticarij, epiſtolares, exceptoréſque
3 appellantur. † Logographi nuncupãtur, qui publicè tantum
rationib. deſcribendis deputati ſunt: ij quoque numerarij ap-
pellantur: vt j. de ſuſceptorib. & arca. l. duos. indifferenter ta-
men his vocabulis vtimur, & alterum pro altero plerunque
ponitur. Sũt & alij ſcriptores medicinæ, qui medogrammatei
2 nominãtur. † Tabularij officium eſt ſingulorũ actus, geſta,
4 facta, conficere, ſubſcriptionibus proprijs roborare. Quapro
pter ſeruile officium gerere dicuntur, & ſerui appellantur
publici, & ex ipſorum ſtipulationib. tanquam ſeruorum, ſin-
gulis, qui ſtipulari maximè non poſſunt, vel forſan abſentes
ſunt, actiones vtiles quæruntur: vt ſ. de ſeruis reipubl. ma. l.
vlt. & Inſtit. de adopt. §. cùm autem. & ff. de adopt. l. non ali-
ter. & ff. rem pup. ſaluam for. l. ij. & ff. de magiſt. conue. l. j. §.
5 exigere. † Porrò quamuis ſerui publici denominentur, tamen
ad hoc officium in ſingulis ciuitatib. & prouinciis, non niſi
liberi homines debent promoueri. Si ergo ſeruus ordinatus
fuerit, ſiquidem domino ignorante, forſitan verberari, & do-
mino reddi debet. Si verò ſciente domino ſeruus, vel colonus,
ad huiuſmodi officium promotus fuerit, dominus quidem
obligabitur inquantum interfuerit publicæ vtilitati, pro ra-
tiociniis quæ ſeruo, vel colono agente, facta ſunt: & ſeruus
verberibus affectus, fiſco addicetur. Dominorum enim inter
fuit ab initio prouidere, ne publicis actibus priuata ſeruitia
immiſcerentur: vt j. eod. tit. l. generali. Decuriones tamen ab
huiuſmodi officio debent abſtinere: vt ſ. de decurio. l. vniuer-
6 ſos. Ergo † multò fortiùs aduocati: licet id indifferenter fiat
Mediolani. Legibus tamen debent eſſe imbuti: ne ſi vetito-
rum contractuum inſtrumenta conſcripſerint, grauiſſimè
puniantur: vt ſ. de ſacroſan. eccle. l. iubemus. ij. & j. de eunu-
chis. l. vltima. & j. vt nemo ad ſuum patrocinium ſuſcipiat co-
7 lonos. l. j. † Quid tamen, ſi curialis huiuſmodi officio ſpon-
te ſe emancipauerit? honore decurionatus depoſito quantum
ad hanc cauſam pertinet, quæſtioni ſubiicitur, ſi de fide in-
ſtrumenti contigerit dubitari: vt j. eod. tit. l. quicunque. & ſ.
ad leg. Corne. de fal. l. ſi quis decurio, cuius ſolius teſtimonio
creditur, niſi caſus lege excipiatur: vt in authen. de fid. inſtr.
8 §. ſi verò. & in auth. de hæ. & fal. §. hinc nobis. † Scribæ offi-
cium eſt geſta cõficere, dicta teſtium, allegationéſq; partium
in actis redigere, iudicium, epiſtolas, libellos, edicta, decreta
ſcribere: præſtita videlicet, miſſa recipere: vt ſ. de appel. l. præci-
pimus. §. noſtri. & l. in offerẽdis. & l. ſi quãdo. in ſententia quæ-
cunque

cunque in ea ſcriptis expedienda ſunt, ipſe, vel miniſtrantes
9 ſibi debent agere. † Ad logographi officium pertinet publi-
cas rationes deſcribere: quantum ſit à collatoribus acceptum,
quantúmve ſit pro annonis, vel ſalariis militarium erogatum
in ſcriptis redigere, debitoribus eorum publicas apochas, ſe-
b curitaté mque ſoluentium graphiare.[b] Et in ſumma quicquid
in ratiociniis publicè ſcriptis indiget, expedire. Hæc duo mi-
niſteria non puto fore ſeruilia, licet opiner tales homines ad
illa ordinādos, quales ad tabulariorum diximus, promoueri.
In ſumma notādum eſt, quòd in prædictis officiis omnes mi-
niſtrantes ad nullum aliud genus militiæ intra palatium poſ-
ſunt peruenire: ſed in quacunque, vbicunque, inuenti fuerint
militare, reiecti protinus ab ea, niſi quinquennali præſcriptio-
ne tuti fuerint, officiis municipalibus reſtituentur, quatenus
nihil publicis noceatur, aut minuatur vtilitatibus: & ſuis cor
poribus reddantur, quos patris, vel maiorum oblatio, vel ſua
conſtringit: vt hic. eod. tit. l. j. & vltima. Paterna ergo deuotio
filium obnoxiat fortunæ curiali, ſicut obligat regulæ mona-
10 chali. † Illud quoque notandum eſt, quòd præfati ſcriptores
in omnibus documētis, quę fiunt in iudicio, vel extra, nomen
Imperatoris, & annos imperij eiuſdem præponere debent. Se-
cundò, appellationem conſulis qui illo anno eſt conferre.
Tertiò, menſem, & diem quo inſtrumentū conficitur. Quar-
tò, ciuitatis annus ſcribatur. Quintò, negotii ſeries. Sextò,
quo loco. Septimo, contrahentium, & teſtium ſubſcriptio.
Octauò, tabellionis ſubſcriptio: vt s. de fide inſtrumen. l. con-
tractus. ſi hoc de conſuetudine prouinciæ fuerit: vt in authen.
vt nomē Impera. pręponatur omnibus documentis. Apud Ita
liæ verò præcipuam partem, nomē Chriſti præponitur: anni
incarnationis eiuſdem, ſequitur nomē imperatoris & imperij
11 annus, ſic deinde menſis, & dies, &c. quæ ſequuntur. † Hoc
quoq; ſciendum eſt, quo tabularij per ſe in contractibus, &
geſtis debent intereſſe, & completionem dare: non per alios
miniſtrantium ſibi: alioquin ipſe cadet iis, quæ vocantur ſta-
tionibus, & ſubrogabitur ille, qui miſſus eſt, vel alius: ſi ipſe
reperiatur indignus. Inſtrumentum non vocabitur, nec pro-
pter minorem contrahentium frequentiam ipſorum quæſtus
minorabuntur, cùm melius ſit pauca agere cautè, quàm mul-
tis intereſſe periculosè. In Conſtantinopolitana tamen ciuita-
te, licitū eſt vnicuique tabulario geſtis ſolenniter factis apud
magiſtrum cenſus, aliquem ſibi miniſtrantium conſtituere,
qui contractibus omnibus interſit: vt dimiſsis contrahenti-
bus, ipſe compleat: vt in authen. eo. tit. Illud quoque in ciuita-
te prædicta ſpecialiter obtinet, vt protocolla ſemper dimit-
tantur in chartis, nec incidātur, nec in alia charta inſtrumen
ta ſcribantur, niſi in ea, in qua protocollum ſcriptū eſt: quod
vulgò ſcheda, ſiue rogatio appellatur: vt in authenti. eod. tit.

ANNOTATIONES.

a Medogrammatei. Vide Alciatum in L. vlt. huius tit.
b Graphiare. Verbo græco latinè ſcripto vſus eſt Azo, cùm nullum pro-
prium magis huic rei ſignificandæ haberet. γραφειν enim ſcribere, & ad
Senatum referre ſignificat. Hinc natum illud nomen Franciscum, Gre
phier, & apud meos Marchianos (qui prolatu ad Grecos accedunt)
Graphier. P. Pra.

ALIA SVMMA.

1 *Tabularium quis poſsit conſtituere.*
2 *Tabularij quales eligendi: & qui non poſsint eſſe tabularij.*
3 *Tabularij officium quandiu duret.*
4 *Notarij quam variis nominibus in iure appellentur: & quæ
ſint obſeruanda à notario inſtrumentum conficiente nu. 7.*
5 *Tabularij quibus priuilegiis fruantur.*
6 *Tabularij officium quale ſit, & quomodo debeat inſtrumen-
tum conficere. & nu. 7.*

1 CONSTITVITVR † tabularius à princi-
pe. Authoritatem enim à principe habet: vt in au-
then. de tabellion. §. pe. Et tabularius poteſt alium
apud ſe conſtituere, geſtis celebratis apud magi-
2 ſtrum cenſus: vt ibidem. Debent † eligi boni, & veraces: vt in
Lombarda de tabul. l. j. & ij. & legibus eruditi, & bonæ opi-
nionis: vt in Lombar. de offic. iud. l. vltima. §. ſimiliter. Et nota
rij, liberi homines debent conſtitui. vt hoc tit. de tabul. l. gene-
rali. & qui paganis loci illius vbi officium exercet, ſit notus,
& acceptus: vt in Lombar. de manu. l. vltima. Et ex tali offi-
cio nobilitantur: vt j de primice. l. præclarum. Serui autem
non poſſunt eſſe tabularij: vt hic. de tab. l. generali. notarius ta-
men poteſt eſſe ſeruus. argumen. s. de ſeruo communi manu-
miſ. l. fi. §. ſin autē notarius. & s. de pig. l. ſi tibi notarium. Item
poteſt ſeruus ſcribere teſtamentum, voluntatem domini: vt ff.
de teſtamen. l. ſeruus. Presbyter verò chartam ſcribere non de
bet, nec filij. presbyterorum, diaconorum, vel epiſcoporum: vt
in Lombar. de epiſ. & cleri. l. vt nullus presbyter. & in Lom-
bar. de offic. iudic. l. quemquam. & extra. ne cle. vel mon. c. ſi-
cut te. & in Lombar. quibus honoribus filij clericorum. xv.
lib. Decuriones non poſſunt eſſe tabelliones: vt s. de decur. l.
vniuerſos. & argu. eiuſdem, l. forte. Nec aduocati poterunt
eſſe tabelliones. iurant tabularij quòd falſitatem non facient
vel colludium, vel ſcriptum in occulto de vno comitatu in
alio: & quòd fideliter, vt in Lombar. de tabul. & cancel. l. fi. §.
3 notarij. & extra. de preſcript. c. ad audientiam. † Durat au-
tem officiū tabulariorum vſque ad triennium: vt j. de nume-
rarus. l. iij. in fin. vel in quinquennium: vt hic. de tabul. l. j. vel
dum viuunt. & hoc ex conſuetudine, cùm beneficia debeant
eſſe perennia: vt s. de diuer. reſcrip. l. ij. Duo tabularij debent
conſtitui: vt imperialis clementia præcipit: vt j de ſuſcep. &
arca. l. duos. & C. de numera. l. j. in princip. Debent creati ta-
bularij qui faciendis publicis inſtrumentis publicè præſunt,
eſſe in ſingulis ciuitatibus: vt hic de tab. l. iij. & s. de exact. tri-
buto. l. iij. Tabularij etiam dicuntur qui fideliter prouident
nomina debitorum noſtrorum: vt C. de exactoe. tributo. l. j. &
l. miſſi. C. de numer. l. hi etiam. Appellantur hi etiam quando-
4 que notarij, vt in Lombard. de offic. iud. l. fin. §. ſi mulier. † Et
notarij quandoque appellantur cancellarij: vt in Lombar.
de tabul. l. j. & ij. & ſi. in princip. & in Lombar. de manu. l.
fi. Quandoque librarij: vt ff. de iure immu. l. fi. Quandoque
numerarij: vt j de ſuſcep. & area. l. duos. C. de nume. l. ij. & l. in
prouinciis. Quandoque publicæ perſonæ: vt Inſti. de adop. §.
cùm autem. Quandoq; ſerui publici: vt ff. de adop. l. non ali-
ter. & s. de cap. & poſtli. re. l. iij. & s. de adop. l. ij. & ff. rem pup.
ſal. fo. l. ij. & de magi. conue. l. j. §. exigere. Quandoq; conditio
nales ſerui: vt s. de iure fiſci. l. defenſionis. Quandoq; conditio
nales tabularij: vt s. qui pot. in pig. hab. l. ſcripturas. in fin. j. reſ-
ponſ. Quandoq; appellantur ſeriniarij: vt extra. de preſcript.
5 c. ad audientiam. circa fin. † Priuilegia autem tabulariorum
videntur eſſe multa. Primò, quia nobilitatur tabularius vt s.
dictum eſt. Item quia creditur quòd rectè ſit geſtū per eum,
propter ſacramentum, quod facit: vt extra. de præſcrip. c. ad
audientiam. circa fin. ſimile s. ad leg. Iul. repet. l. fi. Item poteſt
ſtipulari, & acquirere alteri, maximè in ſubſidium: vt Inſtitu.
de adopt. §. cùm autē. & ff. de adop. l. non aliter. & ff. rem pup.
ſal. fore. l. ij. & iiij. in prin. Item poteſt ſcribere per ſe, & per mi
niſtrum ſuum: vt in auth. de tabellio. & in auth. de fi. inſtru. §.
in his verò. Item creditur ei ſoli, tum ſtipulatione: tum iureiu-
rando tabellionis: vt ibidem in fi. §. & Inſt. de inuti. ſtip. §. item
verborum. licet ſolis tabulariis non ſit credendum: vt in auth.
6 de hære. & falci. §. ſi verò abſunt. † Tabularius cùm debeat cō
ficere inſtrumentum, debet ſcire negotium, vel cauſam pro
qua cōficit: vt interrogatus ſuper his cognoſcat, & reſpōdeat:
vt in auth. de tabel. §. nos autem. Item vt habeat teſtes nō igno
tos cōtrahentibus: vt in authen. de fide inſtr. §. fi. ſed tales qui
ſint de eadē ciuitate, & fide digni, & optimę opinionu, & poſ-
ſidentes ſubſtantiam: vt in authen de hæ. & fal. §. hinc nobis.
& in Lombar. de teſti. l. ij. §. & vt de ipſo. & l. ſi quis eū altero.
§. teſtes. & de offic. iud. l. noluimus autē. Item tabularij debent
fideliter prouidere nomina debitorum: nec aliqui decenarij
vel centenarij, ſiue ſexagenarij debitores conuenire poſſunt,
priuſquam à tabulario ciuitatis breues accipiant debitorum:
vt s. de exact. trib. l. j. & l. miſſi. Item prouidere debēt frequen-
ter modum debitorum, aut reliquorum iungere ſub actorum
teſtificatione, ſcilicet, iudicibus, exactoribus, vel his qui pro

eis in iudicio principis ad prouincias veniont: vt j. de numer.
l.ij. Item ſi aliquis à tabularijs rationum, fœnebrē acceperit
pecuniam, in quadruplum tenetur: vt ſ. de his, qui ex pub. rat.
7 mune. pe. ac. l.j. Item † in instrumentis ponendus eſt locus: vt
extra. de prob. c. quoniam contra falſam. & arg. Inſti. de inutil
li ſtipu. §. item verborum in fin. ff. quod vi aut clam. l. aut qui
aliter. §. vlti. & ff. de accuſa. l. libellorum. Item dies eſt apponen
dus, menſis indictio, nomen imperatoris, & annuus eius impe
rij, & conſul eſt: vt in prædictis legibus. & ff. de excu ſ. tutor. l. ſi
duas. j. reſpon. in authen. qui mo. na. effi. leg. §. hoc igitur. & ſ.
de diuer. reſcrip. l. ſi qua. & in Lōbarda de ſcriptura, ſiue menſe.
l. j. Sed quæſitū fuit, an hora dies ſit ponenda? reſpon. quod
non. Nam ſufficit diem poni: vt in prædictis legibus, niſi in ca
ſu: vt ff. quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. j. Item debet antepo
ni ſignum crucis: vt C. de iure delib. l. fin. §. ſin autem. argu. in
auth. de exhi. & intro. reis. § ſancimus. in auth. vt diui. iuſsio.
ſubſcribi. hab. ſacri. quæſtio. ſine præſentia autem teſtium vide
tur quòd valeat inſtrumentū: vt ſ. de dona. l. in donationibus.
Item tabellio, qui conficit teſtamentum, debet cōnumerari in
numero teſtium. Et ſtulta fuit ſuper hoc dubitatio: vt ff. de teſt.
l. Domitius. Item ſignum & ſubſcriptio tabellionis apponen
da ſunt, ex regni conſuetudine. & probatur ſ. de conue. fiſ. l. ij.
& ff. de iure fiſci. l. in fraudem. §. quoties. in authen. de fide in-
ſtrumen. §. ſed & ſi inſtrumenta. & de fide inſtrum. l. contra-
ctus. vbi dicit, & ab ipſo completa, id eſt, ſubſcripta. Sed nun-
quid partes debent ſubſcribere? Videtur quòd ſic. vt in l. præ-
dicta. & argumen. ſ. de lat. lib. tol. l. vnica. § ſancimus. & §. ſed
& ſi quis. Item nunquid debet eſſe rogatus tabellio? Sic ſi fece
rit inſtrumentum falſum, vel in occultum, vel de vno contra-
ctu in alio, inanè, & vacuum eſt inſtrumentum: vt in Lombar.
de tabul. l. ſi. in fine. Sed tamen vbi tabellio conficit inſtrumen
tum non per miniſtrum ſuum: ſed alij commiſit faciendum, ta
bellio punitur, ſed documentum propter hoc non infirmatur:
vt in authen. de tabel. §. pen. in ſi. Item error ſcribentis teſta-
mentum, non mutat ſolennitatem iuris: vt ſ. de teſtamen. l. er-
rore. Item ab iſtis debet abſtinere, vt faciat inſtrumentum ſu-
per alienatione feudi, illicitè facta: alioquin perpetuò exilio
damnatur: vt ſ. de ſacroſanct. eccl. l. iubemus. §. hic in authen.
de alien. & emphyt. §. ad hæc igitur. Item vt non interſit alie-
nationi, ſi apud alium iudicem fiat, quàm fieri debeat, alio-
quin punitur in xx. libris auri, & alia grauiſsima indignatio-
ne: vt ſ. de dona. l. ſerui. Item vt non conficiat inſtrumentum
ſuper alienatione eunuchi: alioquin capite punitur: vt ſ. de eu
nuchis. l. j. & ij. Item vt à falſitate abſtineat: alioquin manum
amittere debeat, ſi veritatem ipſius non poterit probare. vt in
Lombarda, qualiter quis ſe defend. deb. l. de chartis. & in Lom
bar. qui fal. char. ſcripſit. l. j. Item vt non patiatur occultari fa-
cultates pupilli in ſatiſdatione, alioquin in damno punietur:
vt ſ. de mag. conuen. l. fin. Sed nunquid propter falſitatem de-
ſinit quis eſſe tabellio? videtur quòd non, niſi remoueatur: vt
ff. de eden. l. ſi quis. §. j.

De ſuſceptoribus præpoſitis, & arcariis. *Rub.*

1 *Suſceptores tributorum quomodo eligendi, quomodo item præ-*
poſiti & arcarij.
2 *Suſceptorum officium quanto tempore duret.*
3 *Suſceptoris officium quale ſit, & num. 5.*
4 *Præpoſitorum & arcariorum officium quale ſit.*
6 *Suſceptoribus quantū exigere permiſſum ſit tributorū nomine.*

DISSERVIMVS ſuprà de tabularijs, & de
iis, qui publicas rationes conſcribunt: ſed quia
ſuſceptores tributorum ſecum tabularios habere
oportet, ad ſuos actus conficiēdos, de ſuſceptori-
1 bus, præpoſitis, & arcarijs, videamus. † Loquamus ergo qua-
liter ſint eligēdi, quanto tempore ipſorum duret officium, &
quale ſit. In primis tamen quæritur, cur de ſuſceptoribus tri-
butorum hic ponat titul. cum ſuprà de exactoribus diſſerue-
rit. Sed fortè ibi de exactoribus dicitur, qui ab inuitis extor-
quent: hic de ſuſceptoribus, qui accipiunt à volentibus ſol-
uere, vel ibi, de rxacto&oribus dicitur, qui à debitoribus re-
cipiunt: hic, de ſuſceptoribus qui ab executoribus ipſis: licet
reclamare videantur, vt infrà eodem, l. diu. & l. modios. Eli-
gendi ſunt ſuſceptores à celeberrimo cœtu, curiæ conſenſu:
ſub actorum teſtificatione: vt j. eod. titu. l. exactores. Celeber-
rimum forſan cœtum appello ſenatorum vel conuenientium
duarum partium curiæ, quæ ſemper adeſſe debent, cùm de pu
blica vtilitate tractatur: vt ff. de decret. ab ord. fac. l. ij. & iij.
Præpoſiti, & arcarij eodem fortè modo eliguntur, vel fortè ab
2 ipſis ſuſceptoribus præponuntur. † Suſceptorum officium an
nuum eſt: niſi fortè aut conſuetudo ciuitatis, aut authoritas
ordinis, eos per biennium eſſe compellat. Nemo enim ſuſce-
ptionis munere functus, ad idem officium rurſus debet adſtrin
gi prius, quàm de vinculo prioris ſolicitudinis ſe abſoluerit:
nam neque eos, quos placuerit, grauare iuſtitiæ eſt, neque illos
qui diſplicuerint tenere prudentis eſt: vt j. eod. titu. l. neminem.
3 Idem forſan de præpoſitis, & arcarijs eſt intelligendum. † Su-
ſceptoris officium eſt publica tributa ſine mora ſuſcipere &
protinus ſacris theſauris inferre: vt j. eodem. l. neminem nimi-
rum, ſi ſoluere volens opportuno loco, & tempore, à ſuſceptu-
re fuerit contemptus, teſtibus adhibitis, conteſtetur. & debi-
tam ſecuritatem conſequetur & qui ſuſcipere neglexerit, du-
plum eius, quod debebatur, fiſco reſtituet: vt hic eodem tit. l. j.
& l. diu minimè. quod forſan eſt intelligendum, demum amiſ-
ſa pecunia, vt ff. de ſolutioni. & libr. l. qui decem. in princip.
4 † Præpoſiti, & arcarij, officium ᵃ eſt publica tributa de mani-
a bus maximè ſuſceptorum accipere, & publicis horreis, arciſ-
5 que inferre. † In ſumma notandum eſt, quòd ſuſceptores
noui, non tantùm præſentis anni debita debent ſuſcipere, ve-
rùm & ſpecies quæ ex reliquiis inferuntur præcedentis anni:
vt j. eod. tit. l. iij. Item illud notandum eſt, quòd exactores,
& ſuſceptores publici æquis menſuris, atque ponderibus de-
bent tributa ſuſcipere, ne collatores grauentur iniuſtè. Qua
propter modij ænei, atque lapidei, cum ſextarijs, atque pon-
deribus per manſiones, & ciuitates ſingulas debent collocari:
vt tributarius quiſque occulata fide percipiat quid drbeat ſu-
6 ſceptoribus dare: vt j. eodem. l. modios. & l. vltima. † Illud
quoque notandum eſſe puto, quòd frumenti quinquageſima,
ordei quadrageſima, vini & lardi quintadecima tributorum
nomine ſuſceptoribus præſtatur: vt j. eodem, l. modios. niſi for
tè quiſquam ad præſtationem maiorem ſe ſponte obligauerit
vt ſ. de annonis & tribu. l. vltima.

ANNOTATIO.

a Arcarij officium. Totam materiam iſtius tit. quam raro doctor. tan-
gunt, vide per do. Lucam de penna in rubri. numero 1. cum plurib.
ſeq. hoc eodem tit. de ſuſcept. libro 2. qui omnia neceſſaria congerit.

De ponderatoribus, & auri illatione. *Rub.*

1 *Pondus cur æquum eſſe debeat.*
2 *Menſuras à quibus accipiant grauati.*
3 *Moneta probanda quem præfici oportere.*

DE PONDERATORIBVS, & auri illa-
1 tione. † Hic ſciendum eſt, quòd aurum ſiue ar-
gentum, quod à collatoribus præſtatur, ſi mate-
ria, vel materiatum fuerit, æquis ponderibus acci
pi debet, ne prætextu ponderum, aliquod incommodum pro-
uinciales ſuſtineant: vt infrà eo. tit. l. j. Imò noua conſtitutione,
ſi collatores in menſuris, vel pōderibus ſe grauari putauerint,
ſpecierum & rerum quidem mēſuram, & pondera, debēt à glo
rioſiſsimis præfectis: auri verò, & cæterorum metallorum à
glorioſiſsimo comite ſacrarum largitionum accipere: háſque
menſuras, & pondera in ſanctiſsima cuiuſdam ciuitatis eccle-
ſia conſeruare: vt ſecundum ea tam grauamen collatorum, il-
latio fiſcalium, quàm militares & aliæ expenſæ fiant: vt auth.
2 de collato. §. eos verò. † In ſumma illud notandum eſt, quod
in ſingu

in ſingulis ciuitatibus debet vnus præfici, ad qualitatem ſolidorum, & materiæ diſcernendam, qui pro ſua fide atque induſtria contentionem dirimat: ita vt nec fallat, nec fallatur à quoquam: vt infrà eodem tit. l. j.

De auri publici perſecutoribus. *Rubrica.*

1 *Perſecutorum officium.*

1 AVRI † publici perſecutores abſque præcepto
viri illuſtris comitis ſacrarum largitionum, non
a debent aurum coquẽdum ᵃ, ſiue retinendum acci-
pere: ſed protinus abſque vlla dilatione ſacris the
ſauris inſerre: vt infrà eod. tit. & ſ. de offic. comitis ſacra. largi. & ſ. de cano. largitio. l. j.

ANNOTATIO.

a Coquendum. Vide hic Alciatum.

De his quæ ex publica collatione illata ſunt non vſurpandis. *Rubrica.*

1 *Collatum impræſcriptibile.*

1 QVOD † ex publica collatione illatum eſt, & maximè iam vel in condiis, vel in arca repoſitum eſt à quoquam, præſertim ab eo, qui ſuſceperit, vſurpandum nõ eſt, mutui occaſione, vel ad alios transferendum, niſi ſublimium hoc ſcerrit poteſtatum iuſſione: vt infrà eod tit. l. j. ij. & iij.

De auro coronario. *Rubrica.*

1 *Aurum coronarium eiúſque collator quis.*

1 AVRVM † coronarium dicitur, quod ad imperatoris coronam faciendam, vel forſan eorum, qui certaminibus publicis deſeruiunt, deputãdum eſt. Ad cuius collationem nullus adſtringitur: niſi qui ex conſuetudine præſtare conſueuit: vt j. eod. tit. l. vnica.

De irenarchis. *Rubrica.*

1 *Irenarchæ qui ſint. & vnde dicantur.*
2 *Irenarcha à quibus eligantur.*
3 *Irenarchæ officium quale ſit, ſeu in quo conſiſtat.*
4 *Irenarcha munus publicum eſſe & perſonale.*

QVIA in ſociis pax & tranquillitas neceſſaria eſt,
ne tributorum præſtatio retardetur, ad quam con
ſeruandam deputati ſunt irenarchæ, hic de ire-
narchis dicamus. Videamus ergo, qui ſint irenar-
chæ, & quare eo nomine nuncupantur, à quibus & qualiter
1 eligantur, & quod ſit eorum officium, & quale. † Irenarchæ
ſunt, qui diſciplinæ publicæ, & corrigendis moribus præ-
ſunt: vt ff. de mun. & hono. l. vlti. §. Irenarchæ. Dicti ſunt ire-
narchæ quaſi arcentes iram, vel quia iræ ſumendæ in turba-
2 tores publicæ quietis, & pacis monarchiam ferè gerunt. † Eli-
guntur irenarchæ à decurionibus, & ab ordine decurionum,
iudicio præſidum prouincialium idonei: vt infrà eodem ti-
3 tulo. † Officium irenarchæ conſiſtit in ſedandis rixis, atque
diſcordiis, in concordia pacis & quietis per ſingula territo-
ria retinenda: in latronibus & aliis malefactoribus compræ-
hendendis & ſimilibus. Cùm verò latrones appræhendun-
tur, debent ipſos de receptatoribus, & ſcelerum ſociis in-
terrogare, & pro interrogationibus literas incluſas, atque ob-
ſignatas, ad cognitionem magiſtratus mittere: vt j. eodem tit.
& ff. de cuſtod. reo. l. diuus Hadrianus. Forſan tales ſunt ho-
mines qui apud nos iuſtitiæ conſules, vel Teugani hodie nun-
4 cupantur. † Irenarchæ officium publicum eſt, & perſona-
le: quia cum animi prouiſione, & corporalis laboris intentio-
ne, ſine aliquo gerentis ſumptu peragitur: vt ff. de mu. & ho. l. vltima. §. Irenarchæ.

De argẽti pretio quod theſauris infertur. *Rub.*

1 *Argenti qui fiat ſolutio.*

1 QVIA † plerumque leuius ſolui poteſt, quod carius eſt: vt Inſtit. de actio. §. huic autẽ. in fin. Hinc eſt, quòd argentum debens, ſi aurum ſoluere voluerit, audiatur, ita vt pro ſingulis libris argenti quinos ſolidos, id eſt, bis v. aureos debeat præſtare: vt hic eod. tit. l. vnic. Si autem æs debuerit, pro xx. libris æris, ſolidum præſtabit: vt ſ. de col. æris.

DOMINI AZONIS SVMMÆ
in decimum librum Codicis, Finis.

EIVSDEM DOMINI AZONIS SVMMA IN VNDECIMVM LIBRVM CODICIS.

De nauiculariis, ſeu naucleris publicas ſpecies tranſportantibus. *Rubrica.*

1 *Nauiculariorum officium quale fuerit, & qualiter debeant eo fungi.*
2 *Nauiculariorum immunitas qualis ſit, & nu. 4.*
3 *Nauiculariorum malè in officio verſantium pœna qualis ſit.*

SVPERIORI libro de quibus muneri-
bus, & præſtationibus nemini ſe liceat excu-
ſare, dictum eſt, quodq; cõparationi, tranſ-
uectionique frumenti & ſpecierum, vniuerſi
ſine vllo priuilegio ſubiugantur. Sed quia
per nauicularios, & naucleros, publicæ ſpe-
cies tranſuehuntur, de nauiculariis, ſeu naucleris publicas
ſpecies tranſportantibus, videndum occurrit. Vel aliter, Di-
ximus ſuprà de publicarum ſpecierum collatione, nunc de
ipſarum tranſuectione dicamus. Sed quia huiuſmodi tranſ-
uectio plerunque per mare fiebat, & ob id per naucleros, ſiue
nauicularios, de nauiculariis, ſeu naucleris publicas ſpecies
tranſportantibus audiamus. Videamus ergo quod erat hu-
iuſmodi nauiculariorum officium, qualiter illud debeant ex-
plicare, quod premium habeãt ratione huius officij. & quam
1 pœnam iubeant, ſi malè in eo verſati fuerint. † Officium na-
uiculariorum erat annonarias ſpecies à ſuſceptoribus, vel
præpoſitis in prouincia accipere, & Romam, vel ad caſtra, in
quibus erant milites, deferre. Accipere debent nauicularij ſpe
cies delegatas, & acceptas intra annũ, quo debuerint inferre,
ſecuritateſque accipere: quæ & quantitatem & qualitatem il-
latorum edoceant, & diem etiam illationis, vt intra alium an
nũ redeũtes omnibus illis, qui ſpecies dederũt, ſecuritates ac-
2 ceptæ reddantur: vt j eo. ti. l. j. & ij. & C. de apo. pu. l. ij. † Nau-
cleri quãdiu ſunt in actu, à ciuilibus muneribus vacationem
habent: nẽpe remuneranda, quinetiam premiis hortanda ſunt
eorum pericula: vt qui peregre muneribus publicis cum peri-
culo & labore funguntur, à domeſticis vexationibus, & ſum-
ptibus liberentur: eùm etiam reipubli. cauſa dum annonæ de
ſeruiunt, abeſſe videãtur: vt ff. de iure immu. l. ſemper. §. nego-
tiatores. Item nullam debent pati concuſſionem, nec aliquod
genus incõmodi ſuſtinere, ſed venientes, & remanẽtes omni
ſecuritate potiri, pœna x. librarũ conſtituta, ſi quis eos viola-
uerit præter pœnã quadrupli quã de rebus ablatis debent ſu-
3 ſtinere: vt j. eo. ti. l. j. & iij. Sicut † ergo pro benefactis nauicula
rij bona recipiunt, ita ſi fraudulenter verſati fuerint, & ſpecies
delegatas in negotiationis maximè damnoſæ emolumẽta con
uerterint præter confiſcationis pœnã, deportationẽ accipient:
4 vt j. eo. tit. l. pr. & vlti. † In ſumma notandum eſt, quòd nau-
cularij, ſi maiorem partem patrimonij in huius officiũ contu

ſerint, intra quinquennium muneris publici vacationem habent: vt ff. de mune. & hono. l. nauicularij. Illud quoque notandum eſt, quòd fabricatores nauium maritimarum, ſi ad annonam populi Romani præſtiterint, vacationem habent quamdiu naues nauigant, ſi modò fuerint quinquaginta millia modiorum capaces, vel plures x. modiorum ſingulę. Senatori verò huiuſmodi excuſatio non conceditur: quia nauem ei ex lege repetundarum habere non licet: vt ff. de vac. mu. l. iis, qui naues.

De prædiis, & omnibus rebus nauiculariorum. *Rubrica.*

1 *Nauiculariorum res cui ſubiaceant.*
2 *Pactum functioni non obeſſe.*

QVONIAM oneri nauiculariorum, res nauiculariorum ſubueniuntur, ideo de prædiis, & om-
1 nibus nauiculariorum rebus videamus. † Sciendum eſt ergo, quòd res potius, quàm perſona nauicularij obnoxiæ ſunt nauiculariæ functioni. Nam etiam ſi ad imperialem domum deuenerint, debent pro modo acquiſitæ poſſeſſionis, quæ naiculario nomine debeantur, agno-
2 ſcere: vt ĵ. eo. tit. l. ij. Nec † pactione illicita poterit quis adiuuari, vt non poſsidentes pro poſsidentibus conueniantur: vt ĵ. eo. tit. l. vlti. & ſ̃. ſine cenſu, vel reliquiis. l. j. ij. & iij. Periculo tamen alienantis res diſtrahitur, ſi ad minus idoneum transferatur: vt ĵ. eod. tit. l. vlti. quod etiam profiteri cogitur apud acta. ſi ante traditionem examinatione facta minus idoneus emptor inueniatur: vt in authen. de manda. princ. §. non permittas itaque. verſic. ſi verò pro veritate, &c. Porrò licet pactum non teneat, quantũ ad fiſci cauſam pertinet: quia pactis priuatorum forma iuris fiſcalis conuelli non debet: vt ff. de pact. l. inter emp. & debitorem. valeat tamen ratione contrahentiũ vt ff. de pac. l. epiſtola. Nam & emptio rei ſacræ, & religioſæ, & liberi hominis, valet inter ignorantes obligationis ratione: licet non teneat intuitu rei. Vel dicas pactum non valere, vt pro poſsidente qui non poſsidet compellatur: vt in vltima lege huius tit. & ff. de pact. l. inter debitorem. tenet tamen, vt ſi quid poſſeſſor nomine rei præſtiterit, à non poſſidente recipiat, vt ĵ. eod. l. epiſtola. ſecundum quod eos aureum gloſſauit.

De nauibus non excuſandis. *Rubrica.*

1 *Nauis ex quo inexcuſabilis.*

1 NVLLVS † priuatus nauem ſuam maximè vltrà duorum millium modiorum capacem, ante fœlicem embolam [a], vel publicarum ſpecierum trans-
2 uectionem, cuiuſque perſonę vel cauſæ priuilegio excuſare conetur, ne ſi contra fecerit, confiſcatione pu-
b niatur excuſati nauigij. vt eo. tit. l. j. [b] & ij.

ANNOTATIONES.

a Embolam. vide hic Alciatum, & pyrrum.
b Eod. titu. l. j. Vide ad iſtam l. j. in hoc titu. allegat. Angel. in l. j. ff. ad l. Iuliam ma.

Ne quid oneri publico imponatur. *Rub.*

1 *Nauis onuſta pœna.*

ONERI publico priuata ſarcina ſupponanda
1 non eſt. Qui † ergo contrà fecerit, & publicarum ſpecierum portatorem ad priuatum onus ſuſcipiendum compulerit: præter damnum diſpendij, & naufragij propter hoc contingentis publicæ coërcitioni ſubiacebit: vt hic eo. tit. l. vnic. Quid ergo ſi nauicularius, gratis, vel mercede accepta priuatum onus ſponte ſuſceperit forſan ab eo ratio & vindicta exigitur, quaſi ſuſceptas ſpecies in negotiationis emolumenta conuerterit: vt ſuprà, de nauicul. l. ij.

De naufragiis. *Rubrica.*

1 *Rapere ex naufragio quis dicatur.*
2 *Actio de eo quod ex naufragio raptum eſt, cui competat, & contra quem, & qualis ſit & nu. 6.*
3 *Receptator rerum ex naufragio raptarum quando teneatur eo nomine.*
4 *Actio competens pro eo quod ex naufragio raptum eſt, ad quid detur.*
5 *Actionem nullam vltra quadruplum extendi, quomodo intelligendum ſit.*
7 *Collata à poſſeſſoribus ſi naufragio perierint, cuius damno id ſit.*
8 *Naufragium ſuum licere vnicuique impunè colligere.*

QVIA priuata ſarcina ſuppoſita plerumque naufragium contingit, de naufragio videamus. Vel aliter, diximus ſupra de nauicularijs publicas ſpecies transportantibus, qui naufragium patiuntur quandoque: ideo de naufragiis protinus audiamus. Sed quia naue periclitante nocet interdum hominis rapeus ventus, id eſt, homo, cõtra quem per edictum prætoris eſt prodita actio, videamus, cui competat illa actio, in quem, in quantum, qualis ſit, quatenus duret, & quare ſit introducta, cùm videatur ſuperflua. In primis tamen diſpiciamus vnde dicatur naufragium, & quis dicatur ex naufragio rapere. Dicitur ergo naufragium quaſi nauis fractura ſumptum, ſcilicet à naue, & frango, gis: quia plerumque nauis frangitur, dum naufragium
1 patitur. † Quis dicitur rapere ex naufragio? Rapere dicitur ex naufragio ille, qui naufragij tempore & loco rapuerit, vel qui in ipſo naufragio, vel incontinenti poſt, vel etiam antequàm naufragij trepidatio immineat, rem de naui, vel de mari, vel etiam de littore abſtulerit. Cæterùm, ſi tempore interpoſito rem fluctibus pulſatam, vel alio loco poſitam ſubſtulerit: non tenetur hoc edicto, licet aliis coërceatur actionibus: vt ff. eod. l. j. §. vlti. & l. ij. & iij. & l. ſi quis ex. Quid ergo, ſi dum timor naufragij imminebat, abſtulerit: & quid ſi naufragium ſubſequutum non fuerit, nunquid hoc edicto tenebitur? reſpondeo, nequaquam: quia non poteſt ex naufragio raptum
2 dici, quod ſequutum non eſt: vt ff. eo. tit. l. j. §. ſi ſuſpicio. † Datur hæc actio naufrago, & eius hæredi in rapientem, ſed non in hæredem eius: niſi quatenus ad eum peruenerit: vt ff. eo. l. Pedius. §. vlti. Sed & is coërcetur hoc edicto, qui accepit, vel damnum dedit in rebus, & dolo malo: vt ff. eo. tit. l. j. in prin. & l. iij §. nõ ſolum. & ſ̃. de furt. l. in eum. Itẽ qui abſtulit, & amouit. al. ij. Eſt enim aliud rapi, aliud amoueri: ſiquidem amoueri, & ſine vi poteſt, ſed non rapi: vt ff. eod. l. iij. §. non ſolum. Ille quoque hoc edicto tenetur, qui clauos, vel vnum ex his abſtulerit, & omnium rerum amiſſarum nomine coërcetur: quia remis amiſsis, res omnes perierunt: cum nauis ſubſtentari non
3 potuit: vt ff. eo. l. iij. §. vlt. † Recepiſſe inquam vel damnum dediſſe. Et de dolo malo ideo diximus: quia ſi dolus ceſſet, ceſſabit hoc edictum. Si ergo ignorans receperit, vel gratis, vt tamen ſaluum faciat domino, non tenetur: vt ff. eod. l. iij. §. non tantum. Idem eſt, ſi ſuarum mercium ſeruandarum cauſa tempeſtate orta merces alienas in viam iactauerit: ſicque in bis damnum dederit: vel quia ſunt amiſſæ vel aſpergine deteriores effectæ: vt ff. de præſcript. verb. l. qui ſeruandarum: & arg. ff. eod. l. iij. §. quod ait. quippe nemo rei ſuæ tutelam adhibens, videtur dolo facere: cùm liceat quandoq; ſuam alienæ vtilitati præponere: vt variis exemplis notauimus in libello no-
4 ſtro diſputatorio. † Hæc actio in quadruplum competit intra vtilem annum, in ſimplum eſt poſt annum: & nomine ſerui, vel familliæ in dominum noxaliter datur: vt ff. eod. l. j. in princi. Sed & præter quadruplum, quod damnum paſſo præſtatur, aliud quadruplum fiſco infertur: vt ff. eod. l. iij. §. vlt. in fine. Ergo qui rapuit, vel ſ̃. dictorum quid fecit, in octuplum condemnatur: quid eſt ergo quod dicitur Inſti. de actio. quod

vltra

5 vltra quadruplum nulla actio extenditur? † Profectò ſic intel-
ligas, vt eidem deferatur, vel (quod videtur verius) actio qui-
dem vlterius non extenditur, ſed pœna per officium exigêda,
fiſcóque applicanda. Quandoque vlterius prorogatur: hoc de
pœna ciuili, & pecuniaria intelligas: nempe in criminali habe-
tur diſtinctio, peritura, an quæ potuerunt ſeruari collegerit
quis. Item vtrum grauior præda fuerit, an leuior appetita
fuerit. Præterea delectus perſonarum delinquentium habetur:
vt ita omnibus comparatis, nihil durius, aut remiſſius, quam
cauſa deſyderat, ſtatuatur: vt ff. eod. tit. l. Pedius. & j. eod. tit. l.
6 de ſubmerſis. † Illud ſciendum eſt: quia hæc actio prætoria
eſt, perſonalis, ſtricti iuris, ex maleficio, annua quo ad pœnã.
Perpetuò continet rei perſequutionem: hoc tamen iudicium
ciuiliter intentatum à conteſtationis tempore, intra annum
debet finem accipere: vt j. eod. l. ij. & erit ſpeciale. Si verò cri-
minaliter agatur ſecundum ius cõmune biennio debet termi-
nari: vt j. eodem. l. penult. In ſumma illud notandum eſt, quia
in vtroque iudicio veritatis indago primum per magiſtros
nauium, quibus cõſcientia plenior immoratur, duos, vel tres:
his non extantibus, per alios nautas: deinde per ipſorum fi-
lios facienda eſt ſimiliter, duos, vel tres: quia in ore duorum
vel trium ſtat omne verbum: vt j. eodem tit. l. iij. Putare poſſet
hanc actionem eſſe ſuperfluam, cùm pro furto, rapina, dam-
no, iniuria, ſint proditæ ciuiles actiones, ſcilicet furti, vi bon.
raptor. legis Aquiliæ. ſed non eſt: quia bene putauit prætor, &
aduerſus iſtos hoc edictum proponere, cùm publicè interſit
de huiuſmodi cauſis nihil auferri: vt ff. eodem. l. j. §. j. Et ſoleat
plus timeri quod ſpecialiter pollicetur, quàm quod generali
ſponſione concluditur, & cum hæc actio aliquo grauior ſit,
7 quàm ſuperiores. † Illud prætereundem non puto, quòd ſe-
mel à collatoribus illata, non iterum exiguntur, licet naufra-
gio perierint: vt j. eodem titu. l. pro his. Sed omnes pro rata
contingentis muneris naucleros redundabit iactura, ſi ipſo-
rum vitio id accedit: vt j. eodem titu. l. vlti. Vitio autem ipſo-
rum factum intelligo, ſi vel ante Calendas Aprilis, vel poſt
Calendas Octobris nauigauerit. Nimirum duntaxat tempore
medio eſt locus nauigio: vt j. eodem titu. l. iij. vel aliàs aduerſo
tempore nauigant: vel in nauem deteriorem ſpecies, quæ pe-
rierunt, contulerant: niſi forſan vtraque nauis periſſet: vt ff.
de rei vendic. l. qui petitorio. §. j. & ff. locati & conduct. l. item
quæritur. §. j. & ff. ad legem Rhod. de iactu. l. ſi vehenda. In
ſumma illud quoque notandum eſt, licere vnicuique naufra-
gium ſuum impunè colligere: nec colligendo ipſi quanquam
extraneum aſſociari militem, priuatum, libertũ ſeruumve li-
cet Cæſaris: vt ff. de incend. ruina, naufrag. l. vlti. & l. ne quid.
Sed nec etiam fiſcum: quod enim ius habet fiſcus in aliena ca-
lamitate vt de re tam luctuoſa compendium aſſequatur? vt j.
eodem tit. l. prima. Item illud notandum eſt, quia quod de
naue naufraga dictum eſt, etiam in expugnata obtinebit: vt ff.
de incend. rui. naufra. l. j. in principio. & l. expugnatur. In fine
illud ad memoriam opinor reducendum, ſcilicet, ne piſcato-
res nocte lumine oſtenſo fallant nauigantes: quaſi in aliquem
portum delaturi: eóque modo nauis, & nauigantes in pericu-
lum deducant: vt ff. de incend. rui. naufrag. l. ne piſcatores. per
hoc tamen reſponſum lumen muneris portubus poni potius
permiſſum, quàm prohibitum exiſtimo.

De metallariis, & metallis, & procuratoribus metallorum. *Rubrica.*

1 *Metallarij qui dicantur.*
2 *Metallarij quæ debeant inferre fiſco. & nu. 4.*
3 *Metallariis quæ poteſtas tribuatur.*
5 *Metallorum venas an liceat in alieno fundo perquirere inuito domino.*
6 *Metallarios nulla ratione poſſe liberari à ſua conditione.*
7 *Metallarios debere potius fiſco diſtrahere cõceſſa ſibi metalla, quàm alij.*
8 *Damnatos in metallum vel opus metalli effici ſeruos pœnæ, non ipſius fiſci.*

TRACTAVIMVS ſuprà, de naufragiis, quæ
plerunque pondere metallorum naue grauata con
tingunt: de metallariis, & metallis, ipſorúmq; pro
curatoribus audiamus. Vel aliter. diximus de ſpe-
cierum publicarum tranſuectione, & quia metalla prætioſiora
ſunt, de metallariis, qui ea inferunt, & de procuratoribus, qui
ea exigunt atque cuſtodiunt, ipſiſq; metallis diſſeramus. Vi-
deamus ergo qui dicantur metallarij, quod ſit eorum officiũ,
1 quæ fiſco debeãt inferre. † Metallarij dicuntur qui laborioſis
effoſſionibus ſuis, actibus ingenioſis, non tamẽ prohibitis, me-
tallorum venas inquirunt: vt j. eodem titulo, l. cuncti. Offi-
cium ipſorum eſt metallorum venas diligenter inquirere, &
inquiſitas effodere, atque in materiam lucidam & propriã eas
redigere: quod per varias decoctiones fit, vt à quibuſdam ac-
2 cepi. † Inferre debent metallarij pro ingreſſu officij ſinguli
octo ſcrupulos eius metalli (vt exiſtimo) cuius officium vſur-
pauerint. Abſurdum enim eſſet vt ferri, vel plumbi exerci-
tium adipiſcens, auri ſcrupulos præſtaret: vt hic. eo. l. j. Cũ au-
tem fuerit incorporatus, id eſt, in matricula receptus ſingulis
annis ſeptem ſcrupulos præſtabit: vt j. eod. titul. per annos, vel
in eodem caſu loquitur, vel vtraque, ſcilicet de iam incorpora
tis: ſed in auro ſecus eſt, quàm in cæteris metallis. Eſt autem
a ſcrupulus[a] (vt à Phyſicis accepi) xxiiij. pars vnciæ. tres enim
ſcrupuli faciunt drachmam, & octo drachmæ vnciã. Vnde re-
3 ſtat, quòd xxiiij. ſcrupuli faciunt vnciam. † Datur autem
metallariis inquirendi facultas venas metallorum: tam in pro-
priis, quàm etiam in agris alienis. Ita tamen vt cùm in alienis
agris inuenerint, decimas fiſco, decimas domino repræſentent:
4 vt j. eod. tit. l. cuncti. Si ergo † in loco fiſcali inuenerint, duas
decimas fiſco præſtabunt, ſi in proprio, vnam tantùm. Et hoc
intelligo præter annuam [pręſtationem, vel] illationem quam
tenetur fiſco depẽdere. Quid eſt ergo, quod alibi dicitur, quòd
in alienis terrulis etiam nolente domino, non licet theſaurum
effodere? Et ſi non data opera inuenerit, dimidiam domino
præſtabit, nullámque decimam fiſco dabit: vt ſuprà, de theſau
ris. Profectò aliud eſt in theſauro quod ſolius fortunæ donũ
eſt: metalla verò (vt dictum eſt) magno parãtur agone. Quæ-
5 ri † tamen poſſet, nunquid metallorum venas, licet in alieno
fundo domino inuito perquirere? Et prima facie videtur,
quòd non. nemini enim domino contradicente, licet agrum
ipſius ingredi. quod ſi fecerit, iniuriarum poterit conueniri: vt
ff. de acquiren. rerum domi. l. iij. & v. §. aptum. & ff. de iniuriis.
l. iniuriarum. §. vltimo. Opinor tamen propter vtilitatem pu-
blicam hoc licere: ſi taman ſine domini detrimento fiat, arg. j.
6 eod. l. quiſdam. † In ſumma notandum eſt, quòd metal-
larij maſculi, & fœminæ, propriè debent ſemper vnà cum ſua
progenie inhærere fortunæ. Nec vlla temporum, ſtipendio-
rúmve prolixitate ab ea poterunt liberari: vt j. eod. tit. l. vlti.
7 † Item illud in metallariis notandum eſt ſpecialiter, quòd
metalla ſibi conceſſa fiſco potius debent diſtrahere: vt hic eo.
titu. l. j. Intelligo, ſi emere pro tanto, vt alius quilibet, fiſcus vo
luerit. De metallis illud ſpecialiter dicendum occurrit: quia
xiiij. vnciæ pro ſingulis libris à ſingulis metallariis debent in-
ferri, licet communiter decem vnciæ libram faciant: vt j. eod.
l. ij. Item cum liquidæ materiæ ſint, & ad ſua poſſint ſæpius
redire initia quæcunque fide ſpecificata fuerit dominium non
mutatur, vt ff. de acqui. rerum dom. l. adeò. §. cũ quis ex aliena.
8 † Illud quoque in metallo ſpecialiſſimum vertitur iure pri-
ſtino: ſed nõ moderno, quòd ſi quis fuerit in metallum, vel me-
b talli opus damnatus[b], ſeruus pœnæ, non fiſci efficitur: vt ff. de
pœnis. l. aut damnum. §. eſt pœna. & §. inter eos. & ff. de iure
fiſci. l. in metallum. niſi forſan pœna fuerit liberatus principis
indulgentia, quo caſu homo liber libertatem recipit: ſeruus ve
rò apud fiſcum remanet, non domino reſtituitur: vt ff. de pœ-
nis. l. aut damnum. §. vltimo. & ĩ. de ſentent. paſſis. & reſtitut. l.
fruſtra. ibi, qui in metallum damnatus, &c. ſic intelligo, id
eſt, fabricæ publicæ obligatus, id eſt, alligatus: non autem me-
tallariorum corpori deputatus. Nimirum pro coërcitione de-
licti quiſquam incorporari non debet: vt ĩ. de pœnis. l. ne
quis. non debet inquam incorporari, ſed corpori publico,
nempe religioſo, propter delictum quandoque incorporatur:
vt in authent. vt nulli iudic. §. quia verò. & de vna religione

ad aliam religionem transfertur: vt in authent. de ſanct. epiſc. §. ſi monachus. & §. antepenult. Item de religioſo, ad publicum: vt eodem titulo. §. eodem. l. ſi monachus. & in authentic. quomodo opport. epiſc. §. ſemel. Ergo in corpore publico illud obtinet, vt propter delictum non debeat quis de vno corpore in aliud transferri: vel non corporatus incorporari. Sed quamuis hoc ita, tamen corporatus reincorporatur, ſi corpus refugiat: vt ſ. de decur. l. ne quis. & j. eodem tit. l. vlt. & j. de fabricen. l. iij. & j de murileg. l. j. & l. æternam. & l. murilegulis. Sed quandoque in ſtallo deteriori ponitur: vt j. de primicerio. l. ij. & j. de domeſticis. & protect. l. iij. & C. de cõmeatu. l. vltima. Imò quandoque prorſus de corpore eximitur: vt legibus prædictis. & ſ. de aduo. diuer. iudic. l. antepenult. & l. vlti. Hæc tamen quæ de ſtallo deteriori, & exemptione corporis dicta ſunt, intelligi in his officiis, in quibus honor oneri admiſtus magis inſpicitur. Nimirum ſi immunitatem delictum tribuere, non conſueuit: vt ff. de interdict. & releg. l. penult. §. vlt. & ſ. de his, qui non impletis ſti. l. j. & ff. de infa. l. ij. De procuratoribus metallorum hoc ſolum dico: vt ſuſceptam procurationem adimpletam, debitámque illationem metallorum à metallariis exigant, priuſq; fideliter omnia cõpleant, quàm aliquam experiantur dignitatẽ: vt j. eo. tit. l. cùm procuratores.

ANNOTATIONES.

a Serupulus. Vide Alc. hic.
b Opus damnatus. De iſta pœna vide doctor. in l. aut damnum. §. inter eos. ff. de pœn. l. ad tempus. C. de infa. ad materiam autem tituli vide Bartol. hic in l. j. C. de metal. libr. xj. & ibidem Io. Lucam de penna, & omnes ſcribentes.

De murilegulis, & gynæciariis, & procuratoribus. *Rubrica.*

1 *Murileguli, qui dicuntur.*
2 *Murilegulì quàm ſint ſuæ conditioni adſtricti: & quæ ſit pœna volentium ſe eximere à ſua conditione.*
3 *Magiſtratus honorem ſuffugientes qualiter puniantur.*
4 *Gynæciarij qui dicantur, & qui baphij, & qui lintearij.*
5 *Procuratores gynæcij qui dicantur.*
6 *Monetarij qui dicerentur; & quæ pœna puniantur falſatores monetæ.*

1 MVRILEGVLI † dicũtur, qui muribus legendis, id eſt, colligendis fuerant deputati: ſunt conchyleguli qui colligerẽt conchylia. ex huiuſmo- a
di piſcibus encauſtum regium conficiebatur, re- b
galiſq; purpura tingebatur: vt ſ. de diuer. reſcript. l. ſacri affa- c
tus. & ſ. quæ res vend. non poſſ. l. j. Hi nauiculam ad huiuſmodi piſces colligendos ſpecialiter habuerunt deputatam: quam ſi quis temerario auſu tentauerit vſurpare, duarum librarum
2 auri illatione tenebitur: vt j. eod. ſi quis nauiculam. † Hi tales vnà cum ſuis vxoribus, & liberis cuiuſcunq; ſexus, perpetuò his artibus ſiue officiis tenentur obnoxij: nec ad aliam, quamlibet militiam poterunt aſpirare, nec temporis prærogatiua (vt opinor) ſe defendare: vt j. eo. tit. l. murileguli. & l. vlt. & l. hi, qui. & ſ. de metalla. l. vlti. Imò ſi contrà fecerint, eorum bona aliis concedunttur. Sed his reſtitutis, reſtituuntur: niſi poſſeſſores potius ſe voluerunt huic functioni adſcribere, quàm reſtituere facultates. quo caſu bonis retentis, & futura munera ſuſtinebunt: & ſi quæ præteriti temporis reliqua fuerint, omni excuſatione ceſſante ſoluere compelluntur: vt j. eod. tit. l. murileguli. Hæc forſan intelligo, cum per biẽnium tales defuerint: vt j. eod. tit. l. murileguli. & argumen. j. de omni agro
3 deſerto. l. qui agros. Nam † & bona eorum, qui magiſtratus honorem defugiunt, ſubeunti conceduntur, ſed reuerſis redduntur. Intelligo quandocũq; , duntamen biennio onera decurionatus agnoſcant: vt ſ. de decurion. l. ſi ad magiſtratum. Aliud eſt enim munera, aliud eſt declinare honores. Nempe honores ſolent appeti, onera declinari: & quæ facilius declinantur, defugientes grauius puniuntur. Quod autem de murilegulis, & conchylegulis dictum eſt; idem intelligo de gynæciariis, & baſtagiriis: vt j. eod. l. ij. & l. ingenuæ. [l. quod ad
4 præſens] & l. edicimus. & l. æternam. † Gynæciarij [a] dicuntur
a textores pannorum: gynos enim Græcè, Latinè nudum: inde gynæcium, vel gynæciarium, id eſt, locus in quo panni conficiuntur: vt C. de veſtibus holobaris. l. j. à gynos, id eſt, nudos, cooperiundos: inde gynęciarij, id eſt, pãnorum textores. Sunt & alij, qui baphij, ſiue baphiarij appellantur: hi ſunt tinctores pannorum. βάπτειν enim Græcè, Latinè dicitur tingere, inde baphius, ſiue baphiarius, id eſt, tinctor: vt j. eod. l. ij. Alij quoque ſunt, qui lintearij dicuntur, lintea mina ſcilicet facientes. Alij nuncupãtur lympharij, ſcilicet, qui lympham cuſtodiunt ad pannos lauãdos deputatam: vel qui lauant pannos & follant in lympha: vt j. eod. tit. l. ſi quis. ij. Et hos tamen ſub gy-
5 næciariorum generali vocabulo puto contineri. † Procuratores gynæci dicebantur, qui gynæciariis præerãt, & ſpecies ab eis confectas accipiebant, & redigebãt in fiſcum, qui non ante ad rem procurandam poſſunt accedere, vel ad dignitatem aliam (vt exiſtimo) quàm idoneis fideiuſſoribus eorum adminiſtratio incunda, ſcilicet roboretur: vt j. eo. l. vlt. & j. de omni agro deſerto. l. quicunque. Vel, quod verius puto dici, antequam eorum adminiſtratio, &c. ſcilicet præterita, id eſt, antequam ſoluerit reliqua quæ ex adminiſtratione prima debuerunt, vel ſoluenda cauerint idoneè, ſcilicet datis pignoribus, vel fideiuſſoribus: vt ff. de munerib. & hono. l. reſcripto. §. de-
6 bitores. & ſ. de debitori. ciuitatum. l. j. † Monetarij [b] diceban-
b tur à moneta publica, quam cudebãt, atque formabant. quam ſi falſauerint, grauiſſimè puniuntur. vt ſ. de falſ. monc. l. i. ij. & iij. Suffragio tamen iuſtè pœnitentiæ abſoluuntur, qui falſam monetam percuſſerint, non tamen formauerint: vt ff. ad leg.
c Cornel. de falſis. l. qui falſam. Baſtagiarij [c] dicuntur, quaſi beſtiagarij. qui ruſticos ad quintum animal ſingulis annis (vt opinor) fiſco præſtandum compelluntur: vt j eod. titu. l. quod ad præſena. aliàs dicuntur vaſtagarij à ſtrage animalium, quam faciunt. Puto enim eos carnifices, ſiue (vt vulgariter loquitur) ſermone ſacri palatij becharios. Nam & (vt firmiter credo) in hoc titulo agitur tantùm de officiis ad ſacrum palatium deputatis: vt j. eod. l. ſi quis ex. In ſumma notandum eſt, quòd hi omnes de ſuo corpore aliter non poſſunt eximi, niſi hoc à principe fuerit impetratum: ita tamen, vt is qui abſoluitur vniuerſi generis ſui proſapiam corpori, vnde exit obnoxiam, cum omnibus ſuis facultatibus derelinquat: vt j. eod. titu. l. ſi quis ex corpore.

ANNOTATIONES.

a Gynæciarii. Vide hic Alci.
b Monetariis. Vide hic Aleiatum.
c Baſtagiariis. Vide Bud. hic.

De veſtibus holobaris, & auratis, & de intinctione ſacri muricis. *Rubrica.*

1 *Purpuram ſoli principi licere, & nu. 2.*
3 *Holobara quæ a quibuſque ſienda & numer. 4.*
5 *Velleris adulterini pœna.*
6 *Paragaudæ auratæ non viris, ſed mulieribus conceſſæ.*

DICTVM eſt de murilegulis, qui nauiculam deputatam habent ad murices colligendos: nunc de intinctione eorum piſcium audiamus. Vel aliter. Diximus ſuprà de pãnorum textoribus, eorumq; procuratoribus: nunc de ipſis pannis diſſeramus. Videamus ergo quos pannos habere liceat, quibus liceat, qualiter, & in
5 quo loco liceat pannos conficere. Et quidem vellera † purpureo colore fucata, ſcilicet cocti muricis, & triti conchylij atque holobara veſtimenta, vel auratas ſericas paragaudas, ſolis principibus habere licet: niſi cuiquam ſpeciali beneficio illud Imperator conceſſerit: pœna grauiſſima in eum ſtatuta, qui indebito ſe non abdicauerit veſtimento: vt j. eod. titu. l. ij.
2 & penulti. † Purpureus ergo color, vel rubicundus ſolis Im-
a peratoribus [a] deputatur: reliquis autem coloribus vtendi priuatis non denegatur facultas: vt infrà eodem titulo l. tertia.

† Holo

3 † Holobara [b] autem veſtimenta dicuntur quæ auro intexun-
b tur tota: nimirum bolon Græcè, totum Latinè accipitur: inde
holobara, id eſt, tota deaurata, paragaudes verò broſtia dicun
tur quæ in gaidis veſtimentorum, vel chlamydum ponuntur:
ſi quidem para iuſta, gades Græcè, Latinè gadia interpretatur.
4 inde paragaides, quaſi iuxta gaidas. † Prædicta ergo regalia
veſtimenta in gynæciariis tantùm imperialibus conficienda
ſunt: vt hic end. titu. l. j. ita, ſcilicet, vt ex vtraque parte texturæ
eundem colorem, ſcilicet conchylij habeat, nullius alterius
permiſtione ſubtextum: vt j. eod. l. penul. Item ſicut prædicta
veſtimenta priuatis conficere non licet: ita nec vendendi, vel
emendi facultas conceditur: quòd ſi contrà fecerint, capitis
ſupplicio, cum fortunarum omnium diſpendio ſubiacebunt:
vt C. quæ res ven. non poſ. l. j. illi quoq; qui ne hoc fieret proui
dere debuerunt, poſt amiſſa, quę à publico conſequebantur ſti
pendia, xx. librarum auri condemnatione plectuntur: vt j. eo.
5 titu. l. vltim. † Illud notandum eſt, quòd vellera ſemel adulte
rino colore fuſcata, nũquam in ſpecie ſacri muricis mittenda
ſunt capitali pœna, contrà tẽtantes illicita, conſtituta: vt j. eo.
6 titu. l. ij. † Illud quoque notandum eſt, quòd licet viri (vt di
ctum eſt) auratas paragaudas habere non liceat, mulieribus ta
men forſan non denegatur: vt j. eod. titu. l. ij. & argu. ſ. vt nemi-
ni liceat in empt. l. prima.

ANNOTATIONES.

a Imperatoribus. De hoc vide Bart. in l. ſi quis naniculam. C. de murile-
gulis. lib xj. Bald. in rubri. C. quæ res ven. poſ. vel non poſ. doms. Lucá
de penna, & omnes ſcribentes hic vbi eſt materia propria.
b Holobara. Vide hic Alciatum.

De fabricenſibus. *Rubrica.*

1 *Fabricenſes qui dicantur.*
2 *Fabricenſium officium quale ſit.*
3 *Fabricenſes vbi, & quomodo, & qui eligi debeant.*
4 *Fabricenſium priuilegia qualia ſint.*
5 *Fabricenſes delinquentes quomodo puniantur.*
6 *Armorum tranſuectio quomodo procedere debeat.*
7 *Arma vbi conficienda.*
8 *Arma an liceat priuatis conficere, vendere, vel deferre.*

EXPOSVIMVS ſ. de pretioſarum veſtium
confectoribus [aliàs cõtextoribus] quorũ ornatu
homines decorantur, nunc de armorum fabrica-
toribus, quorum ſimiliter fulgore homines, licet
turpes, pulchriores redduntur, diſſeramus: & ſic de fabricen-
ſibus audiamus. Videamus ergo, qui dicantur fabricenſes, &
quare tali nomine nuncupẽtur, quod ſit eorum officium, qua
liter ad huiuſmodi conſortium eligantur, quibus decorentur
priuilegiis, quibus, ſi deliquerint, pœnis afficiantur, & de ar-
1 morum tranſuectione. † Fabricenſes dicuntur, qui publicis
fabricis deputati, publica arma conficiunt. A fabrica ergo cui
deſeruiunt, fabricenſium nomen accipiunt: aliàs autem dicun
tur fabricenſij, aliàs armifactores appellantur: vt in authen. de
armis. Fabricẽſium ergo hic appellatio in ſtricta ſignificatio-
ne accipitur pro publicorum tantùm armorum factoribus,
cum aliàs largè pro cuiuſlibet ferri percuſſoribus: & aliàs lar
giſsimè pro quibuſlibet tignorum opificibus ponantur: vt ff.
ad leg. Rhod. de iactu. l. ij. §. j. & ff. de verbor. ſignifi. l. ferri.
2 † Officium fabricẽſium, eſt arma publica conficere, confectá-
que primiceriis fabricæ aſsignare: vt in publicis armamentis
reponantur: vt in authen. de armis. §. hoc autem. & §. hanc igi-
3 tur. † Eligi autem fabricenſis debet in ea vrbe, in qua natus
eſt, vel vbi domicilium habet conuocatis his, quorum intereſt
geſtiſque apud moderatorem prouinciæ, vel ciuitatis defen-
ſorem confectis, ſi eum non ſuo, patréve curiali genitum ap-
paruerit: nihilq; ciuitati, ciuiúmve cuiquam debere conſtite-
rit: ac militiam, quam optauerit conſequatur: quia forma ceſ-
ſante, nulla temporis præſcriptione, ſtipendiorumque præ-
rogatiua obſtante, ad priſtinam trahatur cõditionem: vt in-
frà eod. titul. l. ſi quis. Sic ergo electis fabricenſibus, vt ab aliis
maximè, ſi latitauerint ſecernantur, iſtorum brachiis ſtigma-
ta infliguntur his, qui eos ſuſceperint, eorum liberis ſine du-
4 bio fabricæ vendicandis: vt infra eod. l. iij. † Decorantur fa-
bricenſes huiuſmodi priuilegiis. Primicerius enim fabricæ
poſt biẽnium non ſolùm libertate publicorum munerum, ve-
rùm honore quoque donatur, ita vt poſt biennium, cingulum
regale purpuram adoraturus occurrat: vt j. eodem titul. l. ij.
Cæteri verò vnàcum vxoribus, liberíſque ſuis, nõ in alio qui-
dem foro, quam in ſuo, ſcilicet magiſtri officiorum, reſpõdere
cõpelluntur: nec quibuſlibet muneribus implicantur: vt j. eo.
5 l. eos qui. Sicut † ergo meritorum prærogatiua decorantur:
ita ſi deliquerit grauiter puniuntur. Nempe, ſi fabrica dimiſ-
ſa, ad alienarum rerum adminiſtrationem acceſſerint, domi-
nus iure poſſeſsionis, quam ſcienter fabricenſibus adminiſtran
dam commiſit, priuatus, bonis omnibus amiſsis, fabricenſis
pœnam perpetui ſuſtinebit exilij: vt j. eodem tit. l. vltima. Item
quod ab vno delinquitur, ad cæterorum debet pertinere peri-
culum: vt j. eodem tit. l. iure. eo forſan, qui deliquerit prius ex-
6 cutiendo: vt ſ. quo quiſque or. con. l. j. & ij. † Et de armorum
tranſuectione id ſolùm dicendum occurrit, quòd ſi armorum
tranſuectio neceſſaria fuerit, præfecto prætorio debet literas
dirigere, quibus & armorum numerum, & ex quo loco fue-
rint transferenda ſignificet: vt is confeſtim ſua præceptio-
ne rectoribus prouinciæ conuentis, de publico, vel naues, vel
angarias, vel plauſtra ſecũdum armorum numerum faciat de-
pendi, vel comprehendi. Quod ſi fuerit prætermiſſum, is, per
cuius ſteterit tarditatem, grauiſsimè punietur: vt j. eod. titu. l.
7 vltima. † In ſumma illud notandum eſt, quòd in publicis tan-
tũ in fabricis arma conficienda ſunt, atque in publicis arma-
8 mentis ponenda: vt in authent. de armis. † Item illud notan-
dum eſt, quòd priuatis arma conficere, vendere, emere, vel de-
ferre non licet: niſi cultellos minores, quorum potius ad eſcã,
quàm ad pugnam vſus eſt neceſſarius. Propter quod etiam lo-
corum iudices, ciuitatum defenſores ac patres, ab ipſis confe-
ctionem [aliàs defenſionem, vel tuitionem] ſuper hoc debent
accipere: ne per hoc maximè terrarum occidantur cultores, &
publicæ pereant functiones: vt in authen. de armis.

De veteris numiſmatis poteſtate. *Rubrica.*

1 *Monetam fabricare quibus liceat, & in quibus locis.*
2 *Monetam falſam fabricantium pœna qua ſit.*
3 *Monetam probam refutans qua pœna puniatur.*
4 *Nummorum vſumfructum poſſe conſtitui.*

DIXIMVS ſuprà de armorum fabricatoribus:
nunc de fabricatoribus numorũ in medium pro-
ponamus. Verùm, quia in hoc titulo de veteris tan
tùm agitur numiſmatis poteſtate igitur inde occa
ſione ſumpta de omnium monetarũ fabricatoribus audiamus.
Videamus ergo quibus liceat fabricare monetam, & in quo lo
co, & qualiter debeat fabricari, de qua materia, & quæ ſit pœ-
1 na fabricantis falſam monetam, & probam refutantis. † Mo-
netam illis tantùm fabricare conceditur, quibus Imperator
conceſſerit: vel cui concedendi ius dedit Imperator. Non in
omnibus locis monetam fabricare conceditur: ſed in his tan-
tùm, quæ ad hoc fuerint deputata. Fabricabantur numi anti-
quiſsimo tempore ex auro, & argento, & principis ineis ſcul-
pebatur effigies: vt hic eodem titu. l. j. & vltim. Hoc etiã oſten-
ditur illo verbo Euangelico, quando Dominus, Matthęi, xxij.
tentatus à Iudæis, an liceret eis tributum dare Cæſari: reſpon-
det, oſtendite mihi numiſma cenſus. & paulo poſt. Cuius eſt
imago hæc? & reſponderunt, Cæſaris: reddite ergo, &c. Hodie
verò cùm imperium per regna diuiſum ſit, quilibet in ſuo re-
gno de quacunque materia ſiue de auro, argento, vel ære
monetam facit fabricare: imò & imperatores ciuitatibus priui
legium ferè ſingulis, vt monetas ſub earum nominibus fabri-
2 cent, conceſſerunt. † Quæ ſit pœna fabricantium falſam mo-
netam ſuprà de falſa moneta ſatis plenè expoſuimus. Si autem
3 bonam † monetam aliquis refutauerit, & maximè imperia-
lia numiſmata, dũmodo ſint debiti ponderis, & ſpeciei, probè

officio iudicis extra ordinem coërcebitur: vt ff.eod.titul.l.j.
Antiqua verò imperatorum moneta dicebatur numiſma, ſo-
lidus aureus quoq; vt hic eod.l.j.& ff.de vſufruc.l.numiſma-
tum.& ſ.de ſpore.l.ij.& ſ.de epiſcop. & cleric.l.omnes.Cuius
pondus tantum erat, vt lxxij.ſolidi pro libra acciperentur: vt
ſ.de ſuſcep. præpo.& arca.l.quoties In ſumma illud notan-
dum eſt, quòd omnium ſolidorum vniforme debet pretium
poſtulari,capitali ſupplicio ſubdendo eum, qui vel aliter fe-
cerit:vel dum fraudibus ſtudet vultus æternales duxerit vio-
4 lare:vt j.eod.tit.l.vlti. † Illud quoq; notandum eſt, quòd co-
rum tanquam gemmarum vſusfructus legari poteſt: vt ff. de
vſusfr.l.numiſmatum. Nec illud quoq; prætereundum exiſti
mo,quòd ſi pro immutatione ſolidorum decreuerit pretium,
cæterarũ quoq; rerum oporteat pretia decreſcere: vt j.eo.l.ij.

Nulli licere in frænis equeſtribus, ſel'is,& in baltheis, &c. *Rubrica.*

1 *Decucurnia quid.*
2 *Veſtibus hominum officia diſtingui.*
3 *Principi ſoli cultum licitum vſum.*

IN hoc titulo dicitur illud ſolum, quòd in frænis
& ſellis equeſtribus, & in baltheis priuatis,nemi
ni liceat margaritas, ſmaragdos, hyacinthos ap-
ponere,quamuis alterius,vel alij generis ornamen
tis prędicta liceat exornare.Per quod datur intelligi hoc,ſci-
1 licet lapides aliis lapidibus pretioſiores. De cucurniis a † verò,
a quæ apud Lombardos fræni morſum appellantur, eo quod
ab equo quaſi morſu teritur omne gemmarum genus penitus
remouetur. In chlamydibus quoque fibulis duntaxat auro,
arſéq; pretioſis, abſque gemmarum apparatu vti permittitur.
2 Si quidem chlamys militum, † purpura regum,ſtolla ſacerdo
b tum, toga aduocatorum, birrus b ruſticorum, cucula mona-
chorum appellatur. Qui verò contra hoc fecerit,quinqua-
ginta libris auri mulctatur.Item nulli priuato licet in ſuis or-
namentis (exceptis matronalibus, & annulis tam virilibus,
quàm muliebribus) ex auro,& gemmis aliquid facere:etiam ſi
principali clementiæ huiuſmodi ornamenta ſe donaturum fa-
3 teatur. Hic enim † cultus cùm ad principem ſolum pertineat,
non à priuatis,ſed à palatinis artificibus (qui vulgò artifices
appellantur) intra palatium debet fabricari. Et qui contrà fa
cere tentaueri,per officia palatinorum, centum libras auri ſol
uere compellatur,quæ ſacris ſunt largitionibus applicandæ:
vt hic.eod.tit.l.vnica.

ANNOTATIONES.

a De cucurniis.Vide Alciatum hic.
b Birrhus.Alciat.lib j.prætermiſſorum.

De claſsicis. *Rubrica.*

1 *Præfecti Orientis officium.*

1 IN † hoc titulo illud ſolum dico,quòd nauis Seleu
cena,cæteræq; Orientis naues,ad officium perti-
nent præfecti prætorio Orientis.qui claſſem Seleu
cenam ad auxilium purgandi Orientis, cæteráſq;
neceſsitates comiti Orientis debet deputare: vt hic eod. tit. l.
vnic.Seleucenam verò nauem à ciuitate Orientis Seleucia [vr-
be maxima] puto nominari.

De curialibus vrbis Romæ. *Rubrica.*

1 *Curialis Romani priuilegia.*

1 QVIA † curiales,ſiue decuriones à prædictis mu-
neribus excuſantur:de curialibus audiamus. Ve-
rũ quia ſuperiori libro de omnibus curialibus di-
ctum eſt:de curialibus vrbis Romæ ſpecialiter vi
deamus Si quis ergo curialẽ huius ſacræ vrbis putauerit lite
pulſandũ non alium,quã curię iudicem mouerit adeundũ: vt
hic.eo.ti.l.j.niſi forſan cõtractus,vel delicti ratio aliud poſtu-
lauerit.Prętерea ſicut cæteris,ita in his fortius decurionibus il
lud præcipuè (ſicut & cætera) debet priuilegiũ ſeruari:ne cui-
quã propter delictũ,niſi caſus aliud inducat,infligatur macula
corporalis.vt j.e.ti.l.ij.& ſ.ex qui.cau.infa.ir.l.decurioẽs qdẽ.

De priuilegiis corporatorum vrbis Romanæ. *Rubrica.*

1 *Corporati qui.*
2 *Corporati cur reuocentur.*

1 CORPORATI † dicuntur:quia in matricula
ſingula corporum ſcribuntur,quibus nihil præ-
ter antiquam conſuetudinem eſt indicẽdum: imo
in honorem maternæ vrbis quælibet ipſius indul-
ta ſeruari oportet priuilegia. Sed & hi,ſi ad prouincias fortè
2 perrexerint,cura & ſolicitudine rectorum prouinciarum † re-
dire ad propriam patriam,vnde exierint cõpelluntur:vt debi-
tis iugiter functionibus valeant deſeruire:vt j.eo.tit.l.vnica.

De piſtoribus. *Rubrica.*

1 *Piſtorum officium.*
2 *Piſtorum cauſa quando diſcutienda.*

1 HIC agitur † de piſtoribus ad palatium pertinenti-
bus:quicunque publicis panibus faciendis depu-
tati ſunt ſub comite horreorum ad nullam digni-
tatem,nullúmque officium aliud quacunque ra-
tione poſsint aſpirare. Quòd ſi irrepſerint,exuti omnibus in-
ſignus, & xx.libris auri mulctati priſtinæ reddantur condi-
2 tioni omni priuilegio ceſſante:vt hic eod.titul.l.vna.† Horum
cauſæ ſingulis etiam geminis menſibus,id eſt,ſine intermiſsio-
ne aliqua debent diſtingui:vt ſ.de feriis. l. publicas, & vltim.
Igitur quocunque tempore primo etiam anno liqueans, debe
bunt, etiã terminari:vt ſ.de iud.l.properandum.in prin. legis.
Has (inquã) cauſas comes horreorũ,vel forſan rerũ priuatarũ
diſcutiet:vt ſ.vbi cauſæ fiſ.vel di.domi.l.ſi quis.&l.dominicis.

De ſuariis,& ſuſceptoribus vini, & cæteris comparatis. *Rubrica.*

1 *Suarij officium.*
2 *Suariorum forum.*

IN hoc titulo de ſuariis, id eſt, porcariis agitur.
1 † Horum erat officium porcos in paſcuis cuſto-
dire:& forſan quintum animal quotannis.vel men
ſibus,pro reparatione menſæ dominicæ baſtiagi-
ris aſsignate:vt ſ.de murileg.l.quòd ad præſens. Cui officio,
cũ eos ſemper oporteat inſidere,ab aliis ſordidis perpetuo ex-
2 cuſantur muneribus:vt j.eo.l.j.† Itẽ tã in agendo,quã in reſpõ
dendo vrbicariã præfecturã obſeruẽt:vt j.eo.l.vlt. Hoc igitur
in caſu reus cõtra iuris regulam actoris ſequetur forũ.Forſan
quod de porcinariis legitur,intelligendũ eſt,& in aliis pecorũ
cæterorũ cuſtodibus. De ſuſceptoribus vini,& cæteris cõpa
ratis,licet in rubrica ponantur,in titulo tamen nihil dicitur.

De collegiatis, & chartopratis, & numulariis. *Rubrica.*

1 *Collegium quid ſit, & qui dicantur collegiati.*
2 *Chartoprati,qui dicantur.*
3 *Collegiatis quibuſdam mortuis,vel loco motis, qua ratione eligantur alij in eorum locum.*
4 *Collegia quæ ſint licita.*
5 *Collegio illicito an poſsit aliquid relinqui.*
6 *Collegium illicitum contrahentes,qua pœna puniantur.*
7 *Collegiis licitis,quæ permiſſa ſint.*
8 *Collegiatus non poteſt eo nomine munera publica detrectare, ſi ſui corporis officium non exequatur.*
9 *Collegiatos ſupernum erarios non frui priuilegiis ſui collegij.*

IN omnibus ſuperioribus diximus ſpecialiter de
quibuſdam collegiatorum generibus. nunc gene-
raliter de collegiatis omnibus, & chartopratis
audiamus. Quapropter videamus quid ſit colle-
gium, qui dicantur collegiati, quæ collegia ſint licita, vel non,
1 & quod ſit collegiatorum beneficium, vel pœna. † Collegiũ
eſt perſonarum plurium in corpus vnum quaſi cõiunctio ſiue
collectio: quod generali ſermone vniuerſitas appellatur cor-
pus quoq; vulgariter apud nos cõſortium, ſiue ſchola. Colle-
giati dicuntur, qui ſunt in collegiis cõſtituti, à collegio enim
collegiatus nomen aſſumpſit: ſicut priuilegiatus à priuilegio
deriuatur. Idem dicuntur chartopratę, eo quod eorum nomi-
na, qui erant in matricula, ſcribebãtur in charta, ſupra quem
numerum nemo priuilegio ſe cuiuſcunq; dignitatis poterat
2 excuſare: vt j. eod. tit. l. j. † Et dicuntur chartopratæ, id eſt, in
patriæ charta deſcripti. Vel chartopratæ appellantur illi, qui
per emptionem chartę oblatis precibus collegiatorum, quo-
rundam locum acquirunt: vt hic eod. l. vnic. in fi. vt ſic alluda
mus nomini: id agunt emendo chartam, i. locum alicui aſsigna-
tum per chartam, vt patriæ fiant incorporati, qui de cętero mu
nera corpus illius ſubire cõpelluntur venditoribus releuatis:
3 vt ſ. de collat. dona. vel releua. l. j. † Eliguntur autem in colle-
giis, in locum mortuorum, vel eorum, qui remouentur prædi-
cto muneri ſufficientes, cum iudicio primatum eius qui ſurro
gatur. Hoc (inquam) ſic intelligo, id eſt, cum iudicio prima-
tum illius muneris, in quo ſurrogatur, cæteris forſan collegia
tis cõſentientibus, vel non cõtradicentibus electioni: vt quod
omnes tangit, & c. vt ſ. de autho. præſtan. l. vlt. Vel primatum
obtinebit iudicium, ſi non veniant cęteri: vt ff. de pact. l. maio-
4 rem. † Collegia ſunt illicita omnia niſi ſpecialiter legibus. ſe-
nat. conſ. vel principum cõſtitutionibus confirmẽtur: vt ff. de
colleg. illicit. & con. l. vlt. in prin. qualia ſunt collegia piæ rei,
vt monachorum, canonicorum omnium, ſiue clericorum, ho-
ſpitalariorum. templariorum, xenodochiorum, & ſimilium: ſed
in ciuitatibus quædam collegia licita ſunt: vt piſtorum, na-
uiculariorum, & huiuſmodi ſimilium: cætera ſunt illicita: vt
ff. quod cuiuſq; vniuer. l. j. §. j. Collegia, vel collegiati piæ rei
plura ſortiuntur priuilegia in acquirendo, retinendo, amitten
do, ſiue transferendo: vt ſ. de ſacroſan. eccle. l. placet. notatur.
Sed cætera licita collegia quædam habent beneficia, ſcilicet,
5 vt ex teſtamento capere poſsint. † Quibus autem coire non
licet, relinqui non poteſt, niſi de collegio ſingulis relinquatur:
tunc enim admittuntur nõ quaſi collegium: ſed quaſi cęteri ho
mines: vt ff. de reb. dub. l. cùm Senatus. & C. de hæredib. inſtit.
l. collegium. Quod ſit autem collegiatorũ beneficium in ſing.
6 titu. diligens lector poterit aduertere. † Pœna verò contra-
hentium illicita collegia, ea eſt vt quaſi maieſtatis violatores
conuicti, vel confeſsi capite puniantur: vt ff. de colle. & corpo.
illic. l. ij. & ff. ad leg. Iul. maieſta. l. j. & de ſanct. eccle. l. ſi quis in
hoc genus & ſ. de his qui ad eccle. confu. l. denunciamus. Ve-
rùm hoc intelligo de collegiis tantùm hæreticorum, deinde pa
taræ notum, & gazarorum, & ſimiliũ: vel qui aduerſus rempu-
blicam coirent. Cætera enim collegia quamuis illicita diſſol-
ui videantur, tamen coeuntibus pœna non imponitur capita-
lis, imò cùm diſſoluuntur, pecunias communes, ſi quas habent
partiri, & inter ſe diuidere poſſunt: vt ff. de colle. illici. l. vlt. in
prin. qualia puto monopolia, quæ hodie ſunt in ciuitatibus.
7 † In ſumma illud notandum puto, quòd corporibus, quibus
coire licet, permiſſum eſt, ad exemplum reipublicæ habere res
cõmunes, arcam communem: qua communia imponantur, &
actorẽ, ſiue ſyndicum. per quem tanquã in republica, ſi quid
cõmuniter agi, fieriq; oporteat, agatur, fiát ve: quod ſi nemo ea
defendat, quod eorum cõmune erit poſsideri, vænireve pote-
8 rit: vt ff quod cuiuſq; vni. l. j. §. j. † Itẽ illud notandũ eſt, quòd
alienum ſeruũ etiam in tenuiorum corporibus ignorantibus,
vel inuitis dominis recipere non licet. quòd ſi contrafiat, qui
receperint, pro ſingulis centum aureos dabunt: vt ff. de colle.
9 illici. l. iij. §. vlt. † Item illud prætereundũ non exiſtimo, quòd
ſi quis collegiatus ſui corporis non exequatur officium, velit-
que ſub prętextu quaſi collegiatus ſit, alia munera declinare,
audiendus non eſt: imò de collegio, cuius non exercet offi-
ciũ, eximendus eſt: aliúſq; idoneus loco ipſius ſubrogãdus, fa-
ciẽda ſurrogati electione, vti prædictũ eſt. vt hic l. vni. in fi. No
tandum eſt. quòd incorporari, id eſt, qui intra numerum ſunt,
chartáq;, ſiue matricula deſcripti, ipſius corporis, ſiue collegij
priuilegiis excuſantur. Qui verò ſuprà numerũ ſunt, quos ſu
pernumerarios appellamus: quibus quaſi futurę prębendæ va
cantes deſignantur, beneficiis eius corporis vti non poſſunt,
quocunque ingenio ſiue patrocinio: vt hic co. tit. l. vnica

De ſtudiis liberalibus vrbis Romæ, & Conſtantinopolitanæ. *Rubrica.*

1 *Docentium numerus.*
2 *Docentium diſtinguenda loca.*
3 *Leges vbi legendæ.*

TITVLVS iſte ſpecialis eſt: & loquitur de ſtu-
diis liberalibus vrbis Romæ, & Conſtantinopo-
litanæ, oſtendens quot debeant eſſe magiſtri ſingu
larium artium, & quibus magiſtrationibus ſtude
1 re debeant, & qualiter ſcholæ eſſe debeãt diſpoſitæ † Et vtiq;
oratores tres numero eſſe debẽt, x. grãmatici, v. ſophiſtæ, quos
vulgo dialecticos appellamus: verũ à ſophiſmatibus ſic deno-
minãtur: vnus vero qui philoſophiæ arcana rimetur, & duo
qui iuris & legũ voluntates pandant. Debent autẽ in publicis
ſtudere duntaxat magiſtrationibus, ſi vndiq; collectos doce-
re maluerint diſcipulos, ab oſtentatione vulgari ſemoti. qui ſi
contrà fecerint, & de ciuitate expellentur, & præterea infama
buntur. Si vero priuatim velint ſtudia exercere diſcipulis, quos
intra domeſticos docent parietes contenti, non vetãtur: niſi for
tè eſſent de numero illorũ. qui intra Capitolij auditoriũ ſunt
diſpoſiti, quibus priuatim ſtudere nõ licet: imo ſi fecerint, pri-
2 uilegio ſuo priuantur. † Singulis autẽ magiſtris debent loca
propria deputari. quæ inter ſe diſtantiã aliquã habeant, ne di-
ſcipuli ſubinuicem obſtrepere valeant, vel magiſtri: neue lin-
guarũ confuſio cõmiſta, vel vocum aures quorundã vel men-
tes à ſtudio literarũ auertat: vt hic eo tit. l. vnic. Quæ autẽ ſine
3 magiſtrorũ priuilegia, ſ. de profeſſ. & medi. notauimus. † In
ſumma illud notandũ eſt, quod in his tantũ duabus ciuitati-
bus, & præterea in ciuitate Beryto, quæ nutrix legum merito
appellatur. Iura ſunt tradenda iuuenibus: niſi fortè ciuitas ali-
qua ſimile promeruit priuilegium: vt in prima conſtitutione
Digeſtorũ, circa finẽ. Verum, cùm imperium modernis tempo-
ribus ſciſſuram ſenſerit, iſtæ quoq; ciuitates duæ dominatio-
nẽ perdiderint, cœperũt quoque iura quouis loco tradi: & Bo
noniæ maximè, quę legalium ſtudiorum monarchiam tenuit,
necnon Mutinæ: in qua iuris prudentiæ arcana reſerauus.

De honoratorum vehiculis. *Rubrica.*

OMNES honorati ciuilium, ſeu militariũ iudicũ
vehiculis. id eſt, carrucis dignitatis ſuæ intra vr-
bẽ ſanctiſsimi nominis, id eſt. Conſtantinopolita
ni, ſiue Romani vti poſſunt: vt hic co. ti. l. vnic.

De priuilegiis vrbis Conſtantinopolitanæ. *Rubrica.*

1 *Conſtantinopolis priuilegia. & nu. 2.*

1 CIVITAS † Conſtantinopolitana non tantùm
iuris Italici, ſed etiã veteris Romæ prærogatiua
lætatur: vt j. eo. Nam & noua Roma dicitur, &
omnium Chriſtianorum mater ſecunda nuncu-
patur: ipſiúſque archiepiſcopus ſecundum locum poſt papam,
obtinet in ſynodis Romæ: vt ſ. de ſacroſanct. eccle. l. decerni-
2 mus. & in authent. de eccl. tit. §. j. † Sed huius regiæ vrbis con
ſuetudinem longam, ſicut veteris Romæ aliæ omnes ciuitates
ſequi debent: eum & caput dicatur orbis terrarum: meliori-
búſque auguriis condita: vt ſ. de vete. iur. enu. l. circa finem.

De metropoli Beryto. *Rubrica.*

1 *Priuilegium idem an duobus dabile.*
2 *Eccleſiarum vnus epiſcopus, non contrà.*

IN prouincia Phœniciæ. Tyrus ius metropolitum
habebat, matérque prouinciæ fuerat ſola: verum
poſtea propter varias cauſas, & maximè quia nu-
trix legum fuerat Berytus, in eadem prouincia ſi-
milem meruit dignitatem: vt ſic vtraq; metropolis ſit, prouin-
ciæque mater: vnde Tyro nihil dicitur derogatum, cùm in ſua
maneat dignitate: vt hic eo. tit. l. vnic. & in prima cóſtitutione
1 Digeſtorum. Hac ratione poſſet † quis inſtare, quod nihil de
rogaretur cuiquam epiſcopo, ſi in ſuo epiſcopatu alter fieret
epiſcopus. Vel alicui prælato, ſi & alter prælatus fieret. Sed for
2 ſan aliud eſt, vbi dignitas datur rei, quàm ſi perſonæ. † Nuſ-
quam enim reperitur, quòd duo epiſcopi ſimul, aliàs inſoli-
dum debeant eſſe in vno epiſcopatu. Sed duæ matres [eccleſiæ
poſſunt eſſe (vt in Pergamo) habentes vnum epiſcopum. Sic
duæ matres] prouinciæ habétes vnum præſidem, vnúmq; me-
tropolitanum. Nam & ſuperiori titulo dictum eſt vtraq; Ro-
ma caput eſt orbis terrarum, habens vnum principem, neque
priuilegio nouæ priori derogatum eſt. His argumentis, & ſi-
milibus contra Canturienſes monachos Canturienſis archie-
piſcopus inſtabat, volés nouo Martyri nouam Baſilicam prio
ri proximam fabricare; verum, quia multæ variæque cauſæ
ſuberant, contra ipſum, iacula ſua refiximus.

De canone frumentario vrbis Romæ. *Rub.*

1 *Canon quò delatus.*
2 *Vicariorum officium.*
3 *Frumentum quid.*
4 *Naucleri vbi profiteantur.*

1 CERTVS † Canon in annonam quotannis ex
prouinciis ad vrbem Romam deferebatur, & in
horreis publicis Romæ reponebatur, & ſecúdum
ſtatutum modum exponebatur, quem modum,
ſiue canonem nulli mutare licet, etiamſi ſuper hoc ſpeciale be
neficium impetrauerit: imò reſcripta impetrata nó valebunt:
& qui impetrauerit, dupli pœna tenebitur obnoxius. Vicarij
2 † quoq; & cæteri iudices, deportationem ſubibút, & officio-
rum primates capitali affligentur ſupplicio, ſi quid vrbicarij
canonis vſurpauerint: vt j. eod. l. ſi. Sed nec debitores frumen-
tarij canonis remiſſionem debiti (quamuis ſpeciali beneficio)
audeant ſperare contra publicum commodum, vel compenſa
tionem aliquam obiicere: vt j. eo. tit. l. ij. & ſ. de compen. l. in ea.
& l. ſi velut. ff. de admi. re. ad ci. perti. l. ij. §. iij. & iiij. In ſumma
3 illud notandum puto, † quòd appellatione frumenti quemli-
bet reditum ad eſum & potum pertinentem puto ſignifica-
4 ri: vt j. eo. l. ij. † Item illud prætereundum non exiſtimo, quòd
nautici, id eſt, ſuſceptores huiuſmodi ſpecierú apud acta præ-
ſidum, vel magiſtratuum (intelligo locorum, vnde ſpecies ac-
cipiunt) profiteri compelluntur ſe incorruptas ſpecies recepiſ
ſe: quam profeſſionem veram iudices ipſi ſuo aſpectu debent
probare, ſubiiciendo ſuis oculis ſpecies, quod quidem, & vbi
cauſa exigit oportet præfectum ſeruare, cùm ad ſacram vrbem
ſpecies peruenerint: vt hic eodem titu. l. j.

De canone & frumento vrbis Conſtantinopolitanæ. *Rubrica.*

1 *Annona quomodo diurnæ tribuenda.*
2 *Vſui deſtinata in alium non vertenda.*

SVPERIORI titulo, qui de canone frumen-
tario vrbis Romæ loquitur, oſtenditur qualiter
canon debeat ad vrbem deferri, & ſub qua proui
dentia: iſte verò qui de canone & frumēto vrbis
Conſtantinopolitanæ inſcribitur, quemadmodum expendi de-
1 beat, demonſtrat: itaq; non in grano, ſed † in pane cocto etiam
diuinæ domui annona tribuenda eſt, ne creſcat inopia, ſi anno
na in alios vſus cómutata, frumēta inueniantur de publico có
parata, quæ aliis vēdi potuiſſent: vt j. eo. ti. l. ij. vnde illud ſcien
dum eſt, quòd frumentú nouú ante nó debet cótingi, quá ve-
tus fuerit totú expēſum: niſi fortè ita vetus fuerit corruptió, vt
ſine querela erogari nó poſſit: tunc enim per adiectioné por-
tionis noui, corruptelá velari oportet, ne ad inſtitutú negotiú
damnum fiſco inferatur: vt ſ. de cōdi. in pub. horreis. l. j. lib. x.
2 † Itē illud notandú eſt, quòd ſi pecunia ad frumēti cóparationē
deputata, nó debet in aliú vſum cóuerti, vel minui, pœna dupli
ſtatuta in eú, qui cótra fecerit: vt j. eo. ti. l. vlt. & ff. de admi. re.
ad ci. perti. l. ij. §. ij & §. ad frumēti. Quod verò de canone fru
mentario ſacrarú ciuitatú dictum eſt ſpecialiter his duobus ti
tulis propter prærogatiuá, ſiue maioritatē dictú puto. Verú in
cęteris idē puto eſſe, & exiſtimo, ar. vt ſ. de cond. in pu. hor. l. j.

De annonis ciuilibus. *Rubrica.*

1 *Annona mortui cui danda.*

IN hoc titulo illud ſolum dico, quòd publicæ an-
nonæ non tam titulis dignitatum, quàm meritis
1 perſonarum tribuuntur. † Ideóq; ipſo mortuo,
qui annonas percepit, ipſius ſchola de perceptis
annonis nihil vendicabit: ſed hæres eius, vel qui ab eo, ante có
parauerint: vt j. eodem tit. l. j. Hinc igitur argumentum colli-
go, quòd ſi canonicus perceptis fructibus ſuæ præbendę vitam
finierit, hæredes ipſius, vel qui ab eo comparauerint, vel alio ti
tulo acceperint, fructus retinebunt.

De mendicantibus validis. *Rubrica.*

1 *Mendicitatem validis eſſe interdictam, & quare.*
2 *Mendicantem validum prodens quo premio afficiatur.*

QVIA publicis annonis (de quibus prædictó eſt)
mendicantes plerunq; reficiuntur, & ſolis debili-
bus & infirmis qui corpore ſuo victum ſibi quæ-
rere non poſſunt mendicare permittitur, ideo de
1 mendicantibus validis audiamus. † Validi ergo, id eſt, robuſti
mendicare non debent: ne verè miſeris & infirmis panem aufe
a rant. [a] † Si qui ergo validi ſimulantes miſeriam, corporiſque
2 inertiam, ſiue debilitatem, diligenter requiſiti, [aliàs inſpecti]
inueniantur, quales vulgò ſpaualdos, ſiue galliatores nuncu-
pamus, ſi quidem ſerui fuerint, proditor ſtudioſus dominio
eorú potietur. Si verò liberi, ipſorú perpetuò colonatu frua-
tur: vt j. eo. ti. l. j. Quod forſan hodie correctú eſt cóſtitutione
recentiori: ſuis enim dominis reddūtur: liberi verò operibus
publicis deputātur: vt in auth. de Quæſto. §. ſi vero. verſi. læ-
ſos. Vel loquitur auth. ſpecialiter in his, qui in ſacra vrbe repe
riuntur: quaſi cú eis mitius ſit agendú: vel loquitur de his qui
per Quæſtorē fuerint reperti, vel de his qui nó ſimulant corpo
ris debilitatem, quaſi quod hic dicitur, ſpeciale ſit in his, qui
cum ſint validi, & robuſti, corporis ſimulant infirmitatē, ali-
quas herbas, ſiue appoſitoria corpori apponētes: propter quæ
tumidi, vel vulnerati [aliàs curuati vidētur: ſicut plure, gallio
ti. Nam & quidá cótracti, aliàs curuati] pedibus, & manibus
vidētur, cùm nó ſint. In ſumma illud notandó eſt, quod ſalua
manet dominis actio contra eum, qui vel fugitiuo ſeruo late-
bras, vel conſilium dederit mendicandi: vt j. eo. l. j. in fine.

ANNOTATIONES.

a Panem auferant. Adde do. Lucam de penna in rubri. nume. j. chart.
xxxj. hoc cod. tit. xj. & per rot. imo validi mendicantes ſunt in ſeruI-
tutem redigendi, vt tenent omnes doct. l. j. hoc eo. titu. eleganter. do.
Cardi. in cle. j. §. ideoque. de reli. & venera. ſanc. & in cle. ij. & in prin.
quarta oppo. de pœniten. & remiſſio.
b Spaualdos. Gloſ. rubric. hic, legit ſpaualdos ſiue galliotas.

De nautis Tyberinis. *Rubrica.*

QVONIAM per Tyberim ſpecies (de quibus ſ.
dictú eſt) nauigio ad ſanctá vrbē deferútur, & de
vrbe ad prouincias plerúq; mittútur: de nautis Ty
berianis audiamus. Nullus ergo habēs nauigiú in
alueo

alueo Tyberis cuiuſcunq; dignitatis priuilegio ab onere pu-
blico tranſuehendo, ſe poterit excuſare: ſed competentibus &
ſolitis obſequiis mancipabitur: vt hic eod.tit.l.vnic.

De frumento Alexandrino. *Rubrica.*

1 *Curialium in frumento officium.*

ALEXANDRI pueri [magni] merito à quo
nomen accepit Alexādria, copioſam largit item
frumenti conſecuta eſt. Nam c.& x. modij pro
alimoniis ipſius ſingulis diebus ſuperadditi ſunt
1 vt j.eo.ti.vlti. Item † curiales ad eam ſolicitudinē accedere nō
debent, ſed cura & prouiſione Orientalis præfecturæ officia
competentia deſignentur: quæ conuehendi frumenti ad ciui-
tatem gerant ſolicitudinem, atque pro laboris mercede com-
petens munus iudicio ipſius accipiant: vt hic.eo.tit.l.j.

De Alexandriæ primatibus *Rubrica.*

1 *Iuridici Alexandriæ officium.*

HOC quoq; priuilegio Alexandrina ciuitas deco
ratur, vt ipſius incorporati repurgandi fluminis
Nili onere non grauentur: quod (inquam) pur-
gari oportet: quia non pluit in Aegypto: verum
ex dinummo vectigali, ciuitatis quadringenti ſolidi ad ipſius
purgationem tribuuntur, quod tamē ex illo dinummo extra-
ctum fuerit, ex alio titulo, ſcilicet nauium repræſentabitur, id
eſt, ex telonio, ſiue riuagio quod de nauibus percipitur, quod
inde fuerit extractum, ibidem reponetur: illóque priuilegio
1 † Alexandrina: ciuitas exornatur, quod iuridicum proprium
habere poteſt: apud quem donationes legitimam excedentes
quantitatem inſinuantur, legum actus expediuntur, & for-
ſan teſtamenta publicantur: vt ſ.de offi.iuridici Alexand.

De iure reipublicæ. *Rubrica.*

1 *Ciuitates haberi loco priuatorum.*
2 *Reſpubl. cuiuſmodi prærogatiua vtatur in iudiciis, & de va-
riis, ciuitatum priuilegiis. & nu.11.*
3 *Sententia diffinitiua aduerſus rem publicam indefenſam lata,
eſt ipſo iure nulla.*
4 *Reſpubl. intra quantum tēpus reſtitui poſsit aduerſus læſionē.*
5 *Reſpu. cuiuſmodi priuilegium habeat circa mutuum ab ea da-
tum, vel ab ea acceptum.*
6 *Ciuitas quale priuilegium habeat circa acquiſitionem rerum.*
7 *Ciuitatis priuilegium circa debitores ſuos quale ſit.*
8 *Legatum annuū ciuitati relictum perpetuò deberi, & quid in
vſufructus ei relicto.*
9 *Legatione fungentes ciuitatis alicuius nomine, haberi pro ab-
ſentibus reipu.cauſa.*
10 *Reipub. ius pacto mutari non poſſe.*
12 *Ciuitates in quibus caſibus ſubiiciantur iuri communi.*
13 *Ciuitatem non poſſe diſtrahere rem alterius, alij creditori prius
obligatam.*

DIXIMVS ſuperius de iure quarundam ciuita-
tum ſpecialiter, nunc generaliter dicamus de iure
reipublicæ. ſ. ciuitatis cuiuſlibet. Audiamus ergo
breuiter, quę iura ſingularia reſpublica habet, in
quibus, quæ cōtra ſortiatur cum cæteris. In primis tamen il-
lud ſciendum eſt, quod in hac rubrica reſpublica impropriè
ponitur pro qualibet ciuitate (vt dictum eſt) non Romana.
Nimirum verè & propriè, ſola Romana ciuitas rectè appella
1 tur reſpublica. † Vnde bona ciuitatū abuſiue dicūtur publica
cū ciuitates loco priuatorū habeantur: vt ff.de ver.ſig.l.bona.
Item qui pro ciuitate nō Romana abeſt reipublicæ cauſa, nō
2 dicitur abeſſe: vt j.dicetur. † Vtitur ergo reſpublica prærroga-
tiua ſingulari in iudiciis: & quidē dupliciter: aliàs etiā ipſo iu-
re illæſa cōſeruatur, aliàs beneficio reſtitutionis iuuatur. Ecce
3 † enim, ſi in ea ſpecie in qua defenſorem non habuerit aliquid
aduerſus eā definitiuè ſtatutū eſt, ipſo iure nō valet, ad mino-
ris inſtar: vt hic eo.l.j.& ſ.ſi aduer.rē iu.l.vl.& ſ. qui legi.perſ.
ha.in iudic.l.j. Definitiuè ideo diximus: quia ſi nō defendatur,
per interloquutionē iudicialē bona eius poterunt poſsideri: vt
ff.quod cu. vniuer.l.j.§ fi.& l.ciuitates. Si verò habuerit defenſorē
legitimū, beneficio ſubleuatur reſtitutionis: vt ſ.de offic.eius,
qui vicē alicuius iudi.ob.l.j.& j.eo.ti.l.rēpublicam.& j ex qui.
4 cau.ma.in integ.reſti.l.reſpublica. † Dicunt quidā intra trien-
nium eam iuuari à tēpore læſionis per legē vnicā ſ.de ſen.ad-
uer.fiſ.la. Alij intra quadriennū cōputandum à tempore læ-
ſionis: alij à tēpore ſcientiæ. Ergo aūt dico eā perpetuò poſſe
reſtitui, cū ſit ſemper minor, & eiuſdē ſtatus. Nā & minor to-
to minoris ætatis tēpore reſtituitur: niſi aliquid ſpecialiter di
catur: vt.ſ.de tēp.in inte.re.l.ea.quæ. Idē ergo per inſtar, & mul
tò fortius in eccleſia dici poſſet. Si enim aliqua vniuerſitas pri-
5 uilegiata eſt valde potius priuilegiator eſt eccleſia. † Item in
mutui datione habet priuilegiū reſpublica, quæ ex ſolo pacto
petit vſuras fœnebris pecuniæ: vt ff.de vſur.etiā. Idē ſi mutuū
accepit, nō tenebitur: niſi pecunia fuerit in eius vtilitatē cōuer
ſa: vt ff.ſi cer.pe.l.ciuitas. Idē in eccleſia: vt in aut.de alie. & em
phy.§.pereos.in fi.col.ix. Idē quoq; de minore legitur: vt ſ.ſi
6 aduer.cre.l.j. † Præterea in acquiſitione rerum, priuilegiū ha-
bet ciuitas quælibet. Ecce enim rerū ſibi venditarum, vel do-
natarū, ſiue relictarū, longæuā exactionē habet. i. vſq; ad c. an
nos: vendicationē quoq; ex ſolo contractu: vt ſ.de ſacroſan.l.
vl. licet quidā in annorū curriculis: ſicut in eccleſia in ciuita-
te dixerint immutatū. In quę quę alienatione iura ſingularia
ſortitur ciuitas, nimirū ad inſtar minorū res ſuas ſine decreti
interpoſitione nō poſſunt alienare iuramento ciuiū interpoſito
7 de indēnitate: vt j.de vendi.re.ciui.l.vlt. † Ciuitatis quoq; pri-
uilegio dicitur, ne ipſius debitor ante ſolutionē in republica
honorē gerat. vt j de debi.ci.l.j. Itē vt rerū debitoris acceptor
quāuis in rē ſucceſſerit, pro rata rerū, quas poſſ.det, pro ſorte,
& vſuris perſonaliter teneatur: habiturus poſtmodū actionem
cōtra eū, quē liberauerit debitorē. Sed & illud potiſsime priui
legiū puto datū, vt ciuitatis debitor qui rerū ſuarū maiorē par
tem alienauerit, reſiduū ad idoneū cōpellatur poſſeſſorē trāſ-
ferre: vt j.de debi.ci.l.vl. Neue reſpub. tanquā potētiſsima cui
quā in cauſis patrocinū prębeat, exhibeātve procurationē: vt
8 ſ.ne fiſ.vel reſpu.l.j. Itē † priuilegio ciuitatis dictū puto, vt le-
gatū annuū ciuitati relictū perpetuo debeatur: vt ff.de ann.le.
l.annuā.pecuniā. Idē in eccleſia: vt ff.eo.tit.l.annua.§.j.& quā-
uis vſuſfructus ciuitati relictus 100. annis finiatur: vt ff.de v-
9 ſufr.l.à municipibus. Itē † vt fungētes pro ciuitatibus nō Ro-
mana legationē, pro reipub.cauſa abſētib. habeātur: vt ff.quib.
ex cauſ.l.ſed & ſi.§. hæc clauſula.& §.itē inquit.& ſ. quib.ex
cau.ma.l.j. Nō Romana ideo diximus: quia qui pro Romana
ciuitate abſunt, verè abeſſe cauſa reſpub. dicūtur: vt ff.de acq.
hæred.l.cū quidā.in prin. Sed & illud fortè ciuitatis dictū eſt
priuilegiū: vt legati earū, durāte legatione nō conueniātur: vt
ff.de iudi.l.ij.§.legatis. neue etiam quid in re propria agere de
beāt, maximè propter quod legationi præſtetur impedimētū: niſi
dānum iniuriámve patiātur: vt ff.de legatio.l. Paulus reſpōdi.
& l.legatus. Illud quoq; in repub. puto ſingulare, quod ſi atteſta-
tio pro repręſentatione à fideiuſſore, maximè corā tabulariis,
quāuis ſine ſcriptis in cauta publica fuerit interpoſita, pro ſcri-
pta habeatur, & poſt a. mēſes fideiuſſor tenebitur: licet in pri-
10 uata ſecus: vt ſ.de fideiuſ.l.vl. Itē † ius reipub. quaſi publicū pa
cto cōmutari non poteſt: vt ff.de admi.rer.ad ci.perti.l.ij.§.ius
reipub. Hæc ſunt ciuitatū ſingularia: & ſi qua reperiātur ſimi-
lia, quæ omnibus ciuitatibus à iure imperiuntur: ſunt tamen
11 † quędā quę gaudēt iure ſingulariſsimo ſpecialiter ſibi à prin
cipe cōceſſo, ſicut vtraq; Roma: vt ſ.de priuil.vrb.Conſtāt.l.j.
ſicut ſunt metropoles, prouinciæq; matres: ſicut Antiochia,
quę priuilegiū pignoris habet in bonis debitoris: vt ff.de pri-
uil.cred.l.Antiochēſiū. ſicut Ilia cuius municeps habetur, qui
de matre natus eſt Iliēſi. Delphis quoq; ac Pōtieis idem cōſti-
tutū eſt. vt ff.ad muni.l.j. Alexādria quoq; ſui cōditoris meritò
habet iura ſingulariſsima: vt diximus ſuperiori tit. Sed & ciuita-
tibus quibuſdam ſpecialiter datum eſt ius fabricādæ monetę.
quod aliis nō licet: vt nuper Bononię cōceſsit Imperator Hēri
cus. Sed & quibuſdā ciuitatibus cōceditur pleruq; atex alie-

næ diſtractio,collapſo ædificio:vt j.eo.ti.l.vlt.Quibuſdã etiã
remittitur teſtamentorũ faciendorũ obſeruatio ſolennis:vt ſ.
12 de teſta.l.ſi nõ ſpeciali.Verũ,ne† nimiũ inſultent ciuitates, ſi-
cut plerũq; faciunt in Lõbardia,de publico caballũ facientes,
pro modico ſibi cõceſſo totũ vſurpantes,iuribus ſubiiciuntur
cõmunibus in multis. Ecce enim,non capiunt ex imperfecto,
vel inutili teſtamẽto,quia nec Imperator:vt ſ.de teſta.& quõ
ad.teſt.ordin.l.ex imperfecto Itẽ ipſorum legata quamuis ad
opera publica,vel ad honores relicta.per Falcidiã diminuan-
tur vt ff.de admi.re ad ci.pert.legatã.Itẽ fideicõmiſſa generalia
ciuitatibus relicta per Trebellianũ S.C.diminuuntur:& eis,&
in eas actiones dantur:vt ff.ad Trebel.l.omnibus.Item in bo-
nis debitoris ſui nõ habet ius pignoris ciuitas:niſi de pigno-
re conuenerit:vel ſpeciali beneficio hoc conſequuta fuerit:ſi-
cut nec priuatus:vt C.eo.ti.l.ij.Item nec rem alienam,quam-
uis aream,collapſo ædificio ad domini præiudicium diſtrahe-
re poterit:niſi ſuper hoc certã legem,id eſt, beneficiũ accepe-
rit:vt j.eo.tit.l.vlt. Item ſi metum, vel vim aliquã fecerit,ſicut
quilibet conueniretur : vt ff.quod met.cauſa l.metũ.iij §.ani-
maduertendum.quamuis dicatur alibi quòd vniuerſitas con-
ſentire non poterit,vel dolo facere. Illud enim non impoſſi-
bilitatẽ.ſed facti notat difficultatem:vt in pandectarum volu-
mine,tit. de dolo, l.ſed ex dolo.§.ſed an in municipes notaui-
13 mus,Item rem† alteri creditori primò obligatam,ciuitas non
debet diſtrahere,ſicut nec fiſcus:nec lucri cauſa donationes ad
mittere , quia nec fiſcus: vt ff de iu.fiſ.l.res quæ.Si enim fiſco
nõ licet,nec ciuitati:cum nulla ciuitas ſimile priuilegium ha-
beat fiſco:vt ff.ad muni.l.ſimile.Item ſi nõ defendatur ciuitas,
ſicut cum ſq;,ita & ciuitatis poterunt bona poſſideri: vt ſ.di-
ctum eſt.Item ciuitas rem quã vendidit,vel locauit,ſub præ-
textu adiectionis,[alias addictionis id eſt, quia maius ab alio
pretium,ſiue merces offeratur,reuocare nõ poterit:niſi ſuper
hoc fuerit beneficium ſpeciale:tẽpora enim adiectionis [alias
addictionibus] præſtituta ad fiſci cauſas pertinent : vt ff.ad
municip.l.Lucius.§.vlti.& C.de vend.re.ci.l.j.& ij.

De adminiſtratione rerum publicarum. *Rub.*

1 *Adminiſtratores reipub.quales eligi debeant, & qualiter , & à quibus.*
2 *Adminiſtratores reipu. electi ſi detractent adminiſtrare , per quos compelli poſſunt.*
3 *Adminiſtratorum reipub officium quale ſit.*
4 *Adminiſtratores reipub.de quibus teneantur.*
5 *Adminiſtratores reipu.quando teneatur ad vſuras, & ad quas.*
6 *Adminiſtratores reipu.qua actione conueniantur a repub , vel experiantur contra eam: & quando ea actio detur cõtra adminiſtratores in duplum.nu.7.*
8 *Decuriones nec per ſe nec per ſuppoſitas perſonas poſſunt prædia publica conducere.*
9 *Prohibitus per ſe aliquid facere,nõ poteſt id per aliũ explicare.*

EXPOSVIMVS ſuperiori tit.reipub. iura tam
cõmunia,quàm ſingularia: verum quia prædicta
iura parum proficerẽt,niſi eſſent qui reipub.nego
tia miniſtrarẽt. Ideo ſequitur de adminiſtratione
rerum publicarũ Diſſeramus ergo quales,& qualiter,& à qui-
bus tales eligãtur adminiſtratores, per quos.& qualiter ſi de-
tractẽt,adminiſtrare cõpellantur:quid debeãt agere,& à qui-
bus temperare, quid in eorum veniat adminiſtrationem : qua
actione conueniãtur,& experiantur,& inquantum,& quales
ſint actiones. In primis tamen illud ſciẽdum puto,quũ hic
agitur de adminiſtratione rerum publicarum. Adminiſtrato-
1 res per magiſtratus † reipubl tales debẽt eligi in concilio pu-
blico decreto, qui idonei ſint ſcientia, moribus, patrimonio,
ætate,ad rerum publicarum adminiſtrationem, nullóq; poſ-
ſint priuilegio excuſari:idoneũ mq; præſtẽt fideiuſſorem vnũ,
vel plures,de rebus publicis diligẽter cuſtodiendis, & admini
ſtrãdis:niſi forſan per præſidem ex inquiſitione fuerint electi,
vbi ad inſtar tutorum prædicta ſatiſdatio ceſſabit: vt ff.ad mu
nicip.l.ij.& l.Lucius.[& ſ.de ſuſcepr. & arca.l.iuſta.& l.exa-
ctores. & ſ.de decur.l. nominationum.] & j.de peti.nomina-
torum.l.j & ij.& ff.de muneri.& honori.l.& cui.§. liberti.&
l.cura.§.j.& l.ad rempublicam. & l. vt gradatim.& l.honor.
§.iij.& ff.de admin.rer. ad ciui.perti.l.vlti. & ſ.de excuſat.tut.
l.ſcue iter.& ſ.de ſumpt.recup. l. vnic. Compelluntur autem
2 ſi † detractent adminiſtrare per præſidem prouinciæ remediis
quibus tutores cogi ſolent, id eſt, captis pignoribus: vt ff.de
mune.& hono.l.ſi quis.& ff.de adminiſtr.tuto.l.j. & v.& ſ.de
3 pign.l.nominatori.Agere † autem debent reipublicæ admi-
niſtratores id,quod cauſa deſiderat,id eſt,negotium, ad quod
inſtituti ſunt,ſcilicet.vt ex fide reipublic.negotia gerant:cum
idoneis hominibus nomine reipublicæ contrahãt, fidelia mi-
niſteria ſecum habeant, à debitoribus reipublicæ ſuo tempo-
re debitam pecuniam exigant , idoneam ab eis ſatiſdationem
accipiant,alioquin quãti intereſt reipublicæ ſatis non eſſe ac-
ceptum,reſpondere cogantur.reipublicæ agros quamuis bo-
na fide ab aliis poſſeſſos vendicent . maximè cùm emptores
poſſint ad authores ſuos [reuerti,aliàs recurrere:rationem ad-
miniſtrationis ſecundum fidem acceptorum,& datorum reſti
tuant,pecuniam ad opera ciuitatis relictã potius ad vetera re-
ficienda,quàm ad noua inchoanda expediant , niſi ſpecialiter
ad nouum opus relicta fuerit:quo caſu ad opera noua poterit
erogari,ſi ſatis operũ ciuitas non habet. Et facilè pecuniæ ad
reficiendum inueniãtur,alioquin etiam in tutelam potius eo-
rum quæ ſunt, debet conuerti: vt ff.de negotiis geſt.l.litis.§.ſi
pecuniæ.& ff.ſi certum petatur.l periculũ.& argu.ſ.arbit.tut.
l.ij.& in authen. vt iudices ſine quoquo ſuffrag.§.eos & j.eod.
tit.l.ij.& iij.& ff.de adminiſtratio.rerum ad ciuitatem pertinẽ.
l vltim.circa principium.& l.ij.§.ij.& l.decuriones.§.j.& ff.de
ope.pub.l.vltim. in princip. Item res ſuperuacuas,& quæ ſer-
uando ſeruari nõ poſſunt,diſtrahere debẽt reipublicæ admini
ſtratores,ad tutorum, vel curatorum inſtar. Item familiæ pu-
blicæ neceſſaria adminiſtrare,& ſimilia:vt ſ. de adminiſtratio.
tuto.l.lex,quæ tutores. [Caueant autem reipublicæ admini-
ſtratores ne rempublicã in ſua iuſtitia,in defenſam relinquãt
ideo in ſua iuſtitia dixerim: quia bonã fidem non perhibentur
agnoſcere,ſicut tutores:vt ff.de adminiſtratio.tut.l.tutores.&
l.quoties.§.ſicut.]Item caueant ne publica commoda occul-
tent,né ve nomine reipublicæ aliquibus calũnias inferant.Itẽ
ne pecuniam publicam ad aliquem vſum deſtinatam, ad aliũ
transferant:niſi forſan authoritate principali : vt argumen.ſ.
de adiu.fiſ.l.fiſci aduoca.& ſ.de adminiſtra.tut.l.nõ eſt.& ff.
eo.tit.l.j.& ij.in princi.& l.legatam.& ſ.de canone fru.vrb.
Conſtan.l.j.& ij. Item caueant ne operũ exactionem cuiquã
ſine cautione committant,né ve fundum vectigalem à poſſeſ-
ſoribus,ſuis temporibus debitas penſiones ſoluentibus:aufe-
4 rant:vt ff.eod.tit.l.vltim.& hic eod.tit.l.j. † Veniunt autem in
hanc adminiſtrationem(cum ſit neceſſaria)geſta & gerenda,
& dolus,& culpa,ſed & diligentia:vt argumen.ſ.de neg.geſt.
l.tutori.& ff.ad municip.l.quid ergo & l. Lucius in princip.
& ff.eo.tit.l.magiſtratus.Veniunt quoq; damna omnia,& de-
trimenta quæcunque reſpublica per adminiſtratorum negli-
gentiã paſſa eſt,vel ſi quid honeſtè lucrari potuit: vt argu.ſ.
de arbit.tut. l.quicquid.& ff.eo.titu.l.vltim.& j eo.titul.l.ij.
5 Vſuræ† quoque veniunt in hac actione ſecundum conſuetu-
dinem regionis:ſi pecuniam publicam ſine cauſa apud ſe deti
nuerit adminiſtrator,tardiúſve ipſam publicis intulerit ratio
nibus:vel ſi eam in ſuos vſus conuerterit. Verũ hoc poſteriori
caſu ad tutorum inſtar forſan grauiores præſtabuntur vſuræ
vt ff.de vſur.l.j.in prin.& in fi.& ff.de admini.tut.l.tutor,qui
repertorium.§.pecuniæ.præter crimen legis Iuliæ,de reſiduis,
quod incurrit:maximè ſi pecunia ad aliquem vſum fuerit de-
ſtinata:vt ff.ad leg.Iul.pe.l.ij.& l.iiij.§.j.aliàs verò ,cũ ex de-
trimẽto ſoluitur pecunia,quæ non lata culpa adminiſtratoris
deperdita eſt maximè cùm pro aliis conueniuntur forſan mu
neris participibus,ſortis damnum eos ſubire ſatis eſt: vt ff.ad
muni.l.Lucius.§.j. & l.cõſtiturionibus.& j.de his qui ex offi.
quod admi.conue.& ff.eo.tit.l.vlti.in prin.alia forté cauſa eſt
tutoris,vel magiſtratuum,qui pro tutoribus cõueniuntur: vt
ff.de admi.tut.l.tutor,qui repertorium.§.pen. & ff.de magiſt.
6 cõue.l.ſi.Qua autem actione † cõueniantur,vel experiãtur rei
pub.adminiſtratores à republica:vel cõtrarium,me legiſſe nõ
memini:ſed forſan conueniuntur , vel experiuntur in factum
actione

actione:vt ff.de mag.conue.l.j.circa princi.vel(quod puto ve-
rius) conuenientur, & agent actione vtili neg.geſt.directa,&
contraria.cùm ex neceſsitate adminiſtrarent : vt ff.de neg.ge.
l.ait prætor.§.hac. Quales ergo ſint,& inquantum competant
huiuſmodi actiones,ex his quæ dicta ſunt ſ.de neg ge.in ſum-
7 ma, aduertere licet. In † ſumma tamen illud notandum eſt,
quòd hæc actio quandoq; in duplū datur contra adminiſtra-
torem:puta ſi in diſtrahēdis bonis reipublicæ fraudulenter ſe
geſſerit:verùm pœna non tranſibit ad hæredem:vt ff.eo.l.vl.
Item ſi pecuniam frumentariam in alium vſum cōuertit:vt ſ.
de cano.fru.vrb.Conſtan.l.vlt. Vel forſan illud eſt ſpeciale in
canone frumentario illius vrbis: verùm in aliis ſatis eſſet vſu-
8 ras præſtare.† Item illud notandum eſt,quòd decuriones præ-
dia publica, nec per ſe, nec per ſuppoſitas perſonas poſſunt
9 conducere. Quod † enim quis per ſe facere prohibetur, per a-
lium explicare non valet:vt ff.eod.l.ij.§.j. Verùm & quādoque
contra:vt notauimus in libello diſputatorio. Si tamē cōducto
ribus ſucceſſerint,manebunt in cōductione:vt ff.de decu.l.de
curio.quod mirum non eſt:quia iure hæreditario licitum de-
prehenditur,quod aliàs nō liceret. Item cum vniuerſitate tran
ſit quod per ſe non poteſt : verùm & his ibidem cōtradictoria
dedimus. Item illud prætereundum non puto, quòd huiuſ-
modi actiones quæ dantur reipublicæ & contra rerum publi-
carū adminiſtratores, dantur etiā hæredibus adminiſtrantiū,
& cōtra heredes, niſi quando pœnaliter agitur, vt dictum eſt.

De vendēdis rebus ciuitatis. *Rubrica.*

1 Ciuitatum res cuiuſmodi primò vendi debeant.
2 Ciuitatum immobilia qua ſolennitate adhibita vendi debeant.
*3 Emens rem ciuitatis non ſeruata ſolennitate requiſita, quali-
ter puniatur.*
*4 Emptorem rei ciuitatis non aliter eſſe ſecurum, quàm ſi proba-
uerit, pretium in vtilitatem ciuitatis proceſſiſſe.*

QVIA per adminiſtratores rerum publicarum de
quibus ſ.dictum eſt plerunque diſtrahuntur bona
ciuitatum,de vendēdis rebus ciuitatū conſequen-
ter audiamus. Videamus ergo quæ res ciuitatum,
1 qualiter,& quo ordine vendi debeant. Et quidem † res mobi-
les ciuitatum: & maximè quæ ſeruando ſeruari non poſſunt:
imò tenentur ciuitatū adminiſtratores antè diſtrahere:vt dixi
2 mus ti.ſuperiori. Immobilia verò, vel † quæ inter immobilia
computantur, vt annonas ciuiles, mancipia ruſtica,& vrbana
vndecunque ad ciuitates deuoluta, ſiquidem ad vrbem regiā
pertineant, non aliter vendere poterunt, niſi principalis hoc
permittat authoritas. In prouinciis verò coram præſidibus,
præſentibus omnibus ciuitatū habitatoribus,vel parte pluri-
ma,præſtito à ſingulis iuramento pro manifeſtanda patriæ
vtilitate,ſi concordauerint omnes, vel maior pars, in aliena-
tione,præſidiali decreto intercedente,rerum immobilium ci-
3 uitatis venditio celebretur: vt j.eod.tit.l.vl. Aliter † ergo fa-
cta venditio nō valebit:imò emptor qui contra legis formam
comparauit,& pretium perdit,& rem reſtituet cum omni me-
dij temporis incremento:quaſi malæ fidei poſſeſſor:cùm con-
tra legum interdicta mercetur,ſed forſan contra venditorem
ſuum habebit regreſſum.arg.ſ.de agr.& cenſi.l.quemadmo-
4 dum † In ſumma ᵃ illud notandum puto, quòd quamuis legi-
a timè ſit facta venditio,tamen res emptori non auferetur, niſi
probauerit pretium in vtilitatem ciuitatis proceſsiſſe: quaſi
debeat eſſe curioſus, ad inſtar emptoris rei eccleſiaſticæ : vt ſ.
de ſacroſan.eccleſ.auth.eo.hoc ius porrectum. Secus in empto
ribus rerum fiſcalium, qui ſecuritatibus ſuper ſoluto pretio
receptis nullam de cætero moleſtiā patiuntur: vt ſ.quadrien.
præſcr.l.ij §.ad hæc. Verùm pro hoc commodo illud habent
incōmodum rerum fiſcalium emptores vel cōductores: quod
adiectione maioris pretij,vel mercedis facta ab alio,poteſt ab
eis inter ſtatuta tempora fortè viginti dierum, vel decem res
vendita auocari:niſi ipſi eandem , vel maiorem faciant adie-
ctionem : quod non eſt in emptoribus vel conductoribus re-
rum ciuitatum, tempora enim adiectionis preſtituta tantùm
ad res fiſcales pertinent:vt J. eo.tit.l.j.& iij. & ff.ad municip.
l.Lucius.§.vlt.& in auth de alie.& emphy.§. quæcunque ve-
rò.& argu.ff.de ædil.edict.l.quòd ſi nolit.§.pen.& j.de loc.
præd.ci.l.pen.& vlt.& ff.de in diē ad dict.l. licet. & l.neceſſ.

ANNOTATIO.

a In ſumma. Vide ad iſtam materiam Spec.in tit.de loca.§.vj.doctor.in l.reſpub.lica.C.ex qui.cau.ma.& in capi.j.de reſti.in integr.

a *ALIA SVMMA.*

1 Ciuitatis res quando vendi poſsint,& quo ordine.
*2 Iurare qui debeant propoſitis duntaxat ſacris ſcripturis, non
etiam tactis:& qui iurare debeant eis tactis.*

DE adminiſtratione rerum ciuitatum dictum eſt.
nunc de vēditione earum dicēdum eſt,ſ.quādo de
1 beat fieri,& quo ordine. Si † quidem tunc debet
b ᵇ fieri, ſi neceſſe ſit publica mœnia renouari,vel re
ſtaurari. Hoc autem ordine debet fieri,vt ſi Cōſtantinopolita-
na ciuitas vēdit, ſolius principis expectatur authoritas: ſi alia
ciuitas vendat domum,vel annonas ciuiles,& quælibet ædifi-
cia,vel mācipia,liceat ei pro ſuo cōmodo vēditionem inire:vt
publica mœnia renouētur,vel reſtaurētur,ceſſante omni frau-
de. Conueniri autem debent, aut intereſſe omnes curiales, vel
pars maior eorum,item & honoratorum, & poſſeſſorum ciui
tatis,& propoſitis ſacroſanctis ſcripturis, ſigillatim vnuſquiſ
que deſignet ſuam ſentētiam, quam vtilem ſuæ patriæ putaue
rit, & ſi decreti recitatione interueniēte, in prouinciali iudi-
cio emptor ſit ſecutus. & valebit talis cōtractus ſiue partitus.
Securus(inquam)erit emptor,etiam ſi exiſtat qui pluris licita-
tor poſtea. In cauſis enim ſiue vēditionibus fiſcalibus tēpora
adiectionibus præſtituta habēt locum: non autem in vēditio-
nibus rerum ciuitatum:niſi ſit aliqua ciuitas,quæ talibus ſuf-
fulta propriam habeat legem. Et idem per ſimilitudinē con-
tingit in venditione prædij ciuitatis,vt prętextu additamenti
locatio non infringatur:vt j eo.l.j.ij.& vlt.& ff.ad municip.l.
2 item.§.vlti.† Propoſitis(inquam)ſacroſanctis ſcripturis,non
dicit tactis:niſi verba cum effectu accipiātur:quaſi tunc videa
tur iurare,cùm corporaliter ſacramentum præſtatur,ſicut Im
perator cōcedit minori,vt iuramētum corporaliter præſtitum
debeat probare : vel niſi fortè cùm iuraſſet prius conſulere ſe
reipub.in memoriam ſui ſacramēti ea videātur. ſic facit iudex
in cauſæ examinatione,& deciſione:vt ſ.de iureiurando.propter
cal.auth.hodie. Et ſi fortè propter difficultatem non ſit iuran
dum,eo quòd plura ſacramēta ſuper minima re eſſent neceſſa-
rio propoſitis etiā ſcripturis.dicū·[aliàs dent] epiſcopi teſti-
moniū ſecundū quod decet ſacerdotes:vt in auth.de ſan.epiſc.
§.nulli verò.Itē duces militię propoſitis ſanct.euāgeliis iurare
debēt:vt in auth.vt iic.ma.& auiæ.§.quod autē.Sed & qui re-
cipit ad adminiſtrationē,euāgelia debet tāgere:vt in auth.iuſ-
iur.quod pręſta. Iurant quoq; partes quòd nihil dederūt, nec
dabunt: vt in auth.vt litigan iur. Curatores etiam minoris,&
furioſi,iurant tactis ſacroſanctis euāgeliis:vt in auth.vt ij qui
obli.perhi.res mi.§.pe.& de cura.fu.l.vl.& maritus iura vxori
ſacra tangens eloquia : vt in auth.qui.mo.na.effi.col la.vj.in
fi. Conſonat prædictis,quod ciuitatis adminiſtratores res eius
obligare poſsint:vt ff.de pig.l.ſi is. Et cùm venditur res eccle-
ſiæ,debitum cōſiſtere oportet,nec ex mobilibus ſoluiſſe poſ-
ſe:vt in authen. de aliena.& emphy.

ANNOTATIONES.

Summa. Antiquiſsimus auctoris ciuilis gloſſator Pileus hos ordinem proxime ſequentes titulos ex profeſſo repetiit, quedam ad placentini ſcripta annectens, quale ad l. Mutuum à multis tactum eſt: itaque ſingulas illius repetitas ſummas, ſingulis iiſdémque propriis rubricis ſubiecimus,ne cui vel diuerſæ,vel geminatæ videatur.

b Si quidem tunc debet. Ad hoc vide Barto.& doct.poſt gl.in l.continuus.§ cum quis in ver. quæritur ciuitas.ff.de ver.obl. Bal.in rub. C.de contrahen.emp.& ibi docto.

De debitoribus ciuitatum. *Rubrica.*

1 Debitores ciuitatum non poſſe honores in repub. gerere antequam debito ciuitatis ſe exoluerint: atque inibi an id ſit perpetuum.
2 Pecunia reipub quomodo collocanda.
3 Emptores rerum debitoris ciuitatis,vel alio titulo eas poſſiden-

ſos, quatenus teneantur ipſi ciuitati.
4 *Specialia aliquot circa debitores ciuitatum.*

1 DE debitoribus ciuitatũ illud ſolùm dico, † quòd
ciuitatis debitor non prius in repub. honoré ge-
rere poteſt, quàm debito ſe abſoluerit ciuitatis: vt
hic. eo. tit. l. j. quod tamen non de omni debitore
intelligendum eſt, ſed de eo tantùm, qui vel ex adminiſtratio-
ne, vel pollicitatione, quam recuſare nõ poterit, obligatus eſt:
tamen vice ſolutionis quis debet cauere idoneè, pignorũ, aut
fideiuſſorũ datione: vt ff. de mune. & hono. l. reſcripto. §. de-
2 bitores. † Item illud ſciendum eſt quòd reipub, ſortes, id eſt,
pecuniæ capitales, apud idoneos debitores debent collocari,
atq; remanere. Ita tamen vt vſuras ſuis, quibuſq; ſoluant tem-
poribus: quod etiam ipſorum intereſt debitorum: ne pro-
3 pter hoc cumulum debiti nutriant. † Item debitores ciuita-
tum, ſi patrimonium quacunque fuerit ratione exinani-
tum, qui ab eis quocunque alienationis titulo de ſuis com-
parauerint facultatibus, pro rata rerum quas poſsident debi-
tis ciuitatũ tenebuntur obnoxij. Intelligo tamen primò ipſo
debitore conuento. Item hoc exiſtimo: etſi nihil in reipubli.
fraudem fuerit alienatum: vt j. eo. tit. l. vlti. & ſ. de conue. fiſci
4 debi. l. j. & ff. de iure fiſci. l. Moſchis. In † debitoribus ergo ci-
tatum quatuor notantur ſpecialia. Primũ, quòd antè ſoluunt
debitum, quàm ad honores reipublicę aſpirent. Secundum,
quòd ab eo quãuis bona fide cõparantes à repub. conueniun
tur. Tertiũ, quòd perſonaliter tenentur: quamuis in remſuc-
ceſſerint. Quartum, quòd totum compelluntur debitores ci-
uitatum vendere patrimonium, maiore parte diſtracta: [vt j.
eo. l. vltima. Sed & illud quintum notari poteſt, ſcilicet quòd
debitor ciuitatis de pecunia ſibi ex nudo pacto credita vſuras
preſtabit: vt ff. de vſur. l. etiam.]

ALIA SVMMA.

1 *Ciuitatis pecunia apud quos ſit collocanda.*
2 *Actiones cuiuſmodi naſcantur ex mutuata pecunia ciuitatis.*
3 *Alienata à debitore reipub. quatenus reuocentur, & qua ratio-*
ne conſulatur ei, à quo ſuat per reuocationem ablata.
4 *Debitor reipub. an, & quãdo poſsit ſubire honores in ea repub.*
5 *Vectigalium conductorẽ non admitti iterum ad, eorum condu-*
ctionem, niſi priori conductioni ſatisfecerit.

CVM dictũ ſit de bonis immobilibus ciuitatum:
nunc de nominibus, & ſic de debitoribus ciuita-
tum audiamus. Vnde videndum eſt, apud quem
ciuitatis pecunia ſit collocanda, & quatenus de-
bitores teneantur, id eſt, obligationes ex ciuili mutuo naſcan
tur. Et quæ probatio teneat ciuitatis debitores, videamus.
1 † Ciuitatis ergo pecunia apud idoneos debitores eſt collo-
canda: vt ſint integri facultatibus, & ſint domini prædiorum
vrbanorum, & ruſticorum, & annuas vſuras quibuſq; tempo
2 ribus exoluãt. † Ex tali mutuo non ſolùm naſcitur certi cõdi-
ctio ex mutuo, ſed alia quaſi hypotecaria. Nam bona debito-
ris incipiunt quaſi eſſe obligata ciuitati. At ſi poſt mutuum
3 † tale de rebus ſuis alienauerit, non in totum, ſed pro rata res
reuocabitur: ſed & illi à quibus reuocabitur, non ſunt omni
deſtituti auxilio: quippe (ſi voluerint) perſonalem habent a-
ctionem cõtra debitorem qui liberatus eſt earum ſolutione.
Non ſolùm autem alienata reuocãtur pro rata, ſed etiam quæ
remãſerunt debitori ad idoneum ſunt trãsferenda. Si verò ta-
lis debitor bona ſua fiſco ceſsit, & fiſcus ea vẽdidit, emptores
non cõueniuntur. Sed ſi aut debitor non cõpareat, vel de bo-
nis eius non inueniẽtur, redundabit in damnum ciuitatis: vt j.
4 eo. l. ij. † Hæc probibitio tenet debitorem ciuitatis, vt ſi ſit de
bitor ex adminiſtratione, vel ex pollicitatione, qui recuſare
non poſsit honorem, niſi prius ſoluto debito, illam ciuitatem
nõ ſubeat: vel eo quod iure ſolutionis ſufficit dãdo pignora,
vel fideiuſſores idoneos: ſed in mutuo non eſt talis probibi-
tio: vt hic cod. l. j. & ff. de mune. & hono. l. reſcripto. §. debito-
res. licet minoris debitor ad eius curam non accedat: vt in au-
5 then. vt ij, qui ſe obliga. perhib. res minorum. † Cõſonat præ-
dictis ad iterandãmve vectigalium conductionem, quem non
admittendum: niſi prius ſuperiori conductioni ſatisfecerit: vt
ff. de public. l. licitatio. §. reliquatores. Ab his (inquam) qui à
fiſco emunt, non ſunt reuocãda bona debitoris: ſi fortè ex an-
terioris contractu fiſcus iure ſuo læſus fuerit: vel ſi ex poſterio
ri ſecundum legem Zenonis vſq; ad quadriẽnium contra æra-
rium agere ciuitatis poterit: vt ſ. de quadrien. præſcript. licet
enim ſit reſpublica, tamen priuilegium fiſci firmius eſt, & for-
tius. Nam ſimile priuilegium fiſco nulla ciuitas habet, cùm
creditoribus omnibus chirographarijs præponatur: vt ff. de
priuileg. credit. l. bonis. §. reſpublica & ff. ad municip. l. ſimile.
Et in eo quod non reuocat rem, vel agit ad debitum, non pri-
uat videtur iure pignoris ſecti, ſed quaſi ad eius inſtar. Nam
indiuidua eſt cauſa pignoris: excepta cauſa legati, cùm agitur
hypothecaria de bonis legantis contra hæredes: ſicut enim
quiſquis hæredum pro parte cõuenitur perſonali actione, ſic
hypothecaria non vltra illius partem extenditur: vt ſ. cõmu-
nia de legatis. l. j. §. fi. Sed cum pluribus præſentibus obliga-
tur, hoc agi videtur vt cuique pro parte obligetur, ſecundum
quantitatem debiti: vt ff. de pignorib. l. ſi fundus. §. ſi duo. &
cùm plures mittuntur in poſſeſsionem, æqualiter mittuntur:
vt ff. de dam. infe. l. ſi finita. §. cùm autem ij. vel quia reſpublica
iuuatur, vt pupilla, quæ gaudet hypothecaria in bonis tutoris.
Habet reſpublica idem in bonis ſui adminiſtratoris. ſiquidem
cauſa ciuitatis in bonis debitori, ciuitatis. non ſepararetur ab
alijs creditoribus conditionalibus: vt ſ. de iure reipubli. l. ij. &
iij. Videtur cõtradicere huic legi: quia pro rata reuocat ciuita
bona debitoris vendentis, eo quod non videtur fraudari, qui
pretium receperit: vt ff. quæ in frau. cre. l. ex his & l. qui à de-
bitore. ſed non contradixit, vt dicamus referre ſit ciuitas ſola
creditrix, vel habeat creditores. Vbi ſola eſt alienata reuocat
pro rata: ſi ſola non eſt, non reuocat ab alijs: ſed non à credi-
toribus, quia ciuitates loco priuatorum habentur: vt ff. de ver.
ſig. l. ij. niſi ageret communi iure in factum: quia in fraudem
alienata reuocãtur: Vel (quod dicitur) vt reſpublica creditrix,
creditoribus, omnib⁹ chirographarijs præferatur, intelligatur
de republica Romana: in cuius locum ſucceſsit imperium, vel
non reuocat rem pro rata, ſed ratione debiti agit pro rata, iu-
re ſingulari, ſpeciali eius priuilegio.

De periculo nominatorum. *Rubrica.*

1 *Nominatores adminiſtratorum reipub. ex quibus caſis conue-*
niantur. & nu. 4.
2 *Actio in nominatores adminiſtratorũ reipub. quatenus detur.*
3 *Magiſtratus qui teneantur tanquã nominatores adminiſtrato-*
rum reipub.

QVIA reipublicæ adminiſtratores per magiſtra-
tus populi Romani mandato eliguntur, (vt di-
ctum eſt) adminiſtrationiſq; ipſorum periculum
plerunque reſpicit nominatores, de periculo no-
minatorum audiamus. Videamus ergo, pro quibus cauſis
conueniantur nominatores, quatenus, quando autem, & quo
1 ordine ſint conuenendi, explicatur j. titu. ij. † Conueniuntur
itaque nominatores, ſi non idoneum ſucceſſorem, vel alium
in republica nominauerint adminiſtratorem, vel ſi cautio-
nem idoneam à nominatis non exegerint. Verùm hoc caſu
excuſantur, ſi adminiſtrator nominatus depoſito fuerit of-
ficio ſoluendo, ipſumque reſpiciet periculum, qui eum nomi-
ne reipublicæ debuit cõuenire. Vitium enim ceſſationis alie-
ne ad nominatorum damnum pertinere non debet; niſi for-
ſam e veſtigiò depoſito officio, ſoluendo eſſe deſierit, vbi non
excuſabitur nominator: vt ff. ad municip. l. ſecunda & l. exa-
ctores. & ſ. de ſuſcepto. præpo. & arca. l. ſecunda. & l. exacto-
res. & ſ. de conuen. fiſci debi. l. quoniam. & j. eodem titulo, l. j.
& vltima. & ff. ad munici. l. imperator. & l. ordine. §. in eum. &
ff. de admini. rerum ad ciuita. perti. l. ij. §. ſi eo. & ff. de magiſt.
conue. l. j. §. ſi magiſtratus. & arg. de neg. geſt. l. diuortio.
2 † Conueniuntur autem nominatores eatenus, quatenus per
adminiſtratorum vitium reſpublica damnificata eſt. Verùm
qui pro alijs tenentur, ſortes eos reddere ſatis eſt: non etiam
vſuras præſtare neceſſe habent; vt ſ. de ſuſcepto. præpo. & ar.

l.exactores.& ff.ad municip.l.libertus.§.vltimo.& l.Lucius.§.
j. & l.conſtitutionibus.Illud autem prætereundum non exi-
ſtimo,quòd nominator à ſe tantùm nominati periculum ad-
miniſtrationis præſtabit:non ſi quid à nominato ab eo qui ma
3 luerit malè geſtum eſt:vt j.eodem titul. l. vltima. † Item illud
notandum puto,quòd minores tantùm magiſtratus,qui no-
minatores ſunt,non etiam præſides prouinciarum,qui ſunt ve
lut confirmatores,à republica conueniuntur:vt ſ.de ſuſce.præ-
po.& arca.l.exactores.& Inſtitut.de ſatiſda.tuto.§.vltimo. &
4 ff.de magiſt.conue.l.j.§.j. In † ſumma illud quoque notandũ
puto,quòd nominator pro illis tantùm negotiis tenebitur quę
principaliter in republica geſsit nominatus,puta ſi pecuniam
publicam tractauit,habuerit erogandam,decreuit,ſi curato-
res operum,vel cuius alterius in republica creauit,ſi ſucceſſo-
rem ſibi nominauit,ſi vectigalia publica locauit,vel quid ſimi
le in republica egit,ſi autem tutores pupilli nominauerit mi-
nus idoneos,vel cautionem non exegerit:vel minus idoneam
acceperit,non tenebitur nominator eius:quia nec pater (licet
cõſenſiſſet nominationi filij) teneretur,nec fideiuſſor: vt ff. ad
muni.l.ij.& ff.de magiſtr. conue.l.j.in princi.Item illud notan-
dum eſt,quòd actio quæ in nominatores datur,in hæredes, &
fideiuſſores eorum extenditur:vt Inſtit.de ſatiſda.tut.§.pen.

A L I A   S V M M A.

1 *Magiſtratus nomine,qui non eſt ſoluendo poſt depoſitum offi-
cium,quis teneatur.*
2 *Nominatorem magiſtratus teneri eius ſolùm nomine,quem no-
minauit,nõ etiã eius quẽ nominatus ſucceſſorẽ ſibi nominauerit.*

MAGISTRATVS cùm nominat ſibi ſucceſſo-
rem,debet ab eo,& eius fideiuſſore recipere cau-
1 tionem rempublicam ſaluam fore. Et ſi † quid
malè adminiſtrauit, & tempore depoſiti officij
non fuerit ſoluendo,conuenietur qui eum nominauerit. Si au
tem fuerit ſoluendo tempore depoſiti officij,non tenebitur no
minator,ſed potius imputabitur illis qui nomine reipub.eum
poterunt cõuenire,& ceſſauerint:ſic ergo tenebitur nomina-
tor,cùm nominatus non fuerit ſoluendo tempore depoſiti of-
2 ficij:ſed † de eo,quem nominauit tanquam primi gradus filio,
non de nepote,vel vltra.Licet enim aliter hæreditas diuidatur,
& videatur ab ordine fieri,quàm ſit ab eo,quem elegit ordo:
non ſic tamen hic.Nam ſi ſummi ingenij Papinianus nomina-
uit ſibi ſucceſſorem nobiliſsimũ Vlpianum, & Vlpianus poſt-
ea Aphricanum, & Aphricanus Pomponium qui malè geſ-
ſit,licet per ordinem ſit hæres, tamen Papinianus non tenebi-
bitur de facto Pomponij propter factum nepotis ſui:ſed ſolus
Aphricanus,qui eum elegit,quiſq; de ſuo nominato tenetur:
& ad nominatorem nominatoris non debent porrigi manus:
vt j.eod.l.j.& ij.& ff.ad municipa.l.ordine. §.in eum. ſicut au-
tem non tenetur nominator pro nominato,ſi fuerit ſoluendo
tempore depoſiti officij,ſic nec collega malè gerentis: vt ſ.de
probat.l.ex perſona.Item ſi miles geſſerit, & pro indiuiſo,
non tenetur nominator,niſi prius eis excuſsis, in titulo ſe-
cundo aperietur.

De periculo eorum, qui pro magiſtratibus interuenerunt. *Rubrica.*

1 *Fideiuſſores magiſtratuum pro quibus negotiis teneantur.*
2 *Fideiuſſores magiſtratuum obligari in ſortem duntaxat, non
etiam in vſuras vel pœnam,*
3 *Pignora data à fideiuſſoribus magiſtratuum in quem caſum
data videantur.*

1 FIDEIVSSORES † magiſtratuum ſicut no-
minatorum, pro his tantùm negotiis conueniun-
tur,quæ principaliter ad reipubl.ſpectant vtilita-
tẽ. Si quid ergo extrinſecus geſſerint magiſtratus:
puta,ſi tutores pupillis dederint,vel caueri pupillis nõ curaue
rint,vel minus idoneè,non tenẽtur fideiuſſores:qui ſolam rẽ-
publicam ſaluam fore promiſerunt:vt ff.ad municip.l.ij.& ff.
de pecul.l.licet.§.vlti.& ff.de magiſt.conue.l.j.in prin. & C.
2 eod.titu.l.j.Item in † ſortem tantùm, non etiam in pœnam,
vel vſuram obligantur fideiuſſores magiſtratuum, niſi ſpe-
cialiter in hoc conuentum ſit,vel in omnem cauſam fideiuſſe-
rint:vt ff.de fideiuſſo.l.fideiuſſores.ij.& ff.ad municip.l.liber-
tus.§.vlti.& l.conſtitutiones.& ff.de admi.rerum ad ciui per-
3 ti.l.ij.§.vlt. Item ſi † fideiuſſores magiſtratuum pro ipſis pi-
gnora dederint,in eum caſum dediſſe videntur,quo res à ma-
giſtratibus ſeruari non poſsit: vt ff.de admi.re.ad ciui.perti.l.
prior.§.vlti.

A L I A   S V M M A.

1 *Fideiuſſores magiſtratuum quatenus eorum nomine teneãtur.*

DE periculo principalium dictum eſt: nũc de peri-
1 culo acceſſorum. Et quidem † fideiuſſores magi-
ſtratuũ ſi conueniantur ex officio magiſtratuum
ad ſolum damnum reipublicæ contingens tene-
buntur,non ad pœnam ex culpa, vel ex delicto irrogandam:
vt hic.eo.l.vnica.de iubendo enim magiſtratus pro ſolo dam-
no intercedere videntur. Quippe rempublicam ſaluam pro-
mittunt: vt ff.ad municip.l.ij.& l.libertus.§.vlti.& ſ.de ma-
giſtr. conue.l.j.Item ſi pignora dederint, vel fideiuſſores pro
magiſtratibus, vt in eum caſum videantur dediſſe, in quo res
non poſsit ſeruari, aliâs aduerſus magiſtratum pro quo in-
terceſſerint daretur actio: vt ff.de admini.re ad ciui. perti.l.
iiij.§. vlti.ſicut ergo ad ſolum damnum tenebuntur, & pœ-
nalibus actionibus non adſtringentur: nec etiam ad vſuras,
ſed nec ad pœnã tenebuntur:vt ff. ad municipa.l.conſtitutio-
nibus Sic ergo,vt pœna imponitur contra delinquẽtem:nam
nec procurator eam recuperat à domino, nec ſocius à ſocio:
vt ff.de procur.l.qui proprio.& ff.pro ſocio.ſi Titius.§.vlt.

Quo quis ordine conueniatur. *Rubrica.*

1 *Adminiſtrator,& fideiuſſores, ac nominatores cuius quo ordine
conueniantur à republica.& nu.4.*
2 *Adminiſtratores plures quo ordine conueniantur.*
3 *Pactum,ne collega in adminiſtratione alij pro aliis teneantur,
non nocere reipub.*
5 *Debitorẽ principalem prius conueniendũ, quàm fideiuſſorem.*

DIXIMVS ſ.reipublicæ adminiſtratores, & ip-
ſorum nominatores, atq; fideiuſſores pro rerum
publicarum poſſe conueniri adminiſtratione.Sed
quia quandoq; plures eliguntur adminiſtratores,
quorum alter pro altero ſimiliter plerunque conuenitur,quo
1 ordine quiſq; conueniri debeat,videamus.† Refert ergo plu-
rimum,vtrum vnus tantùm eligatur adminiſtrator,an plures.
Et ſi plures, vtrum ſeparatim,an cõiunctim munus iniunga-
tur.Item vtrum omnes adminiſtrauerint,an quidam,vel nul-
lus,ſi vnus tantùm reipublicæ ſit adminiſtrator,talis ordo ſer
uatur,vt primò cõueniatur adminiſtrator ſi greſſerit, vel nõ:
2 deinde fideiuſſor eius, demum nominatores. Si verò † plures
fuerint adminiſtratores,ſiquidem cõiunctim munus fuerit in-
iunctũ,omneſq; ſimul adminiſtrauerint, talis ordo ſeruatur,
vt primùm cõueniatur adminiſtrator, deinde fideiuſſor eius,
demum nominatores: & quod ab vno conſequi non poterit,
alter collega præſtabit:quia iſto caſu periculo ſoliditatis qui-
libet tenetur adſtrictus.Idem intelligo & ſi nullus geſſerit. Si
autẽ quidam adminiſtrauerint ſoli, vnus, vel plures, primùm
cõuenietur qui adminiſtrauerit, ipſiúſq; fideiuſſor:deinde no
minator,poſtremò collegæ culpæ ratione cõueniuntur.Idem
intelligo,etſi ſeparatim fuerit munus iniunctum,vel ipſi inter
ſe diuiſerint adminiſtrationem: vt.j.eod.tit.l.j. & iij.& vlti.
& ff.ad municip.l.imperator.& l.quid ergo. & ff.ad municip.
3 l.Lucius.§.j. † item illud notandum eſt,quòd quibus caſi-
bus prædiximus collegam, conueniri pro participe muneris:
non obſtabit pactum ne id facere liceat: quia ius reipublicę

pacto commutari non poteſt: verùm quod pro collega præſtiterit tam ab ipſo, quàm ab hærede ipſius recuperabit vtili actione: vt ff. de admini. rerum ad ciui. perti. l. ij. §. ius republicæ. & ſ. de conue. fiſc. debi. & ſ. ſi tutor non geſ. l. ij. ſecus eſt de tutoribus inter ſe adminiſtrationem diuidentibus: illi enim
4 nihilominus tenentur inſolidum: vt ſ. de diuid. tut. l. ij. † Sub hoc titu. illud caſuale notãdum puto, quòd tempore iſtarum legum primum conueniebantur principales debitores, id eſt, magiſtratus, quàm fideiuſſores eorum: vt ff. de admini. rerum ad ciui. perti. l. prior. §. vlti. & ff. ad municipa. l. ij. & l. libertus. §. j. quod in cæteris caſibus ſecus erat: vt ſ. de fideiuſſo. l. iure
5 noſtro. Verum † Hodie in omnibus eſt hoc ius, ſcilicet, vt primum debitor conueniatur ſi præſens ſit & idoneus. & ſoluendo, quàm fideiuſſor; vt in authen. de fideiuſſ. & manda. §. j. Item illud notandum cenſeo, quod quibus caſibus prædiximus collegam teneri pro particips muneris, non obſtabit pactum ſpeciale, ne id fiſco alias fieri liceat: quia ius reipublicæ pacto priuatorum commutari non poteſt: verùm pro collega ſoluet: alias quod dependerit tam ab ipſo, quàm hærede recuperabit vtili actione negotiorum geſtorum: vt ff. de admi. rerum ad ciui. pertin. l. ij. §. ius reipublicæ.

ALIA SVMMA.

1 *Conueniendorum ordinem ex mandato deprehendi.*
2 *Nominatori actionem negari.*
3 *Conductorem de deſecto teneri.*

CVM dictum ſit de fideiuſſoribus magiſtratuum & de nominatoribus, nũc de ipſis magiſtratibus, id eſt, de principalibus dicendum eſt. Et quia nihil valet iſtorum periculum ſcire, niſi ſciamus ordinem conueniendi eos de rei publicæ indennitate, ſcilicet quis primo, quis ſecundo, quis tertio loco conueniatur, videamus ordinem: & ſic, quo quiſq; ordine conueniatur. Illud ergo omnino ſciendum eſt, ceſſante omni diſtinctione, an communiter, an ſeparatim fuerit munus mandatum, eum qui geſſit prius eſſe conueniendũ: & eius hęredes (inquã) de peculio paterno, & non de eo quod poſtea contingit. Bonorum verò poſſeſſores, id eſt, emancipatos, vel eorum ſucceſſores, quoſcunq; eo quod ſit reſpublica fraudata alienatis bonis gerẽtis, vel ſpeciali ratione eſſe obligatos: ſicut bona tutorũ ſunt obli
2 gata pupillę, ad eiuus inſtar iuuatur reſpublica. Si autem † ab iſtis indemnitas reipub. obſeruari non poteſt, & ſic neceſſe ſit ad nominatorẽ, vel ad collegam peruenire, diſtinguitur tunc, an fuerit indiuiduum munus mandatum an ſeparatim. Si indiuiduum fuerit mandatum, aut ita fuerunt ad munus vocati, vt mutuo periculo teneãtur & vicariis damnis ſunt obſtrictı; aut agendũ eſt in his caſibus: vt tam collega, quàm nominator conueniantur. Si verò ſeparatim geſſerint, ante agẽdum cum nominatore, quàm cum gerentis fideiuſſore: ſed eo non exiſtente ſoluendo, agetur cùm collega. Si autem adminiſtrauit collega, ſiue non: agitur cum eod. collega propter ſuam negligentiam; quia potuit interuenire & prohibere collegam. Cum nominatore autem agitur: quia fides eius arguitur, eo quod malos eligit: vt ff. de admi. re. ad ciui. pert. l. Imperatores. prope fi. & ff. ad mun. l. Imperatores. Siue autem agatur cum nominatore, ſiue cum collega, prodeſt eis ad intentandam repulſam, ſi ille, pro quo conueniunt, fuerit ſoluendo tempore depoſiti officij. Et ſi poſtea deſinat eſſe ſoluendo, redeat contra illum magiſtratum, quia potuit conuenire: vt ſ. de proba. l. ex
2 perſona. & ſ. de pericu. nomina. l. j. † Sed licet nominator conuentus quid præſtitit, non tamen actionem habebit contra collegam gerentis: vt ff. ad municip. l. & ei. licet talis collega potuit conueniri, ſi nominator ſoluendo non eſſet: proprij enim delicti pœnam patitur nominator: quia de mala electione arguitur. Collega autem ſoluendo pro collega, non tamen ex communi dolo, poteſt ab eo repetere: ſicut etiam de tutore & curatore dicitur: vt ff. de admi. re. ad ciui. perti. l. ij. §. ius. & ff. de tu. & ra. diſtra. l. j. §. nũc. & de neg. geſt. l. ex facto. Sed & alias ſi dominus cœnaculi ex inquilini deiectione, vel
3 effuſione, quid præſtitit, tenebitur ei † conductor reddere: vt ff. de iis, qui deie. vel effu. l. perceptione. & l. ſi verò. §. cum autem. & cohæres ſi ex facto cohæredis incidat in pœnam, repetet ab eo: vt ff. famil. erc. l. inter. Applicari poteſt prædictis, quod alibi dicitur, ſi duorum ſeruorum actus communiter geſtus ita immiſtus fuerit, vt ſeparari non poſsit, neceſſariò alter ceſſando in reddenda ratione alterius libertatem impedit: niſi vel alter ſoluerit totum: vt ff. de ſtatulib. l. ſi quis ita.

Ne quis liber inuitus actum reipublicæ gerere cogatur. *Rubrica.*

1 *Adminiſtret nemo inuitus.*

1 ACTA † reipublicæ præſertim ſeruilia ſecundum legem liberti, etiam nedum ingenui non coguntur adminiſtrare inuiti: vt hic eod. titu. l. j. & ij. verùm reipublicę munera etiam volentes declinare non poſſunt: vt ſ. de libertin. l. vnic. libro decim. cętera ad hunc titulum pertinentia in ſumma ſ. dict. tit. de liber. x. lib. diligens lector poterit inuenire.

ALIA SVMMA.

1 *Actum reipublicæ ſeruus iniungi.*

TITVLVS tam breuis generat ambiguitatem: ſiquidem debent eſſe qui rempubl. adminiſtrent, quid ergo dicit, ne quis liber, inquam, curiali fortunatnam curialium eſt onera in ciuitatibus ſubre. Vel ſic, ne quis liber inuitus actum rei publicę gerere cogatur: vt hæc verba ſtrictè ſint intelligenda: licet enim liberi homines, & honorati, præſint ſuæ reipublicæ conſiliis: quia conuenit vnumquemque nobilium functionem agere ciuitatum, quas inhabitant: vt in authenti. de defenſorib. ciui. §. in-
1 terim † tamen actus reipublicæ (Itali gaſtaldatum vocant) ſolis ſeruis iniungi debet; non ergo liberis, vel libertis illius reipu. Si quis ergo liber non vult talem actum recipere: quia liberum eſt ſuſcipere mandatum, imploret auxilium præſidis, & iuris pręſidia, & non citabitur inuitus: vt hic eod. l. j. & ij. Quęſtio enim liberis commiſſa, cadit in nomen procuratoris: geſtus autẽ vel actus ſeruo cõmittitur: vnde & illud. Sic enim actum ſit: ergo actus reipublicæ ſeruis demum illius reipublicæ debet committi.

Sumptus iniuncti muneris ad omnes collegas pertinere. *Rubrica.*

1 *Sumptus muneris à quo repetendi.*

DICTVM eſt ſuperius collegam, qui adminiſtrauerit primò conueniendum à republica: nunc audiamus ipſum adminiſtrantem, ſumptum quem fecit in munere, ab aliis qui non adminiſtrauerunt
1 poſſe repetere. Adminiſtrator ergo vnus † ſi ſolus officium exercuerit, ſumptuſque vtiles, vel neceſſarios muneri ſolus fecerit, authoritate iudiciali à conſortibus pro partibus ipſorum recuperabit. Si autem omnes munus geſſerint, aliàs deliquerint, damna reipub. omnes reſarcire coguntur: vt hic eod. tit. l. vnica. & ſ. ſi tutor non geſſ. l. ij.

ALIA SVMMA.

1 *Sumptus à collegis præſtandus.*
2 *Sumptus cur à conſorte repetendus.*

SI creati ſunt aliqui ad munus exhibẽdarum angariarum, & ſumptus receperint pro munere faciendo, & vnus ſolus adminiſtrauit, quid erit de expenſis quas fecerit? Certè petet eas à conſortibus

bus, qui ſumptus habent, & qui ceſſauerint in tali officio: vt
hac eo. & ĩ. de lega. l. ij. Et ſic titulus non conuenit legi: quia ſi
ſumptus pertinent ad illum ſolũ, qui adminiſtrauit, ergo non
1 ad omnes. Sed dicendum eſt ad omnes † collegas pertinere, ſi
omnes adminiſtrãt. vel pertinẽt ad omnes, ſicut ex poſtfacto: ſi
per eos ſtat. illi qui offic ũ impleuit, reddere ſumptus debeãt.
Sed cur à cõſortibus. & nõ a republica cuius negotium geſtum
eſt, repetit ſumptus? Talis poteſt reddi ratio: cùm enim officiũ
2 † eis mãdatum alius geſsit, ritè habet vnde petat. & quia potius
eſt lites dirimi, quàm lites ex litibus oriri, ſiue obligationes
ex obligationibus fieri: & quia tale officium fuit indiuiduũ:
& quia in odium ceſſantium, & reipublicæ fauorem hoc
ſit inductũ. Et non eſt nouũ, vt quod vnus acquirit, alter cogatur
reddere: vt ff. de ſtipul. ſer. l. pen. & pro ſoc. l. ſi qui ſocij.

De iis, qui ex officio quod adminiſtrauerunt conueniuntur. *Rubrica.*

1 *Culpam officio functus præſtet.*

1 IN hoc titulo † illud ſolùm dico, quòd qui à republica
non ex contractu, ſed ex officio, & maximè,
ſi pro aliis conueniuntur, pecuniæ fœneratæ deperditæ
damnum ſortis, non etiam vſurarũ præſtare
neceſſe habent: niſi fortè lata culpa, quæ fraudi vel dolo
comparatur, amiſſa fuerit: quo caſu etiam pro vſuris conuenientur:
vt hic eo. ti. l. vni. & ff. ad muni. l. Lucius §. Paulus. & l.
conſtitutionibus. & ff. de admi. rerum ad ciui. perti. l. vltima.

ALIA SVMMA.

1 *Periculum nominum quis præſtet.*

IN officio reipublicæ poſitus, ſi pecuniam ciuis fœnerasti. & illa
recuperari non poſsit: & ſi ſine tua
culpa ſit perdita, ſufficit, ſi reddas ſortem ſine vſuris:
vt j. eod. l. vnica. ſic tantùm contigit, ſi non ex
contractu, ſed ex officio reipublicæ conuenìatur. vel ex detrimento:
vt ff. ad municip. l. Lucius. & l. cõſtitutionibus. Nã peri
1 culũ † nominũ, quę curationis tẽpore facta ſunt deteriora, pręſtare
cogeris: vt ff. de ad. rerũ ad ciui. per l. vl. prope fi. Nã ciuitatis
pecunia apud idoneos debitores, vel eos. qui ſunt domini
prędiorũ ruſticorũ, eſt collocãda: vt ſ. de debi. ciui. l. ij. in fi.

De ſolutionibus & liberationibus debitorum ciuitatis. *Rubrica.*

1 *Soluendum cur ſit.*
2 *Ciuitas quando, an non mutuo obligabilis.*

DIXIMVS ſuprà de debitoribus ciuitatum, qualiter
teneantur: nunc videamus, quemadmodum
ſoluentes liberentur. Et ita de ſolutionibus & liberationibus
debitorum ciuitatum audiamus, cùm
& ſ. in viij. lib. tantùm dictum ſit generaliter de ſolutionibus
& liberationibus omnium [aliàs aliorum] debitorum. Solue-
1 re † igitur debet ciuitatis debitor, vt perpetuò ſit ſecurus quicunq;
ſequatur exitus, adminiſtratori ciuitatis, vel curatori ad
hoc deputato, exacta cautione publica, cũ ſubnotatione tabularij.
ſi ipſius duntaxat cui ſoluit, apocham proferat: ita demũ
liberationis cõmodum conſequatur. ſi pecunia ſoluta in vtili-
2 tatem reipublicæ cõuerſa fuerit: vt hic eo. tit. l. vnic. Nec † per
eos mutui datione ciuitas obligatur, niſi in ipſius rem pecunia
cõuertatur: vt ff. ſi cer. pe. l. ciuitas. quod puto ſpeciale dici in
debitoribus ciuitatũ. Nã aliàs ſi ſoluatur procuratori tutoris,
vel procuratori creditoris ipſo iure contingit liberatio: licet ſi
ex euentu præceſsit iudicialis authoritas, detur reſtitutio inſpecto
beneficio ætatis: vt ff. de ſolu. l. vero. & ff. de condi. indebi.
l. ſi procurator. & ſ. de pact. l. pactum curatoris. & ſ. de ad
mi. tu. l. ſancimus. j.

ALIA SVMMA.

1 *L. vnica. C. de ſolu. ſenſus.*

DEBITORES ciuitatis in ſolutione quam faciunt,
cautelam adhibeant: vt authoritate curatoris
ciuitatis, vel alterius, qui exigendi ius habet,
eam faciant. Si ſic non fecerint, ſed ſeruo ciuitatis
actori ſoluerint, & ſcripturam de recepto ab eo receperint, id
2 ſolum valeat eis, ſi quod ſoluerunt in vtilitatem ª ciuitatis
proceſsit. Ergo ciuitas ſicut pupilla occaſionem iuris non trahat
ad iniquum compendium. Sanè ſi ſeruus actor reipublicæ
cui pecunia ſoluta eſt fraudem adhibuit, quod à curatore reipublicæ
pecunia interciperetur: tunc idem curator reſtituet
de peculio ſerui, quod eo modo deeſt rationi reipublicæ: vt hic
1 eo. Et † hoc eſt quod dicit Imperator j. eodem. l. vna. ſanè curator
videtur, &c. Loquitur enim imperator Alexander de decurionibus
illius ciuitatis. Et ſic intelligendus eſt ille text. Nec
eſt mirum ſi de ſerui peculio reſtituatur pecunia prædicta ei
ſoluta. Videtur enim cum ſeruo contractum, eo quod debitoris
pecunia ad eum peruenit, licet dolo fecerit, quod ad curatorem
reipublicæ perueniſſet. Poſſet etiam cum curatore agere
ipſe debitor, eo quod pecunia ſua ad eum peruenit: Et ſi de
bono, & æquo eam reddere ei debeat, poſſet & reſpublica cũ
curatore agere: niſi ratam haberet ſolutionem factam: ſed tamen
non liberatur debitor, cùm pecunia ſua ad curatorẽ peruenit:
fortè quia non eo modo quod debuit peruenit.

ANNOTATIO.

a In vtilitatem. Vide ad hoc Bartol. in l. j. ſupra de vend. re. ci.

De ſpectaculis, & ſcænitis, & lenonibus, *Rub.*

1 *Scena quid.*
2 *Lenonum pœna.*

NON ſolùm vtilitati reipubli. per ſupradicta conſulitur,
ſed etiam licita voluptas populi cum ſequentibus
commẽdatur. Et ſic de ſpectaculis ſcænicis
non reprobatis, ſed reſeruatis, de lenonibus
verò funditus extirpandis, videamus. Cum primates viri populi
voluptatibus grati eſſe cupiunt ad promptius permittitur
vt integra ſit voluptas, quæ volentium celebratur impenſis:
vt hic eod. l. j. Quippe primatum voluptas ſicut totius populi
æſtimatur: vt ff. ad municip. l. municeper. Nam vniuerſis
redditur quod pro voto omnium primatibus indulgetur: vt ſ.
de aduo. diuerſ. iudic. l. reſtituendum. Eſt autem ſcæna, locus
ridiculorum, in quo Tragœdi, vel Thymelici erant: vt in authentic.
de conſulibus. §. quantumcunque. Et ſicut grammatici
1 belliſsimè fabulentur. Vel ſcæna † eſt (vt Labeo definiuit) quę
ludorum faciendorum cauſa quolibet loco vbi quis conſiſtat
moueatúrque ſpectaculum ſui præbiturus: poſita in publico,
priuato, vel in vico, in quo tamẽ loco paſsim homines ſpectaculi
cauſa admittantur. Nam qui quæſtus cauſa in certamina
deſcendunt. & omnes propter præmium in ſcænam prodeuntes
famoſos eſſe conſtat: vt ff. de iis qui notan. infa. l. ij. §. pen. &
vlt. cum talis ergo voluptas ciuium non reprobatur, eo quòd
ciuitatibus in eam occaſionem legari poteſt: puta, quod ad honorem,
ornatúmque eius pertinet. Ad ornatum, veluti ad inſtruẽdum
forum, vel theatrum, vel ſtadium. Ad honorem verò,
veluti ad munus edendum, venationémve vel ludos ſcænicos,
vel circenſes, vel quod ad diuiſionem ſingulorum ciuium
vel ſi ad alimenta ſeniorum, vel puerorum, vel puellarum
legatum fuerit: vt ff. de legat. j. l. ciuitatibus. & ff. de ann. legat.
l. annuam. Equi qui tali vtilitati deſtinantur, ad priuatum
commodum non ſunt vendi. Pœna vnius libræ auri violatori
impoſita, vel ea quæ legum violatoribus imponitur: vt j. eo.
l. ij. & l. nemo. Sed & qui agitatores dicuntur (eo quòd agitandi
munus exercent) & in certaminibus ſacris prodeunt. nunquam
ignominioſi dicuntur: neq; propter circenſe certamen
ſupplicijs ſupponuntur: vt j. eod. l. eos. & ff. de his qui not. inf.
l. athletas. In hoc circenſi certamine, vel ludo, ſenatores ſuum

interponebant officium:vt in auth.de ordi.ſena.Sed licet quęcunq; ſpectacula permittantur,non tamen cruēta:vt j.de gladia.
2 Sed † & lenones extirpātur. Si enim dominus,vel pater ª
a ſit ancillæ,vel filię,patria non abutatur poteſtate:& quia expedit reipublicæ,ne quis re ſua malè vtatur. Ergo ſi vtriq; potuerint neceſsitatem peccandi filiis,vel ancillis,nec dominio, nec poteſtate patria vtantur,neque quicquam per eos illi poteſt acquiri,ſed epiſcoporum,vel defenſorum implorato ſuffragio,omni miſeria abſoluuntur.Et illi proſcripti in exilium mittantur,& metallis publicis adiiciantur:vt j eod.l.vlt.Item ſi pater inceſtas nuptias contraxerit,filij ex primo matrimonio propter delictum patris, ſui iuris erunt: vt in auth.de inceſt.nupt. Nam & mulieribus quæ intrauerunt in turpi conuerſatione iuratæ,permittitur eis à principe illatum votum relinquere,pœna periurij in eum conuertenda qui exegit iuſiurandum : vt in auth. de ſcænicis. Scænicas non ſolùm.&c. Et qui paſſus eſt in ſua domo lenocinium fieri,& domo priuatur, & in x.libris auri punitur,& accuſandi poteſtatem amittit:vt ff.de adult.l.qui domum.& l.ſeq. Et venditor ſi conſenſit proſtitutioni ancillæ,admittit beneficium abducendi:quod ſeruauerat,ſi proſtitueretur,eritq; libera: vt C.ſi manci.ita væ.l.j.

ANNOTATIO.

a Si enim dominus vel pater. Adde l. ſi lenones. C.de epiſc. aud. Sunt & alii tres caſus, in quibus pater cogitur filium emancipare quos enumerat gloſſ.

De expenſis ludorum. *Rubrica.*

1 *Ludus laborioſus.*

CVM dictum ſit de ſpectaculis non cohibēdis, ſed admittendis, videamus de eorum expenſis ludorum. Voluptas namq; populi mentem delectat,vt ſi expenſa in certamine eroganda,in murorum ciuitatis refectione per præſidem fuit erogata, non ideo abſtinēdum eſt à certamine.Celebrabitur enim aliunde talis expenſa,ſic fiet quòd tutelæ ciuitatis prouidebitur : & inſtaurandi agonis voluptas cōplebitur: vt hic.eo.l. vnic.nā ludus qui eſt
a in agone,ª dicitur eſſe in † labore:quia qui laborat,agit:vnde ta-
1 lis luſor agoneta vocatur:vt ff.de polli.Septitia.Et Romæ locus eſt vbi nullus offendebat alium ludi profectu:licet aduerſa ſella poſtularent,vel ludo oculos mitterent:ſicut ego ipſe vidi in Lucana ciuitate prope eccleſiam ſancti Feudiani. Id in Rheg.vrbe,vt à pluribus audiui.

ANNOTATIO.

a Agone.Vide hic Alciatum in l.vni.de Athletis.ſup.lib.xj.& hic eo.ti.

De aquæduct. *Rubrica.*

1 *Aquæductuum vtilitas quanto fauore proſequenda ſit.*
2 *Aquæductuū defenſores et cuſtodes quibus priuilegiis fruātur.*
3 *Aquæductus publicus per prædium priuati alicuius tranſiens, quale priuilegium tribuat domino ipſius prædij.*
4 *Aquā ex publico in ſuum fundū ducens,qua pœna puniatur.*

HIC titulus cum in Rheg.vrbe ſit vtiliſsimus præſtétque amœnitatē magnā eius ciuibus,nō eſt mirum ſi ponatur poſt ſpectacula,ludorúmq; tracta-
1 tum.tanta † enim eſt in aquæductibus huius vrbis vtilitas,quòd in eis reparādis annua eiuſdem vrbis vectigalia procedere debēt:vt j eo.l.ad reparationē.conſules quoq; cùm ibi creabantur centū libras auri de ſuo dabant arcario,aliàs archiuo,quas tunc ex titulis aquæductuum poſtea recolligebant:vt j.eo.l.hac. & j.de conſulibus.l.nemini.& l.penul. Aurū quoq; aquæductibus deputatū,ad aliud opus nō eſt transferendū:quod ſi fecerit,præfectus vrbis de ſuo recompenſabit
2 aquæductu:vt j eo.l.hac. † Debet autem aquæductus defendi,& cuſtodiri:& præmium defendentibus dari,& pœna contrafacientibus infligi. ſunt,enim ab angariis immunes, qui præſunt tali cuſtodiæ: & habere debent nomen Imperatoris in ſuis manibus impreſſum:vt eo ſigno appareant no. idem in eo qui ſurrogabitur loco mortui:vt j.eod.l.decernimus. Sunt
3 ab † extraordinariis muneribus immunes per quorum prædia tranſit aquæductus.ſi tamen mundauerint aquæductum omni ſorde:quod ſi facere noluerint,prædia eorum per quæ tranſit aquæductus vendicabit fiſcus.poſſunt autem habere arbores ab vtraque parte aquæductus xv.pedibus intermiſsis officialibus iudicum obſeruantibus vt extirpetur radices ſi pullu-
a lauerint ne aquæductus formaª corrumpatur:vt j.eod.l.j. Qui-
4 cunque † enim licet dignitate præditus contra aquæductus, vel contra fontes publicos qui ad aquæductum confluunt, aliquid tentauerit,& aquam ſtudioſè de aquæductu traxerit, aquæductui reſtituat fundum quoque vrbanum,vel ruſticū, ad quem tranſit aqua ſciat fiſco ſociandum:vt j.eo.l.ij.& l.decernimus.Et ſic niſi principis licētia nemo huius ciuitatis Rhegiæ vel prouincialis,audet de aquæductu publico aquam trahere puniendo in x.libris auri qui contrafecerit:vt j.eo.l. vlti. ciues tamen qui perceperint vſum aquæ veteri & longo dominio,ſic deinceps teneant,& nulla nouatione turbētur.Et ſic habeant aquæ quantitatem,vt conſuetudo fuit:non cōtra conſuetudinem furtiuis,aquę meatibus abutendo:vt j.eo.l.vſum. Sic enim obſeruandum eſt:vt nemo eorum,qui iis aquæ poſſident,quācunque deſcriptionem ſuſtineant. Execrabile enim videtur domos huius almæ vrbis aquam habere venalem. l. ad reparationem j.eo.tit.Sed & (quod eſt notabile) ſiue fontes vrbis Rhegij fuerint ab initio publici,ſiue cùm eſſent priuati poſtea,quam publicè vſum ſui præbuerunt,& ad priuatorum vſum verſi ſunt:ſemper tantùm ſint publici, & in vſu communi,longi temporis præſcriptione,vel reſcr.pro contra impetrato nil valituro:vt l.diligenter.j.eod.Quicunque autē
b acquiſierit,capiet eam ex ipſis caſtellis,ᵇ aut ex formis:nō à fiſtulis,vel ab ipſo aquæductu:alioquin perdet,quod acquiſiuit & pœna plectetur:vt j.eod.l.eos.Sed & qui ſuper talibus ſupplicare principi voluerit,pro acquirendo vſu aquæ nō rectoribus,ſed præfecto mitte. Quicunque autem rector , vel adminiſtrator,per mendaciū impetratū reſcriptū ſuſceperit in quinquaginta libris auri mulctabitur.Præfectus ergo prætorio diſpēſabit ſuper imperiali reſcripto impetrato, vel vſu a-
c quę cōceſſo,quid in publicis thermis,quid in lymphis,ᶜ pro abundātia ciuiū,quid iis qui reſcriptū impetrauerint debeat de aqua ſuperflua imputari:vt j.eo.l.ſi quis.ij. De quocunq; autē aquęductu poſsit ſeruitus acquiri,vel cōceſsio à principe fieri:ſpecialis tamē eſt prohibitio in aquęductu Hadriani qui principis palatio ſeruit,& publicis thermis,ac nymphæis.Eadē ſeruanda in publicis fiſtulis ducentibus aquam ad thermas mulcta centū pondo auri infligenda illis, qui contrafecerint danda licentia apparitoribus præfecti circūire domos & balnea,& requirere ne qua deceptio,vel ſuppreſsio inſidiæ cōtra publicā vtilitatē à quoquā penitus penitus attentetur: vt j.eo. l.omnis.Si qua deſunt cui hæc ſunt nota,faciat ea clariora.

ANNOTATIONES.

a Forma.Alciat.mallet hic legi forina.
b Caſtellis Vide Bud.in l.fundi ff.de actionib.empti.
c Lymphis.Vide Alc.hic,qui legit nymphæis.

De gladiatoribus(penitus tollendis.) *Rub.*

1 *Conſtantinianarum legum capita.*

ECCE Conſtantinus Imperator benigniſsimus ſicut ab infirmitate,qua tenebatur ex puerorum ſanguine abhorrendo,tantam cladem voluit libe-
1 rari:actionum † quoque formulas,& earum anguſtias abſtulit,inanem obſeruationem circa iſta amputauit,inanium verborum captionem in petenda bonorum poſſeſsione excluſit,in pignoribus legis commiſſoriæ aſperitatem extirpauit,ſub reſtitutionis nomine omnia per ſeruitium amiſſa plenitudine reſtituta eſſe promulgauit,propter honorum merita annonas de publico eis ſtatuit apparatus locis venerabilibus (quod ſic prius non erat(quemque poſſe relinquere decreuit,

erenit, ecclesiis priuilegia contulit, patribus propter inopiam
filiorum nubere permiſit, ciuibus captationem remiſit, agrico
a las [a] tẽpore ſatorum vel colligendorum fructuum ab extraor-
dinariis muneribus liberauit, ſeruos detracta abſentis domi-
ni poſſeſsione, agere permiſit. Sic & ea, quæ publica fiebant
ſpectacula, licet in otio ciuili, & publica quiete, quia cruenta
erant, & ſanguinem effundebant: (nam & ludus noxius in cul
pa eſt) funditus eradicauit, & gladiatores eſſe prohibuit.

ANNOTATIO.

a Agricolas. Ita eſt tex. in l. j. ſupra de agri. & cenſi. & facit tex. in l. om-
nes. ſupra de fer. & quæ dicantur munera extraordinaria, vide per Bar-
tolum in dicta l. prima.

De venatione ferarum. *Rubrica.*

1 *Feras venari licet.*
2 *Fera nocumentum quando, quiſque præſtet.*

1 GLADIATORES licet ſint ſublati, † non ta-
men ferarum venationes ſunt interdictæ: imò cui-
que permittitur leones occidere: ſi verò limitanei
duces tranſmittãt beſtias nociuas ad principis co-
mitatum, non vltra vij. dies in earum tranſitu in ſingulis ciui-
tatibus retineantur: & qui contrà fecerit, quinq; libras auri
2 fiſco dependet: vt j. eod. Nam & quà † vulgo iter fit, animal,
quod noceat, habere non permittitur, ſiue ſolutum ſit, ſiue li-
gatum, aut contineri vinculis, quominus damnum det, non
poſsit. Si aduerſus factum erit, & homo liber ex ea re perierit,
ſolidi ducenti præſtabuntur, ſi nocitum homini libero eſſe di-
catur, quanti bonum, & æquum iudici videbitur, condemna-
bitur. Cæterarum rerum, quantum damnum datum, factum-
ve ſit, dupli: vt ff. de ædil. edict. l. generaliter. & l. quà vulgo.

De maiuma. *Rubrica.*

a MAIVMÆ [a] lætitia primi diei, vel menſis Maij,
b diu deſiderati, quaſi æſtatis [b] principium, herbæ,
frondéſque virentes, animum lætificabunt. Pro-
uinciales ea occaſione vltra modum elati per prin
cipes eiuſmodi lætitia fuerũt priuati. Tandem diui principes
Arcadius, & Honorius Augg. ſuper his ſupplicati maiumæ
lætitiã prouincialibus reddiderunt: ita tamen, vt ſeruent hone
ſtatem: & verecundia caſtis moribus perſeueret: vt hic. l. vnic.

ANNOTATIONES.

a Maiumæ. Vide hic Alciatum.
b Quaſi æſtatis. Incipit enim in medio Maio: vt eſt gloſ. in l. j. in verſic.
autumnali & æſtatem. & de aqua quoti. & æſti.

Vt armorum vſus inſcio principe, interdi-ctus ſit. *Rubrica.*

1 *Arma mouere nomini licet citra conſenſum principis.*
2 *Arma fabricare non permitti priuatis, & qua pœna puniantur
contra facientes: & qua hic contineantur appellatione armo
rum. num. ſeq.*

VIDIMVS ſolum principem, vel alium iuſſu
eius inimicos imperij & hoſtes vindicare: quod &
ſenatui permittebatur: vt ff. de capi. dimin. l. amiſ-
ſione. Videmus etiam principem iuis, & præſidi-
bus in ſecundo mandato imponere, vt faciant ciuitates muta-
a re [a] ſuo nomine: vt in authen. de man. prin. §. ij. Præcipit igitur
1 lex iſta, vt ſine † imperiali cõſenſu nulli detur copia quorum-
libet armorum mouendorum: vt hic eod. tit. l. vnic. Nam lege
Iulia maieſtatis tenetur is, qui ſine iuſſu principis geſſerit bel-
lum: vt ff. ad leg. Iul. ma. l. iij. Quantò magis vt pax ſeruetur, &
occaſione malignandi remittatur, & publicæ rerum peragan-
tur functiones nullus, niſi miles, arma valet tenere: vt in auth.
de man. prin. & in auth. de armis. Solis autem fabricenſibus pu
blicis ea facere conceditur: ſed priuatis illa non vendant. Si
2 † autem inuenitur priuatos arma facere, poterunt ea eis au-
ferri. quod eſt not. dignum. Hoc tamen cum magiſtri officio-
3 rum authoritate, & armamento fiſci applicari faciant. † Armo
rum autem appellatione dico contineri, hac prohibitione, ar-
cus vel tela, enſes, vel gladios, loricas, & cultellos vacos, lan-
ceas, ſcutos, caſsides. Hæc enim arma priuatus non faciat, nec
comparet. Minores autem cultellos habere, quibus in libello
vti non poteſt, non eſt interdictum: vt in authent. de armis. §.
prohibemus. Nam ſi largo modo capiantur arma, nec lapides
poſſemus apud nos tenere: cum hæc armorum appellatione
b contineantur. vt ff. de verb. ſignifica. l. armorum. [b] & ff. de vi &
vi arma. l. idem. §. arma. Verum ſi armorum publicorum mo-
uendorum emerſerit neceſsitas, tunc ſpectat ad officium ma-
giſtri officiorum ſuper his curam impendere, & ea facere. quæ
continentur ſuprà in tit. de fabricenſibus. l. vltima. Solet au-
tem Imperator quibuſdã cõcedere cingulũ deferre, quoties ad
aſpiciẽdos agros ſuos, aut ob aliã cauſam proficiſci voluerint,
cùm ad implendum eorũ deſiderium & ad nullius læſionẽ re-
ſpicere videatur: vt j. de præpoſ. ſacri cubiculi, l. vltima.

ANNOTATIONES

a Mutare. forte, gubernare.
b L. armorum. Adde §. armorum. Inſtitut. de interdi. vbi Ange. aret. laté.
& bona glo. pro iſto intellectu in authen. de ar. in fi.

De agricolis, & cenſitis, & colonis. *Rubrica.*

1 *Colonos aut fieri, aut naſci: atque inibi quomodo fiant, quomodo
item naſcantur.*
2 *Mendicantes validi quomodo fiant coloni perpetui.*
3 *Adſcriptitij quomodo fiant.*
4 *Colonorum genera duo.*
5 *Adſcriptitij vel coloni qui naſcantur, & quando matris aut
patris conditionem ſequuntur.*
6 *Inquilinaria cõditio quare ſic dicatur: et qui dicãtur inquilini.*
7 *Colonos, inquilinos, et adſcriptitios ſeruari debere terris, quibus
ſunt adfixi.*
8 *Emptorẽ mala fidei eñ eſſe, qui cõtra interdicta legũ mercatur.*
9 *Venditorẽ poſſe quibuſdam caſibus cõtra factum ſuum venire.*
10 *Factũ ſuũ quibus caſibus nõ poſſit quis renocare licet nõ teneat.*
11 *Colonos an poſſit dominus à conditione ſua liberare, & quibus
modis.*
12 *Colonos, adſcriptitios & inquilinos reuocari, ſi aufugerint: &
qua pœna conſtituta ſit aduerſus eorum receptatores. et nu.
19. & quomodo reuocentur. nu. 13.*
14 *Coloni qui reuocari non poſſint.*
15 *Domini quomodo ſe gerere debeant erga colonos ſuos, vel inqui
linos.*
16 *Colonorum & inquilinorum priuilegia quadam.*
17 *Colono & domino certantibus ſuper proprietate fundi qua ra
tione vtrique conſulatur.*
18 *Ciuitati à ſuo vico honorem exhibendum, & quare.*
20 *Adſcriptitius in quibus differat a ſeruo.*
21 *Bona fides poſſeſſori conſulendum in reſtitutione poſſeſsionis
prius, quam de proprietate agatur.*

CVM in præfatis proximis titulis dictum ſit de iis,
quæ ſpectant ad lætitiam, noſtrámque ſalutem in
ſcæna, & ludis, & aquæductu, & gladiatoribus
tollendis, inter quæ omnia omnium rerum ex qui
bus aliquid acquiritur nihil eſt agricultura melius: vt teſtatur
Tullius in fine primi libri Officio. vtræque hominum nulla res
vtilior fructibus aridis: qui ſine colonorum labore prouenire
non ſolent, de colonis loquamur. At quia nullis magis inter-
a dicitur arma mouere, quàm colonis [a], ponitur hic rubrica de
agricolis &c. Vel, cùm dicendum ſit de colono fiſci, præmittit
titulum generalem, in quo non ſolum commodum priuato-
rum, quod in ſuis habent colonis. ſed & commodum quod in
eis habet fiſcus, explicatur. Tractatur ergo hic de agricolis,
cenſitis, & de colonis: non de illis quidem quorum ſit mentio

ſub titulo locati:ſed de illis qui ſunt cenſitæ conditioni alliga
ti:qui cenſum vel fructum dantes domino conditione colona
ria detinentur à dominis:& quorum nomine nos oportet cen-
ſum dare fiſco,& in cenſum deferre:ſic enim forma cenſuali
cauetur.l.forma.ff.de cenſi.Et cùm ſint eorum nomina circa
1 eorum conditionem,dicimus de illis. Coloni ergo aut † fiunt.
aut naſcuntur. Fiunt vel in præſenti,vel ſub vno quaſi contex
tu,aliquo actu ſine ſolennitate interueniente,vt validi mendi
cantes & adſcriptitij,vel temporis longiſsimi meta: vt illi qui
dicuntur colonariæ conditionis. Naſcuntur de adſcriptitiis,
ſiue colonis mulieribus,vel inquilinis.ſiue ingenuis:cùm enim
viri ſunt coloni,vel inquilini,& ij qui de talibus naſcuntur vo
cantur originarij,eo quòd non ſuo facto,ſed occaſione patris
vel matris,quia vuas acerbas comederunt eorum dentes ob-
ſtupeſcunt:quia ſunt conditioni alligati.Ea ſic de ſingulis vi-
2 deamus. †. Validi ergo mendicantes in quibus eſt integritas
corporum, & robur artuum, non debiles,non ſenes, & ſic nul
la neceſsitate mendicantes,ſuppoſiti ſunt præſentis legis ne-
ceſsitati,in eorum odium:vel de bono publico promulgatæ.
Quicunque enim tales homines vult habere colonos perpe-
tuos,qui panem miſeris auferunt exemplum fosnueæ non ſu-
munt,contagione ſui morbi alios ad ſe trahunt:ſi quidē ſunt
ingenui ponendo eos in ſuo prædio,erunt ſui coloni perpetui:
non dicit adſcriptitij qui fiunt per ſcripturam: ſi ſunt alterius
ſerui,habebit eorum dominium,quaſi ſit domino imputandū,
eo quòd permiſit eos oſtiatim ire, ſaluo iure dominis contra
eos,qui talibus ſeruis fugitiuis latebras præſtiterunt aut con-
ſilium mendicitatis ſubeundæ dederunt,eo quòd in alterius
dominium ſe transferunt ſupradicta faciendo,vocaberis pro-
ditor ſtudioſus,& diligens:vt ſ.de mendi. validis. & hæc tua
authoritate in eorum odium poſsis,per iſta verba, ſcilicet
neceſsitas infestatur. Itémque tales ſi ſoluunt tributa aut ſepa
ratim à domino pratenſes habitent: de talibus enim ſpeciali-
ter hic loquitur. Eſt enim alia pœna ſtatuta in ſuſceptores
aliorum ſuorum priuatorum:vt ſuprà de ſeruis.fugi.l. quicun-
que.Irner.eſt proditor ſtudioſus, & diligens, vel quaſi quæ-
ſtione inter te,& eum interueniente. Aldricum Bononienſem,
3 ſiue Pilæum Mutinen. conſulere non differas. † Adſcriptitij
fiunt per ſcripturam,& per confeſsionem poſtea interuenien-
tem.Per ſcripturam veluti ſi ſcribat ſe terræ,& poſtea ſequi-
tur eius confeſsio,vel depoſitio,apud acta,adſcriptitium ſe eſ-
ſe dicendo:tunc ex vtroque genere obligationis,id eſt, tam
ſcripturæ præcedentis, quàm confeſsionis poſtea ſequentis:
vel apud acta depoſitionis talis eſſe dicitur, vel creditur (ceſ-
ſante tamen vi,& neceſsitate) qualem ſe ſcripſit,& inter acta
depoſuit:vt j eod cùm ſcimus.Et ſic ad faciendum adſcripti-
tium,duo valida ſunt neceſſaria in tanta difficultate, cùm ad
deteriorem fortunam,quis trahitur:& vnum ſolū (quod aliàs
ſufficeret) hic nihil operatur.Nam non ſufficit,qui promittit
ſe vendere,niſi & ſecundo poſt biennium confiteatur: quia
quantò quis plus cogitat,tantò cautior erit:vt in auth. vt im-
mo.ante nu.do.§.j.Item qui mutuant pecuniam marito pro
militia emenda,vt in ea creditoribus omnibus præponatur: ni
ſi in ſcriptura redigatur,quæ teſtium habeat ſubſcriptionem,
non obſtabunt vxori in dotis priuilegio,nec ſolis teſtibus cre
ditur:vt in authen.de æquali dotis.§.his conſequens. Sic ergo
ſupraſcriptis duobus interuenientibus,factus adſcriptitius il-
lud ſibi imputet,vt iam talis eſſe credatur, qualem ſe ſcripſe-
rit,& inter acta depoſuit.Sic aliàs ſiue tanta,vel minor ſit ſo-
lennitas amittit quis collegium,quod citra ſcripturam facere
non ſolet:vt ſ.de fabricen.l.ſi quis. Sed & quod tutor in pu-
blico inſtrumento de pupilli re confeſſus fuerit, omnifariam
creditur:vt ſ.arbi.tuto.l.vlti.Sic & qui ſua manu exhæredem
ſe ſcripſit,contrauenire non poteſt:vt ff.de bon.poſ.contra ta.
l.nō putauit.& ſ.de fi.inſtr.l.ſi aduerſarius.& eo.C.de recept.
arbit.l.ne in arbitris.in fi & ff.de do.l.ſi patronus.Sicut quan
doq; duobus vtimur validis,ita res magnæ fauore, vel perſo-
næ,quandoq; aliàs:vnum quodq; tamē per ſe debet eſſe validū,
vt proſit. Non enim valet plura inualida vniri ad faciendum
rem perfectam:quia non actionum coaceruatio,ſed quātun-
cunq; actio contineat,vniri poteſt. Idem in vſuris per diuerſa
tempora ſolutis donationibúſq; celebratis attenditur:ſicut &

valida debent eſſe quæ dantur:vt habere quinq; filios,vel tres
tutelas:non ſi habeat duos filios, & duas tutelas,& ſic ar.ff.de
exc.tu.l.ſpadonem.& de vac.mu.l.j.Sicut refert an adiiciat vis
fluminis partem de tuo fundo in meum: quia poteris eum re-
petere,an per alluuionem minuatur tantum, quod quidem re
petere non poteris. Sed contra,adminicula, ſiue indicia, iudi-
cem mouent ad ſacramentum inferendum: vt qui iurat victo-
riam reportet,& gloriam.Colonaria cōditio efficitur lōgiſsi-
mi temporis meta:puta ſi ei terram dediſti colēdam, & habi
tandam colonariam cōditionem in illo ſolo xxix.ann.retinui
ſti.Hic(inquam)licet remaneat liber.facultatem recedēdi non
habet:vt j.eo.l.cùm ſatis.§.j.Non enim ſufficit annuis functio
nibus ſeruire.&c.vt C.in qui.cauſ.colo.con.l.ij.Vnde pactum
à principio ſuper colonariam cōditionem conſtituit: vt j. pa-
tebit:ſola enim temporis longinquitate,non cōuenit mutila-
ri libertatis iura:vt ſ.de longi temp.præſcrip. quæ pro libe.&
non aduerſ.libe.l.vlti. Siquidem non multum diſtant à ſpecie
ſeruorum,quibus non datur facultas recedendi: vt ff.de liber.
ho.exhi.l.j.& ij.Quomodo ergo poteſt dici liber,qui recedere
non poteſt? hoc enim eſſet imponere legē verbis,& non rebus
contra l.ij.ſuprà com.de leg. Ideoque dicendus eſt remanſiſſe
liber qui fuit liber, non moderatis, ſeruili, vel adſcriptitia
conditione: ſed ratione contractus & promiſsionis ſuæ, vt
deinde coleret, & ibi habitaret vt colonus:vt quod non per-
ficit prima conuentio, hoc adimpleat præſcriptio pro bono
publico:non,quòd propterea libertas ſit offuſcata,ſed ad im-
plendum promiſſa, ſit contra eum præſcripta: ſicut non ſuffi-
cit voluntas tollendi teſtamentum: niſi corroboretur decen-
nio:vt ſupra de teſta.l.ſancimus. Ideo autem longiſsimi tem-
poris meta deſideratur: quia inter immobilia computantur:vt
ff.de diuerſ.& tempor.præſcript.l.iij. & ſupra de ſacroſanct.
eccleſ.l.iubemus. & in authent. de nat. lib. & ſupra de prædi.
4 decur.l.vlti. † Colligitur ex prædictis duo eſſe genera colo-
norum quæ ſunt,vnum ex, aliquo actu interueniente,& pro-
pter mendicitatis odium: aliud cum ſolemnitate ſcripturæ
confeſsionis, ceſſante vi & neceſsitate, tertium ex meta tem-
poris, conuentione tamen præcedente colendi, & habitandi
terram colonaria conducunt : ſed non niſi duo genera colo-
norum inueni, aſſcriptitios colonos,& inquilinos:vt j. eod.
l.cùm ſatis §.vltimo.vbi dicit,nemini autem liceat vel aſſcri-
ptitium,vel colonum alienum recipere.Nec mirum, quia ſub
nomine coloni omnes quidem continentur: ergo & origina-
rij.Nam & in titulo non plus dicit quàm de agricolis, & co-
lonis,ſed adiicit de cenſitis:eò quòd non dicit de aliis colonis:
niſi de cenſitis,vel cenſualibus:quia cenſum dant domino &
fiſco:cùm alij coloni nomine penſionis,quod inferunt,ſoluant
non conditionis titulo. Sed ſunt:qui dicunt quòd omnes præ-
dicti vocantur adſcriptitij arra:quam quidem ſententiam in
5 fine allegabo. † Nunc de iis qui naſcuntur * videamus.Et qui-
a dem natus de adſcriptitia ſequitur conditionem matris cuiuſ-
cunque conditionis ſit pater:vt j.eod.l. ne diutius. & l. vltim.
& etiam in authent. conſtitutio quæ ex adſcriptitio. Natus
quoque de colona,vel inquilina, ſequitur ſimiliter conditio-
nem matris:vt j.eod.l.mulier. Natus de libera,& de colono,vel
inquilino patre,ſequitur conditionem patris : ſicut ſcriptum
eſt ab Impp. Arca:& Honor.in hæc verba. Definimus,vt inter
inquilinos,colonóſve,(quorum, quantum ad originem per-
tinet vindicandam indiſcreta eadémque penè videtur eſſe
conditio, licet ſit diſcrimen in nomine) ſuſcepti liberi , vel
vtroque,vel alterutro parente cenſito,ſtatum paternæ condi-
tionis agnoſcant:j.eod.l. definimus. Sed in multis codicibus
inueni,vel neutro,aliàs alterutro quod ſubtilioribus relin-
quo. Et ſic in colonaria, & inquilina conuentione inſpici-
* mus ſtatū patris.Idem in eo,qui à patre cōchylegulo genitus
probatur:vt ſ.de murileg.l.vlti.Idem in iis,qui naſcuntur de
matre murilegula,ſed de patre curiali concipiuntur:vt in aut.
de nat.lib.§.vi. Alioquin,ſi pater non eſſet curialis,ſequeretur
iura maternæ conditionis,id eſt, murilegulæ larē:vt ſ. de mu-
rileg.l.finali.Item natus de colonaria,vel originaria, ex patre
monetario Imperatoris,ſi illam dominus cū feſtinatione non
retraxerit,ſequitur filius conditionem patris:vt ſ. de murileg.
l.edicimus. Sed mirandum eſt,quare in colonaria inſpicimus
conditio

conditionem patris, & non ventrẽ matris. Hoc contingit propter publicam vtilitatem, ne deficiat vel decreſcat talis conditio: quia inter nobiles & infimos oportet fieri diſcrimẽ. Et quod dicitur ſuſceptus de colono, vel inquilino, vel natus de colonaria, vel inquilinaria: verba cum effectu ſunt accipiẽda. Nam ſi medio tempore ante, quàm ſit colonariæ conditione præſcriptus, filium habuerit, nũquid detinebitur inuitus filius præſcriptione quæ patre inuito, nondum erat conſummata,
5 ſed initiata tẽpore, quo natus iam nõ poſsit patris viſcera dici? ideóque patris vel matris pactum ei non debet obeſſe. Nam tempus conceptionis ſpectandum plures teſtantur leges. Pro hac ſententia facit vt poſt ingratitudinem nati reuocentur: ante ingratitudinem nati non reuocentur: ante ingratitudinem verò parentum delicta non noceant: vt ſ. de libert. & eor. lib. l. ij. Ergo & ſenator, vel alius clariſsimus priuatos habet filios ante dignitatem ſuã editos: vt j. de dign. l. ſi ſenator. Cohortalis eum, quem tempore ſuæ militiæ ſuſcepit filium, cohortali conditione relinquet obnoxium: vt j. de princi. agẽ. in rebus. l. quicũq;. Sicut & filius naturalis curię datus, ſi poſt ea filios ſuſceperit, & de annonariis erunt, & curialia munera ſubibunt: vt ſ. de natur. l. j. & l. communium. Sed quid erit de iam natis antè, quàm terram ſuſciperent colendam, qui cum patre poſteà ſteterunt: nunquid eadem præſcriptione inuiti detinebuntur, cum nec terram ſuſceperunt colendam, nec cenſum ipſi reddiderunt, ſed ſolus pater eorum. & ſic nec ipſi colonaria conditione videntur affecti? Reſpondeat qui poteſt. Sed & contrà argumentum ſumitur, vt cùm tempus initiatam patris præſcriptionem compleat, qua pater eius detinebitur, finita ea, quæ contra matrem incepit. Sic enim ſcriptum eſt à Iuſtiniano. j. l. cum ſatis. §. cum autem. Cum autem Anaſtaſiana lex homines, qui per xxx. annos colonaria detenti ſunt conditione, voluerit liberos quidem permanere, non autem habere facultatem terra relicta in alia loca migrare: & ex hoc quærebatur, ſi etiam liberi eorũ cuiuſcunque ſexus, licet non per xxx. an. fuerint in fundis, vel vicis, deberent colonariæ eſſe conditionis, aut duntaxat pater eorum, qui per xxx. an. huiuſmodi conditioni illigatus eſſet. Sancimus liberos colonorum eſſe liberos: non habeant autem licentiam aliò migrare, ſed ſemper terræ inhæreant. Detinebuntur quidem filij conditione patris nati in fundo, ſiue in vico, ſiue in caſtro. Sic enim ſcriptum eſt filios colonorum, licet non xxx. an. ſteterunt in fundis, vel in agris: vt j. co. cùm ſatis §. cùm autem. & ff. de excuſa.
6 tuto. l. non tantum. §. inquilini. Prædicta † autem conditio inquilinaria talis eſt, qualis & colonaria, cum eadem pœna cond. Sed quare dicta eſt inquilinaria, cum ſufficeret colonaria? quippe dicitur à colonis colonaria, vel à colendo: Inquilinaria, quia in ædibus conſiſtit: vt ff. de acqui. poſſ. l. re pignoris. Vnde non ſine cauſa vtrunque dicitur. colere enim non valeret, ſi non habitaret ibi: neque valet fundum habitare, ſi non colere ipſum: & ſic vtrumque nomen perfectam * conditionem ſignificat. Vel alterum tantùm per interpretationem idem importat: vel dicuntur inquilini, id eſt, caſtellani, eò quòd habitant in caſtris (vt ego habito) ſic ratione locorum ita dicuntur & non ſola ab agricultura. Vnde & illud, Inquilini à tutelis excuſari ſolent: niſi eorum, qui & ipſi inquilini ſunt, in eorum caſtro, & in eadem conditione ſunt alligati: non enim ſine cauſa in multis locis reperitur hoc nomen inquilini: vt C. eodem. l. omnes omnino. & l. definimus. & de fundis rei priua. l. eum, qui. & ſ. commu. vtriuſq; iud. l. poſſeſsionum. & ff. de legat. j. l. ſi quis inquilini. Et quia ſi quis inquilinum, vel colonum non fuerit profeſſus, vinculis cenſualibus tenetur: vt ff. de cenſi. l. forma. § ſi quis inquilinũ. Ex prædictis colligitur colonos prædiis, quæ colunt, habitantes, colonariæ conditioni alligatos eſſe. Non ergo (vt ſ. dicitur) originarij dicũtur. Nã (ſi inquã) ſiue in ipſo fundo, ſiue extrà fundum natus opponeret exceptionem domino, iam oporteret tẽpore partus dominum, ne coloni, vel inquilini aliqui cum vxore irent prouidere: quod non ſolum ad ruborem, ſed & ad magnum accederet ludibrium. Non enim quia in fundo naſcitur eſt illigatus, ſed propter patris matriſve contractum dentes filiorum obſtupeſcunt. Si ergo ſoboles extra fundum nata, licet in vrbe, reuocetur: non tamen inferendum eſt, ergo, non in fundo nata, reuocabitur. In nundinis enim nata reuocabitur ſemper, vel in fundo nata, ſubaudi maxime. Et ſic nihil valet extra fundum parere, vt ideo domino valeat opponi exceptio. Non enim per colonum præiudicium fit poſſeſſori inuito, vel inſcio domino: vt j. eodem. l. per colonum. Et quia quouſque aliquis eius aſcendens, vel deſcendens, vel ex latere ibi remanſerit, videtur & ille, qui exiit, poſsidere: vt j. eod. l. cum ſeruus. Imo quia non animo deſerendæ poſſeſsionis de fundo exiit, non poteſt dici amiſſa poſſeſsio: ſed nec interuerſa quouſque colonus domino penſionem ſoluerit (niſi aliud extrinſecus interuenerit) vbicunq; natus reperitur. Sed licet ſeipſum non poſſit domino ſubtrahere, alius tamen eum poſsidendo præſcribit. ar. j. de fun. rei priu. l. eum, qui. Si tamen forſan agnati, vel cognati, in fundo non remanſerint: ſed illa l. eum, qui. dicit, priuata intentio, vel res dominica non inquietabit eum, qui ſine interpellatione xxx. annis ſeruierit. Præcipuè autem adſcriptitius ſemper facit furtum ſui ipſius. Nec quanticunque anni emanauerint, quicquam ei proſunt: vt j. eod. l. cum ſatis. in princ. Et idem de colono & inquilino dici poteſt, eo quod omnes fugere dicuntur: & eorum receptores puniuntur: vt j. eod. l. omnes omnino. & l. omnes profugi. & l. originarios & l. ſeruos. & l. coloni. Si quidem fuerint ex his qui naſcuntur.
7 † Prædictæ autem perſonæ cuiuſcunque conditionis ſint, ſeruari debent terris, quibus ſunt affixæ. Sunt enim partes fundi, & inter immobilia computantur: ſicut & terra, cui accedunt: vt ff. de diuerſ. tempora. præſcriptio. l. ij. & ſ. de ſecund. nupt. l. hac edictali. §. his. & ſ. de ſacroſanct. eccleſ. l. iubemus. in prin. Et ſpeciali ratione non ſunt à terra ſeparandi nec, niſi cum ipſo fundo, alienandi. Expedit enim reipublicæ, ne quis re ſua malè vtatur. §. ſed & maior. Inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alien. Item ſecundum quod poſſeſſor vendit de terra, ſic vendat de coloni cauſa. Et (quod eſt notabile) poterit venditor contra proprium factum venire: & quod non recto ordine
8 egit, vendicare dicitur. Et † malæ fidei emptor dicitur is, qui contra legum interdicta mercatur: vt j. eod. l. ij. & l. quemadmodum. Nam & aliàs vbi lex inhibet vſucapionem, bona fides poſsidenti nihil prodeſt: vt ff. de vſucap. l. vbi. Nam ſi lex non impediret, tantum præſtaret bona fides poſsidenti, quantum & veritas: vt ff. de regul. iur. l. bona fides. Sic & prætor neminem iuuat, vbi lex vel conſtitutio alienationem inhibent: vt ff. de publ. in rem act. l. cùm ſponſus. Si quidem non poſſunt abſque terra alienari, vel poſſunt cum ordine prædicto: ſed agnatio nunquam ſeparanda eſt, non liberi à patribus, non ſorores à fratribus: non vxores à maritis, ſed integra agnatio vel affinitas danda eſt: vt j. eod. l. definimus. & ſ. communia vtriuſque iudi. l. poſſeſsionum. & ff. de re iudica. l. quæſitum. Conſtat ex prædictis, quod ſi dominus Imperator ex deſertis agris imperij ſeruos vagos alicui donauerit, talis donatio eſt adeo oneroſa, vt pro fiſcalibus penſitationibus ad integram illius terræ deſertæ poſſeſsionem teneatur donatarius: vt j.
9 eodem l. quiſquis. Applicari † poteſt prædictis, vt vẽditor contra factum poſsit venire. Quod dicitur de clericis, qui contra legum ſcita bona eccleſiaſtica vendiderunt, vt idem ipſi ad ea vendicanda, audiantur: vt ſ. de ſacroſ. eccl. l. iubemus. ij. vſque adeò, vt ea, quæ contra legem fiunt, habeantur pro infectis. Et idem in eo, qui liberum, aut filium ſuum, alienauit: vt ſ. de patrib. qui fi. di. l. fi. ibi. liceat ei, qui vendidit. & ſ. de lib. cau. l. j. & ſ. de euict. l. ſi tibi. Et idẽ ipſe, qui donauit vltra licitum petẽdo, exceptionẽ patitur. Itẽ venire poteſt quis cõtra factum ſuũ, vbi non tenet, vel propter vitium litigioſi: eo quòd nõ valere alienatione, res in eodẽ ſtatu apud eũ remanet tanquam ſi nõ facta eſſet: vt ſ. de litig. l. ij. Idẽ cùm vxor reuocat, quod donauit viro, & è conuerſo: vt ff. de dona. inter virum & vxo. l. ſi ſponſus. Idem cùm minor alienauit prædium: vt ſ. de prædi.
10 mino. l. non ſolùm. Sed licet † lex Iulia inhibeat fundi dotalis alienationem, tamen qui alienauit, non poteſt reuocare. l. fundum. ff. de fundo dot. l. j. Et licet non valeat ceſsio ſeruitutis ab vno de pluribus dominis facta, niſi omnes ceſſerint: interim tamen qui ceſsit vetare non poteſt. vt ff. de ſerui. ruſti. prædi. l.
11 per fundum. † Sed quæritur, an dominus colonos à terra ſeparãdo poſsit eos liberare, vel poteſtatem terræ cum libertate in eos conferre? Pro hac ſentẽtia facit cõmunis conſuetudo: quia

coloni quotidie liberantur à dominis. Item lex illa, poſſeſſo-
res j. de fundis patri. Ibi enim dicitur, qui habent ab in perio
fundum in emphyteuſim, libertatem mancipiis fundi poſſunt
præſtare. Multò magis veri domini proprios colonos dimit-
tere poſſunt dando eis libertatem, id eſt, recedendi facultatem.
Sed fortè in adſcriptitio maior eſt prohibitio, vt nõ niſi cũ ter
ra à ſuo dominio poſſit eum dominus expellere: vt j. eod. ne
diutius, niſi fiat ſub modo tranſactionis: vt ſ. de tranſactio. l.
vltima. Et ideo maior eſt prohibitio: quia ipſe ſe alligauit, ſi-
cut qui participauit pretium ſe vendi patiendo. Sed adſcripti-
tius poteſt refugere, multò magis colonus alius, vel poſſunt li
berari, ſed non omnes: ne terra destituatur cultoribus: vel poſ-
ſunt liberari ſoli adſcriptitij, eò quòd reputãtur ſerui: vel poſ-
ſunt liberari illi demum coloni, qui fuerunt agri colẽdi cauſa
comparati, & in fundo poſiti, tanquam coloni. Et fortè iſti ſo-
li dicũtur mancipia ruſtica: vt ff. de fund. inſtruct. vel inſtrumẽ.
lega. l. cùm de Lanionis. & l. Seiæ. §. liberto. & l. quæſitum. §.
quæritur. & ff. de verb. ſign. l. in lege. Non enim fuit contenta
lex illo ſolo nomine colonos, cùm addat ruſticos, cẽſitóſq; ſer
uos: vt ſ. eod. l. quemadmodum. Item dicit colonos, vel manci-
pia fundorum: vt ſ. de ſacroſanc. eccl. l. iubemus. Item cùm di-
cit ſeruos, vel colonos adſcriptitiæ cõditionis, ſeu inquilinos:
vt ſ. communia vtriuſque iud. l. poſſeſſionem. Vel coloni licet
ſimpliciter dicantur liberi: tamen ſecũdum quid dicũtur ſerui:
12 eò quòd ſunt ſerui glebæ: vt j. de colo. Thracenſibus. † Reuo
cantur (inquam) prædictæ conditiones, ſi aufugerint, cum ma
gnis receptatorum pœnis: ſi iuſtam non opponeret excuſatio-
nẽ quòd eos ingenuos credebant, & non tali conditioni ad-
ſcriptos. Si enim non reciperentur fugitiui, voluntas fugiendi
eis non eſſet, nec recipiendi voluntas cuiquam eſſet, ſi ſciret ſi-
bi pœnam imponendam eſſe: Vnde ſi fugitiuum quis recipiat
fiſci tributarium, ſeruum, vel inquilinũ, in xij. libris argẽti te-
nebitur. Fiſco enim tributum dabit. Item & domino fugitiui
alterum æſtimationis eiuſdem præſtabit: vt j. eod. tit. l. ſeruos.
Reddet etiam tributa quæ debuit inferre qui fugit. Recipere
autẽ eſt refugiũ abſcondendi cauſa ſeruo præſtare: ſiue in ſuo,
ſiue alieno. vt ff. de ſer. corrup. l. j. Reuocantur autem fugitiui
ſine repulſa, & ſalua cauſa proprietatis prioris domini poſtea
à quo fugerunt: vt j. eod. ſi coloni. Eſt enim fuga res odioſa, &
vſucapionem inhibet: vt ſ. de ſeruis fugit. l. j. & j. eo. l. cùm ſa-
tis in princ. Reuocantur, etiam ſi ad eccleſiam confugerint:
vt ſ. de iis, qui ad eccle. confug. l. vlt. ſacramento tamen inter-
13 ueniente ſerui. † Reuocantur & ad exemptum ſerui fugiti-
ui tam ipſi, quàm eorum ſoboles, & peculium, licet in alia ter-
ra nati fuerint: vt j. eod. l. mulier. & l. cùm ſatis. in princip. & j.
de colo. Illyric. l. vnica. in ſine. Reuocantur quidem, etiam ſi
dominus occaſionem fugæ præſtiterit colonum ſuperimpo-
nendo, aut violentiam eis inferendo: vt j. eod. l. cùm ſatis. Re-
uocantur etiam ab eodem venditore, vbi priuatus contra le-
gem cum pauca terra, vel ſine terra, eos alienauit: vt hic dicitur
in l. quemadmodum. Reuocantur quidem non obſtante pri-
ma, vel adepta dignitate, vel cenſus authoritate: ſed omni-
bus computatis quæ per gratiam ſunt impetrata, domino vel
fundo reddatur: vt hic eod. l. omnes omnino. & l. colonos nun
quàm. Reuocantur quidem etiam ceſſante præſcriptione,
quouſque antiquitas, vel poſteritas eius, ſiue cognatio, in fun-
do remanſerit: vt j. eod. cùm ſcimus. Et ſic per colonum præ-
ſentem retinemus ius contra abſentẽ: ſicut aliàs, ſi plures ſunt
rei debendi, ex vnius deuotione retinet ius ſuum ſtipulator
contra alium correum: vt ſ. de duobus reis l. vlti. Per prædi-
cta inferri poteſt, multò magis eos in poſſeſſione colonaria
detineri, quouſq; pẽſionẽ domino ſoluerint, licet extrà mãſum
habitent. arg. de vſufru. l. arboribus. §. de illo. & de donatio.
inter virum & vxorem. l. cùm hic ſtatus. l. ſtipulata. §. ſi vxor. &
de acq. poſſe. l. quãuis. quomodo enim dominus poteſt neceſſa-
ri ad id faciendum vel recipiendum? Nam ſic dicitur in l. cùm
ſcimus. §. illud quoq;. per illa verba, neque coluit agrum, nec
quid colonarij operis celebrauit: ac ſi diceret, per aliquid, totũ
feciſſe videtur. Videtur ergo dominus ſemper retinere ius
ſuum, arg. prædictarum legum. & ſ. de inofficio. teſta. l. con-
tra maiores. & de annali except. l. vlti. nam & in ſeruitute ti-
gni immittẽdi, ſi tignum immiſſum, aut ſtillicidium proiect, quia

hic ago aliquid, vtor. Sed & qui per patrem itineris vadit, to-
tum viutpare videtur: vt ff. quemadmodum ſer. amitt. l. ſi ſtilli-
cidium. in ſi. & l. ſi ſic in prin. & de ſer. ruſt. præd. l. ſerui. Sed &
nec nocet vnam cauſam appellationis expreſsiſſe, quominus
& aliam poſſit allegare: vt ff. de appell. l. ſcio. Quicunq; tamẽ
reuocetur, præcipue & validius vocatur adſcriptitius. Nam
ſicut in curiali cõditione nemo ex temporali curſu liberatur,
ſic in adſcriptitio idem reperitur: vt j. eod. l. cùm ſatis. Reuo-
cantur (inquam) plena domini authoritate, ſiue poteſtate: vt j.
eod. l. vltima. & j. de colo. palæſti. Licet enim conditione vi-
deantur ingenui, ſerui tamen terræ exiſtimantur: & poſſeſſor
quidem eorum iure vtatur, & patroni ſolicitudine, & domini
poteſtate: vt j. de colo. Thracenſ. l. vna. Reuocantur quidem
non ſolum patres, ſed & filij, licet paruuli etiam viuẽtibus pa-
rentibus: vt j. eod. mulieri. & l. cùm ſcimus. & l. cùm ſatis &
j. de fugi. colo. l. j. Sed & prouinciarum præſides compellent
eos redire ad antiquos penates, vbi cenſiti, atque educati, na-
tiq; ſunt, ſine vllo ſexus munerũ conditioniſq; diſcrimine: vt
j. eod. l. omnes omnino. Compellẽt quidem eos præſides ad-
moniti ab alio præſide de cuius prouincia aufugerunt. ſed cõ-
feſſos, ſcilicet, vel cõuictos. vt in auth. de man. prin. §. ſed neq;.
Alioquin patiẽtur pœnam præſides ſi hoc non fecerint: vt in
14 auth. vt nulli iudi. §. quoniam verò. † Hæc quidem valida
ſunt pro dominis. Pro colonis autem ſunt iſta, ſi quidem qui-
cunque reuocatur, tamẽ factus epiſcopus non reuocabitur: vt
in auth. de ſanct. epiſco. §. ſed hoc quidem. Nec etiam in ipſis
poſſeſsionibus clericus fieri prohibetur: dumtamen clericus fa
ctus impoſitam agriculturam adimpleat: vt in auth. de ſanct.
epiſ. §. Adſcriptitios extra poſſeſsiones ipſas minimẽ. vt ſ. de
epi. & cle. l. iubemus. Nec ille colonus vel inquilinus reuocabi
tur, qui xxx. annis ſine interpellatione ſeruierit curiæ, vel bur
gis, exterisve corporibus, ſiue rei dominicæ, ſiue incẽſo priua-
ta mouerit quæſtionem: vt j. de fun. reipu. l. cum, qui. Hãc legẽ
non omnes intelligũt. Item colonarij à munere trahi non de-
bent, cùm prouidentiæ ſit neceſſarium opportuno tempore
in neceſsitatibus ſatisfacere: vt l. j. in ſi. iſto tit. & ſ. de ferijs. l.
15 omnes dies. † Item caueãt domini ne aliquam innouationem,
vel violentias, inferant colonis: potius veterem cõſuetudinem
eis ſeruent, & iudex ſuper hoc aditus dominum cõdemnabit:
vt j. eod. cùm ſatis. Item & id quod terra præſtat à colonis ac-
cipiant. Pecuniam (ſtricto modo accepto) requirãt: quam ru-
ſtici optare non audent: niſi cõſuetudo prædij aliud exigat: vt
j. eod. l. domini. Conſuetudo quidem vel ex venditione habi-
ta, vel longiſsimo tempore obtenta, qua omne ius & actio tol
litur, & præcipue ea, quæ hominum excedit memoriam: vt ſ.
de præſcript. xxx. an. l. omnes. & ff. de aqua plu. arcen. l. j. & ij.
Nam longi tẽporis cõſuetudo, circa male inuẽta nil operatur:
vt ſ. de pact. l. ſi certis. & in auth. vt nulli iudic. Licet triennij
præſtatio fauore vltimæ voluntatis valeat, & maximè in ali-
mentis: vt ſ. de fideicom. l. j. multò magis & longa præſcriptio
vbi de extortis non agitur, valde operatur: vt j. eod. l. litibus.
& ff. de proba. cum indebito. Sed magis pro colono: quòd pa-
tronorum ſolicitudinem in eos debent domini habere: vt j. de
de colo. Thracenſ. l. vnic. Debent igitur eis prouidere & con-
ſulere, argum. cauſæ xvj. quæſt. j. c. alia cauſa. in prin c. & non
16 eos affligere: ne quis re ſua male vtatur. Item licet † domini
ſint debitores fiſci, nullus tamen exactor fiſci debet eos pulſa-
re: ſicut enim terris debent inhærere, vt nec puncto temporis
debeant amoueri: vt j. eod. l. colonos. Deſtituetur enim anno-
næ præbitio, ſi agricolæ traherentur de opere ruſtici. Ideó q;
venientes agricolæ cum mercibus ad ciuitates, nunquam in
foro ſedeant, quod eſt nota dignum: ſed vendentes confeſtim
eas tradant, vt ad ſua opera redeant: quod notabile ad rem
tradendam: vt ff. de nundinis. l. j. Sume ergo argumentum. Si
ad certam vrbem veniunt ruſtici pro lite, quam inter ſe ha-
bent, quàm cito ſunt dimittendi: ſiue magiſtratus, ſiue domini
eorum ipſam litem debent definire, & duo, vel tres, de multis
pro ſe, & alij remaneant pro lite ſopienda. Et (quod eſt nota-
bile) dominus eſt iudex inter ſuos colonos: vt in auth. de quæ-
ſto. & ſic coloni reputantur liberi: eo quòd inter ſe conſiſtant
in iudicio, & cum extraneis: vt j. eod. l. omnes profugi. & cum
ipſo domino, ſi contra ſolitum eos grauauerit, & pro ſua ſuo-

rúmque

rúmque iniuria: vt j.eod.l.cùm ſatis.& j.in quib.cau.colo.l.ij.
Sed & dominum de peculio teneri non dubitatur: vt ſ. quod
17 cum eo.l.dominus. † Itē ſi oriatur dubium de aliqua re, quam
dominus dicit ſuam, colonus verò neget, aſſerendo eam alte-
rius eſſe: ſi quidem longo tempore colonus domino obedi-
uit, eius reluctatio non noceat domino: alioquin dare debet
fideiuſſorem ab eo petitum interim, ne moleſtetur. Per trien-
nium autem debet obligari talis fideiuſſor, & completo trien
nio reuocari. Sed ſiquidem ſic non fecerit, per officium iudi-
cis fructus exacti debent deponi in ſacroſanctam ædem, id
eſt, in cimeliarcho ciuitatis illius, cui vicus ille reſpondet: vel ſi
hęc non ſit idonea, in metropolitana eccleſia: & depoſita, vel
dominis dentur, vel colonis reſtituantur. Si verò reditus non
in auro, ſed in ſpeciebus conſiſtant, venditi per officium iudi-
cis deponantur (vt dictum eſt) & ſicut conſuleretur domino,
ſic conſulendum eſt fiſco. Si enim coloni publicas functiones
dabant fiſco, remaneant & ipſi in priſtina conſuetudine. Si
verò moris erat quòd domini totam ſummam percipiebant,
& de ea partem fiſco dabant pro publicis functionibus: tunc
ſine præiudicio fideiuſſor à colono datus, quod ad tributa
ſufficiat domino inferat: vt fiſco ipſe ſoluat, & interim quie-
ſcant. Sed ſi fideiuſſor non ſit pretium, ex fructibus redactis
debet poni. Et iudices de ea ſumma tantum debent dominis
dare, quantum ſufficiat tributis fiſci, vt ſoluendo recipiat
poſt ſecuritatem. Et hæc omnia fiant ſine præiudicio domi-
norum, & colonorum, quouſque de re principali iudicatum
fuerit: vt j eo.l.litibus. Dant (inquam) coloni publicas fun-
ctiones, ſi talis fuit conſuetudo: vt ſ.dictum fuit. Et quia con-
tingit eos proprias habere terrulas: vt hic.eod.l.hi penes.&
in authenti.& nullus mutuans agricolas teneat in principio.
18 † Colligitur ex prædictis honorem exhibendum ciuitati, à
ſuo vico: eò quòd in ciuitate ſit depoſitio facienda. Nec mi-
rum, quia eſt eius patria: vt ff.ad municip.l.quis ex vico.& in
ea releuat tributa: vt C.de exact.tribu.l.vltima.& ff de cenſi.
l.forma. Et volens dare curiæ filios naturales, illius demum
ciuitatis curiæ dare debet.ſ.de nat.libe.l.naturalem ſi quis.
Sed & metropolitanæ, honor exhibendus à vicariis ciuita-
tum quæ ſub ea ſunt: vt ſ.dicitur. Nam omnes prouinciales
eundem in ſedendo teneant modum, quem metropolitanam
ſedem habere cognouerūt: vt diſt.xxviij.c.de his Sed & quod
dicitur ſ.vt colonus longo tempore ſoluendo fructus, circa
illius terrę poſſeſsionem non poſsit domino obſtaculum in-
ferre, notabile eſt. Et quia bona coloni omnia domini eſſe
præſumuntur, cùm dicitur, cuiùs ipſi ſunt eiuſdē omnia eſſe
ſua cognoſcant: & quia decēnalis præſcriptio eſt valde fauo
rabilis. Nam in re odioſa imperator Antonius iudicauit eſſe
ſoluendas vſuras: quia per decennium erat præſtitæ: vt ff.de
vſur.l. cùm de in rem verſo. Et ſic non naniſcitur quis poſ-
ſeſsionem illius, qui longo tempore abfuerit: vt ff.de vſur.l.
fructus. Et qui in diuerticulo publici fluminis piſcatus fuerit
&c. Sed licet omnes prædicti ſint conditione adſtricti, videtur
tamē inter eos eſſe differentia: cū adſcriptitius loco ſerui repu
tetur, vt inter eum & ſeruū non ſit differentia: vt hic eo.tit.l.
ne diutiùs. Alij verò licet cōditione videantur ingenui: vt hic
eo.tit.l.cum ſatis.§.cùm autem.tamē ſerui glebæ dicuntur: &
ſic ſecundum quid, & non ſimpliciter: vt j.de colon Thracen.
& ff.de diuer.& tēpor.præſcriptio.l.ij. Omnibus enim colo-
19 nis licentia diſcedendi à gleba denegatur, & omnes † poſſunt
reuocari: vt hoc eo.tit.l.omnes omnino. ſed nō per omnia cō-
paratur adſcriptitius ſeruo. Nam eo ſolo dominium amitto, ſi
me ſciente, liberam ducat vxorem: vt in auth.de nup.§.ſi verò
ab initio. ſecus in adſcriptitio, vt eius non decreſcat conditio:
vt hoc cod. tit.l.vlt. Et licet ſeruus non poſsit fieri clericus:
poteſt tamen adſcriptitius: vt ſ.de epiſco.& cler.l.iubemus &
l.ſecuus Item licet peculium ſerui mei poſſum auferre, & erit
meum tale ablatum: nō tamen, ſi hoc fecerim adſcriptitio. Pro
dominis autem faciunt illa, que ſ.dicuntur de reuocādis colo
nis, & illud quod dicitur, cuius ipſi ſunt, eiuſdem omnia eſſe
cognoſcant: vt ſ.in quib.cau. Et ſic per ſupradicta cognoſci-
tur iſtorum conditio. Et qualiter eorum dominis conſulatur
videamus. Conſulitur quidem fiſco, eò quòd colonos, & in-
quilinos noſtros oportet nos in cēſum deferre. Sic enim for-

ma cenſuali cauetur: vt ff.de cenſi.l.forma.& de capitatione
ſoluenda, ſed in certum locum: vt eo.l.iiij.& l.litibus.& in eo
quod dicitur de pœnis eorum, qui colonos receptūt, vt tributa
ſoluāt per colonos quorum operis vſi ſunt, & ij libris argen-
tum quibus punitur, qui ſeruum tributarium, vel inquilinum
recepit: vt hoc eod.tit.l.omnes profugi.& l.ſeruos.& in eo
quod dicitur. immunitates ſpecialiter datas. & iugationes &
capitationes ſine iuſta probatione datas nunquam valere: vt
hoc eo.tit.l.immunitates.& in eo quod dicitur, pro fiſcalibus
penſitationibus ad integram terræ profeſsionem teneri: quia
ex deſertis agris per imperialem donationem quis in eorūdem
poſſeſsionem ſeruos vagos receperit: vt hic eo.tit.l.quiſquis.
Sed heu heu, exulat prædicta lex, quæ præcepit colonū vltra
ſolitum non debere grauari: eò quòd à potentioribus hoſpi-
tium, requiémve quærit, & cùm nō inueniat, dicit, vtinam fa-
cta non forem: quia potentes coërcere non valeo. Sed moder-
nis temporibus colonorum conditio vltra quàm dici poſsit,
eſt effecta grauiſsima, fatigantur enim & reprimuntur eorum
corpora, & parſimonia. Et ſic frangitur regula qua iubetur
quis, ne re ſua malè vtatur. Et iſta lex ludibrio deputata eſt per
iudices ſub tali conditione pronuntiare, dubitantes abſolu-
tionis viam, ideo non cogitant, eos ſeruituti ſubiugare. Ti-
ment ſi contra eos proferent, opinantur proniores pro domi-
nis, ſi legi præſenti obedirent. Si ergo velint iudices beneuo-
los habere, & ſi contra colonos obtinere, vt vltra ſolitum &
antiquum cenſum eos non impellerent, Rolandus bacenſis
21 ſuum dominis ingerit conſilium. † Quod autem ſ.dicitur
bonæ fidei poſſeſſori in reuocando colono celeri reformatio-
ne ſuccurri, ſalua proprietatis quæſtione, applicari poteſt,
quod dicitur in incedicto quorum bonorum, vt reſtituantur
in integrum poſſeſsiones quas defunctus habuerit tempore
mortis: vt ſ.quorum bonorum, ſalua remanente quæſtione
proprietatis. Item quod dicitur ſ.loca.l.ſi quis conductionis
titulo aliquam accepit poſſeſsionem debent priùs reſtituere,
& tūc de proprietate litigare. Idem de precario quęſita: vt ff.
de preca.l.ſed & ſi.& l.vltima. ex eo autem maximè ſubue-
niendum bonæ fidei poſſeſſori propter vitium fugæ, ne vn-
quam malignandi præbeat occaſionem. Fuga enim onus pro-
bationis non imponit domino: vt ſ. de probat.l.vis eius. & vt
ſe non poſsit domino ſubtrahere cadit in commiſſum: vt ff.de
publica.l.interdum.& ne per colonum fiat præiudicium poſ-
ſeſſori: quod non licet, vel quia poſſeſſor terram, vnde colo-
nus aufugit, poſsidebat: vel quia proprietatis probatio in
promptu non erat. Nam ſi dubito onus probationis ſubire,
& ipſe eſſet paratus, forſan audiri deberet, arg.ſ.de dolo.l.
cùm proponas. vbi dicitur ſi mihi non præſtas mācipium pro
ancilla mea, quam tibi dedi: ſi nondum dominus eſſe deſij, po
tero eam cum filiis recuperare: ſi tamen non moueatur mihi
ſtatus quæſtio. Ergo onus probationis poteſt ſubire: vt ff.de
proba.l.circa. quia dolo facit, qui petit, quod eſt reſtiturus:
vt ſ.de doli except. l.dolo. Dominis enim ſubueniendum eſſe,
ſumetur argumentum ex eo quod dicitur de veſte ſurrepta,
quam fur depoſuit: cùm enim repetat fur, quia depoſuit: &
dominus quia ſuam eſſe dicit: præferendus eſt dominus: vt ff.
depoſi.l.bona fides. Nam ibi ſi quidem eſt debitum, compen-
ſatio admittitur. Alioquin in alio iudicio eſt reprobanda. Sic
& in actione ad exhibendum: ſi euidens exceptio oppoſita ſit,
abſoluitur reus: ſi obſcura ſit, differtur in aliud iudicium, vt ſ.
de compend.l.vlt.& ff. ad exhibend.l.iij.§.ibidem. Licet enim
lex dicat poſſeſsionem mihi locatam priùs reſtituendam, ta-
men & aliæ leges dant occaſionem retinendi, ſi iuſta cauſa
ſubſit: vt ſ.vnde vi.l.non aliter. Innuit ergo poſſeſſorem iure
poſſe retinere, ſi iuſtam habeat allegationem. Nam cui datur
actio, multò magis & exceptio.l. inuitus. §. cui damus. ff.de
reg. iur. Et ſic ſupradicta videntur locum habere in poſſeſsio-
ne reſtituenda, vbi de dominio dubitabatur: ſecus ſi ſit certum
de dominio, vel à principio, vel ex poſtfacto: ſcilicet, quia à
domino emerit, vel alio modo acquiſierit. Nam emptor qui
emit à non domino, ſi redimat à domino, non tenetur ad pre-
tium: & mulier agit ex empto contra venditorem ſuum, pro
re quam emerit, & quam dedit in dotem viro cuius res erat
vt ff.de euict.l.ſi rem.& l. non tamen.

ANNOTATIONES.

a Quam colonis. Adde text. vbi gl. in §. ſi quis ruſticus de pace tenen.
* Conchylegulo. Si legis Alc.
b Nunc de iis qui naſcuntur. Ad iſtam materiã vide Specu. tit. de na. ex lib. ven. ver. Actor. multa per Bar. in l. ſi quæramus. verſ. quæro qui. de adſcriptitio. ff. de teſtam. & ibi docto.
* Viſcera. Imitatur Pilæus iuriſconſultos, qui plerunque propoſitis quæſtionibus non reſpondent: dicas igitur præſcriptionem non obeſſe filio idque a ſimili probat. Quod autem in pluribus legibus probatur conceptionis tempus ſpectandum, ad eas, quas ſubiecit, pertinent. l. & ceruorum. ff. de ſtatu hominum. C. in auth. quod conſti. quæ ex adſcript. & §. col. v. arg. ab inſtantia. §. ſed & ſi quis. Inſtit. de ingenuis. P. Praceius.

De capitatione ciuium cenſibus eximenda. *Rubrica.*

1 *Titulus de capit. cenſus.*
2 *Collatio cur ceſſauit.*
3 *Conferre quatenẽantur.*

1 LARGIVS † loquitur rubrica, ſcilicet de capitatione ciuium, quàm litera nigra, quę loquitur de vrbicaria plebe. ergo generaliter de cuiuſlibet ciuitatis municipibus, intelligenda eſt. Nam ſi per excellentiam intelligamus de plebe vrbana, de vtriuſq; vrbis felici embola, nihil faceret pro ciuibus aliis. Ideoq; de omnibus ciuib. intelligendum eſt, vt liberi ſint à capitatione, cùm dicat & oriẽtalibus remiſſam, de quibus minus videtur: vt hic eod. l. vnica. Additur ergo & de cenſibus, quoniam de pœna capitationis multis remiſſa loquitur: & quando, & qui ius Italicum impetrabant, quaſi ab omnibus nociuis liberi, iuuabant. Nam Conſtantinopolitanæ prærogatiua viris Italicis fuit conceſſa: vt ſ. de priuile. vrb. Conſtan. collatio quinquennalis quæ ab omnibus exigebatur ceſſauit: vt inuenitur ſ. lib. x. de luſtrali auri col. tollenda. Sed lex ibi poſita græca eſt: quam titulo latino concordare credere debemus: ſicut illa collatio, vel indictio ibat in annos xv. eo. quòd neque mundi terra habebat luſtrum, receſſit quæ tunc erat ordinaria, ſed
2 onerosa. † Recedit autem propter imminẽtes neceſſitates ſuper ſubiectos imperij illa, quæ dicenda eſt ordinaria, & licite pro communi ſalute ad vſum imperialis exercitus, & canonis vocabulo poſtulanda: vt ſ. de exacto. trib. l. ij. in fi. & ſ. de indictionibus. l. j. Nam & cùm timore tempeſtatis fit iactus in naui, & ibi exiſtentes debent conferre: & quis maior timor in curſionis barbariæ, aut ſi contra eos, vel ſubiectos rebelles Cæſar noſter mouerit arma, quis excuſationem obiiciat? Sic ergo de capitatione ciuium cenſibus eximenda, vt à modo nõ præſtent cenſum dicamus: vel de cenſibus (inquam) id eſt, de libro cenſuali. Vnde & illud, cenſus & monumenta publica. Plus ergo defert ciuibus, quàm forenſibus. Nam & ciuitatis actio non niſi centum annis finitur. Et ſic plus ciuibus ſingularium vrbium deferendum eſt: vt ſ. de ſacroſan. eccl. l. placet.
3 & l. vlti. † Non autem remittitur plebi ruſticanæ extra muros poſitæ, vt licet ſit innocens, & quieta: vt ſ. de ruſticanis. debent tamen, ruſtici ibi ſoluere capitationẽ & angariam congruã, quibus non fuit remiſſa. Vel de quibus ſpecialiter legibus eſt cautum, vt ſoluere debeant: vt in authen. dicitur circa ea, quæ immunitates præſtant, nullum habent vigorem. Et qui ſine legitima probatione eas impetrauiſſe in factionem priſtinam recedant: vt ſ. de agri. & cenſ. l. immunitates. ſed operas collatoribus eſſe remiſſas legitur ſ. ne operæ à collato. exigantur. Cùm probant, inquam, poſſunt immunitates indulgeri: ſicut de Tyriorum colonia legitur, cui ob inſignem fidem circa Romanum imperium diuus Seuerus ius Italicum dedit: vt ff. de cenſib. l. j. Coloni ergo (non quia colant terram alicuius, ſed duntaxat cenſibus adſcripti) ſicut, ab his liberi non ſunt, quibus eos tributa ſubiectos non faciunt, quia nil eis ſoluunt: ita illis, quibus annuis functionibus, & debito conditionis obnoxij ſunt, penè eſt, vt quadam detenti ſeruitute videantur. Et ſic duo ſunt hic notabilia, vt qui non ſoluunt, ſunt liberi. Item, quòd non ſufficiat colonos ſoluere, niſi ex debito conditionis. Tales igitur, qui ex debito conditionis ſoluunt, nunquam ſint ferendi quibus tamen fuit remiſſa capitatio. Certæ tamen ſunt prouinciæ, quibus remiſſa nunquam eſt. Et licet ſinguli viri, vel binæ mulieres dabant per anteriores principes, per poſteriores, tamen poſtea binis, vel trinis viris, mulieribus autem quaternis vnius pendendi capitis ius attributum eſt: & talis curſus in libris publicis eſt inferendus. Et hæc obtinent per vrbes Comanenſium, Amaſtrienſium, & Armeniæ
a ſecundæ, Amaſenorum. Helenoponti, * Æliocęſarienſium Cappadociæ ſecundæ: vt ſ. de agri. & cenſi. l. cùm antea. Sed de his nihil ad rhumbum: quia ceſſarunt. Præeſt & quicunque diuitias habet, & impietatem in capitatione omnibus exactionibus ſtrangulare debet, qui praua commiſerunt, imperiali iugo fuerunt ſuppoſiti. Italici verò, ſicut imperij, filij & amici, valde ſunt pronominandi, & non ſunt illis, qui fuerunt vocati à fide chriſtiana.

ANNOTATIO.

a Helenoponti. Alias Helleſponti. Alc.

In quibus cauſis coloni cenſiti, dominos accuſare poſſunt. *Rubrica.*

1 *Coloni quibus caſibus aduerſus dominos poſſint agere.*
2 *Sententia quibus caſibus poſſit ad futura extendi.*
3 *Colona cẽſiti an propriũ aliquid habeãt, & an poſſint alienare.*
4 *Colonus cenſiti an poſſint teſtari.*

NON pigeat ęquitatem principum reiterare, atq; ita dominorum oppreſſionem refrenare, & qualiter non ſolis colonis, ſed & dominis cõſulatur, diuulgare: licet ab iſtis, ſicut à prioribus principibus exemplum ſumpſerit Iuſtinianus: vt ſ. de agri. & cenſit. in l. cum ſatis. apertè fuit enodatum. Tractatur ergo de colonis cenſitis, de quibus ſ. dixerat, id eſt, conditionibus alligatis, vel quia in cenſibus, id eſt, in cenſualibus libris (ſicut & alia, de quibus imperij cenſus dabatur) continentur: & ſic cenſui dando ſunt adſcripti, ſed non fiſco, vel domino. Nam & in-
a quilini, * non coloni coguntur in cenſum deferre: vt not. ff. de cenſi. l. forma. Sed & prima cenſus adſcriptio, eſt vnus de modis conditionis adſcriptitiæ: vt ſ. de agri. & cen. l. cum ſcimus. Et ſic fortioris conditionis ſunt iſti dicendi ſecundum quoſdam illi, qui vocantur colonatiæ conditionis: non eò, quòd non illis, ſed iſtis expreſſim alienatio ſit interdicta: quorum opinio non eſt inferenda, eò quòd neſciant quid dicant: quia de illis hîc loquitur, de quibus & ſ. dixi. Coloni ergo dicti ſunt, non quia colant terram alicuius; ſed duntaxat cenſibus adſcripti: ſicut ab iis, liberi ſunt, quibus eos tributa ſubiectos non faciunt: quia nihil eis ſoluunt: ita his, quibus annuis defunctionibus, & debito conditionis obnoxij ſunt, pœna quadam detenti ſeruitute videantur. Et ſic hæc duo ſunt notabilia: vt qui voluerint, ſint liberi. Item quod non ſufficiat colonos ſoluere, niſi ex debito conditionis. Tales autem, vt ſupra dixi, qui ex debito conditionis ſoluunt, ferendi non ſunt, vt eos audeant licitè pulſare, à quibus ipſi habent poſſeſſionem, & cum poſſeſſionibus poſſunt alienari: nec audeant nomen dominorum in iudicio laceſſere: & cuius ipſi ſunt, eius omnia ſua eſſe cognoſcãt. Non enim cuiquam eorum de peculio ſuo domino ignorante quicquam permittitur alienare: & quos nec propria ſui iuris habere voluerunt, & quibus nõ eſt poteſtas permiſſa quicquam in ſe transferendi: ſed potius ſuis do-
3 minis acquirendi. Et † ſicut iſta faciunt pro dominis: ſic & ea quæ pro colonis faciunt, nequaquam ſunt omittenda. Iam ergo in criminalibus actionibus propter publicam ſuorum iniuriam exponendi contra dominos habeant licentiam. Sic & in cauſis ciuilibus ſi domini abutantur eorum iure, ſuper exigendo, vel extorquendo vltra veterem reditum, inſurgant leges. & deriuentur iura contra eos. Adeant ergo coloni iudicem pro tali iniuria, & facinus quidem probent: & iudex non ſolùm condemnabit dominum ad reſtituendum id, quod extorſit, ſed (quod eſt notabile) ad tractum futuri temporis

poris ſe interponet condemnando dominum, vt in poſterum tale facinus non committat: quia priuilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate: vt cauſ.xj.q.j.pri-
2 uilegium.† & aliàs propter vitium prohibentis mitti in poſſeſsionem in interdicto de futura vi compeſcenda iudex ſententiare poteſt ſic.vim fieri veto.Item cùm quis aliquem diffamauerit ne in futurum inquietet,illum condemnare poteſt vt C.de ingenuis.l.diffamari. Item ſi colono frui non liceat, totius quinquennij nomine ſtatim aget, ſi ante tempus fundum deſerat colonarius ,ad totius temporis mercedes aget dominus:vt ff.loc.l.ſi in lege.§.ſi domus. Item cùm agitur de pauperie ,habenda eſt ratio operarum, quibus quis cariturus eſt:vt ff.ſi quadr.paup.fec.dic.l.ex hac lege. Sententiatur etiam ſuper debito conditionali : licet differatur executio : vt ff.ad legem Aquiliam.l.in lege Aquilia. Repetit inquam,colonus extorta exactione contra dominum, propter ſuam,ſuorumque iniuriam,cum ſit liber homo, licet domeſticus dicatur:vt ī.de iis,qui ad eccleſ.cōfu.l.præſenti.ad ſi. Subditi quoque iudicibus poſſunt eos accuſare : vt ī.de offic.recto.prouinc.l.iij. Sed & qui non poſſunt accuſare , poſſunt tamen propter ſuam , ſuorumque iniuriam : vt ff.de accu.l.hi. Oues etiam criminoſæ quoque accuſant ſuos paſtores,ſi fide exorbitanerint : vt cau.ij q.vij.præſumunt. Qui autem ſeruus eſt familiaris,nunquam contra dominum in crimine capitali auditur , niſi in crimine maieſtatis, vt ī.qui accuſ.non poſ.l.penultima.& ī.de dela.l.vltima. Quod autem dicit iſtos pœnè quadam ſeruitute detineri illis , quibus annuis functionibus & debito conditionis obnoxij ſunt,proſequamur. Nam duo dici,& annuas functiones inferre:& qui pro debito conditionis, quaſi non ſufficiat annuas functiones inferre, niſi ex debito conditionis inferantur. Nam & lex Anaſtaſiana non eoipſo quem facit manentem : quia triginta annis ſtetiſſet in fundo:ſed ita demum. ſi triginta annis ſit detentus colonaria cōditione. Et hoc quidē pro colono ad rite iudicandum, cuique iudici ſanum præſtat intellectum. Confundantur miſerrimi illi, qui ob ſolam præſcriptionem aliquem in hanc ſeruitutem detrudunt , & ſuffoquant,non intuentes an pactum interceſſit ſuper colonaria conditione: alioquin:ſicut ipſi domini ſua prædia retrahere poſsint (alioquin malè cum eis agetur:vt ī.de præſcript.xxx.an.l.malè agitur(ſic & colere ea, nec relinquere poſſunt: & non eſſet æquum ex parte colonorum obligationem tenere,vt inuiti poſt xxx.annos detineantur:& non ex parte dominorum,vt volētes retrahere terram, exceptionem non patiantur.argumen. ff.de arbi.l.litigatores. §.idem Iulianus.l.ſi cum dies.§. penult.in fine.& ī. de iudæis. l.die ſabbati.Sed originarios melius eſt ad iudicem intrare, ſi confiteantur , vel conuincantur patres ſuos , & ſuos maiores ibi natos fuiſſe , & habitaſſe ,' ne nimia temporis vetuſtas eos detineat inuitos,etſi præſumatur ſuper colonaria conditione actitarum,licet nunquam fuerit cogitatum:ſicut de ſeruitute dicitur quæ excedit hominum memoriam:vt ff. de aqua pluu. arcen.l.j.§.fina.& l.ij. In hac parte malo æquum iudicem habere,quàm iuris rigorem ſuffultum. Sed maius ludibrium eſt, quòd dominus auarus ſemel à colonaria liberat eum poſtea per xxx. annos ibidem ille remanſerat , quem erubuit ,[aliàs, eripuit] permanentem in iudicium fatigare , & ſic contra fidem venit,contra meram libertatem quòd liberatus fiducialis credebat obtinere,cum & quēcunq; permittatur mihi adoptare non tamen quem iam emācipaui: vt ff.de adop.l.adoptare. §.j.Sic & cōtraria valetodine miſſus,licet ſanitatem recuperet inſtauratio non ſolet concedi:vt j.de re mili.l.ſemel. Illud autem frequēter quæritur,ſi aliquam terram cōducere vult perpetuo:vt habeat ius in re antequam ſuperficiarius,vel emphyteuticarius : ſiue inueniat ibi domum,vel comburat eam, non puto cō nendandum: vt iam in colonaria conditione non ſit ipſe,vel eius poſteri exercendi. Sed & quod dicitur, quod nec propria iura habere leges voluerunt. Et quibus non eſt poteſtas quicquam transferendi , ſed potius acquirendi, cuius ipſi ſunt,eiuſdem omnia ſua eſſe cognoſcant: & conſonat cum lege Lōbarda.cum dicitur, qui emit à minore,talis eſt tanquam
3 ſi emeret à ſeruo,vel pupillo: vt ī.de rei vendic.l.ij. † Videtur ergo minus oneroſum quod ī.dicitur: quia propria habēt coloni,& dant inde tributum fiſco:vt de agri.& cenſ.l.ij.& authen.vt nullus mut. agrico.ten eius rei ibi enim dicitur,quòd propter auaritiam creditorum,qui anguſtia temporum abutentes agricolę proprias habent terrulas, & c.licet non exponat de quibus agricolis liberis.vel conditioni alligatis. Item transferunt dominiū de mercibus quas vendunt , cùm intrāt forum ciuitatis:vt ff.de nundinis.l.ij.Itē videtur habere proprium,& ſibi acquirere:quia dominus nō poteſt illud eis auferre,nec aliquam innouationē imponere, nec vltra ſolitum quicquam innouare.Hoc enim fit vt hæredes ipſi ſint,& eiuſdem nomine ſua eſſe cognoſcant,& circuitores debent ceſſare:aut ſpiritus iudicabit.quam viam eligamus potiorem.Nonne imperator dicitur mundi dominus?Item ne littora in quæ populus Romanus imperium habet arbitrarium eſſe populi Romani,nunquid ad proprietatem, vel iuriſditionem omnia inquam,eius eſſe cognoſcant? & fortè ratione iuriſdictionis quam habet dominus in eis : vt in authen. de quæſtore.vel quantum ad reuerentiam. dicitur enim dominus , videtur & patronus:vt in hac l.& j.de colo.Thracem.l.vnic.& dominus vtatur colonis , & domini poteſtate, & patroni ſolicitudine que eſt in prouidendo.& cōſulendo.Vel interdicitur iſtis alienatio,licet ſint liberi:ſicut interdicitur filio familiàs,licet viuēte patre filius domin⁹ exiſtimetur:vt ff.de liber. & .poſthu. l.in ſuis.niſi ſit patria voluntate ſuffultus. Idem in ſeruo ſi liberam habet peculij adminiſtrationem:vt ff.de pig act.l.ſi cōuenerit.§.vlt. & ff.de pact.l.contra.Eadē præſumptio quę eſt contra filium,eſt & pro marito contra vxorem,& pro eccleſia contra prælatum eius:niſi contrarium probetur. Itē opus fuit matrimonium contrahere & dotem recipere: nónne & propter nuptias donare, & dotem dare poſſunt?donat enim in eum cauſam:& obnoxius erit curiæ tam pro ſe , quàm pro filiis ſuis, omni alia donatione reprobata : vt in authen. de natural.in cur. depu.& ī.de dona.à.eu. fa.& ī.quando , & quibus quarta pars deb.Item & minor etiam ſine decreto donat propter nuptias.& ī.ſi maior fact.ſine decre.in fine. Item ſi conſtiterit cum poſſe donare,& pactū de lucranda dote inſcio domino poſsit interponere : Inducitur pro hac ſententia, quòd pietas patris.[aliàs matris] non eſt reprehendenda : & non eoipſo videatur libertus fraudare patronū,quòd filiā dotauerit:vt ff.ſi quid in frau.pa.l.j,Itē & illud valde facit,quòd ea,quę ſubiacet reſtitutioni in has cauſas,poſſunt alienari:vt
4 in authen.de reſti.Vtroq; titulo † adhuc quæritur an poſsint teſtari? Et dicitur in ſuis,nó extraneis:quia nec eccleſiis:vt argumen.ī.de epiſ.& cleric.l.ſi quis presbyter. Non enim iuſtū eſt bona ſeu peculia,quę aut patrono legibus debentur, aut poſſeſsionis domino , cui quis fuerit adſcriptus,ab eccleſiis, vel monaſteriis detineri etiam : quia cùm domini reuocant colonum , reuocatur & peculium , & ipſum vendere poteſt cum poſſeſsione, & peculio:vt ī.ti.ij.l.mulier.& l.cùm ſatis.& ī.de ſacroſan.eccl.l.iubemus.in prin. Et ſicut interdicitur ei alienatio ſuarum rerum, ſic nec ſeipſum monaſterio tradere poteſt: vt in auth.de ſanc.epiſc.§.ſi quis autem.& xvij.q.ij.c.ſi quis. Quicquid autem ſit in aliis colonis, tenetur tamen ex ſuo contractu : vt ī.tit.ij.l.omnes profugi.& ſi peculium non redeat ad dominum, tenebitur ipſe dominus de peculio : vt ff.quod cum eod.l.vltima. Quid de omnibus tenendum, ſit ſpiritusſanctus reuelabit.

ANNOTATIO.

a Nam & inquilini Sed nunquid decimas ſoluere teneantur, vide Bart poſt glo.in l.iſtibus.in verſ.nota diligenter. C.de agrico.& cenſi.canoniſtas in c.tua nobis.primo.de deci.

De colonis palæſtinis. *Rubrica.*

1 *Colonis qua non eſt deſerenda.*
2 *Domino manus iniicere licet.*

CVM generaliter dictum ſit de colonis : nunc ſpecialiter de Palæſtinis , & Thracenſibus , vel illyricianis. Vel quia ſicut tres ſunt partes mundi ſic pro vnaquaque terra ponit prouinciam v-

nam: incipiés à Palęſtina, eò quòd dominus noſter Ieſus Chri-
ſtus dei verbum, & omnium creator de virgine naſci digna-
tus eſt: vt in auth. de proconſul. palęſtinæ. Ergo, ſicut in alijs
prouincijs coloni æternitati iure ſic detinētur, vt ex illis locis
1 † nó liceat eis recedere, quorú fructu releuantur: nec ea deſere-
re quæ ſemel colenda ſuſceperũt: ita in Palęſtina, de qua nihil
ante hanc legem cautum fuerat, nullus omnino colonorum
ſua authoritate velut vagus, ac liber exulet: ſed exemplo alia-
rum prouinciarum ita domino fundi teneatur, vt ſine pœna
ſuſcipientis non poſsit abſcedere, poſſeſsionis quoque domi-
no plena eius reuocandi tribuatur facultas, authoritaſve: vt
hic eod. ut. l. vnic. §. vlti. ſicut. & de adſcriptitio reuocando li-
bera datur facultas: vt ī. de agrico. & cenſi. l. vltim. Poterit er-
2 go † dominus in eum mittere manus, ex quo plena, vel libera
ei datur poteſtas, vel authoritas. Quod autem dicitus vt ſuo
iure vagus non exulet, colligitur quod vel licentia domini
id facere poſsit, quod facit per conſuetudinem diuturnam,
qua coloni liberantur à dominis.

De colonis Thracenſibus. *Rubrica.*

1 *Iugationem qui debeant.*

1 ISTIS quidem capitatio remiſſa eſt: ſed non iu-
gatio terrena. Hanc enim dare † debent: licet ergo
non dent capitationis cenſum, tamen à terra non
poſſunt recedere. Item etſi videantur ingenui: ſer-
ui tamen terræ exiſtimantur: & qui eos poſsidet, iure dominij
vtatur: & patroni ſolicitudine, ſcilicet prouidendo, conſulen-
do, domini poteſtatem in eis retinendo. Qui verò talem
colonum receperit, duas libras auri cogatur exoluere domi-
no coloni: & eundem colonum cum omni peculio, & agna-
tione reſtituere: vt hic eodem, l. vnica.

De colonis Illyricianis. *Rubrica.*

1 *Colonos receptantis pœna.*

COLONI quidem, & inquilini, qui ſtant in Illy-
rico & vicinis regionibus, iure originis vel agna
tionis non habeant licentiam recedendi: ſed in-
ſeruiant terris non tributario nexu (ſicut etiam
de Thracenſibus dictum eſt) ſed nomine & titulo colono-
rum, ita vt ſi abſceſſerint, reuocati vinculis, & pœnis ſubdan
1 tur. Qui † autem eos receperit, tenebitur in redhibitione ope-
rarum, & damni quod locis, & colonis deſertis illatum eſt.
Item mulctabitur iudicis arbitrio. Dominus quoque fundi in
quo fuit receptus pro qualitate peccati coercebitur. Ad eui-
tandum verò pœnam non proderit cuiquam ignorantia,
quin ad pœnam quadrupli teneatur, & ad operas, damnáque
præſtita. Eadem pœna eſt de libertis alicuius quæ in liberis
colonis dicta eſt, ſi quis eos receperit: vt hic eodem, l. vnica.
recipere enim eſt refugium abſcondendi cauſam ſeruo præ-
ſtare tam in ſuo, quàm in alio: vt ff. de ſer. corrupt. l. j. Colli-
gitur ex iſtis duobus articulis iſtis colonis capitationem eſſe
remiſſam.

Vt nemo ad ſuum patrocinium ſuſcipiat colonos, vel ruſticanos. *Rubrica.*

1 *Fugitiui contractus nullus.*
2 *Tabellionis contractum potentium recipientis pœna.*

1 SICVT † per ſupradicta colonis, & eorum domi-
nis, & fiſco conſulitur, ſic per hanc conſtitutio-
nem, eſt publicæ functioni conſulendum. Qui-
cunq; ergo publicas functiones debens, ad patro
cinium cuiuſcunque in fraudem, & circunſcriptionem pu-
blicæ functionis confugerit, contractus ibi factus nullam ha-
beat firmitatem, tabellionibus qui talia inſtrumenta ſcienter
conſcripſerint bonorum proſcriptione plectendis. ſed & vicis,
& poſſeſsionibus, ad patrocinia confugentiú, publico vendi-
candis. Illi verò, qui contra publicam commoditatem huiuſ-
modi perſonas quæ publicas functiones debēt, in ſuam clien-
tulam receperint, nobiliores quidem in centum libras auri pu
niantur: mediocres verò in dimidiam ſuæ ſubſtantiæ. Eadem
pœna mulctandi ſunt, qui his nefarijs artibus miniſteriú ſuum
præbuerunt: vt hic. eo. l. vnica. Conſonat prædictis, quod di-
citur in auth. de man. prin. §. patrocinia quoque. Ex quibus
rectè colligi poteſt, vt commoda, quæ dantur potentioribus,
omnia ſint reprobanda, nec valeant de iure, eò quod vnus ſit
Imperator pater, & dominus omnium ſubiectorum, quos de-
bet defendere, & ſuper iniurijs illatis vindictas, & multas im-
ponere. Sic puniuntur tabelliones, & alij, qui ſuum miniſte-
rium improbè præbuerunt, qui à nefarijs actibus debēt abſti-
nere. Nam & alienationi rei eccleſiaſticę cótra legé faciendæ,
ſi ſe interpoſuerint, grauē incurrent pœnā: vt ī. de ſacroſanct.
eccl. l. iubemus. & in auth. de nó alie. aut permutan. §. ad hæc.

Vt ruſticani ad vllum obſequium deuocentur. *Rubrica.*

1 *Ruſticos non debere ſe potentiorum ſeruituti ſupponere.*
2 *Ruſticos vel in perſonis, vel in rebus ſuis angariantes qua pœna puniantur.*

VT interdictum eſt potentibus ne in fraudem pu-
blicæ functionis ad ſuum patrocinium recipiant
1 villicos, ſiue villanos: † & ſic eiſdem ruſticanis
ne videantur ſe eis ſupponere, interdicitur poten-
tibus ſeruire. Amplius quoq;, & ſi ſuam capitationem & an-
nonam congeuam præſtiterit: vt etiam nomine fiſci ad aliud
obſequium non vocentur: ergo nec ad operas præſtandas: vt
2 ī. ne operæ à col. exhi. † Si ergo ab obſequio fiſci ſecuri ſunt,
multò magis quicunque officialis præſidis, vel qui occaſione
publici muneris poſsit eſſe terribilis, nunquam audeat in per
ſonis, vel rebus ruſticos angariare. Et qui contrà fecerit, abla
tis omnibus bonis perpetuo ſubiugetur exilio. Eadem pœna
ruſticano imponēda, qui ſupradictis ſe ſuppoſuit ſponte pro-
pria: vt hic eodem. l. j. & ij. nec publica minuatur vtilitas: quia
quantò plus fatigãtur, tantò minus imperio ſeruire poterunt.
Fiſcus enim & imperium abundabit ſubiectis locupletibus, ſi
ab omni onere, & damno ſubiecti liberentur præter publi-
cum cenſum, ac iuſtam & legitimam collationem: vt in auth.
vt iud. ſine quoquo ſuffra. in princ. Vnde & ſi patiatur præſes
milites aggrauare ſubiectos, de emolumentis eorum, illud re-
ſarciat damnum paſsis: vt in auth. de mand. princ. §. illud ta-
men. Ex prædictis collige quòd ruſtici capitationem inferunt:
ſed cuius prouinciæ ruſtici ſint, exponit Diocletianus prin-
ceps, diuinæ legi aduerſarius, cùm ſupra ſit remiſſa Thracen-
ſibus, & Illyricianis per poſteriores principes Chriſtianos. Ex
prædictis ſumere exemplum debent domini, vt ſuos colonos
non inquietent, ſed ſint ſolo reditu contenti: ſicut Imperator
non vult onerare ſuos colonos, vel collatores. Specialiter
etiam ſubuenit ruſticis: quia ad nullum ſuperindictum vult
agricolas teneri, eorúmve terras.

Non licere habitatoribus Metrocomiæ loca ſua ad extraneum transferre. *Rub.*

1 *Vendere quibus non aliàs liceat niſi certis perſonis.*
2 *Vendere quibus ex cauſis quis cogi poſsit.*

IN metrocomia, id eſt, in villa menſurata, & per
terminos, vel confines diſtincta, ibi habitantes
vel conſcripti nullo modo ſua extraneo alterius
villæ alienent, ſed potiùs eiuſdem Metrocomiæ
habitatoribus. Si contrà factum fuerit, contractu diſſolu-
to, tantum pretium reddatur: vt infrà. eodem, l. vnica. me-
tros, enim menſura come, id eſt villa. Inde metrocomia, id eſt,

vlila menſurata. Et hoc, ne termini villarum confuodantur,
forſan receptum eſt. Nam & aliàs filia curialis habens ſubſtā-
tiam patris, neceſſe habet nubere curiali eiuſdē ciuitatis: alio-
quin nō proderit ei nubere alterius ciuitatis curiali: vt ſ. quan-
do & quibus quarta pars debetur. l. ij. & ſ. de nat. libe. l. ſi quis.
Sicut vnius ſtationis fiſci debitor non poteſt compenſare ei,
quòd ab alia ſtatione fiſci recuperare debet: vt ſ. compēſa. l. j.
1 † Accedat prędictis, quod dicitur de his qui ab imperio fun-
dum in emphyteuſim receperint: vt ſi quis eorum vendere vo-
luerit ſuis conſortibus vendat, ne extraneus eis moleſtus exi
ſtat: vt j. de agri. & mancip. l. vlti. Sed adiutores quæſtoris lo-
ca ſuæ militiæ non vbicunq; immorantibus vendere debent:
vt in authenti. de quæſtor. Item & metallarij non, niſi fiſco,
vendant metalla: vt ſ. de metallariis & metallis. Sic ergo iuſta
ex cauſa reſtringitur arbitrium vendendi, vt non cui vult, ſed
alij vendat. Et hoc eſt. quod ſ. dicitur de contrahend. empt. io
l. dudum. quia ſuo arbitrio non poteſt vendere: cùm lex quaſ-
dam perſonas excipiat. Sed & marmora de ędibus extrahēda,
nulli ciuitati, niſi eius in cuius territorio poſsidentur poſſunt
2 legari: vt ff. de leg. j. l. cętera. §. ſi duobus. † Colligitur ex præ-
dictis quem vendere debere certis perſonis, ſi vendere vult.
Nam inuitus vendere quiſquam non cogitur, niſi fauore li-
bertatis: vt ſ. de ſeruo communi. l. j. Item ex iuſta cauſa ſtipu-
lator cogitur vendere parato ſoluere cæterorū fideiuſſorum
nomine: vt ff. de fideiuſſoribus. & l. ſi fratres. ſ. cōmunia vtriuſ
que iudi. Sed & ſi dominus male ſeruo ſuo vtatur, cogitur eū
vendere: vt inſti. de his, qui ſui, vel ali. Sed & fiſcus cogitur re-
cipere pretium ſerui, qui ad eum deuolutus eſt ratione cōmiſ-
ſi: vt ff. de publi. & vectigali. l. interdum. & ob præmium liber
tatis eò quod ſeruus falſarios iudicauit, vel raptum virginis,
vel militiæ deſertionem: vt ſ. pro quib. cau. ſerui pro pr. lib.
acci. & cùm vēditur iter ad ſepulchrum: vt ff. de religi. ſi quis.

Vt nullus ex vicaneis pro alienis vicaneorum debitis teneatur. *Rubrica.*

1 *Exigens alium pro alio qua pœna puniatur.*

SICVT conſulitur vicariis, vt ad expendendum
non trahantur, & vt eis vēdant conſortes potiùs,
quàm extranei: ita vt pro debitis conuicaneorum
non moleſtentur omnifariam iubet hæc conſti-
tutio. Nam ſi contrà fieret, non ſolùm iure ſcripto eſſet con-
trarium, & legibus promulgatis, ſed & naturali ęquitati. Vn-
1 de † etiam nouo iure qui aliū pro alio exegerit, quadruplum
vim paſſo reddet, & actione cadet: vt in auth. vt non fiant pi-
gno. Amplius etiam, nec filius pro patre, vel pater pro filio
emancipato, vel libertus pro patrono conueniantur: nec vxor
pro marito, vel maritus pro vxore, vel mater pro filio: vt ſ.
in iiij. Co. in duobus titulis inuenitur: ſic & Federicus Impe-
rator, ne ſcholares pro ſuis conſortibus conueniantur, legem
promulgauit. auth. habita. C. ne fil. pro pat.

De cenſibus, & cenſitoribus, & peræquatoribus, & inſpectoribus. *Rubrica.*

1 *Cenſum dare qui poſsint recuſare, & nu. 3.*
2 *Ciuitas ex quibus reddatur nobilis.*
4 *Deferri in cenſum qua debeant, & quomodo, & vbi, nu. 5.*
6 *Cenſum inferre ceſſantis pœna qualis ſit.*
7 *Cenſitor ex quibus cauſis relevare debeat eum, qui cenſum ſoluit.*
8 *Cenſitorum, & peræquatorum, qui negligentius ſe in officio habent, vel doloſe verſantur, pœna qualis ſit.*
9 *Cenſus qua ratione imponendus.*
10 *Tributi nomine vnum ex pluribus conſortibus conueniri inſolidum.*
11 *Lex in futurum vetans, in præteritum indulget.*

CVM dictū ſit de annona, & tributis, ad huc repeti-
tur de cenſibus, & de illis, qui eorum prǽſunt exa-
ctionibus: ſiue ſint cēſitores, ſiue peræquatores, ſiue
inſpectores. Quis ergo debeat dare cenſum, quis
non, de quibus rebus, de officio & pœnis iſtorum, videamus.
a Dari quidem debet cenſus: * licet nunquam ſic libenter peti-
tur, quod libentius non recuſetur: ſed malè dari non debet
propter imminentem neceſsitatem. Nam (teſte Tullio in lib.
de Offic.) propter ærarij tenuitatem, bellorumque neceſsita-
tem tributum eſt conferendum: vt omnes intelligant, ſi ſalui
eſſe velint, neceſsitati parendum. Debent autem omnes eſſe
proniores ad ſoluenda ea, quæ pro communi ſalute poſcun-
tur ad vſum imperialis exercitus: vt ſ. de exacto. trib. l. ij. in fi-
ne. Si ergo ſciuerimus qui poſsint cenſum recuſare, relinquitur
1 alios ad cenſum dandum debere inuitari. † Recuſant cenſum
quibus ſpecialiter fuit remiſſus, aut qui ius Italicum impetra-
uerint, vt Tyriorum Phœnicæ coloniæ (vnde Vlpianus no-
biliſsimus, & ſummi ingenij, originem duxit. l. j. ff. de cenſib.)
Imperator Seuerus ius Italicum conceſsit, ſcilicet, ob inſig-
nem fidem: quod eſt not. dignum, vt fidem cum pleniſsima de
uotione imperio ſine intermiſsione exhibentes, non ſolum
non fatigemur: ſed non renuntiando Cæſaris proli, illum
ſicut terrenū dominum adoremus. Nam imperator (cùm Au-
guſti nomen accepit) tanquam & præſenti, & corporali Deo,
fidelis eſt præſtanda deuotio, impēdendus que peruigil famu-
latus. Deo enim priuatus, vel militans, ſeruit fideliter, cū eum
diligit, qui Deo regnat authore: vt in lib. Flauij vegetij ij. de
2 remilit. capi. quinto. † Ad prædictæ ciuitatis, quæ dicitur Ty
rus, exemplum, cum tria in ea notentur, ſcire debemus quæ
faciant ciuitatem nobilem, ſcilicet vt ſit antiquiſsima, &
armipotens, & fœderis quòd percuſsit tenaciſsima. Nam
vrbes pro fœdere Romanis ſeruatę erant tanto ſuffultę pri-
uilegio. Cenſus immunitas dabatur perſonis, & cum eis fi-
nitur, vel locis, & perpetuò ſeruatur. Quibus ergo talia con-
ceſſa fuerint, legitur ff. eodem, l. prima, & l. colonia. & l. iuris
& l. forma cenſuali. §. quanquam. & l. vltima. Sed & Con-
ſtantinopolitana iuris Italici prærogatiua fuit ſuffulta: vt
ſuprà, de priuilegiis vrb. Conſtantinopolita. Vnde aper-
tè colligitur Italicam prærogatiuam rem eximiam eſſe.
3 † Sed, cùm duo ſint tributa, vnum capitis, aliud ſoli, qui habet
lxxv. annos, opponet exceptionem non inferēdę capitationis.
Nam à xij. an. fœminæ, & xiiij. an. maſculi ad prædictam æta-
tem capitationem dabant: vnde colligitur, quòd ante puberta
tem eorum operæ non ſunt fructuoſæ: vt ff. eod. l. ætatem. niſi
eſſet nomenclator, vel hiſtrio: vt ff. de liberali cauſa. l. finali.
in fine. Sic ergo expedit ſcire ætatem, tam ad cenſus ſolutio-
nem faciendam, quàm excuſationem parandam. d. l. ætatem.
4 † Deferenda ſunt ſic in cenſum prædia, & arbores fructiferæ,
quot iugerum ſint, ſub qua ciuitate, in quo pago, quos vici-
nos duos proximos habeant prędia, in quam largitionem ac-
cepta, cultaq; prata, paſcua, vineæ, oleæ, & ſyluæ cęduæ. Item
coloni, & inquilini: Item lacus piſcatorij, & portus, & ſalinæ
prædiorum. Item & ſerui, & eorum ætates, officia, & artificia,
ſpecialiter dicantur. Nam & maioris valentiæ eſt iuuenis &
artifex: vt ſ. de ſeruo commu. manu. l. j. Nationes quoq; ſunt
dicendæ, pro ſeruanda in libro cenſuali memoria, & ne plus
minuſve conferāt, vbicunq; ſit alia ratio. Sed & in ſeruorum
vendicationibus, natio eorum dicenda eſt, quæ vel prouocet,
vel trahat emptorem: vt ff. de ædil. edict. l. quòd ſi nolit. §. qui
5 mancipia. † Deferenda ſunt quidem prædia, vbi poſsidean-
tur, & à quo poſsideantur. licet enim ego Romanus Lucanus
ciuis, vicos in Piſano foro poſsideam, tamen non Lucæ, quæ
eſt mea, patria. ſed Piſis vbi fundum poſsideo, cenſum qui poſ-
ſidet fundum, perſoluet. Nec nocebit vero domino ſuo, ſi non
intulit cenſum: nec ei, qui intulit, dominio acquirendo quic-
quam proderit: vt ſ. de rei vendi. l. ſolemnibus. & ff. de acquir.
rer. domin. l. quiſquis. Nomen inquam ciuitatis adiiciendum
eſt: eò quòd illi quidem, & vicinorum ciuitati fundus adij-
ciatur, de quo cenſus ſubtrahitur: vt ſ. de exact. tribut. l. vlti.
Aſsignando quidem vicinis qui contributoria prædia poſsi-
dent: vt in authe. de colo. & aliis capi. §. ſi verò aliquando. vel
fortè pro memoria hoc debet fieri, vt melius poſsint cogno-

ſci, vel fortè quia fuerunt de eadem ſubſtantia, vel quacunq;
6 alia ratione. † Et hæc forma cenſualis traditur in l.forma. ff.
de cenſib. Et hæc eſt pœna ceſſantis inferre cenſum: vt tranſ-
b feratur is fundus in aliũ: & ille, qui à peræquatore [b] fuerit tra-
ditus, ſecurè illum poſsidebit, ita quòd de reliquis prioris non
tenebitur. Quicunq; verò Italicum poſſeſsionis ius aliquod
habuerit, intra ſex menſes illud proponat. Et ſi obticuerit red
dat melioraméti expenſas, & trãſacto hoc ſpacio, nulla poſt-
ea remaneat queſtio: vt hic eodem l. vltima quod notabile eſt.
7 † Tollitur autem hæc hypothecaria ſex menſium ſpacio: Eſt
autem de officio cẽſitoris, vt releuet eum in cenſum prout ne-
ceſsitas imminet. Nam ſi portio agri chaſmate perierit, debe-
bit per cenſitorem releuari: dicta l. forma. §. illam. Item ſi vites
mortuæ ſint, vel arbores fructiferæ aruerint, iniquũ eſt cen-
ſum exigi. Si poſſeſſor eas inciderit, non minus tenebitur: niſi
iuſta cauſa id fecerit: veluti pro copia, ac reparandis agris fe-
cerit, non vt ſterilitatem vel inopiam procuret: vt hic eod. l. ij.
& ff. eo. l. forma. Sed nec proderit poſſeſſori, ſi colonum ſuum
fugauerit, vel procuratorem ſuum retraxerit. non minorem
enim præſtabit cenſum, quàm peræquator appoſuerit. vt hic
8 eodem. l. iij. † Pœna perequatorum, qui his preſunt hæc eſt, vt
conuicti de culpa, vel negligentia, vel gratia: non ſolùm hono
ris [al. ãt] honorum amiſsione plectentur, ſed etiam annonas
in quadruplũ ſoluant: vt hic eod. peræquatores. Et ſic notan-
dum eſt honore quem ſpoliari: vt j. de digni. l. iudices. & l.
quoties. Et ſi grauauerint collatores onus potentis imponen-
do inferiori per gratiam, vel per colluſionem, vel per frau-
dem, intra annum cognoſcendum eſt, vt eis onus imponatur,
quod de iure debeãt ſubire, anno emenſo, nullis, niſi minori-
bus indefenſis, pateat regreſſus: vt hic eod. l. j. & l. qui gra-
9 uatos. quod eſt mirabile, vt tanta fraus ſopiatur anno. † De-
bent autem iuſtè cenſum imponere, & ritè prædia peræqua-
re. Vnde & illud, omne territorium cenſeatur, quoties defecto
rum leuamen poſcitur: vt ſterilia, atque ieiuna his, quæ culta,
vel optima ſunt, compenſentur: vt hic eodem. l. omne. Eſt au-
tem territorium, vniuerſitas agrorum intra fines cuiuſcunq;
ciuitatis conſtitutorum: vt ff. de verb. ſignific. l. pupillus. §. ter-
ritorium. Compenſanda quidem ſunt illa, quæ ſint ex eadem
ſubſtantia, id eſt, quæ ab eodem detinentur, non etiam prædia
vnius, cum prædiis alterius: vt infra de omni agro deſerto. l.
hæredes. & l. qui vtilia. Applicari poteſt prædictæ compenſa-
tioni, quòd in ſocietate dicitur damnum cum lucro compen-
ſari: vt Inſtit. de ſocieta. Item ſicut inferior fundus naturaliter
ſeruit ſuperiori, & pro iſto incommodo pinguedinem ſibi
compenſet: vt ff. de aqua pluuia arcen. l. j. §. vlti. Sicut & duo-
bus fundis venditis ſub certo modo, ſi quid deſit in vno, inue-
niatur in altero, lucrum cum damno compenſabitur: vt ff. de
actio. empti. l. emptorem. Item inſtitutus ex ſemiſſe, cui debe-
batur ſextans, ſi rogetur poſt decennium hæreditatem reſti-
tuere, nihil habet quod queratur: quia medio tempore por-
tionem debitam, id eſt, ſextantem poterit detrahere: vt ff de
inofficio. teſtamen. l. Papinianus. §. vnde ſi quis. Et ſic dam-
num cum lucro compenſatur. Sed & quę poſt cenſum editum
nata, vel quæſita ſunt, adhuc intra conſummati operis finem
10 profeſsionibus edi poſſunt: vt ff. eod. l. forma. §. penulti. † Et
(quod eſt notabile) vnus ex pluribus conſortibus nomine tri
buti inſolidum conuenitur, & facta etiam ſolutione poteſt fiſ-
cus actionem contra alios ei cedere: quaſi omnium vendito-
rum pretium videatur acceptum. Item ſi hæres legatario reſti
tuit fundum legatum, nõ deductis tributis etiam poſtea cum
legatario, habebit actionem. Nam iure pignoris poſſet di-
ſtrahi, ſi tributum non ſolueretur: nec quicquam valeret cau-
tionem offerre. Nec quicquam prodeſt legatario reluctanti
quòd hæres ſit ſoluendo: vel ille qui tributis exigẽdis præeſt:
vt ff. eod. l. cùm poſſeſſor. Accidit prædictis, quod de pluribus
vnus in actione noxali, & de opere reſtituendo inſolidum con
uenitur. Sed & cum plures ſunt cõductoris hæredes, non pro-
deſt, niſi inſolidum, penſionem afferre. Et (& quod notabile
eſt) iniuria [a. iãs vicia] priorum cenſuũ editis nouis profeſ-
11 ſionibus euaneſcunt: vt ff. eodem. l. ij. Nam † cum lex in futu-
rum vetat, in præteritũ indulget: vt ff. de legi. & ſenatuſconſ.
l. cum lex, & cùm vnus ex pluribus iudicare vetatur, cæteris
iudicare permittitur: vt ff. de iudi. l. cùm prætor. Et ille, cui li-
bertas relinquitur ſi iuſſus ſit reliqua inferre, credendum eſt
peculium ei eſſe legatum: vt Inſti. de lega. §. peculium in fi.

ANNOTATIONES.

a Dari quidem debes ſenſus. Ad huius concluſionis, & totius tituli ma-
teriam vide Bald. in marg. verſicu. cenſus. Angel. in l. ij. de naturali. li.
do. Alex. de imola in conſi. xxx iiij. in iiij. volu.

De omni agro deſerto, & quando ſteriles fertilibus imponuntur. *Rubrica.*

DE cenſibus, & perſonis eorum, qui præſunt cen-
ſui dictum eſt, ſed & de prædiis vnde exigitur
cenſus, & quia de illis quædam deſeruntur pro-
pter ſterilitatem (vnde damnificatur fiſcus:) quid
de his, quid item de fertilibus ſit faciendum, dicamus. Et ſic de
omnibus. agris tam ſterilibus, & deſertis, quàm fertilibus
quæ retinentur, ſiue à nouis poſſeſſoribus occupantur.

ANNOTATIO.

Occupantur. Illatio hæc ſuſpicione non caret: ideoque permulta de-
ſiderari conſtat, quæ nullis exemplaribus, quotquot, viderim extant.
Tibi ea illo titulo de omni agro deſer. ſummam eſſinge. P. Pratius.

De fundis limitrophis, & terris, & paludibus & paſcuis limitaneis, & caſtellorum. *Rubrica.*

1 *Limitrophi fundi inconceſsibiles.*
2 *Limitrophorum emptor an pretium repetat.*
3 *Praſcribi qua non poſsit.*

TIberianus quidam, ſiue imperator, ſiue præfe-
ctus fuit (ſed in chronicis non inuenitur Tibe-
rianus) ſed Tiberius: vnde colligitur quòd fuerit
præfectus. nam normam prefecti ſeruandam eſſe
legitur: vt ſ. de offi. præfect. præto. l. normam. Tiberianus er-
go ſecundum poſsibilitatem quorumcunque locorum ſtatuit
certas poſſeſsiones, quæ frumenta conueherent, ad limitem:
quam diſpoſitionem ſequentes poſtea principes ſeruare iu-
bent cuiuſcunque potentiam, vel furtiuam deprecationem
remouendo: vt nulli liceat contra vtilem vetuſtatem, & præ-
ſentem legem importuna: & reſpuanda reposcere: vt hic eod.
1 l. j. † Nam licet quoſcunque fundos Imperator poſſet donare.
non tamen limitrophos, limiti deputatos nec per tractum
orientis poſitos: ſiue per Meſopotamiam, & Oſdroenam pro-
uincias: vt j. titul. ij. l. omnes. & l. nulli. Statutum enim fuit, vt
limitanei milites huiuſmodi fundos ab omni munere vacuos
pro ſuo compendio curarent: & ſine vllo concuſsionis graua-
mine detinerent eos, & ab aliis (poſſeſsionum præſcriptione
remota) vendicarent, & ſine aliquo collationis onere eis re-
ſtituerent his, qui contra hanc legem venerint, proſcriptionis
2 pœna puniendis: ſed emptori † competens actio contra ven-
ditorem intacta ſeruabitur: vt hic eod. l. vltima. fortè quia vel
ſibi præuidit, vel quia bona fide emerit: licet in aliquot caſi-
bus emptor de pretio non agat: vt quia emit à curiali præ-
dium contra ſolennitatem legis: vel agrum ſine colonis, &
econtra: vel dempta cautione fundum imperij emit: vt ſ. de
prædi. decuri. l. j. & ſ. de agri. & cenſi. l. quemadmodum. & ſ.
de fun. rei. priuatæ. l. nemo. Sed & cùm caſtellorum loca æquis
paſsibus ambulent cum prædictis fundis, ſtatutum fuit, vt
quicunque inueniantur ea poſsidere, qui non ſunt milites ca-
ſtellani, cedant & deſerant: ſed & capitali ſententia cum bo-
norum publicatione plectantur: Illis enim tantum licet terri-
toria caſtellorum poſsidere, quibus ſunt adſcripti: & de qui-
bus iudicauit antiquitas: vt hic. eo. l. ij. quod de limitaneis ca-
ſtris credo intelligendum, ne ſecus intelligendo videatur ab-
ſurdum: Cùm quotidie conſtruantur caſtella, cunctiſque li-
ceat ſua loca mirabili ambitu vallare: vt ſ. de ædi. pri. l. per
pro

prouincias. niſi ad æmulationem ciuitatis id fieret, vel circa
theatrum publicum conſtructio talis fieret: vt ff. de oper. pub.
l. opus. Sicut ergo nullus, niſi caſtellanus miles hæc caſtella
poſsidere poteſt, ſic nulli extraneo iſta, intra aliam metroco-
miam emere licet: vt ſ. non li. habi. metrocn. l. vnic. Nam nec
fines publici ſunt à priuatis detinendi: vt ff. de oper. pub. l. ſic
legatum. Prædictis applicari poteſt, qui ſint limitanei: vt in de
cret. xvj. quæſtio. iij. c. licet. §. fi. Item idem in prædiis thamia-
3 cis: vt in auth. de præto. Cappadociæ. † Idem in publicis fun-
ctionibus: vt C. de præſcrip. xxx. ann. l. comperit. Idem in feu-
dis alienatis: vt in Fede. l. imperialem. de prohib. feud. ali. vt eis
non currat præſcriptio. Sed & liber homo nulla præſcriptio-
ne ſeruituti ſubiugatur: vt ſ. de longi temporis præſcript. quæ
pro liber. l. vlt. Idem in aquæductu ab aliis vſurpato, ad impe-
rialia prædia reuocando: vt j. de fun. rei priuat. l. vſus aquæ. ſic
2 & curialis nullo tempore ſe defendit: vt ſ. de decurio. l. ſi quis
decurio. & ſ. de agri. & cenſi. l. cū ſatis. & accuſatione ſuppo-
ſiti partus: vt ff. de fal. l. qui falſum. Prædicti autem fundi qua-
cunque ratione: puta alluuione, ampliātur: vt ff. de acquir. re.
do. l. in agris. licet ſecus ſit in aliis: vt Inſtit. de re. diui. & de vſu
fru. & ff. de pign. act. l. ſi cōuenerit. & ff. de publician. ſi ego. §.
quod tamen. & de rei ven. l. fructus. & ſ. de alluuio. l. iij.

De paſcuis publicis, & priuatis. *Rubrica.*

1 *Paſcuorum imperialium priuilegia.*
2 *Paſcua non licitanda.*

1 QVOMODO † prædictis locis conſulatur, ſ. di-
ctum eſt: nunc quomodo paſcuis publicis, vel pri-
natis. Et quidem paſcua ſiue ſint publica. i. impe-
rialia, ſiue priuata, non ſunt ab animalibus mili-
tum deuaſtanda pœna deuaſtatoribus imponenda, & officia-
libus magiſtri militum in xij. libris auri, & fiſco applicandis.
Spectat ergo ad magiſtrum militum, vt non permittat poſſeſ-
ſores, vel colonos pratorum gratia qualibet importunitate
vexari. Ita tamē vt curiales ciuitatum (non omnes) ne via mi-
litibus ſit interclu ſa, prouideant, & quo pacto animalibus mi-
litum conſulatur: vt hic eod. l. ij. & iij. Item vt paſcua publica,
id eſt, priuatæ rei, non priuatorum. ſed quæ ſunt imperij, non
trahantur de antiqua conſuetudine, & penſitatione. Sed ſit cu-
rialium audacia refrenanda, qui volendo penſionem paſcuo-
rum ampliare, animalia militum inde expellebant quod fieri
non licere Imperator Iulianus conſtituit. Vnde ſpectat ad of-
ficium præfecti prouinciarum rectores conuenire, vt non pa-
2 tiantur deinceps licitationis neceſsitatem inferri, † quam re-
pentinam faciunt ciuitates: ſed eam manere decernant, quam
ſtatuit antiquitas: vt hic eo. l. j. Ergo duobus modis eſt ſubne-
niendum animalibus militum, ſcilicet vt penſionis antiquę ſit
modus obſeruandus curialium prouidentia, & quo pacto ſit
illis conſulēdum. item (quod eſt notabile) non ſolum paſcuis
publicis, ſed etiam prouincialium dominus imperator ſuam
adhibet prouidentiam.

De fundis patrimonialibus, & ſaltuēſibus, & emphyteuticis, & cōductoribus corū. *Rub.*

1 *Prædiorum genera.*
2 *Fiſcalia cuius ſint.*
3 *Perpetuariorum ius.*

HIS verbis plures ſtatui merentes pro pallio, toga
fulgentes, vt non de patrimonialibus imperij: ſed
ipſius principis quę ſuo demum iure habet priua-
to, titulum loqui aſſerere non dubitant, intuentes
quid in his legibus dicatur, déque patrimonialium functio-
num excellentia. qui enim imperio præeſt, pater nobis dicitur
communis: vt in authent. neque virum quod ex dote. in fin.
Inde eſt, quòd merito imperiales fundi dicuntur patrimonia-
les. Inuenitur etiam poſſeſſoris res dominica, ſicut & domi-
nica prædia, quæ ſimiliter per excellentiam intelligere debe-
mus imperialia: cū enim imperator ſit mundi dominus. (Vnde
Antonius, Ego quidem mundi dominus: vt ff. ad leg. Rho-
diam de iactu. l. deprecatio,) inde ſumitur vt res dominicæ di-
cantur imperiales: vt ſ. ne rei dn. vel templo: & j. de fund. rei
pri. l. nemo. & j. de fun. & ſalt. & ſ. de agri. & cenſi. & mancι-
1 pijs dominicis. Inueniuntur † prædia ciuila, vel fiſcalia, ſiue
rei priuatæ: vel dominicæ: vt j. de loca. præ. ciui. vel fiſca. tit. de
col. fundorum fiſca. Item dicuntur ciuiles, & ad publicum ius
pertinētes: vt ſ. de priuilegiis domus. augu. l. excepto. ex qui-
bus datur intelligi, licet ſint diuerſa nomina, ad idem tamen
recidūt, vt omnia ſint imperialia. Verum in eo, quod dicit rei-
publicæ, non videtur conſonare aliis: quia res priuata non vi-
detur publica: vt ſ. de agri. & cenſi. l. vlt. Ad quod dici poteſt,
quòd res priuatæ ſunt in vſu principis, ſicut & fiſcales: & ad
idem tendunt, licet dicantur duo eſſe contraria: vnum priua-
tum, & aliud publicum, & ſanctiſsimum: quod colligitur, vt
j. de quæſto. & magiſt. off. & j. de fun. rei priuat. l. nemo. & ſ.
quorum ap. non reci. l. vlti. & de loca. prædio. ci. l. prædia. & ſ.
de diuer. prædi. vt l. ſi quis. & in authen. vt cùm de ap. cog. vbi
dicitur addici dominium iuribus fiſci, ſi eccleſiaſticæ perſonæ
non vendicarent iura eccleſiæ. Si autem laici ſunt, tunc eorum
ſubſtantias ſimiliter ad res priuatas noſtras perueniri. Item &
illud quod communiter omnibus prodeſt, hoc rei priuatæ no
ſtræ vtilitati volumus præferri. Sic Iuſtinianus ſ. de cadu. tol.
2 l. vnica. in fine. & ſ. de aquęductu. l. ſi quis. † Sunt igitur fiſca-
lia propria principis, & priuata: vt ff. ne quid in loco public. l.
ij. Loquitur ergo de fundis patrimonialibus, & ſaltuenſibus,
& emphyteuticis, id eſt, qui dantur in emphyteuſim, vel dati
propter commiſſum, poſtea redeunt ad imperium: & de con-
ductoribus eorum. quibus ius ſpeciale conceditur tam pro eis,
quàm contra eos. Siue dominus autem Imperator ſiue alius,
cui aſsignādi ius eſt, in perpetuum eos aſsignauit, illi quibus
3 aſsignantur, hunc conſequuntur honorem, quod † perpetua-
rij vocantur, & domini: dum tamen annuatim ſoluant debi-
tum canonem futurum: de præterito enim non tenebuntur. Si
enim prior poſſeſſor ceſſauit, & ſic in commiſſum res cecidit,
non oberit nouo poſſeſſori præcedens debitum: vt j. eodem. l.
fundi. & j. de loca. prædio. l. prædia. & j. de fund. rei priua. l. ij.
cùm ergo dicendi ſunt domini qui huiuſmodi fundos acqui-
ſierint à principe, vel ab eo cui ius eſt aſsignare: licet à priori-
bus fuiſſent deſerti, iam eos derelinquere non potuerūt etiam
ſi per obreptionem reſcriptum meruerint: ſic etiam nec ab eis,
vel eorum poſteris poſſunt euelli, licet maiorem cautionem
alii obtulerint: non valente aliquo recepto: vt C. eod. l. iij. l. ſi
qui. & ſic apud eos, & eorum poſteros inconcuſſe permanere
debent: ſicut apud eos, qui per donationem, vel per alium
contractum, ſalua lege fiſci eos acquiſierint: vt hic eodem, l.
his, quibus. & ſicut ipſorum fundorum mancipiis libertates
poſsint præſtare: vt j. eod. l. poſſeſſores.

De decurionibus & filiis eorum, &c.

SVmmam huius rubricæ quæ hic hactenus legebatur, ha-
bes ſuo loco ſ. de decu. lib. x. Item quęſtiones duas ad rei
vendicationem pertinentes in fine titu. de rei vendica. lib. iij.
Item quęſtionem vnam de carb. edict. hic poſitam habes in fi.
titu. de carbon. edict. ſuprà, libro ſexto.

IN TRIBVS POSTERIORIB. libris obſeruata ſummaria.

In decimo obſeruata.

De theſauris. Tit. xv.

SVperuacuum eſt precibus poſtulare, quod lege permiſ-
ſum. l. nemo in poſterum. hoc tit.

De decurionibus. Tit. xxxj.

DVæ partes ordinis totius curiæ inſtar exhibeant, l. nominationum. Conuenit legem futuris negotiis imponere, non præteritas calumnias æſtimare: vt hoc tit. de decurion. l. diuæ memoriæ.

Quando & quibus quarta pars debetur de bon. decurio. Tit. xxxiiij.

NAturale quippe vitium eſt negligere quod communiter poſsidetur, j. eod. l. meminimus. Quid enim tam durum, & inhumanum eſt, quàm publicatione, pompáq; rerum familiarum, paupertatis detegi vtilitatem, & inuidiæ exponere diuitias? circa medium eiuſdem legis.

De imponenda lucratiuis deſcriptione. Titu. xxxv.

IN neceſſariis, coniunctiſq; perſonis ſub libertatis appellatione debitum naturale perſoluitur, hoc titu. l. vnic. l. deſcriptionis. Cùm perſonæ conditio nó mutatur, nec rei ſtatum cõuenit immutari: nec enim iuris eſt optimi matrimoniũ, eot, tantiſq; ſuis opprimatur difficultatibus, cùm aduentitius eiuscumulare ponderibus: vt ead. l. deſcriptionis. §. lucratiuas.

De incolis, &c. Tit. xxxix.

IN eo loco videtur quis habere domicilium, vbi fortunarũ ſuarum ſummam conſtituit, j. eod. l. ciues. Non prodeſt, nec obeſt filiis, ſi pater poſtea mutet ſtatum, eod. tit. l. vlt. Item qui in territorio alicuius commorantur, velut incolæ ad nbeunda munera, vel ad capiendos honores adſtringuntur, eod. tit. l. eſt verum.

De excuſationibus munerum. Tit. xlvij.

NOn eſt perpetuum quod non rerum, ſed perſonæ contemplatione indulgetur. l. ſordidorum. j. eod.

Qui ætate. Tit. xlix.

NOn debet quis auocari à ſtudio, propter perſonalia munera, vt hoc tit. l. prima.

De profeſſoribus, & medicis. Tit. lij.

MEdici, grammatici, & doctores legum, à muneribus excuſantur. infrà eodem. l. medicos.

TVrpe eſt vt functiones patriæ ferre non poſsit, qui etiam fortunæ vim ſe ferre profitetur. infrà eodem. l. reddatur.

De filiisfamilias, & quemadmodum, &c. Tit. lx.

COnſentire videtur, qui nominationi non contradicit. l. j.

De ſuſceptoribus. Tit. xx

NAm neq; eos, qui placuerint, grauare iuſtitiæ eſt: neque eos, qui diſplicuerint, tenere prudentis. l. neminem. eo. tit.

In vndecimo obſeruata.

De naufragiis. Tit. v.

QVod enim ius fiſcus habet in aliena calamitate, vt de re tam luctuoſa compendium ſe ætur. l. j. eodem tit. Quid enim eſt, quòd non abundè intra præfinitum duorum vel trium nautarum numerum, ſolers quæſitor inueniat? l. quoties. eodem tit.

De ſtudiis liberalib' vrbis Romæ. Tit. xviij.

DIuidendæ ſunt ſcholæ ne diſcipuli ſibi inuicem poſsint obſtrepere, vel magiſtri, néve lingarum confuſio permiſta, vel vocum, aures quarundam, aut mentes, à ſtudio literarum auertat, eod. tit. l. vniuerſos.

De agricolis & cenſitis. Tit. xlvij.

MAlę fidei poſſeſſor eſt, qui contra legum interdicta mercatur. l. quemadmodum.

In quibus cauſis coloni cenſiti dominos accuſare poſſunt. Tit. xlix.

CVius quis eſt, eiuſdem omnia ſua eſſe cognoſcat. l. coloni. eodem titulo.

De omni agro deſerto. Tit. lviij.

COnſenſu omnium fiat quod omnibus eſt profuturum: vt eod. tit. l. quicunque ij.

De mancipiis & colonis patrimonialium. &c. Tit. lxij.

NOn debent tela in vſum vomeris, ligoniſque conuerti. l. ſuper.

De conductoribus, & procuratoribus. Tit. lxxj.

MAior pœna ſtatuenda eſt in eos, qui noſtri iuris ſunt, & noſtra debent ſeruare mandata, eod. titu. l. conductores.

In duodecimo obſeruata.

De dignitatibus. Tit. j.

FIt dignitas quæ iubente principe ſuſtinetur. l. nemo præfectus. eod. tit.

De conſulibus. Tit. iij.

QVis in vno eodémq; genere dignitatis prior eſſe debuit, niſi, qui prior meruit dignitatem. eod. tit. l. j. Repetiti enim faſces, virtute ſępe meriti comprobãt, non augent: quia nihil eſt altius dignitate, ead. l. j. Qui patris loco ſunt principi, non debent alieno iuri eſſe ſubiecti. l. ſancimus. Roma caput eſt totius orbis. eodem titulo. l. nemini.

De domeſticis & protectoribus. Tit. xvij.

INdignum quippe eſt deſides à propriis tandiu muniis aberrantes, quod eſſe conuenit aſsiduos, numerari, eodem tit. l. ſi quis.

De præpoſitis laborum. Tit. xviij.

IMmunitate digni ſunt, quos noſtri lateris comitatus illuſtrat. l. vnic. eod.

De proximis ſacrorum ſcriniorum. Tit. xix.

IN iudiciis debet ſeruari æqualitas: vt eodem titulo. l. in ſacris. iij. §. Et quoniam in controuerſiis.

De agentibus in rebus.

ABſurdum eſt, vt in eius ſalutem valeat quis proferre ſententiam, cuius de nulla re pecuniaria valeat iudicare, eodem tit.l.ex eo in medio.

Qui militare non poſſunt.

OB hoc ipſum quid probatur, quod contrarium non oſtenditur, eodem titu.l.ſuper ſeruis.

De re militari. Tit. xxxvj.

AD honoris augmentũ non ambitione, ſed labore vnum quemque conuenit deuenire.l.contra publicam. eod.tit.

De metatis. Tit. xlj.

NEc crimen aliquod pertimeſcat, cùm ſibi arbitrium vitionis ſuæ ſciat eſſe conceſſum. l. deuotum. eodem titu. Plenum enim æquitate & iuſtitia eſt, vt qui aut ſucceſſione fruitur, aut emptione vel extructione gaudet, electam præcipuè iudicio ſuam partem teneat & relictam. l. in qualibet. eodem titulo.

De curſu publico. Tit. lj.

HOſpitibus pro ſolatio ſtercus animalium conceditur. l. in omnibus. eodem titu.

DOMINI AZONIS SVMMAE
cum additionibus Placentini ſuper
tribus libris C. Finis.

DOMINI AZONIS

PROOEMIVM AD SVMMAM INSTITVTIONVM.

1 *Scientia iuris vtilitas.*
2 *Inſtitutionum iuris cognitio quàm ſit neceſſaria.*

QVASI modo geniti pueri, vel adulti, lac iuris cócupiſcite, Inſtitutionum dogmata ſumite primum quidem nutrimentum, vbi doctrina præambula informati, Iuſtiniani meremini ſanctioni ſecuriùs inhærere, quæ à Chriſtianiſsimo Imperatore Iuſtiniano regulariter deriuata, omnium imperatorum authoritate iubet,
1 vetat, iudicat, punit, atq; permittit. † Hæc ſiquidem velut almifica dominatrix nobilitat addiſcẽtes, exhibet magiſtratus, & honores códuplicat & profectus: & (vt vera per omnia fatear) ſuis profeſſores per orbem terrarum fecit ſolenniter principari, & ſedere in imperiali aula: [tribus,] & nationes, actores, & reos ordine domabili iudicantes. Per ipſam nanq; vniuerſi reges regnant, iuſtitia conſeruatur in terris. Et licet Romanus princeps ſit legibus ſolutus: tamen digna vox eſt maieſtate regnantibus legibus alligatum ſe principem profiteri: vt C. de leg. & conſti. princip. l. digna vox. Ad notitiam ergo legum habendam, quæ conſtringit vitas hominum, de-
a bet quilibet anhelare [a]: ne per iuris ignorantiam à rectitudinis tramite deuiare cogatur. Sed habet quælibet ſcientia principia, & radices, ſuper quibus regulariter conſtituitur funda-
2 mentum. † Vnde fideliter conſulo his qui cauſarum patroni eſſe peroptant: vt ſine Inſtitutionum doctrinis ad legum ſublimitates conſcendere non præſumant: quoniam ex alto irremediabiliter corruit, qui volare ſatagit antequàm pennas aſſumat. Ego autem Azo ciuis Bononienſis, cupiens iuxta promiſſum perficere quod incœpi, hanc Inſtitutionum ſummam rudibus offero & perfectis: vt ex ea quiſque pro ingenij ſui capacitate ſubſidium recipiat & iuuamen.

ANNOTATIO.

a Anhelare. Ad huius cõcluſionis materiam vide tex. & doct. in l. j. ff. de varijs & extraord. cog. Cyn. in l. leges ſacratiſsimæ. C. de leg. not. glo. in cap. j. in viſ. feud. ac controuer. inter domi. & empt. ſolennem auct. d. Lucam de penna. in l. eos. nume. 47. de his qui ſpon. lib. x. & in l. omnes nume. 2. de decurio. eod. lib. & in l Boethos. nume. 3. cum plu. ſeq. de tabula. eodem lib. x. Cod. & vide omnes ſcribentes ibi.

IN nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, Imperator Cæſar Flauius, Iuſtinianus, Alemanicus, Gotticus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, fœlix, inclytus, victor ac triumphator ſemper Auguſtus, cupidę legum iuuentuti Salutem.

1 *Principis officium.*
2 *Aduocati dicuntur milites.*
3 *Inſtitutionum libri quare ſic dicantur.*
4 *Inſtitutiones quare elementa iuris dicantur.*
5 *Inſtitutionum iuris condendarum occaſio qua fuerit.*

HVIVS procemij domini Iuſtiniani ſententiam apertè comprehendamus. Facta igitur Codicis prima compoſitione: vt C. de veteri iure enucle. l. ij. §. omnia igitur. & §. ſed cùm proſpeximus. ante huius emendationem, & ſecundam editionem habuit mentionem Inſtitutionum iam compoſitarum: vt C. de emenda. Inſtitut. Cod. ibi, vt vndique non ſolùm, &c. & Digeſtorum, ſeu Pandectarum quinquaginta libris perfectis & conſummatis, videbatur pleriſq; nihil à modo ſuper iuris compoſitione tractandum: imò Iuſtiniano imputandum, quòd armorum vſu relicto, legibus & ſcholaſticis diſciplinis operam dabat, cùm imperator Gordianus di-
a cat, milites arma ſcire debere, non leges [a]: vt C. de iure deliberand. l. vlt. in princip. & Imperator ſit miles, & alios appellet commilitones: vt ff. de milit. teſtam. l. j. & appellatione familiæ princeps familiæ contineatur: vt ff. de verbo. ſignifi. l. familiæ
1 appellatione. † Imperator autem ad hanc ſui defenſionem, & excuſationem, & excuſationis rationem aſsignãdo, ſufficientiſsimè reſpondet: & aſsignat duo tempora, vnum bellorum, & alterum pacis. In tempore bellorum neceſſaria ſunt ad ſummam reipublic. tuitionem iſta quatuor, arma, vſus armorum, victoria, triumphus. In tempore verò pacis neceſſaria ſunt quatuor ſimilia, leges, ſcilicet, vſus legum, calumniæ pulſio, iuris religio. Princeps enim hoſtibus victis fit triumphator, vel triumphat: & expellendo iniquitates calumniantium per legitimos tramites, vt per iuſiurandum calumniæ, per infamiam, per pœnam pecuniariam: vt j. de pe. temerè liti. fit iuris religioſiſsimus. Iſta ergo duo arma, & leges pariter debẽt eſſe in principe: & alterum ſemper eguit alterius auxilio. & tam militaris res legibus eſt in tuto collocata, quàm ipſæ leges, armorum præſidio ſeruatæ ſunt: vt C. de Iuſtin. Cod. confir. in prin. & tanta gaudent ſimilitudine, pariter & ſplẽdent vtilitate, vt nomen armorum, & nomina eorum, qui exercentur in armis, accommodentur legibus, & legiſtis. Leges ergo dicuntur arma, & Imperator legibus dicitur armari, vt in prin-
2 cipio huius † procemij, & milites dicuntur aduocati: nec enim ſolos noſtro imperio militare credimus illos, qui gladijs, & thoracibus nituntur: ſed etiam aduocatos. Militant namque patroni cauſarum, qui glorioſæ vocis confiſi munimine la-
b borantium ſpem, vitam, & poſteros defendunt [b]: vt C. de aduoca. diuer. iudic. l. aduocati. Eſt ergo militia alia armata, alia inermis, alia literata: vt C. libr. xij. titul. de proxi. ſac. ſcrin. l.

proximos. Bella etiam & ſi non iuſta dicantur, de iure tamen gentium fiunt præcepto Imperatoris, vel populi Romani. Dicet quis, ſi iſta duo debet habere Imperator, & tu Iuſtiniane, qualiter te habuiſti in eis? Reſpondet Iuſtinianus primâ communium rerum ſuſtentationem, id eſt, vſum armorum nõ omiſimò ad eam intentionem, & laborem meum retuli: & militaria agmina cum omni prouidentia multiplicibus, & congruis modis correxi, vetera ad meliorem ſtatum deducẽdo: & noua conſtituendo ſine nouis expẽſis publicis: vt C. de Iuſtin. Cod. confir. iſtam ergo viam cum ſummis vigilus, & ſumma prouidentia, annuente Deo perfeci. Hoc enim teſtantur barbaricæ gentes, & aliæ innumeroſæ prouinciæ ſub ditione Romani imperij ſubactæ, vel deductæ. Africa etiam, & ſub ea contentę prouinciæ proteſtantur, quam Vandali occupauerũt, & vt captiuam detinuerant centum & quinq; annis, • & per Dei miſericordiam iterum ſubieci eas Romano imperio: vt in principio huius proœmij. & C. de offic. præfec. præto. Africa. l. j. Secũdam verò viam iuſtitiæ & legum omnes populi proteſtantur, nedum in verbis, ſed etiam rebus ipſis, & factis cũ legibus â me compoſitis, & promulgatis regantur. ecce enim extendi curam meam ad imperiales conſtitutiones, eáſque in luculentam reduxi conſonantiam: poſtea extẽdi curam meam in immenſa volumina veteris Digeſtorum prudentiæ, ſeu Pandectarum: vt in hoc proœ. §. omnes. & his completis deliberaui, an eſſet aliquid promulgãdum, vt rudis animus ſtudioſi ſimplicibus enutritus, facilius ad altioris prudentiæ redigatur ſcientiam. vt C. de vete. iure enucle. l. j. §. Romani autem. Tandem habita deliberatione proſpexi, quòd ad portandam tãtæ ſapiẽtię molẽ non ſunt idonei homines rudes, & qui in primis legum veſtibulis ſtant, & intrare ad arcana eorum properant etiam aliam mediocrem eruditionem cenſui præparandam, vt ſub ea collorati & quaſi principijs omnium imbuti, poſsint ad penetralia eorum intrare, & formam legũ pulcherrimam con conniuentibus oculis accipere, [aliàs aſpicere.] iura enim populi Romani ita commodiſsimè poſſunt tradi, ſi primò leui, ac ſimplici via. poſt deinde diligentiſsima, atq; exactiſsima interpretatione ſingula tradantur. Alioquin ſi ſtatim ab initio rudis adhuc & infirmus animus, ſtudiorum multitudine, ac varietate oneretur, duorum alterum fiet: quia aut deſeret ſtudium: aut cum magno labore eius, ſæpe & cum diffidentia (quæ plerunque iuuenes auertit) ſerius ad id perducetur, ad quod leuiore via ductus ſine magno labore eius, & ſine magna vlla diffidentia maturius perduci potuiſſet. Conuocatis ergo viris illuſtribus, & facundiſsimis anteceſſoribus Tribuniano, Theophilo, & Dorotheo, mãdaui vt cõponerent Inſtitutiones: & in quatuor libros iuſsi partiri. vt ſint totius legitimæ ſcientiæ fundamenta prima, & elementa, quibus iuuenes ſuffulti grauiora poſsint, & perfectiora legum ſcita ſuſtẽtare: vt C. de vete. iure enucle. l. ij. §. ſed cum. & in hoc proœmio. §. cumque, & ʃ. de iuſtitia & iure. §. his. Et ei mandato præfati facundiſsimi viri opportunè paruerunt, & eas compoſitas mihi obtulerunt: quas cùm legi, & cognoui, pleniſsimũ noſtrarum conſtitutionum eis robor accommodaui. Liquet igitur quòd Imperator à nemine reprehendi debet: imò vt Chriſtianiſsimus, & ſanctiſsimus, ab omnibus hominibus, tam in opere præſentis libri, quàm in cæteris debet commendari, & venerari. Videamus ergo quare dicatur liber Inſtitutionum, vel elementorum: quæ fuerit occaſio condendi eius, vel cæterorum librorum iuris, quæ intẽtio, quis finis, ſiue vtilitas, & cui parti
3 philoſophiæ ſupponatur. † Dicitur autem liber Inſtitutionum quaſi inſtructionum: quia in his prius legum præceptis inſtruimur, vt poſsimus percipere maiora iura, & ad iuris arcana valeamus conſcendere, & ingredi legum penetralia. Vel dicitur Inſtitutionum, quaſi in ſtatum Romani iuris nos erigat: cùm enim tres ſint poſitiones corporis, ſtatio, ſeſsio, cubatio. Plus homo poteſt, cùm ſtat, quàm cùm ſedet, iacétve: tunc enim debilior eſt. Inde eſt, quòd in liberalibus diſciplinis, in Grãmatica, Dialectica, iacemus atque ſedemus, id eſt, debiles ſumus: eáſq; diſciplinas non diſcere, ſed didiciſſe debemus. Per hanc autem diſciplinam ſtantes efficimur, id eſt, fortiores reddimur, quia moribus informamur. Potuit & iſte liber Introductorius, ſicut & cæteri introductorij appellari liber introductionũ, ſiue Iſagogicus. Sed viſum eſt iure ciuili congruen-
4 tius nomen Inſtitutionum. † Elementorum autem dicitur liber per ſimilitudinem quatuor elemẽtorum. Sicut enim quatuor elementis totus mundus confectus eſt. ſic ex hoc volumine in quatuor libro diſtincto, omnia iuris arcana reuelantur: & totius Romani iuris ſcientia prælibatur. Vel dicitur elementorum per ſimilitudinem primarum literarum, quę vocantur elementa. Sicut enim prima illa elementa primò pueris legenda traduntur: ſic & hæc legum initia primò iuuenibus, vel legum tyronibus exponuntur: & dicuntur elementa, quaſi eleuamenta, quaſi in his quaſi legũ primitijs ſuffulti iuuenes eleuantur ad altiſsima legũ ſcita. Vel dicuntur elemẽta quaſi elimamenta: quia in his elimatur quicquid fuerat in veteri iure rubiginoſum, quicquid fuerat hyrſutum & hiſpidum: complanatur quicquid fuerat montoſum: fabricatur æquitatis argenteum palatium: erigitur iuſtitiæ ſolium. Dicitur & Iuſtiniani liber, vt ſciatur nomen authoris, ad differẽtiam aliarum
5 Inſtitutionum antiquarum. † Huius libri condendi occaſio fuit talis: placuit Romanis, qui vrbem muris fundauerant, fundare eam & legibus: ſiquidẽ leges quædam & ex quidem paucæ quas Romani reges tulerãt propter eorum ſuperbiam
3 iam exoleuerant: electi itaque decem viri 3 miſsi ſunt ad
c Græcas ciuitates c, quarum vna vocabatur Athenæ, & vtebatur iure ſcripto: altera Lacedemon, & vtebatur iure non ſcripto: perrexerunt, peruenerunt, petierunt, acceperunt, & attulerunt decem tabulas eburneas de iure ſcripto, & iure non ſcripto: eáſque Romæ pro Roſtris poſuerunt, vt ab omnibus apertius legi, & intelligi poſſent. Quarum decem tabularum interpretatio cùm viſa ſit obſcura populo Romano, data eſt decem viris ſumma poteſtas in eo anno, vt homines ab eorum ſententiis non appellarent, & vt decem tabularum leges exponerent, corrigerent, & adderent, & detraherent, ſi quid eſſet detrahendum, vel addendum: vnde factum eſt, vt adderent duas tabulas. & ſic ex accidenti vocata eſt, Lex duodecim tabularum. Deinde cùm decem viri ſequenti anno magiſtratum ſibi iniurioſè arrogarent, & populum violenta dominatione premerent, deiecti ſunt à populo: & in carcere quidam eorum necati ſunt: ſicq; conſules facti ſunt, & ſenatuſconſulta compoſuerunt. Poſtea creati ſunt prætores: & ipſi edicta fecerunt. Emerſerunt & alij multi Iuriſconſulti: & ipſi multa reſponſa condiderunt, & ex ſenatuſconſultis, & prætoriis edictis, & prudentum reſponſis, condita ſunt duo milia penè librorum, tricies centena milia verſuum. Poſt hæc creati ſunt imperatores: & ipſi innumerabiles conſtitutiones compoſuerunt: & ex illis conſtitutionibus confecti ſunt tres Codices, Gregorianus, Hermogenianus, Theodoſianus, & aliæ conſtitutiones extrauagantes: ſicque ventum eſt vſque ad Iuſtinianum. Videns itaque Iuſtinianus tantam legum multitudinem, tantámque confuſionem, & quòd lites potius deciderentur iudicis arbitrio, quàm legum præſidio, ſtatuit in mente ſua leges emendare, & via dilucidiori tradere. Erexit itaque primum animum ſuum ad imperiales conſtitutiones: & ex tribus Codicibus & conſtitutionibus extrauagantibus, vnum Codicem confici iuſsit ſuo fœlici nomine nuncupandum: Erexit poſtea animum ſuum ad immenſa volumina veteris prudentiæ, & opus deſperatum quaſi per medium profundum vadẽs cœleſti fauore adimpleuit: & ex duobus penè milibus librorum, & ex tricies cẽtenis milibus verſuum vnicũ librum compoſuit, quem Digeſtum appellauit, ipſúmq; in quinquaginta libros diſtinxit. Ad hæc videns Iuſtinianus quod ad portandam tantæ ſapientiæ molem animi rudes non ſufficerent, ſtatuit eis præparare quandam eruditionem mediocrem, quaſi quendam pontem ad iura maiora, & altiſsima legum ſcita. Huiuſmodi libri ſicut & cæterorum librorum iuris, dici poſſunt materia tria, ſcilicet negotia, & duo vitia error, & contumacia: vel ius & iuſtitia, ſicut & not. in materia Codic. Intentio communis eſt omnium conditorum iuris quemadmodum lites decidantur, doceantur errantes, puniantur contumaces. Item eſt communis intentio de iure reſcribere: & ad id reſcribendo operam dare, vt homines mali efficiantur boni: & boni efficiantur meliores, tum metu pœnarum, tum exhortatione præmiorum, l. j. ff. de iuſtitia & iure. Ad hunc finem

refe

referuntur [omnes] conditores, vt iurgia ſint ſopita, & expulſa ſint vitia. Materia ſingularis domini Iuſtiniani in hoc opere ſunt leges latæ, vel duo Codices conſtitutionum, & Digeſtorum. Singularis eſt intentio, tradere quandam mediocrē eruditionem, quaſi quendam pontem, per quam iuuenes gradiantur. Specialis eſt vtilitas ea, vt perlecto & cognito Inſtitutionum libro, ſpes pulcherrima foueat iuuenes a ſingulis, in ſingulis ſuis partibus ſuam rempublicam poſſe gubernari. Ethicæ ſupponitur liber iſte, quia tractat de moribus.

ANNOTATIONES.

a Non leges. Adde ſpecu. in tit. de accu. verſicu. item excipitur quòd eſt miles. Bart. Bald. & doct. inter ſe contrarios in fin. C. de iure delib. do. Lucam de pen. in l. militiæ. nume. 2. qui milita. poſ. lib. xii. & omnes ſcribentes hic.

b Defendunt. Adde Specu. in tit. de his qui alieno no. verſicul. defenſor. doct. in l. aduocati. alleg. in text. not. gloſſ. in c. cum ex eo. de elect. in ſexto. vbi multa per ibi ſcribentes.

* Quinque. Noric. nonaginta quinque.

c Græcas ciuitates. Ad hoc vide Bald. in l. prima. ff. de execu. tut. & in l. ſecunda. ff. de orig. iur. Bar. in l. militum. de verb. obli. & in l. Titia. de auro & argento leg. & in rub. de iuſti. & iu. do. Lucam de pen. in l. omnis. num. 3. de decu. li. x. ſolemnem gl. in auth. de non alie. 1. nos ergo.

** Decem viri. Sexti Pomponii Iuriſconſulti (cuius pace dictum ſit) errorem ſequitur Azo. Legati enim. Ro. ad leges petendas tres fuerant

t Sp. Poſthumus. A. Manlius, & S. Sulpicius Camerinus conſul, cuius rei locupletiſſimi teſtes ſunt T. Liuius & D. Halicarnaſ. apud quos hiſtoriæ ſeriem videas. P. Piatius.

De iuſtitia, & iure. *Rubrica.*

1 *Iuſtitia quid.*
Iuſtitia definitio duobus modis intelligitur.
2 *Iuſtitia quomodo intelligatur eſſe cōſtans & perpetua volūtas.*
Matrimonium quo pacto dicatur indiuidua coniunctio.
3 *Ius vnde dicatur, & quid ſit, & quàm variè accipiatur. nu. 5.*
Iuſtitia vnde dicatur.
Leges vnde, & cur dicantur ſacratiſſimæ.
4 *Ars quid.*
Iuris peritia cur ars dici poſſit.
6 *Iuris prudentia quid, & quo differat à iuſtitia nu. 8.*
Aequitas & iuſtitia quid differant, & circa quæ verſātur.
7 *Aequitas quid.*
9 *Iuris præcepta quæ.*
10 *Iuris poſitiones duæ.*
Species dicuntur poſitiones.
11 *Ius publicum quid, & in quibus conſiſtat.*
13 *Ius priuatum quid.*

IMPERATOR Iuſtinianus expoſiturus iura populi Romani, præmittit de iuſtitia & iure. à iuſtitia enim velut à materia, & quaſi fonte quodā omnia iura emanāt: quod enim iuſtitia vult, idem ius proſequitur. Videamus ergo quid ſit iuſtitia, vnde dicatur,
1 quæ ſint eius præcepta, & quot ſint eius poſitiones. † Eſt au-
a tem iuſtitia conſtans, & perpetua voluntas ius ſuum cuique tribuendi. vt ff. eodem. l. iuſtitia. quæ definitio poteſt intelligi duobus modis: vno prout eſt in creatore, altero prout eſt in creatura. & ſi intelligatur prout in creatore, id eſt, in Deo: omnia verba propriè poſita ſunt, & plana ſunt omnia, quaſi diceret, Iuſtitia eſt Dei diſpoſitio, quæ in omnibus rebus rectè conſiſtit, & iuſtè diſponit: ipſe retribuit vnicuique ſecundum opera ſua: ipſe non variabilis: ipſe nō eſt temporalis in diſpoſitionibus, vel voluntatibus ſuis. imò eius voluntas eſt conſtans, & perpetua. ipſe enim nec habuit principium, nec habet, vel habebit finem. Altero modo intelligitur prout eſt in creatura, id eſt, in homine iuſto. Homo enim iuſtus habet voluntatem tribuendi vnicuiq; ius ſuum: & ita voluntas dicitur iuſtitia. & dicitur voluntas tribuere ius ſuum, non quantum ad actum, ſed quantum ad affectionem. Sicut & dicitur Imperator Auguſtus, non quòd ſemper augeat imperium: ſed quia eius propoſiti eſt, vt augeat. Sic & matrimonium dicitur indiuidua coniunctio: quia [qui matrimonio coniuncti ſunt] eius ſunt animi vt nunquam diuidantur poſtea, licet interdum diuidātur infauſtè: vt in j de patria poteſtate. & C. de repud. l. con-
2 ſenſu. Illa † autem duo verba, conſtans & perpetua, non ſunt de definitione: cùm ſcriptum ſit, quòd iuſtus ſepties cadit in die: ſed ponuntur ad remouendam quorundam prauam opinionem, qui credebant iuſtitiam eſſe mutabilem: ideo, quia quandoque conceditur alicui priuilegium, & poſtea denegatur: vt poteſt aſſignari in Iudæis: vt C. de Iudæis. l. iuſſio. & l. iudæos. Et idem in quolibet, qui abutitur priuilegio, vel iure ſibi dato: vt ff. quod metus cauſ. l. extat. & C. vnde vi. l. ſi quis. Sed certè hoc non eſt ex varietate iuſtitiæ: imò ex varietate ſubiectorum, vel negotiorum. Iudæi enim antequā crucifigerent Creatorem ſuum dominum noſtrum, meruerunt habere priuilegium. Poſtea autem ex delicto ſuo meruerūt amittere, & puniri. Poteſt autem alio modo intelligi definitio (prout iuſtitia eſt in creatura) vt dicatur data definitio per periphraſim, id eſt, per circumlocutionem, vel circuitionem: vt per hoc quod dicit voluntas, intelligatur mens: per hoc quod dicit conſtans, intelligatur bonum. Conſtantia enim ſecundum ſanctos, accipitur in bono: vnde & ſancti dicuntur fuiſſe conſtantes. Per hoc autem quod dicitur perpetua, intelligatur habitus: quaſi diceret, Iuſtitia eſt habitus mentis bonus, vel bene conſtitutæ. vel, Iuſtitia eſt voluntarium bonum. Nec enim poteſt dici bonum propriè, niſi intercedente voluntate. Tolle voluntatem, omnis actus indifferens eſt: quippe affectio tua nomen imponit operi tuo: & alibi, Crimen non contrahitur, niſi intercedat voluntas nocendi: & alibi, Voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia: vt C. ad legem Corneliam, de ſicariis. l. j. & ff. de furt. l. qui iniuriæ. ergo diſtinguunt factum bonum, à non bono: & ita iuſtitiæ, quæ ſpecies eſt virtutis ſui generis, attribuitur definitio. Vt autem oſtendat, quòd hæc virtus à cæteris ſpeciebus virtutis differat, id eſt, prudentia temperantia, fortitudine, addit ius ſuum cuiq; tribuendi. Quæ verba exponuntur: vt dictum eſt. Vel dic, ſuum ius, id eſt, hominis meritum. Nam & de iure propter delictum, vel pactum non ſeruatum, vel ſimilia, quis priuatur iure ſuo: vt ff. quod metus cauſa. l. extat. & C. de iure emphyt. l. vlti. Vel dic cuique, id eſt, ſibi, vt honeſtè viuat: & Deo, vt Deum diligat: & proximo, vt eum non lædat. Vel dic ſuum ius, id eſt, iuſti-
3 tiæ. Et dicitur iuſtitia: quia in ea ſtant omnia iura. † Ius ergo deriuatur à iuſtitia, & habet varias ſignificationes. Ponitur enim quandoque pro ipſa arte, vel pro eo, quod ſcriptum habemus de iure: & dicitur ars boni & æqui, cuius meritò quis nos ſacerdotes appellat: iuſtitiam namque colimus, ſacra iura miniſtramus. Vnde & leges dicuntur ſacratiſſimæ. l. leges ſacratiſſimæ. C. de legib. boni & æqui notitiam profitentur iuris ſacerdotes. iniquum ab iniquo ſeparātes, licitum ab illicito diſcernētes, bonos non ſolùm metu pœnarum, verumetiam præmiorum exhortatione efficere cupientes, veram (niſi fallor) philoſophiam, non ſimulatam affectātes: vt ff. eo. l. j.
4 † Eſt autem ars ſecū dum Porphyrium de infinitis, finita doctrina: ab arctando dicta. & bene poteſt hæc iuris notitia, ars appellari: quia finem habet mirabilem, licet aliæ omnes artes ferè infinitæ ſint: vt in procemio Digeſtorum. §. ſed quia. Vel dicitur ars, id eſt, artificium. Nam author iuris eſt homo: author iuſtitiæ, eſt Deus: & ſecundum hoc, ius & lex idem ſignificant. Licet autem largiſſimè dicatur lex, omne quod legitur: tamen ſpecialiter ſignificat ſanctionem iuſtam, iubentem honeſta, prohibentem cōtraria: vt legitur apud Marcum Tullium Ciceronem, libro primo de legibus. Quandoque etiam ponitur ius pro legis ſignificato: & lex accipitur, vtpote, oratio quæ legitur, & iuris eſt ſignificatiua. Nomen rationis latiùs quàm illa patet: nam & argumentum eſt ratio: non tamen ius dicitur: ratio, quia affirmatur, vel fit rarum.
5 † Ius etiam quandoque ponitur pro iure naturali tantùm, quandoque pro iure ciuili tantùm, quandoque pro iure prætorio tantùm, quandoque pro eo tantùm, quod competit ex ſententia. Prætor enim ius dicitur reddere, etiam cùm iniquè decernit, relatione facta non ad id, quod prętor fecit, ſed ad illud quod prętorem facere conuenit. Nam ſi non habetur reſpectus ad id, quod debuit fieri: non ęquum ius, ſed iniquum dicitur reddidiſſe. Quandoque ponitur pro loco, in quo redditur ius, appellatione tracta ab eo, quod fit in id, vbi fit, id eſt

fieri ſolitum eſt, ſalua maieſtate Imperij, & ſaluo iure maiorum iudicantis. Ponitur etiam quandoque pro neceſsitudine: veluti, eſt mihi ius cognationis, vel affinitatis: vt ff. eod. l. pen. & antepe. ſed Ioannes Boſ. dicit, neceſſarij mei veniunt ad me. Ponitur etiam quandoq; ius pro actione: quandoq; pro obligatione qualibet: quandoq; pro hæreditate: quandoque pro bonorum poſſeſsione, ſicut ex definitione cuiuſlibet iſtorum licet conſiderare in ſuis Rubricis. Sed & ius, etiam in vulgari ponitur pro quodam cibo delicato: quandoque ponitur pro poteſtate: vt cùm dicitur ſui iuris eſt, & quandoque ponitur
• pro iuris rigore *: vt cùm dicitur, inter ius & æquitatem, &c.
6 vt C. de legibus, & conſtitut. l. j. † Iuris autem prudentia eſt diuinarum, atque humanarum rerum notitia: iuſti, atque in-
7 iuſti ſcientia: vt ff. eod. l. iuſtitia. §. vlt. & §. j. j. eod. † Aequitas
b autem eſt rerum conuenientia [b], quæ in paribus cauſis paria iura deſiderat, & omnia bona æquiparat. Et dicitur æquitas, quaſi æqualitas. Vertitúrque in rebus, id eſt, in dictis & factis hominum. Iuſtitia in mentibus quieſcit iuſtorum. Inde eſt, quòd ſi velimus loqui, dicimus iudicium æquum, non iuſtum: & hominem iuſtum, non æquum: abutentes tamen his appellationibus dicimus iudicem æquum, & iudicium iuſtum.
8 † Differt ergo multùm iuris prudentia, à iuſtitia: ſi quidem iuris prudentia dignoſcit, iuſtitia autem tribuit cuiq; ius ſuum. Item iuſtitia virtus eſt: iuris prudentia, ſcientia. Item iuſtitia
9 eſt quoddam ſummum bonum, iuris prudentia, medium. † Iuris præcepta ſunt tria: honeſtè viuere: alterum nõ lædere: ſuum cuique tribuere: vt j. eod. §. iuris. & ff. eod. l. iuſtitia. Et eſt notandum, quòd iſtud vltimum aliter accipitur, quàm in definitione iuſtitiæ, ſi quidem ibi complectitur hæc tria: hic autem illud ſolum, quod extra duo prima præcepta relinquitur. Item ponitur nomen iuris pro ipſa arte, non pro quolibet iure, quod inuenitur in arte. Nec enim omne ius præcipit: imò quoddam permittit: vt ff. de legat. & ſenatuſconſult. l. legis virtus. Vel ponitur pro omni iure, quod præcipit. Nam omne quod præcipit, vel præcipit honeſtè viuere, vel alterum
10 non lædere, vel ſuum cuiq; tribuere. † Huius ſtudij duæ ſunt poſitiones, publicum, & priuatum, quod quidam ſic exponunt, id eſt, huius iuris, per ſtudium diſcendi, vel adipiſcendi, duæ ſunt ſpecies. Species enim dicuntur poſitiones. quia ſub genere ponuntur, & aſsignantur. Vel quia poſita ſpecie, ponitur & genus, ſed non econuerſo. Vel ſic. Duæ ſunt poſitiones, id eſt, ſuper duobus ponitur ars iſta ſtudio diſcenda, id eſt, ſuper iure publico, & priuato. Nec enim prima expoſitio placet, quòd ex diuerſitate rerum, vel perſonarum ſuper quibus ius ponatur diuerſæ eius ſpecies ponantur, vel videantur. Hac enim ratione infinitæ eſſent ſpecies iuris: quia infiniti ſunt homines, & infinitæ ſunt res. Nam & ſic diceretur ius aliud equinum, aliud aſininum, aliud vineæ, aliud agri, aliud Petri, aliud Ioan-
11 nis. † Eſt autem ius publicum, quod ad ſtatum rei Romanæ pertinet. Et conſiſtit in ſacris, ſacerdotibus, & magiſtratibus: vt j. eodem. §. vltimo. & ff. eodem. l. j. §. huius ſtudij. Intereſt enim reipublicæ vt habeat eccleſias, in quibus homines petant veniam ſuorum peccatorum: vt in authent. vt liceat matri & auiæ. §. quia verò ita. Expedit etiam reipublicæ magiſtratus conſtitui: quia per eos, qui iura dicendo præſunt, effectus rei accipitur: parum eſt enim ius in ciuitate eſſe, niſi ſint, qui poſſint iura reddere, vt ff. de origine iuris. l. ij. §. poſt originem. Expedit & eſſe ſacerdotes à quibus de peccatis noſtris accipiamus pœnitentiam: & qui orent pro nobis: & Dei nobis acquirant prouidentiam: vt C. de ſumma trinitate. l. vltima.
12 † Ius autem priuatum eſt, quod ad ſingulorum pertinet vtilitatem: ſubaudi, principaliter: ſecundariò tamen, & ad rempublicam pertinet. Vnde & dicitur: expedit reipublicæ, ne quis re ſua malè vtatur: vt infrà de his, qui ſui vel alieni iuris ſunt. §. vltimo. Sic quod reipublicæ principaliter intereſt, ſecundariò puto quod reſpiciat vtilitatem ſingulorum. Eſt autem ius maximè priuatum, tripartitè collectum. Eſt enim ex generalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus. Maximè
• ideo dixi: quia & ius publicum iuregentium eſt ſtabilitum. Nam erga Deum, vel eccleſiam, vel ſacerdotem, religio eſt de iuregentium: vt ff. eodem. l. prima. §. vltimo. & l. ſecunda. quod & publicum ſuprà appellaui. Ex hoc patet etiam, quòd publicum & priuatum non ſunt ſpecies iuris: ſed aſsignãtur res, vel perſonæ ſuper quibus poſita ſunt iura. Quid autem ſit ius naturale, vel gentium, vel ciuile, & cui, & quando per conſuetudinem, vel conſtitutionem principis derogetur, in ſequenti titulo aſsignatur.

ANNOTATIONES.

a Perpetua voluntas. Ad iſtam definitionem, & eius partium declarationem, vide Barto & docto. in l. j. ff hoc eod. tit. quicquid dici poteſt per do. Lucam de penna in l. neminem num. 2 cum pluri. ſeq. de ſuſcept. lib. x. qui omnes iuſtitiæ partes no. exe iuſtit. cui adde pro concordantia beatum Thom. prima ſecundæ quæſtio. xxj. & prima ſecundæ quæſt. lx. & ſecunda ſecundæ quæſtio. lviij. & nihil vltra quæras.

b Conuenientia. Adde Bald. in l. fin. C. de fruct. & lit. expen. & in l. fin. de fruct. C. de ſuis & legit. & in l. omnium. C. de vectig. & in cap. ad hoc. de pact. in fi. & docto in l. placuit. C. de iudic. Alex. de Imol. in l. Quintus. ff man. Lucam de penna in l. retractare. nume. 4. ne ſit. tem, quam ven. lib x. & in l. ſacris num. 45. de proxi. ſac. ſcri. lib. xij.

* Rigore. Iuris rigor aliquando temperatur ratione ætatis, quandoque ratione temporis, & locorum, cap. ſuper eod. extra de ſenten. excom. Aliquando ratione temporis cauſæ & perſonæ, & loci. cap. fi. de tranſactio. Aliquando ratione ſcandali & conſuetudinis, quinquageſima diſtinctio. can. vt conſtitueretur. Iure autem ſuo quis ſine culpa priuari non debet. ſatis peruerſum. lvj. diſtin. ſPropter ſcandalum tamen poteſt quis à ſcandalo deſiſtere capit. ij. de præſcript. Ius autem aliud eſt commune, aliud ſpeciale, aliud ambiguum. Quid in ambiguo iure ſpectandum eſt? Aequitatem Paulus tradit. l. in omnibus. de reg. iur. ff In ambiguis pro libertate reſpondendum. l. quotiens. ff. eod. In ambiguis repetitioni locus eſt. l. non debet. 4. in re. ff. eod. In dubiis benigniora præferenda. l. ſemper. ff. eod. Martinus.

De iure naturali, gentium, & ciuili. *Rub.*

1 *Ius naturale quot modis accipiatur, quid ſit, & nu. 2.*
3 *Ius ciuile, quot modis dicatur.*
4 *Ius gentium quid.*
5 *Ius gentium ſolis hominibus commune: & eo iure inducta. & numero 7.*
5 *Manumiſsio quid, quo iure introducta.*

1 IVS † autem naturale pluribus modis dicitur. Primus eſt, vt dicatur à natura animati motus, quodam inſtinctu naturæ prouueniens, quo ſingula animalia ad aliquid faciendum inducuntur. Ius naturale, eſt quod natura, id eſt, ipſe Deus docuit omnia animalia, & ita iſtud pronomen, quod, erit accuſatiui caſus: & hoc nomen, natura, erit caſus nominatiui. Vel dic, quod nomen iſtud, quod, ſit caſus nominatiui: vt ſic dicat, quod docuit omnia animalia natura, id eſt, per inſtinctum naturæ. & ita hoc nomen naturâ, erit caſus ablatiui: vt infrà eodem. in principio. & hoc eſt quod dicitur, primi motus non ſunt in noſtra poteſtate, ſecundi verò ſunt. & ideo ſi res procedat in oblectamentum, id eſt, delectationem, veniale tantùm contrahitur peccatum: niſi progrediatur ad aliquid componendum: vt exerceat, quod turpiter cogitauit: & tunc dicetur tertius motus, & mortale contrahere peccatum. Et eſt illud notandum: quia qua ratione iuſtitia eſt voluntas, &c. habito reſpectu ad rationalia tantum, eadem dicitur ius naturale, motus (vt dixi) habito reſpectu ad omnem creaturam rationalem, & irrationalem. Dicunt autem quidam, quòd neque voluntas neque motus, ius naturale, vel gentium dici poſſunt: quia facti ſunt. Voluntas tamen vel motus, ſunt inſtrumenta, per quæ ius naturale, vel iuſtitia aperiunt, vel oſtendunt ſuum
a effectum: in anima enim ſunt virtutes, & iura. † Illud apertius fortè dicetur ius naturale eſſe debitum quoddam, quod natura cuilibet repræſentat. Dicitur enim quandoque ius naturale: ius commune hominum induſtria ſtatutum, & ita ius gentium poteſt dici ius naturale: vt infrà de rerum diuiſ. §. ſingulorum. Item dicitur ius naturale, quod in lege Moſayca, vel in Euangelio continetur: vt legitur in decretis, can. j. diſtinct. prima. Item dicitur ius naturale æquiſsimum, vt cùm dicitur lapſos minores ſecundum æquitatem reſtitui: vt ff. de
a minor. l. j. in princ. Eſt etiam ius naturale, quod tuetur pacta [a]: vt ff. de pac. l. j. in prin. & in hac ſignificatione ius naturale poteſt

teſt dici ciuile. Prima autem definitio data eſt ſecundum [mo-
tum ſenſualitatis, aliæ autem aſsignatæ ſunt ſecundum] mo-
3 tum rationis. †Ius autem ciuile pluribus modis dicitur: vno
modo ponitur pro ſtatuto cuiuſlibet ciuitatis: ſed vbi non
additur nomen ciuitatis, ius ciuium Romanorum ſignifica-
mus: ſicut cùm poetam dicimus, nec addimus nomen, ſuban-
ditur apud Græcos egregius Homerus, apud Latinos Vergi-
lius: vt j. eo. §. ſed ius. Alio modo dicitur ius ciuile lex xij. Ta-
bul. vt probatur ff. de iuſti. & iu. l. ius ciuile.ᵃ §. hoc igitur. Alte-
ro modo dicitur diſputatio prudentum ff. de ori. iur. l. ij. §. hæc
diſputatio. Quarto modo dicitur ius ciuile id, quod non eſt
prætorium, & detrahit, vel addit iuri naturali, vel gentium, vt
liquet in poteſtate ſeruorũ reſtricta, & tutela inuenta: vt ff. de
iuſti. & iure. l. ius ciuile & j. de his, qui ſui vel alieni iuris ſunt:
& de tute. in prin. & ſic dicitur, iſte ſuccedit de iure ciuili, ille
de iure prætorio: vt j. de exhæred. lib. §. emãcipatus. Ius autem
ciuile iuuatur, ſuppletur & corrigitur per prætorium: vt ff. de
iuſti. & iure. l. ius autem ciuile. §. j. & ita recipit in ſe, quod fe-
cit alij. Quinto modo ius ciuile poteſt appellari omne ius,
quo vtitur ciuitas: ſiue ſit naturale, ſiue ciuile, ſiue gentium: &
ſic accipitur cùm dicitur, lex eſt res ſanctiſsima, ciuilis ſapien
tia: vt ff. de var. & extraord. cognit. l. j. §. proinde. Sexto modo
dicitur ciuile, quod ex legibus, plebiſcitis, ſenatuſconſultis,
principum decretis, authoritate prudentium, venit: vt ff. de
4 iuſti. & iure. l. ius autem. †Ius autem gentium eſt quo gentes
humanæ vtuntur, quod à naturali recedere facilè intelligere
licet: quia illud omnibus animalibus commune ſit, quæ in ter
ra, quæ in mari, quæ in aëre naſcuntur. Ab eo deſcendit ma-
ris & fœminæ coniunctio: & fit per mutuam vtriuſque vo-
luntatem, quam nos matrimonium appellamus. Corporalis
enim coniunctio non poteſt dici ius, cùm ipſum ſit corporale,
& videatur: iura autem omnia ſunt incorporalia. Ab eo etiam
5 iure deſcendit liberorum procreatio, & educatio. Hoc †au-
tem iuſgentium ſolis hominibus commune eſt: veluti erga
Deum religio, vt parentibus & patriç pareamus, vt vim atque
iniuriam propulſemus. Nam iure hoc euenit, vt quod quiſ-
que ob tutelam ſui corporis fecerit, iure feciſſe exiſtimetur: &
cùm inter nos cognationem quandã natura cõſtituerit, con-
ſequens eſt hominem homini inſidiari nefas eſſe. Manumiſ-
6 ſiones etiam iuriſgentium ſunt. † Eſt autem manumiſsio da-
tio libertatis, id eſt, detectio, vt dicunt quidam: quia libertas
quæ eſt de iure naturali non potuit auferri: licet fuerit offuſ-
cata per ius ciuile, vel gentiũ. Iura enim naturalia ſunt immu-
tabilia: vt j. eo. §. pen. & ff. de acqui. rer. do. l. adeò. §. cùm quis.
Vel dic verè dat libertatem ille, qui manumittit: licet non ſuã,
vel alienam. Dat enim quod non habet: ſicut in creditore, & in
eo, qui cõſtituit vſumfru. in re ſua: vt ff. de vſufr. l. quod no-
ſtrum. & j. quib. ali. li. in princi. iura enim naturalia dicuntur
immutabilia: quia nec poſſunt ex toto abrogari, vel auferri:
ſed tamen poteſt eis derogari, vel detrahi in ſpecie: vt ff. de iu-
ſti. & iur. l. ius ciuile. Cœperunt autem iſtæ manumiſsiones à
iuregentiũ. nam cum iure naturali omnes homines liberi na-
ſcerentur, nec erat nota manumiſsio, cùm ſeruitus eſſet inco-
gnita: ſed poſteaquàm iuregẽtium ſeruitus inuaſit, ſequutum
eſt beneficium manumiſsionis: & cum vno naturali nomine
homines appellarentur, iuregẽtium tria genera hominũ cœ-
perunt eſſe, liberi, & ex his, cõtrarium, ſerui, & tertium genus
liberti, id eſt, qui deſierant eſſe ſerui. Item ex hoc iuregentium
introducta ſunt bella, vt cũ indicuntur à principe, vel à popu
lo Romano, vel propulſatur violẽtia. Itẽ, diſcretæ ſunt gẽtes,
regna condita, dominia diſtincta, ſcilicet, directa, ab vtilibus:
& è conuerſo: non dico, quòd dominia ſint inuenta de iure-
gentiũ de nouo: quia & veteri Teſtamẽto aliquid erat meum,
aliquid tuum: vnde & prohibebatur fieri furtum, & præcipie-
batur ne quis retineret mercedẽ mercenarij ſui. Ex hoc etiam
iure agris termini ſunt poſiti, ædificia ſunt collata, vel vicina-
ta, ex qua collatione fit ciuitas. Commercium eſt inductum,
quod generale eſt nomen ad omnes contractus. Obligationes
ſunt inductæ, quæ aliàs dicuntur naturales, id eſt, de iuregen-
tium: nam (vt ſ. diximus) iuſgentiũ quãdoq; dicitur naturale.
Quidam tamen contractus indũcti ſunt à iure ciuili: vt ff. de
iuſti. l. ex hoc iure. vt obligationes literarũ, & ſtipulationes,
& emphyteuſis: vt j. de lit. obli. & de loca. §. adeo. & de actio.
§. de conſtituta. Cui autem iuri, & quando per cõſtitutionem
b principisᵇ, vel conſuetudinem derogetur: quia de hoc tangi-
tur j. eod. §. ſed quod principi. & §. ex non ſcripto. Dic bre-
uiter vt not. C. ſi contra ius, vel vtil. public. reſcri. ſit impetra.
C. quæ ſit long. conſuet.

ANNOTATIONES.

a Pacta. Ad hoc vide Spec. in tit. qui fil. ſint legit. verſi. ſed pone quod-
dam. Lud. rom. in ſing. ſuis, in l. j. ff. de iuſti. & iu. & in c. ius naturale.
j. diſtin. Ang. aret. in rub. de in. nuin. r. cum plur. ſeq. Inſtit.
b Principis. Secus tamen dic in iure diuino: quoniam tale per princi-
pem in totum tolli non poteſt. vt tenet elegans glo. in l. fin. C. ſi con-
tra ius vel vtili. public. & Bald. in ſing. ſuis, ver. teſtis. ſed quid ſi ciui-
tas. dn. Alexan. de imo. in l. cùm mulier. ff. ſolut. matrim. & doct. in l.
j. ff. de conſtit. princ. & in conſil. lxviii. in ii. volum.

De iure perſonarum. *Rubrica.*

1 *Perſonarum ſumma diuiſio.*
2 *Adſcriptitius an verè ſeruus.*
3 *Libertas quid.*
4 *Seruitus quid, vnde appellati ſerui.*
5 *Serui quibus modis fiant. & num. 8.*
6 *Homo liber vt fiat ſeruus, quæ requirantur, & quomodo poſ-
ſit ingenuitatem repetere. num ſequen.*

DICTVM eſt ſuprà de iure naturali, gentium, &
ciuili: ſed quia omne ius, quo vtimur, pertinet ad
perſonas, vel ad res, vel actiones. l. j. ff. de ſta. hom.
digniores autem ſunt perſonæ. l. iuſtiſsimè. ff. de
ædil. edic. quarum cauſa ſtatuta ſunt omnia iura. l. ij. ff. de ſta.
hom. De perſonis primò videamus: vt ſ. tit. prox. §. vlt. id eſt,
de iure, quod vertitur circa perſonas, vel de ſtatu perſonarũ,
1 quamuis ſit varius, & diſcretus. † Eſt ergo notãda ſumma di-
uiſio perſonarum, quòd omnes homines aut liberi ſunt, aut
ſerui, id eſt, omnis homo, aut eſt liber, aut ſeruus: vt ita plura-
lis oratio reſoluatur in ſingularem: vt ff. de cond. & demonſt.
l. falſa demonſtratio. §. vlti. vt ita videtur oppoſitio de duobus
2 aſsignatis, quorum vnus eſt liber, † alter ſeruus. Nec eſt op-
poſitio de adſcriptitio: quia verè liber eſt: [imo videtur quòd
verè ſit ſeruus, cùm inter adſcriptitios, & ſeruos nulla ſit diſ-
ferentia:] vt C. de agric. & cenſi. l. ne diutius. §. ſi quis. ſed cer-
tè verum eſt, quòd nulla ſit differentia, quantum ad hoc, vt ſi
naſcatur quis ex libero, vel ſeruo & adſcriptitia, ſit adſcripti-
tius: ſicut ſi naſceretur ex libero, vel adſcriptitio, & ancilla,
eſſet ſeruus: vt ibidem dicitur. eſt autem differẽtia, quantum ad
alia multa: quia ſerui nihil propriũ habere poſſunt. nam quic-
quid per ſeruum acquiritur, id domino acquiritur: vt j. de his
qui ſunt ſui, vel alie. iuris. §. in poteſtate. Adſcriptitij autem be-
ne habere poſſunt proprium: vt C. de agri. & cenſi. l. hi penes.]
licet quodam ſeruitio ſit adſtrictus: vt C. de epiſc. & cler. l. iu-
bemus. & auth. adſcriptitios. Nec eſt oppoſitio de ſtatulibe-
ris: vt ff. de ſtatulib. l. ſtatuliberum. & l. ſtatuliberi. Videndum
ergo, quid ſit libertas, quid ſeruitus, & qualiter contingat ſer
uitus. nam de ingenuitate qualiter contingat, dicetur infrà ti-
3 tulo proxi. † Eſt autem libertas naturalis facultas eius, quod
cuique facere libet, niſi ſi quid vi, aut iure prohibetur: vt ff. de
ſtatu ho. l. iiij. & hic §. j. Secũdum hanc definitionem videtur,
quòd ſerui ſint liberi. nam & ipſi liberam habent facultatem:
niſi vi, aut iure prohibeantur: & hoc Guarnerius admiſit. Aut
definitur libertas eo iure, quo prodita eſt. Alij dicunt in defi-
nitione addẽdum, quod legitur j. eod. ſcilicet, ex qua liberi vo
cantur. licet enim ſerui ſint liberi, non tamen liberi vocantur
ex ea libertate. Vel melius ita expone vi, id eſt, iuregentium:
quia per violentias, & neceſsitates eſt inductum: vt ſ. tit. prox.
§. ius autem. & ex eo inducta eſt à principio ſeruitus, aut iure.
ſ. ciuili, cùm homo liber patitur ſe vẽdi: vt liquebit. Nec enim
placet prima expoſitio, vel ſecunda, quòd ſerui ſint liberi, vel
naſcantur liberi de iure naturali: cùm in hac parte ius ciuile,
vel gentium, detraxerit iuri naturali: & ſic etiam liquebit ex
4 definitione ſeruitutis. † Eſt autem ſeruitus conſtitutio iuriſ-
gentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubijcitur.
§. ij. infra eodem. Appellati ſunt à ſeruando, non à ſeruiendo:

vt dicunt Grammatici. Principes enim captiuos vendere, ac
per hoc ſeruare non occidere ſolent. Item etiam mancipia di-
cta ſunt, quòd ab hoſtibus manu capiantur: vt j. eo. §. ſeruus.
& ff. eod. l. iiij. §. ſeruitus. Tabellio autem (qui dicitur ſeruus
5 publicus) à ſeruiendo deriuari poteſt. Igitur † captiuitate li-
6 beri homines fiunt ſerui de iure gentium: vt dictum eſt. † Fit
etiam homo liber de iure ciuili, ſi maior eſt xx. an. & patitur
ſe vendi, vel aliquo titulo in aliquem transferri ad pretium,
vel quodlibet lucrum participãdum, ignoranti conditionem
ſuam. Eſt & quartum neceſſarium, quod pretium verè parti-
cipet: vt ff. de ſta. ho. l. v. & C. de lib. cau. l. non ideo. & l. ſi mi-
niſterium. & ff. de lib. cau. l. liberis. §. ſi quis ſciens. & l. ſi vſum-
fructum. §. j. & ff. quib. ad lib. procla. non li. l. j. Poteſt & quin
tum addi, quòd is, qui venditur ſciat conditionem ſuam: vt ff.
7 quib. ad lib. procla. non lic. l. vl. † Iſte autem factus ſeruus re-
petit ingenuitatem ſuam, ſi pretiũ reddiderit: & emptor ſpõte
recipiat, nec enim cogitur: vt ff. ſi li. inge. eſſe. di. l. ij. Alij dicunt
8 ſatis eſſe: ſi iſte voluit reddere. Item † de iure ciuili fit ſeruus,
qui ex ingratitudine reuocatur in ſeruitutem: & qui à patre
venditur ob famem: & qui eſt de familia latronum ex reſcri-
pto principis fit ſeruus: & qui erat ſeruus, deinde fit mona-
chus, vel clericus, & poſtea redit ad ſecularem vitam: reſtitui-
tur domino ſuo: vt C. de libe. & eor. libe. l. ſi manumiſſus. & C.
de pat. qui fil. diſtra. l. j. & C. quib. ad lib. procla. non li. l. j. & C.
de epiſc. & cler. auth. ſi ſeruus. Et eſt omnium ſeruorum vna
conditio ſubſtãtialis. Quicunq; enim ſeruus eſt, ita eſt ſeruus
ſicut alius, nec plus, nec minus: ſed licet ſeruitutis vna ſit con-
ditio: tamen honeſtatis & probitatis, & malitiæ, & nequitiæ
ſeruorum multæ poſſunt eſſe conditiones: vt ff. de ædil. edic. l.
vlt. §. vlt. & ff. de vſufru. l. ſed & ſi quid. §. ſufficienter. Vnde &
quidam propter delictum ſuum, quidam propter arbitrium
dominorum non poſſunt manumitti: alij poſſunt. In liberis
autem multæ differentiæ ſunt, aut enim ingenui ſunt, aut li-
bertini: & ita duo dicuntur multa: & eſt argu. contra ff. vi bo.
rap. l. iiij §. ij. Vel adijce alios: quia alij erant Latini, alij dedi-
titij. Sic ergo libertas prædicatur cum magis, & cum minus.
Nam alia eſt maior, alia minor.

De ingenuis. *Rubrica.*

1 *Ingenuus quis.*
2 *Matris negligentia quando noceat parti circa libertatem.*
3 *Ingenuitas an, & quando, & quomodo inducatur. & num. 4.*

1 EST † autem ingenuus, qui ſtatim vt natus eſt, li-
ber eſt: ſiue ex duobus ingenuis: ſiue ex duobus
libertinis: ſiue ex altero ingenuo, & altero liber-
tino natus ſit. Sed & ſi naſcitur ex matre libera,
& patre ſeruo, vel incerto, ingenuus naſcitur: niſi fortè in ca-
ſu: vt C. lib. xi. de muril eg. l. qui aut patre. & ſatis eſt matrem
liberam fuiſſe, vel tempore illo, quo cõcepit, vel tempore quo
parit, vel in medio illorum tẽporum: licet ancilla poſtea fue-
rit facta: quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in
2 vtero eſt: vt j. eo. & ff. eo. l. v. §. ij. † In fideicommiſſaria tamen
libertate ancillæ relictæ aliquando reperio negligentiam ma-
tris nocere partui: vt not. in ſumma C. de fideicommiſ. libert.
Nec illud inſpicio, vtrum ex perſona matris competat liber-
tas directa naſcituro, an ex voluntate hominis [aliàs patris:]
vt C. de fideicom. liber. l. cùm inter. & ita (quod eſt mirum) de
ancilla naſcitur liber. Quod enim dicitur naſciturum haberi
pro iam nato, verũ eſt cùm tractatur de commodo naſcituri:
vt ff. de ſta. hom. l. qui in vtero. Sed hoc eſſet incommodum ei,
qui eſſet libertus. Dicã igitur eum eſſe potius ingenuum. Ex
generali tamen cõſuetudine regni eſt, vt qui naſcitur ex patre
3 ſeruo, & matre libera ſit ſeruus. † Inducitur etiam ingenuitas
per ſententiam: ſi pronuntiatum eſt aliquem eſſe ingenuum in
cauſa ſeruitutis, & ingenuitatis. Præiudicat enim ea ſententia
inter omnes: vt ff. de ſta. hom. l. ingenuum. & de libe. cau. l. diui.
Illa enim diſtinguit, pronuntietur ſeruum illius non videri, an
ipſum eſſe ingenuũ vt prima ſententia non præiudicet omni-
bus: ſecunda præiudicet, niſi eſſet colluſum: vt per totum titu.
C. de collu. deteg. In cauſa verò libertinitatis, & ingenuitatis,
ſententia non præiudicat inter alios: vt ff. ſi liber. inge. eſſe di-
ca. l. j. & l. patronum. & ne de ſtatu defunc. l. j. §. ſed interdum.
4 † Inducitur etiam ingenuitas per natalium principis reſtitu-
tionem: vt notaui in ſumma C. de natalibus reſt. Eſt & ſemi-
plena ingenuitas per ius anulorum aureorum: vt not. C. eod.
tit. Sed & per legem inducitur libertas: vt not. C. quib. ex cau.
ſerui pro præmio accip. libert. vel plena, id eſt, ingenuitas: vel
ſemiplena, id eſt, libertinitas: vt ff. qui ſine manu. ad liberta.
peruen. l. qui ob necem. Sed fortè in caſu illo non datur pre-
tium domino, ſed vbi datur domino, ingenuus eſt: vt C. quib.
ex cauſ. ſerui pro præmio libert. accipiunt. l. ij.

De libertinis. *Rubrica.*

1 *Libertinus quis.*
2 *Manumiſſio quibus modis procedat.*
3 *Filij quatenus ſequantur conditionem patris, & quatenus conditionem matris.*
4 *Liberi cuiuſmodi habeantur pro non liberis, & quatenus.*
5 *Fœminarum cõditio in quibus deterior ſit quam maſculorum.*

NVNC videamus quis ſit libertinus, vnde dica-
tur, quot modis contingat libertinitas, & quæ ſit
1 diuiſio libertinorum. † Sunt autem libertini, qui
ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt: vt j. eo. in princ.
vt iuſta ſeruitus dicatur, quia eſt de iure gentium, vel de iure
ciuili: vt etiam diximus ſ. tit. prox. licet ſit contra ius naturale.
Vel iuſta, id eſt, vera. Vel iuſta, quia à Deo, & ita iuſtè ſeruie-
runt domino ſuo, vt mereantur ab eo manumitti. Quid autẽ
ſit manumiſſio, diximus ſ. de iuſti. & iure. Nec diſtinguo in-
ter liberum, & libertinum, vt Grammatici: vt libertus dicatur
manumiſſus, libertinus dicatur filius manumiſſi. Nam & qui
manumittitur libertinus eſt, vt dictum eſt. Diciturque liber-
2 tinus, quaſi liberatus à ſeruitute. † Procedit autem manu-
miſſio, vel libertinitas, & inter viuos, & in vltimis voluntati-
bus. Inter viuos pluribus modis: vt ecce, per vindictã manu-
mittit quis: vt not. C. de manu. vind. Item & inter amicos, aut
per epiſtolam. Solẽt enim ſerui à dominis ſemper manumitti,
adeò vt vel in tranſitu manumittantur: veluti cùm prætor, vel
præſes in balneũ, vel in theatrum vadit. Item ex cõſtitutioni-
bus fiunt manumiſſiones: vt not. C. ſi mancip. ita vene. vt ma.
vel contra. Et notandũ eſt in omni manumiſſione, quòd pro-
cedit nolẽte, vel inuito ſeruo: ſed tamen inuito ſeruo non pe-
tit alius bona ſibi addici cauſa libertatum conſeruandarũ: vel
ſeruum redimi, & manumitti ex cauſa fideicommiſſi: vt C. de
teſta. ma. l. vl. §. ſin verò quidam. & ff. de fideic. lib. l. ſed ſi alie-
nare. Libertinorũ autem diuiſio antea tripartita erat: nã qui-
dam dicebantur Latini, alij deditij, alij ciues romani. Qui au
tem eſſent latini, vel deditij. & quare dicerẽtur liberti, & de
ſublata conditione eorum, not. C. de lati. liber. tol. & de dedi-
titia lib. tol. Hodie ergo ſola ciuitas Romana obtinet pleniſ-
ſimam libertatem, quam habent omnes Romani ciues. Nec
diſtinguitur ſuper ætate manumiſſi, vel manumittentis, dum-
modo ſit maior xx. annis, nec manumiſſionis modo, quicunq;
enim manumittitur, pleniſſimam habet libertatem: vt j. eod.
vlt. Hodie ergo eadem poſſunt manumiſſi, quæ & manumit-
tentes, iure tamen patronatus illæſo: vt in auth. vt liberti de-
cætero. Fieri poteſt alia diuiſio hominum: quia alij ſunt legi-
timi, vt qui naſcuntur de legitimo matrimonio: alij non legi-
timi, vt qui naſcuntur, vel cõcipiuntur ex non legitima con-
iunctione. Nam qui ignorante patre de matrimonio filiæ
concipitur, licet poſt mortem patris naſcatur, non erit le-
3 gitimus. † Et ſequuntur liberi conditionem patris in hono-
a ribus, & in curiali conditione. Matris autem ſequuntur con-
ditionem in libertate: vt ff. de ſta. ho. l. cùm legitimè. & l. Pau-
lus. & l. & ſeruorum. §. ingenui. & C. de decur. l. eos. & l. exem
plo. & l. nullus. Nec eſt prætermittendum, quòd quidam liberi
4 † habẽtur pro non liberis: vt qui naſcuntur ex damnato coi-
tu: vt in auth. quib. mod. nat. effic. ſui. §. diſcretis. Item qui con-
tra formam humani generis conuerſo more procreantur: ve-
luti ſi mulier monſtroſum, aut prodigioſum ſit enixa. Partus
autem qui mẽbrorum officia ampliauit: puta, quia ſex digi-
tos

tos habet, vel quatuor tantùm, aliquatenus videtur eſſe effe-ctus, id eſt, creatus vt homo: & ideo connumerabitur inter liberos: vt ff. de ſta. hom. l. non ſunt. Quod autem dixi mõſtroſos, vel prodigioſos liberos non computari pro liberis, verum eſt quantum ad inſtitutionem, vel exhæredationem: ſi tamen matri eſſet relictum ſub illa conditione ſi peperit, & talem partum ediderit, conditionem videtur impleſſe: vt ff. de verb. ſig. l. quæret aliquis. Fit & alia diuiſio hominum: quia
5 alij ſunt maſculi, & alij fœminę, alij hermaphroditi. Et † differunt fœminæ à maſculis in multis: quia fœminarũ eſt conditio deterior, quàm maſculorum: vt ff. eod. l. in multis: vt in iuriſdictione, arbitrio, tutelæ, vel curæ ſuſceptione, poſtulatione, in iudicio, procuratione, tabularum diſpoſitione, interceſsione, adoptione, teſtamentaria teſtificatione, in poteſtate patria, vel materna quam non habet: & in officio argentariæ: vt ff. de iudi. l. cùm prætor. §. non autem. & C. de recep. arbi. l. ſancimus. & ff. de fide inſtr. l. ſi de tabulis. & ff. de tutel. l. vlt. & de reg. iur. l. ij. & C. ad Velle. l. j. & C. de accu. l. qui accuſare. & ff. de iure fiſci. l. deferre. & C. de eden. l. pe. & Inſtit. de adop. §. ſed illud. & de teſtamen. §. teſtes. & idem in populari actione: vt ff. de popula. actio. l. mulieri. Hermaphroditus comparatur maſculo tantùm, vel fœminæ tantùm, ſecundum præualentiam ſexus incaleſcentis: vt ff. de ſtatu homi. l. quæritur.

ANNOTATIO.

a In honoribus. Ad iſtius concluſionis reſolutionem vide Spec. in tit. de procur. §. ver. econtra. Bart. in l. fin. ff. ad munici. & in conſil. ſuo incip. Dubia occurrentia. do. Alex. imo. in l. aſſumptio § j. ad municipa. doct. in l. ij. ff. de libe. & poſthum. multa pulchra per egregium doct. do. Lucam de pen. in l. eos. num. 2. de decur. lib. x.

Quibus ex cauſis manumittere non licet. *Rubrica.*

1 Manumiſsionis vetita cauſa. & num. 2.

NEQVIS ex ſuperioribus titul. vel §§. crederet cuilibet licere manumittere, ſupponit in hoc titulo cauſas, ex quibus homines manumittere nõ
1 poſſunt. † Quæ cauſæ (certè) multæ ſunt, ex quibus manumitti aliquis prohibetur, vel quia pignori eſt datus ſeruus: vel quia manumiſſor non eſt dominus: vel quia ſeruus ad libertatem peruenire prohibitus eſt: & aliæ cauſæ: connumerantur, vt not. in ſumma C. qui manu. non poſ. & in tit. qui non poſ. ad libert. perue. & in tit. qui à non do. ma. ſunt. & de
2 ſer. pign. da. manumiſſo. Sed in hoc tit. † non proſequitur, niſi duas cauſas, ſcilicet, quia quis manumittit in fraudem creditorum, vel quia eſt minor xx. an. & de prima cauſa, & ſecunda, quomodo & qualiter per eas impediatur manumiſsio, dic vt not. in ſumma C. qui manumittere non poſſunt. Item alij non manumittunt: vt in ſumma C. de vindict. liber. §. pen. & in ſumma C. de fideicommiſ. liber. §. poteſt.

De lege Fuſia Caninia tollenda. *Rub.*

1 Teſtamento licitu, pactis licere.

LEX Fuſia non permittebat in teſtamento manumiſsiones, niſi vſque ad certum numerum ſeruorum, ſed inter viuos poterat quis manumittere ſeruos quotcunque volebat. Hodie licet in teſta-
1 mento, quod licebat † inter viuos: ſic & contrario, quod licet in teſtamento, licet per pactum: vt ff. de pactis. l. pactum.

De his qui ſui, vel alieni iuris ſunt. *Rub.*

1 Diuiſionis vtilitas.
2 Hominum diuiſio.
3 Statum eius, cuius pater captiuus eſt apud hoſtes, eſſe in pendente, quomodo intelligendum ſit.
4 Poteſtati alienæ quæ perſonæ ſuppoſitæ ſint.
5 Seruis quomodo ſuccurratur aduerſus ſæuitiam dominorum.
6 Reipublicæ expedire, ne quis re ſua malè vtatur.
7 Serui aliquid acquirentes, quibus acquirant.
8 Seruos non torqueri in dominum.
9 Filij cuiuſmodi ſint in poteſtate patris.
10 Filius alicuius quomodo præſumatur.

SVPER ſtatu perſonarum perfectam traditurus doctrinam aliam ab his, quas ſuperiorib. tit. proſequuti ſumus, ſupponit diuiſionem: vt facilior
1 per diuiſiones tradatur doctrina. partitio † enim ſiue diuiſio animum legentis incitat, mẽtem intelligentiæ prę-
2 parat, memoriam artificioſè reformat. † Eſt autem hæc diuiſio talis: quia omnis homo, aut eſt ſui iuris, aut alieni, aut dubij, ſecundum quoſdam, qui dicunt ſtatum alicuius quandoq; eſſe in ſuſpenſo, ſ. filiifam. cuius pater captus eſt ab hoſtibus: vt Inſti. quib. mod. ius pat. pot. ſol. §. ſi ab hoſtibus. Nos contradicimus: eſſet enim abſurdum eodem tẽpore, nec in patris, nec in ſua quenquam fuiſſe poteſtate: vt C. de ſent. paſſ. l. vlti.
3 Quod enim † dicitur pendere ſtatus, verum eſt ratione futuræ fictionis poſtliminij, quod omnino ſperatur à iure, vt pote benignius: vt ff. de bo. libe. l. ſi necem. §. ſi deportatus. Si enim reuertatur, fingitur non fuiſſe captus: vt in prædict. § ſi ab hoſtibus. Sed inſpecto præſenti ſtatu, nunquam pendet: cum lex dicat captum ab hoſtibus eſſe ſeruum: vt ſ. de iur. perſo. ergo impoſsibile eſt, quòd filium habeat in poteſtate ſua: vt ff. ad l. Iul. de adul. l. ſic eueniet. Et generaliter dico nulla præſentia, nulla præterita pendẽt: & propter hoc multùm difficiles nodi ſoluuntur. Sui autem iuris ſunt omnes, qui non ſunt in aliena poteſtate. Cognitis ergo perſonis, quę ſunt alieni iuris, per
4 conſequentiam datur intelligi omnes alias eſſe ſui iuris. † In poteſtate aliena ſunt ſerui: item filij. Quæ quidem poteſtas dominorum cœpit à iure gentium. nam apud omnes gentes erat dominis poteſtas in ſeruos vitæ: & necis: ſed poſteà iure ciuili coarctata eſt dominorum poteſtas. nec licet alicui ſupra modum, & ſine cauſa legibus cognita in ſeruos ſuos ſæuire: alioquin non puniretur minus, quàm ſi occideret ſeruũ alienum: vt ff. eo. l. j. ſi criminaliter agatur. Lege enim Aquilia non tenetur: quia illa non contra dominum, ſed domino datur: vt ff. ad l. Aquil. l. item Mela. & l. ob id. De hac caſtigatione plenius
5 notaui, quid obtineat in C. de emen. ſeruo. Sed & † ſubuenitur
a ſeruis contra dominorum ſæuitiam [a], vel infamem, vel intolerabilem iniuriam, vt poſsint adire præſidem: & ipſe, ſi vel durius habitos ſeruos quàm æquum eſt, cognouerit, vel infami iniuria affectos, venire iubeat eos bonis conditionibus, id eſt,
6 ne in poteſtate dominorum iterum reuertãtur. † expedit enim reipublicæ, ne quis re ſua malè vtatur: vt j. eo §. ij. & ff eo. l. ij.
7 † Eſt & alius effectus huiuſmodi dominicæ poteſtatis: quia quicquid per ſeruum iuſtè acquiritur, domino acquiritur: vel quaſi domino, vel bonæ fidei poſſeſſori, vel vſuario, vel fructuario. Acquiritur dico principaliter, vel ſecundariò. vt cùm ſeruus ſtipulatus eſt ſibi licere ire, agere: ipſe enim tantùm ire poteſt, non dominus eius: vt j de ſtip. ſer. §. ſed cùm factum. & j. eod. & ff. eo. l. j. & de acq. poſ. l. quòd ſeruus. Qualiter autem acquiratur bonæ fidei poſſeſſoribus, vel fructuariis, vel
8 vſuariis. Dic vt notaui in C. per quas perſo. no. acq. † Eſt & tertius effectus: quia ſeruus non torquetur in dominum ſuum præſentem, vel præteritum: vt C. de quæſtio. l. ſeruos non. In
9 † poteſtate autem patrum ſunt filij qui naſcuntur ex iuſto & legitimo matrimonio: vt ff. eod. l. iij. iiij. & v. Idem in nepotibus, & proneporibus, quantum ad auos, & proauos paternos,
10 vt ibidem dicitur. Et † præſumitur eſſe filius hoc ipſo, quòd naſcitur ex vxore: quia nuptiæ probant filium: vt ff. de in ius voc. l. quia ſemper. niſi probetur contrarium: vt ecce. maritus probatur non concubuiſſe aliquandiu cum vxore, infirmitate, vel alia cauſa: vel erat in ea valetudine, vt generare nõ poſſit: vel probatur, quòd fuerit abſens per decennium, & reuerſus inuenit anniculum, qui in domo mariti natus eſt, licet vicinis ſcientibus, non eſt filius mariti: vt ff. eod. l. filium. de hac autem patria poteſtate plenius dicetur in ſequenti titulo.

ANNOTATIO.

a Sæuitiam. Ad huius concluſionis materiam vide Specul. in titu. de

bific.omn.iud.§.j.ver.item cùm ſeruus. Bald.in l.ius. ver. vos videtis. C.de prob.& in l.ſi ea.C.de his quib.vt indi.do.in l.Mguta.de an.leg.

De patria poteſtate. *Rubrica.*

1 *Patria poteſtatis capita.*

1 QVIA † de patria poteſtate ſuperiori titulo habuit mentionem, ponit hic de ea. Videndum ergo qualiter patria poteſtas conſtituatur, & quis ſit eius effectus, quod dic vt notauimus in ſumma C. eodem titulo.

De nuptiis. *Rubrica.*

1 *Nuptiarum ſumma capita.*

1 QVIA patria poteſtas per nuptias conſtituitur, ponit de nuptiis. Videndum ergo quid ſint nuptiæ, vnde dicantur, qui poſſunt contrahere nuptias, quibus rationibus quis prohibeatur cum alia perſona contrahere matrimonium, quorum conſenſus in contrahendis nuptiis exigatur, quando perficiatur matrimonium, quis ſit effectus, & quæ ſit pœna contrahentis inceſtas nuptias. Quod dic vt notauimus in ſumma C.eod. tit. & de inceſtis nuptiis.

De adoptionibus. *Rubrica.*

1 *Natura quando adoptioni concurrat.*
2 *§.Sed ſi quis nepotis.*
3 *Adoptio qua confirmabilis.*

QVIA patria poteſtas per adoptionem conſtituitur, ponit de adoptionibus. Videndum ergo quid ſit adoptio, qualiter diſtinguatur, quis ſit eius affectus, quod dic, vt notauimus in ſumma C.eod. tit. Præterea, attento quod dicit lex, adoptatum ab auo materno, tranſire in poteſtaté ſuam: quia in eius † perſona cócurrunt naturalia, & adoptionis iura. Naturalia enim iura intelligo natalia, hoc eſt, quia ab eo ducit originé: nam ſecus eſt, ſi daretur fratri, vel ſimilibus in adoptionem. † Item quod dicitur infrà eod. §. ſed ſi quis nepotis. ſi adopto aliquem loco nepotis quaſi natum ex filio, filius debet conſentire: ne ei inuito ſuus hęres agnaſcatur: ita poteſt intelligi ac ſi diceret, hoc enim continget, licet ei moleſtum ſit futurum. Et ſi quidem conſentiat filius, poſt mortem ſui patris in ſuam recidit hic nepos poteſtatem: nec agnaſcitur auo ſuus hæres. Si autem filius non conſenterit, mortuo patre, non recidit hic nepos in poteſtatem filij, & agnaſcetur auo ſuus hæres, vt dictum eſt, vel tanquam filius, vel tanquam nepos: licet in filium non adoptauerit ipſum. vel tanquam nepotem: quia eum ſibi hæredem fieri videtur auus voluiſſe: licet Plac. dixerit côtrà. Vel licet iſte nepos mortuo auo non recidat in poteſtatem ſui patris, nihilominus tamen eſt eius filius: vt ff.eod.l.cùm nepos.& l.ſi quis.& l.ſi is, qui. Item not. † quòd adoptio non iure facta poteſt confirmari à principe: non tamen ſolet fieri: niſi adhibitis his, qui læderentur confirmatione adoptionis: vt ff. eo.l.adoptio non iure.& l.nam ita.

Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur. *Rubrica.*

1 *Patria poteſtas quibus modis ſoluatur.*
2 *Auo mortuo nepotes an, & quando conſtituantur ſub patris ſui poteſtate.*
3 *Patria poteſtas quibus caſibus ſoluatur, & num.4.& 5.*

1 EXPOSVIMVS quemadmodum dominica, & patria poteſtas conſtituatur: & quemadmodum dominica tollatur: nunc audiamus quemadmodum poteſtas patria diſſoluatur. † Et certè diſſoluitur tribus modis, ſcilicet, morte naturali, morte ciuili, dignitate, & emancipatione. Morte naturali: vt ſi pater, qui habet filium in poteſtate, moritur: nam eius filij incipiunt eſſe
2 ſui iuris. Mortuo † verò auo paterno nepotes eius non fiunt ſui iuris, imò recidunt in poteſtaté ſui patris: ſi tamé pater eorum viuit tunc, cum moritur auus, & nullo tempore exiuit de eius poteſtate per emancipationem, vel alium modum: niſi exierit per epiſcopalem dignitatem: tunc enim perinde eſt ac ſi remanſiſſet in poteſtate ſui patris: vt j.eod. in princip. & ff.de adop.l.ſi pater.& in authen.conſtitutio, quæ de dignitatibus.
3 † Item morte ciuili, vt cùm pater damnatur in metallum, vel in opus metalli, vel deportatur in inſulam. Nam ſi relegetur, nihilominus retinet liberos in poteſtate ſua: vt j. eod §. cùm autem. & §. pœnæ. Idem quandoque propter delictum: etiam ſine amiſſione ciuitatis: vt ſi contraxerit inceſtas nuptias: vt
4 in authen.de inceſt.nupt.§.ſancimus. † Dignitate autem om-
a nimodo ſoluitur patria poteſtas [a], quæ liberaret aliquem curialem à curiali conditione: vt ſi fieret Patricius, Conſul, Præfectus prætorio, Præfectus vrbi, Præfectus Orientis, qui & Auguſtalis fortè dicitur, Quæſtor, Magiſter militum, Patronus fiſci, Princeps agentium in rebus. Magiſter ſacri ſcrinij libellorum, Magiſter ſacri ſcrinij memoriæ principis, Magiſter ſacrarum epiſtolarum, & ſacrarum cognitionum, & diſpoſitionum.. Vel ſi fiat epiſcopus: vt C.de decu. l.vlti. & in
5 authen.conſtitutio.quæ de dignit.§.pen. † Emancipatione ſoluitur patria poteſtas: vt ſi pater coram competenti iudice relaxat filium à poteſtate ſua: de qua quid ipſa ſit, vnde dicatur, & qualiter fiat, dic vt notaui in ſumma C.de emancipatione. De adoptione non dico: quia ibi non tollitur, ſed magis confertur poteſtas. Item nec de ſententia, quia licet contra me detur, nihilominus tamen in poteſtate mea remanet: vt ff. de condit.indeb.l. iulianus. licet quantum ad me pro emancipato habeatur.

ANNOTATIO.

a Poteſtas. Vide ad hoc Bar. in l.aſ. in fine, ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. Bal. in l. [illegible] hoſtes. C. de iur. & leg. c. & in l. ſi maritus. C.de patr.po. e. Docto.in l.ex eo. ff.de teſt.milit.& in authen. epiſcopalis. C. de epiſc. & cler. Canoniſtas in cap. per venerabilem. qui filij ſint legit. & in cap. Iudæorum. de ætate & qualit.

De tutelis. *Rubrica.*

1 *Perſonarum iura variè partiri.*
2 *Tutela capita ſumma.*

1 PRIMA † diuiſio perſonarum fuit illa. Omnes homines, aut ſunt liberi, aut ſunt ſerui. Secunda fuit alia, quædam perſonæ ſui iuris ſunt, quædam alieno iuri ſubiectæ: nunc autem primi membri ſecundæ diuiſionis aſſignat diuiſionem talem, quod earum perſonarum, quæ nó ſunt in poteſtate aliena, quædam in tutela, vel in curatione ſunt, quædam neutro iure tenentur.
2 Videamus itaque † quid ſit tutela, vnde dicatur, & cui detur tutor: quod dic, vt notauimus in ſumma C. de teſta. tute. vſque ad illum §. datur tutor.

Qui teſtamento tutores dari poſsint. *Rub.*

1 *Teſtamentaria tutela quibus potior.*

1 QVIA † teſtamentaria tutela dignior eſt cæteris, ſcilicet legitima, vel datiua, præmittit hic de teſtamentaria tutela, ſcilicet, qui poſſunt dari tutores teſtamento. Videamus ergo qui poſsit dari, à quo, in qua voluntate, & qualiter: quod dic vt not. in ſumma C.de teſtam.tut.§.datur tutor. vſque in fi. ſummæ.

De legitima agnatorum tutela. *Rub.*

1 *Legitima tutela ſubſidiaria.*
2 *Legitima tutela capita.*

Quo

1 QVONIAM † deficiente tutela teſtamentaria,
ſuccedit ea quæ dicitur legitima:de ea videamus,
quibus deferatur iure agnationis directò, quan-
do,& quod ſit eius officium. Quod dic vt nota-
uimus in ſumma C.de legit.tut.vſque ad illum §.ex ſententia.
& §.defertur.& §.eſt autem.

De capitis diminutione. *Rubrica.*

1 *Capitis diminutio quid.& num.5.*
2 *Capitis diminutionis ſpecies.*
4 *Capitis diminutionis effectus.*
5 *Capitis diminutione minima, quæ iura expirent.*
6 *Actiones an, & quando expirent capitis diminutione.*

HABITA mentione capitis diminutionis, in-
cidenter de ipſa, facta quadam digreſsione, ponit
rubricam. Videamus ergo quid ſit capitis dimi-
nutio,qualiter diſtinguatur, & quis ſit eius effe-
1 ctus. † Eſt autem capitis diminutio prioris ſtatus mutatio:
vt ff.eod.l.j.& j.eod.in princ.& ita caput ponitur pro ſtatu.
Status autem à quibuſdam dicitur hominis conditio: in qua
plurimum poteſt: vt ait Plac. Vel apertius dico, ſtatum appel-
lat ciuitatem,& libertatem: vel ciuitatem ſolam, vel patriam
poteſtatem,vel ſuam propriam poteſtatem,ſiue ius. Tria enim
ſunt præcipua,quæ habemus,ciuitatem,& libertatem, & fa-
2 miliam. † Vnde diſtinguitur capitis diminutio: quia alia eſt
maxima, alia eſt media, alia minima. Maxima eſt, cùm quis
amittit ſimul & libertatem & ciuitatem: vt ſi damnetur in me-
tallum,vel in opus metalli.vel ſi maior xx.annis patitur ſe ve-
nundari ad pretium participandum, vel ſi manumiſſus reuo-
catur in ſeruitutem ob ingratitudinem: vt infrà eod.§.j. Mi-
nor autem,ſiue media capitis diminutio,eſt cùm libertas qui-
dem retinetur,ſed ciuitas amittitur: vt in his qui deportantur
a in inſulam [a]. Minima capitis diminutio eſt cùm libertas & ci-
uitas retinentur: ſed ſtatus hominis circa familiam commu-
tatur: ſiue quia primò erat in aliena poteſtate, & emancipa-
tur:ſiue quia primò erat ſui iuris,& poſtea adoptatur, vel ar-
rogatur: vt j.eod. §.ij.& iij. Seruus tamen manumiſſus non di-
citur capite diminui:quia ante manumiſsionem pro nullo,vel
pro mortuo reputabatur. Hodie enim incipit ſtatum habere
vt infrà eodem. §.ſeruus autem. & ff.eod.l.liberos.& l.hodie.
3 † Videretur tamen, quòd iſta definitio non eſſet conuertibilis
cum ſuo definito. Patre enim alicuius mortuo, mutatur ſta-
tus filij: quia incipit eſſe ſui iuris. quod tamen fit ſine capitis
diminutione: vt ff.ad Macedu.l.ſi filius.§.vlt. Sed reſpondeo,
Definitio [ſic eſt intelligenda,cùm mutatur ſtatus facto] ho-
minis interueniente, vel in condemnando, vel in emancipan-
do,vel arrogando,vel adoptando,vel ſe venundando, vel re-
uocando ex ingratitudine, vel in dignitatis collatione: vt ſi
4 dignitate quis mutet ſtatum. † Effectus autem capitis dimi-
nutionis maximus eſt. Nam ſiquidem fuerit capitis diminu-
tio maxima,vel media,certum eſt taliter capite minutum ha-
beri pro mortuo. Ergo non conuenitur à creditoribus: nec
aget contra debitores,niſi pro relicto legato in alimenta, vel
pro habitatione legata,quę legata potius conſiſtunt in facto,
quàm in iure:eius enim bona publicata ſunt, vel in alium de-
uoluta. Datur tamen actio in eos, ad quos bona eorum per-
uenerunt. Item non vocabitur ad tutelam,vel curam: vt ff.eo.
5 l.ij.& l.tutelas.§.vlt.& pen. Si † autem fuerit capitis diminu-
tio minima,per eam non expirant publica iura: remanet enim
taliter capite minutus magiſtratus,& ſenator,& iudex, & in
quolibet officio priſtino. Item nec etiam per eam expirant
tutelæ,niſi ſint legitimæ. Illæ enim expirant,quia deferuntur
agnatis. Agnationis autem ius tollitur minima capitis dimi-
nutione,& in emolumento ſuccedendi, & in onere tutelarum,
niſi inter patrem & filium,& inter fratres: vt j.tit.prox. §.vlt.
& C.de leg.tu.l.iiij.& j.de legi.agn.tue.§.vl. Tutela ergo da-
tiua,vel teſtamentaria, non expirat minima capitis diminutio-
ne. Quid de actionibus competentibus taliter capite diminu-
to,vel contra eum? reſpondeo competentes ei non expirant,ſi
competant de iure naturali,vel gentium: ſecus ſi competant de
iure ciuili,vt in obligatione operarum, & in iure agnationis:
6 vt ff.eo.l.eas.& j.de acquiſi.per arro. † Actiones autem com-
petentes in eum,ſi quidem competant ex maleficio, vel quaſi,
non expirant. Si autem competant ex contractu, vel quaſi,
expirant quidem mero iure: quia videtur eſſe alius homo poſt
capitis diminutionem: ſed tamen prętor reſtituit eaſdē actio-
nes vtiles,tales quales fuerant prius,& eiuſdem naturæ. Si igi-
tur erant temporales,vel perpetuæ, conſiderata prima natu-
ra: vel tranſitoria ad hæredes,vel in hæredes: vt ff.eod.l.ij.§.
ait prætor. & § nemo. & §.vlti.& ff.quando de pecu. actio eſt
annalis.l.cùm poſt.& ff.de mino.l.vlt. Quod ergo dicitur hoc
iudicium perpetuum eſt,expone,id eſt,poteſt eſſe,conſiderata
prima natura: ſicut dicitur in actione aquæ pluuiæ arcendæ.
Aqua pluuia nocet:id eſt,nocere poteſt: vt ff.de ſta.lib. Labeo.
Licet autem dixerim reſuſcitari actiones extinctas, modifi-
catur tamen earum tenor: vt quis debeat damnari inquantum
facere poteſt, hoc eſt,in caſu illo, quando quis eſt emancipa-
tus. Idemque dicitur etſi ſui iuris morte patris ſit effectus, ſine
capitis diminutione: vt ff.quod cum eo.l.ij.& iij. Si verò ali-
ter contingit minima capitis diminutio,quàm per emancipa-
tionem,non habet locum prædicta modificatio.

ANNOTATIO.

a *In inſulam.* Adde Bald in l.j C.de hæred.inſtit. Bartol. in l.Impera-
tor.ff.de ſtatu homi.domi.Alexand.in l.j.ff.ad legem Iul.pecu. Doct.
in l.relegati.ff.de pœ.multa per domi.Alexand.in l.ſi deceſſerit. ff. qui
ſatiſda.cogan.

De legitima patronorum tutela, & de legitima parentum tutela, & de fiduciaria tutela. *Rubrica.*

1 *Legitima tutela,quibus delata.*
2 *Legitima,& patronorum tutelæ diſcrimina.*
3 *Parens quando tutor.*

REDIT ad propoſitum tractatum tutelarum.
1 Suprà enim † tractauerat de legitima tutela,quæ
defertur agnatis ex verbis, & ſententia legis xij.
Tabul. nunc autem tractat de tutela patronorum
legitima, quæ defertur patronis circa perſonas impuberum
2 libertorum, ex ſententia legis tantùm. † Differt tamen hæc
ab illa: quia agnati ſatiſdant, patroni non ſemper. Item hæc
tutela competit patrono, & eo viuente, non defertur liberis
mortui compatroni: ſecus in legitima agnatorum. Sic etiam
3 ex ſententia recipitur parentum † tutela: ſi pater emancipa-
uit prolem impuberem. Sicut etiam recipitur, vt patre mor-
tuo, fratres emancipati impuberis fiduciarij, vel legitimi ſint
tutores. & de his tribus tutelis,dic plenè,vt notaui in ſumma
C.de legit.tutor.§.j. vſque in finem.

De Attiliano tutore,(& eo,qui lege Iulia,vel Titia dabatur. *Rubrica.*

1 *Romæ,& in prouinciis quò dabant tutores.*
2 *Conſulum in tutelis officia.*

DICTVM eſt de tutela teſtamentaria,& legi-
tima. Sed quia deficientibus eis, datur tutor per
iudicem, bene eſt vt videamus de datiua tutela.
Et quia datiua tutela cō mittebatur olim per le-
gem Attiliam,& Iuliam,& Titiam, ideo ponit de Attiliano
tutore,& eo qui dabatur ex lege Iulia, & Titia. Olim enim ex
1 lege Attilia Romæ † committebatur datio tutoris prætori
vrbano, & maiori parti tribunorum plebis. In prouinciis
autem præſidibus earum committebatur ex lege Iulia, & Ti-
tia. Poſtea autem deſierunt dari tutores ex legibus illis: quia
& ſemiplenè tractabant de huiuſmodi tutelæ commiſsione.
Nihil enim dicebatur in eis de cautione rem pupilli ſaluam
2 fore. vel de cōpellendis tutoribus † ad tutelæ adminiſtratio-
nem,vel inquiſitionem morum, vel facultatis tutorum. Quæ

omnia poſtea cœperunt conſules ex officio ſuo inquirere, & facere. Prætores etiam ex authoritate conſtitutionum idem fecerunt: ſed hodie videamus, qui iudices poſſunt dare tutores: & conſecutiuè videbimus quibus poſsint dari, & quos non poſsint dare, & qualiter fiat datio: quod plenè dic vt notaui in ſumma C. qui dari tutores poſſunt.

De authoritate tutorum. *Rubrica.*

1 *Authoritas quando, quibúſque præſtanda.*

1 De tutoribus & curatoribus dictum eſt: † & quia oportet eos authoritatem præſtare minoribus in his quæ agunt, vel paciſcuntur, in præiudicium ſuum: ideo ponit de authoritate præſtanda. Videndum ergo quid ſit præſtare authoritatem: quis poſsit eam præſtare, quando, qualiter, in quibus, & quis ſit eius effectus: quæ omnia dic, vt notaui in ſumma C. in eodem titulo.

Quibus modis tutela finiatur. *Rub.*

1 *Tutelæ actionis ortus.*

1 QVIA † actio tutelę, demum finita tutela naſcitur, vt ſ. de Atiliano tutore. §. vlt. idcirco ponit quibus modis tutela finiatur. Quod dic vt notauimus in ſumma C. quando tutores deſinunt eſſe.

De curatoribus. *Rubrica.*

1 *Tutores in quibus differant à curatoribus.*

2 *Tutorem dari inuito, non etiam curatorē, præterquàm ad litem.*

SICVT prouidetur impuberibus per tutores, ita prouidetur puberibus per curatores: vt infrà eodem. in princ. & per eoſdem etiam prouidetur impuberibus: vt ſ. de autho. tut. §. vlti. vnde ponit de curatoribus: & certe, quis iudex poſsit dare curatores, quibus, quando, & quos non poſsit dare, plenè notaui in ſumma

1 C. qui da. tut. Sed in † hoc titulo notantur quædam differentiæ inter tutores, & curatores. Tutor enim datur impuberi tantùm, curator puberi regulariter: & aliquando impuberi, vt dictum eſt: & alij etiam caſus tres notantur: vt j. eod. §. interdum. & §. item ſi teſtamento. & §. item loco. item tutor quandoque datur à iudice, quandoque à teſtatore, quandoque vocatur per legem. Curator autem datur à iudice, non à teſtatore: datus tamen de facto, confirmatur decreto prætoris, vel iudicis: ſed nec vocatur curator per legem, niſi furioſo vel prodigo. Hodie tamen prætores, vel præſides ſolent eis dare curatores ex inquiſitione. Idem faciunt etiam mente captis, & ſurdis, & mutis, iſque qui morbo perpetuo laborant: quia rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt: vt j. eod. §. dantur. & §. fu-

2 rioſi. Item † tutor datur etiam inuito: quod non eſt ita in curatore, præterquam ad litem, vt not. in ſumma C. de teſtam. tu. §. ideo. & dicetur j. eod. §. item inuiti. Item tutor datur certæ rei vel cauſæ: vt ſuprà qui da. tut. in teſtam. poſ. §. certę autem. quod nō eſt ita in curatore. Prouidetur etiam in pluribus per actores: de quibus tangitur j. eo. §. vlti. Et de eis dic plenè vt not. in ſumma C. de actore à tutore vel curatore dando.

De ſatiſdatione tutorum, vel curatorum. *Rubrica.*

1 *Minoribus qui prouiſum.*

2 *Satis cui dandum. & num. 3.*

1 MINORIBVS † prouidetur nedum per adminiſtrationem, & obligationem tutorum, vel curatorum: ſed etiam per ſatiſdationem ipſorum.

2 † Qui autem tutor ſatiſdet neceſſariò vel ſpontanea voluntate, ſuo pupillo, vel magiſtratui, vel ſeruo publico, eius nomine, vel contutori: dico, vt not. in ſum. C. de tut. & cura. qui ſatis non dedit. & de adminiſt. tut. § item de-

3 bet tunc. & §. vbi verò tutor. † Eſt & quædam ſatiſdatio, quam præſtat tutor magiſtratui nominanti ipſum: vt C. de magiſtra. conue. l. j. De actionibus autem competentibus minoribus contra tutores, vel curatores, vel contra magiſtratus, & quo ordine competant, non dico: quia non ſpectat ad rub. licet ponatur in nigro. Si tamen vis dicere, dic vt not. in ſum. C. de magiſt. conue.

De excuſationibus tutorum, vel curatorum. *Rubrica.*

DE his dic vt notaui in ſumma C. eodem titulo.

Titulo. Hæc deſiderantur in exemplari manuſcripto: patéque ab alio, quàm Azone adiecta. Illius autem ſummæ hęc ſunt capita. Quando, an non excuſatione opus ſit, an datus appellet: intra quæ tempore excuſare ſe debeat. quæ excuſandi forma, quæ excuſationum cauſæ. Quibus addi poterit excuſationis effectus. Is autem eſt vt adminiſtrationis periculo non teneatur excuſatione abſolutus. l. ſi tutor nominatus. C. de excuſ. tut. Ex quo tex. obſeruabis non ſufficere ſe excuſaſſe, niſi abſolutio à nominatione ſequuta ſit. Hanc autem rubricam ab Azone prætermiſſam argumento eſt, ſubſequens de ſuſpectis tuto. ab Azone præſcripta. P. Praetius.

DOMINI AZONIS SVMMÆ IN primum librum Inſtitutionum, Finis.

D. AZONIS SVMMA IN SECVNDVM LIBRVM INSTITVTIONVM.

De rerum diuiſione & acquiſitione. *Rub.*

1 *Rerum diuiſio: eáque multiplex. & num. 3.*

2 *Seruitutes prædiales, an cenſeantur eſſe in patrimonio.*

4 *Communia omnium naturali iure.*

5 *Littore maris quatenus cuique vti permittatur: & quatenus dicatur eſſe populi Romani. & num. 10.*

6 *Fluminum, portuum, & riparum vſum iuris publici.*

7 *Publicum, & commune ſpecies eſſe diuerſas.*

8 *Publica quæ.*

9 *Communia quæ.*

11 *Vniuerſitatis quæ dicantur eſſe. & num. 13.*

12 *Stadium quid ſit.*

14 *Res cuius modi cenſeantur eſſe in nullius bonis, & quot modis. & numero 18.*

15 *Muri ciuitatum quare dicantur ſancti.*

16 *Sanctum quid.*

17 *Legati vnde dicantur ſancti.*

19 *Theſaurus quid ſit, & cuius ſit cùm inuenitur. & num. 54.*

20 *Dominia rerum quo iure acquirantur.*

21 *Acquiri per occupationem quæ res poſſint.*

22 *Prohibitus ingredi fundum alienum ab ipſo domino fundi quibus caſibus poſsit ingredi.*

23 *Occupatione res quæ cōtineantur: & quæ res occupatione fiant noſtra. & numero 28.*

24 *Apum examen quando cenſeatur eſſe in alicuius dominio.*

25 *Animalia feræ manſuefacta quæ, quomodo & quandiu intelligantur eſſe noſtra.*

26 *Animalia noſtra domeſtica manere in dominio noſtro, & quibus modis dominium eorum amittitur. & num. 27.*

29 *Acquiſitio quibus modis procedat. & nu. 35. 38. 41. 45. & 47.*

30 *Alluuionis augmentum, an & quando nobis acquiratur.*

31 *Inſula in flumine nata cuius ſit.*

32 *Ager in formam inſulæ diuiſione fluminis redactus: & cuius ſit.*

33 *Allu*

33 *Alluuionis ius non habere locum in agris limitatis.*
34 *Alueus relictus a ſuo flumine cui cedat.*
36 *Adiunctio vnius materiæ ad aliam qui fiat, & cuius fiat adiunctum. & nu. 37.*
39 *Materia aliena ædificio impoſita cuius ſit.*
40 *Aedificans ex ſua materia in ſolo alieno, an præſumatur eam donaſſe, an verò remaneat eius materiæ dominus.*
41 *Litera etiam aurea alienis chartis impoſita, an cedant chartis, & nu. 43.*
42 *Pictura aliena tabula impoſita an cedat tabulæ.*
44 *Purpura aliena intexta veſtimento, an cedat veſtimento.*
46 *Planta an, & quando cedat ſolo.*
48 *Dominium an, & quando acquiratur ſpecificatione.*
49 *Frumentum de ſpicis alienis ſolutum an ſit eius, qui fecit.*
50 *Speciem aliquam feciſſe quis dicatur.*
51 *Confuſione qui acquiratur dominium*
52 *Frumentum duorum mixtum quando commune.*
53 *Confuſio in quibus differat à mixtione.*
55 *Dominium quibus modis acquiratur. & nu. 59.*
56 *Traditione an non aliter acquiratur poſſeſſio, quàm ſi is, cui traditur, inducatur in vacuam poſſeſſionem.*
57 *Dominium transferri quandoque ſola patientia.*
58 *Vſusfructus retentionem & instrumenti traditionem haberi pro rei traditione.*
60 *Traditione facta ab alio quàm à domino an, et quando transferat dominium in accipientem.*
61 *Dominium quibus caſibus transferatur per non dominum.*
62 *Dominiũ poſſe transferri volũtate domini in incertã perſonã.*
63 *Rem ſuam quando dicatur quis habere pro derelicto.*
64 *Res in mare proiectas cauſa leuandæ nauis, cuius ſint. & nu. 65.*

IMPERATOR facit continuationem
ſic dicens, Superiori libro de iure perſonarum
expoſuimus: modò videamus de
rebus: iuxta præmiſſam notitiam ſ. de iure
natur. §. vlt. Et quia omnis res per diuiſionem
melius aperitur, rerum diuiſiones, &
acquiſitiones ſubiiciamus. Innuitur autẽ
1 prima diuiſio talis, quòd rerum † aliæ ſunt in patrimonio, aliæ
extrà. Quæ ſunt in patrimonio, patet cuilibet. Extra patrimonium
autem dicuntur res ſacræ, & cõmunes: de quibus dicemus
j. Adiicio tertium membrum huius diuiſionis: quia res
aliæ ſunt nec in patrimonio nec extrà: vt vſus, & vſusfructus.
Itẽ actus, via, & aquæductus, vt ff. de vſufr. le. l. j. Et fortè ideò
nõ dicuntur iſtæ ſeruitutes in bonis, quia per ſe ſine fundo nõ
poſſint alienari: vt ff. de cu. fur. l. Iulianus ſcribit. & j. de vſuf.
2 §. itẽ finitur. & de ſerui. §. ideò autẽ. Item † prædiales ſeruitutes
per ſe nõ cẽſentur: & ideo vidẽtur nõ eſſe, vel extinctæ eſſe. nã
& manica videtur extincta, cũ accedit veſtimẽto: vt j. eod. §. ſi
tamen & ſignum videtur non poſſideri, cùm accedit ædificio:
vt ff. de vſucap. l. eum qui. & l. rerum miſtura. Non tamen dicuntur
iſtæ ſeruitutes eſſe extra bona: cum poſſidentes exceptiones,
& non poſſidentes habeamus actionem: vt ff. de acqui.
3 re. do. l. rem in bonis. [† Fit & alia ſecunda diuiſio, quòd rerum
aliæ ſunt corporales, aliæ incorporales: vt j tit. j.] Fit tertia
etiam diuiſio, quòd aliæ ſunt communes, aliæ publicæ, aliæ
vniuerſitatis, aliæ ſingulorum: quæ variis cauſis cuique ac-
4 quiruntur, ſicut ex ſubiectis apparebit. Naturali † autem iure
communia ſunt omnium hæc, aër, aqua profluens, mare, &
5 per hoc littora maris. † Nemo igitur ad littus maris accedere
prohibetur, dum tamen villis, & monumẽtis, & ædificiis abſtineat:
quia non ſunt iuris gentium ſicut & mare. Imò ædificia
in mari, vel in littore poſita, ædificãtium ſunt. & ita in hoc
caſu ſolum cedit ædificio: licet aliud ſit ſecundum regulam: vt
j. eod. §. & quidẽ naturali. & §. cum in ſuo: vt ff. eod. l. in tantum.
Eſt autem littus maris quatenus Hybernus fluctus maximus
excurrit: & in eo licet retia ſiccare, & ex mari deducere: vt
6 j. eod. §. eſt autem littus. & §. littorum. † Publica autem ſunt
omnia flumina, & portus. Ideoque ius piſcandi omnibus eſt
commune in portu, fluminibúſque. Riparum quoque vſus
publicus eſt iure gentium: ſicut & ipſius fluminis. Itaque naues
ad eas applicare, funes arboribus ibi natis religare: onus aliquod
in his reponere, cuilibet liberum eſt: ſicuti per ipſum
flumen nauigare. Sed proprietas earum, eſt illorum, quorum
prædiis adhærent qua de cauſa arbores in iiſdem natæ eorundem
ſunt: vt j. § flumina. Quare autem littora non cedant:
ſicut & ripæ his qui propè poſſident prædia, poteſt
quæri. Sunt autem hæc intelligenda de fluminibus perennibus.
Temporalia enim poſſunt eſſe priuata: vt ff. de flumin. l. j.
7 §. item. & §. fluminum. Liquet † igitur ſecundum prædictas
diuiſiones quòd nulla communia ſunt publica, vel è conuerſo:
cùm ſub hoc genere res aſsignentur, velut ſpecies pares, &
coæquæuæ. Et ideo mirum eſt, quod dicitur vſus littorum publicus:
vt j. eodem. §. littorum. Debuit enim dicere communis,
ſicut & littus commune eſt: vt ſuprà dictum eſt. Item publicum
dicitur ipſum mare: vt ff. eodem, l. Ariſto ait. Ad hoc reſpondet
Placentin. quòd omnia communia ſunt publica, & è
conuerſo: ſed ratione quorundam vſuum, quæ ſunt publica,
non ſunt communia, & è conuerſo: vt aër, mare, & littora maris,
flumina etiam omnia, & eorundem ripæ communes ſunt
omnium animalium: quia omnia animalia rationabilia, &
irrationabilia his veſcuntur, & vtuntur abluendo, bibendo,
& in eis commorando, & ſimilia, quæ natura exigit faciendo.
Eadem etiam iſta omnia poſſunt dici publica, ratione
quorundam vſuum, qui ſolis hominibus competunt, puta
piſcandi, nauigandi, & retia ſiccandi, & onera reponendi.
Portus tamen ait Placent. eſſe publicos, non commu-
8 nes. † Publica autem ita accipiuntur, quæ ſunt omnium
populorum, id eſt, quæ ſpectant ad vſum hominum tantùm,
aliàs publicum appellatur, quod eſt in patrimonio huius,
vel illius populi tantùm: vt C. de ſacroſanct. eccleſi. l. vt inter
diuinum. vt ager, & vinea. Eiuſdem populi dicitur publicum,
quantum ad vſum: vt ecce, via publica, campus
Martius. Domino autem meo viſum eſt, quòd nulla publi-
9 ca ſint communia, nec è conuerſo. Nam † ea demum dicuntur
communia, quæ cùm ſint in vſu omnium animantium,
conceduntur tamen occupanti: ſicut patet in littore maris,
& lapillis, & gemmis, & cæteris, quæ in littore inueniuntur:
vt ff. eodem. l. item lapilli. Non dicat aliquis hac ratione
pro derelicto habita cõmunia eſſe: quia licet concedantur
occupanti: non tamen ſunt in vſu omnium animantium.
Publica autem, nedum non conceduntur occupãri, ſed etiam
interdicta proponuntur cõtra eum, qui aliquid fecit in læſionem
publicam: vt ff. ne quid in loco publi. & de flumi. & ne
10 quid in flumi. pub. Nec obſtat his † quę dicta ſunt: quòd aliàs
dicuntur littora populi Romani eſſe: vt ff. ne quid in loc. publico.
l. littora. Sunt enim populi Romani, quantum ad iuriſdictionem:
verè tamen ſunt cõmunia: ſunt enim omnium animalium,
vt dictum eſt. Non tamen licet in littore ædificare. ſi
vſus publicus impediatur ex eo: vt ff. ne quid in loc. publi. l. in
11 littore. Vniuerſitatis † ſunt, non ſingulorum, veluti quæ in ciuitatibus
ſunt, vt theatra, à θεατρίζειν, id eſt, inſpicere: vt in arena
Veronenſi, & ſtadia, & his ſimilia. & ſi qua alia ſunt com-
12 munia ciuitatum. † Dicitur autem ſtadium octaua pars miliarij,
quod (vt fabulis traditur) Hercules vno anhelitu currebat,
& poſtea ſtabat. Dicuntur iſta vniuerſitatis dominio, &
vſu: vt ff. ne quid in lo. pub. l. ij. §. ait prætor in via. licet Placen.
dixerit eſſe vniuerſitatis vſu tantùm, & non dominio. Alia
13 † autem dicuntur eſſe vniuerſitatis non vſu, ſed dominio, &
fructu: vt fundi, & ſerui ciuitatum: quia ita ſunt omnium ciuium,
quod nullus [his vti poſsit:] vt ff. de in ius voc. l. ſed ſi
hac lege. § qui manumittitur. & ff. de ver. ſign. l. inter publica.
14 † Nullius autem ſunt res ſacræ, religioſæ, & ſanctæ quod enim
diuini iuris eſt, id nullius hominis in bonis eſt: imò eſt in
bonis Dei, hominum cenſura. Sunt autem ſacra, quæ ritè. &
per pontifices deo conſecrata ſunt: veluti ædes ſacræ. & dona
quæ ritè ad miniſteriũ Dei dedicata ſunt: vt cruces & turibula,
quæ etiam alienari prohibentur, excepta cauſa redemptionis
captiuorum. Si quis verò authoritate ſua quaſi ſacrum ſibi
conſtituerit, ſacrum non eſt. ſed prophanum. Sacer autem
locus remanet ſacer etiam diruto ædificio: vt j. eod. § nullius.
deſinere autem poteſt eſſe ſacer, ſi capiatur ab hoſtibus: vt ff.
de religioſis. l. cùm loca. Et differt ſacrum à ſacrario. eſt enim
ſacrarium locus in quo ſacra reponuntur, & ſolent qui libe-

rare eum locum religione volunt, ſacra inde euocare. Licet au
tem priuatorum res fieri poſsint ſacræ, locus tamen publicus
fit ſacer tunc demum, cùm princeps eum dedicauit, vel dedican
di dedit poteſtatem: vt ff. eodem, l. loca ſacra. Imperatores enim
antiquitus erant ſacerdotes: vt refertur in canonibus, & ideo
poterant dedicare, vel dic, dedicauit, cùm prius hoc fieri po-
ſtulauit, & ideo dicitur feciſſe, quod fecit per alium, vel de-
dicandi dedit poteſtatem requiſitus ab alio, cui hoc facere
15 permiſit. † Religioſus autem locus quis ſit, dic vt nota. in
ſumma. C. de religioſis. §. eſt autem locus. vſque ad illum §. pro
mortuo. Sanctæ autem res ſunt veluti muri, & portæ ciuita-
tis, & ideo dicuntur ſancti: quòd pœna capitis conſtituta ſit
a in eos, qui aliquid in muros ſanctos deliquerant, * violan-
do aliquid in his, immutando, vel tranſcendendo ſcalis ad-
motis, vel qualibet alia ratione. Nam ciues Romanos aliàs
quàm per portas egredi non licet: cùm illud hoſtile, & abo-
minandum ſit. Nam & Remus frater Romuli occiſus tra-
ditur, ob id quòd murum tranſcendere voluerit. Vnde Lu-
canus:

Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

16 Dicitur † ergo ſanctum, quod defenſum eſt, & munitum ab
iniuria hominum. Lex enim illa ſpecialiter dicitur ſanctio,
quę imponit pœnam: vt j. eod. §. ſanctæ. & ff. eod. l. ſanctum eſt.
in prin. & §. vlti. & l. vlti. Dicitur etiam quandoque ſanctio
quælibet imperialis conſtitutio: quandoq; etiam dicitur col-
lectio totius iuris: vt in proœmio Digeſtorum. in prin. & C. de
nouo Co. fac. ibi, colligentes verò, &c. Muros etiam municipa
les non licet reficere ſine principis, vel pręſidis authoritate: nec
aliquid eis ſubiungere, vel ſupponere: vt ff. eod. l. ſacra loca. §.
muros. & fortè non licet priuato, licet autem vniuerſitati: vt
C. de oper. public. l. omnes ij. vel, non licet priuato ad ei m-
17 modum ſuum: licet autem ad publicam vtilitatem. † Legati
etiam dicuntur ſancti à ſagminibus. Sunt autem ſagmina her-
bæ quædam quas legati populi Roma. ferre ſolebant, nequis
eos violaret: ſicut legati Græcorum ea, quæ vocantur ...
• ...: * vt ff. eod. l. ſanctum eſt. Homines etiam dicuntur ſancti à
ſanctitate. Et verò quod dictum eſt, nullius eſſe res ſacras, & re-
ligioſas, videtur eſſe contraria regula, quę eſt j. eo. tit. §. ferę. ſic
enim dicit, quod autem eſt nullius, occupanti conceditur. Ad
18 quod ita reſpondeo. Res † dicuntur nullius pluribus modis.
Natura, vt feræ beſtiæ, & volucres, & piſces, & in illis locum
habet regula. Cẽſura: vt res ſacræ, & religioſæ, & ſanctæ, quæ
nõ ſunt hominis priuati, vel vniuerſitatis, vel publicæ: ſed ſunt
in bonis Dei hominum cenſura: vt dictum eſt: & in illis ceſſat
regula. Caſu etiam dicuntur res nullius: vt ecce, aliquo mor-
tuo, res hæreditariæ ante aditam hæreditatem in nullius bo-
nis ſunt: & in illis deficit regula, vel quia hæreditas ſuſtinet vi-
cem perſonæ defuncti, vel quia ſperantur futuræ hæredis qui
adibit. Dicuntur etiam res nullius: vt quæ pro derelicto habi
tæ ſunt: & in illis locum habet regula: vt ff. pro derelicto l.
18 j. † Tẽpore etiam dicuntur res nullius: vt theſaurus. Eſt enim
theſaurus vetus quædam depoſitio pecuniæ, cuius memoria
non extat, vt iam non habeat dominum: vt ff. de acqui. re. do. l.
nunquam. §. j. & in eo locum habet regula, quia conceditur
occupanti, vel inuentori, licet de æquitate teneatur domino ſo
li dare dimidium: vt j. eod. §. theſauros. Præter hæc ſciendum
eſt, quòd deficit regula in his, quæ adeò nata ſunt nullius, vt
etiam natura non patiatur, quod poſsint eſſe alicuius, vt ſunt
liberi homines. Sunt enim exempti ab alicuius dominio, & cõ-
mercio: vt ff. de verb. obli. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. Item
deficit regula in ſeruo ægrotante, quem dominus abiecit. Lex
enim fauet ei, vt ſit liber. Supereſt vt videamus de acquiſitione
20 dominij rerum. † Acquiruntur autem dominia rerum non iu-
re naturali: ſed gentium, vel ciuili. Ciuili multis modis: vt
vſucapione, præſcriptione, arrogatione, monachatione, depor
tatione, teſtamento, ſucceſsione, bonorum poſſeſsione, hęredi
tatis aditione: de quibus modis, licet non de omnibus, tractabi
tur j. Commodius eſt autem à vetuſtiore incipere. i. à natura-
li, quod dicitur gentiũ, quod cum ipſo genere humano rerum
natura prodidit. Ciuilia enim iura tunc cœperunt eſſe cũ & ci
uitates condi, magiſtratus creari, & leges ſcribi cœperunt: vt j.
eo. §. ſingulorum. Iure igitur gentium dominia acquiruntur
21 nobis multis modis: vt ecce, † in primis per occupationẽ eorũ,
quæ nõ ſunt in bonis alicuius: vt ſunt feræ beſtiæ, & volucres,
& piſces. i. omnia animalia, quæ in terra, mari, & cœlo. i. in aë-
re, naſcuntur: ſiue capiat quis in ſuo fundo, ſiue in alieno. Do-
minus tamẽ fundi ſi viderit, poterit prohibere ingredientẽ ve-
22 nãdi, aut aucupandi gratia: & † ſi prohibitus fueris, teneris in-
iuriarũ: niſi ingrediaris glandis legendæ cauſa tertio quoque
die: vel niſi ingrediaris cauſa pecuniæ tuæ in alieno abſcondi-
tæ: ita tamen vt intes primùm, te non calumniandi animo effo
dere, tollere, exportare: vt ff. de gland. le. l. j. & ad exhibendum.
l. theſaurus. & de act. empt. l. qui pendentem. Et qua ratione
captum incipit eſſe meũ, quia mea cuſtodia coërcetur, eadem
ratione, ſi euaſerit cuſtodiam meam, & in naturalẽ libertatem
ſe receperit, deſinit eſſe meum: & rurſus fit occupantis. Recipit
autem naturalem libertatem, cùm vel oculos meos effugerit in
aëre libero, non ſub cappa mea: vel ita ſit in conſpectu, vt diffi-
cilis, & impoſsibilis ſit eius perſequutio: vt j. eo. §. feræ igi-
23 tur. Continet † igitur occupatio piſcationem, & venationẽ, &
apprehenſionem. Sola enim perſequutio non facit rem eſſe
meam. Nam & ſi ferã beſtiam ita vulnerauerim, vt capi poſ-
ſit, non tamen eſt mea, niſi cepero: imò erit poſterius occupan
tis: quia multa accidere ſolent, vt eam non capiam: vt j. eod.
§. illud quæſitum. Et hoc eſt adeò verum, vt ſi in laqueum quẽ
venandi cauſa poſueram, aper incidit: & cum eo hæreret exem
ptum eum abſtuli, fit meus: ſi in poteſtatem meam peruenerit:
vt ff. de acquir. re do. l. in laqueum. Conſuetudo tamen gene-
ralis in eo repugnat. Continet etiam occupatio incluſionem:
24 vt in apibus, quarum eſt fera natura. Nam † & ſi in arbore tua
conſederint, non magis ſunt meæ antequàm à me alueo inclu-
dantur, quàm volucres quæ in arbore mea fecerunt nidum.
ideóque ſi alius incluſerit eas, earum dominus erit. Fauos etiã
ſi quos effecerint, quilibet eximere poteſt: licet (integra re) ſi
præuidero ingredientem, prohibere poſsim. Examen, quod ex
alueo meo euolauerit, eo vſque meum eſſe intelligitur, donec
eſt in conſpectu meo: nec eſt difficilis eius perſequutio,
alioquin occupantis fit. Ergo ſi quis alius interim ceperit,
ſuum non facit: imò ſi ſciuit alienum, furtum facit: niſi animo
reſtituẽdi ceperit: vt j. eo. §. apium. & §. examen. Hæc, quæ dicta
ſunt, habẽt locum in animalibus, quæ mãſerunt fera. Si autem
25 animalia † fera facta fuerint mãſueta, & ex cõſuetudine eunt,
& redeunt, volant, & reuolãt: vt ſunt cerui, pauones, & colum-
bæ, alia regula cõprobata eſt: vt eo vſq; noſtra intelligantur,
donec habent animum reuertendi. Nam ſi reuertendi animum
habere deſierunt, noſtra deſinunt eſſe. Reuertendi autem ani-
mum videtur deſinere habere, cùm reuertẽdi conſuetudinem
deſeruerunt. Idémq; dicitur in gallinis, & anſeribus feris, fa-
26 ctis manſuetis. † In domeſticis enim tertia regula cõprobata
eſt, vt licet cõſpectum meum effugerint, quocunq; tamen lo-
co ſint, mei anſeres, vel gallinæ, mei, meæq; eſſe intelligantur:
& qui lucrandi animo animalia retinet, furtum cõmittit: vt j.
eo. §. pauonum. & §. gallinarum. Licet enim actio de dolo non
habeat locum in re modica (quia eſt odioſa, & ſubſidiaria: vt
ff. de dolo. l. ſi oleum. §. vlt.) actio tamen furti datur pro qua-
27 libet gallina. Huius † autem tertij generis animalia amittun-
tur modis cõſuetis: ſi dominus alienauerit, vel teſtamento re-
28 liquerit. Habet † etiam locum iſta ſpecies occupationis in his,
quæ ab hoſtibus capimus, adeò quidem, vt liberi homines in
ſeruitutem noſtram deducantur: qui tamen ſi euaſerint no-
ſtram poteſtatem, & ad ſuos fuerint reuerſi, priſtinum ſtatum
recipiunt: vt j. eo. §. item ea, quæ ab hoſtibus. Item eadem ſpe-
cies locum habet in his, quæ communia ſunt: vt in mari, & lit-
tore maris, & lapillis, & gemmis, & cæteris, quæ in littore in-
ueniuntur: vt j. eod. §. item lapilli. Idem in inſula nata in mari:
vt j. eod. §. item inſula. & idem in ſimilibus, & in rebus habitis
29 pro derelicto: vt j. eod. §. vlti. Iure gentium † acquiritur etiam
dominium per acceſsionem diſcretam, vel ſecretam, aut con-
cretam, ſeu cõtinuam. Nam quæ ex animalibus dominio tuo
ſubiectis nata ſunt, tibi acquiruntur. §. item ea, quæ ex anima-
30 libus. j. eod. tit. † Pręterea, quod per alluuionem agro tuo flu-
men adiecit, iure gẽtium tibi acquiritur. Eſt autem alluuio in-
crementum latens. Per alluuionem autem adiici videtur quod
b ita paulatim adiicitur b, vt intelligi non poſsit, quãtum quoq;
momen

momento temporis adiiciatur. Nam etſi tota die ſigas intuitū,
imbecillitas viſus tam ſubtilia incrementa perpendere nō po-
teſt: vt in cucurbita, & ſimilibus oſtendi poteſt. Si autē non ſit
latens incrementum, ſed apparens, contrarium eſt: vt ecce, vis
fluminis partē aliquam ex tuo prædio detraxit, & vicini præ-
dio appulit, certum eſt tuum permanere. Planè ſi longiori tem
pore fundo vicini hæſerit, arbores quoq;, quas ſecum traxerit
in eum fundum radices egerint, ex eo tempore videntur vici-
ni fundo acquiſitæ eſſe: vt j. eodē. §. præterea quod per alluuio
nem. Vtilis tamen rei vendicatio datur priori domino: ſecun-
dum Mart. vt ff. de rei vendi. l. idem Pomponius ſcribit, ſi fru-
mentum. §. de arbore. Sed dicimus nos, dari actionem in factū:
vt in ſpecificatis dicitur: vt ff. de rei vendi. l. in rem. §. item quę-
cunque. Ceſſat autem rei vendicatio, quia alterius eſt facta cru
ſta. & alia dicenda eſt arbor, alio terræ alimento: vt ff. de dam.
infect. l. hoc amplius. §. Alphenus quoque, & de acquir. re. do.
31 l. ſed ſi ex meis. §. arbor. † Habet etiam locum eadem ſpecies ac-
ceſſionis in inſula nata in flumine: nam ſi quidem ita eſt, quòd
mediam partem fluminis teneat, communis eſt eorum qui ab
vtraque parte fluminis prope ripam prædia poſſident pro mo
do latitudinis cuiuſcunque fundi, quæ latitudo prope ripam
eſt. Quòd ſi alteri parti proximior ſit, eorum eſt tantum, qui
ab ea parte prope ripam poſſident prædia. Si autem inſula na-
ta eſſet in mari (quod rarò accidit) occupantis fit: nullius enim
32 eſſe creditur: vt j. eod. §. inſula. † Non tamen credas proprium
alicuius agrum in formam inſulæ redactum, inſulam eſſe: vt
ecce, flumen diuiditur in ſuperiori parte, & circuit agrum ali-
cuius, deinde inferius vnitur. nam eiuſdem permanet ager cu
ius & fuerat: vt j. eod. §. inſula. & ff. de acquir. re. do. l. ergo. §.
tribus modis. Caue tamen tibi in metienda vicinitate prædictę
inſulæ: quia facilè poteſt aliquis decipi in ea. Eſt enim pun-
ctum quoddam ponendum in medio inſulæ inter vtrunque
agrum: & ſecundum hoc, ſi inſula vel citra punctum, vel vltra
punctum ſit, vel huius tantū, vel illius tantum erit. Si autem ſit
& citra punctum, & in ipſo puncto, & vltra, tunc pro diuiſo
communis erit: vt tamen mihi tantum de inſula cedat, quantū
continetur à medietate puncti, vſq; ad agrum meum. ſic & in
perſona tua: & poteſt hoc colligi ff. de acqui. rerum do. l. Mar-
tius. [aliàs incipit, Attius] & videtur, quod vicinitas, vel remo
tio inſulæ conſideretur ſecundum principium natiuitatis inſu
læ: vt ff. de acquir. re. do. l. inſula. Inde eſt, quòd ſi inter inſulā,
quæ mihi proximior eſt, & ripam vicini, quæ eſt vltra flumen,
alia ſit nata inſula, menſura fiet à mea inſula, & non ab agro
meo. Itē hæc omnia in inſula, quæ aluei ſolo adhæret, nō quæ
virgultis ſuſtentatur ab aqua: vt ff. de acqui. re. domi. l. penult.
& antepen. Sed vbi inſula rotunda inuenitur, difficile eſt eam
metiri. Sed hanc regulam ſerua, vt omne quod mihi propin-
quius eſt, mihi cedat: & ita illi cedat, quod ei vicinius eſt. Nec
vnquam fallet. Præterea hæc locum habent in agris non limi
33 tatis. † Nam in limitatis nō habet locum ius alluuionis. Sunt
autem limitati agri, qui auferuntur hoſtibus, & militibus aſſi-
gnantur: vt ſciatur quid cuiq; datū ſit, quid venisſet, quid in
publico relictū eſſet: vt ff. de acquir. rerum do. l. in agris. Præ-
terea agris limitatis non cedit inſula ratione vicinitatis: imò
conceditur occupanti: vt ff. de flumi. & ne quid in flu. pu. l. j. § ſi
34 inſulam. Habet † etiam locum eadem ſpecies acceſſionis in al-
ueo fluminis à flumine derelicto. Cedit enim eis, qui prope ri-
pam fluminis prædia poſſident pro modo, ſcilicet latitudinis
cuiuſcunq; agri, quæ latitudo prope ripam ſit. Nouus autem
alueus eius iuris incipit eſſe, cuius & ipſum flumen, id eſt, pu-
blicum. Flumen enim alueum ſi ſibi conſtituendo agrū priua-
tum facit publicū. & publicum facit priuatum, vt dictū eſt: &
ideo dicūtur flumina vice cenſitorum, * id eſt, iudicū, vel prin
cipū vti, vel fungi: index enim, vel Imperator ſæpe quod vnius
eſt alteri adiudicat: vel iuſtè, vel iniuſtè, vel bona, vel mala fi-
de: vt ff. de se. re. do. l. ergo. §. alluuio. Sed vbi flumē mihi abſtu
lit meū prædium per aluei conſtitutionem, deinde redit ad an-
tiquum alueum, de iure ſtricto, in prædio quondam meo nihil
poſſum vendicare. cedit enim his, qui prope ripam habēt prę-
dia. de æquitate tamen vix hoc obtinet, id eſt, nullo modo ob-
tinet: vt ff. de acquir. re. do. l. adeo. §. inſula. vbi autem flumen
alueum ſibi non conſtituit in agrū meum, ſed inundat agrum

meum, non immutatur ſpecies eius quantum ad proprietatē:
vt j. eo. §. alia ſanè cauſa eſt. Poſſeſſio tamen agri amittitur: vt
ff. de acqui. poſ. l. poſſideri. §. Labeo. & l. Pomponius, primo re-
35 ſponſo. † Hæc de acceſſione, quæ fit diuina natura tantum
operante. Supereſt vt videamus de acceſſione, quæ fit humana
natura tantum operante. Hæc autem fit per adiunctionem,
quæ adiunctio fit per applumbaturam, aut per ferrumina-
36 tionem. † Fit autem adiūctio per applumbaturam, cùm ali-
quo mediante diuerſa corpora eiuſdem, vel non eiuſdem
ſpeciei iunguntur: ſiue iungantur plumbo, ſiue aliquo ſimi-
li. Sed de plumbo dicitur: quia eo plerunq; fiunt huiuſmodi
iuncturæ: vt ecce, ſi cum plumbo quis argentum, vel argentum
ferro, vel ſimilia adiunxerit. Per ferruminationem autem fit
iunctura, cùm argentum argento, vel ferrum ferro, vel corpo-
ra diuerſarum ſpecierum iunguntur per confuſionem ipſa-
37 rum: vt ff. de rei ven. l. in rem. §. item quæcunque. Si igitur † ma
teriæ tuæ infectæ aliam materiam factam, vel infectam adiun
xerit quocunque modo, quacunque ratione, quę aliena fuerat
prioris domini manet, nec fit hic cōmunio. Si verò tuæ factæ
ſpeciei alienæ ſpeciei membrum adieceris per applumbaturā,
vel ferruminationem, totum corpus tuum erit, id eſt, hoc tale
corpus alij rei non accedens: non dico totum, id eſt, quælibet
pars eius. Diſtinguitur enim vtrum per applumbaturam adie-
ceris, an per ferruminationem. Si per applumbaturam, & fece-
ris bona fide, prior dominus non deſinit eſſe dominus: & ad
exhibendum agitur vt ſepares, & ſeparatum vendicabit domi
nus. Si autem mala fide adieceris, teneris vtili rei vendicatione,
etiam cum adiunctū eſt: vt ff. de acqui. re. do. l. quicquid. & de
rei ven. l. in rem actio. §. item quæcunq;. Si autem adieceris per
ferruminationem, & bona fide, teneris actione in factum. do-
mino autem ad pretium materiæ ſuæ, non rei vendicatione, ne
que ad exhibendū: quia in perpetuum receſſit ab eo dominiū:
vt in prædicta l. in rem actio. §. tiē. ff. de rei vend. ſi autem mala
fide adieceris, (vt puto) dominus manet ille, qui dominus fuit.
Licet totum i. totale corpus dicatur tuum. Hæc omnia ita
intelligo, ſi quod adiunctum eſt, pars rei efficiatur, cui adiun-
gitur: vt ſi brachium ſtatuæ, vel anſam cipho adiunxeris: tunc
enim prioris domini non manet, ſi bona fide ferruminaueris.
Si autem tuam infectam alienæ factæ mala fide adiunxeris, ita
vt pars eius fieret, tunc præſumo te donaſſe: vt j. eod. §. ſi quis
in aliena. Si autem bona fide adieceris, ages (vt dictum eſt) in
applumbatis, & ferruminatis. Si autem tuæ factæ materiæ, vel
ſpeciei, ſpeciem alienam factam, non dico membrum eius, (vt
s.) adiunxeris, ſi quidem per applumbaturam minor (vt puto)
cedet maiori. Vel ſi nulla ſit maior, cedat altera alteri pretio-
ſiori: vel ſi neutra ſit pretioſior, neutra cedat alteri. Et hic
quilibet ſuum vendicabit circa fidei diſtinctionem: & in duo-
bus prædictis caſibus rei vendicatione, vel ad exhibendum a-
gitur, vel donatum præſumitur, vt s. diſtinctum eſt. Idem eſt
omnino & ſi ferruminaueris: vt ff. de acquirend. rer. domin. l.
quicquid. §. vlti. niſi quòd, cùm altera cedit alteri, agitur in
factum actione ad pretium: niſi ferruminaueris mala fide: tunc
38 enim teneris rei vendicatione: vt ſupra dictum eſt. † Vendicat
etiam ſibi locum ius acceſſionis in ædificiis, per humanæ na-
39 turæ laborem. Ecce enim, † cum in ſuo ſolo quis aliena ma-
teria ædificauerit, ipſe dominus intelligitur ędificij: quia om-
ne, quod ædificatur, ſolo cedit. Nec tamen is, qui materię do-
minus fuerat, deſinit dominus eſſe: ſed tantiſper neq; vendi-
care poteſt eam, neq; de ea re agere ad exhibendum per legem
xij. Tabula. qua cauetur, ne quis tignum alienum ædibus ſuis
iunctum eximere cogatur: ſed duplum præſtet pro eo, per a-
ctionem quæ dicitur de tigno iniuncto. [Verba legis hæc
ſunt apud Vlpianum l. j. ff. de tigno iniuncto. TIGNVM
INIVNCTVM AEDIBVS VINEISVE, NE SOLVI-
TO: SED DVPLVM, QVI SOLVIT, DATO.] Tigni
autem appellatione ſignificatur omnis materia, ex qua fiunt
ædificia. Si tamen aliqua cauſa dirutum ſit ædificium, poterit
materiæ dominus eam vendicare, ſi non fuerit duplum conſe-
40 quutus. Et è contrario † qui ædificat in alieno ſolo de ſua
materia, ſi quidem mala fide, præſumitur donaſſe: licet M. di-
ſtinxerit, an habuit animum donandi, an non. Si verò bona
fide, habet doli exceptionem: nec aliter tenetur reſtituere: niſi

dominus ſoli pretium materiæ ſoluat,& mercedes ſabrorum:
vt j.eo.§.cum in ſuo.&§.ex diuerſo.& hunc articulum plenius
explicui in ſumma C.de rei ven.§.quid ergo.& §. impēſarum.
Vbi autem quod ædificatur mobile eſt, vt ecce.horreum fru-
mentarium nouum , ex tabulis ligneis factum , in prædio Seij
41 poſitum,non erit Seij:vt ff.de acqui.re.do.l.Titius.† Hæc ea-
dem ſpecies acceſsionis per humanę naturę ſolicitudinem po-
teſt aſsignari in literis. Literæ enim,licet ſint aureæ , perinde
chartis mēbranisve cedunt,ac ſolo cedere ſolēt ea,quę inædi
ficantur,aut inſeruntur.Ideoq; ſi in chartis membranísve tuis
carmen, vel hiſtoriam, vel orationem Titius ſcripſerit, huius
corporis non Titius,ſed tu dominus eſſe videris. Sed ſi à Titio
petas libros tuos,tuásve membranas,nec impenſam ſcripturæ
ſoluere paratus ſis, poterit ſe Titius defendere per exceptio-
nem doli mali,vtiq; ſi bona fide harum chartarum poſſeſsio-
42 nem eſt nactus: vt j.eod.§.literæ. Quod † autem dictum eſt in
literis,non habet locum in picturis. ridiculum enim eſſet pre-
tioſam picturam acceſsione vilisſimæ tabulæ cedere: imò ta-
bula cedit picturæ,non omnino tamen,quia dominus tabulæ
habet rei vēdicationem vtilem, pictor autem directam. Quid
ergo,ſi vnus eorum ab altero petat, & pictor petat à domino
tabulę imaginem poſsidēte? Poterit per exceptionem doli ma-
li ſubmoueri:niſi ſoluat pretium tabulæ. Si verò pictor poſsi-
deat,domino tabulæ datur vtilis in rem actio:ſed ſubmouetur
doli exceptione,niſi ſoluat pretium picturæ:vtiq;.ſi bona fide
poſſeſſor fuit ille , qui picturam impoſuit. Illud certum eſt,
quòd ſiue pictor ſurripiat domino tabulæ.poſsidenti tabulas,
ſiue alius,competit domino tabularum furti actio:vt j.eo.§ ſi
quis in aliena. Sed & pictori contra furem extraneum dari de-
actio furti: & contra dominum tabulæ ſibi ſurripiētem ſimi-
liter poſſet dari:ſed vbi pictor non ſurripuit domino tabulæ,
vel ecōuerſo:quilibet eorum (vt dictum eſt) agit cōtra alium
poſsidentem , & auocatur res poſſeſſori. Et mirabile videtur
contingere,quod deterior ſit conditio poſſeſſoris, quod qui-
dam admiſerunt:ſicut & vbi ſeruus ex pluribus noxiis, diuer-
ſis perſonis dominum obligat , & dominus vni eorum dedit.
Poterit enim ille cōueniri ab aliis noxali actione:vt ff.ſi ex no
xæ.cauſa aga.l.4.& l.ij.& de pr.hæ.l.ſūm idē. Sed certè in no-
xali actione,licet ille,cui deditus eſt teneatur alij,melior eſt ta
men conditio eius:vt ff.de noxa.l.ſi quis à multis: quia fortè
poſterior non poterit probare intētionem ſuā. Vel ſi probauerit
ipſe,& probauerit reus contrariū,& obſcura ſint vtriuſ-
que iura,pro poſſeſſore pronunciatur. Præterea in iſta tabu
la picta poteſt dici melior conditio poſsidētis,propter duplex
beneficium.Habet enim doli exceptionem pictor,niſi ſoluatur
ei pretium picturæ:vel ſi mauit,offerat domino tabulæ, pretiū
tabulæ,& ſi nolit accipere,retinebit tabulam. Quid ſi tabula
fuerit abraſa? Dico idem,quòd in ferruminatis. Quid ſi ambo
agant contra extraneum? fortè præferetur pictor qui habet di
rectam. Quid ſi pinxerit mala fide? etiam ibi dixit P.tabulam
picturæ cedere.Sed non puto verum: quia cùm ei denegetur
exceptio:vt ſ.dictū eſt,ergo multo magis dicitur denegari a-
ctio. Quæritur,cur aliud eſt in ſcriptis,quā in pictis? reſpōdeo
quia olim ferè ſemper erat pretioſior [charta,quā ſcriptura:&
è cōuerſo pictura erat pretioſior]tabula.vnde tabula cedebat
picturæ, Nec obſtat, quod legitur ff.de rei ven.l.in rem. §. ſed
& id,quod in charta. corrigitur enim per legem Inſtitutio-
num. Vel diſtingue an ſit pretioſior pictura,quàm tabula, vel
è conuerſo,& ad hoc tendere videtur P. qui ait locum habere,
quod dicit lex,tabulam picturæ cedere: ita demum ſi pinga-
tur homo,non vrſus:& ita ſi pictura ſit de bonis coloribus,
non de calce,vel encauſto.& alia multa fabulatus eſt de pictu
ra. Vel quod ibi dicit,referendum eſt ad ſcripturam,& ad char
43 tam. Hodie autem ſcriptores noſtri temporis facti ſunt picto
re & ferè ſemper inuenitur pretioſior ſcriptura,quàm charta.
Vnde propter alteratum curſum naturæ, vel conſuetudinis,
poſſet hodie contrariū reſpondere.[Poteſt hæc eadem ſpecies
44 acceſsionis aſsignari innextis,vel incertis,vel incluſis. † Nam
ſi alienā purpuram quis intexuerit veſtimento ſuo, licet pre-
tioſior eſt purpura quā veſtis,acceſsionis vice [aliàs iure] cedit
veſtimento ſuo: & qui dominus fuit purpuræ : aduerſus eum
qui ſurripuit,habet furti actionem, & condictionem:ſiue ipſe
eſt qui veſtimentum fecit,ſiue alius. Nā extinctæ res licet non
• poſsint vendicari,cōdici tamen à furibus, & à quibuſcunq, •
aliis poſſeſſoribus poſſunt:vt j.eo.§.ſi tamē alienā. Sed poteſt
agi pro eis ad exhibendum,vt no.in ſum.C.de rei ven.§.ſic er-
go ars. Illē eadem ſpecies acceſsionis poteſt aſsignari in his,
qui non ſunt domini,ſed quaſi domini ratione tituli,vel ratio
ne poſſeſsionis bonæ fidei,vel ratione iuris,quod habēt in re:
vt quia ſunt fructuarij,vel vſuarij circa fructuum obuentio
nem,vel perceptionē.vt j.eo.§.ſi quis à non domino. Fructuū
tamen fit varia diſtinctio:vt no.in ſumma C.de rei ven.§ fru-
45 ctus quoque. † Fit etiam acceſsio diuina natura, & humana
cooperante:& quæritur ex ea dominium:vt ecce, Titius alienā
46 † plantā in ſuo ſolo poſuit,ipſius eſt planta. & ex diuerſo ſi
Titius ſuam plantā in Mæuij ſolo poſuerit,Mæuij planta erit:
ſi modo vtroque caſu radices egerit.ante autem quam radices
egerit,eius permanet,cuius & fuerat. Et eſt hoc adeo verum,
vt ſi vicini arbor ita terram Titij [vicini] preſſerit,vt in eius
fundo radices egerit.Titij effici arborem dicimus.Ratio enim
non permittit,vt alterius arbores eſſe intelligantur,quàm eu
eus in fundum radices egiſſent. Et ideo prope confinium ar-
bor poſita,ſi etiam in fundo vicini radices egerit,communis
fit;non tamen licet eas recidere:niſi fortè præmiſſa denuntia-
tione. Agere autem licebit non eſſe ei ius.ſicuti tignum , aut
protectum immiſſum habere:vt j.eod.§.ſi Titius.& ff. de arb.
cæ.l.j.& arb.fur.cæ.l.ſi plures.§.j.Vel diſtingue in radicibus,
an ſint tales,ſine quibus non poterat viuere,an poterat : vt in
primo caſu arbor ſit communis,in ſecundo non:ſed agi poſsit
ius non eſſe ita radices immiſſas habere. Qua autem ratione
plantæ quæ terra coaleſcunt ſolo cedunt,eadem ratione fru-
menta quoque,quæ ſata ſunt ſolo cedere intelliguntur. Et
c ſicut is,qui in alieno ſolo ædificauit ſi ab eo dominus petat
ædificium,poteſt per exceptionem doli mali defendi,ita eiuſ-
dem exceptionis auxilio poteſt eſſe tutus is.qui in alienū fun-
dum ſua impenſa bona fide conſeuit: vt j.eod. §. qua ratione.
Quòd autem dixi in ſatis,& plantatis:& ſi ſola diuina natura
plantæ,vel frumenta ſolo coaluerunt,eadem dicerem ſi fortui
to caſu ceciderint in terram:vt j.eod.§.præterea quod per al-
47 luuionem.ibi,planè ſi longiore,&c. † Illud notandum vide-
tur ex prædictis,quòd iure acceſsionis quandoque res videtur
extingui,eo.quòd per ſe nō cenſetur,nec in numero ponitur:
vt in rota,& in naui,& gemma. Et hæc acceſsio non adimit
dominium rei. Et idem in tigno iniuncto, & in applumbatis.
Secus & in ferruminatis,& plantatis,& in ſatis,& in confuſis,
& in ſpecificatis. Iſtæ enim acceſsiones transferunt dominiū
48 rei. Et idem videtur in nummis miſtis cum alienis. † Acquiri-
tur etiam nobis dominium per ſpecificationem. Qui enim
ſpeciem aliquam tantum de aliena materia facit dominus eſt
ſpeciei:ſi bona fide id fecit,non ſi mala:vt ff.ad exhibendum.l.
de eo §. ſi quis. & ſi fecit nomine ſuo : vt ff.de acquis.re. do. l.
quisquid.§.vbi etſi ſpecies non poſsit reduci ad priorem ma-
teriam:vt ecce.ſi quis ex alienis vuis, vel oliuis, aut ſpicis, vi-
num, aut oleum,aut frumentum,fecerit:vel ex alieno melle,&
vino,mulſum miſcuerit: vel ex alienis medicamentis empla-
ſtrum, vel collyrium compoſuerit : vel ex aliena lana veſti-
menta fecerit:vel ex alienis tabulis nauem, vel armarium, vel
ſubſellia fabricauerit.Secus autem vbi poteſt reduci : vt ecce,
ſi ex alieno auro.vel argento,vel ære vas aliquod feceris, vas
conflatum poteſt ad rudem maſſam auri, vel argenti, vel æris
49 reduci:vt j.eo.§.cùm ex aliena materia.† In frumēto etiam fa-
cto de ſpicis quidam dixerunt contrarium ei quod diximus ſ.
ſcilicet vt ſit eius,cuius & ſpicæ fuerūt.Cùm enim grana, quæ
ſpicis continentur perfectam habeant ſuam ſpeciem, qui ex-
cuſsit ſpicas nō nouam ſpeciem facit:ſed eam quæ eſt,detegit:
vt ff.de acqui.rerū.do.l.adeo.§.cùm quis. Sed fortè eorum ſen-
tentia corrigitur per legem Inſtitutionum,quæ poſterior eſt.
50 † ,feciſſe aliquē intelligo ſpeciem,ſi per ſe fecit,vel per eum cui
mandauit,vel qui ab alio ſuo nomine factum ratū habuit : vt
ff.de vi & vi.ar.l.j.§.feciſſe. Aliàs in omni caſu dominus mate-
rię dominus eſt ſpeciei.multò magis ergo ſi ipſe fecit,vel alius
nomine ſuo:ſi ipſe mādauit,vel ratū habuit. Speciem factā in-
telligo etiam imperfectam,ex quo rudis materiæ nomē exue-
rit:vt ff.de au.& ar.le.l.& ſi nō ſunt.§.argēto.& videtur,quòd
in ſpeciis

in ſpecificationis modo deficiat regula, meum eſt, quod ex ce
mea ſupereſt, cuius vendicandi ius habeo. vt ff. de rei ven. l. non
ſolũ §. j. fortè quia videtur res extincta, cùm nouã formam re-
ceperit: quia forma rei eſt eſſe rei: vt ff. ad exhibendum. l. Iulia-
51 nus. §. ſi quis. † Eſt & alius modus acquirendi dominium, vt
per confuſionem. confunduntur autem liquida, vt mel, & vi-
num. Item ſpecies, vt argentum, & aurum, & plumbũ, & fer-
rum, licet fiat cum difficultate magna. Si igitur materiæ ali-
quorum his volentibus confundantur, corpus, quod ex his re-
digitur, eis commune: poſsint, vel nõ poſsint ſeparari. Quod
ſi fortuito caſu fiat confuſio, idem eſt, ſi tamẽ ſeparari nõ poſ-
ſint: vt Inſtit. de re. di. §. ſi duorum. & ff. de rei vend. l. qui gre-
gẽ [aliàs incipit, Marcellus.] §. vlt. & l. quod quidẽ. Idem eſt &
ſi aliter confundit, cui non cõceditur iure ſpecificationis: vt ff.
de rei. ven. l. Idem Pomponius ſcribit, ſi frumentũ. §. idẽ ſcribit
ſi ex melle. Concederetur autẽ alteri iure ſpecificationis ſi bo-
na fide fecerit ſpeciẽ ex materiis duorũ. & ſuo nomine, & quod
factum eſt ad priorẽ materiã nõ poſsit reuerti: vt ſ. dictũ eſt. Si
verò ſine voluntate dominorũ fiat cõfuſio, & ſeparari poſſunt
materiæ: vt ſi plumbum cũ argento miſtum ſit, non fit commu
nicatio. Agitur autem in rẽ actione. Sed vbi ſeparatio fieri non
poteſt, vt ſi æs, & aurum miſtũ ſit, vnuſquiſque partem ponde
ris ſui, & menſuræ habebit, quam habuit in rudi materia, & eã
partem à quolibet poſsidente vendicabit. Plus tamen feret ille,
cuius materia pretioſior fuit: vt ff. de rei ven. l. qui gregẽ [aliàs
52 incip. Marcellus.] §. vlt. & l. quòd quidem. † Vbi autem volun
tate dominorum commiſtæ ſunt ſpecies: vt frumentum, fit cõ-
municatio: aliter nõ. Sed ſic quidem de aceruo pro modo ſui
frumenti vendicabit partem, & arbitrio iudicis continetur, vt
is æſtimet quale cuiuſq; fuerit frumentum: non tamen fit com-
municatio frumenti. quia ſingula corporea manẽt in ſua ſubſtã
tia. Sicut ſi pecora Titij, cum pecoribus tuis fuerint miſta, non
intelligitur grex eſſe communis: vt j. eo. §. quòd ſi frumentum.
Quid autem ſi valde difficile eſt, & quaſi impoſsibile, ſepara-
re frumentum meum à frumento tuo? ſatis poterit dici pro par
te indiuiſa dari vendicationem: quaſi aceruus frumenti ſit com
munis: vt vendicet tantum de aceruo, quantum fuerat ſuum:
vt ff. de vſufr. l. vſufructuarium venari. §. ſi vſuarius. Fortè &
in hoc caſu locum habet quod dicitur: vt æſtimet iudex quale
53 frumentum fuerat cuiuſq;. Ergo differt † confuſio à miſtione
In tribus. ſpecies enim dicuntur miſceri, materiæ confundi. Li
cet Pla. dixerit contra. Item ſpecies miſtæ remanent in eadem
ſubſtantia & ſpecie, confuſæ autem transferuntur in aliam ma
teriam. Item confuſa fiunt communia omnia, etiam ſine volun
54 tate dominorũ miſta: ſed miſta demum cũ voluntate. † Illud no
tandum eſt quòd confundere dicitur (is licet abuſiuè) qui fru-
menta miſcet: vt ff. loca. & condu. l. in naue Saupheli. Speciale
præterea reperitur in pecunia: vt licet quis à debitore alienos
nummos eccipiat, & cum ſuis miſceat, ſuos facit: vt ff. de ſol. l.
ſi alieni. Idem euenit fortè propter prærogatiuam ſolutionis:
vel quia impoſsibile eſſet dignoſci alienos nummos à ſuis. Ac-
quiritur etiam nobis dominium per inuentionem. Nam ſi the
ſaurum inuenerit quis in loco ſuo, etiam data opera, non tamẽ
arte magica, totus eſt eius. Si autẽ arte magica, totus eſt fiſci.
d ᵃQuod autem dictum eſt, ſi inueniat quis in ſuo, ſeruatur & ſi
inueniat in loco ſacro, vel religioſo, caſu fortuito, & non data
opera: vt j. eod §. theſauros. Eſt tamen contrarium quod legi-
tur ff. de iure fiſ. l. iij. §. ſi in locis. vbi dicit dimidiam theſauri
in loco religioſo, vel publico, vel fiſcali inuenti, à fiſco vendica
ri. Sed fortè, quod ibi dicitur per legem Inſtitutionum corrigi
tur: vel fortè de æquitate naturali totus eſt inuentoris: ſi inue-
niatur in loco ſacro, vel religioſo: quia res tales in nullius bo-
nis ſunt. Ciuilia autem ratione inſpecta, res ſacræ in bonis Dei
ſunt, hominum cenſura: & ita per conſequentiam videntur eſſe
Imperatoris Vnde diui principes fiſco dimidiam conceſſerunt.
Si autem inueniat quis in alieno loco non data opera, ſed for-
tuito caſu, dimidium domino ſoli conceditur, vel per actio-
nem in rem, vel per condictionem ex lege, qua aget contra in-
uentorem. idémque dicitur & ſi quis in Cæſaris loco inuene-
rit, vel publico vel fiſcali. eſt enim dimidium inuentoris, &
dimidium Cæſaris, vel fiſci, vel ciuitatis. Sed vbi quis inuenit
data opera, totum compellitur reſtituere domino ſoli: vt j. eo.

§. theſauros. & C. de theſaur. libro. x. l. vna. Dominus autẽ ſoli
accipietur ille qui verè dominus eſt directo, vel vtiliter: licet
P. aliud dixerit in eo, qui vtiliter dominus eſt, vt in feudata-
rio, & emphyteuta, & ſimilibus. Quid ſi creditor in pigno-
re inuenerit, fortè dimidium habebit, nec in debitum computa
bit. Quid ſi mercenarius in loco in quo operatur inuenerit?
ſibi fortè retinebit dimidium. Quid ſi ſeruus communis in
loco vnius ex dominis inuenerit? Reſponde, illi totum acqui-
rit: licet fortè videtur, quod dimidia, quæ inuentionis iure
conceditur, aliis dominis pro dominicis partibus quæratur.
Illud conſtat ſi ſeruus fructuarius in loco proprietarij inue-
nerit. in totum proprietario acquiritur. & quilibet meæ pote
ſtati ſubiectus ſi inueniat in loco meo, mihi totum acquirit: vt
quia ſeruus eſt, vel filiusfamilias. Sed vbi ſeruus communis in-
uenit in alieno ſolo, acquiritur dominis pro dominicis por-
tionibus. & probantur hæc ff. de acquiren. rerum do. l. ſi is,
55 qui. primo reſponſo. & §. j. † Acquiritur etiam dominium
de iure naturali per traditionem: ex cauſa donationis, aut do-
tis, aut ex qualibet alia cauſa. Venditæ enim res, & ſi tradan-
tur, non aliter emptori acquiruntur, quàm ſi is venditori ſol-
uerit pretium, vel alio modo ei ſatisfecerit, veluti expromiſſo
re, vel pignore dato, vel fide habita ei de pretio: vt j. eod. §. per
traditionem, & §. venditæ. Sed ſpeciale videtur in procurato-
re fiſci, ne transferat dominium, niſi ſoluto pretio etiam ſi fi-
dem habeat: vt ff. de iure fiſci. l. ſi procurator. Quandoque, e-
tiam pretio ſoluto, non tranſit dominium: quia incertum eſt,
vtrum ſoluerit ex nummis proprietarij. vel fructuarij: vt ff.
de vſufruct. l. ſed ſi quis. Nam & aliàs, qui minus ſoluit,
non ſoluit: ita & hic, qui plus ſoluit, non ſoluit. Quid ſi
tradat, nec appareat, quòd eius fidem ſit ſequutus? puto,
quòd præſumendum ſit eum ſequutum eſſe fidem eius. ma-
ximè ſi dedit diem ad ſolutionem faciendam: niſi probe-
tur quod tradiderit, vt ſtatim ſibi ſolueretur pecunia, & em-
ptor ſecum portat rem inuito debitore: vt ff. de pigno. act. l.
56 ſi quaſi. † Quod autem dictum eſt traditione acquiri poſſeſ-
ſionem, plerique intellexerunt ita, ſi emptor inducatur in
vacuam poſſeſsionem: vt C. de proba. l. cum res. & ſine poſſeſ-
ſione dixerunt non quæri dominium. ſed eos confundit, quod
legitur. ff. de fun. do. l. ſi fundum. ibi enim marito nõ eſt quæſi-
ta poſſeſsio, quia nec tradẽs mulier habebat: dicit tamen fun-
dum in dotem datum eſſe, & dotalem eſſe: non tamen interpel
latur vſucapio: quia cœpta erat antequam fundus fieret dota-
lis. & idem probari poteſt: vt ff. de acquir. re. do. l. homo liber.
§. quicquid tamen. & de pecul. l. eo tempore. §. vlt. idem quoq;
dici poteſt in pacto legis cõmiſſoriæ, & adiectionis in diem:
vt not. in ſumm. C. de pact. inter empr. & vend. Dicimus ergo
regulare eſſe. vt ex his, quæ aguntur inter viuos, non acquira-
tur dominium ſine inductione in poſſeſsionem: ſed tamen be-
ne acquiritur ſine poſſeſsione. Illa enim verba in vacuam poſ-
ſeſsionem, ponuntur demõſtratiuè, non cauſatiuè. Imperator
enim in reſpondendo ſe refert ad id, quod proponebatur in
quæſtione: quia dicebat venditor, vel donator, vacuam ſe ha-
bere poſſeſsionem: ſicut & ſi poneret quæſtionem de vinea, &
Imperator diceret, ſi non es inductus in poſſeſsionem vineæ,
non habes dominium. Idem enim eſſet in qualibet alia re. Re-
57 gulare † autem ideo dixi, quia quandoq; ſine traditione tran-
ſit dominium, & ſufficit patientia: vt ſi tibi vendo, quod tibi
commodaui, vel apud te depoſui. Hoc enim ipſo, quod patior
tuum eſſe, vel apud te eſſe, videor tibi tradere. item ſi quis mer
ces in horreo depoſitas vendiderit, ſimul atque claues horrei
[apud horrea] tradiderit, emptori, trãsfert dominium, & poſ
ſeſsionem in emptorem, etiam ſi emptor non aperuerit hor-
rea. & ſi venditoris non fuerint merces, confeſtim inchoatur
vſucapio: vt j. eo. §. interdum. & §. item ſi quis merces. & ff. de
acqui. re. do. l. qua ratione. §. interdum. & de contrahen. empt.
l. clauibus. Idem etiam poteſt aſsignari quãdo res vendita, vel
donata eſt in conſpectu, quam venditor, vel donator dicit ſe
tradere: vt ff. de acquir. poſſ. l. j. §. penult. & l. quod meo. §. ſi
venditorem. & l. quarundam. Scientia enim & patientia pro
traditione eſt: vt ſi emptor ſciente & patiente vẽditore omnia
agit vt dominus: vt C. de acquir. poſſ. l. minus. Item retentio
58 † vſusfructus & traditio inſtrumẽti rei, pro traditione repu-

ranturɪ vt C.de dona.l.j.& l. quiſquis. Societate etiam contra-
cta omnium bonorum, cótinuo cõmunicantur omnia corpo-
ralia, quaſi facta traditione, eo quòd quiſq; videtur velle inci
pere poſsidere partim nomine ſuo, partim nomine ſocij: vt ff.
de acqui.poſſ.l.quod meo. Et idem poteſt aſsignari, cũ rem il-
lam, quã tibi donaui, & non tradidi à te conduco: videor enim
tradere: vt ff.de rei vend.l.quædam. Item ſi rei petitæ accepe-
rim pretium, transfero proprietatem in reum: ſi res petita ſit in
præſentia, vel reus poſtea naneiſcatur poſſeſsionem volunta-
59 te actoris: vt ff.de rei ven.l.eius rei. † Porrò quod dictũ eſt de
traditione, eſt intelligendum de ea, quæ nõ ſit nuda, ſed veſti-
ta, id eſt, quam præceſſerit cauſa vera, vel putatiua, qua trãſeat
dominium: vt ff.de acquiren.re.domi.l.nunquam. Illud non re
60 fert, an tradat dominus, an eius voluntate alius. † Nam & ſi
liberam vniuerſorum negotiorum alieni permiſerit admini-
ſtrationem, iſque ex his negotijs rem vendiderit, & tradide-
rit, facit rem accipientis: vt j.eod.§.nihil autem intereſt. Secus
in procuratore generali qui non habet liberam: vt ff.de pro-
curat.l.procurator cui libera. & l.procurator totorum. licet
M. diſtingueret inter procuratorem totorum bonorum, &
vniuerſorum: quæ diſtinctio non probatur lege. vel ratione.
61 † Sed & per non dominum quandoque transfertur domi-
nium, & etiam contra domini voluntatem: vt per tuto-
rem vel curatorem, & per iudicem, & per quaſi cenſitorem
[aliàs cenſorem] vt per flumen, & per creditorem. & per prin-
cipem, ſi rem alienã vt ſuam traderet, de quibus plenè dicemus
infrà, quibus aliis, vel non licet. Et non ſolum fit hoc in-
ter viuos, ſed etiam in vltima voluntate, qua transfertur
dominium ab aditione hæreditatis, ſicut ſolet transferri per
traditionem inter viuos. Nam & quædam cum vniuerſitate
tranſeunt, quæ ſpecialiter alienari non poſſunt, vt fundus do-
talis, & purpura: vt ff.de fundo do.l.j & de acquir.poſſ.l.cùm
62 hæredes. & de furt.l.à Titio. † Illud etiã in voluntate domi-
ni videtur notandum, quod in certam perſonam transfert
proprietatem rei: vt ecce, prætores, vel conſules qui miſsi-
lia iactant in vulgus, ignorant quid eorum quiſque excepturus
rus ſit, & tamen quia volunt quòd quiſque acceperit eius eſſe
ſtatim eum dominum efficiunt. Et eadem ratione ſi rem pro
derelicto habitam quis occupauerit, ſtatim fit eius dominus.
63 † Habetur autem pro derelicto res mobilis, ſi ita abijciat quis
eam, vt nolit ſuam eſſe: vel immobilis, ſi eadem intentione ex-
eat de ea: ideoq; ſtatim deſinit dominus eius eſſe. Sola autem
voluntate, niſi abijciat, vel exeat (vt dictum eſt) non amittit
64 dominium. Alia † eſt cauſa earum rerum, quæ in tempeſtate
maris, cauſa leuandæ nauis, eijciuntur. Hæc enim permanent
domini: quia non eijcit ea mente, quòd nolit eſſe dominus,
ſed quò magis cum ea naui periculum maris effugiat. Qui er-
go res tales ex fluctibus expulſas, vel etiam in ipſo mari na-
ctus, lucrandi animo abſtulerit, furtum committit. Nec mul-
tum diſcedunt iſtæ res ab his, quæ de rheda currente, & non
65 intelligentibus dominis cadunt: vt j.eodem.§.vlti. † Sed nec
illud prætermitto, quòd proijciendo in mare videtur quis ha-
buiſſe pro derelicto ex ipſa qualitate proiectionis: vt ſi li-
brum apertum proijciat: ſecus ſi bene clauſum & inuolutum:
vt ff.de furt.l.falſus.§.ſi iactum. & argum. ff.de damno infe-
cto.l.ſi finita.§.ſi quis metu.

ANNOTATIONES.

a Deliquerant. Adde Barto. & do. Alex. in l.ſi.ff.hoc eo.tit.de rerum di.
d. Bartholo. Cepol. in tit.de ſeruit.vrba.prædi. capit. liiii. doctores in
l.finali ff.de ſta.homi.
b Adijcitur. Totam iſtam materiam alluuionum vide cumulatè per
Barto. in tract. Tyberia. in primo lib. Bald. in l.prima. & iii. oppo. C.
de peri & commo. rei vend do. Iaſ.de May. in repe.l. de quibus. ff.de
legi. doct. in l.ſi.quib.mod.vſusfru.amit. & vide omnes ſcribentes hic.
c Alieno ſolo. Ad iſtam materiam & quàm plurium, quæ tanguntur in
hoc titu. vide Barto. in l.in rem.t.ſed & ſi.ff.de rei vend. & l.ſi quis.ff.
de rei vend.domi. Alex. in l.prima.t.nunciatio.ff.de ope.no.nun. do.
Bart. Cepo.de ſer.vrba.prædio c.xx.& per doct. in §.cum autem. Inſt.
hoc eodem tit. Ange. areti. in §.cum in ſuo. numero 1. & nume.2.cum
plur.ſeq hoc eod.tit.vbi de materia copioſè.
d Fiſci. Adde Bart.l.prima. in verſi.quæro quid ſi inueniatur per artem
magicam. C.de theſau.lib.decimo. Bald. in l.fin.hoc eod.tit. do. Alex.
in l.rem.quæ nobis.ff.de acquir.poſſ. & Iul.lii.§.Neratius.eodem tit.
not.glo. in §.theſauros. inſti.hoc eod.titu.vbi Ang.are.numer.1.cum
plur.ſeq.totam iſtam materiam exaggerat.

De rebus corporalibus, ſeu incorporalibus. *Rubrica.*

1 *Corporales res.*
2 *Incorporales res.*
3 *Hæreditas an corporalis.*

VT PLENIVS rerum doctrina intelligatur, quaſi in ſuperiori titu. aſsignauit quaſdam diuiſiones rerum, quibus ſubiecit etiam acquiſitiones rerum, quarum ſpecies diligenter proſequuti ſumus: adhuc in præſenti titulo aliam ſubiicit diuiſionem talem.
1 Rerum aliæ ſunt corporales, aliæ incorporales. † Corporales
ſunt, quæ ſui natura poſſunt tangi: veluti fundus, homo, ve-
ſtis, aurum, argentum, & aliæ res innumerabiles, id eſt, quæ fa-
cilè enumerari non poſſunt propter multitudinem ſui. Ideo
autem dixi ſui natura: quia ſecus eſt ſi res non poſſunt tangi
propter caſum, vel difficultatem accidentẽ: vt ſi res cecidit in
profundum maris, vel fluminis. Ergo ea quæ ſunt in abyſſo,
vel infixa cœlo corporalia ſunt: licet enim ea nullus tangere
poſsit, tamen tangi poſſunt. i. tangibilia ſunt. Quid dicemus de
fumo, & de aëre? Et certè res ſunt corporales: nam & aër vnũ
eſt ex quatuor elementis, ex quibus omnia corpora quæ
creantur, conſtant. Et idem eſt in eo quod ſumitur, & remitti-
2 tur à corpore, id eſt flatu, vel anhelitu. † Incorporales autem
ſunt, quæ tangi non poſſunt, nec alijs corporeis ſenſibus ſubia
cent: qualia ſunt ea, quæ in iure conſiſtunt: vt hæreditas, vſuſ-
fructus, obligatio, actio. Quid ſit vnumquodque iſtorum, in
ſpecialibus ſubiicietur rubricis. Nec obſtat quòd in hæredita
te corporales res cõtinentur: nã & quod ex aliqua obligatione
nobis debetur, plerunq; corporale eſt: veluti fundus, homo, pe
3 cunia: ſed † ipſum ius hæreditatis. i. ipſum ius quod eſt hæredi-
tas (vt interãſicinè ponãtur illa verba ius hæreditatis) incorpo-
rale eſt: & ita dico, & expono in iure vtẽdi, & fruẽdi. & in iure
obligationis. Eodẽ numero cõtinẽtur etiã iura prędiorũ, vel ru
ſticorũ: vt j.eo.§.nec ad rẽ. & l.j.§.ſi.ff.eo.tit. Fortè etiã res in-
corporales ſunt, quæ in iure nõ conſiſtũt: vt genera, & ſpecies,
& cacodæmones & animæ hominũ, & anima mundi. Sed de
his ideo exemplum non datur: quia ad leges non pertinent.

De ſeruitutibus ruſticorum prædiorum, & vrbanorum. *Rubrica.*

1 *Seruitus quomodo accipienda.*
2 *Seruitus prædialis.*
3 *Seruitutum capita.*

QVIA ſeruitutes inter alias incorporales res connumerantur, vt dictum eſt in ſuperiori tit. ideo ponit de ſeruitutibus. Et eſt ſciendum, quòd hic non tractat de ſeruitute, qua homo fit ſeruus hominis: de ea enim ſpecialiter poſuit ſ.de iure perſonarum, ſed tractat
1 de † ea, qua ſubijcitur prædium prædio: & illa poteſt dici ha-
bitus prædij. Vel fortè definitur ad ſimilitudinem ſeruitutis ſu
perioris, qua homo fit ſeruus hominis: vt ſicut illa dicitur con
ſtitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra natu-
2 ram ſubijcitur: vt ſ.de iure perſo.§.ſeruitus. † ita & iſta dicatur
conſtitutio, qua domus domui, vel rus ruri ſubiugatur: & ita
3 dicuntur ſeruitutes vrbanæ, vel ruſticæ. † Quæ autem iſtę ſint,
& quis conſtituat, & cui, & qualiter admittantur, dic vt no-
taui in ſumma. C.lib.iij.tit.de ſer. & aqua.

De vſufructu. *Rubrica.*

1 *Vſumfructum quandoque accipi pro ipſa fructuũ perceptione.*
2 *Vſusfructus conſtitutus ex cauſa legati à domino nudæ proprietatis an, & quando valeat.*

Dictum

DICTVM eſt ſ.de prædialibus ſeruitutibus, ſequitur vt videamus de perſonalibus. Et quia inter alias perſonales ſeruitutes habet prærogatiuã vſusfructus, primò ponit de vſufructu. Quid autem ſit vſusfructus, qualiter conſtituatur, & in quibus rebus ſingulis ſit emolumẽtum, vel onus vſusfruct. quibus actionibus de eo agatur, & quib9 modis amittatur, dic vt notauimus in ſumma C.e.ti. Sed videtur illud notandũ, quòd vſusfructus
1 quandoq; eſt formalis, quandoq; † cauſalis, vt ibidẽ diximus. Quandoq; dicitur vſusfructus ipſa fructuũ perceptio: vt dicitur fructuarium alij locare poſſe, vel vendere vſumfru. etiam inuito proprietario: licet aliud ſit in vaſallo, & emphyteuta: vt ff.eo.l.non vtitur. & l.cum vſusfructus legatus eſt. & ĩ.ti.j.§.j.
2 † Item notabile eſt, quod dominus nudæ proprietatis conſti-
a tuit vſumfru. ex cauſa legati*: vt tamen valeat cùm vſusfructus acceſſerit proprietati: ſpecialiter enim habet proprietatis, quod intereat vſusfr. & niſi intereat, non reuertitur, & cũ interierit, alius reuertitur, & alius moritur. Moritur enim formalis, & reuertitur cauſalis. Nam & frumenti granum (vt Dominus ait) non aliàs affert fructum, niſi fuerit mortuum. Item homo iuſtus tunc oritur, cum ſeculo moritur.

ANNOTATIO.

a Legati. Ad iſtam materiam vide Spec. in titu. de pig. §.j. verſi. porro vſufructuarius. Bart. in l.iij. de leg. iij. & l. in donationes. §. ſpecies. de do. & ibi d. Alexan. coprosè. multa per doct. in l.j. §. interdũ ff. de vſufru. accre. do. Bart. ſoci in nu. 81. cum plu. ſeq. de acqui. poſ.

De vſu, & habitatione. *Rubrica.*

1 *Vſus quid.*
2 *Vſus quibus modis conſtituitur.*
3 *Vſum pro parte legari non poſſe.*
4 *Vſuarius quibus caſibus tantum iuris habeat, quantum fructuarius.*
5 *Vſus an poſsit pro parte legari.*
6 *Vſumfructum pro parte legari poſſe.*
7 *Vſus emolumentum quomodo ſit attendendum, & quales ſint quibus ab ipſo vſuario communicari poſsit.*
8 *Vſus domus conſtitutus filiofa. vel ſeruo cui acquiratur.*
9 *Vſus conſtituti in fundo ruſtico emolumentum quale ſit.*
10 *Vſus in pecunia conſtituti emolumentum quale ſit.*
11 *Vſuarius quatenus vti poſsit grege, cuius vſus eſt ſibi relictus.*
12 *Vſus boum relicti emolumentum quale ſit, quale item equitij.*
13 *Vſus in ſeruis relicti emolumentum quale ſit.*
14 *Vſuarij onus quale ſit.*
15 *Vſu domus legato non poſſe proprietarium vti aliqua parte domus, etiam ſi ea pars non occupetur ab vſuario, ſed vacet.*
16 *Vſus alienatio quo caſu permiſſa ſit.*
17 *Habitatio quid ſit.*

DE VNA perſonali ſeruitute ſuprà dictum eſt: nunc ponit de aliis duabus. ſ. de vſu, & habitatione. Videndum ergo quid ſit vſus, qualiter conſtituatur, in quibus rebus, quod ſit eius emolumentum, & qualiter finiatur, poſtea dicemus de habitatione eod.
1 ſtylo proſequentes eius materiam. † Eſt autem vſus, ius vtendi rebus alienis, ſalua rerum ſubſtantia. fruẽdi enim verbum non ponitur in definitione vſus; licet ponatur in definitione vſusfructus. Vſuarius enim vtitur, non fruitur: vt ff.eo.l.ij. & de vſufru.l.j. quæ verba exponuntur: vt dictum eſt in definitione vſusfr. & ex ea definitione patet, quòd vſus non poteſt eſſe in rebus quæ ſolo vſu conſumuntur, cum in eis non poſſit eſſe ſalua ſubſtantia: licet videatur contrarium quod dicitur in illa rubrica de vſufr. earum rerum, quæ vſu conſumuntur: videtur enim, quòd vſus ſit in eis. Sed certè ibi nõ loquitur de vſu, qui ſit ius, vel ſeruitus, ſed de vſu, qui eſt factũ,
2 vel in facto cõſiſtit: vt bibendo, comedendo. † Conſtituitur autem iſte vſus nudus eiſdem modis quibus cõſtituitur vſusfructus, & eiſdem etiam modis finitur: vt ff. de vſufr.l.iij.§.vlt. & ff.eo.l.j. de qua conſtitutione plenè diximus ſuperiori titu.
3 excepto † eo, quòd vſus pars legari non poteſt. Nam ſi vi quidẽ pro parte poſſumus, vti [ſuiẽ pro parte nõ poſſumus. Nec obſtat, ſi dicas: pone, quod duo habent vſum, quorũ nulli fructus ſufficerent: nonne pro parte] certa. i. dimidia diuiduntur? Reſpondeo hoc potius occaſione, quàm ratione con-
4 tingit: vt arg. ff. de rium. l. Labeo. & † ſimile eſt etiam quod dicimus quandoque tantum habere vſuarium, quantum habet fructuarius: vt ſi vſus pecuniæ legatus eſt, vel fructus: vt ff. de vſufr. earum re. quæ vſu con. l. antepe. §.j. & quando vſus legatus eſt in ſylua ex qua vſuarius nihil eſſet habiturus: niſi liceret ei cædere, & vendere, quemadmodum fructuario licet:
5 vt ff.eo.l.diuus. † Quid? ſi dicat teſtator, lego tibi tertiam partem vſus [tui] non adiecta re in qua habet ſeruitutem? Reſpondeo, tunc pars rerum corporalium ad ſui ſubſtentationẽ neceſſariarũ eſt ei legata, non ſeruitus vſus. Item prædio adiecto: vt lego tibi tertiam partem vſus in hoc prædio, id eſt, vtaris hoc prædio in tertia parte pro indiuiſo ad tui ſubſtẽtationem, non valet: vt in prædiali ſeruitute: vt ff. de ſeru. l.ij. & l.pro parte. & l.ad certã. quia eſt indiuidua ſeruitus: vel in totũ debet prædium affici ſeruitute, vel in nihilum. ar. ff. de lib. cauſa. l. duobus. vel dicitur certa pars vſus prædij legari nõ poſſe: quia cũ quandoq; minus, tamen quandoq; plus eſt ei neceſſarium, quàm percipiatur de prædio: ergo incerta pars nõ legatur: quia plus non debet habere, quàm eſt ei neceſſarium. Sed
6 primũ verius eſt, quia eadẽ ratione nec in toto prædio † poſſet legari vſus. In vſufructu verò cõtrariũ eſt: vt ff ad le. fal. l.j.§. ſi vſusfructus. eſt enim diuiduus ratione iuris: quia ius hoc à ſingulis pro parte petitur, & quia pro parte diuiſa, & indiuiſa cõſtituitur: vt ſ. de vſuf. l. v. ſed aliæ omnes ſeruitutes ſunt indiuiduæ & ratione iuris, & ratione rei, in qua conſtituuntur.
7 Emolumentum autem vſus attenditur ſecundum diuerſitatẽ rerũ, in quibus eſt conſtitutus. Nã ſi cõſtitutus eſt in domo homini maſculo, poteſt illic habitare, & ſol9, & cũ familia ſua, & cũ libertis. & cum vxore Hoſpitem etiã recipere poteſt, & cohabitatorem, & gratis, & pro penſione. Nec eſt propriè inquilinus, qui cum eo inhabitat. Seorſum autem alij à ſe locare non poſſet. Recipit etiam eos, quos habet loco ſeruorum, ſiue ſint liberi, ſiue ſerui alieni. Si autem conſtituatur mulieri, poteſt inhabitare cum marito præſente, vel eo, quem habebit, & cum liberis, & libertis, & parentibus, & eoſdem recipiet fœmina, quos & maſculi poſſunt recipere, vt tamen non recipiat hoſpitem, niſi honeſtè ſit habitaturus cum ea: & adeo mulier recipiet virum, vt ſi legaretur et vſus ſub ea conditione, ſi à viro diuerterit, remittatur conditio quaſi inhoneſta. Cæterarum etiam rerum vſu legato in promiſcuo vſu habebit eas vxor cum viro, & è conuerſo. Maſculus etiam recipiet nurum ſuam, cum & filius, id eſt, eius maritus cum eo debeat eſſe: & probantur hæc ff. eodem. l.ij.§. primo. vſque ad l. ſi
8 habitatio. Vbi † autem in domo conſtituitur vſus filiofamiliâs, vel ſeruo, acquiritur domino, vel patri vſus, ſuttè vt vtatur ſimul cum filio, vel ſeruo, non cum omni familia ſua: vt
9 ff.eodem. l.plenum. §. ſi vſus. & l. ſi filiofamiliâs. † Si verò vſus ſit conſtitutus in fundo [ruſtico, emolumentum habet vſuarius, vt poſſit inhabitare fundo, & vti cella vinaria, & villa, & prætorio. & poterit prohibere proprietarium eo] venire, & eius vrbanam familiam: niſi veniant agri colendi cauſa: tunc enim non poſſunt prohiberi: & eadem ratione non poſſunt prohiberi coloni domini. Sed & quandoque licet non veniat proprietarius colendi cauſa, non poteſt prohiberi ab vſuario, vt ſi tempore fructuum colligendorum veniat ad fructus percipiendos, & interim velit illic habitare, aliâs non poteſt, ſed vſuarius inhabitat (vt ſuperius dictum eſt) niſi eius habitatio, vel mora ſit moleſta domino colenti, vel aliis, per quos opera ruſtica fiunt: vt ff. eodem. l. ſi habitatio. §. vltimo. & l. denique in eo. Sed & proprietarius inuito vſuario, vel fructuario fundum, vel ædes per ſaltuarium, vel inſulacium* cuſtodire poteſt: vt ff. eodem. l. ſi ita. §. primo. Item & habet emolumentum vſuarius deambulandi, & geſtandi. Lignis etiam vtetur ad vſum quotidianum & horto. & pomis, & oleribus, & floribus & aqua, & ſtramentis, & foliis, & oleo, & frumento, & frugibus, & aliis, quæ naſcuntur in fundo, ſcilicet, quod ad victum ſibi, ſuiſq; ſufficiat, ſumet, cõuiuas etiam & hoſpites

quandoque recipiendo. His tamen omnibus poteſt vti in vil-
la prædij tantùm, id eſt, in domuncula, quæ gratia fructuum
reponendorum eſt parata, & appellatur ruſticum prædium: vt
ff. de verb. ſigni. l. fundi appellatione. ſed tamē poma, & olera,
& flores, & ligna, videntur ſeparari ab aliis fructibus fundi:
quia hæc poſſunt deferri in oppidum, vt ibi eis vtatur. ſi tamē
abundent in fundo, vnde non ſit grande onus proprietario.
Aliis ergo vtetur in villa prædij tantùm, vt dictū eſt, vt ff. eod.
l. plenum. §. præter. quod tamen intelligo, ſi cōmodè ibi mo-
rari poteſt ratione vicinitatis oppidi, & puteorum, & eccle-
ſiæ. alioquin & illa erunt in oppidum, vel in ciuitatē deferen
da. cum vſuarius aliter cōmodè vſum habere non poſſet: ſicut
video in vſu ſyluę legato: quia non poterat vti vſuarius: niſi
liceat ei cædere, & vendere, quemadmodum fructuarius lice-
10 ret. videtur enim vſusfructus eſſe legatus: vt ff. eo. l. diuus † Idē
que eſt in legato vſu pecuniæ: vt ff. de vſu ea. re. quæ vſu con-
ſu. l. quoniam. Si verò conſtituitur vſus † in grege, vſuarius eo
duntaxat vtetur ad ſtercorandum agrum, non autem vtetur
lana, vel lacte, vel agnis: cum hæc ſint in fructu: vt Labeo ait.
Sed eius ſententia videtur reprehendi, & dicitur vſuarium
modico lacte vſurum, cum ei relictus eſt vſus: neq; enim tam
ſtrictè interpretandæ ſunt voluntates defunctorum: vt ff. eo. l.
plenum §. ſed & ſi pecoris. Modico autem intelligo, vſque ad
vſum ſuum, & ſuorum: vt ſ. dictū eſt in prædio ruſtico, & di-
cetur ſtatim in ſeruis. & idem in cæteris fructibus: licet alij di-
cant, quòd ei liceat vti modico lacte, quandoque raro ſumen
do mane: ſed non video quare debeat ſeparari fructus gregis
à fructu prædij: cum eis omnibus vtatur vſuarius ad ſuſten-
12 tationem ſui, vt dictum eſt. Vbi † autē relinquitur vſus boum
armenti. omnem vſum habebit vſuarius, & ad arādum, & ad
cætera ad que boues apti ſunt. Item hic equitij vſu legato, for
tè & domare poterit, & ad vehendum ſub iugo vti: non tamē
eis vtetur in certaminibus circenſibus quamuis erat auriga,
curruj enim aureo proponebatur ad certandū cum equis ſuis,
quia quaſi locare videtur eos. Sed ſi teſtator ſciens eum eſſe
huius inſtitutei & vitæ, & reliquit vſum, videtur de hoc vſu
ſenſiſſe: vt ff. eo. l. plenum. §. ſed boum. & §. equitij. & j. eod. §.
item is ad quem. in fin. ſic enim dicit, idem. ſ. iuris eſt & in iu-
13 mento. Si autem † vſus relinquatur, vel conſtituatur in ſeruis,
vtetur vſuarius ad ſuum miniſterium, & liberorum, & con-
iugis, neque videtur aliis conſenſiſſe ſi ſimul cum ipſis vtatur;
alij enim extraneo (vt dictum eſt) concedere non poſſet. Ope-
ras ergo ſerui vſuarij non locabit, neque aliis vtendas conce-
det. ſi tamen vſuarius fundū conduxerit, vel lanam expedien-
dam, vel veſtimenta texenda, vel inſulam, vel nauem fabrican
dam: poterit in his omnibus operis vti ſerui vſuarij. Quid
enim intereſt, in qua re operis eius vtatur: nec ex operis vide-
tur mercedem capere: ſed ſibi operari eum cogere ſibi enim
facere videtur qui eius operas non locauit, ſed opus quod cō-
duxit, expedit; ipſi tamen ſeruo pro operis mercedem imponit
vſuarius. Item acquiritur vſuario per ſeruum vſuarium ex re
ſua: non autem acquiritur ex opera: vt ff. eo. l. plenum. §. vlt. &
l. ſed & ipſi. & l. per ſeruū. & l. ſeruus. & l. ſi ita. §. ſeruo. Sed vbi
in ſeruo relinquitur vſus filio, vel ſeruo, acquiritur quidē patri
vel domino: ſolus tamē pater vel dominus poteſt vti fortè cū fi
lio, vel ſeruo, per quē eſt quæſitus: vt ff. e. l. plenū. §. ſi vſus. Do
minus tamen Ro. hoc videtur ſcripſiſſe, vt vbi acquiritur per
filium, vel ſeruum, acquiratur ius quidem patri, vel domino:
ſed emolumentum vtendi de facto habeat filius, vel ſeruus ſi-
cut & cum factū continetur in ſtipulatione eundi, vel agendi
vt j de ſtipul. ſer. §. ſed cum facto. Et hoc eū reliquit patris, vel
domini cōtemplatione: alioquin contra ſecundū R. Sed cōtra
R. pro me induco, quod dicit lex vſum legatū filio, vel ſeruo,
cōpetere patri: vel domino: & ipſum inhabitare poſſe vel filio,
14 vel ſeruo præſente, vel abſente: vt ff. eo l. filiofa. † Onus autem
vſuarij eſt, vt debeat ſatiſdare de vtendo boni viri arbitrio: &
de re ſtituendo eo quod inde extabit, finito vſu. vt ff. vſusfru.
quem admo. ca. l. j. & l. huic. §. ſed & ſi vſus. Item eſt eius onus
in reficiēdo niſi proprietarius fructū percipiat. ſed quod vſua
rio neceſſariū nō eſt vt ff. eo. l. ſi domus tunc enim reficit pro-
prietarius cū vſuario: vt tamen proprietarius vſuariæ rei ſpe-
ciē nullo modo poſſit cōmutare: quia deteriorē cauſam vſua-
rij facere non poteſt: facit autem deteriorem etiam in meliorē
15 ſtatum commutando: vt ff. eo l. vlt. † Illud videtur notandum
a [a] quòd ſi domus vſus legatus eſt, licet vſuarius nō poſſit oc-
cupare totius domus vſum, tamen ea parte, quæ vacabit pro-
prietarius nō vtetur: licet enim vſuario aliis, & aliis tēporibus
tota domo vti, ſicut & proprietario: non autem ita eſt in præ
dio ruſtico. quod enim ex eo percipitur vltra quàm ſit vſua-
rio neceſſarium, proprietarij eſt, & ſi vſuarius percipiat, tene-
tur ex cautione. Quod autem dictum eſt in domo, & in ſeruis
poteſt habere locum: vt ff. eo. l. diuus. §. vlt. & pen. & l. fundi. j.
reſpon. Illud etiam ſciendum eſt, quòd licet vſuario interdi-
cta ſit locatio, vel alienatio: vt j eod. § j. neceſſaria tamen alie-
natio non eſt interdicta inter viuos vſuarios in iudicio com-
16 muni diuidundo: vt ff. comm. diui. l. item quamuis. §. j. † Illud
etiam patet ex prædictis, quòd quicunq; habet vſumfru. ha-
bet vſum: vſq; adeò, vt ſi legetur vſusfruct. deducto vſu nihil
valeat legatum: quia repugnantia verba reperiuntur in lega-
to. Sed ſecus, vbi ſimpliciter legauit vſumfruct. & poſtea ade-
mit vſum: valet enim legatum, quod bonum habuit initium,
& ademptio dicitur nulla, ſed non è cōuerſo, qui habet vſum,
habet etiam vſumfr. vt ff. eod. l. per ſeruum. §. vlt. & l. ſed ſi de
fructu. Supereſt videre de habitatione. i. de ſeruitute habitan-
17 di. † Eſt autē habitatio ſeruitutis perſonalis in habitādo con-
ſiſtens, & conſtituitur in domo tantùm, pactionibus, & ſtipu-
lationibus. vel in vltima voluntate, ſicut in aliis ſeruitutibus
dicitur: vt ſ. de ſerui. §. vlt. & pen. & de vſufru. §. j. & ij. non ta-
men habitatio eſt vſus, vel vſusfru. ſed eſt eius proprium, ſpe-
ciale. ſeparatum ab eis: vt j. eo. §. ſed ſi cui. Nam licet illa iura
amittantur non vtēdo, vel capitis diminutione, non tamen ſic
amittitur habitatio, ſed amittitur morte: ſicut & illa duo vt vi
deantur eſſe cōſtituta in vitam hominis. & ſi dicat teſtator, illi
vſum fructum, vel vſum domus cōcedo habitādi cauſa, habita
tio tātùm videtur eſſe legata: vt ff. eo. l. ſi habitatio. §. ſed ſi ſic
relictus. Item habitator poteſt aliis locare, vel vendere ius,
quod habet: ſicut & fructuarius poteſt, quod non licet vſua-
rio ſeorſum à ſe: vt j. eo. §. antep. & C. de vſufr. l. cū antiquitas.

ANNOTATIO.

[9] Inſularium. Vide Bal. in l. Sed addes. §. ſi inquilinus. ff. locati.
a Notandum. Ad huius concluſionis reſolutionem vide Bart. & doct. in l. fundi. §. ſi. de vſu & habi. & in l. ſi domus. eod. tit. & do. Alex. de Imo. in l. more maiorum. ff. de iur. om. iud. dom. Lucam de penn. in l. vſum. aqu. §. de aquæduc. lib. xi Faciunt not. per Angel. in §. item inquil. Inſt. cod. de vſu & hab. domi. Barth. ſoci. in conſi. cclxxxvij. vol. circa præſentem conſultationem. circa prin. in ij. vol. qui multa pulchra ponit.

De vſucapionibus, & longi temporis præſcriptionibus. *Rubrica.*

1 *Poſſeſſio quibus modis dicatur vacans.*
2 *Poſſeſſio an amittatur per abſentiam, & quando.*

EXPOSVIMVS ſummarim quib⁹ modis iure
gentium res acquirantur, modu videamus, qui-
bus modis legitimo, & (pro, id eſt) ciuili iure ac-
quiruntur: vt ſ. tit. proximo. §. vlt. & ideo ponitur
de vſucapionibus, & longi temporis præſcriptionibus quæ
à iure ciuili ſunt inductæ. Videamus ergo quid ſit vſucapio
& præſcriptio: & quare ſit inducta, quis poſſit vſucapere,
quis non quas res poſſit, vel non poſſit, quæ ſint neceſſaria
in vſucapione, vel præſcriptione, & quis ſit eius effectus. de
quibus omnibus tradidi plenam doctrinam in ſumma C. lib.
1 vij. de vſucap. & lon. tempo. præ. † Sed illud notandum, quòd
vacans poſſeſſio dicitur tribus modis. ſ. quia dominus deceſ-
ſit ſine ſucceſſore, aut quia fuit abſens, aut quia fuit neglegēs:
vt infrà, eodem, §. quod autem. In primo modo non eſt hæſi-
2 tatio. In ſecundo † autem videtur, quòd poſſeſſio non amit-
tatur propter abſentiā: ſicut dicitur de profecto ad nūdinas,

vel profecto vltra mare: vt ff. de acquir. poſſ. l. clã. §. vlti. & qui
bus modis vſuſfr. amit. l. ſi mulier. Sed quod dicitur de abſen
tia, eſt intelligendum ſi fuerit longa: vt ff. eo. l. furtum. §. vlti.
& fortè hoc eſt dictum per cauſam: quia longa abſentia po-
teſt eſſe cauſa obliuionis: vt ita per obliuionem quæ induci-
tur ex longa abſentia, amittatur poſſeſsio. In tertio modo ſi-
militer dicam amitti, quando vera domini negligentia inter-
uenit: quia poſſeſsionem rei reſpuit.

De donationibus. *Rubrica.*

1 *Curiales qua. an non liceant.*
2 *Remittens an donet.*
3 *Donans an tradere cogendus.*

DE IVRE ciuili eſt alia ſpecies acquiſitionis per
donationem: de qua plenè dixi in ſumma C. de do
na. quid ipſa ſit, & vnde dicatur, & quæ ſit dona-
tionis diuiſio, & quis poſsit donare, & cui, & qua
1 liter ex donatione agatur. † Illud notandum quia curialis
donat, licet non valeat vendere: vt C. de prædiis curi. l. vlt. lib.
2 x. nam & mulier donat, licet non intercedat. † Item vbi ſit do-
natio, & remittitur quod eſt vltra quingentos ſolidos ſecun-
dum Plac. non exigitur inſinuatio: quaſi non videatur donare
ille, qui remittit: & induxit arg. C. ad Vellæ. l. etiam. Sed pro-
hibetur inter virum & vxorem: vt ff. de don. inter vi. & vxo. l.
iij. §. pe. & vlt. Sed aliud eſt in remiſsione pignoris: vt ff. de his,
quæ in frau. cre. l. ſi pignus. quia principale debitum remanet
3 in ſua natura. Illud ſatis dici poteſt, vt ille, qui † donat cauſa
mortis non poſsit inuitus conueniri ad tradendum, vt pute
a eum reuocare per pœnitentiam a. Secus autem in hærede ſuo
quia plenam habet confirmationem ex morte donantis.

ANNOTATIO.

a Pœnitentiam. Adde huius materiæ reſolutionem in l. j. ij. q. princ. C. de ſacroſ. eccle. Bald. & doct. in l. ſi. C. de poſthu. hære. inſti. do. Alexand. & docto in l. non omnis. ff. ſi cert. pe. & in l. ſeruũ. §. ſi. C. qui teſt. fac. poſſ. & in l. Seia. ff. de dona. cauſa mor. Paul de caſtr. in conſi. xcix. domi. Alexand. in conſil. xxiij. in j. volu. & in cõſi. lxxxj. eo. j. volumi.

Quibus alienare licet, vel non. ❧ *Rub.*

1 *Alienatio quibus permittatur.*
2 *Alienatio quibus modis fiat per iudicem.*
3 *Traditione nihil amplius transferri in eum qui accipit, quàm ſit apud eum qui tradit.*
4 *Alienare quibus caſibus non poſsit, is qui verè dominus eſt.*
5 *Debitor minoris an poſsit rectè ſoluere ipſi minori.*

CIRCA donationes, & alias alienationes explici-
ta ſunt generalia, nunc autem aſsignat quædam
ſpecialia contra regulas generales. ſic ponẽdo ru-
bricam, quibus alienare licet, ſubaudi licet nõ ſint
domini: vel non licet, ſubaudi licet ſint domini: quod enim ru
1 bricum ita intelligatur, nigredo tex. apertè edocet. † Sunt er-
go aſsignandi, quibus licet alienare, quãuis non ſint domini.
In primis occurrit creditor, cui licet alienare rem pignori ob
ligatam, vel ex pacto, vel ex lege: vt j. eod. §. contra autem, vt
2 diximus in ſumma C. de iure domin. impetran. Idem †. & in
iudice eſt, eius definitiua ſentẽtia, vel decreto præcedente, cir-
ca definitiones, vel circa adiudicationes, & condemnationes,
exequendo ſententiam quam tulit de dando, vel exequẽdo de-
cretum primum in dãno infecto, vel in ſimilibus: vt j. de offic.
iud. §. vlti. & C. de rebus ali. non alien. l. nemo. & ff. de dam. in-
fect. l. ſi finita. §. vlt. & ff. ſi ex noxa. cauſ. aga. l. ij. §. vlt. Idem in
ſt minibus, quæ vice cẽtorum [aliâs ceſorum] vel iudicum
habẽtur: vt ff. de acqui. re. do. l. ergo. §. alluuio. Idem eſt in Im-
peratore, & Auguſta, & fiſco, ſi rem alienam vt ſuam alienant
vt C. de quadri. præ. l. vlt. & penult. Sed ſi alienam vt alienam
velit alienare, non poteſt: niſi ratione partis, vel iure pignoris
de iure cómuni, vel propter publicas pẽſitationes. vt C. de cõ-
mun. re. ali. l. ij. & C. ſi propter pu. penſi. vendi. fuerit cele. l. j. &
ij. Idem etiam poteſt aſsignari in tutoribus, & curatoribus,
qui locum obtinent dominorum etiam ad alienãdum quãdo-
que, & donãdum quãdoque: vt ff. de furt. l. interdũ. §. qui in
tutelam. & vt dixi in ſumma C. de admi. tut. §. amplius. vſq; ad
illum §. item debitores. Idem etiam notari poteſt in prælatis
eccleſiarum: vt not. in ſumma C. de ſacroſan. eccle. §. in amit-
tẽdo. Et ſunt hæc notabilia, & cõtra regulam iuris ciuilis. Re
3 gulare † eſt enim, vt traditio nihil amplius trãsferat ad eum,
qui accipit, quàm ſit apud eum qui tradit. vt ff. de acqui. re. do.
4 l. traditio. E cõtrario, † qui dominus eſt verè alienare quãdo-
que non poteſt. Et in primis patet hoc in marito, qui licet verè
dominus ſit fundi dotalis: non tamen poteſt ipſum alienare: vt
no. in ſumma C. de iur. do. in vlt. §. & de fundo do. Idem etiam
poteſt aſsignari in minoribus xxv. an. quibus eſt alienatio ve-
tita, quandiu minores ſunt: vt j. eo. §. nũc admonendi. nam (vt
ait Apoſtolus) non differt minor à ſeruo quandiu ſub tutori-
bus, & curatoribus eſt vſque ad definitium tempus à patre. Si-
cut autem vetatur alienatio proprietatis pupillo, ita & veta-
tur alienatio poſſeſsione: vt ff. de de acqui. poſſ. l. poſſeſsionẽ.
Adultus autem non habens curatorem alienare poterit quæ
ſeruando ſeruari non poſſunt. Si autem habet curatorem, ſi-
milis eſt prodigo: vt C. de in inte. reſtit. mi. l. ſi curatorem. De-
furioſo ſuperuacuum eſt admonere, cùm non poſsit conſen-
tire. Sunt & alij de quibus in hoc tit. nõ tractatur, quibus alie
nare non licet, etiam ſi domini ſint: vt ecce, curiales poſſunt
donare, ſed non vendere, vt no. in ſuperiori ti. Item manicheis
vt C. de hæret. & ma. l. manicheos. §. præterea. Item in his, qui
cõmiſerunt crimen læſæ maieſtatis. & in damnatis de publico
crimine, vt C. ad leg. Iul. ma. l. vlt. & vt not. in ſumma C. de bo.
5 dam. §. quid in reuocatione. † Licet autẽ minores quamuis ſint
domini alienare non poſſunt: tamen ſi ipſi creditores ſunt, de-
bitor poteſt eis rectè dare, vel ſoluere ad hoc vt res fiant pu-
pilli. non ad hoc vt debitor liberetur ſemper. Liberatur enim
quandoq; ipſo iure, ita vt denegetur minori reſtitutio. Quan
doque etſi liberetur ipſe, non tamen denegatur minori reſti-
tutio, quandoque autem non liberatur ipſo iure, ſed ſi minor
habeat pecuniã ſuam ſaluã, repellitur minor per exceptionẽ:
vt j. eo. §. vlt. & vt no. in ſumma C. ſi aduerſus ſolutionem.

ANNOTATIO.

❧ Vel non. Summa huius tituli in manu ſcripto exemplari deſideratur.

Per quas perſonas nobis acquiratur. *Rub.*

DICTVM eſt ſupra qualiter acquiratur nobis rerum dominium, nunc autem ſubiicit per quos acquiratur: quod plenè dic, vt notaui in ſumma C. eod. titu.

De teſtamentis ordinandis. *Rubrica.*

1 *Teſtamentum nuncupatiuum an poſsit probari per inſtrumentum publicum.*
2 *Inſtrumentum publicum & duos teſtes paris eſſe authoritatis.*
3 *Teſtamentum poſſe fieri ſine legatis & fideicommiſsis.*
4 *Teſtatorem poſſe mutare quod fecit.*
5 *Teſtatorem poſſe circa hæreditatem mutare in codicillis vel in epiſtola, quod ſtatuerat in teſtamento.*
6 *Teſtatorem poſſe perfecto teſtamento exponere obſcura.*
7 *Teſtium ad teſtamentum adhibitorum conditio quo tempore ſpectanda ſit.*

QVALITER acquirantur nobis dominia ſingu
lari titulo inter viuos ſ. dictũ eſt, nunc ponit qua-
liter acquiratur dominiũ vniuerſitatis titulo. Sed
quia hoc cõtingit delata hæreditate ex teſtamẽ-
to, vel ab inteſtato, dignior eſt autem ea quæ defertur ex teſta
mẽto, quàm ea, quæ defertur ab inteſtato, ideo ponit de teſta-
mẽtis ordinãdis. Videndũ ergo quid ſit teſtamentũ, vnde dica
tur, quæ ſit diuiſio teſtamẽtorũ, qualiter cõficiantur, de quib'
plenè diximus in ſumma C. e. ti. vſq; ad illũ §. ſi autẽ ordinatũ

3 teſtamẽtum.† Sed illud adiicio, quod quidã dicunt teſtamentum nũcupatiuum poſſe probari per publicum inſtrumẽtum tabellionis quod cõtinet vij. teſtes præſentes. & cõtinet teſtatorem cõdidiſſe teſtamẽtum coram teſtib. arg. C. urbi. tu. l. vlt. & de edic. diui Hadria. tol. l. vlt & de dona. l. in donationibus. quod ſatis poteſt admitti per cõſuetudinem ciuitatum. De iure verò cõtrarium eſt. Cum enim non poſsit probari teſtamentum per duos teſtes: ergo non probabitur per inſtrumentum
2 publicum: quia partis † authoritatis ſunt inſtrumentũ. & duo teſtes: vt C. de fid. inſtr. l. in exercendis. niſi in caſibus, in quibus magis creditur inſtrumẽto publico: vt C. ſi minor ſe maio. di. l. vlt. & de rõ nu pe. l. generaliter. Exigũtur igitur de iure vij. teſtes ad probationẽ nuncupatiui teſtamẽti: vt C. de fideic. l. vlt.
3 ibi, cum enim. &c. † Item ſciendũ eſt quòd teſtamentum fieri poteſt ſine legatis. & fideicõmiſsis: vt ff. de hęred. inſt. l. j. §. qui
4 neq; † Illud etiã notãdum eſt, quòd ante perfectionẽ teſtamẽti
a licet teſtatori mutare quod fecerat [a]: & ſi ademerit, videtur nec datũ fuiſſe quod ademptum eſt. Si verò perfecto teſtamẽto poſtea adimat, vel immutet. datũ quidẽ fuit, ſed adimitur: vt ff. de le. j. ſi ita ſit adſcriptũ & de his quæ in teſtamẽto delẽtur. l. j. Et in ademptione vel mutatione dicitur, quod omnia ſint ex integro faciẽda: vt ff. eo. l. hæredes palã. §. ſi quid. quod fortè reſtringendum eſt circa inſtitutiones hæredũ: quas volui poſtea ceſſare, vel in aliũ trãſferre. Legata etiã ſola nuda volũtate adimũtur: fortè etiã corã duobus teſtibus: vt ff. de adimẽ. le. l. iij. Sed quidam dixerũt adimi non poſſe: niſi in alio teſtamẽto perfecto, vel codicillis teſtamẽto cõfirmatis. Sed arg. contra in auth de reſtit. fideic. §. manifeſtũ igitur facio. col. ix. de alim. & cib. le. l.
5 libertis. j reſp. inſt. de adẽp. le. Sed † & in hæreditate, quod notabile eſt, immutat teſtator in codicillis, vel in epiſtola, quod ſtatuerat in teſtamẽto, vt ſi dicat vnum ex hæredibus non mereri voluntatem ſuam: in alijs tamen hæredibus facta inſtitutio tenet: vt C. de his quibus vt indig. l. hæreditas. & ff. de his,
6 quæ in teſta. del. l. ij. Si † autem teſtator non immutat, vel non adimit: ſed exponit ea quæ fuerant obſcura, poterit hoc facere (vt puto) ſine aliqua ſolẽnitate: nec enim dat, ſed datum ſignificat: vel voce, vel literis. Nam & ſi hoc non feciſſet, fiet coniectura eius quod reliquit: vel ex vicinis ſcripturis, vel conſuetudine patriæ, vel regionis: vt ff. de le. l. hęredes. §. quod verò
7 quis. & §. ſeq. † Item notandum eſt, quod conditionem teſtiũ inſpicimus, prout eſt tẽpore teſtamenti, non prout eſt cũ teſtator moritur: vt ff. eo. l. ad teſtiũ. § j conditionẽ dico id eſt ſeruitutem, vel libertatem, ſiue verã, ſiue putatiuam, vt j. eo. §. teſtes. ſi tamen ponas quòd teſtis erat tunc probatæ vitæ: nunc verò cum quæritur de teſtamẽto, & in iudicio producitur eſt vitæ reprobatæ. non puto quòd debeat admitti: nec enim talem quem eſſe eſt de hominis conditione, imò de ſuo vitio.

ANNOTATIO.

a Quod fecerat. Adde, quod iſta concluſio vera eſt, etiam ſi id iuramento affirmaſſet. quamuis mutando incideret in periurium vt no. tenet Saly. & doct. in l. ſcimus. C. de teſtam. dom. Alexand de imo. affluenter in l. ſtipulatio hoc modo concepta. in ij. col. ff. de ver. obli. & in conſi. xiiij. in iiij. volum. vbi ad materiam multa pulchra colliges.

De militari teſtamento. *Rubrica.*

IDEO ponit ſingulariter de militari teſtamento: quia in eo quædam ſpecialia ſeruantur: de quo dic, vt plenè no. in ſum. C. eod. tit.

Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. *Rubrica.*

1 *Reſtituti teſtamentum valere.*
2 *Deportati filium teſtari poſſe.*

NE putaret aliquis licere omnibus facere teſtamentum, aſsignat quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum, de quibus dic vt notaui in
1 ſumma C. eod. tit. eo † adiecto, quòd ille, qui eſt in pœna deportationis, ſi ibidem fecerit codicillos, & reſtituatur indulgentia principis, valent codicilli: non ita eſſet in
2 teſtamento ibidem condito: vt ff. de leg. j. l. j. §. hi, quibus. † Itẽ licet deportatus non poſsit teſtamentum facere, filius tamen eius poteſt facere. interim dum pater eſt in deportatione: vt plenè dixi in ſum. C. de ſen. paſ. & reſtitutis.

De exhæredatione liberorum. *Rubrica.*

1 *Liberis præteritis vel exhæredatis quæ remedia competant.*
2 *Intellectus ad auth. ex cauſa C. de libe. præte. vel exhære.*

IN HOC titulo falſam notam aſsignauit dominus P. ſcilicet, quòd pater inutiliter teſtetur, ſi filium ſuum vel emancipatum nominatim non inſtituat. vel exhæredet: niſi ſit miles, qui ſciat ſe filium habere, cuius ſilentium habetur pro exhæredatione: ſicut eſt & in matre, & in aſcendentibus per matrem: infrà vt eodem, §. noſtra verò conſtitutio. & ideo dixit eſſe ſuperuacuam illam auth. ex cauſa pręteritionis. Sed certè in prædicto §. non dixit ipſo iure non tenere teſtamentum ſi nominatim non fiat inſtitutio, vel exhæredatio in filiis, & filiabus natis & naſcituris ſuis, vel emancipatis: imò videtur loqui de infirmando teſtamento, & hęreditate auferenda hæ-
1 redibus inſtitutis; † quod intelligo ſecundum vetera iura, id eſt, vt filij. vel filij ſuæ præteritæ dicant teſtamentum ipſo iure nullum. Et idem in arrogatis à quocunque, vel adoptatis ab auo paterno, vel etiam habeant bo. poſſ. contra tab. Si autem ſint emãcipati, vel emancipatæ, habeant bon. poſs. contra tab. tantùm. Exhęredati autem omnes habeãt querelam,
2 † Præterea auth. eo. non eſt ſuperuacua: quia non ſufficit nominatim exhæredari, imò neceſſarium eſt vt adiiciatur cauſa: alioquin ipſo iure non tenebit teſtamentum hodie, quolibet liberorum præterito, vel exhæredato à quocumque parentum. Ait enim Pillius ſequentem partem authen. quæ dicit, in cæteris perſeuerat, ſuperfluam eſſe: quia & iure veteri legata præſtabantur, vt ff. de inuſto rupto teſta. l. filio. Sed certè ibi loquitur quando teſtamentum agnitum erat à filio præterito, cuius gratia dicebatur nullum: alioquin nihil pręſtaretur ex eo. Cætera quæ ad plenam notitiam huius tit. pertinent plenè compræhendi in ſumma C. eod. tit.

De hæredibus inſtituendis. *Rubrica.*

1 *Seruo alieno quæ non relinquenda.*
2 *Seruum incapacis quando adeat hæreditatem.*

HVIVS tituli ſummam plenè comprehendi C. in eod. tit. eod. † notato, quòd ſi aliquis inſtituat ſeruum alienum liberum & hæredem, neutrum valet, neque hæreditatis datio, neque libertatis: ff. eo. l. ſi alienum. quod mirabile videtur: quia ſola inſtitutio teneret ſine datione libertatis: neque deberet, vitiari vtile per
2 inutile: vt ff. ſi cer. pe. l. certi. §. quoniam. non tamen eſt ita. † Itẽ notabile eſt, quòd ſi ſeruus nõ capacis inſtituatur hęres, & antequam adeat iuſſu domini manumiſſus, alienatúſve ſit, adire poterit hæreditatem, vel ſibi vel præſenti domino capaci ex teſtamento: vt ff. de acqui. hær. ſi ſeruus eius qui.

De vulgari ſubſtitutione. *Rubrica.*

1 *Clauſula, ſi hæres non erit, interpretatio.*
2 *Subſtitutus vulgariter ſeruo per hæc verba, ſi hæres non erit, &c. an, & quando admittatur.*

DICTVM eſt ſ. de inſtitutionibus primis (vt ita dixerim) nunc ponit de ſecundis, id eſt, de ſubſtitutionibus. Et quia vulgaris ſubſtitutio latiùs patet (fit enim cuilibet, & à quolibet de vulgo: & ideo appellatur vulgaris) primum ponit de vulgari: quæ
quã

qualiter fiat, qualiter diſtinguatur, quis ſit eius effectus, & quando expiret, plenè dixi in ſumma C. de impub. & aliis ſub.
1 vſq; ad illum §. pupillaris. † eo, adiecto, quòd illa verba negatiua quæ apponuntur in vulgari ſubſtitutione, ſi Titius non erit hæres, Mæuius hæres eſto, in eo quem teſtator ſcit eſſe liberum, illud ſignificant, ſi hæreditatem ſibi, vel ei cuius iuri poſtea ſubiectus eſſe cœperit non acquiſierit. Si ergo aliquod iſtorum acciderit, id eſt, hæreditas acquiſita fuerit, ſubſtitutus repellitur in totum: ſi neutrum acciderit, ſubſtitutus admittitur in totum. In eo verò quem teſtator ſcit eſſe ſeruum, ita accipiuntur verba, ſi hæreditatem non quęſierit præſenti domino, vel ei, cuius iuri cœperit eſſe ſubiectus, vel ſibi poſtea facto libero. Si ergo cuicunq; iſtorum acquiratur hæreditas per eum, ſubſtitutus repellitur in totum. Si verò nulli eorum acquiratur hæreditas (poteſt enim etiam iubente domino nolle adire: vt C. de hær. inſti. l. cùm proponas. vel etiam ipſe manumiſſus poteſt nolle adire) ſubſtitutus admittitur in totum. In
2 † eo verò quem teſtator credit eſſe liberum, ſed tamen eſt ſeruus, magna eſt altercatio inter ſubſtitutum, & inſtituti ſerui dominum: quilibet enim eorum dicit ſe alteri præferendum. Ecce enim ſubſtitutus dicit ſe præferendum facta interpretatione illorum verborum, Si verò non erit hæres, prout fieret eo inſtituto, qui verè eſſet liber (ibi enim ita fit) id eſt, ſi hæreditatem non quæſierit ſibi, vel futuro domino: hic autem teſtator opinabatur eum liberum, cùm ſit ſeruus. Ad eius ergo opinionem, facta interpretatione cùm hæreditatem non quærat ſibi (ſeruus enim eſt) nec futuro domino: imò præſenti vellet quærere: ergo ſubſtitutus admittitur in totum. Si ergo inducit pro ſe aliud generale, opinionem ſpectandam. Inſtituti autem ſerui dominus dicit, ſe pręferendum facta interpretatione illorum verborum, Si non erit hęres: prout fieret in eo quem teſtator ſcit eſſe ſeruum, id eſt, hæreditatem nõ quæſierit præſenti domino, vel futuro, vel ſibi poſtea facto libero. Si ergo hic adeat domino præſente, & iubente, ſubſtitutus repellitur in totum: alioquin vocatur in totum, & ita allegat pro ſe illud generale, veritatem inſpiciẽdam. Vnde nota repugnantiam iſtorum duorũ generalium, vel prædictarũ duarum regularum. Reſpondeo, diſtinguitur vtrúmne teſtator per eum quem putauit liberũ, cùm eſſet ſeruus, voluit alium fieri hæredem, & hoc expreſsit, ſi detegeretur ſua conditio ſeruitutis, aut noluit, aut dubitatur. Si voluit, ſubſtitutus repellitur in totum: ſi tamẽ paruit domino in adeundo. (poteſt enim etiam iubente domino nolle adire.) Si non paruit, ſubſtitutus vocatur in totum. Si noluit, & ita verba retulit ad ius, id eſt, ita intellexit vt intelligantur in verè ſeruo, vocatur ſubſtitutus in totum. Si verò dubitatur, ſubſtitutus admittitur in partẽ, i. in dimidiam dimidiæ, vel ſemiſſem vnum (fiunt enim duo ſemiſſes.) hoc eſt in quartam. dominus verò ſerui admittitur in tres partes: cõſiderata potius veritate, quàm opinione, & hoc cõſtituit Imperator, qui in Digeſtis dicitur Tiberius, in Inſti. autẽ, dicitur Titus & ita fuit binominis, in perſona ſerui ſui Parthenij. qui tanquàm ingenuus ab aliquo fuit inſtitutus hæres: vt j eo. §. ſi ſeruũ. & ff. de hær. inſti. l. paterfa. & C. de hær. inſti. l. cùm proponas. Voluit enim imperator ſuam portionẽ facere minorẽ, vel deteriorẽ. imò ſibi retinuit vnum ſemiſſem præcipuum, & alterum diuiſit inter ſe, & ſubſtitutũ. Quidam tamẽ voluerunt quodam alio modo prauo intelligere, vt ſubſtitutus habeat vnum ſemiſſem præcipuum, & alter ſemis diuidatur inter ſe, & dominum ſerui inſtituti. Magis tamen placet veritatem ſpectari, quàm opinionem: vt ſ. dictum eſt.

De pupillari ſubſtitutione. *Rubrica.*

1 *Pupillus quis.*
2 *Pupillaris ſubſtitutionis, capita.*

VISO tractatu vulgaris ſubſtitutionis, ſupereſt vt videamus de pupillari, id eſt, puerili, vel impuberum ſubſtitutione. Pupillus propriè enim dicitur is, qui caret patre, vel ſi habet, non eſt in eius poteſtate: vt ff. de verb. ſign. l. pupillus. Quę ſit pupillaris ſubſtitutio, qualiter diuidatur: vnde dicatur, quo ordine ſit facienda, qui ſunt eius effectus, & quando expiret, dic vt not. in ſumma C. de impuberum & aliis ſubſtitutio. §. exemplaria. §. breuiloqua.

Quibus modis teſtamenta infirmãtur. *Rub.*

1 *Teſtamentum prius quando non rumpatur per poſterius.*
2 *Teſtamentum quibus modis infirmetur.*

DE ordinatione teſtamentorum dictum eſt, ſequitur vt videamus de eorum infirmatione. Eſt autem ſciendum, quòd teſtamenta quandoque ſic infirmantur, vt dicantur rumpi: vt per poſthumi agnationem, vel ſecundi teſtamenti, quod iure perfectum eſt, confectionem, & quantum ad ſolennitatem iuris. & quia ſunt in eo illi inſtituti, qui pręteriti dicerent teſtamentum
1 ipſo iure nullum: nam † ſi in ſecundo teſtamento pręteriti ſunt filij qui erant in poteſtate defuncti, cum ipſo iure non teneat ſecundum, non rumpitur primum: vt j eod. j. reſponſ. & j. §. & ff. de vulga ſubſt. l. ſi quis. §. vlti. Quandoque etiam dicuntur infirmari per capitis diminutionem communem, de quibus omnibus plenè dic vt nota. in ſum. C. de teſt. §. ſic
2 autem ordinatum teſtamentum, vſque in fi. † Præterea ſciendum eſt teſtamentum ſuberti: quia defunctus conſciuit ſibi
a mortem, vel quia eius memoria [a] damnata eſt poſt mortem, de quibus quid obtineat, notaui in ſumma C de bo. eo. qui mor ſibi conſci. Subuertuntur etiam quandoque per bo. poſ. contra tabu. vel per querelam inofficioſi teſtamenti, ſicut prænotaui in ſum. C. in eiſdem ſpecialibus rubricis.

ANNOTATIO.

a Memoria damnata eſt. Quemadmodum hominis mortui memoria damnetur, & quibus in caſibus, vide Bart. in l qui à latronibus. 4. j. ff. de teſta. Ange & domi. Alexand. in l. fi. C. ad leg. Iu. maie, doct. in §. per contrarium poſt not. gloſſ. inſtit. de hære. quæ ab inte. deſe. Canoniſtas in clemen. fina. de pœ.

De inofficioſo teſtamento. *Rubrica.*

1 *Querela teſtamentum infirmari.*

QVIA teſtamenta, de quibus dictum eſt, infirmantur per querelam inofficioſi teſtamenti, ideo ponit inofficioſo teſtamento. Videndum ergo, quod dicatur teſtamentum inofficioſum, quare, & quę cauſę inducant hanc querelam, quæ faciant eam ceſſare, quibus detur querela, cõtra quos, & quis ſit eius effectus de veteri, vel nouo iure, quod dic vt notaui in ſum. C. eo. tit.

De hæredum qualitate, & differentia. *Rub.*

1 *Hæredum ſpecies varia.*
2 *Hæres neceſſarius quis.*
3 *Hæredes ſui & neceſſarij qui, cur ſic dicti. 4.*
5 *Hæres extraneus quis.*
6 *Hæredes neceſſarij in quo differant à cæteris hæredibus.*
7 *Hæres neceſſarius quo caſu deſinat eſſe neceſſarius.*
8 *Hæres ſuus, & neceſſarius in quo differat ab extraneo.*
9 *Minori xxv an. qui adiit hæreditatem, quomodo liceat abſtinere.*
10 *Hæreditas quibus hæredibus extraneus poſſit acquiri.*
11 *Hæres neceſſarius vt quis cenſeatur, quod tẽpus attendendum.*

DE hęredum inſtitutione ſuprà dictum eſt, ſequitur vt videamus de eorum qualitate: & differentia, i. de differentia eorum qualitate, vel quales ſint & in quo differant. i. quid ſit proprium cuiuſque. Nam & incorporalia dicuntur qualitatem habere: vt dixi

1 in ſumma C.de act.& obli.circa finem. † Eſt igitur ſciendum,
quòd hæredum alij ſunt neceſſarij tantùm: alij ſunt ſui & ne-
2 ceſſarij,alij nec ſui,nec neceſſarij,i.extranei. Neceſſarius † eſt
hæres ſeruus à domino ſuo inſtitutus hæres; ita tamen ſi hære
ditatem & libertatẽ ex domini teſtamẽto conſequatur: quod
eſt,ſi remanſerit ſeruus,& eiuſdem domini,tẽpore illo, quo
moritur dominus. Fiet enim & ignorans, & inuitus, liber &
hæres. Et tamen dicitur neceſſarius.vt j.eo.in prin.& à temet-
ipſo accipit libertatem:vt ff.de hær.inſti.l.ſed & ſi côditioni.
§.vlt.& de acquirẽ.hær.l.ex parte. Hoc verum,niſi domi-
nus inſtituat eum hæredem,ſi volet. Hæc enim verba in ne-
ceſſario conditionem faciunt,vt ſi noluit,hæres non exiſtet:
nam in voluntario hærede fruſtrà adduntur:xũ,& ſi non fue-
rint addita,inuitus non ſit hæres.Item hoc verum,niſi domi-
nus dicat,inſtituo ſeruũ meum,cùm liber erit. Alienus autem
ſic poteſt inſtitui:vt ff.de condi.inſtit.l.verba.& l.ſeruus alie-
nus. Pro hoc tamen incommodo,ſ.quod inuitus fit hęres, &
obligatur creditoribus domini, illud commodum præſtatur:
vt ea,quæ poſt mortem patroni ſui ſibi acquiſierit,ipſi reſer-
uentur:& quamuis nõ ſufficiant bona defuncti creditoribus,
interim,ex ea cauſa res eius,quas ſibi acquiſierit ipſi nõ veniũt
vt j.eo.§.j.verſ.pro hoc tan.ẽ.Ita tamen ſi iſte liber factus non
attigerit bona patroni ſui ſe miſcẽdo in eis, & adminiſtrãdo:
impetrabit enim ſeparationem bonorum poſteà quæſitorum,
& eorũ,quæ ſibi à teſtatore naturaliter debentur.Si verò atti-
gerit bona prædicta, ſeparatio ei non dabitur, niſi ſit minor
xxv.an.tunc enim implorabit beneficium reſtitutionis, vt li-
ceat ei ſeparare bona: vt ff.de ſeparationibus.l.j.§.vlti.& de
minoribus.l.ait prætor.§.non ſolum.Fit autem iſte ſeruus ne-
ceſſarius hęres domino ſuo: ſi vnum tantũ habeat dominum:
Si autem habet plures,poteſt eſſe neceſſarius vni, & non om-
nibus: niſi in caſibus: vt nota.in ſum. C.de nec.ſeruis hære.
3 inſti.§.ſi autem quis inſtituat. Sui † autem & neceſſarij ſunt
hæredes, veluti filius, filia, nepos, neptiſque ex filio, & dein-
ceps cæteri liberi, qui modò poteſtate morientis fuerint.
Sed vt nepos, neptiſve ſui ſint hæredes, non ſufficit eum, vel
eam, in poteſtate aui mortis tempore fuiſſe: ſed opus eſt, vt
pater eius viuo patre ſuo, deſierit ſuus hæres eſſe aut morte
interceptus, aut qualibet alia ratione liberatus poteſtate: ve-
luti emancipatione, aut deportatione: tunc enim nepos ne-
ptiſve in locum patris ſui ſuccedit. Quid autem ſi inſtituo
nepotem ex filio, quem filius præcedit tempore mortis aui
huius nepotis,& filium exhęredo,vel prætereo?ſed ipſe omi-
ſit hęreditatem:alioquin nepos nõ poſſet hęres eſſe, cùm non
teneat teſtamentum:alio autem prædictorũ poſito, teſtamen-
tum tenet. Sed hic nepos non eſt ſuus hæres,& neceſſarius(vt
dictum eſt) ſed nec eſt neceſſarius tantùm,quia nõ eſt ſeruus:
ſed nec eſt extraneus: quia eſt in poteſtate: & ait P.eum eſſe
anomalum. Sed domino meo videbatur eum eſſe ſuum & ne-
ceſſarium. Suum dicebat, quia domeſticus eſt: Neceſſarium,
quia erat in poteſtate. Quod autem ſ.dictum eſt intelligebat
in ſucceſsione,quę defertur ab inteſtato. Item hoc ipſum di-
cebat quando nepos non erat in poteſtate ſui patris:alioquin
auo ſuo non eſſet ſuus & neceſſarius hęres:imò extraneus, &
olim ſuo patri acquirebat hęreditatem: vt ff.de acquir.hære.
4 l.qui in aliena.§.interdum.† Appellantur autem ſui hæredes,
quia domeſtici ſunt,& viuo quoque patre quodammodo do-
mini exiſtimantur.l.in ſuis.de liber.& poſth. Vnde etiam ſi
quis inteſtatus ſit mortuus, prima cauſa eſt in ſucceſsione li-
berorum:vt j.in auth.de hę.ab inteſt.veni.coll.ix. Neceſſarij
verò dicuntur,qui omnimodo ſiue velint ſiue nolint, tam ab
inteſtato quàm ex teſtamento fiunt hęredes. Sed tamen præ-
tor permittit his volentibus abſtinere ſe ab hæreditate, & vt
ita abſtineant,non eſt neceſſe eos adire pretorẽ. Sufficit enim,
ſi ſe non immiſceant: vt ff.de acqui.hær.l.ei,qui ſe, vt potius
parentum, quàm ipſorum bona ſimiliter à creditoribus poſ-
5 ſideantur. † Cæteri autem qui teſtatoris iuri ſubiecti nõ ſunt,
extranei hæredes appellantur. Itaque liberi quoque noſtri,
qui in poteſtate noſtra ſunt, hæredes à nobis inſtituti, extra-
nei hæredes videntur. Vnde etiam liberi à matre inſtituti hæ-
redes,eodem numero ſunt:quia fœminæ non habent liberos
in poteſtate. Seruus etiam à domino inſtitutus hæres, & poſt
teſtamentum factum ab eo manumiſſus, eodem numero ha-
6 betur. Differunt † autem neceſſarij hæredes ab exteris hæredi-
bus:quia rùm quilibet hæres ex quo immiſcuit omnibus cre-
ditoribus,etiam de ſuo ſoluere teneatur, vt C. de iure deli.l.
ſcimus.§.ſi non intra datum tempus. & C.ad l.fal.auth.ſed
cùm teſtator.Huic tamen aliter ſubuenitur,vt notaui ſ.eod.§.
7 pro hoc.† Item & neceſſarius hæres quodam mirabili modo
deſinit eſſe hæres. Ecce enim, ſi hęres rogatus erat à teſtatore
ſub conditione ſeruum hæreditarium manumittere,poteſt in-
terim ſeruum hæreditarium ſibi inſtituere hæredem: & erit
interim pendente conditione neceſſarius:exiſtente autem con-
ditione,voluntarius hæres efficietur:vt non deſinat eſſe hæres
ſed vt ius mutetur in eo ſucceſsionis: vt ff.de hære.inſti.l.iij.
§.qui fideicommiſſam libertatem. Quod tamen ita intelligo,
vt remaneat quidem hæres, & nudum nomen hæredis ha-
beat:non tamen ſi nolit,cogatur onera, & cômoda hæredita-
rio agnoſcere.ſic enim fit voluntarius, vt liceat ei repudiare,
ſi velit, Nec mirum:nam ſæpe quis habet nomen hæredis,non
tamen ſuſtinet onera: ſicut eſt vbi ſuus & neceſſarius abſti-
net:vt ſ. dictum eſt.Item vbi minor extranei hęreditatem adi-
uit, & reſtitutus eſt: vt ff.de minorib.l.& ſi ſine §.ſed quod
Papinianus.Item,vbi quis hæreditatem ex Trebelliano reſti-
tuit.Hæc & ſimilia me inducunt ad reſpondendum,quòd hæ
a res(quantum nomen hæredis attinet) remaneat, non quan-
8 tum ad onera. † Item differt ſuus & neceſſarius hæres,ab ex-
traneo: quia extraneus cùm factus fuerit hæres,ampliùs hę-
reditatem repudiare non poteſt:niſi in caſibus. Ecce enim, ſi
duo ſunt cohęredes, & vnus eorum primò adiuit portionem
ſuam, alter autem poſtea repudiet, licet ei qui primò adiuit
abſtinere ſe etiam à portione ſua, propter portionem cohæ-
redis accreſcentem: & ita abſtinet propter alterius perſo-
nam, qui propter ſuam non poterat: niſi creditores dicant
ſe contentos portione eius, qui primò adiuit: vt ff.de acqui-
renda hæreditate l.cum hæreditate patris.Suus autem & ne-
ceſſarius quandocunque abſtinet ante quàm ſe immiſceat:
9 vt infrà eodem §.extraneis. † Item & minores xxv.annis
ſiue ſint ſui & neceſſarij,ſiue extranei tantùm,per beneficium
in integrum reſtitu.abſtinent ab hæreditate: vt infrà eodem
10 §.extraneis. Commune † poteſt aſsignari in omnibus ex-
traneis hæredibus, vt ita demum acquiratur eis hæreditas, ſi
habeant teſtamenti factionem: quod poteſt intelligi actiuè,
& paſsiuè, id eſt. vt poſsint facere teſtamentum alius, vel alij
poſsint eis facere,hoc eſt, quòd poſsint capere ex aliorum te-
ſtamentis:vt j.eod.§.teſtamenti:ſed hoc paſsiuè eſt intelligen-
dum.Multi enim capiunt,qui non faciunt teſtamẽtum:vt mu-
ti, furioſi, ſerui, & filij: vt ibidem dicitur. Poſsint autem vel
non poſsint capere extranei hæredes ſpectatur tribus tempo-
ribus,id eſt,tempore teſtamenti,& mortis,& aditæ hæredita-
tis: vt j.eod. §.in extraneis. Quæ autem perſonæ capiant, vel
non,notaui in ſumma C.de hæred.inſtit. §.nunc videamus.
11 † In neceſſario hærede tantùm, non dico ad capiendum: ſed
vtrum ſit neceſſarius hæres, vel non, ſpectatur tempus teſta-
menti, & tempus mortis. Nam ſi alienum ſeruum liberum &
hæredem inſtituo,& ſi poſtea fiat meus,neutrum valet: quia li
bertas alieno ſeruo inutiliter data eſt:vt ff. de hæred.inſtit.l.ſi
alienum. An autem ſit quis ſuus & neceſſarius hæres eſt, vel
non,videtur côſiderandum tẽpus mortis tantùm:vt ſ.dictum
eſt,& dicetur j.eo.§.ſui. Item cômunia quædam poſſunt aſsi-
gnari in extraneis hęredibus,& ſuis,& neceſſariis:quia vterq;
pro hærede gerendo ſibi acquirit hæreditatem:vterque repu-
diando repellitur in perpetuum: licet quandoq; de æquitate
ſuccurratur ſuo & neceſſario hęredi,ſcilicet,intra triennium,
de qua aditione,vel inſtitutione,vel repudiatione,vel abſten-
tione,qualiter fiat,& quando plenè notaui in ſumma C.de
iure delibe.§.ſupereſt. & de repu.vel abſti. hæreditate.

ANNOTATIO.

a Remaneat. Ad huius concluſionis materiam vide Bartol. in l.fine.C.
ad Trebellianum.Bald.in l.fin. eodem tit. & in l. ſucceſſores. C.ad l.
fal.Angel.in l.ſi legatum.ff.ad Trebel.& in l.facta.§.ſi is,qui.eod.ti-
tulo.& ibi doct. Bald.& doct.in l.prima.C.ad Trebel.& in l.prima.§.
ſi hæres.ff.eod.tit.vbi de iſta materia copioſè.

De legatis. *Rubrica.*

1 *Legatarius, cui fundus legatus eſt, quem poſtea emit, an agere poſsit ad fundum.*
2 *Creditor quibus caſibus poſsit petere rem ſibi ſolutã, & nu. 4.*
3 *Debitor qui ſoluit rem dolo ſuo deterioratam, an teneatur.*
5 *Legatum an valeat, ſi quis legat id, quod in diem vel ſub conditione debet.*
6 *Legatum factũ de ſeruis ordinariis cũ vicariis an extinguatur.*
7 *Legatum fundi inſtructi, an in totum extinguatur alienato fundo.*
8 *Legatum purè relictum ſeruo hæredis an valeat, & quid in legato ei relicto ſub conditione num 9.*
10 *Legatũ rectè relinqui domino, cuius ſeruus hæres eſt inſtitutus.*
11 *Regula Catoniana in quibus legatis locum habeat, & in quibus non. & num. 12. & 13.*
14 *Regulam Catonis non pertinere ad nouas leges an, & quatenus verum ſit.*
15 *Legatum pecuniæ an vitietur propter incertitudinem.*
16 *Legatum lanæ quando non debeatur.*

EXPLICITO tractatu vniuerſalium relicto-
rum, ſequitur, vt videamus articulos legatorum,
quæ ſingularia dicuntur relicta. Videndum itaq;
eſſet quid ſit legatum, quis poſsit legare, cui, à quo
præſtandum relinquatur legatum, quæ poſsint legari, quali-
ter legetur, & quibus actionibus petatur legatum. Quod dic,
vt plenè notaui in ſumma C. eo. tit. Non tamen prætermitta-
mus expoſitionẽ quorũdam paragraphorũ, qui ſubiiciuntur
2 j. eo. tit. Ecce enim † dicit, ſi cui fundus alienus fuerit legatus
& emerit proprietatem deducto vſufructu, & vſusfructus ad
eum peruenerit, fortè quia non eſt extinctus, vel peruenit ex
cauſa lucratiua, rectè agit, & fundum petit. Licet enim vſuſ-
fructuarius aliàs habeatur loco domini, vt notaui in ſum C.
de vſufr. vnde hic videretur repellẽdus, quaſi habeat id, quod
petit: non tamen eſt ita quia vſusfructus hic obtinet locũ ſer-
uitutis, & non dominij. Petit ergo fundum, ſed officio iudicis
continetur, vt deducto vſuſr. quem habet, nullo à ſe dato, iu-
beat æſtimationẽ nudæ proprietatis præſtari: vt j. eod. §. ſi cui
fundus. Sed eſt mirum quod dicit poſſe fundum peti: cùm is,
qui petit, fundum habeat. Sed certè non videretur alicui mi-
rum, ſi conſideraſſet rubricam illam, & leges ſub ea cõtentas.
Rem peto, & rem habeo: & eſt ſub illo generali de iudiciis, &
quæ circa ea vertũtur. Ecce enim plerunq; creditor, vel is, cui
aliquid debetur, petit id quod ſibi ſolutum eſt: & quandoque
3 petit damni æſtimationem tãtùm. Vnde † ad maiorem euiden-
tiam huius rei longius aliquantulum extenſa materia videa-
mus, quando quis petat, quod ſibi ſolutũ eſt, vel quod ipſe ha-
bet. Et certè cùm quis rem mihi debitã ſoluit, & ego propter
id, quod fecit debitor ante ſolutionem, damno afficior. Si qui-
dem res auferatur mihi: vt quia alij obligauerat eam, vel em-
phyteuſim alij conſtituerat, vel ſimilia fecerat, rem eandem
poſtea ex eadẽ ſtipulatione petit: quia nec ſoluiſſe videtur, qui
ſic ſoluit, vt apud me non remaneat: vt ff. de ſolu. l. ſi rem. & l.
qui res. j. reſp. & l. ſi hominem in quo. & l. cùm quis. §. ſi homi-
nem. & ff. de act. emp. l. emptorem. §. idem Neratius. & de leg.
j. l. non quocunq;. Si autem res mihi non poſsit auferri, ſi facto,
tamen ſuo iure facta eſt mea conditio deterior, ſi quidem de-
beat ex contractu bonæ fidei, vel ex his, quæ parificantur eis,
vt ex cauſa legati, vel fideicommiſsi: vt notaui in ſum C. in
quib. cauſ. in integ. reſtit. non eſt nece. agetur ex eo: vt ff. cõmo.
l. iij. §. ſi reddita. & depoſiti. l. j. §. ſi res. & probatur hæc diſtin-
ctio. ff. de ſol. qui decem. §. qui hominẽ. Sed ſi contractu ſtricti
iuris fuit primò debita nec mihi poſsit ſoluta auferri, ſi quidẽ
obiicio promiſſori, quòd non fecit id, quod facere promiſit,
putà cautionẽ promiſſam, vel adſcriptitium gratia fundi pro-
miſſum non præſtat, tenetur ex præcedenti cauſa: vt ff. de ſol. l.
etiam. & de verb. obli. l. Iulianus. Si verò debitor quicquid pro-
miſit, ſoluit: ſed in re ſoluta ante quàm ſolueret dolum adhi-
buit, vel culpam, vt pereat penes eundem debitorem, perpe-
tuauit actionẽ qua tenebatur prius: & eadẽ cõuenietur, vt ff.
de verb. obl. l. ſi ſeruũ Stichũ ſtipulatus. & l. ſi ex legati. Si verò
3 ſoluerit † rem dolo ſuo deterioratã, vel vilioris pretij factam,
liberatus quidem à veteri actione: ſed tamen tenetur actione
de dolo: vt ff. de dolo. l. eleganter. §. nõ ſolùm. & C. ad exhiben
dum. l. exhibitionis. Vel ſi velis breuiter tranſire, dicas ſemper
agi poſſe prima actione, ſi facto ſuo debitor rem deteriorem,
vel vilioris pretij fecit: & eandẽ ſoluit: tenetur enim prima, vt
deteriorationis præſtet æſtimationem, vel rei deterioratæ, vel
vilioris pretij factæ præſtet æſtimationem. Cæterùm ad alia
damna, ſcilicet rerum ſuarum diſtractarum, vel ſumptuũ com
miſſarum: ideo quia rem expeditam, & liberam, & non dete-
rioratam habuit, agetur actione de dolo: vt ff. de dolo. l. cum
quis. & l. & eleganter. §. non ſolùm. Nec obſtat quod dicitur
C. ad exhibendum. l. exhibitionis. quia ibi non erat obligatus
dare ſed exhibere: vt habeatur experiundi copia: vt ff. ad exhi
bendũ. l. ij. ſi ergo exhibet rem, licet deteriorẽ (quia facit ex-
periundi copiam per exhibitionem) non tenetur actione ad
exhibendum, ſed tenetur in factũ Aquiliæ ſubſidiaria actio-
ne propter damnum. Hæc tamen actio in factũ locum habet
in re mea, vel in qua ius habeo dominij, vel quaſi: non habet
locum in re mihi promiſſa: quia tempore deteriorationis nul
lum ius habebam in ea. Alij dicũt promiſſorem teneri prima
actione, ſi poſt moram ſuã rem facit deteriorẽ, vel interemit.
Si ante, tenetur de dolo: vt ff. de triticaria. l. pen. Sed ibi ab alio
eluſcatus erat ſeruus. Si verò ipſe promiſſor interemerit, etiã
ante morã, tenetur propria [alias prima] actione: vt ff. de ver.
4 oblig. ſi ex legati. & l. ſi ſeruum ita. j. reſp. † Liquet igitur ex
præmiſsis me poſſe petere quod habeo, quandoq; ea ratione,
quia quod habeo poteſt mihi auferri, & euinci de iure: vel
quia quod habeo, deterius eſt, vel vilificatum: vel quia in eo,
quod habeo aliquid reſtat cauendum, vel faciendum: vel peto
quandoq; alia ratione, ſcilicet, quod non habeo rem ex ea cauſa,
ex qua mihi erat debita, vt eſt in præſenti §. Huic enim lega-
tario debitus erat fundus ex cauſa legati lucratiua, ſed ipſe nõ
habet ex ea, imo ex ex matrimonio, vel pretio. Agit ergo cõtra hæ-
redem ad fundum legatum: ſed ipſe hæres eum præſtare non
poteſt, quia non habet: vnde iudicis officio damnatur ad pre-
tium nudæ proprietatis: vel agit ad fundum, quia licet ipſum
5 habeat, videtur ei abeſſe, cùm abſit ei pretium. † Illud etiã vi-
detur notandum quod ſi is, qui debet in diem, vel ſub conditio-
ne, legauerit creditori ſuo quod debet, vtile eſt legatum: licet
viuo teſtatore dies venerit, vel conditio legati extiterit: vt j.
eo. §. ex contrario. Videtur tamen cõtrarium, quod legitur ff.
de le. ij. l. debitor. ibi enim dicit inutile effici legatum. Sed for-
tè illud verus ius, hoc nouum, vel inutile eſt, ſine inſpecto: &
vtile eſt conſiderato principio: vel inutile eſt, id eſt, non vtile,
id eſt, nullam vtilitatem adfert: vt (in) accipiatur non priua-
tiuè, ſed negatiuè. Sed eſt vtile, id eſt, valet, & actionem parit.
Nam & qui bis promiſit, non amplius quàm ſemel tenetur: vt
ff. de verb. obli. l. qui bis. ſ. quantum ad vtilitatem ſtipulatio-
nis: actio tamen naſcitur ex ſtipulatione ſecunda, ſicut ex pri-
6 ma: vt ff. de fideiuſſ. l. hæres. §. j. † Illud etiam videtur notan-
dum, quod ſi ſerui ordinarij cũ vicariis fuerint legati, licet mor-
tui ſint ordinarij, vicarij tamen cedunt legato: quia duo lega-
ta ſunt: non ita ſi ſeruus fuerit legatus cum peculio, tunc enim
mortuo ſeruo, vel manumiſſo, vel alienato, peculij legatũ ex-
tinguitur. Idémq; dicitur ſi fundus inſtructus, vel cum inſtru
mento, ſit legatus: nam fundo alienato, & inſtrumẽti legatum
extinguitur: vt j. eo. § ſi quis ancillas. & eſt hoc verum, etiam ſi
in peculio non fuerint niſi vicarij: nam expreſſa nocent, non
expreſſa non nocent. vt patet per exempla huius regulæ: vt ff.
de cond. & demon. l. ſi in diem. §. ſeruo. & de hæred. inſtit. l. ſi
7 quis Sempronium. Ei † autem, quod dictũ eſt in fundo inſtru
cto, vel inſtrumento legato, ſi fundus alienatus, extinguitur
legatum inſtrumenti videtur contradicere ff. de fundo inſtru.
& inſtrumen. leg. l. ſi cui. Ibi enim dicit Paulus hoc verum eſſe,
ſi legetur fundus cum inſtrumento. Si autem legetur fundus
inſtructus, vel fundus & inſtrumentum, licet alienetur fun-
dus, non tamen extinguitur legatum inſtrumenti. Sed dic
quòd lex illa corrigitur per iſtam: vel quod hic dicit idem
eſſe, verum eſt quantum ad inſtrumẽtum fundi: legatum enim
inſtrumenti fundi extinguitur, ſiue legetur fundus inſtru-
ctus, ſiue fundus & inſtrumentum, ſiue fundus cum inſtru-

mento,ſed legatum inſtrumenti patris fami. quod continetur
in legato,vbi fundus inſtructus eſt legatus:vt ff. de fun. inſtr.
& inſtr.leg.l.quæſitum.§.ſed ſi fundus. & §.inſtructo non ex-
tioquitur. Alij dixerunt, quòd in hoc libello ſimpliciter lo-
quutus eſt Imperator cauſa rudium,ſed non placet quòd eo-
rum cauſa falſum dicat,vel ponat. Alij dicunt idem eſſe facta
relatione ad duos priores caſus:vt vbi legauit fundum inſtru-
ctum, idem ſit quod eſt vbi legauit ſeruum ordinarium cum
vicarijs:vbi autem legauit fundum cum inſtrumēto, idem eſt,
8 quod dictum eſt ſ. vbi legauit ſeruum cum peculio. † Ha-
bita mista conſideratione perſonarum adinuicem, dicitur le-
gatum eſſe nullum,ſi ſeruos hæredis mei purè lego: me enim
mortuo delatum eſt vtrunque hæredi purè, id eſt legatum, &
hæreditas. At hoc eſt impoſsibile,quòd ei legetur à ſe:vt ff.de
leg.j.l.legatum eſt delibatio.§.j. Sed hic legatur in primo [ab
ipſo] & legari videtur ei,quia legatur ſeruo:ergo legatum eſt
nullum: quia dies eius inutiliter cedit, quod tempore mortis
debet conſiderari,cum legatum ſit purum: vt C.de cadue.tol.
l.vnica. §.j.& ij.Sic ergo tunc cum inutiliter cedat dies, non
ſuſpenditur eius confirmatio ex eo, quòd ſeruus, mortuo te-
ſtatore,alienetur:vel etiam alienetur in vita.Nec enim ita ſuſ-
penduntur actus deficientium,ſicut viuentium:vt ff. commo-
nia præd.l.vlt.& ad hæc ſuccurrit etiam regula Catonis,quæ
dicit,quòd inutile ferer legatum, ſi ſtatim poſt factum teſta-
mentum deceſsiſſet teſtator: hoc non debet ideo valere, quia
9 teſtator diutius vixerit. Si † verò ſeruo hæredis mei lego ſub
conditione, ſi quidem tempore exiſtentis conditionis erat in
poteſtate mei hæredis,nihil valet legatum: quia dies eius in-
utiliter cedit. Inuenitur enim tempus tunc quo vtrunque de-
latum eſt hæredi purè, & purificato, ſcilicet legato conditio-
nali. Si autem tunc non eſſet in poteſtate ſua, valeret legatum:
quia in conditionalibus legatis quantum ad diei ceſsionem
conſideratur tempus exiſtentis conditionis communis: vt C.
10 de cadue.tol.l.vnic.§.in nouiſsimo. Ex † diuerſo autem hæ-
rede inſtituto ſeruo,domino eius rectè lego: nec enim ſtatim
me mortuo defertur domino purè legatum,& hæreditas,imò
defertur legatum tantùm: ipſa enim hæreditatis aditio non
pendet ex poteſtate domini tantùm:imò & ſerui. Poteſt enim
iubente domino nolle adire: vt C.de hæred.inſtit. l.cum pro-
ponas.ita & dicitur hæreditas à legato ſeparata. Si ergo adeat
domino iubente,legatum fit nullum: quia hæredi à ſe legari
non poteſt: nec iam fit aliqua ſuſpenſio in legato, cùm iam
adierit,ſed interim cùm non adierit, ſuſpēditur legatum pro-
pter hæreditatem quæ poteſt alij acquiri, ſeruo ſcilicet alie-
nato adeunte iuſſu noui domini: vel ipſo manumiſſo adeunte
arbitrio ſuo, ſicut & ſuprà ſuſpēditur legatum propter con-
ditionem eidem legato iniectam: vt infrà eodem. §.an ſeruo.
11 † Et quia de regula Catonis habuimus mentionem, & eius
quædam exempla,& quoſdam notauimus effectus: videamus
plenius in quibus ipſa locum habeat, & in quibus ſit falſa, id
eſt, deficiat, vel locum non habeat. Et certè locum habet in
legatis puris,quorum dies cedit à morte teſtatoris, non poſt
aditam hæreditatē:vt ff.de regula Ca.l.iij. & de leg.j.l.cætera.
§.j.Igitur præter hæc videamus,quæ legata cedāt à morte te-
ſtatoris,& quæ deinde poſt aditam hæreditatem: vt notaui in
ſumma C.de cadue.tol.& quando di.leg.ced. Videtur tamen,
quòd iſtud fallat in caſu: vt ff.de optio. lega. l.optio. nam &
dies legati relicti ſeruo ſine libertate,non cedit: niſi ab adita
hæreditate: vt C. de cadue. tol. §. in nouiſsimo. & tamen ibi
dicit regolam Catonis habere locum, ſi neceſſarius hæres ſit
12 inſtitutus. † In legatis autem conditionalibus a non habet lo-
a cum regula Catonis:vt patet ex prædicta cætera.§.tractari.in
fi.l.de leg.j. Cætera ergo non habent hic locum, ſi quis ita le-
gauerit,ſi poſt calēdis mortuus fuero, Titio dato:imo hic ca-
uillatio quædam, id eſt argumentum contra regulam Cato-
nis, ſecundum quid quale. In hoc enim caſu, ſi ſtatim mor-
tuus fuerit teſtator, potius verum eſt nō eſſe datum legatum,
quàm inutiliter datum. Sed & ſi ſic legauerit: ſi filia mea Ti-
tio nupta erit,ſatis eſt ſi mortis tempore nupta inueniatur: li-
cet teſtamenti facti tempore fuerit impubes: vt ff. de regula
Ca.l.j.& ij.Idem & ſi poſt mortem ſit nupta. Hæc enim con-
ditio quandocunque poteſt impleri: vt ff.de cond.& demon.
l.ſi ita legatum. Item non videtur quibuſdam quòd locum ha
beat regula Catonis,quando res mea legatur mihi,& eandem
alieno viuo teſtatore:debetur enim legatum,quod non debe-
retur,ſi teſtator ſtatim deceſsiſſet:vt ff.de regula Cat.l.j.§.vlt.
Sed tamen id non puto verum,vt probatur j.eo.§.ſed ſi rem
legatarij.& de leg.j.l.cætera.§.tractari. Quod autem dicitur
in l.j.de regula Cat.locum habet,quandocunque teſtator le-
gauit mihi rem meam ſub conditione,ſi alienarem eam in vi-
ta ſua.Nam ſi alienaui,debetur legatum,quod non deberetur,
13 ſi ſtatim deceſsiſſet teſtator. † Item non habet locum regula
Catonis in conditionali inſtitutione:vt ff. de regula Cat. l.pe-
nult. fortè nec in pura locum habet, quantum ad verba: ſic
enim prodita eſt,quod legatum [& e.quæ non hęreditas: vt ff.
de regula Cat.l.antepen.Sed fortè locum habet] quantum ad
ſententiam: quia inſtitutis extraneis hæredibus, quantum ad
capiendum tria tempora conſiderantur: vt notaui ſuprà de
hæred. qualit. & differen. Fuerunt tamen nonnulli qui di-
xerunt regulam non habere locum in hæredis inſtitutione,&
quod dicit lex tria tempora conſiderari, verum eſt de regu-
lari iure.Vel conſiderantur tria tempora, ſi à principio pote-
rat capere,& poſtea deſinat poſſe capere tempore mortis, vel
tempore aditæ hæreditatis.Si autem primo non poterat cape-
re tempore teſtamenti, & poſteà inueniatur capax tempore
aditæ hæreditatis, nihilominus [admittetur: vt ff.de acquir.
14 hære.l.ſi ſeruus eius,qui. Sed prima ſentētia verior eſt. † Item
regula Catonis non pertinet] ad nouas leges:vt ff.de reg.Ca.
l.vlti. quod quidam ita exponunt, vt non pertineat ad ſena-
tuſconſ.Tertyl.& Orficianum, quæ matres & filios inuicem
ad ſucceſsionem vocant: quæ ſucceſsio legitima dicitur:non
quia ſit ex lege duodecim Tabul. ſed quia defertur ex nouis
legibus: quæ etiam non perimitur capitis diminutione: vt
ff.de capi.dimi.l.tutelas. & ideo ſi mater tempore mortis filij
erat in poteſtate patris,ſibi hæreditatē non quærebat: ſed pa-
tri,iure veteri.Sed hodie ſi ante hæreditatem aditam ſui iuris
efficiatur, quęrit ſibi,licet tēpore mortis filij ſibi nō quęreret.
Item ex parte filij dicendum eſt.Vel non pertinet ad nouas le-
ges,id eſt,ad noua priuilegia indulta inſtitutis naturalibus fi-
lijs hæredibus,qui tempore teſtamenti non erant capaces in-
ſolidum:ſed poſtea incipiunt poſſe capere totum,propter pri-
uilegium à principe vinente indultum,vel à lege: vt quia poſt-
ea oblati fuerunt curiæ. Illud videtur notandum,quòd licet
tutelę datio,vel libertatis,vel hæreditatis,non teneat propter
15 † incertitudinem: videtur tamen aliud in legato pecuniario:
vt ff.de teſta.tutel.l. duo ſunt Titij.& de manumi. teſta.l.cùm
ex pluribus.& de hæred.inſtit.l.in tempus.§.quoties.& de le-
gat. ij.l.ſi quis ſeruum. §.ſi inter duos. Vel (ſi vis) dicas idem
in omnibus. Et quod dicitur,de legat.ij.l.ſi quis ſeruum.§.in-
ter. eligere debere, expone, id eſt, poteſt, non autem cogi-
tur antequam vnus eorum probet intentionem ſuam: vt
ff.de conditio. & demonſtratio. l.falſa. Secus verò eſt vbi te-
ſtator mihi legauit Stichum,& plures habet Stichos, nec ap-
paret de quo ipſe ſenſit:vt ff. de legat.j.l.ſi quis à filio.§.ſi quis.
vt diximus in ſumma C.de teſtament.tutel.§.datur tutor.& de
teſtamentaria manum.§.relinquitur.& de lega. §.item legan-
tur. Illud etiam eſt notandum, quòd lana legata,vel materia,
non debetur veſtis,vel nauis poſteà facta ex ea:vt ff.de legatis
tertio.l.lana.facit enim hæc transformatio rei facta nondum
cedente die legati: vt ff.de legatis primo.l.ſi ita.§.ſi domus.&
de legatis ſecundo.l.peculium.§.quadrigæ. vt notaui in ſum-
ma C.eodem titulo.§.item liberatur hæres.

ANNOTATIO.

a Conditionalibus. Adde Bart.in l.ſi optio.circa fin.de optio.leg. Bald.
in l.ſeruus.in fin.C.de leg. Bartol.& doct.in l.prima.in vlti. col.verſi.
quæ eſt ratio.ff.de reg.Cato. Paul.de caſt.copioſè in conſ. lxxvij.in-
cipien.ad primum quæſitum.vbi habes totam materiam cumulatè.

De ademptione legatorum & tranſla-tione. *Rubrica.*

1 *Legatorum ademptio,vel trāſlatio qua voluntate fieri poſsit.*
2 *Legatum qui adimatur ac transferatur.*

Intellect

3 *Intellectus ad l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur.*
4 *Legatum adimi poſſe vel in totum, vel pro parte, & an ſit perpetuum. num. 6.*
5 *Legatum poſſe extenuari: & qui. 9.*
7 *Legati ademptionem ex quibus cauſis inutilis.*
8 *Legatis duobus relictis quorum vnum non poteſt eſſe ſine altero, ſi adimatur alterum, videri vtrunque ademptum.*
10 *Legato conditionali an poſſit adimi conditio.*
11 *Legati ademptionem fieri poſſe in perſona eius ſolius, cui datum eſt.*
12 *Legati ademptio facta in perſona vnius Titij, cùm teſtator legaſſet ſeparatim duobus Titijs, an valeat, ſi non appareat cui Titio voluerit adimere.*
13 *Legatum variè adimi, & 14. 16. & 20.*
15 *Hæreditatem non adimi ob inimicitias.*
17 *Legatum nominis an & quando cenſeatur ademptum.*
18 *Legatum liberationis videri ademptum exacta poſtea ab ipſo teſtatore pecunia.*
19 *Legatum Calendarij non extingui per exactionem nominis.*
20 *Legatum an cenſeatur tacitè ademptum rupto eo teſtamento, in quo relictum erat, per aliud teſtamentum, in quo nulla eius legati facta eſt mentio.*
21 *Teſtamento rupto, an cenſeantur adempta legata.*
22 *Legatum, cui onus, vel fideicommiſſum eſt annexum, an cenſeatur tacitè ademptum, ſi teſtator poſteà reuocauit fideicommiſſum, vel onus: vel voluit ab alio impleri.*
23 *Legatò tranſlatio quibus modis fiat.*
24 *Legatum tranſlatum in eum, qui capere non poteſt, an nihilominus ſit ademptum ei, cui primò relictum fuerat.*

SICVT dare, vel relinquere legatum, eſt de poteſtate teſtantis, vel codicillantis: ita illud adimere, vel transferre eſt de eiuſdem arbitrio. Eſt enim eius voluntas ambulatoria vſque ad ſupremum vitæ exitum: vt ff. eod. l. iiij. & de donatio. inter virum & vxorem. l. cùm hic ſtatus. §. ait oratio. Videndum ergo, in qua vo-
1 luntate fiat ademptio, vel tranſlatio, & qualiter. † Et certè
fit ademptio legatorum in teſtamento eodem, vel alio, vel in
codicillis teſtamento confirmatis: ſicut notauimus ſuprà de
2 teſtamentis ordinandis. † illud etiam notandum eſt, quòd fit
ademptio verbis contrariis: vt ſi teſtator dixerit, Titio lego:
& poſteà dicit, Titio non lego: vel æquipollentia verba dicit
vt ſi dicat, Titio adimo: vel quod Titio legaui ad Mæuium
transfero: vt j. eod. in fine principij, & ff. eod. l. ſicut adimi. Nihil enim prohibet priorem ſcripturam, poſteriorem corrigere, commutare, reſcindere: vt ff. eod. l. nihil. Idémque eſt ſiue non adimat, ſiue legatum inducat, vel cancellet: vt ff. eod. l. nihil intereſt. de qua inductione notaui in ſumma C. de lega.
3 §. ſi verò fiat ademptio. Videretur † tamen alicui contrarium,
quod legitur ff. de regulis iuris. l. vbi repugnantia. Sed certè ibi loquitur quando neſcitur, quod prius, quod poſterius ſit factum: vt notaui in ſumma C. de edict. diui Hadria. §. quid ſi dno. Vel eſt etiam intelligendum, quando repugnantia eſt in teſtamento propter perplexitatem verborum: vt ſi dicat teſtator, Titius hæres eſto, ſi Mæuius hæres erit. Mæuius hæres eſto, ſi Titius hæres erit: vt ff. de cond. inſtitu. l. ſi Titius. & vt notaui in ſumma C. de inſtit. ſub condit. fac. §. item vera ſunt hæc. non enim loquitur illa regula in contrarietate verborum, ſed in repugnantia: ſicut etiam notaui ſuper l. vbi re-
4 pugnantia. de reg. iur. † Fit ademptio in ea tota, quam lega-
ui [& ſi plus adimo, quàm legauerim, totum eſt ademptum: vt ecce, legaui viginti, & adimo quadraginta: vt ff. eodem. l. ij. §. ſi quis plus. Item fit ademptiò in parte rei quam legaui: vt ſi] legaui fundum totum, & poſteà adimo dimidiam: vel ſi legaui decem, & adimo quinque. Promptiùs tamen, & apertiùs dicitur fieri ademptio in legato quando in eo continebatur pecunia. Si verò continebantur res corporales, ſcriptura difficilior fit, & obſcurior portio: vt ff. eodem, l. vltima. & l. ij. in fine. Nec enim ita inueniuntur propria nomina partium in ſpeciebus, ſicut in pecunia: cùm dicimus quatuor, vel tres, vel decem ſolidi, & ſic de ſingulis. In ſpeciebus tamen inueniuntur nomina partium quotarum, vt dimidia, tertia, quar-
5 ta, & ſic de ſingulis. † Extenuat etiam quandoque teſtator
legatum: vt ecce, legauit hominem in genere, & poſteà adimit Stichum: nec enim perimit legatum, ſed extenuat: vt Stichum legatarius eligere non poſsit: vt ff. eodem. l. qui hominem. Vnde patet, quòd legati in genere relicti eſt electio le-
6 gatarij: vt notaui in ſumma C. de lega. §. item legantur. † Li-
cet autem dixerim legatum pro parte minui poſſe, tamen eſt hoc intelligendum quando legatum recipit diuiſionem partium. Nam ſi legam alicui viam, & eandē pro parte adimam, nihil valet ademptio: vel ſi ſeruum iuſsi eſſe liberum, & poſtea pro parte adimam, eundem liberum eſſe dico. Nam nec à principio potui legare viam pro parte, vel libertatem pro parte.
7 † Eſt autem regula: vt ex quibus cauſis datio legati inutilis
eſt, & ex iiſdem etiam ademptio inefficax habetur: vt ff. eod. l. legata. §. vlti. & de ſeruit. l. pro parte. §. pro parte. & de except. rei iudicatæ. l. iudicatæ quidem. Idem eſt, & ſi legauit actum, & poſtea adimit iter: neque enim poteſt eſſe actus ſine itinere: vel ſi legauit proprietatem, & poſtea adimit iter, nihil valet ademptio, nec vitiatur ſuperius legatum: vel quia nō poteſt eſſe ſine eo, quod adimitur, vel quia aliud adimitur, quàm datum eſt: vt ff. eodem, l. ij. & iij. §. ſi loci. Si tamen quis legauerit mihi fundum, adimere poteſt, vel nudam proprie-
8 tatem, vel vſumfructum tantùm: vt ff. eodem, l. ij. † Si autem
duo ſunt legata, quorum vnum non poteſt eſſe ſine alio, ademptо vno, ſine quo alterum non poteſt eſſe, vtrunque videtur ademptum: vt ſi dominus legauit ſeruo cum libertatē, poſtea reuocat libertatē in vltima voluntate, nec manumittit inter viuos. Nam ſi manumitteret, vana ademptio non eſſet:
9 vt ff. eo. l. ſi ſeruo. & l. vlt. §. vlti. & l. ſi ſeruus. §. ſeruo. † Sicut
autem minuitur legatum in ſui ſubſtantia, ita poteſt minui in ipſa qualitate legandi: vt ſi erat legatum purè, & poſteà relinquitur ſub cōditione: cùm tamen centum relicta ſunt purè, & poſtea relinquuntur ſub conditione in eodem teſtamento, ſi quidem teſtator ſenſit de eiſdem centum, legatū purum fit conditionale: ſi de aliis, debetur vtrunque legatum: vt ff. eod. l. cùm centum. quod non eſt veriſimile ſi in eodem teſtamento hoc facit. Secus, ſi in diuerſis diſpoſitionibus, vel codicillis: vt ff. de leg. j. l. planè. §. j. & ff. de probatio. l. quinqua-
10 ginta. Sed ſi † legatum erat conditionale, & teſtator adimit
conditionem, purificat legatum conditionale, licet videretur conditionem adimi non poſſe. Nec enim datur conditio, ſed adſcribitur: [quod enim adſcribitur, non poteſt adimi] ſed quod datur. melius eſt tamen ſenſum magis, quàm verba amplecti, & conditiones ſicut adſcribi, ita etiam adimi poſſe: vt
11 ff. eodem, l. iij. §. conditio. † Item poteſt legatum adimi ei ſo-
li, cui datum eſt, adeò vt ſi legatum ſit filio, vel ſeruo, domino aut patri, legatum adimi non poteſt: vt ff. eodem, l. legatum
12 nulli. † Quid autem ſi legauit teſtator ſeparatim duobus Ti-
tiis, & vni ademerit, nec appareat cui ademptum ſit, nulla eſt ademptio: vnde debetur vtrique legatum prius: quemadmodum & in dando, ſi non apparet cui datum ſit, dicimus neutri legatum: : vt ff. eodem. l. iij. §. ſi duobus. Et eſt hoc ex ſuperiori regula quæ dicit, ex quibus cauſis datio legati eſt inutilis, ex iiſdem etiam ademptio inefficax habetur. Videretur tamen eſſe contrarium, quod legitur ff. de rebus dubiis. l. ſi ita fuerit. vbi dicit ademptionem valere in vtriuſque perſona. Sed fortè quod ſuprà dictum eſt locum habet quando duobus Titiis legatum eſt ſeparatim: puta, res vna vni, res alia alteri: & ita ademptio erat incerta propter incertitudinem perſonarum: quia neſciebatur, cui eſſet ademptum: & propter incertitudinem rerum, quia neſciebatur cui eſſet ademptum: vnde ademptio dicitur nulla: vt ecce, Titio albo legauit decem, Titio nigro legauit fundum, & poſteà dicit quod Titio dedi adimo: nec enim res, vel perſona, apparet, cui voluit adimere. Si autem ademptio incerta dicatur propter perſonas tantùm, & non propter res, ademptio dicitur valere in vtroque: vt ecce Titio albo, & nigro, lego domum, poſtea adimo Titio domum. Vbi autem ademptio eſt incerta propter res tantùm, non tenet in minori legato, ſed in alio: vt ecce, legaui Titio duos fundos eiuſdem nominis, cùm eſſet alter maioris pretij, alter minoris: & poſteà ademi fundum, ſi non apparet, de quo ademptio fiat, tenet in maiori: vt

13 ff.de legatis j.l.apud Iulianum.ſcio ex facto. † Item fit adem-
ptio quandoque purè, quandoque ſub conditione, & vbi fit
ſub conditione, ea deficiente, remanet legatum penes legata-
rium, & perinde habetur ac ſi relictum ſit eis ſub conditione
contraria. Vnde ſi deceſſerit pendente conditione, nil tranſ-
mittit ad hæredem ſuum: vt ff.eodem.l.legatum purè. Sed ta-
men eſt hoc verum, quando legatum purum relictum erat
vtiliter. Nam ſi legatum erat inutiliter, non confirmatur per
ademptionem: quia ademptio fit quo minus, non quo magis
legatum debeatur: vt ecce, inſtituo Titium hæredem, & eiuſ-
dem ſeruo purè lego, nec enim tenet legatum, quia fuerat
purum, ſecus ſi eſſet conditionale: vt ſuprà de leg.§.an ſeruo.
Si ergo tale purum legatum adimam ſub conditione, non vi-
deor legare, vel confirmare ſub conditione contraria: vt ff.
14 eod.l.ſi legatum purè. † Item fit ademptio quandoque ex-
preſsè: vt patet ex præmiſsis: quandoque tacitè, & de tacita
ademptione poſſunt poni plura exempla: vt ecce, inimicitiæ
inter teſtatorem, & legatarium, interceſſerunt, non diſtinguo
hoc faciente teſtatore, vel legatario. Siquidem fuerunt capi-
b tales inimicitiæ, vel grauiſsimæ, videtur ademptum [b] lega-
tum non ipſo iure (ſicut in expreſſa ademptione) ſed per do-
li exceptionem opponendam legatario. Si autem fuit leuis
offenſa, manebit relictum. Quòd ſi iterum redierunt in ami-
citiam, & pœnituit teſtatorem prioris offenſæ, legatum re-
dintegratur, ambulatoria eſt enim voluntas defuncti, vt di-
15 ctum eſt, & dicitur ff.eod.l.iij.§.vlt. & l.iiij.& l.penul. † Hæ-
reditas autem data ex huiuſmodi inimicitiis non adimitur:
etiam ſi teſtator alibi incipiat facere teſtamentum, ſi tamen
non perficiat: vt ff.eodem.l.ex parte. & de his quæ ab inteſta-
to delen. l.j.§.conſulto. & de iniuſto rupto teſtamento. l.ij.
16 Item adimitur † legatum tacitè, ſi teſtator in aliqua ſcriptu-
ra legatarium ſibi dixit ingratum, vel dixit eum peſsimum:
vt ff.eodem, l.diui. & l.libertus. Item tacitè adimitur legatum:
ſi teſtator rem legatam alienat voluntate ſua ſpontanea, ſci-
licet, donando: adeò, vt ſi eandem rem poſteà redimat teſta-
tor, non debeat legatario dari: niſi probet voluntatem nouam
teſtatoris. Sic & dicitur cùm dominus ſeruum ſuum legat
alij, & eidem ſeruo aliquid aliud. Nam manumittendo inter
viuos, videtur omnino ademiſſe legatum ſerui: ita tamen vt
manumiſſus ſibi legatum capiat: ſed ipſe ſeruus legatus per
manumiſsionem adeò videtur reuocatus, vt licet fieret poſt-
ea ſeruus, non tamen ex legato peteret libertatem: vt ff.eod.
l.ſi ſeruus. §.j. Secus ſi faciat vendendo, vel permutando, vel
ſimilia faciendo, neceſsitate rei familiaris: tunc enim non præ-
ſumitur quod noluit adimere, niſi hæres probet contrarium:
vt ff.eodem. l.rem legatam. & l.cùm ſeruus legatus. & de le-
gatis iij. l.fideicommiſſa. §.ſi rem. & de legatis ſecundo. Lu-
cius. primo reſponſo. & ſuprà de legat. §.ſi rem ſuam. & vt
17 not.in ſumma C.de legat. §. item adimit. Si † autem nomen
legatum eſt, & teſtator nomen exigit, & pro depoſito pecu-
niam habuit, vel ex ea rem comparauit, vel pecuniam in vtili-
tatem ſuam cõuertit, ſupererit fideicommiſsi petitio, ſi tamen
exegit, non eo animo quaſi vellet fideicommiſſum extinguere.
Quid igitur in dubio præſumetur? nunquid idem dicetur,
quod in re vendita eſt? Videtur magis contrarium, ſcilicet,
quòd animo extinguendi exegerit legatum, ibi enim durat
res, & ſi alienata ſit: hic autem ipſa ſubſtantia debiti extingui-
tur: vt ff.de leg.iij.l.fideicommiſſa.§.ſi rem. Item, quòd in du-
bio videretur extinguere voluiſſe fideicommiſſum, probatur:
18 vt ff.eodem titu.l.penult. §.vlti. Præterea vbi meo † debitori
lego liberationem exacta pecunia ab eo, poſtea extinguitur
legatum: vt ff.de liber.leg. l.non ſolum.§.liberatio. & de leg. j.
19 l.non quocunque.§.qui Caium. Sed † aliud eſt vbi legatur
alicui calendarium: illud enim etiam exacta pecunia conti-
netur calendarij appellatione. Calendarium enim continet
nedum nomina, ſed etiam pecuniam ad hoc deſtinatam vt
mutuetur: vt ff.de lega. iij. l.qui filium. Non autem ita eſt in
nomine legato (vt dixi) niſi fortè cùm pater nomen præle-
gauit filio, vel filiæ, ac poſtea de pecunia prædium compara-
uit: fratres enim, & cohæredes fideicommiſſum præſtabunt,
quia non videtur abſumptum quod in corpus patrimonij
20 verſum eſt: vt ff.eod.l.pater. † Item tacitè adimitur legatum,
rupto eo teſtamento, in quo legatum relictum eſt, per aliud
teſtamentum, in quo nulla mentio habetur prioris legati. Se-
cus, ſi poſt teſtamentum fierent codicilli, in quibus non repe-
teretur legatum: nec ideo enim videretur ademptum: vt ff.
eodem, l.ſi tibi. & l.alumnæ. § qui filias. nec enim rumpitur
teſtamentum per codicillos, vel codicillis, vel per codicillum:
vt C. de codicil. l.cùm proponas. tacita tamen fideicommiſſa
relicta in primo teſtamento videntur eſſe repetita tacitè in
ſecundo teſtamento. Non ergo videntur adempta, cùm ſe-
creti ſuſcepti ratio plerunque dominis rerum perſuadeat eos
ita ſcribere hæredes quorum fidem elegerunt, ſicut ſcripſe-
21 rant prius: vt ff.de probat. l.cùm tacitum. † Si teſtamentum
non rumpitur per aliud teſtamẽtum: ſed per poſthumi agna-
tionem, vel liberorum præteritionem, vel exhæredationem,
olim ſimiliter videbantur adempta legata: ſed hodie contra-
rium eſt: vt notaui in ſumma C.de liber.præter. vel exhæred.
Et eſt regula generalis vt, infirmato teſtamento, non valeant
legata, niſi in caſu: vt notauit Ioannes ſuper l.eam quam.C.de
fideicommiſsis. Item videtur tacitè legatum ademptum eſſe,
ſi onus, vel fideicommiſſum eſt eidem annexum, quod fidei-
commiſſum reuocauit teſtator poſteà, vel onus, vel ab alio
curauit teſtator impleri: vt ff.eod.l.alumnæ.§.Seia. & l.filio.§.
matri. Videtur tamen quòd poſsit diſtingui, vtrum legata-
rius eligatur, vt miniſter, an ſui emolumenti cauſa: vt in pri-
mo caſu obtineat quod dictum eſt, in ſecundo remaneat le-
gatum apud legatarium: vt ff. de leg. ij. l.ſi quis Titio. Vel
fortè quod dictum eſt obtinet, cùm onus, vel fideicommiſ-
ſum reuocatur ex voluntate teſtatoris. Secùs, ſi deficiat fi-
deicommiſſum ex pòſtfacto, mortuo eo, cui erat reſtituen-
dum. Quando autem legatum remaneat penes legatarium
deficiente fideicommiſſo ex pòſtfacto, vel à principio, hic
non dico: quia non pertinet ad titulum iſtum. Sed tamen no-
taui: vt ff. de legat. ij. l. codicillis. in primo caſu. Supereſt
vt videamus de tranſlatione legati, quæ fit quatuor mo-
dis. Fit enim de perſona legatarij in alium legatarium. Item
de perſona eius qui dare iuſſus eſt: purà, vt aliud det quàm
quæ dare iuſſus eſt. Fit etiam de re ad rem: vt cùm res datur
pro re: puta, pro fundo decem aurei. Fit etiam de tempore
præſenti in conditionis euentum: vt cùm id, quod purè da-
tum eſt, transfertur ſub conditione: vt ff.eodem.l.tranſlatio.
nam ſi id quod legatum eſt ſub conditione, transfertur ſim-
pliciter, ſub eadem conditione videtur transferri: niſi condi-
tione perſonæ priori cohæreat. Nam ſi legetur vxori ablatis,
id eſt, ſuſceptis liberis, non videbitur repetita conditio, quæ
fuit neceſſaria in perſona mulieris: vt ff.eodem.l.legatum ſub
conditione. Et in primo modo tranſlationis eſt illud notan-
dum, quòd licet tranſlatio ſit nulla propter ſecundum lega-
tarium. qui non poteſt ex teſtamento capere, nihilominus ta-
men priori legatum eſt ademptum: vt ff.eod. l.ſi transferam.
quod non eſt in ſimplici ademptione: vt ſuprà dixi. Item in
hoc eodem primo modo tranſlationis ſciendum eſt, quòd vel
fit purè, vel ſub conditione quauis: ſed tamen, vbi ita dicit te-
ſtator, Titio dato, ſi non dederit, Seio dato, ita eſt intelligen-
dum, ſi non dederit, id eſt ſi non tenebatur dare: tenetur tamen
etiam Titio dare. cùm Titius decedit cedẽte die legati. Idémq;
eſt, ſi ita dicit, Titio dato, ſi Titius deceſſerit Seio dato, nam
& nunc, ſi Titius deceſſerit cedente die legati debetur eius hæ-
redi legatum: alioquin Seio: vt ff.eodem.l.iij.§.primo. & §.ſed
& cum quis. Vbi autem dicit ita teſtator, hæres meus Titio da-
to fundum, & ſi Titius eum alienauerit, eundem fundum Seio
dato: oneratus eſt hæres: non enim à Titio fideicommiſſum
relictum eſt: ſed ab hærede legatum eſt ei, vnde exceptione
doli oppoſita non aliter tenetur dare fundum legatario, niſi
caueat de fundo non alienando: vt ff.eodem.l.iij. §.ſi quis ita.
In ſecundo autem modo tranſlationis quando id, quod à Ti-
tio dedi, à Mæuio lego, videtur eſſe ademptum legatum, quan
tùm ad Titium: quamuis ſoleant eſſe duo eiuſdem rei debito-
res. Item & ſi pro fundo decem legentur, ademptum eſt prius
legatum: nouiſsima enim ſcriptura debet ſpectari, quòd ſi
alij legetur ſub conditione quod alij purè datum eſt, non ple
nè receſſum videtur à primo legato: ſed ita demum, ſi condi-
tio ſequentis extiterit: niſi alio animo fuerit teſtator: Vnde

ſi teſt

ſi teſtatore viuo, mortuus ſit ille, in quem tranſlatum eſt legatum, prior tamen repellendus eſt: vt ff. eod. l. tranſlatio. & l. quòd ſi alij. & l. & ideo.

ANNOTATIONES.

a Contrarijs. Ad huius concluſionis & totius tit. reſolutionem vide Spec. in tit. de teſtam. §. j verſic. an quid factum. Bartol. in l. hæredes palam. §. j. ff. de teſtam. Cyn. in l. ſi Fortidianum. C. de leg. Doct. in l. penult. §. Seia de adim. leg. Ang. Aret. in §. ſi cui fundus. nume. 1. cum plur. ſeq. de leg. do. Chriſtopho. & ibi Iaſ. in addit. in §. ademptio. nu. 7. cum plur. ſeq. de ademptio. lega.

b Ademptum. Ad iſtam concluſionem adde Bartol. in l. iij. §. fina. ff. de adimen. leg. doct. in l. ſi inimicitiæ ff. de his quibus vt indig. Bart. in l. hæredes palam. §. ſed quid ſi poſt. ff. de teſtam. Bald. in l. errore. in ij. col. C. eod. tit. Pau. de Caſt. in l. iurisgentium. §. quod ferè. ad finem. ff. de pact. vbi fundamentaliter examinatur iſta materia.

De lege Falcidia. *Rubrica.*

1 *Falcidia cur inducta.*

DE ſingularibus relictis, ſuprà dictum eſt: ſequitur vt videamus de eorum diminutione, quæ fit per legem Falcidiam quando legatur vltra dodrantem: Et inducta non tantùm gratia hæredum, ſed etiam teſtatorum: ne eorum hæreditates repudiarentur ab hæredibus, qui nullum ſperarent lucrum ſe habituros exinanita hæreditate per legata: vt j. eod. in princ. Videndum ergo vnde dicatur falcidia, quando locum habeat, in quibus, & quibus detur legis falcidiæ beneficium. qualiter legis falcidiæ ratio ſit ineunda, quæ imputentur in Falcidiam, & quando Falcidia ceſſet, quæ omnia dic, vt notaui plenè in ſumma C. eodem titulo.

De fideicommiſſariis hæreditatibus. *Rubrica.*

DE diminutione ſingularium relictorum dictum eſt, nunc videamus de diminutione vniuerſalium fideicommiſſorum: circa quam olim fuerunt facta plura Senatuſconſulta, ſcilicet, Trebellianum, & Pegaſianum. Cuiuſque eorum propria ſatis facilè eſt notare ex text. huius tit. Sed quia ius omne hodie tranſlatum eſt in Trebellianum: vt infrà eod. tit. §. ſed quia. ideo de Trebelliano videndum quæ ſint eius remedia, quibus ea proficiant, quando, & qualiter, quod dic, vt notaui in ſumma C. ad Trebellianum ſenatuſconſultum.

De ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis. *Rubrica.*

DE vniuerſalibus fideicommiſsis dictum eſt, nunc autem ponit de ſingularibus: quæ fideicommiſſa ſingularia legata ſunt hodie & re, & nomine: vnde ſumma legatorum quam diximus, hic intelligatur repetita: & reliqua (ſi qua ſunt) ſuper fideicommiſsis notabilia adiicias: vt not. in ſumma C. de fideicom.

De codicillis. *Rubrica.*

HABITO tractatu maiorum (vt dixerim) vltimarum voluntatum, quæ & teſtamenta dicuntur, & codices, nunc videamus de minoribus vltimis voluntatibus quæ codicilli nuncupantur. Videndum ergo quis poſsit facere codicillos, & quando, & in quo conueniant vel differant cum teſtamento, & qualiter confirmentur. Quod dic, vt not. in ſumma C. eod. tit.

DOMINI AZONIS SVMMÆ IN ſecundum librum Inſtitutionum, FINIS.

EIVSDEM DOMINI AZONIS SVMMA IN TERTIVM LIBRVM INSTITVTIONVM.

De hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur. *Rubrica.*

1 *Liberi qui ſuccedant iure prætorio.*
2 *Liberi arrogati an, & quando ſuccedant patri naturali.*

DICTVM eſt ſuprà de teſtamentaria ſucceſsione, ſequitur vt videamus de ea, quæ defertur ab inteſtato: & licet generalia ſint iſta verba rubricæ, de hæred. quæ ab inteſta. deferun. tractatus tamen qui habetur in tex. non extenditur niſi ad ſucceſsionem quę defertur liberis in bonis lineæ paternæ: nã & de ſucceſ. agn. item matris, & liberorum adinuicem, ſpeciales ſubiicit infrà rubricas. Videndum ergo qui liberi de iure ciuili ſuccedant patri, vel alicui de linea paterna, & quando, & qualiter, vel pro qua portione, quod dic vt not. plenè in ſumma C. de ſuis &
1 legit. Supereſt † vt videamus qui ſuccedant de iure prætorio. Et certè liberi emancipati de iure ciuili nihil habent: neque enim ſui hæredes ſunt, quia in poteſtate deſierunt eſſe parentis: neque vllo alio iure per legem xij. Tabul. vocantur: ſed prætor naturali æquitate motus dat eis bonorum poſſeſ-
a ſio. vnde liberi: [a] vt perinde ac ſi in poteſtate parentis mortis tempore fuiſſent, ſiue ſoli, ſiue cum ſuis hæredibus concurrant: duobus ergo liberis extantibus, vno emancipato, altero, qui fuerat in poteſtate: is quidem [qui in poteſtate fuerit, ſolus iure ciuili eſt hæres, id eſt, ſolus eſt ſuus hæres: ſed cùm emancipatus beneficio prætoris] in partem admittatur, eueniet vt ſuus hæres pro parte fiat hæres: hoc ita in emancipatis, qui non ſunt ab alio arrogati viuo patre naturali & le-
2 gitimo: † nam ſi arrogati ſunt ab alio, ſiquidem ſint in eius familia in tempore illo, quo moritur naturalis pater, omnino repelluntur à bonis naturalis patris. [Si verò non ſint in familia eius, vt quia ſint emancipati ab adoptiuo patre, perinde ſuccedunt patri naturali, acſi] nunquam fuiſſent arrogati. Poſt mortem verò naturalis patris, ſi emancipentur ab arrogatore, quantum ad vtrunque deſinunt obtinere gradum liberorum. Et quidem (quantum ad bona patris arrogatoris adtinet) omnino extranei ſunt. Ius enim, & nomen filij amiſerunt: ſed quantum ad bona naturalis patris non omnino ſunt extranei: quia poſſunt ſuccedere per bonorum poſſeſſionem vnde cognati: ita tamen ſi non præcederet eos ſuus hæres vel emancipatus, vel agnatus: vt infrà eod. titu. §. emancipati. & §. at hi. & §. admonendi. De iſtorum etiam emancipatorum ſucceſsione qualiter ſuccedant ab inteſtato, per bonorum poſſeſsionem vnde liberi, vel per bonor. poſſeſ. contra tabulas plenè notaui in ſumma C. vnde liberi. & de bono. poſ. contra tabulas.

ANNOTATIO.

a Vnde liberi. Adde Bart. in rubr. C. de ſucceſ. edict. in 1. & ii. quæſtio. & in l. qui ſe patris. C. vnde liberi. Bald. in l. ſi in perſona. verſi. quæro vtrum ex ſucceſſorio. C. de fideicommiſ. domi. Alexan. de imo. not. diſtinguentem in l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium ff. de liber. & poſthum. multa per domi. Barthol. ſocin. in rub num. 7. eod. tit. An. in l. 1. ad ſi. C. de ſucceſ. edi. domi. Alexand. in rubr. eod. tit. & in repet. l. Titia. ff. de inoffic. teſta. & in conſil. xxii. in quarto volum. quibus in locis habes totam materiam.

De legitima agnatorum ſucceſſione. *Rubrica.*

1 *In medium.*

QVALITER ſuccedāt deſcendētes liberi aſcēdentibus, ſuprà dictum eſt: nunc videamus de legitimis hęredibus agnatorum ex latere, ſiue ex trāſuerſo venientibus. Vidēdum ergo qui olim iure antiquo ſuccedebant, & qui iure † medio, id eſt, per interpretationem prudentum, & qui iure nouo per legē Iuſtiniani, vt C. vel Inſtitut. de quibus omnibus plenè tractauimus in ſum. C. de legit. hæred.

De ſenatuſconſulto Tertyliano. *Rub.*

QVALITER liberi ſuccedant patribus, & qualiter agnati inter ſe, ſuprà dictum eſt, nunc autem ponit de ſucceſsione matris in bonis filiorum: quod quidem non erat ex l. xij. Tabularum: illa enim adeò ſtricto vtebatur iure, & præponebat maſculorum progeniem, & fœminas adeò ✠ expellebat, vt nec matrem admitteret ad ſucceſsionem filij: ſed eſt per hoc ſenatuſconſultum Tertylianum ſublata. Videndum ergo, quæ mater ſuccedat liberis, & quæ non, & qualiter ſuccedat: quod dic, vt notaui in ſumma C. eodem tit.

ANNOTATIO.

✠ Expellebat. Hæc Azonis interpretatio eſt contra veriorem interpretationem Imp. Iuſtiniani in l. lege xii. C. de legit. hæred. qui maſculos & fœminas ſimul ad hæreditatem parentis inteſtati ex lege xii. Tab. vocari reſcribit, idque ex æquis partibus. l. inter filios. C. famil. erciſcun. Idque iuuatur lege Solonis, ex qua lex xii. Tab. deſumpta eſt. Legis Solonianæ verba commemorat eiuſdem interpres Demoſthenes in oratione ὑπὲρ ἁγνίου κλήρου quam explicauimus in collectaneis noſtris legum antiquarum. lib. 1. Præteius.

De ſenatuſconſulto Orficiano. *Rub.*

SICVT per Tertylianum ſuccedunt matres liberis, ita per Orficianum ſuccedunt liberi matribus: de quo dic, vt notaui in ſumma C. eod. tit.

De ſucceſsione cognatorum. *Rubrica.*

1 *Cognationis iure an poſsit ſuccedere is, qui liber fuit, & ſeruus factus poſtea manumiſſus eſt.*

DEFICIENTIBVS ſuis hęredibus, & emancipatis, & agnatis, & quibuſdam cognatis, qui loco agnatorum habentur, per ſenatuſconſultum Tertyl. & Orfician. per conſtitutiones (vt notaui in ſumma C. de legit. hæred & in ſumma C. vnde legi. & vnde cogn. §. ſciendum.) ſuccedebant ordine tertio cognati: vt in princ. huius tit. Videndum ergo, qui admittantur appellatione cognatorum, & qualiter, & vſque ad quem gradum: quod dic, vt notaui in ſumma C. vnde legit. & vnde cogn. § honorum autem. vſq; ad illum §. erubeſcant. & in ſumma C. de legi. hæred. §. item dubitare poteſt, an ex eo. Et ſi velimus breuiter notare, quid hodie obtineant de ſucceſsionibus, & per regulas, & per ius nouum: dic vt notaui in ſumma C. communia
1 de manumiſsionibus. † Illud fortaſſe quæreret quis, an hodie debeat ſuccedere is, qui liber fuit, & ſeruus factus poſtea manumiſſus eſt? Dicitur enim quòd naturalis cauſa tantùm debeat ſpectari: vt C. de ſuis & legit. hæred. auth. in ſucceſsione. Domino tamen meo videbatur, quòd non debeat ſuccedere: nam & prætor naturalem cauſam tantùm ſpectabat: vt ff. eod. l. ij. & ſuprà de hæred. quæ ab inteſt. §. emancipat l. nec tamen eum vocabat, nec ego eum vocabo. Sed admittetur ſicut ille, qui ſemper fuit ſeruus, & poſteà manumiſſus eſt: vt infrà de ſeruili cogna. Reſpondeo libero homini facto ſeruo, & poſtea manumiſſo, non ſubuenietur: quia eſt quod ei imputetur: ſeruitus enim ſuo vitio contigit. At ſi ſine vitio eius cōtingit, venia dignus eſt: vt putà, ſi capiatur ab hoſtibus. cæterùm iis, qui nunquam fuerunt liberi, nihil poteſt imputari, vnde ſubuenietur eis per conſtitutionē. Et id etiam quæritur, ſi frater ſerui mei decedat inteſtatus, an ego ex perſona ſerui mei tanquam cognatus poſsim ſuccedere quaſi naturali cauſa inſpecta? quod non credo. Nam nec per prætorem ſuccederet, qui naturalem cauſam tantùm intuebatur. Illud etiam quæritur, quare dicat ex ſeptimo gradu vocari natum ex ſobrino, vel ſobrina? nunquid etiam alij poſſunt eſſe ex ſeptimo gradu, niſi nati ex ſobrino, vel ex ſobrina? Et certè poſſunt, ſi computes gradus ex parte aſcendentium.

De gradibus cognatorum. *Rubrica.*

1 *Gradus quid & 15.*
2 *Cognationis ſubſtantia duplex.*
3 *Gradus cognationis trifariam diſtingui.*
4 *Gradus cognationis quomodo conſtituantur. 6. 9. & 12.*
5 *Pater & filius an conſtituant duos gradus, an vnum.*
7 *Gradus cognationis in linea directa quouſque protendatur.*
8 *Decretiſtarum error in computatione graduum cognationis.*
10 *Collateralis lineam vnde incipiat.*
11 *Gradus cognationis cùm quæritur, ſemper eſſe ab eo incipiendum, de cuius cognatione quæritur.*
13 *Affinitas quid, & qualiter contrahatur.*
14 *Conſanguinitas quid.*
16 *Gradus an poſsint conſtitui inter affines.*
17 *Affinium nomina.*
18 *Graduum cognationis computatio ad quid conducat, ad quid etiam affinitatis & num. 20.*
19 *Affinitatis iure nullam ſucceſsionem deferri.*

QVONIAM ſucceſsiones deferuntur ſecundum gradus prioritatē, vel prærogatiuam, nuptiæ prohibentur gradibus inter perſonas diſtinctis, ideo videamus de gradibus cognationum ratione ſucceſsionis, vel quacunq; alia ſimili ratione, & de gradibus affinitatis ratione prohibitarum nuptiarum, vel teſtificationum,
1 vel ſimilium. l. iuriſconſultus. ff. de gradib. affinita. † Videndum eſt ergo quid ſit gradus, & qualiter diſtinguatur. A quibuſdam autem ita definitur. Gradus eſt interuallum ſiue diſtantia perſonarum cognatione, vel affinitate ſibi coniunctarum. Vel ſic, & melius vt puto. Gradus eſt enumeratio [ſingularum] perſonarum cognatione, vel affinitate ſibi coniunctarum: quoto gradu vna perſona diſtat ab altera optimè indi-
2 cans: vt infrà eodem. §. hactenus. † Subſtantia cognationis bifariam intelligitur, ſcilicet naturalis & ciuilis: & contrahitur ciuilis per adoptionem. Et illa ſpeciali nomine dicitur agnatio. Naturalis autem ſubdiuidi poteſt: quia alia eſt naturalis tantùm, vt per fœminas. Alia legitima & naturalis, vt per matrimonium: vt ff. eodem. l. ſecunda. §. cognationis. Dicitúrque gradus in perſonis ad inſtar locorum procliuium, & ſcalarum, quos ita ingredimur, vt à proximo in proximum, id eſt, in eum, qui quaſi ex eo naſcitur: vt ff. eodem. l. iuriſconſul-
3 tus. §. gradus. † Gradus autem cognationis ſic trifariè diſtinguuntur: quia alij ſunt ſuperioris ordinis, vt aſcendentium: alij inferioris, vt deſcendentium: alij collateralis, vt eorum, qui veniunt ex tranſuerſo: vt ff. eodem. l. prima. Et iſti gradus
✠ dicuntur ſtemmata: ✠ vt ff eod. l. ſtemmata. Vel dicitur ſtemma, nobilitas ſanguinis: vnde dicitur ſtemma ſequitur, ſtemma petit,
a cùm ſtemma decoret. Sed de ſingulis videndum eſt, a quot, quibus
4 perſonis, & qualiter conſtituantur. Et quidem † vnus gradus conſtituitur per te & filium tuum: eſtis enim in vno eodémque gradu. Et filius dicetur in primo gradu reſpectu habito ad deſcendētes, pater ſimiliter in primo reſpectu aſcen-
5 dentium. [Licet enim † quidam dixerunt patrem vnum gradum conſtituere reſpectu aſcendentium. Item filium alium gradum reſpectu deſcendentium] falſum eſt omnino: ſicut etiam in feneſtris apertè licet videre. Nam ſi feneſtram facere volueris, & conſtituere, non aliter facies: niſi duabus columnis ſeparatim poſitis & erectis: & ita habebis vnam feneſtram. Si verò velis aliam rurſus facere, vnica appoſita aliam conſtitues. Et (vt aliam conſtituas) non habes neceſſe plures apponere: ſicut cuilibet patet. Sic ergo pater & filius vnicum gradum conſtituere dicendi ſunt. Et pater eſt in primo gradu reſpectu aſcendentium: filius in primo eodem reſpectu deſcendentium

dentium:vt ff.eod.l.j.§.& ſuperior. Sed ſiue ex parte ſuperio-
ris ordinis vnicam addas perſonam, ſiue ex parte inferioris a-
lium gradum conſtitues, ſicut & in columnis diximus. Ergo
pater à filio non diſtat aliquo gradu: quia in eodem gradu eſt
vterq;,& pater filio, & e conuerſo adinuicem ſibi ſunt in primo
gradu:vt ff.eod.l.j.§.ſuperior.pater reſpectu aſcendentium.fi-
6 lius reſpectu deſcendētium. † Nepos verò eſt auo in ſecundo:
pronepos in tertio:& ſic deinceps quotcūq; perſonas enume-
res,tot gradus conſtitues.Nec poterit hæc regula falli:dunta-
men excipias ſemper vnā perſonam, id eſt, ipſum ſtipitem qui
per ſe ſolam (ſicut ex te tæ) gradum non conſtituit,ſed cum fi-
lio:vt ff.eod.l.Iuriſconſultus.§. ſunt & ex lateribus.& §. & ſi
ex inferioribus.Et ſic poterit peruenire vſq; ad decimum gra-
7 dum ſucceſſione agnatorum. † Plerunq; tamen natura vltra
ſeptimum gradum cognatorum, vitam conſiſtere nō patitur:
& dicuntur cognati quòd quaſi vnà, communitérve nati, vel
ab eodem orti, progenitíve ſunt: vt ff.eod.l.non facilè. (quis
enim pater filium filij trinepotis ſuum vidit.) Vltra decimum
8 autem gradum nunquam procedimus,licet † enim Decretiſtæ
dicāt nos computare vſq; ad xiiij.gradum.can.ad ſedē. xxxv.
q.v.quod falſum eſt tamen, imò non computamus vltra deci-
mum.ſ.ad commoditatem:nec vltra decimū aliquid mihi ven-
dicare iure cognationis poſſum : computare tamē poſſes mille
(ſi velles) perſonas enumerando: vt j.eod.§.hactenus. Eodem
9 † modo & in ſuperiori linea fit computatio : cùm enim pater
ſit mihi & mecum in primo gradu,auus erat mihi in ſecundo,
proauus in tertio,abauus in quarto, atauus in quinto, trita-
uus in ſexto. Vltra verò nomina nō habemus. Eſt enim per re-
rum naturam inductum,vt plures ſint res, quàm vocabula:vt
ff. de præſcript verb.l.iiij &,j.eo.§.hactenus.in fi.nihilominus
tamen gradus enumerare quis poteſt,& dicuntur iſti tales aſ-
cendentes parentes,ſuperiores autem dicuntur maiores Sic &
habemus ſpecialia nomina deſcendētium.Filius enim mihi eſt
in primo gradu,nepos in ſecundo,pronepos in tertio,abnepos
in quarto,atnepos in quinto, & trinepos in ſexto. Et iſti di-
cuntur liberi : qui autem ex his naſcuntur,dicuntur poſterio-
10 res:vt ff.eod.l.iuriſconſultus.§.parentes. † Collateralis au-
tem linea incipit à ſecundo gradu. Nec enim reperiri poteſt
primus:ſicut in duobus prædictis diximus : & eſt hoc ipſa na-
tura impoſſibile.quia propagationis & originis fons non de-
ſcēdit ab eis.item non poteſt collateralis linea [in primo gra-
du] reperiri cum ſuperiori, ſicut & in prædictis duabus dixi-
mus : & hoc eſt,quod dicitur ff.eod.l.j.ibi, ex tranſuerſo verò
nūquam, &c. Quod patet : quia ſi ſunt duo fratres,& habent
patrem,licet vterque eorum ſit patri in primo gradu (vt dixi-
mus) hoc tamen,id eſt, eorum reſpectu habito,inter ſe non eſt:
quia fratres ſibi ſunt collaterales:& quia patre medio coniun
guntur, iſti duo faciunt duos gradus, ſtipite non computato.
Sed licet in primo gradu non concurrat collateralis cum ſu-
periori vel inferiori , concurrit tamen in ſecundo gradu cum
ſuperiori & inferiori. Ecce enim auus & auia,nepos & neptis,
ſunt in ſecundo gradu. Sic & filius fratris eſt in tertio:ſicut &
collateralis lineæ ſuperioris eſt in tertio, ſcilicet patruus , &
amita,& ſimiles. Idémque notari poteſt in aliis collateralibus
inferioris & ſuperioris lineæ : vt ff.eod.l.j.Si ergo fuerint duo
fratres ſibi erunt in ſecundo gradu. Idémq; eſt in mille. Nam
quæ ratio eſt in duobus,eadémq; ſeruatur in pluribus. Et eſt
illa ratio:quia per ſtipitem,id eſt,patrem medium duabus per-
ſonis,id eſt,ſeipſis conuenientibus coniunguntur. Fratres au-
tem [duo] gradus duos conſtituunt : pater verò , id eſt, ſtipes
reſpectu eorum,id eſt,reſpectu collateralis lineæ nullum con-
ſtituit,ſed reſpectu deſcendentis lineæ (vt dictum eſt) conſti-
tuit cum filio:ſic & mille fratres vnus alteri per ſtipitem inui-
11 cem coniunguntur,nō per alios fratres † ſecundo gradu di-
ſtant.Filij autem duorum fratrum ſunt in quarto:quia appel-
lantur [fratres] patrueles:ſicut & cōſobrini dicuntur filij dua-
rum ſororum:vt j.eod.§.conſobrini.Horum autem conſobri-
norum filij , qui dicuntur propiores ſobrini , ſunt in ſexto.
Propiores autem ſobrinorum filij ſunt in octauo,qui alio ſpe-
ciali nomine non vocantur , ſed dicuntur ſobrini ſimpliciter:
vt j.eo.§.item fratris. & §.item ſobrini. & C.commu. de ſuc-
ceſſ.l.ij.ſic & de cæteris collateralibus licet ponere & videre.

Item ego ſum filio fratris mei in tertio gradu , nepoti in gra-
du quarto:ſic de cæteris:vt j.eod.§.iij.& §.iiij.& v. Eſt autem
illa regula tenenda , vt ſemper tot gradus numerentur , quot
perſonæ interueniunt præcedentes eum,vel eos qui volūt ſuc-
cedere , excepto ſtipite qui per ſe non conſtituit gradum : vt
12 dixi.Item † illa regula tenēda eſt, vt quoties quæritur quoto
gradu ſit aliquis , ſemper eſt ab eo incipiendum, de cuius co-
gnatione quæritur:vt ff.eod.l.Iuriſconſultus.§. ſunt & ex la-
teribus,& § patruus maior.ibi,ideo autem, &c. Eodem modo
computabitur tranſuerſalis linea ex parte aſcendentium per
obliquum.Nam auunculus & matertera mea,ſibi ſunt in gra-
du ſecūdo:eadem ratione qua & quilibet duo fratres , & mihi
quiſq; eorum eſt in tertio : vt C.communia de ſucceſſ.l.auun-
culo. Idem in patruis & amitis. Matertera autem magna, &
auunculus magnus,mihi ſunt in quarto. Nam auia eſt mihi in
ſecūdo,proauia in tertio:ergo & eius filius,vel filia,qui eſt fra
ter,vel ſoror auiæ,& dicitur matertera magna,vel auunculus
magnus,eſt in quarto:quia ipſa proauia,id eſt, ſtipes cùm tra-
ctatur de ſucceſſione collateralium gradum non conſtituit.
Idem in patruo magno , vel amita magna. Et eſt notandum
quòd patruus magnus dici poteſt.ſiue ſit frater aui materni,ſi
ue paterni.Idemq; dico in amita magna,ſiue ſit ſoror paterni,
ſiue materni:vt ff.eod.l.Iuriſconſultus.§. patruus magnus. li-
cet quidam ſcripſerint contrarium in C.de ſucceſſ. edicto.l.j.
Frater autem proaui poteſt dici patruus eadem nota adiecta
eius ſorori. Idem proauiæ fratri, vel ſorori:vt dicatur auun-
culus maior,vel matertera maior:ſed illa nota detracta, com-
modè appellabuntur ſimplici vocabulo,adiecta præpoſitione
pro quæ auo,vel auiæ adiicitur:ſic & dicitur abauunculus fra
ter abaui,ſicut & abauus : & ſic de cæteris cognoſcere,quoto
gradu ſint:& quibus nominibus debeant vocari, facilè intel-
ligere potes:vt & dicetur ff.eo.l.j. §.iij.& §.v. & l.vj.& l. Iuriſ-
conſultus .§. auunculus maximus : & §. amita maxima. & §.
matertera maxima. Supereſt , vt videamus de affinitate quid
ipſa ſit,& qui dicantur affines,& qualiter contrahatur affini-
13 tas. † Definitur autem à quibuſdam affinitas in hunc mo-
dum. Affinitas eſt regularitas perſonarum nuptiis nobis con-
iunctarum,omni carens parentela. De nuptiis autem ideo di-
ctum eſt:quia ſine eis non contrahitur affinitas ſecundum le-
ges,aliàs ſecus ſecundum canones. Sed tamen etiam ſecūdum
vtraque iura contrahitur affinitas etiam per fornicationem
b [b] quantum ad prohibitionem nuptiarum. Et dicuntur affines,
cum duæ cognationes , quæ diuerſæ ſunt inter ſe, per nuptias
licitas copulantur : & altera ad alterius cognationis finem
accedit:namque coniungendæ affinitatis cauſa fit ex nuptiis:
& probantur hæc ff. eod.l. non facilè. & §. & quoniam. & §.
affines. & § ſciendum.& l.priuignus.primo reſpon.& de con-
cubinis.l.j.§.ſi qua. Vel ſic. Affinitas eſt vinculum genealogiæ
inter extraneos legitima cognatione maris & fœminæ proue-
niens , vtrorumlibet coniugum cognatis alterius artificiali
14 connumeratione coniungens. † Conſanguinitas autem eſt
vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium intra
☞ ſeptimam generationem carnali propagatione contractum.
Linea eſt ſeries originis perſonarum ab eodem ſtipite deſcen-
dentium , poſteriores ab anterioribus ordinatè innuens de-
15 ſcendere, & deſcenſum ſeptimi non tranſcendens. † Gradus
eſt ſecundum quoſdam regularis perſonarum adinuicem in
ſua cognatione diſtantia : ſecundum quòd vna magis vel mi-
nus recedit à ſtipite. quàm altera : vel aliter , vt notaui ſuprà
16 eodem titu. in princip. † Gradus autem affinitatis nulli ſunt:
vt ff.eod.l.iiij.§. gradus.quod intelligo propriè. Nam gradus
ratione cognationis naturalis dicitur,hic autem nulla eſt natu
ralis cognatio,impropriè tamen poſſunt gradus vocari : vt ff.
eodem.l.Iuriſconſultus.in princi. De illis gradibus affinitatis
ſciendum eſt,quòd quoto gradu quis eſt vxori meæ iure co-
gnationis, toto erit, & mihi iure affinitatis : & è conuerſo. &
idem in perſona mea meiſque cognatis quantum ad vxorem
17 meam † Affinium autem nomina ſunt hæc.ſocer,ſocrus, ge-
ner, nurus , nouerca, vitricus , priuignus , priuigna. Et certè
viri pater , vxoriſque ſocer dicitur , mater autem eorum ſo-
crus. Item filij vxor,vel ſponſa,nurus dicitus. Vir autem fi-
liæ gener appellatur.Item vxor liberis ex alia vxore natis,no-

nerca dicitur, ſed matris vir, dicitur vitricus à liberis natis ex alio viro. Item vtrique eorum natos aliunde priuignos priuignáſq; vocant. Socer autem magnus dicitur vxori mrę auus, & ego illius ſum progener. Et eodem modo poteſt aſsignari proſocrus: & idem in alijs perſonis quibus poſſunt adiici prępoſitiones, ſicut ſuprà diximus in veris cognatis. Et poſſunt huiuſmodi affinium nomina verè, & propriè proferri: etiam propter ſola ſponſalia: vt ff. eod. l. ſeruus. & l. Labeo. Viri frater leuir eſt: ſic etenim Helena ad Hectorem dicit apud Homerum, Δαερ [illegible] Hoc eſt. Leuir mei canis omnis mali cauſatricis horridæ. Viri ſoror glos dicitur. Vxores duorum fratrum inter ſe εἰνάτερες dicunt: vt ff. eod. l. iiij. §. & quidem vni patet. † Prodeſt autem
18 hæc computatio quæ fit iure cognationis, cum tractatur de ſucceſsione alicuius: & quęritur, quis ſit potior: defertur enim priori in gradu: vel ſi plures ſunt in vno gradu, omnes vocantur ſimul. Idémq; & cùm quæritur de tutela: vt ff. eo. l. j. §. ſed
19 admonendi. & l. iuris. j. reſpon. † Affinitatis autem iure non defertur ſucceſsio: vt C. commu. de ſuc. l. affinitatis. Item prodeſt computatio vtraq;, ſcilicet affinitatis, & cognationis propter nuptias impediendas: vt ff. eod. l. iiij. §. hos itaque. & vt diximus ſ. de nupt. Item cùm quæritur de teſtificationibus: vt ff. eod. l. iuriſconſultus. §. j. & de teſti. l. lege. vt diximus in ſumma C. de teſt. Item prodeſt cum quæritur de muliere quæ nupſit intra tempus luctus an, & quibus poſsit ſuccedere: & dicitur quòd vltra tertium non ſuccedit gradum: vt C. de ſecun. nup. l. ij. in fin. Præter hoc ſciendum eſt, quòd Iuſtinianus gradus prædictarum perſonarum, prout ſ. diſtincti ſunt in hoc præſenti libro, iuſsit inſcribi: quatenus poſsint, & ex auribus, & ex oculorum inſpectione adoleſcentes perfectiſsimam graduum doctrinam adipiſci. nam veritas magis oculata fide, quàm per aures animis hominum infigitur: vt j. eo. §. agnationis. vnde dicit Horatius in arte poetica:

Segnius irritant animos demiſſa per aurem:
Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus, & quæ
Ipſe ſibi tradit ſpectator.

Item illud non prætermitto, quòd inter leges & canones nulla eſt differentia circa computationem [graduum] lineæ aſcendentis, vel deſcendentis. Sed ſecus in collateralibus: quia ſecundum eos duo fratres ſunt in primo gradu, & eorum liberi in ſecundo: & ſic de cæteris.

ANNOTATIONES.

a Stemmata. Vide Ale. ij. cap. xxx. Pareg.

e Videndum eſt. Ad huius tit. materiam vide Ioan. Andr. in arbore conſanguinitatis. Bald. in l. ij. C. de ſucceſ. edi. Bart. & doct. in l. iij. eod. tit. Ange. are. in princip. num. 6. cum plu. ſequen. Inſtit. de grad. vbi etiam vide domi. Chriſtopho. & Iaſon. de may. in additio. ad eundem domi. Iaſo. in addi. ſ. ergo. nume. 39. cum pluribus ſequen. per tit. Inſtitut. de nupt. multa per Paul. de caſt. in conſi. cls viij.

b Fornicationem. Ad huius concluſionem adde Ioan. And. in arbore affinitatis do. Anto. roſel. in arbore ſua conſanguinitatis. Bald. in l. cùm acutiſsimi. verſi. quæro quid ſi per ſtatutum. C. de fideicom. & in l. liberi. C. de nupt. & in ſua margari. in verſic. affinitas. cano. in capit. non debet. de conſangu. & affini. & in capit. diſcretionem. de eo qui cogn. conſang. vxo. ſuæ. vbi habes totam materiam.

De ſeruili cognatione. *Rubrica.*

1 *Seruilis cognatio non computatur.*
2 *Manumiſſi inter ſe ſuccedunt.*

QVIDAM non habent hic rubricam, nec ego ab initio habui, nec Pla. quare nec ſeparatim de hoc titulo ſicut de alijs tractauit: ſed nunc habeo, ſicut & quidam alij. Eſt ergo videndum de ſeruili cognatione, quid in ſuccedendo operetur. De agnatorum enim, & cognatorum, liberorúmq; ſucceſsione ſatis ſ. diximus. Eſt autem ſciẽdum, quòd ſeruilis cognatio de iure ciuili, vel etiam de iure prætorio naturalem æquitatem ſequebatur, & num-
1 quam † computatur, quantum ad ſucceſsionem interim dum imminet ei vinculum ſeruitutis: vt C. commu. de ſucceſ. l. ſecundus, & de ſuis & legiti. l. ex libera. niſi in caſibus in quibus etſi verè ſit aliquis ſeruus: quia tamen omnino ei competitura eſt libertas habet commodum ſuccedendi alij, vel alius ei poteſt ſuccedere: vel alia ratio eſt: quia ſeruus fingitur deceſsiſſe liber: vt no. in ſum. C. commun. de ſucceſ. Si verò ſeruilis cogna-
2 tio perueniat ad libertatem, bene poſſunt illi, qui † manumiſsi ſunt inter ſe iure cognationis ſuccedere, ſcilicet liberi & parentes inter ſe: vel etiam liberi inter ſe, ad ſimilitudinem eorum, qui ex iuſtis nuptijs procreati ſunt patronatus iure in hac parte ſopito: & cenſentur paris iuris nati poſt libertatem, cùm his qui nati ſunt in ſeruitute: modò poſteà ſint manumiſsi: vt j. eo. tit. Sed dubitatur de quibuſdam perſonis vtrum debeant præferri patrono, ſcilicet de fratre & patre liberti: quod dic vt not. in ſum. C. de bon. libe. in fi. Illud certum eſt, quòd ſeruiles cognationes computantur quantum ad prohibitionem nuptiarum: vt ff. de ritu nupt. l. adoptiuus. §. ſeruiles.

De ſucceſsione libertorum. *Rubrica.*

NEDVM ratione cognationis defertur hęreditas, (vt dictum eſt) ſed etiam ratione manumiſsionis in bonis libertorum. de qua ſucceſsione plenè dixi in ſumma C. de bon. libert.

De aſsignatione libertorum. *Rubrica.*

1 *Aſsignare libertum quid.*
2 *Hæreditatem liberti diuidi in capita inter liberos patronorum.*
3 *Aſsignari cui poſsit libertus.*
4 *Aſsignatio liberti quomodo poſsit fieri.*
5 *Aſsignatio liberti quibus modis diſſoluatur.*
6 *Aſsignationis liberti effectus & nu 8.*
7 *Ius accreſcendi quo caſu locum habeat in aſsignatione liberti.*

QVONIAM libertorum hęreditas quãdoq; defertur patronis, & eorũ liberis (vt ſ. dictum eſt) ex libertis autem poteſt eſſe, quòd vnus præferatur alijs ratione aſsignationis: ideo ponitur de aſsignatione libertorum. Vidẽdum ergo quid ſit aſsignare libertum, quis poſsit aſsignare. cui, qualiter diſſoluatur aſsignatio,
1 & quis ſit eius effectus. † Eſt autem aſsignare libertum, teſtificari cuius ex liberis libertum eſſe velit. Et poteſt is omnis aſsignare, qui libertum habet, ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate manumiſerit: vt ff. eo. l. vlt. j. reſponſ. Item aſsignat ille, qui ſolus eſt patronus. Nam ſi cum alio, non ſtatim capit effectum aſsignatio: quia alter patronus ſolidũ ius habet, vt præferatur filius patroni: vt ff. eod. l. ſi ex duobus. Licet eo mortuo quandoq; poſsit habere effectũ: vt ſi ad filios duorũ patronorum deferatur hæreditas liberti. [Nam ille cui aſsignatus eſt, habebit in hæreditate liberti] nedum portionem, quæ ſibi deferebatur ex perſona ſua: ſed etiam, quæ deferebatur alteri fratri ſuo, cui non eſt aſsignatus libertus. & ideo ſi ex altero patrono erat filius vnus: ex iſto autem erant duo, iſte cui eſt aſsignatus, habebit beſſem in hæreditatem liberti: alius verò trien-
2 tem: † quia in capita diuidebatur hæreditas liberti inter liberos patronorum: vt ff. eo. l. j. §. ſi ſit ex vno patrono. & ſ. de ſuc. lib. §. multis. Item aſsignat ipſe manumiſſor (vt dictum eſt) nõ autem aſsignat ille, cui eſt aſsignatus: vt ff. eo. l. liberi. Item nec
3 iudex aſsignat: vt ff. de iure patro. l. vlt. Aſsignatur † autem ei filio, qui eſt in poteſtate, ſi modò plures ſint liberi. Nam ſi vnicus eſt filius, non eſt opus aſsignatione: quia ſine ea ſolus eſt habiturus eum libertum. Quid autem ſi fuerit aſsignatus filio emancipato? ait P. eam tenere: vt ff. eodem. l. vtrum. ij. Sed tamen videtur mihi contrarium: quia etſi fieret aſsignatio ei, qui eſt in poteſtate, & poſtea emancipetur, euaneſcit aſsignatio: vt infra eodem. §. datur. licet quidam tollerent iſtud quodam ſimili inducto: vt ff. de recept. arbitr. l. non diſtinguemus. §. ſacerdotio. Sed certè ibi non ſoluitur compromiſſum, adueniente ſacerdotio, imò excuſatus arbiter, ne compelletur pronuntiare. Item quod dicitur in illa l. vtrum ij. & magis eſt poſſe, ſubaudi ei ſoli aſsignari, quia eſt in poteſtate. Item

poteſt

poteſt aſsignari filio nato, & naſcituro: vt ff. eod. l. vltim. §. j.
Item poteſt aſsignari filio inſtituto, vel non inſtituto: imò
etiam exhæredato poteſt aſsignari. neque nocet ei nota exhæ-
redationis, quantum ad ius patronatus: imò etſi poſt aſsigna-
tionem fuerit exhæredatus, non ſemper exhæredatio adimet
aſsignationem: niſi hoc animo facta ſit: vt ff. eodem: l. j. §. ſed ſi
exhæredato. & §. ſed etſi poſt. Item poteſt aſsignari libertus &
vni & pluribus. ſicut & vnus libertus & plures poſſunt aſsi-
gnari: imò etiam ille aſsignatur, qui eſt apud hoſtes: vt ff. eod.
l. j. §. quamuis. & §. is quoque. Item poteſt aſsignari libertus
nepoti. Vnde quæritur, ſi filium quis habeat, & ex eo nepotem,
an poſsit tali nepoti aſsignare, cùm vterque ſit in poteſtate
ſua: & certè poteſt. Et cum multi ſint caſus, in quibus illi, qui
ſunt in poteſtate habeant libertum (puta, ex caſtrẽſi, vel quaſi
caſtrenſi peculio, vel etiam ex aduentitio) iſto caſu iſte nepos
admittetur ad legitimam hæreditatem liberti: vt ff. eod. l. idem.
4 §. poſſe autem. † Fieri poteſt aſsignatio quibuſcunque verbis
vel nutu, vel teſtamento, vel codicillis, & ex die certa. ſed vſq;
ad dies centum vix poteſt. Nam ipſe Senatus huic negotio fi-
nem præpoſuit: vt ff. eod. l. j. §. aſsignare. & l. vlti. §. vltim. & j.
eod. §. vlti. Item fieri poteſt expreſsim, & tacitè. Nam ſi ſer-
uus liber eſſe iuſſus fuerit, & filio legatus eſt: deinde teſtator
viuus eum manumiſerit, ad filium libertus quaſi aſsignatus
pertinet. hoc ita eſt, ſiue expreſſum ſit, vel certè intellexerit,
non quaſi ſeruum eum legaſſe, ſed quaſi libertum aſsignaſſe:
vt ff. eod. l. ſi ſeruus. Item poteſt aſsignatio fieri [purè.] & ſub
conditione, & per epiſtolam, vel teſtificationem, vel chirogra-
phum: quia aſsignatio liberti, neque quaſi legatum, neq; quaſi
fideicommiſſum percipitur, denique neque fideicommiſſo o-
5 nerari poteſt: vt ff. eod. l. aſsignare. † Diſſoluitur autem aſsi-
gnatio pluribus modis: ecce enim aſsignator poteſt adimere aſ-
ſignationem etiam nuda voluntate. Item & ſi is cui eſt aſsigna
tus, repudiauerit eam, redit ius patronatus ad fratres eius: vt
ff. eod. l. j. §. aſsignare. & §. ſed ſi is cui. Item & ſoluitur, ſi is cui
aſsignatus eſt, patiatur maximam capitis diminutionem, vel
mediam: imò & ſi patiatur minimam: vt quia emancipatus eſt
redit patronatus ad familiam. vel ad fratres eius, cui eſt aſsi-
gnatus: vt ff. eod. l. j. primo reſpon. & l. vlti. §. quod inquit. & j.
eod. §. vnde quærebatur. Item ſoluitur, ſi ille cui eſt aſsignatus
deceſſerit ſine liberis: vt j. eod. §. ſed ita demum. & ff. eod. l. j. §.
6 vtique ſi ex liberis. † Effectus autem aſsignationis varius eſt
inſpecta eius qualitate. Nam ſi fiat ſub cõditione, vel in diem,
interim pendente die, vel conditione, perinde eſt ac ſi aſsigna-
tus nõ eſſet. Interim ergo mortuo liberto, hæreditas eius per-
tinebit ad omnes liberos patroni: vt ff. eod. l. ſub conditione.
Si verò fiat aſsignatio purè, & ab eo qui ſolus erat patronus,
per omnia habetur pro patrono ille, cui eſt aſsignatus: vt ff.
eo. l. j. ſcilicet quantum ad commodum ſuccedendi, & haben-
di iura patronatus: non tamen licet ei aſsignare prout dictum
eſt. Item & ſoluitur in eius perſona ius aſsignationis quibuſ-
dam modis, quibus non ſolueretur, ſi ipſemet manumiſiſſet: vt
liquet ex præmiſsis, & ex eo quod notaui in ſum. C. de bon.
liber. §. repellitur. Item nedum ille cui eſt aſsignatus admitti-
tur vt patronus, ſed etiam eius liberi ſui emancipati. Nam e-
mancipati licet de iure ciuili non admittantur ad hæredita-
tem, de iure tamen prætorio præferuntur familiæ aſsignato-
ris. Et accipiuntur liberi nedum filij, ſed etiam nepotes, &
neptes, & deinceps deſcendentes: vt ff. eo. l. idem. §. emancipa-
7 tos. † Vbi autem ille, qui ſolus eſt patronus libertum aſsignat
duobus, & in perſona vnius iſtorum euaneſcit aſsignatio, vel
ab initio, vel ex poſtfacto accreſcit alteri aſsignatio potius,
quàm redeat in familiam: vt ff. eod. l. idem. §. vlt. & l. nec vnius.
& l. verum portio, quod notabile eſt. aliàs [enim] ex quo ius
ſemel quæſitum eſt, non ſolet accreſcere ſocio: niſi in vſufru-
ctu: vt ff. de vſufru. ac. l. j. §. interdum. Quid autem ſi vnus eo-
rum quibus aſsignatus erat deceſſit non ſine liberis, an liberi
defuncti admittantur cum viuo? Et certè non admittũtur, ſed
eo defuncto, liberi alterius ſuccedunt: & ſi vterque deceſſerit,
& alter filios, & alter nepotes reliquerit, filij vnius præferun-
8 tur nepotibus alterius: vt ff. eo. l. verum portio. † Si autem ille,
qui erat cum alio patronus, cùm habeat filios duos vni eorum
aſsignauerit libertũ, & alter moriatur relicto vnico filio, iſte
cui libertus eſt aſsignatus à patre ſuo, habebit in hæreditate li-
berti iure aſsignationis partem ſuam, & partẽ fratris ſui. Nul-
la enim facta aſsignatione haberet quilibet tertiam: vt ſ. dictũ
eſt. ergo iſte, cui eſt aſsignatus debet habere beſſem, id eſt, ſuã
tertiam, & tertiam fratris ſui: ſed ſui fratris tertiam non poteſt
habere: niſi frater viuat, & ad legitimam hæreditatẽ liberti po-
tuit admitti: niſi eſſet facta aſsignatio. Nam ſi ponamus eum
capite minutũ, æquales partes habebũt, & ſi ille cui eſt aſsigna
tus à patre ſuo, & alterius patroni filius. Si autẽ deceſſerit ille,
ſicut ego aſsignaui relicto filio ſuo, ſcilicet nepote meo, & re-
licto fratre ſuo patrueli. ſ. alterius patroni filio, ſemiſſem ha-
bebit iſte nepos meus, quẽ eſſet habiturus filius meus, ſcilicet,
qui viuit, ſi ego libertum non aſsignaſſem. Nam ſi non viueret
iſte filius, alterius patroni filius præponeretur nepoti meo,
Idemque eſt & ſi filium, & nepotem habebam ex altero filio,
& nepoti libertum aſsignaui: admittitur nepos meus ad legi-
timam hæreditatem cum alterius patroni filio, ſcilicet, interim
dum viuit patruus ſuus, id eſt filius meus: cæterùm ſi ille non
eſſet, nihil prodeſſet ei aſsignatio: præponeretur enim ei alte-
rius patroni filius: vt ff. eod. l. j. ij. & iij.

De bonorum poſſeſsionibus. *Rubrica.*

1 *Manumiſſor extraneus quis dicatur.*

QVALITER ex teſtamento vel ab inteſtato
quis ſuccedat de iure ciuili in ius vniuerſum, ſu-
prà dictum eſt: nunc videamus, qualiter quis ſuc-
cedat de iure prætorio [a]. & quia hoc ſit per bo-
norum poſſeſsionem. de ea videamus. quid ſit ipſa, qualiter di
uidatur, quis poſsit eam cognoſcere, qualiter. & intra quæ tẽ-
pora: quod dic vt notaui ſ. in ſum. C. qui admit. ad bo. poſ. §. ij.
1 † Quis ſit extraneus manumiſſor multi diuinauerũt, & igno-
ta per ignotiora expoſuerunt. Sed ego dico, extraneus manu-
miſſor eſt pater, qui emancipauit non contracta fiducia: hoc
autem apertè probatur, nec enim aliter intelligi poteſt: vt j.
eo. §. quæ autem. Sed ipſi opponunt, quomodo ergo ipſe pa-
ter, quem dicit manumiſſorem, ſibiipſi præfertur? reſpondeo
[nunquam ſibiipſi præfertur] ſed licet ibi confusè omnia po-
nantur, diſtinguenda ſunt tamen: vbi enim auus emancipauit
nepotem non contracta fiducia, præfertur ſibi pater, & cæteri
ibi enumerati. Item vbi emancipauit pater non contracta fi-
ducia, præfertur ſibi auus cum illis perſonis. Nam & licet ibi
coniugatur, aliquis tamẽ ordo fuiſſe creditur, vt primò liberi,
deinde cæteri admittantur. Et not. quod illa bonorum poſ-
ſeſsio cum qua ex familia (ſic enim dicebatur) patrono dece-
dẽte liberto inteſtato, ſexta autem dabatur patrono facto te-
ſtamento, & eo præterito, hoc tamen non videretur eſſe verũ:
quia hic nõ eas quæ ex teſtamento. ſed quæ ab inteſtato ſunt,
aſsignare ſe dixit in ſuperiori litera huius §. Et caue tibi, quia
quod dixit primo, item ſecundo loco, item tertio, non deno-
tat niſi numerum, & ordinem bonorum poſſeſsionum: non
etiam, vt in ſucceſsione huius primò hæc, deinde illa locũ ha-
beat: ſicut & ipſe ponit. Licet in quibuſdam hoc ipſum ſit ve-
rum. Si enim hoc diceret litera, ſibiipſi ſi eſſet contraria: cũ di-
cat primo loco dari vnde liberi, & poſteà tertio loco compe-
tere eiſdem per bonorum poſſeſsionem, vnde decem perſonę.

ANNOTATIO.

a Prætorio. Adde ad huius titu. materiam Spe. in tit. de teſta. §. ſequitur
videre. per totum. Bald. in l. certum. C. vnde cogna. & ibi doctor. & in
l. omnium. C. de teſtam. do. Alexan. de Imo. in l. quandiu. C. qui admi.
doct. in rub. C. eod. & in l. fin. eod. tit. vbi colliges totam materiam.

De acquiſitione per arrogationem. *Rubr.*

1 *Succeſsio quomodo olim concedebatur arrogatori arrogati, &*
quid hodie concedatur arrogatori in bonis arrogati. nu. 2.
3 *Creditoribus arrogati quomodo conſulatur aduerſus arroga-*
torem.

NED

REDVM de iure ciuili, vel prætorio ſuccedimus in ius vniuerſum defuncti: ſed etiam de iure ciuili ſuccedimus in ius vniuerſum viuentis: vt per arro-
1 gationem, quæ conſenſu duorum fit. l. † arrogantis arrogati. Olim tamē ſic ſuccedebatur, vt omnia omnino, quę habebat arrogatus arrogatori quærerentur. Sed excipiebantur quędā, vt operarū obligationes, quod de his tantum intelligendum eſt, que debentur nobis à noſtris libertis, nec tranſeunt ad extraneum hæredem: vt ſunt obſequiales operæ, quæ conſiſtunt in faciendo. Item fabriles: vt notaui in ſumma C. de oper. libert. Secus autem eſſet in operis conductis. Item excipiebatur ius agnationis, quod peribat facta arrogatione: & hoc hodie per hunc titulum excipitur: fortè ſecus eſt iure authenticorum, quod non diſtinguit agnationem à cognatione: vt ſic ei agnatio adiiciatur. Sed prima quātum ad commodum ſuccedendi non pereat. Item excipiatur vſus, vel vſusfructus. Hæc duo, minima capitis diminutione, non pereunt: vt infrà eodem dicitur, & C. de vſufruct. l. corruptionem. Sed & peribat ius bonorum poſſeſſionis petendæ, ſi ante bonorum poſſeſſionem dedetit ſe filius arrogandum: nam ſi primò petiit, & poſtea arrogatur, nihil docet ei: vt ff. de bono. poſſeſſ. contra Tabul. l. iij. § ſi emancipatus. &
2 vnde liberi. l. vlt. † Hodie autem ſicut circa naturales & legitimos parentes acquiſitio coarctata eſt ad vſum tantùm in rebus aduentitiis, ita & in huiuſmodi arrogationibus erit ſeruandum: donec viuat arrogatus. Nam eo mortuo dominium pleno iure tranſit ad arrogatorem: niſi ſuperſint alię perſonæ, quæ arrogatorem antecedunt in huiuſmodi aduentitiis, quæ ei acquiri non poſſunt: profectitia enim ſine dubio remanent apud eum. Poſſunt autem eum præcedere filij arrogati: vel ex ſtipulatione tacita, vel expreſſa agere poſſunt impubere arro-
3 gato: vt not. in ſumma C. de adoptio. Sic ergo † acquiritur arrogatori (vt dictum eſt) non tamen ipſe obligatur creditoribus arrogati: ſed nec tenetur eis de peculio. Si tamen noluerit eum defendere, permittitur creditoribus arrogati per competentes iudices bona eorum [poſſidere, & legitimo modo] diſponere, quæ eorum futura fuiſſent cum vſufructu, ſi ſe alieno iuri ſubiecifſet: vt infrà eod. §. vlt. Si autem arrogatus contraheret poſt arrogationem, vel quaſi contraheret, arrogator tenetur de peculio. Si non defendat arrogatum etiam in eius bona poterit mitti actor: vt ff. de pecu. l. in arrogatorem. & ff. quibus ex cauſis in poſſeſſionem eat. l. Fulcinius. §. ſi quis.

De eo, cui libertatis, cauſa bona adiiciuntur. *Rubrica.*

1 *Adiicere bona quid.*
2 *Adiectione ſucceſſor qualis.*

PONITVR & alius per vniuerſitatem ſuccedendi modus. & iure quodam ſpeciali: cùm enim certum ſit non adita hæreditate ex teſtamento, quæ in eo relicta ſunt non valere: vt C. de fideic. l. eam, quam. & l. ex teſtamento. conſtitutio tamen diui Marci quodam ſpeciali iure ſubuenit libertatibus. ſ. per adiectionem
1 bonorum. † Vnde videndum eſt, quid ſit adiicere bona. Et certè nihil aliud eſt, quam bona alicui applicare, vel dare, eo pacto, vt creditoribus, & libertatibus ſatisfiat. Quibus autem fiat iſta adiectio, vel additio, quando, qualiter, & quis ſit eius effectus, dic vt not. in ſum. C. de manu. teſt. §. quid autem, ſi nullus. vſque ad illum §. illud notandum. Nec eſt prætermittendum, quòd illi qui directè iuſsi ſunt eſſe liberi in teſtamento, directam habebunt libertatem: niſi ille, qui petit ſibi adiici bona, non aliter vult ſibi adiici, niſi ſint eius liberi: tunc enim
2 in ipſa adiectione † hoc comprehendendum erit, vt ſint eius liberti. Illud etiam notandum eſt, quòd iſte talis ſucceſſor non eſt bonorum poſſeſſor: nullam enim agnouit bonorum poſſeſſionem, neque eſt hæres: quia non eſt ex teſtamento, vel ab inteſtato. Eſt ergo iſta ſucceſſio noua, & miranda, vt ſimul eſt illa, quæ defertur extraneo, hæredi ſcripto non implenti iudicium defuncti cum lege ſit repręſentatum: vt C. de fideicom. authent. hoc amplius.

De ſucceſsionibus, quæ fiebant ex Senatuſconſulto Claudiano ſublatis. *Rubrica.*

1 *Creditoribus qui ſuccurratur.*

NON ſolū prędictis quatuor modis, ſed etiā duobus aliis in vniuerſum ſuccedebatur: & ideo ponit de Senatuſcōſulto Claudiano non ſeruando, ſed tollendo. Locum habebat in duobus. Primò, cū debitor in ſolutione ceſſabat, & ſolenniter contra eum proponebatur actio, & ipſe neque veniebat, neque ſoluebat. Succedebat enim ei creditor tanquam mortuo in omnibus, etiam ſi debitor reliquiſſet hæredem: & licebat ei omnia vendere. Fortè nec erat opus iudiciali authoritate. Sed hodie ſolennitates actionum expirauerunt: vnde & ipſa ſucceſſio expirauit,
1 nec venditio locum habet, & tantummodo datur † licentia creditoribus ſine ſolennitate verborum, propoſita actione, ſi non veniat debitor, per iudicis officium, poſtulare ſe mitti in poſſeſsionem: & iudex debebit eis permittere bona detinere, vel poſsidere: & prout eis vtile viſum fuerit ea diſponere, ſicut & pater ex lationibus Digeſtorum libris: vt j. eo. & vt not. in ſum. C. de bo. autho. iudi. poſ. Erat & ſexta ſucceſsio, quando mulier ſeruili amore bacchata miſcuit ſe alieno ſeruo contra denuntiationem domini: fiebat enim ipſa ancilla domini, & eius tanquam mortuæ ſubſtantiam capiebat dominus ſerui. vt not. in ſum. C. de Senatuſconſult. Claudiano.

De obligationibus. *Rubrica.*

EXPLICVIMVS ius illud quo quid ſit noſtrum, nunc proſequamur illud quo quid ſit nobis debitum. Vel aliter ſ. in principio primi libri diximus, omne ius, quo vtimur, pertinere ad perſonas, vel ad res (& de iſtis dictum eſt) vel ad actiones, & de his videamus. ſed quia actiones naſcuntur ex obligationibus, & de obligationibus tanquam de matribus earum primò loquamur. Videndum ergo quid ſit obligatio, quę ſit eius natura, qualiter diuidatur, & quot ſint genera obligationum, quod dic vt not. in ſum. C. de act. & obliga. vſque ad illum §. circa.

Quibus modis re cōtrahitur obligatio. *Rub.*

1 *Obligationes re contracta.*
2 *Pignoratitia cui data.*

PROSEQVITVR materiam ſuperioris diuiſionis. ſ. quia obligationum aliæ contrahuntur re, aliæ verbis, aliæ literis, aliæ conſenſu. Hic ergo
1 aſsignat quinque modos quibus † re contrahitur obligatio, ſcilicet, mutuum, indebitum, cōmodatum, depoſitum, & pignus. Sunt & alij modi, quibus contrahitur obligatio interuentu rei, vt in permutatione, & in aliis contractibus innominatis. Inter quos & ſuperiores nota differentiam: quia in ſuperioribus à principio ſtatim, vt ſunt, naſcitur actio, ſed in iſtis naſcitur ex poſtfacto: vt not. in ſum. C. de pact. §. ſi autem non fuerit nudum. & §. rei interuentu. De primo igitur, id eſt, de mutuo breuiter videamus, ſicut & de aliis. Summularij enim nimis proſequuti ſunt hic de mutuo. Nam eadem ratione de ſingulis plenè omnia dicerem, quæ continentur, aliàs in pluribus quaternis. De mutuo autem ſic videamus vnde ipſum dicatur, & qualiter reconcilietur ex poſtfacto, & quando contrahatur, quod dic breuiter, vt not. in ſumma C. ſi certum petatur. §. eſt & certi condictio ſpecialis vſque ad illum §. diuiditur autem. De indebito videamus quot modis dicatur, quid ſit indebitum, & quando locum habeat condictio indebiti: quod dic breuiter, vt not. in ſumma C. de condi. indeb. §. dicitur autem indebitum. vſque ad illum

§. ceſſ

§.ceſſat. De commodato, videamus quid ſit c... datum,
qualiter contrahatur, & quid veniat in actione ... odati.
quod dic breuiter, vt not. in ſumma C. de comm... prin. &
§.j. vſque ad illum §. conſiſtit. & §. item venit do... vſque ad
illum §. item agitur. De depoſito videndum, qu... depoſi-
tum, vnde dicatur, & quid veniat in depoſiti acti...ne: quod
dic, vt not. in ſumma C. depo. in princip. vſque ad illum §. con-
2 ſiſtit. & §. venit. vſque ad illum §. item venit. † De pignorati-
tia autem, quæ datur debitori pro reſtituendo pignore ſi...
ſoluta pecunia creditori, ſciendum eſt, quòd re contrahitur
obligatio tam gratia debitoris, id eſt, vt ei pecunia credatur,
quàm creditoris, ſcilicet, vt in tuto ſit creditum. & ideo venit
in ea dolus, & lata culpa, & leuis, nõ leuiſsima, nec caſus for-
tuitus: vt not. in ſumma C. de pignoratitia actione. in princip.
vſque ad illum §. habet. & §. item venit in pignoratitia dolus.
vſque ad illum §. contraria.

ANNOTATIO.

1 Fortuitus. Ad iſtam concluſionem vide Bar. & doct. in l. quæ fortuitis. C. de pignorat. actio. Bald. in l. ſi creditor. eodem tit. Cy. in l. ad comparãdas merces. C. mand. & in l. ſecũda. §. quod diximus. ff. ſi quis cautio. doct. in l. ſi inter. §. quicquid. ff. de pigno. do. Alexand. in conſi. liii. in ſecundo volumine. ubi de materia copioſe.

De verborum obligationibus. *Rubrica.*

1 *Verborum obligatio, an ſtipulatio.*
2 *Stipulationis vis.*

1 NEDVM † re, ſed etiam verbis contrahitur obli-
gatio: & ideo ponit de verborum obligationibus.
Quæ obligatio, quia contrahitur per ſtipulatio-
nem, videndum quid ſit ſtipulatio, vnde dicatur,
qualiter contrahatur, inter quas perſonas, quando committa-
tur, & qualiter commiſſa purgetur, & quæ actiones proficiſ-
cantur ex ſtipulatione: quod dic vt notaui C. de contrahen.
& committenda ſtipul. vſque ad illum §. fit alia diuiſio. & C.
ſi cert. pet. in princ. vſq; ad illum §. eſt & condictio triticaria.
Quidam tamen voluerunt dicere, quòd verborum obligatio
ſit idem quod ſtipulatio: ſed verius eſt, quòd ipſa obligatio nõ
eſt verborum conceptio, ſed ex tali conceptione verborum
naſcitur obligatio. Item notandum eſt quòd quandoque ex
ſtipulatione incerta agitur condictione certi, & non ex ſtipu-
latu, vt in dote: vt not. in ſumma C. de rei vxo. actio. §. hæc eſt
2 autem actio. Item † notandum eſt [quòd ſtipulatio ſola no-
uat, non autem pactio etiam incontinenti facta: vt C. de iure
dot. l. auia. Illud etiam not. quòd quandoque ex vtili ſtipula-
tione nõ agitur, nec obligatio naſcitur, ſed excipitur: vt ſi mu-
lier promittat debitori ſuo in dotem, quod ipſe ſibi debet: vt
ff. de iure dot. l. ſi pater. §. j.

De duobus reis ſtipulandi, & promittendi. *Rubrica.*

QVONIAM ſtipulationibus, & aliis cõtractibus, de quibus dictum eſt, fiunt plures rei, loquamur de duobus reis ſtipulandi, & promittendi, ſcilicet, quis dicatur reus ſtipulandi, & promittendi, vnde, & qualiter obligatio duorum reorum conſtituatur, qualiter experiantur, & qualiter conueniantur: quod dic, vt notaui in ſumma C. eodem titulo.

De ſtipulatione ſeruorum. *Rubrica.*

1 *Serui quàm multipliciter poſſint eſſe noſtri.*
2 *Stipulatio ſerui, an quæratur domino.*
3 *Stipulatione operarum non quæri obligationem dominus per ſeruum.*
4 *Seruus ſtipulatus viam, iter, actum, quærit ſtipulationem domino ſuo.*
5 *Seruus hæreditarius, an poſſit noĩatim ſtipulari hæredi futuro.*

NEDVM ex noſtra ſtipulatione acquiritur no-
bis, ſed etiam ex ſtipulatione ſeruorum noſtro-
rum propriorum, vel etiam communium. Viden-
dum ergo de ſtipulatione ſeruorum, quando per
ſeruos nobis quæratur obligatio, vel ſtipulatio, & inquan-
1 tum, vel pro quibus portionibus. † Eſt autem hæc diuiſio ſer-
uorum facienda: quia alij ſunt proprij, alij ſunt communes,
alij bona fide poſſeſſi, alij conceſſi in vſumfructum, alij in nu-
2 dum vſum: & ſi quidem † fuerit proprius, ſtipulatio quæritur
domino, ſiue ſibi, ſiue ſeruo, ſiue imperſonaliter, ſiue domino
ſtipuletur: vt ff. eod. l. j. & l. ſiue mihi. & j. eodem. §. ſiue autem.
3 † Fallit autem hoc in ſtipulatione operarum: vt ff. eod. l. ante-
penul. & vt diximus in ſumma C. de operis liber. Sed quæ eſt
ratio? Reſpondeo, quia illa ſtipulatio operarum conſiſtit in
facto: nam ſi ſeruus meus ſtipuletur mihi licere ire, agere, ac-
quiritur mihi ſtipulatio. ſicut in operis dictum eſt. Si verò ſti-
puletur ſibi licere, ire, agere, non acquiritur mihi re ipſa ſtipu-
latio, vt ego ire poſſim, cæterũ ibi ſeruus meus: & ita quãtum
ad commodum, mihi quæritur ad prædicta operarum ſtipu-
latio: nec mihi quæritur, vt mihi præſtentur operæ: quia mea
perſona non continetur in ſtipulatione: ſed nec præſtentur
ſeruo, vtpote cùm ipſe non ſit patronus, & ita dicitur inutilis
4 talis ſtipulatio: vt j. eod. §. ſed cùm factum. Cæterùm † ſi ſtipu-
laretur ſeruus meus viam, iter, actum, vel vſumfructum, mihi
omnino quæritur ſtipulatio. Idem eſt & ſi ſeruus meus ſtipu-
letur ſibi licere vtifrui, licet ei legari non poſſet iter, vel actus:
vt ff. de ſerui. lega. l. & ii maximè. & eſt in legatis ratio: quia id
demum poteſt legari ſeruo, quod poſſet ei legare, ſi liber eſſet.
Nam & econtra res propria domini legatur ſeruo, licet non
poſſet legari domino: vt ff. de leg. ij. l. debitor. §. ſeruo alieno.
Eſt ergo magna differentia, ſi ſtipuletur ſibi licere ire, agere,
an vtifrui, licet non ſit differentia ſtipuletur iter, vel actum,
vel vſumfruct. Sed quæ eſt ratio? puto ſatis eſſe in promptu:
ſed eam modò non proſequor. Si verò ſeruus communis plu-
rium ſtipuletur, vel etiam ſtipuletur qui bona fide, poſsidetur
ab vno vel pluribus, vel ſtipuletur ille in quo vnus vel plures
habeant vſumfru. vel vſum, dic vt no. in ſum. C. per quas perſo.
nob. acqui. §. quod autem dictum eſt. & §. per ſeruum autem.
vſque illuc. Si ergo homo liber, &c. & §. quod autem dictum
eſt in ſeruo bona fide poſſeſſo. vſq; illuc. Sunt & alij per quos,
5 &c. † Extra videtur notãdum, quòd ſeruus hæreditarius no-
minatim ſtipulati non poteſt hæredi futuro, id eſt, eius pro-
prio nomine expreſſo. Secus ſi exprimat nomẽ appellatiuum:
puta, hæredi futuro dare ſpondes? hæres tamen videtur fuiſſe
hæres à tempore mortis: vt ff. eo. l. ſeruus hæreditarius. & l. ſi
ex re. §. vlt. Et mirum eſt: quia ſi ſtipulatus nominatim domi-
no ſuo capto ab hoſtibus ſit, licet tunc verè non ſit eius, tamen
quia fingitur nec fuiſſe captus, acquiritur ſibi: vt ff. eodem. l. ſi
ſeruus communis. §. ſeruus capto.

De diuiſione ſtipulationum. *Rubrica.*

QVIA ſtipulationum doctrina apertius per diuiſiones accipitur, ponit de diuiſione ſtipulationum, & licet aliæ plures fiant diuiſiones, hic non proſequitur, niſi vnã ſ. quòd ſtipulationum aliæ ſunt iudiciales, aliæ prætoriæ, aliæ conuentionales, aliæ communes: quod dic vt no. in ſum. C. de contrahen. ſtipu. §. fit alia diuiſio.

De inutilibus ſtipulationibus. *Rubrica.*

1 *Stipulatione aliorum quando quæratur nobis actio.*

QVASI dixerit ſ. de vtilibus ſtipulationibus tantùm, modò ponit rubricam de inutilibus. Eſt tamẽ impoſsibile propter materiam contextam, quin & ſ. tractauerit de quibuſdam inutilibus: & hic tractat de quibuſdã vtilibus. Eſt autem ſciendum, quòd multis modis dicuntur inutiles ſtipulationes: quod dic vt nota. plenè in ſumma C. eod. tit. Nec eſt prætermittendum, quòd ex ſtipulationibus aliorum, qui nobis ſubiecti ſunt ita nobis directò quæritur actio, ſicut & per nos: vt notat. in ſumma C. per

3 quas perſo.nob.acqui. † Ex ſtipulationibus autem extraneo-
rum nobis non quæritur actio, niſi in caſibus: vt in ſum. C.de
pact.§.ſupereſt, vel niſi ex pactis publicarum perſonarum: vt
ff.rem pop.ſal.for.l.non quaſi. Et idem notare poteſt in C. de
litis conteſtatio. authent. libellum. & quando mul. tut. offic.
fun.debet.authent.matri & auiæ.

De fideiuſſoribus. *Rubrica.*

1 *Fideiuſſoribus duobus, quomodo ante euentum diei vel condi-
tionis ſuccurratur.*
2 *Diuiſionis beneficium tribuere fideiuſſoribus exceptionem.*
3 *Diuiſionis beneficium quando fideiuſſoribus negatur.*
4 *Diuiſione facta inter plures fideiuſſores, ſi quis eorum efficia-
tur poſtea non ſoluendo, non onerantur ob id reliqui, qui ſunt
ſoluendo, nec ſi minor ſit ille, apud quem fideiuſſerunt.*
5 *Fideiuſſorum plurium vnum an poſsit a creditore liberari.*

DE HIS, qui ſuo nomine obligantur dictum eſt:
nunc videamus de fideiuſſoribus, qui principali-
bus obligationibus applicantur. Videndum ergo
quis dicatur fideiuſſor, & pro quo, & quis poſsit fi
deiubere. item qualiter fiat fideiuſsio, & quis ſit effectus fide-
iuſsionis: quod dic vt not. in ſum. C.eod.tit. Si quæras, vtrum
fideiuſſor teneatur ad vſuras, vel nõ: dic vt no. in ſum.C.loca.
1 & conduc.§.vlt. † Item notandum eſt, quòd ſi vnus ex fide-
iuſſoribus acceptus pure fuerit, alius ſub conditione, vel in
diem, ſuccurritur ei, qui pure eſt acceptus: vt pendente condi-
tione alterius, interim in virilem partem conueniatur. Sed ſi
extiterit conditio, & non eſt ſoluendo, qui ſub conditione eſt
acceptus, reſtituetur actio in pure acceptum: vt ff.eod.l.ſi plu-
2 res. † Item not. quod beneficiũ diuiſionis * dat exceptionem
a fideiuſſori, non autem ipſo iure ſit liberatio. vnde ſi vnus ſol-
uat totum, non repetit: vt ff. eod.l.ſi teſtamento.§.j. nec tamen
dico, quòd habeat eam neceſſe impetrare à iudice viuente: ſed
lege ſcripta competit omnibus exceptio talis: vt ff.eod.l. inter
3 fideiuſſores. & l.ſi contendat. Præterea † beneficium diuiſio-
nis adimitur fideiuſſoribus, ſi infieiẽtur ſe fideiuſsiſſe. Nam in-
ficiantibus auxilium diuiſionis non eſt indulgendum: vt ff.eo.
4 l.ſi dubitet.§.ita demum. Item diuiſa † actione inter fideiuſ-
ſores, ſiquidem deſierit eſſe ſoluẽdo, non oneratur ille, qui eſt
ſoluendo, nec auxilio ætatis defenditur actor. nec enim vi-
detur eſſe deceptus iure communi vſus.l.fin.C.de in integ.re-
ſtitu.niſi iuuetur ex eo quod actio fuerit diuiſa inter eos qui
non erant ſoluendo tempore litis conteſtatæ: vt ff.eod.l.inter.
5 §.cũm inter. & l.amiſsi.§.j. † Illud quoque mirabile eſt, & vi-
detur eſſe contra ea, quæ dicta ſunt, quòd ſi duo fideiuſſores
obligati fuerint, in xx. apud te, & alter ne peteres ab eo quinq;
tibi dederit, vel promiſerit, alter nõ liberatur: imò ad xv. nulla
exceptione obſtante tenetur: vt ff.eo.l.ſi ſtipulatus eſſes.§.ſi ex
duobus. Videtur tamen, quod debeat repelli exceptione cre-
ditor: quia contra fideiuſſorem non poteſt actionem mandare:
vt ff.de ſolu.l.Stichum.§.penul.& ff.eod.l.fideiuſſoribus. Nec
enim poteſt creditor vnum fideiuſſorum liberare in præiudi-
cium alterius (vt dictum eſt) licet debitor poſsit ita ſoluere,
vt vnum ex fideiuſſoribus ſuis liberet: vt ff.de ſolut.l.in his.§.
j. quod exaudies quando duo erant fideiuſſores, qui habebant
epiſtolæ beneficium, & debitor vnius nomine ſoluit pro parte
implorando beneficium diuiſionis: cũ alter ſit ſoluẽdo. Poteſt
autem intelligi, quod ſ̃.dictum eſt, quãdo creditor remiſit vni
accipiendo v.ab eo, qui vtiliter fideiuſſerat, vel exceptione tu-
tus erat.arg.ff.ad Vellæ.l.quamuis.§.Marcellus. & §.ſi mulier.
Vel fortè enim fideiuſſor tranſactioni conſenſit, vel creditor
remiſit non in perpetuum, ſed ad tempus. vel dic, quòd ille,
cui creditor remiſit, erat fideiuſſor alterius fideiuſſoris.

ANNOTATIO.

a Diuiſionis. Ad huius concluſionis, & totius tituli materiam vide Bar.
in l.venditor.§ duobus.ff.de manda. Bald. in l.fideiuſſor.C. de fideiuſ.
Ang. in l.vnde quæritur. ff. commo. Alexand. in l.ſi contendant. ff.de
fideiuſ.& in l.hi, qui.eod.tit multa ad materiam per do. Io. de pe ua.
In l.fideiuſſorem.nu.1.cum plu.ſeq.ff.de pericul. eorum.lib.xj. Angel.
etc.in §.ſi plures.nu.1.cum plurib.ſeq.hoc eod.tit.qui totam materiam
per quæſtionem accumulat.

De literarum obligationibus. *Rubrica.*

1 *Literis quando contrahatur obligatio.*
2 *Literarum obligatio an poſsit tolli aliis contrariis literis.*

NON ſolùm per verba (vt dictum eſt) cõtrahitur
obligatio, ſed etiam literis: quod quidam intelli-
gunt, vt literæ quidem ipſæ, vel figura literarum
nullo modo obliget: ſed obligat oratio, quam ex-
primunt literæ: vt ff. de actio. & obliga.l.non figura. Sed ego
intelligo vtrunq; cooperari ad obligationem, id eſt, ſignifica
tiuam orationem, & ipſas literas: vt etiam ex ipſis literis naſca
tur obligatio. & ſubaudio ibi, ſola. & eſt ratio, quia (ſecun-
dum eos) eadem ratione verbis non obligaretur, vel vocali ra
tione, ſed intellectuali: vt enim eſt ſcriptura, ita & vocalis
1 oratio: tamen vbiq; dicitur verbis quem obligari. † Literis
autem contrahitur obligatio in mutuo, ita ſi cõcipiantur ver-
ba in futuro tempore: vt puta, ſcribo me ſoluturum illi de-
cem ex cauſa mutui: vt C de poſtular.l.ſi ſub ſpecie. & hoc ſe-
cundum nos. dicimus enim hoc ad ſimilitudinem ſtipulatio-
nis, quæ in futuro tempore contrahitur, vt patet ex eius defi-
nitione: vt ff. de verborum obligationibus.l. ſtipulationum.
§.ſtipulatio. Si autem dicat: promitto quod accepi, non ob-
ligatur ſecundum omnes, ergo & ſi dicat: Ego ſcribo me
ſoluere, idem eſt: cur enim hic aliud quàm in ſtipulatione
obſeruaretur? Dicimus tamen, quòd per verba præſentis, vel
præteriti temporis præſumitur obligatus: vt ſi ſcribat ſe de-
bere. & ita ponit lex plerunque: vt infra eodem. in principio.
& C.de non numerata pecunia.l.in contractibus.in principio.
& C.de epiſcop.audientia.l.ſi præſens. Vt autem hoc apertius
intelligatur, diſtingue, vtrum quis pro ſe profiteatur in inſtru
mento, an cõtra ſe. Et ſi cõtra ſe, vtrum confiteatur indiſcre-
tè, id eſt, cauſa non adiecta, an adiecta cauſa. Et ſi adiiciatur
cauſa, diſtingue, quæ ſit illa. Iterum & in confeſsione quam
facio contra me, diſtingue an fiat ad obligandum me, an ad
alium liberandum à me, quæ omnia plenè notaui in ſumm.C.
de non nume. pecu.§.vt autem. vſque in finem ſummæ. Extrà
poſſet dubitari, an quis teneatur tali ſcriptura, ego accepi
ab illo decem mutuo? Et certè videtur, quòd non: quia (vt
dictum eſt) verba futuri temporis debent interuenire. Item
2 † poſſet dubitari, an hæc obligatio literis contracta poſſet
tolli aliis contrariis literis: quod puto verum, ſecundum re-
gulam iuris: vt ff.de regul.iur.l.nihil tam. Sed quæ erunt lite-
ræ contrariæ? Reſpondeo hæ, ſi ſcribat creditor illum non
promiſiſſe ſe ſoluturum, vel illum ſoluiſſe.

De obligationibus ex conſenſu. *Rubrica.*

1 *Conſentiendi modi.*
2 *Contractus claudicantes.*

NON ſolùm rebus, verbis, & literis contrahuntur
obligationes, ſed etiam conſenſu: vt in emptio-
nibus, venditionibus, locationibus, & cõductio-
nibus, ſocietatibus & mandatis. Et ideo dicuntur
obligationes contrahi conſenſu: quia neque ſcriptura eſt hic
neceſſaria, ſicut exigitur in ſuperiori titulo: neque præſentia
exigitur, licet exigatur in ſtipulatione: vt dixi ſ̃.de verb.oblig.
Nec eſt hic neceſſarium quid dari, vt ſubſtãtiam accipiat obli
gatio: ſicut exigitur quando contrahitur obligatio re: vt not.
ſ̃.qui.mo.re contrah.ob. Sed ſufficit hic eos, qui negotia ge-
1 runt conſentire † per ſe, vel per nuntium, vel epiſtolam, vel in-
ter præſentes, vel inter abſentes. Eſt autem alia differentia ſe-
cunda: quia in iſtis contractibus alter obligatur alteri: ſed in
2 mutuo, vel † in ſtipulatione, vel in literarum obligatione, vel
aliis pleriſq; vnus tantùm obligatur alteri: & hęc omnia dicit
ſeries huius tituli. Pleriſque ideo dixit: quia in commodato
& in depoſito, etſi non à principio, tamen poſteà poteſt in-
cipere vterque alteri teneri ratione expenſarum, vel ſimilium.

De

De cōtrahenda emptione,& vēditione, *Rub.*

1 *Pactum manus iniectionis appoſitum in venditione ancillæ, prodeſſe emptori.*
2 *Venditor fundi,an & quādo teneatur ad præſtandā ſeruitutē.*
3 *Aquæductu vendito,etiam iter ad illum deberi.*
4 *Venditor fundi qui excepit manu ſata,quæ cenſeātur hac appellatione excepiſſe.*
5 *Emptor fundi ex quo vēditor promiſerat ſe præſtaturū aliquot modios frumēti prædiis Caij Seij,an teneatur ad præſtationem illius frumenti.*
6 *Venditione huius vel illius rei alternatiuè facta,vtrius ſit electio,venditoris ne,an emptoris.*
7 *Venditorem obligatum ad caſum fortuitum,non cenſeri obligatum ad ea,quæ faciliè & frequenter accidunt.*

PRÆMISSO tractatu obligationum,quæ contrahuntur conſenſu,ſubiicit de contrahenda emptione & venditione. Videndum ergo quando,& qualiter emptio & venditio contrahatur,vel perficiatur,quantum ad obligationem: & inter quas perſonas in ſtitu conſiderantes,& tractantes,quæ fiant,vel apponantur in his omnibus ex neceſsitate legis,& quæ ex voluntate contrahentium:demum dicemus qualiter impleatur venditio per traditionem:quæ omnia plenè comprænhendi in ſum.C.eo.tit. Sed quia de act.emp.& ven.& de periculo rerum venditarum aliquid tangitur j.eo.ti.§.pretiū.& de periculo rerum.j.eo.§. cū autē.breuiſsimè tāgamus,quibus dentur illæ actiones,contra quos,ad quid,& ad quem pertineat periculū,vel commodum rei venditæ:quæ omnia licet apertiſsimè colligere ex his, quæ ſcripſi in ſum.C.de act.emp.& de peri.& commo.rei ven. Illud etiā omnino prætermitto quod ff.eo.tit.adiicitur in rub. de pac.inter emp.& ven.& illam partē rubricæ proſequutus ſum:vt C.de pac.inter emp.& ven.Nec expedit de ea hic aliquid dicere:quia nec de ea tractatur hic,vel in illo eo.ti.Subiiciā tamen quædā notabilia,quæ ſub illa ſumma de pac.inter
1 emp.& ven.non cōtinentur.† Ecce enim,ſi quis ancillā ſub pacto manus iniectionis,ſi proſtituatur vēdiderit,proſtituta ab emptore etiā milleſimo poſt eū qui primò vendidit poterit ab
2 duci:vt ff.eo.l.ſi quis ſub.Item notandū eſt:quia† licet hæres legatario fundi debeat ſeruitutē,nō tamen ita eſt in venditore: niſi vēditor ſpecialiter promiſerit,vel niſi fortè per fundū retentū venditor ſolebat ire ad fundum venditū:vt ff.eo.l.in vendēdo.& ff.ſi ſerui.ven.l.teſtatrix fundo.& de ſer.vrb.præ.l.vlt.
3 qui †tamen vendidit aquæductū,etiā ita tenetur præſtare: vt
4 ff.eo.l.quæ fundū.§.in lege.Itē notandū eſt,quòd ſi manu† ſata excipiūtur,non quę perpetuò ſata ſunt,quę annuatim ſeruntur,excepta intelligūtur: alioquin vites,& arbores omnes,vi debūtur exceptę:vt ff.eo.l.cū manu.Itē & cū manu ſata excipiuntur,nō videtur eſſe exceptum,quod ex ſtipula naſceretur aut quod naſceretur ex eo,quod auibus ex ore cecidiſſet,vel quod cecidiſſet ſacco ſaccarij:vt ff.eo.l.qui fundū.§.vēditor.Il
5 lud etiā noto,quòd ſi† quis promiſerit de fundu ſuo mille modios frumēti pręſtare prędiis Caij Seij,poſteáq; promiſſor fundū vendidit hoc acto,vt eo iure,& ea cōditione prædiū ſit penes emptorē,quo erat penes venditorē:non tamē emptor obligatus eſt Caio ad pręſtationē frumēti:vt ff.eo.l.vlti.Prædiū tamē fortè obligatum eſt ei:vt ff.de vſufru.l.hactenus.Item not.
6 † quòd vendere poſſum tibi alternatiuè rem illā,aut illā:& niſi aliter dictū eſt,ego venditor debeo habere electionem:vt.ff.
7 eo.l.ſi ita diſtrahitur.† Item† eùm venditor obligat ſe ad fortuitum caſum,non videtur ſe obligare ad ea quæ conſueuerūt facilè,vel frequenter euenire:vt ff.eo.l.fiſtulas.§.vlti.

De locatione,& conductione. *Rubrica.*

1 *Locatio ita facta vt poſtea detur pro pretio quantum inter contrahentes conuenerit,quam actionem pariat,& quando.*
2 *Dotis promiſsionem valere non expreſſa certa quantitate.*
3 *Locatio & conductio quibus verbis contrahitur.& 4.*
5 *Contractus cuiuſmodi ſit.ſi quis agrum ita fruendum agricolæ dederit,vt fructus cum eo partiatur.*

QVIA locatio cōtrahitur ad ſimilitudinē emptionis,ponit de locato & conducto. Videndum ergo quid ſit locatio,& cōductio,& quis dicatur locator,quis cōductor,qualiter cōtrahatur locatio,in quibus rebus,quę actiones naſcātur ex locatione,quibus dentur,& in quos,& ad quid,& quales ſint. Quę omnia plenè dic vt no.in ſum.C.eo.tit. Nota tamen,quòd licet in venditione
1 & locatione neceſſarium ſit conuenire de certo pretio,† vel mercede,tamen ſi ita locauerim veſtimenta mea facienda,vel ita conduxerim equum tuum,vt poſtea daretur quātum inter nos cōueniret,vel quātum eſſet iuſtitia,vel quātum videretur
a viro bono [a],vel ſimilia dicta ſunt,datur actio præſcriptis verbis:vt j.eo.§.qua de cauſa.Quod intelligo expleto vſu,vel impleto facto,propter quod cōuenit dari.cùm enim cōtractus ſit innominatus oportet quòd primò veſtiatur ex parte agentis: quia ex ſolo conſenſu naſcitur actio: vt not.in ſum.C.de rer. permu. Et idem dico in vēditione,ſi vēdidi,& tradidi,pro eo, quod videretur iuſtum,licet Plac.aliud dixerit in venditione,
2 quàm locatione.† Dotis tamen promiſsio tenet:& ſi non exprimatur quātitas,& agi poteſt ad eam dandam arbitrio boni viri: vt C.de dotis promiſſ.l.j. Et ſocietas contrahitur,licet non exprimantur partes: & aduocato datur ſalarium,licet non fuerit quantitas expreſſa:non tamen eſt ita in procuratore:vt dicemus j.mandati.Præterea etiam vbi de pretio videntur cōuenire,poſſunt oriri quædam dubitationes.Quid enim
3 ſi dicam:volo tibi locare pro decem,& tu dicas,volo cōducere pro decem,nunquid cōtrahitur locatio? Reſpōdeo:ita.nam his verbis fideicōmiſſum relinquitur,& mādatum cōtrahitur: vt Inſtit.de ſing.re.per fideic.re.§.vlti.& ff.mādati.l.j. Videretur tamen contrarium: quia aliud eſt aliquid velle facere: & aliud idipſum facere.nam qui vult occidere,non hoc ipſo occidit: & qui vult aſcendere arborem,non hoc ipſo aſcendit.
4 † Quid ſi dicam: vellem tibi locare rem iſtam pro decem,& tu dicas,ego vellem conducere pro decem? Certè non videtur quòd ſit locatio cōtracta: quia verbum præteriti imperfecti rem imperfectā ſignificat.Item quid ſi ita dicam:volo tibi locare pro x.ſi tu vis cōducere pro x.& tu ita dicas,volo conducere pro x ſi tu vis locare pro decem:non videtur quod teneat locatio:vt C.de contrahen.empt.l.in vendenti.& eædem quęſtiones,& reſponſiones fieri poſſunt in vēditione.Præter hoc ſciendū eſt,quod quidam eſt contractus qui neq; eſt locatio, neque venditio,neque alienationis titulis adiicitur,ſed quaſi medius eſt inter illos:& dicitur contractus emphyteuticus: vt j.eo.§.adeo autem.& in eo quid obtineat plenè not.in ſumma C.de iure emphyt.Illud etiam no quod ſi quis dederit agrum fruendum agricolæ,vt fructus cum eo partiatur,neque eſt vera ſocietas,neque vera locatio.ideo agetur actione vtili pro ſocio,vel præſcriptis verbis:vt ff.loca.l.ſi merces §.vis maior.

ANNOTATIO.

a Bono viro. Ad cuius concluſionis reſolutionem vide Spec.in tit. de loca.§.vj.Bart.in l.à diuo Pio.§.ſed pignora.de re iu.Cy.& doct.in l.j. C.de contrahend.& commit.ſtipu.Bald.in l.ſi in ij.colum.verſ.ſed dubitatur.C.eod.tit.do.Alex.in l.quod ſæpe.§.fi.ff.eod.& in l.fi.de act. em.& in l.ſi fundus §.fi.ff.de pig.Io.Alexand.in l.i.ff.de contrahend. emp.quibus locis eſt locus proprius huius materiæ.

De ſocietate. *Rubrica.*

SICVT ſuperiores contractus conſenſu contrahuntur,ita & ſocietas:de qua videamus,quid ipſa ſit,qualiter contrahatur,inter quas perſonas,in quibus rebus,quis modus,vel quod pactum apponi poſsit in ſocietate contrahenda,quæ actio naſcatur ex ea, quando,ad quid,quibus detur,in quos,& qualis ſit: quod dic vt not.in ſumma C.eod.titu.

De mandato. *Rubrica.*

PROSEQVITVR Imperator ordinem earum obligationum, quæ contrahuntur ſolo conſenſu: ſic ergo ſubiicit de mandato: videndum ergo quid ſit mandatum, vnde dicatur, qualiter contrahatur, inter quas perſonas, in quibus rebus, quot modis, quando naſcitur actio mandati directa, vel contraria, & quando competant, & inquantum, & quales ſint: quod dic vt notaui in ſumma C.eo.ti.

De obligationibus, quæ ex quaſi contractu naſcuntur. *Rubrica.*

1 *Actionis negotiorum geſtorum diuiſio.*
2 *Actio tutelæ directa cui detur, & cui contraria.*
3 *Actio communi diuidundo pro quibus rebus competat.*
4 *Actio ex teſtamento quibus competat, & contra quos, & pro quibus rebus.*
5 *Condictionem indebiti oriri ex quaſi contractu.*
6 *Actionum vtilium, quæ plerunque dantur, quæ cenſeantur eſſe ex quaſi contractu.*

POST tractatum earum obligationum, quæ ſunt ex contractibus veris, ponit de his, quæ ſunt ex contractibus ſecundum illam diuiſionem obligationum, quam poſuit ſ. de oblig. in §. penult. Nec ſolum ponit de obligationibus, ſed etiam de ipſis actionibus & meritò. Obligationes enim quaſi matres ſunt actionum. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. tradit autē de his doctrinam non in genere (quia nec poterat) ſed per ſpecies ponēdo exempla. Sunt autē ſex: vt puta, actio neg. geſt. tutelæ, cōmuni diuid. fa. er. itē actio ex teſtamēto, & cōdictio indebiti. De his ſingulis breuiter videndū: nec enim dicēda ſunt omnia in ſingulis actionibus: vtpote cùm in qualibet earum actionū lectiones fa
1 ceremus grandes, ſi ſingulas proſequeremur. † Actio igitur neg. geſt. reperitur directa, & contraria. Directa datur domino negotij, & eius hæredi, ſi ſine mandato geſta ſunt negotia: nec ipſa geſtio cadit in ſpeciale nomen actionis, vt in tutoris geſtione contingit. Secus in curatore: quia tenetur vtili negociorum geſtorū actione. Si ergo ſponte geſſit, tenetur directa directò. Si verò ex neceſſitate, tenetur directa vtiliter, licet quidam dicant, quòd datur directa directū, & vtilis vtiliter. Contraria verò datur ipſi geſtori, & eius hæredi ad recuperanda ea, quæ impendit, vel directò ſi geſſit ſponte (vt dictum eſt) vel vtiliter, ſi geſſit ex neceſſitate: quia curator erat: vt j. eod. in princ. huius tit. & vt plenè not. in ſumma C. de negotiis geſt. s.
2 † Actio tutelæ datur quondam pupillo, & eius hæredi demū finita tutela pro geſtis, & pro gerēdis: vt C. arb. tut. l. quicquid. contra tutorem quondam, & eius hæredem. Idémq; in actione protutelæ: quia & ipſam dico ex quaſi contractu naſci, & veniunt in ea etiam gerenda: niſi quis alium ſubſtitui petierit: vt ff. de admi. tut. l. tutores, qui poſt. §. qui ſe. Contraria autem tutelæ & protutelæ datur tutori, & protutori, contra pupillum quondam, & eius hæredem: ſiue quid impenderit in rem pupilli, ſiue pro eo fuerit obligatus, aut rem ſuam creditori eius
3 obligauit: vt j. eo. §. tutores. & §. ſed è contrario. † Communi diuidundo actio competit pro rebus ſingularibus, diuidendis. vel pro his, quæ expenſa ſunt in rem communem, vel pro his, quæ percepta ſunt de re cōmuni. Nam ſi inter aliquos communis eſt res ſine ſocietate, (veluti quod pariter ei eſt donata, vel legata) & alteri eorum alter, ideo tenetur cōmuni diuidundo iudicio, quod ille ſolus fructus ex ea re percipiat, aut quod ſocius ſolus in ea re neceſſarias fecerit impenſas, nō intelligitur propriè ex contractu obligatus eſſe: quippe nihil inter ſe contraxerūt: ſed quia non ex maleficio tenetur (ſubaudio, nec ex quaſi maleficio: ne videatur argumentari ab inſufficienti partium enumeratione) quaſi ex contractu teneri videtur: vt j. eo. §. item ſi inter aliquos. Et dicitur illa actio miſta: tum quia in ea vterq; eſt actor, & vterque reus: tum quia eſt in rem & in perſonam: vt j. de ac. §. quædam. & ff. famil. erciſ. l. inter. §. qui familiæ. & ff. de iud. l. in tribus. Idem prorſus eſt in actione fami. erciſ. vt j. eo. §. idem iuris. eo excepto, quòd illa pro re ſingulari, hæc pro vniuerſitate diuidenda intenditur. Idem fortè in actio. fi. reg. Nam & ipſa eadem ratione videtur ex quaſi con-
4 tractu eſſe. Idem etiam dico in hæreditatis petitione. † Actio autem ex teſtamēto cōpetit legatarius, & eorum hæredibus pro legatis contra hæredes grauatos, & hæredes eorum. Cum enim non ſit ex cōtractu, vel quaſi cōtractu, vel ex maleficio, vel quaſi ex maleficio, probatur à partibus remotis, quod ſit ex quaſi cōtractu: vt j. eo. §. hæres quoq;. Hæres enim adeūdo, vel immiſcēdo ſe, quaſi cōtrahere videtur: vt ff. ex qui. cauſ. in poſſ. ea. l. apud Iulianū. §. vlti. & l. ſed & is. Apponitur etiam in textu huius tit. de quibuſdam legatis ſolutis locis venerabilibus, quod non multùm facit ad rem, ſed ponitur cauſa vberio
5 ris doctrinæ. Item † cōdictio indebiti quaſi ex contractu eſt. Nam ſæpe extra id quod agitur, tacita obligatio naſcitur: ſi tamen certiorem rationem ſequamur, magis ex diſtractu, quàm ex cōtractu poteſt dici obligatus ille, cui ſoluitur indebitum. Nam qui ſoluēdi animo dat pecuniam, in hoc dare videtur, vt potius diſtrahat negotium, quàm cōtrahat: ſed tamen præualet æquitas benignior ſtricto iure: vt dicatur ex quaſi cōtractu eſſe obligatio: quia nemo debet locupletari cum aliena iactura: vt j. eo. §. item is, cui. & ff. de cōdict. indeb. l. nam hoc natura.
6 † Extrà illud puto quærēdum, an vtiles actiones quæ plerunque dantur, dicantur ex quaſi cōtractu eſſe? & ego puto non omnes ex quaſi cōtractu eſſe, ſed quaſdam: vt puta, ſi iuraui me emiſſe. nam eas quæ ſic dantur vtiles ex ſacramētis, ſicut dicitur ff. de iureiur. l. ſi duo. §. is, qui. puto ex quaſi contractu eſſe. arg. ff. de inter. act. l. de ætate. §. qui interrogatus: ſecus verò ſi detur mihi vtilis ex contractu procuratoris mei. Item ſi mihi detur ex legato nominis, vel ex venditione nominis, vel quia datum eſt inſolidum. In illis autem in quibus cōſtat verè contractum interceſſiſſe, non ex quaſi cōtractu, ſed potius ex vero cōtractu datur mihi actio, vel etiam ex maleficio, ſi ipſe, qui nomen mihi vendidit ex maleficio, habebat actionem.

Per quas perſonas nobis acquiratur obligatio. *Rubrica.*

1 *Filius quomodo patri quærat. & 2.*
3 *Seruus communis quatenus quærat.*

SVPRA, per quas perſonas nobis acquiritur plenè oſtendimus, de dominio per quas perſonas nobis acquiratur. Item diximus de obligatione quæ nobis acquiritur per ſeruos ſ. de ſtipul. ſer. nunc de omni obligatione, & omni perſona, per quam acquiratur obligatio videamus: & certè non dubitatur de nobis, quin nobis per nos acquiratur obligatio: ſed certum debet eſſe, quod acquiritur per eos qui ſunt in noſtra poteſtate: vt per filios olim
1 quidē ex † omni cauſa, ſed hodie ex profectitia tantùm: ex aduētitia autem acquiritur vſusfruct. tantùm: ſed in caſtrenſi peculio, vel quaſi caſtrenſi, nihil nobis acquiritur: vt not. plenè in ſumma C. de bon. quæ liber. Item acquiritur nobis obligatio per eos in quibus vſumfru. habemus: vel quos bona fide
2 poſſidemus, † ſcilicet ex re noſtra, vel ex opera ſua: per eos, in quibus habemus ſolùm vſum, acquiritur ex re noſtra. & j. eo.
3 §. item per liberos. & §. per eum quoque. † Communis autem ſeruus quærit vnicuiq; dominorum pro dominica portione: vt not. ſ. per quas perſ. nobis acquiritur: aliàs autem per aliquem non quæritur mihi obligatio: vt ff. de acqui. re. do. l. ea, quæ ciuiliter. Excipitur in numerata pecunia, in qua ſingularia quædam ſunt præcepta: vt ff. de reb. cre. l. certi condictio. §. ſi nummos, aliâs non quæritur obligatio per liberam perſonam. Datur tamen mihi vtilis actio ex pacto extraneæ perſonæ in caſibus quibuſdam: vt not. in ſum. C. de pact. §. ſupereſt.

Quot modis tollitur obligatio. *Rubrica.*

1 *Exceptio per quam tollitur obligatio, ex quibus cauſis cōpetat.*
2 *Obligatio quomodo dicatur tolli per exceptionem.*

3 *Obligatio*

3 *Obligatio quando dicatur tolli ipſo iure, & quibus modis id fiat.*
4 *Obligationem tolli ipſo iure per ſolutionem, quatenus verum ſit.*
5 *Acceptilatio an ſit ſtipulatio, an pactum: atque inibi quid ſit.*
6 *Actio an, & quando reſtituatur aduerſus veterem debitorem.*

DVO ſunt modi in genere quibus tollitur obligatio, ſcilicet per exceptionem, & ipſo iure. Ex-
1 ceptio † competit ex pluribus cauſis: vt ratione pacti, item doli, vel metus. Item rei iudicatæ, & iuriſiurandi: vt ff. de except. l. iij. & l. exceptiones. Item ratione
a temporis[a]: vt xxx. annis, vel xl. vt in hypothecaria. Quandoq; tamen ipſa tollitur citiori tempore: vt not. in ſumma. C. de præſcrip. xl. an. Item & in fundis patrimonialibus locum habet exceptio xl. annorum: vt C. de fun. pat. l. vlt. li. xj. Nec ſunt hæc extra rem: quia hic generaliter tractat de omni modo, quo
2 tollitur obligatio. † Per exceptionem autem ideo dicitur tolli, non quòd omnino tollatur, ita vt eius nullæ remaneant reliquiæ: ſed quia remanent quædam, vtpote ciuilis tantùm obligatio, & illa de iure quidem eſt efficax: quia iuris habet authoritatem & ſubſtantiam: vt j. de exception. §. præterea. ſed de facto eſt inefficax cùm repellatur creditor, & nihil valeat extorquere à debitore: quia naturalis obligatio ipſo iure extincta eſt: vt ff. de ſolution. l. Stichum. §. naturalit. Sed & ciuilis aliquo [caſu] poſſet ſortiri effectum: puta, ſi iterum fieret pactum de petendo, vel in quibus caſibus dicimus repetitionem indebiti per exceptionẽ ceſſare: vt notaui in ſumma C. de condict.
3 indebit. † Ipſo verò iure tollitur obligatio, dum omnino eſt extincta, nec vllæ remanent eius reliquiæ: puta, per ſolutionem, & per acceptilationem, & per nouationem, & per confuſionem, & per interitũ ſpeciei, & per alios ſimiles modos, de quibus breuiter notare potes: vt not. in ſumma C. de ſol & de no-
4 ua. † In ſolutione tamen illud nota, prædicta vera eſſe ſi corporale erat in obligatione: nam ſi erat incorporale, puta. ſeruitus, non poteſt in ea fieri ſolutio, cum res non recipiat traditionẽ: vt ff. de acquiren. rer. do. l. ſeruus. §. incorporales. quaſi traditio videatur fieri quotidianam patientiã: vt no. in ſum. C. de vſuf.
5 & de ſeruit. Præter † hoc quæri poteſt, an acceptilatio ſit ſtipulatio, cùm in ea fiat interrogatio & reſpõſio: ſed certè non eſt, quia non eſt de aliquo dando, vel faciendo. fortè & eadem ratione, nec pactũ nudum eſt: quia non eſt de dando, vel faciendo in futurũ. Veſtitũ non videtur eſſe: quia nõ veſtitur re, vel verbis, vel literis, vel conſenſu. Dicetur ergo quidam ſolennis actus verborum de iure ciuili inductus, quo ipſo iure extinguitur obligatio. Et dicitur imaginaria ſolutio. Pactis autem nudis tolluntur obligationes plerunq; per exceptionẽ, & quandoq; ipſo iure: vt no. in ſum. C. de pact. P. tamẽ dixit acceptilationem eſſe pactum nudum, & nõ nudũ quodãmodo propter ſolennitatem verborũ: & largo modo poteſt dici exceptio: licet liberet ipſo iure nam & qui vſucepit, debet habere exce-
6 ptionem: vt C. de iure dot. l. in rebus. † Item not. quòd vbi ſtipulor à pupillo ſine tutore quod tu mihi debes, & nouandi animo, non eſt recurſus ad veterem debitorem. Sed ſecus vbi ſtipulor à pupillo tutore authore, nouandi animo, & ipſe pupillus reſtituitur in integrum: tunc enim & ego reſtituor contra veterem debitorem: vt not. in ſumma C. de reputationibus
7 quæ fi. in iudic. in integ. reſtitu. † Sed quæri poteſt, an turpis actio mortis cauſa inter viuos à minore curatore remiſſa reſtitui debeat. ſcilicet reuocata donatione cauſa mortis pœnitentia, vel ſimili modo? Quod non videtur: quia turpis actio non naſcitur ex pacto, ſed ex maleficio: vt ff de pactis. l. ſi vnus. §. pictus. quia poteſt dici ſine cauſa perſeuerare eum liberatum teneb[i]tur condictione ob cauſam, vel ſine cauſa ad id quod tenebatur prius.

ANNOTATIO.

a Ratione temporis. Adde Specul in titulo de proprie. §. iij. & in titul. de feud. §. ij. Bartol. in l. omnes. C. de præſcri. xxx. an. Sali. in l. ſicut. op. vj. eo. tit. Bald. in l. fin. xiij. opp. C. de edict. diui adri. toll. Angel. in l. j. C. ſi aduer. cre. domi. Alexand. in l. ſi cui. § Flauius. ff. de ſo. tangunt doct. in l. obligationum. §. placet. ff. de actio. & obli. & Inſtitut. hoc eo. tit. vbi colliges per Aug. materiam.

DOMINI AZONIS SVMMÆ in tertium librum Inſtitutionum, Finis.

EIVSDEM DOMINI AZONIS IN QVARTVM INSTITVTIONVM.

De obligationibus quæ ex delicto naſcuntur. *Rubrica.*

1 *Furtum aliud alio grauius eſſe.*
2 *Conſilium dans ad furtum faciendum, non tamen auxilium, furti actione non tenetur, & nu. 3.*
4 *Conſilium variis modis dici.*
5 *Rapinæ opem præſtans, qua actione tenetur.*
6 *Furti damnatum notari infamia.*
7 *Furi quo caſu detur actio furti nomine ſerui furtiui.*
8 *Conductori, cui res quam conduxerat, ſurrepta eſt, qua ratione conſulatur aduerſus dominum ex locato agentem.*

HÆC quidem rubrica generalis, vt pote cùm tractare intẽdat generaliter de omnibus obligationibus maleficiorum: in hoc tamen titulo non tractat, niſi de obligatione quæ naſcitur ex furto. Videamus ergo quid ſit furtum, cui detur actio furtiua contra quem, in quantum, & qualis ſit actio, quod dic vt plenè notaui in ſumma C. de furt. Sed tamen quædam notabilia non prætermittam. Licet enim furtum naturali iure prohibitum ſit. Laudabile tamen furtum fuit quod fecerunt Pharaoni Hebræi, vt patet Exodi xij. cap. Sed & im-
a punitum furtum eſt, quod fit aleatori[a]: vt ff. de aleator. l. j. † Et
1 in furtis reprobatis poteſt aſſignari quòd aliud eſt improbũ, vt id quod clãculò fit alicui perſonæ. Aliud eſt improbius: vt cùm expilatur hereditas: vt C. de his, qui not. inſa. l. ſi teſtator. Aliud eſt improbiſſimum, vt rapina: vt Inſti. vi bo. rap. §. quadruplum autem. quãdoq; tamen raptor fur improbior appellatur: vt ff. quod metus cauſ. l. ſi cum exceptione. §. qui autem.
2 Item † licet ille, qui dat conſilium ad furtum, ſiue auxilium, non teneatur furti, niſi fur aliàs non erat facturus (vt nota. in ſum. C. de furt. §. ſed datur actio. & idem etiam not. in actione mandati in ſumma. C. manda. §. miſta etiã. tamen aliud videtur in actione legis Aquiliæ & ſerui corrupti. Nam ſi perſuaſi ſeruo alieno, vt arborem aſcenderet, vel in puteum deſcenderet, & aſcendẽdo, vel deſcendẽdo læſus eſt, teneor vtili actione legis Aquil. Item & ſi ſollicitaui ſeruum alienum ad aliquid faciendum, vel cogitandum improbè, teneor ſerui corrupti: imò & ſi ſeruus erat omnino fugiturus, vel furtum facturus: & ego fui laudator huius propoſiti: nec enim oportet laudando augeri malitiam: vt j. ad legem Aquiliam. §. cæterùm. & de
3 actio. §. in duplum. & ff. de ſeruo corrup. l. j. §. perſuadere. † Si quæratur ratio diuerſitatis, ſatis poteſt perpendi. Nam illa diſtinctio, erat aliàs facturus, vel nõ facturus, locum habet, cùm experior cõtra perſuadentem ex delicto, vel facto, ſeu contractu inito, vel perpetrato poſt perſuaſionem: ſed hic experior hoc ipſo quòd ſeruus cui dederit alius cõſilium, factus eſt vitioſius, vel de malo peior, non attento delicto ſequuto poſtea: licet poſtea patiatur in rebus dãnum, propter proximum præcedens conſilium per conſequentiam habeatur ratio. Secus ſi ex interuallo patiar dãnum: vt ff. de ſer. corr. l. in hoc. & l. Neſatius. & hac ratione præaſſignata, videtur, quòd ita ſit in l. Aquilia, ſicut & in cæteris, ſi experiar propter dãnum poſtea ſequutum, vt ita demum teneatur cõſulens, ſi ſeruus aliàs non

erat aſcenſurus,vel deſcenſurus. Secus ſi experiar contra con-
ſulentem:quia ſeruum corrupit,cui dedit magnum conſilium,
4 vt dictum eſt.† Præter hoc ſciendum eſt quòd conſilium dici-
tur multis modis:dicitur enim conſilium hominis intétio,vel
propoſitum:vt ff.de furt.l.ſi quid fur.§.j. Dicitur etiam conſi-
lium,quod alij tribuitur,bonum vel malum perſuadendo ex
motu proprio:vt ff.eodem,l.in furti.§.vltimo. Dicitur & conſi
lium quod capitur cum multis. Dicitur etiam & conſilium da-
ri,licet nullum interueniat verbum,quando ſciens præſto opé
maleficio committendo:vt ecce,commodaui ferraméta ad ef-
fringedum oſtium,vel ſcalas ſciens cómodaui ad aſcenden-
5 dum:vt ff.de fur.l.ſi pignore.§.pen.† Item notabile eſt, quòd
ille qui dedit opem rapinæ,non tenetur furti,ſed vi bo.rap. vt
ff.de furt.l.ſi vendidero.§.cùm raptor. Ité licet coniux à coniu
ge non poſsit furti conueniri nomine ſuo,conuenitur tamen
hæreditario nomine,vel noxali cauſa:vt ff.eod.l.ſi quis vxori.
Nec infamabitur,quia non damnatur nomine ſuo, ſicut & in
tutoribus,& curatoribus,& procuratoribus diximus: vt not.
6 in ſum.C.quib.ex cau.infa.irro.† Nec obſtat,quod dicitur in l.
nó poteſt.ff.de fur.l.nõ poteſt præſes prouinciæ efficere vt fur
ti damnatũ non ſequatur infamia.verũ eſt enim in his, qui ex
ſuo maleficio,& ſuo nomine conueniũtur,vt patet ex præmiſ
7 ſis.† Ité licet fur furti nó agat niſi in caſu vt dixi in ſumma C.
de furt.tamẽ ſi ſeruus,quẽ ſurripui mihi ſurripiat,nomine ſce
ui ſurrepti,ſurripiẽtis,conueniã dominũ:vt ff.de fur.l.infietan
8 do.§.quod furti. † Item notandum eſt.quòd ſi fulloni ſurri-
piantur veſtimenta,quæ locaui ei polienda,ipſum fullonẽ con
ueniam locati,& quadam mirabili æquitate habet exceptio-
nem,id eſt,vt ſi ego facilè poſsim conuenire furem rei vendica
tione,vel condictione furtiua,& fullo mihi offerat ſumptus,
quos oportet me facere in cauſa,abſoluatur à me.Sed ſi furem
facilè conuenire non poſſum,fullo mihi condemnabitur: ſed
iudex me compellet ei præſtare actionem meam : vt ff. locati.
l.cùm in plures.§.veſtimenta. Quod dictũ eſt in locati actione
fortè & in conſimilibus contractibus eſt ſeruandum.

ANNOTATIO.

a Aleatori. Ad iſtam concluſionem,vide Bar.& doct.in l.j.circa princip.
ff.de alea.Bart.Cepo.caute.cvij.Ioan.and.in c.vbi periculum.de ele.
in vj.multa per Paul.de Caſt.in conſi.cxlij.

De vi bonorum raptorum. *Rubrica.*

1 *Actioni vi bon.rapt.quando locus.*

PROSEQVVTO tractatu obligationis quæ
naſcitur ex furto,tractat de obligatione,quæ na-
ſcitur ex rapina,ſecũdum ordinem quẽ aſsignaui
in ſuperiori tit.in prin. Videamus ergo de actione
vi bono.ra.cui detur,contra quem,intra quantum tempus, in
quantum,& qualis ſit actio:quod dic vt no.in ſum.C.eo.tit.de
actionib.vſq; in finem. Nec eſt prætermittendum, quòd actio
1 vi bono.rapto.locum habet etiam quandoque † pro damno
dato,ſi collectis hominibus quis dederit damnum:& ſuper hoc
factum eſt vnum edictum. Eſt & aliud edictum factum contra
eum,qui non collegit homines:ſed collectis hominibus à quo-
cunque,vel turba collecta quacunque occaſione, dedit alicui
damnum in eo.quod dic vt not in ſum. C. eod.tit.in prin.

De lege Aquilia. *Rubrica.*

1 *Legis Aquiliæ ortus.*

1 SICVT † ſuperiores obligationes ex maleficio
ſunt,ita & obligatio dãni,iniuriæ,vel legis Aqui-
liæ ex maleficio eſt : vt ſ titul.ij. in princip. De ea
ergo videamus vnde dicatur actio legis Aquiliæ,
quando locum habeat,quibus detur, contra quos, in quan-
tum,& qualis ſit.quod dic vt notaui in ſumma C.eod.tit.

De iniuriis. *Rubrica.*

QVIA rapiendo,vel damnum dando,fiunt iniuriæ,
videamus de iniuriis, quarum ex maleficio naſci-
tur actio, vel obligatio : vt ſ.titul.iij.in prin Vi-
dendum ergo quot modis dicatur iniuria,& quia
poſsit iniuriam facere,quis ſentire,quot modis fiat, cui detur
hæc actio,contra quos,in quantum,& qualis ſit : quod dic vt
no.in ſumma C.eod.tit.

De obligationibus quæ ex quaſi delicto naſcuntur. *Rubrica.*

1 *Iudex,qui malè iudicauit an,& quando,& quatenus teneatur.*
2 *Arbiter malè iudicans an faciat litem ſuam.*
3 *Actio in factum pro deiectis vel effuſis quando locum habeat, & ad quid detur.numero.4.*
5 *Exercitor nauis,cauponæ,vel ſtabuli quatenus teneatur de dolo vel culpa eorum,quorum opera nauẽ,vel cauponam,vel ſtabulum exercet.*
6 *Exercitor quando & quatenus teneatur de receptis.*
7 *Exercitoria actio quibus detur,& in quos:& ex quibus edictis exercitores poſsint conueniri.*
8 *Actiones plures pœnales ſi contra aliquem competant de iure communi,an & quando vna earum alteram impediat.*
9 *Actio quæ datur ex maleficio ſerui contra dominũ,quare nõ dicatur eſſe ex quaſi maleficio,ſicut illa quæ datur cõtra exercitores.*
10 *Iudex qui imperitè iudicat quare non teneatur verè ex maleficio,ſicut tenetur medicus qui imperitè ſecat.*
11 *Opera futura quomodo æſtimari debeant.*

POST tractatum obligationum,quæ ſunt ex cõ-
tractu, vel quaſi: item ex maleficio, proſequendo
diuiſionem ſuam,quam fecit ſ.de obligationibus,
ponit de his obligationibus,quę ſunt ex quaſi ma
leficio,ſiue de actionibus. Nec enim curo quodcunq; eorum
dicas,quia nec curauit author:licet enim diuerſa ſint,valde ta
men ſunt cónexa,vt vnguis cum digito: poſuit autem de qua-
tuor actionibus in factum, quę omnes poſſunt dici vna in ge-
nere,id eſt,de ea quæ contra iudicem cópetit.Item de ea, quæ
pro deiecto & effuſo datur. Item de ea,quæ competit ob hoc,
quod aliquid appẽſum eſt: quod poteſt ſi ceciderit,alicui no-
cere.Item de ea quę contra caupones,vel ſtabularios,vel nau-
tas, vel pro amiſsis eorum quorum opera vtuntur , competit.
1 † De his ergo ſuo ordine aliquid eſt perſtringendum. Iudex
igitur ſi malè iudicat ſiquidem dolo , tenetur ex maleficio. Si
verò per imperitiam,tenetur ex quaſi maleficio:& huiuſmodi
tractatum plenè cõprehendi in ſum. C.de pœn.iudi. qui malè
2 iudic.vſq; ad illum §.pœna autem. Nec † diſtinguo,an ſit iu-
dex ordinarius, an delegatus, an arbiter cõpromiſſarius: nam
& arbiter facit litem ſuam, ſi malè arbitratur : licet in arbitro
quidam dixerunt contra. Sed facit contra eos apertè,quod eſt
C.de pact. l.ſi quis in conſcribendo. in fin. Sed excipio caſum
vnum, hoc eſt, cùm arbiter ſine pœna eſt electus dato ſacra-
mento : nam in eo caſu nihil ei .i. vt arbitro,erit præter ſacra-
3 mentum:vt in auth.de iud.§.& quia cognouimus. † Sequitur
de actione in factum quæ pro deiectis, & effuſis datur:& cer-
tè illa locum habet, cùm ex alicuius cœnaculo,vel ipſius pro-
prio,vel conducto,vel gratia conceſſo,vel deiectum, vel effu-
ſum eſt aliquid,vt alicui noceretur:obligatur enim prædictus
inhabitator quaſi ex maleficio:non hæres,niſi lite conteſtata
contra defunctum.Et non propriè ex maleficio obligatus in-
telligitur,quia plerunq; ob alterius culpam tenetur, aut ſer-
ui,aut liberi,& ei ſimilis eſt is,qui ea parte qua vulgò iter fieri
ſolet,id poſitum aut ſuſpẽſum habet,quod poteſt facilè (ſi ce-
ciderit) alicui nocere : quo proximo caſu pœna x. aureorum
conſtituta eſt.Et eſt hęc actio annalis,in factum,& popularis.
In hæredem autem non datur , quia pœnalis eſt: vt j co.§.j.&
ff.de his,qui deie.vel effu. l.ſi verò. §. prætor ait. & §.ait præ-
4 tor.& §.vlt.& de popu.act.l.Final.† [De eo verò quod deie-
ctum

ctum, vel effuſum eſt, dupli quanti damnum datũ ſit conſti-
tuta eſt actio damnũ paſſo, & hæredibus eius in perpetuũ. Ob
hominem verò liberum occiſum quinquaginta aureorum cõ
ſtituitur pœna. non poteſt dici vt æſtimetur damnum: quia li-
berum corpus non recipit æſtimationem. & eſt hæc actio in fa
ctum annalis, & popularis, & pœnalis: dummodo ſciamus plu
ribus deſiderantibus hanc actionem ei potiſsimum dari debe
re, cuius intereſt: vel qui affinitate cognationéve defunctum
contingit. Si verò libero homini nocitum dicetur eſſe, quan-
tum ob eam rem æquum iudici videbitur, actio datur. Iudex
a enim computare debet mercedes medicis præſtitas [a], cæteráq;
impendia quæ in curatione facta ſunt. Præterea operas, qui-
bus caruit, vel cariturus eſt ob id, quod inutilis eſt factus: ci-
catricum, aut deformitatis nulla fit æſtimatio: quia liberum
corpus non recipit æſtimationem. Et eſt hæc actio perpetua ei
cui nocitum eſt. Si autem alius velit experiri, annalis erit hæc
actio: nec enim hæredibus iure hæreditario competit: quippe
quòd in corpore libero damnum datum eſt: & tranſire ad ſuc-
ceſſores non debet, quaſi non ſit damnum pecuniarium. Nam
ex bono, & æquo naſcitur: vt j. eodem. §. de eo verò. & §. ob ho
minem. & §. ſi verò. & ff. de his, qui deie. l. j. §. ſed cum liber ho-
mo. & l. ſi verò. § hæc autem actio. & §. quæ autem de eo. & l.
vltim. In quarto etiam caſu naſcitur obligatio ex quaſi male-
5 ficio. † Nam ſi aliquis eſt exercitor nauis, aut cauponæ, aut
ſtabuli, & de dolo vel culpa eorum quorum opera nauem, aut
cauponam, aut ſtabulum exercet, factum fuerit furtum, aut
damnum datum, vel ſimile delictum eſt admiſſum, in eo quòd
ſit illatum in nauem, vel cauponam, vel ſtabulum: tenetur
enim ipſe exercitor nauis, vel cauponæ, vel ſtabuli, in duplum.
ſi modò ipſius nullum eſt maleficium: cùm neque ex contra-
ctu, vel quaſi ſit obligatus: neque ex maleficio: & aliquatenus
culpæ reus eſt, quòd opera malorum hominum vtitur: ideo
quaſi ex maleficio teneri videtur actione in factum, quæ da-
tur hæredi, ſed non in hæredem. Nec datur poſt annum, nec
datur de peculio filij, vel ſerui exercentis nauem, ſine domini,
vel patris voluntate. Nam ſi cum voluntate eorum exercerent
patres, vel domini, tenerentur inſolidum: vt j. eod. §. vltimo.
& ff. nautæ, caupones, ſtabu. l. vltim. §. vltim. Datur tamen hæc
actio noxaliter nomine ſeruorum, quorum opera vtebatur in
naui: nomine autem alienorum, vel liberorum hominum, tene
tur exercitor ex quaſi maleficio inſolidum. Nam in ſuis venia
dignus eſt, ſi quales habeat, adhibuit: ſed cùm alienos adhibet,
explorare eũ oportet, cuius fidei, & innocentiæ ſint: vt ff. nau.
caupon. ſtabul. l. vltima. §. hac autem actione. & §. ſeruorum
autem. Neque diſtinguo in hac actione quæ eſt ex quaſi male-
ficio vtrũ exercitor receperit ſaluum fore, an non: puta, quòd
eo ignorante res illatæ ſunt. Quod ſi prædixit vt vnuſquiſque
vectorum res ſuas ſeruet, neque damnũ ſe præſtaturum, & con
ſenſerunt vectores prædictioni: vel quia damnum datum eſt
extra nauem, vel cauponã, vel ſtabulum, non conuenietur: vt
6 ff. nautæ, caupon. ſtabul. l. vltima. j. & ij. reſponſo. † Præter hoc
ſciendum eſt exercitorem nauis, vel cauponæ, vel ſtabuli tene-
ri alia actione in factum, quæ prorſus eſt alterius naturæ: eſt
enim ex contractu, id eſt, de recepto, vel pro eo quod nauta re-
cepit ſaluum fore. Recepiſſe autem videtur hoc ipſo, quod res
illatæ ſunt in nauem, vel cauponã, vel ſtabulum ſubaudi, ſcien
te exercitore. Durum enim eſſet ignorantem teneri: vt ff. de
action. & oblig. l. iij. §. j. ibi, longè minus, &c. Sciens ergo tene
tur ad reſtitutionem rerum receptarum, quamuis cuiuſcunq;
facto etiam viatoris, vel extranei, perierint, vel amiſſæ ſint, vel
læſæ: niſi caſu fortuito probauerit exercitor amiſsionem, vel
læſionem rerum contigiſſe: vnde differt hæc actio, ab actione
depoſiti, in qua venit dolus, & lata culpa, & leuis tãtùm. Nec
in rebus receptis attendo an ſint inferẽtis, vel nõ. Magis enim
inferentibus debent reſtitui quàm iis quorum ſunt: vel niſi in-
ferentes erant fures, & domini veniãt res vendicantes, & illo-
rum repetitionem inhibentes: vt ff. nau. caup. ſtabu. l. j. §. idem
Pomponius. & §. recepit. & l. ſicut. & l. & ita de facto §. idẽ ait.
7 vſq; ad § ſi filius. † Datur iſta actio hæredibus, & in hæredes,
& perpetuò, & in ſimplum, & de peculio filij, vel ſerui exercẽ
tis nauem, vel cauponam, vel ſtabulum, ſine domini vel patris
voluntate. Sed ſi cum eorum voluntate exerceam, tenẽtur pa-
tres vel domini inſolidum: vt ff. nau. caupon. ſtabul. & ita. §. ſi
filius. & §. hæc autem actio. Liquet igitur ex præmiſsis exerci-
tores poſſe conueniri quadam ſpeciali prærogatiua ex duo-
bus edictis, ſcilicet, ex quaſi maleficio, ex illo edicto furti ad-
uerſus nautas. Item ex contractu, ex illo edicto, nautæ, caupo-
nes, ſtabularij: vt recepta reſtituant. Poſſunt etiam tertio mo
do conueniri iure communi propter ſuum maleficium, ſi dicã
tur furtum, vel damnum dediſſe: & ſiquidem actor eligat hãc
viam cõmunem repellitur [doli exceptione, vel iudicis officio
ab aliis actionibus quæ ſpeciali prærogatiua ſunt ei indultæ:
& è cõuerſo, ſi eligat illas, repellitur] à iure cõmuni: vt ff. nau.
caup. ſtab. l. & ita §. vltim. & ſimile eſt ff. de ſepa. l. j. §. illud ſcien
8 dum. † Vbi autem plures actiones pœnales competunt de iu-
re communi contra eundem, ſiquidem competant ex diuerſis
factis, neutra alteram impedit: vt ff. de priua. delic. l. nunquã.
Si verò dentur ex vno facto, quatenus concurrunt, & non eſt
in plus, ſe inuicem impediunt: vt ff. vi bo. rap. l. j. & de actio. &
obl. l. qui ſeruum. j. reſpon. Si verò iſtæ actiones de iure com-
muni competẽtes, & ex vno facto ſunt omnes perſecutoriæ rei
facta executione per alteram, altera remittẽda eſt, vel tollitur:
vt ff. locati. l. ſi merces. §. culpæ, ſcilicet, contra eundem. Nam
in diuerſis perſonis poteſt eſſe cõtra: vt ſi vnus ex legato, alter
de tab. exhibendis pro eodem legato teneatur: vt ff. de tab. ex-
hib. l. locum. §. condemnatio huius iudicij. Si verò vna ſit per-
ſecutoria rei, altera pœnæ, & ſui natura, & in principio, neu-
tra per alteram tollitur: vt ff. de fur. l. ſi pignore. §. cũ furti. ni-
ſi fortè in caſu: vt ff. de fur. l. ſi is cui. vel illud in conditione
furtiua eſt intelligendũ: vt no. in ſumma. C de fur. Caſus autẽ
iſte de nautis ſpecialis eſt (vt dixi) quia vna cõpetebat de iure
cõmuni, altera de iure ſpeciali. Si autem actio nõ eſt à princi-
pio pœnalis, ſed ex poſtfacto: propter cõtumaciam, vel infi-
ciationẽ. tollitur per eam quæ eſt perſecutoria rei, & è cõuer-
9 ſo: vt ff. quod met. cau. l. metũ. §. licet. † Illud mirandum vide-
tur, quare actiones, quæ dantur contra dominũ ex maleficio
ſerui, non dicũtur eſſe quaſi ex maleficio, ſicut & ea quę datur
contra exercitores: cùm vtrobique ex alterius facto quis con
uenіatur: & puto hanc eſſe differentiæ rationem: quia quan-
do conuenio exercitorem, non teneor certi hominis factum
arguere, licet poſſem, ſi vellem: vt ff. nautæ, caupones, ſtab. l.
licet. §. poſſumus. Sufficit enim probare, quod illorum facto
(quorum opera vtebatur) furtum eſt factum, vel damnum da-
tum. Idémque in actione in factum quæ datur pro deiectis, &
effuſis: ſi probetur eiectum eſſe ex eo cœnaculo, quod inhabi-
tabas. At in noxali actione certi ſerui arguitur factum: vnde
10 verè eſt ex maleficio. † Item quæri poteſt, cur non teneatur
iudex ex maleficio verè, ſi imperitè iudicat: ſicut medicus,
b qui imperitè ſecat, [b] vel ſaltem vt mulio, qui imperitè regit
mulas: vt ff. ad legem Aquiliam. l. qua actione. §. vltimo. & l.
idem. §. mulionem. Sed certè iudicare, non aſsignatur inter
genera maleficiorum, niſi fiat dolo: imò potius deberet aſsi-
gnari inter genera beneficiorum: ſecare autem, vel ſcindere,
vel rem deteriorem conſtituere, vel dare occaſionem bis fa-
ciendis, per culpam, vel imperitiam, inter maleficia ſine dubio
11 reputatur: vnde aliud eſt in illis, quàm in iudice. † Præterea
quod ſuper eo quod dictum eſt futuras operas ęſtimari, quæ-
ritur quomodo poſsit fieri æſtimatio, cùm neſciamus quan-
diu viuere debeat? Reſpondeo fieri æſtimationem, prout fit
in lege Falcidia circa vſumfructum: vt ſi ille, cui nocitum eſt,
minor ſit vigintiquinque annis, æſtimabo quòd vſque ad tri-
ginta annos complendos detractis feſtiuis, & ſolemnibus die-
bus in quibus operari non licet, conſtituam quandam ſum-
mam inſpecto quid in die ſolitus erat accipere. Quòd ſi varie-
tas interueniat, frequentiora ſpectabo, & ſecundum ea dam-
nabo delinquentem. & ſiue triginta annis, ſiue pluribus viuat,
nec plus, nec minus habebit. Si verò ſit maior triginta annis,
æſtimabo, quòd vſque ad quadraginta annos ſit victurus: vt
ff. ad leg. Falci. hæreditatum. [aliàs incipit, Æmilius Macer.]
§. & circa. Vel dic quòd iudex in ſententia ita dicat, Condem-
no te in operis quibus hic cariturus es, & dirimitur hac ſen-
tentia omnis iniquitas. Nec obſtat, ſi dicas, non eſt de certo
lata ſententia. excuſatur enim iudex cùm aliter facere nõ po-
teſt: vt infrà de actio. §. curare.

ANNOTATIO.

a Medicis præſtitas. Adde Spe. in tit. de acc. verſ. quid ſi vulneratus. Bar. C. pol. in ru. de ver. ſig. doct. in l. j. §. medicos. de va. & extra. cog. & in l. ii. ff. qui dete. vel ef vbi eſt proprius locus huius quotidianæ materiæ.
b Impoſitè ſecat. Adde Bar. in l. illicitas. §. ſicuti. ff. de off. præſi. uo. gloſ. & doct. in l. ex maleficiis. & ff. de act. & obli. & in l. qua actione. §. Proculus. ff. ad legem Aqui. & in l. idem iuris §. mulionem. eo. tit. vbi habes locum proprium huius quotidianæ materiæ.

De actionibus. *Rubrica.*

1 *Actio quid ſit.*
2 *Officium iudicis non eſſe actionem: & quid ſit.*
3 *Iniuriarum agẽs quomodo dicatur perſequi in iudicio id quod ſibi debetur.*
4 *Actio in rem an comprehendatur ſub diffinitione actionis.*
5 *Actionum alias eſſe prætorias, alias ciuiles.*
6 *Actiones prætoriæ.*
7 *Actiones ciuiles.*
8 *Actio commodati ſitne ciuilis, an prætoria.*
9 *Rei vendicatio, quæ datur contra eum, qui dolo deſiit poſſidere, ſitne ciuilis, an prætoria.*
10 *Actiones omnes vel in rem eſſe, vel in perſonam, vel mixtas.*
11 *Actiones prætoriæ quæ dicantur eſſe in rem.*
12 *Publiciana in rem actio cui detur, & contra quem: & an, & quando detur contra dominum. nu. 13.*
14 *Publiciana vt alicui competat, bonam fidem in eo exigi: & quo tempore requiratur eum bonam fidem habere.*
15 *Publiciana in quibus rebus ceſſet.*
15 *Publiciana actio quomodo proponatur.*
17 *Publiciana vt quis poſſit agere, quæ requirantur.*
18 *Publicianam & rei vendicationem an poſſit quis ſimul proponere.*
19 *Vendita re duobus inſolidum, vter emptor potior habeatur.*
20 *Reſciſſoria actio cui detur.*
21 *Seruiana actio cui detur, & pro quibus rebus: & cui quaſi Seruiana.*
22 *Superficiario an, & quando competat in rem actio.*
23 *Metum paſſus habet in rem actionem contra quemcunque poſſeſſorem.*
24 *Poſſeſſoria hæreditatis petitio quibus detur, & quibus fideicommiſſaria hæreditatis petitio.*
25 *Præiudiciales actiones eſſe prætorias, & in rem.*
26 *Actiones prætoriæ perſonales quæ ſint.*
27 *Actiones quaſdam prætorias eſſe perſonales & pœnales: et quæ ſint illæ.*
28 *Interdictorum varias ſpecies.*
29 *Interdicta omnia perſonalia eſſe.*
30 *Edictorum quàm variæ ſint ſpecies.*
31 *Actiones in rem ciuiles, item perſonales ciuiles varias reperiri: & quæ ſint illæ. & nu. ſeq.*
33 *Actionum mixtarum varias eſſe ſpecies.*
34 *Actiones omnes perſonales poſſe dici condictiones.*
35 *Actiones quæ dentur pro re perſequenda.*
36 *Actionum perſonalium diuiſio.*
37 *Pœnam quandoque dici ex parte actoris & rei, quandoque actoris tantùm, quandoque rei tantùm.*
38 *Pœna quomodo poſſit excedere quadruplum.*
39 *Actiones cuiuſmodi dentur duntaxat in ſimplum: & quibus duplum, triplum, vel quadruplum perſequamur.*
40 *Actionum alias eſſe bonæ fidei, alias ſtricti iuris: & quæ ſint bonæ fidei, quæ item ſtricti iuris. & 41.*
42 *Actionum alias eſſe arbitrarias, alias non: & quæ actiones ſint arbitrariæ.*
43 *Actio perſonalis ciuilis quanto tempore duret.*
44 *Actio in rem ciuilis quanto tempore tollatur.*
45 *Actiones prætoriæ quanto tempore durent.*
46 *Actiones temporales qua ratione perpetuentur.*
47 *Actionum alias eſſe directas, alias contrarias, & quæ ſint directæ, quæ item contrariæ.*
48 *Actiones duplices quæ ſint, & quare ſic dicantur.*
49 *Actiones quæ dicantur datiuæ, & quæ natiuæ.*

EXPLICVIMVS de obligationibus, & quia ex his oriuntur actiones, tanquam ex matribus ſuis: audiamus de actionibus. Vel aliter. Expediuimus ſuprà de perſonis, & rebus, ſequitur vt videamus de actionibus ſecundum ordinem aſsignatum ſuprà de iure naturali §. vltimo. Videndum ergo quid ſit actio, & qualiter di
1 ſtinguatur. † Eſt autem actio nihil aliud, quàm ius perſequendi in iudicio quod ſibi debetur: vt infrà eodem. in princip. Ius autem ponitur ad differentiam eorum, quæ non ſunt iuris: vt omnium corporalium, ſicut dicunt quidam: ergo ſecundum hoc ponitur ad differentiam aſinorum, & pecudum. Vel
2 † melius ius dicit, ad differentiam officij iudicis, quod non eſt actio: vt ff. de mino. l. quòd ſi minor. §. vlti. licet quidam dicant contrariũ. Non enim ius eſt ipſum officium, ſicut cuilibet patet: imò potius poteſt appellari factum. Et ita dicimus per illud verbum ius, excludi omnem extraordinariã cognitionem, ſiue pro ſalario aduocatorum, vel procuratorum, vel ſimilibus interponatur. Dicitur ergo officium, id eſt, cura, vel ſolicitudo debita, ratione iuriſdictionis ad aliquid agendum, vel prohibendum. In clericis verò debita eſt ratione ordinis: & ſic appellatur cura: vt C. de epiſcop. aud. & diuer. ca. quæ ad [ius &] curam pontificalem pertinent. l. iubemus. Et debet hæc cura, quaſi pediſſequa quædam deſeruire iuriſditioni quaſi domi-
3 næ ſuæ. † Dicet aliquis: Cur ergo dicam perſequi per actionem, cùm propono actionem iniuriarum, cùm ibi officio per actionem, cùm propono actionem iniuriarum, cùm ibi officio iudicis ſumma conſtituatur? Reſpondeo bene poteſt dici actio, cùm ago ex iniuria: & eſt ratio: quia ius petendi habeo, & aliquid mihi debetur. Si quæras quid? Reſpondeo, quòd ego æſtimauero. Nam & antequam in iudicio conqueras, æſtimare poſſum iniuriam mihi factam: licet iudici permittatur minuere ſummam, quam æſtimauerim. Perſequendi autem, ponitur ad differentiam exceptionis, qua non perſequimur alium: ſed magis ab alio perſecuti nos defendimus, licet in exceptione partes actoris ſuſtineamus. In iudicio autem ponitur ad differẽtiam eorũ quæ nõ in iudicio, ſed extra perſequimur: vt furem nocturnum, vel diurnum, vel agrorum populatorẽ, vel deſertorem militiæ: vt ff. ad legem Aquil. l. iiij. & C. quando licet vnicuiq; ſe ſine iudicio vin. l. j. & ij. Quod ſibi debetur, ponitur ad differentiam criminalium actionum: quibus non mihi debitum, ſed cuilibet de populo perſequor. & ſecun
4 dum hoc † etiam actionem in rem definiri dicemus: licet enim poſſeſſor non ſit obligatus: vt infrà eodem. §. j. attamen regulariter, non perſonaliter, dicitur mihi deberi: hoc enim verum eſt, quòd res iſta debet mihi reſtitui, & ipſe tenetur mihi ad reſtitutionem rei, actione in rem propoſita cõtra eum. Vel dicas, quòd verbum, debendi. excludat realem actionem, quæ propriè dicitur petitio: largiſsimè tamen ſupponit actionem, nedum pro reali actione, ſed etiam pro iudicis officio: vt ff. de actionib. & obligatio. l. actio in perſonam. & l. actionum genera. & l. actionis verbo. nec admitto opinionem Pet. vt cauſa debendi dicatur actio. Sed dicitur ius (vt dictum eſt) quo, non propter quod proſequimur: vt hic & conſimilia notaui ad maiorem euidentiam definitionis in ſumma C. de edendo. in principio. vſque ad illum §. ſed dicet. & in illo §. dicet. Differentia etiam quædam modiciſsima olim poterat notari inter actiones. & interdicta. quæ erat in ſolemnitate verborum. Sed illa hodie non habet locum: vt notauimus in ſumma C. de interdictis. §. ſi quæras. Diuiſiones autem actionum plures ſunt, vt parebit ex ſequentibus: ſed meipſam ab
5 vna antiquiore. † Actionum igitur omnium quæ ſub cœlo ſunt, aliæ ſunt prætoriæ, aliæ ſunt ciuiles, vt ff. eodem. l. actionum. §. vltimo. & licet ciuiles ratione originis deberent præponi, ego tamen poſtpono eas: quia multò pauciores ſunt ci-
6 uiles, quàm prætoriæ. † Prætorias autem dicimus omnes omnino quæ à prætore ſunt inductæ. Item omnes ædilitias, vt redhibitoriam, & quanto minoris, & in factum, quæ locum habent in rebus venditis occaſione vitiorum, & morborum, & ſimilium: vt ſuprà de iure naturali. §. prætorum. & de diuiſione ſtipul. §. prætoriæ. & vt notaui in ſumma C. de ædilit. actio. Item omnes in factum actiones quæ loco cuiuſlibet interdicti redduntur, ſicut & ipſa interdicta, vt j. de interdict.
7 in princip. tit. & §. vltimo. Aliæ † autem actiones omnes quæ

in mundo ſunt dicuntur ciuiles: ſiue ex lege xij.tab.deſcēdant
ſiue ex ſenatuſconſultis, ſiue ex prudentum diſputatione, ſiue
principum cōſtitutione, ſiue quacunque alia lege: vt ff de iu-
8 ſtitia & iur.l.ius autem ciuile. † Dubitari autem poteſt de ali-
quibus, an ſint prætoriæ, an ciuiles: vt puta, de actione cōmo-
dati. Ait enim lex tranſire in obligationem ciuilem: vt ff.cō-
modati.l.in commodato.§ ſicut.& in l.j eiuſdem titu.dicitur.
ait prætor, quòd quis commodaſſe dicatur: vnde videtur in-
nuere quòd ſit prætoria: puto tamē eam eſſe ciuilem. Nec ob-
ſtat quòd prætor ſuper eam tractauit, nec mirum, quia nihil
intentarū reliquit: nam hæreditatis petitione, quæ datur hæ-
redi, quam cōſtat eſſe ciuilē, tractauit, vt nota.in ſumma C.de
hæred.peti §.eſt autem. Si quis tamen vellet contrarium dice-
re, poſſet exponere inciuiles obligationes, id eſt non natura-
9 les tantùm. † Similiter quæri poteſt de rei vendicatione, quæ
datur cōtra eum, qui dolo deſijt poſſidere. Lex enim videtur
dicere ipſam eſſe prætoriam, vt ff.de nox.l.electio §.ſi ex plu-
ribus. Sed ego eam puto eſſe ciuilem cōſiderata perſona acto-
ris, qui de iure ciuili admittitur ad agendū. Cōſiderata autem
perſona rei, quæ de iure ciuili tenebatur, non dicetur ciuilis:
ſed dicetur prætoria: quia prętor dolum reputauit pro poſſeſ-
ſione: & ita eadem actio dicitur ciuilis inuentione reſpectu a-
ctoris, & eadem dicitur reſpectu rei prętoria extenſione: quia
extenditur in perſona rei: Et certè cùm quæritur de actione,
verū ſit ciuilis an prætoria, præcipuè debet cōſiderari perſona
agētis. Nam & hæreditatis petitionem dico prętoriam quan-
do datur bonorū poſſeſſori, vel fideicommiſſario: vel ciuilem
10 quando datur hæredi. † Fit ſecunda diuiſio actionum omniū,
quæ ſub cœlo ſunt. Aliæ enim ſunt in rem, aliæ in perſonam,
aliæ ſunt miſtæ in rem & in perſonam. Sunt autē illæ in rem,
quæ dantur contra aliquem ratione poſſeſsionis, id eſt, quia
habet rem, vel poſſidet, vt rei vendicatio directa, & vtilis, &
publiciana, & confeſſoria, & negatoria, quæ locum habet in
ſeruitutibus: & hypothecaria, & ſimiles. In perſonam, que cō-
petunt ex contractu, vel quaſi: ex maleficio, vel quaſi, ad ali-
quid dandum, vel faciendum, & ſemper aduerſus eundem, vel
hæredes eius locum habent. Miſtæ autem ſunt, id eſt, in rem
ratione rei principalis: & in perſonam gratia perſonaliū præ-
ſtationum, vt famil.erciſcund.communi diuid.finium reg.&
hæreditatis petitio: vt ff.eo.l.actionum genera. & j.eo.§.1.&
§.quædam actiones miſtæ. & vt notaui in ſumma C.de vſufru.
11 §.ſin autem. † Prætoriarum ſiquidem actionum multæ ſunt in
rem: vt publiciana, reſciſſoria, ſeruiana, quaſi ſeruiana, ſiue hy
pothecaria: vt j.eod.§.aliæ. & §.ſi rurſus. & §. item Seruiana.
Item vtilis in rem, quæ datur ſuperficiario, & quæ datur me-
tū paſſo: vt ff.de rei vendi.l.ſuperficiario.& l.prætor.& quod
met.cauſa.l.j.& l.metum.§ volenti. Item hæreditatis petitio
quę datur bonorum poſſeſſori, vel fideicommiſſario: vt ff.de
12 hæred.peti.l.j.& de fideicom.hęre.pe.l.quæ actio. † Datur au-
tem publiciana in rem ei, qui emit, & per traditionem accepit
rem corporalem, vel incorporalem, vel ex alio tit.quo ſolet
dominium transferri, poſſeſsionem nactus eſt à non domino
bona fide: nec adhuc compleuit vſucapionē rei contra quem-
libet poſſidentem, præterquam contra dominum rei: vt ff.de
pub.l.j.& l.publiciana.§.j.& l.penul.& l.quecunq;.l.vltima.
13 & j.eo.§.aliæ. † Sed & contra dominum datur in caſibus: vt
ecce, ſi ille, qui à non domino emit bona fide, petente domino
eſt abſolutus: ſed poſtea eadē poſſeſsio peruenit ad dominū.
Si poſtea, domino poſſidente, petat, & ille excipiat, quod res
ſit ſua, iſte replicabit quòd eo quandoque agente, fuit abſo-
lutus: vt ff.de excep.rei iudic.l.ſi quis rem. Idem eſt, ſi rem emi,
& per traditionem accepi eo tempore, quo nō eras dominus,
poſtea dominium rei ad te peruenit: ſi eam à te poſſidente pe-
tam, non obſtabit mihi exceptio dominij propter cauſam, quā
habui à te: vt ff.de rei vendic.l.ſi à Titio.& de except.rei ven.
& trad.l.pen.& de excep.doli.l.apud Celſum.§.ſi à Titio. Idē
que eſt ſi à bonæ fidei poſſeſſore ſerui, noxali iudicio cōuen-
tus à me, noxæ dederit mihi ſeruū, cuius nomine agebam: hic
enim ſi verus dominus ſerui me conueniat, rei vendicatione
directa, repellam eum exceptione: niſi ſatisfiat pro maleficio
ſerui. Vel ſi, eo nacto poſſeſsionē ſerui ipſum publiciana cō-
ueniā, & ipſe excipiat de dominio, ego replicabo de noxæ de-
ditione, & de authoritate ſentētiæ cuius eſt authoritas tanta,
vt ſeruum noxæ mihi debitum vſucapiam, licet ſciam alienū
eſſe vt ff.de noxa.l.ſi noxa.le.§.vlt.& l.& generaliter. Idē etiā
aſsignari poteſt, quando ex cauſa damni infecti miſſus ſum
in poſſeſsionem poſſeſſore non cauēte.& ex ſecundo decreto
cœpi vſucapere: nam ſi poſtea deijciat vi à poſſeſsione, & ca-
dam, datur mihi interdictum vnde vi, vel publiciana etiam cō-
tra dominum: vt ff.de dam.infecto.l.damni.§.penulti. Idem
etiam aſsignauerunt quidam cùm reus conuentus rei vendi-
catione, culpa deſijt poſſidere: & ideo actori præſtitit litis
æſtimationem: auditur enim reus ſi deſideret vt actor ei cedat
actionem, cùm tamen etiam prætor ſine ceſsione laturus ſit ei
auxilium quolibet alio poſſidente: etiam eo cui dedit litis æſti
mationem, ſcilicet, dando ei publicianā (vt dicunt: vel) vt pu-
to) habebit vtilem actionem, quam actor haberet directam,
14 quaſi videatur nomen emiſſe. †. Bona autem fides exigitur in
cōtractibus omnibus tēpore traditionis, non tempore cōtra-
a ctus: præterquam in venditione, vbi vtroque tempore * exi-
gitur bona fides: vt ff.pro ſolu.l.penult.& pro emptore.l.ij.&
de publicia.l.eum qui.§ penul.& vlti.& l.traditionem. hoc in
ſingularibus ſucceſſoribus. In vniuerſalibus enim ſucceſſori-
bus cōſideratur bona vel mala fides defuncti, nō autē ſuccedē
tis: quia ſuccedere videtur in vitiū perſonale defuncti: ſed ſin-
gulari ſucceſſori non obſtat vitium perſonale ſui authoris: vt
ff.de publicia.l.eum, qui.§.prætor.& §.in hac.& de diuerſ.&
temp.preſcrip.l.an vitium. niſi fortè iure authen. vt in authen.
vt ſpōſalit.largit.§.rurſus. Item vniuerſales ſucceſſores habēt
publicianā quæ cōpetebat defuncto: etiam ſi tantùm fuerint
nacti poſſeſsionem. vt ff.de publicia.l.cùm ſponſus.§.is cui.
15 Item † non quæritur in publiciana, an pretiū ſit ſolutum, an
non: vt ff.de publicia.l.de pretio. requiritur tamen vtrū ſit res
furtiua, vel vitioſa, vel quam lex, aut conſtitutio alienari pro-
hibeat, vt tunc ceſſet publiciana: an non, vt tūc locum habeat
vt ff.de publician.ſiue autem.§.hæc actio.& l.cùm ſponſus.§.
ſi res. Nec obſtat, quod in eadem lege dicitur, in vectigalibus,
& aliis, quæ vſucapi nō poſſunt, dari publicianam. Loquitur
enim de his, quæ non poſſunt vſucapi in præiudicium fiſci:
ſed poſſunt in præiudicium priuatorum qui conduxerint. Vel
quod dicit vſucapi non poſſunt, ſubaudi à ſciente ea eſſe alie-
na: ſed ab ignorante poſſunt (vt dixi) & ita vſucapio prohi-
beatur ratione perſonalis vitij, non realis: vel non prohibea-
tur generaliter contra omnes propter priuilegium perſonæ,
vel cauſæ. Quod dictum eſt in re principali, ſeruatur & in eo,
quod acceſsit per alluuionem, vel ferruminationem. Si tamen
emi à vero domino domum, in qua tigna aliena erant iniun-
cta, domo diruta, datur mihi publiciana pro tignis, licet pro
domo habeam directam vendicationem: vt ff.de publician.l.
in rem.l.publician.l.ſi ego emi.§.idem ait.& l.publiciana.&
l.penult.& vlti.& ff.de rei vendica.l.in rem actio.§.item quæ-
16 cunque. † In publiciana autem proponenda dicit actor ſe
quaſi vſucepiſſe: vt infra eodem.§.aliæ. Et dixerunt quidam,
quòd in hoc caſu permittat prætor mentiri: quod falſum eſt.
Illud enim, quaſi, denotat improprietatem, & ſimilitudinem,
non veritatem. Dicit enim ibi rem reſtituendam ratione titu-
li, & iuſtæ traditionis, ac ſi vſucepiſſet: nam ſi verè vſucepiſ-
17 ſet, non haberet publicianam: vt ſ. dictum eſt. † Eſt enim in
publiciana neceſſariū, quòd ille qui agit ea, hodie credat ſe nō
eſſe dominum. Item quod crediderit ſe dominum eſſe tempore
traditionis: quia ſuum authorem credebat dominum. Quid
autem ſi hodie, cùm vult agere, dubitet de authore, an fuerit
dominus, vel non? ſalua fide, & ſacramento ſuo, eligat quod
ſibi videtur verius. In dubio tamen proponere publicianam
tutius eſt, vt credam eum non dominum, niſi aliud appareat.
Sed ſi reus probet eum dominum fuiſſe, repellet me à publi-
ciana: & ſupererit mihi rei vendicatio: vt ff.de euictio.l.ſi mi-
nor.§.ſi ſeruus.& commu.diui.l.communi diuidundo.§.item
18 ſi duo ſint. Vtranq; † autem proponere non poſſunt: quia non
poſſunt ſimul concurrere, vt C.ſi ſer.exte.emi ſe man.l.j.& de
regu.iur.l.nemo.& §.quoties.& liquet ex verbis prætoris qui
dicit, dari publicianam, ſi nondum vſucaptum eſt. Quidam
tamen iudices ex conſuetudine admittunt actionem vtranq;. vt
ſi dicam ratione dominij, vel quaſi, peto fundum mihi reſti-

rui. Item & dixerunt quidam, venditorem eum præſumi do-
minum, eùm poſsideret fundum tempore traditionis.argu C.
de proba.l.ij.Ego puto cõtrarium:quia etiam in hypotheca-
ria oportet me probare dominũ eũ fuiſſe,qui pignori obliga-
uit:vt ff.de pig.l.& quę nondũ.§.quod dicitur.Illud nn.quòd
licet plures non poſsint habere dominiũ eiuſdem rei directũ:
vt ff.cõmoda.l.ſi vt certo.§.vlti.tamen vtile dominium quod
contingit propter publicianam poteſt eſſe duorũ inſolidum
Vnde ad pleniorem euidentiam huius rei, & directi dominij,
19 & vtilis,ſubiicio diſtinctionem.† Diſtrahitur eadem res duo-
bus inſolidũ, quandoq; ab vno, qui fuit dominus,& tunc qui
prius traditionem nactus eſt, potior eſt:ſi tamen ſoluerit pre-
tiũ:vt C.de rei ven.l.quoties.& ſ.de re.di.§.venditæ.niſi prior
ſit priuilegiatus: vt eccleſia: vt C.de ſacro ſan.eccle.l.vltima.
Quandoq; ab vno domino,& tunc idem eſt:vt tamen nõ di-
ſtinguatur, an ſit pretium ſolutum.an non:vt ff.de publicia.l.
de preuo.& l.ſiue autem.§.item & ſi hereditatẽ.& §.ſi duobus.
verſic.vt ſi quidẽ. Quandoq; ab vno nõ domino vni,& eodẽ
poſtea domino alteri,& tũc idẽ eſt.Vbi & illud notatur quòd
publiciana non repellitur exceptione iuſti dominij,vt ſ.dictũ
eſt. Quandoq; à diuerſis non dominis: & tunc ſi contra tertiũ
experiantur, idem eſt.Si autem inter ſe confligant, potior eſt
poſſeſſor: vt ff.de publicia l.ſiue autem, & de act.emp.l.ſi ea.§.
vlt.& de pigno.l.ſi debitor. Hoc.niſi diuerſi non domini pro
vno tantùm cõputantur:vt ſi ego emi à Titio, & per traditio-
nẽ accepi:tu poſtea emis,& accipis ab eo,deinde rem alij ven-
dis & tradis:ſicut tu vinceris à me,ita & ille,cui vẽdidiſti:quia
nihil plus quàm haberes,in eum, potuiſti transferre: nam &
aliàs hæredis teſtatoris eſt hæres:vt ff.de reg.iur.l.in omnibus
officiis.§.nõ debeo.& l.quod ipſis.& C.de hæredib.inſti.l.vlti
ma.Quandoq; ab vno domino:& altero nõ domino:& tunc
qui à domino cauſam habet,potior eſt:vt ff.de act.emp.l.ſi ea.
§.vlt.niſi nondum dominus à domino ius diſtrahẽdi haberet:
vt ſi debitor vni creditorum alteri diſtraxit: vt ff.de diuer.&
tempora.præ.l.de acceſsionibus. Dicitur autem Publiciana à
Publicio prætore:vt j.eo.§.aliæ. Hic ita de publiciana plenè
proſequutus ſum,quia de ea nõ tractatur nec C.nec in hoc li-
bro,niſi hic.Si quis tamen breuius velit pertranſire, poteſt:fa-
20 cilè eſt enim remedium vbertati.† Reſciſſoria autem datur ei,
cuius res in abſentia probabili,& neceſſaria,eſt vſucapta. Et
datur ita demum; ſi reuerſus à prætore viuo fuerit reſtitutus:
de quo plenè notaui in ſumma C.de reſti.mil.§.prædictis autẽ.
21 Seruiana† autẽ pro rebus coloni,vel etiam inquilini, domino
domus, vel fundi tacitè obligatis datur licet diuerſo modo:
quia in domo non exigitur ſciẽtia: In fundo exigitur:vt j.eo.
§.Seruiana.& C.loca.l.certi.Item pro deteriorata habitatione
vt ff.quibus cauſis pig.tacit.cõtrahi.l.ij. Quaſi ſeruiana verò
hoc eſt hypothecaria,cuilibet alij,cui res eſt obligata compe-
tit:ſiue ſit pignus, ſiue hypotheca, & eſt prætoria:vt j.eod.§.
quaſi Seruiana.& ff.de pact.l.ſi tibi.§.de pignore. Superficia-
22 rio† autem,id eſt,ei qui in alieno ſolo ſuperficiem ita habet, vt
penſionem domino præſtet, datur in rem actio,cauſa tamen
cognita, id eſt ſi conduxit ad non modicum tempus: vt ff.de
23 ſuperficieb.l.j.§.quod autem ait. Item metum † paſſo datur in
rem actio contra quemlibet poſsidentem : vt ff.quod metus
24 cauſ.l.metũ.§.volenti.& l.ſi cum.§.aliquando.† Poſſeſſoria au
tem hæreditatis petitio datur his.qui ſuccedunt pro bo.poſſ.
& fideicõmiſſario datur his quibus reſtituta eſt hęreditas ex
Trebelliano ſenatuſconſulto: vt ff.de poſ.hæred.per.l.j.& ij.
25 & de fideicommiſ.hære.peti.l.& j.& ij.† Præiudiciales quoq;
actiones prætoriæ ſunt,& in rem,quibus quęritur,vtrum ali-
quis ſit ingenuus,an libertinus:& vtrum ſit filius, an non. Rei
vendicatio verò quæ datur adiecta cauſa de iure.Quiritiũ,in-
tenditur ratione poteſtatis quam habet pater in filium:vt no-
taui in ſumma C.de rei ven §.nẽ filij.& §.vt autem.& quare di
cantur præiudiciales notaui in ſumma C.de lib.cau §.præiu-
26 diciales.† In perſonam quoq; actiones prætoriæ reperiũtur,
vt Pauliana,item Fauiana: vt ff.de vſur.l.videamus.ij §.in Fa-
uiana.Nam ibi.(vt in initio legis dixi) ponit exẽpla de actio-
nibus in perſonam. Et quòd ſint prætoriæ,probatur j eo.§.itẽ
ſi quis.ponit enim exẽpla prætoriarũ,vt dixi in illo §.aliæ au-
tem.licet videatur innuere, quod ſit in rẽ, per id quod dicit,
in perſonam quoq;.&c.ſed nõ eſt ita. Cui autẽ detur Paulia-
na,vel Caluiſiana,& contra quem,& ad quid,& quales ſunt,
notaui plenè in ſumma C.ſi quid in frau.patro.aliena.à libe.ſit
facta.§.reuocatur.& de reuocãdis his quæ in fraud.alie.ſunt.
Itẽ ædilitias omnes,quas ſ.diximus prætorias, cõſtat eſſe per-
ſonales,vt not.in ſumma C.de ædil.act.Item & prætoriæ ſunt
& perſonales inſtitoria,exercitoria,tributoria quod iuſſu, de
in rem verſo.de peculio,quas dicimus eſſe adiectiones:nõ pro
pria nomina actionũ.vt not.in ſumma C.quod cũ eo,qui inal.
po §.eſt autẽ actio de peculio. Licet enim actio ex empto ori-
gine ſit ciuilis:tamẽ ſi datur ei, qui nõ poterat admitti de iure
ciuili,dicetur prætoria:vt & dixi in hæreditatis petitione. Itẽ
perſonalis eſt & prętoria actio de conſtituta pecunia,quæ da-
tur ex nudo pacto: vt j.eo.§.de conſtituta autẽ pecunia.& vt
notaui in ſum.C.de cõſti.pec. Itẽ perſonalis eſt & prætoria ea,
quæ datur ex cõfeſsione tua cõtra te,quaſi ex ea cauſa ex qua
cõtra te confeſſus es:vt ff.de interro.act.l.edictũ.& l.quia.&
l.voluit.& l.de ætate.§.qui interrogatus.Itẽ perſonalis eſt &
prætoria ea,quę datur ex ſacramẽto.ſiue nõ adiecta cauſa, &
tunc dicitur actio in factum:ſiue adiecta cauſa,& tunc nuncu
pabitur ſecundum qualitatem,& diuerſitatẽ cõtractus,ex quo
iuratũ eſt:vtrobiq; tamẽ eſt prætoria, vt C.de reb.credi.l.acto
ri.& ff.de iureiuran.l.ſi duo.§.is qui.& j.eo.§.Item ſi quis po-
ſtulante. Item prætoria eſt, & perſonalis actio negotiorum
geſto.vt ff.de neg.geſt.l.ait prætor.& C.de neg.ge l.negotiis.
Itẽ perſonalis eſt,& prætoria actio pro tutelæ:vt ff.de eo,qui pro
tu.l.j.in prin. Item actio cõtraria tutelę:vt ff de con.act.tu.l.j.
Item depoſiti actio in quatuor caſibus:vt j.eo. § planè ſi depo
ſin. Itẽ actio viæ reiectæ,perſonalis eſt,& prætoria:vt ff.de via
27 pub.l.j.& l.vltima.† Sunt & aliæ quædam perſonales,& præ
toriæ, & pœnales actiones, non quia ab initio cõtineant pœ-
nam,ſed quia ex poſtfacto poſſunt continere: vt actio quod
metus cauſa: vt no.in ſumma C.quod met.cau. Actio autem
de dolo perſonalis eſt,& prętoria, & pœnalis in alio ſenſu:
a quia in ea iuratur in litẽ [b] [vt ff.de dolo.l.j.& l.arbitrio §.j.&
ſecundum hoc rei vendicatio dicetur pœnalis: quia in ea iu-
ratur in litem.] Item prętoria,& perſonalis eſt actio furti ma-
nifeſti:vt j.de perpetu.actio.§.furti.Item actio in factum quę
datur ex quaſi maleficio: vt ff.furti aduerſus nautas.l.j. §.& in
duplum.Item actio ſerui corrupti:vt ff.de ſer.corr.l.j.j.reſpõſ.
Item vi bonorum raptorum : vt ſ.vi bonn.rapt.in princip.tit.
Item actio iniuriarum,prætérquàm in tribus caſibus, ſcilicet,
vbi quis dicit ſe pulſatum,verberatũ , vel domum ſuam alium
per vim introitum:tunc enim eſt ex lege Cornelia: vt ff.de in-
iuriis.l.lex.& l.item apud.§.ait prętor.& §.prętor ait,ne quid.
& ſ.de iniuriis.§. pœna. Item actio in factum Aquilia ſubſi-
28 diaria. Item actio † in factum quæ datur in locum cuiuſlibet
interdicti. Multa ſunt enim interdicta, & breuiter poſſunt
comprehendi: vt de mortuo inferendo. Item de ſepulchro
ædificando:vt ff.de mort.infer.l.j.primo reſponſ.& §.prætor.
Item,ne quid in loco ſacro fiat:vt ff. ne quid in loco ſacro fiat.
l.j.& l. in muris. Item, vt quod factum eſt, vel immiſſum,tol-
latur : vt ff.de interdict. l.ij. §.interdicta. Item, ne quid in via
publica, vel itinere publico fiat,quò deterius fiat. Et hæc duo
dicuntur interdicta de locis, & itineribus publicis : vt ff. ne
quid in loco publ.fiat.l.j.§.ait prætor.& §.prætor ait, quòd in
via. Eſt aliud interdictum pro omni loco publico: vt ff. ne
quid in loco publ. fiat l.j. primo reſponſo. Reſtant & alia in-
terdicta. Puta, ne quid fiat,vel immittatur in flumine,vel im-
mittatur ei , quò ſtatio , itérve nauigij deterius fiat: vt ff. ne
quid in flumine publi.l.j.Item vt id quod factum eſt , vel im-
miſſum, tollatur : vt ff. de flumi. & ne quid in flum. publi. l.j.
primo reſponſo.& §.deinde ait prætor. Item ne quid in flum.
pub.ripáve eius fiat, quò aliter aqua fluat,quàm fluxit priore
æſtate. Item,vt liceat frui loco publ.ei,qui conduxit, ſocióve
eius,vt ff.de loc.pub.fru.l.j.Item vt liceat reficere viam publi-
cam,vel iter publicum, vt ff.de via pub.l.j. [Item vt liceat ire,
agere,via pub.vel itinere pub.vt ff.ne quid in lo.pu. l.j. §.vlt.]
Item vt liceat nauigare in flu.pu.lacu, foſſa,ſtagno,& in ripa
onerare,& exonerare naues:vt ff.vt in flu.pu.l.j.Item vt liceat
ripam flu.pub.munire:vt ff.de ripa munienda. l.j. Item, ne vis
fiat ei,qui in poſſ.miſſ.eſt:vt ff.ne vis fiat ei,qui in poſſ.miſ.eſt.
l.j.prim

l.j primo reſponſo. Item quorum bonorum: vt ff. quorum bo-
norum. l. j. primo reſponſo. Item quorum legatorum: vt ff quo-
rum legatorum. l. j. §. hoc interdictum. & §. quod ait prætor.
Item de libero homine exhibendo: vt ff. de lib. hom. exhib. l. j.
Item de tabulis exhibēdis: vt ff. de tab. exhi. l. j primo reſpon.
Item de liberis exhi. vel dedu. vt ff. de lib. exhi. vel dedu. l. j. pri
mo reſponſo. & l. deinde ait. j. reſponſ. Itē vnde vi: vt ff de vi,
& vi arma. l. j. primo reſpon. Itē quod vi aut clam: vt ff. quod
vi aut clam. l. j primo reſponſ. Item vti poſsidetis: vt ff. vti poſ.
l. j. primo reſponſo. Item vtrobi: vt ff. vtrobi. l. j. primo reſpon.
Item de itinere, actúque priuato: vt ff. de itine. act. priuato. l. j.
primo reſponſo. Item de ſuperficiebus: vt ff. de ſuperfi. l. j. pri-
mo reſpon. Item de aqua quotidiana, vti hoc anno aquam, nō
vi, non clam, nō precario ab illo duxiſti, quominus ita ducas,
vim fieri veto. Item de aqua æſtiua, ſcilicet, vti priore æſtate
aquā nec vi, nec clam, nec precario, ab illo loco duxiſti, vim
fieri veto. Item de aqua ex caſtello ducenda: ſcilicet, quo ex
caſtello illi aquā ducere ab eo, cuius rei vſus fuit, permiſſum
eſt, quominus ita vti permiſſum eſt deducat, vim fieri veto. Et
dantur iſta interdicta nedum ducentibus aquā, ſed etiam hæ-
redibus eorum, & bonorū poſſeſſoribus, & emptoribus: vt ff.
de aqua quoti. & æſti. l. j. primo reſponſo. & §. deinde ait præ-
tor. & §. ait prætor. Item de riuis: vt ff de riuis. l. j. primo reſpō.
Item de fonte vt liceat eo vti. Item de fonte reficiēdo: vt ff. de
fonte. l. j primo reſponſo. & §. deinde ait prætor. Itē de cloa-
cis purgandis, & reficiēdis. Item ne quid in cloaca fiat, immit-
tatúrve. Itē vt immiſſum tollatur & reſtituatur: vt ff. de clo-
acis, l. j. primo reſponſo. § deinde ait prætor. & §. item ne quid
fiat. Item de precario: vt ff. de precar. l. ſecunda, primo reſpon.
Item de arboribus cædendis: & continet hæc duo capita: vt ff.
de arborib. cæden. l. j. primo reſponſo. & § deinde ait prætor.
& §. differentia. Item de glande legenda: vt ff. de gland. leg. l. j.
primo reſponſo. Item de migrando: vt ff. de migrando. l. j. pri-
mo reſponſ. Item Seruianū: vt ff. de Salui. interdicto. l. j. Item
de opere demoliendo. quod factum eſt poſt operis noui nun-
tiationem ante remiſsionem. Item, vt liceat ædificare ei, qui ſa-
tiſdedit nuntianti, vel paratus eſt ſatiſdare: vt ff. de noui oper.
nuntia. l. prætor ait. primo reſponſo. & §. deinde ait prætor.
29 Item interdictum fraudatorium: vt ff. de ſolu. l. pupilli. † Sic
omnibus diſcretis interdictis ſciendum eſt omnia omnino in-
terdicta vt ipſa eſſe perſonalia: vt ff. de interdi. l. j. §. interdicta.
concepta tamē videntur in rem: quia cōtra poſsidentes quoſ-
libet dantur. Item omnia ferè interdicta & directa, & vtilia
reperiuntur. Item perſonales & prætoriæ ſunt actiones in fa-
ctum: non ſolùm quæ loco ſingulorū interdictorum ſingula-
riter à nobis enumeratorū proponātur: ſed etiam omnes, quæ
30 loco ſingulorum edictorū competunt. Vnde conſequens † eſt,
vt nomina edictorū enumeremus: ſicut in interdictis fecimus.
Sunt enim multa. In primis occurrit de albo corrupto, ex
quo datur in factum actio in quinquaginta aureos: vel quin-
gentos argenteos (vt quidam libri habent:) vt ff. de iur. om.
iud. l. ſi quis id. j. reſpon. Item datur actio in factum ex edi-
cto, ſi quis ius dicenti nō obtemp. quanti ea res eſt: vt ff. ſi quis
ius di. non obtem. l. j. §. vlt. Item & datur, ſi quis in ius vocaue-
rit quem ex edicto non licet ſine venia vocare: & eſt quinqua
ginta aureorū: vt ff. de in ius voc. l. p. Item ex edicto, ſi quis in
ius vocatus nō ierit: vt ff. ſi quis in ius vo. non ie. l. vlt. & l. pe. in
fi. vbi prætoris habuit mentionem. Vnde videtur, quòd fuerit
edictum. Item, cùm non accepit quis fideiubere volentem pro
alio principali reo coniunctam perſonam, ſciens neceſsitudi-
nem illam. & eſt quinquaginta aureorum: vt ff. in ius voca. vt
eant. l. ij. Item ſi quis in ius vocatū exemerit, vbi iuratur in li-
tem: vt ff ne quis eū qui in ius voca. vi exim. l. j. & pe. Item ad-
uerſus eum qui dolo fecit ne quis in iudicio ſiſteret, vbi agitur
ad intereſſe: vt ff. de eo, per quem fact. erit. l. ex hoc edicto. j re-
ſp. Item ex edicto de edendo aduerſus eum, qui non edidit, vt
eum edere deberet, agitur ad intereſſe: vt ff. de edend. l. prætor
ait. §. j. primo reſponſo. & l. ſi quis. §. ex hoc edicto. Itē ex edi-
cto de calumniatoribus ad quadruplū agitur: vt ff. de calom-
nia. l. j. primo reſp. Item in factum ſubſidiaria eius, quæ ex edi-
cto, vel dolo, id eſt actio quæ de dolo naſcitur: vt ff. de dolo. l.
j. in prin. & l. non debet. §. ſed & quibuſdam. & §. ſed nec. Item
actio in factum, quæ competit pro alienatione mutandi iudi-
cij cauſa facta: vt ff. de alie mu. iud. cau. facta. l. ex hoc edicto.
j. reſpon. & l. j. Item actio in factum quæ datur in ſimplum: &
eſt ex contractu aduerſus nautas cau. ſta. Item & alia quæ da-
tur ex quaſi maleficio in duplū: vt. ff. naut. cau ſtab. l. & ita de
facto. §. j. & §. ex hoc edicto. & §. hæc autē actio. & l. vlt. §. hæc
actio in factum. Item & ea, quæ pro deiectis, & effuſis cōpetit
damnum paſſo: & eſt in duplum. Item quę pro eo datur quod
ita poſitum eſt, vt ſi caderet damnum daret. Item quæ datur
inhabitanti aduerſus deiectorem: vt ff. de his, qui deie. l. j. reſp.
j. & l. ſi verò plures. §. cum autem. & § prætor ait, ne. Item, ad-
uerſus mēſorem: vt ff. ſi menſor. fal. mo. dixe. l. j. reſp. j. Itē, quę
datur aduerſus eum qui in locum purum alienum mortuum
intulit. Item quæ datur ad repetendum ſumptum factum fu-
nus: hęc tamen ſubſtantiuè rectè funeraria nominatur: vt ff.
de relig. & ſump. fu l. is qui intulit. & l. at. ſi quis. §. hæc actio.
Itē quę datur vbi locus religioſus pro puro venierit: vt ff. de
reli. l. oſſa. §. ſi locus. Item ex iureiurando eùm inſormiter eſt
iuratum: vt ff. de re. cre. l. actori. Item, ſi mulier in poſſeſsionē
miſſa eſt vētris nomine. vel is qui eam habet in poteſtate, do-
lo malo eam poſſeſsionem trāſtulit ad alium: vt ff. ſi mu. ven-
tris no. mu in poſ. miſſ. l. j. primo. reſp. Item, ſi mulier per calū-
niam in poſſeſsionē miſſa dicatur, vt ff. ſi mu. vent. no. l. j. §. hoc
edictum. & l. j j. reſp. ff. ſi vent. no. mu. Item, quæ datur contra
tutorem falſum contrahentem bona fide cum tutore ipſo, qui
ſe iactabat eſſe tutorem. Item, quæ datur minori ab hoc paſſo
damnū: vt ff. quod fal. tut l. nouiſsimè. & l. falſus tutor. j. reſp.
Item quę datur aduerſus eum, qui dolo fecit: vt quis inſciua
quaſi tutor author fieret: vt ff. quod falſ. tut. aut. l. huius actio
nis. j. reſp. Item ex edicto ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti: vt ff.
ſi quis omiſ. cau teſt. l. quia autem. §. hoc autem edictū. in prin.
Poſſet tamen hæc vtilis ex teſtamento nominari: nam & aliâs,
qui dolo deſiit poſsidere, cōuenitur per prætorem, quaſi poſ-
ſideat: nō tamen dico, quod ideo prætoria, conueniatur: niſi
quādo cōtra ipſū verè poſsidentē daretur prætoria. Eſt enim
agentis præcipuè cōſideranda cōditio, nō rei: vt ſ. diximus. ſic
non abſurdè dicam, quòd cùm legata præſtantur perſonis ex-
ceptis petita cōtra tab. bo. poſſ. non agatur prætoria. Idem di-
cimus de actionibus quæ dātur bonorum poſſeſſoribus. Item
cùm agitur ex ſtipulatione prætoria: & erit tunc ex ſtipulatu
prætoria, vel certi condictio, quod eſt grauius. Item in factum
quæ datur contra Publicanum ex eo quod ipſe ademit, vel fa-
milia ſua. Nam ſi id nō erit reſtitutum, datur actio in duplum
vſq; ad annum, poſt annum in ſimplum: vt ff. de publica. l. j. &
l. hoc edicto. Item, quæ datur aduerſus eum, qui ſciens ſe libe-
rum paſſus eſt neſcienti emptori venundari, & in eum, qui
ſciens vendidit: vt ff. de libera. cauſa. l. rectiſsimè. & l. vel obli-
gatus. §. vlt. Item in eum, qui cùm eſſet in poſſeſſ. bon. fructus
perceperit, nec eos reſtituit, vel etiam rem deteriorem fecit.
Item datur in eum, qui vocatus venire noluit, ratione ſum-
ptuum quos fecit miſſus in poſſeſsionem: vt ff de bon. auctho.
iudi. poſſ. l. prætor. Item quę datur miſſo in poſſeſsionem cau-
ſa retinēdæ vel recuperandæ poſſeſsionis, vel etiam adipiſcen-
dæ, ſi erat iuſſus mitti: vt ff. ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſſ. l. j. &
l. ſi quis. & l. vlt. Item ex edicto, ſi quis ex teſtamento liber eſſe
iuſſus poſt mortem domini ante aditam hęreditatem ſurripuiſ
ſe, vel damnum dediſſe dicatur, tenetur liber factus vſque ad
annum in duplum: vt ff. ſi quis in teſtamento liber eſſe iuſſ. l. j.
Item in factum, quæ datur contra eum, cuius dolo damnum
datum ſit in turba. vt not. in ſumma C. vi bon. rapt. Item, quæ
datur in eum, qui ex incendio, ruina, naufragio, rate, naue ex-
pugnata, quid rapuiſſe, vel recepiſſe, dolo malo, damnúve quid
in his rebus dediſſe dicetur, intra annum in quadruplum, poſt
annum in ſimplum: vt ff. de incendio, ruina. naufrag. l. j. Item
in factum, quæ datur pro ſepulchro violato: vt ff. de ſepulchr.
viola. l. iij. & vt notaui in ſumma C. de ſepulchro violat. Præ-
ter has etiam ſtipulationes prętoriæ actiones licet impropriè,
& quidem prætoriæ nominantur. Hæ ita pro ſui vtilitate no-
minatis (nec enim eſſet neceſſarium ſummam dicenti, ſingula
nominare.) Notum eſt decem actiones in rem eſſe prætorias.
Item viginti quatuor eſſe perſonales. Item interdicta præ-
toris xlviij. Item edicta xxxv. Quos autem ſunt edicta, vel

interdicta, totidem ex eiſdem naſcuntur actiones in factom
(vt dictum eſt) & ſi bene cuncta computes cxxvij. prætoriæ
31 reperiuntur actiones.† Generalis quoq; eſt hæc noſtra ſecun-
da diuiſio, in qua proſequenda multùm nos detinuit prætoris
imperium, etiam in actionibus iure ciuili inductis. Illarũ ete-
nim quædam ſunt in rem, quædam in perſonam. In rem veluti
rei vẽdicatio, quę datur ratione dominij, vel quaſi, vel poſſeſ-
ſionis, vel quaſi: vt notaui in ſumma C. de rei ven. Iten veluti
confeſſoria, & negatoria, quę ſimiliter dantur ratione domi-
nij vel quaſi: vt notaui in ſum. C. de vſufru. §. ſunt autem pro
vſuſ. Item veluti in rem præiudicialis, quæ intẽditur pro ſer-
uitute & ingenuitate, & illa dicitur ferè legitimam cauſam
habere: quia aliàs in ciuilibus quæſtionibus illa tria conſide-
rantur, id eſt, iudex, actor, & reus. Item res de qua quæritur.
Sed hic idem eſt qui conuenitur, & res de qua quæritur: vt j.
eo. §. præiudiciales. Item petitio hæreditatis, quæ miſta eſt: vt j.
eo. §. quædam. Poteſt dici præiudicialis: quia poſtquam mota
controuerſia eſt in ea, differtur cauſa libertatis [directæ,] vel
fideicommiſſariæ ex teſtamento debitæ, donec iudicium hęre
ditatis inducatur per abſolutionem ab obſeruatione iudicij,
vel finem accipiat per diffinitiuã ſententiam: vt ff. de peti. hær
l. ſi quis. Item & præiudicialis poteſt dici hæreditatis petitio,
quia præiudicat actioni famil. erciſc. is enim qui nõ poſſidet,
agit fa. erc. niſi primò agatur hæreditatis petitio: vt ff. famil.
32 erciſc. l. j.† Perſonales quoq; reperiũtur multæ ciuiles, vt certi
condictio generalis. Itẽ ſpecialis de mutuo, quæ à quibuſdam
appellatur, ſi certum peta. Item cõdictio triticaria. Item con-
dictio ob cauſam. Item condictio ob turpem cauſam, vel in-
honeſtam. Item condictio ſine cauſa. Item condictio indebiti.
Item condictio furtiua. Item condictio ex lege: quæ omnes ci
uiles ſunt, vt notaui in ſingulis rubricis ſummæ Cod. Et
idem dico in cõdictione certi: quæ locum habet pro incerto,
quod eſt in obligatione: licet quidam dicant eam eſſe condi-
ctionẽ ſine cauſa, vt notaui in ſum. C. de condict. indeb. §. pro
eo. & de condictione ſine cauſa. Item ciuilis eſt & perſonalis,
actio ad exhibendum. Item actio conducti, & locati. Itẽ actio
ex empto, & actio ex vendito, oneris enim aduerſi actio, olim
fortè erat actio, ſed hodie non eſt: vt ff. loc. & condu. l. in naue
Saupheli. Item actio pro ſocio ciuilis eſt & perſonalis: ſic &
mandati, & depoſiti, præterquã in quatuor caſibus, & tutelæ,
& commodati, & pignoratitia, de quibus ſingulis ſpeciales
poſui rub. in ſum. C. Et no. quòd ſuperiores quinq; actiones
directæ & contrariæ ciuiles ſunt, præter actionem tutelæ, quæ
directa eſt & ciuilis: cõtraria aũt eſt & prætoria: vt ff. de cõtra.
act. tu. l. j. & vt notaui in ſum. C. arb. tu. & de cõtrario iu. tu. l. j.
Eſt & ciuilis & perſonalis actio præſcriptis verbis, æſtimato
ria: vt ff. de æſti. actio. l. j. Et præſcriptis verbis, quæ naſcitur ex
permutatione. Itẽ præſcriptis verbis, cuius tenor in multis &
variis articulis iuris ſæpe eſt admiſſus: vt notaui in ſum. C. de
re. permu. Item in factum de re iudicata. Iſta tamen poſſet dici
prætoria: vt ff. de re iud. l. ſi ſe nõ obtulit. §. ait prætor. & l. mi-
les. §. vlt. Cuius enim legis authoritate vocatur in factum, niſi
quia dari videtur ex edicto prętoris, vel dic eam dari ex lege
quæ eſt C. de reb. credit. l. actori. Item ciuilis eſt & perſonnalis
actio ex ſtipulatu ꝓ dote: & eſt in hoc ſolo caſu bonæfidei: vt
j. eo. §. fuerat. Item actio aquæ plu. arcẽdæ ciuilis eſt & perſo-
nalis: vt ff. de aqua plu. arcen. l. j. in principio. & l. ſi tertius. §.
aquæ. Item actio de paſtu pecoris, quæ ciuilis eſt, id eſt ex lege
xij. Tab. Et locũ habet, vbi in ſuo fructus cadentes, in eo pe-
core immiſſo, depaſco: vt ff. de præſcrip. verb. l. qui ſeruanda-
eum. §. vlt. Item actio ex teſtamẽto: vt ſ. de lega. §. noſtra autẽ.
Item actio ex ſtipulatu, quæ naſcitur ex verborum obligatio-
ne. vt j. eo. §. de conſtituta & ſ. de verb. ob. Item furti nõ ma-
nifeſti. Actio enim furti manifeſti prætoria eſt, vt j. de noxa-
lib. §. ſunt autem. & de perpet. & tempo. act. §. furti. Item actio
de tigno iniuncto ciuilis eſt, & perſonalis ex lege xij. tab. licet
ſit in rem ſcripta. Nam & eum, qui iniunctum habet perſe-
quitur, licet non iniunxerit: vt ff. de tigno iniuncto. l. j. & arg.
ff. de flomi. & ne quid in flumi. pub. l. j. §. vlt. Item actio arbo-
rum furtim cæſarum: vt ff. arborum furt. cæſa. l. j. Idem etiam
videbatur domino meo in actione rerũ amotarum. ſed vide-
tur, quòd illa ſit prætoria, cum ab edicto ſit inducta: vt C. re-
rum amota. l. ſecunda. vel fortè ibi nõ loquitur de edicto prę-
toris, ſed principis: quia cõſtitutio principis edictum vocatur
vt ff de legib. & conſtitu. l. iij. Item ciuilis eſt & perſonalis
actio de rationibus diſtrahẽdis, vt ff. de rationibus diſtrahen-
l. j. §. pen. & l. ij. in princip. Et vt not. in ſum. C arbit. tut. §. præ-
ter hoc. Item actio legis Aquilię, ſiue damni iniurię, ſiue de
damno dato: vt ff. ad leg. Aquil. l. j. & not. in ſumma C. ad le-
gem Aquil. Item actio in factum de pauperie. vel etiam ſi ſim-
pliciter dicatur ſine adiectione actio de pauperie, ciuilis eſt,
ex lege xij. Tabu. deſcendens. Licet prætor ſuper eam fecerit
edictũ: vt ff. ſi qua. pau. fe. dic. l. j. j. reſponſo. & §. ait prætor. Itẽ
actio iniuriarum ex lege Cornelia in tribus caſibus: vt not. in
ſumma C. de iniuriis. Item actio in factum, quæ datur contra
magiſtratus, qui non exegerunt idoneam cautionem, & con-
tra nominatores, & æſtimatores patrimonij, & ſcribas: vt In-
ſtit. de ſatiſd. §. ſecũdum. & vt not. in ſum C. de magiſtr. conue.
33 † Sequitur tertium mẽbrum noſtræ diuiſionis, quia aliæ ſunt
miſtæ, id eſt, in rem & in perſonam. vt actio famil. erc. cõmu-
ni diui. & finiũ reg. Intentatur enim ratione dominij, vel qua
ſi, & poſſeſſionis, vel quaſi. Nam actio familiæ erciſcun. datur
hæredibus, & quaſi hæredibus, & cõmuni diui. & finium reg.
dantur dominis & quaſi dominis: ſcilicet, vt ſi emerunt à nõ
dominis bona fide, vt no. in ſum. C. com di. & fa. erciſc. & fin.
reg. In perſonã dicuntur quaſi perſonales recipiãt præſtatio-
nes: vt ibidem not. vt ff. fam. erc. l. item l. theo. §. familiæ. & cõ-
muni diuid. l. per hoc iudicium. §. ſicut & fin. reg. l. ſed & loci.
§. in iudicio. Item & miſta eſt alia actio: vt hæreditatis petitio
eiſdẽ rationibus aſsignatis: vt ff. de hæredit. pe. l. ſed & ſi lege.
34 §. petitio hæreditatis.† Et eſt notandum, quòd omnis perſo-
nalis actio in larga ſignificatione poteſt dici cõdictio: vt C. de
dona. quæ ſub mod. l. j & ff. re. amot. l. rerũ amotarũ. Strictè
verò ponitur cõdictio ſolummodo pro illa perſonali actio-
ne, qua quis ſibi dicit aliũ obligatũ præcisè ad dandũ aliquid.
omni enim modo oportet dari: non autem quia non datus, a-
gitur ad intereſſe: ſicut agitur in rem tradi: vel quãdo factum
eſt in obligatione: vt ff. de verbo. oblig vbi autẽ non appa
§. qui id. & §. vlti. & de re iud. l. ſi quis ab alio. §. vlti. Actiones
verò in rem dicuntur vẽdicationes: vt j eo. §. appellamus. Hæc
autem iij. miſta iudicia ſicut & alia xiiij. quæ ſ. proximè nu-
merauimus, ſunt ciuilia: quod ex eo patet, quia non inueniun
tur per prætorẽ inducta. Sed & ſpecialiter de multis leges, &
probationes poſuimus. Nam (ſicut diximus) omnis actio dici-
tur ciuilis quæ nõ eſt per prætorẽ inducta. Sequitur videre de
diuiſione tertia, ſcilicet ea, quòd actionum omnium quædam
ſunt cõparatæ ſola perſequẽdæ rei gratia: quædam pœnæ per-
35 ſequẽdę: quædam miſtę ſunt. Rei † perſequẽdæ gratia cõpara-
tæ ſunt omnes in rem actiones. Item perſonales omnes ferè,
quæ ſunt ex cõtractu: vt illa, quæ datur de mutuo, vel ſtipula-
tione. Item cõmodati, depoſiti. & mãdati. pro ſocio, ex empto,
vendito, locato, cõducto. Ferè dixi propter actionem depoſi-
ti, quæ intẽditur pro eo quod tumultus, incẽdij, ruinæ, naufra
gij cauſa depoſitum ſit: tunc emptor reddidit actionem in du-
plum, ſi modo cum ipſo depoſitario, vel hærede eius ex dolo
ipſius agatur, quo caſu miſta eſt actio: quia perſequetur rem,
& pœnam. Perſonales verò actiones quæ naſcuntur ex malefi
ciis, aliæ perſequũtur pœnam tãtum: vt actio furti manifeſti,
c vel non manifeſti, nam præter pœnam rei vẽdicatio eſt con-
tra quemlibet poſſidentem: & cõdictio furtiua contra furem,
& hæredem eius aliæ perſequuntur rem, & pœnam: vt vi bo.
rapt. nam ibi pœna triplex eſt. Aliud verò ſimplum continet
perſequutionem rei. Item actio legis Aquiliæ continet rem, &
pœnam non ſolùm aduerſus inficiantem, (quo caſu agitur in
duplum) ſed interdum & ſi in ſimplum quiſquis agat: vt tamẽ
ſimplum continere dicatur pœnam: cõſiderata vtilitate in prę-
teritum: veluti ſi quis hominem claudum, aut luſcum occide-
rit, qui in eo anno integer, & magni pretij fuerit: tanti enim
damnatur, quanti is homo in eo anno plurimi fuerit: vt dixi
mus in ſumma C. eo. de Aquil. & ita ſimplum continet rem, &
pœnam. Item actio ex teſtamento miſta eſt, quia perſequitur
rem, & pœnam. Item actio ex teſtamẽto, cùm comperit pro le-
gato relicto venerabili loco contra eum qui eſt inficiatus, vel
etiam diſtulit ſoluere, vſq; adeò vt etiam in iudicium vocare-
tur,

tur, tunc enim & ipſam rem dare compellitur, & aliud tantun
dem pro pœna, & ideò in duplum fit condemnatio: vt j.eo.§.
37 ſequens. & §.ſed illa, quæ. † Sed hic eſt interſerendum, quòd
quandoque dicitur pœna reſpectu actoris & rei, quandoque
actoris tantùm, quandoque rei tantū: actoris & rei, vt in furti
actione dictum eſt: quia reus præſtat, quod nunquam ad ſe
peruenit: & actor perſequitur quod nunquam amiſit. Rei
tantùm, vt cùm ego meum intereſſe propter tuum delictum
à te peto: vt ff.de eo per quem fac.erit, l.ex hoc edicto. & l.j.§.
ſi plures, id eſt, quod mihi abeſt ex patrimonio: vt ff.eod.in
honorarus.§.ille autem. Secundum hoc & rei vendicatio di-
cetur pœnalis, & quælibet in rem actio, vel quia poteſt iurari
in litem. Quid de actione ex empto? Nam & ipſa ad intereſſe
proponitur: ſed & hæc eſt ex natura contractus, non ex de-
licto: & ideo fortè non eſt pœnalis. Actoris etiam reſpectu
dicitur pœnalis: vt cum dediſti Titio vt mihi negotium face-
ret per calumniam: ego enim repeto, licet hoc non ſit meum
intereſſe, nec agam, quod mihi aliquid abſit de patrimonio.
Item tu præſtas, quod ad te peruenit, vnde tibi non eſt pœna:
vt ff.de calum.l.& generaliter.§.illud erit notandum. Sequi-
tur & quarta diuiſio, quòd actionum omnium aliæ ſunt con-
ceptæ in ſimplum, aliæ in duplum, aliæ in triplū, aliæ in qua-
druplum. Vlteriùs autem nulla extēditur actio: ſcilicet reſpe-
38 ctu eiuſdem perſonæ. † Poteſt enim eſſe quòd quis teneatur,
vel damnetur pluribus, propter idem delictum: & ita excedet
pœna quadruplum: vt dicitur de eo qui mancipium alienum
manumiſit in conſpectu principis: duo enim præſtat domino
æquè bona mancipia, & alia tria ſimilia fiſco: vt C.de his, qui
à non do.ma.l.vlt. Item eſt intelligendum, de pœna quæ im-
ponitur habita relatione ad rem ipſam: quod eſt cùm dicitur
duplū, vel triplum: vel quadruplum. Si verò nō fiat ad rem re-
latio, poteſt eſſe quod pœna excedat quadruplum: vt dicitur
de eo, qui occultauit ſeruum fiſcalem: damnatur enim in xij.
libris argenti, & vt reſtituat ſeruum, cùm forte ſeruus nec
39 vnam libram valeat: vt C.de ſer.fugi.ſi quis ſeruum. † In ſim-
plum agitur ex ſtipulatione ex mutuo, & empto, vendito, lo-
cato, conducto, mandato, & aliis pluribus. In duplum agimus
veluti furti, nec manifeſti, damni iniuriæ ex lege Aquilia, de-
poſiti, in quibuſdam caſibus: vt ſ.in proxima diuiſione nota-
ui. Item ſerui corrupti, quæ competit in eum, cuius hortatu
conſiliòve ſeruus fugerit, aut contumax aduerſus dominum
factus eſt, aut luxurioſè viuere cœpit, aut quolibet modo de-
terior ſit factus: vt notaui ſ.de oblig. quę ex deli.naſ.§.item
licet. in qua actione etiam earum rerum quas fugiendo ſeruus
abſtulit ęſtimatio deducitur. Item ex legato, quod venerabili-
bus locis relictū eſt ſecundum quod dixi in ſuperiori diuiſio-
ne. Tripli verò cum quidem maiorem veræ æſtimationi quan
titatem in libello cōuentionis inſeruit, vt ex hac cauſa viato-
res, id eſt, executores litiū, ampliorem ſummam ſportularum
* *exegerint. Tunc enim, quod propter eorū cauſam damnum
fuerit paſſus reus, triplum cōſequitur ab actore: vt in hoc tri-
plo, & ſimplum in quo damnum paſſus eſt contineatur, quod
græca conſtitutione inducitur, ex qua naſcitur condictio ex
lege ad tripli pœnam. Si verò actori nihil [doli] poteſt impu-
tari, ſed executor vltra quantitatem lege conceſſam aliquid
acceperit ratione ſportularum, tenetur cōdictione ex lege in
quadruplum: vt ſimplum detur damnum paſſo, triplum verò
fiſco: vt in auth.vt litigan.iurent.§.& hoc quoq;. Quid autē,
& quantum nomine ſportularum definitum ſit, dic vt notaui
C.de ſportul.§.penul.verſ.præſtabuntur ergo, ſed olim fortè
pleniùs erat definitum. Item imponitur pœna quadrupli pro
furto manifeſto. Item pro eo, quod dictum eſt vt alij fiat, vel
non fiat negotiū per calumniā. Item pro eo quod metus cau-
ſa factum ſit. Hæc tamen actio ſui natura hoc tacitè cōtinet,
vt qui iudicis iuſſu ipſam rē actori reſtituit, abſoluatur, quod
in cęteris non eſt ita, ſed omnimodo quiſque in quadruplum
condamnetur. Item actio furti non manifeſti, & ſerui corru-
pti à principio ſunt in duplū. Sed actio legis Aquiliæ, & depo
ſiti in quatuor caſibus (vt ſ.eo.§.ſequitur de diuiſione videre.
tertia) duplicatur inficiatione. & idē in actione ex teſtamen-
to pro legato relicto venerabili loco: hoc tamen nedū inficia-
tione, ſed etiā mora duplicatur: ſcilicet, ſi differat aliquis ſol-
uere quouſq; iuſſu magiſtratuum conueniatur: & probantur
hæc omnia, quæ dixi in hac diuiſione j.eo d.§.omnes autem
40 actiones, vſq; ad illum §.actionum autem. † Sequitur quinta
diuiſio: quia actionū omnium quædam ſunt bonæ fidei, quæ-
dam ſtricti iuris, bonæ fidei ſunt hæ ex empto, vēdito, locato,
conducto, neg geſt.mandati, depoſiti pro ſocio, tutelę pigno
ratitia fa.erciſ.cōmuni diui.præſcriptis verb.quæ de æſtima-
to proponitur: & ea, quæ, ex permutatione cōpetit, & hære-
ditatis petitio, & actio ex ſtipulatu pro dote, vt j eo.§.actio-
num autem. fortè idem eſt in actione finium regun. quia vel-
de ſimilis illis duabus eſt, ſcilicet fa.erciſcun.communi diui.
domino tamen meo videbatur contrariū: ſatis eſt enim quòd
lex non dicit eam bonæ fidei eſſe: & poteſt inde aliqua ratio
reddi, quare ſecus ſit in ea, quàm in prædictis duabus: quia in
ea, quod conſtat eſſe meum propriū adiudicari poteſt vicino
me inuito: ſed in actione communi diui. vel fa.erciſcū, adiu-
dicare poteſt cōmune, & non proprium. Item quæri poteſt de
actione præſcript. verbis, quę datur pro precario: videretur
enim eſſe bonę fidei: vt ff.de prec.l.ij §.hoc interdictū. ſed non
ita eſſe credimus. omnes, ergo intelligimus eſſe actiones ſtricti
iuris, quas ſ.non nominauimus: vt ff.de his qui ſui vel alie.iu.
41 ſunt l.j.§.videamus. † Sed & illud quærendum eſt, quare ſu-
periores magis dicūtur bonæ fidei, quàm aliæ omnes quę ſunt
ſtricti iuris. Nūquid enim illæ dicūtur magis bonę fidei quàm
aliæ: quia in aliis impunè committatur dolus, ſed non cōmit-
tatur impunè in his, quę ſunt bonę fidei? Reſpondeo, non: in
nullo enim contractu impunè committitur dolus, imò pu-
gatur in actione bonę fidei, & ſtricti iuris: vt nota. in ſum.C.
de dolo.§.nunc autē. Vnde etiam dicit prætor generaliter. Pa
cta conuenta, quę neque dolo malo, neque aduerſus leges,
plebiſcita, Senatuſconſulta, edicta, decreta principum, neque
quo fraus cuiquàm eorum fiat, facta erunt, ſeruabo: vt ff.de
pactis.l.iuriſgentiū.§ prætor. dicitur enim generaliter bonam
fidem in contractibus conſiderari æquum eſſe: vt C.de actio-
ni.& obl.l.bonam fidem. Sed dicuntur quędam ſtricti iuris
eſſe: quia ſtricti id ſolū modo venit in eis, quod principaliter
eſt in obligatione vel principaliter exigit actionis natura. Vn
de nec venit vſura ex mora: vt not.in ſum. C.de vſuris.§.præ-
ſtatur autem. Sed nec veniunt fructus. ſi petam, quod aliquan
do non fuit meum, niſi à tēpore litis cōteſt. Sed ſi petam, quod
aliquando fuit meum, veniunt fructus ex mora: vel etiam ante
moram quandoq; ne quis locupletetur cum aliena iactura: vt
ff.de vſur.l.ij.& l.videamus.ij.§.ſi actionem. & vt not.in ſum.
C.de condi.inde.§.venit etiam in condictionem. & de condi-
ctio.ob cauſam datorum.§.vlt. Sed nec venit intereſſe, ſi rem
dari erat in obligatione: nam ſi rem tradi, vel factum eſt in ob-
ligatione, veniet intereſſe: vt dixi ſ. eadem l.§.& eſt not.& vt
not.in ſum.C.ſi cert pe.in princ. Iſta ergo omnia, quæ locum
obtinent acceſſionum, non veniunt in actionibus ſtricti iuris.
Nec obſtat, quòd iſta veniunt in actionibus arbitrariis, quæ
ſunt ſtricti iuris: vt patebit ex ſequentibus. Nec enim veniunt
in his actionibus, quæ eis obligationis iure, ſed iudicis officio
obtigit: vt not.in ſum.C.de eo, quod certo loco dari.in princ.
& de rei vend.§.fructus. & dicemus infrà eodem. In actioni-
bus autem bonæ fidei hæc omnia veniunt actionis, & obliga-
d tionis iure præter vſuras quę veniunt iudicis officio [d] propter
moram, vt not.in ſumma C.de vſuris.& de act.empt.& vend.
Item veniunt multa, de quibus neque eſt actum, neque cogi-
tatum inter contrahentes: vt rupta, ceſſa, & ſimilia, quæ occa-
ſione actionis [aliàs emptionis] exportata ſunt ab emptore:
vt liquet ex eadem ſumma de actio.emp. Dicuntur enim bo-
næ fidei, vel exuberantis: quia in eis pleniorem iudex habet
poteſtatem ad omnia exequenda, quę ſuadet æquitas, vel bo-
na fides: licet de eis non conuenerint, vel cogitauerint contra-
hentes: & idem in his quæ æquiparantur iudiciis bonæ fidei,
vt legatis & fideicom.vt not.in ſumm.C.de vſuris legatorum.
Videtur etiam in hoc titulo & alio notari differentia inter
iſtas actiones: quia in bonæ fidei actionibus fiebat compen-
ſatio ipſo iure, vel per iudicis officium: in actionibus autem
ſtricti iuris fiebat, oppoſita doli exceptione: ſed hodie fit ipſo
iure in vtriſque, præterquàm in depoſiti actione, & in aliis
quibuſdam: vt infrà eodem §.in bonæ fidei. & vt not.in ſum.

42 C.de compen. † Poteſt & in ſecundo membro huius diſtin-
ctionis, vel diuiſionis illa ſubiici diuiſio, quòd actionum quæ
ſtricti iuris ſunt, aliæ ſunt arbitrariæ, aliæ non. Aſsignandæ
ergo ſunt arbitrariæ: vt per conſequentiam intelligatur, om-
nes alias nō eſſe arbitrarias. Et certè iſtæ arbitrariæ reperiun-
tur quædam in rem, quædam in perſonam. In rem, veluti pu-
bliciana, Seruiana de rebus coloni, quaſi Seruiana, quæ etiam
hypothecaria vocatur. In perſonam, veluti quod metus cau-
ſa, de dolo & ad exhiben, & condictio certi pro eo quod cer-
to loco promiſſum, vel legatum eſt: vt actio noxalis quæ cō-
petit contra dominum ex maleficio ſerui: vt j.eod.§.præterea.
Et videtur lex rationem notare, quare dicantur arbitrariæ:
pendent enim ex arbitrio iudicantis, vel quia permittitur iu-
dici ex bono & æquo ſecundum cuiuſq; rei naturam, de qua
actum eſt, æſtimare quemadmodum actori ſatisfieri oportet.
Sunt enim iſtæ actiones variæ naturæ, quia in pleriſque arbi-
tratur iudex de reſtituendo primū, ſecundò vt damnet quan
ti in litem iurauerit actor, vel ad intereſſe, vel ad pretium: vt
no.in ſumma C de rei vend & quod metus cauſa, & de dolo.
Sed in vna non arbitratur niſi in intereſſe, id eſt, in ea quæ
datur pro eo quod certo loco debetur: vt dixi In alia, quædam
non arbitratur, niſi an liceat domino noxæ dedere ſeruum:
quod quando debeat permitti, vel denegari, notaui in ſumma
C.de noxa. Quidam tamen voluerunt dicere, quòd iſtæ arbi-
trariæ ſint propriæ ſpecies actionum, neque bonæ fidei, neque
ſtricti iuris, & hoc notauerunt ff.de in litem iu.l.in actioni-
bus.§.planè. & ff.de vſuris.l.in fideicommiſsi.§.in his. quod
falſum reputo: quia perfectiſsima, & immediata eſt illa ſu-
perior diuiſio, Actionum aliæ ſunt bonæ fid. aliæ ſunt ſtricti
iuris Nunc eſt ſubiicienda ſexta diuiſio, quòd actionum om-
nium aliæ ſunt perpetuæ, aliæ temporales, quod aliter inue-
ſtigari non poteſt, niſi primò ſciatur vtrum actio ſit ciuilis, an
prætoria. Quæ autem ſit ciuilis, & quæ prætoria planè nota-
ui ſ.eod.in prima diuiſione actionum.§.diuiſiones autem. Et
ſi quidem actio ſit ciuilis, aut perſonalis. aut eſt in rem. Si eſt
43 † perſonalis: olim quidem erat perpetua: quia durabat ſine
præfinitione temporis, ſed hodie extenditur ad ſpacium xxx.
anno. vt j.de perpet. & tempo.act.in prin. Sed videtur quòd
iſtud fallat in actione, quæ deſcendit ex lege Iulia repetun-
darum. Datur enim in hæredes intra annum duntaxat à mor-
te eius, qui arguebatur: vt ff.ad l.Iulia.repetu n.l.ij. Item fallit
(ſecundum nos) in actione iniuriarum, quæ deſcendit ex lege
Cornelia: vt notaui in ſumma C.de iniur.§.eſt autem actio.
44 Si † autem actio ciuilis ſit in rem, puta rei vendicatio, vel hy-
pothecaria: hypothecaria quidem tollitur variis temporibus:
vt notaui in ſumma C.ſi aduerſus credi.rei vendicatio ſimili-
ter variis temporibus tollitur: vt notaui in ſum.C.de rei vend.
§.vlti. De quibuſdam autem ciuilibus actionibus dubitatur
an, & quanto tempore tollantur: puta actio fami.erciſcun.
communi diui.& pignoratitia & negatoria, de quibus quid
obtineat, not.in ſum. C.de præſcrip.xxx.an §.ſuper quibuſ-
45 dam. Si † autem actio ſit prætoria, aut continet perſequutio-
nem rei, aut pœnam. Si continet perſequutionem rei, datur
perpetuò, niſi detur contra ius ciuile: vt dicitur in reſciſſoria,
quæ reſcindit vſucapionem, quæ iuris ciuilis eſt: vel niſi detur
ad reſciſsionem contractus, vel ad eius reformationem cōtra
ea, vel vltra ea, quæ conuenerunt partes, vt patet in redhibi-
toria, & quantò minoris, & ſimilibus: vt in actione in factum,
quæ quāto tempore tollatur no.in ſum. C.de ædil.act. vel niſi
detur ex delicto. Ex quibuſdā tamen delictis datur perpetuò
propter immanitatem eorum, vel quia aliquid ad delinquen-
tē peruenit: vt interdicto vnde vi, & actione quod metus cau-
ſa, & vi bo.rap. & actione de dolo, vel in factum nomine doli:
vel niſi ex cōtractu vnius, quem hodie non habet in poteſta-
te ſua detur contra alterum, in cuius rem non eſt verſum, vel
cuius non interceſsit voluntas: vt patet in actione de peculio,
ſeruo alienato, vel manumiſſo, vel mortuo. Si verò contineat
e pœnā, tollitur anno,[e] ſed fallit in actione furti manifeſti, pro
pter cuius criminis immanitatem prætor æſtimauit abſur-
dum eam terminari anno. Idem in aliis quibuſdam crimini-
bus propter immanitatem eorum: vt dixi ſ.ibi. Ex quibuſ-
dam autem &c. Pœnam accipe ſiue ſit pœna reſpectu actoris
& rei, ſiue rei tantùm, ſiue actoris tantùm: vt no.ſ.eod.§.ſed
hic eſt interſerendum. & probantur hæc omnia ff de actio-
nib. & oblig.l.in honorariis. & j.de perpe. & temp.actio. & ff.
de ædil.edic.l.ſciendum.§.vltimo & l.ſi vero. & l.quod ſi no-
lit.§.in factum. vſque in finem legis. & l.venditor de his. & de
alie.iu. mut.cauſa.l.non ſolum.§.vlti. & de eo quod fal.tut.
autho.l.huius.§.has. & de his quæ in frau.cred.l.aut.§.annus.
46 & de eo per quem factum erit, l.j.§.vltimo. † Nec eſt præter-
mittenda quædam regula, quòd actiones illæ, maximè quæ
ſunt temporales, perpetuantur litis cōteſtatione in xl.annos,
vel executoris conuentione, vel ſimilibus modis in xxx. an-
nos: vt nota.in ſum. C.de annali exceptio & de præſcriptio.
xl.annorum, ſed fallit in actione de dolo, quæ non perpetua-
tur lit.conteſtatione, vt C.de dolo.l.vlt. & idem dicunt qui-
dam in reſciſſoria, quod nō concedo: vt no.in ſum.C.de tem-
poribus in inte.reſti.§.vl. Sequitur ſeptima diuiſio, quòd actio
num omnium aliæ ſunt tranſitoriæ ad hæredes, aliæ nō: quam
diuiſionem plenè proſequutus ſum in ſumma C.de hæredita.
act.à principio vſque ad illum §.porrò quædam. Nunc dica-
mus de octaua diuiſione. Eſt ergo ſciendum quòd actionum
omnium aliæ ſunt famoſæ, aliæ non. Quę autem infament,
vel non, plenè no.in ſum. C.de his, qui no.infa.§.per ſenten-
tiam. vſque ad illum §.ex genere autem. Sequitur nona diui-
ſio quòd actionum omnium aliæ ſunt directæ, aliæ ſunt vti-
les, & hanc diuiſionem proſequutus ſum plenè in ſum. C.de
act. & obli.§.poteſt & circa. vſque ad illum verſiculum, ſicut
47 & in contractibus. † Sequitur decima diuiſio, quòd actionum
aliæ ſunt directæ, aliæ contrariæ. Et hic appello directas re-
ſpectu cōtrariarum non, reſpectu vtilium, de quibus ſ. dictum
eſt. Et dicitur illa directa, quæ datur ei à quo res, vel contra-
ctus, ſumit originem: vt in mandato, & depoſito, & tutela, &
commodato: à commodante enim ſumit res initium: vnde &
ei, ſicut & aliis ſuperioribus datur directa: & ei, qui ſuſcepit,
datur contraria, ſic dicta: quia contra cōmodantes, vel ſimiles
intendentes directas moueri conſueuit: ſed tamen & ſine eis
poteſt moueri: vt ff.commoda.l.in commodato.§.j.pro ſocio
verò ab vtraq; parte eſt directa: eo quòd varietas officiorum
vel factorum, non interuenit: ſicut & in ſuperioribus. Nam
aliud eſt factum deponentis, aliud depoſitarij. Cæterùm hic
magis non eſt ſocius meus, quàm ego ſuus. Sequitur vndeci-
ma diuiſio, quòd actionum omnium alię ſunt vniuerſales, alię
ſunt ſingulares. Poteſt adiici & tertium membrum, quòd aliæ
generales, quæ autem ſint vniuerſales, ſingulares, & genera-
les, & quàm varia iura ſint in eis, & circa editionem actionis,
& circa ſententiam, plenè nota.in ſumma C.de eden.§.ſed di-
48 cit.ibi, conſidera tantùm, &c. vſq; ad illum §. dicit. † Sequi-
tur duodecima diuiſio: actionum omnium aliæ ſunt ſimpli-
ces, aliæ ſunt duplices. Duplices ſunt illæ tres actiones famil.
erc.ſecund.communi diui.finium regund. quia in eis vterq; eſt
actor, & vterque eſt reus. Et idem in duobus interdictis, vt vti
poſsidetis, & vtrobi. & eſt hæc ſecundum naturam actionis
interdictorum. Ex accidenti tamen imponitur alicui onus
probationis, ex eo quòd primò prouocat ad iudicium, vel eo
quòd vincitur in iudicio fortis. Verumtamen ab initio, & ex
poſtfacto quis eſt actor & reus. Omnes aliæ dicuntur ſimpli-
ces actiones, & omnia alia dicuntur ſimplicia interdicta: vt ff.
de iud.l.in tribus. & j. de interdi.§.tertia diuiſio. niſi fortè alia
tria interdicta: vt de ſuperfic. & aqua quotid. & æſti. Illud de
ſuperficie datur ſuperficiario, ne fiat ei vis, quominus ita frua-
tur vti fruitur ex lege, id eſt, pacto locationis, nec vi, nec clàm,
nec precario ab aduerſario: vt ff. de ſuperfic.l.j. alia duo inter-
dicta, de aqua quoti. & æſtiua, vbi competant notaui ſ.eod.
49 ſpecificando nomine interdictorum omnium. † Fieri poſſunt
& aliæ tres diuiſiones actionum, quòd actionum omnium alię
ſunt datiuæ, aliæ natiuæ. Quædam enim dātur ex legibus, vel
his quæ vicem legum obtinēt: aliæ naſcuntur ex cōtractu, vel
quaſi contractu, vel ex quaſi maleficio, vt ſ.notatum eſt. Item
actionum omnium alię ſunt perſequutorię ſolidi, aliæ non, vt
illæ, quibus aliquis cōuenitur de peculio, vel quibus dānatur,
inquantum facere poteſt. vt in actione, pro ſocio, & pro dote,
quibuſdā perſonis, & cauſis, quibus fit condēnatio inquātum
facere poteſt: [quia habetur ratio reorum,] ne egrāt: vt j eo.§.
ſunt

DICTVM eſt ſ. de actionibus, modò autem quaſi ibi in textu omiſerit duas diuiſiones actionum, non prætermittit aſsignare eas in præſenti titulo, ſcilicet, vt ſciamus quę actiones ſint perpetuæ, vel temporales, & quæ tranſeunt ad hæredes, vel in hæredes, quas quidē diuiſiones, licet ſuperioris tituli tex. nō comprehendat, nos tamen plenè comprehendimus ad perfectam notitiam actionum: conſyderantes rubricæ ſententiam: vt ſ. de act. §. nunc eſt ſubiicienda ſexta. & §. ſequitur ſeptima vbi etiam illud dixi adiiciendum, pro qua parte tranſeant actiones ad hæredem, vel in hæredes. Præter hæc ſciendum, quòd cum de ipſis agentibus, & reſpondentibus, & de actionibus plenè dixerit: quia ea non ſufficiunt ad iudicij ſubſtantiam, & de iudice, vel iudicis officio, in corde ſuo concepit, & cùm vellet generalia omnium tradere actionum, de officio iudicis reticere non potuit. Conceptum enim ſermonem retinere quis poteſt? & ſic regulam generalem de iudicis officio ſuper omni actione tradit, ita ſcilicet, quòd officio iudicis in omni actione eſt abſolutio facienda, ſubaudi, à iudicij obſeruatione, ſi quis ante ſententiam ſatisfaciat. Et hoc eſt quod vulgò dicebatur antè, omnia iudicia ſunt abſolotoria: vt j. eod. §. vltimo. à principali enim actione non poteſt abſolui, cùm ea iam ſit nulla, ſublata de iure per ſolutionem: & de facto, cùm nullam amplius actor moueat litem.

De exceptionibus. *Rubrica.*

1 *Actio qua quis agit ante diem, quomodo poſsit dici efficax.*
2 *Procuratorem hodie non repelli ob id quòd notatus ſit infamia.*

DE actionibus ſ. dictū eſt: ſed quia exceptiones ſunt loco actionum. (Nam & qui excipit, agere, quantum ad onus probationis, videtur: vt ff. eod. l. j.) ideo ponit de exceptionib. maximè ideo: quia reſpectu actionum exceptiones dicuntur, vnum enim alterum impugnat. Vel ſic, Vidimus de actionibus quibus actores armantur, & accinguntur quaſi gladiis. nunc videamus de exceptionibus quibus rei muniri videntur, & defenduntur quaſi clypeis. Videndum eſt ergo quid ſit exceptio. Et quæ ſit exceptionum diuiſio, quando, qualiter, à quibus opponātur, quod 1 dic vt not. in ſum. C. eod. tit. † Præter hoc ſciendum eſt, quòd vbi temporalis eſt exceptio, ſi ago ante diem, vt mihi ſoluatur ante diem, repellor exceptione. Mirum eſt tamē quod dicitur j. eo. ti. §. præterea. mihi efficacem competere actionem. Sed ita intellige, quòd efficax ſit actio in ſui ſubſtātia. eſt enim debitor de iure ciuili, & naturali, obligatus & purè: & in præſenti datur actio non tamen eſt efficax quantùm ad actionis opem, vt ibidem dicitur. Vel dic, efficax eſt actio, inſpecto genere, nā ſi dicat promiſit mihi, ſemper prima facie videtur reus condemnandus: vt j. eo. tit. proximo. in princ. & §. rurſus. & §. & ſi rurſus. Sed ſi ad qualitatem deſcendas: quia ſic promiſi, ſcilicet metu, vel dolo, vel in diem, non eſt efficax. Quid ſi dico. x. te mihi ſingulis annis debere, & tu negas, nōne poſſum contra te ſtatim agere, vt ſuis temporibus ſoluas? Puto poſſe: vt C. de fideicom. l. j. licet contrarium ſit arg. ff. de iudi. l. non quemad- 2 modum. † Item notandum, quòd à procuratione olim quis repellebatur propter infamiam: quod hodie non eſt: vt j. eo. §. vlt. Sed aliud eſt in aduocato: vt ff. de poſtul. l. j. §. pe. & vt not. C. de poſtula. Aduocatus enim fungitur honore, procurator verò onere, a quo propter pœnam ſuam non debet repelli: vt ff. de interdi. & relegat. l. relegatorum. §. vlt. Item ſi vis plenè ſcire de efficacia pacti perpetui, & peremptorij, dic vt not. in ſum. C. de pact. §. item ſunt alia pacta.

De replicationibus. *Rubrica.*

SICVT Reus exceptione defenditur cōtra actionem agentis: ita actor cōtra exceptionem reſpondentis, auxilio protegitur replicationis: & ſic licet etiam attendere in reo, vt ipſe duplicatione tueatur contra replicationem actoris. Similiter & ſi duplicatio prima facie videbatur iuſta, ſed actori noceat iniquè, rurſus actori opus eſt alia allegatione, quæ dicitur triplicatio: & in infinitum licet extendere: vt j. eodem. in princip. vſque ad illum §. exceptiones. Iſtæ autem replicationes vel duplicationes, vel triplicationes, illis & in illos competunt, quibus, & in quos competunt exceptiones: & tūc opponuntur quando illę obtruduntur. Et ideo quæ in illis diximus, hic repetita intelligantur.

De interdictis. *Rubrica.*

DE actionibus dictum eſt, per quas exercentur iudicia: ſed quia interdicta vice actionum in iudiciis proponuntur, ſupponit de interdictis. Videndum ergo quid olim erat interdictum, vnde dicatur, quid ſit hodie, quæ ſint diuiſiones interdictorum, & quæ ſint ipſorum communia, quod dic vt not. in ſum. C. eod. tit.

De pœna temere litigantium. *Rubrica.*

1 *Litigantium temere pœna. & nu. 4.*
2 *Calumniatores & præuaricatores qua pœna puniuntur.*
3 *Aduocati partium quale iuſiurandum præſtare debeant.*
5 *Negans propriam ſcripturam, vel numerationem ſibi factam qua pœna puniatur.*
6 *Negans ſe accepiſſe quod alius dicit ſe indebitè ſoluiſſe, ſi arguatur de mendacio qua pœna puniatur.*

DE actionibus, & de his per quos actiones intentantur ſ. dictum eſt, ſed quia temere eas quandoq; proponi contigit, ideo ponit de pœna temere liti- 1 gantium. † Vidēdum ergo quæ ſint pœnæ temere litigantium. Et certè plures ſunt in ſpecie. Sed tres poſſunt tradi in genere, ſcilicet corporalis, & pecuniaria, & famę. Cor- 2 poralis † pœna imponitur calumniatoribus, vel ſimilitudine ſupplicij, vel extra ordinem: pro arbitrio iudicis, ſi crimē intētatum nō fuerit ordinarium. Item imponitur tergiuerſatoribus, & præuaricatoribus, vt not. in ſum. C. ad Turp. [& de calumniatoribus.] Religione quoq; ſacramenti punitur calumnia: & ſi non in hoc ſeculo, ſaltem in futuro. Ecce enim actor & reus ſacramēta calumnię ſubeunt: vt plenè no. in ſum. 3 C. de iureiur. propter calum. dan. † Item & vtriuſque partis aduocati iuſiurandum ſubeunt poſt litem conteſt. quod omni quidem virtute ſua, omníque opere, quod iuſtum & verum æſtimauerint, clientulis ſuis inferre procurent, nihil ſtudij relinquentes quod ſibi poſsibile eſt, non autem credita ſibi cauſa agnita, quòd improba ſit, vel penitus deſperata, & ex mendacibus allegationibus poſita ipſi prudētes & ſcientes cum mala conſcientia liti patrocinentur: ſed & ſi certamine procedente, tale quid fuerit cognitum à cauſa recedant, & ab huiuſmodi communione ſe penitus ſeparabunt: hoc quoq; ſubſequuto, non datur licentia ſpreto litigatore ad alterius aduocati vlterius patrocinium cōuolare, ne melioribus improba aduocatio ſubrogetur à cōtemptis clientibus: vt C. de iudi. l. rem non 4 nouam. † Item temerè litiganti, vel per calumniam, a imponitur pœna infamiæ lata definitiua ſententia in actione furti, & vi honor. rapto. & iniuriarum, & de dolo, & ſepul. vio. & crimine expil. hære. & in actione in factum contra mulierem calumniæ cauſa miſſam in poſſeſsionem, & in actione directa, & mandati, & depoſiti, & pro ſocio. quæ ab vtraq; parte eſt directa: vt no. ſ. de iis, qui no. infa. Item temerè litiganti imponitur pœna pecuniaria. Ecce enim ſi liberi, parentes, vel liberti patronos in ius vocauerint ſine venia petita, & impetrata, puniuntur in quinquaginta ſolidos, id eſt, aureos. Vel ſi non ſint ſoluendo, quaſi inofficioſi caſtigantur: vt j. eod. §. vlti. & ff. de in ius vo. l. vlti. & pe. Item & in actione legis Aquiliæ temerè litiganti imponitur pœna dupli. & idem in legatis relictis venerabilibus locis: vt j. eod. §. aduerſus. Item temerè litiganti imponitur pœna ſuper amiſsione poſſeſsionis, ſi per mendacium negauit ſe poſsidere: vt ff. de rei vend. l. pen. Et in noxali actione amittit poteſtatem noxæ deditionis, ſi negauit ſe ſer-

uum habere in poteſtate ſua: vt ff. de noxa. l. ſi ſeruus depoſitus. §. ſi negauit. Item temere litigans contra propriam ſcripturam, vel circa numerationem ſibi factam, ſi conuincatur de mendacio per teſtes, vel inſtrumenta, punitur in duplum. Si tamen ſilato ſacramento confiteatur, non punitur niſi in expenſis, circa probationem factis: vt in auth. de trien. & ſe. §. ſtudium. Item temere litiganti, vel vocanti aduerſarium inum in ius imponitur pœna circa viatica, & litis ſumptus. vt ea cogatur dare aduerſario ſuo: vt ff. de iudic. l. eum, quem temere: vt not. in ſum. C. de fruct. & litium expen. Item propter temeritatem,

6 tatem, † vel calumniam litigandi, ſeu negandi transfertur onus probationis ab vno in alium circa códictionem indebiti. Nam ſi is, qui accepit rem, vel pecuniam indebitam, negauit ſe accepiſſe, & de eo conuincatur, compellitur poſteà probare quòd res, vel pecunia fuerit ſibi debita: cùm ſi ab initio fuerit confeſſus ſe accepiſſe, ille qui ſoluit tenetur probare fuiſſe indebitum: præſumptione habita contra eum, quòd facilè pecuniam ſuam non iactaret, vel indebitam effunderet: vt ff. de probat. l. cùm de indebito. Præter hæc notandum eſt, quòd olim actor, qui temere litigabat puniebatur in decima parte litis, quod in iſto titulo emendatum eſt: vt j. eod. §. hæc autem omnia. Hodie tamen videtur quòd illa decima debeat preſtari iure authenticorum: vt not. in ſumma C. de ſatiſdando. Iſtæ itáque pœnæ quæ imponuntur temere litigantibus, ſunt legitimi tramites, quibus expelluntur iniquitates calumniantium: vt ſuprà in prooemio huius libri dicitur, in princip. & vt notaui s. in ſumma prooemij.

ANNOTATIO.

a Per calumniam. Ad iſtam not. concluſionem & totius titu. intelligentiam vide Specu. in tit. de except. v. libertati. ver. ſic. item not. Bartol. Bald. & doc. in l. eum, quem temere ff. de iudic. Canoniſtas in c. c. j. de re iud. vbi habes proprium locum huius materiæ.

De officio iudicis. *Rubrica.*

1 *Officium iudicis circa locum habeat in iudicio, & nu. 6.*
2 *Iudicem debere ferre omnimodo ſententiam certam, prout ei poſſibile eſt.*
3 *Iudicem ſequi potius debere æquitatem, quàm ius ſcriptum quatenus verum ſit.*
4 *Iudicis partes quæ ſint, vbi agitur rei vendicatione. & 5.*
7 *Iudicis officium quale ſit in actione finium regundo. & 8.*
9 *Iudicis officium quomodo locum habeat in iis, quæ contingunt poſt litem conteſtatam circa rem petitam.*
10 *Iudicis officium quibus caſibus imploretur deficiente actione.*
11 *Iudicis officium implorari in accuſatione priuati criminis pro impoſitione pœna.*

CVM de actionibus ipſis, & de actoribus diligenter s. dictum ſit, nihil aliud ſupereſt, niſi vt ſciamus, quod ſit iudicis officium in iudicio, vel in quibus iudicis officium locum habeat in iudi-

1 cio. † Et certè locum habet iudicis officium in iudicio circa multa, & varia, ecce enim locú habet iudicis officium in principio iudicij, circa receptionem libellorum: vt no. in ſum. C de aſſeſſ. §. eſt autem officium. Item & in edictis, & decretis interponendis, & epiſtolis mittendis: vt ibidem notaui. Item & circa audiendam narrationem actoris, & reſponſionem rei, ex quibus fit litis conteſtatio: vt C. de lit. conteſt. l. vna. & circa ſacramentum de calumnia, receptionem teſtium: vt dictum eſt in ſuperiori tit. Item in ſatiſdationibus exhibendis ab actore, vel reo: vt not. in ſum. C. de ſatiſd. Item in citationibus faciendis, & earum interuallis. Item in ſatiſdationibus exigendis actore, vel reo abſente: vt in ſum. C. de iud. §. in conſtitutione. Item in dilationibus dandis gratia teſtium, vel inſtrumentorum, & quæ, quando, & qualiter ſint dandæ, not. in ſum. C. de dila. Item in interrogationibus faciendis cauſa inquirendi rē, vel factum: de quo, vel pro quo, vel propter quod quæſtio nō eſt facta: vt no. in ſum. C. de confeſ. habet autem locum vſq; ad illum §. titulus autem iſte locum habet. Et ſæpius debent interrogari partes, nunquid aliud noui addere velint: vt C. de iudic. l. iudices. Item in cauſæ cognitione ea plenè facienda à principio vſq; ad finem, licet in caſibus fiat ſemiplena cognitio: vt not. in ſum. C. §. in cognitione autem. Item in ſupplectionibus de iure faciendis, quandoq; etiam de facto, quod notum eſt ei vt iudici, in defectum aduocatorum, vel principalium perſonarum: vt not. in ſum. C. vt quæ deſunt aduo. part.

2 iudex ſupple. † Item in ſententiæ prolatione, quā debet ferre certam prout poſſibile ei eſt: vt ff. de iudic. l. de qua re. & s. de act. §. curare. vt not. in ſum. C. de ſen. quæ ſi. cert. quan. prola. eſt. & debet eam ferre ſecundum leges, & conſtitutiones, aut conſuetudines: vt j. eo. in princip. vnde ſi noxali iudicio aduoa eſt, ita debet condēnare, Publium Lucio in x. aureos condemno, aut noxam debere, ſubaudi permitto. Noxæ enim deditio non eſt in obligatione, vel condemnatione, ſed in permiſſione:

3 vt j. eo. in prin. & ff. de re iud. l. miles. §. j. & ij. Item † in pronunciando potiùs debet ſeruare æquitatem quàm ius ſcriptum. Quod eſt intelligendum de æquitate ſcripta: non de ea, quam quis ex corde ſuo inueniat. Et vt maiori reuerētia, vel timore, ſeruentur omnia æquitatis, ſeu iuſtitiæ præcepta, præſentia euangeliorum debet eſſe apud iudicem à principio iudicij, vſq;

4 ad finem: vt not. in ſum. C. de iud. §. præſentiam. Item † in rei vendicatione ſi contra petitorem iudicauerit, abſoluere debet poſſeſſorem, ſi contra poſſeſſorem debet ei iubere, vt rem reſtituat cum fructibus: vt j. eo. §. & ſi in rem actum ſit: vt not. in ſum. C. de rei vend. & dicitur ff. de rei vend. l. & ex diuerſo. vbi autem. Si verò poſſeſſor neget in præſenti ſe reſtituere poſſe, & ſine fruſtratione videbitur tempus reſtituēdi cauſa petere, indulgendum eſt ei: ita tamen vt caueat cum fideiuſſione de æſtimatione litis præſtanda, ſi intra tempus quod datum eſt ei

5 non reſtituiſſet: vt j eo. §. et ſi in rem. Item in † perſonali autem actione debet pronuntiare abſoluendo, vel condemnando: vt C. de ſen. & interlo. l. præſes. Nec refert quibus vtatur verbis. Nam ſiue dicat, abſoluo, ſiue dicat nihil ſibi videri Titium debere Seio. Item ſiue dicat condemno in x. ſiue dicat præcipio te illi dare x. vel æquipollentia verba proferat, valet ſententia: vt ff. de re iudi. l. in ſumma. & de arb. l. quid tamen. §. ſi arbiter. Item in perſonali fit executio ſententiæ, elapſis quatuor menſibus, & quandoq; fit citiùs: & quandoq; fit tardiùs: vt not. in

6 ſum. C. de exe. rei iud. Item † locum habet iudicis officium in duplicibus iudicijs circa diuiſionē, vel adiudicationem faciendam: vt in actionibus fa. erci. vel communi diui. vel fin. reg. vt no. in ſum. C. fam. erciſ. §. eſt autem iudicis, & communi diuid. §. in cæteris. & fini. reg. §. veniunt. & dicitur j. eod. §. ſi familiæ.

7 & §. eadem interueniūt ſi finium reg. † Amplius & in actione finium reg. iudex ex officio ſuo cognoſcit etiam de malitia vicini: putà, ſi circa finem malitioſè aliquid cōmiſit: vt quia lapides finales furatus eſt, vel arbores finales excidit, & pro ea iubet reſarciri damnum, Contumaciæ quoq; nomine in eo iudicio quis dānatur, ſcilicet ad intereſſe, vel iudex deferet iuſiurandum in litem, veluti, ſi quis, iubente iudice metiri agros, non fuerit paſſus: vel ſi non pareat in ſuccidenda arbore, vel ædificio in fine poſito deponendo: vt j eo. §. eo quoq; nomine. & ff. fini. reg. l. ſed & loci. §. ſed & ſi quis. Et eſt effectus adiudicationis magnus: quia quod alicui fuerit adiudicatum iſtis tribus iudicijs, id ſtatim fit eius, cui adiudicatum eſt: vt j. eo. §. vlt. quod intellige cum is, cui adiudicatum eſt authoritate iudicis apprehendat poſſeſſionem: vt ff. de acqui. poſ. l. poſſideri. §. vlt. in fi. & l. iuſte. & ff. ſi nox. cauſa aga. quemad. caue. l. ij. §. ſed & ſi ſeruus præſens. ibi enim loquitur de euictione ſerui.

8 † Item locum habet iudicis officium in omni actione arbitraria, vel bonæ fidei, ſi non fiat exhibitio, vel reſtitutio rei, vel tardè fiat exhibitio circa dilationem iuriſiurandi in litem faciendam ſine taxatione, vel cum taxatione, vel circa refrænationem iuriſiurandi, poſteàquam iuratum eſt: vt no. in ſum. C. de in litem iu. Item in eiſdem conſideratur intereſſe, vel pretiū rei, ob hoc quòd iudici non paretur, vel tardiùs paretur: vt no. in ſum. C. de rei vend. §. & eſt notandum, quòd vbi. Nam & in actione ad exhibendum, ſi non fiat exhibitio prout debuit fieri, (id eſt, vt actor habeat eandem cauſam quam haberet ſi tempore iudicij accepti exhibita res fuiſſet, ideóque ſi inter moras res ſit vſucapta à poſſeſſore) nihilominus condemnatur, ſicut etiam in rei vendicatione, ſi poſſeſſor vſucapiat poſt litem

non

DICTVM eſt ſ. de actionibus, modò autem quaſi ibi in textu omiſerit duas diuiſiones actionum, non prætermittit aſſignare eas in præſenti titulo, ſcilicet, vt ſciamus quę actiones ſint perpetuæ, vel temporales, & quæ tranſeunt ad hæredes, vel in hæredes, quas quidē diuiſiones, licet ſuperioris tituli tex. nō compræhendat, nos tamen plenè compræhendimus ad perfectam notitiam actionum: conſyderantes rubricæ ſententiam: vt ſ. de act. §. nunc eſt ſubiicienda ſexta. & §. ſequitur ſeptima vbi etiam illud dixi adiiciendum, pro qua parte tranſeant actiones ad hæredem, vel in hæredes. Præter hæc ſciendum, quòd cum de ipſis agentibus, & reſpondentibus, & de actionibus plenè dixerit: quia ea non ſufficiunt ad iudicij ſubſtantiam, & de iudice, vel iudicis officio, in corde ſuo concepit, & cùm vellet generalia omnium tradere actionum, de officio iudicis reticere non potuit. Conceptum enim ſermonem retinere quis poteſt? & ſic regulam generalem de iudicis officio ſuper omni actione tradit: ita ſcilicet, quòd officio iudicis in omni actione eſt abſolutio facienda, ſubaudi, à iudicij obſeruatione, ſi quis ante ſententiam ſatiſfaciat. Et hoc eſt quod vulgò dicebatur antè, omnia iudicia ſunt abſolutoria: vt j. eod. §. vltimo. à principali enim actione non poteſt abſolui, cùm ea iam ſit nulla, ſublata de iure per ſolutionem: & de facto, cùm nullam amplius actor moueat litem.

De exceptionibus. *Rubrica.*

1 *Actio qua quis agit ante diem, quomodo poſſit dici efficax.*
2 *Procuratorem hodie non repelli ob id quòd notatus ſit infamia.*

DE actionibus ſ. dictū eſt: ſed quia exceptiōes ſunt
loco actionum. (Nam & qui excipit, agere, quan-
tum ad onus probationis, videtur: vt ff. eod. l. j.)
ideo ponit de exceptionib. maximè ideo: quia re-
ſpectu actionum exceptiones dicuntur, vnum enim alterum
impugnat. Vel ſic, Vidimus de actionibus quibus actores ar-
mantur, & accinguntur quaſi gladiis, nunc videamus de exce-
ptionibus quibus rei muniri videntur, & defenduntur quaſi
clypeis. Videndum eſt ergo quid ſit exceptio. Et quæ ſit exce-
ptionum diuiſio, quando, qualiter, à quibus opponātur, quod
1 dic vt not. in ſum. C. eod. tit. † Præter hoc ſciendum eſt, quòd
vbi temporalis eſt exceptio, ſi ago ante diem, vt mihi ſoluatur
ante diem, repellor exceptione. Mirum eſt tamē quod dicitur
j. eo. ti. §. præterea. mihi efficacem competere actionem. Sed ita
intellige, quòd efficax ſit actio in ſui ſubſtātia. eſt enim debi-
tor de iure ciuili, & naturali, obligatus & purè: & in præſenti
datur actio non tamen eſt efficax quantùm ad actionis opem,
vt ibidem dicitur. Vel dic, efficax eſt actio, inſpecto genere, nā
ſi dicat promiſit mihi, ſemper prima facie videtur reus con-
demnandus: vt j. eo. tit. proximo. in princ. & §. rurſus. & §. & ſi
rurſus. Sed ſi ad qualitatem deſcendas: quia ſic promiſi, ſcili-
cet metu, vel dolo, vel in diem, non eſt efficax. Quid ſi dico. x.
te mihi ſingulis annis debere, & tu negas, nōne poſſum contra
te ſtatim agere, vt ſuis temporibus ſoluas? Puto poſſe: vt C. de
fideicom. l. j. licet contrarium ſit arg. ff. de iudi. l. non quemad-
2 modum. † Item notandum, quòd à procuratione olim quis
repellebatur propter infamiam: quod hodie non eſt: vt j. eo. §.
vlt. Sed aliud eſt in aduocato: vt ff. de poſtul. l. j. §. pe. & vt not.
C. de poſtula. Aduocatus enim fungitur honore, procurator
verò onere, a quo propter pœnam ſuam non debet repelli: vt
ff. de interdi. & relegat. l. relegatorum. §. vlt. Item ſi vis plenè
ſcire de efficacia pacti perpetui, & peremptorij, dic vt not. in
ſum. C. de pact. §. item ſunt alia pacta.

De replicationibus. *Rubrica.*

SICVT Reus exceptione defenditur cōtra actionem agentis: ita actor cōtra exceptionem reſpondentis, auxilio protegitur replicationis: & ſic licet etiam attendere in reo, vt ipſe duplicatione iuuetur contra replicationem actoris. Similiter & ſi duplicatio prima facie videbatur iuſta, ſed actori noceat iniquè, rurſus actori opus eſt alia allegatione, quæ dicitur triplicatio: & in infinitum licet extendere: vt j. eodem. in princip. vſque ad illum §. exceptiones. Iſtæ autem replicationes vel duplicationes, vel triplicationes, illis & in illos competunt, quibus, & in quos competunt exceptiones: & tūc opponuntur quando illę obtruduntur. Et ideo quæ in illis diximus, hic repetita intelligantur.

De interdictis. *Rubrica.*

DE actionibus dictum eſt, per quas exercentur iudicia: ſed quia interdicta vice actionum in iudiciis proponuntur, ſupponit de interdictis. Videndum ergo quid olim erat interdictum, vnde dicatur, quid ſit hodie, quæ ſint diuiſiones interdictorum, & quæ ſint ipſorum communia, quod dic vt not. in ſum. C. eod. tit.

De pœna temere litigantium. *Rubrica.*

1 *Litigantium temere pœna. & nu. 4.*
2 *Calumniatores & præuaricatores qua pœna puniuntur.*
3 *Aduocati partium quale iuſiurandum præſtare debeant.*
5 *Negans propriam ſcripturam, vel numerationem ſibi factam qua pœna puniatur.*
6 *Negans ſe accepiſſe quod alius dicit ſe indebitè ſoluiſſe, ſi arguatur de mendacio. qua pœna puniatur.*

DE actionibus, & de his per quos actiones inten-
tantur ſ. dictum eſt, ſed quia temere eas quandoq;
proponi contigit, ideo ponit de pœna temere liti-
1 gantium. † Vidēdum ergo quæ ſint pœnæ temere
litigantium. Et certè plures ſunt in ſpecie. Sed tres poſſunt
tradi in genere, ſcilicet corporalis, & pecuniaria, & famę. Cor
2 poralis † pœna imponitur calumniatoribus, vel ſimilitudine
ſupplicij, vel extra ordinem: pro arbitrio iudicis, ſi crimē in-
tētatum nō fuerit ordinarium. Item imponitur tergiuerſato-
ribus, & præuaricatoribus, vt not. in ſum. C. ad Turp. [& de
calumniatoribus.] Religione quoq; ſacramenti punitur ca-
lumnia: & ſi non in hoc ſeculo, ſaltem in futuro. Ecce enim a-
ctor & reus ſacramēta calumnię ſubeunt: vt plenè no. in ſum.
3 C. de iureiur. propter calum. dan. † Item & vtriuſque partis
aduocati iuſiurandum ſubeunt poſt litem conteſt. quod omni
quidem virtute ſua, omnique opere, quod iuſtum & verum
æſtimauerint, clientulis ſuis inferre procurent, nihil ſtudij relin
quentes quod ſibi poſſibile eſt, non autem credita ſibi cauſa
agnita, quòd improba ſit. vel penitus deſperata, & ex menda-
cibus allegationibus poſita ipſi prudētes & ſcientes cum mala
conſcientia liti patrocinentur: ſed & ſi certamine procedente,
tale quid fuerit cognitum à cauſa recedant, & ab huiuſmodi
communione ſe penitus ſeparabunt: hoc quoq; ſubſequuto,
non datur licentia ſpreto litigatore ad alterius aduocati vlte-
rius patrocinium cōuolare, ne melioribus improba aduoca-
tio ſubrogetur à cōtemptis clientibus: vt C. de iudi. l. rem non
4 nouam. † Item temerè litiganti, vel per calumniam, imponi-
a tur pœna infamiæ lata definitiua ſententia in actione furti, &
vi bonor. rapto. & iniuriarum, & de dolo, & ſepul. vio. & cri-
mine expil. hære. & in actione in factum contra mulierem ca-
lumniæ cauſa miſſam in poſſeſſionem, & in actione directa, &
mandati, & depoſiti, & pro ſocio. quæ ab vtraq; parte eſt di-
recta: vt no. ſ. de iis, qui no. infa. Item temerè litiganti imponi-
tur pœna pecuniaria. Ecce enim ſi liberi, parentes, vel liberti
patronos in ius vocauerint ſine venia petita, & impetrata, pu
niuntur in quinquaginta ſolidos. id eſt, aureos. Vel ſi non ſint
ſoluendo, quaſi inofficioſi caſtigantur: vt j. eod. §. vlti. & ff. de
in ius voc. l. vlti. & pe. Item & in actione legis Aquiliæ temerè
litiganti imponitur pœna dupli. & idem in legatis relictis ve-
nerabilibus locis: vt j. eod. §. aduerſus. Item temerè litiganti
imponitur pœna ſuper amiſſione poſſeſſionis, ſi per menda-
cium negauit ſe poſſidere: vt ff. de rei vend. l. pen. Et in noxali
actione amittit poteſtatem noxæ deditionis, ſi negauit ſe ſer-

tuum habere in poteſtate ſua: vt ff. de noxa. l. ſi ſeruus depoſi-
tus. §. ſi negauit. Item temere litigans contra propriam ſcri-
pturam, vel circa numerationem ſibi factam, ſi conuincatur de
mendacio per teſtes, vel inſtrumenta, punitur in duplum. Si
tamen illato ſacramento confiteatur, non punitur niſi in ex-
penſis, circa probationem factis: vt in auth. de trien. & ſe. §. ſtu
dium. Item temere litiganti, vel vocanti aduerſarium ſuum in
ius imponitur pœna circa viatica, & litis ſumptus: vt ea coga-
tur dare aduerſario ſuo: vt ff. de iudic. l. eum, quem temere: vt
not. in ſum. C. de fruct. & litium expen. Item propter teme ri-
6 tatem, † vel calumniam litigandi, ſeu negandi transfertur o-
nus probationis ab vno in alium circa cõdictionem indebiti.
Nam ſi is, qui accepit rem, vel pecuniam indebitam, negauit ſe
accepiſſe, & de eo conuincatur, compellitur poſteà probare
quòd res, vel pecunia fuerit ſibi debita: cùm ſi ab initio fuerit
confeſſus ſe accepiſſe, ille qui ſoluit tenetur probare fuiſſe in-
debitum: præſumptione habita contra eum, quòd facilè pe-
cuniam ſuam non iactaret, vel indebitam effunderet: vt ff. de
probat. l. cùm de indebito. Præter hæc notandum eſt, quòd
olim actor, qui temere litigabat puniebatur in decima parte
litis, quod in iſto titulo emendatum eſt: vt j. eod. §. hæc autem
omnia. Hodie tamen videtur quòd illa decima debeat præſta-
ri iure authenticorum: vt not. in ſumma C. de ſatiſdando. Iſtæ
itáque pœnæ quæ imponuntur temere litigantibus, ſunt legi-
timi tramites, quibus expelluntur iniquitates calumniantium:
vt ſuprà in prooemio huius libri dicitur, in princip. & vt no-
taui s. in ſumma prooemij.

ANNOTATIO.

• Per calumniam. Ad iſtam not. concluſionem & totius titu. intelligen-
tiam vide Specu. in tit. de except. §. iuberi. verſic. item not. Bartol.
Bald. & doctor. in l. eum, quem temere. ff. de iudic. Canoniſtas in cle. j.
de re iud. vbi habet proprium locum huius materiæ.

De officio iudicis. *Rubrica.*

1 Officium iudicis circa locum habeat in iudicio, & nu. 6.
2 Iudicem debere ferre omnimodo ſententiam certam, prout ei poſſibile eſt.
3 Iudicem ſequi potius debere æquitatem, quàm ius ſcriptum quatenus verum ſit.
4 Iudicis partes quæ ſint, vbi agitur rei vendicatione. & 5.
7 Iudicis officium quale ſit in actione finium regundo. & 8.
9 Iudicis officium quomodo locum habeat in iis, quæ contingunt poſt litem conteſtatam circa rem petitam.
10 Iudicis officium quibus caſibus imploretur deficiente actione.
11 Iudicis officium implorari in accuſatione priuati criminis pro impoſitione pœnæ.

CVM de actionibus ipſis, & de actoribus diligen-
ter s. dictum ſit, nihil aliud ſupereſt, niſi vt ſcia-
mus, quod ſit iudicis officium in iudicio, vel
in quibus iudicis officium locum habeat in iudi-
1 cio. † Et certè locum habet iudicis officium in iudicio circa
multa, & varia, ecce enim locũ habet iudicis officium in prin-
cipio iudicij, circa receptionem libellorum: vt no. in ſum. C. de
aſſeſſ. §. eſt autem officium. Item & in edictis, & decretis inter-
ponendis, & epiſtolis mittendis: vt ibidem notaui. Item & cir-
ca audiendam narrationem actoris, & reſponſionem rei, ex
quibus fit litis conteſtatio: vt C. de lit. conteſt. l. vna. & circa ſa-
cramentum de calumnia, receptionem teſtium: vt dictum eſt
in ſuperiori tit. Item in ſatiſdationibus exhibendis ab actore,
vel reo: vt not. in ſum. C. de ſatiſd. Item in citationibus facien-
dis, & earum interuallis. Item in ſatiſdationibus exigendis a-
ctore, vel reo abſente: vt in ſum. C. de iud. §. in conſtitutione.
Item in dilationibus dandis gratia teſtium, vel inſtrumento-
rum, & quæ. quando, & qualiter ſint dandæ, not. in ſum. C. de
dila. Item in interrogationibus faciendis cauſa inquirendi rẽ,
vel factum: de quo, vel pro quo, vel propter quod quæſtio nõ
eſt facta: vt no. in ſum. C. de confeſ. habet autem locum vſq; ad
illum §. titulus autem iſte locum habet. Et ſæpius debent in-
terrogari partes, nunquid aliud noui addere velint: vt C. de iu-
dic. l. iudices. Item in cauſæ cognitione ea plenè facienda à
principio vſq; ad finem, licet in caſibus fiat ſemiplena cogni-
tio: vt not. in ſum. C. §. in cognitione autem. Item in ſupple-
tionibus de iure faciendis, quandoq; etiam de facto, quod no-
tum eſt ei vt iudici, in defectum aduocatorum, vel principa-
lium perſonarum: vt not. in ſum. C. vt quæ deſunt aduo. part.
2 iudex ſupple. † Item in ſententiæ prolatione, quã debet ferre
certam prout poſsibile ei eſt: vt ff. de iudic. l. de qua re. & ĩ. de
act. §. curare. vt not. in ſum. C. de ſen. quæ ſi. cert. quan. prola.
eſt. & debet eam ferre ſecundum leges, & conſtitutiones, aut
conſuetudines: vt j. eo. in princip. vnde ſi noxali iudicio adiius
eſt, ita debet condẽnare, Publium Lucio in x. aureos condem-
no, aut noxam debere, ſubaudi permitto. Noxæ enim deditio
non eſt in obligatione, vel condemnatione, ſed in permiſsione:
3 vt j. eo. in prin. & ff. de re iud. l. miles. §. j. & ij. Item † in pronun-
tiando potiùs debet ſeruare æquitatem quàm ius ſcriptum.
Quod eſt intelligendum de æquitate ſcripta: non de ea, quam
quis ex corde ſuo inueniat. Et vt maiori reuerẽtia, vel timore,
ſeruentur omnia æquitatis, ſeu iuſtitiæ præcepta, præſentia e-
uangeliorum debet eſſe apud iudicem à principio iudicij, vſq;
4 ad finem: vt not. in ſum. C. de iud. §. præſentiam. Item † in rei
vendicatione ſi contra petitorem iudicauerit, abſoluere debet
poſſeſſorem, ſi contra poſſeſſorem debet ei iubere, vt rem re-
ſtituat cum fructibus: vt j. eo. §. & ſi in rem actum ſit: vt not. in
ſum. C. de rei vend. & dicitur ff. de rei vend. l. & ex diuerſo. vbi
autem. Si verò poſſeſſor neget in præſenti ſe reſtituere poſſe,
& ſine fruſtratione videbitur tempus reſtituẽdi cauſa petere,
indulgendum eſt ei: ita tamen vt caueat cum fideiuſsione de
æſtimatione litis præſtanda, ſi intra tempus quod datum eſt ei
5 non reſtituiſſet: vt j. eo. §. etſi in rem. Item in † perſonali autem
actione debet pronuntiare abſoluendo, vel condemnando: vt
C. de ſen. & interlo. l. præſes. Nec refert quibus vtatur verbis.
Nam ſiue dicat, abſoluo, ſiue dicat nihil ſibi videri Titium de-
bere Seio. Item ſiue dicat condemno te x. ſiue dicat præcipio
te illi dare x. vel æquipollentia verba proferat, valet ſententia:
vt ff. de re iudi. l. in ſumma. & de arb. l. quid tamen. §. ſi arbiter.
Item in perſonali fit executio ſententiæ, elapſis quatuor men-
ſibus. & quandoq; fit citiùs: & quandoq; fit tardiùs: vt not. in
6 ſum. C. de exe. rei iud. Item † locum habet iudicis officium in
duplicibus iudicijs circa diuiſionẽ, vel adiudicationem facien-
dam: vt in actionibus fa. erci. vel communi diui. vel fin. reg. vt
no. in ſum. C. fami. erciſ. §. eſt autem iudicis, & communi diuid.
§. in cæteris. & fini. reg. §. veniunt. & dicitur j. eod. §. ſi familiæ.
7 & §. eadem interueniũt ſi finium reg. † Amplius & in actione
finium reg. iudex ex officio ſuo cognoſcit etiam de malitia vi-
cini: putà, ſi circa finem malitioſe aliquid cõmiſit: vt quia la-
pides finales furatus eſt, vel arbores finales excidit, & pro ea
iubet reſarciri damnum, Contumaciæ quoq; nomine in eo iu-
dicio quis dãnatur, ſcilicet ad intereſſe, vel iudex deferet iuſiu
randum in litem, veluti, ſi quis, iubente iudice metiri agros,
non fuerit paſſus: vel ſi non pareat in ſuccidenda arbore, vel
ædificio in fine poſito deponendo: vt j. eo. §. eo quoq; nomine.
& ff. fini. reg. l. ſed & loci. §. ſed & ſi quis. Et eſt effectus adiu-
dicationis magnus: quia quod alicui fuerit adiudicatum iſtis
tribus iudicijs, id ſtatim fit eius, cui adiudicatum eſt: vt j. eo. §.
vlt. quod intellige cum is, cui adiudicatum eſt authoritate iu-
dicis apprehendat poſſeſsionem: vt ff. de acqui. poſ. l. poſside-
ri. §. vlt. in fi. & l. iuſte. & ff. ſi nox. cauſa aga. quemad. caue. l. ij.
§. ſed & ſi ſeruus præſens. ibi enim loquitur de euictione ſerui.
8 † Item locum habet iudicis officium in omni actione arbitra-
ria, vel bonæ fidei, ſi non fiat exhibitio, vel reſtitutio rei, vel
tardè fiat exhibitio circa dilationem iuriſiurandi in litem fa-
ciendam ſine taxatione, vel cum taxatione, vel circa refræna-
tionem iuriſiurandi, poſteàquam iuratum eſt: vt no. in ſum. C.
de in litem iu. Item in eiſdem conſideratur intereſſe, vel pretiũ
rei, ob hoc quòd iudici non paretur, vel tardiùs paretur: vt no.
in ſum. C. de rei vend. §. & eſt notandum, quòd vbi. Nam & in
actione ad exibendum, ſi non fiat exhibitio prout debuit fieri,
(id eſt, vt actor habeat eandem cauſam quam haberet ſi tem-
pore iudicij accepti exhibita res fuiſſet, adeóque ſi inter moras
res ſit vſucapta à poſſeſſore) nihilominus condemnatur, ſicut
etiam in rei vendicatione, ſi poſſeſſor vſucapiat poſt litem

con

conteſtatam ante ſententiam, iudicis officio debet cõdemnari: & de dolo cauere. Periculum enim eſt ne pignorauerit, vel manumiſerit: vt j.eo.§ ſi ad exhibendum. & ff. ad exhibendum. l. Iulianus. §. quantùm. & de eui vend. l. ſi poſt acceptum. Item & vbi arbitraria proponitur pro eo, quod certo loco promiſſum eſt, vel legatum, iudex conſiderat ex officio ſuo intereſſe nedum actoris, ſed etiam rei: & nedum in damno, ſed etiam in lucro: vt no. in ſum. C. vbi conueniatur, qui certo loco promiſit.
9 † Item locũ habet iudicis officium in omnibus, quæ contingunt poſt litem conteſtatam circa rem petitam: ſiue fructus ex ea percipiatur, ſiue damnum in ea detur, ſiue pretium ex vẽditione rei petitæ, ad poſſeſſorem peruenit, vel aliquid loco pretij: quia quæ poſt lit. conteſta. accidunt, valde pertinent ad iudicis officium: vt ff. de rei ven. l. non ſolùm. & l. item ſi verberatum. §. j. & C. de rei ven. l. certum eſt. & j. eod. §. poſt inchoatam autem petitionem. & §. eo quoque nomine. & ff. de ædili. edi. l. ædiles etiam. §. item ſciendum. & de aqua plu. arcend. l. ſi. tertius. §. officiũ. & de vſur. l. ij. Idémq; eſt in dolo, vel culpa, vel negligentia admiſſa poſt litem conteſtatam, ſicut multis probatur exemplis: vt ff. de rei ven. l. qui petitorio. §. j. Item officio iudicis fit delatio iuriſiurandi circa quantitatem expenſarum: vt in auth. de iud. §. oportet. Item locum habet iudicis officium pro vſuris ſoluendis ratione moræ, vel quaſi moræ, & in act. bonæfidei, id eſt, in actione ex teſtamento: vt not. in ſum. C. de vſur. Item pro fructibus percipiendis à malæfidei poſſeſſore: vt j. eo. §. etſi hæreditas. & ff. de rei vend. l. ſi nauis §. vlt. Item pro fructibus perceptis à bonæfidei poſſeſſore ante litem conteſt. cùm extent tempore litis conteſtatæ: vt C. de rei vendica. l. certum eſt, & not. in ſum. C. de rei vendi. Item locum habet iudicis officium etiam in cõditionibus quibus tenetur quis ad dandum, quod eſt in numero, vel pondere, vel menſura: vt nedum in iure condictionis ad id, quod eſt in obligatione quis debeat condemnari, ſed etiam per officium iudicis ad id, quantiplaris eſt, vel fuerit res à tempore moræ: vt ff. de reb. credit is. l. vinum. Item in ſpeciebus æſtimatio fit quanti plurimi fuit à tempore moræ, ſiue ſit extincta, ſiue deterior facta, vt id ſententia comprehendat, & in condemnationem deducet poſtulãte actore. In his igitur, vel ſimilibus iudicis ſuccedit officium actionis deſeruiendo naturæ vice cuiuſdam miniſtri, vel mercenarij: ad exequenda ea, quæ dictat ratio con-
10 uenire actionis naturæ. † Præter hoc ſciendum quòd in quibuſdam caſibus, omnino deficiente actione, imploratur iudicis officium loco actionis, licet non ſit actio: vt no. ſ. de actio. §. j. puta, circa reſtitutionem in integ. minorum, & maiorum: vt ff. de minor. l. quòd ſi minor. §. vlt. & vt not. in ſum. C. de reſtitut. mino. §. prædictis. & vt caueatur de damn. infect. & pro legatis ſoluendis, & ſimilibus: vt ff. de actio. & obligatio. l. actionis. vt not. in ſum. C. de contrahen. ſtipula. §. fit alia diuiſio. vel ſi non caueatur, fiat miſſio in poſſeſsionem: vt not. in ſum. C. vt in poſſ. leg. Item pro ſalario aduocati: licet non ſit ei cautum, & idem in caſibus multis de ſalarijs notari poteſt: vt ff. de varijs & extraord. cog. l. j. §. ſi cui. Item idem in pœna iudici infligenda propter imperitiam: vt ff. de varijs & extraor. cog. l. vlt. Et pro ſalario procuratoris ei cauto ſine ſtipulatione, & ex interuallo: vt no. in ſum. C. mandati. §. j. Imploratur etiam pro filio qui de ſui poteſtate refert controuerſiam patri: vt ff. de lib. exhi. l. deinde. §. hoc autem. Item imploratur, quando quæſtio eſt de iuriſditione incolarum: vt ff. ad municip. l. de iure. Item imploratur pro alimentis, & liberis, parentibus, patronis, & libertis præſtandis mutuò inter ſe: vt ff. de libe. agno. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. & §. ſolent. Item imploratur pro reuocãdo liberto in ſeruitutẽ ratione ingratitudinis: vt not. in ſum. C. de libe. & eorum lib. Idémq; eſt in liberis emancipatis: vt no. in ſum. de ingratis liber. Item imploratur vt arbiter vel iudex cogatur pronuntiare: vt ff. de arbit. l. iij. §. j. & de iud. l. quare. Item iudicis officio & tutores & curatores compelluntur admittere tutelam, vel curam adminiſtrare, vel reducuntur ad adminiſtrationem, ſi perperam ſunt excuſati: vt ff. de minor. l. verùm. §. ex facto. & ſ. de ſatiſd. tut. vel curat. §. pen. & ff. de tut. vel cura. da. ab his. l. illud ſemper. Vel ſi tutores vel curatores non defendãt minores, remouentur iudicis officio, vt ſuſpecti: vt C. de admini. tut. l. vlti. j. reſp. Vacationes, etiam quæ ſiunt ad honores, vel munera publica, & eorum excuſationes iudicis expediuntur officio, de quibus tractatur. ff. de mu. & ho. & de vaca. mun. Item exercitores nauium extra ordinem quandoq; iuuantur, ex contractibus eorum, quos præpoſuerunt nauibus: vt ff. de exerci. l. j. §. eſt autem. Hæc & ſimilia ad iudicis officium pertinent circa ciuiles quæſtiones. Nec enim poſſunt enumerari ſingula. [Vnde & dicitur latiſsimum: vt ff. de iuriſd. omn. iud. l. j. nõ longiſſimum, vel quia denotaret diuturnitatem temporis in huiuſmodi ſolicitudinibus: quamuis res & perſona dicatur quandoq; lõga: vel quia longitudine non notatur ſapientia: vnde Salomon.
11 Si † videris longum ſapientem, &c.] Nec tamen prætermittendum eſt quod in actionibus priuatorum criminum imploratur iudicis officium pro impoſitione pœnæ. Vnde & dicuntur extraordinaria crimina, de quibus tractatur ff. de extraordi. crim. & de priua. delict. & de publicis criminibus plenè tractauimus in ſummis ix. librorum Codicis. Item & ad hæc ſpectare videtur quod dicitur j. eod. §. penult.

ANNOTATIO.

Officium. Iudicis officium à nemine definitũ, vt deſcribebat quidam Tholoſas, vt ſit id, quod iudicando propoſitum eſt ad lites finiendas. Sed ante eum (& fortaſſe melius) ita definierat Martinus antiquus gloſſator in ſumma Alphabet. in verb. Iudicis officium, vt ſit poteſtas iudicis aſſumpta. Illud autem triplex eſt (contra Accurſium, qui duo tantum membra conſtituit in §. præterea. de actionibus) nobile, mercenarium, & aduerſarium. Nobile eſt, quod per ſe ſtat, verſaturque in inquirendo. Mercenarium, quod deſeruit actioni tripliciter, idque in actione proponenda, propoſita terminanda, & terminata exequenda. Aduerſarium eſt illud quod non deſeruit actioni, ſed non repugnat: vel quod exceptioni detrahit. ff. de petit. hæred. l. planè. idque dupliciter aduerſatur actioni, cum loco actionis imploratur. l. ſi. ff. de petitio. hæred. & excipiendo proponitur. Nobile quoddam ordinatorium, quoddam deciſorium. Officium nobile n illũ præſupponit obligationem. l. qui per colluſionẽ. ff. de actio. emp. l. Actio, & iudicis officiũ diuerſa eſſe publice diſputaui. l. pecuniæ. iii. ff. de verb. ſig. P. Praten.

De publicis iudiciis. *Rubrica.*

1 *Iudicia publica quæ dicantur.*
2 *Publicorum criminum diuiſio.*
3 *Accuſatio criminis priuati, quæ communia habeat cum accuſatione publici criminis.*
4 *Probationis onus cui incumbat in accuſatione publici criminis.*
5 *Infamem efficit eum, qui damnatus eſt de crimine publico.*
6 *Iuſiurandum de calumnia an præſtari debeat in accuſationibus publicorum criminum.*
7 *Publica iudicia quid cõmune habeãt cum reliquis iudiciis. et 8.*

DE ciuilibus iudiciis ſupra dictum eſt, item & de priuatis criminibus pertinentibus ad extraordinariam cognitionem, & animaduerſionem prætoris, tetigi ſumma ſuperioris titul. & de eis, vt de furto, & iniuria, & alijs ſimilibus poſitæ ſunt ſpeciales rubr. ſed non reſpiciunt principaliter, & directò materiam accuſationis, ſed ciuilis quæſtionis. Nunc autem tractat generaliter de publicis iudiciis. Quandoq; tamen dicitur publicum iudicium omne ius, quod intenditur etiam de crimine priuato ad impoſitionem pœnæ criminaliter inferendæ: vt ff. de iniurijs. l. quod ſenatuſconſultum. Vidẽdum eſt ergo quæ hic dicantur publica iudicia, & vnde, & quæ ſit diuiſio publicorum cri-
1 minum. † Publica autem iudicia dicta ſunt, quorum accuſatio cuilibet de populo plurimum datur. Et inde dicuntur publica: vt j. eod. §. j. & ſ. de ſuſpect. tutor. §. conſequens eſt. niſi certa ratione prohibeatur quis ab accuſando, de quibus rationibus plenè notaui doctrinam in ſumma C. qui accuſ. non poſ. §. quis poſsit. Sed tamen videtur, quòd prædicta regula fallat in crimine partus ſuppoſiti, de quo ſoli accuſant parẽtes, aut hi, ad quos ea res pertinet, non quilibet ex populo. vt publicam accuſationem intendat: vt ff. ad l. Cornel. de falſis. l. lege Cornelia teſtamẽtaria. §. j. Item poteſt excipi in crimine adulterij: quia cùm delectus certis perſonis primò defertur eius

accuſatio, vt C. ad leg. Iuliam de adult. l. quamuis. & vt not. in
2 ſum. C. ad l. Iul. de adult. §. admittitur. † Fit autem diuiſio pu-
blicorum criminum: quia quædam ſunt capitalia, quædam
non: vt ff. eo. l. ij. & j. eo. § publicorum. Capitalia autem dicun-
tur duobus modis, primo large, omnia crimina, ex quibus pœ-
na corpori imponitur. Stricte verò dicũtur capitalia, quæ adi-
munt vitam. Adimitur autem vita pluribus modis: vt not. in
ſum. C. de pœnis. §. per ſpecies autem qualitate. ibi, capitalis, vt
ſi &c. vſque ad illum verſiculum, non capitalis pœna, &c. A-
lia verò publica crimina quæ non operantur aliquod prædi-
ctorum trium, ſed pecuniariam pœnam, vel aliquã coërcitio-
nem corporis continent, vel ſimilia, quæ numerantur in præ-
dicto tit. de pœnis, & in prædicto §. & ſequenti materia, non
dicuntur capitalia, ſed relegationes plerumq; dicuntur: vt ff.
eod. l. ij. Vbi autem ſingula publica iudicia locum habeãt, pro
ſequi non curo in ſumma: quia hoc euidenter explicatur in li-
tera: & quia de ſingulis ſpeciales notaui ſummas in x. li. C. hic
generaliter trado de publicis iudicijs, notando quæ ſint ea, vt
dictum eſt. Item quia in omnibus neceſſaria eſt inſcriptio præ-
terquam in quibuſdam criminibus: vt no. in ſum. C. qui accu.
non poſ. §. j. Qualiter autem libellus accuſationis, vel inſcri-
ptio, vel ſubſcriptio fieri debeat, no. in ſum. C. de accu. §. quali-
ter. Et eſt hoc obſeruandum non ſolum in publico crimine, ſed
3 etiam priuato: vt ff. de priua. deli. l. vlt. Item † commune eſt eis,
a quia non poſſunt exerceri per procuratores: ᵃ niſi crimen ſit
tale ex quo imponatur pœna relegationis, vel minor: vt no. in
ſum. C. de procura. §. conſtituitur autem procurator in litem.
Item commune eſt eis: quia nulla antiqua ſolẽnitas verborum
in eis locum habet: imo durante pœna legum, extra ordinem
crimina probantur: vt ff. eo. l. ordo. Nam & ciuilia iudicia om-
nia ſunt hodie extraordinaria: vt ĩ. de interdict. §. vlt. Item in
omni iudicio criminali fit citatio per interualla x. dierum. vel
hodie xxx. vt no. in ſum. C. de iudi. licet quidam dicant de tri-
bus. Sed ego ibi ſubaudio etiam vt maior rei iniquitas oſtẽda-
tur. Nam etſi ibi per ſingulos tres dies fiat citatio, ſi tamen
pro abſente excuſatio iuſta proponatur, non debet condem-
nari, vel eius aduerſarius abſolui, & accuſatoris calumnia pu-
4 nitur. † Item in omni publico crimine ſoli accuſatori incum-
bit neceſſitas probandi: niſi in crimine falſi, & violata maieſta
te, & peculatu admiſſo, & ſacramentis deſertis, & prodita pa-
tria: vt C. ad leg. Iuliam de adulter. l. vbi. & de abolitio. l. vlt.
Item omnes cauſæ criminales biennio limitandæ ſunt: vt C. vt
intra certum tempus crimi. quæſtio agitetur. l. vltima. Item ex
5 † omni publico crimine, ſi quis damnatur, infamatur nulla
facta criminis exceptione, perſonæ quandoq; tamen fit exce-
ptio: vt ſi ſocer generi ſeruos accuſauerit de veneficio filię: de-
mum cognitione habita pronuntiabit iudex patrẽ calumnia-
tum: non eſt tamen infamis: quia pater ſine periculo calumniæ
poſtulat vindictam de morte filiæ: vt ff. eo. l. infamem. & l. vlti.
6 Quod † autem à quibuſdam dicitur non eſſe in publicis cri-
minibus de calumnia iurandum, falſum eſſe puto per legẽ pri-
mam, quæ eſt C. de iureiurando propter calumniam dando:
& per legem vltimam, quæ eſt C. de fide inſtrum. Sed ipſi moti
ſunt ex eo quod dicitur j. in princ. huius tituli, quod publica
iudicia per actiones non ordinantur: quod & verum eſt, neq;
omnino quicquam habent ſimile cum cæteris iudicijs: de qui-
bus loquuti ſumus, magnáq; diuerſitas eſt ipſorum in inſtitu
tione, & in exercitio. Sed certè nũquàm poteſt eſſe ita verum:
7 vt prima facie ſonat litera. † Nónne enim ſimile habent, quia
in vtriſq; offertur libellus, in vtriſq; litis fit conteſtatio? Item
cauſæ cognitio, citatio abſentium, prolatio ſententiæ in ſcri-
ptis, iudice ſedente? Item quia in vtriſq; nullus poteſt eſſe iu-
8 dex in cauſa ſua? Dicit † ergo, nihil habent ſimile cum cæteris
ciuilibus iudicijs; quia in ciuilibus inſtituũtur actiones ad ali
quid dandum, vel faciendum actori: ſed hic nulla inſtituitur
actio, nec ad hoc intendit actor, vt aliquid ſibi detur, vel fiat:
ſed vt reus puniatur pro crimine commiſſo. Et ita conſidera-
ta petitione conquerentis, omnino quicquam ſimile non ha-
bent. In iure etiam maxima diuerſitas eſt eorum, id eſt, ciuiliũ
iudiciorum, & criminalium actionum, ex inſtitutione iudi-
cij, & eius exercitatione. Nam in inſtituendo ibi, proponitur
actio, vt dictum eſt: hic non. In exercendo, ibi incumbit pro-
batio actori tantùm: hic accuſatori & reo, vt dictum eſt. Item
alio tempore illa limitatur, quàm iſta: vt not. in ſum. C. de iud.
§. vtroq; autem præſente: vt ĩ. dictum eſt. Cùm ergo in tot vi-
deatur deficere, quod hic dicitur: non mirum ſi ex generali le-
ge dicamus de calumnia iurandum eſſe in criminali accuſa-
tione. Poſt finem huius tit. de publico iudicio, nil in noſtri
operis compoſitione reſtat ſoluere, aut ſoluẽdo narrare. quo-
niam iuri operam daturus quælibet vtilia ad rubricas ix. li-
brorum C. & iiij. inſtitutionum ſeu elementorum, pertinen-
tia publicaui, & publicata in lucem produxi, vitans prolixita-
tem, quæ auertit quandoq; homines à ſtudio, aut inducit diſ-
fidentiam, & implicat laborem: vt ĩ. de iuſtitia & iure. §. j. am-
plectens breuitatem, in qua nullum niſi neceſſarium, aſſumi-
tur verbum: nec ſum tranſgreſſus terminos dicẽdorum, ſimu-
latam philoſophiam in aliquibus affectando. Sed, exhibens o-
peram ad ſoluendum intricatos nodos iuris, pacta ſeruaui, ſi-
cut in prologo ſummæ Codicis promiſeram, abſque inuidia
communicans vniuerſis, quæ per meditationem ſedulam in
legibus, & conſtitutionibus didici: quibus imperialis clemen-
tia cunctos populos noſcitur gubernare. Cæterùm & ſi aliqui
mihi ſine iure, & non ſine iniuria, inuidentes, dicant me pro-
lixè, vel nimiùm breuiter in ſummis factis tractaſſe, ij tamen
qui habent conſilij ſpiritum ſaniorís, non minus ſtudeant in
peractis: conſiderantes qualiter ambiguos caſus legum, no-
doſas quæſtiones. & actionum profunditates in quibus plu-
rimi oberrabant in lucem erexerim, & in conſonantiam lucu-
lentam redegerim.

ANNOTATIO.

a Procuratores. Adde Specu. in tit. de accuſa. §. primo. verſi. quid ſi accu-
ſatus. Bart. Angel & docto. in l. penult. §. crimen. ff. de pu. iudic. Salyc.
in l. reos. C. de accu. Bartol. in l. licet. de procura. & in l. quamuis. C. de
adult. do. Alexan. in l. aduerſus. C. de fur. & in conſil. cvi. in ſecundo
volumine. vbi totam iſtam materiam colliges.

DOMINI AZONIS SVMMÆ
ſuper quatuor libros Inſtitu-
tionum, Finis.

SVMMA IN PANDECTAS.

Incipit materia ad Pandectas ſecundum
Ioannem Baſianum.

IN NOMINE patris, & filij, & ſpiri-
tus ſancti. Amen. Principium omnium re-
a rum eſt Deus ᵃ, vt in euangelio Ioannis. c.
j In principio erat verbum, &c. Ab hoc
enim principio cũcta (vt ait Iuſtinianus)
proceſſerunt elementa, & in orbem ter-
rarum ſunt producta: vt C. de vete. iure
enucl. l. j. circa principium. A capite ergo ſumamus exordiũ
in hoc tit. Habeamus initiũ ex hoc principio, accipiamus ma-
teriam, & huius ſcientiæ fundamentum principium hoc, ſine
quo ſapientia non valet eſſe, principium noſtrum verum per-
ducat ad eſſe. In principio igitur huius artis, quæ vocatur ius,
in elementis huius ciuilis ſcientiæ, ponamus fundamentum: vt
ſit iuris fundamentum ſiue materia, & principium timor Do-
mini, vt in pſalmo dicitur, Initium ſapiẽtiæ timor domini. Ti-
mor domini non ſeruilis, de quo dicitur, Seruilis timor eſt,
quo nil niſi pœna timetur: ſed filialis, qui eſt, mixta cum timore
dilectio, quæ & ſupplicium euitat, & præmium meretur. Hoc
ergo poſito fundamento in timore & dilectione domini. Ti-
mor enim filialis amplectitur: vt diximus ĩ. proxima diſtin-
ctione vtrumque, noſtrum erit cura fideli perdocere: veſtrum
autem ſummo niti labore vt hanc ſcientiam aſſequamini:
quæ non ſolùm dicitur ſcientia, ſed glorioſa vocabulo ciuilis,
vt dictum eſt, id eſt, elegans, & vrbana. Eſt enim (vt ait lex l. j.
§. proinde. ff. de extraord. cog.) res ſanctiſsima ciuilis ſapien-
tia, vel ſcientia ciuilis (vt dictum eſt) elegans, & vrbana: aut po
tiùs, vt notetur maximus huius effectus, per quem primò ci-
uitas

nitas eſt condita, ſine qua humanæ ſocietatis nullum eſt vinculum, ſed nec ciuitatis conſiſtit vocabulum. Eſt enim ciuitas multitudo hominum collecta ad iure viuendũ. Laborare ergo debetis ſumma ope animi, & corporis. Labor enim omnia vincit improbus, ſtudio fallente laborem, propter ſummam ſtudentis voluntatem. Eſt enim ſtudium vehemens, & aſsidua, ad aliquam rem agendam cum ſumma voluntate occupatio, ex qua voluntate labor in voluptatem vertitur, & ipſum perdit laboris ſenſum verſus in oblectamẽtum: de quo ſtudio, & labore noſtro dicit Iuſtinianus in prologo Inſtitutionũ: ſumma igitur ope, & alacri ſtudio has leges ſuſcipite. Non ſit ergo vobis vanum ſurgere, non ſolùm ante lucem, ſed etiã ante campanam beati Proculi: ſurgere inquam, & legere: vigilare enim & non legere dormire eſt: imò minus ſeu deterius, id eſt, corpus fruſtrà vigilus macerare. His de principio huius ſcientiæ propoſitis, quæ ad communem omnium vtilitatem pertinere credimus, volumus breuiter & ſine inuidia propalare in medium, qualiter eligendus ſit magiſter, & quem modum in legendo obſeruare conſueuimus, & quem diſcendi modum, ſeu viam tenere debeatis tam in ſcholis, quàm extra ſcholas in domo. Eligendus eſt magiſter arte, & non ſorte, vel ſorde. Eligendus enim eſt aut proprio ſcholaris iudicio, aut iudicio prudentum virorum, non iudicio cauponis, aut iudicio viliſſimi mercatoris. Electus igitur inſpecto potiſsimum merito ſcientiæ, diligendus eſt paterno amore: quanto enim charior docentis perſona, tanto citius & firmius eiuſdem & capit in auditore, & capitur doctrina. Modus in legendo, quem obſeruare conſueuimus quadripartito progreſſu, quaſi quibuſdam quatuor metis, & terminis diſtinguitur: primò caſum ſimpliciter, & nudè ponimus: ſecundò contraria aſsignamus, & ſolutiones adhibemus: tertiò argumenta ad cauſas de facto adnotamus, quæ loci generales, vel generalia, vel vulgariter brocarda appellantur. Ad vltimum, quæſtiones mouere, & diſcutere conſueuimus, vel ſtatim in lectione, vel in veſperas, pro ſui difficultate, prolixiori diſputatione reſeruare diſſerendas. Habet itaque ſecundum hunc modũ in lectione noſtra ſicut de diuina ſcriptura dicitur, agnus vbi paſcatur, vel paſcat: elephans, vbi poſsit natare: paſcitur enim agnus, id eſt, rudis auditor, & nouellus, in ſimplici caſus poſitione: exercetur prouectus, & quaſi natat, laborans in quæſtionum difficultate, & diſcuſsione: ſed & ſinguli pro capacitate ingenij ſui ad vnam, vel plures, vel omnes metas, ſeu terminos noſtræ lectionis ſuam porrigunt intelligentiam. Ex modo lectionis modus diſcendi conſequenter ſumendus: vt ſicut & quantum accipitur, & intelligitur à magiſtro: ita firmetur in ſacris ſcholaſticis, ſcilicet in domo. In ſcholis autem debetis magiſtrum reuerenter & tacitè audire, ſocium quærentem pati cum benignitate, non conclamando ei, ſed cùm ſuam expleuerit voluntatem, alter reſpondeat, & rationem aut legem inducat, honore inuicem (vt ait Apoſtolus) præuenientes, nunquam contendentes, contentio enim non eſt veritatis inquiſitio, ſed eam impedit. Eſt enim contentio impugnatio veritatis, per confidentiam clamoris. Erit quoque ſumma laboris noſtri tam in ſcholis, quàm in ſacris domeſticorum parietum, pro poſſe legere, lecta intelligere, intellecta memoriæ commendare: legere enim & non intelligere negligere eſt. Qui verò intellecta memoriæ non commendat, ſeipſum decipit: nam cùm inter alios ſocios videri in ſcholis appetit, ipſe ſe ridiculum facit. Erit ergo ſcholaris noſtri, quē in fide noſtra erudiendum ſuſcipimus, lecta retinere: illa, vt abundet, firmare: tribuli enim contrariorũ, & ſpinæ repugnantium diuerſitatũ, in prato Iuſtiniani non naſcuntur: vt C. de vet. iu. enu. l. ij. §. contrarium. Sed ſi quis ſubtilius conſideret cùm apparet contrarietas, aliud hic, & aliud ibi, dictum intelligit. Quòd generale, aliud hic, & aliud ibi, poteſt in tres modos generales ſoluendi contrarietates legum ſubdiuidi. Primus, aliud ſimpliciter, ſecundus aliter, tertius ſecundum aliud. Primus: vt ff. de ſta. ho. l. vlt. vbi dicitur, quòd libertus à patrono adoptatus non fit ingenuus: vt ff. de ritu nupt. l. ſciendum. ij. dicitur, quòd iura conſequitur ingenui: & re vera aliud hic, aliud ibi ſimpliciter. Conſequi enim quædam iura ingenui, non eſt ingenuum fieri. Aliter dicitur in verbo exhibere: dicit enim lex ff. de ædil. edic. l. quòd ſi nolit. quòd mortuus poteſt redhiberi: alia dicit, quòd oportet mortuum exhibere: ergo exhibere accipitur, id eſt, mortuum probare: non autem ipſum repræſentare, & tradere. Et ita exhibere aliter, & aliter acceptum, non facit contrarium. Exemplum tertij, naturaliter equidem equum eſt neminem cum alterius iactura locupletari: cui contrarium videtur, quòd præſcriptione breuis etiam temporis, ſcilicet vſucapionis, id eſt, triennio res aliena fit tua: ſed non eſt contra: primum enim dictum, eſt ſecundum naturalem æquitatem: ſecundum autem ex ciuili æquitate introductum eſt: ne dominia rerum eſſent in incerto. Erit ergo ſtudij noſtri ſimilia retinere: cùm nullum occurrat verè contrarium in prato Iuſtiniani, in quo nil naſcitur ſpinoſum: quod enim poſitum eſt vt tollatur, nec poſitum intelligitur, ſed ideo quandoque abrogatum ponitur, vt nihil antiquitatis ignoretur: vt Inſti. de teſta. ordin. in prin. His ita de principio quod ponendum eſt fundamẽtum huius ſcientiæ, de electione magiſtri, de modo legendi, præmiſsis, reſtat, vt inuocemus ſanctam & indiuiduam Trinitatem, in hunc modum: videlicet, vt concedat nobis ea cogitare, inuenire, ita congruè vobis proponere, quę vos inſtruant: vobis autẽ concedat dominus noſter IESVS CHRISTVS, bene legere, lecta intelligere, intellecta theſauro fidelis memoriæ commendare, & tenaciſsimè cuſtodire: concedat nobis idem dominus noſter IESVS CHRISTVS, fidelis principij ingreſſum, progreſſum felicem, & optimum & glorioſum conſummationis finem. Ad vltimum de glorioſis fructibus ſciẽtiæ vos ſublimet, & ditet, vt ſitis ciuibus vtiles, gloria & præſidium amicis, & poſteris, & poſt diſſolutionem huius corporis, poſt collatã ſapientiæ gratiam ad meritum, conferat & rependat nobis vitæ & beatitudinis æternæ præmium idem dominus noſter IESVS CHRISTVS, qui viuit, & regnat, & imperat, vnà cum patre, & ſpiritu ſancto, per infinita ſecula ſeculorum. Amen. Ioan. Boſia. Hæc autem adeò diligenter proſequuti ſumus, quia ad communem omnium vtilitatem pertinere credimus. Supereſt nobis in initio huius philoſophici operis, vt de tribus inquiramus ſecundum Ariſtotelem, qui in ſuis ait analyticis eſſe inquirẽdum de quo, & circa quid, verſatur intentio. Ex quibus verbis tria exiguntur: ſcilicet, quæ ſit materia, quæ intentio, quæ cauſa finalis. Quæ autem ſit materia, item quæ intentio, dic plenè vt C. de iure vete. enu. l. j. §. iubemus igitur vobis. & l. ij. §. ſed cum omnia. & l. j. §. cunq; hæc materia. item quæ cauſa finalis, dic vt j. eod. in proœmio Digeſtorum, ibi, omnem rei. §. nos verò tantùm. & §. pro reſponſis prudentum. ibi, multò maiores, &c. & ibi. & quod iam, &c. & ibi, nihil eis, &c & §. vlti. Inquirendum eſt, & quartum, ſecundum Boëtium, qui ait requirendum eſſe quæ, cui ſeruiat poſsibilitas facultati. & per hoc dicimus ſciẽdum eſſe, cui parti philoſophię ſupponatur. Et quidem ſupponitur ethicæ, quia tractat de moribus. quod dic vt j. de iuſtit. & iur. l. j. ibi, Iuſtitiámq;, &c. His itaque prænotatis accedamus ad literã. Imperator Iuſtinianus, &c. Hic dominus Imperator Iuſtinianus mittit ſalutem quibuſdam doctoribus legum, qui erant ei ſpeciales amici, & ſubditi in hæc verba. Imperator Iuſtinianus, &c. vſq; ad conſtitutionem, lecta ſalute, poſtea diligenter expone vt notaui in litera, quare ſingula fuerit Imperator ſortitus nomina: poſtmodum incipe conſtitutionem, & eam proſequere ſicut ſtatim notatur, & ſicut in textu eam notauimus.

ANNOTATIONES.

a Deus. Adde ad iſtam authoris imò inuictiſsimi imperatoris inuocationem, elegãtem tex. in auth. quomodo o por. epi. circa prin. Bar. in j. conſti ff. Bal. in proœ. iiij. lib. C. docto. in l. in nomine domini. de offi. præfe. Aphri. Panor. in c. in nomine domini. de teſt. doct. in cle. exiui. §. quamuis. de ver. ſigni. & in cle. prima. de reli. & vener. ſan. & xxxvij. diſtin. c. legimus. §. huic. & xvi. q. prima. reuertimini. beatum Tho. in primo ſen. di. xxx. & iii. ſen. di. vii. & in mille aliis locis, ſubtiliſsimũ doctorem meum in primo ſen. diſt. xliiii. q. prima. Quid autem innocatio diuini nominis in contractibus operetur, vide per Bald. Paul. de caſt. & doct. in l. iuriſgentium. § ſi paciſcar. ff. de pact. d. Alex. in rubri. ff. de no. oper. nun. Ange. in proœ. Inſtit. & ibi ſcribentes.

b Ciuilis ſcientia. Adde omnes doct. in l. medicos. C. de profeſ. & medi. lib x. & ibidem vide inter alios d. Luc. de pen. nu. vi. & in l. eos. nume. 47. de iis, qui ſpon. co lib. & in l. vniuerſo. numero. 19. cum pluribus ſequentib. lib. xi. de ſtatu lib. ca. xxii. do. Alex. de imo. in l. ii. ff. ad leg. Iul. repe. quibus in locis abundè, & copioſè habes.

De origine iuris ciuilis, & omnium magiſtratuum. *Rubrica.*

1 *Iuris effectum quis præſtet.*
2 *Iuris origo.*
3 *Actiones vnde compoſita.*
4 *Magiſtratuum origo & ſucceſſio.*

DICTVM eſt in ſuperiori titulo, quid ſit ius, &
vnde deriuetur, ſequitur videre, quæ fuerit huius
iuris origo, ſcilicet, vel quod præ manibus habe-
mus, vel quod in ciuitate Romana ante compoſi-
tionem huius operis frequentabatur: & meritò de origine
apponit. Nec enim aliter perfectam traderet doctrinam: niſi
originem traderet, medium, & finem, optimè proſequeretur:
vtpotè cùm id dicatur eſſe perfectum, quod ex omnibus ſuis
partibus, id eſt, principio, medio, & fine conſtat: vt j. eod. l. j.
1 † Et quia effectus iuris accipitur per eos qui iuridicendo
præſunt, patum enim, &c. vt j. eo. l. ij. §. poſt originem. Appo-
nit etiam de origine omnium magiſtratuum: videamus ergo
de origine iuris ciuilis, & iuris appellatione omnia iura con-
tinentur, id eſt, naturalia, gẽtium, & ciuilia, vt heri vobis dixi,
per l. j. §. proinde. de var. & extraord. cog. Et quidem, quæ ſit
origo iuris, id eſt, materia huius iuris, quòd præ manibus ha-
bemus, diximus ſ. in princ. huius libri: & adiecimus de inten-
tione, & de cauſa finali, & cui parti philoſophiæ ſupponatur.
Modò autẽ dicamus de origine iuris, quod in ciuitate Roma-
na ante huius iuris compoſitionem frequentabatur, id eſt, de
primordiali cauſa, non omniũ rerum, hoc enim difficile eſſet
modò tradere, ſed iuris. Et quidem primordialis cauſa eius,
2 fuit ab inſtitutis duarum ciuitatum † Græcarum ᵃ, ſcilicet,
a Athenarum, & Lacedæmoniorum. quarũ prima iure ſcripto,
altera non ſcripto vtebatur: vt Inſtit. de iu. nat. §. & non inele-
ganter Placuit enim Romanis, qui ciuitatem iuris fundaue-
rant, vt eam legibus munirẽt. ſicque x. viros pro iure ſcripto,
& non ſcripto habendo miſerunt in Græciã: quod dic vt j. eo.
l. ij. §. poſtea ne diutius. & §. datúmque. & §. qui ipſi. Ex his xij.
Tab. orta eſt diſputatio prudentum, quæ ius ciuile nuncupa-
tur: vt j eo. l. ij. §. his legibus. & §. hæc diſputatio. Tertiò com-
3 poſitæ ſunt † actiones, & ex lege xij. Tabu. & ex diſputatione
prudentũ. quod dic vt not. j eo. l. ij. § deinde ex his legibus. &
§. omnium. Quartò compoſita ſunt Plebiſcita, occaſione cu-
iuſdam diſcordiæ: quod dic vt j. eod. l. ij. §. deinde cùm eſſet.
Quintò Senatuſconſulta. quod dic vt j. eo. l. § deinde quia dif
ficile. Sextò prætorum edicta: quod dic vt j. eo. l. ij §. eodẽ tem-
pore. & §. & vt ſcirent. Septimò & nouiſſimè vt omnia com-
plerentur, ventum eſt ad dominum, id eſt, ad principem, ſicq;
factæ ſunt conſtitutiones: quod dic vt j. eod. l. ij. §. nouiſſimè.
Hæc quidem eſt origo iuris. Conſequens eſt videre de ordine
4 magiſtratuum: & quidem in initio † ciuitatis Rex habuit om-
nem poteſtatem: vt j eo. l. ij. §. quòd ad magiſtratus: vt in Ro-
mulo qui dicitur occidiſſe fratrem ſuum Remum. ob hoc, &c.
vt j. de rer. diui. l. vlt. §. vlt. Poſt modũ regis poteſtas exoleuit
de ciuitate propter Tarquinium regem, quem ſuo cõſilio Iu-
nius Brutus eiecit: & ita conſtituti ſunt duo conſules: quod
dic vt j. eo. l. ij. §. exactis deinde. Tertiò conſtituti ſunt cenſo-
res: quod dic vt j. eo. l. ij. §. poſt deinde. Quartò propter cre-
bram bellorum anxietatẽ conſtituti ſunt dictatores: quod dic
vt ſ. eo. l. ij. §. populo deinde. Item electi ſunt à plebe tribuni:
quod dic vt j. eod. l. ij. §. iiſdem temporibus. Sed & creati ſunt
quæſtores: quod dic vt j. eo. l. ij. §. deinde cùm eſſet. Vltimo lo-
co voluerunt creari e leges, & rigẽ: & ideo latum eſt ad popu-
lum, vt magiſtratus ſe abdicarent: quod dic vt j. eod. l. ij. §. &
cùm placuiſſet. & §. initium. Poſt hoc proponitur de authorũ,
id eſt, doctorũ ſucceſſione vel ſubſtitutione: paruum eſt enim
ius in ciuitate eſſe, vel etiã nullo modo conſtare poteſt: niſi ſit
aliquis iuris doctor, per quẽ poſſit quotidie in melius produ-
ci: vt ff. eod. l. ij. §. poſt deinde de auctorũ. & eſt hoc pro nobis
notandũ circa monarchas, licet ipſi dicãt nos toti mundo poſ
ſumus ſufficere, non attendẽtes illud, quod dicitur, omnis ſta
tus noſter ſub perpetuo motu conſiſtit. vt in auth. de non alie.
re. eccl. §. alienationis. De ſucceſſione autem veterum docto-
rum non dico in ſumma: quia litera hoc explanat euidenter.

ANNOTATIO.

a Græcarum. Adde Bar. Ra. & doct. in j. conſtit. ff. Bal. l. ii. §. j. ff. de orig. iur. & in l. j. ff. de execu. tut. ad materiam autem totius tit. vide Bar. in l. fi. C. de legib. & in l. non ambigere. ff de legib. Bald. in tract. ſchiſmat. pen. col. doct. in §. ſed quod princip. Inſti. de iure nat. gent. & ciuil.

De legibus, & ſenatuſconſultis, & longa conſuetudine. *Rubrica.*

1 *Senatus quando cenſeatur aliquid conſtituere, quod legis vim obtineat.*
2 *Senatus authoritas.*
3 *Conſuetudo longa quæ dicatur.*
4 *Conſuetudo quot actibus inducta. & num. 5.*
6 *Conſuetudo ex quibus cognoſcatur eſſe inducta.*

VISA iuris & legum origine, non ſine cauſa ſup-
ponit de ipſis legibus, & iis, quæ vicem legũ ob-
tinent, id eſt, ſenatuſconſultis, & longa conſue-
tudine; & licet aliàs vbiq; tractetur de legibus,
ſcilicet qualiter decidant negotia: hic tamen ſpecialiter ponit
rubricam de legibus, & ſenatuſcon. Et quia pauciora de ſena-
tuſconſultis, quàm de legibus dicuntur, de eis primò videa-
mus, ſcilicet, quæ pars iuris dicatur ſenatuſconſultũ, & quan-
ta ſit eius poteſtas: quod dic vt Inſtit. de iure nat. §. ſenatuſcon
1 ſultum. † Conſtituit quidem ſenatus volens in communi ge-
neralem condere legẽ: non ita ſi conſtituat ſe empturum agrũ,
vel quòd interſint celebrationi alicuius miſſæ ſingulis menſi-
bus Hæc enim legem non inducunt. Et appellatione ſenatuſ-
conſulti non comprehenduntur. Item de ſenatu dixi, & non
2 de ſenatoribus. † Senatus enim, id eſt, cœtus ille honeſtiſſi-
mus ſenatorum, qui centum erant numero: vt innuitur C.
de pet. hæred. l. vlt. in prin. ita poteſt (vt dictum eſt) cõſtituere:
vt j. eo. l. non ambigitur. Qui & principi cõparatur: quod dic
vt j. de flu. & ne quid in flu. pub. l. ij. & j. à qui. ap. non lic. l. j. §.
ſciendum. Cæterùm ſenator aliquis iſtis non gaudet priuile-
giis, gaudet tamen aliis: vt dicemus j. de ſenat. Illud quæret ali
quis, an hodie prædicta poſſit facere ſenatus: videtur ꝙ non:
arg. eius quod eſt C. de legib. & ſenatuſcon. l. vl. ibi, Si enim in
præſenti, &c. Sed illud expone, vt ibi diximus. Sequitur de
longa conſuetudine, & quæ ſit longa conſuetudo videamus.
Licet enim ſic ita in Codice, ſignata rubrica, ſcilicet, quæ ſit
longa cõſuetudo, tamen leges ſub ea, & ſub iſto titulo obſcu-
3 rè quæſtionem proſequuntur. Et † quidem longa cõſuetudo
dici poteſt illa. quę x. vel xx. annis inducitur: multò magis lon
giſſimo tempore, id eſt, xxx. vel longæuo, id eſt xl. Et poteſt
hoc apertè probari per legẽ: cùm enim dicatur, longam con-
ſuetudinem vicem legis obtinere: vt C. quæ ſit lon. conſuet. l. j.
ea autem præſcriptio cenſetur eſſe longa, quæ eſt etiam x an-
norum: vt Inſtit. de vſucap. §. & cum hoc placitum cõſequens
eſt, hic cùm res tantùm inter præſentes agatur, frequenter lon
gam conſuetudinem etiam x. annorum intelligi. Quidam ta-
men dicunt eam dici longam, cuius non extat memoria: vt j.
eo. l. conſuetudinis. & de aqua plu. arcen. l. ij. §. Caſſius. quod
4 non placuit. † Illud quæret aliquis, nunquid ſufficiat ſemel
intra xv. vel xx. annos, ita eſſe iudicatum? Reſpondeo nõ: quia
duabus vicibus ad minus conſuetudo dici poteſt: vt C. de epiſ.
5 audien. l. iij. in fi. Item oppones, † ergo duobus exẽplis iudica-
tur, quod eſſe non debet: vt C. de ſen. & interloc. om. iud. l. ne-
mo. Reſpondeo, quod dictũ eſt ſaltem duas vices per longum
tempus inducere conſuetudinem, exaudiendum eſt, ſi popu-
lo, vel præſidi placuerit ita iudicari in futurum, id eſt, vt ſic
6 deexterο ſemper fieret, & ſic fiet conſuetudo, aliter non. † Ex
quibus dignoſcitur eſſe inducta? Et quidem ex tribus præ-
cipuè. Primum eſt, quia ſic eſt obtentum ſine contradictione.
Secundum, quia libelli querimoniarum de re tali non re-
ſpuebantur. Tertium ſi contradiceretur, non eſſe conſuetudi-
nem: reprobata autem contradictione, iudicatum eſt eſſe con-

ſuet

ſuetudinem; quanta ſit autem conſuetudinis authoritas, dic vt notaui C. quæ ſit long. conſuet. l. penult. Nouiſsimò de legibus videamus, ſcilicet, quid ſit lex, à quo debeat cōdi, qualiter, quando, quis interpretetur leges, qualiter quis debeat obſeruare. & quæ ſit pœna non obſeruantium, dic plenè vt aliàs diximus.

De ſtatu hominum. *Rubrica.*

1 *Naſciturum haberi pro iam nato, quatenus verum ſit.*
2 *Ingenuitas quibus modis inducatur.*
3 *Libertinum non differre à liberto.*

DE legibus & ſenatuſconſulto ſuper cæteris legibus, tractantibus qualiter, & à quibus ſint tradendæ dictum eſt: ſequitur iam videre de legibus tractantibus ſuper ius, quæ quotidie vertuntur in controuerſiam. Et quia omne ius, quo vtimur vel ad perſonas pertinet, vel ad res, vel ad actiones, & digniores ſunt perſonę, quarum gratia omnia ſunt iura ſtatuta, de perſonis, id eſt, de ſtatu perſonarum, vel hominum prius videamus: vt inſtitu. de iure natu. §. vlti. ſcilicet quis. & quàm varius ſit ſtatus hominum. Et quidē diſtinguitur, quia alius eſt ſtatus primæuus, & dicitur libertas: alius ſecundus, & dicitur ſeruitus: alius tertius, & dicitur libertinitas, & ideo ſit diuiſio: quod dic vt infrà eo. l. iij. Nam videndum eſt, quid ſit ſeruitus, & quot modis contingat: quod dic vt notaui infrà eod. l. libertas. §. ſeruitus. & l. & ſeruorum. §. ſerui. & §. iure ciuili. & §. iuregentium. Et hoc de ſeruitute priuati, aliter in ſeruitute pœnæ: quod dic vt j. de pœnis. l. aut damnum. §. eſt pœna. & §. inter eos autem. & §. in miniſterium. Seruorum autem vna eſt conditio, quod dic vt j. eod. l. & ſeruorum. in princ. Nunc videamus de libertate, ſcilicet, quid ipſa ſit: quod dic, vt j. eodem. l. libertas. Qualiter diuidatur, quod dic vt j. l. & ſeruorum. Liberorum autem quis ſit ingenuus: quod dic vt Inſti. de ingenuis. in prin. Nec illud inſpicio verum ex perſona matris libertas cōpetat naſcituro, an etiam ex voluntate hominis: quod dic vt C. de
1 fideicom. liber. l. cùm inter. † quòd enim dicitur. l. qui in ventro. j. eod. naſciturum haberi pro iam nato. Vnde videtur, quod dici debeat libertus, ſicut ſi iam eſſet natus: non eſt hoc verum in tali caſu: quia non tractaretur de naſcituri commodo, ſed
2 potius incommodo. † Sic per natiuitatem inducitur ingenuitas. Amplius etiam inducitur propter ſententiam: quod dic vt j. eod. l. ingenuum. Et probatur hoc idem apertè per legem diui. ff. de liber. cau. Facit etiam lex illam differentiam, vtrum iudicetur, ſeruum illius non videri, an ipſum eſſe ingenuum: ad nihil aliud poteſt iſta diſtinctio aptari, niſi quòd prima ſententia ſoli victo, ſecunda omnibus præiudicat: hæc ita, niſi ſit colluſum, vt per totum titulum de colluſ. deteg. Item inducitur ingenuitas per indulgentiam, ſiue per reſtitutionem natalium: quod dic vt j. de natal. reſtit. l. quæris. Eſt & ſemiplena ingenuitas. quod dic vt j. de bon. liber. l. etiamſi ius. Sed & per legem quandoque plena inducitur: vt C. pro quibus cauſis ſerui pro præ. lib. accip. Superiori tamen titulo non videtur bonum exemplum: quia liberti videntur, vt ille, qui necem domini detegit: vt j eo. ti. l. j. & ff. qui ſine manumiſ. ad liber. per. l. qui ob necem. vel dicas eſſe ſecus hic, vbi accipit pretium: vt j. eod. l. ij. & C. de lat. liber. toll. l. j. §. illud. & vt diſtinguimus, C. ſi manci. ita venæ. vt ma. Sequitur videre de libertinitate, ſci-
3 licet † quis ſit libertinus, vel libertus: quòd dic vt j. eod. l. libertini ſunt. Nec diſtinguemus inter libertum, & libertinum, vt grammatici dicentes libertum eum, qui eſt manumiſſus: libertinum verò eum, qui eſt filius eius. Quot modis contingat libertas quæritur? quod dic vt Inſtitut. de liber. §. multis autem. & §. ſerui. verò. Item quæ ſit diuiſio libertorum, & quæ hodie poſsint. quod dic vt Inſtit. de liberti. §. libertinorū. & in auth. vt liberti de cætero. §. j. & §. quapropter. Fit & alia diuiſio hominum, quia alij ſunt legitimi: quod dic vt j. eod. l. cùm legitimæ. Alij non, quod dic vt j. eod. l. Paulus reſpondit. & l. ſeptimo menſe. & l. non ſunt. & l. vulgo. Fit & alia diuiſio ſtatus hominum, quia alij ſunt maſculi, alij ſunt fœminæ, alij hermaphroditi. Et quidem in multis differunt maſculi à fœminis: quod dic vt not. j. eod. tit. l. in multis. In hermaphrodito diſtingue: vt infrà eod. l. quæritur.

De ſenatoribus. *Rubrica.*

1 *Magiſtratuum diſtinctio per gradus.*
2 *Relegati & ab ordine moti an, & quatenus ad honores aſpirare poſsint.*
3 *Senatorum priuilegia quæ ſint.*
4 *Senatorum priuilegia ad quos tranſeant.*

DE STATV perſonarum, & diuiſione rerum eſt dictum: ſequitur, vt de actionibus tertio loco diſpiciamus. Sed quia circa actiones dandas impetrabantur certæ agendi formulæ tempore antiquo apud collegium pontificum: vt ſuprà de origin. iuris. l. ij. §. deinde ex his legibus. & §. omnium tamen. & circa res, & circa perſonas magiſtratuum erat maximum officium: ideo de officio ſingulorum magiſtratuum tractaturus præmittit de ſenatoribus, tanquam maioribus, qui pars corporis principis eſſe dicuntur: vt C. ad leg. Iuli. maieſt. l. prin. circa princip.
1 † Videndum eſt ante omnia, quæ ſit magiſtratuū diſtinctio, & gradus maiores, vel minores. Et quidem alij ſunt maiores, alij minores, alij medij: vt in auth. de appel. & intra quæ tēp. col. iiij. §. illud etiā. perinde eſt, ac ſi dicam, magiſtratuum alij ſunt clariſsimi, i. minores: puta rectores prouinciarum. Alij ſpectabiles, vt Præfectus Auguſtalis, & Proconſul. vt in auth. de non alie. colla. ij. §. vlt. & C. de raptu virg. l. vnic. Alij ſunt illuſtres, vt Præfectus vrbis, Præfectus prætorio: vt in auth. de appella. colla. iiij. §. Illo videlicet. Alij ſunt ſuperilluſtres: vt in auth. vt ab illuſtri. & qui ſuper eam dig. colla. v. conſti. xvj. puta Patritiatus dignitas, quæ ſumma dicitur. Item conſulatus, quæ ſicut & alia, ſolis codicillis ſicut excellentiores liberant filium à patria poteſtate; vt in auth. conſtitutio, quæ de dignitatibus. j. reſpon. & §. nunc autem clementius. Item qui poſſunt eſſe ſenatores. quod dic vt C. de digni. l. neq; famoſis. Item in titulo
2 de ſeis poſtu. l. j. † Quid de relegatis, vel ordine motis, diſtingue in eis omnibus: quòd aut de damnatione, perpetuam ſubit infamiam: aut temporalem. Si perpetuam, ad nullum aſpirat honorem: vt ff. de re mili. l. qui cum. §. ad tempus. Si temporalem, interim quia eſt infamis, non aſpirat, ſed trāſacto tempore, ad nouum non aſpirat, niſi tanto, &c. vt ff. ad municip. l. ordine. Si verò veterem velit recuperare, ſi quidem non vacat, non recuperat: & hæc omnia in relegato, & ab ordine moto. Si verò vacat, relegatus noua electione admittitur. ab ordine motus ipſo iure: vt ff. de decur. l. ij. Sunt & alij, qui impediuntur, quod dic vt ff. de iud. l. cùm prætor. §. non autem. & §. moribus. & j. de offic. prætor. l. Barbarius. & C. negotiatores ne
3 militent. l. j. lib. xij. † Quæ ſunt eorum priuilegia? Et quidem multa. quòd dic & l. ſenatorum. & l. nemo præfectus. C. de dignit. lib. xij. & C. de quæſtionibus. l. diuo. Item in prohibitione nuptiarum: quòd dic vt ff. de ritu nuptiarum. l. lege Iulia. Item in conuentione pecuniaria, quòd dic: vt C. vbi ſena. & clariſ. l. vlt. Item in criminali: vt C. vbi ſenato. vel clariſ. l. quoties. primo reſpon. & §. ſedendi quoque. & §. adeò autem. Ad
4 quos † tranſeat: & quidem ad filios: quod dic vt infrà eod. l. ſenatoris filium. vſque in fi. & l. emācipatum. vſq; in fi. l. Item & adnepotes, & pronepotes, qui ex maſculino ſexu deſcendunt, & non ad alios, nec vltra: vt C. de quæſt. l. diuo. & ff. de ritu nupt. l. lege. primo reſpon. licet contra videatur j. eod. l. liberos rei. Item ad vxores tranſeunt, quòd dic vt notauimus j. eo. l. fœminæ. Hæc pleniſsimè de ſenatoribus dicta ſufficiant. Extra notandum, quòd ſenatus, id eſt, cœtus ille honeſtiſsimus ſenatorum, qui erant centum numero: vt not. C. de pet. hęred. l. vlt. in prin. multò maius habebat priuilegium, quàm aliquis ſenator: vtpote cum principi comparetur: vt ff. de flumi. l. ij. & à quibus appellare non licet. l. j. §. j.

De officio conſulis. *Rubrica.*

1 *Conſul quis dicatur.*
2 *Conſulis poteſtas qualis olim fuerit, & qualis ſit hodie.*

PRÆMISSIS generalibus omnium magiſtratuum rubricis, ſpecialiter de eis traditurus doctrinam, præponit de officio conſulis. Videndum ergo, quot modis dicatur officium: quod dic vt diximus in ſumma C. de nego. geſt. l. item. Hic autem 1 pro imperio ponitur. Item quis † ſit conſul: & quidem conſul eſt, is qui ob hoc principaliter electus eſt, vt plurimum cum poteſtate reipublicæ conſulat: vt ſuprà de origine iuris. 2 l. ſecunda. §. exactis. ij. † Quod eſt eorum imperium, vel poteſtas? quod dic vt ſuprà de origine iuris. l. ij. §. exactis deinde regibus, conſules. Quæ hodie non in gladij poteſtate, vel contentioſa iuriſditione, videntur conſiſtere, ſed potius voluntaria: de qua in hoc titulo tractatur ſolummodo, & non in alio. Hoc etiam innuit authent. de conſul. §. ſequens verò. & authent. conſtit. quæ de dignitatibus. §. nunc autem. ibi, & ſolis cōſularibus, & cætera. Sed videtur contra infrà de arbitris. l. iij. §. vltimo. ſed expone vt ibidem dixi Ioan. Boſ. Item & conſiſtit in voluntate, id eſt, in celebratione trium ludorum, in quibus vnà cum vxore, & matre, poterit adeſſe. & cum nulla alia muliere. Item & in miſsilium iactatione, quod olim omnino prohibebatur: vt C. de conſulibus. l. ordinem. Hodie verò permittitur: quòd tantùm in ſolo argento reſtringitur: ſoli enim principi licet aurum contemnere, &c. quòd dic vt in authent. de conſul. §. quantumcunque. & §. poſt. & §. ſin autem etiam. & §. ſi verò neceſſariò. & §. ſpargere. Quis ſit effectus: quòd dic vt in authent. conſtit. quæ de dign. primo reſponſo. & C. de decurio. l. vltima. De illo non eſt dubium, quin ſit ſuperilluſtris: vt cùm comparetur ſummæ dignitati patritiatus, & ſolo honore aliquem poteſtate liberet. Reliqua autem, ſcilicet, de iis, qui poſſunt eſſe, vel non poſſunt eſſe ſenatores, & de conſulibus dicta intelligantur.

De officio procuratoris Cæſaris. *Rub.*

1 *Procuratoris Cæſaris officium circa quæ conſiſtat.*

PRÆMISSO tractatu omnium magiſtratuum, qui ad vniuerſorum creantur vtilitatem, vltimo loco poſtpoſito principis commodo, de officio procuratoris Cæſaris inſignitur rubrica. Hoc autem fit ideo: quia (vt ipſe dicit) ſingulorum commoda propria ſibi reputas: vt C. de caduc. tollen. l. vnic. §. vltimo. Videndum ergo eſt, 1 † quod ſit eius officium: & quidem officium eius conſiſtit in adminiſtrando, vt procuratoris cuiuſlibet priuati: licet in aliquo differat: quod dic, vt notaui infrà eodem l. j. §. ſi rem & §. vltimo. & l. ij. Sed & conſiſtit eius officium in iudicando: quòd dic vt C. ſi aduerſ. fiſ. l. ij. § quòd ſi aduerſus. non autem conſiſtit in pœnarum impoſitionibus: quod dic vt infrà eod. l. vlti. vel mulctarum: & eſt hoc commune non ſolùm in procuratore Cæſaris, qui rationalis nuncupatur: ſed etiam in procuratore fiſci, qui logiſta nuncupatur. l. iij. C. de mo. mul. Et cognoſcis inter procuratorem Cæſaris, & priuatum: quod dic vt C. ſi aduerſus fiſ. l. j. & de modo mul. l. ij. & iij. Et ex his videtur, quòd hic procurator non ſit de clariſsimis: vt præſides prouinciarum, qui clariſsimi ſunt, & mulctas imponunt: vt C. de modo mul. l. vlt. Si quæras quis ergo dicetur magiſtratus, cū nullus inferior ſit, quàm clariſsimus: vt diximus ſ. de ſenat. Reſpondeo, non dicā ipſum vocari magiſtratum infra, ſicut hic dicitur procurator Cæſaris. Non enim quicunque habet iuriſditionem, poteſt dici magiſtratus, vel doctor artium quarumlibet: vel dic eum illuſtrem dignitate, & ſine mero imperio: vt dixi in ſumma C. de officio comitis rerum priuatarum.

De officio iudicis Alexandriæ. *Rub.*

SICVT ad procuratorem Cæſaris rerum tantùm pertinet adminiſtratio: ita & ad iudicem, ſcilicet Alexandriæ, iuria tantùm, & non rerum ſpectat ſolicitudo: expediuntur enim apud eum actus legitimi: quod dic vt infrà eod. l. j. C. eod. tit. in fi. l. j.

De officio eius cui mandata eſt iuriſditio. *Rubrica.*

1 *Delegari quæ poſsint.*
2 *Tutoris datio an poſsit delegari.*

DE officio eorum, qui ordinariam habent poteſtatem plenè ſuprà dictum eſt, nunc autem ſequitur videre de eo, qui alieno beneficio iuriſditionem habet, qui dicitur delegatus. 1 † Videamus ergo quæ poſsint delegari, & quidem omnia quæ ſemiplenam cognitionem deſiderant. Item quæ plenā, ſi tamen iure actiones expediantur, non officio iudicis: quod dic plenè vt diximus infrà de regu. iur. l. omnia quæcunque. Et hoc ſi cognoſcat delegatus vt delegatus, non vt ordinarius [a]: tunc enim ſicut ordinarius per omnia cenſetus: vt C. de offic. eius qui vicem alterius gerit. l. ij. Item quæ non poſsint mandari: quod 2 dic vt not. ff. eod. l. j. primo reſpon. Quid † ergo in datione tutoris? & quidem cùm cauſa cognita dentur, & officio iudicis: vt Inſtit. de ſatiſd. tut. §. item ex inquiſitione iudicis. hæc quæſtio videtur ſuprà deciſa: ſed tamen quoddam ſpeciale eſt in ea, & legato proconſulis: quod dic vt ff. de ſuſpect. tut. l. j. §. datus. & infrà eo. l. cognitio. hodie videtur poſſe demandari, quia cuilibet magiſtratui competit: vt inſtit. de Attiliano tut. §. nos. Item quis demandare poſſet: quod dic vt notauimus ſuprà de iuriſdic. omn. iud. l. moræ. Item quid iure delegationis alicui competat: & quidem ex varietate facti diſtinguitur effectus: quod dic vt not. infrà de iuriſd. omn. iud. l. ſolet. & C. ſi à non compet. iud. l. j. Multa autem ſunt in vtroque communia: quod dic vt infrà eo. l. j. §. vlt. l. & mandata. primo reſpon. & ſecundo. & l. & ſi prætor.

ANNOTATIO.

a Ordinarius. Ad huius concluſionis materiam vide Bar. & dom. Alex. de Imo. in l. moræ. in v. col. ff. de iuriſdi. omn. iud. Lud. Rom. & An. in l. j. §. ſi quis ſimpliciter. de verb. oblig. canoniſtas in c. quoniam Abbas. de offic. deleg. & per totum titu.

Quòd quiſque iuris in alium ſtatuerit, ſtatúve fecerit, ipſe eodem iure vtatur. *Rub.*

1 *Edictum. quod quiſque iuris, &c. quando locū habeat, & nu. 3.*
2 *Magiſtratus quando cenſeatur ſtatuiſſe in aliquem ius aliquod nouum, vt ob id teneatur ex edicto, quod quiſque iuris in alterum, &c.*
4 *Edicti quod quiſque iuris, &c. beneficiū, & quibus detur. nu. 5.*
6 *Res inter alios iudicatas alijs regulariter non prodeſſe.*
7 *Beneficium edicti, quod quiſque iuris, &c. contra quos cōpetat.*

SICVT ſuprà dictum eſt iuriſditio eſt poteſtas iuris, & æquitatis ſtatuendæ: quàm quis de publico habet, ab eo, qui poteſtatem habet: & non ſolùm æqua, ſed etiam plerunque iniqua præcepta conſtitutionéſque per iuris miniſtros, id eſt, iudices emanant: ideóque ponitur in hoc edicto quid iuris ſit ſi quis iniquum 1 ius ſtatuerit, ſtatuíve fecerit. Videamus ergo, quando † locum habeat hoc edictum: & quidem locum habet cùm magiſtratus quis, ius nouum ſtatuit dolo malo: vt infrà eod. l. j. §. qui magiſtratum. Et verbum magiſtratus nō ſolùm eos, qui ſunt in ſummis ordinibus magiſtratuū, putà vt ſunt illuſtres, ſpectabiles, clariſsimi, ſed etiam infimos: puta, magiſtratus municipales, comprehendit: quia & hi in ſuo municipio ius dicere poſſunt: vt C. de emancipatione liberorum. l. j. Nouum autem ius dicimus id ius, quod non eſt legi inſertum, ſed eſt iuri ſcripto contrarium. Nec eſt conſuetudinis authoritate firmatum: tunc enim ius inueteratum dici poſſes: ſicut & conſuetudo inueterata dicitur: vt ſuprà de legibus & ſenatuſ2 con. l. de quibus. §. inueterata. Item † ſtatui, intelligimus ſiue conſtituat volens eſſe ius commune de cætero: & obſeruari

ſuetudinem, quanta ſit autem conſuetudinis authoritas, dic vt notant C. quæ ſit long. conſuet. l. penult. Nouiſſimè de legibus videamus, ſcilicet, quid ſit lex, à quo debeat cõdi, qualiter, quando, quis interpretetur leges, qualiter quis debeat obſeruare. & quæ ſit pœna non obſeruantium, dic plenè vt aliàs diximus.

De ſtatu hominum. *Rubrica.*

1 *Naſciturum haberi pro iam nato, quatenus verum ſit.*
2 *Ingenuitas quibus modis inducatur.*
3 *Libertinum non differre à liberto.*

DE legibus & ſenatuſconſulto ſuper cæteris legibus, tractantibus qualiter, & à quibus ſint tradendæ dictum eſt: ſequitur iam videre de legibus tractantibus ſuper ius, quæ quotidie vertuntur in controuerſiam. Et quia omne ius, quo vtimur, vel ad perſonas pertinet, vel ad res, vel ad actiones, & digniores ſunt perſonę, quarum gratia omnia ſunt iura ſtatuta, de perſonis, id eſt, de ſtatu perſonarum, vel hominum prius videamus: vt inſtitu. de iure natu. §. vlti. ſcilicet quis, & quàm varius ſit ſtatus hominum. Et quidẽ diſtinguitur, quia alius eſt ſtatus primæuus, & dicitur libertas: alius ſecundus, & dicitur ſeruitus: alius tertius, & dicitur libertinitas, & ideo ſit diuiſio: quod dic vt infrà eo. l. iij. Nam videndum eſt, quid ſit ſeruitus, & quot modis contingat: quod dic vt notant infrà eod. l. libertas. §. ſeruitus. & l. & ſeruorum. §. ſerui. & §. iure ciuili. & §. iure gentium. Et hoc de ſeruitute priuati, aliter in ſeruitute pœnæ: quod dic vt ĩ. de pœnis. l. aut damnum. §. eſt pœna. & §. inter eos autem. & §. in miniſterium. Seruorum autem vna eſt conditio, quod dic vt ĩ. eod. l. & ſeruorum. in princ. Nunc videamus de libertate, ſcilicet, quid ipſa ſit: quod dic, vt ĩ. eodem. l. libertas. Qualiter diuidatur, quod dic vt ĩ. l. & ſeruorum. Liberorum autem quis ſit ingenuus: quod dic vt Inſti. de ingenuis. in prin. Nec illud inſpicio vtrum ex perſona matris libertas cõpetat naſcituro, an etiam ex voluntate hominis: quod dic vt C. de
1 fideicom. liber. l. cùm inter. † quòd enim dicitur. l. qui in vtero, ĩ. eod. naſciturum haberi pro iam nato. Vnde videtur, quod dici debeat libertus, ſicut ſi iam eſſet natus: non eſt hoc verum in tali caſu: quia non tractaretur de naſcituri commodo, ſed
2 potius incommodo. † Sic per natiuitatem inducitur ingenuitas. Amplius etiam inducitur propter ſententiam: quod dic vt ĩ. eod. l. ingenuum. Et probatur hoc idem apertè per legem diui. ff. de liber. cau. Facit etiam lex illam differentiam, vtrum iudicetur, ſeruum illius non videri, an ipſum eſſe ingenuum: ad nihil aliud poteſt iſta diſtinctio aptari, niſi quòd prima ſententia ſoli victo, ſecunda omnibus præiudicat: hæc ita, niſi ſit colluſum, vt per totum titulum de colluſ. deteg. Item inducitur ingenuitas per indulgentiam, ſiue per reſtitutionem natalium: quod dic vt ĩ. de natal. reſti. l. quæris. Eſt & ſemiplena ingenuitas. quod dic vt ĩ. de bon. liber. l. etiamſi ius. Sed & per legem quandoque plena inducitur: vt C. pro quibus cauſis ſerui pro præ. lib. accip. Superiori tamen titulo non videtur bonum exemplum: quia liberti videntur, vt ille, qui necem domini detegit: vt ĩ. eo. ti. l. j. & ff. qui ſine manumiſ. ad liber. per. l. qui ob necem. vel dicas eſſe ſecus hic, vbi accipit pretium: vt ĩ. eod. l. ij. & C. de lat. liber. toll. l. j. §. illud. & vt diſtinguimus, C. ſi manci. ita væ. vt ma. Sequitur videre de libertinitate, ſci-
3 licet † quis ſit libertinus, vel libertus: quòd dic vt ĩ. eod. l. libertini ſunt. Nec diſtinguemus inter libertum, & libertinum, vt grammatici dicentes libertum eum, qui eſt manumiſſus: libertinum verò eum, qui eſt filius eius. Quot modis contingat libertas quæritur? quod dic vt Inſtitut. de liber. §. multis autem. & §. ſerui verò. Item quæ ſit diuiſio libertorum, & quæ hodie poſſint. quod dic vt Inſtit. de liberti. §. libertinorũ. & in auth. vt liberti de cætero. §. j. & §. quapropter. Fit & alia diuiſio hominum, quia alij ſunt legitimi: quod dic vt ĩ. eod. l. cùm legitimæ. Alij non, quod dic vt ĩ. eod. l. Paulus reſpondit. & l. ſeptimo menſe. & l. non ſunt. & l. vulgo. Fit & alia diuiſio ſtatus hominum, quia alij ſunt maſculi, alij ſunt fœminæ, alij hermaphroditi. Et quidem in multis differunt maſculi à fœminis: quod dic vt not. ĩ. eod. tit. l. in multis. In hermaphrodito diſtingue: vt infrà eod. l. quæritur.

De ſenatoribus. *Rubrica.*

1 *Magiſtratuum diſtinctio per gradus.*
2 *Relegati & ab ordine moti an, & quatenus ad honores aſpirare poſſint.*
3 *Senatorum priuilegia quæ ſint.*
4 *Senatorum priuilegia ad quos tranſeant.*

DE STATV perſonarum, & diuiſione rerum eſt dictum: ſequitur, vt de actionibus tertio loco diſpiciamus. Sed quia circa actiones dandas impetrabantur certæ agendi formulæ tempore antiquo apud collegium pontificum: vt ſuprà de origin. iuris. l. ij. §. deinde ex his legibus. & §. omnium tamen. & circa res, & circa perſonas magiſtratuum erat maximum officium: ideo de officio ſingulorum magiſtratuum tractaturus præmittit de ſenatoribus, tanquam maioribus, qui pars corporis principis eſſe dicuntur: vt C. ad leg. Iuli. maieſt. l. prin. circa princip.
1 † Videndum eſt ante omnia, quæ ſit magiſtratuũ diſtinctio, & gradus maiores, vel minores. Et quidem alij ſunt maiores, alij minores, alij medij: vt in auth. de appel. & intra quæ tẽp. col. iiij. §. illud etiã. perinde eſt, ac ſi dicam, magiſtratuum alij ſunt clariſſimi, i. minores: puta, rectores prouinciarum. Alij ſpectabiles, vt Præfectus Auguſtalis, & Proconſul. vt in auth. de non alie. colla. ij. §. vlt. & C. de raptu virg. l. vnic. Alij ſunt illuſtres, vt Præfectus vrbis, Præfectus prætorio: vt in auth. de appella. colla. iiij. §. illo videlicet. Alij ſunt ſuperilluſtres: vt in auth. vt ab illuſtri. & qui ſuper eam dig. colla. v. conſti. xvj. puta Patritiatus dignitas, quæ ſumma dicitur. Item conſulatus, quæ ſicut & alia, ſolis codicillis ſicut excellentiores liberant filium à patria poteſtate; vt in auth. conſtitutio, quæ de dignitatibus. j. reſpon. & §. nunc autem clemẽtius. Item qui poſſunt eſſe ſenatores. quod dic vt C. de digni. l. neq; famoſis. Item in titulo
2 de eis poſtu. l. j. † Quid de relegatis, vel ordine motis, diſtingue in eis omnibus: quòd aut de damnatione, perpetuam ſubit infamiam: aut temporalem. Si perpetuam, ad nullum aſpirat honorem: vt ff. de re mili. l. qui cum. §. ad tempus. Si temporalem, interim quia eſt infamis, non aſpirat, ſed trãſacto tempore, ad nouum non aſpirat, niſi tanto, &c. vt ff. ad municip. l. ordine. Si verò veterem velit recuperare, ſi quidem non vacat, non recuperat: & hæc omnia in relegato, & ab ordine moto. Si verò vacat, relegatus noua electione admittitur ab ordine motus ipſo iure: vt ff. de decur. l. ij. Sunt & alij, qui impediuntur, quod dic vt ff. de iud. l. cùm prætor. §. non autem. & §. moribus. & ĩ. de offic. prætor. l. Barbarius. & C. negotiatores ne
3 militent. l. j. lib. xij. † Quæ ſunt eorum priuilegia? Et quidem multa. quòd dic & l. ſenatorum. & l. nemo præfectus. C. de dignit. lib. xij. & C. de quæſtionibus. l. diuo. Item in prohibitione nuptiarum: quòd dic vt ff. de ritu nuptiarum. l. lege Iulia. Item in conuentione pecuniaria, quòd dic: vt C. vbi ſena. & clariſ. l. vlt. Item in criminali: vt C. vbi ſenato. vel clariſ. l. quoties. primo reſpon. & §. ſedendi quoque. & §. adeò autem. Ad
4 quos † tranſeat: & quidem ad filios: quod dic vt infrà eod. l. ſenatoris filium. vſque in fi. & l. emãcipatum. vſq; in fi. l. Item & adnepotes, & pronepotes, qui ex maſculino ſexu deſcendunt, & non ad alios, nec vltra: vt C. de quæſt. l. diuo. & ff. de ritu nupt. l. lege. primo reſpon. licet contra videatur ĩ. eod. l. liberos rei. Item ad vxores tranſeunt, quòd dic vt notauimus ĩ. eo. l. fœminæ. Hæc pleniſſimè de ſenatoribus dicta ſufficiant. Extra notandum, quòd ſenatus, id eſt, cœtus ille honeſtiſſimus ſenatorum, qui erant centum numero: vt not. C. de pet. hered. l. vlt. in prin. multò maius habebat priuilegium, quàm aliquis ſenator: vtpote cum principi comparetur: vt ff. de flumi. l. ij. & à quibus appellare non licet. l. j. §. j.

De officio conſulis. *Rubrica.*

1 *Conſul quis dicatur.*
2 *Conſulis poteſtas qualis olim fuerit, & qualis ſit hodie.*

in fideiuſſorem quod dic vt j. eod. l. vlt. l. iij. & resp. Poteſt tamen dici, vt non ſolùm ex edicto prætoris conueniatur hic fideiuſſor, ſed ex ſua ſtipulatione condictione certi.

Sunt alij, qui iurant. quod dic vt in authen. de litig. §. ſi verò dixerit. alij verò, qui nude cauent: vt C. de epiſc. & cler. l. omnes. §. in hac autẽ. & C. de dig. quoties. & de proxi. ſacro. ſcri. l. in ſacris, & de his duabus cautionibus nihil in nigro huius tituli ponitur, ſed aliquid de vna tangitur vt j. eod. l. vlti. Nunc de ſatiſdatione iudicatum ſolui, qui debeãt ſatiſdare iudicatũ
a ſolui. quod dic vt Inſtit. de ſatiſdatio. in prin. & §. hoc ita. & §. ſed hoc hodie. & §. ſi autem per. & §. ſi vero aliquis. & §. ſi verò reus. & j. eod. l. ſciendum. vſque in finem legis. Nunc de ſatiſdatione ratam rem dominum habiturum. quod dic vt C. de procuratoribus. l. j.

ANNOTATIO.

a Iudicatum ſolui. De iſta ſatiſdatione vide Bal. in l. diffamari. prope fi. in verſi. ſed pone quod creditor. C. de inge. manu. Paul. de caſt. in l. iubemus. circa prin. ff. qui ſatiſda. cog. Bart. & do. Lu. in l. conuenerit. ff. de in. em. iudi. do. in rub. ff. iud. ſol. & in l. de die. §. qui ſeruus. ff. qui ſatiſd. cog. vbi de iſta materia copioſe tractatur.

Si ex noxali cauſa agatur, quemadmodum caueatur. *Rubrica.*

1 *Dominus cedens quando non liberatur.*
2 *Caueat pro ſeruo dominus.*

DE SATISDATIONIBVS generaliter dictom eſt ſuprà, nũc autẽ videamus in ſpecie, ſcilicet, qualiter debeat caueri ſi ex noxali cauſa vel actione agatur. Et vt quæ de cautione dicturi ſumus euidentius intelligantur, breuiter dicamus, quæ ſint noxales actiones, vnde dicantur, & qualiter contra dominos proponantur: quod dic
1 vt Inſti. de noxa. act. j. reſpon. & §. nox. & §. ſunt autem † . quandoque tamen non poteſt ſe liberare dominus cedere volens, quod contingit quandoque propter dolum eius. quod dic vt j. eod. l. ij. §. ſi vero falſo. quandoque propter officij neceſſitatem. quod dic vt ff. de furtis. l. ſi ſeruus cõmunis. §. quod verò
2 ad mandati. Pro ſeruo † autem debebit cauere dominus, quòd ipſum in eadem cauſa ſiſtat. quod dic vt j. eo. l. j. vſque in fi. & l. ij primo reſponſo. & l. penult. & antepen. & vlti. Quid ergo ſi abſens ſit ſeruus? Alterum duorum debet facere dominus. quod dic vt j. eod. l. ij. §. ſi abſens ſit. & ad alterum compelletur, captis forte pignoribus: vt Inſtitu. de ſatiſda. §. quibus. Si verò è contrario contingat, dic vt infra eodem, l. ij. § vltimo. Sed & puniuntur ij, qui ius habent in re. quod dic vt infra eodem. l. uj.

De eo per quem factum erit, quominus quis in iudicio ſiſtat. *Rubrica.*

1 *Edicti de eo, per quem fa. locus, & quando.*
2 *Actio ex edicto, de eo per quem factus detur, in quem, ad quid, & qualis ſit.*

QVONIAM fideiuſſores & reos principales ſæpe impediri contingit aliorum dolis, ne veniant ad cauſam: ideo generalem ponit rubricam de eo per quem factum eſt, quominus quis in iudicio ſi-
1 ſtat. Videndum ergo quando locum habeat hoc edictum: & quidem tunc eùm dolo malo alterius quis impeditur: quod impedimentum multis modis machinatur. quod dic vt j. eod. l. j. §. feciſſe. & §. dolum. Circa impedientem tamen diſtinguitur, an fuerit ille idem, qui ſtipulatus eſt, vt tũc locum habeat: an alius, & tunc ſubdiuide, an ſit ille alius priuatus, an magiſtratus. In primo caſu locum habet, in ſecundo non. quod dic, vt j. eodem. l. j. §. ſi reus. & infra titul. j. l. ij. §. vltim. & l. iij. & j.
2 eod. l. vltim. §. ſi ſtipulator. † Cui datur hæc actio ex hoc edicto? & quidem tam reo, quàm actori. quod dic vt j eo. l. vlti. §. ſi ſtipulator. In quem datur? Dic vt j. eo. l. vlti. primo reſpon. & § planè. & l. j. §. ſeruus. & l. j. Ad quid datur? & quidem ad intereſſe. quod dic, vt infra eodem, l. vlti. primo reſponſo. & l. j. § ſi plures. An autem pœnæ petitio, hanc actionem impediat quæritur? Dic vt j. eod. l. vlti. Qualis eſt? & quidem prætoria eſt: vt j. eo. l. j. primo reſpon. & annalis eſt quia ex delicto datur, licet rei perſequutionem contineat: alioqum ſi nõ ex delicto eſſet ſecus: vt infra de actio. & obliga. l. in honorariis. Hæredibus datur, ſed non in hæredem: niſi inquantum ad eos peruenit: vt j eod. l. j. vlt. Ex his, quæ dicta ſunt perpendere licet in tribus differre hoc edictum à ſuperiore, ne quis eum, &c. quod dic vt dixi in rubrica huius titu. Poteſt & addi quartum: quia iſtud edictum locum habet poſt ſatiſdationes, & in ius vocationes: illud verò poſt vocationes tantùm, non etiam ſatiſdationes & probari poteſt & perpendi ex tractatuum ordine in iſta poſitione.

Si quis cautionibus iudicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperauerit. *Rubrica.*

1 *Cautionibus iudicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperare quis dicatur, & qualiter puniatur, nu. 3.*
2 *Pœnam quis mereatur ex eo, quod non paruit cautionibus iudicio ſiſtendi cauſa factis.*

QVID iuris ſit, vbi quis non venit ad iudiciũ impeditus per alterius factum, pleniſsime cõprehẽſum eſt ſuprà. tit. ne quis eũ. & tit. de eo per quem factũ erit: nunc autem ſequitur videre generaliter, quid ſtatui debeat, ſi quis propter quãcunq; cauſam impeditus cautionibus ſiſtẽdi in iudicio cauſa factis, nõ obtẽperaue-
1 rit. † Videamus ergo quis dicatur nõ obtemperare, & quidem is, qui ſciens non paret vocationi, & conuentioni factæ ſemel etiam pro ſiſtendo: licet in contumacia ſecus ſit, quod dic vt ff. de reg. iur. l. qui non facit. §. at qui facit. & de condit. & demonſt. l. ij. & de re iudi. l. contumacia. §. j. Non paret, qui non ita citò vt debet, vel non in totum paret. quod dic vt j. eod. l. & ſi poſt. & l. ſi ſeruus. l. ſi plurium. & l. ſi quis quempiam. &
2 l. qui autem. j. reſponſo. † Quis debeat puniri ſi non pareat? & quidem quilibet omnino, cui iſta ſuperueniens non opitulatur exceptio ex æquitate, quam plurimum ſpectamos in iudiciis: vt C. de iudic. l. placuit. Hoc autem per quaſdam compendioſas diuiſiones dicitur poſſe tradi, & in hunc modum diſtinguitur, cùm quis non obtemperat: aut ideo non paret, quia alio modo eſt actor tem proſequutus. hoc eſt, ex alia cauſa, vel ex eadem, ſed ab alia perſona, & tunc non committitur. quod dic vt dixi j eod. l. ij. primo reſpõſo. & l. ſi duo. § item. vſq; in fin. Aut propter alia. & tunc ſubdiuide: quia aut ideo quòd actor, vel reus talis erat conditionis vt agere, vel reſpondere non poſsit: & tunc non committitur ſtipulatio. quòd dic vt not. j. codem. l. primo reſponſo. & l. quoties ſeruus. & l. ſi quis ſeruum. & ſupra qui ſati da. cog. l. ij §. ſi quis. ſciens ſi agi non poſſet: quia actio ſibi non competit. quod dic vt infra eodem, l. ſi eum. primo reſponſo. Aut quia actio eſt extincta, mortua principali perſona. quod dic vt infra eodem, l. ſi eum. in princip. & § qui iniuriarum. vſque in fi. legis. Extincta quidem vel quantum ad omnes vt dictum eſt vel quantum ad perſonam promittentis. quod dic vt infra eodem l. vlti. Idem ſi ſit extinguenda: puta, quòd per errorem eſt facta. qood dic vt infra eod. l. ſed & ſi quis § penul. & vlti. vel non ſtetit, publica vtilitate Romanæ ciuitatis, vel alicuius municipiis impeditus vel etiam priuati hominis, dummodo id fuerit ex neceſsitate. quod dic vt j. eod. l. is, qui fideiuſſorem. & l. ij. §. ſi quis municipalis & § ſimili modo vel officio quod homo homini debet. quod dic vt j eod. l. ſed & ſi. §. prætereà. Sed & ſi non ſtitit propter caſum fortuitum idem eſt: quod dic vt eo. l. ij. §. ſi quis iudicio ſe. & §. quod diximus. vſq; ad illud ſimili modo. Idẽq; eſt etſi propter condẽnationem ante exhibitionis factam non ſtiterit: ſecus in accuſatione: niſi quis

PRÆMISSIS generalibus omnium magiſtratuum rubricis, ſpecialiter de eis traditurus doctrinam, præponit de officio conſulis. Videndum ergo, quot modis dicatur officium: quod dic vt diximus in ſumma C. de nego. geſt. l. item. Hic autem
1 pro imperio ponitur. Item quis † ſit conſul: & quidem conſul eſt, is qui ob hoc principaliter electus eſt, vt plurimum cum poteſtate reipublicæ conſulat: vt ſuprà de origine iuris.
2 l. ſecunda. §. exactis. ij. † Quod eſt eorum imperium, vel poteſtas? quod dic vt ſuprà de origine iuris. l. ij. §. exactis deinde regibus, conſules. Quæ hodie non in gladij poteſtate, vel contentioſa iuriſdictione, videntur conſiſtere, ſed potius voluntaria: de qua in hoc titulo tractatur ſolummodo, & non in alio. Huc etiam innuit authent. de conſul. §. ſequens verò. & authent. conſtit. quæ de dignitatibus. §. nunc autem. ibi, & ſolis cōſularibus, & cætera. Sed videtur contra infrà de arbitris. l. ij. §. vltimo, ſed expone vt ibidem dixi Ioan. Boſ. Item & conſiſtit in voluntate, id eſt, in celebratione trium ludorum, in quibus vnà cum vxore, & matre, poterit adeſſe, & cum nulla alia muliere. Item & in miſſilium iactatione. quod olim omnino prohibebatur: vt C. de conſulibus. l. ordinem. Hic verò permittitur: quòd tantùm in ſolo argento reſtringitur: ſoli enim principi licet aurum contemnere, &c. quòd dic vt in authent. de conſul. §. quantumcunque. & §. poſt. & §. ſinautem etiam. & §. ſi verò neceſſariò. & §. ſpargere. Quis ſit effectus: quòd dic vt in authent. conſtit. quæ de dign. primo reſponſo. & C. de decurio. l. vltima. De illo non eſt dubium, quin ſit ſuper illuſtris: vt cùm comparetur ſummæ dignitati patritiatus, & ſolo honore aliquem poteſtate liberet. Reliqua autem, ſcilicet, de iis, qui poſſunt eſſe, vel non poſſunt eſſe ſenatores, & de conſulibus dicta intelligantur.

De officio procuratoris Cæſaris. *Rub.*

1 *Procuratoris Cæſaris officium circa quæ conſiſtat.*

PRÆMISSO tractatu omnium magiſtratuum, qui ad vniuerſorum creantur vtilitatem, vltimo loco poſtpoſito principis commodo, de officio procuratoris Cæſaris inſignitur rubrica. Hoc autem ideo: quia (vt ipſe dicit) ſingulorum commoda propria ſibi reputat: vt C. de caduc. tollen. l. vnic. §. vltimo. Vi-
1 dendum ergo eſt, † quod ſit eius officium: & quidem officium eius conſiſtit in adminiſtrando, vt procuratoris cuiuslibet priuati: licet in aliquo differat: quod dic, vt notaui infrà eodem l. j. §. item. & §. vltimo. & l. ij. Sed & conſiſtit eius officium in mouendo: quòd dic vt C. ſi aduerſ. fiſ. l. ij. § quòd ſi aduerſus. non autem conſiſtit in pœnarum impoſitionibus: quod dic vt infrà eod. l. vlt. vel mulctarum: & eſt hoc commune non ſolùm in procuratore Cæſaris, qui rationalis nuncupatur: ſed etiam in procuratore fiſci, qui logiſta nuncupatur. l. iij. C. de mo. mul. Et cognoſcit inter procuratorem Cæſaris, & priuatum: quod dic vt C. ſi aduerſus fiſ. l. j. & de modo mul. l. ij. & iij. Et ex his videtur, quòd hic procurator non ſit de clariſſimis: vt præſides prouinciarum, qui clariſſimi ſunt, & mulctas imponunt: vt C. de modo mul. l. vlt. Si quæris quis ergo dicetur magiſtratus cū nullus inferior ſit, quàm clariſſimus: vt diximus ī de ſenat. Reſpondeo, non dicā ipſum vocari magiſtratum infra. ſicut hic dicitur procurator Cæſaris. Non enim quicunque habet iuriſdictionem, poteſt dici magiſtratus, vel doctor artium quarumlibet: vel dic eum illuſtrem dignitate, & ſine mero imperio: vt dixi in ſumma C. de officio comitis rerum priuatarum.

De officio iudicis Alexandriæ. *Rub.*

SICVT ad procuratorem Cæſaris rerum tantùm pertinet adminiſtratio: ita & ad iudicem, ſcilicet Alexandriæ, iuris tantùm, & non rerum ſpectat ſolicitudo: expediuntur enim apud eum actus legitimi: quod dic vt infrà eod. l. j. C. eod. tit. in fi. l. j.

De officio eius cui mandata eſt iuriſditio. *Rubrica.*

1 *Delegari quæ poſſint.*
2 *Tutoris datio an poſſit delegari.*

DE officio eorum, qui ordinariam habent poteſtatem plenè ſuprà dictum eſt, nunc autem ſequitur videre de eo, qui alieno beneficio iuriſditio-
1 nem habet, qui dicitur delegatus. † Videamus ergo quæ poſſint delegari, & quidem omnia quæ ſemiplenam cognitionem deſiderant. Item quæ plenā ſi tamen iure actiones expediantur, non officio iudicis: quod dic plenè vt diximus infrà de regu. iur. l. omnia quæcunque. Et hoc ſi cogno-
2 ſcat delegatus vt delegatus, non vt ordinarius a: tunc enim ſicut ordinarius per omnia cenſetur: vt C. de offic. eius qui vicem alterius gerit. l. ij. Item quæ non poſſint mandari: quod
2 dic vt not. ff. eod. l. j. primo reſpon. Quid † ergo in datione tutoris? & quidem cùm cauſa cognita dentur, & officio iudicis: vt Inſtit. de ſatiſd. tut. §. item ex inquiſitione iudicis. hæc quæſtio videtur ſuprà deciſa: ſed tamen quoddam ſpeciale eſt in ea, & legato proconſulis: quod dic vt ff. de ſuſpect. tut. l. j. §. damus. & infrà eo. l. cognitio. hodie videtur poſſe demandari, quia cuilibet magiſtratui competit: vt Inſtit. de Attiliano tut. §. nos. Item quis demandare poſſet: quod dic vt notauimus ſuprà de iuriſdic. omn. iud. l. moræ. Item quid iure delegationis alicui competat: & quidem ex varietate facti diſtinguitur effectus: quod dic vt not. infrà de iuriſd. omn. iud. l. ſolet. & C. ſi à non compet. iud. l. j. Multa autem ſunt in vtroque communis: quod dic vt infrà eo. l. j. §. vlt. l. & mandata. primo reſpon. & ſecundo. & l. & ſi prætor.

ANNOTATIO.

a Ordinarius. Ad huius concluſionis materiam vide Bar. & dom. Alex. de Imo. in l. moræ. in v. col. ff. de iuriſdi. omn. iud. Lud. Rom. & Alex. in l. j. 4. li q: is ſtipulatio ter. de verb. oblig. canoniſtas in c. quoniam Abbas. de offic. deleg. & per totum titu.

Quòd quiſque iuris in alium ſtatuerit, ſtatúve fecerit, ipſe eodem iure vtatur. *Rub.*

1 *Edictum, quod quiſque iuris, &c. quando locū habeat, & nu. 3.*
2 *Magiſtratus quando cenſeatur ſtatuiſſe in aliquem ius aliquod nouum, vt ob id teneatur ex edicto, quod quiſque iuris in alterum, &c.*
4 *Edicti quod quiſque iuris, &c. beneficiū, & quibus detur. nu. 5.*
6 *Res inter alios iudicatas aliis regulariter non prodeſſe.*
7 *Beneficium edicti, quod quiſque iuris, &c. contra quos cōpetat.*

SICVT ſuprà dictum eſt iuriſditio eſt poteſtas iuris, & æquitatis ſtatuendæ: quàm quis de publico habet, ab eo, qui poteſtatem habet: & non ſolùm æqua, ſed etiam plerunque iniqua præcepta conſtitutionéſque per iuris miniſtros, id eſt, iudices emanant: ideóque ponitur in hoc edicto quid iuris ſit ſi quis iniquum
1 ius ſtatuerit, ſtatuíve fecerit. Videamus ergo, quando † locum habeat hoc edictum: & quidem locum habet cùm magiſtratus quis, ius nouum ſtatuit dolo malo: vt infrà eod. l. j. §. qui magiſtratum. Et verbum magiſtratus nō ſolùm eos, qui ſunt in ſummis ordinibus magiſtratuū, putà vt ſunt illuſtres, ſpectabiles, clariſſimi, ſed etiam infimos: puta, magiſtratus municipales, comprehendit: quia & hi in ſuo municipio ius dicere poſſunt: vt C. de emancipatione liberorum. l. j. Nouum autem ius dicimus id ius, quod non eſt legi inſertum, ſed eſt iuri ſcripto contrarium. Nec eſt conſuetudinis authoritate firmatum: tunc enim ius inueteratum dici poſſet: ſicut & conſuetudo inueterata dicitur: vt ſuprà de legibus & ſenatuſ-
2 con. l. de quibus. §. inueterata. Item † ſtatus, intelligimus ſiue conſtituat volens eſſe ius commune decætero: & obſeruari in om

in fideiuſſorem? quod dic vt j.eo.l.ij.§.vlt.l.iij.[illegible] & [illegible] reſp. Poteſt tamen dici, vt non ſolùm ex edicto prætoris conueniatur hic fideiuſſor, ſed ex ſua ſtipulatione condictione certi.

Sunt ali[illegible], qui iurant. quod dic vt in authen.de litig.§ ſi verò dixerit. alij verò, qui nude cauent. vt C.de epiſc.& cler.l.omnes.§ in hac autē.&C.de dig.l.quoties.& de proxi.ſacro.ſcri.l.in ſacris, & de his duabus cautionibus nihil in nigro huius tituli ponitur, ſed aliquid de vna tangitur: vt j.eod.l.viii. Nunc de ſatiſdatione iudicatum ſolui, qui debeāt ſatiſdare iudicatú

a ſolui. quod dic vt Inſtit.de ſatiſdatio.in prin.& §.hoc ita. & §.ſed hoc hodie.& §.ſi autem per.& §.ſi verò aliquis.& §.ſi verò reus.& j.eod.l.ſciendum.vſque in finem legis. Nunc de ſatiſdatione ratam rem dominum habiturum. quod dic vt C.de procuratoribus.l.j.

ANNOTATIO.

a Iudicatum ſolui. De iſta ſatiſdatione vide Bal.in l.diffamari.prope fi. in verſ.ſed pone quod cre[illegible]tor.C.de inge.manu. Paul.de caſt.in l.iubemus circa prin.ff.[illegible] ſatiſda.cog. Bar.& doct.in l.conue.etc.ff.de iu.om.iudi.do in rub.ff.iud[illegible]l.[illegible] de die.§.qui ſeruus.ff.qui ſatiſd.cog. vbi de iſta materia copioſe tractatur.

Si ex noxali cauſa agatur, quemadmodum caueatur. *Rubrica.*

1 *Dominus cedens quando non liberatur.*
2 *Caueat pro ſeruo dominus.*

DE SATISDATIONIBVS generaliter dictum eſt ſuprà, nūc autē videamus in ſpecie, ſcilicet, qualiter debeat caueri, ſi ex noxali cauſa vel actione agatur. Et vt quæ de cautione dicturi ſumus euidentius intelligantur, breuiter dicamus, quæ ſint noxales actiones, vnde dicantur, & qualiter contra dominos proponantur: quod dic

1 vt Inſti.de noxa.act.j.reſpon.& §.nox.& §.ſunt autem†. quandoque tamen non poteſt ſe liberare dominus cedere volens, quod contingit quandoque propter dolum eius. quod dic vt j.eod.l.ij.§.ſi verò falſo. quandoque propter officij neceſſitatem. quod dic vt ff.de furtis.l.ſi ſeruus cōmunis.§.quod verò

2 ad mandati. Pro ſeruo †autem debebit cauere dominus, quòd ipſum in eadem cauſa ſiſtat. quod dic vt j.eo.l.j.vſque in fi.& l.ij primo reſponſo.& l.penult.& antepen.& vlt. Quid ergo ſi abſens ſit ſeruus? Alterum duorum debet facere dominus. quod dic vt j.eod.l.i[illegible].§ ſi abſens ſit. & ad alterum compelletur capeis forte pignoribus: vt Inſtitu.de ſatiſda.§.quibus. Si verò è contrario contingat, dic vt infra eodem.l.ij.§.vltimo. Sed & puniuntur ij, qui ius habent in te. quod dic vt infra eodem.l.iij.

De eo per quem factum erit, quominus quis in iudicio ſiſtat. *Rubrica.*

1 *Edicti de eo, per quem fa. locus, & quando.*
2 *Actio ex edicto, de eo per quem factus detur, in quem, ad quid, & qualis ſit.*

QVONIAM fideiuſſores & reos principales ſæpe impediri contingit altorum dolis, ne veniant ad cauſam: ideo generalem poni rubricam de eo per quem factum eſt, quominus quis in iudicio ſi-

1 ſtat. Videndum ergo quando locum habeat hoc edictum: & quidem tunc cùm dolo malo alterius quis impeditur: quod impedimentum multis modis machinatur. quod dic vt j.eod.l.[illegible]§.feciſſe.& §.dolum. Circa impedientem tamen diſtinguitur, an fuerit ille idem, qui ſtipulatus eſt, vt tūc locum habeat: an alius, & tunc ſubdiuide, an ſit ille alius priuatus, an magiſtratus. In primo caſo locum habet, in ſecundo non. quod dic, vt j.eodem.l.[illegible].ſi reus.& infra titul.j.l.ij.§.vltim.& l.iij.& j.

2 eod.l.vltim.§.ſi ſtipulator. †Cui datur hæc actio ex hoc edicto? & quidem tam reo, quàm actori. quod dic vt j eo.l.vlti.§.ſi ſtipulator. In quem datur? Dic vt j.eo.l.vlo.primo reſpon.& §.planè.& l.j.§.ſerui & [illegible]. Ad quid datur? & quidem ad intereſſe. quod dic, vt infra eodem, l.vlti.primo reſponſo.& l.j.§ ſi plures. An autem pœnæ petitio, hanc actionem impediat quæritur? Dic vt j.eod.l.vlti. Qualis eſt? & quidem prætoria eſt: vt j.eo.l.[illegible] primo reſpon.& annalis eſt quia ex delicto datur, licet r[illegible] perſequutionem contineat: alioquin ſi nō ex delicto eſſet ſecus: vt infra de actio.& obliga.l.in honorariis. Hæredibus datur, ſed non in hæredes: niſi inquantum ad eos peruenit: vt j eod.l[illegible].§.vlt. Ex his, quæ dicta ſunt perpendere licet in tribus differre hoc edi[illegible]tum à ſuperiore, ne quis eum, &c. quod dic vt dixi in rubrica huius titu. Poteſt & addi quartum: quia iſtud edi[illegible]um locum habet poſt ſatiſdationes, & in iis vocat ones: i[illegible]ud verò poſt vocationes tantùm, non etiam ſatiſdationes: & probari poteſt & perpendi ex tractatuum ordine in iſta poſitione.

Si quis cautionibus iudicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperauerit. *Rubrica.*

1 *Cautionibus iudicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperare quis dicatur, & qualiter puniatur, nu. 3.*
2 *Pœnam quis mereatur ex eo, quod non paruit cautionibus iudicio ſiſtendi cauſa factis.*

QVOD iuris ſit, vbi quis non venit ad iudiciū impeditus per alterius factum, pleniſsimè cōpræhēſum eſt ſuprà.tit.ne quis eū.& tit.de eo per quem factū erit: nunc autem ſequitur videre generaliter, quid ſtatui debeat, ſi quis propter quācunq; cautam impeditus cautionibus ſiſtēdi in iudicio cauſa factis, nō obtēperaue

1 rit. †Videamus ergo quis dicatur nō obtemperare, & quidem is, qui ſciens non paret vocationi, & conuentioni factæ ſemel etiam pro ſiſtendo: licet in contumacia ſecus ſit, quod dic vt ff.de reg.iur.l.qui non facit.§.at qui facit.& de condit.& demonſt.l.ij.& de re iudi.l.contumacia.§.j. Non paret, qui non ita citò vt debet, vel non in totum paret. quod dic vt j.eod.l.& ſi poſt.& l.ſi ſeruus.§.ſi plurium.& l.ſi quis quempiam. &

2 l.qui autem.j.reſponſo. †Quis debeat puniri ſi non pareat? & quidem quilibet omnino, cui iſta ſuperueniens non opitulatur exceptio ex æquitate, quam plurimum ſpectamus in iudiciis: vt C.de iudic.l.placuit. Hoc autem per quaſdam compendioſas diuiſiones dicitur poſſe tradi, & in hunc modum diſtinguitur, cùm quis non obtemperat: aut ideo non paret, quia alio modo eſt actor rem proſequutus, hoc eſt, ex alia cauſa, vel ex eadem, ſed ab alia perſona, & tunc non committitur. quod dic vt dixi j.eod.l.ij.primo reſpōſo.& l.ſi duo §.item. vſq; in fin. Aut propter alia. & tunc ſubdiuide: quia aut ideo quòd actor, vel reus talis erat conditionis vt agere, vel reſpondere non poſsit: & tunc non committitur ſtipulatio. quòd dic vt not.j.codem.l[illegible] primo reſponſo.& l.quoties ſeruus.& l.ſi quis ſeruum.& ſupra qui ſatiſda.cog.l.ij.§.ſi quis. licens ſi agi non poſſet: quia actio ſibi non competit. quod dic vt infra codem, l.ſi eum.primo reſponſo. Aut quia actio eſt extincta, mortua principali perſona. quod dic vt infra eodem, l.ſi eum. in princip.& § qui [illegible] vſque in fi.legis. Extincta quidem vel quantum ad omnes vt dictum eſt vel quantum ad perſonam promittentis. quod dic vt infra eodem l.[illegible]lti. Idem ſi ſit extinguenda: puta, quòd per errorem eſt facta. quod dic vt infra cod.l.ſed & ſi quis.§ penult.& vlti. vel non ſtetit, publica vtilitate Romanæ ciuitatis, vel alicuius municipii impeditus: vel etiam priuati hominis, dummodo id fuerit ex neceſſitate. quod dic vt j eod.[illegible] ſi is, qui fideiuſſorem.& l.[illegible].§.ſi quis municipalis & § ſimili modo vel officio quod homo homini debet. quod dic vt j.eod.l.ſed & ſi.§.præterea. Sed & ſi non ſtetit propter caſum fortuitum idem eſt: quod dic [illegible] eo.l.ij.§.ſi quis iudicio ſe.& §.quod diximus. vſq; ad illud [illegible] ſimili modo idē nq; eſt etſi propter condēnationem ante [illegible] exhibitionis factam non ſteterit: ſecus in accuſatione: niſi qu[illegible]

conieſtus in vincula fuerit.quod dic vt j.eodem,l.ſed &. pri-
5 mo reſponſo.& §.rei.& §.dixerit.& §.illud.& §.planè. † Item
qualiter quis puniri poſsit,qui non paret,cùm ei iuſta exceptio
non opituletur? Et quidem puniri poteſt per officium & pote
ſtatem vocantis ex edicto ſuprà dicto,ſi quis ius dicen.nõ ob-
tempe.& per illud.ſi quis in ius voc.non ierit. Item, vt poſsit
in poteſtatem iudicantis inuitus trahi:niſi in domo fuerit: vt
probaui in ſum.ſ.de in ius voc.Item per miſsionem in bona,
& per vẽditionem:vt duo proteſtantur edicta:vt infrà,de bo.
autho.iu.poſ.l.prætor.& in titul.quibus ex cauſis in poſſeſ.
ea.l.Fulcinius.§.Prætor.Item per denegationem iuriſditionis.
quod dic vt infrà,qui.ex.cau.ma.l.ſed & ſi.§.ſed & ſi cum de-
creto.Item per ipſam cautionem manu militari poteſt cogi vt
veniat:ſicut & aliàs quem præciſè diximus teneri ad factum:
vt infra,de oper.no,nunt.l.antepenul.§.ſiue. Inquantum? &
quidem ad intereſſe:quod dic vt j.eod.l.ſi actor.& l.ſi procu-
rator.& l.qui autem.§.illud.per actionem ex ſtipulatu: vt ſ.ſi
quis in ius voc.non ierit.l.vlti.

Quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, vel contra eam ageret. *Rubrica.*

1 *Vniuerſitas quid.*
2 *Vniuerſitas cuiuſmodi poſſit per alium ſua negotia explicare: & per quem nu.4.*
3 *Societates quæ permiſſa.*
6 *Syndici,vel actoris vniuerſitatis officium.*

DICTVM eſt ſuprà de negotiis cuiuſlibet ſingu
laris perſonæ,quæ exequitur procurator: ſequi-
tur videre de negotio cuiuſque vniuerſitatis,ſcili
cet,an per alium,& per quem expediatur. Vt autẽ
hæc apertius deſignẽtur:primò videamus,quid ſit vniuerſitas.
1 Et quidẽ † vniuerſitas eſt pluriũ corporũ collectio inter ſe di-
ſtantiũ,vno nomine ſpecialiter eis deputato. Collectio pluriũ
ideo dixi, vt notetur differre vniuerſitatem ab indiuiduis,vel
ſpeciebus,vt houe,& Socrate,ſecundum legiſtas,qui non plu-
ra corpora, ſed cuiuſlibet rei partes colligunt inter ſe diſtan-
tium: ideo apponitur, vt diſcernatur totum integrale, quod
non diſtantia,ſed coniuncta plura continet ab vniuerſitate:vt
eſt in armario,& carruca.Specialiter eis deputato:ideo poni-
tur,vt per hoc appareat hoc nomen homo(licet plura corpo-
ra ſignificet)non eſſe vniuerſitatem:quia nulli,vel nullus ſpe-
cialiter eſt deputatus. Et poſſunt hæc colligi j.de vſucap.l.re-
rum miſtura. Illud tamen notandum quòd licet dicat rubri-
ca,Quod cuiuſque vniuerſitatis: non tamen de qualibet vni-
uerſitate: puta , de grege, ſed rationabili tantùm tractatur,vt
2 de populo, collegio, ſocietate. † Quæ vniuerſitas poſsit per
a alium [a] ſua negotia explicare? Et quidem omnis omnino quę
eſt licita:vt populus,vel collegium quod eſt cauſa pietatis in-
ſtitutum:vt plures ſimul cohabitent. vel ſocietas,vt cùm non
cauſa religionis plures coeunt , nec vt ſimul inhabitent : vt in
publicorum vectigalium ſociis. Et ſuper his vniuerſitatibus
generalis traditur regula,vt omnia dicantur illicita, quæ non
probantur permiſſa legis authoritate. quod dic vt j.eo.l.j.pri-
mo reſpon & §.item collegia.& j.de colleg.illicit.l.j.§.ſed re-
ligionis.l.iij.§.in ſumma.& ſ.de ſac.ſanc.eccl.l.j.& l.qui ſub
3 prætextu. † Permiſſæ quoq; videntur omnes ſocietates pro-
feſsionum. Item negotiationum: vt probatur C. de iuriſdit.
omn.iud.l.vlt.Item ciuitatum, & vicorum: vt j de leg.l.ſi hæ-
res iuſſus §.vicis. Item omnium decurionum in ſingulis ciui-
tatibus cõſiſtentium:vt C.de nat.li.l.ſi quis naturalẽ.ibi,ſeu li-
ber.& l.quoniam deſideria. Et vt generalius loquar omnis
cõgregatio poteſt dici licita, quæ fit pro conſeruanda cuique
ſua iuſtitia.Cum enim iuris iuſtitiæ definitioni ſeu præce-
pto deſeruiatur:vt Inſti.de iuſt.& iur.j.reſpon. & §.iuris præ-
4 cepta.rectè iuſta,& licita appellabitur.† Per quem? Dic vt no.
j.eo.l.j.§.quibus autem.& l. nulli & l. planè.& l.illud notan-
5 dum & l item eorum j.reſpon. † Quod eſt actoris,vel ſyndici
officium? Dic vt j. eo.l. vlti. & l.item.§.actor. & §.non autem.
& §.actor itaque.& l. ſicut. primo reſponſ. Quid obſeruatur
deficiẽte actore,vel ſyndico? Dic,vt j.eo.l.j.§.quod ſi nemo. &
§.& quidẽ nõ eſſe.& §.ſi extraneus.& l. ciuitates. Amplius &
aufertur ei adminiſtratio:vt C.de procuratoribus.l.cum qui.

ANNOTATIO.

a Per alium. Ad iſtam quæſtionem.vid. Barto.in l ergo.§.creditoribus,
ff.de fideicom.liber.Bald in l illud.§ actor.quod cuiuſque vniuer.no.
& in l.ſi circa me.verſ. vnde dicunt [illegible] de teſta.ma. Alexan.& doct. in
d.l.creditoribus.alleg.ſupra egregium d[illegible] L[illegible] cam de Penna in l.
profe[illegible] cum pl.ſe.j.de mu.pat.[illegible] qui aba[illegible] de exordiis
totius huius tituli materiam.

De calumniatoribus. *Rubrica.*

1 *Edictum de calumniatoribus quando locum habeat.*
2 *Actio ex edicto de calumniatoribus cui detur,& in quem, & intra quantum tempus.*

DICTVM eſt ſuprà de negotiis.& in iudicio, &
extra iudicium,bona fide geſtis.ſed quia plerun-
que in iudiciis aguntur negotia per calumniam:
ideo ponitur edictum prætoris de calumniatori-
1 bus. † Videndum ergo eſt,vbi locum habeat hoc edictum. Et
quidem locum habet, vbi actor, vel accuſator accepit pecu-
niam,vt me calumnioſè vexet:vt pecunię appellatio ſit larga.
quod dic vt infra eodem,l.j.§.vltimo.& l.[illegible].& [illegible] primo reſ[illegible]õ
ſo.& tempus non reſtringatur:vt infra eodem, [illegible].qui autem.
& cauſa non diſtinguatur:vt j.eo.l.[illegible] hoc autem.primo reſpõ
ſo.nec rem tantùm intueamur:vt infrà eod.l.& generaliter.§.
ſi igitur accepit.primo reſponſo. & §.hoc edicto.Item locum
habet vbi accepiſti pecuniam,ne aliũ calumnioſè vexares:vt
2 infrà eodem,l.j.primo reſpon.† Cui detur,& in quem,ex hoc
edictò actio? Et quidem in primo caſu non is, qui dedit, agit
contra accipientem. quia turpiter dedit: ſed is,cui calumnia
erat mouenda.quod dic vt infrà eod. l & generaliter. §. vlti.
In ſecundo dic,vt infrà eod [illegible].ſi quis ab alio.primo reſponſ. &
§.ſi autem non mandato. & l.in hæredem.primo reſpon. & §.
ſed etiam. Ad quid? Dic vt j.eo.l.j.primo reſponſo.Intra quan
tum tempus? dic, vt infra eodem, l. annus. Hæc quantum ad
hoc edictum.Sunt & alij modi quibus punitur calumniator.
quod dic:vt j.eod.l.j.§.hoc autem.

De in integrum reſtitutionibus. *Rubrica.*

1 *Rata quæ,aut non habenda.*
2 *Læſionum cauſa.*
3 *Reſtitutionis cauſa.*
4 *Reſtituere quid.*

TRACTATVM eſt ſuprà de procuratoribus,
& negotiis geſtis, ſcilicet, de negotiis noſtris ab
alio geſtis,quæ tamen rata habere cogimur ſ. de
neg.geſtis.l.Põponius,nũc incipit tractare de his,
1 † quæ non ab aliis,ſed à nobiſipſis geruntur: & tamen rata
habere non cogimur: imò nobis in integrum reſtitutio da-
tur,& ſic ſupponit,de in integ.reſtitutionibus,non de in inte
grum reſtitutione: quia ex pluribus cauſis habet dari in inte-
2 grum reſtitutio:vt j.eo.l.j.puta,quia quis † deceptus eſt ſua fa
cilitate vt j.de minoribus per totum,vel dolo aduerſarij, vel
metu.j.de dolo malo. & j. quod metus cauſa, per totum, vel
propter abſentiam probabilem,pluréſve alias cauſas j. ea qui-
bus cauſ.maio.& ideo præmittit hic generalem titulum.poſt
iſtum ſubiicit ſpeciales:vt j.eo.l.j.Sic infra ſi cer.pet.l.j.ſic in-
fra,quod cum eo. Sic j.de interdictis. Ponit ergo ſuper iſto ti-
tulo regulas generales ſuper qualibet in integrum reſtitutio-
3 nis † ſpecie. Primam dic,vt j.eod.l.omnes.ibi, cauſa cognita.
Secunda eſt in l.ſi eo illud. Tertia in l.nemo videtur. Quar-
ta in l.

ta in l.nō ſolū .in princi. Quintò adſignat differentiam quandam in reſtitutione in integrum, quæ datur ratione ætatis, & eam, quæ datur ratione abſentis: vt j.eo.l.fi. Et ſupple diſtinctionem, quam ibi cōſueuimus notare, quæ alibi ſcripta eſt.
4 Si quæras, quid ſit † in integrum reſtituere? eſt in primum, & primæuum ſtatum omnia reducere. C. ſi aduerſus tranſa. per totū. & l.quod ſi minor.§. reſtitutio. j. de minoribus. & j. de vſuris.l. videamus ij.§. in Fabiano. & C. de ſenten.paſ.

ANNOTATIO.

Reſtitutionibus. Hunc titulum, ſuique ſummulam, vt in ſcriptis exemplaribus prætermiſſum, ita in omnibus excuſis alio tranſlatum, hic congruo ſuo loco, nempe poſt titulum de calumniatoribus, emendatius, quàm antea lucere ſecimus. Admonendus es (candidate iuris) permulſos pandectarum titulos ab Azone de induſtria omiſſos, vt qui de his fuſiſſimè in ſummam ad Codicem Iuſtinianum ediſſeruiſſet. P. Prateine. Auguſtobuconias.

Nautæ, caupones, ſtabularij, vt recepta reſtituant. *Rubrica.*

1 *Edictum, Nautæ, caupones, quando locum habeat.*
2 *Actiones quæ competant ex edicto, nautæ, caupones, &c. & quid veniat in eam actionem, & qualis ſit.*

DICTVM eſt ſuprà de iis, qui recipiunt lites ſuo arbitrio definiendas: ſequitur videre de iis, qui recipiunt res ſaluandas, quorum officium ſicut & ſuperiorum publicam reſpicit vtilitatem: & ideo etiā in rubrica edicti ſententia exprimitur, in hæc verba: Nautę, cau-
1 pones, &c. † Videamus ergo, quando habeat locum hoc edictum. Et quidem tunc, cùm nauta, vel caupo, vel ſtabularius, recipit res ſaluandas. Quis nautæ nomine cōtinetur? Dic vt j. eo.l.j.§. nautā.§. quanquam. & §. & ſunt. Item, quis continetur nomine cauponis & ſtabularij? Dic vt j. eodem.l.j.§. caupones. Nec diſtinguitur inter res principales receptas, & acceſſorias: quod dic vt infrà eodem,l.j.§. ait prætor, quod cuiuſque. & §. idem Pomponius. Item qualiter videtur recepiſſe? Dic vt j.eod.l.j.§ recepit. & l. ſicut. & l.ita. & l.idem. primo
2 reſponſo. † Quæ actiones dantur ex hoc edicto? Et quidem duæ. vna eſt actio in factum, quæ datur ex contractu receptionis rerum: & ex locatione, vel cōceſsione nauis, ſtabularij, ſeu cauponis. vnde videndum de ea, quid in illam veniat, & qualis ſit: quod dic vt ff. eodem.l. & ita.§. ait enim prætor. & §. ex hoc. & § ſed an. & §. ſed ſi gratis. & §. eodem. & §. ſi filiusfamil. & §. item ſi ſeruus. & §. hæc enim actio Eſt & alia actio, quæ eſt ex quaſi maleficio: vnde videndum quid in ea veniat, & qualis ſit: vt Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delicto.§. vltim. vt j. eod. l. licet.§. in factum. & §. poſſumus. & §. ſed ſi abſolutus. & l. vi. vſque in fin.

Si pars hæreditatis petatur. *Rubrica.*

1 *Hæreditatis partem petenti obſtinandum.*

DICTVM eſt ſuprà, quid iuris ſit, ſi tota petatur hæreditas: nunc autem ponit, quid iuris ſit, ſi pars
1 hæreditatis petatur. † vbi attendendum, an is, qui partem hæreditatis petit omnino ſit de ea certus: an non: ſi eſt certus, aut poſſeſſor ius habet: puta, quia eſt cohæres: aut non habet. quod dic vt j eodem,l.j.§. is qui totam. & §. quinimò. & §. proinde. & §. ſi ego ex parte. & §. item ſi eum me ex parte. Item & ſi non habet, aut confitetur ſe habere, aut non: quod dic vt j.eod.l. pen. & vlti. & ſ. titul.j.l. etiam.§. vlti. & l. ſed vtrum. & j.eod.l.j.§. vltim. & l. antiqui. & l. & ſi pauciores. & l. illud.

De poſſeſſoria hæreditatis petitione. *Rub.*

1 *Bonorum poſſeſſio dignior.*

DE directa hæreditatis petitione dictum eſt: ſequi-
1 tur de vtili. Et quia dignior † eſt ea, quæ datur directò ſuccedenti, quàm ea quæ competit ſuccedenti per obliquum: ideo de ea, quæ datur bonorum poſſeſſori prius, quàm de ea, quæ tribuitur Trebellianico ſucceſſori videndum, cui detur. quod dic vt j.eod.l.j. Hodie fortè non eſt neceſſe alicui dari bonorum poſſeſ. quod dic vt j. de cura. furio.l. vlti. dixìmus. & C. qui admit. ad bono. poſ. j. de bono. poſſeſsio. Et ideo hic non eſt opus dicere, quid veniat in hanc actionem. quod dic vt j. eod.l. vltim. Qualis eſt & quidem prætoria: vt j.eod. l.j. huius titul. colligitur. Perpetua eſt: vt ſ. de act. & oblig.l. in honorariis. j. reſponſ. & §. illo autem.

De fideicommiſſaria hæreditatis petitione. *Rubrica.*

CVI detur? Dic vt j.eo.l.j. In quem datur, & ad quid, & qualis eſt? Dic vt j.eod.l.j.ij. & iij.

ANNOTATIO.

Cui detur. Veriſimilior mihi videtur perpetuus exemplaris manu ſcripti ordo, vt quod ſequitur, ſi finis ſummulæ præcedentis, cum continuationis, præter ſolitum morem, non commeminit Azo noſter nec cui detur actio poſſe.bo. petitionis. quod de more tractat. P. Prat.

De publiciana in rem actione. *Rubrica.*

1 *Publiciana in rem actio quando locum habeat.*
2 *Publiciana actio cui detur, & contra quē, & quid in eā veniat.*
3 *Publiciana actio qualis.*

EXPOSITO tractatu ciuilis in rem actionis, proponit de prætoria in rem actione, quæ dicitur publiciana. Vidēdum eſt ergo, vbi locum habeat.
1 Et † quidem locum habet vbicunq; ex iuſta cauſa quis traditam ſibi nanciſcitur poſſeſsionem: quod dic vt j. eod.l. ſunt & aliæ.§. ait. & l. vlti. & l. item. & l. ſed & ſi res. j. reſponſ.§. ſi lis. ſi tamen de transferendo dominio agatur. quod dic vt j.eod.l. quæcunque j. reſpon. §. interdum. Traditionem autem veram, vel interpretatiuam, & bonam fidem interuenire oportet, & tempore emptionis, & tempore traditionis: quod dic vt j.eod.l.eum, qui.§ penult. & vlt. & l. traditionem. & l. ſiue. j. reſponſo. & §. j. Poſſet tamen diſtingui emptio à cæteris contractibus: vt infrà pro ſolu.l.iij. & pro empto.l. ij. primo reſponſ. Bonam fidem dico ementis, non vendentis: quod dic, vt infra eod.l.eum, qui.§. ſi ego non emero. & §. ſed enim ſi ſeruus meus emerit. & §. proinde. & j. de contrahend. emptio.l. in huiuſmodi. Item non vniuerſalis ſucceſſoris. quod dic vt j.eod.d.l. eum, qui. §. in hac actione. Bonæ fidei autem dupliciter dicitur: quod dic, vt j de verb.ſignifie.l. bonæ fidei. Hæc autem bona fides probanda eſt & ferè ſemper, quod dic vt infrà eod.l. quæcunque.§. vlti. & C. qui milit. non poſſunt. l. ſuper. & infra de probatio.l. verius. In caſibus tamen, & ſine poſſeſsione datur publiciana. quod dic vt dixi infra eodem.l. iij.§. ait. De pretio autem nihil exprimitur: vt infra eod. l. de pretio. Exquiritur tamen an poſsit, vel non poſsit res vſucapi. quod dic vt dixi j. eodem.l. ſiue autem. §. hæc actio. & l. eum ſponſus.§. in vectigalibus. & §. ſi res. Item exquiritur an ſit vſucaptum, vel non. Si enim eſt vſucaptum, non datur publiciana, vt ex verbis prætoris apparet. Idémq; & ſi non alia ratione quæſitum ſit dominium: vel eum poſſeſsione, vel ſine poſ-
2 ſeſsione: vt not. infra eod.l. iij.§. ait. † Cui datur? Ex prædictis patet, & dicetur j. eod. l. eum qui. §. hæc actio. Contra quem datur? Et quidem contra poſſeſſorem: vt Inſtit. de actio.§. aliæ autem. Excipitur tamen dominus: quod dic vt infra eodem,l. penult. & vlti. Sed & contra eum datur in caſibus: vt notaui j. eo.l. j. In aliis verò non diſtinguitur, niſi duo in eadem re, publicianam dicant ſe habere. Et tunc diſtinguitur vt dixi j. eod.

l.ſiue.§.ſi doobus.& infrà de actionib.empt.l.ſi ea res.§. vtra-
que. Quid in eam venit?dic vt j.eod.l.eum qui §.in publicia-
na.Qualiter iotentatur? dic vt notaui in ſecunda diuiſione
3 actionum.Inſti.de action.† Qualis eſt? & quidem prætoria:vt
ex præmiſsis apparet. Perpetua eſt,vt j.de act.& oblig.l.in ho
norariis. Dicitur autem publiciana à Publicio prætore:vt In-
ſti.de actio.§.aliæ autem.

Si ager vectigalis,vel emphyteuticarius petatur. *Rubrica.*

DE directa in rem actione ciuili, vel prætoria ſ. di
ctum eſt: ſequitur de vtili. Cui datur? & quidem
datur emphyteutæ. Item ſuperficiario, quod dic
vt infrà eodem.l.j.§.vltimo.& l.ij.& iij.ſ.titulo pri-
mo.l.ſuperficiario.& infrà de ſuperficieb.l.j.§.quod ait.

De vſufructu accreſcendo. *Rubrica.*

1 *Ius accreſcendi quando habeat locum in vſufructu.*

QVANDO locum habeat ius accreſcendi, &
1 quibus accreſcat vſusfructus, & † quidem tunc
quando duos vel plures contingit in vſufructu
eſſe coniunctos re,& verbis, vel re tantùm. quod
dic vt Inſtit.de lega.§.ſi eadem.& j.eod.l.ſi molieri cum libe-
ris.& l.ſi quis Attio. §.quòd ſi n.i.Et inter hos omnes ſine du
bio eſt ius accreſcendi. Et ita tamen vt is,qui re & verbis eſt cō
iunctus, præferatur ei, qui re tantùm coniungitur. quod dic
vt j.eod.l.j §.deinde.& §.idem ait,& ſi communi. Nec diſtin-
guitur,vtrum iam ſit admiſſus vſusfructus,an non:licet ſecus
ſit in proprietate:vt j.eod.l.j.§. interdum. Tamen ſi verè ſint
coniuncti verbis tantùm,poſſet dici ad exemplum proprieta-
rij eſſe ius accreſcendi:vt j.de lega.iij. l. re coniuncti. videtur
tamen contra:vt j.eo.l.pen.& l.j.ibi,cęterùm ſi ſeparatim,&c.
Et eſt ratio:quia tunc demum accreſcit quod inſolidom eſt
habiturus,& per concurſum diuiditur:vt j.eod.l.idem Nera-
tius.Illa fortè poſſet adhiberi diſtinctio:an in certa parte pro
diuiſo aſsignata cuique duobus conſtituatur vſusfructus: an
pro indiuiſo ,vt in primo caſu non ſit ius accreſcendi.In ſecun
do ſic.Et eſt ratio:quia in primo non ſunt re,vel verbis, vel re
& verbis coniuncti:ſicut eſt in conſimilibus:quod dic vt j.eo.
l.j.§.idem eſt & ſi duobus.& l.ideoque.& l.idem Neratius. j.
reſpon.& §.vnde Celſus.& l.idem & ſi apud.§.ſed ſi eius pro-
prietas. Accreſcit autem non tantùm habentibus ſeruitutem,
verùm habentibus plenam proprietatem.quod dic vt j.eod. l.
idem Neratius.§.vlti.Idem & in iis,qui amiſerunt vſum fru-
ctum.quod dic vt j.eo.l.interdum.Item in quantum? Dic vt di
ctum eſt j.eod.l.ſi tibi proprietas fundi.

Quando dies vſus fructus legati cedat. *Rub.*

1 *Diem purum aditione cedere.*

QVOT modis dicitur cedere dies legatorum: dic
1 vt dixi C.de caduc.tol. † Item quando dies vſuſ-
fructus legati cedit?Et quidem diſtinguitur ſic, ſit
purè relictus,an non:ſi purè,cedit ab adita hære-
ditate legantis, & eius cui legatur: ante verò nec actio ce-
dit,nec vſusfructus,quia ipſo iure nulla eſt petitio, ſicut & ſi
ex die ſit legatus: aliàs verò eſt petitio;ſed eliditur per exce
ptionem. vbi verò in annos ſingulos, vel ſimilia tempora
relinquitur pluries, cedit dies: quod dic vt j. eodem, per
totum tit. Si autem non ſit legatus, ſed inter viuos conſtitu-
tus, ſemel tantùm ſine diſtinctione cedit dies:vt j.de donatio.
cauſ.mor.l. ſenatus.§.vlti. De ceſsione autem cæterorum lega
torum hic non dico:quia ſpecialis habetur rubrica j. quando
dies legati cedat.

Quibus modis vſusfructus, vel vſus amittatur. *Rubrica.*

1 *Vſusfructus quibus modis amittatur.*
2 *Seruitutem vſusfructus non amitti alienatione rei.*
3 *Vſus fructus an,& quando extinguatur mutatione rei.*

QVALITER vſusfructus ſubſtantiam capiat,&
conſtituat dictum eſt ſ.de vſuſruct.ſequitur videre
qualiter amittatur,quod cùm ſeſeriinus,etiam de
vſu certificati erimus:quia ſimilis eſt vſuiſructui:
1 vt Inſtitut.de vſu & hab.in princip.titul. Sciendum eſt,quòd
vſusfructus multis modis amittitur: & in primis capitis
diminutione,non tamen qualibet. eius enim tria ſunt ge-
nera.l.ſin.ff.de capi.diminut.Idémque & in actione pro vſu-
fructu competenti,quod dic vt not. j. eod. l.j.in prin. & l. ſi
vſusfructus ciuitati.& Inſtit.de acqui.per arrog.j.reſp. Item
morte.quod dic,vt j.l.ſicut. § vltim.illius ſcilicet,qui ſuo iure
habet cōmoditatem vtendi. quod dic vt j eod.l.ſi legatum.&
l.antepen.& j.de vſufru.l.ſi quis vſusfructus.vt C.de vſufru.l.
vltim.Quæri poteſt,an finiatur quaſi morte, veluti ſi quis in-
grediatur monaſterium? arg.eſt C.de epiſc.& cleri.l. Deo no-
bis.§.ſponſa.puto tamen contra: quia licet pro mortuo habea
tur,non tamen hoc eſt verum, niſi quãtum ad ſeculares actus:
ſed nec capite minutus dici poteſt: quia videtur hodie potius
auctus propter religionem:ſicq; potius arrogato aſsimilatur:
2 vt in auth.de ſan.epiſ.§.ſed & hoc præſenti.† Alienatione au-
tem rei non amittitur ſeruitus: quod dic vt j.eod. l.repeti.§.ſi
quis vſumfructum.& l.ſi ſeruo. & l.iij.& C.de vſufru. l. inter
3 antiquam.& j.de ſerui.ruſti.præd.l.via.§.ſi fundus.licet † ex-
tinguatur rei mutatione,quæ fit multis modis:vt depoſitione
vel appoſitione ædificij.quod dic vt j.eo.l.repeti.§ pen.& vlt.
& l. ſed & interdictum. & l.niſi. & l.fundi. & l.ſed & eo.& l.
quid tamen.j.reſp.& §.non tantum. Item formæ appoſitione,
vel depoſitione. quod dic vt diximus ſ. de vſufru. l. qui vſuſ-
fructus.§.idem erit.& ſi.& j.eo.l.quid tamen. §.ſi maſſe.vſuſ-
fructus.Item diſſolutione: vt j. eod.l. quid tamen. §.in nauis
quoq; vſufructu.Item inundatione. Diſtinguitur tamē: quod
dic vt j.eod.l.ſi ager.& l.ſi tamen vſufr. Item cōfuſione. quod
dic vt diximus j.eod.l ſi ſeruus in quo vſusfructus. & l ſi tibi
fundi.& de vſufru.l.dominus fructuario. Item artificij muta-
tione.quod dic vt j. eod.l. ſi cui balnei. Item non vtendo per
x.vel xx.ann.vt Inſti.eo.tit.§. finitur autem. & C.de præſcri.
x.vel xx.an.l.vlt.in ſi.Hoc autem attēde,quòd quidam viden-
tur vti,licet nō vtãtur.q dic vt j.e.l.Pōponius.& ſ de vſufru.
& l.nō vtitur.& l.quia. Omnes autē hæ amiſsiones pro parte,
& inſolidum fieri poſſunt prçter vnam,quod dic vt j eo.l ex-
cepta.Idéq; & in manumiſsione eſt,quod in morte:quia & ea
finiri poteſt:non tamen fit pro parte.quod dic vt j.eod.l.inter-
dum.& C.commu.de manu.l.j.§.ſi verò gratias agendo.& j.
de lib.cau.l.duobus. Item qualitercunque amittitur vſusfru-
ctus,poteſt amiſſus repeti in perſonam eiuſdem. Hæc autem
repetitio quandoq; expreſsim,quandoque tacitè fit:pleno iu-
re tamen fit ſemper.quod dic vt j. eodem. l.ſicut.j.reſpon. & §.
vnde.& §.hic autem.& l.ij.§.ſi non mors. Hoc ita, ſi totus ſit
repetitus.alioquin pro ea parte,quam aſſumpſiſti habet ius ac
creſcendi in portione quam poſtea amittit ſocius.quod dic vt
j.eod.l.ſicut §.idem.

De vſufructu earum rerum, quæ vſu conſumuntur,vel minuuntur. *Rubrica.*

1 *Vſu ſolo quæ res conſumantur.*
2 *Vſumfructũ non cõſtitui in iis rebus,quæ ſolo vſu cõſumantur.*

DE vſufructu verè in genere dictũ eſt ſuprà: ſequi
tur videre in ſpecie de earũ rerũ vſufructu,quę vſu
conſumũtur vel minuũtur,videndũ ergo eſt, quæ
1 ſolo vſu conſumuntur. Et † quidem ea,quæ ad ſu-
ſtentationem corporis ſumimus,& quæ ipſa aſſumptione de-
ſinun

ſiniũt eſſe, vel quæ ad nihilum, propter continuum vſum, per-
ueniunt in breue tempus: alioquin ſecus eſt: vt in ſceruicis veſti
bus: vt ſ. de vſufru. l. ſed ſi quid in. §. & ſi veſtimentorum. Item
in pecunia, quæ ſola immiſtione conſumitur: vt j. de ſolut. l. ſi
2 alieni. In his † autem rebus non poteſt vſusfructus conſtitui
vel ciuili vel naturali ratione. quod dic vt diximus Inſtit. de
vſufr. §. conſtituitur. Qualiter conſtituitur? Et quidem per
cautionem, in qua duo tantùm caſus exprimuntur: quod dic
vt Inſti. de vſufru. §. conſtituitur. in fi. & j. eo. l. in ſtipulatione.
Hæc autem cautio non poteſt omitti, ne ab aliquo præſtetur:
vt C. de vſufruct. l. ij. Poteſt tamen eius onus alij quàm legata-
rio iniungi. Et ita erunt duo legata. quod dic vt j. eo. l. tribus
hæredibus. Si verò cautio nullo modo præſtetur, dic vt dixi j.
eo. l. hoc ſenatuſconſ. §. ſi pecuniæ.

Si vſusfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur. *Rubrica.*

1 *Vſumfructum petere quis poſſit, & quando.*
2 *Actio confeſſoria quæ datur fructuario ad quid competat.*
3 *Actio confeſſoria pro vſufructu contra quem detur, & intra quantum tempus.*
4 *Seruitutem deberi quis probare debeat.*

1 QVIS † poteſt petere vſumfructum, vel allegare
quod ad ſe pertinet? Et quidẽ is, qui habet vſum-
fructum in forma, non eum cauſa. quod dic vt in-
frà eodem, l. vtifrui primo reſponſo. Diſtinguit
tamen, an in vltima voluntate, vel inter viuos ſit relictus. Si in
vltima voluntate etiam ſine traditione facta petitur: quia ipſo
iure pertinet ad legatarium, vel mortis cauſa donatarium: vt
infra quemadmodum ſer. amitt. l. ſi partem §. ſi per fundum.
Si verò inter viuos, non: niſi facta traditione: vt C. de pact. l.
2 traditionibus. & C. de rei vendica. l. ſecuum emptor. † Quali-
ter petitur? Et quidem per actionem confeſſoriam. vnde vi-
dendum eſt, ad quid ſpectet, & competat. Et quidem ad ipſius
vſusfructus inſtitutionem. item & eorum ſine quibus vſusfru
ctus eſſe non poteſt: licet & pro eis actio ex teſtamento poſſit
intentari. quod dic vt infrà eodem, l. j. primo reſponſo. & §.
vſusfructus legatus. vſque in finem legis. Item deteriorātio-
3 nis: vt infrà eodem, l. ſi ab hærede. † Et contra quem? Dic
vt infrà eodem, l. vtifrui. §. vtrum autem. Intra quantum
tempus? Dic vt infrà eodem, l. qui vſumfructum. ſicut au-
tem iure actionis petitur vſusfructus, ita & iure actionis ne-
gatur, ſcilicet allegatur ad nullum pertinere, vel ad alium: non
tamen eo qui contendit ſuum eſſe. Et ideo negatoria inducta
4 eſt actio neganti vſumfructum deberi. † Cui incumbit onus
probandi ſeruitutem deberi? Dic vt not. infrà ſi ſer. vend. l. ſi-
cuti. §. ſed ſi quæratur. & infrà eodem, l. vltim. §. quòd ſi fortè.
Quanto tempore durat? Dic vt dixi in ſumma. C. de vſufru.
Qualis eſt? Et quidem in rem eſt, & fructus veniunt in vtranq;.
Illud quoq; extra notandum eſt, quòd poſſidẽti datur vtraq;.
licet Pla. contra dixerit: vt no. j. eod. l. pen. §. vl. & Inſti. de act.
§. iſtæ quoque actiones.

De operis ſeruorum. *Rubrica.*

1 *Operam ſeruorum eſſe.*

QVONIAM inter cæteras perſonales ſeruitutes
etiam operæ computantur: ideo de eis ſupponit.
Qualiter autem conſtituantur, ex his quæ de vſu-
fructu diximus, dictum intelligatur. Et eſt ſcien-
dum, quòd in libertis aliter ſit impoſitio operarum, ſicut aliàs
1 diximus. † In quibus conſtituitur opera? Et quidem in ſeruis
tantùm, vt iureiurando conſtituatur. Si autem in liberis lega-
tur, tenet legatum: non tamen iureiurando conſtituitur: vt ff.
de vſufruct. leg. l. iij. Quando dies operarum cedit? Diſtingui-
tur, vt infrà de oper. lib. l. quoties. Qualiter ſit earum reſtitu-
tio? Dic vt dixi infrà eodem, l. fructus. & l. vltima. primo re-
ſponſo. & §. ſi minor. Item qualiter amittuntur. & per hoc
quid differant ab vſu. & vſufructu? Dic vt not. infrà eodem, l.
pen. & infrà ad leg. Falcid. l. j. §. ſed operis. & j. de vſufru. l. ij.

Vſufructuarius quemadmodum caueat. *Rub.*

1 *Fructuarius quando cauere debeat.*
2 *Fructuarius quibus debeat cauere.*
3 *Stipulatio per quam fructuarius cauit, quando committatur.*

NON eſt in iuris corpore cura maior ius cuique
ſuum tribui: vt Inſtitu. de iuſtitia & iure. §. iuris.
Et ideo prout de iuſtitiæ mente præcipit, omni-
bus modis nititur, quatenus proprietario, & fru-
ctuario, vel vſuario, ius ſuum ſaluum, ſicque remedium cau-
1 tionis inducit † Videndum eſt igitur quando fructuarius ca-
ueat. & quidem ſemper, etiam ſi prohibuerit teſtator, niſi in
caſibus. quod dic vt dixi. C. de vſufructu. l. j. & ij. & vt in poſ
ſeſſionem leg. l. ſcire. & ſ. de vſufruct. l. j. & infrà eodem. l. ſi
vſusfructus mihi legatus. §. illud. & §. planè, ſi ex. & l. j. § hoc.
& §. illud. & § planè Qualiter? Et quidem vbi non eſt vſuſ-
fructus. De duobus tamen cauetur: quod dic vt infrà eodem.
l. j. primo reſponſo. & §. ſcire. & §. habet autem. & l. huic. Non
autem cauetur de æſtimatione: quia hoc fit in quaſi vſufructu
tantùm: vt Inſtitu. de vſufruct. & §. conſtituitur. & infrà eodẽ,
l. vltima. & l. ſi vſusfructus nomine. §. vltimo. Hæc ex neceſſi-
tate fiunt. Fit & tertium ex legis conſilio. quòd dic vt infrà eo
2 dem, l. j. §. rectè. † Quibus debet caueri? Dic vt infrà eo-
dem, l. ſi vſusfructus mihi. primo reſponſo. & §. vltimo. & l.
ſi tibi vſumfructum. j. reſponſ. & ij. & iij. & §. quòd ſi duobus.
3 † Quando committitur? Et quidem quando remanſit eius
proprietas, qui eſt ſtipulatus: alioquin non. quod dic vt infrà
eodem, l. omnes. §. ſi hæres. & l. ſi fructuarius. Sed & ſi reman-
ſerit, committitur prima ſtipulationis clauſula ſæpius: aliàs, de
mum finito vſufructu. quod dic vt infrà eodem, l. j. §. habet au-
tem. verſicul. quarum prior. Quandoque tamen committitur
inefficaciter, ſcilicet quando inefficaciter amittitur vſusfru-
ctus: quod eſt propter repetitionem, vel relegationem taci-
tam, vel expreſſam. Non enim eſt actio propter commiſſio-
nem obſtat exceptio, niſi id factũ fuerit inter eos, vt & tũc de
mum cõmittatur, quando ita amittetur: vt non habeat locum
repetitio. quod dic vt infrà eodem, l. iij. §. ſi vſusfructus. & ſ.
quib mo. vſusfr. amit. l. ſicut hoc. Et ſi non amittatur, cõmitti-
tur tamen: vt infrà eod. l. iij. §. deſinere. Ad quid committitur?
Dic vt j. eod. l. j. §. vlti. & l. nam fructuarius. Quod autem in
vſufructu dixi, & in vſu, & in habitatione, & opera, dicta in-
telligantur: vt j. eod. l. huic. § ſi vſus. & §. ſi habitationi.

De ſeruitutibus vrbanorũ prædiorum. *Rub.*

1 *Prædia vrbana quæ dicantur.*
2 *Seruitus qua ratione cenſeatur eſſe vrbana, vel ruſtica.*
3 *Seruitus poſſit néc ne dici ius altius tollendi, vel ius ſtillici-dium non auertendi.*
4 *Seruitutis commodum ſentiri poſſe in quibuſdam caſibus, in quibus non poteſt ſeruitus imponi.*
5 *Seruitutes qualiter acquirantur.*

QVÆ ſint ſeruitutes vrbanorum prædiorum, dic
vt infrà eod. l. j & ij. Vt autem hæc euidentius ap-
1 pareant, † videndum eſt prius, quæ dicantur vr-
bana prædia. quod dic vt C. de præd mi. l. ſi præ-
dium ruſticum. & ff. de verb. ſigni. l. vrbana prædia. & infrà in
2 quibus cauſ. pign. tacit. contrah. l. eo iure. §. ſtabula. † Et eſt
notandum, quòd ſecundum qualitatem eius, cui debetur ſer-
uitus cenſetur ruſtica, vel vrbana: vt ſi illud fuerit prædium
ruſticum cui ſeruitus debetur, cenſeatur ruſtica: licet ab vrba-
no debeatur. Sic & econtrario. ſi fuerit vrbanum, vt diligen-
ter not. infrà l. j. cùm dicit ſtillicidium auertẽdum in te[illegible],
vel in aream vicini. & ſic j. titu. j. l. ij. primo reſponſo. Nam &
aliàs ſacramentum, ſecundum intellectum eius, cui iuratur,
dicemus eſſe interpretandum, licet in ſtipulatione ſit aliter:

vt infrà de verbo.oblig.l.ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus.
3 † Illud autem [quæritur] quare dicatur eſſe ſeruitus, ſi tibi
concedatur vt altius tollas, vel vt non auertas ſtillicidium: ſi
autem non fuit altius tollendi, vel ſtillicidiũ auertendi cõſtitu
ta, tuo iure habes quod conceditur: vt C.de ſeruitut. l. altius.
non ergo eſt ſeruitus, ſed potius libertas: ſi fuit, ſine dubio eſt
libertas. Reſpondeo idem, vt dixi infrà eodem, l. j. Quis
conſtituit? Dic vt j.eod. titul, l.inuitum. Quibus? cui? in qui-
bus? Dic vt infrà eodem, l.ſi ſeruitus. §. vlt. & l.in re com-
muni & l.ſi ædes. & infrà communia prædio. l. in tradendis.
4 §.interpoſitis. † Eſt tamen notandum, quòd licet in qui-
buſdam caſibus ſeruitus imponi non poſsit, tamen commodi-
tatem quaſi ſeruitutis quis ſentit: vt infrà eodem, l. olympico.
primo reſpon. & vltimo. & infrà eodem, l.in re communi. &
l.fiſtulam. primo reſponſo. & §. vltimo. & l. parietem, qui na-
5 turali. † Qualiter acquiruntur? Et quidem ſicut & cæteræ
ſeruitutes. Illud tamen eſt ſciendum quòd quædam tempo-
re quæruntur, id eſt, illæ quæ habent perpetuam cauſam: vt
ſtillicidij, & tigni immittendi, & altius non tollendi. quod
dic vt not. infrà eodem, l. qui luminibus. & l. ſed ſi inter
me. & l. foramen. De amiſsione autem ſeruitutis ideo non
dico: quia ſpecialem habebimus infra rubricam. Sed & il-
lud extra ſummam noto, quod eſt contra ſeruitutum regu-
lam, in quibuſdam, vt vir ※, l. cum debere. infrà eodem
titulo.

ANNOTATIO.

※ Seruiat. Hunc locum temporis iniuria deprauatum, non viſis ſcriptis exemplaribus, ita reſtituere quidam conati ſunt, vt in caſu prædium ſeruit, aliquid faciat. Exemplaris ſcripti lectio verior viſa fuit. Natura enim ſeruitutum ea non eſt, vt aliquid faciat quis. l.quoties quis. §.ſi.in princ. ff.de ſerui.tit.gene. contra agentes in repugnantiam cadunt: vtilitatis tamen gratia receptum eſt cum debere columnam reſtinere, quæ onus vicinarum ædium ferebat. l.cum debere. ff.de ſeruit. vrb.prædiorum. Prate.

De ſeruitutibus ruſticorum prædiorum. *Rubrica.*

1 *Seruitutes ruſticæ quæ ſint.*
2 *Via quid differat ab actu, & quæ ſit poteſtas habentis actum vel iter.*
3 *Seruitutem ruſticam quis conſtituat, & cui, vel quibus.*
4 *Seruitutes ruſticæ ad quos tranſeant.*

DICTVM eſt ſuprà de ſeruitutibus vrbanis: ſe-
1 quitur † de ruſticis. Quæ ſint ruſticæ ſeruitutes, dic
vt notaui infrà eodem, l. j. primo reſpon. & §. iter. &
§. actus. & §. via. & §. aquæductus. & §. in prædiis.
2 † His definitionibus inſpectis, licet plus in via, quàm in actu
eſſe videatur: non eſt tamen ita, vt ibidem dixi. Item quæ ſit po
teſtas habentis iter, vel actum, dic vt infrà eodem, l. qui ſella, pri
mo reſponſo. & l.inter factum. Vel aquæductum. quod dic vt
j.eod. l. Imperatores. & l. Quintus. Sunt & aliæ ruſticæ ſerui-
tutes. quod dic vt infrà eodem, l. ij. primo reſponſo. & l. iij pri-
mo reſponſo. §. eodem libro ait vicino. Quare dicantur ruſti-
3 cæ? Dic vt dixi infrà eodem, l. j. primo reſponſo. Quis † con-
ſtituit? Dic vt infrà eodem, l. per fundum. & l. ex meo. &
l. cùm eſſent. §. vltimo. primo reſponſo. & l. fundus mihi
tecum. Cui, vel quibus? Dic vt infrà eodem, ſi ſeruus ven-
di. l. ij §. hæc ſunt. Nam in ruſticis prædiis, & cæter. quod
dic vt infrà eodem, l. qui ſella. §. vltimo. & l. vltima. Item
pluribus conſtituitur. quod dic vt infra eodem, l. ſi vnus
ex. & l. ſi onere. Quatenus extenditur poteſtas habentis
ſeruitutem? Dic vt infrà eodem, l. ergo. §. Neratius. & l.
veluti. Quibus rebus imponitur, & quibus acquiritur?
Dic vt infrà eodem, l. Labeo alt. & l. certo. primo re-
4 ſponſo. † Ad quos tranſeunt ſeruitutes? Dic vt infrà
eodem, l. via. §. quæcunque. & l.ſi partem fundi mei. & l.cùm
fundum.

Communia prædiorum tam vrbanorum, quàm ruſticorum. *Rubrica.*

1 *Seruitutum prædialium communia. 2. & 3.*

DE SERVITVTIBVS ruſticorum prædio-
rum, & vrbanorum ſingulariter eſt ſuprà di-
1 ctum: † nunc videamus ſimul de vtriſque ſcilicet.
quæ ſint eis communia. Et quidem hoc eſt eis com
mune: quia non poſſunt deberi, niſi ab habentibus præ-
dia, nec niſi prædiis ſiue ruſticis, ſiue vrbanis. quod dic
vt dixi infra eodem, l. j. in fin. l. item, quia in traditione
imponitur. quod dic vt j. eodem. l. duorum. & l. ſi cum
duas, primo reſponſo. & l. ſi in venditione. & l. in tradendis. pri
mo reſponſo. & l. ſi cum duas. & l. quicquid. Item quia com-
munia prædia ſequuntur: vt infrâ eodem. l. cùm fundus. & vt di-
xi ſuprà titulo j. l. j. in principio. Item, quia conſuetudo iure
ſeruitutis reputatur. Et quia licet non teneat ſeruitutis impo-
ſitio, non tamen contra pactum venitur. quod dic vt infra eo-
dem, l. venditor. §. j. primo reſponſo. & §. vltimo. Item, quia ad
certas horas fieri poteſt deſignatio vſus ſeruitutis: vt infrà eo-
2 dem, l. iter nihil. & l. qui per certum. † Item, quia ad diuiſam,
non ad indiuiſam partem conſtituuntur: vt infrà eodem, l. ſi
quis duas. §. ſi quis partem. Item quia vnus ex dominis neque
acquirere, neque imponere ſolus poteſt: quod dic vt infrà eo-
3 dem, l. proprium. & l. vltima. † Item, quia in vicino, & retento
mihi prædio acquirere poſſum ſeruitutem: quod dic vt infrà
eodem, l. in tradendis. §. interpoſitis. Illud autem quæri poteſt,
quare hic ponat generalem titulum, communia prædiorum,
cùm & ſuprà alium generalem de ſeruitutibus poſuerit? Re-
ſpondeo: quia ille titulus ad perſonales, & ad prædiales ſerui-
tutes eſt generalis: hic ad prædiales tantùm.

Quẽadmodum ſeruitutes amittantur. *Rub.*

1 *Seruitutis amittendæ modi. 2.*
3 *Seruitus quibus caſibus non pereat.*

DE SERVITVTIS inſtitutione, & earum vendi-
tione plenè ſuprà dictum eſt: ſequitur, vt videamus
de earum amiſsione, & morte. Videndum eſt igitur,
1 quibus modis amittantur, & pereant. Et quidem † pereunt, &
amittuntur ita demum, ſi cœperint eſſe in ſui ſubſtantia: nec
ſufficit eas deberi: quod dic vt infra eod. l. ſi partem. j. reſponſ.
Cœptæ autem amittuntur iure confuſionis. quod dic vt dici-
tur j. eod. l. j. & ſuprà de ſeruitu. ruſti. prædiorum. l. ſi commu-
2 ni. & l. tria. & infra eodem, l. ſi cum. † Item amittuntur non
a vtendo, ᵃ: puta, decennio, vel vicennio. quod dic vt infrà eod.
l. e. Nec diſtinguitur an ſcieris, an ignoraueris viam tuam
eſſe. quod dic vt infrà eodẽ, l. ſi partem. §. ſi per fundum. Vnde
patet, quòd amittuntur etiamſi non poſsit alieni negligentia
imputari. quod dic vt ſuprà de ſeruit. ruſti. prædio. l. & Atti-
cianus. & j. de ædil. edict. l. cum ſex menſes. quod eſt aliter in
præſcriptione rerum. vt j. eod. de annal. exceptio. l. vlt. in fi. l. j.
§. vltimo. Hic tamen ſufficit non eſſe vſum: ita tamen vt vrbi-
cæ ſeruitutes à ruſticis ſeparentur: vt ſuprà de ſeruitu. vrban.
prædiorum. l. hæc autem. & infrà eod. l. ſi quis. §. ſi cùm. Vſum
etiam ſeruientis eſſe oportet ità, vt ſeruitus conſtituta, & ſer-
uitutis erat, eodem tamen genere: quod dic vt infrà eodem. l. ſi
ſtillicidij. §. vltimo. & l. ſi in partem. §. ſi is. & l. ſi is, cui. & l. ſi
quis alia aqua. & l. ſecunda. & ſuprà, quibus modis vſusfruct.
amitt. l. is qui vſumfructum. Nec diſtinguitur quis fuerit vſus:
dum tamen vel nomine domini, vel cauſam à domino habeat.
quod dic vt infrà eodem. l. v. & l. nam ſatis. primo reſponſo. &
l. vſu. & l. fructuarius. & l. denique. & l. ſine. & l. licet. & l. qui
fundum. non tamen quilibet ſocius retinet: vt j eod. l. aquam
quæ. Item in his ſecus, qui eãdem omnino habent ſeruitutem:
diſtinguitur tamen diuiſerint, an non. Hoc ſi pluribus ab vno
ſeruitus debeatur: ſi verò vni à pluribus debeatur. fit multi-
3 plex diſtinctio: vt no. j. eo. l. nam ſatis. §. ſi ego. † quãdoq; tamẽ
propter

propter priuilegium quod ex ſe, vel ab alio quis habet, non
amittit ſeruitutem : vt j.eodem.Iter ſepulchro.& l.ſi commu-
nem. Amplius amittuntur permiſsione. quod dic vt infrà eo.
l.ſi ſtilicidium. primo reſponſo. & ſuprà de ſerui.vrba.præ-
dio.l.ſi domus.& ſuprà communia prædiorum.l.ſi precario.
Morte autem & capitis diminutione non amittuntur. vt j.eo.
l.iura prædiorum.

ANNOTATIO.

a Non vtendo. Ad hoc vide Bart.in l.ſicut.C.de ſeruit.Bald.in l.ſi tibi.
co.ti.glo.& doctri.in l.ſic.in ver.ſeruitus eſt.ff quibus mo.ſer amit.d.
Barth.Cepol.de ſer.vrb.prædio.c.xxiiij.multa pulchra per d.Lucam
de penna.in l.ſi quando.nume.8.C.de bo.vacan.lib x.

De his qui deiecerunt, vel effuderunt. *Rub.*

1 *Actio in factum ex edicto de iis qui deiecerunt, & quando ha-
beat locum.*
2 *Actio in factum pro eo quod deiectum effuſumue eſt, cui detur,
& contra quem, & qualis ſit.*

DICTVM eſt ſuprà de lege Aquilia, quæ eſt ex
maleficio : ſequitur videre de actione in factum
quę eſt ex quaſi maleficio. Videndum eſt ergo,
quando locum habeat, cui detur, contra quem,
1 quid veniat in ea, & qualis ſit. † Habet autem locum, quan-
do facto alicuius eorum, quorum opera vtebatur, damnum
eſt datum deiiciendo, vel quaſi effundendo, vel quaſi de do-
mo, vel quaſi in eum locũ per quem publicè homines vadunt
vel conſiſtunt : vt j.de actio.& oblig.l.ex maleficio.§.is quo-
que.primo reſpon.& infrà eod.l.j.§.ſumma.& §.quod cùm
ſuſpenderetur. & l.ſi verò.§.ſi horrearius. & § penultimo. &
vltimo.j.reſponſo.in fi.De domo, dico propria, vel conducta,
vel gratuita : vt infrà eod. l.j.§.penultimo.ſecus tamen ſi gra-
tuito cum domino habitat : fortè vt amicus, vel libertus exhi-
bens ſeruitia, vel hoſpitalitatis cauſa recipiat : vt infrà eod.l.ſi
verò.§.j. Si autem plures habitant domum, aut diuiſerunt
inter ſe, aut non.quod dic vt infrà eodem,l.j.§.vltimo.& l.ſi
2 verò.primo reſponſo.& §.interdum.† Datur damnum paſſo
contra inhabitantem in duplum : vt infrà eodem,l.j.§.hęc in
factum. vt tamen ſi facto ſerui eius qui inhabitat, & cuius
opera vtebatur damnum datur, noxaliter agatur vt infrà eo.
l.j.§.cum ſeruus. & ſuprà nautæ, caupon.ſta.l.vltima.§.ſer-
uorum.Sed vbi ſeruus inhabitat, ex eius quaſi de delicto con-
uenitur dominus : dic vt infrà eod.l.j.§.ſed cum liber.& §.hęc
autem.l.vltima. Qualis ſit, dicetur j.eo.l.ſi verò.§.hęc autem.
Eſt & alia in factum actio ex ſecundo edicto in ſolidos x.
pro eo quod quis habuit appenſum, & facilè potuit damnum
dare, de qua qualis ſit : & quis videatur damnum dare, dic vt j.
eod.ſi verò.§.prætor.vſque in finem legis.

De interrogationibus in iure faciendis, & de interrogatoriis actionibus ſublatis. *Rubrica.*

1 *Edictum de interrogationibus in iure faciendis quando locum
habeat.*
2 *Interroganti an ſit neceſſe proponere libellum pro interroga-
tione facienda.*
3 *Interrogationes in iure quibus caſibus fiant.*
4 *Interrogationes vbi fieri debeant.*
5 *Beneficium edicti de interrogationibus faciendis quale ſit.*

DICTVM eſt de actione ad exhibendum, quę
præparatoria eſt aliarum actionum : videamus
de interrogatoriis, quæ præparatoriæ ſimiliter
actionum ſunt, quando locũ habet hoc edictum,
& in quibus caſibus faciendę ſint interrogationes, & vbi, &
quod ſit huius edicti beneficium, quæ ſit pœna ex edicto in-
1 ducta.† Habet autem locum hoc edictum & ante litem con-
teſtatam, & in principali lite, cuius gratia facit interroga-
tionem. Edictum autem de confeſsis locum habet poſt litem
conteſtatam.Hæc enim eſt inter ea differentia. Et patet iſtud
etiam naturali ingenio. cùm enim per interrogationem &
reſponſionem ego inſtruar qualiter procedam in cauſa prin-
cipali, quomodo ſuprà ea primùm conteſtarer litem, vt pote
nondum inſtructus. Item ceſſaret ratio.l.j.primo reſponſo,
ibi, nedum ignoret &c, hoc tit. Sed & ſimilitudo actionis ad
exhibendum idem probat. Nam primò ipſa proponitur,
quàm actio, cuius eſt ipſa præparatoria : vt ſuprà, titu.j.§.ij.
eſt ſatis.Illud etiam concedo quòd fiant poſt litem conteſta-
tam ſuper hoc ipſo fieri, vel non fieri debeat interrogatio.
Nam de hoc ipſo iudicium eſt. Illud autem voluerunt qui-
dam.& fortè bene : vt primò concipiatur libellus in actione,
quam ſum propoſiturus, licet non fiat conteſtatio. Et facit
pro eis quod dicitur infrà eodem,l.j.in principio.& l.de æta-
te.§.ſecundo. & §.qui tacuit.ſed ponitur ibi inſtituitur, id eſt,
2 inſtituenda dicitur, & inſtituta pro inſtituenda.Illud † quæ-
ritur, an interroganti ſit neceſſe ponere libellum pro inter-
rogatione? quod non puto, quia cum ſolo iudicis officio res
expediatur, non condemnatio fiat de plano, id eſt ſemiplena
habita cognitione res expediatur : vt infrà eodem,l.ſi defen-
ſor,§.illud. Interrogantem autẽ puto de calumnia iurare : vt ſ.
titu.primo l.theſaurus. vt ita iudice admittente ſequatur re-
ſponſio.Illud certum eſt, quòd ex interrogatoria actione nul-
lus cogitur hodie reſpondere : ſed ſolo iudicis officio : vt in-
3 frà eodem,l.j.§.vltimo.† In quibus caſibus? Et quidem in vn-
decim, ſcilicet cùm quæritur, an quis ſit hæres, pro qua par-
te, & qualiter : vt infrà eodem, l.ſi defenſor.§.illud.Prima fit
vbicunque te, vt hæredem conuenturus ſum, ſcilicet perſonali
actione : ſecus ergo in reali, vel perſonali : ſi tamen ſit in rem
ſcripta : vt ad exhibendum : quia non vt in hæredem inſtituun
tur : vt infrà eodem. l.de eo.§.pen.& vlti.Secunda fit, vbicunq;
pro parte poſſunt conueniri hæredes : ſecus ergo ſi actus, vel
iter, vel via petatur, cùm hæc etiam ab eo qui ex minima par-
te eſt hæres petantur : vt ſ.famil.erciſc,l.hæredes.§.an ea. Tertia
fit vbicunq; intereſt interrogantis, vno modo magis inter-
rogatum eſſe hæredem, quàm alio : vt probatur per legata,
quæ ab inteſtato non petuntur. Item per ſubſtitutiones, quæ
non tranſeunt ad ſecundum hæredem, vel ſimilia : vt C.de fi-
deicom.l.eam, quam.& j.de lega.præſtand. l.iij.§.hoc autem.
& j.de vulg.& pupilla.ſubſtit.l.qui liberis.§.vlti. & j.de verb.
ſignifi.l.ſciendum. & j. ad Trebellia.l. quia perinde.§.j.& l.ſi
patroni. primo reſponſo. Item & quartò fit interrogatio, an
quis ſeruum noxium poſsideat : vt j eod.§.l.qui interrogatur.
Item quintò, an poſsideat ædes, & pro qua parte. Fit & ſextò
vt j eodem.l.non alienum.& l.qui ſeruum.§.vlti. Septimò an
ſua ſit quadrupes : vt j.eod.l.ſi quis in iure. Octauò, ſi penes ſe
habeat peculium : vt infrà eod.l.ſi fideiuſſor.§.vlti. Nonò an
ſit maior : vt j. eod.l.de ætate.j.reſpon.Item decimò in rei ven-
dicatione, an poſsideat. Vndecimò, pro parte. Duodecimò ge-
4 neraliter : vt infrà eod.l.penul. † Fiunt autem omnes in iure,
id eſt, apud iudicem : licet in itinere, vel domo hoc agat, non
obſeruato etiam loco in quo definitiua fertur ſententia : quia
res iſta non exigit plenam cauſæ cognitionem : alioquin con-
tra : vt j.eod.l.voluit. §.quod ait.l. ſi defenſor.§.illud.& ſ.de
5 iuſtit. & iur.l. penulti. † Eſt autem huius ædicti beneficium
grande : quia quod per teſtes quis nequit probare, per aduer-
ſarij confeſsionem aperitur : vt j.eo.l.ij.iij.& iiij.Eſt etiam cir-
ca pœnitentiam beneficium : vt attendas, vtrum quis in ſuum
præiudicium confiteatur quod ſciat eſſe falſum : an ignoret
a eſſe falſum : vt ſi ſciat, reuocat * confeſsionem antequam ſit lis
conteſtata contra eum pro quo eſt cõfeſſus, non autem poſt-
ea, niſi actori obiiciatur ſua ſciẽtia, & tunc reuocat reus etiam
poſt litem conteſtatam. Item quandoq; ante litem conteſta-
tam, non reuocat confeſsionem, vt ſi à certa perſona petere
volebat actor, vel vſucapione completa à poſsidẽte retrò vult
ante litem pœnitere quod eis in his caſibus non licet, vt ſ.de
rei vendic.l.is, qui.& l.ſi autem.& de dol.l.pen.Si autem igno-
rat falſum, ſi quidem iuſta ſit ignorantia, ſuccurritur ei pro-
banti rem aliter eſſe, quàm reſpõdit : vt ſi aduerſarius replicet,

de ſcientia, probet. Si autẽ in ignorantia culpa dolo proxima
interueniat, ſuccurratur ei: vt ſi credidit ſe inſtitutum ritè ab
eo qui furore detinebatur: vt infrà eod. l. de ætate. §. qui iuſt.
Hæc vera, ſi eo fiteatur quod ius & natura non reſpuit: alio-
quin contra. quod dic vt infrà eod. l. confeſsionibus. & l. ſi is
cuius. & l. ſi ſeruus ab. Et ſunt iſta notãda quia per hoc proba
tur hoc edictũ ante litem rei principalis habere locum: poſtea
enim nulli pœnitere licet niſi erranti in facto, vel niſi ſit mi-
nor: vt j. de confeſ. l. certum. §. vlti. & l. non fatetur.

ANNOTATIO.

a Reuocat confeſsionem. De iſta quotidiana materia vide Bartol. in l. non fatetur in j. & ij. col. de confeſ. Bald. in l. edita. C. de eden. Io. de imo in c. ſi. de confeſ. doct. in l. ij, qui ſe obrelit. ff. de rei vendi. Lud. ro. in conſ. ccccix j. incip. in hac cauſa, qui totam materiam diſquirit.

De quibus rebus ad eundem iudicem eatur. *Rubrica.*

1 *Societatis actiones.*

QVALITER iudicis officio expediantur inter-
rogationes dictum eſt, nunc qualiter ordinentur,
1 vel expediantur iudicia per † quaſdam actiones,
quæ continent ſocietatem veram, vt actio pro ſo-
cio: vel communionem rerum pro diuiſo vel indiuiſo, vt actio
finium regun. famil. erciſcund. communi diuid. vel commu-
nionem actuum, vt tutelæ, in quibus dicitur, vt omnes perſo-
næ quas conuenire, vel cõuenire alios his actionibus contin-
git, eundem iudicem petant: & apud eundem reſpondeant: vt
j. eod. l. j. & ij.

Si menſor falſum modum dixerit. *Rub.*

1 *Actionis in menſorem comites.*
2 *Actionis in menſorem ſpecialia.*

DICTVM eſt de actione finium regun. famil.
erciſcund. communi diuid. ſed quia in diuiſione
rerũ, & in emptione, plerunque menſor adhibe-
a tur, & renuntiat falſum modum a apponit ſi
menſor falſum modum dixerit. nam ſi verum dicat, certum eſt
1 eum nõ teneri: vt j. eod. l. j. reſpõſ. ij. † Quare eſt inducta actio
in factum contra menſorem? Dic vt infrà eo. l. j. §. ideo. Quan-
do? Et quidem in ſubſidium, vt infrà eodem l. iij. §. competit.
Propter quæ? & quidem ob dolum, & latam culpam facta re-
nuntiatione interueniat merces, ſiue nõ. quia non agitur tan-
quam ex locato vtique enim, &c. vt infrà eod. l. j. §. hæc actio.
2 & l. ij. Et † eſt hoc ſpeciale, quia aliâs etiam leuis [præſtatur,
aliâs] punitur: vt in contractu do vt facias: vt infrà de præ-
ſcript. verb. l. naturalis. §. ſed ſi facio. & depoſiti. l. j. §. ſi quis
ſeruum. Si autem nullo modo renuntiet dolo, agitur de dolo,
quod dic vt infrà eod. l. ſi menſor. Datur etiam vtilis actio
quandoque: vt infra eod. l. antepenulti. & vltima. Qualis eſt?
Dic vt infrà eo. titu. l. iij. §. fin. Et ſunt hæc duo ſpecialia. aliâs
enim ex contractu actio datur in hæredem, & de peculio: vt
j. de act. & obliga. l. ex contractibus. & ſ. de iis qui deiec. vel
effu. l. j. §. cùm autem.

ANNOTATIO.

a Modum. Modum definit Iulius Paulus iuriſconſultus lib. ij. receptarum ſententiarum tit. xviij. vt ſit ſpatium. Agri modum, eiuſque controuerſiam explicat Agenus ad Iulium frontinum. de modo non præſtito, vide tex. in l. ij. ff. de actio. empti. P. Prateius.

De condictione triticaria. *Rubrica.*

1 *Condictio triticaria vnde ſic dicta ſit.*
2 *Condictio triticaria quando locum habeat.*
3 *Condictio triticaria, & condictio certi generaliſsima in quibus conueniant, & differant.*
4 *Condemnatio qualiter ſiat in condictione triticaria.*

PROSEQVVTO tractatu irregularium cõ-
dictionũ ſupponit de condictione triticaria, quæ
& ipſa irregularis eſt, vt pote cùm ſicut exteræ
non in contractibus tantùm, vel quaſi: ſeu ma-
leficiis, vel quaſi, locum habeat: ſed nunc circa hoc nunc circa
illa ſuam exhibet poteſtatem. Videndum eſt igitur vnde di-
catur, quando locum habeat, & qualiter ex ea fiat condem-
1 natio. Et † quidem in nullo iuris corpore continetur, vnde
ipſa aſſumat appellationem. Poteſt tamen probabiliter dici
eam ſic vocari à tritico, cuius primum gratia eſt inducta. vel
dicitur à Triticio authore ad exemplum publicianæ: vt inſti-
2 tu. de actio. §. ſed & quia ſanè. † Habet autem locum iſta con-
dictio, vbicunque res aliqua petitur: vt nomen rei ſicut eſt
eius propria, & larga ſignificatio corporalia, & incorporalia
omnia contineat: excipitur ſola pecunia numerata: vt hic eo.
l. j. reſp. §. & generaliter. & Inſti. de reb. incor. j. reſpõ. Igitur,
3 ſi vera ſunt, quæ diximus † in omni caſu, vendicabit iſta con-
dictio ſibi locum vbicunq; & certi condictio generaliſsima,
quæ in omni, & ſola re certa proponitur: vt ſ. ſi cert. peta. l. cer
tum. & l. certi condictio. Excipitur ſola pecunia (vt dictũ eſt)
numerata, in qua hæc cum generali condictione non currit.
Pecuniæ autem numeratæ appellatione ea tantùm cõtinẽtur,
quæ conſiſtunt in numero, non in menſura, vel pondere, quę
excipio: quia ea, licet ſub nomine pecuniæ nõ tamẽ ſub appel-
latione numeratæ cõprehẽduntur. ſunt enim ſpecies coæquæ
ut: & hæc, bene probantur ſ. ſi cert. pet. l. ij. §. mutui. & de ver.
ſig. l. pecuniæ. Vlterius etiam progreditur hæc cõdictio. quaſi
generaliſsima: quia per generaliſsimam ſolæ ſpecies, & quan-
titates (vt dictum eſt) petuntur. Per hanc etiam ſeruitutes (vt
diximus) quæ res incertæ dicũtur: vt ff. de verb. ob. l. vbi autem
nõ. §. qui id, quod. & l. iiij. §. Cato. Licet autẽ dixerim, omnes
res peti poſſe, quo ad quid: tamen diſtinguitur inter corpora-
lia & incorporalia. Corporalia enim ita demũ petimus, ſi non
ſint noſtra, niſi in caſibus: vt j. eo. l. j. §. vlt. & l. ij. Incorporalia
etiam ſi noſtra ſint, non ſolùm ſi nobis debita: vt probatur j. e.
l. j. §. & generaliter. in fi. quod etiam denotat ſequentis §. ad-
uerſatiua coniunctio, autem. ait enim, Rem autem, &c. Et ſup
ponuntur exempla de rebus corporalibus tantùm: vt ex fine
4 legis j. patet. † Fit autem in hac actione condemnatio variis
modis, ſecundum opinionem quorundam. Diſtinguunt enim
quidam, an petatur quantitas, an ſpecies. ſi quãtitas, id obſer-
uetur quod eſt j. cõmodati. l. ſed mihi. § in hac. ſi ſpecies, tem-
pus moræ. Quæ ſententia diſplicet duobus modis. vno, quia
& lex iſta, & illa loquitur in ſpecie. Hæc enim in ſeruo loqui-
tur, & illa loquitur in commodato, quod non cõtrahitur, niſi
in ſpecie, vt cuilibet apparet. Vnde & in eo. tit. commodati. l.
ſed mihi. §. vlti. dicitur, ea cõmodari non poſſe, quæ vſu con-
ſumuntur. Secundò reprobatur: quia in quantitate tẽpus præ-
cedens ſpectatur, vt probatur j. eod. l. vlt. & ſ. ſi cert. peta. l. vi-
num. Nam tempus diei, quo debuit fieri ſolutio, ſpectatur.
Sed verior eſt ſententia Io. Boſ. diſtinguẽtis, an res tantùm, vel
intereſſe tantùm petatur: puta, ſi factum erat in obligatione,
an res & acceſsio. In primo caſu indiſtinctè ſiue ex contractu
bonæ fidei, vel ſtricti iuris agatur, ſpectatur tempus moræ: vt
hic, & j de ver. oblig. l. ſi fundum. Si res, & acceſsio, ſpectatur
tempus moræ in contractu bonę fidei, quod appellatur rei iu-
dicandæ: quia eo tempore potuit res iudicari. In ſtrictis iudi-
cus ſpectatur tempus litis conteſtatæ in naturali acceſsione, ſi
petam quod aliquando non fuit meum: alioquin etiam præ-
cedens tempus ſpectari poterit: vt ff. de vſur. l. videamus ij. §. ſi
actionem. In ciuili acceſsione nullum tempus ſpectatur: quia
nunquam currit in actione ſtricti iuris: vt C. de cond. inde. l. j.
Eſt autem talis iſta condictio, quales ſunt omnes condictio-
nes: vt diximus ſupra. in ſumma C. ſi cert. peta.

Ad legem Rhodiam de iactu. *Rubrica.*

1 *Lex Rhodia vnde dicta.*
2 *Lex Rhodia vbi locum habeat.*

3 *Actio cuiuſmodi detur ex iactu mercium cauſa leuandæ nauis, & cui, & in quem.*

DICTVM eſt ſuprà de exercitoria actione, quæ
ſubuenit contrahentibus cum magiſtro: nunc au-
diamus de lege Rhodia, quæ his omnibus ſuum
indulget auxilium, qui cauſa communis periculi
1 euitandi aliquod detrimentū ſunt paſsi. † Vnde dicitur Rho-
dia? Et quidem ab inſula Rhodo cognominatur, in qua anti-
quitus mercatorum plurimus fuit vſus: quorum cauſa non
tantùm in Rhodo inſula, ſed generaliter in omnibus terris lex
eſt promulgata cui præualere contraria conſuetudo non po-
2 teſt: quod dic vt j. eod. l. qui leuandæ & l. deprecatio. † Vbi
locum habet? Dic vt j. eod. l. j. hoc ita, ſi nauis erat in periculo,
& propter iactum ſalua eſt facta. quod dic vt j. eod. l. amiſſæ.
ibi, nam huiuſmodi, &c. Item in quaſi iactu quod duo con-
tinet, id eſt, & aſperginem, & redemptionem, & rerum trāſla-
tionem. & dic vt j eod. l. nauis. j. reſpon. & §. contra ſi ſcapha.
& §. ſed ſi nauis. & §. vlt. & l. ij. §. ſi nauis. & l. cùm arbor. Sed
& idem in quaſi mercibus. quod dic vt j. eo. l. ij. §. ſi conſerua-
3 tis. † Quæ actio detur, cui, in quem. Et quidem ex conducto,
ſi conduxerunt nauem vel operam hi, quorum merces ſunt
amiſſæ contra magiſtrum nauis, vel ſublato circuitu de æqui-
tate contra eos, quorum merces ſaluæ ſunt. quod dic vt j. eo.
l. ij. j. reſpon. & §. planè commodius. & ſ. de eo per quem fac. l.
vlt. §. planè. & ſ. de condict. indeb. l. dominus teſtamento.
Vectores autem dici poſſunt, qui habent, vel nō habent mer-
ces: exhibent tamen operas ſuas magiſtro nauis ad naui-
gandum: vel ſemper, vel quandoque, vt permittant eos ha-
bere & eſſe in naui. A quibus, pro quibus rebus, & qualiter
debet fieri collatio? dic vt j. eod. l. ij. §. cùm in eadem. & §. por-
tio. & l. nauis. §. cùm autem.

Quando actio de peculio eſt annalis. *Rub.*

1 *Actio de peculio quando annalis.*
2 *Alienationis cauſa.*

1 DE peculio in genere ſ. dictum eſt: † ſequitur vide-
re de ſpecie, de vita actionis, de peculio, ſcilicet,
2 vſque ad quod tempus porrigatur[a]. Quando eſt
annalis (& quidem ſi ſeruus, vel filius in poteſta-
te domini, vel patris remaneat, perpetuò datur: cæterùm ſi
exeant de poteſtate, fit temporalis: vt j. eo. l. j. §. quandiu. Rema
nere autem dicuntur, etiam ſi eorum ſtatus ſit in ſuſpenſo.
quod dic vt j. eod. l. cùm poſt. §. vlti. Nec diſtinguitur ſeruus
fructuarius ab eo, qui eſt proprius: vt j. eo. l. j. §. vlt. Item exire
dicitur pluribus modis. quod dic vt j. eod. l. j. §. alienatio. & §.
emancipatio. & §. ſed & ſi alio. nec ſufficit opinari mortuum:
2 ſed mortuum eſſe oportet: vt j. eo. l. quæſitum. † Alienatio au-
tem quandoque fit ex cauſa venditionis: & tunc dic vt ſ. de
pecu. l. ſi ex duobus. §. vlti. & l. ſed & ſi quis. & l. non penes.
Quandoque ex alia: & tūc ſiquidem fiat in vltima voluntate
dic, vt not. ſ. de trib. l. quod in hæredem. §. ſi ſeruo. & j. eo. l. j.
§. itē hæres. & § an ergo. & §. Pegaſus. & j. de dote præle. l. j. §.
per contrarium. Si verò fiat inter viuos, & qui alienat, reti-
neat peculium, conuenietur intra annum, ex quo quis potuit
experiri. quod dic vt j. eo. l. j. §. annus. Si verò nō retinuit, nul-
lo tempore tenetur alienator, vel hæres eius: ſed is, ad quem
peruenit, vt j. eod. l. j. §. ſi præcepto. Quod autem dictum eſt
actionem perpetuam, vel temporalem eſſe, intelligendum eſt
ſecundum variam ſignificationem contractuum, & actio-
num. quod dic vt infrà eod. l. cùm poſt. j. reſponſo.

ANNOTATIO.

a Porrigatur. Ad hoc vide Specu. in titu. de obliga. & ſolu. §. prænotan-
do. verſic. eſt ergo actio. Bal. in l. penu. C. quod cum eo. du. Iaſo. de
my. copioſe in §. actiones. num. 46. cum plu. ſeq. Inſtit. de actio. qui
totam materiam exorditur.

De exceptione rei venditæ & traditæ. *Rub.*

1 *Exceptio rei venditæ & traditæ quando locum habeat, & cui detur, nu. ſeq.*

CONTRA euincentem datur alicui remedium
exceptionis rei venditæ, & traditę: & ideo de ea
1 ſupponit. † Videndum ergo eſt, quando locū ha
beat. & quidem tunc, quando venditio, lege non
renitente, cōtracta eſt. alioquin cōtra. vt C. de agri. & cenſi. l.
quēadmodū niſi ex poſtfacto confirmetur: vt ff. de vſucap. l.
cùm vir prædium. Itē cum traditio, vel quaſi traditio, vt pa-
tientia venditoris ſequuta eſt venditionem. Idem & ſi emptor
ſine ſuo vitio eſt eam nactus: vt j. eo. l. j §. vlt. & ſ. de publicia-
na. l. ſiue autem. §. ſi quis. Nec intereſt an ego vendam, an alius
mandato meo: ſiue dominus poſt venditionē, vel traditionem,
an nō. quod dic vt j. e. l. j. §. ſi quis. & §. Celſus. Illud not. quòd
in ſubſidium huius exceptionis datur exceptio in factum: vel
doli. quod dic vt j eod. l. j. §. ſi ſeruus. & C. de euict. l. exceptio-
2 nem † Cui datur? Et quidem emptori. & eius ſucceſſori vniuer
ſali, vel ſingulari: vt j. eod. l. vlt. & ſ. de pact. l. ſi tibi. §. pactum.

DOMINI AZONIS SVMMÆ IN
Rubricas. ff. Veteris, Finis.

EIVSDEM DOMINI AZONIS IN RVBRICAS INFORTIATI SVMMA.

Soluto matrimonio, quemadmodum dos petatur. *Rubrica.*

LEX PRIMA.

1 *L. dotis cauſa explicat.*
2 *Dos promiſſa quando ſoluenda.*
3 *Satiſdandum quando, an non, ſit.*

DOTIS CAVSA. Quia de dotis repeti-
tione eſt tractaturus, cauſam aſsignat, quare
dotes repetātur, ſic dicens: Nam & reipubli-
cæ, &c. ad finem vſq;. & quia eiuſdē eſt vtili-
tas tradit cauſam dotis ſemper & vbique
præcipuam eſſe. Quid eſt, quòd dicit præci-
puam? Reſpond Præcipuus componitur à præ, & capio: &,
vt hæres dicitur præcipere legatum, vel dotem, quam ſolus ha
bet, vt ſ. famil. erciſc. l. ſi filia. §. ſi filiusfamilias. & præcipere
licet de cætero patrimonio, vel hæreditate æqualem portio-
1 nem: ita & cauſa dotis † dicitur præcipua: quia & cōmunia
cæterorum cōtractuum, vel pactio non poſſunt pro ea induci,
& proponi. & quia multa ſpecialia ſibi aſſumit. non aliquan-
do, ſed ſemper niſi in paucis caſibus. Vbiq; , id eſt, in pleriſque,
vel in omnibus. De his ergo ex Pla. & in conſtituendo, &c.
quod dic, vt C. de do. promiſſ. l. ad exactionem. & l. fi. & in exi-
gendo, quod dic vt notauimus C. qui pot. in pig. ha. l. aſsiduis.
Vbiq;, id eſt, inter perſonales actiones, vt j de public. l ij. & fi.
& in multis aliis caſibus: vt ſ. de iur. do. l. in ambiguis. Videtur
exinde intereſſe ciuitatis propter liberas perſonas, quibus ci-
uitas repletur. Sed contra videtur ſ. de his, qui deiec vel effud.
l. j. §. ſed cum liber homo. Reſpondeo, non æſtimatur in certa
quātitate, ſed & in infinita & incerta. Sic enim dicitur inter-
eſt, &c. Nec enim certa quantitas poſſet exprimi, quæ æquipa
retur: & probatur hæc ſolutio j. de reg. iur. l. non eſt ſingulis.
§. infinita. Quandoq; æſtimatur in damno tantùm: vt ſ. de act.
empt. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. Quandoq; etiam in
lucro, vt ſ. de eo, quod cert. lo. l. ij. §. fi. Quandoq; propter af-
fectionem: vt ſ. māda. l. cùm ſeruus. Quādoq; ob indiſtinctio-
nem, ſ. de ſer. expor. l. ſeruus ea. Quādoq;, quia fuit meorum
prædeceſſorum: vt j. de bon. l. libertus. & j. eod. l. ſoluto. §. non
2 cogitur. Si dotem † mulier promittat, ex ſtipulatione ipſam
conueniam, non aliter mihi ſoluere tenetur, niſi ei promiſero
me redditurum dotem ſoluto matrimonio. Sicque commodo
retentionis fruetur, niſi ei caueatur, vt argum. ſ. de pigno. act.
l. ſi neceſſarias. §. ſi pignori. & eſt ratio: quia mulieri competi-
tura eſt actio ex ſtipulatione quæ bonæ fidei eſt: vt C. de rei
vxo. act. l. vnica. §. ſed & ſi non ignoramus. & ideo in tantum
eſt ei cauendum: vt ſ. de iud. l. in omnibus. Et quod dicitur ſti-

pulanti exponitur, id eſt, mulieri volenti ſtipulari ſibi dotem reddi. Sic j. de dam. inf. l. ſi finita. § antepen. Si autē mulier non aliter ſoluere velit, niſi euidā, pone Regi. hoc cōpromiſiſſe me redditurū, iure quidē cōmuni, ad hoc nulla actione cogi poſſum: vt C. de don. l. j. Ipſa tamē exceptionē habebit, niſi ea promittam, ea maximè ratione: quia hoc mihi nocere, id eſt, nocere poſſe, non eſt veriſimile: puta, quia potentiſſimus ſum, & ditiſſimus: & me deſinere eſſe ſoluēdo nō eſt veriſimile: quia aduentitij caſus non ſpectantur. l. Labeo. ff. de ſtatulibe. l. ſi quis ab alio. ff. de re iu. & ff. qui & à quib. l. Iulianus. Et colligitur prędicta expoſitio ex ſequenti litera, ſcilicet, propter verbum ſuſpectum. Cæterùm ſi certum ſit ea poſſe nocere (puta, quia iam deſiit eſſe ſoluendo, vel certum eſt, quòd deſinet, vel eſt verſimile, ſicut ex varietate caſuū poſſunt homines colligere, vt ſi omnes ſuæ res eſſent in difficili maris periculo) nō cogar alij promittere me alij redditurum: quia damnum ſentirem, vt pote cùm vxori, nō in quantū facere poſſem, damnarer, ſed inſolidū ei, cui delegarer, vt j. de re iud. l. Neſennius. Poſſet etiā poni caſus, quando ſoluto matr. agitur contra maritū de do-

3 te ſuo tempore reſtituenda. Et † tunc ſiquidem mulieri debeatur, & ipſe agat, vt ſibi ſatiſdetur: ſine dubio ei ſatiſdatur: vt j. eo. l. ſi conſtante. §. quoties. & §. fi. Si verò debeatur ei, qui ſibi ab initio eſt ſtipulatus, non tenetur ei ſatiſdare: quia maritus credit ſe non poſſe inuenire fideiuſſores ſine modica difficultate, & habet ſuſpectū incōmodum, id eſt, laborem multū: & quia extranei nō tenentur actione bonæ fidei, ſed ſtricti iuris: ideoque non cauetur ſ. de condi. cau. da. l. dedi. Licet, qui dixerant mulieri ſatiſdari, & promitti, diſtinguunt.

L E X   VIII.

1 *Calenda.*
2 *Nona.*
3 *L. Diuortio ſenſus. & nu. 5. & 7.*
4 *Fructuum dotalium ſoluto matrimonio, ratio.*
5 *Mercedis pars an viro debita.*

DIVORTIO. Mulier tēpore vindemiæ dedit fundū in dotem: tēpus autē vindemiæ eſt Septembri die vltima, cuius cœpit fundus facta traditione eſſe dotalis: collecta à marito vindemia eadem die, qua fuit traditus calen-

1 dis Nouembris (Prima † enim die cuiuſcunque menſis ſunt calendæ, id eſt, conuocationes ad nundi-

2 nas. Poſtea ſequuntur † Nonæ, id eſt, dies, quibus nundinæ celebrabantur: reperiuntur tamē quandoque quarto, quinto, decimoquinto & decimoquarto. ſed illud exquiratur, quarto die. Quartadecima autē dies calendas. Nō enim erāt calendę, niſi in principio cuiuslibet mēſis.) Si autē facta locatione ſtetit poſtea matrimoniū per tres menſes: & ita finitum eſt in ſuprema die Iannarij, facto diuortio, quæritur, vtrum maritus debeat retinere fructus quoſcunque ipſe perceperit tempore,

3 quo cōſtabat matrimonium, ſcilicet, † pro rata portione anni, quo ſtetit matrimonium, hoc eſt, per quatuor mēſes, vt ex poſitione caſus apparet, an debeat retinere fructus integros: quia eos ex toto percepit: præterea quartā portionē mercedis, habito reſpectu ad locationē poſt nō ſtetit matrimonium: niſi per tres mēſes, qui ſunt quarta portio anni. Quod quidā adſcebāt: quorū ſentētia nō placet. In primis cōmuni ratione quę eſt, cum ſequatur emolumentū, qui ſubit & onus. j. de re iur. l. ſecundū naturā. & Inſt. de leg. patro. tutela. & j. e. l. in inſulā. §. vſuras. Hic autē maritus nō fert onera matrimonij, niſi per tertiā partē anni. igitur nō fructus integros, ſed pro rata portione lucrari debet. Secūdo ſpeciali ratione: quia deducitur quis ad incōuenientia: nā qua ratione dices maritū lucrari omnes fructus, etiam ſi ſequenti die poſt perceptionē vindemiæ fieret diuortiū, quod eſt ineptum, & iniquū vt omnis fructus omnino, quē maritus cōſtante matrimonio percepit, vna portio ad mulierē perueniat. ſcilicet, pro rata portione anni, qua non ſtetit matrimoniū, facta locatione poſtea debeant reſidere penes maritū. Secundū hoc ergo propoſita quæſtio ſic deciditur, vt fructuū perceptorū tertiā partē habeat marit⁹, quia per quatuor menſes ſtetit matrimoniū. Idem quoq; dicitur in mercede, quæ ſimiliter cœpit deberi cōſtante matrimonio.

4 Cœpit autē † deberi quarta portio: quia à tēpore locationis nō ſtetit matrimoniū, niſi per tres mēſes, qui ſunt quarta pars anni. Igitur huius quartæ partis tertiā retinebit maritus, alia reddet: vt de fructibus eſt dictū. Et ideo dicitur quartę partis mercedis, & fructuū fieri cōfuſionē. Huic poſitioni caſus nihil aliud obſtare videtur, niſi quod maritus tertiā partē fructuū duorū annorū, an vnius tantū cōſequatur: vt enim ſtat matrimoniū per tertiam partē vnius anni, ita & tertiā partē fructuū vnius anni tātū, vel mercedis tantū retinere debet: ſed certè nō eſt ita veriſſimū. Eſt enim etiā ſecundū hanc poſitionē, quòd vnius anni tēpore cōſequitur fructuū portionē, quia anni principiū nō retrorſum, ſed ex quo tradit⁹ eſt fundus cōputatur. vt ſ. e. l. de diuiſione. Ergo quicquid in eo percipitur, perinde eſt, ſicut ſi plus ſolito fructuoſior ſeges fuerit. Si autē quæras, quid de nouē partib⁹ mercedis nūquid adſignabitur tantū mulieri?

5 † nā lex iſta dicit, omnis fruct⁹ cōſtante matrimonio percepti partē retinere pro rata, partē reddere debet. Sicut ergo tertiā quartæ partis mercedis nūc debitæ retinet, & fructuū ita & de nouē partibus dicendū eſt eadem ratione. Nā & fructuū percipiendorū nomine cauetur marito: vt j. ea. l. §. diuortio. & §. interdū marito de fructibus. Igitur in mercede ide, vt ſ. de pet. hære. l. mercedes planè. Sic ergo res expeditur, vt vel caueat maritus de portione præſtanda: quia ipſe actionem habet, aliam verò pro rata retineat, vel vēdatur nomen quāti poteſt vēdi: vt j. ad leg. Fal. l. in quātitate. §. magna. Et hoc cùm ſine culpa mulieris factū eſt diuortium: alioquin nihil ex dote haberet: vt C. de repu. l. cū ſen ſu. §. hęc niſi. in fi. Extra quęritur, ſi merces ſit ſoluēda à colono, qui nummis colit, eadem die qua

6 dedit † prædium in dotē, vtrum huius mercedis partem debeat habere maritus pro ea portione, pro qua ſtetit poſtea matrimoniū, ſicut in fructibus, quos eadem die percepit, ſicut dictū eſt. In ciuilibus quidē acceſſionibus, idem quod in naturalibus videtur eſſe dicēdum: vt ſ. de vſur. l. vſuræ & d. l. mercedes planè. Sed certè dicetur ſi ponas omnia paria, fructus pro rata facit ſuos maritus. At hic non eſt ſtipulatus mercedē: nec eam percepit. Vnde ſuam facere dici non poteſt. Si autem quæras, an teneatur ea mulier in mercede, quaſi eā promiſerit, ac ſi ipſa nolente, ſeu inuito marito ex dotali prædio perciperet? Reſp. nequaquā. Cur enim dicā eum, qui pro ſorte intercedit, nō teneri in vſuris: multò minus videtur promiſiſſe mercedē, licet

7 fundū promiſerit: ideoq; nihil ex ea habebit maritus. † Quod autem de quarta portione mercedis confundēda cum fructibus dicitur, arg. eſt ad id, quod ſolet quæri, quo tēpore ſolui merces debeāt. Videtur enim, quòd ſemper peti poſſit pro eo tēpore quod præterijt, non pro futuro, niſi in caſu, vt j. de migrando. l. j. & C. de adno. diuer. iud. Sed videtur, quòd ſtatim debeat ſolui, arg. de reg. iur. l. in omnibus. Sed in hac quæſtione dic, vt diximus j. de reg. iur. l. ſemper in ſtipulationibus.

De impēſis in rebus dotalibus factis. *Ru.*

1 *Impenſarum ſpecies tres.*
2 *Impenſarum qua repetibilis.*

DIXIT ſ. ſoluto matrimonio, quēadmodum dos petatur: at quia ſæpe cōtingit expenſas fieri à marito in dote, ob id q; non totam vult reddere, imò impenſam deducere, atq; ideo ipſo iure dos propter impenſas minuitur: ideo hic intitulat generaliter de im-

1 penſis in rebus dotalibus factis. † Ad quod ſciēdum, quia impenſa eſt triplex, vel neceſſaria, vel vtilis, vel voluptaria: vt j. de ver. ſig. l. impēſæ. & j. eo. l. j. in prin. Et quæ dicātur neceſſariæ impēſæ, dicitur in d. l. impēſæ. de ver. ſig. & j. eo. l. j. §. j. & l. ij. & iij. in prin. & l. impēſę. Item not. hic dici dupliciter neceſſariam impenſam: vt j. per totum. & prout ibi bene not. Quæ ſit vtilis dicitur in l. illa, impenſæ. infra de verb. ſignifi. & infra eodem, l. quod dicitur. §. fi. & d. l. impenſæ. & l. vtiles. Quæ voluptaria, habetur infrà. de verb. ſig. l. impenſæ. & j. eod. l.

2 voluptariæ autem impenſæ. Item not. † quod impenſa alia dicitur fieri ad perpetuam agri vtilitatem, alia fit cauſa temporalis

ralis vtilitatis.i.cauſa [illegible] perci[illegible]endorũ quaſi ad præſen-
tis anni, ſiue temporis fructus percipiend[illegible]s: vt ĩ eo.l.iij.§.nos
generaliter. & l.pen.& fi.Et in hac nõ datur repetitio marito,
ſed cõpenſat cũ fructibus:vt ĩ.eo.l.iij.§.nos.& l.pen.& ſi & ibi
ad hoc plures induxi leges. [illegible]utẽ ad perpetuã agri vtilitatẽ,
illam repetit maritus:niſi ſit in moderata vt ĩ.eo.l.omnino.&
l.pen.& fin.Et ſi quidem eſt neceſſaria.dic de ea.vt ĩ.eo l.j.in fi.
primi reſpon. & ib[illegible] notaui.& l.quod dicitur.in prin.& § j &
ibi no.& ſ.de iur.dot.l.ſi ii.§.quod dicitur.& § fi.& ĩ eo.l.
quod dicitur.§.ſi dos.Si autẽ vtilis,dic vt ĩ.eod vtilium.& C.
de rei vxo.act.l.vnica.§.ſed nec.& ĩ eo.l.pro voluptariis.& l.
quod ſi.& ĩ.eo.l.in voluptariis. Itẽ vbi nõ minuitur dos ipſo
iure ob impenſas, hæ repetuntur vt dictum eſt: non tamen
datur ideo dotis retentio: vt C.de rei vxo.actio.l.vnica.§ ſi-
leat. Adde tamen ſecundum quod ibi not.& ſ.ſolu.mat.l.di-
uortio.§.ob donationes.Hyr.

ANNOTATIO.

* Factis. Hinc ad titulum de colla.dotis, omnia in manu ſcripto exem-
plari deſunt,idque an Azoni ſint tuo iudicio relinquimus,ſed [illegible]ne-
tij eſſe veriſimile mihi ſit, ex ſummularũ ſubſcriptionib. P. Praietus.

De liberis agnoſcendis. *Rubrica.*

1 *Senatuſc. Plantianum ad quos pertineat.*
2 *Maritus non obſeruans quæ in ſenatuſc. Plantiano continen-
tur,qua pœna puniatur.*
3 *Maritus mittens cuſtodes mulieri: quæ prægnantem ſe ex eo
dicit:non præiudicat ſibi,neque partui.*
4 *Mulieri non obſeruanti quæ comprehenduntur ſenatuſcon.
Plautiano,qua pœna imponatur.*
5 *Sententia lata in cauſa filiationis facit ius: & quibus præiu-
dicet.*
6 *Parentes coguntur alere liberos.*
7 *Patronum egentem alendum eſſe à liberto,& econtrario.*

DICTVM eſt ſ.de rerum amotarum actione quæ
ita demum habet locum,ſi ſequutũ ſit diuortium:
vt ſ.rit.j.l.rerum amotarum iudicium:tranſit cõ-
ſequenter ad Plautianũ ſenatuſconſultum, quod
1 factum eſt de liberis agnoſcendis: † & ad eos tãtum pertinet,
qui poſt diuortium eduntur.vt ĩ.e.l.iij.§.j.& l j. in prin. Et ſic
apponit generaliter de agnoſcẽdis,tam de iis quę ante diuor-
tium quàm de iis qui poſt , & de eis alendis à parentibus,vel
parentibus à liberis. Et quia ſimile ius ſæpe obſeruatur tam
inter patronos,& libertos,quàm inter parentes & liberos: vt
Inſtitu.quib.mo.ius pa.pot.ſol.§.noſtra autem.& Inſtit.de le-
gi.patro. tute. Ideó que in tertia parte rubricæ de alendis pa-
tronis à libertis,& è conuerſo ponit. Et quidem ſuper agno-
ſcendis libertis duo ſunt facta ſenatuſconſulta. Plautianum,
& aliud ſub diuo Hadriano: vt ĩ.eo.l.j.in prin.& [illegible] iij. Quid
autem contineatur Plantiano ſenatuſconſulto habes ĩ eo.l.j.
vſque ad §.pœna autem matri. Sunt autem illi dies xxx.non
vtiles.ſed continui:vt infra eod.l.j.§.ſi mulier ſe.Si autem ma-
ritus bene obſeruauerit quæ ſenatuſconſulto continentur,
non habet neceſſe agnoſcere partum, niſi verè filius fuerit.
2 † Si autem non obſeruauit,pœna extraordinaria arbitrio iu-
dicis ei imponitur : vt infrà eod.l.j.§.pœna autem.vel quia fi-
lius (licet ſit in ſua poteſtate) exit de eius poteſtate, arg. C.de
la.li.t[illegible].l.vnic.§.ſed ſcimus etiam.ar.contra C. de nup.l.pa-
trem, qui filiam. Item cogitur eum agnoſcere, & alere,vt fi-
lium,quamuis ex alio fortè conceptus ſit:vt infrà eo l.j.§.pœ
na.& §.pen.& vlt. Non tamen intelligas per hoc ſic ſibi præ-
iudicari,vt habeat eum ſuum hęredem:quia non habet neceſ-
3 ſe niſi verè filius ſit : vt infrà eo.l.j.§.pen.& vlti. † Item ſi mi-
ſit cuſtodes maritus nullum præiudicium ſibi generat ob hoc:
vt infrà.eo.l.j.§.ſi mulier eſſe. vbi dicit, quemadmodum per
contrarium, &c.vſque in ſi.Sed nec partui ſit aliquod præiu-
dicium ,cum poſſit probare ſe filium : vt prædicto.§.pen.&
4 vlti.Sed & † mulieri ſi non obſeruauerit quæ ſenatuſconſ.cõ-
prehenduntur,pœna imponitur:quia cùm aliàs maiori termi-
no quàm triennij alimenta præſtare non cogatur : vt C.de
pa.pote.l.pen.hic tamen cogitur: vt probatur ĩ.eo.l.j.§.illud.
& § idem per contrarium. vbi dicit ſed ad id tantùm,vt pater
ita alere, &c. Sed ſi his non ſit contentus maritus, remedijs
prætoris cogetur mulier : vt ĩ.tit.[illegible] j.§.ex hoc. Sed quandoq;
mulier cauſa cognita excuſatur:vt ĩ eo.l.j.§.ſi mulier ſe.Et ſic
apparet quòd ſi vterq; obſeruauit, quæ continentur in ſena-
tuſconſultis tam vir, quàm vxor,non cogitur maritus agno-
ſcere partũ vel alere,niſi cõſtet eum verè filiũ eſſe.Idem eſt &
ſi neuter obſeruauit:quia denũtiatio à marito nõ incipit,ſed à
muliere : vt ĩ eo.l.j.§.illud. & §.idẽ.vbi dicit,idẽ p contrariũ
quoq; ait.Si autem mulier obſeruauit,& maritus nõ,maritus
ipſe cogitur agnoſcere:licet nõ conſtet eũ verè filium.Si autẽ
mulier non obſeruauit , maritus autẽ ſic,nõ cogitur maritus
agnoſcere:vt ĩ.eo.l[illegible] §.illud.Item non habet locũ hoc Plau-
tianũ ſenatuſcon.niſi in partu, qui editur xxx.diebus elapſis,
poſt diuortium, & mulier dicat ſe ex eo prægnãtem:vt ĩ.eo.l.
j.§.eleganter.& ĩ.eo.l.j.§.ſi mulier ſe.& l.iij.§.j. Sed aliud ſe-
natuſc.tẽpore diui Hadriani latum,habet locum in quinque
5 [illegible]aſibus. vt ĩ eo.l.iij § j. † Item not. quòd in cauſa filiationis
ſententia lata facit ius,& præiudicat non ſolùm illi cũ quo eſt
act[illegible] ,ſed & cæteris agnatis:vt ĩ.e.l.[illegible] §.fina.& l.ij.& iij.in prin
ci.ſicut in cauſa ingenuitatis: vt ſ. de ſtatu homi.l.ingenuũ.&
in querela inofficioſi teſtamẽti.vt ſ.de inoffic.teſta.l Papinia
nus.§.Papinianus lib.ij.reſponſ.ait cõtra.& §.fi.& l.qui ſe re-
pudiantis.§.fina. & ĩ.de legatis j.l.ſi ſeruus plurũ.§.j. Te an-
ſcundũ eſt ad ſequentẽ partẽ rubricæ,ſcilicet de alendis libe-
6 ris,vel parentibus.† Et quidem liberos cogũtur alere paren-
tes tam in poteſtate conſtitutos, quàm emancipatos, vel alio
modo ſui iuris effectos:& tã maſculos,quàm fœminas.& hoc
ſi illi eò habeant vnde ſe alere poſſint.parentes intellige tam
maſculos, quàm fœminas.& omnes aſcẽdentes tam per maſ-
culirũ ſexum.quàm per fœmininũ. Illud tamen teneas quòd
auus aſcendens per fœmininũ ſexum ita demũ alere cogitur,
ſi aſcendens per maſculinum inops ſit, vel mortuus,qui alere
non poſſit:vt infrà eodem,l.penulti. Item liberos, intellige.
omnes deſcendentes : & tam legitimos , quàm naturales ex
7 concubina : quia ſecus ſi ex inceſto coitu. Et naturales † non
ſolùm à parẽte,ſed etiam à filiis legitimis poſt mortem patris
ſunt alendi:vt in auth.quibus mod. natu.effic.ſui.§.ſi quis au-
tem defunctus.& §.oportet.& § an quibus.& §. fina.colla.vij.
Sic & è conuerſo egentes parentes alendi ſunt à liberis. Et
quòd hæc prædicta vera ſint, probatur infrà eodem,l.ſi quis à
liberis.in princ.& §.& ſi impubes. & in auth.vt liceat matr.&
auiæ.§.illud quoque.Si autem, qui alere debet, hoc facere de-
trectet, [illegible]ic vt ĩ.eod.l. ſi quis.§. ſi quis ex his. niſi iuſta cauſa ſit
quare hoc detrectet:vt infrà eod.l.ſi quis.§.idem iudex. Sed ſi
parens neget filium &c. vt ĩ.eod.l.ſi quis.§.vel ſi parens. Item
non tantum alimenta &c vt infrà eodem, l.ſi quis. §.non tan-
tum. Et ad[illegible]e quod eſt infrà eod. l. ſi quis. §. parens quamuis.
8 † Sequitur de vltima parte rubricæ de alendis libertis.vel pa-
tronis. Et quidem alendi ſunt patroni , vel è conuerſo,egen-
a tes,& eorum fi[illegible] à libertis ª,vel libertabus : quod dic vt infrà
eodem,l.ſi quis.§.ſolent.& §.alimenta autem. & l.fina. Patrem
& matrem patroni,cùm patronus, & filij eius minimè ſuper-
ſunt , alere egentes ipſi liberti , ſi idonei facultatibus ſint,co-
guntur:vt ĩ. eo.l.ſi quis.§.fina.Sed ſi à liberto liberto ali ſe de-
ſideret patronus,vel ab eo,&c.dic vt continetur ĩ. eo.l.ſi quis.
§.ſi quis à liberti. Sed nunquid filius liberti cogatur ſaltem
viuo liberto (cùm libertus hoc facere non poſſit) alere patro-
num? & quæ pœna imponatur liberto non præſtanti alimen-
ta patrono? Habes infrà eodem, l. alimenta.§.j. Sic & è con-
uerſo patronus debet alere libertum egentem : quod ſi non
faciat , pœna imponitur : quæ qualis ſit, habes infra eodem,l.
alimenta. in princip. Hyrnetius.

ANNOTATIO.

a Libertis. De iſta materia vide Spec.in tit.qui filii ſint legi.ver.patro-
nus.& in tit.de offic.omnium iudi.§.ii.verſic. ſi vero. multi aper Bald.
in l.prima.col.ii C ſi quid in frau.patro.do.Bartholo.Soci.in l.ſi non
fortem.§.libertus.de condit.indeb.cum plur.ſequ.

De ventre inſpiciendo, & cuſtodiendo partu, *Rubrica.*

1 *Plautiano S.C. locus.*
2 *Venter quando inſpiciendus.*
3 *Carbonianum a quo derogatum.*

DICTVM eſt ſ. de liberis agnoſcendis, vbi
cauetur aliquid, licet ſummatenus, de mit-
tendis cuſtodibus à marito ad partum cuſto-
diendum: vt ſ. tit. j.l.j. ideo hic generaliter
1 apponit de cuſtodiendo partu: & præmiſit
de inſpiciendo ventre.† Eſt igitur ſciendum,
quia aut diuortio ſeparatum eſt matrimonium: & ita vterque
adhuc viuit, aut morte viri. Si diuortio, aut mulier confitetur
ſe prægnantem: & tunc recurrendum eſt ad Senatuſconſultū
Plautianum, & ſic ad ſuperiorē titulum: vt j. eod l.j. §. ex hoc.
& §. igitur. aut diffitetur. & tunc facta eſt conſtitutio diuorum
☞ fratrum. *a* quod dic ſecundum quod legitur j. eod. l. prima.
in princip. & §. notandum. & §. item. & §. ſi omnes. & §. memi-
2 niſſe. † Si autem morte viri ſolutum ſit matrimonium, habet
locum edictum prætoris. quod dic vt j. eod. l. prima. §. de in-
ſpiciendo. & §. quamuis. & §. fina. & l. penulti. & fina. & adde
quod eſt j. eo. l. prima. §. quod datum erit. & §. is apud quem.
Si autem mulier non patiatur obſeruari quæ ſ. dicta ſunt, ha-
3 bet locum, quod eſt j. eod. l. j. §. ſi cui.† Et eſt hoc edictum de-
rogatorium Carboniani Senatuſconſulti, ſiue illius edicti de
ventre in poſſeſſ. mit. vt j. eod. l. edictum. Sed nunquid & con-
ſtante matrimonio habebunt iſta locum de cuſto. partu &
inſpiciendo ventre? &c. fortè licet non ex verbis edicti præ-
toris, ſed ex mente.

ANNOTATIO.

☞ Fratrum. Quotiens in iure legis, diuos fratres M. Antoninum philo-
ſophum, & L. Verum. T. Antonini Pij filios Hadriani nepotes intel-
ligas A. idque Anto. Augu. lib ſingulari ad modeſti. ſcribit. P. Prateius.

Si ventris nomine muliere in poſſeſsionem miſſa, eadem poſſeſsio dolo malo ad aliū tranſlata eſſe dicatur. *Rubrica.*

1 *Actio cui competat.*
2 *Actio cur in hæredem non datur.*

DICTVM eſt ſ. de inſpiciendo vētre, cuſtodien-
dóque partu, ſed contingit interdum mulierem
prægnantem mitti in poſſeſsionem cauſa ventris
&c. ſuper quæ prætor proſpexit: vt j. eo. l. j. Eſt
ergo videndum, quando habeat locum actio in factum ex hoc
edicto, cui detur, contra quē, ad quid, & qualis ipſa ſit. Quan-
do habet locum? Dic vt j. eo. l. j. & l. ij. in prin. Cōpetit † autem
1 hæc actio ei cuius intereſt aliū non eſſe miſſum in poſſeſsionē.
Cuius autem videatur intereſſe, habes j. tit. j. l. j. §. competit. &
ſ. tit. j. l. j. §. pr. & l. penul. & fina. Contra quem datur? Dic vt j.
eo. l. j. §. non ſolum. & §. fi. in fi. & ad intereſſe datur: vt j. eo. l. j.
§. j. & ideo ſi id, &c. vt j. l. ij. §. fina. Perpetua eſt hæc actio, &
prætoria, & rei perſequutoria: vt j. eo. l. j. in prin. & §. fi. Non
infamat: quia lege non cauetur eam eſſe famoſam. In hære-
dem non datur, niſi † quatenus ad eum peruenit vel lite con-
2 teſtata in ſolidum: quia ex dolo, ſiue ex maleficio, vel quaſi
proficiſcitur, quod apparet, quia ex ea non datur de pecu-
lio in partem, ſed quatenus ad eum peruenit: vt infrà l. prima
in fin. Et ideo lite nondum conteſtata non datur in hære-
dem in ſolidum: vt C. ex deli. defunc. l. prima. Item adiecit præ-
tor, vt qui per dolum, &c. vt contrà eodem. l. j. §. neceſſario.
Hy nerius.

Si mulier ventris nomine in poſſeſsione calumniæ cauſa eſſe dicatur. *Rubrica.*

1 *Mulier quando dicatur eſſe in poſſeſsione ventris nomine per calumniam.*
2 *Actionem mulierem, qua calumniæ cauſa dicitur eſſe in poſſeſſione cui, in quem, & ad quid detur. & 3. & 4.*

DICTVM eſt ſ. ſi ventris nomine muliere &c. ſequitur
videre, ſi mulier nomine ventris in poſſeſsione calum-
niæ cauſa eſſe dicatur. Videndum eſt igitur quando vi-
a deatur eſſe in poſſeſsione cauſa calumniæ *a* & ſi inueniatur
eſſe in poſſeſsione cauſa calumniæ, qua actione teneatur, cui
competat, in quem, quid in ea veniat & qualis ipſa ſit. Per ca-
1 lumniam † in poſſeſsione videtur fuiſſe illa mulier, quæ ſciens
prudēsque ſe prægnantem non eſſe, vel ex alio prægnantem
eſſe voluit in poſſeſsionem venire: vt j. l. j. circa princip. & ſ.
de iis, qui not. infa. not. in l. ea, quæ. ſed ſi falſa æſtimatione
deceptā eſt, vel deferente hærede iurauit ſe prægnantem eſſe,
non videbitur calumniæ cauſa eſſe in poſſeſsione: vt ſ. de iis,
qui not. infa. l. ea, quæ. & j. eod. l. j. & ſi peperit, poſtea quære-
2 tur veritas, &c. vſque ibi, & hoc edictum ex eadem cauſa.† Da
tur autem in mulierem quæ calumniæ cauſa videtur fuiſſe in
poſſeſsione actio in factum: vt j. eod. in princi. quæ datur
ei cuius intereſt, eam non fuiſſe miſſam in poſſeſsionem: vt j.
eod. l. j. §. competit. & eius hæredi: vt j. eod. nonnunquam
augebitur. Item legatariis: vt j. eod. l. ſi ſubſtitutus. §. ſed an de
3 cedant legata. Item † in mulierem, & in eum qui habet eam in
poteſtate, qui ſi dolum adhibuit, tenebitur in ſolidū: ſi dolum
nō adhibuit, in quantū ad eum peruenit: vt j. l. j. §. in parentem.
& §. fi. In hæredem nō dabitur: niſi ſicut in ſuperiore diximus.
argu. etiam j. eo. l. j. §. hoc edictum ex eadem cauſa. Venit autē
intereſſe in hac actione: quod qualiter ſit attendendum, dic vt
j. eod. l. j. §. intereſſe. & §. nonnunquam. & l. ſi ſubſtitutus. vſ-
que ibi, ſed an decedant, &c. vſque ad vltim. §. Prætoria eſt:
vt j. eod. l. j. in prin. Annalis, & quaſi pœnalis eſt: vt j. eod. l. j.
Hanc autem actionem dat prætor, quod eſt intelligendum re-
4 ſpectu mulieris. † Famoſa eſt, cùm pronunciatum eſt eam
fuiſſe in poſſeſſ. cauſa calumniæ: & cùm erat ſui iuris. & idem
in parente ſi dolum adhibuit ſententia lata, ſcilicet, aduerſus
eum: & eo habente filiam in poteſtate: vt ſ. de iis, qui not. infa.
l. ea, quæ. & l. ſequenti. Hyrnerius.

ANNOTATIO.

a Cauſa calumniæ. Ad huius titu. materiam vide Spec. in titu. de eo qui
mit. in poſſ. verſi porro. & in tit. de teſta. §. iii. doct. & Bart. in l. extra-
neo. de ve. in poſſeſsionem mitten. & in l prima. de ven. inſpi. vbi co-
pioſè habes. & vide omnes ſcribentes hic.

De iis, quæ in teſtamento delentur. *Rubr.*

1 *Induci aliquid in teſtamento quando dicatur.*
2 *Cancellari quando quid dicatur, & quando deleri.*
3 *Deletum, vel cancellatum, vel inductum in teſtamento quando debeatur, & quando non.*
4 *Hæreditas an & quando cenſeatur ablata hæredi ſcripto hoc ipſo, quòd teſtator incidit tabulas teſtamenti.*

DIXIT ſ. de teſtamentis, qualiter fiant, ſed quia
in teſtamentis quandoq; contingit inductionem
fieri, vel cancellari, vel deleri, vel aliquid ibi incon
ſultò ſcribi, vel ab alio iniuſſu teſtatoris: ideo ap-
1 ponit de iis, quæ in teſtamento, &c. † Illud quidem eſt præ-
a notādum, quòd propriè tunc dicitur induci *a* quod ſcriptum
eſt in teſtamento, quando indirectè de loco ad locum penna
producitur: ſicut dicitur in arte geometriæ in poſitionibus ſi-
ue in petitionibus eius, lineā de puncto ad punctum directum
duci: ſic ponitur j. de lib. cau. l. diui. §. rectè. & ſ. de pet. hære-
dit. l. ſi quis libertatem. & ff. de iudi. l. & poſt edictum per em-
ptorium

a proxium. † Cancellari tunc propriè dicitur, cùm ad modum crucis penna ducitur: ſic dicuntur cancellari edicta propoſita: ſic & in diuina pagina cancellatis manibus. Deleri dicitur, cum aqua, vel aliquo liquore, vel abraſione tollitur quod ſcriptum eſt. Hæc quantum ad propriam verborum ſignificationem: ſed nihil intereſt qualitercunque fiat: & ſæpe vnum pro altero ponitur. Sed etiam poteſt dici, quòd delere, eſt genus ad cætera. † Sciendum eſt igitur, quòd ſi quid eſt deletum, vel cancellatum, vel inductum in teſtamento, id aut ab ipſo teſtatore, aut ab alio: ſi ab ipſo teſtatore, aut conſultò, aut inconſultò. Si inconſultò, id eſt, caſu fortuito contingente, non eo propoſito quòd vellet aliquid immutare, vel delere. Aut ante teſtamentum perfectum, aut poſteà. Si ante, ſiquidem ita deletum eſt, quòd amplius legi non poteſt, non debetur id legatariis: quia præſumendum eſt teſtatorem iterum illud reſcripſiſſe, ſi vellet deberi: ſi autem adhuc legi poſſit, nihilominus debebitur. Si autem poſt teſtamentum conſummatum, nihilominus debebitur, ſiue legi poſſit, ſiue non. Si autem cóſultò, aut ante conſummatum teſtamentum, aut poſt: ſi ante, ipſo iure non debebitur: ſi poſteà, debebitur ipſo iure, ſed obſtat doli exceptio: vt probatur j. eod. l. j. in princ. & §. j. & ij. & l. iij. & j. de leg. j. l. ſi ita ſit. & j. de ſecun. tab. l. fi. §. teſtamento. Si quidem ab alio, teſtatore volente, idem eſt ac ſi ab eo: ſi eo inuito, & inconſulto, nihil obeſt, niſi ſit ille, cui illud legatú erat relictum, vel portio hæreditatis: quia erat ſubſtitutus, quia tunc illud amittit: vt j. eod. l. j. §. pen. & infrà ad Treb. l. Paulus reſpondit ſi certa. & C. de leg. l. non eſt dubium. & l. pe. Si autem deleuerit nomen hæredis, eodem modo diſtinguendú an conſultò, vel inconſultò: ante teſtamentum conſummatum, an poſt. Si autem plures erát ſcripti hęredes, & nomen vnius deleuit, vel omnium: dic vt j. eo. l. ij. & iij. Si autem incidit tabulas teſtator, ſi inconſultò, non aufertur hæreditas ſcripto hęredi: ſed non poterit adire de iure prætorio, ſed de iure ciuili tantùm: vt infrà de bon. poſſeſ. ſecun. tab. l. j §. ſemel. & §. ſi linum. Si autem plures erant tabulæ, & vnam incidit: dic vt j. eod. l. fin. & j. de bon. poſ. ſecun. tab. l. j. §. ſed ſi vnum. & l. fin.
4 §. j. Si auté † conſultò: aut habet venientes ab inteſtato, & tunc eis applicabitur hæreditas, aut non, & tunc fiſco, & ſic tunc legata pręſtabuntur: in primo caſu nihil refert, voluerit decedere ab inteſtato, an non: vt j. eo. l. fin. cum omnibus ſuis concordantiis, & contrariis, quæ ibi ſignaui. Et hæc vera ſunt quando in teſtaméto deletum eſt, quod legi poterat: alioquin non habet locum: vt j. eo. l. j. in prin. §. j. Item hæc habét locum in teſtamento in ſcriptis condito, & in codicillis: vt j. eo. l. fi. & ſic non obſt. Inſtit. quib. mod. teſt. infir. §. ex eo. Sed quid ſi in teſtamento (quod hodie frequenter fit) aliquid deleatur? quia poteſt dici ibi loqui in teſtamento ſine ſcriptis. Item ſi inueniantur in vna parte lituræ in teſtamento, vel in aliquo inſtrumento? dic vt notaui C. de teſta. l. ſi vnus. & faciunt ad hoc iſtę leges. C. de tranſact. l. pen. & ff. de mino. l. etiam. §. j. & C. de iureiu. l. vlt. §. pen. & ff. famil. erciſcun. l. in hoc iudicio. & quemadmodum teſtam. aper. l. j. in fine. & ſ. de fide inſtru. l. ij & infrà de furtis. l. vulgaris. Hyrnerius.

ANNOTATIO.

a Induci. Vide Bud. in l. vlt. ff. de ſenatorib.

De acquirenda vel omittenda hæreditate. *Rub.*

1 *Hæreditatem acquirere quis poſsit.*
2 *Minor an & quomodo poſsit hæreditatem acquirere.*
3 *Tutor ſolus an poſsit hæreditatem pupillo acquirere.*
4 *Adultus habens curatorem, an & quomodo poſsit adire hæreditatem, & quid ſi non habeat curatorem.*
5 *Furioſus an poſsit adire hæreditatem.*
6 *Hæreditatem per quos acquirere poſſumus. & num. 8.*
7 *Seruus vt acquirat hæreditatem domino, quæ requiruntur.*
9 *Seruus dotalis adiens hæreditatem, cui acquirat eam.*
10 *Liber homo bona fide nobis ſeruiens, an acquirat nobis hæreditatem.*
11 *Seruus hæreditarius an poſsit nobis acquirere hæreditatem.*
12 *Hæreditatem non poſſe acquiri per procuratorem, aliter atque in bonorum poſſeſsione.*
13 *Hæreditatem viuentis, nec adiri poſſe, nec repudiari.*
14 *Hæredem dubitantem, viuat, an mortuus ſit is, de cuius hæreditate agitur, non poſſe adire hæreditatem.*
15 *Filiuſfa. hæreditas an, & quando poſsit acquiri.*
16 *Hæreditas quando poſsit adiri.*
17 *Hæreditas qualiter acquiri poſsit.*
18 *Gerere pro hærede quis, & quando, & qualiter videatur.*
19 *Hæreditas intra quantum tempus poſsit adiri.*
20 *Hæreditatis aditionis effectus qui ſint.*
21 *Hæreditatem non aditam quibus caſibus tranſmittat quis ad hæredes.*
22 *Hæreditata adita pro parte, reliquam portionem, quæ defertur, non poſſe repudiari aliter atque in legatis.*
23 *Hæreditatem repudiare quis poſsit.*
24 *Hæreditatem ſemel aditam, an quis poſsit poſtea repudiare.*
25 *Hæreditas quàm variis iuribus deferatur.*
26 *Suus hæres eo actu cenſetur ſe immiſcere hæreditati, quo actu hæres extraneus cenſeretur adire.*

DICTVM eſt ſuprà de iure deliberandi, quod eſt præparatorium aditionis hæreditatis, vel repudiationis. Nam primò qui deliberat de adeunda, vel repudianda hæreditate, poſtea ſequitur vt adeat, vel repudiet: vt C. de iure delib. l. ſcimus. & l. cùm in antecioribus. & per totum titulum. & ſ. de iure delib. per totum. Ideo conſequenter ponit de acquir. vel omit. hæred. Videndum igitur eſt, quis poſsit acquirere, cui, cuius hæreditatem, quando, qualiter, intra quantum tempus, & quando, ſiue qualiter dicatur quis acquirere, quæ omnia, de omittenda, ſunt ſimiliter videnda. Vltimò quis effectus ſequatur, acquiſita, vel omiſſa hæreditate. Et quidem poteſt acquirere hæreditatem
1 ſibi is, qui adire poteſt. † Poteſt autem adire, & ſibi acquirere maior xxv. annis ſui iuris [conſtitutus:] vt C. eo l. ſicut. & C. de iure delib. l. ſi te bonis. & l. non eſt dubium. Minor xxv annis, ſi quidem ſit pupillus, non poteſt ſine tutoris authoritate, niſi ſit neceſſarius hæres: vt j. eo. l. more. & Inſti. de autho. tu. §.
2 pe. & ſ. de autho. tu. l. obligari. § pupillus hæreditaté. etiam † ſi lucroſa ſit hæreditas: vt ibi habes: & ea ratione quando occaſione lucroſæ adiret damnoſam: vel quia & lucroſa poſsit ſibi eſſe dánoſa: putà. quia intricata eſſet debitis, & creditis: & intereſt pupilli laboribus. litibus, & ſumptibus nó vexari: vt ſ. de mino. xxv. an. l. minoribus. eſt & alia ratio, quia minor nó poteſt ſe obligare alij, licet alium poſsit ſibi obligare ſine authoritate tutoris: vt ſ. de autho. tuto. l. obligari & Inſti. de autho. tur. in princ. ſed adeundo hæreditatem obligatetur creditoribus hæreditatis: vt j. ad Treb. l. non enim & j. ex quibus cau. in poſſeſ. eat. l. iij. Bonorum autem poſſeſsionem ſine tutoris authoritate, cùm non habeat tutorem, & hoc ſciat prętor, petere poteſt pupillus. Et fortè eodem caſu dici poteſt, vt hæreditatem de iure ciuili adire poſsit: vt C. de iur. deli. l. ſi infanti. in fi. & l. j. & C. qui admit. ad bono. poſſeſ. l. bonorum. Et hæc intelligas, cùm pupillus exceſsit infantiam: quia infans conſtat, quòd adire non poteſt, nec acquirere cùm nullum intellectum habeat: vt j. eo. l. pupillus ſi fari. & C. de iure delib. l. ſi infanti. §. j. & ij. Poterit ergo pupillus adire authoritate tutoris: vt j. eo. l. pupillus ſi fari. & C. de iure delib. l. potuit. etiam ſi tutor ſit talis, qui non adminiſtret: vt j. eo. l. pupillú. dumtamen non ſit ei denegata adminiſtratio: vt ſ. de adminiſt. tut. l. & ſi plu-
3 ribus. Solus autem † tutor pupillo hæreditaté acquirere non poteſt: vel eius nomine adire: vt C. de iure delibe. l. potuit. tuſt infanti: vt C. de iu. deli. l. ſi infanti. §. parente. licet bonorú poſſeſsionem ei petere ſolus poſsit: licet nó ſit infans: vt j. de bon.
4 poſſeſ. l. bona. §. acquirere. & l. pupillo. & l. tutor. † Si autem ſit adultus, ſi quidem habet curatorem, poteſt adire eo authore: vt C. de admin. tut. l. cùm quædam. licet aliàs videatur dici, quòd authoritas curatoris ad hoc ſit inſufficiés: vt j. de appel. l. cùm in vna. §. fin. ſed dic vt ibi not. Si autem nó habeat curatorem, adire poteſt pubes: vt C. de iur. delib. l. puberem. & argu. C. de in integ. reſtit. l. ſi curatorem habens. ſi tamen poteſt in integ. reſti. vt infrà eo. l. ſi minor. & l. neceſſarius. In filio autem familiàs, quid iuris ſit, habes C. de iure delib. l. filiofami-

liâs.& in l.ſi infantl.& C.de bo.quæ lib.l.cùm nó ſolũ.Quod
eſt intelligendum ſecundũ hodierna iura: nam olim obſeruabatur
in filio,quod in ſeruo:extra caſtrenſe, & quaſi caſtrenſe
peculium. Quid autem in ſeruo obſeruetur? dicam infrà. Item
5 furioſus † adire nó poteſt:quis non ſentit nec intelligit, quid
agat,vt j eod.l.pupillus ſi ſari.& l.qui ſeruum. nec acquirere,
niſi in caſu:vt j.eod.l. Antiſtius.§.vlt. Item nec eius curator
ſibi acquirere poteſt:vt j.de ſucceſ.edi.l.j.§.furioſi. & j.de bo.
poſſeſ. furio. muto, ſurdo,cæco,compet. l.j.in princip. Nec
obſtat ſ. de aui ho.præſtan. l.ſi ad pupillum. quia verum eſt,
quod ſibi quæri poteſt, quantum ad fructus interim percipiendos,&
ad commodum tale. Et ita intelligitur j.de leg.ij.
l.Licinius.§.bonorum.& probatur hoc eſſe verum C.de cura.
furio.l.fi.§.tali.itaque mutus,ſurdus,cæcus,acquirere & adire
poſſunt:ſi intelligant, quod agitur: quia & bonorum poſſeſ.
poſſunt: vt infrà de bon.poſſeſ.muto,ſurdo,cæco,compe. vt
infrà eod.l.v.& Inſtit.de hæred.qualita.& differ. §.fin. Item
6 †acquirere poteſt ſibi quis hæreditatem per ſe: vt apparet ex
prædictis. Item per alium:vt per eos,quos habet in poteſtate,
vt per filium,per ſeruum:vt infrà eod.l. Antiſtius.§ fina.debet
tamen iuſſus præcedere: quod dic vt infrà eod. l. ſi quis mihi
bona.§.iuſſum.vſq; in fi.legis.& l.ſi ex ſua.& l.more. §.impubes.
& l.qui ſeruum. & l.ſi quis alicui. & l.ſi per epiſtolam. &
l.cum.§. filiusfamiliâs.& l.hæres.& l.cùm hæres inſtitutus. &
l.Antiſtius.§. ſi ſeruus.& l.ſeruus duorum.& l.ſi ſeruus communis.&
l.cùm ſolus.& l.ſi ſolus.§.item ſi ſeruus.& l.ſi ſerua
eius. & l. per procuratorem iuſſu. & l. filiosfamiliâs duxit. &
l.pater quoties. per totã legem. Item adde quod legitur infrà
eod.l.ſi quis mihi bona.§.ſi fiſci ſeruus. & §.ſi quis planè. Et
7 quod dicitur infrà eodem,l.placet. † Et no.quòd in acquiſitione
hæreditatis,quæ fit per ſeruum, præcedere debet iuſſus
domini (vt dictum eſt) quia ſecus eſt in bonorum poſſeſ. &
in reſtitutione hæreditatis:quia ſufficit ſequi ratihabitionem.
Item in bonorum poſſeſsione, & hæreditate acquirenda per
ſeruum eſt neceſſaria ſerui voluntas:quòd non exigitur in reſtitutione
hæreditatis: vt infrà ad Trebel.l.ſeruo.§.j. Poteſt
enim ſeruus nolle adire: vt C.de hæred.inſtit.l.iij.in fine. & j.
8 eod.l.qui in aliena.§.fin.& l.ſequen. Item † per ſeruum alienum,
qui bona fide poſsidetur, vel per eum in quo vſumfructum
habemus, nobis hæreditas nó acquiritur,etiã ſi interueniat
iuſſus noſter:ſed interueniente iuſſu veri domini, ſibi acquirit:ſi
contemplatione noſtra fuerit inſtitutus: & per conditionem
ſine cauſa nobis verus dominus reſtituere tenetur:
vt j.eod.l.ſi quis bona.in princ.& l.aditio.& j.de ſtipul. ſer.l.
9 pen.& ſ.de vul.& pupi.l.ſed ſi plures.§.in arrogato. † In ſeruo
dotali dico quòd per eum hæreditas viro acquiritur, &
eius iuſſu interueniente debet adire: cùm ipſe ſit dominus de
iure ciuili,& naturali,ſecundum ſententiam noſtram:ſed cum
contemplatione mulieris fuerit inſtitutus, mulieri reſtituere
10 tenetur hæreditatem:vt j.eod.l.aditio. †Quid autem iuris ſit,
cùm liber homo inſtituitur,qui nobis bona fide ſeruit? dic planè
vt habes in gloſ.illa Ioan.ibi,ignatus nulli: nam ſibi non:
vt j.eod.de acquir.rer.domin. l.homo liber. & l. liber homo.
& ſ.de hæred.inſtit.l.liber homo.in princ. Per ſeruum autem
hæreditarium conſtat,quòd nobis hæreditas acquiri non poteſt:
vt j.eod. l.per ſeruum hæreditarium. & de acquir. rerum
domin.l.per ſeruum.ij. & infrà de acquir.poſſeſ.l.j. §.veteres.
11 quæ autem ſit ratio,dic vt ibi notandum duxi. Item †nec ipſi
hæreditati per ſeruum euſdem hæreditatis poterit quæri hæreditas:
quia in acquirenda hæreditate factum perſonæ deſideratur,
id eſt,niſi ſit perſona domini cuius iuſſus præcedat ſerui
aditionem: vt infrà de acquir.rer domi. l.hæreditas in mul-
12 tis.Item†nec per procuratorem acquiri poteſt hæreditas:licet
ſecus ſit in bonorum poſſeſsione: vt infrà eod. l.per procuratorem.&
j.de bo.poſſeſ.l.iij.§ acquiritur.quæ autem ſit ratio,
13 dic vt ibi not.& apparet ex prædictis quis,& cui. † Sequitur
videre cuius, & quidem hæreditas viuentis acquiri, vel adiri
a non poteſt[a],ſic nec repudiari:quia viuẽtis hæreditas nulla eſt:
vt j.eo.l.quiſquis hæres. §.ſi quis. & l.ſi quis mihi bona. §.ſed
vtrum.verſ.ſed an nominatim.vbi dicit,ſed an nominatim da
vini hæreditate mandari poſsit.& l.qui ſuperſtitis. & l.ſi quis
extraneus,§.interdum autem. verſic.cæterùm ex quibus cau-
14 ſis.& j.de vſucap.pro hærede.l.j.& j.eo.l.neminem.Idem†eſt,
ſi dubitet,hæres an viuat,an mortuus ſit is, de cuius hæreditate
agitur:vt j.eod.l.is qui hæres.§.ſi quis. & l.hæres inſtitutus.
15 & l.qui hæreditatem. Idem †eſt ſi de conditione teſtatoris incertus
ſit,ſcilicet paterfamiliâs, vel filiusfamiliâs fuerit, cùm
deceſsit:ſecus tamen, ſi dubitet eius Romanus, an apud hoſtes
deceſſerit:vt j.eo.l.hæres inſtitutus.in.fi.& l.quòd ſi dubitet.
Item filiusfamiliâs hæreditas quæri non poteſt, niſi ex caſtrenſi
peculio,vel quaſi:vt infrà de caſtr. pecu.l.j.& ij.& infrà
eo.l.ſi pupillus. §.idem reſpondit ſi iuſſu. hodie tamen poteſt
habere bene hæredem filiusfamiliâs ab inteſtato,ſcilicet in iis
quæ parentibus non acquiruntur:vt in auth.de hæred.quæ ab
inteſta.circa princi. Item ſerui hæreditas acquiri non poteſt:
quia nihil habet,nec ſucceſſorem habere poteſt:vt C.commu.
de ſucceſſ.l.ſeruus. ſed excipio quoſdam caſus, vt ibi notaui.
16 † Sequitur quando, & quidem cùm hæreditas eſt delata. Inde
eſt,quòd ante conditionem exiſtentem, ſub qua fuit inſtitutus,
quis adire non poteſt: vt infrà eod. l. is qui hæres. & infrà
eodem. l.qui putat. in fine primi reſponſi. Item adde ad hoc
infrà eodem, l.iij. & l.quandiu inſtitutus. ſuprà de hæredib.
inſtit.l. ſi quis ita hæres. & C. commu.de ſucceſſ.l.antequam.
& infrà de regul.iur.l.quandiu eſt. & infrà eo. l.quandiu poteſt.&
l.in plurium quod verum eſt,niſi in caſu: vt s.de hæred.
inſtit.l.ſi quis ita hæres inſtituatur. Nec obſtat infrà vnde lib.
l.pen.quia dico,quòd ibi ſuit inſtitutus filius ſub conditione
emancipationis ſi emancipabitur intra certum tempus,& iam
erat elapſum tempus eùm adiuit ab inteſtato: & ſic ex teſtamento
ſuccedere non poterat. Item adde quod legitur infrà
eodem,l.qui in aliena. §.ſi is,qui. & l.nec is,qui.& l.ſi quis extraneus.
§. ſciendum. & §.ſi conditioni. & l.ſequen. & l.cùm
quidam. §.quod dicitur.vſque in fin.& infrà eod.l.ſed & ſi de
ſua.vſque in finem. & l. eùm falſum. & l.eum, qui duobus. in
princip.& l.filium emancipatum. & l. qui putat. §.qui bona.
17 & §.de eo.& l.ſequenti.& l.qui ſe pupillum. † Sequitur qualiter,&
quidem non ſub conditione, non ad tempus, nec ex
tempore adire, vel acquirere poteſt hæreditatem: vt infrà de
regul. iur. l. actus legitimi. Sola autem & nuda voluntate: vt
Inſtit.de hæred.qualit.& differ.§.fina.& j. eod. l. gerit. Porrò
factum ipſum, ſiue geſtio non exigitur quaſi aliter hæres eſſe
non poſsit,ſed ad probationem voluntatis:quia nuda voluntate
additur, vt dictum eſt. Non enim tantùm facti, quantum
animi eſt hæreditatis acquiſitio: vt j.eod. l.pro hærede. §.pro
hærede. ſicut & aliâs dicitur, quòd arra ſit arg. venditionis:vt
18 Inſtit.de contrah. emp.in prin. † Qualiter autem & quando
quis videatur gerere pro hærede,dic vt Inſtit. de hæred.qual.
& diffe.§.fi.& j eod. l.pro hærede. per totam legem.& l.quæſitum.&
l. Antiſtius.in prin.& l.ſi quis non.& l.duo fratres.&
l.Pannonius. §.fi. & l.eum. & l.gerit. & l.ſi is, qui bonis.& l.
ſi pupillus.§.pen & fin.& l.qui in aliena. §. ſed & ſi non adierit.&
l.filius.& C.eod.l.j.& ij.& C.de iure delib.l.j.& l.pube-
19 rem.& j.eod.l.ſi ex aſſe hæres. † Intra quantum tempus poſſit
quis adire? & quidem perpetuò, ſiue ſit ſuus hæres,ſiue extraneus:
vt C. de iur.deli.l. licet.& l.ſi curatoris. & C.de inof.
teſt.l.ſcimus.§ fin. & hoc voluit Bulgarum & in hunc caſum
regula ita ſe habeat ei qui non repudiauit perpetuò,liceat adire:
alibi tamen eam,quàm C.de iur.deli.l.ſi curatoris.non inuenies.
nec ibi eſt perpetuò. Item & alia ratione eſt iſtud:quia
ius adeundæ hæreditatis eſt de iure ciuili. ergo perpetuum eſt:
vt Inſtit. de perpe.& temp.act.in prin. Plac.autem dicebat extraneum
hæredem poſſe adire intra annum tantùm. arg. C.de
iur.delib.l.cum in antiquioribus. & hoc intelligas, niſi hæres
repudiauerit,vel tempus ſibi à iudice præfixum lapſum fuerit.
& infrà eod.l.quandiu inſtitutus. & infrà de bon.autho.iudi.
poſſ.l.ſi ſeruus. hoc tamen not. quòd hoc hodie in aliquo immutatur.
quod dic ſecundum quod notaui C. de iur. delib.l.
20 ſcimus.§.ſin autem aliquis. † Effectus autem aditæ hæredita-
b tis hic eſt,quòd tenetur oneribus hæreditariis,[b] creditoribus,
& legatariis: & agere poteſt contra debitores hæreditarios.
& adde quod notaui C.de iure delibe. in gloſſ. in §.ſed ſi neu-
21 trum fecerit. † Item hæreditatem aditam tranſmittit quis ad
hæredes:non aditam,non tranſmittit. Fallit in ſuis hæredibus:
vt C.de cadu.toll.l.vnic.§.in nouiſsimo. & C.de iure deliber.
l.quoniam

l.quoniam.& C.de iis qui ante apertas tab. in princ. & in alio
caſu infrà ad Sylla.l.ſi quis in graui.§.fin. Extraneus autem
hæres ſi ſciebat ſibi delatã, nec adiuit,nec repudiauit,& deceſ
ſit intra annale tempus,reliquum tranſmittit ad hæredes, ſed
poſt nihil tranſmittit:vt C.de iure delib.l.cùm in antiquiori-
bus. Item poſtquàm adiuit,non poteſt repudiare: vt C.eod.l.
ſicut.niſi per in integrum reſtitutionem: vt infrà eo.l.ſi minor.
22 & l.impuberibus. & l.neceſſarius. † Item adita hæreditate ex
parte non poteſt repudiari alia portio,quę defertur,licet ſecus
ſit in legatis:vt infrà eo.l.j.ſecundũ quod ibi notaui: ſed ſuper
hoc diſtingue, vt aliàs diſtinximus,aut plures portiones hęre-
23 ditatis,&c. † Sequitur videre de hæreditate repudianda: &
quidem is repudiare poteſt,qui acquirere poteſt: vt infrà eo.l.
is poteſt. & l.nolle.& l.is qui hæres.in prin.& §.j.& l.ſi is, qui.
per totam legem. & l.in repudianda.& l.in plurium. & l.illud.
& l.qui ſuperſtitis.& l. Clodius. De filio dic vt infrà eo. l.is,
qui hæres.§.fi.& C.de bo.quæ lib. l.fin. & C.de iure delibe.l.
renitente. De minore dic vt infrà eod.l.impuberibus.& l.ne-
ceſſarius.& C.eo.l.potuit. Et de ſeruo dic vt infrà eo. l.neceſ-
ſarius.& C.vt ſe ab hæred.abſti.l.iij.in fine.De ſuo hærede dic
vt infrà eod.l.e ,qui ſe.& inſti.de hæred.qualit.& differ. §.ſed
is prætor.Item nec tutor repudiare poteſt: vt infrà de bo.poſſ.
l.tutor.licet Plac.dixit contra. Item amittit quis quandoque
beneficium abſtinendi:quod dic vt infrà eod.l.ſi ſeruũ.§.præ-
24 tor.vſque in fi.legis. Item † hæreditatem aditam non poteſt
quis repudiare:vt C.eod.l.ſicut.niſi in caſu:vt infrà eo.l.cum
hæreditate.Item & niſi in ſuo hærede: vt C.eod.l.fin. Et adde
quod dixi in gloſ.§.hæc.quam ibi ſignaui. Repudiari autem,
ſeu recuſari poteſt hæreditas, non ſolùm verbis,ſed etiam re:
vt infrà eo.l.recuſari. Item licet quis repudiet bonorum poſ-
ſeſsionem:non ideo repudiat legitimam [aliàs paternam] hæ-
reditatem,id eſt,quin poſsit adire de iure ciuili:vt C.de iur.de-
liber.l.ſuum. Et not. quod non tractat in titulo iſto de acquir.
vel repud. hæred.de iure prætorio, id eſt,de acquir. vel repud.
bonorum poſſeſ. (quia illud tractatur infrà de bonorum poſ
ſeſ.) ſed tractat hic de acquirenda ſiue adeunda,vel repu. hæ-
25 red. de iure ciuili. † Defertur enim nobis hæreditas ex veteri
lege, id eſt, lege xij. Tabul.vel ex nouis legibus, ſenatuſcon-
ſultis,vel conſtitutionibus principum , ex teſtamento , vel ab
inteſtato:vt ſuprà de petitione hæreditatis.l.j.ij & iij.vſque in
finem legis. Quandoque per prætorem,id eſt,per bonorum
poſſeſsionem : de qua hic non tractat: ſed infrà de bonorum
26 poſſeſsione , vt dictum eſt. † Item extra ſummam not. quòd
quo facto extraneus dicitur adire,& ſuus ſe immiſcere: vt in-
frà eod.l.cum bonis & quo facto extraneus dicitus repudia-
re,& ſuus abſtinere:& hoc propriè: ſæpe tamen vnum pro al-
tero ponitur:vt C.de legit. hæred.l.defunctis.& infrà ad Ter-
tyl.l.ij.§.ſi bonorum poſſeſsio. Hyrnerius.

ANNOTATIONES.

a Non poteſt. Vide ad iſtam concluſionem Bart. in l. quæſitum. ¶.cum ſeruus.de leg.j.& in l.j.q.iiii.prin.C.de ſacroſanct.eccleſ. tex.& doct. in l.j.ff.de hæred.vel act.vendi.vbi multa pulchra habes.

b Oneribus hæreditariis. Adde ad iſtam concluſionem Specul. in titu. de iura.cal.¶.ii.verſic.ſed nunquid hæres.Bal.in l.ſi abducta.C.de tur. & in l.quoties.in prin.C.de hæred.inſtit.Bart.in l.cum a matre. C.de rei vendic.& in l.j.ff.cert.pet.imò de iure canonico defuncti conſcientiam exonerare tenetur: vt tenent canoniſtæ in c. ſi diligenti. de præſcrip.& in c.nihil.eod.tit.& reg.cum quis.de reg.iur.lib.vj.

De annuis legatis. *Rubrica.*

1 *Legatum in ſingulos annos quando dicatur.*
2 *Legatum annuum vbi peti,vel præſtari debeat,& quando.*
3 *Legati annui dies quando cedat.*
4 *Legatum annuum quibus modis finiatur.*

DICTVM eſt ſuprà de legatis in genere: conſe-
quenter in ſpecie: & bene dicit de annuis lega-
tis: & non de annuo: quia cùm lego alicui in ſin-
gulos annos,non vnum,ſed plura ſunt legata: vt
infrà eodem,l.ſi in ſingulos.& l.cùm in annos. Videndum igi-
tur, quando dicatur legatum in ſingulos annos: vbi peti, &
præſtari debeat,quãdo,qualiter finiatur,& quæ ſint eius pro-
1 pria. † Et quidem legatum in ſingulos annos eſt, cùm alicui
relinquo certam quantitatem in ſingulos annos: vt infrà eod.
l.ſi in ſingulos. Vel etiam non deſignando certam quantita-
tem,ſed ſimpliciter annuum: quod dic vt infrà eodem.l.ſi cui.
etiam ſi non adiiciam in ſingulos: vt infrà eod. l.legatum. in
princ.& l.annua.§.j.in fine.& l.antepenul.& penult. Vel ſi ita
lego,annua,bima,trima,dic do lego tibi: vt infrà eod.l.iij. Vel
ſi ita dixi, hæres meus ſinas illum frui fundo meo ſingulis an-
nis: vt infrà eo.l.ij. Vel dixi,ex reditu fundi mei dato illi tan-
tùm,etiam non adiecto ſingulis annis: vt infrà l.annuam.§.j.
Vel ſi ita dixi,ex prædiis iſtis detur ſingulis annis tantùm: vt
2 infrà eod. l.Caius. † Vbi peti debeat,præſtarive: dic vt dixi
& diſtinxi ſuprà de iudic.l.ſi fideicommiſſum. & l.quod lega-
tur.& l.ſequen.& ſuprà de tranſactio.l.cùm hi.§.cauſa.& in-
frà eod.l.j.Quando? dic vt dixi.C.quando dies lega.ced. l.j.&
infrà quando dies lega.ced. l.nec ſemel. & infrà eodem, l. iij.
& l.cum,qui rogatus.& ſuprà de legat.ij.l.ſi ita. §.Pegaſus.
3 Item quando cedat huius legati dies,& † quidem non vnum,
ſed plura legata ſunt,quod dic vt infrà eod.l.in ſingulos. & l.
cùm in annos.& infrà quando dies lega.ced. l. cùm in annos.
quod verum eſt : niſi exonerandi hæredis gratia,&c. vt dixi
infrà eod. l.iiij. ſecus autem in ſtipulatione in ſingulos annos
facta: vt infrà de donatione cauſa mortis. l.Senatus. §.finali.
4 † Finitur autem morte,non autem capitis diminutione: vt in-
frà eodem,l.ſi in ſingulos. In hac lege tres notabis differen-
tias inter legatum vſusfructus,& legatum in ſingulos annos.
Secus autem quandoque,vt dixi infrà eod.l.iiij. Item ſecus in
ſtipulatione:vt infrà de verb.oblig.l.& ideo hæſitatur.§.fina.
Item ſecus vbi relinquit,& hæredibus ſuis in ſingulos annos:
vt C.de leg.l.in annalibus.Item finitur,& ſi per caſum fortui-
tum impediatur quis adimplere conditionem,ſub qua ſibi re-
lictum eſt legatum in ſingulos annos, cõtingente caſu in per-
ſona eius,in cuius perſona iuſſus eſt conditionem adimplere:
ſecus ſi alio modo:puta,quia per illum ſtat: vt infrà eo.l.Seio
amico.in princ.& l.annua.in princ.& l.Mæuia. in princ. & C.
de leg.l.j.& infrà de alimen.& ciba. legat. l.Caio.§.j. & l.Sti-
chus.§.fi. Secus autem videtur dicendum in aliis legatis: vt C.
de condit.inſer.l.legatum.& diſtinxi plenè C.de inſti. & ſub-
ſtit.l.j.& infrà de condi.& demonſt.l.in teſtamento.& l.cùm
ita datur. Sed diſtinguitur in caſu fortuito,an impediatur ad-
implere conditionem, cuius gratia fuerit conditionem adim-
plere iuſſus legatarius: vt infrà de condi.& demonſt. l.illis li-
bertis. & dixi C.de leg.l.j. Ex prædictis igitur apparet quæ
ſunt eius propria,ſiue quæ ſit eius natura. Hyrner.

De vſu,& vſufructu,& reditu, & habitatione, & operis per legatum , vel fideicommiſſum relictis,(aliàs datis.) *Rub.*

5 *Legare fundi reditum,& legare fundi vſumfructum, vel fructum,an ſit idem.*

DE VSV, & vſufructu, & reditu,(aliàs deeſt,&
reditu) & habitatione, & operis per legatum,&
aliàs vel fideicommiſſum) relictis. Dictum eſt
ſuprà generaliter de legat. & fideicommiſ. nunc
autem in ſpecie tractat de vſufructu , & vſu,& reditu legato,
& de habitatione,& operis legatis. Et quidem de vſufructu,
quid ſit vſusfructus , & qualiter conſtituatur, in quibus re-
bus , quibus modis finitur, & quis ſit eius effectus,& quibus
actionibus petatur,& vſus,& habitatio, ſimiliter plenè dici-
tur ſuprà de vſufructu , & vſu , & habitatione : & in ſummis
ibi plenè collegi. Hic autem ſpecialiter tractat qualiter in
vltima voluntate, in quibus rebus conſtituatur , & de eius
effectu, & quibus modis finiatur , infrà eodem , l.prima. &
idem erit inter viuos : vt infrà eodem , l.ſi ſeruum. & l. is, qui
fundum. & l. generali. §. vxori vſumfructum. & §. vſumfru-
ctum tertiæ partis.quæ videtur hodie corrigi:quod dic, vt ibi

notam: vnde ibi inter viuos fortè aliud dici poterit, & in omnibus illis rebus in quibus dixi, inter viuos conſtitui poſſe vſumfructum, ſuprà de vſufructu in ſumma. Qualiter? Dic vt infrà eod. l. vſumfructum cùm moriar. & idem erit inter viuos: vt ibi not. infrà eo. l. licet teſtatori. & l. vſusfructus. & l. codicillis. in prin. & l. filios hæredes. & l. cùm vſusfructus alternis. & ſimiliter dic qualiter, vt dixi ſuprà de vſufruct. In ſumma de eius effectu, dic vt infrà eod. l. j. in fi. & l. ſi vſusfructus municipibus. & l. hæres in fundo. & l. generali. §. Lucius Titius. & l. pen. & fin. & l. cùm vſusfructus alternis. ſecus ſi inter viuos conſtituatur. Alternis autẽ quando dicatur vnus vſusfructus, dic vt j. de donat. cauſa mortis. l. Senatus. §. fin. & dixi ſuprà quibus modis vſusfruct. amit. l. j. §. fin. & aliam differentiam dic, vt not. inter legatum vſumfructum, & conſtitutum inter viuos, ſuprà de vſufru. l. iij. in princ. & aliam ſuprà quemadmodum ſeruit. amit. l. ſi partem. §. fin. & ſuprà de vſufructu. l. iij. in princ. & aliam C. de præſcriptio. xxx. annor. l. cùm notiſsimi. §. penult. & ſuprà quibus modis vſusfructus amit. l. ſi vſusfructus alternis annis. Item de effectu eſt etiam quod dic vt infrà eodem. l. damnas. §. j. & l. ſi alij fundum. & l. quæro. & l. ſi quis vſumfructum. & l. cui vſusfructus. §. colo-
3 no. & l. vxori meæ. † Et nota, quòd idem videtur legare fundi reditum, vel fundi vſumfructum, vel fundi fructus: vt infrà eod. l. cùm ita patrimonium. & l. legatum ciuitati. & l. quidam prædia. Sed certè non eſt idem omnino: vt apparet j. eod. l. patrimonij. & l. fundi Trebatiani. & prout ibi plenè nota. & ſuprà de vſufructu. l. ſi quis ita. & infrà eod. l. cùm ita legatum. & ea hic repete. De vſu, dic vt dixi ſuprà de vſu & habitatione. De habitatione, quæ ibidem dixi, hic repete. Item adde de habitatione, quòd dicitur infrà eodem, l. habitationis. & l. damnas. in princip. & l. qui plures. & l. Sempronio. §. j. ij. & iij. De operis dic, vt dixi, ſuprà de operis ſeruorum. in ſum. ad quod eſt infrà eodem. l. ij. & iij. & l. operæ. Hyrnerius.

De ſeruitute legata. *Rubrica.*

DICTVM eſt ſuprà de legatis in genere: conſequenter in ſpecie tractat de ſeruitute legata. Et quidem quid ſit ſeruitus, qualiter diuidatur, in quibus rebus conſtituatur: quibus modis, & de eius effectu plenè dixi in ſumma de ſeruitu. ſuprà, & in conſequentibus titulis hic ſub iſta rubrica ſpecialiter notat, & tractare intendit, & ponere qualiter in vltima voluntate conſtituatur, & notat & ponit quoſdam caſus, in quibus diſcrepet legatum ſeruitutis, à conſtitutione ſeruitutis quę fit inter viuos: & vnam differentiam ponit, vt infrà eod. l. j. vt ibi nota. Aliam infrà eodem, l. & ſi maximè. & ſuprà l. ij. & communia prædiorum. l. fin. & infrà eod. l. iij. Aliam infrà eod. l. & ſi maximè. & ſuprà de ſeruitut. ruſticorum prædiorum. l. ſi vnus ex ſociis. in princip. Item illud non prætermittas, quod not. infra eodem, l. tertia. in eo quod ibi dixi, ex hoc videtur, &c. nec id quod dicitur infra eodem, l. fin. vbi dicit, voo ex hæredibus adeunte. Hyrnetius.

De dote prælegata (aliàs relegata.) *Rub.*

1 *Dotis legatum, ſiue prælegatum quando teneat, & quatenus. & num. 3.*
2 *Legatum non vitiari per falſam demonſtrationem.*
3 *Dotem nurus filio legata, falcidiam de toto legato detrahi.*

DICTVM eſt de legatis in genere, ſupra de leg. l. ij. & iij. ſequitur videre in ſpecie de dote prælegata, [ſiue relegata.] Quid ſit dos, qualiter conſtituatur, in quibus rebus, qualiter petatur, qualiter repetatur, & qualiter diuidatur, & de iure quod ſuper ea re vertitur, ſatis dicitur ſupra de iure dot. & ſoluto matrimo. & C. de dot. promiſ. & de iure dot. & de rei vxo. act.
a Et ideo hic videndum [a] de dote præleg. id eſt, legata: iſta enim præpoſitio præ, nil operatur: ſicut & cùm dicitur præ-
1 lecto: vt C. de emend. Iuſti. Co. Vel † dicitur prælegatum dotis, dotis relictum: quaſi ante ipſius ſuum dotis ius capiatur: ſicuti cohæredi relictum, quod ante, vel extra ſuam partem habeat, prælegatum appellatur. In dote autem prælegata, ſiue legata, puta cùm vir vxori ſuæ dotem legat, vel prælegat: aut certa quantitas expreſſa, aut non. In primo caſu tenet legatum, etiamſi nullam ab vxore habuit dotem: quia
2 falſa † demonſtratio non vitiat legatum: vt C. de falſa cauſa adiecta lega. l. j. ij. iij. & iiij. & infra eod. l. cùm ſcriptum eſt. & tunc conſtat hæredi illud legatum ſic poſſe defalcari per Falcidiam vt quodlibet aliud: & idem eſt, ſi non dos, ſed aliud pro dote legetur: vt infra eodem. l. cùm ſcriptum. in fine. & l. vir vxori. Hinc etiam eſt quòd petita bonorum poſſeſ. contra tabulas, tale legatum non valet: vt infra de legatis præſtand. contra tabul. bono. poſſ. pe. l. is, qui. §. ei. quia ipſa tunc tanquam ad æs alienum agit, cùm nulla fuerit dos, tale legatum ei non conſeruatur: vt infra de leg. præſtan. l. virilis. §. pen. Si autem non adiecerit certam quantitatem, ſed ſimpliciter dixerit maritus, vxori meæ lego dotem ſuam, tunc id ſolum videtur ei legare quod in actione de dote veniret: vt j. eod. l. j. in princ. Igitur ſi dos erat diminuta per neceſſarias impenſas, quæ ipſo iure dotem minuunt, tanto minus erit in actione dotis, & in actione ex teſtamento: vt infra eod. l. j. §. j. & l. cùm quis. in princ. ſecus in aliis impenſis, vel ob donationes in mulierem factas: vt j. eo. l. j. §. j. & l. dote pręlegata. tamen hoc legatum hoc cómodum habet, ſcilicet, quod eſt in repræſentatione, ſecũdum quòd olim annua, bima, trima die, erat dos reſtituẽda: licet hodie ſecus ſit: vt C. de rei vxo. actio. l. vnic. §. exactio. Sed legatum ſic relictum poterit actione ex teſtamento ſtatim peti: vt Inſtit. de legat. §. e cõtrariò. Ideò eſt, quòd de eo cómodo repręſentationis poterit Falcidia detrahi. Item poterit in eo in quãtum eſt vxor legataria onerari, vt alij reſtituat: vt j. eod. l. ij. §. item quærit ſi dos. & §. idem Iulianus quærit, ſi mulieri dos. & infra ad legem Falcid. l. j. §. ſi quis creditori. & l. cum dotem. l. ſi & vſusfructus. §. primo. & infra eo. l. cùm quis. in princ. & §. j. & hoc ſi legatur dos ipſi vxori. Si autem alij, puta filio legat pater dotem nurus, de toto legato detrahetur Falcidia, agendo actione ex teſtamento. ſecus ſi agat familiæ erciſcundæ contra cohæredes: vt infrà eod. l. ij. §. penulti.
3 & l. pater. † Ad quod etiam not. quòd ſi ſocer dotem nurus legat filio, cautio eſt interponenda, prout dicitur infrà eodem l. ſecunda. in principio. & l. pater. Et adde (prout ibi dicitur) quid iuris ſit vbi hæres omittit cautionem. Item & illud adde iis, quod dicitur infrà eodem, l. cum vulgari. & l. vxori meæ fundum. & l. ſi Seiæ. & l. qui dotem. & l. licet. & l. vxor ita. in principio. Hyrnerius.

ANNOTATIO.

a Hic videndum. Materiam huius concluſionis, & ferè totius titul. vide per Bartol. in l. ij. §. ſi ſponſa. de priuileg. credit. Bald. in l. filia legatorum. C. de leg. Bart. & doct. in l. Lucius. ff. de leg. ij. & in l. ij. §. fi. de do. præleg. multa per Paul. de Caſtr. in conſil. ccxl.

De optione, vel electione legata. *Rubrica.*

1 *Optio ſerui, an ſeruorum legata ſit, quid interſit.*
2 *Optio legata quando ſit facienda.*

DICTVM eſt ſuprà de legatis in genere: hic ponit ſpecialiter de optione legata, id eſt, de electione facta, id eſt, facienda legata. † Ad quod ſciendum eſt quòd aut optio ſerui eſt legata, aut ſeruorum. Si ſerui, vnum poteſt legatarius eligere de ſeruis teſtatoris, vel de aliis rebus. Nam ſi & aliarum rerum optio legari poteſt: vt infrà eod. l. ſcyphi. & l. illud. & l. apud. & l. ij. §. fina. dico eligere poteſt quem velit, mediocrem tantùm: vt infrà eodem, l. ij. licet quidam aliter dixerint: quod dic vt ibi not. & eſt ad hoc: vt infrà eodem, l. ſi optio. & l. ſi cùm optio. Si autem ſeruorum legata ſit optio: dic vt infrà eodem, l. prima. & ibi dixi plenè, ſoluendo illud contrarium de teſtibus, l. vbi numerus. Et nota, quòd de hac optione ſciendum eſt, &c. quod dic vt nota. infrà eodem, l. prima. & ſuper ipſa rubrica.
2 † Item not. quòd huiuſmodi optio facienda eſt demum à litis

hæred

hæceditate:vt infrà eod. l.optione.& ſuprà de leg.j.l.Iulianus. Omnibus mancipiis exhibitis, ex quibus debetur fieci optio: vt infrà eod.l.ſcyphi. aliter facta non valet: vt probant leges dictæ.Item ſi optetur ſeruus alienus, vel liber homo: vt infrà eod.l.ij.Item debet ſtatui certum tempus à iudice ipſi legatario ad hoc vt optet,vt poſtea non audiatur: quod dic vt infrà eod.l.mancipiorum.& l.ſeq.& l.ſi optio.§.fin.Si ergo optauit minus legitimè, iterum optare poterit, quia non conſumpſit optionem: alioquin ſecus, vt legibus prædictis probatur: & ſuprà de leg.j.l.ſeruis. in princip. & infrà eod. l.apud. inde ſequitur quod dicitur infrà eod. l.ſi Eros. Si autem ſeruo tuo legaui ſecundum meorum optionem, vel ſeruorum generaliter, dic quid iuris ſit, vt infrà eod. l. ſi Pamphylo. & ſuprà de leg.j.l.Iulianus. Si autem tibi legaui ſerui mei optionem, & Sticho ſeruo meo legaui libertatem, habet locum quod dicitur infrà eod.l.cùm ita.§ primo.Si autem cùm Stichum alicui legaui,& tibi ſerui mei optionem:dic vt dicitur infra eod.d.l. ſi Eros. vel ſi eidem hæredi legaui fundum:vt ibi dicit. Si autem ſeruo meo legaui aliquid ſine libertate, & tibi ſeruorum meorum optionem:dic vt infrà eod.l.ſi optio. Item adde quod dicitur infrà eod.l.ſi cùm optio ſerui.Item & quod dicitur infra eod.l.ſi tibi.in princ.& l.cùm optio duorum. Hyrnerius.

De tritico, vino, oleóque legato. *Rub.*

DICTVM eſt ſupra de legatis in genere: ſubiungitur hic in ſpecie de vino, & oleo, triticóque legato. De vino dic vt infra eod. l.j. & l. ſi quis vinum.& l.ſi cui. §.primo.& l.vino.& l.vinum.& l.ij.in principio.& l.iij.in principio.& l.fin.in principio. & §.j. Item quod ſit vetus,quod nouum dicatur,vt infra eodem. l.ſi quis vinum.§.fin.& legibus ſequentibus. De oleo dic vt infra eodem,l.cùm certum. De tritico:vt infra eod.l.quidam.§.fin. de his tribus dic vt infra eod. l.quidam.in principio.

De fundo inſtructo, inſtrumentóque legato. *Rubrica.*

1 *Inſtrumentum fundi quid ſit,& quotuplex.*
2 *Legatum fundi inſtructi differre à legato fundi cum inſtrumento.*
3 *Inſtrumento domus quæ contineantur.*
4 *Inſtrumento perſonæ,quæ contineantur.*
5 *Inſtrumentum debere eſſe alterius generis, quàm res,cuius eſt inſtrumentum.*
6 *Legato fundi,vti optimus maximúſque eſt, quæ contineantur.*

DICTVM eſt de legatis in genere ſuprà de leg.j.ij.& iij.hic ponit in ſpecie de fundo inſtruct. &c. Ad quod ſciendum eſt, quid ſit inſtrumentum, qualiter diuidatur, & quæ contineantur eius ap-
1 pellatione. Inſtrumentum † autem dicitur apparatus rerum diutius manſurarum, ſine quibus exerceri nequiret poſſeſſio: vt infra eod.l.quæſitum.in princip. Diuiditur autem inſtrumentum: quia aliud perſonæ, aliud rei dicitur: vt infra eod. l.quæſitū.§.ſed ſi fundus.& ſubdiuiditur. quia fundi aliud domus, aliud villæ, aliud tabernæ,aliud cauponæ, aliud vineæ. Item inſtrumentū fundi ſubdiuiditur: quia aliud quærendorum, aliud conſeruandorum, aliud reponendorum fructuum cauſa eſt: vt j eod. l.inſtrumento.in princip.& §.cogendi.& §. conſeruandi.& l.ſi reditus.& l.quæſitum. in princi. & §.conſeruandi. & §. Alphenus. §. ſaltuarium. & per totum vſque ad illum §.ſi domus.& dic bene quod continetur in illo §. ea verò.& in illo §.ſuppellex. Item multum intereſt, an legetur alicui fundus inſtructus,vel ſicut inſtructus eſt, vel fundum cum inſtrumento: vt infra eod.l.ſi cui. & l.quæſitum. §. ſed ſi
2 fundus.vt dixi C.de verb.ſign.l.ij.Item quæ contineantur † in
a legato cùm legaui fundum cum inſtrumēto, vel inſtructum[a], vel vt inſtructus eſt.habes etiam infra eod.l.penul. & l.quæſitum. §.inſtructo. & §. Neratius. & §. Pomponius. & §. idem reſpondit, prædiis inſtructis. & l.cùm de lanionis.§.cùm de villico. vſque ad §. item cùm fundus. & §. aſinam. vſque ibi, optimum,&c. Item ad idem eſt j.eod.l.dolia. §.fin. & l. fundi inſtrumēto.in prin. Item quæ cum ſimpliciter legaui fundum, habes j.eo. l.ij.& §.fin.& l.cum fundus ſine.& l.dolia.in prin.
3 † Quæ autem contineantur inſtrumento domus,dicitur infra eo.l.quæſitum.§.ſi duobus.vſque ad §.ſed ſi fundus. & §.idem reſpondit,domo per fideicommiſſum.& §.idem reſpondit domo inſtructa.& l.ſi ita.§.domo.& l.Seiæ.§.penult. Quæ autem villæ inſtrumento contineantur,habes j.eo. l.villæ. in prin.& l.ſi mancipia.§.pen.& fin. Quæ tabernæ, item quæ cauponæ inſtrumenta ſint,habes j.eod.l.tabernæ.in princ. & l. ſi ita. in princ.& l.conquerebatur. Quid vineæ inſtrumento contineatur,habes infra eod.l.villæ.§.vineæ.
4 † Inſtrumentum autem perſonæ aliud dicitur patrisfamiliàs domini fundi,vel domus in quo quæ contineantur,habes j.eod.l.quæſitum.§.ſed fundus.& §.inſtructo.& §.Neratius. Item aliud pictoris: de quo dic vt j.eo.l.item pictoris.in princ.Item aliud piſtoris: de quo dic vt infra eodem. l.cum de lanionis.§.j. Item aliud lanionis: de quo dic vt j.eo.l.cum de lanionis in princ. Aliud medici: de quo dic vt infra eo.l.cum de lanionis.§.in inſtrumento medici. Aliud balneatoris, aliud piſcatoris: de quibus dic vt infra eo.l.tabernæ.§.fin.& l.idem.§.j.& fin. Item nota generaliter,
5 † quòd alterius debet eſſe generis inſtrumētum,quàm res cuius eſt inſtrumentum, quod dicitur: niſi in homine,quod dic vt infra eod.l fin.& ibi nota. Item adde quod dicitur infra eo. l.fundi inſtrumento legato id ad pecus,&c.in princ.l. Item,ſi legaui prius fundum inſtructum, vel vt inſtructus: & poſtea expreſſi me legare certas res illius inſtrumenti, an videar diminuere legatum,vel non,habes infra eo. l.quæſitum. §.pe.& fin.quæ omnia dic,& diſtingue prout ibi plenè not. & l.cum de lanionis. §.cum fundus.& §.quidam.& l.Seiæ.in prin. Item
6 † quæ contineantur cum legaui,vti optimus,maximúſque eſt fundus:dicitur j.eo.l.fundo legato.in prin.& l.cum de lanionis.§.item cum fundus.Item quæ contineantur cum dixi, ita vti poſſedi.habes infra eo.l.Seiæ.§.fi. Item quæ contineantur cum dixi,lego quæ ibi erūt cum moriar,dicitur j.eo. l.prædia. §.pe.& l.cum de lanionis.§.pen. Item in omnibus optimū eſt, &c.vt dicitur j.eo.cum de lanionis.§.Aſinam. Hyrnerius.

ANNOTATIO.

a Inſtructum. Ad hoc vide Bar.& doct.in l.ii.C.de verb.ſigni. Bald.in l.1.eod.tit.do.in l.plané.§.fin.ff.de leg.1.& in l.cum pater. §.dotes. de fun.inſtru.qui multa ad materiam dicunt.

De peculio legato. *Rubrica.*

1 *Legato ſeruo cum peculio,duo legata cenſeri.*
2 *Peculio legato,quid poſsit hæres ex eo deducere.*
3 *Peculium legatum an & quando augeatur ex eo quod dominus ſeruo debuit.*
4 *Seruo ſimpliciter legato non accedere eius peculium, quemadmodum nec eo vendito,& quod eo manumiſſo.*
5 *Legatarius peculij quomodo cauere debeat hæredi.*

DIXIT ſupra generaliter de legatis, ſcilicet, primo,ij.& iij. hic ſpecialiter tractare intendit de peculio legato. Sed quid ſit peculiū,& quot modis accipitur,& in quibus rebus conſiſtat,& qualiter quatenuſve conueniatur dominus de peculio: diximus ſ.de pe-
1 cul.& ibi ſummauimus. † Sed hic ſciendum eſt,quòd cum legatur ſeruus cum peculio,duo legata dicuntur: vnum principale,ſcilicet ſerui: & aliud acceſſorium,peculij,ſcilicet,& ideo ſeruo,&c.vt j.eo.l.j.& ij.& l.tunc inutile. & l.ſeq. ſecus ſi ancilla cum ſuis natis legetur: vel ſeruus cum ſuis vicariis: vt j.
2 eo.l.iij.& iiij Item poterit hæres detrahere † de peculio legato,quod debebatur teſtatori,& quod ſibi,& quod iis,qui erāt in domini poteſtate,quod dic vt j.eo.l.vj.circa princip. & l. ſi Sticho.& l.dominus ſeruum.in princ.& l.vj.§.ſicut. in princi, & §.non ſolum.& l.ſi quis creditori.& l.denique. in princ.& §.qui Stichum. & §.item quæritur. & §.his conſequenter.& l. id quod.in princ.& §.j.& l.Stichus habet.in princ. & §.quæſitum. Item debet fieri deductio in ſingulis rebus: niſi in caſu

3 vt infra eod.l.vj.in princip.& l.ſi peculium ſeruo. † ſed non è
conuerſo id, quod dominus debuit ſeruo, augebit peculium,
niſi caſualiter hoc contingat: vt infrà eodem.l.vj.§.ſicut.& §.
4 etiam.& l.fin.& l.dominus Sticho.§.teſtamento. † Item le-
gato ſeruo ſimpliciter non accepit peculium: vt infrà eodem.
l.antepenult.vt in venditione: vt ſ.de contrahen.empt.l.quo-
ties.& vt in manumiſsione: vt C.de peculio eius,qui liber.me-
ruit.l.vnic.niſi in caſu: vt infrà eod.l.denique.§.interdum.ſe-
cus ſi eum inter viuos manumittat dominus: vt C.de peculio
eius,qui liber.meruit.l.vnic.& aſsigna rationem diuerſitatis:
vt ibi not. Item differentia eſt, an legetur ipſi ſeruo ſuum pe-
culium cum libertate,an extero legetur,quod dic.vt infrà eo.
5 l.denique.§.fin.& C.de pecu.l.pen. Item † cum ſeruo legatur
peculium,vel alicui alij, debet legatarius cauere ſe defendere
hæredem contra creditores peculiares, qui hæredem conue-
nient,non legatarium, & hoc cùm relicta eſt ſeruo fideicom-
miſſaria libertas: ſecus ſi directa: quod dic vt j.eod. l.qui pe-
culium.& l.ſi ſeruo manumiſſo.& C.an ſeruus ex ſuo fac.l.ij.
& ſ.quando act.de pecul.eſt an.l.j.§.item.& ſ.de tribu.l.quod
in hærede.§.fin.& ſ.de pecul.l.at cum hæres.& ſ.de dote præ-
leg.l.ij.§ per contrarium. Item & actiones peculiares debent
ab hærede cedi legatario: vt ſ.de pecul.l.v. & l.ſi Sticho pecu-
lium.& l.v. Item not. quòd licet dominus legando ſeruo li-
bertatem dixerit eum liberum ſine inquiſitione eſſe volo, vel
reddere rationem veto, non ideo videtur ei legare peculium:
vt j.eod.l.dominus Sticho.§.fin. Item nihil intereſt ſeruo pri
mo legauerit libertatem,& poſtea peculium,an è conuerſo: vt
j.eo.l.quidam in teſtamẽto. Item no.& peculium legari poſſe
ſeruo,etſi nihil ſit in peculio: vt j.eo.l.ei quoque. Hyrner.

De penu legata. *Rubrica.*

1 *Penus quid ſit, & quæ veniant eius appellatione.*

CONTINVA, vt dixi in ſuperioribus titulis,
1 & in ſummis. † Hic ergo in primis notabis quid
ſit penus, & quæ cõtineantur penoris appellatio-
ne,quod dic vt j.eo.l.iij.in prin.& ibi no.& §.pe-
nori.& §.ſed quod diximus.& §.Seruius.& §.vaſa.& l.non
omne.& l.pen.Item penu legata cum vaſis,dic vt j.eo.l.ij.& l.
nam quod.in princ.Item ſi dixi, lego Titio penum: & ſi hæ-
res non dederit penum,dato decem,quid iuris ſit: dic,vt infrà
eo.l.ij.& ibi plenè not.Item not.quod ſit nomen penoris,&c.
vt j.eod.l.nam quod.§.nomen. Item quæ dicatur eſculenta
penus, quæ item poculenta, habes j.eod.l.iij.§.eſculenta,&
poculenta.Item quæ ſit vrbana: dic vt j.eod.l.nam quod.§.ſi
ita.& j.tit.j.l.quemadmodum. Hyrner.

De ſupellectili legata. *Rubrica.*

1 *Supellex quid ſit, & quæ contineantur eius appellatione.*
2 *Supellectilem non videri legatam domo legata.*
3 *Supellectili legata non videri legatam habitationem vel do-
mum, in qua continetur.*

CONTINVA vt dixi in ſuperioribus titulis
& ſummis. Videndum † igitur quid ſit ſupellex,
& quæ contineantur ſupellectilis appellatione:
quod dic vt j.eod.l.j.& ij.& l.Labeo.§.Tubero
hoc modo demonſtrare.& per totam legem.& j.eod.l.iij.iiij.
v.& vj.& l.legata.§.fin.& l.qui veſtem.& l.vaſa.& l.penult.
Item quæ dicatur vrbana ſupellex,habes j.eo.l.quemadmo-
2 dum. † Item legata domo non videtur legata ſupellex: vt in-
frà eo.l.fi.Item legata ſupellectili non videtur legata habita-
3 tio,ſiue domus,quæ continetur: vt j.eod.l.pen. † Item legata
ſupellectili: ſi poſteà à teſtatore ſpecies quædã de ſupellectili
numeretur,quid iuris ſit,habes j.eo.l.legata.in prin. Hyrne.

De alimentis,& cibariis legatis. *Rubrica.*

1 *Alimentorum & cibariorum appellatione,quæ contineantur.*
2 *Alimenta quibus poſsint relinqui,& à quibus.*
3 *Alimenta relicta qualiter ſint præſtanda.*
4 *Alimenta relicta quando deſinant deberi.*
5 *Alimentis ex certo aliquo prædio legatis, an tale prædium ſit
obligatum pro his alimentis ad quemcunque poſſeſſorem
tranſeat.*
6 *Legans alieni prædiũ hoc adiecto,vt inde alas debeat,quid leget.*

DIXI ſ.de leg.j.ij.& iij.de legatis in genere: hic au-
1 tem ponit in ſpecie de ali.& ciba.leg. † Videndum
igitur quæ contineantur appellatione alimentorum,
& cibariorum: quod dic vt j.eod.l.legatis.& l.diariis.& l.pe.
& fi.& j.eod.l.Mela.§.fi & j.de verb.ſign.l.verbo victus.& l.
inſtrato.§.victu.& §.verbum.& ſ.de tranſact.l.cum hic.§.qui
2 tranſigit.& ibi dixi. Quibus † poſſunt relinqui alimenta? Et
quidem liberis hominibus, & ſeruis: vt j.eod.l.ſeruos.Ex hoc
ſequitur quod dicitur j.eodem.l.it eul.& j.de iis,quæ pro non
ſcript.l.iij.ſecus in aliis legatis: vt C.de leg.l.ſeruis. A quibus?
Et quidem ab vno hæredum,vel ab omnibus.Si ab vno,dic vt
j.eod.cùm vnus.in prin.& l.alimenta.in prin. Si ab omnibus:
dic vt j.eod.l.ſolet.in princip.& §.j.& l.pecuniæ. Qualiter? Et
3 quidem † ſi certam pecuniam relinquit pro præſtatione ali-
mentorum, illa erit præſtanda: vt j.eod.l.Lucius.& ad idem
tamen dic vt j.eod.l.cùm vnus.§.fin. Si non eſt expreſſa certa
quantitas,dic vt dicitur j.eod.l.cum alimenta.in princ. Si au-
tem dixit quæ viuus præſtabam: dic vt j.eod.l.Mela.§.ſed ſi
alimenta.& l.à filio.§.fina.& l.alimenta.§.fin.& l.teſtamento.
4 † Quando finiantur? & quidem conſtat ea, vita alimentarij
finiri: vt ſ.de tranſa.l.cum hi.§.conſtat.niſi alia appareat mens
defuncti,quod dic vt j.eod.l.Mela.in prin.& l.Stichus.§.Ti-
tia.& l.Caio.§ fi.& l.libertis.§.fi.& l.Stichus.§.fi. Item nulla
capitis diminutione finiuntur: vt ſ.de cap.dimi.l.eas.& l.pen.
5 Nec obſtat j.eod.l.ſolent.j.vt ibi dixi. † Item ſi legauit tibi
alimenta præſtanda ex illo fundo: puta, Corneliano,videtur
quòd hoc ipſo tibi prędium ſit obligatum ob alimẽta: & quòd
quilibet poſſeſſor fundi teneatur ea tibi præſtare. ad quod j.
eod.l.ij.& l.Lucius.& ſ.de tranſact.l.cùm hi.§.ſi vni. Item ſi
6 dixi, illa † prædia tibi lego, vt inde debeas ali,videor magis
legare plenam proprietatem,quàm alimẽta,vel vſumfructum:
vt j.eodem.l.libertis.j.§.quæto.& l.cùm alimenta.§.fi.& dixi
ſuprà de tranſact.l.cum hi.§.ſi vni. Hyrnerius.

De auro,& argento,mundo,ornamentis, veſtibus,vel veſtimentis, vnguentis, & ſtatuis legátis. *Rubrica.*

DIXI ſuprà generaliter de legatis j.ij.& iij.nunc
ſpecialiter de auro,&c. Quid autem auro,& ar-
gento contineatur.dic vt infrà eo.l.j.§.fi.& l.cùm
certum.& l.cùm aurum.in princip.& l.Quintus.
ij.§.cui legatum.& §.argento.& §.cui legatum eſt.& l.Titiæ
amicæ meæ.& l.ſcribit Quintus.in prin.& l.ſi vxori §.j. Item
aurum,ſiue argentum aliud factum, & aliud infectum: quod
dic vt infrà eo.l.& ſi non ſunt.§.argento facto.& l.Quintus
ij.in princ.& §.item argento legato.& §.an cui argentum.&
§.ſi factum.& §.argentum factum.& l.ſi quando alteri lus.&
l.pediculis.in princip.& l.Seiæ dulciſsimæ.& l.cùm aurum.§.
planè,ſi cui.& l.ſeq.in princ.& l.ſpecies.& l.& ſi non ſunt.§.
perueniamus.& l.ſeq.& l.qui lancem.Item aliud dicitur eſca-
rium,aliud potorium: de quibus dic,vt infra eo.l.& ſi nõ ſunt.
§.ſi cui eſcarium argentum.in prin.& in fi.& l.pediculis.§.ar-
gento.& §.quidam.Aliud ſignatum,ſiue ſignatorium: de quo
dic vt infrà eo.l.Quintus ij.§.pe.Item aliud argentũ viatoriũ:
de quo dic vt infra eo.l.medico ſuo.j.reſp.Itẽ aliud balneare:
de quo dic vt infrà eo.l.fi.§.j. De mundo dic vt infra eo.l.ar-
gumento.§.mundus.& l.pediculis.§.fi.& l.j.circa princ.& l.ſi
vxori mundus.in prin. De ornamentis dic vt infra eo.l.argu-
mento.§.ornamenta.& §.mundus & l.ſi pediculis.§.fi.& l.or
namentorum.De veſtimentis dic vt infra eo.l.veſtis.in prin.&
l.veſtimentum.& l.veſtis.§.veſtimenta.& l.cùm & tunicam.
& l.argumento.in prin.§.j.& ij.& fi.& l.ſeq.& l.ornamento-
rum.& l.inter veſtem.& l.ſi quis ita legauerit. De vnguentis,
quid contineatur vnguẽti appellatione: quidq; vnguento le-
gato

gato debeatur, dic vt j. eod.l.in argento.§.vnguentis. De ſtatuis dic vt j.eod.l.ſi ſtatuam.& l.j.princip.& l.imaginem.& l. Lucius Titius.& in l.Titia.§.Seia. De gemmis, aut margaritis, & lapidibus, & eorum differentia, dic, vt infrà eod.l.& ſi non ſunt.§.fina. Item adde generaliter, quod dicitur j.eod.l.ij.iij. iiij.& v. & l. Quintus. & l.ſi quis ita legauerit. & l. ſcribit. Quintus.§.fin. Item adde quod dicitur j.eod.l.qui vxori.§.ſi. & l.Titia.in primo reſponſo.& §.j.Hyrne.

De rebus dubiis. *Rubrica.*

1 *Dubietas circa quæ verſari ſoleat.*
2 *Dubietas in quibus emergere ſoleat ratione verborum.*
3 *Interpretatio cuiuſmodi adhibenda eſt, cùm dubitatur, quid ſenſerint contrahentes.*
4 *Ambigua, vel obſcura in prætoriis, vel iudicialibus ſtipulationibus, quis interpretari debeat.*
5 *Confitens aliquid ambiguè, vel obſcurè, cogi debet, vt certum confiteatur, & quid ſi recuſet id facere.*
6 *Sententiam obſcuram quis declaret, quis item beneficium principis.*
7 *Teſtamentorum dubia & obſcura cuius ſit declarare & interpretari.*
8 *Obſcura & ambigua in lege cuius ſit interpretari.*

IVRIS præceptor, ſeu conditor, de relictis ſuprà loquutus fuit copioſiſsimè: ſed quia contingit, quòd in his obſcurè teſtator loquitur, ideóq; non immeritò de rebus dubiis interpretandis, annectit. Videamus itaque de omni dubietate, quæ circa hoc colligi poteſt, & intelligi, & quid vtilitatis contineat hoc tractare. Sed (vt fidelius memoriæ commendare poſsimus) expedit oſtendere ſuper quibus dubietas oriatur, & qualiter diuidatur.
1 † Vertitur quidem dubietas quandoque in facto [a] aliquando
a in verbis, quandoque in iure, aut in eo, quod de iure eſſe non dubitatur: vt ſ.de teſti.l. cùm duo. Habet enim, id eſt, habere fingitur Imperator omnia iura parata in ſcrinio ſuo: vt C. de
2 teſta.l.omnium. In verbis † vertitur dubietas multipliciter: aut in contractibus, aut in iudiciis, aut in ſententiis, aut in vltimis voluntatibus: ſæpe quoque in ipſis legibus. De ſingulis eſt videndum. Et quidem cùm dubitatur quid ſenſerint contrahentes, ſtatim intuendum eſt, an contractus poſsit valere ſecundum intellectum alterius tantùm: & tunc debemus interpretari, vt res, de qua agitur, in tuto ſit: putà, promiſit quis hinc ad biduum decem ſe daturum Carthagine. Duæ enim ſunt Carthagines, vna vicina, altera remota in lõginquis par-
3 tibus: interpretari † debemus de proxima contrahentes ſenſiſſe. argu. infrà eodem.l.quoties. & l.vbi.& vt not.ſuprà de in diem adiec.l.cùm duo. An autem ſecundum vtriuſque intellectum verbis in propria ſua ſignificatione retentis, tunc in primis inſpicitur id, de quo veriſsimilis eſt: vt ecce, verbi gratia, Emiſti rem aliquam pro decem, venditor dicit ſe ſenſiſſe de imperialibus, emptor de Bononienſibus. Videndum eſt, an res ſit digna decem imperialibus, & vltra, & tunc ſecundum venditorẽ interpretamur: an autem vix valeat decem Bononien. tunc ſecundum emptorem. Sed dicet aliquis. quid ſi infrà decem imperiales valeat, pluris tamen ſit decem Bononien. tunc certè inſpiciendum eſt, quod plerumque fieri ſolet. Si enim conſueuerunt venditores, cùm intelligunt imperiales, dicere denarios pro venditore: ſi Bononien. pro emptore: vel interpretabimur contra eum, qui pactum appoſuit. Sed ſi non apparet, tunc contra illum, cui pactum fuerat profuturum: vt infrà eod.l.cùm quæritur.& de verb.oblig.l.ſtipulatio iſta.§. in ſtipulationibus. & ſ.de contrahen.emptione. l.cùm in lege. Antiqui tamen in principalibus contra vẽditorem, & locatorem: in acceſſoriis contra emptorem, & contra conductorem verba interpretabantur. Quorum opinionem reprobat Ioan. per illam legem, cum in lege.ſ.de contrahen.emp.nam ibi ambiguitas fuit in acceſſoriis, & tamen venditori non emptori nocet, aliàs verò imitatur opinionem Ro.licet obſcurè, & ſub nube verba ſua poſuerit. Dicit enim ſi verbum dubium appoſitum in iis, quæ abſconſa ſunt & inuiſibilia: vt quia dicat venditor equi, hoc vitium habet: quia non aſcendit arborem [a] id eſt, pontem: vel quia nimis rodit, id eſt, mordet: vel opus eſt vt retineas habenas, id eſt, ſcaputiat, & conſimilia nimis obſcurè loquitur. Item eſt & ſi inſidioſè diſsimularet: vt ſuprà de actione emp.l.Iulianus.§.idem Iulianus. & quidem in omnibus ſupradictis contra venditorem interpretatur. Si verò apponatur in iis, quæ tam emptori, quàm venditori ſunt cognita viſui, audituique patentia, vt ſi dixi ſeruum accedere, vel vaſa, tunc contra emptorem interpretatur: & ideo dementiæ adſcribatur quare ſtatim non quæſiuit, & non fecit ſibi oſtendi, quæ eſſent illa vaſa, vel ille ſeruus quem dicebat accedere: vt ſuprà de contrahenda emptione.l.ſi in emptione. & l. comprehenſum erat. Si autem non poteſt valere ſecundum
4 neutram partem: & tunc vt inemptum non valet. † Illud autem conſtat, quod in prætorum contractibus, id eſt, in prætoriis ſtipulationibus, vel in iudicialibus, ſi ambiguus ſermo inciderit, prætorius erit interpretatio: vt infrà de prætor. ſtipula.l.in prætoriis.& l.prima.in fi. In iudicio ſi ambiguus ſermo inciderit circa litis initia, ſtatur interpretationi actoris: quia reus ſemper negaret: vt ſuprà de iudic.l.ſi quis intentione ambigua. & l. ſolemus. & not. quæ ibi not. & C. de anna. except.l. vltima, hæc ita, ſi ipſe poſſet explanare: ſecus ſi non: putà, quia per alium litem eſt conteſtatus: vel quia eſt hæres eius, qui incepit: tunc enim quia hominis, & legis deficit expoſitio propter rei incertitudinem nullum eſt iudicium: vt ſ.de
5 rei vendica.l.idem Pomponius.in fi. † Circa medium: puta, ſi confitendo quis obſcurè loquatur: tunc vrgeri debet, vt certum confiteatur: vt infrà de confeſſ.l.certum. quod ſi non faciat, id accipiemus, quod magis expedit aduerſario: vt ſ.de in-
6 terrog.actio.l.de ætate.§. qui tacuit. & §. qui nihil. † Circa
b ſententiam [b] ſæpe dubitatur, vnde eius eſt interpretatio, qui eam protulit. ſic & principis, beneficia quæ cõceſsit interpretatur: vt infrà de re iudic.l.actorum. & ſ.de vulgari & pupilla. ſubſti.l.ex facto. quod locum habet tantùm eadem die: vt infrà
7 de re iudica.l.Paulus. † Sequitur de vltimis voluntatibus, quæ pro iure, & lege ſeruantur: vt in authent.de nupt.§.diponat.& infrà de captiuis & poſtli.reuer.l.penul.in fin. & C.de teſtam. mili.l.j.in fi. niſi ſint ineptæ: vt infrà eod. l.iiij. vel niſi contineant aliquod improbatum: vt infrà de condi.inſtit.l.filius. & quidem hæc vera ſunt, cùm de voluntate conſtat. Si autem dubitetur, ſi adhuc viuat teſtator: ſicut totum immutare, & tollere, ita & declarare poteſt: arg.l.ex facto.de vulg.ff. Eſt enim ambulatoria defuncti voluntas vſque ad ſupremum vitæ exitum: vt ſ.de adi.lega.l. quòd ſi iterum. in fin. Sed iſtud eſt notabile: quia eodem teſtamento durante poteſt declarare, quæ dicit, ratio eſt in expedito: quia tunc non dat, ſed datum ſignificat: vt ſuprà de teſta.l. hæredes. §.primo. Sed quid ſi non fecit, vel non poteſt: quia iam mortuus eſt, cùm ita non conſtet quid ipſe voluerit, vel veriſimile ſit eum voluiſſe, diſtinguendum eſt, vtrum dubietas vertatur circa nomina propria, quo caſu cùm de corpore non conſtet (alioquin nihil faceret error nominis: vt infrà eodem.l.tertia.) deficit inſtitutio: vt ſuprà de hære.inſtituen.l.in tempos.& infrà eodem. l. ſi ita fuerit legatum.& infrà eod.l.ſi quis de pluribus. & ſuprà de teſta.tutel.l. duo ſunt.& ſuprà de legat. primo.l.apud Iulianum.§.Seio. Si verò circa appellatiua adhuc videndum eſt an dubitetur extra teſtamentum de mente, & voluntate teſtatoris: & tunc eſt in arbitrio iudicis ex bono, & æquo interpretationem ſumere: vt ſuprà de annuis legat.l.Mæuia. §. vltimo. & de legatis iij.l. Stichus.& de libe.leg.l. Aurelius.§.filias. & C.de fideicommiſ. l.voluntas. niſi lex interpretetur, vt eſt cùm dubitatur de quantitate relicti propter generalitatem: vt ſuprà de legat.iij.l.numis. Si verò ex propriis verbis teſtamenti oriatur ambiguitas, tunc ſtrictè agitur, vt non aliter ab eorum ſignificatione magis vſitata recedatur [& perueniatur ad minus vſitatã] quàm ſi conſtiterit teſtatorem manifeſtè illud ſenſiſſe: vt ſuprà de legat.iij.l.non aliter.& l.ille aut ille.§.vltimo.& infrà de condi. & demonſt.l.in his.& ſ.de exercito.l.j.§.ſi is, qui licet. & ſ.de vſufruc.leg.l.ſi alij. Sed ſi cõſtiterit teſtatorem aliud voluiſſe: & illius verbi ſignificatio commodè ad id exponi non poteſt nihil debebitur omnino: vt j.eo.l.iij. reſpon.ij. interdũ tamen fit, vt ſecundum minus vſitatum loquendi modum: ſicut eſt io

appellatione filij: vt ſ. de iure delibe. l. vlt. & j. ad Treb. l. ex fa-
a ſto. §. ij. † Interpretatio autem verborum in lege, ipſius prin-
cipis eſt & ſolius: vt C. de legi. & ſenatuſconſ. l. j. & antepenul.
penult. & vlti. colligitur. Vt interpretatur multoties, id eſſe,
quod nõ fuit: vt matrem quæ in puerperio deceſſit inſtituiſſe
filium, quæ verò non inſtituit, vt C. de inoffic. teſt. l. iij. Item in
filio qui rogatus eſt poſt mortem hæreditatem alij reſtituere,
ſubintelligitur ſi non habuit filios. vt C. de inſtitut. & ſubſti. l.
generaliter. §. cùm autẽ. Item in impubere, cui ſubſtitutus eſt
Meuius in vnum caſum, ſcilicet ſi hæres non erit: interpreta-
mur ſi hæres erit, & intra pubertatem deceſſerit: vt ſ. de vulga.
& pup. ſubſti. l. iiij. Item ſi creditores agunt aduerſus hæredita-
tis emptorem & tacitè pacti intelliguntur ne petant à vendi-
tore: vt C. de pact. l. ij. Item & è contrario non eſſe quod verè
fuit, ſcilicet, non fore inſtitutum, qui, vt quaſi filius inſtitutus
fuit, cùm non eſſet: vt C. de hæredi. inſtit. l. ſi pater.

ANNOTATIONES.

a In facto. Dubium ſuper iure, vel facto, quod ſit, vide not. per gl. & do-
cto. in l. eum, qui tenet. §. j. ff. de iud. Ad materiam titu. vide multa per
docto. in l. ij. ff. de iis, quæ pro non ſcript. ha. Bart. in l. legatorum. §. ſi.
de leg. ſecundo. & in l. prima. in prima oppoſi. C. de nego. geſt. Bald. in
l. cùm quidam. C. de impu. & aliis ſubſtitu. ibi omnino vide.
b Circa ſententiam. De materia huius quotidianæ concluſionis vide
Bart. in l. ab executore. ff. de appella. Bald. in l. ea, quæ. C. commina. epi.
domi Alexand. in l. actorum. de re iud. multa per Paul. de caſt. conſil.
cccxxi. incip. viſis.

De regula Catoniana.

1 *Regula Catoniana quid definiat.*
2 *Regula Catoniana in quibus locum non habeat.*
3 *Regulam Catonianam non pertinere ad hæreditates.*
4 *Regula Catoniana in quibus non habeat locum.*
5 *Regulam Catonianam non pertinere ad nouas leges, quæ de ſucceſſionibus latæ ſunt.*

CATONIANAM igitur regulam obſcurè
nobis traditam, ne res exemplis egeat, prout poſ-
ſibile eſt, aperiamus, vt infrà de regul. Catonia. l. j.
1 † Catoniana ergo regula definit, quod ſi legatum
inutile eſſet, ſi ſtatim teſtator deceſſiſſet, & id non cõualeſcit,
licet diutius teſtator vixerit: vt Inſtit. de lega. §. an ſeruo. Ecce
ſi legatum ſit ſeruo inſtituti hæredis, ſi ſtatim teſtator decede-
ret, legatum inutile foret, cuius ratio redditur: quoniam ipſi
hæredi legari videtur: quod certè non valeret. Et ideo ſi viuo
teſtatore de domini exeat poteſtate, nec hoc conualeſcit qui-
dem. quæ definitio in quibuſdam falſa eſt. Verbi gratia, ſi quis
2 quid legauerit, ſi poſt calendas deceſſerit. † Nam teſtatore
mortuo ante calendas legatum nullum erit: ſi verò poſtea ſor-
tietur effectum: cuius ea eſt ratio, quia eſt conditionalis: vt j. de
regu. Cato. l. ij. Item ſi filiæ ſuæ quis legauerit ita, ſi tutio nupta
erit, centum do lego: ſicut enim in ſuperiori non teſtamẽti fa-
cti: vt j. de condit. inſert. l. in conditionibus. ſed mortis ſufficit
tempus ſpectari, ita & hic: vt licet teſtamenti condendi fuerit
tempore impubes, ſi tamen vel tempore mortis, vel poſtea nu-
pta inueniatur, valebit legatum: cùm & hoc ſit conditionale,
falſa eſt, & hæc res mea legatur mihi purè, ſi ſtatim teſtator
decedat, legatum inutile erit. Si autem tandiu vixerit, vt eo vi-
uente res alienetur, vtile quidem erit. Si verò poſt mortem
3 alienetur, nec hoc profectò legatum valere dicetur. † Item
Catoniana regula ad hęreditatem non pertinet, ſed ad legata,
vel fideicommiſſa ſingularium rerum: quia & ipſa ſic prodita
eſt, quod legatum, &c. non quę hæreditas. & ideo ſi quis inſti-
tutus ſit qui capere non poteſt, ſi tamen ante aditam hæredi-
tatem manumiſſus veluti ſeruus, vel filius naturalis: & tẽpore
mortis, vel ante aditam hæreditatem fortè inueniatur in pote-
ſtate, vel curiæ mancipatus, valebit inſtitutio: vt j. de leg. j. l. cę-
tera. & infrà de regul. Catonia. l. iij. & j. de acquirenda hære-
ditate. l. ſi ſeruus. & j. de rebus dub. l. ſi cognatis, vt habemus
in ſeruo eius inſtituto: qui capere ex teſtamento non poteſt:
ſi tamen ante aditam hæreditatem manumiſſus, vel alienatus
in fraudem fuerit, conualeſcit inſtitutio. Et quod dicitur tria
tempora ſpectanda eſſe, intelligendum eſt de regulari iure: vel
non ex neceſſitate, vt in poſſeſſione de animo, & corpore.
Vel non pertinet ad hæreditatem datam ſub cõditione, id eſt,
ad conditionales inſtitutiones. l. iiij. infrà eod. vt ſic inferior
4 lex ſit determinatio ſuperioris. † Item regula Catoniana non
pertinet ad legata quorum dies non mortis tempore: ſed poſt
aditam hæreditatem cedit, vel ea adita. l. iij. ff. eodem. vt ſi le-
gatum ſit ſub conditione ex incerta die, conditione enim exi-
ſtente, vel die, legatum tenebit ea adita: vt ſi legatum fuerit
domino ſerui inſtituti hæredis. Dies enim legati huius, apud
eum, qui hæres eſt, non cedit ante aditam hæreditatem, cùm
hæreditas à legato ſeparata ſit: & poſſit vel ipſe, vel alius per
eum hæres fieri, ſi interim manumittatur, vel alienetur. Placet
Catonianam regulam ad cõditionales inſtitutiones non per-
tinere. l. iiij. ff. eod. quod accipiendum eſt cùm determinatione
ſuperioris, vel dicemus non pertinere ad conditionales inſti-
tutiones, id eſt, ad legata pura, quæ vim ſumunt ex conditio-
nalibus inſtitutionibus, vel quæ relicta ſunt in teſtamento
5 conditionalium inſtitutionum. † Item regula Catoniana non
pertinet ad nouas leges. l. fina. infrà eod. Verbi gratia: ad ſena-
tuſconſult. Tertyl. & Orfic. quæ matres & filios inuicem ad
ſucceſſionem vocãt, quæ ſucceſſio legitima dicitur: non quia
ex lege xij. Tabu. ſed ex nouis legibus defertur, quæ etiam ca-
pitis diminutione non perimitur. Et ideo ſciendum eſt, quòd
ſi mater tempore mortis filij erat in poteſtate, ſibi hæredita-
tem non quærebat, ſed patri, iure veteri: & ideo ſi ante aditam
hæreditatem ſui iuris efficiatur, licet tempore mortis filij, ſibi
non quæreret, quæreret tamen poſtea. Idem ex parte filij di-
cendum eſt: & ſic ea regula non pertinet ad nouas leges. Et
hæc omnia teſtatur Bulgarus.

Alia ſumma ad regulam Catonianam.

1 *Catoniana regula ſententia ſeu definitio qualis ſit.*
2 *Legatum quibus modis reddatur inutile.*
3 *Catoniana regula in quibus locum habeat, & nu. 10.*
4 *Catoniana regula an habeat locum in legato rei, quæ eſt ipſius legatarij.*
5 *Catoniana regula habeátne locum in legato à principio inutili ratione ipſius legatarij, & quo tempore ſpectari debeat, ſit capax legatarius, an non. & 6.*
7 *Intellectus ad l. ſi cognatis. ff. de reb. dub.*
8 *Intellectus ad l. debitor. §. ſeruo alienę. ff. de legat. ij.*
9 *Intellectus ad l. ſi optio. in prin. ff. de option. vel electio. legat.*

DICTVM eſt ſ. de adimendis legatis qualiter in-
utilia ſint, id eſt, nulla, vſqueadeo vt nec etiam vi-
deantur legata ratione ademptionis. Item quali-
ter inutilia ſint, cùm relicta ſunt pœnæ cauſa: vt
ſ. proxi. tit. licet hodie, vt ibidem dicit. & inſti. de lega. teneant
relicta pœnæ cauſa: niſi adiecta ſit conditio impoſſibilis, vel
probroſa, vel turpis. Sed quia quandoq; inutilia ſunt alia ra-
tione, vbi ſibi vendicat locum Catoniana, apponit de regula
Catoniana. Vnde videndum eſt, vnde dicatur, quis ſit eius te-
nor, vel ſententia, vel definitio, ſiue quid ſignificet, tertiò vbi
1 habeat locum, & vbi non. † Dicitur autem Catoniana à Ca-
tone authore, qui eam adinuenit: vt Falcidia à Caio Falcidio
Tribuno plebis authore. Tenor, ſiue eius ſententia, ſiue de-
finitio hæc eſt, quòd legatum quod inutile eſſet, ſi ſtatim dece-
2 deret teſtator, licet diutius vixerit, non conualeſcit. † Ad
cuius euidentiam ſciendum eſt, quòd legatum quandoque eſt
inutile ratione legantis: vt ſi non capax leget, id eſt, qui non
poteſt facere teſtamentum. Quandoque ratione rei legatæ:
vt lego tibi rem ſacram, vel religioſam. Quandoque ratione
legatarij: vt cùm lego ei, qui capere non poteſt. Quandoque
miſta conſideratione habita legantis & legatarij: vt cum le-
go ſeruo meo. Quandoque rei legatæ & legatarij: vt cum le-
go tibi rem tuam. Item quandoque legatur purè, vel in diem
certum, vel ſub conditione, vel in diem incertum: & ſic quan-
doque cedit dies legati a morte teſtatoris. Quandoque ab
adita

adita hęreditate.quandoque à die exiſtentis conditionis.His
ita ſatis cognitis, collige regulas generales. Primò,vbi habet
3 locum Catoniana? & quidem in primis habet locum † vbi le-
gatum eſt inutile ratione legantis. Licet quidam dixerint cõ-
tra.arg.ſ.de leg.ij.l.j §.j. Sed ex eadem lege,dico contrarium:
quia dicit ibi vt valeat exnunc,non vt extunc. Item habet lo-
a cum ᵃ cùm eſt inutile ratione rei legatæ, niſi fauore libertatis
j.de fideicommiſ.liber.l.generaliter.§.ſi libero homini. Item
4 fallit(vt quidam dicunt) in re mea † legata mihi: vbi diſtin-
guunt,an alienata ſit viuo teſtatore, an eo mortuo: vt primo
caſu valeat legatum,non obſtante regula Catonis:in ſecundo,
non valeat.argu.j.l.j.§. vlt.& Inſtit.de leg. §.ſed ſi rem meam.
& ſ.de lega.j.l.cætera igitur. & l.huiuſmodi. §. ſi Titio. quo-
rum ſententiam reprobamus diſtinguentes, an ſit mihi lega-
ta purè:& tunc habet locum Catoniana:an ſub conditione,&
tunc non:quia legata conditionalia(vt inferius elarebit aper-
tius)non aptantur: vt ſ.de leg j.l. cætera. & quod dicitur hic
in l.j.in fi.ſi cum viuo, &c. verba ſunt teſtatoris quia reliquit
ſub conditione ſcilicet:vt j. de condi.& demonſtra.l.mea res.
& ſ.de leg.ij.l. hæredem. Item ibi non eſt inutile ratione rei,
ſed miſta conſideratione habita rei ad legatarium. Et ſi poſſet
dicere Roge. non habet ibi locum. vel diceret Ioan. habet ibi
locum. Eodem modo poteſt reſponderi illi huius: quia vel eſt
inutile miſta conſideratione, vel illud eſt vnum de quinq; ſpe
cialibus:quod aliâs notauimus. Vel melius ibi ab initio eſt in-
utile,nec poſtea conualeſcit. Item non obſtat ſ.de lega.j quod
5 in rerum.in princ. quia dico quòd † ibi ab initio tenet legatũ,
etiam ſi ſtatim decederet teſtator. Item nõ obſtat eiuſdem le-
gis §.j.quia legatum vſusfructus cedit ab adita hæreditate:'vt
C.de cadue.tol.l.vnica. §.in nouiſsimo. & in illis non aptatur
6 Catoniana.arg.j.eo.l.Catoniana. Si autem † ſit inutile ratio-
ne legatarij, dicunt quidam eam habere locum. arg. j. eod.l.j.
quia ita generaliter prodita eſt: vt ſ.de reb. dub. l.ſi cognatis.
& ff.de iis quib. vt indig.& l.in fraudem.§.j.& l.vlti. §.j. Sed ſi
hoc dixeris,obiicitur quod legitur ff.de iure fiſci. l.non intel-
ligitur.§.quando autem.& ff.de leg.iij.l.ſi deportati. & ff. de
leg.ij.l.non oportet.& ff.de dona.cau.mor.l.in mortis.& ff.de
leg.præſtan.l.interuenit. & ſ.de reb.dub.l.ſi cognatis.& ff.de
bon.poſſ.contra tab.l.iij.§.liberi.& ff.de cond.& demon.l.cũ,
7 qui poſt. Dicimus † ergo non habere ibi locum·quia dicimus
quòd vnum ſolum tempus inſpicitur: nempe, an ſit capax le-
gatarius,vel non,id eſt,mortis tempore.arg. prædictarum le-
gum. Alij (vt Roge.) dicunt duo tempora ſpectari:& mortis,
& conditi teſtamenti.arg.quarũdam prædictarum legum: &
ſic(ſecundum eum)debet ibi habere locũ Non ergo obſtat no
bis hic.eod.l.j.quia non habet ibi locũ Catoniana, quando eſt
inutile ratione perſonæ legatarij.& ſic non obſtat illa l. ſi co-
gnatis.in princ.quia ibi loquitur de ciuili cognatione, quæ ſit
per adoptionem in ſecũdo reſponſo.Non obſtat l.j. ff.de reg.
Catonia. quia loquitur ibi de legato, quod eſt inutile ratione
perſonæ legatarij. Item poſſet dici vt quidam voluerunt re-
ſpondere, quòd ibi aliqui erant cognati tempore teſtamenti
conditi.Sed hæc ratio non placet multũ,aliæ duæ, de iis quib.
vt indig.non obſtant,imò pro nobis faciunt. Item obiicitur
nobis Inſti.de lega.§.an ſeruo.in prin.nam illud legatũ eſt in-
utile ratione legatarij.& tamen impeditur per Catonianum.
Reſpon.quod eſt inutile, miſta conſideratione habita legata-
rij,& legantis.& ſi attendas perſonam legatarij, non deberet
impediri per Catonianam,ſi perſonam legantis, deberet impe
diri.Attẽditur ergo ibi id quod obeſt magis,quàm quod prõ-
ſit: ſcilicet vt impediatur legatum per Catonianam: ſic ff. ad
Mace.l.ſed Iulianus.§.non ſolum.& ff.ad Silan.l.iij §.ſi. & de
optio.leg.l.ſi optio.in ſi.j.reſp. quia ibi magis ſpectatur tem-
pus mortis, quod obeſt, quàm aditio hæreditatis, ꝙ prodeſt:
verum ibi idem tempus eſt,& aditæ hæreditatis, & mortis te-
ſtatoris.Item obiicitur ſ.de lega.ij.l.debitor.§.ſeruo.ad quod
8 reſpondet † quidam, quòd non eſt inutile ab initio, ſi ſtatim
decederet teſtator: licet obſtet exceptio,quia non poteſt peti,
niſi ſeruus alienus vel manumiſſus. Sed certè ego dico, quòd
ab initio eſt vtile, & bene poteſt peti: licet ſeruus nunquam
alienetur, vel manumittatur,& petet dominus:vt j.de condi.
& demon.l.filio. & hoc videtur dicere litera illa d.l.filio. in ſi.
Vel aliter illud inutile eſt conſideratione miſta habita rei le-
gatæ & legatarij: & ita magis inſpicitur quod prodeſt, ſcili-
cet,quòd non impediatur per regulam Catonianam,id eſt,in-
ſpicitur quod eſt vtile ex perſona legatarij,non quod eſt inu-
tile ratione rei legatæ,quod deberet facere, vt haberet locum.
Sic ff.de lib.cau.l.libertis.§.j.in fin.Sed certè ibi non poteſt dici
inutile,illa miſta conſideratione(vt dixi)quia bene ſeruus ca-
pere poteſt talem rem, & bene ei poteſt legari, niſi vellet ad-
miſcere perſonam domini tali miſtę conſiderationi. Item
obiicitur. ff. de opti. le. l.ſi optio. Reſpon. cùm eſt inſtitutus
9 † voluntarius ſtatim ab initio, ſi decederet teſtator, valet le-
gatum: quia ante aditam hæreditatem poteſt tota familia re-
dire ad Stichum ſolum, cui legatum eſt relictum: & ita vide-
bitur purè legatum ſeruo legato alij, id eſt, illi,cui optio ſerui
legata ſit.& ita cedet dies eius legati ab adita hæreditate:vt C.
de cadu.tol.l.vnica.§.in nouiſsimo.& §.j. & ff.quando di.leg.
ced.l.hæredis. §. ſed nunnunquam.& l.cum legato. ergo non
debet impediri interdum per Catonianam:vt hic de reg.Cato.
l.Catoniana. Si autem ſit inſtitutus neceſſarius,impeditur per
Catonianam,& ſtatim eſt vtile ſi mox teſtamento facto dece-
deret teſtator: quia ſtatim eſt ille hæres velit nolit,& ita non
conualeſcit poſtea: vt dilucidè dicit lex illa,& ibidem tempus
mortis & aditæ hæreditatis. Similis optio & reſponſio eſt ff.
de condi.& demon.l. Iulianus. Item habet locum Catoniana
in puro legato tãtum:vel in diem certum:non in conditionali.
Sed obiicit(vt dixi j.eo.l.j.in gloſſella)illa puta in legatis,&c.
Sed reſponſio ibi facta non placet. Quia verum eſt,quòd ſer-
uus videtur legatus ſub cõditione, ſi legatum ſibi relictum nõ
ſit,imò purum eſt, & in eo quandoq; non: vt in illa l. ſi optio
diſtinguitur. Et eſt ratio,quia quandoq; cedit ab adita hære-
ditate,quandoq; à morte teſtatoris: vt ibi plenè dicitur,niſi in
relicto in die certa.Ex hoc apparet quòd non habet locum in
his legatis, quæ cedunt ab adita hæreditate, vel à die exiſten-
tis conditionis,vel diei incerti:igitur non habet locum in vſu-
fructu, vſu, habitatione, legato relicto ſeruo, cui libertas eſt
relicta ſub conditione, niſi cùm eſt inſtitutus neceſſarius hæ-
res,vel legato relicto ſeruo:ſeruo dico legato alij: vt C.de ca-
du.tol.§.in nouiſſimo.& ff.de condi. & demon.l.Iulianus.&
ff.quando di.leg.ce.l.ij.& l.hæredis.§.ſi.& l.ſeq.& l.nonnun-
quam.& l.cùm legato.& j eo.l.Catoniana. Item nõ habet lo-
cum in hęreditatibus.quod dic recitando omnium opiniones
vt no.j.eod.l. Catoniana.& l.placet.& alibi plenius.Item non
pertinet ad nouas leges:quod dic recitando ſex opiniones ſe-
cundum varias expoſitiones: vt not.infrà eodem.l.fin. & alibi
plenius.Hirne.

ANNOTATIO.

a Habet locum. Adde ad huius regulæ materiam Barto.in l.prima. ver. iuxta hoc quæro. de regu.Cato.Bald.in l.eam,quam.verſi.quæro nunquid.de fideicommiſ.uocto.in l.ſi nemo.ff.de teſt.iure.

Si cui plus quàm per legem falcidiam licuerit,legatum eſſe dicatur. *Rubrica.*

1 *Capere ex teſtamẽto aliquem non poſſe, quibus modis cõtingat.*
2 *Legare alicui plusquàm liceat per legem falcidiam, quid ſit.*
3 *Legare plus quam liceat per legem falcidiam quis poſsit.*
4 *Falcidia quibus deductis imponenda ſit.*
5 *Falcidia quomodo detrahenda ſit.*
6 *Hæredi ſoluenti legata quomodo conſulatur, cùm dubitatur an falcidia locum habeat.*
7 *Cautio quæ eſt interponenda, cùm dubitatur, an locum habeat lex falcidia,cui & à quo præſtanda ſit: & an remitti poſſit a teſtatore,nu.ſeq.*

DICTVM eſt ſuprà generaliter de lege Falcidia: ſed quia quandoque contingit plus legari, quàm patiatur lex Falcidia:& plus eſſe legatum certum, quàm incertum: ideo à principio ſupponit generaliter, quid iuris ſit,ſi cui plus ſit legatum, quàm liceat eum capere

1 capere per legem falcidiam. † Et quidem capere non poſſe ex
teſtamēto dicitur pluribus modis: puta, propter delictū ſuum:
vt quia deportatus eſt, vel ratione rei legatæ: quia ſacra eſt, li-
ber homo, vel religioſa, miſta conſideratione habita rei lega-
tæ, & legatarij: vt quia res eſt ſua, vel militia ſeruo legata. vel
miſta conſideratione habita teſtatoris & legatarij: quia filius
eius natus naturalis eſt. Vnde vltra duas vncias capere non po
teſt. Item alia quadam intrinſeca ratione: vt quia lex falcidia
hæc nō patitur. Et de hoc vltimo modo hic reſtat videndum.
Nam de alijs (quantū ad hunc titulum attinet) nihil ad rubri-
bum. Igitur videamus quid ſit legare plus, quàm quis poſsit
capere per legem falcidiam, & quis poſsit plus legari, & quan-
do, & quid iuris ſi certū ſit plus eſſe legatū, & quid ſi incertū,
2 & quando ſit certum, quando incertum. † Legare autem ali-
cui plus, quam liceat eum capere per legem falcidiam nil aliud
eſt, quàm legare vltra dodrātem ſuorum bonorum ita, vt hæ-
res inſtitutus quartam, id eſt, falcidiam non habeat ſaluam.
Et not. quod dicit hic de falcidia debita iure inſtitutionis, quę
proprie appellatur falcidia. Generaliter autem verum eſt ne-
minem plus quàm per legem falcidiam capere liceat, legare
poſſe: ſed fallit hoc in milite: vt C. de teſta. mili. l. in teſtamen-
3 to. & C. ad legem fal. l. in teſtamento. Secus in veterano: † vt ff.
ad leg. falcid. l. ad veterani. & l. ſi miles. & l. miles. & j. ad Treb.
l. j. §. ſi quadringenta. Nec obſtat ſ. ad Treb. l. j. §. in nūj. vt ibi
notaui. & ſ. dicitur ad legem falcidiam. l. quod de bonis. §. j. &
l. cum Titio. Item & priuatus quandoque iſtud idem facere
poteſt: vt ſ. tit. j. l. ſi creditor. Item in duobus alijs caſibus: vt C.
ad legem falcid. auth. ſed & in ea re, &c. dic ſecundum quod
ibi notaui. Hoc autē ſemper teneas, quòd nullus vltra, quàm
habeat in patrimonio legare poteſt, vt ſ. tit. j. l. in ratione. & j.
ad Trebel. l. j. etiam ſi ſit miles: vt C. de teſtam. mili. l. in teſta-
4 mento. Imò ſemper † in imponenda ratione legis falcidiæ æs
alienum primò deducendum eſt, & funeris impenſa, & pretia
ſeruorum manumiſſorum: vt C. ad leg. falcid. l. in imponenda.
& Inſtit. de lege falcid. & j. eod. tit. l. j. Si autem certum ſit lo-
5 cum habere falcidiam, vel de leui certum eſſe † poteſt, detra-
henda falcidia eſt de ſingulis legatis: & à iudice dandus eſt ar-
biter qui videat patrimonij modum, & qualitatem, & quanti-
tatem: & debent, id eſt, ſolent vocari tunc omnes creditores: vt
probent credita ſua & omnes legatarij. Si tamen non fuerint
ibi omnes abſentes, quod actum fuerit inter præſentes non
nocebit: vt infrà eod. l. j. & l. iij. §. ſi in plures. Si autem ſit incer-
tum, quid iuris ſit, videamus. Et quidem poteſt eſſe incertum
pluribus de cauſis, vel quia quędam legata ſunt relicta ſub cō-
ditione, vel quia quidam ſunt creditores ſub conditione, vel
quia debita à debitoribus hæreditarijs debentur ſub condi-
tione. Et ſi quidem iuſtè dubitare poteſt an habeat locum lex
falcidia, an non, hæres ſoluens purè relicta, poteſt deſiderare
ſibi caueri à legatarijs, vel æſtimatio facienda eſt: ſed primum
magis in vſu eſt, quod reſtituent hæredi quantum apparuerit
quod plus acceperint, quàm eis capere liceret per legem falci-
diam, vel ipſe hæres legatarijs, vel æſtimatio facienda eſt: ſed
primum magis in vſu eſt: vt ſ. ad leg. falcid. l. in quantitate. §. ma-
6 gna. † Et nota, quòd non eſt ſimplex cautio, imò ſatiſdatio:
vt infrà eod. l. j. §. hæc ſtipulatio. Aliud autem dicitur cautio,
aliud ſatiſdatio: vt C. de verbo. ſignif. l. ſancimus. Et eſt præto-
ria hæc ſatiſdatio, id eſt, à prætore inducta. Prætoriæ autem
ſtipulationes perſonas deſiderant: vt infrà de præto. ſtip. l. præ-
toriæ. Sed videtur non fuiſſe neceſſaria hæc cautio: quia ſi per
facti ignorantiam, ſolus repetere poteſt condictione indebiti
communi iure: ſi per iuris ignorantiam ſoluerit, non repete-
ret, & tunc quidem cautio locum hic habere non poteſt. quia
certum eſt tunc non habere locum legem falcidiam. ergo non
eſt hæc cautio interponenda: ſed ratio quare fuerit inducta
tibi reddetur hic l. j. §. hæc ſtipulatio. Et quidem in teſtamen-
to militis locum habet hæc cautio propter aliam cauſam: vt
hic. l. j. §. in quibuſdam. Item in teſtamento liberti, in quo pa-
tronus eſt hæres inſtitutus: vt hic. l. j. §. interdum. ſed non ra-
tione legis falcidiæ, ſed eius legis, quæ vocat patronum ad li-
berti hæreditatem. Item cauendum eſt hæredi. Item legatario
7 à quo relictum eſt fideicommiſſum: vt infrà eod. l. iij. Item † à
legatario, ſiue fideicommiſſario eſt cauendum: ſed ſalutio fiſco,
quia ſemper intelligitur idoneus & eſſe ſoluendo: vt infrà eo.
l. iij. §. item. & infrà vt lega. vel fideicom. ſeruan. cau. l. j. §. ſi ad
fiſcum. Item in alio caſu. d. l. iij. §. quamuis. Item dico hanc cau-
tionem non poſſe remitti à teſtatore: licet ſecus ſit in illa, quam
pręſtat hęres legatario: vt C. vt in poſſ. leg. l. ij. & l. pen. & fi. &
C. de vſufru. l. j. Item hac ſtipulatione quandoque agit is, qui
interpoſuit eam, quandoque ipſe agere non poteſt: ſed hæres
eius aget, & quandoque vnus hęredum tantum, quandoque
omnes: vt infrà eod. l. j. Actio autem ex ea ſtipulatione datur
hęredi, & in hęredes, & perpetuò, cùm contineat intereſſe, &
rei ſit perſequutoria: vt j. de actio. & oblig. l. in honorarijs.

Quando dies legatorum, vel fideicommiſſorum cedat. *Rubrica.*

1 *Cedere diem, dupliciter intelligi.*
2 *Legatis vel fideicommiſsis conditionalis dies quando cedat.*
3 *Legatis in diem relictis dies quando cedat.*
4 *Hæreditas non adita an, & a quibus, & ad quos tranſmitti poſsit.*
5 *Vſusfructus legati dies an, & quādo cedat quantum ad tranſmiſsionem.*
6 *Legatum relictum in ſingulos annos an, & quando tranſmittatur ad hæredes.*
7 *Legatis purè relictis dies quando cedat.*
8 *Ceſsionis dies in legatis effectus quis ſit.*

DICTVM eſt ſ. de legatis vel fideicommiſsis ſin-
gularibus, & vniuerſalibus: ſed quia quandoq; le-
gatarius vel fideicōmiſſarius decedit ante, quàm
dies legati cedat, quandoq; poſteaquam dies le-
gati, vel fideicōmiſsi ceſsit, & ſic quandoq; ad hęredem tranſ-
mittit legati petitionem, quandoq; non. Videndum eſt ergo,
quid ſit cedere diem legati, vel fideicommiſsi, & quādo cedat,
& quis ſit effectus, ſiue vtilitas diei ceſsionis. Et quidem duo-
1 bus modis † dicitur cedere diem: vno modo diem cedere eſt
incipere deberi pecuniam, &c. vt ff. de verbo. ſignifica. l. cedere.
Et quantum ad hunc tractatum poteſt fieri tranſmiſsibile ad
2 hæredem: & hic diſtinguendum eſt, an relinquatur † ſub con-
3 ditione, vel in diem †, vel purè. Si ſub conditione, cedit dies
à die exiſtentis conditionis, niſi in caſibus: vt not. C. de cadu.
toll. §. ſin autem. quando habetur legatum conditionale pro
puro, excipiunt quidam & alium caſum: quod nobis non pla-
cet: vt not. C. de his qui ante apert. tabul. & hoc, (ſi conditio
eſt poſsibilis) alioquin diſtingue vt Inſtit. de leg. §. ſi. & Inſtit.
de hæredit. inſtit. § penult. Item niſi alia ratione habeatur pro
3 impleta: quia non ſtat per legatarium. † Si autem in diem, ſi
quidem in diem incertam, idem eſt quod cùm ſub conditione.
Si autem certam, idem eſt, quod cùm purè: attēde tamen qua-
liter dicatur dies incerta: ſi quidem ideo quia incertum eſt an
ſit extitura: verum eſt, quod dixi. Si autem certum eſt eam ex-
tituram, ſed incertum eſt an ante mortem legatarij, an poſt-
ea, diſtingue an ſit appoſita in perſona legatarij: puta, lego
Titio cùm morietur &c. dic vt infrà eodem, l. ſi cum. & ff. de
conditio. & demonſtrat. l. j. §. primo. Si autem purè relinqua-
tur, & ſub modo, vt dixi C. de his, quæ ſub modo. l. j. diſtingue
inter hæreditatem, vſumfructum, & aliud relictum. In hære-
ditate autem diſtinguebatur olim an apertæ eſſent tabulæ, an
non: vt ff. de iuris & fact. igno. l. j. §. fina. & C. de iure delibe. l.
iiij. & C. de cadu. toll. l. vnic. §. in nouiſsimo. Sed hodie non ſit
4 hæc differentia: & † generaliter nullus tranſmittit ad hære-
des hæreditatem, niſi aditam, vel niſi ſit de liberis: & illi non
ad extraneos, ſed ad ſuam poſteritatem tantùm tranſmittunt,
licet quidam dixerint contra: vt C. de caduc. tol. §. in nouiſsi-
5 mo. & C. de his, qui ante apert. tabu. In vſufructu † legato
dies non cedit, quantùm ad hanc vltimam ſignificationem
diei ceſsionis: quia morte finitur, niſi fuerit relictus tibi, & hę-
redibus tuis: & tunc tantùm primi hæredes ad vſumfructum
6 admittuntur. Et idem † eſt in legato relicto in ſingulos an-
nos, vt finiatur morte legatarij, niſi relictum ſit in perpetuum:
vt ff. de verbo. obligatio. l. & ideo hæſitatur. §. fina. ſed in hoc
eſt

eſt aliod: quia admittuntur primi hæredes, & deinceps: vt C. de legar. l. in annalibus. Item hoc eſt notandum quia primi anni legatum dicitur purum, ſequentium conditionale: & ſic primi legati dies cedit, & tranſmittitur ad hæredes ſequentium: ſecus autem eſt in ſtipulatione in ſingulos annos: ſi au-
7 tem ſit aliud legatũ & purum, † cedit dies eius legati à morte teſtatoris: vt C. de cad. tol. §. j. & §. in nouiſsimo. niſi ſit ſeruis cum libertate aliquod relictum: quoniam cedit dies ab adita hæreditate, non à morte teſtatoris: vt C. de cad. tol. §. in nouiſ-
8 ſimo. Effectus † autem talis ceſsionis quis ſit, ex ſupradictis apparet: quoniam tranſmittit legatum legatarius ad hæredem: & ſic hæres poterit petere legatum, ſicut defunctus cui relictum fuerat, poterat. & cum eodem onere tranſit: niſi tale ſit onus quod ab hærede explicari non poſsit. arg. C. de cadue. tol. l. vnica. §. cum enim iam ſtatuimus.

ANNOTATIO.

a Cedere diem. Ad huius materiæ reſolutionem vide Bart. in l. quidam cùm filium. & in l. filius. de verbo. oblig. & in l. eam. quam. & ibi Bald. de fideicommiſ. & in l. j. C. quando dies leg. ce. doct. in l. quæ legata. de reg. iur. vbi originaliter habemus iſtam materiam.

Vt legatorum, ſeu fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa caueatur. *Rubrica.*

1 *Cautio, quam præſtare debet hæres pro legatis præſtandis, quando ſit interponenda: & quando non, nu. 2.*
3 *Cautio pro legatis præſtandis ab hærede interponenda an, & quando exigat fideiuſſores.*
4 *Cautionem legatorum præſtandorum nomine qui præſtare debeant: & quibus, nu. 5.*
6 *Cautio pro legatis vbi ſit præſtanda.*
7 *Cautionis legatorum præſtandorum nomine interpoſitæ effectus quis ſit.*

TRACTAVIT ſuprà ſi cui plus, quam per legem falcidiam legatum eſſet: qualiter caueatur à legatario, vel fideicommiſſario. Vel ſuprà tit. primo dixit de legatis relictis in diem, vel ſub conditione: quod eorum dies cedit non ſtatim à morte teſtatoris:
1 nec ſtatim quandoque ab adita hæreditate peti poſsint. † Sequitur videre de cautione, quæ præſtatur ab hærede de ſoluendo legato, vel fideicommiſſario adueniente die, vel conditione exiſtente: & ſic apponit, vt legatorum, vel fideicommiſſariorum ſeruandorum cauſa caueatur: in ſequenti tractatu ponitur quid iuris ſit, ſi non caueatur. Sed videamus quando interponitur hæc cautio, vel à quo, vel à quibus, & cui, vel quibus, & in quo loco, & quis ſit huius cautionis effectus.
2 † Et ſi quidem relictum eſt legatum in diem, vel ſub condi-
a tione, cauendum [a] eſt interim legatario de præſtando legato adueniente conditione: vt j. eod. l. hæc ſtipulatio. Pro puro autem legato non videtur habere locum: vt j. eod. l. j. §. ſi decem. quia ſtatim vendicare poteſt: ſed tantum dicendum eſt, quòd habeat locum, vt j. eod. l. etiam. quoniam nonnullas moras dilatio [& exercitio] iudicij habet. Quandoq; tamen non habet locum hæc cautio: vt j. eod. l. j. §. reſcripto. vt cùm manifeſtum eſt, non deberi legatum: vt j. eod. l. hæc ſtipulatio. §. diuus. Idem eſt ſi incontinenti paratus eſt probare hæres non deberi legatum. Idem eſt ſi euidens ſit calumnia poſtulantis cautionem: vt infra vt in poſſeſſ. lega. l. ſi is à quo. Idem eſt ſi teſtator in teſtamento ſuo vetuit hanc cautionem exigi: vt j. eo. l. licet. Sed ſecus eſt in cautione, quam præſtat fructuarius: & eſt ratio: quia illa præſtatur non in fauorem, vel vtilitatem teſtatoris: ſed hæredis, hæc autem in fauorem teſtatoris, vt adimpleatur eius voluntas. & vnicuique licet renunciare his, quæ pro ſe introducta ſunt: vt C. de pactis. l. ſi quis. & C. eod. l. j. &
3 pen. & fin. Et not. quòd † hæc cautio exigit fideiuſſores, enim ſit prætoria: vt j. eodem. l. j. & & infrà de præto. ſtipul. l. prætoriæ. Sic & illa ſi cui plus, quàm per legem falcid. l. prima, & ſecunda, & tertia, fiſco autem remittitur: quia ſemper intelligitur idoneus, & ſoluendo: vt infrà eod. l. j. §. ſi ad fiſcum. & j. ſi cui plus quàm per legem falcidiam. l. j. Ciuitatibus autem remittitur datio fideiuſſoris: ſed nuda promiſsio non remitti-
4 tur: vt infrà eod. l. ſi quando. § fin. Cæteri † autem cuiuſcunq; dignitatis ſint, tenentur eam præſtare: vt infrà eod. l. j. in princ. & quidem præſtat eam hæres: item hæredis hæres: item fideicommiſſarius vniuerſalis: item ſingularis, cùm ab eo relictum eſt legatum. Item inſtitutus, ſubſtitutus, & generaliter (vt breuiter dicam) omnis ille qui tenetur ſoluere legatum, vel fideicommiſſum. Item dominus vel pater hæredis inſtituti: vt j. eo.
5 l. j. §. non ſolum. Præſtatur autem hæc cautio † legatario, & fideicommiſſario ſingulari, vel vniuerſali. Nam habet locum tam in legato vniuerſalis, quàm ſingularis rei: vt infrà eod. l. hæc ſtipulatio. Item ſucceſſoribus eorum. Item domino, vel patri cauetur: vt infrà eod. l. j. in fin. primi reſponſi. & ſub hac conditione, ſi cùm eius legati dies cedit in poteſtate ſit: item & ipſis filio, & ſeruo, quibus legatum eſt, cauendum eſt ſub conditione, ſcilicet ac ſi ſui iuris erunt, cùm legati dies ceſſerit: & ſic habes hic, quòd duobus ſatiſdatur. Intellige ſicut ſit cùm duobus ſub diuerſis conditionibus, vel contrariis, legata eſt eadem res, nec quæratur hæres: quia eoſdem fideiuſſores ſufficit intercedere vtraque ſatiſdatione. Item fideiuſſores non onerantur, cùm futurum ſit vt vni tantum teneantur: ſicut eſt cùm duo eiuſdem nominis de legato contendunt. Quando ſimiliter vtrique ſatiſdatur: vt infrà eod. l. ſi duo. & infrà eod. l. prima. §. ſi ei. & l. ſed & ipſis. Item dic, quod dicitur infrà eod. l. filio vel ſeruo. Item procuratori legatarij, vel fideicommiſſarij abſentis abſentis, debet caueri: vt infrà eod. l. j. §. procura-
6 tori. † Cautio autem iſta præſtatur, vbi hæreditas, vel maior pars hæreditatis eſt præſtanda: vt infrà eod. l. poſt, quam. §. vlt. & ff. de iudi. l. ſi fideicommiſſum. vel ibi teſtator voluit, vel vbi legatarius cum hærede conſenſit: vt prædicta l. ſi fideicom-
7 miſſum. de iudic. dicitur. † Effectum autem eundem ſortitur hæc ſtipulatio: quem ſortiretur actio ex teſtamento. Igitur veniunt in ea fructus & vſuræ à tempore moræ. Item res ipſa ſi extat, vel eius pretium ſi non extet: vt infrà eod. l. j. §. procuratori. Et huic ſtipulationi eaſdem cauſas, & conditiones, & dilationes ineſſe ſciendum eſt, quæ inſunt in actione ex teſtamento: vt infrà eod. l. j. §. belliſsimè. & §. ſi quis ſub conditione. & §. fin. Si autem noluit ſatiſdare hæres mittendus erit in poſſeſsionem bonorum legatarius. & de hac miſsione bonorum in poſſeſ. plenius tractabitur in ſequenti reſponſo. Iſtud tamen hic noto, quod & ſi miſſus fuerit in poſſeſsionem legatarius, quandoque tamen hæres paratus eſt cauere, oportet legatarium recedere de poſſeſsione. Item ſi alius caueat nomine eius: vt j. l. ſi legatarij. Hyrne.

ANNOTATIO.

a Cauendum eſt. Adde Bar. in l. inter omnes. circa princ. ff. qui ſatiſda. cog. & ibi docto. & in l. j. C. quorum legator. docto. in l. prima. ff. eod. tit. & vt lega. no. caue. per tot.

De bonorũ poſſeſsione contra tabulas. *Rub.*

1 *Bonorum poſſeſsio contra tabulas quibus detur, & nu. 2.*
3 *Bonorum poſſeſ. cont. tab. quomodo deferatur liberis.*
4 *Liberi qui repellantur a bonorum poſſeſsione contra tabulas.*
5 *Filius inſtitutus hæres an & quando poſsit petere bono. poſſeſ. contra tab. & nu. 6.*
7 *Filio inſtituto ſub conditione an, & quando detur bonorum poſſeſsio contra tabu.*
8 *Bonorum poſſeſsionis contra tabulas effectus quis ſit.*

DICTVM eſt ſuprà generaliter de bonorum poſſeſsionibus: ſed quia quædam competunt ex teſtamẽto, quædam ab inteſtato, & digniores ſunt quæ competunt ex teſtamẽto, quàm quæ ab inteſtato, & donec illæ, vel aliqua illarum peti poteſt, nulla ab inteſtato ſibi locum vendicat: vt infrà ſi tabulæ teſta. nullæ exta. l. j. in princip. & §. primo. primò occurrit videndum de illis quæ

ex teſtamento. Et quia earum quædam ſunt contra volunta-
tem, quædam ſecundum voluntatem: vt ſ. de bon. poſſeſ. l. ſed
cum. §. j. & donec poteſt peti ea quæ eſt contra voluntatem,
vt contra tabulas: non poteſt peti ſecundum tabulas: quia illa
primò defertur: vt ǰ. eodem. l. illud. §. fin. & ǰ. de bon. poſſeſ. ſe-
cund. tab. l. j. §. æquiſſimum. primò apponitur de contra tabu.
1 † videamus igitur quibus detur, id eſt, qui ad eam petendam
admittantur. Et quidem liberis legitimis & naturalibus præ-
teritis, tam ſuis quàm emancipatis: vt ǰ. eod. l. j. in prin. & C. de
liber. præte. l. fin. & ǰ. tit. j. l. is qui in poteſtate. Item & ſuis, &
emancipatis: quod dic vt ǰ. eod. l. iij. in princi. & §. ſi pater ali-
cuius. Item poſthumis: quod dic vt ǰ. eod. l. iij. §. hæc autem,
Item ſicut poſthumo, ita datur capto ab hoſtibus, vt interim
partem faciat cum aliis, & reuerſus eam petat: vt ǰ. eod. l. j. §. ſi
2 ex tribus. † Item datur filio deportato, vel in metallum dato,
vel alia pœna ſeruo facto: ſed iſtis aliter, quàm capto ab ho-
ſtibus: quia iſti interim partem non faciunt. Et ita demum ad-
mittuntur, ſi fuerint reſtituti: vt ǰ. eod. l. j. §. quidam filium. &
§. fin. & l. ij. Et eſt ratio diuerſitatis: quia in capto ab hoſtibus
ſpes eſt vt redeat iure poſtliminij: ſed in deportato non: vt ǰ. de
bonis liber. l. ſi necem. §. ſi deportatus. & ǰ. de aſſigna. lib. l. j. §.
penult. & §. fin. Item datur adoptiuis, non ſolum legitimis &
naturalibus: & hoc dum ſunt in adoptione, eis emancipatis
non datur: quia deſinunt eſſe ex liberis, nec ſolum amittunt
nomen liberorum: vt ǰ. eod. l. j. §. & ſui iurit. in fin. niſi ponas
quòd aliquis de liberis fuit adoptatus, & poſtea emancipatus.
Nam tunc, quia non deſinit eſſe ex liberis, admittitur ad con-
tra tabulas: vt ǰ. eodem. l. j. §. qui habebat. & ǰ. ad Tertyl. l. ij. §.
adoptiui. Et hæc, quæ dixi in adoptiuis, intelligas cùm tracta-
tur de bonorum poſſeſſione adoptantis, ſed ſi ponas tractari
de bon. poſſeſ. eius, qui eum dedit in adoptionem, id eſt patris
naturalis, ſi quidem adoptatus eſt ab extraneo, donec eſt in
adoptione prętéritus à patre naturali, non habet bonorũ poſ-
ſeſſionem contra tabulas: ſed inſtitutus habet alio ei com-
mittente edictum: vt ǰ. eod. l. ſi poſt mortem. & l. iij. §. ſi emanci-
patus filius. Si autem emancipatus fuerit ab adoptante, habet
contra tabulas, perinde ac ſi non fuiſſet datus alicui in adop-
tionem, & hæc ſecũdum iura iſta: hodie autem aliud eſt: vt C.
de adopt. l. fin. & Inſtit. de hęred. quæ ab inteſt. §. ſed ea omnia.
Et ſiquidem datus fuerit in adoptione coniunctæ perſonæ: vt
erat olim eſt hodie: vt in prædicto dicitur §. Sed contra vide-
tur C. de adop. l. pe. Item non ſolum deſcendentibus (vt dixi)
datur contra tabulas, ſed etiam aſcendentibus. & ſiquidem fi-
lius in poteſtate conſtitutus in peculio quaſi caſtrenſi faciens
teſtamentum patrem prætereat, dabitur patri ſecundum iura
iſta contra tabulas: vt ǰ. eod. l. iij. §. ſi pater alicuius. hodie ſe-
cus eſt: vt C. de inof. teſta. l. vlt. quanquam prædictus §. aliter
intelligi poſſit Si autem emancipatus prætereat patrem con-
ſtat patri dari contra tab. vt C. de inoffi. teſta. l. ſi pater. & ǰ. ſi à
3 pat. quis fue. ma. † Qualiter admittantur liberi ad contra ta-
bulas? & quidem eo iure, eóq; ordine quo ad hæreditatem de
iure ciuili vocantur: vt ǰ. eod. l. j. §. vocantur. quod qualiter in-
4 telligendum ſit, dic vt ibi plenè no. & §. eo. l. l. iij. §. j. † Item
qui, & quando repellantur à contra tabulas? & quidem ſi ali-
quis prædictorum eſt exhęredatus non habet contra tabulas,
ſed habet quærelam inofficioſi teſtamenti: vt ǰ. eod. l. ſi poſt. §.
exhæredatis. vel pro exhæredato habitus: quod dic vt ǰ. eod. l.
illud. §. ad teſtamenta. & Inſti. de exhib. libe. §. fi. & hoc ſi ritè
ſint exhæredati: vt ǰ. eo. l. non putauit. §. non quærit. & dic vt
ibi. ǰ. eod. l. ſub conditione. & l. non putauit §. ſi ab vno. quòd
ſi à primo gradu præteritus eſt: dic vt ǰ. eo. l. non putauit §. j.
Ad quid? not. quòd exhæredatio quandoq; fit ante gradum,
quandoq; inter gradus, quandoq; poſt gradus, &c. vt C. de li-
5 ber. præte. l. j. notaui. Item † ſi aliquis prædictorum eſt inſtitu-
tus, non habet contra tabulas directò, id eſt, ex perſona ſua, id
eſt, eo committente edictum. ſed alio committente, habet, licet
ſi eſſet præteritus, habere ex ſua perſona nõ poſſet, vt datus in
adoptionem præteritus à patre naturali: vt ǰ. eod. ſi poſt mor-
tem. & l. iij & l. non putauit. Item cum alio committente edi-
ctum inſtitutus petit. Et tamen ſciendum quòd poteſt eam pe-
tere: licet ille qui debet committere edictum eam nõ petat: vel
ſecundum alios licet non agnoſcat, dũtamen petierit: vt ǰ eo.

l. ſi poſt. §. fin. & ǰ. tit. j. l. nonnunquam. licet quãtum ad legata
omnibus præſtanda, vel tantum certis perſonis, interſit an pe-
tat ille, vel non: vt infrà tit. j. l. is qui in poteſtate. §. ſed ſi ſolus.
6 † Item ita demum poteſt petere inſtitutus alio committente
edictum, ſi non adiuit ex inſtitutione: vt infrà eo. l. ex duobus.
§. ſed illud. fallit in caſu: vt infrà eod. l. ſi poſt mortem. §. ſi in
adoptionem. Item hoc intellige in inſtituto, qui erat de libe-
ris. Si autem eſſet extraneus, non habet aliquo modo contra
tabulas: etiam alio committente edictum: vt infrà eod. l. non
putauit. §. filium. & §. in adoptionem. Item hæc vera ſunt vbi
ipſe eſt inſtitutus, ſecus ſi eius ſeruus vt infrà eodem. l. non pu-
tauit. §. ſed ſi ipſe. Item hæc vera ſunt, vbi eſt inſtitutus purè,
7 † ſi autem ſub conditione, ſi quidem eſt filius emancipatus,
pendente conditione non habet bonor. poſſeſ. contra tabu. vt
ipſe committat edictum: vt infrà eod. l. iij. §. ſed ſi ſub condi-
tione: & §. ſeq. ſed alio committente habet: vt infra eod. l. ſi in
adoptionem, ſed ea deficiente habet bono. poſſeſ. contra ta-
bulas ſi talis ſit qui præteritus habere poſſit. alioquin eam
non habebit, vt in prædictis legibus habetur. Si autẽ ſit in po-
teſtate conſtitutus, ſi quidem ſit inſtitutus ſub conditione ca-
ſuali, etiam ea pendente, poteſt petere bono. poſſeſ. contra ta-
bulas. Item poteſt ipſo iure dicere nullum: ſi autem ſub pote-
ſtatiua, non nec deficiente, vt ſuprà de hære. inſtit. l. ſuus. Item
repellitur filius à cõtra tabula quando ante eam petitam, cùm
ei delata iſſet, ad arrogandum ſe dedit: vt infrà eod. l. iij. §. ſi e-
mancipatus filius. Item ſi agnoſcat legatum, vel fideicommiſ-
ſum ſibi, vel ſeruo ſuo relictum, vel ſi is iubeat ſeruum ſuum
inſtitutum adire hæreditatem, repellitur à bon. poſſeſ. contra
tabulas: vt infrà eod. l. iij. §. fin. Item eſt ſi oppoſuit doli exce-
ptionem hæredi petenti: quod diſtingue vt infrà eod. l. ſi præ-
teritus filius. Item repellitur, ſi non extiterint tabulæ tempore
mortis: quod dic vt infrà eod. l. illud. & l. quod vulgo. & ſuprà
ſi tabulæ teſta. nullæ exta. Item liberi qui inſtitui non poſ-
ſunt, &c. vt infrà eodem. l. iij. liberi. Item ex cuius tabulis, vel
ex quibus, vel ex quo teſtamẽto: quod plenè diximus in ſum-
ma ſuprà ſi tab. teſt. nullæ exta. & in illa de ſecundis tabulis.
8 † Effectus autem bonorum poſſeſſionis cõtra tabulas petitę
quis ſit, dicitur ǰ. eod. l. ſi ex duobus. § cùm emancipatus. l. non
putauit. §. fi. & l. ex duobus. §. ſed illud. & ǰ. tit. j. l. is qui in po-
teſtate. §. fin. Eſt & alius effectus, de quo plenè tractat titulus
ſequens: & ideo ad præſens prætermitto. Illud autem extra
ſummam quæro, an hodie locum habeat bon. poſſ. contra ta-
bulas. quod dic vt not. C. de libe. præte. ſuper authent. ex cau-
ſa ibi. poſita. Item quæritur quare conuerſo ordine ponantur
iſti tituli de contra tab. & de ſecundis tab. C. & ff. quod dic vt
C. & ff. ſuper ipſa rubri. plenè notauimus. Hyrner.

De dotis collatione. *Rubrica.*

1 *Collatio dotis quando locum habeat.*
2 *Dotem conferre quæ filiæ cogantur, & quibus.*
3 *Collatio dotis qualiter fieri debeat.*

VT plenè ſciatur quãdo locum habeat dotis col-
a latio.[a] ſic diſtingue: quia aut illa quæ dotem ac-
cepit non vult ſuccedere, & tunc nullo modo co-
gitur: quod dic vt ǰ eod. l. pen. & vlt. & C. de col-
lationib. l. filiam. & l. à patre. Aut vult, & tunc aut nullum eſt
2 factum teſtamentum omnino: & tunc † cogetur conferre. C.
eod. l. ſi pater. & l. dotis quidem. Aut factum eſt ſolenniter te-
ſtamentum: & tunc aut nullo modo eſt irritatum, vel expu-
gnatum, ſi quidem eſt expugnatum, ſcilicet pro parte tantùm
non habet locum collatio: vt d. l. pater filium. Si verò eſt inſo-
lidum expugnatum, ſi quidem per querelam inofficioſi teſta-
menti locum habet collatio: ſi verò per contra tabulas, aut
hæc filia nullo modo fuit inſtituta, & tunc conferret: vt C. eo.
l. filiæ dotem. & l. vt liberis. aut fuit inſtituta: & tunc aut nullo
modo petiit contra tab. & ita non debet fieri collatio per edi-
ctum, licet fieri poſſit per interpretationem prudentum: vt
ſupra eod. l. ſi filius. aut etiam petiit, & tunc diſtingue vt infra
eodem. l. ſi filia fuerit. Vbi autem factum eſt teſtamentum non
habet locum collatio: niſi pater hoc dicat [expreſſim?] vt C.
eod. l.

eod.l.filiam.Sed hodie contra:quod dic vt in authent.de trien.
2 & ſemiſ.§.illud quoque. † Item quæ conferat, & quibus? Et
quidem conferunt emancipatæ ſuis.Item in poteſtate conſti-
tutæ ſuis Sed & conferunt his,qui non ſunt in poteſtate, ſed
non omnem dotem,ſed tantùm profectitiam. Emancipatæ au
tem emancipatis non conferunt.vt C.eod.l.filiæ licet. & l.fi-
liæ dotem.& l.nec emancipati.& l.ſi emancipati. Item dic vt
infrà eod.l.j.§.ſi ſtipulatione.Si verò de nepotibus, & de ne-
ptibus ex vno filio ſit controuerſia,id eſt, an debeat conferre
neptis dotata ſuo patruo dotem,an non,dic vt j.eod.l.j.§.ſi ſit.
His autem,& hæredibus eorum fieri debet collatio:item ab
his.& eorum hæredibus:vt ſ. ntu.j.l.j.§.ibidem.·& l. prætor. j.
3 reſponſo †Qualiter debet fieri?& ſi quidem non ſit contra-
ctum ad hoc matrimonium pro quo dos eſt promiſſa &c. dic
vt j.eo.l.j.§.cõſequens.Si verò fuerit ſoluta.ſi quidem ſpes eſt
de contrahendo matrimonio,idem dico quod dicerem,ſi con-
tractum eſſet matrimonium,& adhuc conſtaret:quod dic vt
C.eod.l.dotis quidem.& ff.de condi.cau.da.l. quod Seruius.
Si verò non ſit ſpes. vt quia repudium miſſum eſt conferret
actionem,ſicut & ſi ſolutum eſſet matrimonium:quod dic vt
infrà eodem,l.j §.quod ſi iam diuortium factum eſt. Hodie ta
men diſtinguitur:quod dic vt in authen.de æqua.do. §. illud
quoque. Quæ autem ſit pœna non conferentis,ſuprà tit.primo
plenè diximus.

ANNOTATIO.

a Collatio Ad huius titu.reſolutionem vide Barto.Bal.& docto.in au-
thentica ex teſtamento.C.de collat. Bal.in l. dotis. & authent. quod
locum.C.eod.titu & in l.vt liberis.eod.titu.multa per do. Alexan. in
conſil.xxvj.in 1.volu.

De ventre in poſſeſsionem mittendo, & curatore eius. *Rubrica.*

1 *Mulier quæ mittatur in poſſeſsionem ventris nomine: & cuius ventris nomine,nu.ſeq.*
3 *Miſsio ventris in poſſeſsionem qualiter fiat, & quandiu.*
4 *Curator ventri in poſſeſsionem miſſo quis conſtituatur.*
5 *Curatoris,qui ventri datur,officium quale ſit.*

DICTVM eſt ſuprà de bon.poſſeſſ. contra tabu.
qua ſubuenitur his,qui iam nati ſunt:ſed quia na-
ſcituris etiam antequam naſcantur pari, vel ma-
iori ratione ſubueniendum erat,vt pote cum na-
ſcituris,vt in lucem producantur petatur auxilium:natis ve-
rò vt inducantur in familiam,id eſt,in paternam ſubſtantiam:
vt infrà eodem, l.j. §.& generaliter. Ideo ponit de ventre in
1 poſſeſsionem mittendo. Vnde † videndum , qualiter ventri
ſubueniatur, & quia hoc fit, quia mulier quæ prægnans eſt
mittitur in poſſeſsionem,ideo quæ mulier mittatur, eſt viden-
dum:quod dic vt infrà eod.l.j.§ prægnantem. Nec diſtinguo
an fuerit vxor,an non.tempore mortis:vt j.eod.l.j. §.rectiſsi-
mè. Porrò vxorem fuiſſe eſt neceſſarium:nec dico legitimè,li-
cet quidam dixerint:duntamen legitimam fuiſſe quoquo mo-
do poſsit præſumi,etiam modica præſumptione:vt infrà eod.
l.j.§.ſi ea.Quod enim dicitur infrà eod.l.j. §. toties. mulierem
mittendam,quæ ſuum hæredem paritura eſt: intelligo quan-
2 tum ad præſumptionem:ſic enim præſumimus. †Cuius ventris
nomine? & quidem eius,qui ſuus naſcitur:vt putà ſi ex eo qui
ſui iuris eſt,& eius vxore concipitur:vt j.eo.l.j.§.toties. & In-
ſti.de pa.pote.§.qui igitur.idem eſt & ſi loco ſui hæredis ſit:vt
puta,ſi ſit filius qui contra tab.accipere poſſet:quod dic infrà.
ead.l.j.§.etiam ex emancipato.& ſ.de contra tabu.l. ſi reten-
tus Idem & ſi non poſsit accipere per ſe,& iure ſuo, vel nullo
modo,vt puta datus in adoptionem.ſi tamen fuerit inſtitutus:
quod dic vt j eo.l.j.§.ſed an etiam in eius,niſi ſit datus ſuo pa-
tri in adoptionẽ,tũc enim contra tab.haberet:vt diximus ſ. de
bo.poſ.contra tab.l.iij.§.ſi quis filio ſuo. His etiam datur,qui
& ſi nõ omnino,aliquo tamẽ caſu ſui naſcituri ſunt: quod dic
vt infrà.eo.l.j.§.ſed & ſi quis ventrẽ. Nam caſu omiſſo natus
ſuus erat: vt ſ. de libe. & poſth.l.commodiſsimè. Hi autem ita
demum admittunt.ſi nõ ſint exhæredati : vt j.eod.l.j.§.toties.
& ſubaudio ritè:vt ſ.de contra tab.l. non putauit.§.non quæ-
uis.& hoc, ſi ab omnibus gradibus ſit facta: quod eſt.ſiue fiat
ante gradus,ſiue poſt gradus.ſiue inter gradus:vt dixi Inſti.de
exhære.lib.Si verò fiat inter gradum: dic vt j.eo.l.j.§. ſi vẽter.
& §.per cõtrarium. Si ergo nomine prædictorum mulier mit-
tetur in poſ.eorum,qui ſui ſunt,vel loco ſuorum : aliàs non,
vt dicunt. Sed ego puto eam ex omni parte edicti in poſſeſsio
nem mitti : vt j.ad Tertyl.l.j.§.ſed ſi mater.& j.eod. l.vlti.ſiue
natus poſsit ſuccedere vt agnatus,ſiue cognatus etiam in quar
to gradu conſtitutus,vel in quouis alio:duntamen alius eum
non præcedat. Sed ipſi dicunt ex omni parte,id eſt,vel ex teſta
mento, vel ab inteſtato : dum tamen ſit futurus ſuus, vel loco
ſui.Sed certè (ſecundum hoc) illud,omni,non comprehendit
omnem partem. Porrò hanc puto eſſe differentiam , quod vbi
ſuus eſt, vel loco ſui , erit in poſſeſsione vſq; ad tempora pu-
bertatis: & cum cauſæ cognitione fiet hæc miſsio ventris no-
mine,ſi fiat ſtatus cõtrouerſia, licet in iam nato ſummatim diſ
cuteretur. Vbi verò eſt futurus agnatus, vel cognatus, non ſit
plena cauſæ cognitio: quia nec in poſſeſsione erit,niſi quouſq;
naſcatur: ſed ſemper in tempus pubertatis quæſtio ſtatus dif-
feretur : vt j.eo.l.vbicunque.§ interdum. & j.ad carbo.l.Car-
bonianom.§.cauſæ.hoc tamen ita, ſi conceptus ſit viuo eo,in
cuius bona ſe vult mitti : vt j. vnde cogna. l.j.§.ſi quis proxi-
3 mior. † Item qualiter fiat miſsio, & quandiu? Dic vt infra eo.
4 l.j.§.ſi ea. & §.tandiu. & §.vlt. & l.ij & iij. Item quis † conſti-
tuitur curator ? Dic vt infrà eod. l.j. §.eligitur. Poteſt autem
vnus & ventri,& bonis conſtitui: quod plerunq; faciendum
eſt:niſi creditores inſtent: vt infrà eod.l.j.§.hoc autem. tunc &
5 plures dari poſſunt:vt infrà eo. l.j.§.quoties. † Quod ſit offi-
cium eius,qui ventri datur curator,dic vt infrà eod.l.j.§. mu-
lier.& §.diminutio.& l.habitatio quoq;. j.reſponſo. & §.ſer-
uis.& l curator.j.reſponſ.In caſu tamen,ſi dotem habeat,non
ſit ex bonis defuncti: vt ſi non ſuus hæres, ſed extraneus poſt-
humus ſit inſtitutus vt ſi filius filij emancipati conceptus poſt
emancipationem : vt j.eod.l.extraneo. Item quod ſit officium
eius,qui bonis conſtituitur? Dic vt ſ.de admi.tut.l.inter bono
rum.& j.eod.l.j.§.item ſi periculum.& l.curator. Porrò illud
in ſumma ſciendum eſt,quòd nunquam tractatur hic de bon.
poſſ.quæ iuris eſt,ſed potius de bon. poſ.quæ facti eſt. Si quæ-
ras,cur ergo non tractat poſt tractatum de bo.poſſ.cõtra tab.
ſtatim de ſecũdis tabulis,& de his,quæ iuris ſunt ? reſpondeo,
quia primum datur iſta:ſicut & contra tab. quàm ſecundum
tabulas.Nam hæc datur iis,qui ſui futuri ſunt,etiam ſi ſint in
teſtamento præteriti,non tamen exhæredati:vnde & interim
ceſſat ſecundum tab.quia is poterit contra tabulas habere : vt
infrà de bo.poſſ.ſecundum tabulas.l.æquiſsimum.

De coniungendis cum emancipato liberis. *Rubrica.*

1 *Nepotes qui coniungantur patri in ſucceſsione aui.*
2 *Nepotes in poteſtate aui retenti cum emancipato patri iungantur in ſucceſsione ipſius aui.*
3 *Coniunctionis emancipati cum liberis eius effectus quis ſit.*

HIC incipit concordia diſcordantium legum 1 di-
ctum eſt enim ſ.de libe. & poſthu. l,in ſuis. & de
iniuſto rup.teſta.l.poſthumorum.ſuos hæredes vo
cari in totum ad hæreditatem,id eſt,eos qui in po
teſtate remanſerũt vt Inſt.de hære.quæ ab in.deſe.§.ſin autẽ Itẽ
dictum eſt per prætorẽ vocari emancipatos: quaſi in poteſta-
te fuiſſent.ſ.de bo.poſſ.contra tab.per totum. Ex his orieba-
tur quæſtio inter filium emancipatum,& ſuos filios,qui in aui
poteſtate remanſerunt,filio emancipato ius prætorium, nepo
tibus legem antiquam xij. Tab.inuocantibus:vt Inſti. de hæ-
re.quæ ab inteſt.deſe. §.inteſtatorum. In hac autem diſcordia
temperanda prætor in hoc ſuo edicto iudicem ſe facit : & tali
modo controuerſiam definit:ſicut ex ipſa rub.patet : vt eman-
cipato filio coniungantur nepotes. Tractat autem nõ de qua-
libet coniũctione,ſed de ea,quæ fit per cõtra tab.in qua vtri-

1 que coniunguntur. † Vnde videndum eſt,qui nepotes con-
iungantur,& quidem coniunguntur hi,qui retenti ſunt in po
teſtate,patre emancipato.Si enim pater non ſit emancipatus,
nepos omnis omnino excluditur:vt infrà eod.l.j.§. ſi pater in
poteſtate.Sed nec dico ſufficere,ſi retineantur quoquo tempo
re:ſed oportet vt tẽpore mortis aui,ſint in eius poteſtate:vt In-
ſtit.de hære.quali.& diff.§.ſui autem.Item oportet,quòd non
ſint exhæredati:tunc enim in bon.poſſ.contra tabulas comun
gerentur:quia omnino eis denegaretur & ſuo,& alieno iure:vt
ſ.de cõtra tab.l.ſi poſt mortẽ.§.exhæredati.Item admittuntur
qui iam nati erant tempore emancipationis.Item qui naſcun-
tur poſtea:dumtamen antea fuerint cõcepti:vt infrà eo.l.j.§.ſed
& ſi poſthumus.Sed & oportet,quòd ſint naturales,& legiti-
mi.nec ſufficit eos legitimos tantùm:vt infrà eod.l.ſi quis fi-
lium.Item oportet,quòd hæreditas,ſcilicet auita ad eos perti-
neat:& ſuo nomine pertineat iure dico inſtitutionis,vel ab in
teſtato ſucceſsionis. Eſt enim largum hoc verbum:vt infrà de
verb.ſig.l.verbũ illud ſuo nomine,ideo dixit:vt quia ſecus eſt
in alieno:quod dic vt infrà eo.l.ſi nepos exhæredatus. & ſ. de
contra tab.l.non putauit.§.ſed & ſi ipſe.Fit autem hæc nepo-
tum vocatio gradatim:quod dic vt j.eod.l.j.§.liberos. & §. ſi
2 poſtliminio.†Item enim emancipato patri iunguntur[a] iungun
tur autem emancipato,ſed nõ ſemper. Aut enim eſt datus in
adoptionem hic emancipatus,aut non:ſi eſt datus, non aliter
ei iungitur,niſi fuerit inſtitutus,& alio committente edictum:
aliàs enim datus in adoptionem non admittitur in bon. poſſ.
contra tab. vt ſ.de bon. poſs.contra tab.l.non putauit.§.in ado
ptionem.niſi ſuo proprio patri datus eſſet in adoptionem:pu-
ta ab auo:vt ſ.de cõtra ta.l.iij.§ idẽ.licet alij illud aliter intelli
gant:vt ibi no.Si verò non ſit datus,iungitur ei ſiue inſtituto,
ſiue præterito.Porrò exhæredato non coniungitur:quia exhę
redatus repellitur à cõtra tab. Nepotes tamen per ſe ſi ſunt
a præteriti,admittuntur ad contra tabulas[a],vt infrà eo.l.j.§. iun
gitur.& §.& erit hæc differẽtia. & §.ſi pater emancipatus Eſ-
ſet enim abſurdum eos coniungi,nec tamẽ per ſe admitti ſicut
in ventre:vt ſ.titu.j.l.vbicunq;.§.vlti.diximus maximè ea ra-
tione:quia exhæredatus pro mortuo habetur.Quidam tamen
dicunt,inter quos eſt Io.quòd etiam exhæredato iunguntur
nepotes per legem,quæ eſt ſ.de inoffi.teſt.l.ſi ponas.§.quòd ſi.
& infrà eod.l.j.§.ſi pater emancipatus. Exhæredatus autẽ nun
quàm iungitur,ſecundum aliquem.Item qualiter,ſiue inquan
3 tum fiat hæc coniunctio:hoc eſt dicere,quis† ſit eius effectus,
quod dic vt infrà eo.l.j.§.inter ipſum. & §.ſed ſi ſit præterea.&
§.ſed ſi ambo.& hęc ſatis abundéq; de ſucceſsione ſufficiãt.Sed
emergit illa diſcordia inter prædictos nepotes, & eorundem
patruos,de qua dictum eſt ſ.de collat.per totum titul. & in
princi.primæ legis. Bene dicit emancipatũ debere ſuis fratri-
bus,qui in poteſtate remanſerunt,bona ſua conferre : econtra
dicebatur,à nepotibus,hoc iniquum eſſe.vtpote cùm emanci
patus nepotibus tantũ faciat iniuriam,qui iure ciuili in totum
debet erãt admitti emãcipato excluſo:quod iuri prætorio, vt po
te æquius,& antiquius præferendũ erat.Patruis autẽ nulla fit
iniuria:vnde prætor naturali ratione motus,licet in ſuperiori
diſcordia quæ quodãmodo prætorem tangebat,fuerint in ea
ſedanda grauati:hic tamen benignius agit cum his collatio-
nem nepotibus ſolummodo faciẽdam iudicãs:quod dic vt j.
eo.l.j.§.ſed & ſi ſint nepotes:& §.ſicut autem.An hoc edictum
hodie locum habeat quæritur? & non putat Placẽtinus hodie
locum habere:quia ſublata eſt differentia patriæ poteſtatis:vt
in authen.de hære.ab inteſt.§.ſic tamen. & §.ſi quidem. Sicut
ergo repellitur nepos vbi ſuus pater eſt in poteſtate:vt j.eo. l.
j.§ ſi pater in poteſtate:ita & vbi eſt emancipatus. Non ob hoc
tamen putes,hunc nõ legendum:legendus eſt enim,& intelli-
gendus, tũ quia alias leges reddit faciles,& intelligibiles:tum
quia & multa ſunt in eo argumenta : tum quia de collatione
plæteque leges ponuntur,quæ hodie etiam tenent.

ANNOTATIO.

Contra tabulas.Vide ad hoc Spec.in tit.de teſta.§.ſequitur videre.ver.
eſt alia bo.poſ.Bald.in l.certum.in fin.C. vnde cogn.& in authen.ex
cauſa.C.de libe.præte multa per Paul.de caſt.in conſi.cxxxix.inci.vi-
ſo puncto ſuprascripto vbi de materia copioſè habes.

Si à parente quis fuerit manumiſſus. *Rubr.*

1 *Pater quid iuris habeat in bonis filij,quem emancipauit.*
2 *Pater & patronus qui differant inter ſe.*

DICTVM eſt ſ. de bonorum poſſeſsione contra
tabulas, qua ſubuenitur filiis cõtra teſtamenta pa
rentum : ſed quia parentibus ſubueniendum erit,
ſicut & filiis, licet non tam fauorabili ratione : vt
ſ. vnde liberi.l.ſcripto.§. vlti. ideo ponit quid iuris ſit patri in
bonis filij,ſi à parente ſit manumiſſus, id eſt,emancipatus: im-
propriè enim dicitur manumiſſus, vt ſuprà, quando de pecu.
actio eſt an.l.j.§.alienatio. De bonis autem filij emancipati,id
eſt,de ſucceſsione ideo ponit,& non de eo,qui erat in poteſta-
te : quia ei , qui erat in poteſtate , olim non erat aliquis hæres:
nec etiam pater,niſi haberet caſtrenſe peculium, & faceret te-
ſtamentum,& adiret ex eo hæreditatem: & tunc ceſſabat bo-
norum poſſeſsio contra tabulas. Item querela inofficioſi te-
ſtamenti.C.de inoffi.teſtam.l.vlti.in prin.Item & in quaſi ca-
ſtrenſi peculio , propter dictam legem. Licet olim in eo fortè
aliud dici poſſet : vt ibidem innuitur. Si autem non adiretur
hæreditas, pater omnia iura peculij , non tanquam hæres oc-
1 cupat : vt ff. de caſtren. pecul.l. ij. † Videndum eſt ergo,quid
iuris habeat parens eius , quem emancipauit : & quidem tan-
tum , quantum patronus in bonis liberti. Quæ eſt ratio ? dic
vt infrà ead.l.primo reſponſo. Nec diſtinguitur, vtrum à pa-
tre,an ab aliquo ex ſuperioribus ſit emancipatus:vt infrà eod.
l. j. §. enumerantur. Sed nec diſtinguitur, vtrum emancipatus
decedat ſui iuris , an in poteſtate : quod dic vt infrà eod. l. j. §.
nepos. Vtrobiq; enim emãcipator vocatur ad bon. poſſeſsio-
nem contra tabul. pro tertia portione , cùm ſponte, non coa-
2 ctus emancipauit:quod dic vt infrà eod.l. vlti. † Differt à pa-
trono in multis;quia patronus imponit operas:vt C. de oper.
lib.l.j.parens non: vt infrà eod.l. penult. Item patronus petit
contra tabul.licet pecuniam pro manumiſsione accipiat:vt C.
de bo.liber.l.j.parens non,vt infrà eod.l.j.§.ſi parens. Item li-
beri patroni petunt bono.poſſ. contra tabul. vt infrà de bon.
libe.l.libertinus.§. ſi patroni.ſed non parentis:vt infrà eod.l.j.
§.liberos autem.Item ſunt & aliæ duæ differentiæ : de quibus
dic vt infra eodem,l.ij.& l. Pantonius Patronus etiam non,ni
ſi tertiam partem bonorum habeat,vt Inſti.de ſuc.lib.§.ſi ve-
rò teſtamentum.

De bono.poſſ.ex teſtamento militis. *Rub.*

DE bono.poſſeſ.ſecundum tabulas,quæ competit
ex teſtamentis priuatorum,ſuprà plenè dictũ eſt:
ſed quia in teſtamento militis, & eorum qui vice
militum habentur, quædam ſpecialia obſeruan-
tur:ideo ſpecialiter ponit de bono.poſſ. ex teſtamẽto militis.
Vnde videndum eſt ex cuius militis,vel quaſi militis teſtamen
to bonorum poſſeſsio detur.Sed primò videndum eſt,quis ſit
miles,vnde dicatur,quæ ſint militis priuilegia in teſtando.Itẽ
quandiu durent,& qualiter amittantur,quod dic vt in ſumma
C.de milit.teſta.Qui iure militari teſtari poſſunt? Et quidem
omnes hi,qui milites ſunt:de quibus ſuprà dictum eſt : ſi ta-
men ſint milites electi, & in numeros redacti : vt ſuprà de
teſta. mili.l. ex eo. quod dici poteſt,& exaudiri in eo priuile-
gio quod militi datur in omiſsione ſolennitatis,quæ eſt de iu
re communi. Nam alia priuilegia quæ habet in inſtitutio-
ne,non ideo minus habet,ſi tamen iurauerit : quod dic vt in-
frà eodem,l.prima.in fin. Sunt & alij qui iure militari teſtan-
tur:quod dic vt infrà eodem l.j. Et ex eorum omnium teſta-
mentis militariter factis, datur ſecundum tabulas bonorum
poſſeſsio.

DOMINI AZONIS SVMMAE
in Rubricas Infor-
tiati FINIS.

EIVSD

EIVSDEM DOMINI AZONIS SVMMA IN RVBRICAS ff.NOVI.

De operis noui nuntiatione. *Rubrica.*

1 *Nouum opus quod dicatur.*
2 *Nuntiatio ad quæ noua opera pertineat.*
3 *Nuntiare nouum opus quis poſſit.& nn.5.*
4 *Nuntiare nouum opus an poſſit aliquis ratione ſeruitutis,quã ſe habere contendit.*
6 *Nuntiatio noui operis cui fiat,& vbi.*
7 *Nuntiare nouum opus vni ex pluribus dominis an ſufficiat.*
8 *Nuntiatio noui operis qualiter fiat.*
9 *Nuntianti nouum opus quæ ſint obſeruatu neceſſaria.*
10 *Nuntiationis operis effectus quis ſit.*
11 *Nuntiationis effectum tolli per remiſſionem.*

QVALITER de iure prætorio ſubueniatur alicui non ratione contractus,ſed ratione vltimæ voluntatis tacitæ vel expreſſæ,dictum eſt ſuprà de bo.poſſ. vſq; in fin.ſequitur vt videamus qualiter prætor ſuum tribuat auxilium circa ea, quæ inter viuos ſunt,nõ in contractibus, vel maleficiis,vel quaſi.de quibus dictum eſt ſ.de ædil.edic. & de neg.geſt.& de noxa.act.& nau.cau.ſta.& de his,qui deie. vel effu.& dicetur inferius.Sed extra ea omnia: puta, fit aliquod nouum opus,& quia prætoris auxilium per nuntiationem ſuper nouo opere factam,competit: ideo de oper.no.nun. diſ-
1 putamus,ſcilicet,quod dicatur† nouum opus: quod dic vt j. eo.l.j.§.opus nouum.& §.ſi quis ædificium.& j.eo.l. antepen. §.opus autem.& arg.j.de acquir.rer.do.l.adeo.§.cùm quis æs
2 alienum.in fi. Ad † quæ noua opera pertinet nuntiatio? Dic vt j.eo.l.j §.hoc autem edictum.& § ſine autem intra.Excipiũtur tamen quædam propter publicam vtilitatem:quod dic vt j.eo.l.de pupillo.§.ſi quis riuos.& §. præterea generaliter. &
3 §.toties autem. † Quis poteſt nuntiare?* & quidem liber homo.Itẽ ſeruus:niſi pro opere facto,in loco publico ſeruus nuntiet:tunc enim non tenet,cum etiam nec cuilibet libero ciui permittatur:quod dic vt j.eo.l.in prouinciali.§.vlti.& l. nam rei.& l de pupillo.§.ſeruo.primo reſponſo.& de popu. actio. l.popularis actio.& l.mulieri.Sed & ſi priuato nuntiet, tenet nuntiatio:vt j.quod vi aut clã.l.prohibere.§.ſi quis per ſeruũ. Item nuntiat maior xxv.an.Itẽ minor,ſi res ad eum pertineat: alioqui contra:puta,nũtiat pro operę publico facto:vt j. eo. l. de pupillo.j.reſponſo. Sed & nuntiat dominus rei in qua fit nouum opus.Hæc enim nuntiatio dicitur continere naturalẽ cauſam. Item quaſi dominus,puta qui habet vtilem rei vendicationem nomine rei: vt ſuperficiarius,& emphyteuta:vt j.eo. l.in prouinciali.§.ſi ergo.& l.de pupillo.§.Sextus.&§.natura-
4 lem.Idẽ in creditore:vt j.e.l.creditori.† Quid ſi ſeruitutẽ ſe habere contendat,& ob hoc velit nuntiare nouum opus, an licet? diſtingue verũ perſonalem,vt tunc ei à quo habet ſeruitutem non poſſit nuntiare:extraneo verò poſſit: vt j. de remiſ. pig.l.j.§.item Iuliano. An realem,vt ſi quidem ſit ruſtica non poſſit:vt j.eo.l.qui viam,cæterùm ſi vrbana,poſſit: vt ſ.de ſerui.vrb.præ.l.inter.§.vlti.[Tu dic quòd ita poteſt nuntiari in ruſtica ſeruitute,ſicut in vrbana:quia illa l.qui viam. intelligitur ſecundũ quod intellexit dominus Bulgarus,quòd ibi non ædificabatur propriè,ſed ibi reficiebatur via. Et dicitur hic nuntiatio continere impoſititiã cauſam:vt j.eod.l.de pupillo.
5 §.impoſititiam† Quæ autem ſit diuerſitatis ratio, quæri poſſet. Qui enim nullũ ius omnino habet,ſi quidem nullum ſe habere contendat,nulla eſt omnino nũtiatio:ſi enim fructuarius (vt dictum eſt) quandoq; nuntiare nõ poteſt,item is, qui ruſticam ſeruitutẽ habet,multominus is,qui nullũ omnino ius habet nũtiabit.Excipitur,vbi quis nuntiat pro eo quod ſit in publico:quia licet ius nullũ habeat:quia tamẽ ſingulorũ vſibus deſeruire loca publica ſolent:vt j.ne quid in loco publ.l.ij.§.j. recipitur.vt fiat nuntiatio,quæ publicam cauſam cõtinere videtur:vt j.eod.l.de pupillo.§.publicam.Itẽ & excipi poteſt,vt quis nuntiet nomine alieno:quod licet,vt j.eo.l.j.§.item nuntiationẽ.Si verò ius aliquod ſe habere cõtendat,propter quod permittitur nuntiari,etiã ſi verè nõ habeat,dicitur tenere nuntiatio in odiũ ſpernentis nuntiationẽ,edicto prætoris inductã: quod ex eo patet:quia lex dicit ſiue iure,ſiue iniuria, opus fieret.deſtruendum eſſet,ſi ſpreta nuntiatione fieret:vt j.eo.l.j.in
6 prin.& l.prætor.§.interdictũ hoc. & §. qui igitur. † Cui fit nuntiatio? Et quidẽ omnibus omnino quicũq; ſint in re ipſa,* quod dic vt j.eo.l.de pupillo.§.nũtiationẽ.ita tamẽ,ſi in re ipſa ſint cuicunq;:quod dic vt infrà eo.l.operis noui nunr.& l.cuilibet.& l.& ſi ſatiſdationẽ.§.& tutori.& l.nõ ſolũ.j.reſponſo. Quid,ſi ad locum ipſum fiat nuntiatio? Reſpondeo tenet,maximè ea ratione:quia licet fiat ad locum,tamẽ quia ipſam nuntiationẽ poteſt aliquis,qui ſit ibi prope,audire,& domino renuntiare,dicẽdum eſt eã tenere:vt infrà eo.l.de pupillo.§. nuntiationem, ibi, ſufficit, &c. & quod vi aut clam.l.aut qui aliter.& ſi fortè nõ ſit cui.& j.de dam.infect.l.iiij.§.toties.Quid ſi fiat nuntiatio domino operis,nõ re ipſa, ſed alibi? Lex videtur dicere nuntiationem nullius eſſe momenti:vt infrà.eod. l.de pupillo.§.ſi quis fortè. Et tamen ex eadem poteſt ſumi contrarium.quod enim dicit,vt confeſtim per nuntiationem ab opere diſcedatur,contrarium innuit:quia vbi fit in re ipſa vicinis audientibus,vel pupillo,vel ſeruo,non diſceditur confeſtim ab opere:ſed tunc cum poſtea dominus veniens.& ſciẽs quæ facta ſunt,propter nuntiationem,prohibet operari.Nec obſt.illud,ſi dicas non tenere nuntiationem:quia qui nuntiat, referre debet in teſtationem quid,& quantum operis ſit factũ: vt j.eod.l.non ſolum.§.qui opus. Poteſt enim eſſe,quòd bene ſcit nuntiator quantum ſit factum,& id probare poteſt: puta, bene ſcit quouſque proceſſerunt in opere in die ſabbati,vſque in ſero: demum ipſe nuntiat in die dominico:nam omnibus diebus fieri poteſt nuntiatio:vt infrà eo. l. j. §. item nuntiatio.quare non teneat talis nuntiatio, & taliter facta, non eſt ratio. Quod enim dicitur nullam eſſe, dici poteſt verum quantum ad hoc, vt cogatur quis omnia demoliri quæ poſt nũtiationem facta ſunt, tenet tamẽ vt cogatur demoliri quod cõſtat eſſe factum, poſtquàm venit ad opus rediens à foro,& potuit prohibere operarios ſuos.Et ſi inſtes,ſecundũ hæc quę dicta ſunt,non videtur differentia,an nuntietur in se ipſa: an alibi, quia vtrobique non deſtruitur: niſi id quod factum eſt, poſtquam dominus redit. Lex autem voluit notare differentiam:quia in vno caſu dicit tenere nũtiationem, in altero nullam eſſe.Reſpõd.lex ſe retulit ad ea quæ plerunq; accidũt. Nam vbi fit in re ſæpe cõtingit,vt ab opere diſcedatur:dum putant operarij,vel amici domini,id domino expedire:& ita bonum ſumunt cõſilium,vt interim abſtineatur ab opere. At vbi non fit in re, non poteſt cõtingere,vt ſtatim,facta nuntiatione diſcedatur: ſed opus eſt vt dominus veniat, vel mittat, quod fieri velit. Operarij enim & ſimiles nihil ſciunt de denũtiatione,& ideo dicitur nuntiatio nulla:quia non omnia,quæ poſt-
7 ea facta ſunt, deſtruuntur. † Item fieri poteſt nuntiatio & omnibus dominis operis, & vni ſoli: & perinde habetur ac ſi omnibus facta ſit:vt j.eo.l.de pupillo.§.ſi plurium. & l.ædibus cõmunibus.licet non ſit idem econtra: quod dic vt j.eo.l.de pupillo.§.ſi plurium.ij. Et eſt ratio:quia vbi fit vni, fit in re ipſa. vnde ipſa ratione rei, omnes dominos operis videtur contingere nuntiatio, quæ rem ipſam videtur afficere quodã modo: vt j eo.l.vlti.& omnibus facta videtur: ſed vbi eam facit vnus ex dominis,non contingit cæteros, eo quod rei ratio (quam ſ. dixi) non interuenit,nec interuenire poteſt. Licet autem dixerim omnibus quicunq; ſunt poſſe nuntiari,tamen huic ab hoc non poteſt nũtiari,habita miſta cõſideratione:quia ambo ſunt domini eius rei,cuius nomine caueri volunt ſibi: vt in vſufructuario dictum eſt per l.j §.item Iulianus. ff.de remiſſio. Item in aliis: quod dic vt j. eo.l.in prouinciali.§.planè ſi vnus no-
8 ſtrûm.& §. quod ſi ſocius meus. † Qualiter fit nuntiatio? Et quidem per verba,item per prætoris interdictionem: item per lapilli iactũ: quidã ita intelligunt,vt verba nullo modo interuenire debeãt in iactu lapilli. Alij dicũt (vt dominus meus) quòd etiã verba poſſint interuenire talia .ſ.nũtio tibi nouum

opus per iactum lapilli. Poteſt & illud dici commodè: vt licet verba interuenire non debeant, tamen nutu debet oſtẽdere in iactu lapilli, ne aliquid noui fiat. Illud omnino non inquiro (licet quidam attẽdant) quibus verbis in nuntiatione vtatur: ſiue dicat, nuntio nouum opus, ſiue dicat, prohibeo te aliquid hîc facere, ſiue æquipollentia: vt j. de re iud. l. in ſumma. §. reſp. Nec illud inſpicio, an loquar vulgariter, an latinè. argu. C. de teſta. l. quoniam indignum.
9 † Quæ ſunt neceſſaria in nuntiatione no. operis, dic vt j. eod. l. de pupillo. §. qui opus nouum. quod tamen intelligendum eſt poſt nuntiationem. cùm is cui nuntiatum eſt, adit prætorem, poſtulans remitti ſibi nuntiationem: niſi ille iuret de calumnia qui denuntiauit à princip. non exigitur prætoris authoritas: vt j. eod. l. de pupillo. §. nuntiatio ex hoc. Item ſunt & alia neceſſaria: vt j. eod. l. de pupillo. §. qui nuntiat. & §. toties autem. & l. non ſolùm. §. ſed vt probari. & §. qui opus nouum. Item ſunt & alia, cum quis nuntiat nomine alieno: quod dic vt j. eod. l. de pupillo. §. qui procuratorio. quod intelligunt quidam (vt dominus meus) etiam ſi conſtet eum eſſe verum procuratorem, & dicunt ſpeciale: vt & aliàs ſ. ad Treb. l. quidam. alij vt Bulg. cùm de mandato
10 dubitatur, exaudiunt. † Quis nuntiationis effectus? Et quidem ex parte nuntiantis varius. & diuerſus: quod dic vt j. eod. l. j. §. in operis. & l. de pupillo. §. meminiſſe. ſed quæ ratio diuerſitatis ſit, inſtãter quæritur? & ego reſpõdeo, ſatis eſt in promptu. Certum eſt enim poſſeſsionem ſolo animo amitti: puta. ſi quis ſe poſſe repelli ſuſpicetur: vt j. de acquir. poſſ. l. poſſideri. §. in amittenda. & l. ſi id quod. §. vlti. hic autem, qui iacit lapillum, ſic volens nuntiare nouum opus, non facit ſignum timidi hominis, & fugitiui, ſed audacis hominis, & pugnaturi, & poſſeſsionem per vim retenturi. Vnde dicendum eſt ipſum non amittere poſſeſsionem. Idem quoq; eſt ſi prætorem adeat proponens ei in hunc modum, Domine, facias eum ſtatim exire de terra mea, vel de domo: quia ego ſum armatus, & gens mea tota mecum: & ſi non feceris, iam videbis, quid erit. Vbi verò, omiſſa prætoris præfata aditione, & lapilli iactu: ſicut miſerrimus, & viribus carens, verborum ſumit ſubſidium, humili voce & depreſſa quærens, & ſuppliciter exorans, vt ille exeat de poſſeſsione, & nuntiat ei blandis verbis in tanto facinore vtens, nouum opus. protinus amiſiſſe videtur poſſeſſionem. Sequitur & alius effectus nuntiationis ex edicto, vel interdicto prætoris. Nam quandoque dicitur edictum in lege, quandoque interdictum, vt iam per legem patet: quia facta nuntiatione legitimè (vt dictum eſt) & iurato de calumnia, omne opus, quod poſtea erit factum, deſtruetur: vt j. eo. l. j. ſin prin. & l. prætor. j. reſponſo. & §. j. & §. qui igitur facit. & §. ait prætor. & §. quicquid. Eſt & alius nũtiationis effectus: quia ſi is, cui nuntiatum eſt, nolit rem defendere, transfertur in eum onus probationis: vt j. eod. l. ſi prius. Non defenderet quidem intra tres menſes, quod ſpeciale eſt in hac cauſa: vt C. de ædil. edict. pri. l. vlti. & aliàs contrà: vt C. de iud. l. prope-
11 randum. † Iſti autem duo vltimi effectus tolluntur per ſubſequens interdictum de remiſsionibus, & per ſubſequens interdictum: vt j. eo. l. j. Quod dicitur interdictum prohibitorium. ideſt, ſi expreſsim ſit remiſſa nuntiatio: vt j. de remiſs. l. j. in prin. & infrà. eod. l. ſi opus nouum. Vel etiam tacitè, quod multis modis contingit: puta, quia tranſactio facta eſt authoritate prætoris, vel ſine authoritate, quod dic vt j. eod. l. j. §. & poſt operis. & §. Inde quæritur. Item quia mortuus eſt nuntiator, nondum facto opere, tacitè remiſſa eſt nuntiatio. Sed ſi factum fuiſſet opus hæredi competeret hoc interdictum. Cæterùm morte eius, cui nuntiatum eſt, non extinguitur: quod dic vt infrà eo. l. non ſolùm. §. morte. & §. quod ſi his. Item remittitur nunciatio tacitè, ſi ſatiſdetur in annum de opere demoliendo, ſi apparuerit iniuria ædificatum. Vel ſi per nuntiatorem factum ſit, quòminus ſatiſdetur: quod dic vt infrà. eod. l. prætor. §. deinde ait prætor. & §. hoc interdictum. & §. hoc autem. & §. ſi aliquando. Cæterùm poſt annum non videtur ſatiſdari poſſe, vt remittatur, inuito altero nuntiatio: cùm poſt annum non detur hoc interdictum: vt infrà eod. l. prætor. §. vlti. ſed nec iure annum quacunq; eius parte, videtur hodie poſſe ſatiſdari: vt C. de ædifi. pri. l. vlti. quod aliter intelligitur: vt ibidem diximus.

ANNOTATIONES.

a Nuntiare. De hoc adde copiosè per Spe. in ti. de reſti. ſpo. §. j. Verſi. cæterum. Bar. in l. non ſolum. §. ſed & probari. de oper. no. nun. Angel. & doct. in l. de pupillo. §. meminiſſe. eo. tit. do. Alexand. in l. j. eo. titul. & ibi doct. vbi eſt locus proprius huius materiæ.

* Noui operis. Nouum opus facere videtur, qui aut ædificando, aut detrahendo aliquid priſtinam faciem immutat. ff. eo. l. j. §. opus nouum. Si quis autem vetus ædificium fulciat, aut ſi vnum, aut alterum cementum imponat, nouum opus facere non videtur. ff. eo. l. j. §. ædificium. Longè enim aliud eſt facere, & reficere. c. conſuluit. & c. Iudæi. de Iudæis. Nouum opus in præiudicium alterius fieri non debet, alioquin demoliri poteſt. ca. j. extra. eod. Denuntiare autem idem eſt, quod prohibere, & pro eo habetur quo ad effectum, ſiue quis dicat, nouum opus denuntio, vel prohibeo nouum opus. c. ſignificantibus. extra eod. & l. iij. §. nuntiamus. ff. eo. Item nuntiatio fieri non debet ad omnia opera ſed ad ea ſolum, quæ ſolo coniuncta ſunt, quorum ædificatio, vel demolitio videtur continere opus nouum. ff. eod. l. j. §. hoc autem edictum. Martinus.

• In re ipſa. Noui operis nuntiatio in rem eſt, & non in perſonam: vt l. noui operis ff. eod. vnde cuicunque fiat, tenet: dummodo in re præſenti fiat. C. eod. ti. l. cuilibet. Nihil igitur refert, an domino fiat, an procuratori, an ſeruo, an fabro, qui ædificat, dummodo fiat in re præſenti, & domino & non domino, ſed illis, qui ſunt ibi. ff. eod. l. de pupillo. §. nuntiare. Nec obſtat abſentia domini quando opus nouum nuntiatur, extra. eod. c. ij. Dicitur tamen nullius eſſe momenti quo ad ea, quæ ſunt in opere antequàm dominus redeat ad opus. Non enim quæ facta ſunt poſt talem denuntiationem demolienda ſunt, ſed quæ poſt regreſſum eius fiunt ad opus ædificandum. Denuntians autem primò iurare debet quod ex calumnia non denunciat. Et hoc iuramentum exigitur ab aduerſario l. de pupillo. §. qui opus. ff. de op. no. nun. Qui alieno nomine nuntiat neceſſe habet cauere dominum rem ratam habiturum l. qua in re §. qui procuratorio. ff. eod. Quid ſi in publico ædificetur, nuntiabit quilibet ciuis. ff. eod. l. in prouinciali. §. ſi. vſusfructuarius quoque nuntiare poteſt, ſed non contra dominum. ff. de remiſ. l. j. §. ij. Seruus etiam non ſuo, ſed alterius nomine nuntiare poteſt l. iij ff. quod vi aut clam. Fit autem nunciatio tribus modis, lapilli iactu, verbis, & prætoris interdictione. Tot verò debent eſſe nuntiationes, totidem remiſsiones, quot loca ſunt in quibus ædificatur. d. l. de pupillo. §. ſi ita pluribus. & extra eod. titu. c. ij. vbi de hoc in gloſ. hoc ſumptum. Martinus.

* Effectus. Eſt & alius nũtiationis effectus, vt ipſa teneat, ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſit, ſiue iure, ſiue iniuria fiat. l. j. in prin. ff. de no. ope. nũ. Mar.

❧ Accidunt. Iura enim conſtitui oportet ex his, quæ plerunque accidũt, non ex his, quæ inopinato accidunt l. iura. & l. ſeq. & ſeq. ff. de leg. Limitat tamen Paulus Caſtrenſis in caſibus l. antiqui. ff. ſi pars hæred. pet. & l. ſi maior. C. de leg. hæred. P. Prateius.

De damno infecto, & ſuggrundis & protectis. *Rubrica.*

1 *Damni infecti nomine cauere quis debeat, & quibus, nu. 2.*
3 *Damni infecti inter ſe cauere qui non cogantur.*
4 *Cauere damni infecti nomine qualiter debeat.*
5 *Stipulatio, qua cautum eſt de damno infecto, quam actionem pariat, & cui detur ea actio, & in quem.*
6 *Actio competens ex ſtipulatione damni infecti ad quid detur.*
7 *Damni infecti nomine cauere recuſans qua pœna puniatur.*
8 *Damni infecti cauſa coram quo iudice agi debeat.*

QVALITER circa opera infecta, ſeu imperfecta ſubueniatur alicui, dictum eſt ſ. de oper. no. nunnunc autem qualiter circa opera iam facta, vel vetuſta, alicui conſulatur, & caueatur, contra rimarum impetum, tractare intendit: ideòque ponit edictum de dam. infect. & ſuggrundis & protectis. Videndum ergo quod dicatur damnum infectum, & vnde: quod dic vt j. eodem. l. ij. & iij.
1 † Quis debet cauere de damno infecto. Et quidem dominus rei. Item bonæfidei poſſeſſor, emphyteuticarius, creditor, ſuperficiarius, & (vt generaliter dicam,) omnis, quicunque ius in re habet. Amplius etſi ius non habeat, idem tamen eſt: quod dic vt j. eo. l. inter quos. §. ſi domus. Quibus cauendum? Et quidem dominis vicinarum ædium: vel in totum, vel in parte: quod dic vt j. eo. l. plures. & ſ. ti. j. l. antepe. §. idem ait. & ſeq. Item his, qui habent ius in re: quod dic vt j. eod. l. quid de creditore. & infrà l. qui bona. §. & ſuperficiariũ. & l. inter. §. damni. Item & omnibus etiam qui ius non habent in re quod dic, vt infrà eo. l. qui bona. §. & non inquiretur. Sed & quandoque non

quæ non vicinis cauetur:quod dic vt infrà eod. l. qui bona. §.
3 cum inter. Habetur † tamen miſta conſyderatio:quia huic ob
hoc non cauetur:putà,duo vel plures eiuſdem rei nomine in-
ter ſe:quod dic vt infrà eod.l.ſi ædibus. Quid in dominis com
munis parietis? Dic vt infra eo.l.inter quos j.reſponſo.& l.ex
damni §.quoties. Item fructuarius.& proprietarius. Item ſu-
perficiarius,quod dic vt infra eod.l.damni. j. §. ei cuius. & §.
ei qui in conducto. Item dominus,& bonæfidei emptor,quod
dic vt infrà eod.l.qui bona.§.ſed ei.qui bona [Item nolens ca
uere,licet ſit miſſus in poſſeſsionem,quod dic vt infrà eod. l.
qui bona.§.ſi quis.quia.Item ædificans illicitè,& patiēs:quod
4 dic vt infrà eod.l.qui bona §.ſi quis iuſta. † Qualiter debet
caueri? Et quidem repromiſsione ſola ab eo, qui ſuo nomine
cauet. Suo autem id cauere videtur,quicunque ratione domi-
nij,vel quaſi cauet. Item iure ſui cauet:quod dic vt infrà eodē,
l.quid de creditore.& l.qui bona j. reſponſo. & §. j. Quid ſi
dubitetur,an ſuo nomine,an alieno quis caueat, dic vt infrà
eodem,l.prætor.§.ſi controuerſia. Item cauetur de vitio ſoli,&
operis,& ſoli tantum, & operis tantùm : quod dic vt infrà
eodem,l.fluminum.§.vltimo.& §.ſed vt ne. & §. vitium. & l.
eorum.§.ſiue. Quandoque tamen huic cauetur ab hoc,non de
altero:quod dic vt infra eodem,l.inter fructuarium. Item ca-
uetur præſtito ſacramento calumniæ.& apponitur dies:quod
dic vt infrà eodem,l.qui bona.§.qui damni.& §.ſi quis ſtipu-
latus.vſque in finem. & l.in cauſæ.& l.dies.j.reſpon.& l.ſi fini-
5 ta. §.j.& ſecundo † Quæ actio datur? Ex ſtipulatione, quod
contractum eſt:vt Inſtit.de ver.obl.in prin. Tu dic ea ratione
dari ex ſtipulatu:quia iam contracta eſt ſtipulatio:& quia cō-
petit ad intereſſe,quod eſt incertum:vt infrà eo.l.dies.§.in cū.
& ideo datur ex ſtipulatu:vt infrà eo.l.damni.§ ſi is,qui in ſi.
Cui datur?in quem? Et quidem datur ſtipulatori,in promiſſo
rem & eorum ſucceſſores,quod largè accipitur: quod dic vt
6 infrà eo.l.damni.§.vlt.& l fluminum.§.adiicitur. † Ad quid?
Et quidem ad damni reſtitutionem,quod contingit vitio ſo-
li,vel operis,vel vtriuſque cui poſſet ſuccurri non caſu fortui
to,vel hominis culpa:quod dic vt infrà l.fluminum.§.hæc ſti-
pulatio.& §.idem Seruius putat.& §. præterea. & §. Caſsius.
& §.item apud.& §.idem ait. Damni dixi,& non lucri: quod
dic vt dixi infrà eo.l fluminum.§.vltimo.& l.Trebatius. & l.
Proculus. Item damni,inquam,quod contingit in re,cuius cō
templatione cautio eſt præſtita,vt infrà eo.l.damni.§.ſi is,qui
vnas, Item damni contigentis eo tempore,quo remanſit domi
nus:vel ſi tempore cautionis non erat dominus eius,quod cō
tingit poſtquàm factus eſt dominus:quod dic vt infrà eod. l.
damni.§.emptor.& §.ſed ſi venditor. Fit autem reſtitutio in
moderatam quantitatem:quod dic vt j.eo.l.ex damni.j.reſpon
7 ſo. Quæ eſt pœna non cauentis? Et quidem maxima eſt : quia
mittitur actor in poſſeſsionem totius ædificij,ſi amplum non
fuerit,aliàs autem ſi ſit amplum,& diſtat pars ruinoſa ab alia,
in ruinoſam tantùm fit miſsio. In agris verò non diſtinguitur
quod dic vt j.eo.l.ſi finita.§.ex hoc dicto.vſq; ad §.ſi plures.&
l.cùm emptor.§.ſi agri. Quid,ſi plures poſtulent? Dic vt j.eo.l.
ſi finita.§.ſi plures.& §.quod ſi. Hoc verum ſi nondum decidūt
ædes,alioquin diſtinguitur:quod dic vt j.eo.l.prætor.§ hoc edi
ctum.& §.vl.& l.quod ſortè.& l.hoc amplius.j.reſponſo.& l.
ſi finita.§.eleganter. Hæc autem pœna tolli poteſt : quod dic
vt j.eo.l.ſi finita.§.item videamus,ſi ei. Eſt alia quoque maior
pœna:quia conſtituitur quis poſſeſſor:quod dic vt infrà eo. l.
ſi finita.§.Iulianus.& §.non autem. Hæc autem pœna tollitur
ratione beneficij non aliter,quod dic vt j eo.l.ſi finita.§.ſi for-
tè.& §.poſtea autem.& l.eorum. Item eſt pœna probationis:
quod dic vt infrà eo.l.à quo fundus. Item amiſsionis proprij
iuris quod in re habes,ſi non caueas:quod dic vt infrà eo. l. ſi
nita.§ ſi qua iura.& §.item quæritur.& l.ſi proprietarius. Itē
& exigitur quædā cautio,pro eo quod fit in publico:quod dic
vt infrà eo.l.ſi finita.§.deinde.& l.fluminum.j.reſponſo. Eſt &
prodita quædam actio in factum,& noxalis,cōtra eū qui non
cauit,vel nō admiſit actorē in poſſeſsionē:quod dic vt j. eo. l.
ſi finita.§.pe.& vl.& l.ante pe.& l.ſi quis miſſū.j.reſpōſo.& §.
j.& ij & l.damni.§.ſi pupillus.& §.ſi mandato.& §.non ſolū.
8 † Quis de his habeat cognoſcere? Et quidem prætor,vel præ-
ſes. Itē magiſtratus municipalis ex eorum delegatione in qua-
tuor ſuum accommodat officium.ſ.quia iubet caueri,itē cau-
tionem renouari vt protelari,item dat actionem in factū(de
qua dictū eſt) & ſuper ea cognoſcit. Itē mittit in poſſeſsionē,
non autem poſsidere iubet:vt j. eo.l.j. & iiij.j. reſponſo. & §.
duas Præſidi autem tria incumbunt,primo quod pignoribus
cauere iubeat,quod iubeat poſsidere,quod declarat contuma-
cem:vt Inſti.de ſatiſda.tu.§.quibus cōſtitutionibus & j.eo.l.
ij.j.,ſi fortè. De ſuggrundijs autē,& protectis,licet in rubri-
ca ponātur:in nigro tamē paruiſsima doctrina traditur: nec
enim tractat de his:niſi in l.penul. huius tit. Et ideo de his,quę
per literam perpendere potuimus,dicta ſufficiant.

De aqua & actione aquæ pluuiæ arcendæ. *Rubrica.*

1 Aqua pluuia arcenda actio quando locum habeat, & qualis ſit,nu.4.
2 Actio aquæ pluuia arcendæ cui detur, & in quem.
3 Actio aquæ plu.arc. ad quid competat ſeu quæ veniunt in ea, & quale ſit iudicis officium circa eam.

DICTVM eſt ſ.de damno infecto, quod timetur
in futurum propter ruinam:ſequitur vt videamus
de dam.infect.quod timetur in futurum propter
aquam pluuiam. Et ita ponit rubricam de aqua
pluuia arcenda & actione aquæ pluuiæ arcendæ in quibuſdā
libris,quod dic,vt in rubrica huius tit. notaui. Videndum eſt
quæ aqua dicatur pluuia:quod dic vt infrà eo.l.j.§. in ſumma
1 puto ita demū & l.apud j.reſpon. † Quādo habeat locū actio
aquæ pluuiæ arcendæ? & quidem cum quis in ſuo facit opus,
propter quod aqua pluuia nocere poteſt agro vicino. In ſuo
autē,non ſine cauſa dixi:quod dic vt j.eo.l.apud Trebatiū.§.
aquæ pluuiæ.& §.vlti. & l. ſi vſusfructus. §.ſed & ſi fructua-
rius.& l.quanquam j.reſpon. Si verò alius fecerit : dic vt j.eo.
l.quāquam.§ idem Iulianus.& §. item ſi non ego.l.ſi colonus.
& l ſi tertius.§.Celſus.vſque in fin. & l. emptor. in fin. & l.ſed
venditor. Planè etiam domino fundi facienti quædam dan-
tur exceptiones:quod dic vt j.eod.l.in ſumma.§. Caſsius.& l.
quod principis. Item ſi dicatur feciſſe cauſa colendi agrum,
cùm aliter colere non poſſet:quod dic vt j.eo.l.j.§.de eo ope-
re. Nocere ideo dixi,ſcilicet,contra naturam loci,vel veterem
conſuetudinem,vel pactum. Cæterùm, ſi natura loci, vel ve-
tuſtate,vel pacto damnum contingat,ceſſat: quod dic vt j.eo.
l.j.§ item ſciendum.& l.in ſumma.j.reſponſo. dummodo me-
minerimus naturæ & vetuſtati pactum ſuperueniens] item
vetuſtatem pacto, & naturæ, ſcilicet, ſi fuerit poſſeſſor,poſſe
præiudicare : quod dic vt j.eod.l.j.§.vlti. & j. de acquir.poſſ.
l.ſi quis ante. vt tamen vetuſtatem ſanè intelligamus: vt j.eod.
in ſumma.§.idem Labeo ait, cum quæritur. Item nocere dixi:
quia,ſi quid fiat, quominus aqua proſit vicino, ceſſat hæc a-
ctio directa,ſed datur vtilis : quod dic vt j. eod.l.j. §. ſicut au-
tem. & l. ij.§.item Varus. ſicut & datur vtilis, vbi nemo facit
opus:quod dic vt infrà eod. l ij. §. apud Namuſam. De agro
ideo dixi:quia ſecus eſt ſi domus noceatur. Item ſecus ſi non
aqua pluuia noceat, ſed flumen, niſi ſit immiſſa flumini aqua
pluuia:habebit autem locum negatoria: quod dic vt infrà eo.
2 l.j.§.item ſciendum.& § Caſsius. † Item cui datur? quod dic
vt j.eo.l.ſi tertius § ſi ex plurium.& §.inde quæritur. §. ſi quis.
priuſquam. & l.poſt venditionem & l.ſi vſusfructus.j.reſpō.
& l.quod principis.§.hæc actio.& l.penult. In quem? dic vt j.
eod.l.apud.§.pen.& vlt.& l.ſi vſusfructus.§. ſed & ſi vſufru-
ctuarius.& l.quanquam.j.reſpon.& §.Iulia.& l. Atteius.j.re-
ſpō & l.emptor.& l.ſed venditor.& l.ſi in publico & l.quan-
3 quàm.§.idem Iulianus.vſq; in fin.l.& l.ſi colonus. † Quid in
eam venit? & quod eſt in ea iudicis officium? dic vt infrà eod.
l.ſicut tertius.§.officium.& §.vlti. & l.Atteius.§.in hoc. vſque
in fin. legis. & l.ſed interdum.& l.ſi vſusfructus.§.non aliter.
4 Qualis eſt actio? dic vt infrà eod. l.ſi tertius §.aquæ. Licet

autem ſit in perſonam,ſortitur tamen naturam actionis in rē:
ſicut & in multis interdictis patet:vt dixi ſuprà ad exhiben-
dum l.ij.§.eſt autem.

De publicanis, & vectigalibus, & commiſsis. *Rubrica.*

1 *Publicanorum officium quale ſit.*
2 *Vectigal quid differat à tributo,vel annona,vel publica penſitatione.*
3 *Publicani,vel familia eius audacia circa exactiones illicitas quomodo puniatur.*

QVALITER damno infecto,quod poteſt con-
tingere propter ruinam ædificiorum, vel aquam
pluuiam prouideatur,dictum eſt ſ.ſequitur,vt vi
deamus,qualiter ſit prouidendum damno, quod
propter audaciam,temeritatémque publicanorum, & extor-
ſiones violenter exactas poteſt accidere.Videndum eſt igitur
prius,quis ſit publicanus:quod dic vt no.infrà eo.l.j.§.hic ti-
tulus. aliàs autem dicuntur publicani, qui publicè peccant.
1 † Quod eſt publicanorum officium in vectigalibus exigen-
dis,ſcilicet,à quibus debeant exigere,& de quibus rebus, &
2 quantùm? Dic vt no.in ſum.C.de vectig.& commiſ.† In pri-
mis tamen eſt ſciendum aliud eſſe vectigal,aliud tributum,ſeu
annonam,vel publicam penſitationem, ſeu functionem. Ve-
ctigal enim eſt,quod præſtatur ex his rebus quæ vehuntur:&
inde etiam ſumpſit nomen:& enumerantur multæ ſpecies in-
frà eo.l.interdum.§.ſpecies. Tributum verò, vel annona, vel
publica functio,ſeu penſitatio,ratione ſoli præſtatur à poſsi-
a dentibus:ᵃidque dicitur cenſus:vt notari ſolet,C.ſine cēſu,vel
reliq.fund.comparari non poſ.l.ij.& vlt.& C.de anno. & tri
butis.l.j.& ij.& de exact.trib.l.miſsi opinatores. Quoties enim
tractat de tributis,ponit de poſsidentibus, qui coguntur ea
præſtare.Item tributum præſtatur ratione ſoli proprij poſsi-
dentis:vectigal ratione publici ſoli.i.ideo,quod quis vehitur
portu publico,vel via publica.Cōmiſſum ex quib. cauſis fit?
3 Dic vt in ſum.C.de vectig.& commiſſ.† Item qualiter punia
tur audacia publicani,familiæque eius,ſi nō debitum,vel plus
debito fuerit quid exactum nomine vectigalis:dic vt j.eod. l.
j.j.reſponſo.& §.dixerit.& §.familiæ.& §.vlt.& l.nec.& l.eùm
ſi exhibuiſſet vſque in finem legis.& l.hoc edicto.vſque in fi.
& l.ſi multi.

ANNOTATIO.

a Poſsidentibus. Ad huius concluſionis materiam vide Bart. in l. placet.C.de ſac.ſan.eccl.'dum.i.Lucam de penna.in l.nemo.num.xviij.de exact.trib.lib.x & in l.ſi diuina.num.ij.eod.titu.& libr.& in l.his noſtris.nume.i cum plur.ſeq.de immu.ne mi.conce.eod.lib.& in aliis pleriſque locis qui non ſolum vt Iuriſconſultus,ſed tanquam theologus omnia congerit.

De manumiſsionibus. *Rubrica.*

1 *Manumiſsio quid ſit,& qualiter diuidatur.*
2 *Manumittere qui poſsit,& qui prohibeantur.*
3 *Manumitti qui poſsint,& qui non.*
4 *Manumittere an quis poſsit per alium.*
5 *Manumiſsio quibus modis procedat citra factum hominis.*

DIXIT ſ.de don.ſed quia manumiſsio ſimilis
eſt donationi:ideo de ea adiungit. Item, quia ſ.
dixit de donationibus.inter viuos,& cauſa mor-
tis:ideo de manumiſsionibus, quæ habent fieri
inter viuos,& in vltima voluntate ſubiungit.Videndum igi-
tur quid ſit manumiſsio,& qualiter diuidatur, & quis poſsit
1 manumittere, & manumitti, & qualiter,& quidem † manu-
miſsio eſt datio libertatis : quod dic vt ff.de iuſtitia,& iure. l.
manumiſsiones. & Inſtit.de libert.§.j. Diuiditur autem manu
miſsio:quia alia inter viuos fit,& ſæpe habet fieri per vindi-
ctam,& de hac plenè j.tit.j. Alia in vltima voluntate. & de
hac plenius habetur tractatus j.de manu.teſta.& j.de fideicō.
lib. At hic generalia manumiſsionum ponit.Poteſt autem ma-
2 numittere † quilibet:niſi prohibeat vel ratione ætatis:quia mi
nor eſt xx.annis,de quo plenè dicetur j.tit.j. & dicetur plenè
Inſtitut.quib.ex cau.manu.non licet.§.eadem.&§.fi.& l.ſi mi
nor.C.qui manu.non poſ.& auth.ibi ſigna.vel ratione delicti
3 proprij:de quo dic vt dicitur j.eo.l.qui pœnæ.† Item quilibet
ſeruus poteſt manumitti,etiam furioſus,etiam infans:vt j.eo.l.
ſi.& pe.niſi prohibeatur,vel ratione delicti proprij ipſius ſer-
ui:vel quia ea conditio eſt in eo adiecta,vel eum alienando,vel
aliena relinquendo:vt j.eod.l.ſeruus.hac lege.& l. lege Fauia.
Item miſta conſyderatione habita impeditur libertas:vt j.eod.
4 l.ij.& l.ſeruum qui § eum qui.Poteſt autem quis per ſe ma-
numittere,non per alium:niſi per filium:aliàs non,niſi per pro
curatorem in rem ſuam factum:vt C.de manu.vin.l.ij.& iij. &
C.communia de manu.l.j.§.fi.& infrà eo.l.ſi conſentiente. &
infrà ti.j.l.pater.Item quandoque ſerui perueniunt ad liberta
5 tem,ſine manumiſsione ab homine facta:ſed per conſtitutio-
nes.ſ.diuorum fratrum ad Vrbium Maximum.de quibus dic
vt j.eo.l.iij.& l.ſeq.& per totas leges.Item quandoq; per alias.
Item per ſenatuſc.de quibus omnibus dic vt plenè notaui C.
ſi mancip.ita fue.alie.vt manu.l.ij.& C.de fideicom.libe.l.ſi ſer
uus.Sic igitur apparet per prædicta qualiter præſtetur libertas,
& etiam dicitur Inſt.de libert.§.multis.& C.de lati.libe.tol.§.
j.& C.de his,qui in eccleſi.manumi.& Inſt.de lege Fuſia Ca-
ninia.Item illud extra ſummam non eſt prætermittendum,
quod dicitur j.eo.l.lege Iunia Petronia.

ANNOTATIO.

Admonendus es hanc ſummam in C.eod.tit.non eſſe,alia enim eſt.

De re iudicata,& effectu,& interlocutionibus omnium iudicum. *Rubrica.*

1 *Res iudicata quid ſit.*
2 *Sententia quibus verbis formetur.*
3 *Res iudicata vt authoritatem habeat,quæ ſint perpendenda.*
4 *Iudex cuius ætatis eſſe debeat.*
5 *Res iudicata authoritas quomodo impediatur ratione partium litigantium.*
6 *Contumax quis dicatur.*
7 *Sententia authoritas quando impediatur per præcedentem ſententiam,& quando non.*
8 *Iudex ex quibus cauſis poſsit ſententiam ſuam reſcindere, etiam ſi ea ſententia teneat.*
9 *Rei iudicatæ authoritas ex quo labefactatur.*
10 *Actio quando & cuiuſmodi competat ex ſententia.*

QVALITER de iure gentium, vel iure ciuili,res
nobis acquirantur,dictum eſt ſ.de acquir.rerum
domi.& de acquir.poſſ. Item in tit.de vſucap.ſed
quia ſuper acquiſitione rerum plerunq; vertitur
controuerſia,quam opus eſt ſententia terminari: ideo ponit de
re iudicata.Videndum eſt itaq; , quando dicatur res iudicata,
& quibus verbis formetur, & cuius vel quantæ ſit authorita-
tis : viſuri poſt ea de effectu ſententiarum , quando ſententia
mandetur executioni.Item à quibus, per quos, quibus rebus
1 habeat fieri, & quis ſit eius effectus. † Eſt autem res iudicata
ſententia , quæ finem controuerſiarum, &c.quod dic vt infrà
eod. l. j. Supponunt quidam [de ingenio Mauardi] ſi nullo
remedio appellationis poſsit attentari. argumento eius quod
legitur ſuprà de condictione indebit. l.eleganter. §.ſi poſt.ait
enim tranſactionem factam poſt rem iudicatam , quæ nullo
remedio attentari poteſt, nullam eſſe. Sed certè ibi non dici-
tur,quòd non dicatur res iudicata,etiamſi poſsit attentari re-
medio appellationis, imò cōtrarium innuit hoc ſcilicet: Quid
ergo , ſi appellatum ſit, & cæter. ex quibus verbis oſtenditur
quod res iudicata dicitur , ſi poſsit appellari : & lex hoc dicit
2 expreſsè C.de appella.l.litigatoribus. † Formatur autem ſen
tentia quibuſcunq; verbis : quod dic vt j. eod. l.in ſumma.&
C.de

C. de appellatio l.cot. in fin. primi reſpõſi. & de ſent. & inter-
locu. omnium iudi. l. præſes prouinciæ. & ſ. de arbit. l. quid ta-
men. §. ſi arbiter. Hic autem non dico de conſtructione iudicij
& effectu quẽ habet in principio, & in medio, & in fine. Hoc
3 enim eſſet tradere ſummam de iudicijs. † Eſt autẽ res iudicata
ſummæ authoritatis. Perpendendum tamen eſt in primis, an
iure vel de facto habeat poteſtatem iudicandi, qui tulit ſen-
tentiam. ſi enim nõ habeat, nullius authoritatis eſt ſentẽtia: vt
4 C. de ſenten. & interlo. om. iud. l. nulli. † Item & ſi de facto
habeat, inſpicitur an habeat ex his, qui dare poſſunt. Qui ſunt
hi? vtique duo ſunt quibus regitur mundus, imperator Au-
guſtus, ſcilicet imperatoria dignitas: & pontificalis authori-
tas, nec eſt opus id probare legibus: quia adeò patet veritas,
vt verborum adminicula non deſiret: vt C. ſi vt ſe ab hære.
abſti. l. j. Sunt & alia duo ſcilicet populi conſenſus: in authen.
de defen. ciui. §. interim illud. Item conſuetudo: vt C. de eman
ci. lib. l. j. & vltima. Item & de facto habeat ab his qui dare
potuerunt, inſpicitur an ius fuerit ætatis, vt iudicare poſsit:
puta, maior viginti quinque annis. ſi enim minor eſt aut iu-
dicat creatus ordinarius iudex, & tunc tenet ſententia cuiuſ-
cunque ætatis ſit: aut delegatus, & tunc ſi quidem maior ſit,
xx. an. tenet ſententia, & cogitur eam proferre. Si verò ſit mi-
nor xx. annis, aut eſt maior xviij. aut non, ſi eſt maior xviij. li-
cet minor ſit. xx. tenet ſententia, ſed eam proferre non cogi-
tur: ſi verò ſit minor decem & octo, nulla eſt ſentẽtia, niſi vtri
que ſcienti ipſum eſſe minorem xviij. annis delegatus, ſit aut
compromiſſarius agnouit, & tunc nulla eſt ſentia: niſi maior
xx. annis etiam ſi vtroque ſciente ipſum eſſe minorem ab eis
electus ſit: vt ſ. de arbi. l. cum lege. & infrà eod. l. quidam. & C.
de adnoc. diuer. iudi. l. ſancimus. Sed & ſi maior ſit xx. annis,
inſpicitur an conditione ſuæ perſonæ impediatur: quod dic
5 vt j. de iudi. l. cum prætor. §. non autem. & C. de digni. l. ij. † Se-
cundo poteſt impediri authoritas rei iudicatæ ex perſonis li-
tigatorum: puta ſi minores ſunt xxv. annis: quod dic, vt infrà
eo. l. acta. §. contra. & l. contra pupillum. & C. de procura. l.
non eo minus. Sed & ſi ſunt minores xxv. annis poteſt impe-
diri: eorum enim abſentia, maximè ab arbitro coram partibus
eſt ferenda, quod dic vt ſ. de arbi. l. diem. §. ſi quis litigatori-
bus. & j. eod. l. de vnoquoque. Præſentibus dico verè, vel in-
6 terpretatiue, vt per contumaciam. † Eſt autem contumax,
quod dic vt j. eod. l. contumacia. §. contumax. contemnit in-
quam, cum nullam habeat iuſtam cauſam non veniendi: quod
7 dic vt j eod. l. contumacia. §. vlt. & l. quæſitum. † Item poteſt
impediri ratione pendentis ſententiæ, vel ab ipſo eodem, vel à
prædeceſſore ſuo latæ. Suam enim ſententiam, vel prædeceſ-
ſoris non poteſt reſcindere: licet aliquando interpretari, &
ea quæ ad conſequentiam priorum pertinent ſupplere, &
actoris verba emendare poſſunt: vt C. ſent. reſcind. non poſ. l.
j. & j. eod. l. Paulus reſpondit. & l. iudex poſteà. & l. cùm quæ-
rebatur. & j de appell. l. ab executore. in prin. & j. eo. l. acto-
rum verba. hoc ita, ſi prior ſententia mero teneat iure. Nam
ſi expreſsim contra conſtitutiones fuerit lata: nec diſtinguo
putauerit cauſam iuuari legibus, an non: licet quidam diſtin-
guant argumento eius, quod eſt j. eo. l. cum prolatis. quia ſem-
per prima eſt ipſo iure nulla: vt j. quæ ſen. ſine appel. re. l. j. §.
item cùm contra ſacras. & §. cõtra conſtitutiones. & ſecunda
efficax ſi fuerit lata ab ordinario iudice. delegatus enim cuius
prima ſentẽtia eſſe nulla ipſo iure, iterũ non iudicatet: vt C.
quomodo, & quãdo iu. l. vt ſi proponis. & de accu. l. iiij. Hoc
8 tamen † diligenter eſt attendendũ, quòd etiã ſi prima teneat,
tamẽ ipſe idẽ iudex eã reſcindere poteſt, ſcilicet ex cauſa reſti.
in integ. quod dic vt ſ. de mino. l. in cauſæ. §. vl. Item ex cauſa
ſupplicationis: quod dic vt C. de ſent. præfe. prçto. l. j. & C. de
preci. impe. offe. l. ſi quis. & auth. quę ſupplicatio. Vel ex cauſa
falſorum inſtrumentorum: quod dic vt C. ſi ex fal. inſtr. vel
teſtibus. l. j. Item dico, & ſi propter falſa teſtmonia iudicatum
ſit: ſicut & eadem rubrica in vtriſq; idem ſtatuere videtur; ait
enim ſi ex falſis inſtrumentis vel teſtibus. Dominus enim Pla-
centi. contradicebat aſſerens propter teſtes tantùm pecunia
corruptos reſcindi ſentẽtiam, vt j. eo. l. diuus Hadrianus. Item
propter noua inſtrumenta in caſibus: quod dic vt ff. de iureiu.
l. admonendi & j. eo. l. imperatores. & C. de ſen. aduer. fiſc. l. j.
& ff. de pœnis. l. diui fratres. Item ex cauſa præuaricationis
quod dic vt C. de aduo. diuerſ. iud. ij. Item ratione doli: vt ſ.
de dolo. l. cum à te. Item ratione priuilegij: vt C. de iur. & fac.
9 igno. l. j. † Amplius etiam impeditur authoritas rei iudicatæ,
ratione abſentiæ quorũdam, vel cuiuſdam ex iudicibus: quod
dic vt ſ. de arb. l. ſicuti. & j. eo. l. duobus ex tribus. Quid ſi diſ-
ſentiant? ſtabitur iudicio maioris partis, quod dic vt j. eo. l.
item ſi vnus. in fine legis. Si verò ſint plures hinc inde, nume-
ro in ordinariis: dic vt j. eod. l. inter pares. in delegatis enim
neutra tenet niſi confirmetur à delegante: vt j. eo. l. duo iudi-
ces. Itẽ impeditur ratione incertitudinis: quod dic, vt diximus
10 C. de ſen. quæ ſine cer. quan. l. ij. Si † autem ex his quæ dicta
ſunt vel ex ſimilibus: puta, ex cauſa appellationis non poſſet
retractari ſententia, vel ab eodem iudice, vel ab alio, ſtandum
eſt rebus iudicatis: quod dic vt j. eo. l. j. indulta actori actione
in factum: quod dic vt C. de reb. cre. l. actori. quæ aliàs dicitur
actio iudicati: vt j. eo. l. miles. §. vlt. Non tamen actio per rem
iudicatã ipſo iure ſublata eſt, quod eſt mirabile, quod dic vt
diximus ſ. de condi. indebi. l. Iulianus. verum debitorẽ. Standũ
inquam dixi in rebus iudicatis, quantũ ad litigantes. Item ali-
quando quantum ad patientes rem iudicari: hoc eſt, ſi ad eos
primùm actio, vel defenſio pertineat: quod dic vt j. eo. l. ſæpe.
§. ſed ſcientibus. Item ſtandũ eſt, dico ſi plenè cauſa cognita,
feratur ſentẽtia, alioquin contrà: quod dic vt diximus j. eod. l.
à diuo §. ſed ſciendum eſt. Item aliquando quantum ad om-
nes homines de mundo: quod dic vt diximus j. de re iudi. l. res
iudicata. Non obſtante autem aliquo prędictorum, quibus
diximus ſentẽtiam nullam eſſe, vel reſcindi. oportet eam effe-
ctui mandari: quòd quando, & quibus, & per quos, & in qui-
bus, rebus & poſt quod tempus fiat, dic vt diximus in ſumma
C. de execu. rei iud. Item contra quos fiat: quod dic vt j. eo. l. ſi
11 ſe. j. reſponſo & §. tutor. & §. actor. † Et qualites, & quidem
inſolidum: niſi ratione priuilegij quædam perſonæ nõ inſoli-
dum, ſed inquantum facere poſſint, damnari debeant. Nec eſt
opus eas enumerare: quia text. euidenter declarat: vt infrà eod.
l. ſunt. & l. patronus. & l. item. & l. non tamen. & l. ſicut. Hoc
autem verbum, inquantum facere poſſunt, intelligimus ſicut
de plano dicit regula iuris infrà de reg. iur. l. in condemnatio-
ne. licet quidam aliter dicant: vt ibidem notauimus. De in-
terlocutionibus: dic vt notauimus in fine ſummæ C. de ſen-
tent. & interlocuto. omn. iudi. & ſuprà de arbitr. l. dicere. §. ſed
& ſi de pluribus. & infrà eod. l. quod iuſsit. Et proferantur
quandoque cum cauſæ cognitione: quod dic vt C. de dilat. l.
à procedente. quandoque ſine plena cauſæ cognitione: puta,
cùm iubet tali die eos adeſſe.

De itinere actúque priuato. *Rubrica.*

1 *Interdictum de itinere actúque priuato quare fuerit introdu-*
ctum. & num. 3
2 *Confeſſoria pro ſeruitute itineris poſsitne intendi ab eo, qui tri-*
ginta diebus itinere eſt vſus.
3 *Vſus ſeruitutis itineris per dies triginta quam vtilitatem vten-*
ti afferat.

1 DE itinere actuque priuato † interdictum, ad hoc
fuit traditum: vt ſi quis xxx. diebus tantùm, per
fundum vſus fuerit, ſi poſt fructus exportare velit
& à me prohibeatur, habet interdictum contra
vim meam corporalem: & hoc quando extra iudicium ſacios
ſed in iudicio ſi agantur hæc, non prodeſt ei poſſeſsio.
2 Nam † ſiue intẽdat cõfeſſoriam quam non habet ex ſolo vſu
dierũ xxx. vel quãuis ſit in quaſi poſſeſsione, neceſſe habebit
a de iure ſuo docere: *niſi decennio vſus fuerit, vbi eſt quędã pro
eo præſumptio: vt ff de aqua plu. arcen. l. j. §. vlt. ſiue cõtra eum
quaſi poſsidẽtem, vel non, negatoria dominus experiatur: ſuf-
ficit ei probare ſe dominũ, & ille ſi velit ſeruitutem ſibi aſſere-
re neceſſe habet de ſuo iure docere. Abſurdum enim foret, ſi
ex ſolo vſu xxx. dierum talis pro eo eſſet præſumptio, vt con-
feſſoriam poſsit intendere: niſi dominus eum non habere ius

5 xtēdi oſtenderet, quod eſſet ei difficillimum. Solùm igitur † ad
corporalem vim extra iudicium inferri prohibitum prodeſt
eis interdictum, quod ex vſu xxx. dierum redditur: ſed quo ad
ad cautionē prodeſt quaſi poſſeſſio: vt ſi poſsideat, & confeſ-
ſoria agat, vel contra eum negatoria agatur. Ipſe nullam præ-
ſtet cautionē. ſed ei eſt cauendū, quod vti vt non impediatur
antequàm de ſuo iure vtroq; caſu doceat, quod eſt eum facere
neceſſe: vt dixi. Sed ſi non ſit in quaſi poſſeſsione. & confeſſo-
ria agit, vel contra eum vti volentem negatoria dominus ex-
periatur, cauere debet ſe non vſurū, donec quæſtio finiatur: vt
ff. de aqua quoti. & æſti. l. pe. Iter autem ſi reficere cupiat, im-
pune ei vis fieri poteſt: niſi iure ſe vſum probauerit, per quod
differt à ſuperiore. Vel aliter qui vſus eſt xxx. diebus ſi extra
iudiciū prohibeatur vti poteſt interdicto. Sed ſi hoc ſolo, qui
vſus eſt velit ſibi ſeruitutem aſſerere & confeſſoria experiri,
hoc ſolum ei non prodeſt: ſed de iure ſuo, id eſt, ſeruitute cō-
ſtituta. eum docere oportet, licet poſsideat: & ei cauendū erit
quòd vti non impediatur. Sed ſi contra eū agatur negatoria,
eū ipſe in quaſi poſſeſsione eſſe videatur: ſemper hoc ſolu pro
eo eſt, quòd xxx. diebus vſus eſt, vt non poſsit eum expellere
dominus. niſi eum ius fruendi nō habere probauerit: caueritq;
ſe non vſurum: quòd licet ad probandum videatur diffi-
cile, ſic tamen probari poſſet: quia nec ipſe, nec eius confines
viderunt eum ire niſi à xxx. diebus. quod magis probo. Sunt
autem quidam aſſerentes. licet ius vtendi nō habeat quis: hoc
tamen ipſo quod xxx. diebus vſus fuerit præſumēdum pro eo
fit: ſiue confeſſoria agat, ſiue dominus negatoriam proponat
nec ipſe dominus probauerit eum ius vtendi non habere: eo
tamen ipſo, prius probante factū, ſcilicet vſum ſe xxx. diebus,
non vi, non clam, non precario. Sed vtrum probet ſe non vi
vſum, an ſufficit ſi probet ſe tātum vſum? & recolo dominum
meum aliquando dixiſſe ſatis eſſe probare vſum, dominus au-
tem ſi velit vim interceſsiſſe oſtēdat: ſed puto hęc omnia pro-
bar non ineſſe ſcilicet ſe vſum xxx. diebus non vi. non clam,
non precario: vt ff. ſi ſer. ven. l. ſi quis diuturno.

ANNOTATIO.

a Docere. Ad huius tituli materiam vide Spe. in ti. de cau. poſſ. & pro-
prie. §. iiij. & in ti. de primo & ij. decre. §. iij. verſicul. quid ſi agatur.
domi. Bart. ſep. in tit. de ſeruit. ruſtic. prædi. & omnes ſcribentes hic.

Quod vi aut clam. *Rubrica.*

1 *Interdictum, quod vi aut clam, quando locum habeat, & nu. 3.*
2 *Clam facere quis dicatur.*
4 *Interdictum, quod vi aut clam ad quid competat, & cui, & in
quem, & intra quantum tempus.*

VIDENDVM eſt quando habeat locum inter-
dictum iſtud, quod vi, aut clam: & ad quid com-
petat &c. & cōtra quem, & intra quantū tempus.
1 † Habet autem locum, cum interuenit vis inquie-
tatiua prout alibi de vi iſta diximus. Quid autem ſi vi factum
ſit? dic vt dicitur hoc e. tit. l. j. §. quid ſi vi. & §. item Labeo. & l.
ij. & l. prohibere. §. illud ſciendum. & l. vim facit. in j. reſpōſo.
2 † Quid autem ſi clam facere dicatur: dic vt hic eo. l. prohibere.
§. fi. & l. ſeq. & l. aut. §. ſi quis. & §. ſed & Seruius. & §. itē ait. &
3 §. ſi quis dum. † Item habet locū de re, ſiue opere facto in ſolo
cohęrenti. Solo dico, vel eius cui nocetur, vel eius qui facit: vt
hic eod. l. j. §. hoc interdictum ad ea. & l. vim facit §. quod. & l.
ſi alius. §. notauimus. vſque ad §. quæſitum eſt ſi ſtatuam, ſed
etiam ſi in loco publico factum ſit, habet locum, vel in loco
religioſo, vt in illo. §. quæſitum. & in ſequenti. & l. ſemper. §.
ſi in ſepulchro. & §. ſequentibus & l. vim facit. §. fi. Item habet
locum hoc interdictū ſiue vi tantùm factum ſit, ſiue clàm tan-
tùm, ſiue vi & clam ſimul: vt ff. eo. l. is, qui in puteum. §. ſed in-
terdum euenit. Item habet locum non tantū, ſi quis ædificaue-
rit, ſed & ſi quit dirui vt ff. eo. l. ſemper. §. in hoc. Quandoque
autem opponitur exceptio huic interdicto: vt notauit Ioan.
Bo hic eo. [illegible] §. j. Item no. quòd ſecundum quorundam domi-
norum opinionem duo ſunt interdicta, vnū quod vi, aliud quod clam.
prout notauit Io. hic eo. in ipſa rubrica. Item no. quòd quam
doq; & vi, & clam factum eſt, & tamen nō habet locum hoc
interdictum: vt j. eo. l. ſi alius. §. ſi quis acer uum. & l. ſi immatu-
4 ram. † Ad quid autem competat hoc interdictum: dicitur hic
eo. l. ſemper. §. in hoc. & l. ſi opus. §. fin. & l. competit. §. fi. & l.
ſi alius. in prin. & l. deniq;. §. fin. & l. ſeq. Cui competat, & in
quē, habes hic eo. l. aut qui. §. idem ait. § ſi qui l. §. & cùm. & l.
ſi egu. & l. ſi alius. in prin. & l. is, qui §. ſi tutores. vſque in fin.
legis. & l. ſeq. deniq; per totam legem. & l. ſeq. & l. ſemper. in
prin. & §. ſi in ſepulchro. & §. hoc interdictū. & §. eum. Et ad-
de quod continetur in ſequenti §. & l. competit. §. reſponſo. &
§. j. Intra quantum tempus detur, habes j. eod. l. ſemper. §. hoc
interdictum. & j. eo. l. j. §. j. Poſſunt autem plures notari diffe-
rentiæ inter hoc interdictum, & illud de oper. no. nun. vt s. de
ope. no. nun. l. j. §. j. & §. hoc autem edictum. & j. eo. l. ſi alius. §.
j. & §. notauimus.

De exceptione rei iudicatæ. *Rubrica.*

1 *Exceptio rei iudicatæ vt locū habeat, quæ requirātur, & nu. 4.*
2 *Eadem res peti quando dicatur, vt cognoſci poſsit an exceptio
rei iudicatæ obſit petenti.*
3 *Intellectus ad l. ſi quis cum totum. §. de fructibus ff. de exceptio.
rei iudica.*
5 *Eadem perſona quando cenſeatur eſſe, vt rei cum alio iudicatæ
exceptio alteri proſit.*

DICTVM eſt s. de exceptione in genere, nunc videa
mus in ſpecie, quando locum habeat exceptio rei iu-
a dicatæ.* Et † quidem tria ſunt neceſſaria: primum,
1 quòd eadem ſit res quæ nunc petetur: alioquin non obſtat.
2 † Eandem autem rem pinguius accipimus, etiam diminutio-
ne, vel augmento iure facto: quod dic vt j. eod. l. & an eadem.
§. idem. & l. ſi cum teſtamento argentum. §. ſi petiero. Nam &
ſi petij nauem, & nunc ſingulas tabulas petam, vel domum, &
nunc petam aream, eadem res videtur, ſecus ſi petam nunc ti-
gna: vt ff. eod. l. ſi quis cum totum, §. idem ſi quis. & §. ſi ancil-
lam. Sed & ſi diminutio, vel detractio, in petitione fiat: vt quia
petij fundum, nunc peto partem, idem eſt; quod dic vt j. eod. l.
ſi quis cum. vſq; ad §. idem ſi quis. & §. vlti. Idem & ſi petam
nunc, quæ nata ſunt, vel prouenìunt ex re petita quondam: vt
ſi petij fundum, nunc arbores exciſas peto, vel fructus, vel an-
3 cillam petij, nunc partum. Nec obſtat, † quod dicitur ff. eod.
l. ſi quis cùm totum. §. de fructibus. Nam quidam libri habent
petitioni noceat, vel ſi habes non noceat: intellige eum poſſeſ-
ſor non abſolutus, ſed dānatus fuerit in ancilla: non ergo ha-
bet exceptionem in partu: quia euidenter, &c. vt ff. eod. l. eui-
denter. niſi partus venerit in reſtitutionem, & æſtimationem:
tunc enim habebit dānatus exceptionem in partu: quia vide-
tur emiſſe: vt ff. pro empt. l. iij. In caſu tamē, etſi alia ſit res ob-
ſtat exceptio rei iudi. vt ff. de vſufr. l. ſi Titio. §. vſumfructum.
4 † Eſt & ſecundum neceſſarium, quòd eædem ſint perſonæ.
Quod largè eſt interpretādum. ſ. vt contineantur vniuerſales
ſucceſſores damnati, & vincētis, ſingulares etiam: quod dic vt
ff. eod. l. ſi à te hæreditatem. §. vlti. Caue tamen, quod dicit ab
emptore non tranſire in venditorem. eſt enim intelligendum,
cùm venditor non recipit rem ab emptore per redhibitionē,
vel legem commiſſoriam, vel adiectionem in diem: tunc enim
prodeſſet ei, cùm vtatur acceſsione ſua, vt ff. de diuer. & tem-
po. præſcript. l. ſi duobus. §. vendidi. & de vſuc. l. ſi hominem.)
ſed aliàs fortuitò nactus eſt eam poſſeſsionem. Sed & ratione
officij eadē videtur perſona: quod dic vt ff. e. l. ſi mater. §. hęc.
Sed & eum, qui agit ſine mandato, cōplector ex parte actoris:
ſi actor ratum habeat: vt ff. rem rat. ha. l. iij. §. vlt. Sed ideo ma-
gis adnumeratur ex parte rei: quia ibi admittitur, etiam ſi con-
ſtet eum non habere mandatum, ſed & patrem cum filio, qui
in eius eſt poteſtate, interpretamur eandem perſonam: vt ff.
eodem. l. ſi mater. §. ſi quis hominem. & Inſtitutio. de inſtit. ſti-
pula. §. ſi ei. Sed & in caſibus etiam extraneos interpretur eaſ-
dem perſonas: vt quia ſit ius ex ſententia, vel quia ſcientia no-
5 cet: vt notaui ſuprà de re iudica. † Eſt & tertium conſideran-
dum an eadem ſit origo petitionis, id eſt, cauſa qua egerim
primò, ſi enim egi ex vna cauſa, & cam expreſsi, nuquàm no-
cet

cet exceptio rei iudicatæ, in alia: electionis tamen poteſtas in
quibuſdam nihil præiudicat: vt ſ. de tributo. l. quod in hære-
de. §. j. Vbi autem ago indiſtincte, id eſt, origine petitionis in
libello non nominata, aut actione in rem, aut perſonali. ſi in
rem ſi quidem abſolueret: quia non poſſidet, non nocet mihi,
ſi nunc repetiam eum poſſidere: vt ff. eo. l. ſi à te hæreditatem.
& l. ſi rem. & l. ſi quis ad. & C. ad exhi. l. neque. Nam ceſſat ab-
ſolutionis cauſa, ſicut & dicitur ff. eod. l. ij. Si autem abſol-
uatur: quia me nó probo dominum, obſtat exceptio rei iudi-
catæ, in eo demum, quod putaui me petere, non in alia re. Sed
& ſi in eadem, mihi obſtabit, ſi nitar nunc ex veteri dominio,
id eſt, ex eo, quod habebam tempore propriæ petitionis indi-
ſtinctè propoſitæ: licet putarem te ex alia cauſa, me dominũ.
Sed hoc fallit in matre, cui ſubuenitur: quia vnam cauſam in
primò iudicio eſt proſequuta: vt ff. eodem, l. ſi mater. primo re-
ſponſo. & l. ſi ex teſtaméto, ſi nitar ex ſuperuenienti poſt ſen-
tentiam iure non nocet: niſi illud fingatur mihi competiiſſe:
vt ff. eod. l. ſi mater. §. eandem. Si autẽ perſonali actione agam
origine petitionis in libello non nominata, ſi quidem in pro-
ceſſu iudicij proſequitur ſpeciem vnam, vel duas, obſtat qui-
dem exceptio rei iudicatæ in omnibus, qua indiſtincta fuit
petitio, & abſolutio, ſed replico ſi nunc ago de aliis ſpeciebus
quàm egerim prius: vt C. de iudi. l. ij. Sed ſi indiſtinctè proſe-
quitur: vt quia in iudicio perſeuerans dico nihil deberi, nec
aliquid vltra dico, vel probo, obſtabit exceptio rei iudicatæ,
in omnibus cauſis: quia non magis de vna, quàm de alia dici
poteſt: vt C. de ann. excep. l. vltima. & arg. per contrarium. ff.
eod. l. ſi mater. j. reſponſo.

ANNOTATIO.

a Rei iudicatæ. In quibus autem talis exceptio obſtare non habeat, etiam poſtquàm ſententia in rem iudicatam tranſiuit, vide Ludo. Ro. in l. admonendi. ff. de iureiu-do. Bartho. Cepo. cautela. cxxxviij. Cano. in capitu. cum Bertholdus. de re iudicata, vbi examinatur iſta materia.

De diuerſis, & temporalibus præſcriptionibus: & de acceſſionibus poſſeſſionũ. *Rub.*

1 *Præſcriptionum tempora varia.*
2 *Dies quare dicantur aliquando continui, aliquando vtiles.*
3 *Præſcriptionem omnem finiri tempore continuo, atque inibi an id ſit perpetuum.*
4 *Præſcriptionum tempora quàm ſint varia.*
5 *Vſucapio vt habeat locum, quæ interuenire oporteat.*
6 *Præſcriptio in quibus rebus locum habeat, & quid differat ab vſucapione.*
7 *Actiones perſonales quanti temporis præſcriptione tollantur.*
8 *Pigneratitia actio an poſſit poſt triginta annos intẽdi, & quando naſcatur ea actio.*
9 *Actioni communi diuidundo quanto tempore præſcribatur, & ex quo tempore incipiat præſcriptio.*

VIDENDVM prius de tẽporibus præſcriptio-
1 num qualia ſunt & quanta. Et † quidem tempo-
ra omnium præſcriptionum aut ſunt continua,
aut vtilia. Continua ſunt, in quibus feriati, & non
feriati dies computantur, nulla dierum habita diſcretione.
Vtilia ſunt in quibus actor per ſe, vel per procuratorẽ ſaltem
agere non impeditur, item nec per iudicem, cuius habuit co-
piam, nec per reum, quem vel eius nomine aliquem conuenire
2 potuit: vt j. eo. l. j. ſed & † dies continuos ad aliquid quando-
que vtiles eſſe dicimus: vt quia curſum non incipiunt ante-
quàm quis experiũdi copiam habeat. Sed ex quo curſum cœ-
perunt currere niſi perfecta præſcriptione nunquàm deſinunt
quod dic ponendo exempla aliqua: vt dixi ſ. de edil. edict. re-
3 dhib. actio. l. cum ſex. Porrò † omnis præſcriptio continuo
tempore finitur: niſi lex adiiciat vtile numerari: ſæpe enim
adiicit, vt in actione quantò minoris, redhibitoria, & ſimili-
4 bus. † Sunt autem præſcriptionum tempora quandoq; vnius
diei, quandoque duorum: vt C. de appella. l. omnes. §. pe. & l.
litigatoribus. & j. quãdo ap ſit. l. j. §. biduũ. quandoque trium:
nec puto illud proſequendũ per ſingula: quia eſſet hoc labo-
rioſum magis, quàm ſubtile: quoſdam tamẽ caſus proferã in
medium, qui digniores & vtiliores ſunt. Eſt præſcriptio trié-
nij, decennij, vicennij. quę dicitur longiſſimi tẽporis, item xl.
an. quã dicũt longęui tẽporis: ſed hoc non reperio quod tẽpus
xl. annorum dicatur longæuum: de aliis autem bene inuenio.
5 Habet † locum vſucapio: vt ſtrictè ponatur in rebus mobili-
bus interuenientibus quatuor, ſcilicet bona fide, iuſto tit. &
quòd res non ſit vitioſa, itẽ quod cõtinuetur poſſeſſio. Suffi-
cit autem tetigiſſe vltimam diem triennij. vt pro completa ha-
beatur: licet ſecus ſit in præſcriptione actionis: vt j. eo. l. in vſu
6 capione, & j. de actio. & oblig. l. in omnibus. † Præſcriptio
longi temporis locum habet in rebus immobilibus, ſed & in
mobilibus, ſi inter immobilia computentur: vt j. cod. l. longę.
prædictis quatuor, vt ſ. interuenientibus. Differt tamen hæc à
prima: quia hac non directum, ſed vtile dominium quæritur,
& exceptio: illa autem omnimodo directũ, & nulla exceptio,
alij cõtra. itẽ, quia illa non interrũpitur litis cõteſtatione: hęc
interrũpitur, licet & prima quantũ ad effectum interrumpa-
7 tur, & ita acquiritur, & tollitur rei vendicatio. † Perſonales
autem actiones, item in rem, quando prædicta quatuor non
interueniunt, regulariter xxx. annis tolluntur: vt C. de cõſtit.
pec. l. pe. Regulariter ideo dixi: quia quandoq; ſecus: vt in red
8 hibitoria, & quãtò minoris, & ſimilibus. † Porrò de quibuſ-
dam perſonalibus dubitatũ eſt: vt de actione pignoratitia, an
poſt xxx. annos poſſit quis offerre pecuniam, & intẽdere pi-
gnoratitiam actionẽ: quod quidã dicunt. quia naſcitur demũ
ſoluta pecunia: non ergo ſibi currit tempus. Alij dicunt, quod
naſcitur ſtatim, ſed nó cum effectu, niſi ſoluto debito. Nos au-
tem dicimus eam non naſci ſtatim: ſed demum omni ſoluto
debito. Solui autem non poteſt poſt xxx. annos: quia ius offe-
rendi ſublatum eſt tempore: licet ipſi contrà dicant. Vnde &
obſtat præſcriptio xxx. an. ſi ante xxx. annos nó ſoluit, habuit
9 enim poteſtatem ſoluendi. † Item eſt dubitatum de actione
communi diuidundo, quam dicimus tolli xxx. annis: etiam
vtroque ſocio fructus rei communis percipiente. aliter autem
Marin. dicit, quòd tunc demum incipiat præſcriptio, cùm di-
uidere voluit: vt argumen. ff. famil. erciſc. l. j. Sed eſto. quòd ex
voluntate naſceretur, currere tamen debet: quia velle poteſt,
& ita in eo eſt negligens.

De prætoriis ſtipulationibus. *Rubrica.*

1 *Stipulationes prætoria quæ dicantur, quæ item iudiciales.*
2 *Stipulationum diuiſio.*
3 *Cautionales ſtipulationes quæ dicantur.*
4 *Communes ſtipulationes quæ dicantur.*
5 *Stipulatio prætoria quomodo interponatur.*

DICTVM eſt ſ. de ſtipulationibus in genere: nũc
ſequitur, vt videamus in ſpecie. ſ. de prætoriis ſti-
pulationibus, quæ dicantur prætoriæ ſtipulatio-
nes, & qualiter interponantur, quando, & quali-
1 ter agatur ex eis. † Sciendum eſt autem, quòd prætoriæ ſti-
pulationes dicuntur ſtrictè, & propriè, vno modo, ſcilicet,
quas inuenit ipſe prætor, & vt interponantur, principaliter
aditur iudex: & ob hoc tius imploratur officium, [aliâs auxi-
lium] vt iubeat eas interponi: ideóq; dicuntur inſtar actionis
habere: quia ſicut hac te cõpello ad aliquid dãdum, vel facien
dum: ita hic iudicis officio, vt caueas de legato præſtando, de
dãno infect. & ſimilibus te cõuenio. Iudiciales verò dicuntur
quæ iudicis officio interponuntur, non principaliter ob hoc
adito iudice: ſed alterius rei principalis cauſa, ad hãc acceſſo-
riè ſuum oſtendit officium: putà, actione quod metus cauſa
propoſita poſtulatur: vt caueatur de ſeruo perſequendo, vel
propoſita pignoratitia, petitur vt caueat creditor: quia eo nó
vtente, amiſſæ non ſunt ſeruitutes: vt ſ. de verb. obli. l. ſtipula-
tionum ij. & de actio. & oblig. l. actionis verbo. & ſ. quod me-
tus cauſ. l. ſi cum. §. quod ſi homo, & de pignor. acti. l. creditor.
Alio ſecundo modo, & largo dicuntur prætoriæ, non ſolùm
inuentæ à prætore, ſed etiam approbatæ ab ipſo: licet à iure

ciuili, vel alio quocunque ſint inuentæ, & ſecũdum hoc iudi-
cialis eſt prætoria: ſed ſecundum primam acceptionem, eo-
quæ ſunt ſpecies: & ſic nulla earum eſt altera. Simile nota-
ri poteſt in legitima hæreditate: quę propriè & ſtrictè dicitur
ea tantum, quæ lege ſolum defertur, nõ per hominem, ſed ta-
men & teſtamentaria quæ approbatur lege dicitur legitima:
vt ff. de verb. ſignif. l. obuenire. Et iſto ſecundo modo accipi-
2 tur in iſto titulo prætoria ſtipulatio. † Et ſecundum eum ſit
diuiſio: quia aliæ ſunt iudiciales, aliæ ſunt cautionales, aliæ
communes: vt j. eo. l. j. Et dicuntur hic iudiciales à iudicio, hoc
eſt à ſententia, nam ideo interponũtur, vt ipſa ſit rata: vt patet
in ſtipulatione iudicatum ſolui. & in oper. no. nun. id eſt, cùm
cauetur de opere demoliendo, ſi apparuerit, id eſt, ſi iudicatum
fuerit iniuſte ædificatum: vt ſ. de oper. noui nun. l. ſtipulatio.
§. habet & §. ſiue autem. & proprius poſſent iſtæ appellari iu-
dicionales (ſicut & quidam libri habent) ſed ſ. in ſtricto modo
3 dicuntur iudiciales, à iudice, id eſt, à iudicis officio. † Cautio-
nales dicuntur autem, quæ non ſubſtantię, vel inſtantię cauſa
interponũtur: ſed aliis iuſtis cauſis vt de legato præſtando, de
damno infecto, & de re pupilli ſaluãda, & rem ratam haberi.
Et dicuntur iſtæ continere & nouationem, vel quia aliquid
noui additur naturæ primi negotij: vt diximus in nouatione,
quæ fit litis conteſtatione, vel ſententia, vt ſuprà de nouatio.
l. aliã, vel quia olim ipſo iure fiebat nouatio, eo quòd aliquid
addebatur: vt Inſtit. quib. mod. toll. ob. §. preterea. Sic ergo per
cautionem rem pupilli ſaluam fore, nouari poterit actio tute-
læ: ſi pubes factum ratum habeat: vt ſuprà de noua. l. ſi pupil-
lus. Per ſtipula. rem ratam haberi nouari poterit condictio
indebiti, quæ competitura fuerat in locum eius, vt j. eod. l. fine
& l. vlt. per damni infecti ſtipulationem nouari dici poteſt in-
terdictum quod vi, aut clam: ſi opus facias, quod minatur mi-
hi ruinam ad domum meam: & ipſum opus in meo te facere
dico; vel nouatur actio legis Aquilię in factum, vt dicitur ſ.
ad l. Aquiliam, l. ſi ſeruus. §. ſi furnum. ſic per cautionẽ legati
actio ex teſtamento nouari poteſt: & hæ omnes habent inſtar
actionis, præter cautionem rem ratam haberi. Quod ergo di-
citur, cautionales ſunt quæ inſtar actionis habent, ponitur
exempli cauſa, non definitionis, quaſi, veluti quæ &c. Et no-
ta, quod hoc nomen generis, accommodatur ſpeciei. Nam
omnis ſtipulatio poteſt dici cautionalis, vt hic dicitur, ſicut in
4 adoptione: vt ſ. de adoptio. l. j. & ij. † Communes autem ſunt,
quæ partim ſententiam, partim aliam iuſtam cauſam reſpi-
5 ciunt: vt de re defendenda iudicio ſiſti. † Interponuntur au-
tem per ſatiſdationem generaliter. Nec cogitur quis dare pi-
gnora, licet poſsit: vt j. eo. l. prætorię ſatiſdationes. & ſ. de col-
lat. bono. l. j. §. an pignoribus. In damno verò infecto ſatis eſt
ſi repromittas, dumtamen tuo nomine facias: alioquin ſatiſ-
datio exigitur: ſed pro eo, quod in flumine publico fit, indi-
ſtinctè ſatiſdatur. In operis noui nuntiatione indiſtinctè pro
omni opere ſatiſdatur ei, qui ſuo nomine nunnat. at ei, qui
nuntiat ex eo quòd aliquid fit in publico, repromittitur: vt j.
eo. l. j. § ex qua. & ſ. de dam. infect. l. prętor. & de oper. no. nũt.
l. non ſolum. §. ij. Habetur autem cognitio ſummatim, vel ſe-
miplenè: vt perpendat iudex, caueatur vel nõ, primò directo:
ſed in ſecundo plena exigitur cognitio: vt ſ. vt in poſ. leg. l. ſi is
à quo. & ſ. de dam. infe. l. iiij. j. reſponſo. & §. ſi fortè. & l. qui
bona. §. vltimo. & l. ſi finita. §. Iulianos. Agitur autem ex his
ad intereſſe: & quia illud incertum eſt, vel difficile probatur,
melius eſt adiicere pœnam: vt j. eo. l. vlt.

De diuerſis regulis Iuris. *Rubrica.*

1 *Regula in iure quid ſit.*
2 *Regula qualiter tradi debeant.*
3 *Regula qualiter tradatur indefinitè.*
4 *Regulæ officium quale ſit.*
5 *Regula iuris circa quæ ſunt prodita.*
6 *Regulas non poſſe vt plurimũ in iure tradi, quæ in cauſa ſint.*
7 *Regulas iuris quot modis contingat deficere.*

DICTVM eſt ſ. de omni iure noſtro ſpecialiter in
ſingulis titulis, quod pertinet ad perſonas, vel
ad res, vel ad actiones: in his enim totius iuris ci-
uilis, & prætorij conſiſtit authoritas: ſicut Caius
noſter in ſuis elementis de iure naturali. §. vlt. teſtatur. Nunc
autem ad eximij laboris ſiue ſtudij Digeſtorum, ſeu Pan-
dectarum conſummationem, & ad emergentium cauſa-
rum perfectiſsimam doctrinę eruditionem, ſupponuntur
compendioſæ & generales ad omnes iuris definitiones,
ſeu traditiones, ſicq́ue rubrica inſignitur de diuerſis regu-
1 lis iuris. † Videndum itaque nobis, quid ſit regula. Et
quidem regula eſt plurium rerum compendioſa narratione
facta traditio, ſiue definitio. Nec oportet ponere exempla:
2 quia iſte totus titulus plenus eſt his. † Qualiter regularum
traditio fieri debet? Et quidem fieri debet vniuerſali ſigno
denotante vniuerſalem affirmationem, vel negationem, ſiue
id fiat per nomina, ſiue id fiat per aduerbia: vt j. eod. l. omnia.
& l. nemo. & l. nihil. & l. ſemper. Sed & ſi indefinitè tradita
fuerit regula, pro vniuerſali tamen eam accipimus, ſicut pro-
batur ff. de leg. præ. l. j. §. generaliter. & C. de hæred. vel act.
3 ven. l. vlt. & ff. de offi. præfect. vrb. l. j. §. cùm vrbem. † Si quæ-
ras, qualiter traditur indefinitè? reſpondeo quando vniuer-
ſale ſubſtantiuum, vel eius loco aliquid ponitur in regulæ
traditione, ſine vniuerſali ſigno. Eſt autem vniuerſale ſubſtan
tiuum, terminis pluribus naturaliter ſecundum eandem ſi-
gnificationem conueniens: vt homo, phœnix. Propria verò
a nomina non dicuntur ex pluribus conuenire ſecundum
eandem ſignificationem, loco vniuerſalis ſubſtantiui dico
poni, quis, vel qui, cum ſuis obliquis: vt j. eod. l. eius. qui. & l.
quæ. Vbicunq; per ea fit demonſtratio, vel relatio ad hominẽ.
4 † Quod eſt regulæ officium? & quidem hoc eſt regulæ of-
ficium, vt vnam cauſam, id eſt, rationem. Cauſa enim dicitur
ratio: vt probatur per duas leges. Inſti. de leg. §. longe. in vno.
& ff. de condi. & demon. l. cùm tale. §. falſam. Redditam plu-
ribus aliis, in quibus eadem æquitas vertitur attribuat: pu-
tà primò ſtatutum fuit in piſcibus, vt occupanti concederen-
tur ea ratione, quia in nullius bonis erant; hæc autem ratio,
etiam in leonibus, & in cæteris feris animalibus locum habet,
ſ. quia in nullius bonis ſunt: vnde bene ſequitur traditio gene-
ralis, vt quod in nullius bonis eſt, occupanti concedatur. Pro-
cedit itaq; regulæ origo, ſiue natiuitas ex illo generali fonte,
cuius riuuli in diuerſis iuris diſperguntur domiciliis: ſicq́; in
ſignitur, vt vbi eadem ratio, ibi & eadem iura. Illud porrò
non eſt regulæ officium, vt ius conſtituat, ſit enim regula ex
5 iure conſtituto: ſicut diximus j. eod. l. j. † In quibus, vel cir-
ca quæ ſunt proditæ regulæ? Et quidem difficile, & quaſi im-
poſsibile eſſet hoc proſequi per ſingula: quia & prius defice-
ret dies, quàm explanatio: ſed nos digniora, in quibus eorum
viget authoritas, exponamus: puta, circa perſonas, quod dic
vt ff. de ſtat. homin. l. qui in vtero. & l. in multis. Sunt & aliæ
duæ circa iudicialia affirmatiuè, & negatiuè propoſitæ, quod
dic. C. ne quis in cauſa. l. j. & C. de iudiciis. l. placuit. Sic & cir-
ca deficientium voluntates, quod dic vt infrà eod. l. in teſta-
mentis. & j. eod. l. penult. Item contrahentium, quod dicitur j.
eod. l. ſemper in ſtipulationibus. & l. nihil. In quibuſdam ta-
men regulæ non ſunt proditæ: quia non poſſunt tradi, quod
dic vt ff. de vſufr. l. mora. & j. eod. l. quatenus. j. reſponſo. & ff.
de teſtibus. l. ęſtiom. ibi, tu magis, &c. vel ſi tradi poſſunt: ta-
men quia fierent contrarietates rerum, quę dici, nec enumera-
ri poſſunt: vt C. de tempo. & repara. l. cùm anterioribus. vo-
luit iudicem definire, nec eſt lex auſa regulam tradere, quod
dic vt ff. man. l. Lucius. & ff. de iur. deli. l. j. §. vlt. & ad l. Iuliam.
l. j. §. quod dixi. & de ſolu. l. ratum. & de effract. & expil. l. j. §.
expilatores. Hæc pauca tradidiſſe ſufficiat: alioquin plenior
talium copia ex curioſi lectoris ſolicitudine proueniet: am-
plius etſi tradi poſſunt, non traduntur tamen in quibuſdam
negotiis & caſibus propter eorum nimiam raritatem, quod
dic vt ff. de legi. & ſena. conſul. l. nam ad ea. & hic eo. l. ea quæ
6 raro. niſi in caſibus: vt ibidẽ exponitur. † Non poſſe poni au-
tem regulas contingit, vel propter incognitam Iuriſconſulto
hominum diſcretionem, vt in cœleſtibus dictum eſt: vel pro-
pter nimiam negotiorum mutabilitatem, vt in mora diximus:
vel

vel propter imbecillitatem humani ingenij: quod dic vt ff.de
leg.& ſenatuſc.l.non poſſunt.& l.nam.vel propter nimiam
delictorum multiplicitatem: vt in extraordinarijs crimini-
bus:quod dic vt ff.de extraor.cri.l.penul.§.in Aegypto.& §.
ſed pro conditione. Quæ regulæ deficiant, & quę non, non
poteſt hoc per ſpecies ſed in genere tradi.quod dic vt diximus
ĵ.eo.l.omnis definitio. Secundum Plac. verò nulla regula de-
ficit,quia exceptionem de regula eſſe dicit:& cùm regula con-
7 tineat eas,quod dic vt diximus ĵ.e.l.in toto.†Quot modis de
ficiát regulæ? Et quidem ratione priuilegij,item ratione odij,
item publicæ vtilitatis,& authoritatis.Ratione priuilegij cõ-
tingit regulas deficere innumeris caſibus: quandoq; enim in-
dulgetur à lege propter minorem ętatem,vt per totum titulũ,
ff.de minori.quandoque propter ſenectutem,vt in tutelis, &
teſtificationibus,& muneribus: vt C.qui ætate.& ff.de teſti.l.
inuiti.& ĩ.de lu.immu.l.ſemper. Item ratione ſexus, vt per
totum.titulum.ad Vellæa.& C.de inoffic.teſta. Item fauore
religionũ:vt no.in ſum.C.de ſacroſan.eccle. Item ratione or-
dinis:vt diximus C.de epiſco.& cleri. Itẽ & aliàs ratione di-
gnitatis,quod dic vt C.de digni.l.ſenatorũ.l.nemo.& l.iua ſe
natorũ.Et quoties de odio poſſunt poni multa exempla:vt in
conditionibus. quod dic vt Inſtit.de act.§.ſic itaq;.& de fru-
ctib⁹ percipiẽdis publica authoritate dic vt C.de cõd.inde.l.j.

ANNOTATIO.

a Pluribus conuenire. Sed quid ſi fuerint nomina appellatiua, & vni
tantum conueniant? nunquid vim nominis proprij habere dicantur:
dic quòd ſic,vt notabiliter tenet do.Alex.de imol.& doct.in l.ij.de li-
ber.& poſthu.vbi omnino vide.

DOMINI AZONIS SVMMÆ
in Rubricas Digeſti noui,
FINIS.

SVMMA SECVNDVM IOAN. CVM ADDITIONIBVS DOMINI ACCVRSII IN LIBRVM NOuellarum, ſeu Authenticorum.

Procemium ſecundum Ioan. in libel. Nouellarum, ſeu Authenticorum, cum additionibus [Accurſij.]

LIBER iſte,quem Domino donante lecturi
ſumus,dudum liber Nouellarum dicebatur,
eò quòd in eo compręhenditur omne id no-
uum quod varia rerum natura creauit, &
noua negotia, quæ ante huius libri confe-
ctionem minimè fuerant laqueis iuris inno-
data, in huius libri corpore clauduntur: ſicut ipſe dominus
Iuſtinianus refert C.de emen.Iuſti. Codi.l.j.prope fi. & C.de
vete.iure enuclean.l.tanta.§.ſed quia.Veruntamen quia etiam
alius liber eſt hoc nomine vocatus, qui tractat ſuper expoſi-
tione huius:poſteà placuit vt ad eius differentiam huius libri
nomen mutaretur,& vel authenticum, vel liber authentico-
rum nominaretur:eò quòd præ cæteris legum libris authori-
zabilis habeatur: argumẽto ſumpto ex nomine:cum debeant
rebus nomina cõſonare:vt Inſtitu.de dona.§.eſt & aliud: ſed
nos pleniùs vt in concordan.ibi à nobis poſitis. Huius autem
libri fuit author Do.Iuſtinianus,ſicut ex præfatis concordan
tiis patet,& ſic hodie totus mũdus obſeruat, & prædicat vbi-
que. Vnde eſt argumentum ab opinione, vel ab authoritate:
quia ſic iudicant plures ſapiẽtes: quæ argumenta ſunt valida:
vt ff.de legi.& ſenatuſconſul.l.nam,vt Pedius ait.vt & opinio
communis multum operatur, & dic generalem opinionem
ſeruari debere:vt Inſtit.de teſtamẽt.§.ſed cum aliquis.ibi,om
nium conſenſu, &c. cum concordan.quas ibi notauimus. Et
quia, ſic intitulantur conſtitutiones huius libri: quod mul-
tum facit: vt argumẽ.ff.de acqui.poſſeſ.l.quòd meo & no-
tabimus ĵ.eod. circa fin.vel in ipſa rubrica:licet à quibuſdam
temere ſibi blandientibus aliquando contrarium non ſolùm
dictum,ſed etiam ſcriptum fuerit, quòd ſcilicet à monacho,
vel ab alio ſcriptum fuerit, vt ait Hyrnerius: quod apparet
per ſuam notulam C.de emen.Iuſtin. Codic circa. finẽ poſi-
tam, vt pleniùs circa literam dici poteſt: vt ſed tamen quòd
Hyrnerius voluit dicere, verum eſſe poteſt quoad dicta: ſed
tamen authoritas Iuſtiniano data fuit: vt & aliàs diximus,
argu. C.de veter.iure enucle.l.j.§.ſed ſi quis ex his. Ex quo
igitur de ipſius nomine libri, & eius authore vidimus: bene
eſt vt & aliorum librorum conſueta, ſiue communia diſcu-
tiamus: quæ ſcilicet ſit huius libri materia, quæ intentio, quæ
vtilitas, cui parti philoſophiæ ſupponatur, & quis ſit ordo
tractandi. Materia huius libri, ſunt iura omnia tam Digeſtis,
quàm Codice compoſita. Sed & præterea nouiter emergen-
tia negotia, ſeu etiam ſingulares ſubiectorum ſolicitodines,
ipſi Iuſtiniano à ſubiectis ſemper nuntiatæ, ſicut ipſe teſtatur
in huius libri veſtibulo. Intentio eius eſt, quicquid prius im-
perfectum: aut confuſum videbatur, expurgare, & perfectum
ex imperfecto redigere: vt infrà de non alienand.aut permu.
rebus eccleſiaſti.in principio conſtitutionis, ſeu intentio eius
eſt imperfecta ſupplere, malè cõpoſita corrigere, noua etiam
quædam aſſociare, ſuper nouiter ſibi nuntiatis negotiis, quæ
communem omnibus pręſtent vtilitatem: ſicut in initio iam
habebimus dante Deo. Vtilitas verò quæ, ſit, omnibus patet
communiter. Nam hoc libro perfecto, & pariter intellecto
non autem neglecto, (vnde Cato legere & non intelligere
&c. vt colligitur ĩ.in procemio inſtit.ibi.& legi,& cognoui
&c.) pefecta, & correcta non erunt nobis incognita: ſed quid
reiicere, quídve tenere, & obſeruare debeamus, ſcire poteri-
mus: vt C.de cadu.tollend.l.vnica.§.ij. Ethicæ ſupponitur:
quia de moribus tractat: vt notari poteſt in hac conſtitutio-
ne §.j. vbi dicit, indeuoti &c.& in titul.vt non luxurientur
contra naturam, & in tit. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. & in
multis aliis conſtitu. Ordo verò libri huius nullus nobis tra-
ditur certus, vt ſciamus quid antè, quídve poſteà ſit factum:
niſi quòd credimus quòd primo loco fuerit poſita conſtitu-
tio prima, ſecundo verò loco, quæ fuit condita ſecundo: &
ſic de cæteris. Vnde ſicubi contrarietatem in hoc corpore
priori loco conſtitutionis inueniamus poſitam, per eam quæ
poſteriori loco ponitur, dicemus eſſe correctam, & erit fortè
ad hoc argument.quod legitur C.in prima conſtitu. Sic enim
ibi dicitur: primis quidem primo loco: poſterioribus verò
poſteriori loco ponendis. Præter hæc omnia, ſciendum eſt,
quòd cùm nulla eſſet antiquitus huius libri per partes diſtri-
butio, moderni adinuentores in ix partes ipſum diuiſerunt,
quas collationes vocauerunt: quia vnaquæque collatio mul-
tos in ſe cõtinet titulos. Et in quibuſdam libris plures ſunt ti-
tuli in vna collatione, quàm in aliis, cùm ſint multæ conſtitu-
tiones locales, extrauagantes, quæ hodie locum nõ videntur
habere: & nullam afferunt vtilitatem: vnde deſunt in multis
authenticis. Et prima collatio durat vſque ad titulum de non
alienan. Secunda vſque ad titulum de lenonibus. Tertia vſque
ad titulum de nuptiis. Quarta vſque ad titulum de eccleſia-
ſticis rebus immobilibus. Quinta vſq; ad titulum quibus mo-
dis naturales effician.legiti. Sexta vſq; ad titulum quibus mo-
dis natura.effician.ſui. Septima vſq; ad titulum, neque virum
quod ex dote. Octaua vſque ad titulum de hæred. quæ ab in-
teſtato. Nona vſque ad finem libri. Vltimo autem loco quia
vtile viſum eſt leges nouas Federici, & Henrici, & conſuetu-
dines in ſcriptis redactas circa feuda legitimè approbatas,
placuit legitimè copulari, & ſub idoneis titulis collocari: vt
ff.de ſtatu hominum.l.ij. vt omnia per ordinem euidentiorem
præſtent intellectum: vt C.de nouo codice compon.l.prima in
fine, quæ decima poterit collatio, ſiue compilatio, non irra-
tionabiliter nuncupari. Primæ collationis conſtitutio prima
eſt de hæredibus, & falcidia, quam conſtitutionem ſic format
quia natura &c.

Collatio prima.

De hæredibus,& falcidia: & ſi hæres ſoluere noluerit legata. *Rubrica.*

1 *Grauari in teſtamento quis poſsit.*
2 *Hæredes quatenus poſsint per teſtatorem grauari.*
3 *Grauati a teſtatore ſi recuſent obedire,qualiter puniantur.*
4 *Grauatis a teſtatore oblata ob id quòd ei non parent, quibus applicari debeant.*
5 *Falcidia quid ſit.*
6 *Falcidia quot modis dicatur,& quota pars ſit.*
7 *Falcidiæ plures poſsint ne alicui competere.*
8 *Falcidia appellatio quomodo accipiatur hic.*
9 *Falcidia vt locum habeat,quæ requirantur.*
10 *Falcidia in quibus ceſſet.*

QVIA natura deproperat ſemper nouas
edere formas: vt C.de vete.iu.enucl.l.ij.§.
ſed quia.propterea Deus de cœlis Impe-
ratorem conſtituit in terris: vt leges ada-
ptet ſecundum naturæ varietatem: vt in-
frà de fid.inſt.§.j ac multis exiſtentibus
importunis: pro rebus relictis in vltimis
voluntatibus.non tamen præbitis: vt j.eodem.§.ſemper.præ-
uidit Iuſtinianus certa lege & generaliter ſubuenire ſubiectis:
vt non ſemper ſpeciale deſideraretur reſponſum: licet & mul-
tis alijs maioribus factis princeps ſit aſsiduè occupatus: vt in-
frà eodem,primo reſponſo. & §.penultimo. & j.de appel.§.ij.
Et ideo de hæredibus, ſcilicet defuncti voluntatem non im-
plentibus,qualiter puniantur,ponit. Item quia ipſi obedientes
digni ſunt præmio, vt exhortatione præmiorum efficiantur
boni.qui non ſunt, ponit de falcidia quam ſcilicet habebunt,
ſi defuncto obediant, & legitimum inuentarium faciant,vt j.
eodem, §.hinc nobis. & ff.de iuſt. & iur.l.j.circa princip. Vi-
dendum eſt ergo qui ſunt illi, qui poſſunt grauari relictis, in
quantum,quam pœnam patiantur,ſi non obtemperent,& cui
1 dicta pœna adiiciatur.† Poteſt autem grauari omnis ille, qui
honoratus eſt aliquo relicto, vel generali, vel ſpeciali: vt te-
ſtamento,vel qualibet vltima voluntate: vt infrà eodem,§.his
igitur.& §.his omnibus. Præterea cui relinquitur ſeruus, &
rogatur de eo manumittendo, grauari non poteſt, nam nihil
ſibi relictū videtur: niſi poſt tempus ſit rogatus de manumit-
tendo; vnde ratione commodi medij temporis poteſt grauari,
Item & ſi ipſi ſeruo hoc commodum relinquitur, ſcilicet li-
bertas,nō poteſt grauari.quia ad hoc vt quis grauetur opor-
tet commodum pecuniarium habere: vt ff.de lega.l.planè.§.
finali.& l.ſeq.& ff.de lega.iij.l.iij.§. Iulianus.ſed libertas eſt
res inæſtimabilis: vt ff.de regul. iur l.libertas.item ab inteſta-
to decedens poteſt grauare legitimos: vt ff.de leg.iij.l.ſi ita
2 fuerit.† Grauantur autem dictæ perſonę diuerſo modo: nam
hæredes iure veteri non poſſunt ita grauari,vt non retineant
Falcidiam: vt ff.ad leg. Fal.l.quod de bonis.§.j. & §.fin.hodie
contra: vt j.eo.§.ſi verò expreſsim. Et de ſingularibus relictis
nihil detrahitur ſecundum eos: licet alij contrà.quod dic vt
3 diximus j eo.§.his igitur. † Pœnam autem patiuntur inobe-
dientes , vt ſi ſint moniti per decretum iudicis & tardauerint
per annum vnum continuum, à decreto ipſius cōputandum,
perdant quicquid habēt ex liberalitate teſtatoris. Quod autē
ex neceſsitate habent: vt quia filius habet quartam, vel pater
à filio,vel patronus à liberto: hoc nō poſsit auferri: vt j.eo.§ ſi
quis autem non implens. & §.initium.& §.non autem.Sed ſi
eſt extraneus,totum perdit; vt neq; occaſione Falcidiæ, neq;
prælegationis quicquam poſsit retinere: vt j.eo.§.& hæc qui-
dem omnia. Imò & fructus medij temporis dicitur perdere:
cùm tanquam ab indigno ſibi hæreditas auferatur: vt ff.de his
quib.vt indig l.hæres.& l.cū.Sed quod dixi eū perdere,dico
ipſo iure. Et ſimiliter qui incipit hæres eſſe,ipſo iure incipit:
vt j.eo.§ ſi quis autē.& §.his omnibus. Hanc autē pœnam pa-
tiuntur inobedientes,ſiue ſint hæredes.ſiue ſint legatarij ſiue
4 quilibet honoratus: vt j.eo.§.his omnibus.† Applicantur hæc
bona primò ſubſtitutis, ſecundò cohæredibus. & eſt hoc etiā
de iure cōmuni: vt j.eo.§.ſi verò inſtitutio, & C.de caducis tol.
l.vnic.§.in primo & §.pro ſecūdo.Tertiò ad fideicōmiſſarios
generales. Quartò ad ſpeciales fideicommiſſarios , & legata-
rios.& vltimo ad ſeruos libertate donatos. ſecundum tamen
ordinem nominationis factæ à domino: vt j eo.§.quis autem.
& §.ſi quidem.& §.ſi verò nullus. & §.ſi verò ablatam. Ceſ-
ſantibus his,qui nominati ſunt in teſtamēto,vocātur illi qui
veniunt ab inteſtato: vt primò vocetur primus. & poſt primū
vocetur qui poſt eum eſt primus,hoc eſt,ſecūdus:poſt ſecun-
dum vocetur,qui poſt eum eſt primus: & ſic donec vltimus re-
lictus locum faciat alicui exterius veniētium. Nam extraneum
penitus vocat,qui cauſa libertatis ſeruādæ admittitur: poſtea
etiam fiſcum admittimus: vt j.eo.§.ſi verò nullus eorū.& §.in-
ordinatum.& §.ſi verò ablatam.& §.his omnibus. & Inſti.de
eo cui lib.cauſ.bon.adicun.Circa Falcidiam videamus primò
quot modis Falcidia dicatur. Secūdo qualiter hic accipiatur.
Tertio quot ſunt neceſſaria,vt locum habeat.Quarto quot ca
5 ſibus ceſſet. † Hoc antè præmiſſo dic quod Falcidia eſt ſectio
alicuius rei pro aliqua parte , ex eo ſic dicta: quia ſicut falce
a frumenta ſecantur: ſic aliquod *totum per hanc legem Falci-
diam: quæ diminutio interdum eſt tertia totius, interdum eſt
plus,interdum minus: & tamen ſemper dicitur Falcidia. Sed
quidam dicunt, quod à C. Falcidio conſule ſic dicitur, quem
fuiſſe eius authorem dicunt: ſed melius conſonat ſuo ſignifi-
cato,ſecundum quod prius diximus,cùm nomina debent eſſe
conſonantia rebus: vt Inſti. de dona.§. eſt & aliud. † Dicitur
autem Falcidia multis modis: vno modo id,quod datur hęre-
di,vt adeat hæreditatem: & hoc dicitur iure inſtitutionis de-
beri. & eſt quarta totius: vt ff.eod.l.j.& Inſti.eod. §.j.Secundo
dicitur id quod debetur filijs à parētibus,& è conuerſo.Idem
eſt inter fratres turpibus perſonis hæredibus inſtitutis: vt j.
eo.§.j.& §. ſi quis autem non.& C.de inoffi.teſt.l.parentibus.
& l.cùm quæritur.& l.fratres. Et hęc eſt hodie aucta ad trien-
tem,& ſemiſſem: vt j.de triē.& ſemiſ.§.j.& §.ij.Tertiò dicitur
id.quod datur hæredi inſtituto,& in totum reſtituere rogato:
nam per Pegaſianum datur quarta totius quod hodie datur
Trebelliano: vt j.eod.§.etenim.& Inſtit.de fideic. hære.§.ij.&
hęc dicitur quarta trebellianica. Eſt & alia quę datur ex con-
ſtitutione diui Pij filio arrogato in bonis arrogatoris,quæ eſt
quarta omnium bonorum ſecundum quoſdā.ſed nos contra.
quod dic vt j.eo,§ primùm itaq;. & Inſti. de adop. §.cùm au-
tem.& ff.de adop.l.ſi arrogator.Eſt & alia quæ datur filio na-
turali oblato curiæ: quando pater non habet filios legitimos:
quæ eſt nouē vnciarum; vt j.quib.mo.nat effi.ſui.§.ſi quis au-
tem.Eſt & alia,quæ debet filio naturali tātùm.ſ.duarum vn-
ciarum ab inteſtato: vt j. de trient.& ſemiſſ. §.conſideremus.
Eſt & alia quæ debetur coniugi ſuperſtiti in bonis præmorien
tis.quod dic vt infrà,vt liceat mat. & auiæ.*§.quia verò legem.
7 † Hic autem quæri poteſt , an alicui poſſent plures Falcidiæ
competere: vt ſi filius fuerit hæres inſtitutus, & in totum reſti-
tuere rogatus: an quartam trebellianicam, & iure naturæ de-
bitam [aliàs naturali] poſsit habere, vel ſi fuerit legatis onera-
tus,an quartam iure inſtitutionis,& iure naturæ habeat. vel ſi
fuerit rogatus , an quartam ex conſtitutione diui Pij , & iure
naturæ,& Trebellianicam poſsit petere, & idem in ſimilibus
quæri poteſt. Et ſatis puto in omnibus caſibus huiuſmodi
vnam quartam ſufficere: vt argu.infrà eod.§.ſi quis autem.&
ff de inoffi.teſt l.Papinianus.§.pen.niſi in caſu : vt cùm roga-
tur de reſtituenda hęreditate filius inſtitutus,ſub conditione,
vel in diem: nam ſtatim poteſt retinere debitum bonorum ſub
ſidium.ſ.trientem,vel ſemiſſem: vt j de trien.& ſemiſ.§.j & ij.
Sed adueniente die poteſt habere Trebellianicam quartam: vt
8 C.ad Treb.l. iubemus. † Loquitur autem hic de Falcidia de-
bita iure inſtitutionis. Idem tamen dici poteſt per omnia de
Trebellianica,cùm eodem iure ſit inducta: vt Inſti. de fideicō.
hæred.§.poſt.quod idem ius ſtatuatur : vt ff.de verb.oblig.l.à
Titio.in fi.& ff.ad leg. Aquil. l. illud. eſt tamen contra arg.C.
9 de appel l.præcipimus.in fi.& de teſta.l.ſancimus.Et † ad hoc
vt habeat locū Falcidia iure veteri,nō erat neceſſe aliud quàm

vt relict

vt relicta excederent dodrantem: vt ff. ad leg. Fal. l. j. primo reſpon. & inſti. eo. §. j. Iure verò Codicis, neceſſe fuit fieri inuentarium: ita quòd intra xxx. dies poſtquã poteſt adiri hæreditas incipiat, & finiatur intra alios ſexaginta dies: niſi res abſit quo caſu vſq; ad annũ expectatur. Item in eius principio debet eſſe ſignum crucis, & vnus tabellio qui ſcribat, & ipſemet hæres ſubſcribat. Si autẽ ſcribere neſcit, tunc alius tabellio apponatur: quo facto hæres vtitur Falcidia contra legatarios, & fideicõmiſſarios. Item non tenetur creditoribus vltra vires hæreditarias: vt C. de iure deli. l. fi. §. ſin autẽ dubius. & §. ſubſcriptionẽ. & §. ſin autẽ. & §. & ſi præ ſatã. Hodie verò ſunt tria neceſſaria, ſcilicet primũ, quod erat iure veteri: vt ſi res ſint diſtributę ſic, quòd legata excedant dodrantẽ, ſecundum quod erat iure etiam medio. ſ. quod fiat inuentarium. tertiò quòd nõ introducant hæredes fictã ſalcidiam, per ea quæ ſurripiunt: licet olim in duplũ tantum puniretentur, vt C. de iure deli. l. fi. §. illo. & j. eo. §. hinc nobis. Nam priuilegiũ meretur amittere, &c. vt C. de Iudęis. l. Iudęos. Et dicit lex, quòd amittit licita, qui vſurpat illicita: vt C. de meta. & epid. l. omnes. in fi. ad idem C. de aquæductu. l. eos. libr. xj. & libr. xij. & de ero. mili. anno. l. nulli. Iſtẽ quartũ nouiter hac lege inductũ. vt conuocentur legatarij in cõfectione inuentarij. idem in creditoribus dico, cùm & eos tangat: vt arg. C. de autho. pręſtan. l. fi. in fi. & arg. optimum eſt ad idem, C. de omni agro deſer. l. quicunq;. in fi. lib. xj. & facit etiam ff. de adop. l. nam ita diuus Marcus. & j. vt ſponſa. larg. §. ad hæc. & hoc dic vt j. e. §. hinc nobis. in fi. notauimus. Sin autẽ adeſſe nõ poſſent propter rationabilẽ & neceſſariã cauſam, loco vnius, vel plurium corũ abſentiũ tres teſtes bonæ opinionis aduocẽtur, per quos poſſit veritas aperiri: qui iurabunt ſe vidiſſe, quæ geſta ſunt: alioquin dominus & hæres iurabit, & ſerui torquebũtur: vt j. eo. §. hinc nobis. & §. ſi verò abſunt. eũ præcedant indicia. ff. de quæſt. l. j. in princ. licet contra dominũ: vt C. de quęſt. l. j. & l. fi. & C. de iure deli. l. fi. §. licẽtia. Sin autẽ non abſunt iuſta cauſa, ſed per cõtumaciam: vt quia pręſentes nolunt venire: duo teſtes ſufficiũt: iurabit tamẽ hæres, & torquebũtur ſerui: vt j. eo. §. ſi verò abſunt. ibi, niſi fortè præſẽtes, &c.

10 †. Ceſſat autem Falcidia iure veteri in teſtamento militis: vt C. de teſta. mili. l. in teſtamẽto. & ff. eod. l. ſi miles. quod hodie verum nõ credo: cùm hęc lex ſit generalis in omni perſona, & in omni vltima voluntate: vt j. eod. §. quia verò damus. Item ceſſat Falcidia in libertatibus: vt ff. de inof. teſta. l. Papinianus. §. ſed an & libertates. & infrà Inſtit. de leg. Fale. §. pen. Item ceſſat, ſi hæres accõmodauit fidem, vt nõ capaci reſtitueret. Item ſi id egit vt intercedat fideicommiſſ. vt ff. eod. l. beneficio. Iure iſto nouo authenticorum ceſſat in ſex caſibus præter veteres. Primus caſus eſt, ſi non fiat inuentarium: vt j. eo. §. ſi verò non fecerit. Secundus, ſi expreſsè teſtator vetuit hæredem retinere: vt infrà eod. §. ſi verò expreſsim. Tertius eſt, ſi inſolidum cœpit ſoluere quibuſdam, ſubtiliter defuncti ſubſtãtiam cognoſcens: vt j. eodem. §. non autem., ſecus ſi errando in facto: vt C. ad leg. Falcid. l. error. & ff. eod. l. quod de bonis. §. non idcirco. Quartus caſus eſt, ſi ſolidam aliquam rem dederit legatario, cui plures erant relictæ: vt ff. eod. l. ſi ex pluribus. Quintus eſt, ſi piæ cauſæ reliquerit: vt j. de eccleſ. titu. §. ſi autem hæres. licet olim iure veteri aliud eſſet: vt j eod. l. j. §. ad municipium. quod hodie quidam dicunt locum habere: cum diſtinctione tamen, vt in §. ſin autem hæres. Sextus caſus eſt. ſi hac conditione dimiſit hæredi aliquid, vt non alienetur: nam ceſſat in ea re Falcidia: vt j. vt ſpon. largi. §. pen. Poteſt & ſeptimus caſus addi. ſi hæres ſcriptus abutitur priuilegio ſuo, fictitiam inducendo Falcidiam, vt dictum eſt: vt j. eod. §. hinc nobis. Illud notandum eſt, quòd ex hac conſtitutione ſumitur in prima parte, authent. quæ incipit, hoc amplius, quæ eſt in C. de fideicommiſsis. ſuper l. vlt. Item ex vltima parte huius conſtitutionis, ſumitur. auth. ſed cùm teſtator. quæ eſt ſuper l. in teſtamento. in eod. tit. C. ad legem Falcid.

ANNOTATIO.

a Si es liquod totum. Ad hoc vide Bar. in l. prima. §. ii. ff. quarum lega. & ibi Bald. in l. prima. C. ad leg. Falcid. & an poſſit detrahi etiam in foro conſcientiæ vide Bal. in l. cum quis. C. de iur. & fa. ignoran. & ibi omnes fere doct. qui ibi Falcidiæ materiam pertractant.

De non eligendo ſecũdò nubentes, &c. *Rub.*

1 *Coniunx ſuperſtes an, & quatenus lucretur dotem, vel donationem propter nuptias*

2 *Alienatio lucri dotis vel donationis propter nuptias facta à coniuge ſuperſtite, an, & quatenus teneat.*

3 *Coniunx ſuperſtes quatenus ſuccedat filiis prioris matrimonij.*

4 *Mulier conuolans ad ſecũdas nuptias quomodo retineat vſumfructum donationis propter nuptias.*

5 *Lucrum antenuptialis donationis quando debeatur mulieri.*

HÆC cõſtitutio quinq; habet partes. Prima j. eod. §. proſpeximus. expeditur. Secũda in §. hoc autem. Tertia in §. cum igitur. Quarta in §. aliud verò. Quinta in §. illud. Sed in rubrica nõ fit mẽtio, niſi de tribus. quam expone, vt j. dixi. Et continua: quia occaſionem faciẽdi legem quãdoq; dat motus principis: quãdoq; interpellatio aliorum: quãdoq; vitium veteris legis: vt j. eo. j. reſponſ. & C. de legi. & conſti. l. ij. & C. qui pot. in pign. habe. l. aſsiduis. j. reſponſ. ideirco cum quædam mulier viro mortuo duobus filiis relictis maſculis. & fœminis. & lucrata ante nuptias donatione ex pacto, cùm eam mulier ratione proprietatis filio donaſſet, & filio poſtea mortuo: & ipſa ad ſecũda vota poſtea conuolante, contenderet ſe ſuccedere filio in partem æqualem, altera filia hoc negante: quia ad ſecunda vota conuolauit mater: vt j. eod. §. gregoria. ideo Iuſtinianus hac conſtitutione tam in prædicta electione, quam fecit mulier in donando eligendo filium aliquem in ſucceſsione, & aliis prouidere vult: vt j. eod. §. hæc nos.

1 In prima † ergo parte dic, quod aut mulier mortuo marito ad ſecunda vota non conuolat. quod eſt beatum; vt j. de nupt. §. ſoluto. Et tunc facto pacto de lucrãda ante nuptias donatione, in plena proprietate mulier poſsidebit. Et idem ecõtra in viro ſeruari debet circa dotem quam ſit ex pacto lucratus: ſi ſecundam vxorem non accepit. Si verò quis eorum ſuperſtes conuolauit ad vota ſecunda dotem, & ante nupt. donationem lucratur, & etiam omnia alia lucratur, à priore coniuge lata, ratione proprietatis perdit, vſufructu ſolo remanente. vt j. eo. §. proſpeximus. & j. de nuptiis. §. ſi verò expectet. Et quia poteſt eſſe ſpes filij prioris matrimonij, de hoc lucro non permittitur alicui parẽtum eligere vnum filiorum cui donet, cum omnes propter ſecundum matrimonium iniuriam patiuntur. vt j. eod. §. proſpeximus. & §. ante nuptias.

2 † In ſecunda parte de alienatione dicas: quia non ſolùm in filium prohibetur in præiudicium aliorum, ſed etiam in extraneos, & ſi fiat, & tranſitus fiat ad ſecunda vota, erit alienatio in ſuſpenſo: vt ſi omnes filij præmoriantur, ſit firma, ſcilicet. in tantum, in quantum erit pactum in caſu filiorum non exiſtentium. Nam fortè in tertiam erit filiis exiſtentibus, ſed non exiſtentibus, in dimidiam erat. Et ſic pro dimidia erit firma: aliàs ſi vnus etiam ſuperſit, in totum erit infirma: vt s. eod. §. hoc autem. Sed hodie (quod eſt mirabile) etiam vno pręmoriente, poterit confirmari alienatum, & qualiter: dic vt j. de nuptiis. §. quoniam infirmas declarauimus alienationes.

3 † In tertia parte. ſ. ſi ſuccedatur filiis. dic quòd ſi faciunt teſtamentum instituti ſuccedunt, ſiue mater, ſiue quicunque ſit: ita tamen vt in teſtando caueat, ne eos prætereat, quos lex præcipit inſtitui. Nam ſequatur quærela: vt infrà codem. §. cùm igitur. in principio. & ſuprà. tit. primo. §. j. Si verò inteſtatus filius decedit, ſi ſunt ſui, ſuccedunt tam veteri, quàm nouo iure: vt j. de hæred ab inteſta. in prin. & §. j & j. eod. §. cùm igitur. Eis autem non relictis, ſuccedit mater vnà cum fratribus defuncti in viriles: licet olim aliter cum ſororibus: vt j de nupt. §. & quoniam. & j. eo. §. ſi autem non habuerit. & Inſtit. ad Tertyl. §. pen. Succedet dico, vndecunque habuerit filius mortuus bona, exceptis ante nuptias donationibus. In quibus dicas vt diximus s. Et hoc, ſiue nubat mulier, ſiue non: vt probatur j. eo. §. cùm igitur. vſque ad j. aliud. Hodie verò ſit triplex genus bonorum. Nam in donatione ante nuptias ſeruatur, quod dicitur j. eod. §. antenuptiali. In Bonis aliis ſubdiſtinguimus: nam in his quæ propriè filius quæſiuit, habent locum prædicta. In his autem quæ à patre peruenerunt, non, habent niſi vſumfructum matres in ſua virili: vt j. eo.

4 de nuptiis,§.hinc nos. In † quarta parte dicas, quòd cùm ma-
ter eũuolat ad ſecunda vota:& retinet vſumfructum in dona-
tione ante nuptias, quã ex pacto lucrata eſt,electio erat olim
penes ſe habere,præbita cautione filiis de reddendo, an vellet
tertiam centeſimæ vſurarum percipere pro fructibus dona-
tione apud filios remanente:vt C.de ſecun.nup.l.hac edictali.
§.is illud.Hodie verò hæc eadem ſeruantur, niſi tunc quando
ſubſtantia viri nõ eſt poſsibilis dare aurum, vel aliam immo-
5 bilem rem.quæ'dic,vt infrà eod.§.aliud. In vltima † parte di-
cit quòd lucrum propter nuptias in donatione mulieri ita de-
mum datur, ſi mulier dotem contentam dederit: aliàs nun-
quàm,niſi obtolerit:vt plenè dices j.eo.§.fi. & infrà.vt exact.
inſtan.do.§. fin. In ſumma notandum eſt, quòd ex hac conſti.
infrà eod. §.hoc autem.ſumitur quod eſt C. de ſecund. nupt.
ſuper l.fœminæ.in fi.auth.ſed & ſi quis. Item ex eo quod eſt j.
eod.§.aliud verò,ſumitur, quod eſt C.de ſecund. nupt.ſuper l.
hac edictali.§. his illud:in auth.ſed ſi aurum. Item ex eo quod
eſt infrà eod.§.fin.ſumitur,quod eſt C.de pact.conuent,ſuper
l.ex morte.in auth'ſed quæ nihil ex dote.

Vt determinatus ſit numerus clericorũ. *Rub.*

QVIA nihil, quod eſt immenſum, eſt bonum: vt
infrà de referendar.§.fi, idcirco nimium magnum
numerum clericorum, qui erat in eccleſiis Con-
ſtantinopolitanis, & adiacentibus, hac conſtitu-
tione coarctat:non vt qui ſunt remoueantur; ſed donec in an-
tiquum numerum redeant, nullus eligatur: vt infrà eodem.in
princ.& §.ſancimus. Non enim oportet ad menſuram expen-
ſarum quærere poſſeſiones, ſed ex poſſeſsionibus quæ ſunt
expenſas metiri: vt infrà eod.§ inueſtigantes. in fin. maximè
in eccleſiis quas diligere debemus vt noſtras animas: vt infrà
eodem.in fine. Differentiam autem inter hanc conſtitutio-
nem,& illam,id eſt,de menſura ordinandorum,ibi dices. Item
inter hanc,& illam quomodo oporteat. §.ſed neque offenſas.
dicas quod illa generalis eſt de omnibus eccleſiis vbique ter-
rarum.In ſumma ex hac nihil eſt in Cod.

De fideiuſſoribus, & mandatoribus,& ſponſoribus,& ſolutionibus. *Rubrica.*

1 *Fideiuſſor quis dicatur, & quis mandator, & quis ſponſor.*
2 *Fideiuſſores quatenus obligentur, & quando habeant benefi-*
cium diuiſionis ex epiſtola diui Adriani.& num.3.
4 *Fideiuſſor an, & quãdo conueniri poſsit ante reum principalẽ.*
5 *Abſentia vel præſentia quomodo accipiatur, cum tractatur de*
cõueniendo fideiuſſore præſente, vbi reus dicitur eſſe abſens.
6 *Fideiuſſor, qui conſtituit ſe principalem debitorem, poſsitne*
primo loco conueniri.
7 *Creditor, qui pignus habet à debitore, an poſsit nihilominus fi-*
deiuſſorem conuenire.
8 *Actiones cuiuſmodi intendi poſsint aduerſus reum, vel eius*
fideiuſſorem, qui aliquid de ſuo creditori obligarunt.
9 *Creditor cuiuſmodi ſolutionem teneatur admittere.*
10 *Solutione eius quod debetur, vel alterius rei volente creditore*
liberationem contingere, an ſit indiſtinctè verum.
11 *Debitor quando poſsit aliud pro alio creditori inuito ſoluere.*

SVMITVR origo huius conſtitutionis ex ma-
teria cuiuſdam antiquæ legis, de qua fit mentio in
1 princ.conſtitutionis. Videndum eſt ergo,quis ſit
fideiuſſor,vel mandator,vel ſponſor. Item quali-
ter obligentur iure veteri,vel nouo,vel in perſonalibus actio-
1 nibus,vel realibus. Eſt autem † fideiuſſor quicunque pro alio
fidem ſuam obligat, dictus ex eo, quòd alterius iuſſu oblige-
tur:vnde & mandator,& expromiſſor,& conſtitutor fideiuſ-
ſores ſunt, nam iuſſu alterius quandoque obligantur. Spe-
cialiter autem dicitur fideiuſſor, qui fidem ſuam adſtringit
alio remanente in obligatione, & ita hic accipitur: & præce-
dit,& ſequitur obligationem:vt Inſtit.eod.§.fideiuſſor. Man-
dator ſemper præcedit,niſi in caſu : vt ff.de mand.l.ſi verò non
remunerandi.§.ſi poſt creditam. Sponſor idem eſt,quòd con-
ſtitutor,ſecundum Mar. Vel dicitur ſponſor,qui pro alio ſine
mandato intercesſit, qui & ipſe habet actionem mandati: vt
2 ff.mandati.l. ſi remunerandi.§ ſi paſſus. † Obligantur autem
fideiuſſores, ſiue vnus, ſiue plures omnes inſolidum, ſicut ipſe
reus pro quo intercedunt,etiam ſi non ſit actum : vt Inſtit.eo.
§.ſi plures. Nec corrigitur hoc per inferiorem conſtitut. j. de
duobus reis. Nam aliud eſt in duobus reis : qui niſi id agatur
expreſsè,inſolidum non tenentur:licet quidam dicant prædi-
ctam legem Iuſtiniani corrigi per prædict. authen. In con-
3 uentione † autem fideiuſſorum, quædam iura conſiderantur
habito inter ſe reſpecto, quando plures ſunt,& habito reſpe-
ctu ad reum. Nam inter ſe licet inſolidum teneãtur,& conue-
niantur:tamen conuentus opponit exceptionem epiſtolæ diui
Hadriani.Circa quod diſtingue: aut certum eſt, quòd omnes
ſunt ſoluendo,aut certum eſt quòd nullus,aut dubium eſt.In
primo caſu opponitur exceptio. In ſecundo non: ſed onera-
tur conuentus ex eo quòd cæteri non ſunt ſoluendo:vt Inſtit.
eod.§.ſed & ex. Si dubitetur audiuit conuẽtus,ſi velit cauere:
vt ſuo periculo conueniatur, qui dicitur non ſoluendo : vt ff.
eod.l.ſi dubitet.in princ. Et habent hoc beneficium, ſi non in-
ficientur. Nam inficiantibus non eſt auxilium dandum : vt j.
eod.§.j.Item ſunt hæc vera,ſi actor non diuidat actionẽ ſuam,
4 non ita ſi eligat:vt C.eod.l.liberum.& l.reos. Habito † reſpe-
ctu ad reum conſiderantur iura vetuſtiſsima,& media & no-
uiſsima. Vetuſtiſsima in quadam lege antiqua,quam non ha-
bemus ſcriptam,vel in vſu neſcimus quemadmodum,non ap-
probatam, ſed neceſſariam ſemper iudiciis apparentem quæ
duo dixit,vnũ malè, vnde dicitur, erat quædam eius pars om-
nino non diſcreta:vt j.eo.j.reſp.aliud bene: vnde dicitur anti-
qua,ſi quidem lex valeat:vt j.eod.§.antiqua. Bene dixit in eo,
quod præſente vtroq; dixit,primò reum conueniendum.Ma-
lè fecit,ex eo,quòd abſente reo ſtatim fideiuſſorem conuenire
volebat: nec erat aliquod remedium pro præſente fideiuſſore
datum.ſed Placentinus de hac materia prius tetigit.ſ.quando
reo abſente fideiuſſore præſenti detur tempus:vt j.eod.§.ſi ve-
rò intercesſor, vt fideiuſſor. &.ff. eodem. l.ſi quis teſtamento.
§.fin.Iure autem medio cauetur,vt ſit in electione creditoris,
quem primò conueniat:vt C.eod. l.non rectè.& l.iore noſtro:
& l.ſi alienam. Iure verò nouiſsimo cauetur, vt ſi ambo præ-
ſentes ſunt,primò reus,poſtea fideiuſſor ſit conueniendus. & ſi
ſatisfecerit reus,nihil erit in extraneo,vel in fideiuſſore:ſi non
in quantum exigi non poteſt,in tantum fideiuſſor conuenitur.
Si autem abſit reus, fideiuſſor vero abſit:acerbum eſt fideiuſ-
ſorem non poſſe conueniri, ſed nec etiam ſtatim conuenietur.
Sed ſi fideiuſſor reum venturum dicit, probet eum iudex, id
eſt,experiatur an verum dicat, & det tempus viginti millium
diurnorum, ſicut fit in iudiciis: licet in contractibus ſit eius
arbitrio,& habet tunc multa conſiderare, quæ dicuntur ff.de
verborum obligatio.l.continuus.§.cùm ita. & ff. ſi quis cau.l.
prima.& Inſtitut.de excuſat.tutorum.§.quòd autem. Et ſi in-
tra tempus venerit, bene eſt, nec conuenitur interim fideiuſ-
ſor:ſi non venerit, ſatisfaciet fideiuſſor, ceſsis tamen actioni-
bus incontinenti,vel ante, vel etiam poſt:hoc acto in ſolutio-
ne,quam fecit fideiuſſor:vt ff.de ſolutionib.l.Modeſtinus. Et
quod dicit de actionibus, eſt intelligendum, & de perſonali-
bus,& realibus:vt ff.de fideiuſſo.l.Paulus. Et probantur hæc
infrà eodem.§. primo, & ſecundo. Et licet videatur loqui in
contractu mutui, & in auro tantum, idem tamen eſt & in alio
mutuo, & in omni alio contractu : vt j.eod.§.& abſolutè. De
5 † qua autem præſentia,vel abſentia loquatur hæc conſtitutio,
quæritur circa literam:cùm multipliciter dicatur abſentia: vt
bis legibus dicitur ff.de verbo.ſignific. l.abſentem.C.de præ-
ſcript.long.tempo.l.fi. & ff.de procu.l.& qui.ff.de damno in-
fect.l.iiij.§.abeſſe. & j.de teſtibus. §. & hoc verò reſpondent
quidam quòd videtur abſens, ſi non eſt in iudicio. & facit pro
eis dicta lex ff.de dam.infect. l.iiij.§.abeſſe. Sed ſecundum Io.
eſt præſens, qui eſt in eadem ciuitate: & ſi extrà eſt abſens ad
ſimilitudinem illius qui vocatur, vt audiat productionem te-
6 ſtium: vt j.de teſtibus.§. & hoc verò. † Secundò quæritur, ſi
aliquis

aliquis cóſtituit ſe principalem, nunquid poterit primò con-
ueniri? Quidam dicunt quòd ſic. ſed nos contrà: diſtingue an
nouetur prima obligatio: quo caſu verum eſt, quod dicunt,
aliàs contrà. Nam nõ conſidero aliud: niſi quia pro alio inter-
uenerit: vnde nihil valet ſi cóſtituat principalem: niſi etiam re-
nunciet huic legi. Sicut ergo aliàs fideiuſſor habet benefi-
cium, ita & hic, cùm ſit eadem ratio: vt C. de conſti. pecu. l. fi. &
ff. de verbo. oblig. l. à Titio. in fine primi reſponſi. & ĩ. tit. iij. §.
fin. Tertiò quæritur, an poſsit huius conſtitutionis beneficio
renunciari? Reſpondeo ſic: vt C. de pact. l. ſi quis in conſcri-
bendo. Quartò quæritur cùm duo rei videantur fideiubere
adinuicem: vt j. de duobus reis, in princip. an vnuſquiſq; mit-
tet creditorem ad alium, & ſic deludetur? Et reſpondeo quòd
7 non: quia ſic actor ſuum non conſequeretur. † Quintò etiam
circa literam quæritur, ſi creditor habet pignus à debitore, an
poſsit fideiuſſorem conuenire? Reſpondeo ſic: vt ff. eod. l. in-
ter eos. § creditor. Sed videtur correcta ex eo quod dicit hic li-
tera. ſi verò non valuerit, &c. Et hæc eſt mens huius conſtitu-
tionis. Sed non eſt: quia eſt intelligendum commodè. Nam
creditor licet poſsit vendere pignus, cùm multis tamen diffi-
cultatibus vendit, maximè per legem Iuſtiniani: vt C. de iure
8 do. impe. l. fi. Habetur † etiam ratio in exercendis realibus a-
ctionibus, contra reum, vel fideiuſſorem. Si & fideiuſſor ali-
quid de ſuo obligauit. Nam ſi debitor res obligatas poſsidet,
electio eſt creditoris realem, vel perſonalem actionem inten-
tare: etiam veteri & nouo iure: vt C. de act. & obliga. l. aduer-
ſus. & de pign. l. perſequutione. & de diſtract. pign. l. hypothe-
cis. & j. eo. §. contra principales. Si autem alienauit, tunc om-
nes perſonales intentãdæ ſunt, & aduerſus debitorem, & ad-
uerſus fideiuſſoré: vt j. eo. § ſed neque. Nec eſt hoc correctum
per inferiorem conſtitutionem de litig. §. ad hoc. licet quidam
dicant, quod ibi intentatæ erant perſonales actiones: vel erant
adhuc res penes debitorem, licet vendiderit. Perſonalibus de-
ficientibus, inopia fortè fideiuſſoris, & rei: etiam ſi ab alio res
obligatæ detineantur, tamen vendicantur: ſi nec res prædictæ
ſufficiant, agitur contra res obligatas fideiuſſorum: vt infrà
eod. §. ſed neque. Et hoc in contractu mutui, & in contractu
venditionis: vbi confirmator ſiue ſecundus author, accipitur
pro euictione: vt ff. de euict. l. illud. Nam tunc primò aduerſus
venditorem. Secundò aduerſus cófirmatorem. Tertiò aduer-
ſus extraneum detentatorem. Quartò aduerſus res fideiuſſo-
9 sis agetur: vt j. eod. § non ſolum. & §. eadem. † Sequitur de ſo-
lutionibus in hũc modum. Quam ſolutionem tenetur admit-
tere creditor? & ſi non receperit, qualiter contra eum proce-
detur? Loquuntur autem de creditore generaliter ſecundum
antiquas leges: vt ff. ſi certum petatur. l. prima. & ff. de verbo.
ſigni. l. creditores. & infrà eod. §. & abſolute. Et quidem iure
10 † communi liberatio contingit ſolutione eius, quod debetur:
vel etiam alio, volente tamen creditore: vt ff. ſi certum petatur.
l. ij. § appellata. & C. de ſolut. l. iuris manifeſti. & Inſtitut. qui-
bus mod. tol. oblig. in princ. Sed hoc ius commune multis ca-
ſibus infringitur, qui his legibus continentur: vt ff. de lega. j. l.
ſi domus. §. qui confitetur. & ff. de re iudic. l. ſimiles. §. j. & j. de
alie. & emphy. §. ſi verò ſecundum prædictum. & C. de donat.
l. ſi quis argentum. in principio. Idem eſt in rei vendicatione,
quando iuratur in litem: quando poſſeſſor dolo deſiit poſsi-
11 dere. Nam res † petitur, ſed æſtimatio præſtatur: vt ff. de rei
vendi. l. qui reſtituere iuſſus. & eſt caſus præſentis conſtitutio-
nis, ſi debitor non habet aurum, quod reddat, vel alias res mo-
※ biles: nam daret de eis prius, vt in nouellis ※ tit. eodem dici-
tur [tit. viij.] reſponſo ij. & j. eodem. §. quod autem. Et habita
diligenti æſtimatione ita, quod non fiat damno creditoris: vt
C. de donat. l. ſi quis argentum. §. primo. & ff. de ſol. l. Paulus.
Nam aut inuenit emptorem per ſe, aut per creditorem: quo
caſu cogitur vendere, cum cautela iudicis arbitrio præſtanda:
ne nimium grauetur, nec nimiũ exoneretur: quod eſt ſpeciale
contra ius commune, ſcilicet, vt quis cogatur vendere: ſicut in
cómuni ſeruo manumiſſo ab aliquo dominorum: vt C. de com
muni ſeruo manumiſſo. l. j. ſic ff. de religio. l. ſi quis. & infrà
eod. § agnoſcant. verſic. ſi itaque creditor. Si autem non inue-
nit emptorem fortè creditore terrẽte, volentem adire emptio-
nem, dabit de immobilibus creditori etiam inuito, cùm cau-
tela pignoris ſi poteſt, vel fideiuſſoris: vel ſi non poteſt, iurato-
riæ cautionis: nam debet cauere, prout melius poteſt. Item de-
bet eſſe hæredes melioribus rebus debitoris: ſed aliud in ec-
cleſia debitrice: quia ibi fauor eſt, vt dentur mediocres res: vel
& hic pretioſius metallũ fuit mutuatũ: vnde ſi recipitur pre-
tioſa res, non eſt mirum: nam aurum pretioſsimum eſt, & poſt
hoc argentum: vt j. de alie. & emphy. §. quod autem. & j. eo. §.
quod autẽ. & j. de conſulibus. §. hoc itaq; ibi, argentum verò
quod mox poſt aurũ. Quid ergo ſi non aurum purum, ſed ære
contaminatũ fuerit, vel nullo modo ſit ibi aurum? dicunt qui-
dam quòd non compellitur creditor accipere. j. de alie. & em-
phy. §. quod autem probetur. Sed cùm creditor tantùm non
poſſet ſibi, niſi partes debitorum ſatisfacere, ſatis videtur ſem-
per idem: vt infrà eod. §. quod autem. in fi. Et quod dicitur in
prædicta auth. fauore eccleſiæ ſit dictum. Eſt autem hæc con-
ſtitutio generalis: quia omnes, qui alienas obligationes ſu-
ſcipiunt, compræhendit, cùm in omnibus ſit ratio eadem: vt
dictum eſt. Et etiam generalis: quia in omni terra locũ habet:
vt j. eod. §. finali. In argentariis ſeruatur tamen modernus or-
do: vt infrà eodem. §. argentariorum. Idem etiam in nummu-
lariis, cùm ſimiles ſint: vt ff. de edend. l. quædam. §. nummula-
rios. nam omnes publica authoritate inſtituebantur: vt ff. de
eden. l. argentarius. §. primo. Si ergo habet argentarius pecu-
niam, vel argentum meum, & creditori meo ſpondeat, non no-
uandi animo, poterit creditor eligere, vt poterat olim: vt C. eo-
dem. l. non rectè. Et hoc eſt quod dicit modernus ordo. nam de
antiquo non dicit: quia nõ diceret, modernus, de quo diceba-
tur in lege antiqua. Item nec de nouiſsimo huius conſtitutio-
nis: quia malè diceret iurantibus: dicit ergo de medio. Et hoc
propter vtilitatem: vt quilibet ſecurè deponat. Alij appellant
modernum ordinem, qui datur hac conſtitutione. §. j. &
ſic refertur §. iſte ad primam partem tituli. Illud in ſumma no-
tandum, quòd ex hoc corpore huius conſtitutionis, tres au-
thenticæ colligũtur, quæ in C. ponuntur. prima colligitur in-
frà eodem. §. j. & ij. § Similiter, quæ ponitur C. de fideiuſſo. vt
ſuper l. non rectè: quæ incipit præſente tamẽ vtroq; & corri-
git legem illam, & omnes alias tractantes idem. Secunda au-
thentica colligitur infrà eodem, §. ſed neq;. & §. contra prin-
cipales. & §. non ſolùm. & §. eadem. quæ ponitur C. de act. &
obli. ſuper l. fin. quæ incipit, imò à debito cadit, &c. Eſt alia
quæ eſt in C. de pigno. ſuper l. perſequutione. & ſic illæ, & ſi-
miles leges corriguntur per hanc authenticam: & ideo bis po-
nitur C. quia primò confusè dixerat: ſed poſtea apertius dixit.
Tertia ſumitur infrà eodem. §. quod autem. quæ ponitur C. de
ſolut. ſuper l. manifeſti. quæ non corrigit ex toto, ſed caſuali-
ter, hoc eſt, quando talis caſus inueniretur: & quòd non poſ-
ſit reddere aurum quod accepit, quæ incipit, hoc niſi, &c. aliàs
eſt poſita ſuper l. eum à quo. eod. tit.

ANNOTATIONES.

a Videndum eſt. Ad huius tituli reſolutionem vide Bald. in l. blanditus. C. de fideiuſſ. Raph. & do. Alex. in l. vbi. §. illud. ff. de ver. ob. Ludo. ro. in l. generaliter. in fin. ff. de fideiuſſ. Barto. in conſil. incip. an ſi tertius. Bald. in conſil. incip. Titius promiſit mihi. Paul. de caſt. cumulatè in conſil. lxxxx. quibus in locis colliges totam materiam.

※ Nouellis. Quum librum nouellarum citatum in his ſummis deprehẽdiſſemus, loco velut indice digito deſignauimus his notulis. Nam & hodie extant, quæ diu delituerant. Approbatur autem eiuſmodi liber xvi. q. iii. c. poteſt, & c. ii. de teſtib. & in glo. in j. conſtit. C. in verb. Nouellis. P. Prateius.

De monachis. *Rubrica.*

1 *Monaſterium qui fiat.*
2 *Monachus qui ordinandus.*
3 *Monachalis viuendi modus.*
4 *Monachationis effectus.*

DICTA ſunt quædam de epiſcopis, & ĩ. vt deter ſit nu. cleri. §. cum verò. & quædam de aliis clericis. Vnde de monachis, quia & ipſi clerici quandoq; ſunt, videndum eſt: vt j. eod. §. j. in fine. Vel aliter: dictum eſt in quibuſdam conſtitutionibus, quas non

habemus de epiſcopis, &c. nunc videndum eſt de monachis, de his quibus conſtitutionibus fortè habetur mentio ſ. vt determ. ſit nu.ele. in principio. & ita intelligitur infrà eodem. §. j. in fine. Videndum eſt ergo, vnde dicatur monachus. Secundò qualiter monaſterium conſtituatur. Item qualiter abbas, & qualiter monachi ordinentur, & ordinati qualiter viuant: vltimò de effectu monachationis, & quantùm ad Deum, & quantum ad homines. Dicitur autem monachus à monos, quod eſt vnus, & achos triſtis: quia ſolus & triſtis debet eſſe quantum ad mundum: quod colligitur C. de epiſcopis & clericis. l. decernimus. Inde etiam dicitur monaſterium, quaſi ſoli ſtantes
3 ibi ſint. † Fit autem monaſterium epiſcopi authoritate, qui debet facere fundamentum, ad cœlum expanſis manibus, & orationibus Deo porrectis: figere etiam debet ſignum adorandæ crucis: vt j. eod. § illud. & j. de eccleſ. tit. §. ſi quis autem. & etiam facere debet proceſſionem, & alimenta conſtituere his, qui deputantur ibi, aliter factum monaſterium dicitur ſpelunca: vt j. vt nullus fabricet oratorij domos. in princ. & §. ij. Abbas autem ordinatur ab epiſcopo per hanc cõſtitutionem, ſed per inferiorem j. de ſanctiſsimis epiſcopis corrigitur: nam monachi eligunt, & epiſcopi confirmant: ſemper tamen ordinatur melior, non qui ſenior eſt. Nam non eſt hic honoranda vetuſtas, licet aliàs honoretur: vt j. eo. §. ordinationem. & j. de ſanctiſsimis epiſcopis. §. iubemus. & ff. de iure immu. l. ſemper.
* & C. de poſtu. l. prouidendum. In ordinatione monachi † talis modus ſeruatur: quia debet eſſe imbutus doctrina ſacrorum eloquiorum: non tamen exigo, quòd ſit ſummus theologus, ſed quòd in fide non erret. Et quòd literas ſciat. vt ſit monachus clericus: alias eſſet monachus, ſed non clericus: vt C. de epiſcopis & clericis. l. generaliter. & infrà eodem. §. primo. aliàs non eſſet dignus tanta mutatione. Vnde poſſet quæri, an capitis diminutionem patiatur? reſponde, quòd ſic: cùm ſtatum mutet: vt ff. de cap. diminut. l. prima. & Inſtitu. eodem. in princ. Et ex eo quod dictum eſt quæritur, an actiones in eum reſtituantur, vel in ſuum caput decidant, qui prius tenebatur? reſpondeo in caput, id eſt. in monaſterium dantur: vt ff. de capi. dimi. l. tutelas. §. iniuriarum. quod infrà, dante Deo, apud quos oporteat cauſam dicere monachos, dicemus. His habitis ſi notus eſt laicus, vel clericus: ſtatim poteſt imponi tonſura cum corona, & cucula dari, ſi incertus per triennium expectatur, antequam ſupradicta ei imponantur: ſed interim tondetur tanquam clericus, id eſt, eccleſiæ conuerſus. & ſemper interrogatur ab abbate, & monachis, vt dicitur in nouellis, [tit. x. in princip.] quæ cauſæ impulerint eum ad hanc compunctionem: & vtrum ſit ſeruus, vel liber. Elapſo triennio fit monachus, & fit liber, ſi erat ſeruus: quaſi à Deo manumiſſus. Si autem intra terminum aduenerit aliquis dicens ſuum ſeruum, vel colonum, vel adſcriptitium: & fortè ob conſcientiam delicti alicuius, vel vt fugeret culturam terræ, intraſſe: & probet hoc, redditur ei, cum rebus. ſi ſint in monaſterio: dummodo iuret abbati, vel ipſi ſeruo, vel imperſonaliter, quod non malefaciet ei propter fugam. Si autem nõ probet elapſo triennio, efficitur monachus. Sed ſi poſt triennium venerit, de ſeruo non auditur. ſed de rebus auditur: reſtituuntur enim priſco domino. Sed ſi fugeret de monaſterio, domino redditur, etiam poſt trienium cum rebus. Sed in libero aliud eſt: nam apud monaſterium remanet, cùm non debeat ſibi prodeſſe delictum ſuum: vt infrà eodem. § huic igitur. vſque ad §. cogitandum. & §. ſi quis autem ſemel. & infrà de ſanctiſsimis epiſco. §. ſi quis autem ad monaſticam. Sed ſi primò fuerat curialis, redditur curiæ: vt j. eodem. § ſi verò relinquens monaſterium ad quandam. Si autem aufugit ad aliud monaſterium, abbas ad quem fugit, non debet eum recipere. Erronea eſt namque vita talis monaſtica, & nulli tolerantiæ proxima: & res primo monaſterio competunt: vt j. eod. §. ſi verò relinquens. & j. de ſanctiſsimis epiſcop. §. ſi monachus. & hoc ſecundum leges. Secundum canones autem ſi laicus ignotus eſt, per triennium, ſi clericus, per biennium, ſi laicus notus per biennium, ſi clericus
5 notus, per annum expectatur, & ſtat in probatione. † Habitant autem monachi omnes ſimul in vna, vel pluribus domibus. & comedendo. & iacendo: quilibet tamen in ſua ſtratura, niſi vel propter infirmitatem: vel quia velit effici anachoreta, id eſt, eremita ἀπὸ τῶ ἀναχωρεῖν ſecederet: vel heſychaſta, id eſt, quieſcens, ſcilicet propter infirmitatem, quibus caſibus permittitur, aliàs non: ſed alterutris reddant ſibi teſtimonium honeſtatis. Itẽ maſculi cum fœminis eſſe non debent, ſed iuuenes cum ſenibus. eſt enim ſenectutis conuerſatio, optima iuuentutis educatio: vt j. eod. §. cogitandum. & j. de ſanct. epiſcop. §. in
4 omnibus autem monachi. † Effectus autem monachationis quantum ad Deum, magnus eſt: ſiue enim maſculus ſit, ſiue fœmina, ſiue liber, ſiue ſeruus: quia omnibus diuina gratia prædicat: detergitur omnis eius humana macula. ſ. peccati, & purus declaratur. Licet enim humana natura labatur facilè ad delicta, tamen purgantur per monachationem: non tamen de macula infamiæ (hæc credo) vel nota propter quam poterat quis exhæredari, ſicut è contra non efficitur aliquis ingratus per monachationem, vt j. eod. primo reſpon. & §. ſi verò. circa fin. & C. de epiſco. & cler. l. fin. §. hæc. & j. de ſanctiſ. epiſcop. §. interdicimus. Circa mundum eſt effectus: quia dominium rerum ſuarum amittit: nec eſt earum dominus vllo modo, ante ingreſſum tamen poteſt diſponere inter filios, non in ſe, vt aliquid ſibi retinere liceat poſtquàm erit monachus, vſusfructus, vel proprietatis nomine, ſecundum Ioan. & eſt intelligendum de ingreſſu, quando ſeculo abrenuntiauit: non ſi ingreſſus fuit tantum aliquis, vt adoraret: vel vt ſit ibi in probatione: aliud de eo qui ingreditur capellam, vel plebem: quia propria retinere poteſt: vt eſt presbyter, vel diaconus. Idem dico in conuerſo: niſi ſpecialiter renuntiauerit ſecundum Azonem. Inter filios autem ſi diſpoſuerit prius, bene eſt, ſi habent quartam. Hodie per inferiorem conſtitutionem tertiam, vel ſemiſſem, ſecundum numerum liberorum: aliàs ſupplet etiam factus monachus. Et ſi nihil reliquit, nihilominus habet hanc tertiam à patre monacho dandam etiam ſtatim, licet non ſit mortuus verè pater adhuc, ſed tamen quo ad mundum mortuus eſt, & ne filij interim fame pereant: vt j. eo. § illud. & §. ſi verò filios. & §. ſi autem. & j. de ſanct. epiſcop. §. ſi qua mulier. Vtrum autem ſit hoc teſtamentum, vel non. j. de ſanct. epiſcop. dicemus. Item ſi vxorem dimiſerit (quod poteſt facere ſecundum legem) omnia ſeruantur mulieri, ac ſi eſſet mortuus, & in dote, & in donatione propter nuptias. Secundũ cano. tamen non licet, ſi cognouit eam carnaliter: niſi illa voueat caſtitatem, aliàs ſic: vt j. eod. §. ſi verò vxorem. & j. de nupt. §. diſtrabuntur. Eſt alius effectus: quia licet de tali ordine quis aliàs non poſsit accipere vxorem: vt quia lector tantùm, vel cantor eſt, non poteſt habere, & ſi contra fecerit, repellitur ab omni clero: vt j. eod. §. ſi quis autem. Et eſt hæc conſtitutio generalis, maſculos, & fœminas cõprehendens, ſed tamen circa ordinationem alia in proxima conſtitutione dicuntur j. §. quãta, cum omnibus prædictis gratia Dei: vt j. eo. §. ij. & §. quæcunque. & tuentur eam canonici iudices, & ciuiles iudices: vt j. eod. §. fin.

Illud in ſumma nota, quòd ex hac conſtitutione infrà eod. § illud. ſumitur, illa breuis authentic. quæ eſt C. de ſacroſanct. eccleſ. ſuper l. generali. quæ incipit, ingreſſi. vnde corrigitur lex illa, quæ concedebat monachis facere teſtamentum, vel codicillos. Et ſi qua alia inuenitur, quæ illud dicat.

ANNOTATIO.

* Monachus. Monachi præfici poſſunt eccleſiis parochialibus cauſa vtilitatis: dummodo poſsint ibi monachi eſſe, vt xvi. q. j. cum pro vtilitate. ſecus tamen ſi eccleſia talis ſit, in qua oporteat monachum ſolum eſſe, extra de ſtatu monach. c. ij & c. quod Dei timore. Et (ſecundum quoſdam) poteſt Epiſcopus monachos præficere ſecularibus eccleſiis cum Abbatum conſenſu, lxiij. diſt. cap. primo. Et hoc in eccleſiis, quæ non ſpectant ad monachos pleno iure, extra de ſupplẽd. neglig. prælat. c. ſicut. & extrà de priuil. c. cum & plãtare. in eccleſiis. In aliis autem, quæ ad monachos pertinent pleno iure, tunc ſufficit Abbatis conſenſus xvi. q. ij. c. viſis. Qui ſic inſtituti poſſunt prædicare, miſſam ad populũ celebrare, & cætera officia ſacerdotalia miniſtrare. xvi. q. j. c. ecce. Item ſi monachus transferatur ad eccleſiam epiſcopalem ab obedientia & iuriſditione ſui Abbatis. xviij. q. j. c. vno. Sed ſi ad aliam inferiorem diſtingue, quia ſi illa ſubiecta ſit Abbati ſuo quo ad temporalia, tunc eximitur ab obedientia illius quo ad ſpiritualia, vt xvij. q. ij. c. ſanè. Si verò eccleſia ſubiecta ſit ſuo Abbati in ſpiritualibus, & temporalibus, tunc translatus remanet in omnibus ſubiectus abbati, & ſeruabit omnia, præter tria, ſcilicet, ieiunium, vigilias, & ſilentium, quæ in eccleſia ſeruari non poſſunt. Si verò eccleſia in nullo Abbati ſit ſubiecta, tunc translatus in nullo abbati ſubiectus remanet, xvi. q. prima. c. in parochia. Simile dici poteſt, quo ad eſum carnium, à quo

eximitur

eximitur, ne aliis cum quibus viuit ſcandalum inducatur, vt xlj. diſtin. can. quiſquis. Monachi correptio ſpectat ad Abbatem c. reprehenſibilis extra. de appel. Monachus mutuum accipere, vel fideiubere non poteſt, neque ob id obligatur monaſterium, extra. de fideiuſſo. c quod quibuſdam Monachus proprium nullo modo habere poteſt: ſed quicquid habet, ſtatim reſignet. Monachi ſine Abbatis conſenſu vouere non poſſunt, & ſi vouerint, debet votum frangi ad mandatum Abbatis, xx. q. fin. cap. monachis. Quicquid etiam acquirit monachus, non ſibi, ſed monaſterio quærit, extra. eod. cap. cum ad monaſterium. Iniuriam quoque ſibi factam remittere non poteſt, nec agere contra iniuriantem, ſicut nec ſeruus cui monachus comparatur nec filiusfamilias, ſed actio de prædicta competit monaſterio, domino, & patri. ff de pact. l. io perſonam. c. parochianos. de ſententia excommun. Item monachi ſine licentia abbatis, nec agere, nec reſpondere poſſunt. ea. cauſam. de reſcript. xxi. q. prima. c. monachi. Monachum aut patria deuotio, aut confeſsio propria facit xx. q. i. monachus. Monachi ſi per electionem inſtituti fuerint, & per ſuperiorem confirmati, remoueri non debẽt quia ſine culpa iure ſuo priuari non debẽt, quinquageſima ſexta diſtinctione. cap. ſatis. de ſtatu monachorum. c. ii. Monaſteria autem mulierum longe conſtrui, & fieri debent à monaſteriis virorum. xviii. q. xviii. cap. monaſteria. Monaſteriũ debet præſtare ſeruitium ratione multiplici, ex prima conſtitutione xviii. q. ſecunda. can. ſEleuterius, & ratione conſuetudinis. ea. cau. & q. c. ſeruitium. Marianus.

Quomodo oporteat epiſcopus, & cæteros clericos ad ordinationem perduci. *Rub.*

1 *Epiſcopus vnde dicatur.*
2 *Epiſcopus qualis eligendus ſit.*

QVIA dictum eſt de monachis, ex quibus plerunque epiſcopi ordinãtur: vt infrà eod. §. igitur ordinandus: ideo hunc titulum ponit. Videndum ergo eſt qualiter epiſcopus eligatur, & electus quid facere debent: pòſt de aliis clericis eodem ordine. Tertiò de monachabus, & eodem ordine. Quartò de expenſis eccle-
1 ſiarum. Et † in primis, ſcilicet, vnde dicatur epiſcopus. Et quidem ab ἐπὶ quod eſt ſuprà: & σκοπεῖν, quod eſt intẽdere: quia habet intendere ſuper populo ſuo. In ordinatione autem epiſcopi quædam conſiderantur in perſona eligentium, quæ dicuntur infrà de ſanctiſsimis epiſcopis. in principio. & quæ-
2 dam in perſona electi, quæ & hic, & ibi dicuntur. † Conſiderantur enim ſex. Primò, vt eius vita ſit irreprehenſibilis, & in bonis teſtimonium habeatur, & ſacerdotem decet. Secũdò, quòd non ſit officialis, vel curialis: niſi ex nouella ætate, ſecundum quod iam dictum eſt in græca conſtitutione: & quòd fuerit in monaſterio conuerſatus, quòd tempus dico quindecim annorum eſſe per conſtitutionem infrà de ſanctiſſimis epiſcopis, in principio. Sed de illa non fit hic mentio, cùm iſta fuerit ante illam: & tunc quartam partem dare curiæ, & tres ſibi retinere debet, ſed hodie eſt è contra: quia quartam ſibi, tres curiæ dare debet: vt infrà eodem §. ſancimus. & §. & in officio. & infrà de ſanctiſsimis epiſcopis. §. primo. & §. ſed neque curialem. Tertium eſt neceſſarium in perſona electi: quòd non ſit laicus, imò clericus, verè, non fictitiè: nec enim ſufficit ſimulatum clericatus honorem habuiſſe: vt infrà de ſanctiſsimis epiſcopis. in principio. & infrà eodem. §. neque enim idiota. Sed per inferiorem conſtitutionem de ſanctiſsimis epiſcopis, laicus poteſt eſſe: vt infrà eodem, de ſanctiſsi. epiſcop. §. primo. Quartò, vt non habeat vxorem, vel filios legitimos, vel illegitimos, vel ſi habuerit vxorem, eam habuerit virginem. aliàs ipſe, & qui eum ordinat, foris ab epiſcopatu erit hanc legem offendens: vt infrà eodem. §. & neque vxor. & §. ſed neque ineruditus. ibi, de cætero autem, &c. Quintò quod non pretio, vel precibus ordinetur. Solam enim Dei culturam reſpicere debet. Et licet in nullo alio deficit, hoc tamen impedit ſatis: vnde & ipſe, & qui eum ordinat, ab exequutione repelluntur, & pecunia, vel res datę ſanctæ eccleſiæ, cui facta fuit iniuria, quantum in ipſo fuit, quæruntur. Si autem laicus ſit, qui accipit dignitatem, ſi quam habet, vel ob hoc, vel aliàs acquiſitam amittit: & dati duplum reddit eccleſiæ. Ille autem, qui ordinatur ſimoniacè, non ſolum epiſcopatu carebit, ſed etiam ipſe (ſi quam ordinationem habebat) amittit, vel ſacerdotij forſan, vel diaconatus: vt infrà eodem. §. ſed neque pecuniis. & §. & hanc non pecuniis. & §. illud quoque. Sextò. quia [candore] ſacrorum eloquiorum debet eſſe imbutus, quæ vel in ſcholis, vel in m[illegible]ſterio dedicisse debet: quando fortè laicus erat prius, & per t[illegible]enſes ibi ſteterit, vxori tamẽ non cohærens. vt duabus no[illegible] conſtitutionibus græcis dictum eſt. Item ſeptimum quòd [illegible]lus contradicat, aliàs debet ordinator abſtinere, & ſi nõ abſtinuerit, erit foras ab epiſcopatu, etiam ipſe repellitur, & reus erit Deo, qui quærit omnium, & ſacerdotum ſuorum maximè puritatem: ſed ſi accuſator probatus fuerit calumniator, quod eſt ex eo, quòd non probauit, ſecũdum Ioan. ſegregatur à ſancta communione. Sicut enim bonam gloriam in eo, qui ordinandus eſt quærimus, ita calumniam accuſatoris punimus: Et tunc ille inculpabilis apparens, curret ad ordinationem. Nec videtur incurrere, id eſt, valde, vel nimium currere ad viam impunitam, id eſt bonam, ideóque non puniendam: vt infrà eodem. §. ſi quis autem talis. & §. ſi tamen is. & §. ſi verò nemo. Quia verò pauci inueniuntur, qui habeant ſupradicta, niſi monachi: igitur de monachis maximè, vel de aliis clericis (competentibus tamen) eſt ordinandus, qui confiteatur prædicta coram populo ſe habere, & ſe obſeruaturum ſecundum quod homini poſsibile eſt. Habebit enim poſtea, & Dei timorem, & hominum: [aliàs & coram hominibus ruborem:] aliàs non erit epiſcopus: vt infrà eodem. §. igitur. & §. oportet. Electus autem debet eſſe in eccleſia: nec circumluſtrare vltra annum debet, vel ſua cauſa, vel eccleſiæ allegata: talia enim dicta audiri non oportet: ſed ſi citatur à ſuo maiore, legitimis clamationibus: & non venerit deponetur, & alius ſubſtituetur, aliàs ſurrogatur magis obediens. Eſſet enim iniquum ſic conſumi bona eccleſiæ, cum multitudine, quæ ſemper ſequitur epiſcopum. Excuſatur autem epiſcopus propter iuſsionem Imperatoris: item papæ: item ratione neceſsitatis, ſed tunc non ſine literis ſui metropolitani veniat, continentibus neceſsitatem præſentiæ eius, & prius ad patriarc[illegible]m, poſtea ad imperium veniat, quando erit in ciuitate Conſtantinopolitana. His duobus caſibus exceptis, debet per apocriſarium, vel œconomum litigare. Et primò coram iudice ſuo archiepiſcopo, & poſteà ad Imperium, vel papam, vt & in laicis contingit: vt j. eo. §. & illud. & §. non aliter. & j de mand. prin. §. deinde. Item eſt officium eius, & cuiuſlibet clerici, vt non dimittat ſuum ordinem: aliàs officio, & beneficio priuantur: vt infrà eodem. §. ſemel. Sunt & alia officia epiſcopi, quæ dicemus infrà de ſanctiſsimis epiſcopis. Sequitur de ordinatione aliorum clericorum videre: & (vt breuiter loquar) quæ in ordinatione epiſcopi ſuprà dicta ſunt: eadem hic & ferè ſeruantur: vt j. eod. §. hæc de Deo. & § neque. Ferè ideo dixi, quia ſunt quidam clerici, qui poſſunt habere vxores: vt qui ſunt in minoribus ordinibus ſed vnam tantùm habere licet. Nam ſi plures, non poterit maiorem gradum ordinis aſcendere: vt infrà eodm. § neque. Item & in aliis differt epiſcopus ab aliis clericis: vt dicemus infra de ſanctiſsimis epiſcopis. Officium autem clericorum eſt, vt caſtè viuant: nihil enim ſic in ſacris ordinibus diligimus, quantum caſtè viuentes: vt ſit hoc fundamentum officij eorum, aliàs repelluntur à clero: vt infrà eodem. §. neque. Sola enim caſtitas, & honeſtas poſsibilis eſt animas hominum Deo præſentare: vt infrà de lenonibus. §. ſancimus igitur. Habent & alios effectus quos infrà dicemus de ſanctiſsimis epiſcopis. Sequitur de diaconiſsis, id eſt, monachabus qualiter ordinentur. Et quidem debent eſſe ætatis quinquaginta annorum. aliàs ſanguis ſaltaret: vt ſ. de non eligendo. §. cum igitur [alias, §. ſin autem.] ibi, ſi verò non valuerit, &c. Et ſi contingat minorem fortè ordinari, maiorem tamen xl. annorum: vt j eod. de ſanctiſſ. epiſcop. §. diaconiſſam. debet ſecretè ſtare in alio monaſterio. Item illa, quæ ordinatur, debet eſſe virgo, vel tantùm vnum virum habuiſſe. Tertio non debet eſſe aliquo modo reprehenſibilis, cùm debeat ſacris miniſtrare: & hęc denunciantur ei, quando ordinatur coram aliis diaconiſſis, vt & deum, & homines timeat: vt infrà eodem. §. quanta. Officium eius erit honeſtè viuere, nec cum omnibus ſtare debet: niſi frater, vel pater, de quibus nihil fœdus naturale ſeuſ cogitare permittit: vt de epiſcopo dicitur: vt infrà eodem. §. volumus. & C. de epiſcopis & cleri. l. cum qui. aliter punitur

ad mortem,& ille & illa. Nam hoc olim fiebat in antiquis vir-
ginibus, & ſubſtantia eorum confiſcabitur: vt infrà eodem. §.
volumus. licet in monacho relinquatur primo monaſterio: vt
ſuprà de monachis. §. ſi verò relinquens. Sed ibi in Deum tan-
tùm peccauit, hic in legem commiſit. Sequitur de expenſis ec-
cleſiarum. Et quidem in eccleſia Conſtantinopolitana, quid
iuris ſit, dictum eſt ſuprà, vt determinatus ſit numerus clerico-
rum. Sed de aliis dicitur hic: quia ſiquidem ædificator conſti-
tuit numerum, ille ſeruetur, & non excedatur. Et ſi exceſsit,
nullus ordinetur donec redeamus ad numerum conſtitutum.
Si autem hoc non fecit, id eſt, non conſtituit numerum eccle-
ſiæ, ædificator, ſiue alimentator, ſiue maior ciuitatis in eccle-
ſia, debent curare epiſcopi, & archiepiſcopi, vt non vltra mo-
dum fiant expenſæ, ne incidant in periculum eccleſiæ: vt infrà
eodem. §. ſed neque effuſas. Hæc conſtitutio cùm ſit generalis,
& pro vtilitate publicarum eccleſiarum inducta: vt infrà eod.
vt liceat matri & auiæ. §. qui verò. dat cuilibet licentiam ac-
cuſandi, vel præſidi, vel imperio: quod ſemper eſt: vt infrà eo-
dem. §. qui agitur. & §. penultimo, & vltimo. Et de ea nihil eſt
in Codic.

Collatio ſecunda.

De non alienandis, aut permutandis rebus eccleſiaſticis, aut in ſpecialem hypo. dan. &c. *Rubrica.*

1 *Eccleſiæ res quatenus in emphyteuſim dari poſsint. & nume. 4. 6. & 7.*
2 *Venditio rei eccleſiaſticæ quatenus prohibita ſit: & quatenus hypotheca, & 3.*
5 *Alienatio rei eccleſiæ quibus caſibus teneat. & nu. 9.*
8 *Emphyteuta vt poſsit expelli ob non ſolutum canonem, quanto tempore ceſſaſſe eum oporteat in ſolutione, & ad quid teneatur, qui ea cauſa eſt expulſus.*
10 *Eccleſia rem emens, aut per aliam alienationem accipiens qualiter puniatur.*

QVONIAM prouidimus ſanctis eccleſiis
circa officium clericorum: vt ſuprà titulo j.
prouideamus etiam circa res earum. Vel ali-
ter: quia eſt noſtri propoſiti confuſa declara-
re, & imperfecta facere perfecta: vt ſuprà de
non eligen. in princip. faciamus ergo hic cir-
ca res eccleſiarum. Licet enim de hac materia plures ſint
conſtitutiones: hæc tamen omnes renouat: & emendat prio-
res, ſed non poſteriores: & quod deeſt adiicit. Et quod ſuper-
fluum eſt, abſcindit: vt infrà eodem, primo reſponſo. Vnde vi-
dendum eſt, qualiter prohibeatur earum alienatio veteri
vel medio, vel nouo iure, & in quibus caſibus concedatur.
Item pœnae facientium contra hoc. Quartò de ſecunda parte
rubricæ, ſcilicet, aut ſpecialem hypothecam dando, quod eſt
repetendum in litera, & de non, &c. Nam hunc modum di-
cendi ſeruat hæc conſtitutio. Et quidem iure vetuſtiſsimo po-
terat alienare eccleſia, ſicut quilibet priuatus, cùm non inue-
niatur prohibitum: ſed poſteà ſuperuenit lex Leonis. C. de ſa-
croſan. eccle. l. iubemus. quæ prohibuit alienationem in Con-
ſtantinopolitana ciuitate tantùm, & in maiori eccleſia, & be-
ne in vẽditione fuit loquuta: vt in verbis venditionis omnem
contineat alienationem: vt infrà eodem. §. quia verò Leonis.
& ff. de ſtatu liber. l. ſtatuliberi. §. Quintus. in fine. vnde de
iure colonario nihil dixit. Etenim ius colonarium, ad inuen-
tum noſtris legibus, & aliorum Iuriſconſultorum incogni-
tum: & in fraudem legis Leonis inductum: putà, ſi quis acci-
piat ab eccleſia rem quæ valet ſexcenta pro centum, vel ma-
iori vel minori pretio: & conſueuit reddere penſionem ſoli-
dorum decem, nunc autem conſtituat ſex ſolidorum ſe ſolu-
turum. Et iſte qui ſic accepit, Græcè [illegible] Latinè pa-
riator, à pariare, quod eſt ſoluere dicitur: vt j. eo. §. lex itaque,
& ff. de ſtatulib. l. antepe. §. fin. Item de emphyteuſi nihil dixit
Leo: vnde præſidentes, rebus eccleſiæ maximam partem pen-
t ſionis remittunt in emphyteuſim dantes. † Sed Iuſtinianus in
quadam Græca conſtitutione dixit, quòd poſſit fieri in perſo-
nam accipientis, & duorum ſucceſſorum: & fieret diminutio
penſionis ad plus, quàm in ſextã partem, quę de penſione con-
ſueuit accipi. Sed Anaſtaſius aliter diſtinxit circa hunc pri-
mum articulum: vt ſi fieret ſcriptura interueniente in perpe-
tuum: aliàs vſque ad vitam percipientis fiat: quæ lex, nec vtilis
eſt, nec bona: ipſa enim rei principia perimẽtes, quod facimus
prohibendo emphyteuſim perpetuam fieri, nequaquam diui-
ſione, vel diſtinctione indigemus: vt j. eo. §. dudum. & §. Ana-
ſtaſius. & §. finimus. in fi. Item de pignore nihil dixit Leo: vt j.
a eodem. §. quia verò Leonis. aliàs † autem prohibuit Leo alie-
nationem immobilium, & quaſi: vt mancipij ruſtici, quod pars
ſoli eſt: vt ff. de diuerſ. & tempo. præſcriptio. l. longè. & C. de
agri. & cenſit. l. ij. Et ciuiles annonas, ſiue partem, id eſt, redi-
tus, quos percepit eccleſia à publico, vel aliunde: vt C. de ſa-
croſanctis eccleſiis. l. priuilegia. & l. iubemus. in princ. & in-
terminatur, id eſt, interdicẽdo minatur emptori reſtitutionem
rei cum fructibus, & pretium non habebit, quia cõtra factum
eſt: & ideo pro infecto haberi debet, quantum eſt de iure, licet
quantum ad factum, impoſsibilè ſit: vt j. de æqua. do. §. quæ
igitur. & j. eodem. §. vltimo. Oeconomo etiam pœna imponi-
tur dignitatis, ſiue alienauit, ſiue vidit alium alienantem, nec
contradixit, ſed degenerauit: quia cùm eſſet liber, tanquam
ſeruus timuit prohibere, & multomagis ſi conſenſit. Item in
omni damno ex hoc eccleſiæ illato, & in lucris ad eum per-
uentis. Tabellionem etiam punit, & iudicem, ſed in caſu per-
mitut; vt infrà eodem. §. œconomum. & §. ad hoc. & §. ipſos.
& §. hæc igitur. Poſt Leonem ſuperuenit Anaſtaſius, qui idem
dixit, ſed magis generaliter. Nam conſtitutionem Græcam
fecit, quæ compræhendit etiam loca foris, id eſt, extra eccle-
ſiam Conſtantinopolitana poſita ſub ea tamen conſtituta,
quę & ipſa minus habet, id eſt, imperfectionem: quoniam cùm
ad curam eſſet inducta, aliud curauit, aliud incuratum reli-
quit: vt infrà eodem. §. ſecundo. & §. penulti. in prin. Eſt quo-
que tertium ius nouiſsimum, vt quod dixit Leo localiter, hoc
ſit generale in omni terra, quæ imperio gubernatur, & in om-
ni loco religioſo, ſiue ſit xenodochium, id eſt, locus vbi pere-
grini ſuſcipiuntur, hoſpitale ſancti Ioannis: ſiue ptocotro-
phium, id eſt, locus in quo pauperes, & infirmi homines pa-
ſcuntur: ſiue noſocomium, in quo ægroti curãtur: ſiue orpha-
notrophium, vbi orphani orbati vtroq; parente paſcuntur:
ſiue gerontocomium, ſiue brephotrophium, vbi pauperes, &
propter ſenectutem infirmi curãtur, ſiue vbi infantes aluntur:
ſic enim hæc verba exponontur in nouellis [titul. xiij. §. re-
mittit.] Non autem refert, vtrum hæc ſint immobilia ædifica-
ta, vel ruinoſa: vel etiam iaceant in pauimẽto, ſcilicet, ſine ali-
qua materia: vt j. eo. §. nos igitur. & §. quod autem dictum eſt.
3 † item prohibetur ſpecialis hypotheca, quæ non procul ab
alienatione conſiſtit, & perpetua emphyteuſis: vt j. eod. §. alie-
nationis. quod eſt ſecus per inferiorem conſtitutionem his
duobus caſibus: vt j. de alie. & empby. §. licẽtiam. & §. hoc in-
ſuper. Item prohibetur alienatio, vel obligatio: multo magis
ipſius monaſterij, vel eccleſiæ, vbi ſacræ orationes cantantur:
ne redeat in antiquum ſtatum, & ſecularem vſum. Et ſicut di-
recta prohibebatur alienatio: ita & per obliquum, ſcilicet v-
ſum non idonea, id eſt, ſterilis poſſeſsio detur eccleſiæ, vel tri-
butis grauata. Et ſi fortè ob hoc aliquid eccleſiæ datum eſt
auri, cùm aliter non reciperet talem poſſeſsionem: (nam pro
præteritis etiam tributis, tenetur eccleſia: vt ff. de public. l. im-
peratores.) hæc lucro cedit eccleſiæ. infrà eodem, §. quia verò
verſimile. & §. ſicut autem. & infrà de alien. & emphyt. §. ſed
quamuis auferri. Et habet tantam efficaciam hæc prohibitio,
vt non ſit licitum typum, id eſt, ſcripturam imperialem impe-
trare, vel impetratam proferre, in qua contineatur, quòd œco
nomus poſsit, vel debeat aliquid alienare: aliàs imminet di-
ctatori pœna. i. quęſtori pœna centum librarum auri: & iudi-
ci ſimilis, & tabellio legi Leonis ſuccũbat: epiſcopi non tenen-
tur ſuſcipere, imò ſacerdotio cadent, ſi ſuſceperint. Oportet
enim quæ communiter, & quæ generaliter in omnium vtili-
tatem

tatem ſtatuuntur (vt eſt hæc conſtitutio) potius valere, quàm
ea, quæ ſtudentur agi ad corruptionem communium legum.
4 † Ea ergo dentur in emphyteuſim, quæ prælato placent, non
quæ laico per reſcriptum, vel per dignitatem: vel per poten-
5 tiam: vt infrà eod. §. quia verò veriſimile. Fiunt † autem ex-
ceptiones ab hac conſtitutione, quæ eam confirmant, in eo,
quod remanet: ſed in eo quod excipit perdit officium ſuum:
vt infra eod. §. vt autē lex. & ff. de reg. iur. l. j. Et in primis ſini-
mus imperio licere perſpicere à cæteris locis, ſi qua commodi-
tas eſt publicæ vtilitatis rem immobilem, dummodo æquè
bonam rem recompenſet eccleſiæ: quod audacter facere de-
bet: cùm Deus plurima ſibi dederit habere: vnde & immenſum
poteſt donare, etiam ſine inſinuatione, licet aliàs immenſitas
reprobetur: & licet aliàs donatio vltra quingentos ſolidos
non valeat, nec puniantur prælati, vel iudices, vel tabelliones
ex tali contractu, cùm parum diſcrepet ſacerdotium ab impe-
rio. Habet enim vnum principium: vt infra eod. §. ſinimus. &
C. de donat. l. pen. in fi. & ī. vt deter. ſit nume. cler. in prin. & ī.
quomo. opor. epiſ. in princ. Differunt tamen quandoque: quia
res fiſci mobilis non poteſt vſucapi: ſed eccleſiæ ſic: vt Inſti. de
vſucap. §. res fiſci. & infrà, hæc conſtitutio innouat conſtitut.
6 † Secunda exceptio fit in emphyteuſi temporali, quam facit
eccleſia: quæ eſt ſpecies alienationis: circa quam breuiter di-
cas. quòd vbicunque fit mentio in hac conſtitutione, quòd
non poſſit fieri perpetua emphyteuſis: quod eſt in pluribus
locis ſemper corrigitur: vt infra de alien. & emphyt. §. licen-
tiam. & §. ſi verò quædam. Vel quod ibi dicit, perpetuam fieri
poſſe: expone, ſecundum hanc legem primam, vſque in ter-
tiam generationem, vel quandiu penſio, vel reditus præſtetur:
vt Inſti. locati. §. adeò fit ergo hæc emphyteuſis in perſona ac-
cipiente, & duorum ſuorum hæredum tantùm, etiam ſi non
dicatur: non autem extraneorum, & in viro, & vxore, ſi hoc
dicatur: vt infra eod. §. emphyteuſim. licet Leo ſub nulla le-
ge, ſub nulla diminutione fieri diſpoſuit, qui nihil dixit. Et
licet Iuſtinianus fecerat de hoc conſtitutionem græcam, de
qua eſt mentio infra eodem, §. dudum. non tamen omnia in-
7 nouat. Vnde † diſtingue, aut res quæ datur in emphyteuſim,
eſt talis penſionis, ſicut erat tunc quando ad eccleſiam perue-
nit, [vel parum deterioris fortè, aut maioris, aut ferè nullius,
per cladem: aut non per cladem, ſed rei natura: aut penitus nul
lius. Primo caſu habita relatione ad tempus, quando ad ec-
cleſiam peruenit] fit diminutio in ſextam partem, quam con-
cedimus, id eſt, remittimus: imputandam, id eſt, computandam
cum ſcrupuloſitate, id eſt, cum damnis, quæ occaſione ſterili-
tatis poſſent contingere: vt infrà eod. §. quia verò Leonis. &
ff. de loca. & conduct. l. ex conducto. §. ſuus. In ſecundo verò
caſu non puto, quod fiat relatio ad tempus, quando ad eccle-
ſiam peruenit: ſed magis ad præſens. argumen. l. quod fauore.
C. de legi. In tertio ſubdiſtingue: aut emphyteuta vult ſolue-
re ſtatim, quo caſu fit diminutio in tertiā partem ab eo, quod
poterat accipi ante ruinam, & tunc adiectionis, quæ fit ex re-
ædificatione, ſoluitur medietas: vt infra de alie. & emphyt. §. ſi
* verò quædam. aut demum refecta re: * & tunc nulla fit di-
minutio: ſed accipiat emphyteuta conſtante penſione in to-
tum, id eſt, ſine vlla diminutione: aut dimittat, & locabitur: vt
infra eo. §. ſi verò minui. id eſt, habita æſtimatione per archi-
tectos, id eſt, principes magiſtrorum tectorum: vt infra eod. §.
quod autem. In quarto caſu, ſcilicet, cùm res eſt pretioſa, &
paruæ penſionis, fit æſtimatio proprietatis: & quantùm fuerit
vigeſima pars pretij, tantum ſoluatur nomine penſionis: vt
infra eod. §. ſi verò alienius. Vbi autem nullos reditus habet
res, facit prælatus prout melius poteſt: fortè nummo vno: vt
infra, de alie. & emphy. §. j. ibi, ſi verò nullos, &c. Sic facta em-
phyteuſi, omnia pacta ſeruanda ſunt, dummodo non ſint con
tra legem: vt ſi fiat pactum, quod etiam tertio, & quarto detur:
nam hoc nihil aliud eſſet, quàm per reuolutionē facere per-
petuam emphyteuſim: vt infra eod. §. neque illud. & Inſtitut.
8 de loca, §. adeò. Soluat † ergo emphyteuta emphyteuticum
canonem ſecundum pacta: aliàs poſt biennium repellitur, ſi-
cut colonus: vt ff. loca. l. cùm domini. Sed emphyteuta priuari
per triennium expectatur: vt C. de iure emphy. l. ij. §. j. & ſic res
vēdicatur, nec opponitur aliquid de meliorationibus, ſed ſol-
uet penſionem totius temporis, ſcilicet, præteriti, ſecundum
Ioan. quia contractus valuit: aliàs etiam futuri: vt infra eod.
§. ſcire autem. & infrà de alien. & emphyt. §. ſi verò quis. Ex-
cipitur etiā tertiò, quod excipit Leo: vt ĩ. eod. §. ſi quis autem
9 voluerit. Quartò † excipitur quia cum alia eccleſia rectè per-
mutat: vt ĩ. conſti. quæ ex adſcrip. §. fi. Quintò, quia alienat ſu-
perflua vaſa in redēptionem captiuorum, vbi animæ hominū,
id eſt, animata corpora liberantur: vt ĩ. eod. §. iiſdē. in fi. Sextò
excipitur propter debitum: vt ĩ de alie. & emphy. §. hoc etiam
ſuper. quædam tamen etiam his caſibus non poſſent alienari:
vt ĩ. eo. §. quia verò frequenter. & ĩ. de alie. & emphy. §. ea. & §.
& quoniam. & §. ſanctiſsimas & § œconomos. & ĩ. de eccleſ.
10 tit. §. iubemus. † Sequitur de pœnis. Et quidem ſaluis pœnis
Leonis, imponitur pœna emptori amiſsionis rei, & pretium
non recuperat ab eccleſia: donatarius illā patitur nouitatem,
quam eccleſiæ voluit facere permutator: & quod dedit amit-
tit, & quod ſperauit, non acquiſiuit creditor: qui ſpeciale pi-
gnus accepit, pecuniam perdit, & pignus non habet: ſed gene
ralis hypothe. permittitur: ſed emphyteuta contra legem acci
piens cadet, & totius penſionem temporis ſoluet: & imponun
tur hæc pro immobilibus, & quaſi, & etiam pro quibuſdā mo
bilibus: vt pro ſacris vaſis, contra noſtram legem poſitam C.
de ſacroſan. eccleſ. l. ſancimus. & probantur hæc ĩ. eod. §. quia
verò Leonis. vſque ad §. quia verò veriſimile. Sed his caſibus
agitur contra prælatum, quando proprium habet. Quod ſi
proprium non habeat, dicunt quidam quòd cognati ſoluent.
Alij dicunt, quòd hæc cōſtitutio loquitur de his, qui fuerunt
ante conſtitutionem illam de monachis. vt ſ. de monac. §. illud
quoque. & ĩ. hæc conſtitutio interpret. nos comprobamus ter
tiam ſuprà, quod nondum inter filios diſpoſuerit: vnde etiam
creditoribus debeat prouidere. Ex ſecunda parte rubricæ vnū
nota, quod vbicunque fit mentio huius conſtitutionis: vt ſpe-
cialis hypotheca fieri non poſsit, hoc totum corrigitur, ſi ec-
cleſia indigeat: aliàs non corrigitur: vt ĩ. de alien. & emphyt. §.
hoc etiam. In ſumma not. quod ex hac conſtitutione infra eo.
§. nos igitur. ſumitur parum ex illa authent. hoc ius porre-
ctum, &c. ſcilicet, tantùm hoc ius porrectum eſt ad omnem lo
cum venerabilem, omnéq; collegium. Item ĩ. eo. §. ſinimus col
liguntur ſequentia, ſcilicet, quod actio pia conſtituit. Reliqua
illius authen. ſumuntur ĩ de alie. & emphy. & non corrigitur
lex Leonis, ſed ampliatur. Item ex eo quod eſt ĩ. eo. §. quia ve-
ro Leonis. & §. ſinimus. & §. ſi vero alicuius ſumitur illa auth.
quæ incipit. ſed & permutare. & hæc addit legi Leonis. Item
ex eo quod eſt infra eo. ſumitur illa auth. quæ incip. perpetua
quoque, &c. abinde ſolito reditu, &c. vſque ad illud verbum,
ea tamen, &c. quod ſumitur infra eod. §. quia vero veriſimile.
ibi, his ſolis, &c. Item ex eo quod eſt infra eo. §. ſcire autem. po
teſt ſumi illa auth. quæ incip qui rem huiuſmodi. licet idem ſit
ĩ. de alie. & emphy. §. ſi vero quis. & iſtæ addunt legi Leonis:
cùm Leo nihil dixerat: vt ĩ. eod. §. quia vero Leonis. Item ex eo
quod eſt infra eod. §. ſi quis autem poteſt ſumi auth. quæ inci.
hæc vſus præſtatio. licet & ĩ. de alie. & emphy. §. & hæc vero
iubemus. eadem poſſet ſumi. Item ex eo quod eſt ĩ. eod. §. quia
vero Leonis. vſque ad §. hæc omnia. ſumitur authen. illa, quæ
incipit. multo magis licet. & infra de alie. & emphy. §. quoniā.
hæc poſſet ſumi. Item ex eo, quod eſt ĩ. eod. §. ſicut autem. ſu-
mitur auth. illa, quæ inci. ſicut alienatio. & addūt omnes, nec
corrigūt [& ponūtur ſuper l. iubem⁹ nulli. C. de ſac. ſan. ecc.]

ANNOTATIONES.

* Res eccleſiarum. Bona eccleſiarum ſunt pauperum. xvi. q. i. can. quoniam quicquid. Bona tamen decedentis prælati debent conſeruari futuro ſucceſſori, vel in eccleſiæ vtilitatem expendi debent. xii. q. ii. can. hoc ius. Martinus.

* Alienatio. Alienatio quandoque ſumitur ſtrictè, quandoque largè. Strictè quidem ſumitur in eo contractu tantum, in quo fit dominij tranſlatio. C. de fun. dot. l. i. Largè accipitur pro locatione, donatione, emphyteuſi, & pro omni perpetuo contractu. Sumitur quandoque largiſsime, vt in caſu c. venerabilis. extra. de offi. & pot. iud. dele. In venditionibus autē rerum eccleſiæ requiritur conſenſus Epiſcopi, & patroni. xii. q. ii. can. placuit. Solus autē Epiſcopus non poteſt. x. q. ii. c. ſi. Solennitas autem illa: quæ ſtatuitur x. q. ii. can. hoc ius porrectū. hodie non ſeruatur. Pœna autē male alienantis rem eccleſiæ eſt depoſitio, ſi accuſetur, xii. q. ii. monemus. niſi celeri reſtitutione ſibi proſpexerit alienator. cap. ſi quis. de reb. eccle. non alie. Celerem autem reſtitutionem intellige poſt interpellationem eccleſiæ, ſi non cōponat interpel-

latus cum priore, vt rem recuperet, & eccleſiæ reſtituat: vel niſi agas
contra poſſeſſorem; quia fortè licet ei iure ſuo. argu. d. c. ſi quis. Pœna
autem recipientis rem eccleſiæ contra debitam formam, eſt, vt rem
ipſam cum fructibus reſtituat, & ad pretium repetendum nullã actio-
nem habeat aduerſus eccleſiam, xii. q. ii. ca. hoc ius. Habet autẽ actio-
nem aduerſus alienantem. cap. ad audientiam. de reb. eccleſ. non alien.
Si autem mala fide quis acceperit rem eccleſiæ, tunc nec aduerſus ec-
cleſiam, nec aduerſus alienantem, actionem habet, xvj. q. iii. vniuer-
ſas. niſi ſibi per cautionem de euictione proſpexerit ſecundum quoſ-
dam. C. de euictio. l. ſi fundus. In caſu tamen ſpeciali etiam malæ fidei
acceptor agit ad pretium contra alienantem. d. cap. ad audientiam.
Item, ſi res eccleſiæ ſit præter formam iuris alienata, tunc eccleſia po-
teſt agere contra poſſeſſorem realiter & contra alienantem perſona-
liter xii. q. ii. apud clericos, aliàs apoſtolicos. & ideo alienatio rei ec-
cleſiaſticæ nõ valet, niſi in caſibus, forma ſeruata, videlicet, ſi debitum
vrget, propter redemptionem captiuorum, ob pauperes paſcendos,
propter eccleſiam ædificandam, & propter cœmeterium ampliandum,
&c. Item qui alienauit in præiudicium eccleſiæ, ſi ex eo læditur ec-
cleſia, debet reuocare alienationem, etiamſi iurauſſet ſe non reuoca-
turum, cùm ſit illicitum iuramentum, cap. intellecto. extra de iureiur.
Idem eſt, etiamſi alienatio fiat de cõſenſu capituli, & eccleſia multum
lædatur. c. ad noſtram, extra, de reb. eccleſ. non alie. & cap. i. de reſti. in
integr. Alienatio facta contra formam debitam, etiamſi fiat in caſu
conceſſo, nulla eſt, xii. q. ii. can. ſine exceptione. Et tali alienationi
quilibet de collegio contradicere poteſt, extra de reb. eccleſ. non alie.
cap. ſi quis. Martinus.

* ... Vide Alc. lib. 1. Prætermiſ. in hac dict.

* Pencotrophium. Vide Alc. lib. 1. Prætermiſ.

* Demum. Sunt qui putent hunc locum corruptum: atque ideo emen-
dandum per gl. in verbo acceptat. in §. ſi verò. (eſt §. quia verò. in auth.
de non alie.) In cogita. Nam corruptum non puto: & ita habẽt exem
plaria ſcripta quæ his contulimus. niſi quod excuſa habent diuertat,
cum in ſcriptis dimittat, legatur & bene: quinimo plenius hic, quàm
gloſ. loquitur, ſi rectè omnia perpendantur. Nam Azo noſter vſus eſt
diſtinctione in hoc tertio membro. gloſ. autem non. P. Prateius.

Vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant. *Rubrica.*

1 *Iudices quomodo olim eligerentur, & quomodo hodie.*
2 *Iudices quales eligendi.*
3 *Iudicis vel adminiſtratoris officium quale ſit.*
4 *Iudicis malè adminiſtrantis pœna qualis ſit.*

QVIA ſuperiori conſtitutione prouidimus de re-
bus eccleſiarum: nunc prouideamus priuatim cir
ca res earum, quod nullo alio fieri poteſt modo
melius, quàm vt iudices, id eſt, præſides gentium,
fiant ſine quoquo ſuffragio, id eſt, ſine aliquo dato nomine
ſuffragij: vt infra eod. §. j. & § cogitatio. in princip. Videndum
eſt ergo qualiter olim, & hodie eligantur, & quod ſit officiũ
electi. Tertiò de præmiis, & pœnis bene, & malè gerentium.
Quartò, quæ ſit vtilitas conſtitutionis. Et in primis ſcien-
dum eſt, hanc conſtitutionem loqui de omnibus iudicibus,
ſiue ſi proconſul ſit alicuius prouinciæ, ſiue vicarius, ſiue co-
mes orientis, ſiue correctores in Italia: vt infrà eod. §. hæc om-
nia. & ff. de offic. præſid. l. prima. & l. ex omnibus. & infrà in
1 conſtitutione proxima. † Eligebatur autem iudex ante hanc
conſtitutionem aliquo dato in principio, glorioſiſsimis præ-
fectis, & aliis patrocinium præſtantibus in hoc, ex qua actio-
ne multa inſurgunt mala. Multiplicantur enim datores, vn-
de & recolligant à collatoribus, id eſt, ab his, qui conferunt
fiſco tributa, & ſententias, & delicta vendere, & auaritia (quæ
eſt radix omnium malorum) inſurgit: nec poſſunt coërceri,
vt deſinant talia facere, vel ab Imperatore, vel à præfectis: cùm
hanc opponant exceptionem, quòd oportet eos recipere,
quod eis dederunt: & probantur hæc plenè infra eodem, §. j.
& §. an certè. vſque ad §. hæc autem omnia. & §. itaque Deo.
in fine. Vnde cogitatio nobis facta eſt, vt procuremus eos vti
puris manibus, licet immodicus, id eſt, magnus quæſtus fiſco
auferatur non valenti à iudice more ſolito recipere: tamen
collatores erunt diuites, & ſoluent tributa, quæ aliàs ſoluere
non valerent. vnde & imperium: & fiſcus abundabit, & pluri-
ma rerum erit vbertas: vt infra eodem, §. cogitatio. & §. j. in
fine. & §. itaque. in fine. Eligitur ergo hodie ſine omni da-
tione, niſi à lege permittatur: vt infra eo. §. hæc autem omnia.
2 & infra in conſtitutione proxima. † Item debet eligi, qui
ſciat tributa fiſcalia, & quod ſit opportunius ad hoc per ex-
perientiam: vt infrà eodem, §. eos. ibi, ideóque licebit, &c. &
argumen. infra de referendar. in fine. Item eligitur coram
Imperatore, vel aliis, præſtito iuramento, quod nihil dedit
pro hac adminiſtratione: vt infra eod. §. ſic igitur. & plenius
dicetur infra iuſiurandum, quod præſtatur ab his. Item de-
bet præſtare cautionem de inculpabili exactione tributo-
rum: & licet nomine cautionis ſimpliciter cautio continea-
tur: tamen fideiuſſoriam hic intelligi: vt C. de verborum ſi-
gnifica. l. ſancimus. & ff. ad municip. l. ordine. §. primo. & l.
libertus. §. finali. & hoc quando præſens eſt is, qui eligitur.
Quando autem abſens eſt, prædicta fient coram epiſcopo
loci vbi eſt electus: vt infra eodem, §. iuſiurandum. §. tua
3 quippe. † Officium autem electi eſt, vt fiſcalia diligenter
exigat, quæ libenter ſoluere debent collatores, cùm mili-
tares expenſæ, quas facit Imperator, multæ ſint, vt terram
imperij conſeruet. Item bonus debet eſſe bonis: & peruer-
ſus peruerſis: & per ſe, & per ſuos conſiliarios. Nam tur-
pius eſſet in alium peccare, quàm in ſeipſum: vt infra eod.
§. eos. & §. oportet. & ff. de infam. l. athletas. §. Pomponius.
& l. Imperator. & infra, iuſiurandum quod præſtatur ab his.
Item officium eius eſt vt cognoſcat de cauſis omnibus ci-
uilibus, & criminalibus: vt ſi quis iudex emanauerit ab au-
la, cauſa cognoſcendi de aliqua cauſa, non debet permittere
præſes nomine ſportularum aliquid plus accipere, quàm
Græca conſtitutione conceſſum ſit. Nec enim fit mentio de
ea, quæ eſt infra de iudic. §. ne autem. [aliàs eſt ſuo periculo:]
& poſſunt præſides referre imperio directò, vel ad alios à
quibus ſunt miſſi, vel ipſemet cognoſcere: nec eius ſuperci-
lium timeat: vt infra eodem, §. volumus autem. nec occaſio-
ne militiæ, vel alterius priuilegij poterit quis fugere talem iu-
dicem: aliàs milites nolentes, & militia cadunt, & emolumen-
ta perdunt. Vnde, cùm ſufficiat prouinciæ, nec mittentur ad
eum latronũ inſectatores, vel violentiarum inhibitores: aliàs
miſſi capiuntur, & in carcerem detruduntur, & imperio nun-
tiantur, nec ſummo ſupplicio afficiantur: vnde ſpeciale eſt his
vt non iudicet præſes; vt infrà eodem, §. quod autem. & §. in-
terdicimus. Si autem bene adminiſtrauerit, habebit teſtimo-
nium bonum: & Deo & Imperatori erit commendandus: &
ſi aliquis falsò ſibi opponere vellet, occideretur. Item prouin-
ciales cum omni fauore eum ad ſuam prouinciam reducere
debent: vt infrà eod. §. eos. ibi, quis enim, &c. & §. illud valet.
4 vſq; illuc. oportet autem. &c. Econtra † ſi malè fecit, vel ante
adminiſtrationem, vel poſtea, fortè aliquid dando pro ea: is,
qui accipit, In quadruplum tenetur, & indignationem habet
& cingulum amittit. Item in officialibus ſuis, ſi ipſi accepe-
rint: vt j. eod. §. ſic igitur. ibi, ſciat enim tua celſitudo, &c. Ille
autem, qui dedit, vel prouincialibus extorſit, (hæc enim duo
paria ſunt) & confiſcationem, & verbera patitur. Et hoc ſiue
durãte adminiſtratione accuſetur per primates prouinciæ, ſi-
ue per epiſcopos, delicta eorum imperio nota facientes: ſiue
etiam poſt depoſitam adminiſtrationem. Debet enim & poſt
per quinquaginta dies in ciuitate morari: vt in antiquis legi-
bus dicitur. Et ſi prius effugerit, velut viliſsimum tenetur
mancipium, & tanquam fur in quadruplum tenetur epiſcopo
ſine ſcriptis cognoſcente, ſicut & aliàs in caſibus contingit:
vt j. vt cleri. apud proprios epiſc. §. j. & j. de manda. princi. §. ſit
tibi quoq; contra regulam. vt C. de ſenten. ex breui. rec. l. j. &
quicunque eum accuſar in xx. diebus debet perficere accuſa-
tionem, vel actionem quod eſt ſpeciale cõtra l. properandum,
C. de iudic. & C. vt intra certum tempus cri. quæſt. l. fina. C. vt
omnes tam ciuil. quàm cri. l. j. & infrà eod. §. ſi quis autem. &
§. neceſsitatem. & C. ad leg. Iuliam repetunda. l. j. Vbi autem,
durante adminiſtratione, receſsit poſt ſatisfactionem quam
facit prouincialibus, maieſtatis ſuſtinebit pœnas: vt j. de ad-
miniſtrato. §. ſi quis. & eſt ſpeciale, vt quãdo malè tractat pro-
uinciam, etiamſi habeat merum imperium, vt poſsit conueni-
ri: aliàs contra: vt ff. de in ius vo. l. ij. ſi autem eſſet ingratus mi-
nor bene poſſet conueniri: vt ff. de iniur. l. nec magiſtratibus.
Vtilitas autem cõſtitutionis eſt vt faciat homines in propriis
habitationibus ſtare, & nõ peregrinis adſtringi. Et ideo hym
nos Deo canamus: vt j. eo. §. illud. in fi. & §. itaq; Deo. & infrà
titulo

tit.j.in princ. In ſumma notandum eſt, quòd ex hac conſtitutione nihil eſt in Codice.

Scriptum eſt exemplar edict. Conſtãtinop. &c.

HÆC conſtitutio determinat quantum poſsit dare quilibet iudex. Si autem vltra dederit, cadit in pœnam quadrupli: vt infra eod. in princ. & in fi. & ſuprà titu.j.§.ſi quis autem. In ſumma notatur, quòd ex hac conſtitutione nihil eſt in Codice.

Scriptum eſt exemplar huius Dominico glorioſiſsimo præfecto, &c.

SVPERIOR conſtitutio fuit miſſa ad alios præfectos: hæc ad præfectum Illyrici cum quibuſdam adiectionibus: & ponit quaſdam cationes infra eod. quas poſuit ſupra, vt iud. ſine quoquo ſuffrag. In ſumma notandum eſt, quòd ex hac conſtitutione nihil eſt in Codice.

Iuſiurandum quod præſtatur ab his, qui adminiſtrationem accipiunt. *Rub.*

QVIA ſuprà conſtitutum eſt, vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant: hic igitur ſemplenè dicitur de iuramento, quod facit Imperatori prouinciæ rector, non plenè hac conſtitutione dicit: Circa quam tria nota. ſubſtantiam ſacramenti, & articulos, & pœnam non ſeruantis iuſiurandum. Fit autem per do. noſtrum Ieſum Chriſtum, & per beatam virginem. Pee quod Iudæos repellimus, qui non credunt Chriſtum veniſſe in virginem: & per quatuor Euangelia à quatuor Euangeliſtis facta, ſcilicet, Ioanne, Luca, Mateo, & Matthæo: ex quibus omnia quæ in eccleſiis cantantur deſumpta ſunt. Item in manibus tenere debet: licet aliàs præſentia ſufficit: vt j.eod.j.reſpon. & C. de iudic.l.rem non nouam. & ff.de iureiur.l.iij.in fi. Continetur autem in iſto ſacramento, quòd germanum, id eſt, fraternũ & fidele ſeruitium exhibebit Imperatori, & Auguſtæ. Item omnia ſine dolo, & arte, id eſt, deceptione faciet: vnde Cato, Sic ars deluditur arte. Item quòd eſt communicator ſanctæ eccleſiæ. Item quòd non aduerſabitur ei, vel alium aduerſari patietur: quod notabile eſt: vt hæretici de ciuitatibus per poteſtatem expellantur. Item quòd nihil dabit, vel dedit occaſione cinguli, ſed fiſcalibus ſumptibus contentus erit. Item ꝙ exiget tributa fiſcalia. Item quod æquus exiſtet in omnibus cauſis: & omnia faciet ſecundũ quod ei viſum fuerit iuſtum. Quod intelligo ſecundum legem, licet Irnerios Intellexerit hoc tantùm in defenſore ciuitatis: vt j. de defenſ.eius. §.iuſiurandum. quod etiam probatur j.eo. per literam illam, noxiis autem imponam ſupplicium ſecundum legem, & omnem, &c. & in nouellis [tit.xxv.] dicitur: & ſic eſt generale in quolibet adminiſtratore vt ſecundum legem faciat: vt j.eo.§.pen. & j.de iudic. §.omnis autem iudex. Item & quod conſiliarium bonum ſibi aſſumet: & probantur hæc omnia j.eod. §.vſque.ad §. fi. & s. vt iud. ſine quoquo ſuffra.§.ſic igitur. & §.eos. & C.ad leg.Iu. rep.l.vlt. Pœna autem non ſeruantis eſt: vt adeo terribili iudicio puniatur, & ſit cum Iuda in inferno: vt ſicut ille propter proditionem perditus fuit, ſic & iſte ſimilis erit Giezi ſeruo. Naamam præfectus, qui cùm veniſſet ad Eliſæum leproſus, vt liberaretur per interceſsionem eius ad Dominum, & ei xl. onera camelorum auri & argenti portaret, propter liberationem non accepit, ſed eum gratis liberauit. Tandem cùm recederet, ſeruus Giezi cucurrit poſt eum ignorãte domino ſuo, & dixit: porta domino meo duo mutatoria veſtimẽtorum: quod cùm ſciuit dominus, leprã illius liberati in iſtum propter cupiditatem toto tẽpore ſuæ vitæ poſuit. Sic erit de hoc iudice ſi contrauenerit. Item eſt in tremore Cain, qui ex quo interfecit fratrem ſuum Abel, ſemper tremuit. Item indignationẽ habet Imperatoris: vt j.eo. §.fi. & s. vt ind. ſine quoquo ſuffra.§.neceſsitatem. In ſumma notandum eſt, ꝙ ex hac conſtitutione j.eo.§. & æquus. ſumitur quod eſt C.de iud. ſuper lege illa, rem non nouam. in prima parte, auth. quæ incip. hodie iuratur.

Vt eccleſia Romana centum annorum gaudeat præſcriptione. *Rub.*

QVIA ſuprà de non alienandis prouidit generaliter de rebus eccleſiarum: nunc ſpecialiter prouidit Romanæ eccleſiæ circa præſcriptionem: quod facit propter duo: & quia ibi eſt fons ſacerdotij, id eſt, papatus, & patria, ſiue origo legum: vt j.eod. §.reſponſo j & infra de eccleſ. tit.§.j. licet ergo vetera iura (quãtum ad legem iſtam) communia ſint & circa præſcriptionem x. & xx. annorum. & xxx. & paulo longius, id eſt, xl. in hypothecaria quando contra debitorem datur: non autem quando contra eccleſiam Romanam, cõtra quam centum ann. currit præſcriptio, ſiue in rebus, ſiue in actionibus læſionem ſuſtineat. Nam hoc tempus eſt vita hominis plerunque. l. fin. C. de ſacroſanct. eccle. quia quandoq; plus viuit homo, vt fuit Adam & Noë: minus autem multi: vt infra eo. & arg. C. de præſcrip. xxx. an. l. omnes. & l. cùm notiſsimi. in princi. & s. de monac. §. ſi verò intra triennium. Extendit autem vigorem ſuum hæc conſtitutio occaſione eccleſiæ Romanæ, ad omnes eccleſias orientales, & occidentales, ſub ea poſitas, & non ſolùm cœleſtem, ſed & quinquaginta librarum auri pœnam patietur, qui contra eam faciet: vt infra eo. circa prin. & in fi. Quicquid autem hac conſtitutione dicitur, corrigitur ſecundum Io. & Pla. & Azo. per conſtit. infra hæc conſtitutio innouatur. & de hac facit illa mentionem cùm dicit: hæc conſtitutio, &c. & hoc etiam dicitur in nouellis Yr. & Aldr. contra. Nam facit ſecundũ eos illam mentionem, de illa quæ eſt in C. de ſacroſanct. eccleſ. l. fi. Quod ergo dicitur in prædicta conſtitutione: vt infra de eccl. tit.§. pro temporalibus, in aliis eccleſiis loquitur, non in ſola Romana: & ſic non eſt falſus, ille finis hinc ſumptus. C. ſuper l. vt inter diuinum. C. de ſacroſan. eccle. &c. Quæ ſecunda ſententia per decretales firmatur, quæ tenent idem in hoc: vt infra vt cler. apud proprios epiſcopos. in fine.

De referendariis palatij. *Rubrica.*

1 *Referendarij qui.*
2 *Referendariorum auctus numerus.*
3 *Multitudinis incommoda.*

QVIA s. determinatus eſt numerus clericorum &
in ciuitate Conſtantinopolitana, & alibi, vt s. vt
deter. ſit num. cler. & s. quomodo oport. epiſc. §.
ſed neq; effuſas. cum eis etiam ponit de referen-
dariis, tanto magis, quia publicæ vtiles ſunt: vt j. eod. j. reſpon.
Videndum eſt ergo qui ſint referendarij, & quo eſſunt. Sunt
1 † autem referendarij, qui preces hominum referunt imperio,
& ſtant cum Imperatore, & ſciunt mores curiæ: vt infrà vt li-
tigant. iurent. §. pen. & j. eo. §. fi. & in fi. & s. quom. opor. epiſc.
2 §. ne aliter. Erant † autem prius referendarij octo: poſtea ad
decem aucti ſunt, & multorum petitiones fuerunt per eos au-
ditæ: tandem vſq; ad xij. peruenit numerus: & ſic nihil eſſet fi-
nitum, id eſt, nullus eſſet finis: vnde ſtatuitur vt nullus con-
3 ſtituatur, niſi redeant in antiquum numerum. † Nam nihil
immenſum eſſet bonum: & quia eſſent multi, non ideo melius
facerent, cùm multitudo oneroſa nihil habeat honeſtum, &
vita virtuoſa in paucis ex multis inuenitur: vt s. vt determi. ſit
num. clec. in princ. & j. eod. §. propterea. & in decret. xxxiij. di.
c. tales. Debent ergo virtutibus creſcere non numero. Nam ſi
aliqois petierit, non ſolùm carebit petitis, ſed etiam pœnam
ſubſtinebit librarum decem auri, & militia ſpoliatur: vt j. eod.
§. vlti. Ex hac conſtitutione nihil eſt in Cod.

De inceſtis & nefariis nuptiis. *Rubrica.*

1 *Inceſta nuptiæ quæ dicantur iure nouiſsimo Authent.*
2 *Inceſtas nuptias contrahentium pœna qualis olim fuerit, & qualis ſit hodie, & quando locum habeat.*
3 *Bona contrahentium inceſtas nuptias ad quos deuoluantur.*

QVIA circa inceſtas nuptias leges antiquæ C. eo. tit. poſitæ, maximè l. ſi quis inceſti. puniebant non puniendos, & puniendos dimittebant: quod eſſe non debet: vt infra de mand. princip. §. oportet. & C. de pe. l. ſancimus. Ideo hæc conſtitutio vult hoc emendare.
1 † Videndum eſt ergo de quibus inceſtis loquatur hic: & quæ ſit pœna. Loquitur autem hæc conſtitutio (ſecundum quoſdam) quando prohibentur nuptiæ iure gentiũ: vt inter aſcendentes, & deſcendẽtes: & hæ dicuntur nefariæ: vel inter collaterales, vel affines: & hæ inceſtæ ſunt. De his autem, quæ iure ciuili prohibentur, non loquitur: vt inter præſidem, & ſubiectum: & ſenatorem, & libertam, ſimiléſque, quæ omnes inutiles dicuntur: & probatur ex ipſa rubr. huius cõſtitutionis, quæ de inceſtis, & nefariis tãtùm dicit: vt infra eo. §. ſancimus. vbi dicit, natura, &c. Sed C. eo. tractatur de omnibus, cùm ibi ſit rubrica generalis. Sed verius eſt, vt hæc conſtitutio de omnibus loquatur, cùm verba ſint generalia: vt infra eo. §. j. ibi, illi-
2 citas, &c. Pœna † autẽ olim quæ fuerit dicitur C. eod. l. ſi quis inceſti. Hodie autem ſiue maſculi, ſiue fœminæ contrahentes inceſtas nuptias, ſi non habent filium, pœna eſt confiſcatio cinguli, id eſt, dignitatis ſpoliatio: verberatio, ſi vilis eſt. Si filium habet, fit ſui iuris ſupplicio patris, ſed alit eum, licet legis contemptor ſit: vt infra eod. §. j. & ij. Quod autem dictum eſt de confiſcatione, corrigitur infra de mand. princ. §. oportet. & illud corrigitur infra, vt nulli iudic. §. fi. Sed Ioan. dixit ſpeciale eſſe hic, vt in crimine læſæ maieſtatis. Vel dic, vt ibi expoſitum eſt per Aldri. Et habent prædicta locum, quando ſciunt vterque, vel ille, qui punitur: quod patet ex eo, quod dixit de pœna exilij. Item militiæ priuatione, ſi eſt miles: ibi, quod dum liceneris: vt infra eod. §. j. Item locum habent in tempore futuro poſt conſtitutionem. Quod autem præterit, ſine reatu eſt. quidenim, &c. vt j. eo. §. & hoc quidem. & §. quod vero. & C. de teſt. l. iubemus. in fi. Si autem eo tempore quo fuit hæc conſtitutio facta, inceſtæ erant vſque ad duos annos, di-
3 rimantur verè, non figuraliter. † De ſubſtantia autem ſic diſponatur: vt fiſco quarta pars detur: in alia diſtingue, aut ſunt filij naturales tantùm, quo caſu habent totum: aut legitimi tantùm de præcedenti, vel ſequenti matrimonio, quo caſu idem eſt, niſi vtroque caſu ſint ingrati ſecundum leges de hoc tractantes. Aut naturales & legitimi: quo caſu prædeducta quarta fiſco, fiet adhuc diuiſio, de qua legitimi tres partes, & iſti quartam habent. Vbi autem ſic non dimiſerit vel talem etiam intra duos annos duxerit, illi ſuccumbũt pœnæ, de qua s. dictum eſt: vt infra eo. §. ſi verò. & §. & hoc quidem. & §. hoc eodem valente. & §. ſi autem. Vbi autem nec inceſtum, nec legitimum matrimonium eſt, ſed quoddam medium, vt concubinatus: tunc interuenientibus dotalibus inſtrumentis, filij prius nati, ſunt legitimi: nec impediuntur ſuccedere per filios legitimos præcedentes, vel ſequentes, vel alio modo, niſi ingrati ſint: vt infra eo. §. dubitatum. & C. de nat. lib. l. cùm quis. Ex hac conſtitutione j. eo. §. j. ſumitur quod eſt C. eo. tit. ſuper l. ſi quis. auth. inceſtas, &c. quę corrigit. Item infra eo. §. dubitatum. ſumitur quod eſt C. de nat. lib. ſuper l. nuper. auth. quæ incipit: quod ius locum habet, &c. quæ addit.

Collatio tertia.

De lenonibus. *Rubrica.*

1 *Lenoni domum locantis pœna.*

QVIA inceſtus (de quo dictum eſt) fit quandoque per lenones: ideo de his ponit, vel ſumitur ex antiquis legibus quas non habemus: vt infra eod. in princip. præcipit hæc conſtitutio nullum eſſe lenonem: nec cautionem, vel fideiuſſores à miſerandis mulierculis accipere in omni terra: ergo etiam in Bononia præcipit caſtitatem, quæ ſola Deo animas hominum repræſentat,
1 & † pœnas eis imponit, & locantibus domum eis: vnde corrigit fortè quod eſt ff. de pet. hæred. l. ancillarum. §. fin. vel licet penſio talis veniat in hæred. petitionem, nihilominus punitur exactor: vt infra eod. per totum. Illa autem quæ eſt infra ſcenic. non ſol. fideiuſ. non ſolùm ſi fidem, &c. prohibet ſacramentum exigere. Et de hac nihil eſt in Cod.

De defenſoribus ciuitatum*. *Rub.*

1 *Defenſores ciuitatum vnde ſic dicantur.*
2 *Defenſores ciuitatum quomodo olim eligerentur, & quomodo hodie.*
3 *Defenſoris ciuitatis officium quale ſit.*

QVONIAM de maioribus iudicibus bene diſpoſuimus ſupra, vt iudic. ſine quoquo ſuffra. nunc de minoribus, id eſt, de defenſ. ciuit. vt infra eo. §. nos igitur videamus: & primis, vnde dicatur defen-
1 ſor. Item qualiter eligatur: tertiò quod ſit eius officium. † Dicitur autem defenſor, quia defendere debet à malis iniuriam patientes homines: ſicut dicitur conſul, quia conſiliũ præbet: vt j. de conſulibus. Et licet hoc nomen ſit valde cõculcatum, reuocatur tamen per competens officium imponendum defenſori: & ita ſeruatur ipſa antiquorum veritas, id eſt, huius
2 nominis defenſoris: vt infra eo. j. reſp. & C. eod. l. ij. † Eligebatur autem miſericordia olim, id eſt, precibus magis, quàm electione, ſcilicet, ex multis facta, &c. qui & pauperes, & obſcuri erat eligebantur: & qui viles erant electi, citò remouebantur. & acta ab eis compoſita non valebãt propter vilitatem componentis: cùm à componente, vel à ſcribente plerunq; authoritas ſcripturæ ſumatur: vt vltra montes: vbi non ſunt alij tabelliones: niſi literæ epiſcopi, vel abbatis. Item perduntur illa acta, cùm non ſit locus vbi reponantur: vt infra eo. §. j. vſq; ad §. nos. & ff. de eden. l. ſi quis. §. j. Hodie eligitur ab epiſcopo, & alio clero, & aliis bonis viris, homo ſcilicet, bonæ opinionis, vt infra eo. §. vlt. & electus non poteſt renunciare propter aliquod priuilegium, vel dignitatem [aliàs nobilitatẽ] aliàs pœna quinq; librarum auri imponitur, & nihilominus compellitur: conuenit enim, &c. vt infra eod. §. interim. & §. ſi qua verò defenſoris. Eligant porrò qui ibi ſunt, non autem abſentes Romæ, vel alibi: & ſic eſt argumentum ad electionem canonicorum, vt non expectentur abſentes, & iurabunt bonum eligere, & circulum facientes, id eſt, ordinem quendã hominũ ad modum circuli: & ſemel, & bis quęretur: vbi melior à ſummo vſq; deorſum, & electus mox accipit curam: vt j. eo. §. ſed ſecundum circulum. & §. decreto quidem. & §. & ſic. Item debet iurare ſe omnia ſecundum leges facturum, prout ſibi videbitur: vt diximus ſupra, iuſiurandum quod præſtatur ab his. Vltimò confirmatur propter Præfectum, vt nihil poſſit præcipi à præſide, qui minor eſt præfecto, cùm ab eo eligatur, & ſub eo, & olim quinquennio: hodie autem biennio ſolo adminiſtrabit, poſtea deſinit ipſo iure. Sed ſi antè non rectè ageret, remouetur per præfectum, qui eum eligit confirmando: nam datus, dicitur à quo confirmatur, quod valet ad reſcripta vetera, quæ confirmantur: vt j. eo. §. iuſiurandum. & §. confirmandus. & §. in bienniu. & C. eo. l. iiij. & ff. de verb. ſignif. l. lege. Quod autem dictum eſt, quòd niſi biennio duret: fallit quando omnes vellent ipſum denuo reeligere, nec ipſe præordinauerit illud: vt j. eo. §. vlt. Item quod dictum eſt, vt omnes de ciuitate conueniant, habuit locũ quando pauci homines erãt in ciuitatibus: ſed cũ hodie aucti ſunt populi in eum modũ, vt difficile ſit eos in vnũ conuocare, ſtatutũ eſt per conſuetudines terrarũ, vt per paucos fiat electio. ſ. per conſiliarios: imo per octo Bononiæ fit electio: quæ conſuetudo vincet legem, vt Inſtit. de iu. nat. §. ſenatuſcõſultum. & ff. ad munici. l. quod maior. & ff. de reg. iu. l. aliud. §. refertur. & ff. commu. præd. l. venditor. §. ſi conſtat. Debet & catholicus eſſe: vt s. iuſiuran. quod præſt. ab his. & C. eo. l. pe. Item nihil dat, qui nihil accipit, præter legitimum ſalarium, ſcilicet tres, vel quatuor aureos: vt j. eo. §.
3 quia verò. † Officium autẽ eius eſt ſuper criminibus minoribus, vt cognoſcat, & iudicet: & præſidem adiuuet in maioribus: ſeruat delinquentes præſidi iudicaturo: vt infrà eo. §. audient. Item in ciuilibus, vſq; ad trecentos aureos: ſed olim vſq; ad quinquaginta tantùm: vt infra eo. §. & iudicare. & C. eo. l. j.

Ea au

Ea autem quæ ſpectat ad merum imperium, vel miſtum non exercet:nam illa egent iuriſditione, ſcilicet maiori, vel ordinaria:vt infra eo.§.nulla.ibi, illa ſula,&c. vnde in integrũ reſtitutio videtur,quòd dare non poſsit, cùm magnam exigat cauſæ cognitionem. Sed contra eſt quia delegatur:vt C.vbi & apud quos.l.vlt.in fi. Vnde iure magiſtratus competunt: vt ff. de offi.eius cui.l.j. In voluntaria autem exercet omnia, etiam prohibente præſide:vt infra eo.§.nulla. Hodie autem per imperatorem Federicum datur defenſoribus ciuitatũ Lombardiæ etiam merum imperium, & ab omnibus aliis eſt vſurpatum. Item officium ſuum eſt,vt in ciuitatibus alium ſuo loco non ponat:ſic nec præſes per ciuitates aliũ dirigit: niſi ipſum defenſorem:infra eo.§.nulla. Itẽ debet habere ex illa prouincia(cui ſubeſt)duos nuntios,& vnum maſſarium: vt j.eo.§.ex prouinciali. qui ſi delinquunt (quod intelligo in maioribus delictis, vt quia voluerunt eum interficere)debet eos ad præſidem prouinciæ remittere:quod ſi non fecerit,per præfectum vindicta competens erit:vt infra eod.§.ſi verò egerint. Item,ſi qui in ea ciuitate ſunt per Imperatorem exactores, & ipſi iuuabunt defenſorẽ,& ipſe eos:& videbunt enormiter agentes, id eſt,malè ſoluentes tributa:vt j.eod.§.deinde.in fi. Item officium ſuum eſt, vt habitationem publicam in ciuitate habeat, vbi acta publica reponantur, qui locus dicitur archiuus: & ibi quendam ædilem,id eſt,maſſarium, vel camerarium conſtituere,qui cuſtodiat,vt citò à requirentibus inueniatur:vt j eo. §.præcepta. & ff.de pœn.l.moris.§.ſolet. & de orig.iur. l.ij. §. item quia. De hac autem conſtitutione nihil eſt in Codice.

ANNOTATIO.

* Ciuitatum. Ciuitatis appellatione comprehenduntur burgi ciuitatis.l.ii.ff.de verb.ſignifi. Item ſub appellatione ciuitatis comprehenduntur mille paſſus a muro ciuitatis.l.mille paſſus.ff de verb.ſignific. Comprehenduntur & orti ciuitatis. l.præſens. ff.de procuratoribus. Martinus.

De menſura ordinandorum clericorum. *Rubrica.*

SVMITVR hæc conſtitutio ex illa ſuperiori, vt deter. ſit nu. cle. & confirmatur. Nihil tamen quod contrarium ſit ſuperiori hic continetur: ſed eadem eſt intentio huius, & illius, ſcilicet,vt eccleſiæ ex multitudine clericorum non grauentur expenſis: vt ſ. vt deter.ſit nume.cle.& infra eod.in princi. & §.j. ſ.quomodo opor.epiſ.§.quia verò tantùm.Statuitur hic tamen plus quàm ibi, vt ſi in aliqua eccleſia numerus ſtatutus deficiet, non de nouo alius ordinetur, ſed ex alia eccleſia ſumatur, & ibi ponatur.Sic enim bella,& Deo amabilis ponitur ſecundum eccleſiæ menſuram: ſi autem id, quod deeſt extraneis ſuperductionibus impleatur:quod plus eſt non iuuatur, nec in infinitum tranſiret tempus,donec quod plus eſt,minuatur:vt infra eod.§.ſi verò diminuta. In ſumma not. quòd ex hac conſtitutione nihil eſt in Codice.

De mandatis principum. *Rubrica.*

1 *Mandatum principis quid.*
2 *Iudici duodecim obſeruanda præcepta.*

QVIA antiquis legibus de mandatis continebatur,quæ iam ſunt deperditæ, vel diminutæ: ideo eas reparat hic: vt omnia purgentur, & nihil imperfectum relinquatur:vt infra eod.in princ. & ſ. de non alie.in princ. Videndum eſt ergo quid ſit mandatum, & quot ſint hæc mandata. Et quid differt hæc conſtitutio ab
1 illa ſuprà vt iudic. ſine quoquo ſuffrag. † Eſt autem mandatum, conſtitutio, vel ſanctio principis, qua præceptum datur,qualiter electus laudabiliter poſsit prouinciam gubernare, vt colligitur infrà eodem,§.primo.licet Placen. dixerit aliud eſſe mandatum, & aliud conſtitutionem, eò quòd quandoque ponuntur, vt oppoſitæ ſpecies: vt C.de inceſt. nupt.l.
a qui contra. & ff.de colleg. illic. l. iij. † Mandata autem multa dantur hac conſtitutione. Primum eſt,vt nihil ſimoniacè, ſiue per pecuniam faciat, cùm enim ſit gratis electus, nihil habet ſuſcipere, ſed ſit contentus fiſcalibus annonis: & ſic collatores poterunt ſoluere commodè tributa: vt infra eod.§. oportet. & ſupra vt iudic.ſine quoquo ſuffragio.§.j. & ſupra iuſiurandum quod præſtatur.§.& primum omne. Secundum, vt teneat populum ſuum in pace: vt infra eodem. §. deinde conueniens eſt te prouidere:quam debet facere iurari: vt infra in vſibus feudorum. de pace tenenda. l.hac edictali. collat. x. Et pœna magna imponitur rumpenti: vt infra in vſib.feud. de pace tenen.l.ij. Tertiũ eſt præceptum,quòd ſit æquus in cauſis:vt j.eo.§.ſi tibi.& ff.de eo,quod cer.lo. l.quòd ſi Epheſi.§. in ſumma. & C.de iud.l.placuit. & ſ. iuſiur. quod præſt. §.& æquus. Quartum,quòd breues lites,& maximè vilium perſonarum,etiam ſine ſcripto iudicet, vt non grauentur expenſis, fortè plus quàm valeat lis:& hoc idem circa ſportulas ſeruabit:vt j eod.§.ſi tibi quoque cura.ij.reſpon. & infra de iud. §. ne autem. Quintum eſt,quòd ſic omnibus faciat iuſtitiam, vt nemo ad principem vadat:aliàs vel in iudicem indignatur:vel cum verecundia eum remittit:quãdo inuenerit, quòd in prouincia potuerit habere iuſtitiam:vt j.eo.§.& non permittes. & infra, vt different iud. §.j. Sextum, vt nulli venienti de curia principis legationis cauſa credat,niſi literas principis mõſtret: ſed tunc non prius quod petitur faciat,quàm ſecunda fiat iuſſio,cùm quod petitur ad læſionem eſt ſubiectorum: vt infra eo.§.deinde competens. & infra,vt nulli iud.§.& hoc verò iubemus.& C.eo.l.j. Septimum,quòd opera publica faciat ſumptu publico,non priuatorum expenſis:vt infra eo.§.ſed & pro vbertate. Octauum,vt puniat delinquentes,omni priuilegio ceſſante,tam ſuos familiares,quàm alios: vt infra eod. §.quod autem. Puniat ideo,vt etiam aſſeſſorem remoueat delinquentem:& alium adſumat:vt infra §.quod ſi delinquentes. in fi.& ſ.vt iud.ſine quoquo ſuffrag.§.eos. & hos etiam iurare faciat: vt ſ.iuſiurandum quod præſtatur.§.penul. Nonum,quòd intra terminos eccleſiarum nullum etiam delinquentem capiat, exceptis quibuſdam: & ſi extra terminos dederit eis verbum, [i. publicam fidem,ſecuritatis promiſsionẽ.ſic habet Notit.] ſeruabit illud. quod dic vt j.eod.§.ſed neq;. & §.neq;.& §. publicorum. Decimum eſt, vt cõpellat exactores publicos ſcribere quod exigunt à collatoribus.quod dic vt j.eod. §.coges. Vndecimum eſt, vt prædia ex quibus ſoluuntur tributa, non permittat alienari:niſi in ſecurum emptorẽ: aliter autem venditor fideiubeat pro eo:vt j.eod.§.non permittas. Item aliud: quòd ſi fuerit abſens, ſiue intra terminos ſuæ prouinciæ, ſiue extra, nec ipſe, nec per milites grauabit ſubiectos. ſemper de ſuo faciet omnes expenſas.Item & aliud,quia loci ſeruatores non ponet:vt j.eod.§.illud tamen.& §.eos autem.& ſ. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag.§.nulli.& j.vt nulli iudi.§.j. Aliud, quòd occaſione religionis non debet pati prouinciam commoueri. Sed ſi crimen canonicum obiicitur clero, ipſe tantùm iudicat. Si laico, prouinciæ præſes cum epiſcopo:vt j.eod.§.neque. & §.ſi verò canonicum. & infrà, vt clerici apud proprios epiſc.§.ſi verò. Aliud,quod licet delinquẽtes puniat, tamen res non accipiat,niſi in caſu:vt infrà eod.§.oportet.& dices: vt j. vt nulli iud.§.fi. Item quod circa aduocatos prouideat, vt bene & decenter ſuum officium exerceant: vt infrà eod. §.patrocinia. & C.de poſtu.l.ſi quis. Item aliud,quòd agricolas ſuis faciat dominis reſtitui: aliàs pœnam imponat. quod dic vt j. eod.§. ſed etiam. Præcipit etiam vt tituli ſuper alienis [prædiis] & poſſeſsionibus non ponantur. quod dic vt infrà eo.§.titulos. Item quòd ruſtici non portent arma. Item quòd propter maleficia, banniti vel fugiẽtes non recipiantur: ſed quod debeat capere, & puniendos remittere: vt infrà eod.§.pen. & fina. Prædicta autem præcepta debent legere à principio ſui regiminis, coram omni populo. vt j. eo.§. antepe. Differt autem hæc conſtitutio ab illa quæ eſt ſ. vt iudi.ſine quoquo ſuffrag. & ab illa, iuſiurandum.quia hæc generalior eſt,& plura comprehendit præcepta quàm illa. In ſumma notandum, quòd ex hac conſtitutione infrà eo.§.ſic tibi. ſumitur quod eſt C. de ſenten. ex breui.reci.ſuper lege vlt.auth. quæ incip. niſi breues. Item ex eo quod eſt infrà eo.§.non permittas. ſumitur:quod eſt C. ſine

ben. vel reli. ſuper l penul. auth. quæ incipit, ſed & periculum. Item ex eo quod eſt infra eo. §. titulos. ſumitur quod eſt C. de his qui pœnæ no. authen. omnia quoque.

De triente & ſemiſſe, & ſucceſsionibus filiorum & nepotum, &c. *Rubrica.*

1 *Filij cuiuſmodi portionem habere debeant in bonis parentum, vt à querela excludantur.*

2 *Negans ſcripturam propriam, vel numerationem ſibi factam, qua pœna puniatur, & quomodo puniatur inficians in alijs rebus, numero 3.*

HÆC conſtitutio in quinque diuiditur partes: & expediuntur: vt infra eod. re. notaui. Et continua: quia multæ leges ſunt de teſtamentis, nulla tamen illarum bene prouidit gratis filiis, quos tamen pa rei vult exhæredare. Ideo hac pia lege vult prouidere: vt j. eo.
1 in prin. † Circa ergo hanc prin. â partē, dic quod iure veteri ſola quarta filiū à querela repellebat, & niſi integra eſſet relicta, locus erat querelæ: vt ff. de inoſ. teſta. l. Papinianus. §. quoniā. & C. de inoſ. teſt. l. cū quæritur. & l. parētib^r. & Inſti. de inoſ. teſt. §. igitur, Sed poſtea iure Codicis ſuit inductū, vt etiā ſi minus quarta dimitteret, ageretur ad ſupplementū: vt C. de inoſ. teſt. l. omni modo. & l. ſcimus. Et ſic ad quartam tātùm agebatur, Hodie verò diſtinguitur: vt ſi ſunt tres, vel quatuor, vel pauciores, & quilibet exhæredatus habeat tertiam illius partis, quam ab inteſtato erat habiturus. Si verò vltra quatuor, tunc dimidiā totius ſubſtantiæ: vt infra eod. §. frequenter. & §. hæc nos. & hoc quolibet tit. ſed per aliam conſtitutionem tantùm iure inſtitutionis: vt infra, vt cùm de ap. eo. §. aliud. A prædictis ſit vna exceptio: quod dic vt j. eod. §. excipiatur, Præterea portio nullo modo debet poſſe diminui: vt infra eo. §. prohibemus. & C. de inoſ. teſt. l. quoniam. Nec occaſione etiam decedētis: quod fuerit fœmina: vt quod ſit nepos ex filia: vt infra eo. §. neq; illo. licet olim fieret diminutio: vt C. de colla. l. illam. & de ſuis legi. hæred. l. ſi defunctus. & Inſti. de hære. quæ ab inte. §. diui. De ſecunda parte, ſcilicet de ſucceſsione filiorū naturalium, diximus infra quib. mod. nat. effi. ſui. §. diſcretis. & dic vt ibi. De tertia parte, ſcilicet de collationibus dicas: vt nota. infra eo. §. aliud quoque. De quarta, ſcilicet de diſtributione, quam facit pater inter filios, dicitur infra eo. §. & quod ſæpe.
2 plenè dicam infra de teſta. imperfe. §. fi. † De quinta, ſcilicet de inficiationibus numerationū, vel literarum, vel aliarū rerum ſic dicas, quod ſi quis ex ſua propria ſcriptura priuata cōuenitur, & eam abnegat, vel numerationem ſibi factam negat, conuictus damnatur in duplum: ſicut lege Aquilia conuentus inficians damnatur in duplum: vt infra eo. §. ſtudium. & ff. ad leg. Aquil. l. inde Nerauus. §. hæc actio. Et ſicut in legato relicto, venerabili loco: vt Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contractu. §. fi. & de act. §. item miſta eſt. hāc autē pœnam patitur, niſi confiteatur illato ſacramento: quia ex quo exonerat aduerſarium probandi onere debet releuari à duplo: ſicut etiam eſt & in l. Aquilia: vt infra eo. §. ſtudium. & ff. de iureiur. l. eum qui. Punitur ergo tunc in expenſis tantùm declarandis ſacramento actoris: vt infrà eo. §. ſtudium. Sed ſi poſt inficiationem numeratoris ſolutionem prætendat, omnino ſolidum exigitur. Nec prodeſt ſolutio, etiamſi eam fecerit: vt infra eod. §. ſi quis autē. Et contrà, ſi actor abnegat ſuas proprias literas, in quibus continetur ſibi ſolutum, eadem ſit pœna dupli, niſi iureiurādo ſit cauſa deciſa: vt ſ. dixi in reo: vt infra eo. §. ſi autē etiam reus.
3 † De abnegationibus aliarum rerum ſic dicas: quia ſi agatur rei vēdicatione, & poſſeſſor dicit ſe non poſſidere, ſi hoc probetur, transfertur ab eo poſſeſsio: vt ſ. de rei vendic. l. fi. Si autem agatur hypothecaria contra aliquem, ac ille dicat nō eſſe rem illius, quam dico mihi obligaſſe: ſic oportet me hoc probare: vt ff. de pig. act. l. ſi ſuperatus. & l. quæ nondū. §. & quod dicitur. Si, me probante, ipſe dicat ſibi prius obligatam, vel alio iure potiorem ſe dicat, non auditur, quominus poſſeſsio transferatur in pœnam ſuæ negationis: quod plenè dixi infra eod. §. illud quoque. Extra conſtitutionis propoſitum, ponit quendam caſum de eo qui libertam ſuam acceperit in vxorem: de quo dic vt infra eo. §. fin. In ſumma notandum, quòd ex hac conſtitutione infra eod. §. j. & §. prohibemus. ſumitur quod eſt C. de inoffic. teſt. ſuper l. cùm quæritur. auth. quæ incip. ſed nouiſsima. Item ex eo quod eſt infra eod. §. neq; illo. ſumitur quod eſt C. de col. auth. quæ incip. ex teſtamento. ſuper l. j. Item ex eo quod eſt infra eod. §. & quod ſæpe. ſumitur quod eſt C. fami. erciſ. ſuper l. fi. auth. quæ incip. ſi modo ſubſiciatur. Item ex eo, quod eſt infra eo. §. ſtudiū. ſumitur quod eſt C. de non num. pec. ſuper l. qui fidem. auth. quæ incip. contra, qui propriam. Item ex eo quod eſt infra eo. §. neq;. ſumitur quod eſt C. de coll. l. illā. auth. quæ incip. quæ tertiæ. Item ex eo quod eſt infra eod. §. illud quoque. ſumitur quod eſt C. qui pot. in pign. hab. ſuper l. licet iiſdem. authen. quæ incip. item poſſeſſor. Item ex eo quod eſt infra eodem. §. fin. ſumitur quod eſt C. de natur. lib. ſuper l. cùm quis. authen. quæ incipit: ſed noua conſtitutio non permittit.

De filiis ante dotalia inſtrumenta natis. *Rub.*

1 *Conſtitutio ad quæ tempora trahatur.*

SVMITVR huius cōſtitutionis materia ex quibuſdam legibus, quas denominat infra eod. circa
1 prin. † An illæ ad præterita tempora trahantur? & dicit quòd ſic: niſi iam ſint deciſæ [omnes] quæſtiones: vt infra eo. circa fin. In ſumma notandum eſt, quòd ex hac conſtitutione nihil eſt C. & parum valet, niſi in verbo vno quod nota infra eod. circa fin.

De adminiſtrantibus officia in ſacris appellationibus. *Rubrica.*

DE quibuſdam officialibus miniſtrātibus iudicibus appellationū dicitur, & parum valet: niſi in verbo vno, quod not. infra eo. in fi. & nihil eſt de ea in Cod.

Collatio quarta.

De nuptiis. *Rubrica.*

1 *Nuptiæ qualiter contrahantur.*
2 *Matrimonia quibus modis diſtrahantur.*
3 *Diuortij ſine cauſa facti pœna quæ ſint.*
4 *Mulier ſecundò nubens intra tempus luctus, pœnas patitur atque ſubit quas aliæ mulieres eiſdem pœnis ſunt obnoxiæ.*
5 *Nubens ſecundò etiam poſt tempus luctus, quas pœnas patiatur. & num 8.*
6 *Lucra dotis, vel donationis propter nuptias, quæ coniux ſuperſtes perdit per tranſitum ad ſecundas nuptias ad quos pertineant.*
7 *Coniux ſuperſtes ſecundò nubens, non poteſt plus donare ſecundo coniugi quocunque titulo, quam ei ex filiis prioris matrimonij, cui minus donat.*
9 *Legatum mulieri relictum ſub conditione, ſi non nubat, quando peti poſſit, & quando non.*

QVIA nuptiæ totum humanum genus iugiter renouant procreatione liberorum legitimorum, ideo de eis ampliore ſolicitudine dicere vult: vt j. eo. in prin. Quæ etiam frequētius accidunt, curant legiſlatores citius & diligentius, quàm ea quæ rarò accidunt: vt hic: & infrà vt ſine prohib. matres debi. &c. §. quia verò multam habemus formidinem. & ff. de legi. & ſenatuſconſ. l. nam ad ea. & C. de iudic. l. properandum. in princip. Videamus ergo de nuptiis qualiter contrahantur, de ſolutione earundem, ſiue morte, ſiue ſeparatione, de nuptiis ſecundis, ſiue intra tempus luctus, ſiue poſt factis, & de ſucceſsionibus
1 mulierum ad filios, & econtra: vt j. eo. §. diſponat. in fi. † Nu-
2 ptias autem facit ſolus conſenſus* per verba de præſenti, ſiue

ſiue dos ſit ibi, ſiue non: vt infrà eodem. §. nuptias. & xxix. q. ij.
c. ſi quis. & xxvij. q. ij. c. ſufficiat. & ff. de regu. iu. l. nuptias. at
ſpōſalia fiunt per verba de futuro: vt ff. de ſponſal. l. j. & ij. Se-
quitur de diſſolutionibus earundem. Nam in mundo quic-
2 quid ligatur, eſt ſolubile: vt j. eo. §. nuptiæ. † Diſſoluuntur ergo
matrimonia duobus modis: morte, & ſeparatione. Morte, ſiue
viri, ſiue mulieris: quia mors omnia ſoluit. & habent tunc lo-
cum pacta dotalia: quæ ſi ſunt æqualia, bene eſt: alioqnin redu
citur maius ad minus: vt j. eo. §. deinceps. & C. de pact. cōuen.
Lex morte. & l. lege. Separatione autem diſſoluuntur matrimo
nia quatuor modis: nam quædam bona gratia, volente ſcilicet
vtroque, vt infrà eodem. §. diſtrahuntur. & C. de repud. l. con-
ſenſu. Sed hoc membrum etiam ſecundum legem hodie corri-
gitur, infrà eodem, vt liceat matri & auiæ. §. quia verò ex con
ſenſu. Alia per occaſionem rationabilem: alia cum cauſa ra-
tionabili: alia citra omnem cauſam. Per occaſionem rationa-
bilem diſſoluitur matrimonium: vt quando conuerſionem, vel
religionem eligit alteruter. nam tunc quaſi pro mortuo (quo
ad matrimonium) habetur. Et ideo pacta dotalia tunc ſortiū-
tur effectum, ac ſi eſſet mortuus, qui religionem intrauit: vt
infrà eod. §. per occaſionem: & C. de epiſc. & cler. l. Deo nobis.
§. j. Item per eandem cauſam ſoluitur, quando aliquis impotēs
eſt coire: de quo dic: vt infrà eodem. §. per occaſionem. Item
& quando alteruter capitur ab hoſtibus, & ſic fit ſeruus, &
inæqualitas fortunæ matrimonium manere non ſinit: ſi tamen
fuerit incertum de morte, vel de vita, & quinquennium tran-
ſierit: vt infrà eod. § ſed & captiuitatis. Si verò ancillam alie-
nam quis accipiat in vxorem domino ſciente, ſit libera: quod
dic vt infrà eodem, §. ſi verò ab initio. Item & quando alteru-
ter per pœnæ impoſitionem ſeruus pœnæ efficitur, quod ho-
die non fit niſi in liberto, poteſt propter cauſam iuſtam dirime
re: vt infrà eodem, §. quod autem prius. Sed ſecus in deportatio
ne, vel aquæ, & ignis interdictione: per quam nec olim nec ho
die ſoluitur matrimonium: quod dic vt infrà eodem, §. depor-
tatio. Item ſi maritus ſteterit in militia per decennium: quod
dic vt infrà eodem, §. nouimos. Et de eadem cauſa intelligo
quod dicitur: vt infrà eodem, §. adſertpitio. Cum cauſa ratio-
nabili diſſoluitur multis modis ſecundum hanc conſtitutio-
nem: quod dic vt infrà eod. §. mitiores. vſque ad §. ſi verò alte-
ra. Item in §. has itaque cauſas. Et hæ cauſæ erant etiam in legi
bus co. vt C. de repud. l. conſenſu. & l. in cauſis. Dictæ autem
cauſæ etiam iure noſtro coarctatæ ſunt. Nam paucæ hodie
ſunt: vt infrà, vt liceat matri & auiæ. §. quia verò plurimas.
At iure canonico nulla de cauſa, niſi morte fit ſeparatio. Nec
obſtat, quòd ratione conſanguinitatis dirimi videtur: quia
non dirimitur, ſed nullum matrimonium declaratur: vt ex-
trauag. de conſanguin. & affinita. cap. j. Item non obſtat quòd
propter adulterium vir poteſt dimittere vxorem iure cano-
num: quia non dirimitur, ſed quaſi abſoluitur maritus vt de-
bitum reddere non teneatur: vt xxxiij. q. ij. cap. quos Deus con
3 iunxit. Sine † cauſa verò, quando ſcilicet nulla prædictarum
cauſarum ſubeſt: ſi qua virum dimittat, præter alias pœnas do
tis, ſcilicet amiſsionis, patiatur hanc, quod intra quinquen-
nium non nubet, cùm & ſi legitimè repudiaret, tamen per an-
num ſtaret propter turbationem ſanguinis: quæ ratio cùm in
viro non ſit, poteſt ſtatim accipere vxorem. Nec refert, an iu-
ſtè, vel iniuſtè primam dimiſerit: vt infrà eodem, §. ſi verò al-
tera. & §. ſi verò irrationabiliter: ſed & alias pœnas patitur vir,
ſcilicet, amiſsionis donationis propter nuptias. Patitur etiam
quandam ſpecialem pœnam quando vxorem indotatam ac-
cepit: quod etiam iure Cod. erat: vt j. eod. §. ſi quis enim duxe-
rit. & C. de repud. l. ſi. Quandoque tamen ceſſant pœnæ prædi
ctæ etiam ſi ſine cauſa fiat repudiū. quando ſcilicet, filius ab
vxore volens patri præiudicare: quod dic vt j. eo. §. eſt quoq;
4 quoddam. † Sequitur de nuptiis ſecundis, quales dicuntur o-
mnes poſt primas: vt C. de ſecun. nup. l. ſi quis prioris. §. talē. Et
quidem licet ſit tutum contentos eſſe vno matrimonio. vt j. §.
ſoluto. tamen hanc felicitatem quidam ſperaunt, & ad ſecun-
dum cōuolant matrimonium. Circa quod dic, ſi ante tempus
luctus mulier nupſerit, patitur multas pœnas: ſiue habeat fi-
lios ex priori viro, ſiue nō: de quibus pœnis poteris petere ab-
ſolutionem à principe ſecundum certam formam: quam dic vt
j. eo. §. primæ. vſque ad §. ſi verò expectet. Sed licet puniatur,
valet tamen matrimonium: vt j. de reſtit. & ea quæ parit. §. fin.
niſi quando per culpam diuertiſſet: quia tunc intra quinquen
nium ipſo iure non valet: vt j. eo. §. ſi verò altera. Eaſdem autē
pœnas quas patitur intra tempus luctus nubēs, patitur & illa,
quæ ſacramento deſerto, ad ſecundas conuolat nuptias, nō pe-
tens tutorem alium filius ordinari: vt j. eod. §. ſi autem tutelam.
Item eaſdem pœnas & illa quæ parit xj. menſe poſt mortem
primi viri; nec tamen ex ſecundo viro: quia non debet habere
plus caſtitas, quàm luxuria: vt j. de reſtit. & ea, quæ parit. in fi.
Prædicta feſtinatio propter duo punitur propter turbatio-
nem ſanguinis: vt ff. de his qui not. infa. l. liberorum. §. ſi talis.
ſiue ne quis de prole dubitet quod idem eſt: vt j. eo. §. ſi verò al
tera. & C. de repu. l. conſenſu §. quòd ſi præter. Item propter
hoc, ne qua ſuſpicio ſit: quod malè ſit erga primum virum ver
ſata: vt j. de reſtit. & ea quæ parit. §. fi. Sed Martinus dicebat ſo
lam eſſe rationem turbationem ſanguinis. vnde ſi mortuo pri
mo viro pariat, quantuncunque ſtatim: & tunc poterit nube-
re, vel elapſis quatuor menſibus, vel quinque, intra quos iam
poſsit ceſſare turbationis ſanguinis dubitatio, & hæc in fœ-
minis. Viri enim hoc vel ſimile tempus ſeruare non tenentur,
cùm in eis turbatio ſanguinis non timeatur: & cùm non teneā
tur ipſi lugere vxores: vt infrà eod. §. ſi verò altera. & ff. de his,
5 qui not. inſa. l. vxores. & C. de repu. l. conſenſu. §. vir. Si † autē
poſt tēpus luctus: tūc ſiue vir, ſiue mulier, punitur in multis, ha
beant, vel nō habeant filios. Ecce enim in rebus habitis à prio
ri coniuge amittit proprietatē, ſi habet filios (nam aliàs hoc nō
perdit) vſufructu ſolo retēto: vt infrà eod. §. ſi verò expectet.
6 & §. ſi verò ſit ſoboles. Venient † autem hæc lucra ratione pro-
prietatis ad filios primi matrimonij æqualiter, ceſſante electio
ne, quam parens facere vellet: vt infrà eodem. §. veniens. & hoc
ſiue ſint parentis primi hæredes, & ſecundi: ſiue primi tantùm,
ſiue ſecundi tantùm, ſiue neutrius. Ingratitudo tamen repel-
lit eos ab hoc beneficio, ſiue ſint ingrati vtrique parenti,
ſiue poſterius morienti: vt infrà eodem. §. ſoluto. & ſuper his
quoque lucris adeo retinet vſumfructum: vt ſi ſolum vſum-
fructum fuerit à præcedente cōſequutus ſuperſtes, illum reti-
neat: niſi relinquēs aliter diſpoſuerit: vt j. §. ſi verò ſolùm vſum-
7 fructum. † Secundo autem quoq; punitur. quia ſecūdo viro,
vel vxoris nomine dotis, vel propter nuptias donationis, vel
ſimplicis donationis quæ ſtatim ſolet confirmari morte, non
poteſt amplius dare, quàm vni filiorum primi matrimonij, cui
minor portio data, vel relicta fuerit. Ita tamē vt portio legiti-
ma filij non minuatur: niſi ex cauſis licitis: propter quas po-
teſt aliquis exhæredari. & idem in auo, & in auia: proauo, &
proauia meo. vel mea, ſi nullus ſit in medio. Si vero plus datum
fuerit, quicquid eſt vltra, filiis primi matrimonij applicatur: vt
C. de ſecund. nupt. l. hac edictali. & j. eod. §. optimè. Licet l. fin.
C. de ſecund. nupt. diceret omnibus dati, etiam filiis ſecundi
matrimonij: & ſic corrigebat in hoc prædictam l. hac edictali.
illa tamen per prædictum §. j. corrigitur. Nec obſtat quod di-
citur C. de dona. ante nup. l. ſi liberis. Nec enim dico, quòd mu
lier teneatur ſeruare dotem ſuam filiis primi matrimonij, ſed
tantùm tenetur dare quantum ſecundo viro ſuo vndecunque
habeat. & conſideratur hæc æqualitas tempore mortis binubi
parentis, non donationis: niſi in caſu: quod dic, vt infrà eod. §.
8 quia verò hactenus. † Tertiò mulier punitur: quia non po-
teſt mulier ſecundo nubens occaſione ingratitudinis reuoca-
re in filios primi matrimonij collata: niſi ſolis tribus caſibus:
quia præſumeretur magis propter ſecundum maritum face-
re, quàm propter veram ingratitudinem: vt infrà eodem, §.
mater. Item quartò punitur: quia primi viri dignitatem non
retinet, licet retineret etiam eo mortuo: ſi ſecundo non nube-
ret: vt j. eod. §. non tamen. & ff. de ſena. l. fœminæ. Item quintò
quia licet aliàs committerentur ſibi filij educandi: ſi tamen
nubat, non committuntur: vt j eod. §. iucundum quoq; illud.
Sexto etiam punitur ſpecialius in caſu, quem dic vt infrà eod.
§. ſi vero tutelam. In ſeptimo punitur: quia ſi cautionem pro
legato habeat facere, pater filio non tenetur ad eam facien-
dam, niſi conuolet ad ſecundum matrimonium: vt j. eo. §. pla-
cet quoq;. & C. ad ſenatuſc. Trebel. l. iubemus. Octauo puni-
tur: vt poſtea ad ſacros ordines promoueri non debeat: vt j.

9 eo.§.ſed & ſi quis inter reuerẽdiſſimos. † Nonò punitur:quia ſi à coniuge, vel ab extraneo fuit ei relictum ſub hac conditione, ne iterum nubat, ſi quidem nubat, amittit legatum ſibi quocunque modo relictum: ſi non vult nubere, accipit legatum præbita cautione, vel iuratoria, vel fideiuſſoria: quod dic vt j eo.§.quæ verò nunc ſequitur cauſa.vſq; ad §.& quia parum. Secus autem ſi virgini relinqueretur: quia & legatum habere & nubere poteſt: vt ff.de condi.& demonſtr.l.cum tale. & l. quoties. & l.Titiæ. Sequitur de ſucceſſionibus, de quibus & ab inteſtato, & teſtamento, & in bonis omnis generis dices infrà eod.§. hinc nos alia. & §.& quoniam. & §.illud.& dixi ſuprà in ſumma de non eligen.ſecun.nub. In ſumma not. quòd ex hac conſtit. §.propter occaſionem. ſumitur authent. quæ eſt in C. de lati. liber. toll. ſuper illo §. ſed & ſi quis.quæ incipit, ad hoc qui ſuam. Item ex eo quod eſt in §. adſcriptitio.ſumitur vltima pars prædictæ authentic. C. de lati. liber. toll. Item ex eo quod eſt infrà eod.§. ſi quis enim duxerit.ſumitur authen.quam habent quidam C.de repud.l.ſi.quæ incipit:hæc ita ſi tamen. Item ex §. & quidam. infrà eod. ſumitur authen. quæ eſt C.de repud.l.diſſentientis. quæ incipit, econtra ſi filij, &c. Item ex eo quod eſt infrà eod.§.ſoluto.ſumitur authent.quæ eſt C.de ſecund.nupt. ſuper l.hac edictali.in fine. quę incipit, nunc autem. Item ex eo §.ſumitur authen.quæ eſt C.de ſecund.nupt.ſuper l.generaliter. quæ incipit, hæ res lucro cedunt. Item ex §.ſi vero expectet.ſumitur authen.quæ eſt C.de ſecund.nupt.ſuper l.fœminæ.quæ incipit, in donatione propter nuptias. Et ex §. venient. ſumitur authen. quæ eſt in prædicta l.fœminæ quæ incipit,lucrum hoc.Item ex eo quod eſt j eod.§. ſi vero ſolùm. ſumitur authen. quæ eſt C.ſi ſecun.nupt.mulier.quæ incipit: hoc locum habet. Item ex eo quod eſt j.eod.§. ſi vero tutelam. ſumitur auth.quæ eſt C.de ſecun.nupt.ſuper l.j.quę incip.iiſdem.in fi.Item ex eo quod eſt j.eo.§.quæ vero.ſumitur auth.quæ ponitur C.de indic.vid.tol. ſuper l.ij quæ incipit,cui relictum. Item ex §.hinc nos. ſumitur auth.quæ eſt C.de ſecund.nupt.ſuper l.fœminæ. in fi. quæ incipit,ex teſtamento. Item ex §.& quoniam.ſumitur auth.quæ eſt C.ad Tertul.quæ incipit,& cùm ſolis.ſuper l.vlti.

ANNOTATIO.

b Conſenſus. Ad iſtam materiam vide doct.in l.ij ff.de ſponſali. & iac. tuæ.eundem titul.& in l.ex facto in princ. ff.de vulga.& pupil.l.uno.in cap.tenor.de re iudic. vbi habes omnes doctorum controuerſias in iſta materia.

De appellationibus, & intra quæ tempora deſinat appellari. *Rubrica.*

1 *Conſtitutionis de appel.ſenſus.*

QVIA acerbitatem,ſiue duriciam veterum legum tollimus:vt j.eo.in prin. & duritia erat in eo,quod ſuo nomine in iudicio exiſtens intra biduum,at alieno nomine intra triduum poterat appellari:vt ff.quando ap.ſit.l.j.§.biduum.& C. de app.l.eos. in fi. idcirco hic de appel. dicit. Et not. quod tria in hac conſtitutione dicuntur.
1 † Primùm quòd vſque * ad x. dies à tempore ſententiæ latæ
a poſſit appellari.quod dic vt j.eo.§.j.Secundũ.quod ſi agatur cauſa appellationis coram principale,non currunt fatalia.Licet enim aliâs annus,vel biennium expectetur:vt j.de his qui ingrediuntur ad appel.in prin.hoc tamen caſu nõ currit: quia princeps circa totius reipublicæ curas eſt aſſiduè occupatus: vt ſ.de hære.& fal.in princi.& eſt idem,ſi quilibet alius ſit appellationis iudex,& per eum ſteterit quo minus appellationis iudiciũ termінetur: vt j. vt ſpõ.lar.§.aliud.Tertiũ eſt,ad quos ſit appellandum:quod proſequaris diligenter:vt circa tex. no. vſq; in fin. Et no.quod quidam ſunt à quibus nõ poteſt appellari [aliâs provocari.] quos no.vt j.e.§.j.In ſumma nota,quod ex hac con.j eo.j.§.j.ſumitur auth. quæ eſt C.de appel.ſuper l.eos.§.fi.quę incipit:hodie. Itẽ ex §.ad hęc.ſumitur authen. quę eſt C.de tempo.& de re.appel.ſuper l.ij.quæ incipit:ſed & lis.

ANNOTATIO.

a Ad decem dies. Ad hoc vide Specu.in tit.de appel.§.reſtat. in li.colum. ver.ſed nunquid.docto.in authen. hodie. C.de appella.& in l.iii.C. quomodo & quando iu.Rotam deciſio.ccc xii.incip.ſi contra.Aic.a,in l.a.§.fi.ff quando appellan.ſit.vbi colliges iſtam materiam.

De conſulibus. *Rubrica.*

1 *Conſulatus cur inductus.*
2 *Conſulum minuti ſumptus.*

1 QVIA † conſulatus antiquitus introductus propter paupertatem deuenerat in deſuetudinem:idcirco minorat expenſas eorum hæc conſtitutio. Et dicit qualiter olim primò adinuenti fuerunt:
2 vt j.eod.in princ. Et † qualiter hodie non ſpargunt:vt j.cod. §.j.& C.de conſu.l.ij.lib.xij.Item & circa alia eorum expenſas minorat:vt j.eo.§.hæc itaq; Et nota notabilia,quæ ex hoc tit.notaui. Et de hac nihil eſt in Codice.

De naturalibus liberis. *Rubrica.*

HANC conſtitutionem quidam non habent, & parum valet:niſi in eo quod no.in prin. Et de ea nihil eſt in C.

Vt nullus mutuans agricolæ terram eius teneat. *Rubrica.*

HÆC conſtitutio localis eſt,in eo tamen loco tam priuatos quàm milites compræhendit: vt infrà eod. Et eſt ſenſus eius, vt non teneantur ruſtici ſcilicet ſolutione facta occaſione debiti iam ſoluti:quod plenius dicetur j.proxima conſtitutione. Et de hac nihil eſt in Codice.

Nullum credentem agricolæ, tenere eius terram. *Rubrica.*

1 *Vſurarum ruſticarum modus quantus.*

QVIA in quibuſdam partibus mutuabant quidam frumentum, vel quodlibet bladum, vel etiam aliquam pecuniam, & terras ruſticorum pignori accipiebant:& pro mutua acceſſione vel vſura pignora remanebant:& infelices ruſtici fame peribãt,vt j.cod.in
1 prin.† Ideo certam menſurã ponit hæc conſtitutio,& communem toti orbi terrarum: vt in frumẽto, vel in ſimilibus, octaua: in pecunia pro ſolido ſiliqua detur: vt infrà eo.§. ſancimus. & §.ſin autem. Et pro eo quod plus conuenire poterit, non tenerentur pignora, nec etiam ipſi actione perſonali. An autem hæc conſtitutio omnes debitores comprehendat, vt ſic ſit correcta lex, eos. C.de vſu.dic vt dixi infrà eo.§. ſin autem. In ſumma not.quod ex hac cõſti.infrà eod,§.ſancimus.ſumitur auth. quæ eſt.C de vſur.ſuper l.frumenti.quæ incipit:ad hæc.

De reſtitutionibus, & ea quę parit in vndecimo menſe poſt mortem viri. *Rubrica.*

1 *Reſtitutio quomodo ſit facienda ab eo qui rogatus eſt reſtituere quod ſupereſt de bonis cùm morietur.*
2 *Reſtitutioni ſubiecta alienari vel obligari poſſe ob cauſam dotis, vel donationis propter nuptias.*

HÆC conſtitutio duas habet partes. De prima, ſci
1 licet de reſtitutionibus:dicas, quod † refert an aliquis rogetur de reſtituendo, quod ſupererit quãdo morietur, & tunc habet locum, infrà de reſtitutionibus:an de reſtituenda hæreditate ſtatim, & tunc per Trebellia. ſenatuſconſultum reſtituit, retenta quarta parte; vt Inſtit.de fideicõ.hæ.§.j.& §.ſed quia.vel ſi eſt filius inſtitutus,ter

tus, tertiam debet habere. vt ſ.de trient.& ſemiſ.§.j. Tres autem partes debet reſtituere:vt C.ad Trebel.l.j. has autem tres partes non debet alienare, vel diminuere. Et idem dico, ſi ſummam, vel aliquam rem fuerit rogatus dereſtituendo: vel quotam, puta dimidiam, vel tertiam. Nam integram debet eam reſeruare, ſiue purè, ſiue ſub conditione, ſiue in diem debeat re-
2 ſtituere: vt C.communia de leg.l.fin.§.ſed quia. Excipitur † tamen per hanc conſtitutionem alienatio, vel obligatio quæ fit propter dotem, vel donationem propter nupt. quæ enim in communi proſunt, ſingularibus vtilitatibus præponuntur, vt j.eo.quamobrem.& arg.C.de ead.tol.l. vnic. in fin.& ff. pro ſoc.l.actione.§.Labeo. Prædicta autem dos debet conſtitui, & donatio propter nuptias ſecundum perſonarum merita & facultates: vt infrà eo.§.quamobrem.& ff.de iure do.l.ſiue generalis. Si autem quæras, ſi poſtea dos deſinat eſſe, an redeat in cauſam reſtitutionis? reſpódeo non ideo deſinit eſſe in ſuo priuilegio: vt arg.ff.ad Treb.l.hæredibus.§.fina.& argu.infrà de æqua.do.§.quia verò. In ſecunda autē parte, ſcilicet, de ea, quę parit in xj.menſe, dic vt not.circa literam j.eod.§.vnum ſi quidem. In ſumma nota. quòd ex hac conſtitutione, infrà eod.§. quamobrem.ſumitur authen.quæ eſt C.commu.de leg.ſuper l. fina.in §.ſed quia.quæ incipit: res, quæ ſubiacent. Item ex eo quod eſt infrà eod §.fin.ſumitur authen.quæ eſt C.de ſecund. nupt. ſuper l.j.quæ incipit: iſdem. in prima parte.

De tabellionibus, & vt protocolla dimittant in chartis. *Rubrica.*

1 *Tabellio quis ſit, & quanta fides adhibeatur contractibus ab eo ſcriptis.*
2 *Tabelliones quam variis nominibus appellentur in iure.*
3 *Protocollum quid ſit.*

OCCASIONE motæ litis de tabellionibus di-
1 cit: vt j.eod.in prin. Eſt autem tabellio, publica perſona, quæ ſcribit contractus: vt patet j. eo.§. j. Fidei cuius ſcripturæ creditur: & probationem facit, ſicut duo teſtes: vt C.de fide inſtrument.l.in exercendis. & ff.de fide inſtrumen.l.in re.& ff.de pig.l.cótrahitur. Et quia eſt publicum officium, non poteſt eſſe ſeruus tabellio: vt C. eod.l.generali.libr.x. Et dicitur tabellio, vt hic: quia fortè in tabulis olim faciebant imbreuiationes ſuas, vel de cera, vel de aliis: vt arg.ff.commo.l.in commodato.§. ſicut. Idem dici-
2 tur † ſeruus publicus: vt ff.de adopt.l.non aliter. Item dicitur tabularius, & ſcriba, & logographus: vt C. eod.l.j. libro xj. Idem dicitur ſcriniarius: vt C.de teſta.milit.l.ſcriniarius. Idem dicitur exceptor: vt ſ.de defen.ciui.§.nulla.in fi. Officium autē actuis olim erat, vt ipſe audiret & alij ſcribendum committebat. Quandoq; etiam audientiam alij committebat, & ille ſecundò alij committebat, quod hodie prohibetur: quod dic vt
3 infrà eo.§.nos autem credimus. † De protocollis autem dicas, quòd protocollum eſt chartę principium, in qua ſcribitur: vel ratione ſcripturæ, quaſi primus verſus, vel prima linea, quaſi dicat, prima collatio literarum: vel ratione ipſius chartæ, & ſic dicitur à protos, quod eſt primum, & collum, id eſt collatio, vel ipſum collum chartæ, vel animalis. vnde etiam Adam protoplaſma dicitur, id eſt, primò plaſmatus: & Stephanus protomartyr: id eſt primus martyr dicitur. Præcipit igitur hæc conſtitutio: vt in principio chartæ ſemper ſit imbreuiatura ſcripta: vt ſi dubitatio emergat circa chartam, per imbreuiaturā explicetur, quod tamen non ſeruatur hodie: quod dic vt infrà e.§.vlt. In sūma no. quod ex hac cóſtitutione nihil eſt in Cod.

Collatio quinta.

De eccleſiaſticarum immobilium rerum alienatione, & ſolutione. *Rubrica.*

1 *Principis officium.*
2 *Eccleſiaſtica quomodo alienanda.*

1 QVIA † principis eſt, vtilitatem ſubiectorum procurare, & immenſitatem remouendo, mēſuram inducere: vt j co.in prin. & ſ de menſu.ordin.cleri.in prin.& vt deter.ſit nu.cle.§.j.& de reſe.§.j. Idcirco hac conſtitutione duo dicit per quæ ad cópetentem menſuram reducit ea, quæ ſtatuerat ipſe Iuſtinianus in alia cóſtitutione, quæ eſt ſ. de non alie.
2 vt patet j.eo.§.j. † Sunt autem hæc duo: vt pro fiſcali debito permittatur alienatio, & inſolutum datio, ſecundum quod pro priuato permittitur datio inſolutum: vt infrà eod.§.ſancimus igitur.& §.ſi verò priuatus. quod intelligas, ſi creditor velit accipere: aliàs etiam alienatio permittitur: vt j. de alien. & emphy.§. hæc etiam ſuper ipſis. & ideo quia prædicta conſtitutione de aliena. & emphyt. plenius hoc dicit, quàm eſt in iſta, ómittam. Nihil eſt tamen de hac in Codice.

De iureiurando à moriente præſtito. *Rubr.*

1 *Hæres ob quas cauſas teneatur voluntatem teſtatoris defuncti ſeruare.*
2 *Iuſiurandum creditoris an, & cui præiudicare poſſit.*
3 *Hæredem non teneri ſtare ſimplici aſſertioni teſtatoris.*

1 PROPTER † tres rationes debet hæres voluntatem defuncti ſeruare. Primò: quia eſt pro lege: vt ſ.de nupt.§.diſponat.& j.eod.in prin. Secundò: quia eſt eadem perſona hæredis, & defuncti: vt infrà eod.circa prin. & C.de impub.& aliis ſubſtit.l.fin. Tertiò, quia ex quo habet emolumentum, ſcilicet hæreditatis, ſentire debet, & onus: vt j.eod.circa princ.& ff.de reg.iur.l. ſecundum naturam. & l.ex
2 qua perſona. † Ex prædictis patet, quòd ſi teſtator aliquid præcepit, vel etiam dixerit cum iureiurando, tamen hæredes eius dicto ſtare tenentur, quantùm eſt in ſui præiudicium: non autem creditores ſtare tenentur, quia alij præiudicare non poteſt, ſed ſibi, & ſuis hæredibus: vt infrà eodem. §.ſancimus.
3 Sine iuramento † autem non tenentur ſtare hæredes tali diſpoſitioni ſimplici: vt C.de proba.l.rationes. In ſumma not. quòd ex hac conſtitutione infrà eod.§.j. & §.ij.ſumitur authen.quæ eſt C.de prob.ſuper l.rationes.quæ incip.quod obtinet.

Vt præponatur nomen Imperatoris documentis: & vt latinis literis apertius tempora ſcribantur. *Rubrica.*

DVO per hanc conſtitutionem debent apponi in inſtrumentis. primum nomen Imperatoris: vt patet ex rubrica: ſed text. idem dicit, & de conſule, & de omnibus ſimilibus ſignis: vt patet j.eo.circa prin. vſque ad §.illud. In ſecunda parte dicit, quòd huiuſmodi ſubſcriptiones, intelligibilibus literis debent poni. quod dic vt infrà eod.§.illud. Item & alia multa ſunt in inſtrumento neceſſaria: quæ not. in ſumma de fide inſtr.& cautela illius. Et de hac nihil eſt in Codice.

Scenicas non ſolùm ſi fideiuſſores præſtent, &c. *Rubrica.*

1 *Iurans quando non peieret.*

CONSTITVTIO iſta ſimilis eſt illi, quam habes ſ.de lenonibus. Sicut enim illa prohibet accipi fideiuſſiones, & caſſat acceptas cautiones, & domum vbi talia fiunt publicari præcipit: ita iſta prohibet pro hoc ipſo interponi iuramentū. Et ſi qua eſt periurij pœna in ipſum cóuertit, qui exigit: vt j.eod.§.j. Nam
1 † iurās deferit iuramētum authoritate huius legis. Sic ergo nō periurat, qui authoritate legis deferit iuramentum: vt no.j.eo. §.j. In ſumma not. quòd ex hac conſtitutione ſumitur authen. quæ eſt C.de nup.ſuper l.imperialis. quæ incipit, quod eis.

Vt non fiant pignorationes pro aliis perſonis,&c. *Rubrica.*

1 *Pacta illicita,eáque non ſeruanda.*
2 *Inſinuationi quando locus non ſit.*

1 QVIA † quædam illicita pacta fiunt in contracti-
bus:puta,vt ſi nõ ſatisfeceris mihi ad diẽ,liceat mi
hi homines tuç prouinciæ capere,vel res eorũ.Id-
circo hac cõſtitutione præcipitur huiuſmodi pacta
nõ ſeruari:imò ſi quis fecerit cõtra:ſiue pactum fuerit,ſiue nõ,
ſiue etiam inſolutum accipiebat,grauis pœnæ ſequẽtur.quod
2 dic vt infrà eod.§.j. In ſecunda † autem parte dicit hæc conſti
tutio quòd ſiue princeps donet,ſiue ei donetur,non eſt facien-
da inſinuatio.quod dic vt j.eo.§.illud.In ſumma not.quòd ex
hac conſtitutione infrà eod.§.j.ſumitur authen. quæ eſt C.ne
vxor pro marit.ſuper l.ſi.quæ incipit:ſed omnino.

De exhibendis, & introducendis reis, &c. *Rubrica.*

1 *Actor regulariter debet ſequi forum rei.*
2 *Actor deſiderans cauſam committi per principem extraordinario iudici.quid facere debeat.*
3 *Libellum dandum eſſe in ſcriptis reo ab actore, & quantum tempus detur reo ad deliberandum.*
4 *Actori quomodo conſulatur reo non veniente ad iudicium.*
5 *Creditor qui mutuam pecuniam dedit in emptionem militia præfertur omnibus aliis creditoribus.*
6 *Coniunx ſuperſtes inopia laborans quatenus ſuccedat coniugi defuncto locupleti.*

ASSVMIT originem hæc conſtitutio ex aſſi-
duis interpellationibus:vt patet j.eo.in prin. ſic
& C.qui potio.in pig.ha.l.aſſiduis.& habet quin
1 que partes:vt in rub.no.Licet † igitur actor forũ
rei de iure debeat ſequi:vt C.de iur.om.iu.l.iuris ordinem. ta-
men quandocunque actor facit cauſam committi ad extraor-
dinarium iudicem per principem,vel per eum qui poteſt hoc
facere:& cùm reus ad locum iudicis venerit, actor non venit,
2 vt j.eod.circa prin.ideo † dicit,quod non debet fieri hæc dele
gatio:niſi prius actor ſatiſdet certam promittens quantitatẽ
ſe reo daturum,ſi non exequatur:aut exequens nõ vincat cau-
ſam:nihilominus etiã vltra quantitatem prædictã condemna-
bitur ſi plus iurauerit expendiſſe:quæ quantitas prædicta arbi
trio iudicis conſtituitur:vt j.eo.§.quia verò. Plus eſt etiã, quia
ſi etiam intra ſtatutum tempus,vel vſq; ad x dies reus præſente,
nõ occurrat,dimittitur reus,exacto eoquod promiſſum eſt,&
(vt dixi) ſi quid plus impendit:vt infrà eo.§.j. Item tali actori
dilatio eſt denegãda,ſed non reo:qui nõ potuit venire inſtru-
ctus:vt C.de dila.l ſi quando.& ff.de doli excep.l.purè.§.fina.
3 †De ſecũda parte dic quod libellus eſt dandus reo in ſcriptis:
quo dato habebit xx.dies reus ad deliberãdũ:intra quos debẽt
fieri omnia,quæ ſunt facienda ante litẽ conteſt.vt recuſatio:vt
C.de iudic.l.apertiſſimi.Itẽ ſatiſdationes quæ firmãt iudiciũ,
præſtãdę:vt j.eo.§.j.& §.ſancimus.& pleniſſimè ibi de hoc pro
4 ſequutus ſum,de hac ſecunda parte. † De tertia,ſcilicet,de eo,
qui iurauit ad iudicium venturum,dic quod ſi quis iuret ſe re-
præſentaturũ in iudicio,ſiue promittat tantùm,ſiue etiã nec iu
ret,nec promittat:quia nunquam venit,&cũ venire deberet nõ
venit,debet actor mitti in omnia bona debitoris,ſi actio eſt
perſonalis olim.vt ff.quibus ex cau.in poſ.ea.l.j.& C.de pact.
l.ſi pacto,quo pœnam.& de bo.auth.iudi.poſ.l.cũ proponas.
Hodie vero pro menſura debiti,quod dic plenè:vt j.eo.§.ſi ve
5 rò quidam.† De quarta ſcilicet de hypothecis, quæ appellan-
tur ex caſu,dicas quod ſi aliquis crediderit alicui pecuniã in
ſcriptis,ad hoc vt ipſe inde militiã emat,& ex ea pecunia poſt
ea ematur militia,præfertur talis creditor aliis creditoribus
prioribus,imò etiã præfertur mulieri.Et ſic fallit regula, qui
prior eſt tẽpore,&c.quæ eſt C.qui pot.in pi.hab.l.ij. Eſt & aliud
ſpeciale,quia hoc ipſo,quod debitor inuenitur poſt mutuum
emiſſe militiã,præſumitur quod emerit ex pecunia mutuo ac-
ceptа:vt inde emeretur militia.Pl⁹ eſt etiã,quia creditori eõ eſt
neceſſe probare cõueniſſe de militia ſibi obligãda:quia tacita
obligatio eſt nata.Vel(quod verius eſt)loquitur,ſi omnia bona
ſua obligauit debitor,militia etiã cadit in cauſam pignoris. Si
autẽ non appareat creditorem ad hoc dediſſe mutuũ. vt inde
militia emeretur,ſed crediderit pecuniã ſimpliciter:debitor ve
ro poſtea inuenitur militiam emiſſe,bene præſumitur empta
ex pecunia mutuata(vt dictum eſt) & præfertur (vt dixi) hic
creditor omnibus creditoribus,niſi mulieri,& filiis eius hoc
caſu.vt C.de pig.l.ſi.& j.eo.§.optimũ.& j.de æqua.do.§.quia
6 vero & huius.† In vltima parte dicas,ſi coniunx præmoriens
ſit locuples,ſuperſtes vero laboret inopia,ſuccedet vnà cum li
beris communibus,vel alterius matrimonij ſuperſtes cõiunx
in quartam partem:vt infrà eodem,§.quoniam vero. In ſum-
ma no.quod ex hac conſtitutione, infrà eo.§. j. & ij. ſumitur
authen.quæ eſt C.de dila.ſuper l.ſi quando.quæ incipit,quod
fieri.Item ex eo quod eſt infrà eod.§.ſancimus.ſumitur auth.
quæ eſt C.de litis conteſt.ſuper l.j.quæ incipit,offeratur. Item
ex eo quod eſt infrà eod.§ ſi vero etiam quidam.ſumitur auth.
quæ eſt C.de bo.auth.iud.poſ.ſuper l.cùm proponas.quæ in-
cipit,& qui iurat.Item ex eo quod eſt infrà §.optimum.ſumi-
tur authen.quæ eſt C.de pig.ſuper l.ſi.quæ incipit,quod obti
net.Item ex eo quod eſt infrà eod.§. quoniam vero. ſumitur
authen.quæ eſt C.vnde vir & vxor.quæ incipit,præterea.

Conſtitutio, quæ ex adſcriptitio, & libera natos liberos eſſe vult,&c. *Rubrica.*

1 *Legum generale.*
2 *Permutare quibus liceat.*

HÆC conſtitutio interpretatur quãdam aliam con-
ſtitutionem , qua cauetur vt ex libera , & ex adſcri-
ptitio natus , ſit liber. quod dic vt in rubrica dixi.
1 † Et dicit,quòd in futuris caſibus,habet locum tantùm quod
eſt generale omnium legum: vt C.de legib.& conſti.l.leges &
2 conſtitutiones.In † ſecunda parte permittit commutationem,
id eſt,permutationem etiam immobilium inter ſe: vt j.eod.§.
ſi.Item cum principe ſimiliter permutat : vt ſ.de non alie. §.ſi-
nimus. & j.proxi.tit.§.j.In ſumma not.quòd ex hac conſtitu-
tione §.ſi.poteſt ſumi auth.quæ eſt C.de ſacroſanct.eccl.ſuper
l.iubemus.quæ incipit,item ſibi inuicem.

Vt decæterò commutationes eccleſiaſticarum rerum non fortuitò fiant. *Rub.*

1 *Permitti per obliquum non debere id,quod directò non permittitur.*

EX bene factis ſumuntur mala exẽpla. Et ideo quia
videbant quidam principi permiſſum cum eccleſia
permutare,& ſic rem eccleſiaſticam in dominium
fiſci tranſire : vt ſ.de non alie.§.finimus.cogitaue-
runt vt per hoc medium , etiam in priuatorum poſſit venire
dominium: quaſi princeps ab eccleſia , & priuatus à principe
poſtmodum accipiat , quod prohibet hæc conſtitutio: vt pa-
1 tet in rubrica.& j.eod.vſque ad §. illud. † Et ſic notari poteſt
argumentum , quod non permittitur directò , nec per obli-
quum:vt C.quod metus cau.l.l. ſi per impreſſionem. Sed con-
trarium argu.eſt in ſtipulatione Aquiliana, & acceptilatione:
vt Inſtit.quib.mod.tol.obl.§.j.In ſecunda parte dic vt ibi pa-
tet. Et de hac conſtitutione nihil eſt in Codice.

Vt ea quę vocãtur inſinuatiua, ſuper clericis, in maiore eccleſia dentur. *Rubrica.*

OCCASIONEM ſumit ex additionibus fre-
quentibus ſi factis : vt j.eod. in prin & ſ.de exhib.
& introduc.in prin. Et præcipit,vt electiones cle-
ricorum ceſſante omni ſimonia gratis fiant: mini-

ſteria

ſteria enim Dei non per mercationem,ſed purè fieri debent,& gratis:vt infrà eo.§.præterea.Fallit autem hoc in eo, quod ſecundum conſuetudinem præſtaretur in ſancta eccleſia maiori: vt infrà eo.§.j.& j̃.de ſanctiſ.epiſ.§.ſed neque clericum. Et de hac conſtitutione nihil eſt in Codice.

Vt clerici qui recedunt aliis pro eis ſubrogatis. *Rubrica.*

1 *Eccleſias ne faciant laici.*

QVIA quandoque clerici vel cum mulieribus, vel aliis vilibus cauſis recedunt ab eccleſiis, vult hæc conſtitutio prouidere tam de ſubſtituendis eis, quàm de præbendis eorum, & de ipſis recedentibus. Dixit ergo, quòd præbenda eſt danda nunc, vt priùs. Item ſubſtitui alius debet loco eius cui detur. Item ipſe redire volens non admittitur, cùm alius iam loco eius fuerit ſubſtitutus:vt j̃. eodem.§.j.& ff.locati.l.ſi in lege.§. colonus.Hac occaſione adiicit aliam clauſulam.Euenit enim quan-
1 doq;.vt laici etiam † faciant eccleſias:quod non poſſunt facere,niſi expenſas etiam miniſtrantium prouideant: vt ſ. vt deter. ſit nu.cle.§.ſi verò vltrà.& j̃. vt nullus fabri.ora.§.j. Hi autem miniſtrantes non laici,ſed epiſcopi arbitrio apponentur. Et hoc conſtitutio dicit:vt j̃.eod.§.illud. Et de hac conſtitutione nihil eſt in Codice.

De his qui ingrediuntur ad appellationem: &quando,&c. *Rubrica.*

1 *Appellanti quantum tempus detur ad proſequendam appellationem.*
2 *Appellationis temporibus elapſis quando ſuccurratur appellanti,& quomodo.*
3 *Comparatio literarum ex quibus ſcripturis fiat.*
4 *Iuſiurandũ de calumnia qua forma ſit praſtandũ, & quoties.*

1 HABET hæc conſtitutio tres partes:† quarũ
prima tractat de appellationibus:hoc modo
vt appellanti detur annuus,& ex iuſta cauſa
a etiam biennium^a vt C.de tempo.& repa.l.fin.
§.illud & j̃ eo.§.j Si verò nec intra bienniũ
appellans eſt expeditus, hoc nouum vult
2 hæc conſtitutio expedire. † Et diſtingue,aut ſtetit per iudicem: & tunc ipſo iure non currit ei tempus,vt j̃.vt ſponſa.largi.§.hoc quoque.Aut non per iudicem,vt quia appellans iuſta,vel non iuſta cauſa non fuit proſequutus: & tunc tacitè ſententia confirmatur,ſi vterque tacet:& de expenſis nihil redditur in cauſa appellationis factis,cum ſententia non detur: vt infrà eo.§. ſi verò neuter. Vbi autem victor in his expenſis vult ſibi conſulere,veniat in nouiſſimo iudiciorum tempore coram iudice,& vincat,vel perdat in principali cauſa, ſecundum quod bonam,vel malam cauſam habebat, expenſas autem indiſtinctè recuperat.Nam ſi vincit,vincit eo iure,quo victores:vt C.de iud.l.properandum.§.ſin autem. Si autem perdat,ſaltem quia alter appellauit,deberent reddi huic expenſę, & abſens gratias Deo agat quòd ius ſuum in principali cauſa ſeruatur:vt infrà eod.§. ſed plurimi. & §.quia enim victores.
3 † In ſecunda parte dicas,quod licet comparatio nõ fiat ex priuatis ſcripturis,ſed tantùm ex publicis,vel forenſibus:vt C.de fide inſtr.l.comparationes.tamen in duobus caſibus eam permittit hæc cõſtitutio Primus eſt,vt ſi producis literas tuas cõtra me,& ego eas confiteor,& induco alias contra te,quas dico te feciſſe,& quòd feceris,probo per comparationẽ earum, quas inducebas:& ego confitebar te ſcripſiſſe. Alius eſt caſus, quãdo charta profertur ex publico archiuo:[aliàs ſcriptura,] licet non ſit publica,tamen fit comparatio ex ea, ac ſi eſſet
4 publica : vt infrà eodem, §.illud etiam. † In tertia parte dicit de iuramento calumniæ,quòd licet hanc habeat formam tam in actore ſcilicet vt non calumniandi animo agat, quàm in reo.vt non calumniandi animo defendat,vel reſiſtat : vt C. de iura.cal.l.ij.in prin.tamen adiicitur,quod nullã ,niſi neceſſariam in tota lite probationem exiget, & ſic ſemel iurabitur tantùm:vt j̃.eod.§.ſi.licet olim pluries vt C.de iureiuran.l.j & ſic etiam corrigitur quod eſt ff de dam.infe.l.qui bona fide. §. pen.vbi pluries iurari permittebat.vel dic vbi ſpeciale. aliud etiam capitulum adiicitur hodie:quod eſt j̃.vt litig.iurent,in princip. In ſumma not. quòd ex hac conſtitutione infrà eo. §.j.& ij.vſque ad §.illud quoque.ſumitur authenti. quæ eſt C. de temp.& rep.appel.l.fin.quæ incipit.ei qui appellat.Item ex §.illud. ſumitur auth. quæ eſt C.de fide inſtrum.ſuper l.comparationes.quæ incipit,ad hæc. Item ex §.ſi.ſumitur authent. quæ eſt C.de iura.cal.l.ij quæ incipit, in iſto iuramento.

ANNOTATIO.

a Biennium. Vide ad iſtam materiam docto. in authen.ei qui.C.de tempo.appell.& in c.ſæpe.de appel.& in c.ex ratione.eod.tit. Paul.de caſt. in conſil.xij.& in conſ.xxvj qui multa more ſuo aggregat.

Vt in priuatis domibus ſacra myſteria non fiant. *Rubrica.*

PROHIBET hæc conſtitutio ſacra fieri in priuatis domibus : putà cantari miſſam , & ſimilia. quæ honeſtè fieri non poſſunt , niſi in eccleſia. Orare tamen etiam in priuatis domibus quis poteſt,licet aptiùs in eccleſia:vt infra eod & vt lice.mat.& auiæ. §.quia verò. Et de hac nihil eſt in Codice.

Vt defuncti, ſeu funera eorum non iniurientur. *Rubrica.*

1 *Creditoris funus obturbantis pœna aucta.*
2 *Heres quouſque non conueniendus.*
3 *Ordinarius qua delegare poſſit.*

QVIA natura deproperat nouas edere formas,
ſeu cauſas: vt j̃. eodem. in princip. & j̃. quibus
mod.nat.effic.ſui. in princip. Idcirco ad nouum
factum, nouum adinueniendum eſt conſilium:
vt j̃.eodem.in princ.Habet autem hæc conſtitutio duas partes. Prima tractat de cupido creditore,qui intrat domum infirmi,& ei facit iniuriã in extremis exiſtenti, vel etiam eius familiæ:vel etiam eo mortuo,nõ patitur eum extrahi de domo: vel etiam nõ patitur ſepeliri:his enim caſibus certa erat olim
1 pœna:vt C.de ſepul.vio.l.finali.quę hodie† augetur,ſcilicet,vt actionem ipſo iure perdat.Item tantũdem de ſuo ſoluat. Item in tertia parte bonorũ puniatur:vt infrà eo.§ j.& ij. Si autem
2 hæc omnia† vel aliquod eorum non fecerit:ſed conuenit hæredes ante nouem dies à tempore mortis, nihil valet,quod agitur:vt infrà vt cum de app cog.§.meminimus.Item in ſecũda
3 parte diſtingue,quod adminiſtrator,id eſt,iudex † ordinarius aut vult delegare totam cauſam,quod poteſt.Et idem in delegato:ſi eſt à principe delegatus:& tũc poteſt:vt C.de iu.l.à iudice. Aut ſentẽtiam ſibi ſeruare vult,& hoc nõ poteſt:niſi ter audiat: quod plenè dic vt j̃.eo. §.illud. vſque in ſi. In ſumma not.quod ex hac conſtitutione j̃.eod. §.j.ſumitur auth.quę eſt C.de ſepul.vio.ſuper l.fin.quæ incipit:item qui domum. Item ex eo quod eſt infrà eod.§. illud.ſumitur auth.quæ eſt C.de iudi.l.à iudice.quæ incipit,ad hæc.

Vt immobilia antenuptialis donationis neque hypoth.dentur,neque omnino alienentur a viro,neque &c. *Rubrica.*

1 *Maritum non poſſe alienare dotem,aut propter nuptias donationem,nec volente quidem vxore.*
2 *Donationis propter nuptias alienatio in quo differat ab alienatione dotis.*

SICVT vxor dat dotem,ita econtra maritus debet dare donationem quæ olim ante nuptias hodie propter nuptias datur:vt j̃.eodem. §.j. & j̃. de æqua.do.in princi.& C.de donatio.ante nupt.l.

1 ſina.in prin.& †tam dotem quàm donationem non poteſt maritus alienare,etiam conſentiente muliere:vt j.eo.§.j.& multò potius.& Inſt.quibus ali.licet,inprin.& C.de rei vx.act.l.vnic. §.& cùm lex.Item vtraque poteſt vendicari ſoluto matrimo. ſi contingat mulierem habere vtrunque:putà ex pacto : vt infrà eo.§.j.& C.de iure do.l.vbi adhuc.Nihil tamen differt dos
2 à donatione:†quia donationis alienatio poteſt valere,ſi mulier elapſo biennio,à tempore primi conſenſus iterum conſentiat:ſicut & quando fideiubet:vt infrà eod.§.j.& C.ad velle.l.ſi mulier.Eſt tamen & aliud neceſſe,ſcilicet,quod ſit ſoluendo maritus,quando mulier ſecundo conſentit,vt infrà eod.§. veruntamen neque.ſed in dote conſenſum mulieris geminari nõ prodeſt:vt d.l.ſi mulier.& infrà Inſti.quib.alie.licet.in prin.& C.de rei vxo.actio.l.vnic.§ & cum lex.In ſumma no.quòd ex hac conſtitutione ſumitur auth.quæ eſt C.ad velleia.ſuper l.iubemus.quæ incipit,ſiue à me.

Vt factæ nouæ conſtitutiones &c. *Rub.*

QVIA per ignorantiam quandoque nouę leges nõ ſeruantur ſiue pro vltimis voluntatibus factę ſunt: quod maximè tangit hæc cõſtitutio,ſiue pro quolibet alio:ideo pareit hæc conſtitutio ignorantibus vſque ad duos menſes à tempore inſinuationis numerandos:vt interim facta ſecundum primum modum nihilominus valeant:vt j.eo.& in rubrica,& in text. quid enim peccauit,&c.vt C.de teſta.l.iubemus.in ſi.Sic & per alios duos menſes ſtatuuntur:vt j.de executorib.& de his qui conue.& recon.§.j.In ſumma no.quòd nihil de hoc eſt in C.

Vt nullus fabricet oratorij domos.&c. *Rub.*

VT priuatus poſſit nouam orationis domum, ſiue monaſterium,ſiue eccleſiam ſecularem facere,tria oportet interuenire. Primò,præſentiam epiſcopi, qui ſcilicet ſigno crucis fixo,& cum proceſſionibus,& aliis orationibus incipiet opus:vt infrà eo.§.j. & infrà de eccleſiaſticis tit.§.ſi quis autem voluerit.Secundò,quòd expenſas ad luminaria,& ad ſeruientes conſtituat:quòd ſi ſufficiens ad tanta non eſt,potius quod ibi expendere vult, det in aliquam pauperem eccleſiam iam ædificatam.Sic etiam poterat dici eccleſiæ ædificator.vt j.eo.§.j.& §.ſi autem.& ſ. vt deter.ſit nu.cle.§.ſi autem vltra Tertio,quod clericos(ſi quos ibi ponit)non ſuo ſed epiſcopi conſenſu diſponat:vt ſ. vt cle.qui reced.aliis,&c.§.fin.De ſecunda parte huius rubricæ dixi ſ. quomodo oporteat epiſc. In tertia parte dicit,ſi archiepiſcopus vendere vult, duo epiſcopi de ſua ſynodo debent intereſſe:vt infrà §.quoniam.In ſumma ex hac conſt. nihil eſt in Codice.

Vt ab illuſtribus & qui ſuper eam dignita. *Rubrica.*

OCCASIONE cuiuſdam neceſsitatis hæc conſtitutio fit.Illuſtres enim ſunt digni,id eſt dignitatem ſine adminiſtratione habentes, & ſuperilluſtres ſunt habentes dignitatem cum adminiſtratione. Si per ſe agerent, vel conuenirentur,alterutrum duorum fieri oportet:quod deferatur eis vt ſederent cum iudicibus : & ſic fieret contra leges, quæ dicunt aduocantem ſtare: vt j.eodem §.j.not.Vel ſi non deferatur eis eſſet magna ruſticitas:nam magis ad ſedendum inuitandi ſunt. j.eodem.§.j.& C.vbi ſenator.vel clariſſ.l.ſi.§.ſedendi. Propter hoc autem præcipit hæc conſtitutio,quod illuſtres, & ſuperiores,in omni pecuniaria cauſa, & in criminali caſu, ſcilicet, in actione iniuriarum(nam criminaliter etiam de iniuria agi poteſt) debent tantum per procuratorem agere, & reſpondere: vt j.eo.§.j. & Inſti.de iniur.§.penul.& C.de iniur.l.ſi.Reliqui autem vt ſpectabiles,& clariſsimi,& per ſe,& per procuratorem poſſunt agere,& conueniri in ciuilibus : vt infrà eod.in ſi. Ex prædictis patet legem, quicunque.C. de procuratoribus,eſſe reſtrictam:nam quod dicebant in omnibus ferè dignitate præditis vel poſitis,ad illuſtres tantum, & ſuperilluſtres reſtringitur.In ſumma no.quòd ex hac conſti. infrà en.§.j.ſumitur authen.quæ incipit:hoc ius, &c. quæ legitur C. de proc.ſuper l.quicunque.

Vt ordinariæ præfecturæ vrbanæ &c. *Rub.*

DIGNITATVM quædam ſunt ſine adminiſtratione,&aliæ cum adminiſtratione:vt j.eodem circa prin.Quot ſunt cum adminiſtratione? ſunt xij.quæ à curiali liberant fortuna.Quæ verò ſine adminiſtratione? non ſunt niſi duæ vel tres:quas dixi infrà, conſtitut.quæ de dignitat. in ſumma,& in text. ideo ſuperſedeo hic. Sed expone literam,vt hic ſcripſi, & nihil eſt C.de ea.

Vt omnes obediant iudicibus prouinciarum.&c. *Rubrica.*

QVILIBET iudex vna manu iuſtitiam, in alia miſericordiam debet habere:vt dicit canon,[omnis, qui iuſtè. xlv. diſtinct.quia] iuſtitia præcellit alias virtutes:vt infrà eod.in princ. Obſeruatores eius iuſtitiæ imperpetuum viuent,& ecõtra, memoria impiorum peribit cum ſonitu:imo etiam in hoc mundo,vel ipſe,vel eius filij,ſentient patris delictum Deo diſponente: vt infrà eo. circa prin. Idcirco Iuſtinianus in ſumma intentione,vult ſeruare iuſtitiam. Præcipit ergo hæc conſtitutio duo iuſta. Primum,vt qua in prouincia quis deliquit,vel cõtraxit.vel quaſi contraxit,ibidem debeat reſpondere ſiue de terra, ſiue de terminis,ſit: & (vt breuiter dicam) de quocunq;:vt j.eod.§.hæc conſiderãtes.& ad hoc etiam ff.de iudic. l.hæres.& l.omnem. Et hoc, ſi præſens eſt vterque. Si vero abeſt reus,citabitur ad domum : & ſi quis pro eo dilationem petit, detur , ſecundum quod dicitur j.eod. §.ſi vero alter.Qui abſens cùm ſciet.poterit venire ipſe , vel alium mittere , vel etiam huic committere qui pro eo fecit verba:vt j.eod.§.ſi quod. Ipſe enim & in criminibus præcisè compellitur venire literis publicis miſsis ad prouinciæ præſidem,vbi degit:vt j.vt nulli iudicum. §.ſi vero quod quid. Sed an in contractibus ſit idem, ibidem diximus. Secundum eſt iuſtum : quod prædicta vera ſint,etiamſi nullo priuilegio ea remoueantur:vt j.eod.§.ſi igitur fuerint. Nam hæc eſt iuſtitia (vt dictum eſt) ibi conueniri eum, vbi deliquit,vel contraxit,vel quaſi,& ſic diuinum ius reſcripto hominis tolli non poteſt : vt ff.de arbitr.l.nam magiſtratus. & intellige de priuilegiis indultis à principe viuente.Nam priuilegia indulta legatis , & aliis : vt ff.de indi.l.ij §. legatis. non tolluntur per legem iſtam. Quod autem dixi priuilegium non tollere legem iſtam,eſt verum:niſi publica vtilitate vocetur à principe: vt ſe eius conſpectui repræſentet. quod dic plenè vt nota.infrà eod.§.artipiat.& §.hanc dicentes. In ſumma not.quod ex hac conſtitutione infrà eod. §. hoc igitur conſiderantes. Sumitur authent.quæ eſt C.vbi de crimine agi oportet.ſuper l.j. quæ incipit,qua in prouincia.

Collatio ſexta.

Quibus modis naturales filij legitimi efficiantur. *Rubrica.*

1 *Dare eum videri,qui confirmat.*
2 *Matrimonium faciat nec ne ſolus conſenſus.*

QVIA non poſſunt omnes articuli[ſigillatim] legibus compræhendi:vt j.cod. in princ.& ff.de legi. & ſenatuſconſ. l. non poſſunt.& l.iij.& natura deproperat edere nouos caſus,& ſemper inuenire:vt j.eo circa princip.ij.reſponſ.& in nouis caſibus conſilio nouo indigemus : vt ff. de ven.inſpi.

ven.In ſpi.l.j.in prin Ideoqúe dicit Imperator,qui.mo.na effi: ſeg.&c.illos modos,qui in legibus precedentibus cõtinentur. nam caſus nouos dicit,qui prioribus non poterãt legibus terminari: vt j eo.§. Si vero ſolummodo. verſic.& hoc dicimus nullum &c. Eſt autem videndum primò qui ſunt hi noui modi,per quos qui non eſt legitimus,efficiatur legitimus. Secundò notabis quoſdam extrauagantes caſus. Sunt autem quatuor. Primus,quando mater filiorum naturalium mortua eſt. Secundus eſt,quando viuit ſed turpiter: hoc enim dicere ſufficit. Tertius,quando celatur vt inueniri non poſsit. Quartus, quando facta eſt monacha, vel conuerſa. In quibus caſibus nõ poteſt pater naturalis eam accipere in vxorem,& hoc modo facere filios legitimos:vt j.eo.§.ſed aliud.& §.quiddam.& §.ſi nouimus.& §.ſiquis ſanè. His ergo caſibus, licebit patri precibus principi oblatis promereri filios fieri legitimos:vel ſi hoc non potuerit pater impeditus, vel morte præuentus tanquam legitimos ſcribat eos pater hæredes, & erunt. Oſtendent ſe tamen principi,cũ potuerint:vt hæc confirmentur quę fecerit pater:& tunc etiam dicitur dare: vt j.eod.§.ſit igitur.
1 & §.ſi verò ſolummodo. Et ſic qui † confirmat dat, vt dixi, & ff.de verb. ſig.l lege. & ſ. de defen.ciui.§.interim. in fi.ibi, vt inde fiat,&c.Itẽ hæc locũ habent ſi nulli ſint legitimi,nõ aliàs: vt j.eod.§.ſi quis ſanè.in prin. Et hæc omnia ſimiliter probantur:vt infrà. qui.mo.na.effi.ſui.§.illud.& §. ſi verò. Extranei autem caſus ſunt in hac conſtitutione,an poſsit filius naturalis per adoptionẽ fieri legitimus: quod dic, vt j.eo.§.& nos.
2 Item † an ſolus conſenſus & fortè obſcurus faciat matrimonium:quia ille illam dilectam vocabat,& ſimilia: vt infrà eo. §.illud.Circa quod diſtingue tria genera hominum, ſuperiores,vt ſenatores & illuſtres,& ſimiles: item medios, vt qui in mediocribus dignitatibus ſunt:item infimos,qui ſunt tres,ſcilicet agricola,item abiectus, ſiue vilis: item miles caligatus, ſiue nouus. Et ideo maiores qui ſunt in primo ordine,non ſine dote,& ante nuptias donationẽ contrahunt: vt infrà eod. §.hęc ergo.& cum inſtrumentis dotalibus:vt C.de nup.l.imperialis: vt j.vt liceat matri & auiæ.§.quia verò dudum. Qui autem ſunt in mediocribus,debent contrahere in facie eccleſiæ, & prælati: & de hoc fiat ſcriptura: quod dic vt infrà eod.§.quantum verò Sed hodie ſolo conſenſu: vt infrà vt liceat ma.& auiæ.§.quia verò dudum. Qui verò ſunt in minori,ſolo contrahunt affectu: cum legis obſeruantiam ſtruare non poſſunt,quam neſciunt:vt infrà eod.§.quiſquis.& C.de teſta.l.fin. & ff.de iuris & fac.igno.l.regula. Eſt & alius extraneus caſus,an qui iurat ſe aliquam habere in vxorẽ, faciat matrimonium:& ſic an iuramentum in ſe habeat conſenſum: quod dic vt infrà eodem, quoniam autem. In ſumma poteſt dici,quòd ex hac conſtitutione §.liceat. & §.ſi verò. ſic ſumatur autheoti.quæ eſt C.de na.libe.quæ incipit:præterea.& authenti,item ſine legitimis,vel ex illa infrà quib.mo.na.effi.ſui. vij.colla.§.illud.& §.ſi verò.cum & ibidem cõtineatur, quod eſt verius.

Vt hi, qui obligatas perhibent ſe habere res minorum. *Rubrica.*

1 *Tutoris & curatoris appellatione qui contineantur.*
2 *Creditores, vel debitores minorum ob quas cauſas repellantur ab adminiſtratione eorum, & ob cuiuſmodi obligationem, & quid iuris ſi quis ſuſcepta adminiſtratione efficiatur ex poſtfacto creditor vel debitor,nu.3.*
4 *Creditor,vel debitor minoris qualiter prohibeatur ab eius tutela,vel cura.*
5 *Creditor,vel debitor minoris adminiſtrans eius tutelam,vel curam,qualiter puniatur.*
6 *Tutor, vel curator non poteſt ſuſcipere ceſsionem actionis aduerſus eum,cuius tutelam, vel curam gerit.*
7 *Tutor,vel curator adminiſtrationem ſuſcipiens, quale iuſiurandum,& cuiuſmodi ſatiſdationem præſtare debeat.*
8 *Tutores, vel curatores an teneantur pecuniam minoris ſæneri dare.*

NON habet aliam continuationem hic titulus, niſi talem: quia omnia qualiter bene ſe habeant ſunt in magna cura eius, qui habet poteſtatem legis faciendæ: dico de Imperatore, & præcipuè eorum qui non poſſunt ſe defendere, quales ſunt minores. Ideo hanc conſtitutionem facit pro eis, conſtituendo ſe eis patrem: vt infrà eod.j.reſponſo. & §.pe.habet autem hæc conſtitutio tres partes.Prima eſt,vt hi qui oblig.ſe ha.perhib. res min.aut obligati ſunt eis, ad eorum gubernationem penitus non accedant: & hoc expeditur.j.eo.§.j. vſque ad §.quòd ſi quis.Secunda eſt, vt curatores nullo modo adſcribant ceſſiones aduerſus eos quorum curationem agunt: & hoc expeditur infra eod.§. quòd ſi quis.vſque ad §.& hęc.quod autem ſequitur in rubri. hęc autem generaliter valebant in omni,&c.expeditur infrà eo.§.& hoc. Tertia eſt, & de gubernatione pecuniarum cõpe.eis,&c.quod expeditur j.eod §.quoniam.vſque in fi.conſti. Circa primam partem videndum eſt, qui contineantur, & quæ ſunt cauſæ propter quos repellantur, & qualiter puniuntur venientes contra hanc prohibitionem. Et quidem ſiue tutores, ſiue curatores ſint, vel adultorum, vel furioſorum, vel amentium, vel ſimilium continentur,excepta matre,tutrice: vt infrà eodem.§.hæc omnia. & §. hæc autem. & infrà. vt ſine prohi. ma.cre. & de primo reſpon. idem in auia ad ſimilitudinem matris, arg. infrà de hære. quæ ab inte.§.ex his. Item teſtamentarij tutores excipiuntur, quorũ fides & diligentia fit ab ipſo teſtatore probata: vt C. de epiſco.aud.l.de creationibus. in prin. & ff.de cu. fu.l.furioſo.in fi.& Inſti.de ſatiſ.tu.in prin. Licet quidam dixerunt etiam hoc hac conſtitutione comprehendi: quod vi-
a detur verius: & dic vt infrà eodem. § j.Prohibentur † autem ex cauſis:nam ſi eſt creditor, prę ſumitur à iure, quòd cum ſit quaſi dominus pupilli, & rerum eius, quòd ſibi ſolueret ſicut vellet: & quaſi hoſtis eſſet ei. Item ſi debitor ſorriperet cautionem,vel alias probationes,quas habet pupillus contra ſe: & ita curatio eius eſſet, quaſi deſtructio rerum pupilli: vt j.eod.§ j. & § ſi vero tacuerit. Siue ergo ſit obligatio perſonalis, ſiue actio realis, qualis eſt hypothecaria, locum habent prædicta,vt patet ex rubrica, & j eod.§.j. in fi. Aliud in ſimplici reali,cùm illa nullam habeat obligationem, vt Inſti. de act.in princ. vnde hoc caſu conſtituetur curator, vt fiebat olim in omnibus:vt Inſtit.de autho.tu.§ fi.& eſt tãta hæc cau-
3 ſa prohibitionis,† vt licet à principio nõ ſit debitor,vel creditor:ſi tamẽ poſtea efficiatur,vt quia alter ſucceſsit alterius debitori,non ſine adiuncto curatore adminiſtrabit, qui iurabit ſe defenſurũ pupillum ab inſidiis tut.vel cur.vt j.eo.§.ſed & ſi quis. Secus ſi incipiat eſſe obligatus, alter alteri actione tutelę:quia impoſsibile eſt quaſi quod ſit tutor,qui vel eam habeat,vel ea teneatur, vnde eſſet ridiculum omnes iam tutores
4 habere curatorem ſibi adiunctum. † Qualiter prohibetur? Et quidem coram iudice,qui cum dedit hoc proteſtatur: quia habet eum obligatum:vel ipſe eſt obligatus ei, cui datur tempore dationis: & faciat ei fidem per teſtes,vel inſtrumenta. Et ſic abſoluitur à tutela: ſi non poteſt ſibi facere fidem, iuret quod pro veritate credit ſe habere minorem obligatum, & abſoluetur. Et ſic de credulitate hic iuratur,ſicut in ſacramẽto calumniæ: vt C.de iura.cal.l.ij.§.quod obſeruaci.aliàs ſecus, vt ſ.de hære.& Falc.§.ſi vero.& C.de teſtib.l.teſtiũ.& ff.rerum amot. l.Marcellus.& ff de iureiur.l.quoties. Et vt not. plenè Inſtit. quib.mod.tol.ob.in fi.tit.Quæ eſt pœna venientis cõtra prohi-
5 bitionem? † Et quidem creditor tutor amittit actionem ſuo delicto,vt & aliàs.Vnde fortè ſolùm repetere poteſt pupillus, cùm hæc exceptio ſit odioſa:vt & illa ſenatuſcõſulti Macedoniani,vt ff de cõdi.inde. l.qui exceptionem perpetuam habet. & arg.l.ſi pœnæ cauſa.in prin.ff.eo.de cõdict.indeb. Debitor vero iuuatur ſolutione,ſicut contingit aliàs: vt ſ.de trient. & ſemiſſ.§. ſtudium. Licet aliàs tollatur omnis obligatio ſolutione eius quod debetur: vt j.eo.§.ſi vero tacuit. & ff de condict.inde.l.ſi pœnæ.& Inſti.quib.mod.toll.obl.in prin. † Sed
6 quia cõtingit etiam deterius fieri a gubernatoribus: quia ſu-

ſcripiunt ceſsionem actionum fortè inanium, fortè paruo pre-
tio: & denegant pupillis ſuſcepta, hoc eſt ſcripturas in quibus
creditores ſunt confeſsi ſibi eſſe ſolutum, quod apocha aliàs
appellatur: vt ſ. de eccle. rerum alie. & de mãda. princip. §. eo-
ges: ideo prohibet fieri, & imminet caſus actionis: nec tamen
reſtituitur primo creditori cedẽti: ſed cedit lucro minoris, ſiue
durãte tutela fuerit facta talis ceſsio, ſiue pòſt. Sed iure veteri
poterat fieri talis ceſsio: vt j. e. §. quòd ſi quis. & ff. de rebus eo.
l. non ſit contra. Sed quia non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat
quod bonum eſt: vnde dicit decretũ: nõ ſufficit, vel non ſatis
eſt bene velle, niſi fiat quod bonũ eſt: nec ſufficit facere bonũ,
niſi ex bono fonte procedat: vt in decre. lxxxvj. diſtin. ca. non
ſatis: ideo de gubernatione eorum. & maximè circa pecunias
7 ponit. Debet † enim tutor (quando gubernationem accipit)
iurare quòd faciet vtilia & inutilia prætermittet. Nec propter
hoc eximuntur à ratiocinijs. Satis dat enim rẽ pupilli ſaluam
fore, nec aliter gerit: vt j. eo. §. antepe. in fi. & C. de admi. tu. l.
tutores. licet non caueant de rato, quando agunt contra alios
nomine pupilli: niſi ſibi ſit dubium an tutor ſit, vel nõ: vt C. de
admi. tuto. l. fi. §. defenſionem. & l. tutores. & ff. de admi. tuto.
8 l. vulgo. † Circa pecuniam autem plurimum debet eſſe cau-
tus: quoniam licet olim teneretur fœnerare: vt C. de admi. tut.
l. tutores. & ff. de admi. tuto l. ij. & l. tutor, qui repertoriũ. §. ex
his. & l. tutor ſecundum dignitatem. §. j. tamen hodie non te-
neretur: peccatũ namque mortaliſsimum eſt, & contra præ-
cepta Dei: vt in Pſalmo: Domine quis habitabit in tabernacu-
lo, &c. Prætereà non tenetur quis facere cõtra pudorem: vt ff.
mand. l. Quintus. ſi habet reditus ſufficientes ſibi, & familiæ.
[Si autem non habet, fœnerabit tãtum, quòd ſufficiat ſibi, &
familiæ] reliquum in emptionem prædiorum idoneorum col-
locet. Si autem ſpõte fœnerat, tenetur etiam de caſu fortuito:
quia culpa præcedit caſum: vt ff. cõmo. l. in rebus. Iure veteri
aliud erat, cum teneretur fœnerare: vt C. arbi. tutelæ. l. ij. & j. e.
§. quoniam. Illud in ſumma nota, quòd ex hac conſtitutione
duæ gloſſellæ, ſiue de auth. in C. ponuntur. Pima ſumitur j. e. §.
j. vſq; ad §. quoniam autẽ videmus curatores. quæ poſita eſt in
C. quidare tu. nõ poſ. ſuper l. creditorẽ. quæ incipit, minoris. Et
ſic corrigitur lex illa, per hãc auth. & omnes aliæ tractãtes, de
illa materia: vt Inſtitu. de auth. tut. §. fi. & de exe. tut. §. itẽ pro-
pter litem. Item ex eo quod dicitur in §. quòd ſi quis. corrigi-
tur quod eſt ff. de rebus eorum. l. non ſit contra. & omnes di-
centes idem. Secunda ſumitur j. eod. §. quoniam vſque in fine,
quæ ponitur C. de admi. tut. ſuper l. j. quæ incipit: nouiſsimè,
& corrigitur lex in eo quod de vſura dicit, & omnes aliæ di-
centes idem, vt ff. de admi tuto. l. tutor, qui repertorium. §. ex
his. & l. tutores. §. pimo.

De inſtrumentorum cautela, & fide. *Rubri,*

Inſtrumentum vt conſtatur factum cum cautela componenti,
quæ ſint neceſſaria.
2 *Inſtrumentum publicum an fidem faciat in alio territorio,*
quam in quo eſt confectum.
3 *Inſtrumento detrahãtne fidem vetuſtas, vel corroſio vermium.*
4 *Inſtrumentis rite confectis fides ex quibus cauſis ſuperuenien-*
tibus labefactetur.
5 *Comparatio litterarum quando, & quomodo fiat.*

QVI A proptereà Deus de cœlis Imperatorem cõ-
ſtituit in terris, vt per eum tamquam per procu-
ratorem leges factis emergentibus coaptet: vt hic
proficiat ſubiectis: vt j. e. §. quia igitur. & in nul-
lo alio plus iuuantur ſubiecti, quàm vt falſitas eruatur, & ve-
ritas compareat: quia per hoc diuites efficiuntur: vt j. eo. § fi.
in fi. & C. de fideic. lib. l. fi. ideirco occaſione emergentis quæ-
ſtionis ex Armenia, quam facias: vt j. eo. §. j. & ſolue, vt j. eo. §.
ſi veró tale aliquid. facit hanc conſtitutionem non circa omne
genus falſitatis cum multa ſint genera: vt ff. ad le. Cor. de fal.
l. j. ſed circa ea tantum quæ adhibentur in inſtrumentis: vt ſtri
ctè accipias nomen inſtrumenti, aliàs largè, vt ff. de verb. ſig.
l. notionem. §. inſtrumentorum. aliàs pro apparatu funiũ po-
nitur: vt ff. de fund. inſtru. l. quæ ſitum. Videamus ergo de cau-
tela inſtrumenti quæ adhibetur in faciendo: & de fide per cõ-
ſequens, quæ habetur in inſtrumento cautè facto, & primò cũ
qua cautela habeat fieri inſtrumentum. In primis tamen noſ.
quod hæc rubrica habet octo partes: vt ibi diſtinxi: quas re-
1 ſpicit hic verſus communiter de fide inſtr. & cautela. Et † vt
inſtrumentum cum cautela fiat. tredecim ſunt neceſſaria [imò
videtur quod xv. ſunt] neceſſaria [ſi bene computentur quæ
j. dicuntur:] quorum quædam naturaliter [aliàs communi-
ter: aliàs ſimul, alias vtrumque:] & ſignificationem reſpiciunt,
& ſcripturam, hoc eſt ordinem: aliàs ſignificationem tantum.
Vtrumq; ſimul reſpicit annos domini incarnationis. Et idem
dicas de nomine principis, de anno imperij, & de nomine con
ſulis, & de die menſis, vel de indictione: nam hæc omnia de-
bent poni in principio, vt ſ. vt præpo. no. impe. §. j. & ij. & C.
de apo. pu. l. j. & ſ. de exhi. reis. §. ſancimus. & C. de diuer. re-
ſcript. l. ſacri affatus. Secundo crux debet apponi in principio
inuentarij: vt C. de iure delib. l. fi. §. ſi autem dobius. Et idem
poteſt dici in quolibet inſtrumento, quod non ſit ad memo-
riam tantùm: ſi vt contractus dicatur in ſcriptis, vt dicitur in
nouellis in hoc tit. & j. de teſti. §. j. Tertiò, quia teſtes debent
eſſe ſcripti, vel à ſe ipſis, vel à tabellione: & in fi. ſcripti: vt j. eo.
§. ſed & ſi inſtrumenta. & tot, quot illi contractui ſunt neceſ-
ſarij: vt plenè diſtinxi j. eo. §. pe. Qoartò, quod à tabellione de-
bet eſſe ſcriptũ. & in fine inſtrumenti ſubſcriptum, quod ipſe
fecerit, & interfuerit: vel ipſæ partes: vt C. de fide inſtr. l. cõtra
ctus. & C. de cõue. fiſ. deb. l. ij. l. x. & Inſt. de contrah. emp. §. j.
Quo ad ſubſtantiam non curo, quo ad ordinẽ verò debet eſſe
ibi multiplex cautela. Primò locus, vbi ſit, nõ ꝙ hoc lege ex-
preſſè caueatur, ſed eſt ar. ff. de accu. l. liberorũ. & inſti. de inu
ti. ſtipul. §. item verborum. & C. de cõtrahen. & cõmit. ſtipul.
l. optimã. in fi. Itẽ eſt arg de teſtibus, qui interrogãtur de lo-
co, exẽplo Danielis, in quib⁹ debet eſſe idẽ ius, quod in inſtru-
mẽtis: vt C. e. l. in exercẽdis. Secũdò ꝙ ſi eſt de cõfectione ali-
qua, debet ibi ſubeſſe cauſa: aliàs dicitur cautio indiſcreta: vt
ff. de prob. l. cũ de indebito. §. vlt. Sed & ſi loquatur diſcretè
poteſt adhuc obijci quòd non cucurrerit biẽnium, vel trigeſi
mi diei ſpatium, vel aliud ſimile in dote: vt C. de non num. pe.
l. in contractibus. in prin. & §. ſuper. & C. de dote cau. l. fin. &
authen. ibi poſita. Si autem eſt de obligatione, licet non ſit ibi
cauſa, præſumitur ſubeſſe: cum omnia præſumantur legitimè
acta: vt Inſti. de fideiuſſ. §. fi. & de inuti. ſtipulat. §. ſi ſcriptum.
niſi probetur contrà, quod fieri poteſt: vt ff. de pact. l. mriſgen
tium. §. quod ferè. Nec obſtat ei, quod dixi ſtipulationem ſine
cauſa valere, id quod dicitur ff. de doli except. l. ij. §. circa. quia
ibi reſpectu certæ cauſæ ſtipulatio fiebat, quæ cauſa non ſub-
erat, vnde exceptio in factum vel doli, opponitur: vt ibi dici-
tur. Tertiò, quòd idem qui ſcribit, verè & legaliter ſcribat:
aliàs etiam ei inſtrumẽto fides non habebitur: vt C. de proba.
l. cum precibut. & ipſe de falſo accuſabitur criminaliter, &
punietur falſi pœna: vt ff. de falſ. l. j. Et ciuiliter ad intereſſe il-
lius quem læſerit, tenetur actione in factum: vt ff. ad l. cor de
falſ. l. qui nomine. Quartò, quòd ſibi non repugnet: vt ff de
rego. iur. l. vbi repugnantia. Quintò reprobatur, ſi probatur
tale quid: quo probato inſtrumentum ſtare non poſsit: vt C.
de contrah. & commit. ſtipul. l. optimam. in fi. Sextò reproba-
tur: quia non ſit authenticum, ſed exemplum, & hoc dic vt
ego ibi no. plenè: vt ff. eod. l. quicunque. & j. vt ſponſa. lar. §. j.
Septimò ne contradicat alij ſcripturæ eodem die factæ: vt C.
eod. l. ſcripturæ. Octauò eſt neceſſe, quòd ſit tabellio qui ſcri-
pſit, vel ſubſcripſit, ſaltem & contractum audiuit: vt dixi j eo.
§. in his vero. Si enim fiat à priuato, non creditur ei: vt C. de
proba. l. rationes. & l. inſtrumẽta. & l. exemplo. niſi tribus te-
ſtibus probetur: vt C. qui pot. in pig. hab. l. ſcripturas. & j. eod.
2 §. ſi quis igitur. & §. ſuprà. Sed † quid, ſi proferatur charta pu
blica, & in forma publica, & de alia terra vnde non cogno-
ſcitur qui ſcripſerit? Reſpondeo ei eſſe ſtandum, ſi appareat in
publica forma eſſe facta. non vitiata in aliqua parte ſui: vt C.
de edict. diui Hadr. toll. l. fi. §. j. ibi. quia ad hoc obijcit, probet
contra: vt C. de probatio. l. ſciant. Item videtur hæc quæſtio
expediri. C. quemadmo. teſtam. aperian. l. ij. Nec obſtat, quaſi
quilibet poſsit hæc cõficere: quia multis modis falſitas ſua re-
conuince

conuincetur: vt j. eo. §. ſi tamē quiſquam. in fi. Item Barbarius Philippus quaſi in forma liberi hominis fuit prætor, & valuerunt geſta per eū: vt ff. de offi. præto. l. Barbarius. Nonò, quod nihil ad ſui vtilitatem ſcribat ibi tabellio, aliàs falſi tenetur: vt ff. de fal. l. qui teſtamentum. Decimò, quod ſi proferatur ex archiuo, debet illius ibi eſſe nomē, qui ad eam ſignandam præponitur: vt ff. de iure fiſci. l. in fraudē §. quoties. & j. vt di. iu. ſ. ſubſc. Vndecimò quia nō debet ſimulatè ſcribi, & aliud agi: vt C. plus valere quòd agitur. l. ij. An † vetuſtas, vel corroſio
3 vermiū, vel alterius animalis nocet? dic quod nō: vt ff. de ſecūdis tabulis. l. j. §. penul. & arg. ad idē C. de teſta. l. noſtram. Verumtamen ſubtiliter poſſet notari argumentū contrà. ff. ſi tabulæ teſta. nullæ extab. l. §. ſi hæres inſtitutus. Præterea † quę-
4 dam ſunt inſtrumenta cautè facta, tamen ex ſuperuenienti cauſa, fides eis non habetur: vt quia aduerſarius ſit confeſſus ſe eis nō vſurum: vt C. eo. l. iij. Secūdò quid ſi vnus teſtium ſubſcriptorum ibi, dicat contra inſtrumentum, vel teſtamentum? vacillabit fides eius, niſi ſufficiens adhuc numerus remaneat: vt ff. quemadmodum teſta. aper. l. j. in fi. Tertio ſi appareat vitiatum prima ſui figura: vt C. de edic. diui Hadri. tollē. l. fin. & ff. de his quæ in teſt. delen. l. j. & ff. de probatio. l. ſi chirographū. Quartò ſi ſit inciſum: vt ff. ſi tab. teſta. nul. extra. l. j. §. penult. Quintò derogatur etiam legaliter facto inſtromento, per comparationem alterius inſtrumenti facti ab eodem tabellione quòd ſit diſsimilis literæ vt habeatur ſuſpectum: vt j. e. §. j. & §. in his verò. Et not. quòd prædicta poſſunt adaptari etiā ad literas, vel reſcripta domini papę, vel principis, pro magna parte. Sed & quædam aliæ poſſunt obijci reſcriptis noſtro iure: vt ſi ſint generale ius, vel vtilitatem publicam reſpicientia: vt C. ſi cōtra ius, vel vti. pub. l. fi. niſi emanauerit ſecunda iuſſio: vt j. de man. prin. §. ſi quis. & j. vt nulli ind. §. ſi verò. Item ſi ſunt per mendacium impetrata: vt C. ſi contra ius, vel vti. pub. l. ij. Item ſi nō ſunt ibi ſubſcriptiones quæſtoris: vt j. vt differ. iudi. Item ſi ſunt ſecundę literæ, & in eis nō habeatur mentio primarum literarum: vel quia eſt ibi falſa grammatica: vt extra. de reſcriptis. ca. ad audiētiam. Et hęc cautela adhibetur in publicis inſtrumentis, vt fides habeatur eis. Priuatis autem vt fides habeatur recurrendum vel ad comparationē, vel ad pro-
5 bationem. dic vt diximus j. eo. §. ſed is, qui depoſitum dat. † De collationibus, ſiue cōparationibus priuatæ ſcripturę: vel etiā publicę: ſic breuiter dicas: quia comparatio ex priuata ſcriptura ita demum fit, ſi teſtes ſuperſint qui ſubſcripſerint, vel etiam tantum præſentes fuerint: vt j. eod. §. ſed is. & §. ſed & ſi quis. Si verò publica eſt ſcriptura: aut probatur eius fides per tabellionem, aut miniſtrum, & adnumeratorem, vel tabellionem tantùm: & tunc ſufficit: nec egemus cōparatione. Si vero non eſt, ſupereſt tabellio: ſed tātùm adnumerator, & miniſter, tunc ſignorum & notarum fit collatio: non ſubſcriptionum. Si autem nullus ſupereſt, etiam ſubſcriptionum fit collatio: & iurāt ambo de calumnia: & vna qualiſqualis accipitur fides: vt j. eo. §. ſi vero moriantur. vſque ad §. oportet. & C. eo. l. cōparationes. Item fit collatio ex ea, quæ profertur ex archiuo publico. Item ex priuata ſine ſubſcriptione ſi tu ea vtaris: vt ſ. de his qui ingredi ad appellat. § illud. De ſequentibus autem partibus rubricæ, plenè diſtingue, vt j. eodem, §. penultimo. In ſumma ſciendum eſt, quòd ex hac conſtitutio. infrà eodem, §. oportet. ſumitur authenti. quæ eſt C. ſi certum pet. l. finali. quę incipit: ſed nouo iure. Item ex §. oportet verò, &c. ſumitur auth. quæ eſt C. eo. l. comparationes. quę ſic incipit: at ſi contractus, &c.

ANNOTATIO.

* Inſtrumenti. Inſtrumenti appellatio generalis eſt. l. j ff. eo. titulo. Inſtrumētorum autem duæ ſunt ſpecies, aliud publicum, aliud priuatum. Publicum eſt quod fit per manus tabellionis, cui ſi non fuerit in prima ſui figura cancellatum non abolitum, non vitiatū, vt per l. ij. C. de edict. diui Had. tol. fides adhibenda eſt ſine alio adminiculo Publicū inſtrumentum authoritate tabellionis ſancitur. Hæc probatur l. ſi decurio. C. ad leg. cor. de fal. & in hoc auth. de inſtru. caut. & fid. §. ſi vero moriantur. Quid ſi de tabellionis ſcriptura dubitetur? fiet comparatio. Item publicum inſtrumentum aliud eſt authenticum, aliud non authenticum. Non authenticum illud eſt, quod confectum eſt à duobus loco tabellionis in iudicio adſumptis c. quoniā cōtra. in gloſ. extra. de proba. Martinus.

Hæc conſtitutio interpretatur conſtitutionem priorem, &c. *Rubrica.*

FACTA conſtitutione de monachis §. illud. dubium fuit, an tantùm ad futura tempora, an verò etiam ad præterita referatur: quod primò & in queſtione facti, ſecundò hæc conſtitutio generaliter tollit. Statuit enim, quod illa tantùm in futuris locum habeat temporibus, ne triſtes faciat eos, qui ante eam in monaſterium intrauerint, neque auferat eis quæ primò licebant ante ſe: ſed nec priora facient impedimentum huic legi, poſteriora tempora ſiue conſequentia ſuum expectent euentū. Nec enim peccauit antiquitas, quę præſentis inſcia, nō eſt eam ſequuta: vt j. eod. per totum. & C. de legib. & conſtit. l. leges. & C. de teſta. l. iubemus. in fi. Item no. quod id quod dicitur j. eo. §. j. vt amodo non poſſit diſponere de ſuis, ex quo intrauit monaſterium corrigitur, j. de ſanc. epiſ §. ſi qua mulier. nam diſponit etiam poſt: quæ diſpoſitio an ſit teſtamentum, vel quid, ibi dicemus. In ſumma no. quod ex hac conſtitutione nihil eſt in Codice.

Vt non luxurientur contra naturam, &c. *Rubrica.*

1 *Delicta diabolica.*

QVIA propoſitū eſt Imperatoris, vt ſubditi bene viuant & honeſtè: cum & hoc ſit vnū de pręceptis legis: vt j. eo. in prin. & ff. de iuſti. & iure. l. iuſtitia. §. iuris præcepta. ideo hæc cōſtitutio grauiſsima,
1 & diabolica † quedā delicta prohibet, ſcilicet ſodomiticas luxurias, & iuramēta de abſtinendo à talibus, cū nec poſtea abſtineāt: ſed Dei ad iracundiā prouocant, quod patet in Sodomo, & Gomorrha: vt diuinæ dicūt regulæ, Geneſ. ca. xix. j. e. §. j. pœna autē eſt taliū vltimi ſupplicij, id eſt mortis. Nā iubemus (inquit Imperator) inſurgere leges, armarique iura gladio vltore: vt j. eod. § vlti. & C. de adulte. l. cum vir. & Inſtit. de public. iudic. §. item lex. & ff. de pœnis. l. vltima. De hac conſtitutione nihil eſt in Codice.

Vt liberti de cætero aureo non indigeant anulo. *Rubrica.*

1 *Libertinitatis, & iuris patronatus qui ſint effectus.*
2 *Libertus quibus ex cauſis reuocetur in ſeruitutem.*
3 *Patrono an liceat libertam ſuam in vxorem accipere.*

QVIA nihil actum creditur, dum aliquid ſupereſt ad agendum: vt C. de iis quib. vt indign. l. cum ſyllanianum. in fin. l. Idcirco cùm ſint iure veteri tria genera libertorum, latini, & dedititij, & plenius liberti: vt Inſtit. de liberti. §. fin. & duo prima genera libertorum iam correximus: vt C. de latin. libert. tollen. l. j. & C. de indi. vi. tollen. l. j. idcirco & de pleniore libertinitate aliqua corrigamus, & eam pleniſsimam faciamus: vt infrà eod. §.
1 primo. † De ea ergo videamus, quid olim ſeruabatur circa eam, & quid hodie: & certè olim multi erant effectus libertinitatis, & patronatus: vt nota. Inſtitut. de ſucceſſ. libert. §. ſi verò teſtamentum. Hodie vero per omnia habet libertus ingenuitatem, quantum eſt inter alios: vt infrà eod. §. j. & Inſtit. de lib. §. fin. Sed quo ad patronum, reſeruantur iura patronatus, niſi patronus remiſerit: ſed & tunc ſeruatur honor, & re-
2 uerentia: vt j. eo. §. illud. & C. de bonis lib. l. fina. † Item ius reuocandi: de quo diſtingue, quod aut patronus remiſit iur patronatus: & tunc ex cauſis quibus reuocatur donatio: & hic libertus reuocatur: vt infrà eod. §. quinetiam abſtineant. aut non remiſit: & tunc ex leui offenſa, quæ in faciendo conſiſtat, reuocatur: non autem ex ea, quę in non faciēdo conſiſtat: vt C. de lib. cau. l. ſolo. & C. de lib. & eorum lib. l. ſi manumiſ-
3 ſus. Et hoc circa primam partem rubricæ. † In ſecūda autem

parte,dic quod olim licebat patrono libertā ſoam accipere in vxorem:vt C.de nup.l.vxorem.niſi eſſet ſenator, vel aliàs in dignitate poſitus:vt de ritu nup.l.lege Iulia.& l.oratione. Et idem ſeruabatur in ſponſalibus:vt ff.de ſpon.l.oratio. Hodie verò ſine diſtinctione perſonarum poſſunt fieri hæc matrimonia:vt hic. & idem puto econtra ſi libertus patronam accipere vult:licet eam olim accipere nō potuiſſet: vt C.de nup. l.iij.Item & circa ſecundam partē rubricę notādū eſt de ancilla,quam quis poteſt accipere in vxorē:quod dic plenè:vt j.e. §.vt ſi cui.Vt autē hoc nō videatur nouū quod diximus libertos hodie iura ingenoorū conſequi, nec neceſſe ſit à principe hoc quotidie poſtulari:vt ṡ.de hęr.& fal.in prin.ideo dat duo exēpla.Primū de iure Romanæ ciuitatis.Secūdū de iure libertorū quos quis habet in poteſtate:vt j.e.§.hoc ſi mulier, & §.facimus.Illud no.in ſumma quod ex hac cōſti.j.e.§.j.ſumitur auth.quæ eſt C.de iure aur.anu.quæ incipit:ſed hodie.Item ex eo,quod eſt infrà eod.§.ſi quis aut.ſumitur aoth. quæ eſt. C. de nupt.ſuper l.vxorem.quæ incipit:ſed nouo iure.

Apud quos oporreat cauſas dicere monachos. *Rubrica.*

1 *Monachi coram quibus conueniendi.*
2 *Monachi qui conueniendi.*
3 *Aſſiſterium,vbi conueniendum.*

QVIA honor, & reuerentia eſt adhibenda honorabilibus locis: & maximè erga ſuos miniſtros: idcirco de illicita, & monarchorum & aliorum religioſorum conuentione corrigenda videamus. Eſt autem videndum qualiter clerici ſeculares cōueniantur: quod dic vt j.e.§.pen.& j. vt cleri.apud propri.epiſc.§.j.& ij.
1 † Secundò qualiter religioſi conueniuntur, vt monachi, vel
incluſi.ſiue eremitæ. Circa quos viderut diſtinguendum: aut
ſub ſont, epiſcopo, vel immediatè, vel alij. primati,aut papæ,
primo caſu ſub epiſcopo ſunt conueniendi,ſecundo ſub papa:
vt infrà eo.§.propterea. De quo autem cōcipiatur libellus: &
quis de calumnia, & de veritate iurabit: dic vt infrà eod.§.j.
a Sed cùm ſint mundo mortui, qualiter conuenientur? a Reſ-
pondeo:vt infrà eod.§.j.Vel de quo 2 † dic quòd ſatisfiet de his
quæ ad monaſterium ex bonis huius monachi peruenerint,
ad inſtar filij arrogati:vt Inſtit.de acquiſitio.per arrogat.§.fi.
Nec dici poteſt quòd aliquid proprium habeant, cum ſeculo
renuntiant:vt ṡ de mona.§.ſi vero filios. Item quid de aſiſte-
* rio, * id eſt,de eo † qui aſſiſtit deo in orationibus: cum & ni-
hil habeat, & ſuprà ſe nullum habeat,qui pro ſe reſpondeat?
Reſpondeo, poterit ei quaſi curator dari ad lites,qui reſponſalis ſous dicetur::vt infrà eo.§.propterea.quo caſu,cum omnia contulerit pauperibus, inanis erit actio: vt ff.de dolo.l. nam is.vel ſi aliquid de ſuo inuenitur alienatū,reuocatur per reuocatorias actiones:vt Inſti.de actio.§.item ſi quis.In ſumma no. quòd eſt infrà eod.§.j.ſumitur authen. que eſt C.de epiſco. & cleri.ſuper l.omnes. quæ incipit : cauſa quæ fit cum monacho.

ANNOTATIONES.

a Conuenientur. Ad iſtam materiam vide Bald.in addi. Spe.de reo.verſi.an monachus. & in l.à poſsidente, C.de prę ven.do. Car.in cle.iij. q.v.de procu.& in cle.j. 1.quia vero.vij.q.de ſta.mo.
* Aſiſterio.legendum aſcetrio, vide Ale. lib.j.prętermiſſo. in princip.

De quæſtore. *Rubrica.*

1 *Quæſtorem variè accipi.*

QVIA curat Imperator vt ſubiecti illęſi ſeruentur: vt j.eo.in prin.& ṡ.de inſtr.cau.& fide.§.quoniam igitur.Idcirco facit hanc conſtitutionē de quæſtore.dic ergo quis ſit quęſtor,& quod ſit eius of-
1 ficiū.† Dicitur autē quęſtor multis modis.primò ille,qui legit
libros [aliàs literas] principis.Secūdò ille,qui præerat capitalibus cauſis:vt ff.de offic.quæſto.l.j.Tertiò ille qui quęrit pecuniam,& alia refert ad ærarium:vt ff. de orig. iu.l.ij.§. deinde cum ærarium. Quartò.ille qui curat,vt ad hanc Conſtantinopolitanam ciuitatem venientes citò expediantur. Et in hoc eius vertitur officium:vt patet infrà eo.tit. per totum. Et hæc eſt magna vtilitas ſubiectorum:ne peregrinationibus affligantur: vt ṡ.vt iudi.ſine quoquo ſuffr.§.fi.& §.antepe. Et not.quòd ex hac conſtit.nihil eſt in C.nec ego lego eam. Sed no.quædam notabilia in ea:vt in tex.dixi.

Conſtitutio quę dignitatibus,& epiſcopatu filium liberat à patria poteſtate. *Rub.*

1 *Iura cur inducta.*
2 *Patria poteſtate que eximat dignitas.*

1 QVAEDAM † iura conſtituuntur ad vtilitatem
tantùm,& neceſsitatem : & hęc ſunt pulchra.quædam etiam ad decorem, ſicut ſunt aduocati : vt ff. de poſtu.l.j.in prin. & quòd filius non corrigat patrem:vt ſuprà de nup. §.ſi verò expectet. Et quòd,qui aliis præeſt, non debeat in eo quod præeſt, aliis ſubeſſe : vt infrà.
2 eo.§.j.& ff.ad leg.Iul.de adul.l.ſic eueniet.† Quare videamus.
quæ ſunt dignitates, que liberent à patria poteſtate ſola electione, & collatione dignitatis, etiam ſine adminiſtratione: & quæ non ſine adminiſtratione? Et certè ſunt tres, quæ ſola electione,& collatione codicillorum eximunt à patria poteſtate:vt patrinatus, & cōſulatus:vt infrà eo.§.j.& Inſti.qui. mod.ius pat.pot.ſol.§.filiusfa.Item epiſcopatus:vt infrà eo.§. palam.Alię autem multæ ſunt,quas,vt cognoſcas nota talem regulam quod omnis dignitas,quæ liberat à curia. quæ ſunt xij.vt C.de dec.lib.x.liberat eadem à patria poteſtate: vt j.eo. §.generaliter.nec ſit hoc durum patri, cùm & ſi hoc ſtatuere mus:ipſe tamen neceſsitate amoris, & lętitiæ quam habet in filium.id pro eo ſit poſtulaturus:vt j.eo.§.generaliter.in fi.& facit.ṡ.de fideiuſſ.§. penulti. Illud autem in ſumma not.quòd ex hac conſtitutione infrà eod.§.generaliter.ſumitur authen. quæ eſt in C.de epiſcopis & clericis,ſuper l. ſacroſanctæ. quæ incipit,ſed epiſcopalis dignitas : vel dic illam ſumi infrà de ſanctiſſ. epiſcopis. §.ſed hæc quidam,&c.

De iudicibus, & vt nullatenus cum iureiurando &c. *Rubrica.*

1 *Iudicum delegatorum officium quale ſit.*
2 *Arbitrium quomodo formetur.*
3 *Sententia ſecundum quas leges ferri debeat.*

QVIA parum valeret ius eſſe in ciuitate, niſi ſint homines,qui iura reddere poſsint,& ſciant : vt ff. de orig.iur.l.ij.§.poſt originem.ideo de iud.ponit remouendo malos, & idiotas, & apponendo bonos,ea occaſione etiam de arbitris ſubiicit,cùm dicit, & nullatenus &c. Et quia etiam contingit bonum iudicem malè iudicare: ideóque poteſt appellari à ſententia eius: & ideo præcipit appellationes recipi. Et hoc rubric. ſubiicit, & vt appel. &c. Quia quandoque nouæ emanant leges : an ſecundum eas ſit iudicandum, dicit : & hæc omnia ad iudicium pertinent. Sic ergo habet quatuor partes hæc conſtitutio:vt nota.in rubrica. Circa primam partem ergo videndum eſt, qui ſint iudices, de quibus hic dicit: & de eorum officio. Sunt autem duodecim : quatuor ex maioribus, & octo ex minoribus: & omnes delegati à principe tantùm : & ideo delegare poſſunt. Si tamen delegant quatuor maiores debent minoribus delegare:vt infrà eod.§.vetus.& §.iudices.& C.de iudic.l.à iudice. olim autem etiam,& alij erant à Zenone conſtituti,qui in deſuetudinem abierunt. & ad imperitos deuenit cauſa : vt infrà
1 eodem. in princip. † Officium autem eorum eſt in reddenda
iuſtitia,& rationabili iudicio,cùm non minus iudicent,quàm iudicabuntur:vt infrà eod.§.fi.Et hic tota die in loco, ſcilicet,

vbi

vbi conſueuit reddi ius, ſcilicet, in maiori palatio rationum
ſedebunt: vt j.eod.§.ſedebunt.& ff. de iuſt.& iur.l.vlti. Et co-
gnoſcent vſq; ad ccc.ſolidos tantùm, ſicut defenſor ciuitatis
vt j.eod.§.audient.& s̄ de defenſ.ciui. §.& iudicare. Et appel-
lationes ſemper recipient, ſi ab eis appelletur: niſi in caſibus,
quibus non licet: vt infrà eod.§.audient. in fi.& §. noſtros. &
cognoſcent de appellationibus iſtis illi, qui ſunt: vt j.eod.§.
illo.Item erit officium eorum circa ſportulas moderatas acci-
piendas, quod dic vt j. eod. §.ne autem. & circa executores.
quod dic vt j.eod.§.hoc autem.& in alijs erit officium eorum,
2 quæ ſunt j.eod. vſq; ad §.quia verò. † Circa ſecundam par-
tem dic, quod olim licebat cum iureiurando ab arbitro, & à
partibus præſtito formare arbitrium & valebit C.de arbitr.l.
ne in arbitris. & l.cum antea. §. cùm altera. quæ forma hodie
reprobatur per hanc conſtitutionem: vt j.eo.§.quia vero. Et
ſi contrà fiet, nihil erit partibus contra arbitrium, licet ſecerit
litem ſuam, vt C.de pact.l.pen.in fin.Licet quidam & hoc du-
bitant: vt ibi nota. non tamen partes poterunt hoc obiicere,
cum in ſimili ſint delicto: vel ipſi iurando, vel arbitro iuranti
conſentiendo, nec etiam inter ſe poterunt obiicere aliquid: vt
infrà eod.§.quia vero. Circa tertiam dic vt nota.infrà eod.§.
3 noſtros. † Circa quartam dicas, quod ſecundum antiquas le-
ges ſit iudicandum: licet, pendente lite, aliquæ nouæ emana-
uerint: vt infrà eo.§.omnes autem. & infrà, In medio litis, &c.
niſi in noua lege contineatur, quod etiam pendentes lites ſe-
cundum eam iudicentur: vt C. de legib. & conſtit.l.leges. In
ſumma ſciendum eſt, quod ex hac conſtitutione ex §. opór-
tet.ſumitur authentica, quæ eſt in C.de iudi. l.ſancimus. quæ
incipit: poſt iuſiurandum. Item ex eo quod eſt infrà eodem.§.
quia vero.ſumitur authentica quæ eſt C.de arbit.l.antepenul.
quæ incipit, decernit ius.

Vt clerici apud proprios epiſcopos conueniantur. *Rubrica.*

1 *Cauſam canonicam clerici quis cognoſcat.*
2 *Laicus quatenus in clericos cognoſcat.*

VIDIMVS vbi conueniūtur monachi, vel ſimi-
les religioſi: vt ſ.apud quos oport.cau.dicere mo.
&c.ſequitur de alijs clericis, vbi debeant conue-
niri: vt infrà eod. in prin. Circa quod diſtingue:
1 aut eſt cauſa canonica, aut ciuilis.Si quidem†canonica & in-
* fertur clerico, epiſcopus * tantùm debet cognoſcere: vt infrà
eod.§.ſi verò eccleſiaſticum. Secus ſi laico, quia tunc præſes
cum epiſcopo cognoſcit: vt infrà de manda. princip.§ ſi verò
canonicū.Si autem eſt ciuilis, aut pecuniaria, aut criminalis:
primo caſu coram epiſcopo, vel archiepiſcopo, vel primate
conuenitur: vt infrà eodem, §.primo.& infrà de ſanct.epiſ.§.ſi
quis contra aliquem. & hoc in ſimplici clerico, & quando
immediatè eſt ad ſuprà dictos. Si autem epiſcopus, conueni-
tur coram archiepiſcopo,& archiepiſcopus coram patriarcha,
& patriarcha coram papa conuenitur: vt infrà de ſanc.epiſ.
dicemus. Quod autem [de clerico] dixi, fallit in caſibus quos
2 dixi infrà eodem, §.j. †Si verò cauſa eſt criminalis ſecundum
leges iudex ciuilis cognoſcit,& abſoluit, irrequeſito epiſco-
po: ſed non condemnat eo irrequiſito: ſed oportet quòd
ſuo beneficio ſpolietur: vt infrà eo.§.ſi tamen. Iure verò cano
nico, ſemper eſt ſub epiſcopo etiam de crimine. Nec poteſt
etiam pacto renuntiari: vt extra, de ſo.competen.c.ſi diligen-
ti. Et idem hodie per l.Federici: vt infrà de ſtat.& conſue.cō-
tra liber.eccle.§.j.col.x.in vſi.feu.poteſt etiam ſecundum le-
gem coram epiſcopo accuſari, ſi accuſatori placeat: vt j. de
ſanct. epiſcop. §. ſi verò crimen. In ſumma ſciendum eſt,
quod ex hac conſtitutione ſumitur authentica quæ eſt C.
de epiſcopis, & clericis ſuper l.omnes, qui,quæ incipit cle-
ricus &c.

ANNOTATIO.

* Epiſcopus.Clericus coram epiſcopo tantùm conueniendus eſt vſque-
adeò vt foro eccleſiaſtico renuntiare nō poſsit vt adeat iudicem la-
icalarem, vt not xj.q.j.can.inolita.& c.placuit.& extra. de foro comp.
ca.ſi diligenti. Nam eo iuri, quod introductum eſt in fauorem totius
collegij tanquam iuri publico renuntiari non poteſt.ff.de pact.l.ius
publicum.& c.contingit.extra de ſen.excommu. Non tamen imus
inficias ſi quis dixerit quem poſſe iuri ſuo in pluribus renūtiare. vij.
q.j.quam periculoſum,c.ſi de terra.de priuileg.extrà.Martinus.

De conſanguineis,& vterinis fratribus. *Rub.*

1 *Conſanguinei qui.*
2 *Coniuncti vtrinque.*
3 *Conſanguinei quando quibuſque potiores.*

QVIA noui caſus nouis indigent determinatio-
nibus: vt ff.de ventr. inſpic.l.j.in princip.& infrà
eod.in princ. idcirco facit hanc conſtitutionem
de conſang. & vteri.fra. Ad quod dicas, quòd
1 † conſanguinei tantùm ſunt, qui ſunt ex eodem patre tantùm,
2 vterini qui ſunt ex eadem matre: vtrinque ergo † coniuncti
dicentur, qui eſt ſemen patris vnius, & ex eodem ſemine ma-
tris procedunt, qui & germani dicuntur: vt infrà eod.§.quia
igitur. & Inſtitu.de legit.agnat.tutel.§.j. De ſucceſsionibus
ergo iſtorum tractat hæc cōſtitutio, ſcilicet in tribus caſibus,
3 quando vtrinque † coniuncti præferantur alijs, quòd in tri-
bus caſibus euenit. Primus quando vterini tantùm ſunt cum
eis. Secundus, quando conſanguinei tantum. Tertius, quando
conſanguinei tantùm, & vterini tantum: vt infrà eodem,§.
quia igitur.& §. vlt.lex aliàs autem locum non habet: quod
dic vt infrà eodem dixi §.vltimo. In ſumma not.quòd ex hac
conſtitutione j. eo.§. vltimo.ſumitur authen. quæ eſt C.com-
munia de ſucceſ.ſuper l.finali quæ incipit, itaque &c.

De armis. *Rubrica.*

1 *Arma quibus vetita, permiſſáue.*
2 *Chartulariorum officium.*

QVIA accuſatione armorum ſunt bella,& occa-
ſione belli tria oriuntur mala: quod dic vt infrà
eodem, in princ. Idcirco ipſum principium rei
perimentes, nequaquàm de alijs ſerutandis indi-
gemus:& ideo ponit de armis prohibendis fieri vel vendi, vel
1 emi à priuatis: vt argu.ſ.de non alie.§.finimus in fi.†Prohibet
ergo hæc conſtitutio omne genus armorum (quod numera-
tur j.eod.§ prohibemus) fieri, vel vendi priuatis. Solis autem
fabricenſibus hæc permittit tam noua facere, quàm vete-
ra reparare: vt j.eod.§.vt autem palàm fiant. & quidam etiam
2 chartularij † quos tabelliones vocamus, hoc prouidere de-
bent vt ſic fiant. Qui autem ſint fabricenſes, dic vt dixi infrà
eod.circa principium. In ſumma ex hac conſtitutione nihil
eſt in Codice.

De depoſito & denuntiationibus inquilinorum. *Rubrica.*

1 *Depoſitum quomodo reddendum.*
2 *Præbenda cur quibuſue dabantur.*

OCCASIO huius conſtitutionis fuit negotium
de facto motum: vt infrà eo.in princip. Not.ergo
quòd tres partes habet hæc cōſtitutio, vt patet in
* rubrica prima de depoſito. * ſecunda de interdi-
1 ctione panis ciuilis, tertia de interdictione pēſionis. †Circa pri
mam dic quòd cū olim fiebat cū depoſitario interdicto, quod
rem deponēti non reſtitueret, non aliter reſtituere tenebatur
niſi ſibi idoneè per fideiuſſores caueretur: vt C.depoſiti.l.pe-
nul. in fine. Hodie verò prohibetur interdictio extrinſecus:
niſi, vt dixi infrà eod.§.j.adeo prædicta cautio ceſſat, quod dic

3 vt infrà eod. §. finali. † Circa ſecundam dicas, quòd quędam
præbendæ præſtabantur aliquibus à publico, ex quibus ali-
menta militibus, vel aliis perſonis reipublicæ neceſſariis pr̨æ-
ſtabantur: vt j. eo. §. ſed & totum. quod de. & ſ. de nõ alienan.
§. his. quæ impediebantur per interdictionem præſtari, quod
prohibetur eodem modo, & in tertia parte ſi inquilino fiat
prohibitio, quòd non ſoluat, prohibetur hæc interdictio. &
pœnæ imponuntur. & in ſorte, & in vſuris tertiæ partis cen-
teſimæ: vt j. eod. §. ſed & totum. & §. huic autem. & §. nemini.
In ſomma nota quod ex hac conſti. ſumitur j. eod. §. j. & §.
ſed & totum. & §. huic auth. quæ eſt in C. depoſiti ſuper l. pen.
quæ incipit. ſed iam cautum eſt.

ANNOTATIO.

1 Depoſiti. Depoſitũ eſt, quod alicui cuſtodiendum datum eſt. l. j. ff. eod. ex eo dictum quaſi ſeorſum poſitum. Deorſum (inquam) à deponente poſitum, vt oſtendatur totum fidei eius poſitum, apud quem ponitur, non ad cuſtodiam rei, & ad eum pertinere videtur, ſeparata cuſtodia à deponente: & ideo ſic dicitur, quia hæc præpoſitio, de auget. d. l. j. Depoſitę autem rei proprietatem retinemus, & poſſeſſionem ff. eo. l. licet. Quandoque tamen dominium rei depoſitæ in depoſitarium tranſit, quod eſt contra naturam depoſiti: & tamen agitur depoſiti, vt cùm depono apud te, quod eſt in pondere, numero, vel menſura, & conuenitur, vt idem reddatur mihi, vel tantundem in eodem genere. conſtat autem depoſitum in rebus mobilibus & ſe mouentibus tantum: niſi fortè caſualiter res immobilis, cùm in controuerſiam deducitur, inter aliquos deponatur apud ſequeſtrum, vt e. examinata. de iudic. Tale autem depoſitum non, niſi à pluribus fieri poteſt. Ea eſt autem natura depoſiti, vt res depoſita reddatur. hoc enim de iure naturali procedit. c. ius naturale. j. diſtinct. Hoc tamen fallit in quatuor caſibus. Primus eſt, cum quis gladium deponit, & pòſt repetit furens xxij. q. ij. c. ne quis arbitretur. Secundus eſt, cum deponens fuit deportatus: nam tunc bona eius fiſco addicta ſunt. Tertius, cùm fur deponit & repetit, ſed petitio veri domini cum furis repetitione concurrit l. bona fides. ff. depoſiti. Quartus, cum fur rem deponit apud eum à quo ſubripuit d. l. bona fides. Deponens autem quandocunque voluerit depoſitum repetit l. j. §. eſt autem. ff. depoſ. Amplio procedere, vt licet conuentum ſit, ne repeteretur depoſitum niſi ad mortem vſque depoſitarij. poteſt enim deponens mutata voluntate, quandocunque repetere l. j. §. ſi. ff. eo. fallit, niſi apud ſequeſtrum depoſitum ſit: quia non poteſt repeti niſi demum finita lege depoſiti. In hoc autem depoſiti actio priuilegiata eſt, quia depoſitum cum depoſito non compenſatur C. de compenſ. l. ſi. Qui tamen primo depoſuit, primo repetat. ff. eo. l. ſi quis pecunias. Venit in actionem dolus, licet conuentum ſit ne de dolo agatur. ff. eo. l. j. §. ſi conuenerit. Depoſitarius enim de ſolo dolo tenetur, ſi doloſe in re depoſita verſatus ſit, d. l. j. §. ſi. De mora tamen tenetur l. ſed in Aſia. ff. eod. Depoſitarius diligentiam adhibere debet circa rem depoſitam qualem in rebus ſuis. Vnde, ſi ſaluis rebus depoſitum amiſit, præſumitur quod non habuit bonam fidem: ſed latam culpam, vel dolum. Et talis violenta præſumptio ſufficit ad candem rationem. c. bona fides. extra eo. tit. Caſus tamen fortuiti depoſitario imputandi non ſunt, l. j. C. eo. Venit tamen caſus fortuitus, ſi culpa, vel pactum præceſſerit. d. l. j. §. ſæpius. Res autem non deteriorata reddenda eſt. d. l. prima §. ſi res depoſita. & d. c. bona fides. Martinus.

Collatio ſeptima.

Quibus modis naturales efficiantur ſui, &c. *Rubrica.*

1. *Filiorum genera quot ſint.*
2. *Filios naturales & legitimos eſſe in poteſtate patris, & ſuccedere ei tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato.*
3. *Filij naturales quibus modis efficiantur legitimi.*
4. *Filij naturales quatenus ſuccedant patri.*

QVONIAM multa Iura de naturalibus filiis tractant, ab Imperatoribus introducta, & variè: vt infrà eodem. in princip. & C. de natu. lib. per totum. & ſuprà de inceſt. nup. §. fin. & alibi: vt not. infrà eodem §. j. Idcirco ea ſimul ponere, & reparare intendit hæc conſtitutio: vt nullus ignorare poſſit ius, quod de his tractat: vt infrà eod. §. j. & §. ſi. In primis not. differentiam inter hunc tit. & illum ſuprà qui. mo na. eff. leg. vt not. hic in
1 rubr. eodem. † Secundò dic, quod v. ſunt genera filiorum.
Primum eſt naturalium: ſimul & legitimorum filiorum. Se-
cundum eorum, qui priùs fuerunt naturales, nunc ſunt
facti legitimi. Tertium eorum, qui remanſerunt in naturali-
tate. Quartum ſpuriorum: vt infrà eod. §. palàm namque eſt.
Quintum eſt legitimorum tantùm, vt adoptiuorum: de qui-
2 bus omnibus videamus. † De primo dic, quòd ſunt in pote-
ſtate patris, vt Inſti. de patria pote. in prin. & ſuccedunt ex
teſtamento, & ab inteſtato: dummodo fuerit matrimonium
factum ſecundum obſeruationem legum: vt j. eod. §. legitimi.
& ſ. qui. mod. na. effi. leg. §. hoc igitur. & §. quãtùm. & §. quiſ-
quis. De ſecundo dic, quod olim non erant naturales, ſed om-
nes legitimi, ſicut nec ſerui: ſed omnes liberi: vt infrà eod. in
prin. ſed concupiſcentia, & bellum, rem ad alium ordinem
conuerterunt: vt infrà eod. §. natura. Lex enim ſimili morbo pa-
rem inuenit medicinã: vt ſerui ad libertatem, aliàs ingenuita-
tem, per manumiſſionem, & naturales ad legitimationem
3 perueniant: vt infrà eodem §. natura. & §. illud tamen. † Sunt
autem modi per quos natu. legit. effi. quandoque per obla-
tionem curie, quod dices idem, & de eius ſucceſſione: vt infrà
& eo. quod verò nõ eſt huiuſmodi. & §. ſi quis igitur §. & §. &
iſtr. & §. quoniam. & §. & cum ſemel. & §. filium. & §. ergo.
& §. ſi quis autem. vſque ad §. tribus. Erat enim ordo ſiue cu-
ria, quæ ſeruitoribus indigebat, ideòque cum pauci accede-
rent, dabantur priuilegia venientibus ad ſeruitium curiæ:
ſicut remittuntur peccata euntibus vltra mare: vt C. qui ſpon.
mu. ſuſcep. l. fin. & extra. de ſuccurſu terræ ſanctæ. c. ad libe-
randam. Secundò efficitur naturalis legitimus: ſi matrem
pater acceperit in vxorem, quod dic: vt infrà eodem §. ſi
quis igitur. Tertio modo per reſcriptum principis, quod
fit quando filios non habet legitimos: vt infrà eodem. §. il-
lud. Quarto fiunt, ſi pater in teſtamento hoc dicat quod
velit eos eſſe legitimos, & ſucceſſores: quo caſu debent filij
offerre teſtamentum principi, & probare, & petere à princi-
pe. Et hoc caſu partim à patre, partim à principe fiunt legiti-
mi: ſed ſuperiori tantùm à principe, vt infrà eod. §. ſi vero his.
Quinto, ſi pater taceat eſſe naturales, ſed ſolummodo filios in
teſtamento appellet, vel in actis, vel in alia ſcriptura: vbi ta-
men ſubſcripſerint tres teſtes: vt j. vt lic. mat. & auiæ. §. ad hoc.
Non autem eſt modus aliquis per adoptionem: quia naturales
adoptari non poſſunt: vt infrà eo. §. adoptiuis. & permittun-
tur prædicti modi, volentibus filiis, non aliter. j. eo. §. generali-
ter. De ſucceſſionibus autem naturum non eſt neceſſe dicere.
quia vt legitimi ſuccedunt per tempora, præter primos, ſcili-
cet, datos curiæ. qui habent ſuum modum ſuccedendi: vt infrà
eo. §. tribus. in fin. & §. adoptiuis. in fin. De tertio dicas quod
illum dicimus hic naturalem tantùm, qui ex concubina vni-
ca, & in domo retenta procreatus eſt: vt infrà eod. §. ſi quis au-
tem defunctus. & ſ. de trient. & ſemiſſ. §. conſideremus. Hic
4 † ergo talis, non extantibus legitimis, nec ſuperioribus, ex te-
ſtamento in totum ſuccedit: licet olim in ſex vncias: vt eodem
§. ſi vero. ſuperioribus extantibus datur eis legitima, reliquum
in naturales diſtribuitur: vt infrà eod. §. ſi vero. Si vero filij
fuerint legitimi, tunc in matrem ſcilicet cõcubinam, & filium
ex ea vnam vnciam confert, vel ſi eſt ſola mater, mediam vn-
ciam habere poteſt: vt infrà eodem. §. ne igitur. Ab inteſtato
non exiſtentibus filiis legitimis, vel vxore, in duas vncias ad-
mittitur naturalis: & debet ali: ſi autem vxor, in nihilum, ſed
ſolùm debet ali: vt dixi infrà eod. §. ſi quis autem defunctus. &
§. ſi quis igitur habens. vſque ad §. quoniam. De quarto gene-
re dic vt dixi infrà eodem. §. ſi quidem. De quinto, dic quod
ab inteſtato ſuccedit adoptiuus: ſicut naturalis, vel legitimus
patri, non aliis agnatis patris, ex teſtamento autem non: niſi
prout voluerit pater adoptiuus: vt C. de adopt. l. cum in ado-
ptiui. §. & ideo ſancimus. & Inſtit. de adopt. §. j. In ſumma not.
quod ex hac conſtitutione infrà eodem. §. illud tamen. ſumitur
authentica, quæ ex C. eodem titul. quæ incipit, præterea. Item
ex eo, quod eſt infrà eodem. §. ſolummodo. ſumitur authentic.
quæ eſt in C. eõdem titul. quæ incipit: item ſine legitimis. Item
ex eo quod eſt infrà eodem §. ne igitur. vſq; in finem conſtit.
ſumitur authent. quæ eſt C. eod. quæ incipit: licet patri.

De teſt

De teſtibus. *Rubrica.*

1 *Teſtes qui admittendi ſunt, & qui non.*
2 *Teſtes quot requiruntur in quolibet negotio.*
3 *Teſtes quando ſunt producendi, & qualiter, num. 4.*

QVIA dixit ſuprà de inſtrumentorum fide, quæ eſt probatio mortuæ vocis: nunc dicit de ea quæ fit viua voce. Vel aliter, quia vſus teſtium eſt neceſſarius, & vtilis: infra eo. in princ. & ff. eod. l. j. & corrumpuntur aut pretio, vel precibus, vt veritatem deleant: vt infra eod. circa princi. ideo de teſtibus dicit. Eſt ergo intentio huius conſtitutionis circa quatuor principaliter. Primum, qui teſtes ſint admittendi, vel non. Secundò, quot. Tertiò,
1 quando. Quartò, qualiter producantur. † Circa primum, dic quòd quilibet admittitur: niſi inueniatur prohibitus: vt ff. eod. l. j. Prohibentur autem multi, primo viles: debent enim eſſe teſtes bonæ opinionis: & aut carentes huiuſmodi derogatione, vel per dignitatem, quam habent, vel militiam, vel diuitiàs, vel officium: aliàs autem non admittitur ſine tormentis, ſcilicet imponendis per ipſum iudicem, coram quo producuntur, ſicut eſt ordinarius: aliàs per eum qui delegauit: vt infra eod. §. licere. & § tale. & §. nos igitur. & §. ſancimus. & §. ſi vero ignoti. Item repelluntur propter ſenectutem: quod dic vt infra eod. §. ſi vero. Item ſerui & alij plures: vt dices infra eo. §. ſi vero dicatur ſeruilis. Item odioſi, quod dic vt infra eod. §.
2 ſi vero. † Circa ſecundum dic, quod duo regulariter in qualibet cauſa ſufficiunt [a] vt ff. eod. l. vbi numerus. Fallit autem in ſolutione debiti, quod erat in ſcriptis. Item in confeſſione ſolutionis, vbi ſunt quinque neceſſarij, qui debent rogari: vt ſunt teſtes: vt plenè dices infra eo. §. & licet. Item in teſtamentis, vbi ſeptem exiguntur: vt Inſtitut. de teſtam. §. j. quia etiam debent cogari: vt infra eo. §. & iterum adductus eſt, in fi. Item in codicillis, & in omni vltima voluntate ſunt quinque neceſſarij: vt C. de codi. l. fin. §. fin. & de donat. cau. mortis. l. fina. Quandoque tres: vt diximus ſ. de fide inſtrum. §. & hoc dicimus. Quandoque xxv. quando quis eſt promouendus inter agentes in rebus: vt C. de proxi. ſacro. ſcri. l. vnicuique. lib. xij. Vnus autem nunquam ſufficit: vt C eo. l. iuriſiurãdi. nec etiam præſumptionem inducit ſecundum Iaco. vt argumento ff. de quæſt. l. maritus. ſed tu dic, quod inducit præſumptionem: vt diximus infra eo. §. ſi vero dicatur ſeruilis. Tertiò dicas quod ſunt producendi poſt litem conteſtatam: ante autem non, niſi caſualiter: vt dices infra eodem. §. & hic vero quia multotics. Poſt litem conteſtatam ergo ſemel, ſecundo, & tertio producuntur: quarto vero non: niſi iuret, quod teſtificata non didicit: & hoc quando dubium eſt an didicerit teſtificata, vel non. Si autem conſtet, quod didicerit, et ſi ſemel tantum produxerit, vlterius non producet: etiam ſi diuina iuſſio hoc præcepit: vt infra eod. §. quia vero multi. & §. illud. & plenè ibi dices. in caſu tamen etiam poſtquam didicerit teſtificata, produci poſſunt, ſcilicet, ſi ante litem conteſtatam producantur: ſed tu di-
4 ces contra: vt infra eod. §. quia vero. † Circa quartum, dicas quod ſunt producendi coram iudice, & ei eſt facienda fides: vt ff. de probat. l. quinquaginta. in fine. & C. de eden. l. procurator. adeo, vt etiam ſi remoti ſint inde, debent iurare coram iudice in cauſis criminalibus, & ciuilibus, ſi hoc iudici ſedeat, ſiue à prouincia in prouinciam, ſiue à prouincia Romæ: vel econtra petantur. Si tamen in cauſa ciuili, iudex velit teſtem produci ibi, id eſt coram iudice illius loci, poſſunt hæc fieri: infra eod. §. & quoniam. & §. & hoc. & C. de fide inſtrum. l. iudices. & ſ. vt defunc. ſeu funera. §. illud. In ſumma not. quod ex hac conſtitutione infra eod. §. & licet. circa prin. & in fi. ſumitur auth. quæ eſt C. eo. ſuper l. teſtium. quæ incipit: rogati, &c. Item ex eo quod eſt j. eo. §. quia vero multi. ſumitur auth. quę eſt C. de probat. quæ incipit: at qui ſemel. ſuper l. exceptiones. Item ex eo quod eſt infra eo. §. & quoniam. ſumitur auth. quæ eſt C. de fide inſtrum. l. iudices. quæ incipit: apud eloquentiſſimum. Item ex eo quod eſt j. eo. §. vero dicatur. vſq; ad §. quoniam vero. ſumitur auth. quæ eſt C. eo. l. quoniam liberi. quæ incipit: ſi teſtis. Item ex eo quod eſt infra eo. §. & hic vero quia multoties, &c. ſumitur authen. quæ eſt C. ſuper l. ſi quando. quæ incipit: ſed & ſi quis ab aliquo.

ANNOTATIO.

a Sufficiunt. Adde omnes doct. in l. vbi numerus ff. de teſtib. & in cap. omnis. eo. tit. & in cap. relatum. de teſtam. & hoc in facto alieno, in facto tamen proprio ſoli creditur: vt ant. tenet do. Alex. in l. ij. §. ſi abſens. ff. ſi ex noxa. cau. ag. & Pau. de caſt. in l. ſeruus. C. de teſt. & in conſ. cccix viij. ad quod vide etiam Bart. in conſil. ſuo incip. ſoles allegari. qui contrarium tenere videtur.

De immenſis donationibus. *Rubrica.*

1 *Filius legitima non fraudandus.*

QVIA auxit quartam, quæ filiis dabatur reducendo eam ad tertiam, vel ſemiſſem: vt ſupra de trien. & ſemiſ. §. j. volt hoc idem facere de donationibus immenſis: vt infra eo. in princi. Dicit er-
1 go hæc conſtitutio, † quod pater donando alicui filiorum, vel extraneo, non poteſt fraudare filium quominus habeat trientem: vel ſemiſſem ſuæ partis, quam habiturus erat ab inteſtato: vt infra eo. §. j. licet enim quoſdam filiorum plus amet: vt ſupra de nupt. §. fin. tamen in hoc ſeruanda eſt æqualitas vſque ad legitimam. Et in hoc inſpicitur tempus: quando exiuerunt hæc donata de bonis patris: vt infra eod. §. j. An hæc econtra in filio moriente ſeruetur. Item an in fratre. Item qua actione hæc reuocentur. Item quid addat hæc conſtitutio illi titulo C. de inoffic. donat. dices plenè infra eod. In ſumma no. quod ex hac conſtitut. infra eodem. §. primo. ſumitur authen. quæ eſt C. de inoffic. teſtamen. ſuper l. parentibus. quæ incipit: vnde ſi parens.

Vt ſine prohibitione matres debitrices, & creditrices. *Rubrica.*

1 *Creditorum cui licet eſſe tutor.*
2 *Secundi voti iurationem remitti.*

1 HÆC † conſtitutio iura priora in duobus corrigit, vel diſtinguit. Primò, quia ſuprà vt hi qui oblig. per hi. hab. res mi. dixerat nullum accedere ad alterius tutelam, vel curam, qui ſit eius creditor, vel debitor. Hic autem excipit matrem, & auiam, quæ licet ſint debitrices vel creditrices, tamen admittuntur propter pietatem, quam in filios habere præſumuntur. vt j. eod. §. j. Nam etiam peieraret mater facilè pro filio: vt ff. de in lit. iuran. l. videamus. §. j. nedum quòd non bene cuſtodiat res filiorum. An
2 idem in auo, vel ſimilibus? dic vt j. eod. §. j. † In ſecunda parte, quæ incipit j. eod. §. quia verò. dicit, quod licet in prædicta tutela olim ipſa mater iurare teneretur non venire ad ſecunda vota: vt C. quando mulier tuto. offic fung. poteſt. l. fina. & ſuprà de nupt. §. ſi autem tutelam. hodie tamen remittitur hoc iuramentum, ſed aliàs renuntiationes facit: quod dic vt infrà eod. §. quia vero. & §. propterea. In ſumma not. quod ex hac prima parte infrà eodem. ſumitur authentic. quæ eſt C. quando mulier tuto. offic. fung. poteſt, ſuper l. fin. quæ incipit, ad hæc. Item ex ſecunda infrà eodem, §. quia vero. ſumitur alia quæ eſt eadem, quæ incipit, ſacramentum.

Vt exactione inſtante, dotis primæ & ſecundæ, &c. *Rubrica.*

1 *Dotibus quomodo ſatisfiat.*
2 *Marito præmortuo quid, & quomodo lucretur vxor.*

DVAS habet partes hæc conſtitutio, quarum prima vſq; ad §. illud. infrà eod. expeditur: alia abinde vſq; in fin. Et ſumitur ex negotio moto: vt
1 j. eod. in prin. † In prima ergo dicas, quod ſi duæ dotes, ſcilicet, primæ & ſecundæ vxoris, ſunt debitæ ex eadem

ſubſtantia, primò primæ, & ſecundò ſecundæ ſatisfit: vt C,
qui pot. in pigno. hab. l. fin. §. exceptis. & infra eod. circa prin.
Excipit tamen hæc conſtitutio: ſi res ſecundæ vxoris extent:
nam tunc ipſa vel eius filij præferuntur priori, ſiue in totum,
ſiue pro eo quod extat: vt infra eod. §. his igitur. Et hæc vera
ſunt, ſiue tractetur de priuilegijs realium actionum, ſiue per-
2 ſonalium: quod dic vt infra eo. circa princ. † In ſecunda parte,
dic de eo, qui vxorem acceperat: & pactus fuerat cum ea, quòd
ſi quis præmorietur, ſuperſtes vel dotem totam, vel donatio-
nem propter nuptias, vel partem lucraretur: vir autem in frau-
dem non recipit dotem, vt ſi videatur per mulierem remanere:
vt ſic ipſa non lucretur propter legem. ſ. de non ele. §. illud.
nam tali fraudi mariti occurritur: vt recepiſſe videatur: vt in-
fra eodem. §. fin. & ſic præmoriente marito, lucrabitur mulier.
In ſumma not. quòd ex hac conſtitu. infra eodem, §. j. ſumitur
authen. quæ eſt C. qui pot. in pign. hab. ſuper l. fin. quę incipit;
ſi quid ex rebus.

De adminiſtratoribus. *Rubrica.*

1 *Adminiſtratorũ officium & pœna.*
2 *Adminiſtratoris ſucceſſor quando venire debeat.*

HÆC conſtitutio [duo] dicit. Primò, quia admi-
1 niſtrator † ſiue præſes, vel proconſul, & ſimiles
debent ſtare vſque ad finem ſui regiminis: aliàs ibi
remittuntur, & reddunt ablata, & vltimo ſuppli-
cio puniuntur: vt j eod. §. ſancimus. & §. quis autem. Si vero fi-
nitum fuerit officium, & per dies quinquaginta adhuc debet
commorari, vt omnibus reſpondeant per ſe, vel per procura-
torem. Si autem fugerit, patitur pœnam quadrupli cum red-
ditione ablatorum, & ad locum remittitur: vt infra eo. §. ſan-
cimus. & §. ſi quis autem. & C. vt omnes cauſæ, tam ciuil. quàm
2 crimin. l. j. In ſecunda † parte dicit, quod ſucceſſor primi ad-
miniſtratoris debet nec nimiũ citò, nec nimium tardè in pro-
uinciam, in qua electus eſt, venire: ſed per duos dies ante, & ex
tunc ſortitur honorem: non verò ex tempore, ex quo fuit ele-
ctus: & extunc accepit emolumenta: vt j. eod. §. illud. Quan-
doque tamen, puta ex neceſſitate, poteſt facere moram maio-
rem: vt §. antequam. infra de colla. col. ix. In ſumma ex hac
conſtitutione nihil eſt in Codice,

De executoribus, & iis qui conueniuntur, & reconueniuntur. *Rubrica,*

1 *Libellum non niſi cautione recipi.*
2 *Reconuentionis locus.*

OCCASIONEM ſumit ex negotiis propoſitis,
& habet duas partes hæc conſtitutio. In prima
1 præcipit nullum † libellum ad agendum recipi;
niſi caueat quòd vſque ad duos menſes litem con-
teſtabitur: aliàs in duplum eius quod damnum paſſus eſt reus
emendabit: vt infra eod. §. j. Et ſic nota, quòd hæc conſtitutio
reſpicit principium: ſed infra de litig. §. ad excludendas, reſpi-
cit finem cauſæ: vt dices infra eod. §. ne igitur. In ſecunda par-
2 te † dicit, quòd ſi te conueniam, coram eodem debes me re-
conuenire, non apud aliũ trahere: niſi primũ velis prius recu-
ſare: quod poteſt intra xx. dies à tempore dati libelli: vt infra
eod. §. illud. & §. ſancimus. & §. ſi vero forſan. & §. ſi itaque. An
autem poſt litem conteſtatam diu poſsit reus reconuenire
actorem, dic vt infra eod. §. ſancimus. In ſumma no. quòd ex
hac conſtitut. infra eodem, §. ne igitur, ſumitur id quod eſt C.
de litis conteſt. auth. libellum. & ex §. ſancimus, ſumitur quod
eſt C. de ſenten. & interloc. omn. iudic. ſuper l. penult. authen.
& conſequenter.

De æqualitate dotis, &c. *Rubrica.*

1 *Dotis æqualitas quibus ſeruanda, & 2.*

HÆC conſtitutio habet ſex partes: vt not. in ipſa
rubrica: & ſumitur ex verbis prioribus non be-
ne diſpoſitis. Circa ergo primam partem dicas,
1 quòd olim erat † æqualitas in dote, & in dona-
tione quo ad lucra, non in quantitate, ſed in quotitate: vt ſi
offerebat mulier nomine dotis mille, & maritus nomine do-
nationis quinquaginta, poterat fieri pactum de lucranda me-
dia parte: & ſic lucrum mariti erat in quingentis: ſed vxoris in
mille & vigintiquinque: vt infra eo. §. j. & C. de pact. conuen.
l. ex morte. Et ſi erat inæqualis quotitas, reducebatur maior
2 ad minorem: vt C. de pact. l. legem. Hodie † verò æqualitas o-
mnimodo ſeruatur in dote, & in donatione, & in quantitate
danda, ſiue conſtituenda, & in pactis lucrorum, non ad quoti-
tatem tantùm: ſed etiam ad quantitatem: vt infra eo. §. j. Circa
ſecundam dicas: vt dixi infra eod. §. aliud. De tertia, & quarta,
& quinta dixi infra eod. §. ſuper ſuis. In ſumma not. quòd ex
hac conſtitutione infra eod. §. j. ſumitur quod eſt C. de pact.
conuen. ſuper l. ex morte. auth. æqualitas. Item ex eo quod eſt
infra eod. §. aliud, ſumitur quod eſt C. de don. ante nupt. ſuper
l. ſi conſtante. authen. ſed tam. Item ex §. his conſequens. & §.
quia verò. ſumitur quod eſt C. qui pot. in pign. hab. ſuper l. aſ-
ſiduis. authen. ſed quo iure. Item ex §. quia verò tam legem. ſu-
mitur quod eſt C. de rei vxo. actio. auth. ſed quamuis. Item ex
§. illud quoque, vſque in fi. ſumitur quod eſt C. de colla. ſuper
l. dotis. authent. quod locum.

De duobus reis promittendi. *Rub.*

1 *Rei promittendi qui dicantur.*
2 *Rei plures promittendi quatenus ſinguli teneantur.*

QVANDO debitores, quando alij principales,
& alij acceſſorij, vt fideiuſſores, & mandatores,
& ſponſores ſint conueniendi, dixi ſ. de fideiuſſo.
nunc autem vult prouidere, quando omnes prin-
cipales ſunt æqualiter, qualiter conueniantur: vt infra eod. in
princ. Videamus ergo tria: qui ſunt rei promittendi: ſecundo
qualiter iure veteri erant conueniendi: tertio qualiter nouo
1 iure. † Dicuntur autem rei promittendi, qui eandem rem pro-
2 mittunt, quod dic vt dixi in rubrica. † Iure veteri aut ageba-
tur, vt eſſent inſolidum obligati, aut non; primo caſu inſoli-
dum tenebantur, & conueniebantur data electione actori
quem vellit conuenire. Secundo caſu pro parte: vt C. eod. l. ij.
& C. loca. & conduc. l. ſi diuiſa. & ff. eo. l. reos. §. fin. Item vno
conuento, alter interim non conueniebatur: & vno incipiente
agere, alteri ſolui non poterat: vt ff. de pecul. l. quoties. §. ſi cre-
ditor. & ff. eo. l. ex duobus. Prædicta autem diſtinctio an age-
retur, vt inſolidum teneantur, vel non, locum habebat vbi in
dando obligatio conſiſtebat, quæ naturaliter recipit diuiſio-
nem: vt ff de verbor. oblig. l. ij. in princi. Item vbi in faciendo,
ſi modò poterat fieri commodè: vt argu. ff. eod. l. nemo poteſt.
vbi prorſus erat indiuidua, oportebat inſolidum per vnum
expediri: vt ff. de verbo. obligat. l. ij. §. penult. & fin. Hodie
autem ex duobus caſibus tantum inſolidum conueniuntur,
quando res non recipit diuiſionem: & quando alij ſunt ab-
ſentes, vel quando non ſoluendo, aliàs in communi fit con-
uentio, & exactio: vt infra eodem, §. primo, vſque in finem.
In ſumma not. quod ex hac conſtitutione ſumitur, quod eſt
C. eodem, authen. hoc ſi ita.

De temporibus non ſolutæ pecuniæ ſuper dote. *Rubrica.*

1 *Exceptio non nu. do. cui, & in quem data.*
2 *Exceptio non nu. do. quando competat.*

QVONIAM circa exceptionem de non nume-
rata dote non ad plenum aliàs eſt à nobis de-
liberatum: ideo hic dicit. Eſt ergo videndum,
cui hæc exceptio detur: & intra quantum tempus
1 proponatur veteri, vel nouo iure. † Competit autem ma-
rito, & heredi eius, & filio, vel non filio: vt j. eo. §. moriente.

Contra mulierem, vel eius hæredes, vel contra patrem: vt C. eod. l. fina. Iure veteri dabatur hæc querela toto matrimonij tempore: & poſt, intra annum, ſiue morte alterutrius, ſiue diuortio ſeparatio fieret: vt C. eod. l. fin. quod non plena deliberatione, ſeu examinatione fuit factum: vt infra eo. in prin. Iure igitur nouo diſtinguitur, aut maritus eſt maior, aut minor
2 xxv. annis. Primo † caſu ſi matrimonium minus biennio duret: quandocunq; tempore matrimonij, & poſt per annum, opponitur exceptio. Si verò vltra biennium, vſque ad x. annos durat: tunc toto tempore matrimonij, & poſt vſque ad tres menſes datur querela. Si verò vltra decem annos duret, tunc ſopita eſt querela prorſus: vt infra eod. l. & generaliter. In alio caſu, quando fuit minor, proponit eam vſque ad xij. annos à tẽpore nuptiarum: & ſi interim moritur maior, vel minor ſit, hæres eius habet annum, ſi maior eſt, ſi minor eſt, tunc quinquennium: quod plenè dices infra eo. §. & ſi quidem. & §. moriente. & §. ſi autem. In ſumma not. quod ex hac conſtitutione ſumitur, quod eſt C. de dote cau. non nu. ſuper l. fin. authen. quod locum.

Collatio octaua.

Neque virum quod ex dote eſt, neque mulierem, &c. *Rubrica.*

1 *Lucra dotis quibus ſeruanda, & 2.*
3 *Conſtitut. neque virum, & c. ſenſus.*

HIC incipit collatio octaua. Et not. quòd hæc rub. tres habet partes: vt in ea not. Et continua: quia quædam ſunt immutabilia: vt quia iure naturali, vel gentium ſunt ſtabilita: vt infra Inſtitu. de iure natu. §. j. vel quaſi naturali, quæ non indigent ſequenti legum poſitione: vt ſ. de hæred. & falcid. §. j. alia ſunt quæ ſunt in tumultu, id eſt, non firma: quæ continuam recipiunt mutationem, & gubernatiua indigent ſapientia: vt infra eod. in princ. qualis eſt caſus primus huius conſtitut. Ideo de hoc dicit. In
1 prima ergo parte dic, quòd olim † ſiue vir acciperet aliã vxorem, ſeu vxor alium virum, priore matrimonio ſoluto, lucra prioris matrimonij filijs communibus indiſtinctè ſeruare tenebatur: vt C. de ſecun. nup. l. quoniam. §. fin. & innuit j. eod. §. j. Poſtea per Iuſtinianum fuit diſtinctum: vt ſ. de ſecun. nup. §. ſi verò ex aſſe. & j. eo. §. j. Nunc redit ad ius primum: vt infra eod. §. propterea. per l. j. & fin. & § quia vero. Et hoc in pri-
2 ma parte. In † ſecunda, & tertia, dicit quod ſi diuertat coactè, vel ſponte, non ſolùm lucra (vt prædictum eſt) tenetur ſeruare filijs communibus, ſed etiam eos alere: vt infra eod. §. penul.
3 & fin. Et not. quòd hæc † conſtitutio loquitur tantùm in dote, & in ante nuptias donatione: alia autem lucra ſpecialiter alienat: vt ſuprà de nupt. §. ſoluto. In ſumma not. quòd ex hac conſtitu. ſumitur authen. quæ eſt C. de ſecund. nupt. ſuper l. hac edictali. §. fin.

De appellationibus. *Rubrica.*

NVNTIATÆ cauſæ principi dant cauſam leges componendi: maximè cum de facto nuntiantur: quale eſt negotium quod dicitur infra eo. §. j. In hac conſtitutione duo not. Primum, quæ ſit differentia inter hunc tit. & alios, qui ſunt in hoc volumine, qui tractant de appellat. quod dic vt dixi in rub. infra eod. Secundo not. quòd hinc ſumitur auth. quæ eſt C. de tempo. appel. l. ij. in fi. quæ incipit, item ſi appellatione.

De teſtamentis imperfectis à parentibus in filios factis. *Rubrica.*

1 *Teſtamentum inſolenne quibus proſit.*
2 *Diuiſioni patris quid addendum.*
3 *Teſtamenti imperfecti comites.*

DVAS partes habet hæc rubr. prima eſt, qu[illegible] ipſe pater diſponit, & per ſe: ſecunda eſt qu[illegible] diſponit, ſed per filios: quia facit eos ſcriber[illegible] quod dic vt in prima rubrica dixi. Aſſumit autem hæc conſtitutio ſibi materiam à duabus legibus, quarum vna eſt C. famil. erciſcun. l. vlt. & alia C de teſtam. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. Videamus ergo qualiter inter liberos olim: & qualiter hodie valeat minus ſolenne teſtamen-
1 tum. Iure veteri, ſcilicet C. † teſtamentum inter liberos n[illegible] requirit ſolẽnitatem ſeptem teſtium, nec aliam ſolennitatem teſtamentorum, dummodo quocunque indicio declaretur [illegible] luntas eius: & ſeruabitur, non vt teſtamentum, ſed vt vlti[ma] voluntas. Liberi enim ab inteſtato ſuccedunt: ſed quantum [ad] extraneam perſonam, nulla eſt talis imperfecta voluntas C. famil. erciſc. l. fi. & C. de teſtam. l. hac conſultiſsima. §. ex
2 perfecto. † Iure nouo videtur plus neceſſe, ſcilicet, quod [illegible] modi diuiſioni à patre deſcriptæ ipſius patris ſubſcrip[tio] [illegible] iiciatur: vel omnium liberorum, inter quos fit diuiſio [illegible] trien. & ſemiſ. §. & quod ſæpe. Item ſine ſubſcriptione [illegible]
3 teſtamentum † imperfectum, ſi parens literas de [illegible] manu propria, non ſignis, ſed literarum conſequentia [illegible] tempus, & liberorum nomina. Item numerum vnciarum [illegible] ſigna ſpecialium rerum. item oportet eum coram teſtibus exprimere idipſum, quod ſcribit per conſequentiam. Item [illegible] in fine debet apponere clauſulam generalem, ſcilicet, quæ dixi [illegible] ſcripſi, volo ſeruari. Et poteſt in tali teſtamento legari, & li[illegible] bertas relinqui: vt infra eo. §. [illegible] & fin. Et hic patet quòd correctæ ſunt leges C. fami. erciſcun. l. fin. & de teſtamen. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. quod Martinus dixit de plano. Pro quo facit principium huius titu. ſed Ioan. dixit in teſtamento nuncupatiuo imperfecto, non immutatum, in alio ſic: quod dic, vt not. infra eod. §. primo. Hoc teſtamentum poteſt immutari, ſi tamen duo interueniant: quod dic vt dixi infra eod. §. & ſi quidem. In ſumma not. quòd ex hac conſtitutione §. j. ſumitur authen. quæ eſt C. de teſtam. l. hac conſultiſsima. quæ incipit, quo iure. & ex §. & ſi quidem. ſumitur auth. quæ eſt ibidem, quæ incipit, hoc inter liberos, &c.

De reſtitutionibus. *Rubrica.*

EX quæſtione facti hæc conſtitutio materiam ſumit. In ea igitur not. tria. Primò, quæ ſit [di]fferentia inter hanc conſtitutionem, & illa[m] [illegible] de reſtit. & eam quæ parit. & illam infrà, de [illegible] eſt fideicommiſsi. quod dic, vt nota. infrà eodem, in rubrica. Secundò, qualiter olim fieret reſtitutio in caſu huius conſtitutionis: olim ergo ſi quis rogabatur, vt quod ſi[bi] ſupereſſet cùm moreretur, reſtituere poterat quantu[m] volebat alienare, dummodo non fraudulenter: vt ff. de vſuris. l. in fideicommiſsi. §. nonnunquam. & ff ad Trebellian. l. Titius. & Inſtitu. de fideicommiſſ. hæredit. §. ſed quia. Et ideo, vt ſeiretur, quando fraudulenter fieret, boni viri arbitrium inducebant: vt in dict. l. Titius. ff. ad Trebellian. Tertium qualiter hodie. Eſt ergo hodie quarta reſeruanda fideicommiſſario de omnibus: & ſuper hanc cautionem exponit, niſi à defuncto ſit remiſſ[a]: vt infrà eodem. §. nulli. & §. ſi verò. Si verò eam tangat, de ſuo ſupplet, ſi habet: ſi non, agit contra emptores, vel aliter accipientes de prædicta quarta actione in rem ad inſtar legatorum. Item agit hypothecaria pro alijs rebus eiuſdem hæreditatis, vel etiam pro eiſdem vtili: vt dices infrà eodem [§.] ſi autem nulla, & §. ſi verò contigerit. Pro ſe autem tres p[ar]tes ſeruat: in caſibus etiam tribus de quarta diminuit. [illegible] cauſa dotis, vel ante nuptias donationis dandæ, vel reducen[illegible] in cuius datione tenetur, aliter non. Item in redemptione captiuorum. Item propter expenſas ſuas neceſſarias. quod dic vt infrà eodem, §. ſi verò & ipſam. & § ſi verò in captiuorum. & §. ſi verò contigerit. In ſumma not. quod [e]x h[ac] conſtitutione infrà eodem, §. nobis. ſumitur auth[illegible] quæ eſt C. ad Trebellianum. quæ incipit, contra eum ro[illegible]

De priuilegiis dotis. *Rubrica.*

CVM pro cauſis corporalibus cogitemus, quanto magis, &c. vt infra, vt cùm de appel. cogno. ſi verò liberi, & in princ. huius conſtitut. idem ... hanc conſtitutionem contra hæreticos proponit. Not. ergo duo: primum qui ſunt hæretici. Et dic quòd illi qui non ſunt membrum ſanctæ eccleſiæ: vt infra eod. in princ. vel qui leui etiam articulo deuiãt à fide: vt C. de hæret. l. ij. Secundum not. quid hæc cõſtitutio de his dicat: & certe, quod ad nullam dignitatem admittuntur, vel militiam: vt infra eod. in princip. dicit. Item priuilegia quæ mulieribus dantur in dote, & circa perſonalem actionem, & circa hypothecariam (vt C. qui pot. in pign. hab. l. aſsiduis.) orthodoxis intelligantur eſſe conceſſa, non hæreticis: vt infra eo. §. quia enim. In ſumma not. quòd ex d. §. quia enim, ſumitur authen. quæ eſt C. de hæreti. l. j. quæ incipit: item priuilegium.

Hæc conſtitutio innouat conſtitutionem, quæ præſcriptionem centum annorum locis venerabilibus dederat. *Rubrica.*

QVIA tempus centum annorum eſt nimiùm prolixum in præſcriptione qualibet competẽte: quia nec actis fides, &c. Ideo cõceſſum eſt priuilegium eccleſiis, vt centum annorum gaudeant præſcriptione: vt C. de ſacroſanct. eccleſ. l. fin. reuocat hæc conſtitutio, & concludit ſpatio xl. annorum: quod dices plenius infra de eccleſ. tit. §. pro temporalibus. In ſumma not. quòd ex hac conſtitutione ſumi poteſt authen. quę eſt C. de ſacroſan. eccle. ſuper l. fin. quæ incipit, quas actiones.

De litigioſis, & de decima parte litis ab actore cautela præſtanda. *Rub.*

1 *Cautiones cuiuſmodi interponendæ ſint ab actore petente reo.*
2 *Actore deſerente iudicium, quæ ſint partes iudicis.*

HÆC conſtitutio ſumitur ex noua conſtitutione, quæ ſuper antiquis legibus fit: vt infra eodem. in princ. ſcilicet quæ ſit res litigioſa. Et not. quod tria in hac conſtitutione dicuntur. Primò de litigioſis. Secundo de quadam decima præſtanda reo ab actore: vt j. eo. §. excludendas. Tertio, qualiter circa idem ſit procedendum, actore non proſequente iudiciũ: & dic vt infra eo. §. omnem vero. De primis, dic quid ſit res litigioſa: vt infra eo. §. j. ibi, id. ò quę ſancimus. Hoc tamen fallit in caſibus quinque: quorum quatuor ſunt C. eod. l. fin. alius eſt circa hypothecam ſpecialem, vel generalem. Nam licet agant hypothecaria, tamen poteſt debitor alienare: quod dic vt infra eodem, §. ad hoc. aliàs autem eſt res litigioſa, & habent locum pœnæ, quæ dicuntur C. eod. l. fin. vt infra eo. §. nam his enim, &c. Si autem titulo legati res litigioſa alienetur, dic eſſe triplex
1 ius: quod dic vt dixi infra eod. §. ab hoc autem. † Circa ſecundam partem dicas, quod in initio iudicij, iudex ante litem conteſtatam duo maximè habet attendere reo petente: aliàs non (vt puto) vt ff. de ſeruis, l. j. Scilicet vt cautionem de inchoanda lite faciat interponi: vt ſupra de execut. §. j. & aliam de ea finienda: vt infra eod. §. ad excludendas. & vnam cautionem iuſta aliam: vt infra eodem. §. ad excludendas. dices: quæ cautio, licet iudicialis ſit: erit tamen fideiuſſoria ſi poteſt: aliàs iurat ſe duo, ſcilicet, & ſe fideiuſſorem dare non poſſe, & ſe in iudicio perſeuerare: vt infra eodem. §. ad excludendas. in fine. §. eum concordantiis ibi notatis. Quæ autem hac cautione contineantur, dic plenè vt ibi dices, & hæc omnia niſi cauſæ remoueantur ex conſenſu: quod intellige vt
2 dixi infra eodem. §. omne autem diſpendium, in fine. † Circa tertiam partem. ſcilicet, quid ſit iudici faciendum actore deſerente iudicium: dic, quod aut eſt ordinarius, aut delegatus; primo caſu ſiue ſit lis conteſtata coram eo, ſiue non, poteſt citare actorem per edicta tria per interualla xxx. dierum, licet olim x. dierum: vt C. de iudic. l. properandum. §. quòd ſi non venerit, dabit tamen ſententiam definitiuam, quod eſt mirabile eo caſu, quando lis initium non accepit: quod plene dic vt infra eod. §. omnem verò. & §. ſi verò apud iudicem initium. Si autem ſit delegatus, tunc ipſe non procedit: ſed ad delegantem debet ire reus: vt hoc negotium prædicto modo proſequatur: & hoc quando lis initium non accepit: vt infra eodem. §. ſi verò apud iudicem initium. aliàs ſi accepit, quilibet indiſtinctè poteſt procedere: vt infra eodem. §. omnem verò. & de ex lib. & introd. re. §. ſi verò etiam. Si vero actor non veniat ad prædictas citationes, ſerua quod dicitur infra eod. §. [omnem vero. & ſi vero propoſitis.] Nec obſt. prædicta. C. eod. per totum tit. vt nemo inuitus. quia illa loquitur quando actor nondum inceperat, nec reum inſtigauerat: hic autem ſic: vt infra eo. §. omnem vero cautarum. in prin. & §. legis autem. In ſumma not. quod ex primo § huius conſtitu. ſumitur auth. quæ eſt C. de litig. quæ incipit, litigioſa. & ex alio §. infra eod. & hæc auth. ſumitur ex alia auth. quæ eſt in C. eod. tit. ſuper l. penult. quæ incipit: nunc ſi hæres. &c. Item ex eo quod eſt infra eo. §. ad excludendas ſumitur auth. quæ eſt C. de epiſ. & cleric. quæ incipit: generaliter. ſuper l. cum clericis. Item ex eo quod eſt infra eo. §. omnem vero. vſque in fi. ſumitur authen. quæ eſt C. quomodo & quando iud. ſuper l. conſentaneum. authen. quæ incipit: qui ſemel.

Vt neque miles, neque fœderatus obſeruetur domui priuatæ, aut poſſeſsioni alicuius. *Rubrica.*

QVIA militiæ expedit milites adeſſe peritos, vt barbarorum citò refrænetur audacia, & reipublicæ vtilitas augeatur: vt infra eod. in princip. ideo prohibet hæc conſtitutio ab aliquo detineri militem vel peditem qui ſit de legione, vel numero, vel optione aliqua. Et pœnam imponit facientibus contra, vt infra eodem titulo, & per totum. Sic & aliàs punitus qui aliquem eximit à ciuili, vel à criminali iudicio: vt ff. ne quis eum qui in ius voc. l. j. & per totum. & ff. de eo per quem fac. erit. per totum tit. In ſumma not. quod ex hac conſtit. nihil eſt in Codice.

Vt diuinæ iuſsiones ſubſcriptionem habeant glorioſiſsimi quæſtoris. *Rub.*

NON ceſſat Imperator inquirere ſi quid eſt in republica corrigendum: vt infra eod. in princip. Et ideo hac conſtitutione prohibet nullam eſſe iuſsionem ſuſcipiendam à quolibet cognitore, quæ in ſe non habeat quæſtoris adnotationem, qua contineatur inter quos, & ad quem iudicem, & per quem fuerit directa perſona: vt infra eodem. §. primo. Sunt & alia neceſſaria, ſcilicet, quòd de atramento mirabili ſit confecta: vt C. de diuerſ. reſcrip. l. ſacri affatus. & quod ibi ſit dies, & conſul: vt C. eod. titulo. l. ſi qua. In ſumma not. quod ex hac conſtitutione quidam habent titulo prædicto ſuper prædicta l. ſacri affatus. vel ſuper l. fina. authentic. quæ ſic incipit: glorioſiſsimi quoque, &c.

In medio litis non fieri ſacras formas. *Rubrica.*

LEGVM aliæ ſunt negotiorum, vt ferè omnes: aliæ ſunt leges legum, quæ alias confirmãt: vt hic, & C. de legib. & conſti. per totum. & maximè in l. non dubiũ. Et iſtæ propriè ſanctiones dicuntur: vt Inſtit. de rer. diuiſ. §. ſingulorum. Et de talibus eſt hæc conſtitu

ſtitutio. Præcipit ergo præſens hæc conſtitutio duo princi-
paliter: vnum deinceps non ſupplicari ad principem, vel ad
alium, lite aliqua pendente: vt lex fiat noua, per quam illud
negotium decidatur: quod ſi fiat, non valet: vt infra eo. vſque
ad §. ſuper hoc. Aliud, quia idem iudicat de iis, quæ ſunt tem-
pore huius legis pendentes: vt in d. §. ſuper hoc. fallit autem
hoc in quatuor caſibus: quod dic vt infra eo. §. cùm autem. In
ſumma no. quòd ex hac conſtitutione habens quidam C. vt
lite penden. ex tempus infra eod. auth.

Vt cùm de appellatione cognoſcitur. *Rub.*

1 *Cauſa appellationis an ſit decidenda ex lege, quæ lata eſt noui-
ter pendente appellatione.*
2 *Dilationes quot dandæ ſint abſenti ad eius maliciã ſuperãdam.*
3 *Exhæredationis cauſæ quot & quæ ſint, ſiue fiat ab aſcenden-
tibus, ſiue à deſcendentibus, ſiue à collateralibus.*
4 *Debitoris defuncti funus non eſſe à creditoribus impediendũ.*
5 *Conſtituens alium ſoluturum, an eo nomine teneatur.*

HÆC conſtitutio de quinque ſpecialiter tractat:
1 † quorum primum eſt, ſi pendente appellatione
lex noua fuerit facta: an ſecundum eam cauſa de-
beat iudicari? Circa quod dic, quòd ſiue cauſa
principali pendente, noua lex fuerit facta, ad alterius partis
petitionem non valet in ea cauſa: vt ſ. tit. j. §. j. & eadem auth.
ante, &c. ſiue poſt ſententiam, ſiue ante relationem fiat quo-
cunque petente, vel ſpontaneo motu, non valet in cauſa illa,
vt infra eod. §. j. cùm nihil ſit nouandum cauſa pendente: vt ff.
2 nil noua. per totum. † In ſecundo dicit de dilationibus dan-
dis abſenti ad eius malitiam ſuperãdam: nam cùm debeat iu-
dex vnam, & alteram partem interrogare diligenter, an ali-
quid noui addere velint: vt C. de iud. l. iudices. vna verò par-
tium dicat ſe habere aliquid quod proponat: altera verò alle-
gationibus renunciet, tres dilationes dantur, ad eius malitiam
ſuperandam: vt infra eod. §. ſed hoc præſenti. licet præſenti, &
3 petenti, niſi ſemel eſſet dandum: vt ff. de feriis. l. fi. † In ter-
tio dicit de exhæredatione liberorum ab iis, qui ſunt de linea
maſculina, vel petitionibus quę fiunt ab eis qui per fœminam:
vt Inſti. de exhæred. libe. §. mater. circa quod dicas quòd pater
vel mater, vel alius de linea ſuperiori, poteſt inferiorem ex-
hæredare: ex quatuordecim cauſis, quæ enumerantur j. eod. §.
cauſas. vſque ad §. generalem autem, &c. & vel omnes, vel ali-
qua, vel vna earum ſufficit: vt j. eod. §. ſiue igitur. Et hoc de-
bet in ſuo adiicere teſtamento: aliàs hæredem aliquem nomi-
nare non liceret: vt C. de inoffic. teſta. l. omnimodo. Item hęres
debet cauſam probare, licet olim eſſet contra: vt j. eod. §. ſiue
igitur. & C. de inoffic. teſtam. l. liberi. quod niſi probet, agitur
querela: quod dic vt plenè dixi infra eodem. §. aliud. E contra
ſeptem ſunt cauſæ, quibus exhæredantur ſuperiores ab infe-
rioribus: quod dic vt infra eod. §. & hæc quidem. vſque ad §.
ſi tales igitur. Illæ autem quibus frater fratrem, ſunt tres. vt ſ.
4 de nupt. §. ingratitudinis. † In quarta dicit de quadam alia
quarta rei eſſentia, quæ exhibetur ratione noui funeris: circa
quod dic quod aut ipſum defunctum iam prohibet quis ſepe-
liri, vel exequias fieri, vel etiam moribundi res conſignat: &
tunc habet locum ſ. vt defun. ſeu fune. eorum. §. j. & ij. aut ſta-
tim funere expedito vult quis conuenire filium hæredem, &
adhuc lacrymantem. & de his loquitur hæc conſtitutio pro-
hibens hoc fieri intra nouem dies: aliàs conuentio, vel exactio
5 cautionis pro nihilo eſt: vt infra eo. §. meminimus. † In quin-
to capitulo dicit circa conſtitutionem pecuniæ, quam facit
quis nudo etiam pacto: vt Inſtit. de actio. §. de conſtituta. de
perſona ſua, ſcilicet, nam alium conſtituere alius non poteſt,
neque ſoluet: vt ff. de conſtit. pec. l. j. §. ſed & ſi quis. neque ſe-
cum dicens à me, & ab illo ſic tſrd ipſe pro parte ſua tantùm
tenetur, ſi alium copulatiuè ſibi coniunxit: vel inſolidum, ſi
disiunctiuè: vt infra eo. §. fin. Si autem tantùm alium, vel im-
perſonaliter nullo nominato, tunc nihil valet: vt infra codem,
§. fin. In ſumma not. quod ex hac conſtitutione j. eod. §. ſed
hæc. ſumitur authen. quæ eſt C. de iud. l. iudices. quæ incipit:
iubemus. Item ex eo, quod eſt infra eo. §. aliud. ſumitur auth.
quæ eſt C. de libe. præter. vel exhære. ſuper l. j. quæ incipit: non
licet. Item ex eo quod eſt infra eo. §. ſed aliud. ſumitur auth.
quæ eſt C. de inof. teſta. l. ſi filiam. quæ incipit: ſed ſi poſt xxv.
an. Item ex eo quod eſt infra eod. §. ſi quis de prædictis. ſumi-
tur auth. quæ eſt C. de epiſc. aud. ſuper l. peo. quæ incipit: libe-
ri furioſi. Item ex eo, quod eſt infra eod. §. ſi verò de prædictis.
ſumitur authen. quæ eſt C. de epiſc. & cleric. ſuper l. ſi quis ad
declinandam. quæ incipit, ſi captiui. Item ex eo, quod eſt infra
eod. §. ſi quis. & § generalites. ſumitur auth. quæ eſt C. de hæ-
retic. ſuper l. cognouimus. quæ incipit: idem de Neſtorianis.
Item ex eo, quod eſt infra eo. § ne igitur. ſumitur auth. quæ eſt
C. de liber. præter. quæ incipit: ex cauſa. ſuper l. iij. Item ex eo
quod eſt infra eod. §. meminiſſe. ſumitur authen. quæ eſt C. de
ſepul. viol. l. fi. quæ incipit: ſed neque. Item ex eo quod eſt in-
fra eo. §. hoc quidem. ſumitur quod eſt C. ad Tertyl. l. fi. auth.
in teſtamento. Item ex eo quod eſt infra eo. §. fi. ſumitur auth.
quæ eſt C. de conſtit. pec. quæ incipit, ſi quando.

Vt liceat matri & auiæ, &c. *Rub.*

1 *Filiofam. an poſſit aliquid ita relinqui, vt patri vſusfructus
non quæratur.*
2 *Legitimus an quis fiat hoc ipſo, quòd pater ſcripſit eum eſſe
ſuum filium.*
3 *Matrimonium poſſe ſine dote & ſine inſtrumento conſiſtere,
atque ibi, an id ſit perpetuum.*
4 *Vxor in quibus caſibus, & quatenus ſuccedat marito.*
5 *Filij apud quem educari debeant matrimonio per diuortium
ſoluto.*
6 *Matrimonium an, & ex quibus cauſis poſſit impunè diſ-
ſolui.*
7 *Mulier quanto tempore expectare debeat maritum in expe-
ditione degentem.*

QVIA variæ cõſtitutiones principi proponebantur:
ideo hac conſtitutione ipſas decidit: vt j. eod.
in princ. inter quas hoc maximè erat, An ſuperio-
ribus liceret parte legitima inferioribus relicta,
quod eſt triens, vel ſemis: vt ſ. de trien. & ſemiſ. §. j. de aliis diſ-
ponere prout vellent: quod certè dubium non videtur: cùm
& alia conſtitutio terminauerat hoc idem: vt ſ. de trien. & ſe-
1 miſſ. §. j. in fin. & ſ. de hære & Falcid. §. j. Sed certè † ideo eſt:
quia hic plus procedit, an ita filio etiam in propoſito poſſit
cõcedi: vt etiam quo ad vſumfructum patri non quærat: quod
verum eſſe dicit: vt j. eod. vſq; ad §. ad hoc. Sed adhuc §. iure
veteri videtur eſſe conceſſum: vt ff. ad Trebellia. l. Imperator.
Sed dices quòd tunc omnia patri quærebantur: nec erat co-
gnita diuiſio à proprietate vſusfructus, quæ hodie eſt inuen-
ta: vt Inſtitu. per quas perſo. nob. acquiritur. vnde hodie pa-
tri ſeruari vſumfructum videbatur: ſi non ſeruatur: ſicut & in
aliis caſibus quibuſdam. quod dic vt j. eod. in fin. j. reſponſi.
poſt hunc articulum alia ponit capitula, vt dicit rubrica, &
2 hæc ſunt x. vel xj. † Primum eſt de patre, qui ſcripſit aliquem
ſuum filium cum trium teſtium ſubſcriptione, quæ ſcriptura
eum cum conſenſu facit legitimum, qui non erat. quod dic vt
3 j. eod. §. ad hoc. † Secundum, & tertium, dicit matrimonium
ſine dote poſſe conſiſtere, cum inſtrumento dotali: vt j. eod.
§. hoc quoque. & C. de repud. l. iubemus. in prin. & ſ. de nupt.
§. nuptias. Excipiuntur etiam magnis decorati dignitatibus,
& ſunt illuſtres, & ſuperiores: niſi ſint barbari: vt infrà eod. §.
quia verò dudum. & §. illo Indubitanter. Excipiuntur qui-
dam alij. quod dic vt dixi infrà eod. §. quia verò dudum. in fi.
4 † Quartum adducit, quo cauetur in duobus caſibus, vxorem
ſuccedere viro ſuo in quartam omnium bonorum, ſi ſunt filij
vſque ad tres: ſi verò plures, in virilem: vt j. eod. §. quia verò le-
gem. & ſic corriguntur leges quę aliter ſentiebãt: vt ſ. de nup.
§. ſi quis enim. & de exhib. & intro. re. §. quoniam verò. Ecõ-
tra autem vir vno eorundem caſuum, ſcilicet cum vxor dimi-
ſerit maritum, non ſuccederet vxori per hanc cõſtitutionem,
ſed per aliam ſic: vt dices infrà eodem. §. quia verò legem. in fi.

5 † Quinto capitulo cauetur, ſi matrimonium diuortio ſit ſolutum, apud quem filij debeant educari: dic ergo à matre, ſi minores ſunt triennio: vt C. de pat. poteſt. l. pen. maiores autem à patre: ſi tamen pater dederit cauſam diuortij, apud matrem aluntur patris expenſis, ſi ſecunda vota non ineat: & econtra, ſi mater cauſam præſtitit, apud patrem: & fortè matris expenſis, ſi eſt locuples: vt dicit Hyr. Si verò etiam patre præſtante cauſam, & pater inops ſit, mater alit: aliàs non. vt infra eod. §. illud quoque. & ff. de liber. agnoſcen. l. non quemadmodum.

6 † Sexto capitulo cauſas enumerat, quibus matrimonia diſſoluuntur ſine pœna: & ſunt ſex. In primis, in quibus dimittit maritus vxorem: quas enumerat, & dic vt in tex. infra eod. §. quia verò plurimas. vſque ad §. cauſas. quibus prædictis ſex adijciuntur tres j. eod. §. prædictis autem cauſis. Econtra illæ quibus vxor maritum dimittit, quinque eſſe videntur, quas dic vt infra eod. §. cauſas. vſque ad §. quia verò ex conſenſu. Septimo capitulo prohibetur matrimonium dirimi ex conſenſu: aliàs pœna imponitur: quod dic vt infra eo. §. quia vero

7 ex conſenſu. † Octauo dicitur de muliere, quæ maritum habet in expeditione degentem, quæ ſine fine ſeculi debet expectare: niſi nuntium iuratum de eius morte habuit: quod ſi peierat, & illa nubat poſt annum, ſcilicet poſt iuramentum, & redierit, adhoc redderur priori marito: vt j. eo. §. quod autem à nobis. & ſic corrigit ſ. de nupt. §. nouimus. quæ dicit decennio expectandum: poſſet tamen illud poni in dubium, an hoc ſit verum in quacunque militia militet maritus, etiam in illicita. Nono loco dicitur de mulieribus repudiantibus viros: quod non licet[a], & ſi fecerint contra, puniuntur: quod dic vt infra eod. § quia vero quædam. & § ſi autem vir. Decimo dicitur, quod propter verbera, maritus non eſt dimittendus: vt infra eod. §. ſi quis autem propriam. licet pater deſeritur: vt ff. ſi quis à pat. fuerit. l. fin. Vndecimo præcipitur, quod nullus cum aliena vxore loquatur, & maximè in eccleſia, vbi de peccatis venia eſt petenda: aliàs ſi ei ter denuntietur vt abſtineat, & non facit quartò inuentus poterit occidi, vel tradi clericis eccleſiæ vel poteſtati, ſecundum diſtinctionem loci vbi deprehenditur malefactor: quod dic vt infra eod. §. is quoque. & §. quia vero. In ſumma not. quod ex hac conſtitutione j. reſpóſi ſumitur auth. quæ eſt C. de bon. quæ lib. ſuper l. cùm oportet. quæ incipit, excipitur. Item ex eo quod eſt infra eo. §. j. ſumitur authen. quæ eſt C. de natu. libe. l. cum quis. quæ incipit, ſi quis liberos. Item ex eo, quod eſt infra eod. §. quia vero dudum. ſumitur auth. quæ eſt C. de nupt. ſuper l. ne ſine nuptiis. quæ incipit, maximis. Item ex eo quod eſt infra §. quia vero legem. ſumitur auth. quæ eſt C. vnde vir & vxor. quæ incipit: præterea. Item auth. quæ eſt C. de repud. ſuper l. fin. quæ incipit: hoc ita. Item ex eo quod eſt infra eo. § illud. ſumitur auth. quæ eſt C. de diuor. fac. quæ incipit: ſi pater §. nam quemadmodum. Item ex eo quod eſt infra eod. § quia vero plurimas. ibi, ſi de adulterio. ſumitur authen. quæ eſt C. de adult. ſuper l. crimen. quæ incipit: ſed nouo iure. Item ex eo quod eſt infra eod. §. quia vero conſenſu. ſumitur auth. quæ eſt C. de repud. l. ſi conſtante. quæ incipit: quod hodie non licet. Item ex eo quod eſt infra eod. §. quod autem à nobis. ſumitur auth. quæ eſt C. de repud. ſuper l. vxor. quæ incipit: hodie. Item ex eo quod eſt infra eod. §. his quoque. & §. quia vero. ſumunt quidam auth. & ponunt in C. de adulte. ſuper l. quamuis. quæ incipit: ſi quis ei, quem ſuſpectum.

ANNOTATIO.

a Non licet. Adde Bart. in l. rerum amotarum. ff. rerum amot. Bald. in l. ij. C. de ſecun. nupt. canoniſtas in cap. gaudemus de diuor. & in cap. ij. de translat. prælat. do. Alex. de imol. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. circa fin. ff. ſolu. matrim.

Collatio nona.

De hæredibus ab inteſtato venientibus. *Rub.*

1 *Liberos in ſucceſſione inteſtati omnibus eſſe præferendos, atque inibi qui veniant appella tione liberorum.*

2 *Parentes quando, & quomodo ſuccedant liberis inteſtatis.*

3 *Succeſſio inteſtati in linea tranſuerſali quomodo, ſeu quo ordine deferatur.*

4 *Tutelas eo ordine deferri, quo hereditates inteſtatorum, atque inibi an id ſit perpetuum.*

QVIA tam ciuili iure, quàm prætorio, & etiam conſtitutionibus Imperatorum, vario modo ab inteſtato ſucceſſiones deferebantur, & quibuſdam indebitè. Idcirco hac conſtitutione prouidit ſuum ius cuique tribuere: vt infra eod. in princ. Et (quia omnes res melius per diuiſionem aperiuntur: vt ff. de excep. doli. l. j.) ideo omnes gradus ſuccedendi in tres diuidit, inferiorem, ſuperiorem, & tranſuerſalem: vt infra eo. §. ij. & Inſtit. de hæ-

1 red. quæ ab inteſta. in princ. † Circa primum dicas quod prima cauſa eſt in ſucceſſione liberorum: vt infra eo. §. ij. & Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. in princ. Et liberorum appellatione in infinitum accipe: vt ff. de verb. ſignifi. l. liberorum. adeo autem liberos vocat, vt ſi ex vno filio præmortuo ſit nepos, vel pronepos, vnà cum alio defuncti filio vocetur: vt Inſtit. de hæred. quæ ab inteſta. §. cum filius. & dices plenè infra eod. §. ſic ta-

2 men. † Circa ſecundum, dicas, quod deficiente linea inferiori, ſuccedunt ſuperiores in gradu proximi: tam paterni. quàm materni: vt æqualis inter eos fiat diuiſio, licet diſpar ſit numerus vtrinque: vt j eod. §. conſequens. & §. ſi igitur. & §. ſi vero. cum quibus fratres vtrinque defuncto coniunctos vocamus, non autem filios fratrum, per hanc conſtitutionem, ſed per aliam ſic: ſicut enim fratres vtrinque coniunctos cum ſuperioribus vocamus: ſic & fratris vtrinque coniuncti filios: vt infra eodem. §. ſed & ipſis. & §. ſi autem. & infra vt fratrum filij. §. j.

3 † Circa tertium no, quia vtraque linea deficiente, ſupradicta tranſuerſalis ſequitur hoc modo: quod fratres primo vtrinque coniuncti, & filij alicuius eorum præmortui. Et ſi tales non ſunt, tunc ex vno latere coniuncti, cum filiis alicuius eorum. Cæterorum filius fratris vtrinque cóiuncti præfertur patruo: vt infra eo. § reliquum. & §. ſi igitur. & §. ſi autem. & §. vnde conſequens. & § ex diuerſo. & poſt iſtos fratres, & fratrum filios, omnes in capita admittuntur: vt infra eo. §. ſi vero neque fratres. Si autem defuncto alij ſunt conſanguinei fratres: alij vterini tantùm, tunc dic plenè vt diximus ſ. de conſanguin. & vteri. fratr. & hoc in catholicis. In hæreticis autem ſeruatur quod dicitur ſ. vt cùm de app. cogn. § generaliter. & infra eo.

4 §. hæc omnia. † Quo autem curſu detuli hæreditates, eodem tutelæ deferuntur: nam nec ibi, nec hic fit differentia [agnati, vel cognati:] hic fit differentia inter maiorem, & minorem: nam minor non poteſt eſſe tutor, licet ſuccedat: vt infra eod. §. ex his. & Inſtit. de excu. tut. §. minores. & C. de legit. tuto. l. fin. Item fit differétia inter mares, & fœminas: nam mares poſſunt eſſe tutores, fœminæ non, licet ſuccedant: vt Inſtit. de legi. pa. tute. §. fin. & ff. de teſtam. tute. l. iure noſtro. niſi à principe hoc fuerit impetratum: vt ff. de tute. l. fina. Sed iure Codicis mater cœpit admitti ad filiorum tutelam, ſi iuraret, & alia multa ſeruaret: vt C. quando mulier tut. offic. fung. l. ij. Sed prædictum iuramentum poſtea fuit remiſſum: quia quoties iurabant non nubere, toties peierabant: vt ſ. vt ſine prohibitione matres. §. quia vero. hodie vero hoc idem dicitur, & de auia: quod dic vt infra eod. §. ex his. & §. mulieribus. In ſumma not. quod ex hac conſtit. j. eod. §. j. vſque ad §. conſequens. ſumitur authen. quæ eſt C. de ſuis & legi. ſuper l. ij. quæ incipit: in ſucceſſione. Item ex eo quod eſt j. eo. § ſi igitur. ſumitur auth. quæ eſt C. ad Tertyl. ſuper l. fin. quæ incipit, defuncto. Item ex eo quod eſt infra eod. §. reliquum. vſque ad §. ex his. ſumitur auth. quæ eſt C de legit. hæred. l. iij. quæ incipit: ceſſante. & authen. poſt fratres. Item ex eo quod eſt infra eod. §. ex his. vſque ad §. mulieribus. & §. ſi autem plurimi. ſumitur auth. quæ eſt C. de legit. tut. ſuper l. j. quæ incipit: ſicut hodie. Item ex eo quod eſt infra eod. §. mulieribus. ſumitur authen. quæ eſt C. quando mu. offi. fun. tut. l. ij. quæ incipit, matri & auiæ, &c.

Vt ſponſalitia largitas, ſpecialis ſit contractus, & de diuerſis capitulis. *Rub.*

1 *Donatio propter nuptias an indigeat inſinuatione.*

2 *Minor an. & qua ætate poteſt ſeruum manumittere.*
3 *Inſtrumentorum exempla ex quibus cauſis ſoleant deſcribi.*
4 *Exemplo inſtrumenti an fides adhibeatur non ſecus, atque ipſi inſtrumento authentico.*
5 *Condemnato quantum temporis detur ad appellandum, & quantum ad appellationem proſequendam.*
6 *Supplicatio à ſententia præfecti prætorio cui ſit porrigenda, & quæ ſint partes eius cui porrigitur.*
7 *Lex Falcidia quibus caſibus ceſſet.*

AD quæſtiones motas, & ſuo motu fecerat Iuſtinia-
nus quædam reſponſa iuris, quæ hac cóſtitutione
comprehenduntur: dicens primò de ſponſa. largi.
ſubſequenter de aliis capitulis, quæ ſunt ix. & ſic
1 c. cum iſto. † Primò ergo de hoc, dic quòd donatio propter
nuptias (quæ hic ſponſalia largitas vocatur) olim debebat in-
ſinuari, vt aliæ donationes, ſi excedebant quingentos ſolidos:
vt C. de donatio ante nuptias. l. fi. § ſimili modo. niſi fœmina
eſſet minor: vt C. de donat. ante nupt. l. minoribus. Hodie au-
tem eſt ſpeciale in hoc contractu: vt prædicta inſinuatione
non indigeat, quantum ad hoc vt valeat, & quantum ad pa-
cta lucrorum facta hinc inde: ſiue eas conferant viro, ſiue mu-
lieri: vt ꝫ. eod. in princ. ſed quantum ad partem viri corrigitur
2 hoc: vt ibi dices. † Circa ſecundum dic, quòd olim nullus mi-
nor xx. annis poterat ſeruum ſuum manumittere, niſi iuſta
cauſa: vt Inſtit. qui manu. non poſſ. §. eadem. & C. de teſta. mili.
l. ſi Rufinus. poſtea ad ætatem xvij. annorum redactum eſt, in
qua ætate poteſt etiam aliquis poſtulare: vt Inſtitu. qui manu.
non poſſ. §. cum ergo. vſque in fi. & ff. de poſtulan. l. j. §. pueri-
tiam. ſed quia etiam in xiiij. an. poteſt quis facere teſtamẽtum,
vt ff. de teſt. l. qua ætate. ideo per hanc nouam conſtitutionem
à xiiij. anno in antea, poterit manumittere ex cauſa nulla pro-
bata. Et ſic iura prædicta vetera corrigũtur: quod an in vltima
voluntate tantum, an etiam in manumiſſione quæ fit inter vi-
3 uos, dices ꝫ. eod. in §. j. † In tertio, dicas, quòd ratione vetuſta-
tis chartarum. Item ratione roſionum: quia ſunt roſæ à mu-
ribus, vel à vermibus. Item propter hoc, vt multi hæredes, vel
conſortes, vel ſocij, habeant copiam inſtrumentorum, exem-
plificatur de vna in aliam chartam: vel quia creditores à cu-
ratore bonorum timent circumueniri: vt ff. de bon. autho. iud.
4 poſſ. l. fi. Vnde † dubium erat an exemplificato, vt authentico
crederetur: quod quidam dicunt, ſi eſt manu publica exempli-
ficatum: aliàs non. Sed tu dic, quòd nunquam niſi authenti-
5 cum proferatur. quod dic plenè vt ꝫ. eod. §. & hoc inſuper. † In
quarto dic, quòd lata ſententia appellator habet decem dies
ad appellandum: vt ſ. de appel. §. j. & duos annos ad exequen-
dam [vel ad proſequẽdum] licet ſecundum habeat cum cauſa:
vt ſ. de iis qui ingred. ad appel. §. j. ſi circa fines huius temporis
veniat appellator ſiſtet per partes quominus iudicium finia-
tur: tunc ſerua quod dicitur ꝫ. de iis qui ingre. ad appel. §. ij. Si
per iudicem, etiam habet locum quod hic dicit, vt licet tem-
pus currat, reſtituatur. quod dic plenè vt ꝫ. eod. §. hic quoque.
6 † Quinto capitulo dicit de ſupplicatione quæ fit à præfecti
ſententia. In quo dicas quod vel princip. C. de ſentent. præfe.
præto. l. j. vel ipſi præfecto, vel conſiliariis eius vel cauſam in-
troducentibus, qui referendarij vocãtur: vt ſ. de referendariis:
ſupplicatio contra præfecti ſententiam eſt porrigenda: non
vt prædicti cognoſcant, ſed tantum princeps, vel alius, cui hoc
ipſe committat: vt ff. de min. l. minor. in princ. & §. pe. qua por-
recta, executioni ſentẽtia mãdatur, dato fideiuſſore. quod ple-
nè dices vt ꝫ. eo. §. aliud. Sexto, dic ſicut in aliis: ita in hæredita-
te dãnoſa adita, minores reſtituũtur: vt C. ſi ſe ab hæredi. abſti.
per totum. quod qualiter ſit faciendum dic, vt ꝫ. eod. §. ad hoc
quoque. Septimò capitulo de præſcriptionibus dicit, quæ o-
lim locum habeant in rebus immobilibus x. vel xx. ann. ſiue
bona fide, ſiue mala, aliquis alienaret: vt ff. de publi. l. cum qui.
§. prætor. quod hodie diſtinguitur: vt plenè dices ꝫ. eod. §. rur-
ſus. & §. de præſcriptione. Octauo corrigit vnam legem, quæ
dicebat teſtamentum in ſcriptis non valere, niſi teſtator pro-
pria manu ſcriberet nomen hæredis: vt C. de teſtamen. iube-
7 mus. & Inſtit. de teſta. §. ij. quod dic vt ꝫ. eod. §. quia. † Nono
corrigit aliam quæ eſt ſcilicet, vt de cætero commutation.
§. j. quod dices vt ꝫ. eo. §. legem. Decimo detrahit vnum caſum
à iure antiquo, quo permittebatur hæredi falcidiam retinere:
vt ff. ad leg. Falci. l. ij. in prin. Et eſt caſus quando fuit lex lega-
tario impoſita à teſtatore, ne alienaret: quæ lex valet: vt C. de
rebus alienis non alienan. l. fin. Sunt & alij caſus vbi Falcidia
ceſſat: quod dic vt ꝫ eo. §. legem. & C. ad leg. Fal. l. ij. In ſumma
no. quod ex hac conſtitutione ꝫ. eo. in prin. ſumitur auth. quæ
eſt C. de donat. ante nupt. ſuper l. fi. in fi. quæ incipit: eo decur-
ſum. quæ eſt in prima ſui parte. nã à medio in antea ſumitur ꝫ.
vt fratrum filij. §. illud. Item ex eod quod eſt ꝫ. eod. §. j. ſumitur
auth. quæ eſt C. qui mili. non poſſunt. ſuper l. iiij. quæ incipit:
ſed hodie, ex quo. Item ex eo quod eſt ꝫ. eo. §. & hoc inſuper.
ſumitur auth. quæ eſt C. de eden. ſuper l. procurator. quæ in-
cipit: ſi quis in aliquo. Item ex eo, quod eſt ꝫ. eo. §. & hoc quo-
que ſancimus. ſumitur auth. quæ eſt C. de tempo. & repa. ap-
pellat. l. ij. in fi quæ incipit: item ſi appellatione ſequuta. Item
ex eo quod eſt ꝫ. eod. §. aliud. ſumitur auth. quæ eſt C. de preci.
impera. offeren. ſuper l. ſi quis aduerſus. quę incipit: quæ ſup-
plicatio. Item ex eo quod eſt ꝫ. eod. §. ad hoc. ſumitur authen.
quæ eſt C. ſi vt ſe ab hære. abſti. ſuper l. j. quę incipit: ſi omnes
creditores. Item ex eo quod eſt infrà eod. §. rurſus. ſumitur
authent. quæ eſt C. de præſcript. long. tempo. l. j. quæ incipit:
malę fidei poſſeſſor & authent. quod ſi quis quibuſdam. Item
ex eo, quod eſt infrà eod. §. quia verò. ſumitur authent. quæ eſt
C. de teſtam. ſuper l. iubemus. quæ incipit: & non obſeruato.
Item ex eo quod eſt infrà eodem. §. ſi quando autem. ſumitur
authent. quæ eſt C. ad legem Falcidiam, ſuper l. ij. quæ incipit,
ſed iu ea re.

De alienatione, & emphyteuſi. *Rubrica.*

1 *Emphyteuſis vel alia quæuis alienatio rei eccleſiaſticæ quomodo, & ex qua cauſa procedere poſſit. & num. 3.*
2 *Permutatio rei eccleſiaſticæ an, & quando, & quatenus permiſſa ſit.*

QVIA diſperſæ ſunt leges, quæ de contractibus
eccleſiaſticis tractant, tam in hoc libro, quàm C.
& in aliis libris quos non habemus: vt dices infrà
eodem. primo reſpon. Ideo hac conſtitutione bre-
uiter comprehendit de omni contractu eccleſiaſtico, ſiue ſit
alienatio, ſiue emphyteuſis, ſiue locatio, ſiue pignus vel hypo-
theca, ſiue quilibet alius. Et quod dico in eccleſia, idem in
omni loco venerabili, qui nominatur plerunque per hanc
[conſtitutionem.] In primis not. quòd curſus huius conſti-
tutionis talis eſt: quia infrà eodem vſque ad §. & hoc quidem,
tractat tantùm de Conſtantinopolitanis eccleſiis, & reliquis
venerabilibus locis ibi poſitis: exceptis paucis, vt infrà eodẽ.
§. primo, & §. & hoc. ibi, quæ in omnibus. abinde in antea in-
cipit tractare. & tractat de aliis venerabilibus locis, per totum
orbem terrarum. De prima ergo parte ſic breuiter rem expe-
dias: quia alienatio omnino prohibetur. & alienationis voca-
bulo accipe quomodocunque dominium transferatur: vt in-
frà eodem. §. j. & C. de fun. do. l. j. Emphyteuſim permittit vſq;
in tertiam generationem, cum diminutione ſextæ partis pen-
* ſionis: niſi ſit de proaſtiis: * in quo diſtingue: aut habet reditus
aliquos, vel non. quod dic vt infrà eod. §. emphyteuſes. & hoc
quando res integra eſt. Si autem ob cladem diminuta, vel
ruinoſa: tunc, quod ſoluit ab initio, remitti poteſt ei tertia ſe-
cundum nos, vel duæ partes ſecundum Rog. aut facta reædi-
ficatione: & tunc ſoluit, quod nunc accipi poteſt. Item medie-
tatem adiectæ penſionis, pro reædificatione: vt infrà eod. §. ſi
verò. & ſuprà de non alie. §. quia verò. & §. ſi verò. Item ſi con-
tractum quendam innominatum vult facere, ſcilicet nomine
noſtro, dare rem aliquam poteſt. Item locationem facere po-
teſt, vt vult: dummodo non vltra xxx. an. Item obligationem
ex iuſta cauſa. Item emphyteuſim etiam vltra quinquennium
(vt dictum eſt) & hoc præſentibus baiulatoribus domus, &
hoc in alios, non œconomos, vel eorum cognatos. & hæc

omnia ſunt j.eodem.§. ſi verò quædam loca.vſq; ad §.& hoc.
5 † Sequitur de eccleſiis aliis, quàm Conſtantinopolitanis. & quia inter contractus magis eſt in vſu emphyteuſis, de eo primum dicit, quòd ſcilicet fieri poteſt in perpetuum, quandiu præſtetur penſio: & in præſentia eorum, qui in domo ſunt maiorum, & minorum, & præſentibus euangeliis & iurante prælato nil fieri ad læſionem diuinæ domus: & in ſcriptis fiat cum diminutione reditus facienda, vſque in ſextam partem. quod plenè dic, vt j.eod.§.licentiam. Et hoc, ſi res integra eſt: aliàs ſerua quod dixi de re ruinoſa Conſtantinopolitanarum eccleſiarum: vt j.eodem.§.quæcunque.& §.ſi verò. Secundò dicit de contractu venditionis, & etiam pignoris, quem permittit in caſu, ſcilicet, ſi debitum vrget: nec ex mobilibus rebus ſolui poſsit. Primò ergo res immobiles ſpeciali dent pignori: cuius fructus creditor in ſortem, & in vſuras ſuſcipit. quòd ſi non vult, tunc iuret prælatus debitum exigere, & de mobilibus ſolui non poſsit: & res per xx.dies venalis proponatur, vt plus offerenti detur: & pretium emptor creditori eccleſiæ (cui debetur) ſoluat: & inſcribatur nil factum in læſionem diuinæ domus. Emptore non inuento, detur creditori in ſolutum: vt ſi res valet x.detur pro xj. Et ſic res mediocris, & non melior vt creditor eligeret: & is ſit creditor, qui euidẽter probat ſuam pecuniam in vtilitatem eccleſiæ conuerſam. & hoc probatur infrà eod.§.hoc etiam. vſque ad §.hoc verò iubemus. quæ ibi
6 circa literam diligentius exponemus. † Tertiò dicit de contractu permutationis, qui prohibetur: niſi vni venerabili loco cum alio, vt infrà eod.§. hoc verò iubemus. & ſ. de conſtitut. quæ ex adſcript.§.fin. Item cum principe: vt ſ. de non alien.§. ſinimus. Itam & in alio caſu, ſcilicet, quando dat ſterilem, & accipit bonam rem, vel etiam titulo venditionis: vt j.eod.§.ſi verò quis de prædictis.& arg. ff.de iure dot.l.ita conſtante.&
a l.ſeq. Quartò permittit pro redemptione captiuorum[a] vt j. eod.§. ſanctiſsimas. Quintò nomine vſus: vt j.eod §.ſi verò quis voluerit. Sextò de ſacris vaſis. quod dic vt infrà eod, §.de ſacris. Licet autem his ſex caſibus permittatur, his eiſdẽ quandoque non permittitur: quod euenit in caſibus quos habes j. eod.§.ſi verò quis autẽ locator. & §.ſi verò. & §.quoniam.& §. œconomis vero.& §.ſanctiſsimas. & infrà de eccle tit.§.iubemus. Vltimò imponit pœnam, ſi quis contra prædicta contraxerit. ſi enim in emphyteoſim aliter quis acceperit, punitur: vt diſtinguitur j. eod.§.ſi verò quis locator. & §. ſi verò præter hęc. & §.ſi verò emphyteuſis. Et eodem modo imponit pœnas in aliis per ordinem, vſque in finem conſtitutionis. In ſumma not.quòd ex eo quod eſt infrà eod, §.ſi verò quædam loca.ſumitur auth. quæ eſt C.de ſacroſan.eccle.ſuper l.iubemus. quæ incipit: ſi quas ruinas Licet enim loquatur prædictus §.in rebus Conſtãtinopolitanæ ciuitatis: tamen dicitur j.eo §. quæcunque verò. idem ſeruandum in omnibus aliis. Item ex eo quod eſt infrà eodem.§.licentiam. ſumitur authentica quæ eſt C.de ſacroſanct. eccle. ſuper l.iubemus. quæ incipit: perpetuã quoque. vſque i lluc. ſolito, &c. reliqua pars ſumitur ex auth. ſuprà de non alienandis.§.quia verò Leonis. Item ex eo quod eſt infrà eodem. §. hoc etiam ſuper ipſis. vſque ad §. hoc verò iubemus. ſumitur authentica quæ eſt C.de ſacroſanct. eccleſ. quæ incipit: hoc ius porrectum. non à principio, ſed abinde, ibi in cæteris verò, &c. Principium autem eius vſque illud. ſed perpetuò, &c. ſumitur ſuprà de non alienandis. §. nos igitur. & §. ſinimus in fine. Item ex eo quod eſt infrà eod. §. hoc verò iubemus. poteſt ſumi authentica quæ eſt ſuper dicta l. iubemus. quæ incipit: item ſibiinuicem. licet poſſet ſumi, & ex illa ſuprà, conſtitut. quæ ex adſcript.§.fin. vbi dicitur idem. Item ex eo quod dicitur infrà eodem.§, ea verò. ſumitur pars prædictę authen. hoc ius. in ſecundo verſiculo ibi, & perpetuò, &c. in cęteris, &c. Item ex eo, quod eſt infra eodem.§.& quoniam. ſumitur illa authent. multo magis. licet poſſet ſumi, & ex illa ſuprà. de non alienandis. §.quia verò. Item ex eo quod eſt infrà eodem. §. œconomis. ſumitur authent, quæ eſt ſuper prædicta l.iubemus. quæ incipit: quibuſcunque modis, Item ex eo quod eſt infrà eodem.§. ſi verò quis autem locator. ſumitur illa authent. quæ incipit: qui rem huiuſmodi. Item ex eo quod eſt infrà eodem.§. ſi verò quædam. poteſt ſumi authent. quæ incipit: ſicut alienatio. Item ex §.ſi verò quis voluerit. poteſt ſumi illa authentica hæc vſus præſtatio. item ex §. de ſacris. ſumitur authent. quæ eſt C. de ſacroſanct. eccleſ. l. ſancimus. quæ incipit: præterea. Pœnæ autem quæ imponuntur in hac conſtitutione in fin. licet dicantur in illa auth. qui res iam dictas C. de ſacroſanct. eccleſ. tamen illa melius ſumitur ſ. de non alienan, §. quia verò Leonis.

ANNOTATIONES.

a Proaſtiis. Vide Alc. prætermiſs. lib. primo. in dict. proaſtium. & eundem Parerg. iur. lib. ſecundo. cap. iiii.

b Captiuorum. Ad iſtam materiam vide Bal. in auth. hoc ius porrectum. verſic. ſubſequenter venio. C. de ſacroſanct. eccleſ. gloſſ. not. x ii. q. ii. in ſumma multa pulchra. per do. Alexand. in l. Marcellus. in verb. dubitauit. etiam Bart. ff. ad Trebel. quem omnino vide.

Vt litigantes iurent, in exordio litis etiam qui neque promiſerant, &c. *Rub.*

CONSTITVTIO iſta tres habet partes. Prima eſt de iuramento calumniæ, In quo licet alia capitula apponantur, ſcilicet quòd non calumniandi animo: vt C. de iuramẽ. calum. l. ij. in prin. & quod non exigat, vel faciat calumnioſas probationes: vt ſuprà de iis. qui ingred. ad appel. §. ſi. tamen vt in iudiciis puritas per omnia appareat, dicit eos litigantes, vel eorum hæredes iurare, quod nihil dederunt, vel dabunt iudici: vt pro eis iudicet. quæ plenè dicas: vt j eod. vſque ad illum §. ſi quis autem, &c. Et ſi quis dixerit ſe dediſſe, paretur ei: & iudex punitur, ſi probat, aliàs non calumnioſè dicitur dediſſe. quod dic vt j eod. §. ſi quis autem. vſque ad §. in cauſis. Secunda pars de ſportulis dicit. quas dic exigi ſecundum leges alias, quod dic vt infrà eod. §. & hoc quoque. Tertio de referendariis. qui ſuo officio abutentes exequebantur, quod tantum referre debebant: & vel ad tranſigendum, vel ad paciſcendum eos compellebant: quod eorum officium non eſt: licet quandoque ſit iudicis: vt ff de leg. i. l. huiuſmodi. quod dic vt j eo. §. quia verò. vſque in ſi. In ſumma not. quòd ex hac conſtitutione j. eo. vſque ad §. ſi quis autem. & §. in cauſis. & §. ſi quis verò. ſumitur auth quæ eſt C. de iureiurand. propr. calum. dand. l. ij. quæ incipit: principales. Item ex eo, quod eſt infrà eod. § ſi quis autem. vſque ad §. in cauſis. ſumitur authent. quæ eſt C. de pœna iudi. qui malè iudicauit. l. j. quæ incipit: nouo iure.

De eccleſiaſticis titulis. *Rubrica.*

QVIA variis legibus tractatur de priuilegiis eccleſiarum, ideo omnia ſub hac lege comprehendere vult. dicit ergo de eccleſiaſticis titulis, & priuilegiis: quod expone vt dixi infrà eodem in princip. In primis dat eis priuilegium, vt omnes leges ſint ſubiectæ ſub ſacris canonibus quæ ſunt in ſacris quatuor conciliis, ſiue in ordine reſidendi, ſiue in aliis. quæ dic vt infrà eodem, vſque ad §. ad hæc. Secundò, dat priuilegium vt ſordidis muneribus non vexentur, nec inſcriptione lucratiuorum: imò ſi alterius erat prius poſſeſsio ſic grauata, tamen deſinit, ex quo ad eccleſiam peruenit: vt infrà eodem. §. ad hæc. & C. de ſacroſanctis eccleſiis. l. placet. Tertiò, dat priuilegium in præſcriptione rerum eccleſiaſticarum. quod dic plenè vt infrà eodem. §. pro temporalibus. Quartò, dat priuilegium circa ipſius eccleſiæ compoſitionem, ſiue inter viuos quis incipiat: ſiue in vltima voluntate: quod dic vt infrà eodem. §. ſi quis autem voluerit. & §. ſi quis autem in ſua domo. & §. ſi quis ædificationem. Et expenſas debet conſtituere etiam ad luminaria, & ad alia: vt ſuprà nullus fabri. ora. §. primo. Quinto, in relictis: quia licet aliàs non valeant mortuæ perſonæ relicta: vt C. de caducis tollendis. l. vnic. §. primo. huius cauſa valent, ſiue deo, ſiue ſancto alicui nominato; quia per gloriam ſancti viuere intelliguntur: vt & dicitur de eo qui pro Imperatore terreno moritur: vt Inſtitut. de excuſa. tutorum. §. primo. & ideo ipſe viuit. Item licet incertæ perſonæ relicta non valeant hæc tamen

ſiue

ſiue captiuis, ſiue pauperibus relicta valent: & intra ſex menſes ſunt ſoluenda, & exigenda per eum qui à teſtatore fuerit electus, ſiue per epiſcopum. quod dic vt ĩ. eod. §. ſi quis autem. etiam vſq; ad §. ſi autem annale. Sexto in hoc, vt non poſsint alienari, niſi ſub certa diſtinctione, vt dicitur infrà eod. d. §. ſi autem annale. Septimò, vt clericis ſuis ſuccedant eccleſiæ, niſi fecerint teſtamentum: quod facere poſſunt ſeculares clerici ſubditi, non prælati: niſi in iis quæ ante prælaturam habuerunt, vel etiam poſt ex genere coniuncto, vſque ad quartum gradum: vt infrà eod. §. interdicimus. & §. hæc autem. & infrà de ſanctiſsimis epiſcopis. §. presbyteros. Octauò vt bona eccleſiarum nullo modo in hæreticos deuenire poſsunt: quod plene dicitur infrà eodem. §. iubemus. & §. rector. vſque ad §. orphanotrophos. Nonò dat priuilegium orphanotrophis: quod dic vt infrà eodem. §. antepenultimo, penultimo, & fina. In ſumma not. quòd de hac conſtitutione infrà eodem. §. pro temporalibus. ſumitur partim authentic. quæ eſt. C. de ſacroſanctis eccleſiis. ſuper l. fina. quæ incipit: quas actiones. vſque ad verſic. vſucapione. Et item ex eo quod legitur infrà eodem. §. ſi autem pro redemptione. ſumitur authentic. quæ eſt C. de epiſcopis & clericis. quæ eſt ſuper l. nulli. quæ incipit: licet. Item ex eo quod eſt infrà eodem. §. ſi autem. ſumitur authenti. quæ eſt C. ad legem Falcidiam. l. ſecund. quæ incipit: ſimiliter. Item ex eo quod eſt infrà eodem. §. interdicimus. ſumitur authenti. quæ eſt C. de epiſcopis & clericis ſuper l. ſacroſanctæ. quæ incipit: licentiam.

Vt fratrum filij ſuccedant pariter ad imitationem fratrum, &c. *Rubrica.*

1 *Filios fratris admitti ad ſucceſsionem defuncti patrui cum aliis fratribus ipſius defuncti.*

2 *Donatio propter nuptias an, & quatenus indigeat inſinuatione.*

HAC conſtitutione quatuor ponuntur capitula, in quorum quolibet vnam corrigit legem. Et ideo meritò incipit, noſtras, &c. vt infrà eodem. in
1 principio. † De primo ergo dic, quod dictum erat ſuprà de hæredibus ab inteſtato. §. ſi autem defunctus. quòd filij fratrum non veniebant ad ſucceſsionem fratris mortui, cum aliis fratribus, ſi extabat aliquis de ſuperioribus: licet eorum pater vocaretur ſi viueret. quod corrigit infrà eodem. in principio. vſque ad §. illud. † In ſecundo corrigit illud quod dixerat ſuprà, vt ſponſa. larg. in principio. quòd donatio propter nuptias non indigebat inſinuatione. dicit ergo hic, quòd quantum ad mulierem eſt verum: ſed quantum ad virum poſſet nocere hoc ſcilicet caſu, ſi pactum fecerat de dote tota, vel parte lucranda, præmoriente vxore tantum lucrabitur, quantum eſt vſque ad quantitatem donationis, quæ potuit ſine inſinuatione valere: vt infrà eodem. §. illud. vſque ad §. quia verò. Tertiò, dicit quòd mulier ſecundò non nubens habeat partem, quantum quilibet filiorum, etiam proprietatis ratione, licet ſuprà in authentica neque virum. §. primo. indiſtinctè dixerit nihil habere. Quartò corrigit quod eſt eſt ſuprà, ſcilicet vt liceat matri & auiæ. §. quia verò lege dudum. in fine. ibi, iure enim, &c. In ſumma not. quòd ex hac conſtitutione infrà eodem. §. primo. ſumitur pars authent. ceſſante C. de legiti. hæred. quæ eſt ſuper l. tertia. in illo verſiculo. & cum proauis, &c. Item ex §. illud. quod eſt infrà eodem. ſumitur pars eius quod eſt C. de donatio. ante nuptias. ſuper l. fina. authent. eo decurſum eſt, &c. abinde in antea. ibi, hoc autem ad mulierem. &c. Item ex eo quod eſt infrà §. quia verò mulieres. ſumitur authentica. quæ eſt ſuper l. hac edictali. in fine. C. de ſecundis nupt. quæ incipit: ſi tamen abſtineat.

Vt nulli iudicum liceat habere loci ſeruatorem. *Rubrica.*

SVMMAM accipe vt not. infrà eod. ſuper rubrica. Intentio huius conſtitutionis eſt releuare ſubiectos in omnibus: & maximè in pœnis, quæ propter delicta fiunt. Et quia maior grauitas erat eis per quædam officia, quæ ſub bono colore peſsima erant, quia erant quidam, qui loci ſeruatores vocabantur, quaſi quidam vicarij pro iudicibus: ideo eos omnimodo prohibet hac conſtitutione, vt ſ. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag. per totum. & infrà de collato. §. ad hæc, niſi per principis licentiam quandoque fiant: vt infrà eod. §. 1. & 11. vſq; ad §. ſuper hoc. Secunda parte præcipit vt actus legitimi liberè fiant: quod dic vt infrà eod. §. & hoc. Tertiò, quia quandoq; aliqui iniuſtè grauantur appellationibus, præcipit admitti, & interim nihil innouari: vt infrà eod. §. illas vero. & ff. nil nouari. per totum. Quartò dicit, cuiuſlibet criminis eam pœnam imponi: & peccãti, non alij: & non pretio, ſed gratis, aliquis ſi eſt abſoluendus, abſoluatur: ſi puniẽdus, puniatur: adeo vt ſi alibi fugerit, per publicas literas requiſitus reducatur, vt infrà eod. §. quoniam. & §. ſi verò. & ibi plenè not. Quintò de iuſsionibus quæ à principe, vel à iudice alio emanant: ſi enim ſunt de cauſa priuati tenent etiam in tempore ſucceſſorum, ſi de publica, ita quod non lædatur fiſcus: aliàs non, niſi ſecunda iuſsio interuenerit: vt ſuprà de mand. u. princip. §. deinde. & infrà eod. §. hoc verò iubemus. Sextò de libero homine: vt filius alicuius non accipiatur pro debito: aliàs pœna imponitur. & idem de muliere ſubiicitur pro marito: quia mutuo amore inuicem pollarentur: vt infrà eod. §. quia verò. & §. illud. Septimò de conuentione mulierum, quibus priuilegium datur, vt pro [illegible], vel criminali cauſa non includantur. Sed ſi graue eſt crimen, fideiuſſori, vel monaſterio conceditur. Si autem adulterium dicitur, in monaſterio mittatur: quæ plenè dicuntur infrà eod. §. neceſſarium. vſq; ad §. quia verò noſtram. Et ibi etiam incipit tractare de pœnis, quæ imponuntur ſponte matrimonia dirimentibus: quia pœnæ tam criminales, quàm pecuniariæ nimium erant graues olim: ideo vtraſq; reparat hæc conſtitutio. quæ dic vt infrà eod. §. quia verò. & §. vt autem. In ſumma not. quòd ex hac conſtitutione infrà §. quia verò. ſumitur authentic. quæ eſt C. de action. & obligatio. ſuper l. ob æs. quæ incipit: imo à debito. Item ex ſequenti §. illud. ſumitur authent. quæ eſt C. ad Velleian. l. antiqui. quæ incip. ſi qua mulier. Item ex eo quod eſt infrà eodem. §. neceſſarium. ſumitur authentic quæ eſt C. de officio diuerſ. iudicis. quæ incipit; ſed hodie. Item ex §. adulteram. ſumitur authent. quæ eſt C. de adulter. ſuper l. quamuis. quæ incipit. ſed nouo iure. Item ex eo quod eſt infrà eodem. §. quia verò. ſumitur auth. quæ eſt C. de ſeruis fugitiuis. l. tertia. quæ incipit: ſed nouo iure. Item ex §. vt autem. ſumitur authent. quæ eſt C. de bo. damna. quæ incipit: bona damnatorum. ſuper l. 1.

Vt differentes iudices, &c. *Rubrica.*

1 *Iudicem ordinarium non recuſari ſed duntaxat delegatum.*

HÆC conſtitutio tractat de ordine agendi: nam primò ad ſuum proprium iudicem, ſecundò ad epiſcopum, tertiò ad principem eſt decurrendum: aliàs punitur: vt infrà eodem. §. primo. & §. ſi quis. & §. hæc autem. & ſuprà de mand. princip. §. ſit tibi. Si tamen iudex ſuus faciat ei ius: ſed habet eum ſuſpectum, aſſociet epiſcopum: &
1 † ſic ordinarius non recuſatur: ſed delegatus tantùm: vt infrà eodem. §. ſi vero. & C. de iudiciis. l. apertiſsimi. Secunda parte dicit, ſi etiam ipſum vellet conuenire: quod eſt intelligẽdum pro furtis, vel etiam pro oppreſsione nimia ſubiectorum, poteſt coram epiſcopo: vt infrà eodem. §. ſi tamen. & ſuprà vt iudic. ſine quoquo ſuffragio. §. nec ſitatem, de aliis not. vt in prædicto §. aliud. In tertia parte ponuntur quidam caſus, qui ſunt plani: vt infrà eodem. §. ſed etiam. vſque in fin. In ſumma not. quod ex hac conſtitutione. §. ſi verò contigerit. ſumitur authent. quæ eſt C. de iudic. ſuper l. apertiſsimi. quæ incipit: ſi verò contigerit.

De vſuris nauticis. *Rubrica.*

HVIC conſtitutioni præbuit occaſionem quæſtio facta de quibuſdam qui traiectitiam pecuniam mutuauerant, quare viſis atteſtationibus apud delegatos editis, præcipit eorum conſuetudinem ſeruare: cum non ſit contra legem. vnde not. argumen. vt dixit infrà eodem. §. primo. in fine. In ſumma not. quòd nihil ex hac eſt in Codice.

De interdictis collegiis hæreticorum. *Rub.*

a VT olim etiam ante legem iſtam interdicta erant huiuſmodi hæreticorum conuentiones a: vt C. de epiſcopis & clericis. l. conuenticula. & C. de ſum. trinit. l. ij. in fi. Hic autem apertè dicit eos excommunicari, & eorum conuenticulas eccleſiæ aſsignandas. Et de hac nihil eſt in C.

ANNOTATIO.

a Hæreticorum conuentiones. Adde Bart. in l. collegium. C. de hæred. inſtit. & in l. j. circa princ. ff. quod cuiuſque vniuer. not. Bald. in capit. conuenticula. verſicu. item not. quod omnia collegia de pac. iura. fir. in vſib. feud. do. Alexand. de imo. in l. fin. ff. de col. illici. Pau. & alios in c. b dilecta. de excel. prælat.

De raptis mulieribus. *Rubrica.*

SOLAM vnam quæſtionem facit hæc conſtitutio vltra ea, quæ iam legibus C. de rapt. virgi. determinata ſunt, ſcilicet ſi rapta proprio nubat raptori, an eius poſsit lucrari ſubſtantiam: quod negat. quod dic vt infrà eodem. §. ſed mariti ſumus. vſque in fin. Et ex hac nihil eſt in Codice.

De collatoribus & aliis capitulis. *Rubr.*

DE multis capitulis tractat hæc conſtitutio, & principaliter de collationibus, quæ fiunt vel ratione poſſeſsionum, vel bonorum, vel cuiuſlibet animalis. Soluebatur enim tributum Romæ, & principi ibi exiſtenti, ſecundum indictiones, & luſtra. vt innuit infrà eodem circa princip. Et officiales plerunque præerant, de quibus tractat hæc conſtitutio, & eorum officiis: vnde not. in hac conſtitutione quod dixi infrà eodem. §. antequam. Et ex hac nihil eſt in Codice, & hæc conſtitutio plenè exponitur hîc in nouellis.

De ſanctiſsimis epiſcopis. *Rubrica.*

1 *Epiſcopo eligendo qui adſint.*
2 *Epiſcopalis vitæ modus.*
3 *Clericorum anni.*
4 *Clericorum priuilegia.*

QVIA variis conſtitutionibus, & legibus prouiſum eſt circa perſonas eccleſiaſticas: prouideamus nunc circa perſonas eccleſiaſticas. Et quia inter eas epiſcopus obtinet principatum, cuius appellatione etiam patriarchæ & archiepiſcopi comprehenduntur: ideo de hoc præmittit. In primis ergo ſciendum eſt, quòd hæc conſtitutio de tribus tractat principaliter, ſcilicet, de epiſcopis, & de cæteris clericis: item de monachis: vt dicit rubr. Et expeditur prima pars infrà eodem, vſque ad §. clericos autem. ſecunda vſque ad §. iubemus igitur. &c. tertia vſque in fin. incidenter tamen quandoque id, quod eſt de vna parte, ſub altera ponitur. Circa prima duo videamus, ſcilicet de electione epiſcopi. ſecundò quid conſequatur ex eo, quòd eſt epiſcopus.
1 Electio † autem epiſcopi fit ſolenniter vocatis primatibus, archipresbyteris, archidiaconis, & aliis clericis: & attenduntur quædam in perſona eligentium. debent enim tres eligi electores, qui periculo ſuæ animæ eligent non habentes vxores: vel ſi habent, habuerunt ex virginitate, & vnam tantùm. Item ſcientes literas, & alia quæ dicuntur infrà eodem, in princip. vſq; ad §. curialem. Circa electum verò multa conſiderantur: vt electio teneat, quę diximus ſ. quomodo oporteat epiſcop. in
2 princip. ſummæ. † Sequitur videre quid conſequatur ex eo, quòd eſt epiſcopus, & quòd onus, & emolumentum. onus, quia non debet ad tabulas ludere, vel ad ſpecula ire: quod & de aliis clericis eſt: vt infrà eodem. §. interdicimus. Item quòd non audeat ire extra eccleſiam, vt ſtet vltra annum, vel ſi citatus ſit, & non redit, accipiet ſubſtitutum: vt infrà eodem. §. interdicimus. Item quòd ſynodum cum clericis debet facere ſemel in anno, & intereſſe, & cauſas eorum dirimere: vt infra eodem. §. vt autem. Quartò, quòd non licet ei aliquem etiam percutere. eſt enim hoc extraneum ſacerdotii: vt infrà eodem. §. omnibus autem. in fi. ibi, ſed neque propriis. Quintò, quòd nullam mulierem ſecum debet habere, licet olim quaſdam poſſet tenere, de quibus non erat ſuſpicio: vt infrà eodem. §. epiſcopom verò. & C. de epiſco. & cleric. l. eum, qui probabilem. Sextò, quòd habet neceſſe facere ius clericis ſuis: vt infra eod. §. ſi quis contra aliquem. poteſt tamen facere, & onus iſtud dicitur. Econtra ad honorem multa ſunt. In primis, quod ſi erat ſeruus, vel adſcriptitius, vel filiusfamil. liberatur ſtatim à poteſtatis iugo: vt infrà eodem. §. ſed hæc quidem, & ſuprà conſtitut. quæ de dign. §. illud. Secundo, quod de tutelis, vel curis, non ſe intromittat: licet alij clerici poſsint eſſe teſtamentarij, non datiui, vel legitimi: quod dic vt infrà eodem. §. Deo autem amabiles. & §. ſequenti. Tertio, quia fideiuſſor, vel colonus, vel publicanus non erit: vel litis procurator: licet & de aliis clericis idem iuris ſit: niſi quia alij clerici pro eccleſia poterunt litigare: quod poſſet etiam epiſcopus: vt infrà eodem. §. alium. & §. ſequenti. & §. ſportulatum. Quarto, quia ad teſtimonium non trahitur inuitus: ſed cum maxima diſcretione ad eum mittitur. Quinto, quia non trahitur ad cauſam ciuilem, vel criminalem inuitus, ſine iuſsione princip. is, ad ciuilem iudicem: vt infrà eodem §. nulli. & §. ſed neque. ſed coram archiepiſcopo: & archiepiſcopus coram patriarcha: & patriarcha coram papa conueniuntur: vt infrà eodē. §. ſi autem à clero. & §. ſi vero contra metropolitanum. Sexto quod nullam fideiuſsionem dabit de iudicio ſiſti: vt infrà eodem. §. pro omnibus. Sunt & alia quæ ad eius honorem pertinent: quæ per hanc plenè patent. Septimo, circa ſportulas: vt infrà eodem. §.
3 ſportulatum. Sequitur † de aliis clericis. In primis presbyter xxxv. ann. debet habere: diaconus, & ſubdiaconus xxv. lectores, & alij xviij. abatiſſa xl. annos. ſed olim quinquaginta: vt j. eodem. §. clericos. & §. presbyterum. & §. diaconiſſam. & ſuprà quomodo oport. epiſcop. §. quanta. & C. de epiſcopis & clericis. l. diaconiſſam. Item non debet habere vxorem, qui in ſa-
a cris ordinibus conſecratur a, nec curialis eſſe: niſi xv. annis ſteterit in monaſterio. Item nec ſeruus, ſed adſcriptitius: ſi ſeruus tamen domino ſciente clericauerit ſe, fit liber. quæ dices plenè infrà eodem. §. ſi vero futurus. vſq; ad §. ſi quis oratori domum. ſed factus clericus habet priuilegium, ſi falſum in teſtificatione dixerint: quod dic vt infrà eodem. §. reuerendiſsimis.
4 † Sed inter cętera habet magnum priuilegium, ſcilicet in conuentione. de quo tractatur infrà eodem. §. ſi quis contra aliquem. vſque illuc, presbyteris autem, & diaconis. Et ibi plenè expediui in litera. Alia etiam priuilegia merentur, quæ dicuntur poſtea vſque ad §. iubemus. Vnde ſequitur de monachis, de quibus plenè diximus ſuprà de monachis. Et eundem ordinem hic proſequaris. De quibuſdam aliis tãgit hæc conſtitutio, ſcilicet procotrophus, & ſimilibus: in quorum electione quædam conſiderantur ſpecialiter, ſcilicet vt pecunia ob hoc nõ debeat dari: ſed gratis poteſt ipſe ipſi loco inſerre: vt infrà eodem. §. ſed neque xenodochium. vſque ad §. ſi ſeruus. Item debet ei committi adminiſtratio per decretum epiſcopi: vt C. eodem. l. orphanotrophos. Item rationem reddere ſub epiſcopo: vt infrà eodem. §. œconomos. licet olim nõ redderent: vt ſuprà de eccleſ. tit. §. fin. In ſumma not. quòd ex hac conſtitutione, §. ſed hæc quidem. infrà eodem, ſumitur auth. quæ eſt C. de epiſcopis & clericis, ſuper l. ſerui. quæ incipit: epiſco

epiſcopalis ordo. Item ex eo quod eſt infrà proximo §. Deo amabiles. ſumitur authent. quæ eſt C. eodem. ſuper l. generaliter. quæ incipit presbyteros & diaconos. Item ex eo quod eſt infrà eodem. §. nulli verò. ſumitur authent. quæ eſt C. eod. l. nec honore. quæ incipit: ſed iudex. Item ex eo quod eſt infrà eodem. §. interdicimus. ſumitur authent. quæ eſt C. eodem. ſuper l. placet. quæ incipit: interdicimus.

ANNOTATIONES.

a Conſecratur. Iſtam materiam quæ clericis occidentalibus atrox nimium videtur, habes per docto. in c. cum olim. & in c. ſ. iotcrea. de cleri. coniug. vbi Ioan. And. ponit pulcherrimam rationem non tamen dicas id fieri ex ſubſtantia ordinis, ſed ex conſtitutione eccleſiæ: papa tamen diſpenſare poteſt, & facere de clerico non clericũ. vt eſt tex. ſi bene recolo. & ibi aliqui doct. in c. cum ad monaſterium. de ſtatu monacho. ponunt nouiſſimi ſcribentes in mille locis & in cap. olim. ſupra alleg. vt quid ergo deſperandum eſt: Græci tamen longè prudentiores vxores ſine peccato retinent, & ipſis fruuntur. vt tenet do. Abb. in cap. omnes. de pœniten. & remiſ.

b Epiſcopus. Epiſcopum vnum vna ciuitas debet habere: quia ſi duos Epiſcopos, tanquam duo capita, vna ciuitas haberet, eſſet monſtruoſum, de offic. ord. c. quoniam in pluribus. §. prohibemus. Item Epiſcopus dicitur vicarius Chriſti. xxxiii. q. v. mulier debet. Similiter dicitur ſucceſſor apoſtolorum lxviii. diſtinct. quorum vices. Item Epiſcopus eſt iudex ordinarius omnium, qui ſunt in ſua diœceſi. xi. q. prima. de perſona. & q. iii. c. qui reſiſtit. Epiſcopus poteſt iſta petere à ſubditis ſuis de iure communi, obedientiam, canonicam, ſubiectionem, & reuerentiam, inſtitutionem, deſtitutionem, correctionem, reformationem, & cenſuram eccleſiaſticam poteſt in eos exercere. Poteſt etiam in ſua diœceſi decretum facere c. primo. de conſe. diſtinct. iii. Viſitare quoque diœceſim ſuam ſemel in anno poteſt xi. q. prima. decernimus. & c. epiſcopum. Quandoque bis in anno ex cauſa c. cum venerabilis. extra de renũb. Poteſt & demãdare clericis ea, quæ iuriſdictionis ſunt.

Debet autem eſſe ita doctus, vt doctrina nõ indigeat. prima q. vii. can. conuenientibus. Et ſi grammaticam neſciat, ab epiſcopatu remouendus eſt, extra de æta. & qual. c. ſi. Omnes autem eccleſiæ ſeculares (quãtum ad iuriſdictionem & quantum etiam ad legem diœceſanam) ſubſunt Epiſcopo x. q. prima, de iii. Monaſteria tamen ſunt exempta à lege diœceſana propter fauorem religionis x. q. prima. c. primo. & xviii. q. ii. c. quàm ſit. Non debet etiam epiſcopus ſe intromittere de correptione monachorum, quandiu Abbas ipſe corripere eſt paratus. de offic. ordi. ca. graue. Epiſcopus debet regi præeminere. de maio. & obed. capit. ſolitæ. Debet & cauſas ſpeciales principis determinare, in cuius diœceſi habet ipſe princeps litem, quamuis ipſe plures Epiſcopos habeat in principatu ſuo. C. vbi ſena. vel clariſ. l. ii. Poteſt ſolus honores conferre, ſed non ſolus auferre. c. inter corporalia. de translatio. Item aut clericos non ordinet, aut ſi ordinauerit, prouideat eis. c. epiſcopus. extra de præbend. Martinus.

FINIS.

In Azonis Bononienſis encomium,

EPIGRAMMA.

Quiſquis ad auratas diuini muneris arces
Cæſareæ, intrepido currere calce cupis,
Impiger excuſſis ſeculis, pretioſa magiſtri
Azonis legum iam tibi ſcripta cape.
Hic caput eſt Iuris, fons hic, rutilantior omni
Flumine ab antiquis optimè quaque ſua.
Eia age, ſeruata quicquid habes in arca,
Excute, ſi ſacra munera iuris aues.

Titulorum in Azonis I. V. D. ad nouem priores libros Iuſtinianei Codicis Summam, Index.

A Bigeis. 245
Abolitionibus. 246
Acceptilationibus. 251
Accuſationibus & inſcriptionibus. 236
Acquirenda & retinen. poſſeſ. 198
Actionibus & obligationibus. 84
Actionibus empti & venditi. 115
Actore à tutor. ſeu cura. dando. 150
Ad exhibendum. 72
Ad legem Cornel. de ſicariis. 239
Ad legem Cornel. de falſis. 240
Ad legem Falcidiam. 183
Ad legem Flauiam de plagiariis. 240
Ad legem Iuliam maieſt. 237
Ad legem Iuliam de adulteriis. 237
Ad legem Iul. de vi publ. vel priu. 239
Ad legem Iul. Viſcelliam. 240
Ad legem Iul. de ambitu. 242
Ad legem. Iul. repetundarum. ibidem
Ad Senatuſconſul. Macedon. 99
Ad Senatuſcon. Tertyllianum. 187
Ad Senatuſconſ. Orfitianum. 187
Ad Senatuſcon. Turpilianum. 246
Ad Senatuſcon. Velleianum. 99
Adminiſtratione tutor. vel curat. 143
Adoptionibus. 232
Aduocatis diuerſ. iudiciorum. 22
Aduocat. diuerſ. iudicium. 22
Aduocatis fiſci. 22
Aedificiis priuatis. 220
Aedilitiis actionibus. 120
Alendis liberis à paren. 139
Alimentis pupillo præſtandis. 147
Alienatione iudicij mut. cau. fac. 41
Alluuionib. paſcuis & palud. ad al. ſtat. 202
Annali excep. Ital. contract. tol. 202
Annonis & capit. admin. 15
An ſeruus ex ſuo fac. conuen. 85
Apoſtatis. 68
Appellationibus, & conſultationib. 208
Arbitrium tutelæ. 147
Arbitriis receptis. 41
Aſſertione tullenda. 195
Aſſeſſorib. & domeſt. &c. 14
Authoritate præſtanda. 149

B

Bonorum poſſeſ. ſecundum tab. 158
Bonorum poſſeſ. contra tab. quam præt. lib. pol. 158
Bonorum poſſeſ. contra tab. liberti, quæ patro. 159.
Bonis authorita. iud. poſſ. ſeu venund. 211
Bonis eor. qui ſibi mortem conſciu. 248
Bonis liberto. & de iure patronat. 156
Bonis maternis, & mat. gen. 188
Bonis proſcriptos, ſeu damnator. 248
Bonis, quæ liberis in poteſtate patrona. conſt. 188

C

Caducis tollendis. 184
Calumniatoribus. 246
Carboniano edicto. 160
Codicillis. 174
Collationibus. 161
Colluſione detegenda. 195
Commerciis & mercatorib. 122
Comminationes, epiſto. pro gram. ſub. ſcri. 206
Commodato. 91
Communia vtriuſque iudicij. tam. 70
Communia de legatis, & fideicommiſ. 179.
Communia de ſucceſsionib. 188
Communia de manumiſsionib. 194
Communia de vſucapionib. 198
Communi diuidendo. 69
Communium rerum alienat. 118
Compenſationibus. 102
Concubinis. 140
Condictione indebiti. 79
Condictionibus ob cauſ. dator. 81
Condictione ob turpem cauſam. 83
Condictione furtiua. 83
Condictione ex lege, & ſi. 84
Conditionib. incert. tam in lega. quàm fid. 180
Confeſsis. 207
Confirmando tutore, vel cura. 141
Conſortibus eiuſdem litis. 70
Conſtituta pecunia. 86
Contractibus iudic. vel eor. 15
Contrahenda empt. & vend. 111
Contrahenda & committenda ſtipulation. 226
Contrario iudicio tutelæ. 149
Creditorem euictionem pignor. non deb. 232
Crimine peculatus. 242
Crimine ſacrilegij. 242
Crimine expilatæ hæreditatis. 243
Crimine ſtellionatus. 243
Curatore furioſi, vel prodigi. 150
Cuſtodia reorum. 236

D

Debitorem venditionem pigno. impedi. non poſſe. 224
Deditiia libertate tollenda. 192
Defenſoribus ciuitatum. 15
ex Delictis defunctorum, in quant. hæred. 86
Depoſiti. 140
Dilationibus. 47
Diſtractione pignorum. 225
Diuerſis reſcript. & prag. 9
Diuidenda tutela, & pro qua par. 147
Diuortio facto, apud quem lib. mort. 139
Dolo malo. 30
Donatione ante nuptias, vel. 129
Donationibus. 234
Donationibus inter virum & vxor. & à par. 135
Donationibus quæ ſub modo, vel condit. 234
Donationibus cauſa mortis. 235
Dotis promiſſ. & nuda pollic. 131
Dote cauta, & non num. 135
Duob. reis ſtipulandi, & prom. 228

E

Edendo. 16
Edicto diui Hadriani tollend. 172
Emancipationibus. 232
Emendatione Iuſtinian. Codic. 5
Emendatione ſeruorum. 239
Emendatione propinquorum. 239
Eo qui pro tutore negot. geſſ. 145
Epiſcopali audient. 6
Epiſcopis & cleric. &c. 4
Errore aduocator. & bb. 22
Errore calculi. 21
Etiam ad chirographa. pecu. pign. ten. 224
Etiam per procurato. cauſ. 58
Euictionibus. 231
Eunuchis. 113
Exceptionibus ſiue præſcript. 225
Excuſationibus & temporibus earum. 150
Excuſatione veteranorum. 150
Ex delictis defunctorum in quant. hære. 86
Executione rei iudicatæ. 205
Executoria actione, & inſtit. 94
ad Exhibendum. 72
Exhibendis, vel tranſmittendis reis. 236
Ex quibus cauſis infam. irro. 23

F

Falſa cauſ. adiect. in lega. vel fideicom. 179
Falſa moneta. 241
Familiæ erciſcundæ. 66
Famoſis libellis. 245
Feriis. 48
Fide inſtrumentorum & amiſſ. eorum. 90
Fideicomiſſariis libertatib. 191
Fideicommiſsis. 179
Fideiuſſorib. minorum. 32
Fideiuſſorib. tutorum, vel cura. 148
Fideiuſſoribus & mandatoribus. 229
Filiofam. l. minore. 32
Finium regundorum. 70
Formulis & impetrat. ſubla. 70
Fructibus & litium expenſis. 205
Fundo dotali. 150
Furtis, & ſeruo corrupto. 253

G

Generali abolitione. 246

H

Hæredib. tutorum, vel curat. 148
Hæredib. inſtituendis, & quæ perſo. 139
Hæreditariis actionibus. 86

Hæred

Hæreditate vel actione vendit. 112
Hæreditatib. decurionum, nauis. 189
Hæreticis & Manichæis. 6
His, quæ vi metus cauſ. geſt. 28
His, quę pœnæ nom. in teſtamen. vel cod. ſcrib. 179
His, quę ſub modo lega. vel fideicom. 180
His, qui ad eccleſiam confu. 7
His qui in eccleſia manu. 8
His qui ad ſtatuas confu. 12
His qui potentior. nom. 26
His, qui vendi. ætat. impetrat. 37
His qui ante apertas tabul. hæreditat. tranſ. 185
His qui à non domin. manumiſsi ſunt. 193
His qui propter metus iudic. non appel. 210
His qui in priorum creditorum loca. ſuc. 223
His qui accuſare non poſſunt. 235
His qui parentes vel liberos occiderunt. 239
His qui ſibi adſcribunt in teſtamẽto. 241
His qui latron. vel in aliis criminib. reos occul. 245
His quibus vt indignis hæreditat. auf. 172

I

Ignorantia iuris & fact. 9
Iis, vide His.
Impuberum, & aliis ſubſtitutionibus. 166
Inceſtis, & inutilibus nuptiis. 129
Indicta viduitate, & l. Iul. Miſcella. tol. 178
Infantibus expoſitis liberis & ſeruis. 233
Infirmandis pœnis cœlibat. orbitat. &c. 235
Ingenuis manumiſsis. 194
Ingratis liberis. 233
In integrum reſtit. minor. 31
In integrum reſtitutione. poſtul. ne. 38
Iniuriis. 244
In ius vocando. 17
In litem dando tutor. vel curator. 146
In litem iurando. 148
Inofficioſis donationib. 54
Inofficioſis dotib. 54
Inofficioſo teſtamento. 53
In quibus caſibus ceſſet longi temporis præſcrip. 201
In quibus cauſis. in integrum reſt. 36
In quibus cauſis mili. fori præſcrip. 52
In quibus cauſis tutorem habenti tut. 143
In quibus. cauſ. pign. taci. contrah. 221
Inſtitutionibus, vel ſubſti. ſeu teſtit. ſub con. 165
Interdicto matrim. inter pup. & tut. 130
Interdictis. 214
Inutilibus ſtipulationib. 227
Iudæis & cœlicolis. 7
Iudiciis. 44
Iuriſdictione om. iudic. 48
Iuris & fact. ignorantia. 9
Iure aureorũ annulo. & de nat. 157
Iure deliberandi, & de adeun. 170
Iure domini impetrando. 225
Iure dotium. 132
Iure emphyteutico. 126
Iure liberorum. 235
Iureiur. propter cal. dando. 43
Iuſtinianeo Codic. confir. 3

L

Latina libertate tollenda. 192
Legatis. 174
Lege Aquilia. 64
Lege Fuſia Caninia tollenda. 191
Legibus & conſtitut. princip. 8
Legitima tutela. 142
Legitimis hæredib. 187
Liberali cauſa. 194
Liberis exhiben. ſeu deduc. 218
Liberis præteritis, vel exhæredatis. 168
Libertis, & eorum liberis, 157
Litigioſis. 225
Litis conteſtatione. 47
Locato & conducto. 123
Longi temporis præſcriptio. quæ pro lib. 196
Longi tempo. præſcript. decem, vel vig. an. 200
Luitiones. 224

M

Magiſtratibus conueniendis. 152
Magiſtra lib. municipal. 15
Maleficis, & mathematicis, & cæt. 240
Mandati. 106
Mandatis principum. 9
Modo multar. quæ à iud. 15
Monopoliis, & conuen. nego. illic. 122
Mulieribus. quæ ſe propriis ſeruis iunxerunt. 238
Mutatione nominis, cogno. præno. 242

N

Naturalibus liberis, & matribus eorum. 140
Nautico fœnore. 104
Ne Chriſtian. mancip. hær. 7
Ne comitib. rei milita. 14
Ne de ſtatu defunctorum, poſt quinquen. 195
Ne fideiuſſores, vel mandati. dotes dentur. 118
Ne filius pro patre, vel. 85
Ne fiſcus, vel reſpub. proc. 26
Negotiis geſtis. 26
Nemini licere ſignum ſal. 6
Ne liceat potent. patroc. 26
Ne liceat in vna eadẽ cauſa ter. prou. 210
Ne maritus pro vxore, vel. 85
Ne pro dote, mulieri bona quon. max. add. 139
Ne quis in ſua cauſ. iudicet. 46
Ne rei dominicæ, vel templo. vend. temp. exc. 201
Ne ſanctum baptiſ. iter. 6
Ne ſine iuſſ. prin. certis iud. lic. con. 248
Ne tutor, vel cura. vectig. conduc. 145
Nili aggerib. non rumpendis. 245
Non numerata pecunia. 101
Noua vectigalia inſti. nõ poſ. 122
Nouationib. & delegationib. 230
Nouo Codice faciendo. 3
Noxalibus actionib. 71
Nudo iure Quiritum tollen. 196
Nundinis & mercatoribus. 122
Nuptiis. 128

O

Obligationib. & actionibus. 84
Obſequiis patrono præſtandis. 157
Offic. ciuilium iudic. 14
Offic. comit. ſacrar. larg. 13
Offic. comit. rer. priu. 13
Offic. comit. Orient. 13
Offic. diuerſ. iudicum. 14
Offic. eius, qui vicem alic. 14
Offic. iudicum militar. 14
Offic. iurid. Alexand. 15
Officio magiſtri militum. 13
Officio magiſtri officior. 13
Offic. præfecti annonæ. 14
Officio præfecti Auguſtalis. 13
Offic. præfect. præto. Aphric. 12
Officio præfect. præto. Orien. 12
Offic præfecti vigil. 14
Officio præfecti vrbis. 13
Officio prætoris. 13
Offic. proconſ. & legat. 13
Officio quæſtoris. 13
Offic. recto. prouin. &c. 13
Officio vicarij. 13
Operibus publicis. 220
Operis libertorum. 155
Ordine cognitionum. 195
Ordine iudiciorum. 46

P

Pactis. 18
Pactis conuen. tam ſuper dot. 134
Pactis inter emptorem & vend. 118
Pactis pignorum, & de leg. commiſſ. 225
Parentibus qui filios diſtra. 113
Partu pignoris, & om. cauſa. 223
Patria poteſtate. 232
Peculio eius, qui liberta. mer. 196
Pedaneis iudicibus. 45
Periculo & commo. rei vendit. 115
Periculo tutorum vel curato. 145
Per quas perſo. nob. acquir. 98
Petitione hæreditatis. 55
Pignoratitia actione. 93
Pignoribus. 220
Pluris petitionibus. 47
Plus valere quod agitur, quam. 91
Pœnæ iudicis, qui malè iudicauit. 205
Pœnis. 247
Poſthumis hæredib. inſtruend. vel. 169
Poſtliminio, redemptis ab hoſtib. 233
Poſtulando. 21
Prædiis vel aliis rebus min. ſine decret. non al. 151
Præſcriptione triginta vel quadraginta annorum. 201
Prætorio pignore, vt in act. 223
Precario & Saluiano interdict. 219
Precibus Imperat. offerend. 10
Priuatis carcerib. inhibendis. 237
Priuilegio dotis. 212
Priuilegio fiſci. 212
Probationibus. 87
Procuratoribus. 24
Prohibita ſequeſtrat. pecun. 79
Pro ſocio. 108

Q

Quadriennij præſcriptione. 201
Quæ deſunt aduoc. part. 23
Quæ res exportari non deb. 113
Quæ res pignori obligari poſſunt, vel non 222
Quæ res vendi non poſſ. & qui. 113
Quæ ſit longa conſuetudo. 233
Quæſtionibus. 245

Quando ciuilis actio criminali præiudicat. 243
Quando decreto opus non ſit. 152
Quando dies legati, vel fideicomm. ced. 185
Quando ex facto tut. vel curat. min. ag. 145
Quando fiſcus, vel priu. deb. 86
Quando imper. inter pupill. 50
Quando libellus princip. da. 11
Quando liceat ab empt. reced. 114
Quando liceat vnicuiq; ſine iud. 53
Quando mulier tut. offi. fung. poſſ. 143
Quando non petentium partes pet. ac. 158
Quando prouocare non eſt neceſſe. 209
Quando tutores vel curat. eſſe deſ. 150
Quemamodum teſta. aperiantur, & inſpiciantur. 172
Qui admitti ad bonorum poſſeſsionem poſsint. 157
Qui bonis cedere poſsint. 810
Qui dare tutores, vel curato. 143
Qui & aduerſ. quos in integr. 36
Qui facere teſtamentum poſsint, vel non 163
Qui legiti. perſon. ſtan. in iud. 46
Qui manumitt. non poſſunt, &c. 193
Qui morbo ſe excuſent. 151
Qui ætate ſe excuſent. ibid.
Qui numero tutelarum. ibid.
Qui non poſsint ad libertatem perueni. 193
Qui numero liberorum ſe excuſ. 150
Qui petant tutores vel curat. 142
Qui potiores in pignore habeantur. 222
Qui pro ſua iuriſdiction. iudicium dare. 45
Quibus ad libertatem proclamare non licet. 195
Quibus ex cauſis infam. irrog. 23
Quibus ex cauſis maiores in. 40
Quibus ex cauſis ſerui pro præm. libert. accip. 194
Quibus caſibus ceſſet longi tempo. præſcriptio. 201
Quibus cauſ. in integr. reſtit. 36
Quibus cauſ. pign. tacit. contrah. 220
Quibus cauſis tutorem habeat i tut. vel. 143
Quibus in cauſ. milit. fori præſcr. 52
Quibus non obiicitur longi temporis præſcript. 201
Quibus res iudicata non noceat. 206
Quibus, vt indignis hæreditates aufer. 172
Quod cum eo, qui in alien. poteſta. 95
Quomodo & quando iud. ſentent. profer. deb. 203
Quorum appellationes non recipiuntur. 209
Quorum bonorum. 215
Quorum legatorum. 215

R

Raptu virginum, ſeu viduarum. 239
Ratiocinus operum publicor. & patr. ciu. 220
Receptis arbitriis. 41
Relationibus. 207
Religioſis & ſumptibus funer. 73
Remiſsione pignoris. 223
Repudianda bonorum poſſeſsione. 161
Repudianda, vel obtinenda hæreditate. 171
Reputationibus quæ fiunt in. 37
Repudiis & diuortiis, &c. 137
Requirendis reis. 245
Res inter alios acta, vel iudi. al. non noc. 207
Rei vendicatione. 57
Rei vxoriæ actione in ſtip. 133
Rem alie. gerentib. non interdi. 118
Res iudicata. 205
Rerum amotarum. 138
Rerum permutatione & præſcriptione. 122
Rebus alienis non alienandis. 118
Rebus creditis, & iureiur. 75
Reſcindenda venditione. 114
Reſtitutione milit. &c. 38
Reuocandis donationibus. 234
Reuocandis his, quæ in fraudem credit. alien. 213

S

Sacrificiis paganorum. &c. 7
Sacroſanct. eccleſ. & rebus. 3
Satiſdando. 43
Secundis nuptiis. 130
Seditioſis, & iis, qui pleb. aud. contr. rem publ. col. 242
Senatuſconſultis. 9
Senatuſconſ Trebelliano. 181
Senatuſconſ Claudiano tol. 196
ad Senatuſconſ. vide, Ad Sena.
Sententiam paſsis, & reſtitut. 248
Sententiam reſcindi non poſſe. 205
Sententiis & interlocutoria omnium iudicum. 203
Sententiis ex breuiculo recitandis 203
Sententiis præfectorum prætorio. 203
Sententiis, quæ pro eo quod intereſt, prof. 204
Sententiis, quæ ſine certa quantita. prof. 204
Sepulchro violato. 240
Seruitutibus & aqua. 61
Seruo communi manumiſſo. 192
Seruo pignori dato manumiſſo. 193
Seruis fugi. & libert. mancip. ciuita. 153
Seruis neceſſario hæredib. inſtituendis. 168
Seruis reipublic. manumittendis 193
Si à non competenti iudice iudicat. eſſe dic. 204
Si aduerſus creditorem. 35
Si aduerſus creditorem. ij. 201
Si aduerſus delictum. 35
Si aduerſus donationem. 34
Si aduerſus dotem. 34
Si aduerſus fiſcum. 35
Si aduerſus libertatem. 34
Si aduerſus rem iudicatam. 33
Si aduerſ. ſolut. à debit. 34
Si aduerſ. tranſac. vel diuiſ. 34
Si aduerſus venditionem. 33
Si aduerſ. vendit. pignor. 33
Si aduerſus vſucapionem. 35
Si aliena res pignori data ſit. 221
Si antiquior creditor pignus vendiderit. 223
Si certum petatur. 77
Si communis res pignori data ſit. 223
Si contra ius, vel vtilitatem publi. 11
Si contra matris volunta. tut. da. 146
Si de momen. poſſ. appellat. fuerit. 210
Si dos conſtante matrim. ſol. fue. 158
Si ex falſis alleg. excuſatus ſit. 150
Si ex falſis inſtrumen. vel teſt. ind. 206
Si ex pluribus tuto. vel cura. om. 145
Si in cauſa iudica. pig. fact. ſit. 223
Si in communi, eadémq; cauſa. 53
Si in fraudem patroni alien. à lib. 156
Si maior factus alien. ſine decre. con. 152
Si maior factus ratum habuerit. 37
Si mancipium ita fuerit alienat. vt man. 119
Si mancip. ita ven. ne proſt. 119
Si mater indemnitatem promiſ. 146
Si minor ab hæreditate. 35
Si minor ſe maiorem dixerit. 37
Si nuptiæ ex reſcript. pet. 130
Si ob publicas penſitation. vend. fu. cel. 115
Si omiſſa ſit cauſa teſtamenti. 178
Si pendente appellatione mors interue. 210
Si per vim vel alium mod. abſen. turb. fu. poſſ. 217
Si pignus pignori datum ſit. 223
Si pignoris conuen. num. pecu. ſecu. non ſit. 225
Si plures vna ſententia ſint condem. 206
Si quacunque prædiius poteſtate vel. 130
Si quis aliquem teſtari prohibuerit. 172
Si quis alteri, vel ſibi ſub alterius nomi. 117
Si quis eam, cuius tutor fu. corrup. 238
Si quis ignor. rem min. eſſe, ſin. 152
Si quis imperatori maledixerit. 237
Si rector prouinciæ, vel ad eum per. 127
Si reus vel accuſator mortuus fu. 237
Si ſæp. in integr. reſtit. poſtul. 37
Si ſecundò nupt. muli. cui max. 131
Si ſeruus exportand. vend. 109
Si ſeruus ſe emi extero mand. 108
Si tutor reipub. cauſa abfuerit. 150
Si tutor vel curator interuen. 33
Si tutor vel curator non geſſ. 148
Si vendito pignore agatur. 224
Si vnus ex pluribus appellauerit. 210
Si vnus ex pluribus hæredibus cred. vel deb. part. 225
Si vt omiſſ. hæredita. 36
Sine cenſu, vel reliq. fund. compar. 115
Solutionibus & liberationibus. 230
Soluto matrimonio quemadmodum dos pet. 138
Sponſalibus & arris, & ſponſalit. 126
Sportulis & ſumptibus in diuerſ. 45
Statuis & imaginibus. 12
Succeſſorio edicto. 159
Suffragio. 79
Suis, & legit. hæredibus, & ex fil. 187
Summa trinitate & fid. 3
Suſpectis tutoribus. 146

T

Tabulis exhibendis. 218
Temporibus & reparationibus appella. 209
Temporibus in integr. reſtit. 39
Teſtamentaria manumiſsione. 190
Teſtamentaria tutela. 141
Teſtamento militis. 162
Teſtamentis, & quemadmodum teſtamenta ordin. 163

Teſtibus

Teſtibus. 88
Tranſactionibus. 20
Trebelliano SC. 181
Tutela teſtamentaria. 141
Tutore, vel curatore qui non ſatiſded. 145
Tutoribus & curatoribus illuſtrium, vel clar. 143

V

Vbi agi oport. de ratiocí. 52
Vbi cauſa ſtatus agi deb. 52
Vbi cauſæ fiſci, vel diuin. 53
Vbi conuen. qui cert. locum dare promi. 51
Vbi de criminib. agi opor. 51
Vbi de hæredita. agi. 52
Vbi de poſſeſ. agi oport. 51
Vbi, & apud quem in integr. 37
Vbi fideicommiſſ. peti oportet. 51
Vbi in rem actio exer. 52
Vbi petantur tutores vel curatores. 143
Vbi pupilli educentur. 147
Vbi quis de curiali vel cohor. 52
Vbi ſenatores vel clariſſ. 52
Vectigalibus & commiſsis. 128
Verborum & rerum ſignificatione. 177
Veteri iure enuel. &c. 9
Vi bonorum poſſeſſorum. 243
Vindicta libertate. & apud concil. ma. 189
Vnde legitimi agnati, & vnde cognati. 159
Vnde liberi. 159
Vnde vi. 215
Vnde vir, & vxor. 161
Vſucapione pro emptore, vel tranſact. 196
Vſucapione pro donato. 198
Vſucapione pro dote. ibid
Vſucapione pro hærede. ibid
Vſucapione transformanda, &c. 198
Vſufructu & habitatione. 58
Vſuris. 102
Vſuris pupillaribus. 148
Vſuris rei iudicatæ. 206
Vſuris, vel fructibus legato. & fid. 181
Vt actiones ab hæred. & cont. 85
Vt cauſæ pupill. poſt publi. adſit tut. 146
Vt in poſſeſ. legat. vel fideicom. ſer. cauſ. mit. 186
Vt intra cert. temp. criminal. quæſt. term. 246
Vti poſsidetis. 217
Vt lite penden. vel poſt. 85
Vt nemo inuitus agere. 46
Vt nemo priua. tit. 26
Vt nemini lic. ſine iud. 26
Vt om. iudic. tam ciuil. 14
Vt quæ deſunt aduoc. par. 23
Vxoribus militum, &c. 39

INDEX TITVLORVM IN Summam decimi, vndecimi & duodecimi lib. Codicis.

Adminiſtratione rerum pub. 268
Agentibus in rebus. 278
Agricolis, & cenſit. & colon. 272. & 277
Alexandriæ primatibus. 268
Annonis & tributis. 250
Annonis ciuilibus. 267
Aquæductu. 271
Argenti precio, quod theſau. infer. 264
Athletis. 260
Auri publici perſecutoribus. 264
Auro coronario. 264

B

Bonis vacantibus & incorporatione. 249

C

Canone frumentario vrbis Rom. 267
Canone & frumento vrbis Conſtantinop. 267
Capitatione ciuium cenſibus eximen. 274
Cenſib. & cenſitorib. & peræq. 276
Claſsicis. 266
Conductorib. & procurato. 277
Conſulib. 277
Conueniendis fiſci debitorib. 249
Collegiatis, & chartopratis. & num. 266
Colonis Palæſtinis. 275
Colonis Illyricianis. 275
Colonis Thracenſib. 275
Curialibus vrbis Romæ. 266
Curſu publico. 278

D

Debitoribus ciuitatum. 269
Debitoribus ciuitatum. ij. 271
Decretis decurion. ſuper immun. quib. conc. 258
Decurionib. & filiis eorum. 251. & 277
Delatoribus. 249
Dignitatibus. 277
Domeſticis, & protectorib. 277

E

Exactoribus tributorum. 248
Excuſationib. artificum. 263
Excuſationibus munerum. 258. & 277
Expenſis ludorum. 271

F

Fabricenſibus. 266
Fide inſtrumentorum, & iure haſtæ fiſc. 249
Filiusfam. & quemad. &c. 261. & 277
Fiſcalibus vſuris. 249
Frumento Alexandrino. 268
Fundis limitroph. & ter. & palud. &c. 276
Fundis patrimonial. & ſaltuen. & emph. 277

G

Gladiatoribus penitus tollendis. 272

H

His, quæ ex pub. collat. illata ſunt, non vſurp. 264
His, qui ex pub. rationib. pecu. mut. acceper. 249
His qui ſe deferunt. 250
His, qui à princip. vaca. acceper. 358
His qui ſponte po. mũ. ſube. 258
His, qui num. liberor. vel pauper. excuſ. 259
His, qui paupertate excuſari merue. 259
His, qui non implet. ſtipen. ſacr. ſol. ſuut. 260
His, qui in exil. dati, vel ordi. moti ſunt. 260
His, qui ex offic. quod admini. conue. 271
Honoratorum vehiculis. 267

I

Iiſ vide His.
Immunitate nemini concedenda 251
Imponẽda lucratiuis deſcrip. 255. & 277
Incolis, & vbi quis domicil. hab. dic. 256. & 277
Indictionibus. 250
Infamibus. 260
In quib. cauſ. colon. cenſ. dom. accu. poſſ. 274 277
Irenarchis. 264
Iure fiſci. 249
Iure reipublicæ. 268

L

Libertinis. 260
Legationibus. 261

M

Maiuma. 272
Mancipiis, & colonis patrimon. & cætera 277
Mendicantibus validis. 267.
Metallariis, & metallis, & procuratori. 265
Metatis. 278
Metropoli Beryto. 267
Mulieribus, quo loco mun. ſexui cong. &c. 261
Muneribus & honorib. non continuan. 257
Muneribus patrimoniorum. 265
Municipiis & originariis. 256
Murilegulis, & gynæciariis, & proc. 265

N

Naufragiis. 264. & 277
Nauibus non excuſandis. 264
Nauiculariis, ſeu naucleris public. ſpe. tranſ. 294
Nautis Tyberinis. 267
Ne fiſcus rem, quam vendidit, euincat. 249
Ne operæ à collatoribus exigantur. 251
Ne quid oneri publi. imponatur. 264
Ne quis liber inuit. act. reipub. ger. cog. 270
Ne ruſticani ad vll. obſeq. deuoc. 275
Non licere habitatorib. Metrocom. loc. &c. 275
Nulli licere in frenis equeſt. ſel. &c. 266

O

Omni agro deſerto, & quan. ſter. ſert. imp. 276. 277

P

Paſcuis publicis, & priuat. 277
Periculo eorum, qui pro magiſtra. interuen. 279
Periculo nominatorum. 269
Periculo ſucceſſorum. 261
Petitionibus bonor. ſublatis. 250
Piſtoribus. 266
Pœnis fiſcalib. creditores præferri. 249
Ponderatoribus & auri illatione. 263
Potioribus ad munera nominandis. 262
Prædiis curialib. ſine decreto non alien. 255
Prædiis, & omnibus rebus nauiculatior. 264
Præpoſitis laborum. 277

Priuilegiis corporatorum vrbis Romæ. 266
Priuilegiis vrbis Conſtantinop. 267
Profeſſorib.& medicis 259.& 277
Proximis ſacrorum ſcrinior. 277

Q

Quando & quib.pars de bon.decu.deb. 255.& 277
Quemadmodum ciuil.munera indicun. 257
Qui ætate ſe excuſent. 259.& 277
Qui morbo. 259
Qui militare non poſſunt. 278
Quibus in cauſ.coloni cenſ.dom.accuſ. poſ. 274
Quib.munerib.vel præſta. nemin. liceat ſe excuſ. 258
Quib.muner.excuſentur.ij,qui poſt implet.milit. 260
Quo quis ordine conueniatur. 270

R

Re militari. 278
Reis poſtulatis. 260

S

Sententiis aduerſ.fiſ. lat. non retract. 249
Si liberalitatis imp.ſoc.ſine hæred. deceſſ. 250
Si poſt creationem quis deceſſerit. 262
Si propter inimicitias crea.fact.ſit. 262
Solutionib.& libera.debitor.ciuita. 271
Spectaculis,& ſcæn.& lenon. 271
Studiis liberal. vrbis Rom. & Conſtan. 267.& 277
Suariis & ſuſceptorib.vini,&cæt. 266
Sumptus iniūcti mune.ad omn. colleg. pert. 270
Sumptuum recuperatione. 262
Superindicto. 260
Suſceptoribus præpoſitis & arcariis. 263.& 277

T

Tabulariis,ſcribis,logogra.& cen. 262
Theſauris. 250.277

V

Vacatione mun.publici. 258
Venatione ferarum. 272
Vendendis rebus ciuitatis. 269
Venditione rer. fiſcal. cum aliis commu. 249
Veſtib.holobaris,& aurat.& intinc.ſac. mur. 265
Veteris numiſmatis poteſtate. 266
Vt armor.vſus inſcio princip. interdict. ſit. 272
Vt nemo ad ſuum patroci.ſuſcip.colo. vel ruſt. 275
Vt nullus ex vicaneis pro alien. vic. deb. 276

TITVLORVM
omnium in Summam
D. Azonis ad Inſtitutiones,
Index.

A

Acquiſitione per arrogationem. 293
Actionibus. 297
Ademptione legatorum & tranſlato. 290
Adoptionibus. 281
Aſsignatione libertorum. 292
Attiliano tutore,& eo,qui,&c. 282
Authoritate tutorum. 282

B

Bonorum poſſeſsionibus. 293

C

Capitis diminutione. 282
Codicillis. 291
Contrahenda emptione & venditione. 295
Curatoribus. 282

D

Diuiſione ſtipulationum. 294
Donationibus. 287
Duobus reis ſtipulandi, & promitten. 294

E

Eo, cui libertatis cauſa, bon. adiic. 293
Exceptionibus. 302
Excuſationibus tutorum, vel curatorum. 282
Exhæredatione liberorum. 287

F

Fideicommiſſariis hæreditatibus. 291
Fideiuſſoribus. 294

G

Gradibus cognatorum. 291

H

Hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur. 291
Hæredum qualitate & differentia. 288
Hæredibus inſtituendis. 287
His, per quos agere poſſumus. 301
His qui ſui,vel alieni iuris ſunt. 281

I

Ingenuis. 280
Iniuriis. 296
Inofficioſo teſtamento. 287
Inutilib.ſtipulationib. 294
Interdictis. 302
Iure naturali,gentium & ciuili. 279
Iure perſonarum. 280
Iuſtitia & iure. 279

L

Legatis. 289
Lege Aquilia. 296
Lege Falcidia. 291
Lege Fuſia Caninia tollenda. 281
Legitima agnator.tutela. 281
Legitima agnator.ſucceſſ. 291
Legitima patronorum tutela.&c. 282
Libertinis. 280
Literarum obligatione. 294
Locatione & conductione. 295

M

Mandato. 295
Militari teſtamento. 287

N

Noxalibus actionib. 301
Nuptiis. 281

O

Obligationibus. 293
Obligationibus ex conſenſu. 294
Obligationibus quæ ex quaſi contractu naſc. 295
Obligationibus quæ ex delicto naſc. 296
Obligationib.quæ ex quaſi deli. naſc. 296
Officio iudicis. 302

P

Patria poteſtate. 281
Perpetuis & temporalibus actionibus. &c. 301
Per quas perſonas nobis acquiratur. 287
Per quas perſonas nobis acquir. oblig. 295
Pœna temerè litigantium. 302
Prooemium Inſtit. 278
Publicis iudiciis. 303
Pupillari ſubſtitutione. 288

Q

Qui teſtament.tuto.dari poſſ. 281
Quibus alienare lic.vel non. 287
Quib.ex cauſ.manumit.non poſſ. 281
Quib. mod.ius patriæ poteſt.ſolu. 281
Quibus modis tutela finiatur 282
Quibus modis teſtamenta infirmentur. 288
Quib.mod.re contrah.obligat. 293
Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. 287
Quod cum eo,qui in alien.poteſtate neg. geſt. 301
Quot modis tollitur obligatio 295

R

Rebus corporalibus & incorporal. 285
Replicationibus. 302
Rerum diuiſione & acquiſitione. 282

S

Satiſdatione tutorum,vel curato. 282
Satiſdationibus. 301
Senatuſconſult.Tertylliano. 291
Senatuſcon.Orficiano. ibid.
Seruili cognatione. 292
Seruitutibus ruſticorum & vrbanorum præd. 285
Singulis rebus per fideicommiſſ. relictis. 291
Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. 301
Societate. 295
Stipulatione ſeruorum. 294
Succeſsione cognatorum. 291
Succeſsione libertorum. 292
Succeſsionibus quæ fieb. ex SC. Claud. ſubla. 293

T

Teſtamentis ordinandis. 287
Tutelis. 281

V

Verborum obligationibus 294
Vi bonorum raptorum. 296
Vſucapionibus & longi tempor. præſcr. 286
Vſu & habitatione. 286
Vſufructu. 285
Vulgati ſubſtitutione. 288

S E Q V V N T V R tituli Pandectarum ſeu Digeſti veteris.

A

Ad legem Rhodiam de iactu. 310

C

Calumniatoribus. 307
Communia prædiorum, tam vrb. quàm ruſt. 309
Condictione triticaria. 310

E

Eo, per quem factum erit, quo minus quis iud. ſiſt. 307
Exceptione rei venditæ & trad. 311

F

Fideicommiſſaria hæredita. pet. 308

H

His qui deiec. vel effud. 310

I

In ius vocando. 306
In ius vocati vt eant, aut ſatis, vel caut. dent. 306
In integr. reſtitutionib. 307
Interrogationibus in iure faciend. 310

L

Legib. SC. & longa conſuet. 304

N

Nautæ, caupones, ſtabolarij vt recep. reſt. 308
Ne quis eum, qui in ius voc. vi exim. 306

O

Officio conſulis. 305
Offic. procuratoris Cæſaris. ibid.
Officio iudicis Alexandriæ. 305
Offici. eius, cui mandata eſt iuriſdictio. ibid.
Operis ſeruorum. 309
Origine iuris ciuilis. & omn. magiſtrat. 304

P

Poſſeſſoria hæreditatis petitione. 308
Publiciana in rem actione. 308

Q

Quando actio de peculio eſt annalis. 311
Quando dies vſusfructus legat. ced. 308
Quemad. ſeruitutes amitt. 309
Qui ſatiſdare cogantur, vel &c. 306
Quib. reb. ad eund. iudic. eatur. 310
Quibus mod. vſusfruct. vel vſus amittatur. 308
Quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, &c. 305
Quod cuiuſque vniuerſitat. no. vel cont. 307

S

Senatoribus. 305
Seruitutib. vrbanor. prædior. 309
Seruitutib. ruſticor. prædior. 309
Si ager vectigalis, vel emphyt. pet. 308
Si ex noxali cauſ. agatur, quemadmod. cau. 307
Si menſor falſum modum dixerit. 310
Si pars hæreditatu petatur. 308
Si quis cautionib. iudic. ſiſt. cauſ. fac. &c. 307
Si quis in ius vocatus non ierit. &cæt. 306
Si quis ius dicenti non obtemp. 306
Si vſusfructus petatur, vel &c. 309
Statu hominum. 305

V

Vſufructu accreſcendo. 308
Vſufructo earum rerum, quæ vſu conſum. 308
Vſufructuarius quemadmodum caueat. 309

S E Q V V N T V R tituli Dig. Infort.

A

Acquirenda vel omittenda hæredita. 313
Alimentis, & cibariis legatis. 315
Annuis legatis. 314
Auro, & argento mundo. ornam. veſt. &c. 315

B

Bonorum poſſeſſ. contra tab. 318
Bonorum poſſeſsione. ex teſtamento milit. 319

C

Coniungendis cum emancipat. libe. 319

D

Dote prælegata. 314
Dotis collatione. 318

F

Fondo inſtructo, inſtrumentóque legato. 315

H

His quæ in teſtamento delentur. 312

I

Iis. vide, His.
Impenſis in reb. dotal. fact. 311

L

Liberis agnoſcendis. 312

O

Optione vel electione legata. 314

P

Peculio legato. 315
Penu. legata. 315

Q

Quando dies legati, vel fidei. ced. 317

R

Rebus dubiis. 316
Regula Catoniana. 316

S

Seruitute legata. 314
Si cui plus quàm per leg. Falcid. lic. lega. 317
Si mulier ventris nom. in poſſ. calum. 312
Si quis à paren. fu. manumiſſ. 319
Si ventris no. muli. in poſ. miſ. ead. &c. 318
Soluto matrim. quemad. dos petatur. 311
Supellectili legata. 315

T

Tritico, vino, oleóque legato. 315

V

Ventre inſpiciendo, & cuſtod. part. 312
Ventre in poſſeſ. mit. cū. curat. 319
Vſu, & vſufructu, & redit. &c. 314
Vt legat. & fideic. ſeru. cauſ. caue. 318

S E Q V V N T V R tituli Digeſti noui.

A

Aqua pluuia arcenda. 321

D

Damno infecto, & ſuggrund. & proiect. 320
Diuerſis & temporalibus præſcript. & de. 323
Diuerſis regulis iuris. 323

E

Exceptione rei iudicatæ. 322

I

Itinere actúque priuato. 322

M

Manumiſsionibus. 321

O

Operis noui nunciatione. 320

P

Prætoriis ſtipulationib. 323
Publicanis, & vectigalibus & com. 321

Q

Quod vi aut clam. 322

R

Re iudicata. 328

T I T V L O R V M in Summam nouellarum, ſeu Authent. Index.

A

Adminiſtrantibus offic. in ſacris appella. 330.
Adminiſtratoribus. 337
Æqualitate dotu. 337
Alienatione, & emphyteuſi. 340
Appellationibus & intra quæ temp. deſ. ap. 331
Appellationibus. 338
Apud quos opor. cauſ. dicere monach. 335
Armis. 336

C

Collatoribus & aliis capit. 341
Conſanguineis & vterinis fratrib. 336
Conſtitu. quæ ex adſcriptit. lib. eſſe vult, &c. 332
Conſtit. quæ dignitatib. & epiſc. fil. lib. à pat. po. 335
Conſulibus. 331

D

Defenſoribus ciuitatum. 329
Depoſito, & denunciationibus inquilin. 336
Duobus reis promittendi. 337

E

Eccleſiaſticarum immobi. rerum alienatione, & ſo. 332
Eccleſiaſticis titulis. 340
Executoribus & iis qui conue. & recon. 337
Exhibendis & introducendis reis. 332

F

Fideiuſſoribus & mandatorib. & ſpon. & cætera. 325
Filiis ante dotalia inſtrument. natis. 330

H

Hæc conſtitutio interpr. conſt. prio. &c. 335
Hæc conſtit. innouat conſtitu. 338
Hæredibus & Falcid. & ſi hære. ſol. nol. 324
Hæredibus ab inteſtato venientib. 339
His, qui ingrediuntur ad appella. & cæt. 333

I

Immenſis donationib. 337

Inceſtis & nefar.nuptiis. 329

In met.lit.non fieri fac.formas. 338

Inſtrumentorum cautela & fide. 334

Interdictis collegiis hæreticor. 341

Iudicibus & vt nullas, cum iureiuran.&c. 335

Iureiurando à moriente præſtito. 332

Iuſiurand.quod preſtatur ab his,qui admin.ac. 329

L

Lenonibus. 329

Litigioſis. 338

M

Mandatis principum. 330

Menſura ordinandarum clericor. 330

Monachis. 326

N

Naturalib.liberis. 331

Neque virum, quod ex dote eſt, neque mul.&c. 338

Non alienandis, aut permut.rebus eccleſ. 327

Non eligendo ſecundo nubentes. 327

Nullum creden.agricolæ ten.eius ter. 331

Nuptiis. 330

P

Priuilegiis dotis. 338

Procemium in Nouell. 324

Q

Quæſtore. 335

Quibus modis naturales efficiantur ſui, &c. 336

Quibus modis naturales filij legitimi eſſic. 333

Quomodo oporteat epiſc.& cęt.cleri.ad ord. 327

R

Raptis mulieribus. 341

Referendariis palatij. 329

Reſtitutionibus & ea quæ parit xj.menſ. &c. 331

Reſtitutionibus. 338

S

Sanctiſsimis epiſcopis, 341

Scenicas non ſolùm ſi fideiuſſ.præſt. &c. 332

T

Tabellionibus,& vt protocol.dimin. in char. 332

Temporibus nõ ſolutæ pecun. 317

Teſtamentis imperfect. à parent. in fil. fac. 338

Teſtibus. 317

Triente & ſemiſſ. & ſucceſſ. filior. &c. 330

V

Vſuris nauticis. 341

Vt ab illuſtribus,& qui ſuper eam. 333

Vt clerici, qui reced. aliis pro iis ſubro.&c. 333

Vt clerici apud prio.epiſc.conuen. 336

Vt cùm de appellat. cognoſcitur. &cæt. 339

Vt de cætero commut.eccleſ.rerum non fort.ſi. 332

Vt defuncti ſeu funct. cor. non iniur. 333

Vt determinatus ſit numer. clericorum 325

Vt differen.indices,&c. 341

Vt diuinæ iuſsion. ſubſcrip. hab. glor. quæſt. 338

Vt ea,quæ vocatur iuſſio.ſuper, elec. &c. 332

Vt eccleſia Rom.C.annor.gaudeat præſcrip.

Vt exactione inſtan. dotis prim. & ſec. &c. 337

Vt factæ nuæ conſt.&c. 333

Vt fratrum fil.ſucced.par.adimit.&c. 341

Vt hi, qui oblig. p'erhibent ſe hab. res min. 334

Vt immobilia ante nup. donat. neque alien.&c. 333

Vt in priuatis dom. ſac.myſt. non fiant. 333

Vt iudices ſine quoquo ſuffrag. fiant. 328

Vt liberti de cæt.aureo non indig. ann. 335

Vt lic. matri,& auiæ,&c. 339

Vt litigan.iur.in exord.litis,&c. 340

Vt neque miles,neq; fœderat. 338

Vt non fiant pignoration.pro aliis perſo.&c. 332

Vt non luxurientur contra nat.&c 335

Vt nulli iudic.liceat habere lo.ſer. 341

Vt nullus fabricet oratorias dom.&c. 333

Vt nullus mutuans, agricolæ ter. eius ten. 331

Vt omnes obed. iudicib. prouinc. &c. 333

Vt ordinariæ præfect.vrban.&c 333

Vt præponatur nomi. Impe.documentis,&c. 332

Vt ſine prohib. matres debitri.& cred. &c. 337

Vt ſponſal. largitas ſpecial.ſit contract. 340

INDICIS TITVlorum, finis.

Index Rerum & verborum locupletiſsimus, in auream D.Azonis interpretum coryphæi Summam, atque annotationes ad eundem.

Commonefactos vos interea velim, candidati Iuris, priorem numerum folium, poſteriorem verò ſummarum ſeriem indicare. Literæ vero a,b,c, & c. item ſigna & aſteriſci, locum in Additionibus indicant.

Abbas per quem eligatur, ordinetur, & confirmetur. 326. numero 1

Abigeatus crimine quando quis demum dãnari poſſit 245.2

abigei qui dicantur 245.1.qualiter puniantur. ibid.3

Ablatum alicui tanquam indigno, quod erat ei teſtamento relictum, applicatur fiſco:& an id ſit perpetuum 173.1

Abolitio quid. 246.1.quibus modis fiat ibid. à quo concedatur 246.2.generalis à quo impetranda 246.1.an poſſit dari ei, qui pecuniã accepit 246.3

abolitionis tempus 246.2

abolitione impetrata, an repetẽdus reus 246.4

de Abolitione generali, Titulus explicitus 246.3

Abſentia quomodo accipiatur, cùm tractatur de cõueniendo fideiuſſore præſente, vbi reus eſſe abſens dicitur. 32.6.5

Abſens reipublicæ cauſa quis cenſeatur 38.2.4. quando reſtituatur aduerſus vſucapionem, & pro quo tempore. 38.8.10. & 39. 13

abſens an ante litem conteſtatam poſſit damnari 245.4

abſenti non obeſt præſcriptio 201.1

abſentem nonnunquam in iure haberi pro præſente 2.16

abſentes an accuſari poſsint. 236.1

abſentes reipublicæ cauſa à tutela excuſari 150.2. quoſdam eſſe coactos, quoſdam verò ſpontaneos 38.3

abſentium reipublicæ cauſa vxoribus, quomodo ſubueniatur 39.1

abſentibus reipublicę cauſa quibus concedatur reſtitutio 38.3.in quib.cauſis ſubueniatur, & in quibus non 38.5.7. & 39. a. non concedi vt videantur vſucepiſſe, quod ab eis non eſt vſucaptum.38.6. quomodo ſubueniatur aduerſus vſucapionem 39.14

Abſolutus à crimine an & quando poſſit ab alio accuſari de eodem crimine 206.7

Acceptilatio quid ſit. 231. 1. 2. qualiter fiat.ibidem.2.ſuper qua obligatione poſsit

poſsit interponi.ibid 3. inotiliter facta an effectum aliquem habeat.ibid. 4 an poſsit interponi per procuratorem.ibidem.5 .an ſit ſtipulatio,an pactum:& quid ſit 296 5.
acceptilatione poſſe dotem conſtitui: & an non ſecutis nuptiis præiudicetur accepto ferenti 132.11
Acceſsiones rei veniie in pignoratitie actione 93.16
Accreſcendi ius quãdo locum habeat in vſufructu 308.1
Accuſare quid ſit. 235.1.
accuſare quis videatur.246 3.qui prohibeantur. 235.3.4. & 6.in crimine læſę Maieſtatis an poſsint etiã ij. qui.aliàs ab accuſatione repelluntur. 237. 4. vnum an & quando plures poſſunt. 236.6 inuitus quis, an & quomodo teneatur 46.1
accuſari qui non poſsint vel ad tempus, vel in perpetuum. 236. 3. an poſsint plures ab vno, & an in eodem libello 236.5
accuſanti quot dilationes debeant concedi. 246.2
accuſatus quomodo debeat eſſe in cuſtodia. 236.3.ab vno,an & quando poſſit accuſari ab alio.236.4. quibus caſibus per præſumptionem conuincatur.87.15.de dilapidatione, an ſtatim vt ſuſpectus ſit remouendus. 236.*
accuſatus poſsitne accuſatorem ſuum accuſare pendente adhuc iudicio criminis:& quid ſi iam condemnatus eſt 235.7.8.
accuſati de crimine.vide, Reos crim.
accuſato quibus caſibus incumbat onus probandi. 87.13.eo non veniente ad cauſam quomodo procedendum ſit 236.11
accuſator vnde dicatur. 236 *.quando ſit neceſſarius. 235.2. accuſatoris nomine qui contineantur , cùm tractat de accuſatione falſi teſtamenti 174. 21
accuſatorem apertè crimen debere probare,quod intendit 236.10
accuſatorem comprehendi nomine actoris 87.11
accuſatore nõ veniente ad cauſam quomodo procedendum ſit. 236 12
accuſatore mortuo an expiret accuſatio 237.1
accuſatorum temeritas quot , & quibus modis puniatur. 246. tit. de Calumniat.
accuſatio quid ſit. 236.* aduerſus quos poſsit inſtitui.236.1.an expiret accuſatore mortuo.237.1.in quibus cauſis duret etiã poſt mortẽ accuſati.ibid. 2.criminis priuati quæ cõmunia habeat cum accuſatione criminis publici. 303.3.2
accuſatio de ſuſpecto:vide Suſpecti.
accuſationis quis ſit effectus.236.*perficiendæ tempore. 246.1.libellus quomodo ſit concipiendus.236.7.libello oblato quæ dilationes concedentur, atque inibi quomodo procedere debeant iudicium criminis 236.8
accuſationem poſſe ab vno inſtitui contra plures. 47. 6.b. tertiam inſtituere , an permittatur ei qui duob. iudicijs ſubſcripſit 235.5
accuſationes plures quando quis proponere poſsit 46.4
Acquiri per quas perſones obligatio poſsit. 98.
acquiri vnde & quatenus alicui poſsit per extraneam perſonam. 99.12. 14. per occupationem quæ res poſsint. 283 21.
acquiſitio quibus modis procedat. 283. 29.284.35 38.41.45.47.285.d.
Acta inter alios, non nocere,neq; proficere alijs regulariter. 207.1. quibus caſibus alijs noceant. 207. 2. quibus caſibus alijs proſint ibid.3
Actio quid. 6.1.quomodo diuidatur. & quod perſonalis tãtùm propriè actio dicatur 16.4.5.
actio quid ſit 297.1.in rem an comprehendetur ſub definitione actionis. ibid.4. cõmodati ſitne ciuilis an prętoria 298.8.perſonalis ciuilis quãto tempore duret. 300.43.in rem ciuilis quanto tempore tollatur ibid.44.
actio vetus informatur per pactum in continenti appoſitum. 19.18
actio cuiuſmodi cõpetat pro perceptis ex re communi , vel ob rem communem.69.12.cuiuſmodi detur,vbi certum quid eſt in obligatione. 77.1
actio cuiuſmodi competat ad repetendum certũ aliquid, quod indebitum eſt 78.32
actio cuiuſmodi oriatur aduerſus eum, qui præpoſuit inſtitorem. 95.19.f.
actio cuiuſmodi mihi competat, ſi rem ad alium pręferendam,vt eam cuſtodiat,tradidi alicui tanquam eius procuratori 105 24
Actio cuiuſmodi detur aduerſus eũ qui incidit in edictũ, Si quis omiſſa cauſa teſtamenti,&c.& quæ veniãt in eam actionem 178.8
actio cuiuſmodi naſcatur ex obligatione pignoris 221.11
actio cuiuſmodi detur ex iectu mercium cauſa leuãdæ nauis,& cui,& in quem 311.3.
actio quæ datur pro mutuo, qualis ſit 79.39
actio,quæ ex permutatione oritur,quib. detur,& quando detur 123 5 b.
actio quæ datur patrono ad reuocanda alienata per libertum,cõtra quem detur,& qualis ſit 157.7.8.b.
actio quę competet ex donatione 234. 9
actio, quæ datur ex maleficio ſerui contra dominum, quare non dicatur eſſe ex quaſi maleficio,ſicut illa, quæ datur contra exercitores 297.9.b.
actio qualis cui cõpetat, ſi muliere ventris nomine in poſſeſsionem miſſa.eã poſſ.dolo ad alium tranſtulerit. 312. 1. quatenus eadem & cur in hæredem non detur 1201.2
actio an & quando reſtituetur aduerſus veterem debitorem. 296.6.7
actio quando naſcatur alicui ex numeratione pecuniæ 78.22.24.27.
actio quando quæretur domino ex ſtipulatione ſui procuratoris 228.11
actio quando poſsit cedi fideiuſſori ſoluenti 229.13
actio quando & cuiuſmodi competat ex ſententia 1239.10
actio qua quis agit ante diem, quomodo poſsit dici efficax 02.1
actio ad exhibendum quando & cui denegetur.98.10.aduerſus quem competat 99 13
actio aquæ pluuiæ arcendæ cui detur, & in quem 1235.2
actio aquæ pluuiæ arcendæ ad quid cõpetat,& quale ſit iudicis officium circa eam. ibid.3
actio arbitr.tutelæ: vide , Tutelæ arbitrer.
actio quibus caſibus cenſeatur arbitraria 51.1
actio ciuilis an & quando detur pro eo, quod precario conceſſum eſt 219 8
actio ciuilis cuiuſmodi detur aduerſus eum , cuius rogatu rem meam alteri conceſsi. ibidem.10
actio commodati:vide Cõmodati actio.
actio communi diuidund.vide Communi diuidundo act.
actio confeſſoria.quæ datur fructuario, ad quid competat. 309.2
actio confeſſoria pro vſufructo contra quem detur, & intra quãtum tempus ibidem.3
actio confeſſorie, vide Confeſſoria.
actio de conſtituta pecunia qualis ſit. 87 18.e
actio de dolo quãdo & quibus non competat.30.10.11. quibus detur.ibidem, 12. in quos detur. 31. 13. vt competat dolus probari debet. ibidem, 14. ad quid competat, vel non. ibidem, 15. non competit de ſumma duorum centùm aureorum,& infrà. ibidem 16.e.f.eſt perſonalis & arbitraria ibidem numero 17.18
actio de dolo contra quem dari poſsit. 93 21.
actio de eo , quod ex naufragio raptum eſt, cui competat, & aduerſus quem, & qualis ſit. 264.2.6
actio de eo , quod ex naufragio raptum eſt, ad quid detur. 264.4
actio de in rem verſo quando detur.97. 48.ad quid detur,ibidem 50. quibus caſibus deficiat. 98. 51. quibus detur, ibidem, 52. contra quos detur,ibid. 53.quatenus detur,ibidem,54. qualis ſit. ibidem 56
actio de in rem verſo competit etiam, vbi datur actio negotiorum geſtorum 45.2
actio de peculio quibus competat. 96. 19.21.98.g.contra quos detur. 96. 26. 28.& 98.1
actio de peculio qualis ſit. 97.37
actio de peculio quando annalis eſt, 1194.1.2
actio depoſiti:vide, Depoſiti.
actio ex conducto cui, & ex quibus cauſis competat.& ad quid detur,125 29.36.3.9.& 126.h.l.
actio ex edicto de alienatione iudicij ad

quid detur. 41.e. aduerſus quem 41. 6.d. quando ceſſet. ibid. 7.e
actio ex edicto, de calumniatoribus, cui detur, & in quem, & intra quantum tempus 307.2
actio ex edicto De eo, per quē fact. quo min. quis iud. cui detur, in quem, ad quid, & qualis ſit 307.2
actio ex edicto, Si quis ius dicen. quando detur, & qualis ſit 306.5.6
actio ex empto quæ cui, contra quem cō-petat. 116.1.2. ad quid detur, ſeu quæ veniant in eam. ibid. 3.10.117. 20.22. 25. a. quando detur ad redhibitionem faciendam. ibid. 21. 23. quatenus detur ob dolum 117.25.
actio exercitoria. vide, Exercitoria act.
actio ex locato ad quid detur, ſeu quæ veniant in eam 124. 11. 14.16.19. 125 28.126.d.e
actio ex pauperie, à quadrupede facta cuiuſmodi naſcatur, & quādo detur: 301.2
actio de pauperie quib. detur, & in quē. 301.3.4. qualis ſit, ad quid detur, & ex quo iure originem ducat. ibid. 5.a
actio ex ſtipulatione de damno infecto qualis competat, & ad quid 1234.5.6
actio ex ſtipulatu cui, & qualis detur 133.1.134.3.4.15.a.b.e. in quem detur, 134.2. tranſmiſsibilis eſt. ibid. 5. quando & ad quid detur. ibid. 8.9
actio in teſtamento quibus competat, & contra quos, & pro quibus rebus 295.4
actio ex vendito quæ cui detur. 117.30. quid detur, ſeu quæ veniant in eam. ibid. 31.33.36. an & quando detur ad pœnam. ibid. 35. quando competat venditori. ibid. 37.
actio familiæ erciſcundæ: vide Familiæ erciſc.
actio finium regundorum: vide Finium regundorum.
actio furti: vide, Furti act.
actio hypothecaria: vide, Hypothecaria act.
actio in factum cui ad quid detur. 121. 21. & 122.1. quibus detur, & in quos. 121.23. qualis ſit, & quandiu duret. 121.30.
actio in factum pro deiectis vel effuſis quando locum habeat, & ad quid detur 296.3.4
actio in factum ex edicto De iis qui deiecerunt vel effuderunt, quando habeat locum. 310.1. cui detur, & contra quem, & qualis ſit. ibid. 2
actio in factum, qua petitur editio, eſt annalis, & prætoria, & datur hæredibus, ſed non contra hæredes 17.20
actio iniuriarum an vendi poſsit 113. 18.b.
actio in mulierem, quæ calumniæ cauſa dicitur eſſe in poſſeſsione, qualis ſit, cui, in quem, & ad quid detur 312. 2.3.4
actio in nominatores adminiſtratorum reipublicæ quatenus detur 270.2.
actio legis Aquiliæ: vide Aquiliæ legis.
actio mandati: vide, Mandati.
actio negatoria: vide Negatoria.
actio negotiorum geſtorum quando locum habeat. 27.1. & 28.a. directa quā-do competat. 27.10. quos habeat effectus. ibid. 12. quæ conſequentia. 28.15 contraria ceſſat ratione pietatis 28. 20.21.22.f.
actio negotiorum geſtorum, vide latius, Negociorum geſtorum actio.
actio noxalis: vide, Noxalis actio.
actio Pauliana: vide, Pauliana act.
actio pignoratitia: vide, Pignoratit. act.
actio pro eo, quod certo loco eſt ſoluendum vbi inſtitui debeat 51.3
actio præſcriptis verbis ad quid detur 123.6
actio præſcriptis verbis in quibus pactis locum habeat, & an ex pactis in continenti appoſitis orta ſit bonæ fidei 123.10.
actio præſcriptis verbis quibus aliis caſibus locum habeat ibid. 11.
actio præſcriptis verbis ex quibus contractibus innominatis detur. 123. 12. quę competit ex contractibus innominatis, cui detur. ibid. 14. ad quid detur, ſeu quæ veniant in eam, ibid. 15. qualis ſit, & an ſit eadē cum actione in factum ibid. 16
actio pro euictione cui detur, & contra quem 232.14
actio pro ſocio quando naſcatur 109.13
actio pro ſocio ad quid competat, ſeu que veniant in eam. 110.22.28. 31.34. 37.42
actio pro ſocio quibus detur, & contra quos 110.43.g
actio pro ſocio vtilis an & quando detur ibid. 45.
actio pro ſocio: vide latius, Pro ſocio.
actio protutelæ: vide Protutelæ act.
actio Publiciana: vide Publiciana.
actio quanto minoris empturus erat emptor, qualis ſit, & quid differat ab actione quanto minoris res eſt 120. 3. & 121. 6.
actio quanto minoris quibus caſibus detur. 121.20. quibus detur, & in quos. 121. 23. qualis ſit, & quandiu duret ibid. 30.
actio quod iuſſu quando detur 97.38 44.98. p. quatenus & quando competat in plures. 97.45. contra quos detur. ibid. 47
actio quod iuſſu quando non detur 97. 43
actio quod metus cauſa, vel vtilis rei vendicatio quibus detur. 29.15. quando ceſſet. ibid. 18. non infamat 30.21
actio per quam reuocantur alienata in fraudem creditorum, quando detur, & quibus caſibus ceſſet. 213.3.4. reuocatoria vt locum habeat, an ſit neceſſe vt is, qui accipit à debitore, participet conſilium fraudis. 213.6.8. quibus competat, & in quos. 213.9. 12. ad quid detur, ſeu quæ veniāt in eā ibid. 13. intra quantum tempus detur. ibid. 15.
actio reſtitutoria vel reſciſſoria: vide Reſtitutoria, & Reſciſſ.
actio, ad quam reſtituitur is, qui reipublicæ cauſa abfuit, quare vocetur reſciſſoria 39.15
actio redhibitoria: vide Redhibitoria.
actio rei vxoriæ 133
actio rerum amotarum: vide, Amotarum rer.
actio ſerui corrupti: vide, Serui corropr. act.
actio ſubſidiaria tutelæ: vide, Tutelę ſubſid. act.
actio ſubſidiaria ob tutorem non rectè datum, in quibus ceſſet. 143.2. contra quos detur. ibid. 3.
actio tributaria: vide Tributaria actio.
actio tutelæ. vide, Tutelæ act.
actio tutelæ cōtraria. vide, Tutelæ contrar.
actio, obligatio & contractus quid differant inter ſe 84.2
actionis ex ſtipulatu priuilegium 134.16
actionis in menſorem comuſes. 310.1. ſpecialia. ibid. 2
actionis proponendæ forma 43.1
actionis quando recepta cōuerſio 85.4
actioni ex empto ſpeciale. 148.9
actioni vi bonorum raptorum quando locus. 296.1
actionem edere quid. 16.3. edere in ſingularibus actionibus non ſufficit, ſed oportet rem exprimere. 16.8. mutare an & quando liceat actori 16.13
actionem à prætore non pollicitam dari. 86.1
actionem habēs, rem habere videtur. 18.
actionem habens contra aliquem, quibus remediis debeat eum cogere ad ſolutionem 84.13
actionem non rectè ab eo intendi, cui obſtat compenſatio 102.16
actionem quomodo interpretentur, ſeu quid circa eam fingant iura 2.14
actionem nullam vltra quadruplum extendi, quomodo intelligendum ſit. 265.5.a
actionem ſemel extinctam quandoque reſtitui auxilio alterius actionis propoſitæ 34.6
actionem famoſam vel turpem an & quando poſsit libertus intēdere contra patronum. 157.1
actionem perſonalem & hypothecariam habenti datur electio, vtra velit agere 84.14
actionem realem ibi debere intendi, vbi res ſunt 50.33
actionem ad exhibendam non habere locum pro tigno iniuncto 73.14.f
actionem de in rem verſo dari quandoque, licet ſeruus nō propoſuerit obligare dominum 98.57
actionem ex empto etiam ciuilem vocari redhibitoriam 120.a
actionem Fabianam iuramentum in litem admittere 148.10
actionem pro ſocio directam eſſe ab vtraque parte, nec reperiri hic actionem contrariam. 110. 44. eſſe famoſam. 111.46
actionē quod iuſſu induci ex tacita permiſsione 97.40. induci ex ratihabitione

tione domini ſubſequente contractũ ſerui ibid.41.

actione ad exhibendum propoſita, quod tempus conſiderandum 73.15

in Actione ad exhibẽdum quomodo libellus concipiendus. 72.4. culpa quã do præſtetur. 73.16. cõdemnatio quomodo fieri debeat 73.10

actione arbitraria ratione inĩtata, quomodo habẽda ſit ratio vtilitatis actoris 51.5

in Actione arbitraria quale ſit iudicis officium 51.4

actione criminis ciuiliter propoſita, an poſsit quis criminaliter agere. 47.7. vna proſecuta, an ad aliam confugere liceat 47.8

actione de peculio quatenus quis conueniatur, & quæ poſsit deducere, qui ea conuenitur. 96.27

actione præſcriptis verbis poſſe eũ agere, cui competit condictio ob cauſam. 82.20

actione pro ſocio propoſita, æs alienum an, & quãdo, & quomodo ſit præcipiendum. 110.34. tolli actionem legis Aquiliæ, & econtrà, itẽ actionem cõmuni diuidundo, & condictionẽ furtiuam, non etiam actionẽ furti. 110 38

actione reali conuentus an iudicio eximatur 52.4

in actione, Quod metus cauſa, an prima ſententia de re reſtituenda ſit definitiua. 29.11. an appellare à prima ſententia liceat. 29.12.13. æſtimanti quadruplum quid cõſiderandum ibid.14

actiones ædiliti. quot & quæ ſint 120.1

actiones an & quando expirent capitis diminutione 2826.

actiones an, & quare non veniant in iudicium famil. erciſcũdæ. 67.15.68.d.

actiones cuiuſmodi naſcantur ex mutuata pecunia ciuitatis. 269. 2. cuiuſmodi naſcantur ex ſtipulatione. 227.32. cuiuſmodi oriãtur ex edicto, Siquis ius dicen. & quibus dentur. 306. 2.4

actiones directæ quando & quomodo vtiles competant. 85. 15. 16. vtiles quibus caſibus circa ceſsionem competant. ibid.17. vtiles vnde naſcantur. 85. 20. fideicõmiſſarij actiones ibid. 21 d

actiones empti & venditi quales ſint. 117 39

Actiones ex locato & conducto competentes, quales ſint 125.42. 43.

actiones hæreditariæ, vide Hæreditariæ actiones

actiones in pupillum ipſo iure tranſeuntes 145.4

actionẽs ne plures eiuſdẽ rei nomine proponere liceat. 46. 3. quando quis plures proponere poſsit. ibid.4. plures criminales an poſsit quis proponere contra duos. ibid.5

actiones omnes vel in rem eſſe, vel in perſonam, vel mixtas. 298. 10. quaſdam prætorias eſſe perſonales & pœnales: & quæ ſint illæ. ibid. 17. præiudiciales eſſe prætorias & in rem ibid. 25. in rem ciuiles, item perſonales ciuiles varias reperiri: & quæ ſint illæ. 299. 31.32. omnes perſonales poſſe dici cõdictiones 299.34

actiones omnes vendi poſſe, & ad quid venditor actionis teneatur emptori. 113.17

actiones perſonales quanti tẽporis præſcriptione tollantur. 297.7

actiones plures pœnales ſi contra aliquem competant de iure communi, an & quãdo vna earum aliam impediat. 1139. 8. pretoriæ. 1142. 6. ciuiles ibid.7. prætoriæ quæ dicantur eſſe in rem ibid.11. prætoriæ perſonales quę ſint. 1145.26. que dentur pro re perſequenda. 1149. 35. cuiuſmodi dentur duntaxat in ſimplum, quæ itẽ in duplum, triplum, vel quadruplum. 1150. 30. prætorię quanto tempore durent. 1153. 45. 1155. e. temporales qua ratione perpetuãtur. 1153. 46. duplices quę ſint, & quare ſic dicãtur. ibid. 48. quę dicantur datiuæ, & quæ natiuæ. 1154. 49

actiones, quæ ratione commodati dentur, quales ſint 92.17

actiones tranſmiſsibiles quæ. 86. a. 3. quę confuſione extinguntur, non tranſeunt ad hæredes. ibid. 4. reales, quomodo inſtituantur contra hæredes. ibid.11.

actiones vnde compoſitæ 304.5.

Actiones vt ab hæredibus & contra hæredes incipiant. 85.2.3.

actiones quas iudex admittere vel reijcere, aut corrigere poſsit. 23.1.2

actiones tolli præſcriptione xxx annorum, item perſecutiones etiam quæ fiunt officio iudicis, quatenus verum ſit 202.3

actionum alias eſſe directas, alias vtiles. 84.15. alias eſſe prætorias, alias ciuiles. 297.5. mixtarũ varias eſſe ſpecies. 299.733. perſonaliũ diuiſio. ibid. alias eſſe bonæ fidei, alias ſtricti iuris: & quæ ſint bonæ fidei, quæ itẽ ſtricti iuris. 300. 40.41. alias eſſe arbitrarias alias non: & quæ ſint arbitrariæ. 300. 42. alias eſſe directas, alias cõtrarias: & quæ ſint directæ, quæ itẽ cõtrariæ. 300. 47. concurſus an admiſsibilis 108.6.

actionum plurium ordo quis ſeruandus. 46.2. inde vtilium, quę plerunq; dantur, quæ cenſeantur eſſe ex quaſi cõtractu. 295.6

actionibus in quibus partes ex diuerſis etiam territoriis ad eundem iudicem ire cogantur 310.1

Actor à tutore vel curatore quando & qualiter conſtituatur. 150. 1.2. cur, ſeu ad quæ conſtituatur ibid.3

actor principis quando excuſandus 53.5

actor quis eſſe videatur, quis item reus, vbi de ſtatu agitur 52. 2.

actor quomodo ſatiſdare debeat ad hoc, vt reum in alienam prouinciam trahere poſsit occaſione reſcripti. 48.11. quot modis dicatur plus petere 47. 1.2.

actor regulariter debet ſequi forum rei 332. 1. deſiderans cauſam committi per principem extraordinario iudici, quid facere debeat ibid.2

actoris vniuerſitatis officium 307.5

actori quomodo conſulatur, reo non veniente ad iudicium 332. 4

actorem debere ſequi forum rei etiam in cauſa ſtatus 52.1.2.

actore deferente iudicium, quæ ſint partes iudicis 338.2.

actore & reo viciſsim contra ſe mutuo quęſtionem mouentibus, quis ordo ſeruandus 47.19.

actore ſuffugiente iudicium ante litem conteſtatam quomodo reo conſulatur, & contra 44.12.13.14.241.1.

actores an teneantur iurare de calumnia 43.7

Actus ſeruitus qualis ſit 62.7

actum vel iter habentis quę ſit poteſtas. 309 2

actum reipublicæ ſeruis iniungi 270.1

ad Exhibendum: vide, Actio ad exhib. & Exhibere, Exhibitio.

Adiectione ſucceſſor qualis. 293.2

adiicere bona quid 293.1

Adire hæreditatem quid ſit, & qualiter adeatur. 171.14.19.30. hæreditatem quis poſsit 171.20.22.24.c

adiri hæreditas dicitur ab extraneis, ſicut ſe immiſcere hæreditati dicitur de ſuis hæredibus. 314.26

adiri hæreditatem non poſſe, niſi ab eo, qui certus eſt eum eſſe defunctum, de cuius hæreditate agitur. 171.24

aditionem hæreditatis dici in extraneis hæredibus, quæ in ſuis dicitur immixtio 171.33

Adiudicationes quando fieri debeant in iudicio familiæ erciſcund. 67.32

Adiunctio vnius materiæ ad aliam qui fiat, & cuius fiat adiunctum. 284.36

Adiutor quis 143.7

Adminiſtrare munera reipublicæ inuitus nemo cogendus. 270.1

adminiſtratio bonorum, quorum poſſeſsio pupillo conceſſa eſt ex Carboniano edicto, cui committi debeat. 160.9

adminiſtratoris officium, & ante tempus aufugientis pœna. 337.1

adminiſtratoris ſucceſſor quando venire debeat. 337.2

adminiſtrator reipublicæ, & fideiuſſores, ac nominatores eius, quo ordine conueniantur à republica. 270.1.4

adminiſtrator reipublicæ quatenus de periculo damni fortuiti, vel ex culpa ſua teneatur 291.1

adminiſtratores reipublicæ plures quo ordine inter ſe conueniantur 270. numero 2

adminiſtratores reipublicæ quales eligi debeant, & quomodo, & à quibus. 268.1. electi, ſi detrectent adminiſtrare, per quos compelli poſsint. ibidem numero 2. de quibus teneantur, ibidem numero 4. quando teneantur ad vſuras, & ad quas, ibidem numero 5. qua actione conueniantur à republica, vel experiantur contra eam: & quando, ea actio contra alios detur in duplum. 268, numero 6. 269, numero 7.

adminiſtrorum reipub, officium quale ſit 268.3
Adnotatio quid 12.7
Adoptare qui poſsint 232.6
adoptio quid ſit 232.1
adoptio quæ confirmabilis 281.3
adoptionis ſpecies duo, & ſpecialiter ſumptæ adoptionis ab arrogatione differentia. 232.2. effectus quis ſit. 232.7.
adoptioni quando natura concurrat. 281.1.
Adorandas non eſſe principum ſtatuas. 12.3
Adſcribens ſibi in teſtamento, quãdo incidat in L. Corn. de falſ. 241.1.3.5.
Adſcriptitius an verè ſeruus. 280.2.
adſcriptitius in quibus differat à ſeruo. 274.18.19.
adſcriptitij quomodo fiant. 272.3. qui naſcantur, & quando matris aut patris conditionem ſequantur 272.5.
adſcriptitij fugitiui quomodo reuocentur 273.13
adſcriptitios reuocari ſi aufugerint, & quæ eos recipientium ſit pœna 273.12.19.
adſcriptitios ſeruari debere terris quib. ſunt adfixi 273.7
Adulterium quæ mala ſecũ trahat 237.1
adulterium mulierem infamat, licet abſoluatur ſententia 23.5
adulterium qui differat à ſtupro 237.4
adulterium quid ſit 237.1
adulterium quando propriè dicatur. 237.4
adulterium vnde dicatur. 237.1.
adulterij accuſans libellum de adulterio inſcribere debet 138.9
adulterij accuſatio intra quantum tempus proponenda. 238.8.
adulterij accuſationem qui poſsint intendere 237.3.238.5.7.17
adulterij quis accuſari poſsit. 238.9.
adulterij accuſatione propoſita, quomodo ſit procedendum in ea. 238.10.
adulterij pœna que ſit. 238.18
adulterij pœna à quo imponatur ibid. 19
adulterij damnata non poteſt vxor duci ſine pœna lenocinij 140.2
adultero condemnato an ſit præiudicatum adulteræ 238.12
Adultus habens curatorem, an & quomodo poſsit adire hæreditatem, & quid ſi non habeat curatorem 313.4.
Aduocatus & iudex ſimul quomodo quis eſſe poſsit 22.5
aduocatus qua actione ſalarium petat. 124.9
aduocati dicuntur milites 278.2
aduocati partium quale iuſiurandum præſtare debeant 302.3
aduocati qui dicantur. 22.1. qui qualiter eligantur. ibid. 2. præuaricantes quomodo puniantur. ibid. 3. quæ habeãt priuilegia ibid. 4.5
aduocatorum duplex error, quibus quomodo præiudicet, & quis quomodo corrigi poſsit 22.1.2.3
aduocatis quæ deſunt, quomodo iudex
aduocatis fiſci quæ ſint peculiaria 22.
aduocatis quæ deſunt, quomodo iudex ſuppleat 22.
aduocatos non eſſe admittendos ad officium tabularij 262.6
Ædificans ex ſua materia in ſolo alieno, an præſumatur eam donaſſe, an verò remaneat eius materiæ dominus 284 40
ædificans non debet excedere conſuetum modum altitudinis. 220.4.
ædificium in publico poſitum à perſona priuata an & quando demoliendum ſit. 220.7. an & quãdo demoliendum ſit propter noui operis nunciationem. 220.8.
ædificio poſito in ſolo alieno, qua ratione conſulatur ei, qui ædificauit, pro impenſis à ſe factis 81.31
ædificia priuatorum qua inter ſe diſtantia, & qua altitudine extrui debeant. 220.3.4.
ædificia priuata qui teneantur ædificare & reficere. 220.1
Æditium edictum, in quibus locũ habeat 120.4.6
æditiæ actiones: vide, Actiones æditiæ.
Æqualitas in iudiciis ſeruari debet. 277.
Æquitas quid. 279.7.b.
æquitas prima & ſecunda quæ 3.20.1
æquitas & iuſtitia quid differant, & circa quæ verſentur 1070.6.
æquitatem nõ ſcriptam cedere iuri ſcripto 3.
æquitates tres 5.20
Æſtimanti quadruplum quid conſiderandum 29.14
æſtimatio quid, & quomodo minuatur. 23.1.2
æſtimatio quomodo ſit facienda ex capite ſecundo legis Aquiliæ 65.38
æſtimatio quomodo ſit facienda in actione furti. 154.7.25. quomodo ſit facienda, vbi actio furti competit nõ ratione dominij, ſed ratione intereſſe ibid. 28
æſtimatio rei quomodo fiat in cõdictione furtiua 83.10
æſtimatio quomodo ſit faciẽda in actione ſerui corrupti 155.43
æſtimatio rerum hæreditariarum quomodo ſit faciẽda in facienda ratione legis Falcidiæ 183.20
Ætas à quibus muneribus neminem excuſet. 259 8
ætas ab honoribus & oneribus perſonalibus quos excuſet 259.17.2.3 6
ætas quæ à tutela excuſet. 151.1
ætas vbi ſenes non excuſet à munerib. 259.7
ætas quæ clericorum ordinandorum 5 9
ætatem allegans probet 88.1
ætatem computari de momento ad momentum 31.1. cur id fiat. ibi. 3.4. & 32.b
Affectus ſeu animus an ſine effectu puniri poſsit 239.*
Affinitas quid, & qualiter contrahatur. 292.13.b
affinitas quid ſit, & quatenus nuptias impediat 129.13.e
affinitatis iure nullam ſucceſsionem deferri 292.19
affinitatis iure nullã ſucceſsionem permitti: & an ſit affinitas inter virum & vxorem 188.2
affinium nomina 292 17
Ager in formam inſulæ diuiſione fluminis redactus, cuius ſit. 284 32
Agere alieno nomine quando quis olim potuerit. 301. per quas perſonas hodie poſsimus ibid.2
agere inuitus quis, an, & quomodo teneatur 46.1
agere vel defendere in iudicio quæ perſonæ prohibeantur 44.8
agere ſubinde quis ipſe dicitur, quod per alium agit 2.14
agi nõ poſſe alieno nomine in cauſa criminali: & an id ſit perpetuum. 206.2
agens ad exhibendum quæ debeat noſſe 72.12
agens de euictione quibus ex cauſis repelli poſsit 232.16
agentem contra dominum ex contractu ſerui eligere, qua actione velit agere 98.58.y
Agnati qui dicantur 159.1.188.2.a
agnati vel cognati quo ordine iure nouiſsimo vocẽtur ad ſucceſsionem legitimam. 188.6. ad quotum vſq; gradum admittantur ad ſucceſsionem legitimam 188.10
agnatos repelli à ſucceſsione etiam per minimam capitis diminutionẽ, aliter atq; filios: & ratio diuerſitatis 187.3
agnatis ad ſucceſsionem legitimam ab inteſtato vocatis, proximos quoſque cenſeri vocatos: & qui dicantur proximi 188.3
Agoniſta quis dicatur 271.1
Agricolis credẽtes terram eorum pignori accipere, vel nimiis vſuris eos grauare prohibentur. 331.1
Aleæ luſus quis, quibuſque caſibus permiſſus 74.26. & 75.f
aleator quis dicatur 74.28
Alendi à quo ſint liberi diuortio facto. 129.2
Aliena in poteſtate exiſtens ſi cõtrahat, vel negotium gerat, quid iuris 95
alienæ rei alienatio inualida an & quib. accidentibus confirmetur 118 5
alienæ rei obligationem aliquãdo ita tenere, vt ex ea detur retentio, non etiã vt competat actio. 222.1. obligatio facta ex voluntate domini parit actionem & exceptionem: & quid ſi non acceſſerit voluntas domini expreſſa, ſed tanta duntaxat per eius patientiam ibid.2
alienam rem emẽs à non domino, ſi eam vendit ad pretium non tenetur 27.5
alienam rem gerentibus non interdici rerum ſuarum alienatione 118.1.2
alienam rem non poſſe alienari, licet vendi poſsit. 118.1. quibus alienare permiſſum ſit ibid.2.4
Alienare quæ pupilli, & quibus liceat. 152. 4. quando & quæ minori liceat. 145. 24. quibus caſibus non poſsit is, qui verè dominus eſt 287.4
alienari vel obligari non poſſe eas res, quæ

alienari vel obligari non poſſe eas res quæ ſubiacent reſtitutioni: & an id ſit perpetuum. 179.c. non poſſe rem alienam, licet vendi poſſit. 118.1. quę res & quorum quãdo prohibeantur. 151. 1.2.3. res communis an, quatenus & quando à ſocio poſſit 118.1
alienatum dotale quis revocet 139.12
alienata per debitores quibus caſibus revocẽtur à creditoribus ex ſolo eventu fraudis. 213.5
alienata à debitore reipublicę quatenus revocentur. 269.3
alienata à liberto, qua actione revocentur per patronum. 156.2.
alienaturus rem minoris quid probare debeat. 152.1
alienatio quid ſit. 2. nu. 4. quot modis ſumatur. 328. + ij. quib. permittatur. 287. 1. quibus modis fiat per iudicẽ. ibid. 2 alieni invalida an & quibus accidentibus confirmetur. 118.5. facta à liberto de bonis ſuis an & quãdo revocetur per patronũ. 156.1. iudicij mutandi cauſa facta quãdo per reſtitutionẽ reſcindatur. 41.1. quæ revocetur. ibid. 3. a b. lucri dotis, vel donationis propter nuptias, facta à coniuge ſuperſtite, an & quatenus teneat 325.2. rei dotalis à lege prohibita, cõſenſu mulieris nõ muatur. 139.11. rerum eccleſiaſticarum quando & quomodo permittatur. 4. nu. 11. c. rerum minorum quando ſine decreto fieri poſſit 152.
alienationem voluntariam fieri nõ poſſe poſt litem conteſtatam in actione fam. erciſcundæ 65.9
alienationis cauſæ 311.2
alienationis verbi acceptiones 139.10
alienationis prohibitio an & quatenus fieri poſſit pactione contrahentium. 118.7. & 10.2.b.
alienationis rerum pupillarium cauſas alienum. 152.7. vocabulum quomodo intelligendum ibid. 7
alienationi pupillarium neceſſaria 152.3
alienationem non contineri in libera adminiſtratione 97.39
alienationem prohiberi ob motã actionem fam. erciſcundæ 118.2
alienatione prohibita à lege, nullum dominium transire in accipientem 118.6.
Alimenta quibus poſſint relinqui, & à quibus. 316.2. relicta qualiter ſint præſtanda. ibid. 3. relicta quãdo deſinant deberi ibid. 14
alimenta quo iure præſtãda ſint liberis à parentibus, & econtra. 232.7
alimenta qui præſtanda. 140.5.
alimenta quomodo & quatenus pupillo æſtimanda. 147.1. æſtimanti quæ obſervanda. ibid. 2. a. an, & quid ſi pupillus abſente tutore petat. ibid. 3
alimentorum & cibariorum appellatione quæ contineantur. 316.1
alimentis decretis filium non probari. 140.6
alimentis ex certo aliquo prædio legatis, an tale prædium ſit obligatũ pro his alimentis ad quemcunque poſſeſſorem tranſeat 316.5.
Alluvio quid ſit. 202.1
alluvionis augmentum an & quãdo nobis acquiratur. 283.30.
alluvionis ius locum nõ habere in agris limitatis. 202.2. 284.33.
Altari ſerviens de altari debet vivere 4.1
Alveus relictus à ſuo flumine cui cedat. 284.34
Ambigua vel obſcura in prætoriis, vel iudicialibus ſtipulationibus quis interpretari debeat 316.4.
Ambitione honores impetrare non licet 278
Amiſſum propriè cenſeri quod non eſt habitum 65.32
A morte vis 198.5.2
Amotæ quando res dicantur 138.3.4.
amotarum rerum actio ut detur quæ neceſſaria. 138.1.5. 139.6.b. cui, & in quẽ detur. ibid. 7.a. actione hac quid conſequamur. ibid. 8. quando agendum. ibid. 9.c. actio qualis ſit. ibid. 10
Ancilla ſi vendatur cum pacto, ne proſtituatur, quid iuris 119.1.2.3
ancilla quibus parere poſſit 140.8.
ancillæ furtivæ partus poſſitne uſucapi à bonæ fidei poſſeſſore. 155.37
Animal nocivum habens eo in loco, per quem vulgo iter ſit, quatenus teneatur, ſi id animal alicui nocuerit. 121.32
animali occiſſo, quod alicui promiſſum erat, quæ actio competat, & cui 64.14
annimalia fera manſuefacta, quæ, quomodo, & quandiu intelligantur eſſe noſtra. 285.25. noſtra domeſtica manere in dominio noſtro, & quibus modis dominium eorum amittitur ibid. 26.27
Annona quid, & quomodo publica officia gerentibus diſtributa 15.2
annona quomodo differat à vectigali. 321.2.2.
annona quomodo, & cur ſit tribuenda, 267.2
annona mortui, cui danda. 267.1.
annonæ à quibus præſtandæ 14
Annotatio bonorum infamiam an importet 220.3
Annum cœptum haberi pro completo, & quare 259.5
annorum computatio quomodo olim fiebat, & quomodo hodie 250.3
Antapocha quid ſit 17.18.91.16. quare ſit inducta 91.17
Antipherna quid 127.1
Apoſtatæ qui & quomodo puniantur 6. nu. 1.2.3.4.
Apoſtatis quomodo negata, & quomodo conceſſa pœnitentia 6.3.
Appellare à prima ſententia an in actione Quod metus cauſa, liceat 29.12.13
appellare an poſſit is, qui ante ſententiã dixit ſe non appellaturum 210.8. an & quando poſſit quis in cauſa aliena civili & pecuniaria: & quid in cauſa criminali. 210.11.12
appellare quando ne ſemel quidem liceat 210.2
appellare quando non ſit neceſſe 209.1.2.
appellare quis poſſit 208.4.6.8.
appellari an & quando poſſit ab executore ſententiæ 210.2
appellari à quorum ſententia non poſſit 210.9
appellari quot vicibus poſſit in una eademq; cauſa 210.10
appellari an poſſit à ſententia ex iureiurando lata 75.6
appellari non poſſe à ſententia præfecti prætorio, ſupplicare tamen licet adverſus eam: & quæ ſit ratio diverſitatis 779.1
appellari non poſſe de momentanea poſſeſſione: & quæ ſit huius ratio 210.1.3.
appellari poſſe à nominatione ad ea munera, quæ ſunt publica authoritate & utilitate: non item à nominatione ad ea munera, quę authoritate quidẽ publica ſunt, non autẽ utilitate. 208.14
appellari poſſe à ſententia diffinitiva: & an & quãdo ab interlocutoria. 208.15
appellari an poſſit à poſſeſſione momentanea. 208.16
appellari poſſe ab iniuria iudicis, quomodo intelligendum ſit, ibid. 17
appellari an & quando poſſit ab iniqua interpretatione ſententiæ, ibid. 19
appellari à quorum iudicum ſententia poſſit, & à quorum non. ibid. 20.21
appellari non poſſe à ſententia arbitri. ibid. 22
appellari ad quem, & quo ordine debeat 208.23
appellari ad quem debeat, cùm appellatur à ſententia legati. ibid. 25. intra quę tempora debeat, & quando incipiat tempus currere appellãti. 209.13
appellare quis debeat à ſententia eius, qui delegatus eſt à delegato. 46.4
appellari quoties poſſit in una eademque cauſa. 210.1
appellans temerè quomodo puniatur. 209.31
appellanti quantum tẽpus detur ad perſequendam appellationem. 333.1
appellatio ab eo, qui ad munus aliquod nominatus eſt, quãdo ſit interponenda, cùm ſe vult excuſare. 258.2
appellatio ab epiſcopo quomodo concedatur. 5.13
appellatio an & quãdo duret poſt mortem alterutrius ex litigatorib. 210.2
appellatio intra quę tempora hodie exequenda ſit, & ſi intra ea tempora non compareat appellãs, quomodo conſulatur victori: & quid iuris neutro comparente. 209.3
appellatio quibus ex cauſis reiiciatur. 210. num. 1.3. & 6. & in addit. verb. latrones.
appellatio reorum condemnatorum ob quæ crimina non recipiatur. 209.4
appellatio quid ſit. 208.2
appellatio ut teneat, an oporteat ſententiam valere. 208.5
appellatio condemnati nomine interpoſita ab extraneo, an & quando teneat ibid. 11
appellatio qualiter ſit interponẽda. 208.26

appellatio quomodo ſalſat infamiam, 24.16
appellatio vnius ex pluribus eiuſdẽ rei vel cauſæ ſocijs an & quando proſit cæteris 210.1.3
appellatio intra quantum tempus proponenda, & intra quantum proſequenda 340.5.
appellationis cauſa dum agitur coram Principali, nõ currunt fatalia.331.1.2.
appellationis exercendæ tempora quæ olim fuerint 209.1
appellationis cauſa an admittat vtriuſq; partis nouas adſertiones, & exceptiones, atq; etiam probationes 209.4.2
appellationis remedium quare ſit inductum. 208.1.& 209.4
appellationis ſententia an ſit decidenda ex lege quæ lata eſt nouiter pendente appellatione 339.1.
appellationis temporibus elapſis quando ſuccurratur appellanti, & quomodo 333.2.
appellationi impetrandæ, & proſequendæ quantum tempus concedatur. 340 nu.5.
appellationem non dari aduerſus ſententias præfectorum Orientis & Illyriæ. 18.5
appellationẽ omittenti per metũ, an, quãdo, & qua ratione conſulatur. 210.8
appellatione interpoſita ab vno capitulo ſententiæ, an executio aliorum capitulorum differenda ſit. 208.18
appellatione non admiſſa per iudicem à quo appellatur, qua ratione cõſulatur ipſi appellanti 209 29.34
appellatione pendente, res mobiles apud ſequeſtrum deponi, immobilium autem fructus ſequeſtrari. 38 3
appellationes intra quæ tempora fieri debeant, & ad quos referendæ ſint. 331.1.2.
appellatiua nomina plura ſi fuerint, & vni tantum conueniant, an vim proprij nominis habere dicantur 324.2
Apum examen quando cenſeatur eſſe in alicuius dominio 383.24
Aquæ hauriendæ ius quale 62 12
aquæ pluuiæ arcendæ actio quando locum habeat, & qualis ſit, 321.1.4
aquam ex publico in ſuum fundum ducens, qua pœna puniatur 271.4
aquæductus publicus per prædium priuati alicuius tranſiens, quale priuilegium tribuat domino ipſius prædij. 271.3.
aquæductus ſeruitus qualis ſit 10.64.b. quàm varijs modis poſsit cõcedi, 62. 31.& 64.e
aquæductus vendito, etiam iter ad illud deberi 295.3
aquæductuum vtilitas quanto fauore proſequenda. 10.91. defenſores & cuſtodes quibus priuilegijs fruãtur. 271.2
Aquiliæ legis actio ad quid proponatur, & quando locum habeat 64 1.&.65 1966 2. directa cui cõpetat, & cui vtilis. 64.11.& 66.d.e
Aquiliæ legis actio an & quando creditori competat ob damnum datum in re ſibi pignori data. 64 12.& dãno in re debita vel promiſſa, nõ tamẽ pignorata, dato, cui competat. ibid.13 an & cui cõpetat, occiſo animali, quod alicui promiſſum erat. ibid.14. an competat libero homine vulnerato ibid. 15 an item detur, libero homine occiſo. ibid. 16. contra quem huius legis actio detur 65.20
Aquiliæ legis actionem nõ dari, vbi nulla culpa interuenit. 64.2. & 66 b. nõ dari cõmodatario. 65.17. dari in ſimplum contra confitentem, & quid in eo ſimplo computetur ſeu æſtimetur. 65.30 actionem eiuſdem eſſe non præſoriam, & perpetuò dari 66. 40. non eſſe famoſam, item an & quatenus detur marito contra vxorem conſtante matrimonio. 66. 42. eſſe pœnalem, ibid. 43
Aquiliæ legis actione plerunque teneri aliquem ex culpa præcedẽte factum, quandoq; ex culpa ſubſequente. 64. 9 & 66.e.
Aquiliæ legis actione teneri eum, qui iuſſit damnum dari, & an, & quando excuſetur is, qui iuſſu alterius damnum dedit .65. 24. legis capite ſecundo quid caueatur. 65.35 inde qui conuentus negat ſe damnum dediſſe, conuictus quomodo puniatur. 66 39. an & à quo conueniatur, occidens ſeruum, qui à domino hæres erat inſtitutus. 66 41.& an hac actione teneatur confeſſus ſe damnũ dediſſe, quod ab alio datum eſt 65.27
in Aquiliæ legis actione qualis ſit pœna. 65.22. quomodo vtilitatis extrinſecæ habeatur ratio. ibid. 31. eſtimatio quomodo ſit facienda ex capite ſecundo, 65.38.
Aquiliæ legis ortus. 2961
Arbiter quomodo cogatur ad dicẽdam ſententiam. 42.29. quando & quibus caſibus excuſetur, ſi nõ ferat ſententiam. ibid. nu. 30. 31. 32. 33 34 35. 36.37.
arbiter malè iudicans an faciat litem ſuam. 296.8.
arbiter quandoque dicitur quilibet vir bonus. 41.2. quis eſſe poſsit. ibid.3. & 34. aſſumi poteſt in omni re, dummodo non ſit à lege prohibita. ibid. 6. vbi cognoſcere debeat. 42.16. non poteſt imponere multam contumaci. ibid. nu. 22.23 24 25. vtraque parte veniente, qua forma in lite procedere debeat. ibid 23. an & quam ſententiã à ſe vel ab alio latam immutare poſſit. ibid.24.
arbiter vnus aut tres ſunt eligendi, non duo 42.14 & 43.
arbitri inimici ſententiam reſcindi per exceptionem doli 246 2
arbitro ſtipulante pœnam, an valeat compromiſſum. nu. 10.42.
coram Arbitro qui litigare poſsint 41. num. 7.
arbitrium quid ſit 41.2.43.
arbitrium quomodo conſtituatur. nu. 9. 41.
arbitrium plenum quod num. 11. & 12.
arbitrium ſi fuerit vallatum ſacramento & pœna, valet. 42.19.
arbitrium quomodo formetur. 336.2.
arbitrium qui ſuſcepit, à prætore cogendus vt ſententiam dicat 42. 29. & 43.2.
arbitrium tutelæ; vide, Tutelæ arbitraria act.
arbitrij effectus duo 43 40
Arcarij tributorum quomodo eligendi 263 1.
arcariorum officium quale ſit 263.4.& 264.2.
Archiepiſcopus. 5.1.
archiepiſcopus apud quem in ius vocetur 5.13
Argenti qui fiat ſolutio 264 1
Argumentum à conſequenti deſtructo. 198.5.
Arma quibus vetita, permiſſave. 336.1
arma vbi conficienda. 266.7
armorum appellatione quæ contineantur. 272.3
armorum tranſuectio quomodo procedere debeat. 256.6
arma aut armorum materiam non debere hoſtibus vendi, & quæ ſit pœna vendentium. 113 2
arma mouere nemini licet citra conſenſum principis. 278.1
arma fabricare non permitti priuatis: & qua pœna puniantur contrà facientes. ibid. 2
arma an liceat priuatis conficere, vendere vel deferre. 266.8
armaei lex quomodo dicatur. 3.19
Arræ datio quid operetur in contractu venditionis. 112.17.6
Arrogari impubes quomodo ritè poſſit. 232.3
arrogati an & quando ſuccedant patri naturali, 291.2
arrogati creditoribus quomodo conſulatur aduerſus arrogatorem. 293.3
arrogato emancipato, vel exhæredato per arrogatorem, qua ratione ſubueniatur. 232.5
arrogatio quid ſit, & quomodo ab adoptione ſpeciali differat. 232.2
arrogator cuiuſmodi ſatiſdationẽ præſtare teneatur. 232.4
Ars quid. 279.4
arti diſcendæ neceſſaria. 262.1
artificem alicuius ciuitatis occultans, qua pœna puniatur, & quid in tributarijs vel inquilinis aliorũ. 153.7
artifices qui accipiendi. 262.2
artificum conuentiones illicitæ. 122.3.4
artificum omne ſuſcipere incrementum. 2 1
Auſpicia vetita. 7.1
Aleatriæ quæ ſint, & quomodo ordinentur. 5.15
aſcetrij vbi conueniendi. 335.3
Aſſeſſor quis, item cur & quomodo aſſumatur. 14.1.& 15.2
aſſeſſoris officium in quo conſiſtat. 14.5. 6.7.8
aſſeſſorem non poſſe fungi ſimul officio iudicis & aduocati. 14 8
aſſeſſores quãdiu remanere debent in loco poſt depoſitam functionem. 14.9.

& 15. b.
aſſeſſorum priuilegium in pecunia ex officio acquiſita. 14.11
Aſſecuratio vendentis mancipium qui accipienda. 120
Aſsignare libertum quid. 292.1
aſsignari cui poſsit libertus. 292
aſsignatio liberti quomodo poſsit fieri. 293.4.
aſsignatio liberti quibus modis diſſoluatur. 293.
aſsignationis liberti effectus. 293. 6. 55
Aſsis partes quæ ſint. 165.21 22
Aſsiſterius vbi conueniendus. 335.3
Aſtuarij exactores quare ita vocati. 248.2
Athleta qui. 260.1
athletarum priuilegia. 260.& 3.4
athletis quorum numerum, & quando vacationes concedantur. 260.2
Auo mortuo nepotes an & quando conſtituantur ſub patria ſui poteſtate. 281.num.2.
Aurum coronarium quid, & quis eius collator. 264.1
Authenticæ quæ in prouincia explicatur. 51.3
authent. in quibus locum habeat.ibid.4. limitatur. ibid.5
authent.ex cauſa C. de liberis præte. vel exhæred.intellectus. 51.7
Authenticorum author quis: collationes eorum quouſque ſeſe extendant: eorum materia, intentio: nominis ordinatio: diſtributio quæ olim fuerit, & quæ hodie, &c. in procem.ſuper authent. 324.
Authoritatem præſtare poteſt etiam cæcus. 149.5
authoritatem præſtare quid ſit. 149 1
authoritas quando interponenda ibid.6
authoritas qui interponenda. 149. 7 8
authoritas quando neceſſaria ibid 9.10. 11.& 159.2.
authoritas quando quibuſque tutorib. præſtanda. 282. 1
authoritas tutoris quando in præiudiciū minoris interponi poſsit vel non.149 numero 13
authoritatis interpoſitæ effectus. 149.15
Azonis vitæ, ſtudiorum occupationūq; breuis ſynopſis. 249 in procemio.

B

Balneatorū pactiones illicitæ. 122.3
Baphij qui dicantur. 265 4
Baptiſma iterantium, vel more hæreticorum celebrantium pœna. 6. 1.2
Barbari vbi eunuchi fieri, vel non fieri poſsint. 113.2
barbaris vetita vendentium pœna. 122. 5
Baſtardus cuius originē ſequatur 256.10
Beneficium edicti de interrogationibus faciendis quale ſit. 310.5
beneficium Macedoniani:vide, Macedoniani benef.
beneficium Velleiani:vide, Velleiani beneficium
Binubi pœnæ. 131.1.2
Biſſextus quarto quoque anno fit 31 2
Bona fides non patitur vt bis idem exigatur 27.9
bona fides quo tempore exigatur in poſſeſſore ad hoc, vt fructus ſuos faciat 58 22
bonæ fidei poſſeſſori conſulendum in reſtitutione poſſeſsionis prius, quàm de proprietate agatur. 274. 21
bona contrahentis cum fiſco, vel delinquentis, fiſci priuilegio fiſco tacitè redduntur obnoxia. 212.1
bona decedentis ſine ſucceſſore ad quem pertineant. 241.8
bona relicta ei, qui capere non poteſt, cui applicari debeant 174.27
bona eius qui teſtari non poteſt, ad quos deuoluantur. 174.30
bona vacantia qui debeant inquirere. 249.3.
bonorum appellatione quid contineatur. cùm tractatur de mittendo legatario in poſſeſsionem bonorū. 186.15
bonorum poſſeſsio tam ordinaria, quàm Carboniana, intra quantum tempus detur, & quando incipiat illud tempus currere. 160.11
bonorum damnati cōceſsio facta à principe quando valeat 250.1
bonorum poſſeſsio contra tabulas liberti quatenus patronis eorūmq; liberis detur 159.1.
bonorum poſſeſsio contra tabulas quibus deferatur. 158.1. ex quibus tabulis dari poſsit. 159. 7. quibus detur. 318.1.2
bonorum poſſeſsio quomodo deferatur liberis.ibid 3.quibus denegetur.ibid. 4.5
bonorum poſſeſsio dignior quæ 308. 1
bonorum poſſeſsio quibus caſibus rectè petatur. 250.2
bonorum poſſeſsio quid ſit, & quid differat à poſſeſsione bonorum. 157. 1.ſiſne idem quod hæreditas. ibid. alia ordinaria, alia extraordinaria: & quæ ſint ordinariæ ſpecies.ibid.3.extraordinaria quibus modis dicatur, & quibus competat ibid 4. extraordinaria non tribuit ius.ibid. 5.rectène diuidatur in edictalem & decretalem, an verò omnis poſſeſsio ſit edictalis. ibid. 6.& 158. 7.à quo peti poſsit. ibid. 8. 10. intra quantum tempus petenda ſit. ibid.11.
bonorum poſſeſsio ſecundum tabulas, quare dicatur eſſe ex teſtamento. 158 1.quibus detur. ibid. vt poſsit peti, quæ ſint neceſſaria. ibid. 4. quo caſu denegetur ex teſtamento facto ab eo, qui teſtamenti factionem habebat, & tempore teſtamenti, & tempore mortis ibid.5.
bonorum poſſeſsio vnde cognati quib. detur. 158.3
bonorum poſſeſsio Vnde legitimi agnati quando locum habeat. 159.1.2
bonorum poſſeſsio Vnde liberi, quando locū habeat, & quibus deferatur. 1.2.
bonorum poſſeſsio. Vnde vir & vxor, cui viro, & cui vxori detur. 161.1.2
bonorum poſſeſsionis contra tabulas effectus quis ſit 318. 8
bonorum poſſeſsionem contra tabulas non habere locum in teſtamentis fœminarum. 159.4
bonorum poſſeſsionem pater præteritus in teſtamento filij, quem emancipauit, petere poteſt ibid.5. poſſ: deferri domino per ſeruum. 158. 6. non peti ex teſtamenti exemplo, ſed ex ipſo originali ibid.7
bonorum poſſeſsionem ſecundum tabulas non petens, quando admitti poſſit ad bonorum poſſeſsionem ab inteſtato 160.6
bonorum poſſeſsionē ſibi delatam quis poſsit repudiare. 161.1
bonorum poſſeſsionem filiofa. delatam an poſsit pater repudiare: & an filij negligentia in petenda bonorum poſſeſsione noceat patri ibid.3
bonorum poſſeſsione pluribus delata, ſi vnus ex eis non petat, vel repudiet, quibus accreſcat eius portio, & quo iure 158. 8
bonorum poſſeſsiones an hodie locum habeant 159.5.6
bonorum poſſeſſori an competat actio directa fam. erciſc. 66.4
Borboritæ hæretici. 6.3
Brephotrophi qui ſint, & quomodo ornentur 5.15

C

Caducum, legatum fieri multis modis. 185.1.2
Cæcus quando excuſetur à muneribus 259.4
cæcus quomodo teſtari debeat 163.7
cæcum authorem fieri poſſe. 149.5
Calculus quid, & quot modis dicatur 21
calculi error quādo acta vitiet, vel nō. 21
Calendæ. 311.1
Calumnia quid ſit. 43. 2
calumniæ nomine quando quis puniatur. 247.2
calumniæ præſumptio quibus caſibus ceſſet. 247.3
calumniæ pœna. 247.4
calumniari quid 247.1
calumniatores & præuaricatores qua pœna plectantur. 302.2
calumniatores qui edicto de calum. contineantur 307.1
Cancellari quando aliquid in teſtamento dicatur. 313. 2
cancellatum in teſtamento quando debeatur, & quando non, 313 3
Cancellariorū officium, & etymologia. 14.3.4
Cancellus quid. 14.4
Canon frumentarius Romam deferri ſolitus. 267.1
canones patrum vim legum habere, numero 5. pag.5.
canonum ignorantia non magis excuſat quàm reliqui iuris. 10.9
canonica & legitima ad epiſcopatum ſuſcipiendum perſona. 5.3
Cantores eccleſiæ ſecundas & tertias nuptias contrahere prohibentur 6.21
Capere ex teſtamento aliquem non poſſe, quibus modis contingat. 317. 1
Capitatio cenſus ſublata 274.1. cur. ibid 2
capitatio quomodo variè accipiatur, & quo pacto magiſtratibus diſtribuatur 15. 2

Capitalem fraudem quis dicatur admiſiſſe 120. 12
Capitis diminutio quid. 282. 1.3
capitis diminutionis ſpecies ibid.2. effectus. 161. 4
capitis diminutione minima quæ iura expirent. 282. 5
Capitum vox quomodo accipiatur 15. 1
Capſarij qui dicantur 14. 1.2.3
Captiui an poſsint impetrare reſtitutionem 40. 5
captiuorum redemptio qualiter & per quem fiat 5.20
captiuorum redemptio quomodo etiam competat eccleſiæ. 4. 12.5
captiuitate an & quo modo matrimoniũ diſſoluatur 38. 8
Captorum ſimul ad hoſtibus quis ſuperuixiſſe dicatur 137. 26. 27
Carbonianum edictum denegatur puberi 160. 2. quando detur poſthumo inſtituto. 160.3. quibus caſibus concedatur impuberi, cui denegatur bonorum poſſeſsio contratabulas. ibid. 4. quam vtilitatem afferat impuberibus. ibid. 6. 12
Carboniani edicti beneficium cui detur & quando. 160. 1.3.5. vt proſit pupillo, an oporteat eum ſatiſdare de reſtituendis bonis, ſi appareat eum non eſſe filium: & an aduerſarius pupilli alatur interim ex controuerſis bonis 160 8
Carboniano SC. vbi & per quod SC. derogetur 312 3
Carceris cuſtodia quibus ſit committenda 236. 7
carceris cuſtos qualiter puniatur incarcerato è cuſtodia euadente ibid. 6. 8
carcerum cuſtodes qualiter ſe aduerſus incarceratos gerere debeant. ibid. 5
Carius quod eſt, leuius ſolui pôt 264. 1
Caſtodegi hæretici. 6 3
Caſtrans hominem qua pœna ſit plectendus 239. 6
Caſtrenſe peculium clericorum quid 5. 19. & 6. g
Caſus fortuitus an & quando veniat in actionem locati 124. 16
caſus fortuiti periculum ad tutorem nõ pertinere 145. 4. h
caſum corporis à tutela excuſare 151. num. 1
Catoniana regula in quibus legatis locũ habeat, vel non habeat. 316. & 317. num. 12.3.4.5.6.9. & 10. & 289. num. 11. 12. & 13. quid definiat. ibid. 3.
Cauere pro ſeruo noxali quomodo dominus teneatur 307. 2
caueri damni infecti nomine qualiter debeat 322. 4
Cauponæ exercitor quatenus de dolo vel culpa ſuorum teneatur 296 5
cauponæ exercitor quatenus teneatur de receptis 29. 7. 6
caupones quando de receptis teneantur, & quibus actionibus, & ad quid. 308 1.2
Cauſa an & quando poſsit agi ſuper re iam extincta. 210. 1
cauſa appellationis an ſit decidenda ex lege quæ lata eſt nouiter pẽdente appellatione 339. 1
cauſa quomodo cenſeatur eſſe liberalis. 194. 1
cauſa ſtatus quo in foro, & apud quem iudicem agi oporteat 52. 1. 4
cauſa finalis quæ dicatur. 234.
cauſa, demonſtratio, conditio & modus qui differant circa tempus, in quod conferuntur. 189. 5
cauſæ defectus an ſemper inducat condictionem ob cauſam 82. 3. & 11.
cauſæ diſcuſsionem in iudicio plena inquiſitione fieri debere. 45. 18
cauſæ cognitio ſemiplena vel ſummaria, quibus caſibus ſufficiat. 45. 19
cauſæ inſtantia quandiu poſsit extendi. 44. 15.
cauſam canonicam clerici quis agnoſcat 336. 1
Cautio, nulla adiecta cauſa, an ſit efficax ad obligandum, & quid ſi ſtipulatio interpoſita ſit 101. 4 6
cautio pro legatis præſtandis ab hærede quando ſit interponenda, & quando non 318. 1.2. an & quando exigat fideiuſſores. ibidem. 3. vbi ſit præſtanda. ibid. 6
cautio quæ interponenda, cùm dubitatur, an locum habeat lex Falcidia, cui & à quo præſtanda ſit: & an remitti poſsit à teſtatore. 318. 7. 8
cautionis legatorum præſtandorum nomine interpoſitæ effectus quis ſit. 318. 7
cautionem legatorum præſtandorum nomine qui præſtare debeant, & quibus 318. 4.5
cautionem ſuam nolens agnoſcere quatenus & quando puniatur 101. 13
cautione dotis quid contineatur 135. 1
cautiones cuiuſmodi interponendæ ſunt petente reo, 338. 1
cautiones plures quare fiant priuſquam feratur ſententia diffinitiua. 203. 6
cautionibus iudicio ſiſtendi cauſa factis non obtẽperare quis dicatur, & quomodo puniatur 307. 1.3
cautionales ſtipulationes quæ dicantur. 324. 3.
Cedere bonis quid ſit. 211. 1
cedere bonis qui poſsint ibid. 2
cedere bonis an poſsit, qui debitum non agnoſcit 211. 3
cedere diem dupliciter intelligi 317. 1
cedere diem, in legatis & hæredibus quid ſit, ſeu quomodo intelligẽdum. 185. 3
Celebs quis 255. 2
celibi olim mortis cauſa donari non poterat: hodie contra 255. 1.3
Cenotaphium quid 74. 11
Cenſitor quis dicatur 118. 3
cenſitor ex quibus cauſis releuare debeat eum, qui cenſum ſoluit 276. 7
cenſitorum, qui negligenter ſe in officio habent, vel doloſè verſantur, pœna qualis ſit. 276. 8
Cenſus dari debet propter imminentem neceſsitatem, 276. 2
cenſus qua ratione imponendus 276. numero 9
cenſus capitatio. vide Capitatio cenſ.
cenſus profeſsio quid ſit 115. 5
cenſum dare qui poſsint recuſare 276 numero 1
cenſum inferre ceſſantis pœna qualis ſit ibidem, 6
cenſum ſemper exigi à poſsidentibus 115. 1. pacto priuatorum à poſſeſſoribus prædiorum vectigalium trãsferri aut liberari non poſſe ibid. 2
Certus contractus quis 77. 2
certum quid ſit. 77. 5. & 79. 2
certum aliquid indebitè ſolutum qua actione repetatur 78. 32
certum quid in obligatione exiſtens cuiuſmodi actionem pariat 77. 1
certi condictio an detur pro mutuo. 77. numero 7
certi condictio cui ex mutuo detur. 78. 23
certi condictio pro mutuo in quantum detur 79. 38. 1
certo qui loco promiſit, vbi conueniatur 51. 3.
Ceſsio actionis facta ex pacto, vel ex vltima volontate, quando teneat 26. 3
ceſsio actionis ſimulata nulla eſt. ibidem. & quando dicatur ſimulata. ibid. 4.5
ceſsio quando neceſſaria 85. 18. c
ceſsio bonorum quomodo, & quibus fiat. 211. 4. quod remedium afferat cedenti. ibidem. 6
ceſsionis diei in legatis effectus quis ſit. 318. 8
ceſsionis bonorum effectus quis ſit 211. 5. &c
Chartoprati qui dicantur 267. 2
Chartulariorum officium. 336. 2
Chirographum proprium negans, quando & quomodo puniatur 101. 13
chirographi remiſsione cẽſeri debitum remiſſum: aliter ſi res pignorata reddatur 224. 3
Chriſtus vnus cur dicendus 3. 5
Chriſti generatio ex Patre ante ſecula: incarnatio ex Spiritu ſancto: natiuitas ex Virgine in tempore ibidem.
Chriſti ſignum humi non ſculpendum. 7. 1
Chriſtianis non licet bona paganorum diripere 7. 2
Chriſtianum mancipium hæretico, pagano, vel Iudæo poſsidere vetitum. 7. 1
Citationem extra territorium iudicis factam nullam eſſe 306. 3. & 4
citatus, ſi tempore citationis non fuerit de foro vocantis, an & quando iudicio ſiſti teneatur 45. 17
citati non venientis pœna. 306. 1
Ciuilis & criminalis actiones an ab eodem exerceri poterunt 243. 3
ciuilium iudicum officium 14
Ciuitas an & quando mutuo obligabilis, vel non 271. 2
ciuitas ex quibus reddatur nobilis, 276. 2
ciuitas quale priuilegium habeat circa acquiſitionem rerum 268. 6
ciuitatis pecunia quomodo collocanda 269. 1
ciuitatis priuilegiũ circa debitores ſuos quale

quale ſit 268.7
ciuitatis res quãdo vendi poſsint, & quo ordine 269.1
ciuitati à ſuo vico honorem exhibendũ, & quare 274.18
ciuitati cur & quomodo ſoluendum. 271.1
ciuitatem & libertatem qui amittant. 248.2
ciuitatem non poſſe diſtrahere rem alterius alij creditori prius obligatam. 268.13
ciuitates in quibus caſibus ſubijciantur iuri communi 268.12
ciuitatum debitores. vide Debitores ciuitatum
ciuitatum defenſores qui 220.2
ciuitatum res cuiuſmodi primò vendi debeant 269.1
ciuitatum res immobiles qua ſolennitate adhibita vendi debeant ibid.2
ciuitatum varia priuilegia. 268.10.11
ciuitates haberi loco priuatorum. 268.1
Clam facere quis dicatur 1240.2
clariſsimi qui 12.2
clariſsimi qui apud quos ciuiliter vel criminaliter conueniantur 52.1
claſsica orientalia ad cuius officium pertineant 266.1
Claudiani SC. conditio miſera 196.1. & vt indigniſsima, hodie ſublata ibid.2
Clauſulæ, Si hæres non erit, interpretatio. 288.1
Clericus pro pecuniaria cauſa non cogitur dare cautionem iudicio ſiſti. 5. num.13.
clerici cauſam canonicam quis agnoſcat. 336.1
clerici qui ordinari poſſunt 5.9. coram quibus perſonis reſpondere cogantur. 5.12. falſum teſtantes quomodo puniantur. 5.11. qui & quomodo matrimonium contrahere poſsint, vel non 6.21.b
clerici quomodo ex ſeruis vel adſcriptitiis fiant liberi 5.14
clericorum officium quod ſit 5.10. & 327. verſic. officium.
clericorum ordinandorum menſura. 330.
clericorum anni. 341.3. priuilegia. 5.11. & 341.4
clericorum caſtrenſe peculium 5.19. & 6.g
clericorum vbi eſt numerus nimius, vt debeat determinatus reddi. 325. in rub. Vt determinatus ſit numerus clericorum.
Coacta ſeruitia reſpuit Deus 7.2
Codex vnde dictus 2.1
codex antiquus & nouus D. Iuſtiniani. 3.2 ex quibus compoſitus. 3.23 vtilitas ibid.24
codex Iuſtinianeus quomodo confirmatus. 3. quomodo emendatus ibid.
codex cui parti philoſophię ſubijciatur 3.25.
codicis materia, intentio, vtilitas & finis. 2.2. & inde tot. tit.
codicis noui faciendi iij. conſtitutiones quid agant 3.
codices tres 3.22
Codicilli quando fieri poſsint, & quid interſit præcedantne, an ſequantur teſtamentum 174.2
codicilli quomodo confirmentur expreſſim. ibid.3. qualiter fiant 174.4. & 10. quid differant à teſtamento. 174.5.8. quibus modis infirmentur. 174.11
codicillos quis facere poſsit 174.1.2
codicillos plures poſſe quem facere. 174.9
codicillos tempore deportationis factos per reſtitutionem deportati conualeſcere. 287.1
codicillis hæreditatem neque dari, neq; adimi poſſe, nec in eis exhæredationem ſcribi. & an id ſit perpetuum 174.6.7.b.
Cœlicolæ qui, & quomodo grauentur. 7.2.
Cogendi duplex ſignificatio 2.1
cogẽs aliquem teſtari aliter, quàm vellet, repellitur ab eius ſucceſsione 172.2
Cognatio ſeruilis non computatur 291.1.
cognationis ſubſtantia duplex 291.2
cognationis iure an poſsit ſuccedere is, qui liber fuit, & ſeruus factus poſtea manumiſſus eſt 391.1
cognatione deficiente qui ſuccedant 189.1.2
cognatus inferioris gradus an & quatenus habeat beneficium ſucceſſorij edicti, quando is, qui ex priori gradu admiſſus erat, reſtitutus eſt, vt abſtineat 159.4
cognati vnde dicantur 159.4
cognati cum agnatis quo ordine iure nouiſsimo vocentur ad ſucceſsionem legitimam. 188.6. ad quorum vſque gradum admittantur ad ſucceſsionem legitimam ibid.10
cognatos olim incognitos fuiſſe quantũ ad ſucceſsionem legitimam 188.4
Cohæres vendens rem hæreditariam qua actione & ad quid teneatur 48.2.3
cohæredis factum aliis nõ obeſſe 225.1.2
Cohortalis, ſi aufugerit, vbi conueniendus 52.1
Coitus quidam olim damnati, iam liciti. 140.8
Collateralis linea vnde incipiat 292.10
Collatum impræſſerip. ibde 264.1
collata à poſſeſſoribus ſi naufragio perierint, cuius damno id fiat. 265.7
Collatores qui. 251.1
Collatio quid ſit. 161.1. inter quos fiat. ibid.2. inter ſuum & emancipatũ quo iure fiat, & quãdo, & quatenus. ibid. 5. quibus deductis fiat ab eo, qui ad ſucceſsionem veniens reliquis hæredibus conferre tenetur. 161.8. pro quibus portionibus fieri debeat. 162.16. & 19. dotis quomodo facienda ſit 162.14
collatio cur ceſſauit. 274.2
collatio dotis quando locum habeat. 318.1. qualiter fieri debeat ibid.3
collationẽ fieri vel re, vel cautione: item quomodo & quando fiat re, quomodo item cautione. 161.14. facere recuſante eo, qui ad eam tenetur, quo remedio aduerſus eum ſuccurratur. 162.15. dotis & aliorum datorũ faciendam eſſe tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, niſi pater eam fieri vetuerit. 162.20. hodie habere locum duntaxat in profectitiis ibid.21
Collegium quid 267.1
collegium illicitum contrahentes, qua pœna puniantur 267.6
collegio illicito an poſsit aliquid relinqui 267.5
collegia quæ ſint licita ibid.4
collegia quibus & quando ſuccedant. 189.2
collegiis licitis quæ permiſſa ſint. 267.7
collegiatus qui ſui corporis officium nõ exequitur, non poteſt munera publica detrectare eo prætextu, quòd collegiatus ſit 267.9
collegiatos ſupernumerarios non frui priuilegiis ſui collegij ibid.
collegiatis quibuſdam mortuis, vel loco motis, qua ratione eligantur alij in eorum locum 267.3
Colluſio per quos fiat, & quando pœna imponatur colludentib. 195.1
colluſionis in cauſa liberali detectio intra quantum tempus ſit facienda. 195.3.
colluſionem factam in cauſa ingenuitatis vel libertinitatis detegens, quo præmio afficiatur 195.2
Colonus an poſsideat 199.18
coloni fugitiui contractus nullos 275.1
colonum Thracenſem aut Illyricianum occultans qua pœna puniatur 153.7
colono & domino certãtibus ſuper proprietate fundi, qua ratione vtrique conſulatur 274.17
coloni quomodo fiãt, & quomodo item naſcantur 272.1.2
coloni qui naſcantur, & quando matris aut patris conditionẽ ſequantur. 272.5. quibus caſibus aduerſus dominos poſsint agere 274.1
coloni cenſiti an proprium aliquid habeant, & an poſsint alienare. 275.3. an poſsint teſtari. ibid.4
coloni aufugientes quomodo reuocentur. 273.13.14
colonorum duo genera. 262.4
colonorum priuilegia quædam. 273.16
colonis quæ loca non ſint deferenda. 275.1
colonis an & quando detur furti actio. 154.15
colonos fugitiuos receptantis pœna. 275.1
colonos aut fieri, aut naſci 272.1
colonos ſeruari debere terris, quib. ſunt affixi 273.7
colonos an poſsit dominus à conditione ſua liberare, & quomodo. 273.11
colonos reuocari, ſi aufugerint: & quæ pœna ſit receptatorum ibidem 12 & 19
Comes rerum priuatarum qualis eiúſq; ſpecialia 13.1
comitis Orientis dignitas, priuilegium & officium 13.1
comitis ſacrarum largitionum dignitas & officium 13.1
comitibus rei militaris lauacra non præ-

ſtanda 14.

Comminatio iudicis an & quando operetur, vel non 206.2

comminatio iudicis cur ius non faciat. ibid.4

Committi res ob non ſolutum vectigal, quibus caſibus dicantur 122. 4. 2.b

commiſsi pœnæ remiſsio intra quãtum tempus à pupillo per ſolutionem vectigalis impetrari poſsit. 122.7

commiſſum vni, an cæteris negatum, 149.2

Commodare quis cui poſsit 92. 4

commodante pupillo, vel commodato accipiente, an & quatenus contrahatur obligatio 92.5

commodata res ſi fuerit furto ablata, dominus rei aduerſus quẽ & qua actione agere poſsit 154.30

commodatum quid ſit, & qui differat à locatione & à precario 92. 1.2. non reuocari, niſi finito vſu ad quem eſt conceſſum. ibidem 2. b. quibus in rebus conſiſtat. ibidem 3. c. quas actiones, & quibus paret ibid.7

commodati actio quomodo competat aduerſus plures hæredes 92.12. vtilis quando detur, & pro quibus rebus 92.8. directa ad quid detur. ibidem.9. & 11. contraria ad quid detur. ibidem 14

commodati actione agere an poſsint fur & prædo ratione rei furtiuæ ab ipſis alij commodatæ 92.b. & 93.d

commodati actione an tollatur actio furti, vel econtrà 110.40

in Commodati actione quomodo & quando veniant dolus & culpa 92. 10. & 93.e

commodati actioni ex quo tempore præſcribatur 202.12

commodati actiones quales ſint. 92.17

commodato pluribus facto, quatenus teneantur ſinguli commodatarij. 92. 15

commodatarius ad quid teneatur. 77. 4

commodatarius an de euictione agere poſsit 231.6

commodatarius an poſsit noxali actione conueniri nomine ſerui commodati 71.17

commodatarius an reſtituat domino, quod conſecutus fuerit à fure per actionem furti 154.3.1

commodatario non dari actionem legis Aquiliæ 65.17

commodator ſurripiens rem à ſe commodatam qua actione, & ad quid teneatur commodatario, qui ignorans ſoluit ei æſtimationem rei 92.15. & 93.1

commodator cui pro re perdita precium à commodatario ſolutum eſt, ad quid teneatur ipſi commodatario, ſi poſtea res commodata in ſuam poteſtatem perueniat ibid.16

Commodum acceſſorij rei venditæ ad quem ſpectet 115. 11.12

commodum victoriæ partæ ab vno ex hæredibus quando veniat in iudiciũ familiæ erciſc. 67.27

commodi appellatione quid veniat, cùm tractatur de eo, qui ſibi in teſtamento adſcripſit 241.4

Communem rem an, quando, & quatenus vnus ſine altero alienare poſsit. 118.1 ſi fiſcus vendiderit, eam in totum alienat ibid. 3

communem rem an & quando quis in ſolidum obligare poſsit 223.1.2

communes ſtipulationes quæ dicantur 324.4

communia aqua. 283.9

communia omnium naturali iure. ibidem.4

Communio an & quando efficiat, vt reſtitutio minoris proſit alteri 33.1

communio materiam ſeditionis præbere ſolet 255.2

Communicatio quando fiat ipſo iure citra factum hominis 110.27

Communi diuidundo actio directa quibus detur. 69.1. vtilis quibus competat. ibidem.2. & 70.2. quibus denegetur. 69.3 ad quid detur. ibidem. 4. 9. 11. 12. actio qualis ſit. 70.14. quando ceſſet. 69.7. quid differat ab actione pro ſocio. ibidem 4. pro quibus rebus competat. 295.3. quanto tempore præſcribatur, & ex quo tempore incipiat eius præſcriptio. 325.9. apud eundem iudicem expediendam eſſe. 310.1

communi diuidundo & familiæ erciſcundæ actionibus quæ ſint communia. 70.1.2.

Comparatio literarum quando & quomodo fiat. 335.5. ex quibus fieri poſſit. 90. 2. & 333. 3. an & quando fiat ex priuato inſtromento. 90. 7. & 9. & 91. d. à quibus fieri debeat, & qua ſolennitate 90. 10. effectus qualis. 90. 11. & 91. e. fieri quandoque ex forenſi inſtrumento 90.8

Compenſare quis poſsit. 102.7

compenſari an poſsit debitum naturaliter & ciuiliter, quod tamen ope exceptionis elidi poteſt 102.4

compenſatio quid ſit, & quibus in rebus locum habeat. 102. 1. 17. 2. doli cum dolo, vel doli cum culpa an admittatur. ibidem. 6. c. quibus caſibus opponi poſsit ei, qui non debet ibidem. 9. quibus caſibus ceſſet propter fauorem, item an & quando reipublicæ opponi poſsit ibid.10

compenſatio quibus caſibus ceſſet propter odium. ibidem. & d. an fiat ipſo iure citra factum hominis, & quibus caſibus ibidem, 13.15

compenſationem admitti eius, quod naturaliter tantùm debetur. 102. 3. admitti in delictis & negligentiis. ibidem. 5. b. non tantùm in iis, quæ dantur ad menſuram, ſed etiam in cautionibus & ſtipulationibus locum habere. 102.17

compenſationes quæ, quando & quomodo in reſtitutionibus in integrum faciendæ. 37.1,

Compromiſſum pupilli ſine tutore naturalem tantùm obligationem parit. 41.8

compromiſſum cum conditione quòd arbiter dicat certam ſententiam non valet. 42. 13. an valeat, ſi arbiter vel alius pœnam ſtipulatus fuerit. 42.10

compromiſſum valet, ſi compromittatur in vnum, vel tres, vel etiam duos. num. 14.42

compromiſſo facto in plures, dici poteſt quod vnus vel plures ferant ſententiam. num. 17.42

Conchylium quale animal. 12.2

Concilium quid ſit 190.2

concilia quatuor, fidei veræ authoritatem præbentia 3.5

Concubina quid ſiat. 140.3

concubina ea ſolùm legitima, quę poteſt mihi eſſe vxor 140.4

concubinam habere epiſcopis interdictum 5.4

concubinæ quę eſſe poſsint, vel non. 140. 1.2.b.

concubinas plures habere nulli permiſſum 140.4

Condemnatio quomodo fieri debeat in actione ad exhibendum 73. 20. qualiter fiat in condictione triticaria. 310.4

condemnato quantum tempus detur ad appellandum, & quantum ad appellationem proſequendam. 340.5

condemnati ad ſolutionem certæ pecuniæ ſi nõ ſoluant, qua pœna afficiantur 206.1.4

Condici an poſsit quod datum eſt iudici ab altero litigantium, vt pro eo ferret ſententiam in cauſa iuſta, & vbi turpitudo ſit. 83.5.b

Condictio ex lege quando locum habeat, 84.1.2

condictio furtiua cui detur. 83.1.2. an & cui competat re furtiua per dominum alienata, ibid. 2. b. an & quando poſsit dici nouata per ſtipulationem. 83 contra quem detur ibid. 5. 7. quatenus detur contra dominum ex furto ſerui, & quatenus in patrem ex furto filiifamilias. ibidem. 8. ad quid detur, ſeu quæ veniant in ea. ibid. 9. vnde naſcatur ibid. 11.c

condictio indebiti cui detur. 81.22. an & quãdo detur ei, qui ſoluit indebitum nomine alieno: & quando ei cuius nomine ſolutum eſt. ibid. 23. 25. 27. & h contra quem detur. 81. 29. an detur ei, qui cùm debitor generis eſſet, ſpeciẽ aliquam ſoluit, ad quam putabat ſe obligatum. ibidem 35. & k. qualis ſit actio, ibidem 39.

condictio ob cauſam datorum quando locum habeat. 92.1. quando non. ibi: 2.2.b. vnde inducatur. ibidem 3. an detur ex defectu cauſæ non expreſſæ, ſed ab vtroque paciſcentium tacitè ſubintellectæ. 82.4. 7. an locum habeat, vbi is qui debuit dare vel facere, impeditus eſt caſu fortuito, nulla mora vel culpa præcedente 82. 12. an & quando detur ex pœnitentia ibid. 14. & 83

& 83.g.an & quãdo ceſſet propter effectũ.82.17.quibus detur,& in quos. ibid. 18. ad quid detur, ſeu quæ veniant in eam ibid 19
condictio ob turpem cauſam quando locum habeat.83.1 2.an & quãdo competat alicui ob datum, vt ſolueretur ei,quod ex præcedenti cauſa debebatur.ibid.2.an detur mulieri pro repetenda dote.quam dedit ob matrimonium,quod ſciebat eſſe nullum. ibid. 8.qualis ſit actio. ibid.10
condictio ſine cauſa quando, & quomodo concurrat cum condictione indebiti. 84.2. item quando cum condictione ob cauſam,vel ob turpem cauſam.ibid. 3.& 4.item cum condictione furtiua.ibid.4.quare vocetur condictio incerti ibid.4
condictio quando detur. 77.3. triticaria in quibus locum habeat. ibid.8
condictio triticaria vnde ſic dicta. 310.1. quando locum habeat. ibid.2.triticaria & condictio certi generaliſsima in quibus conueniant & differant inter ſe ibid.3
condictionem indebiti oriri ex quaſi cõtractu. 295.5
condictionem ob cauſam dari, etiam ſi fiat quod fieri debuit, ſi tamen non fiat legitimè. 82.9. an cauſæ defectu ſemper inducatur ibid. 3.11
in Condictione furtiua quomodo æſtimatio facienda 83.10
in Condictione triticaria quomodo cõdemnatio facienda 310.4
Condictio,cauſa modus & demonſtratio qui differãt circa tempus,in quod conferuntur 179.5
conditio quid ſit. 180.1. dandi adiecta legato,vel faciendi,vel difficilis & raro contingens. quando & quomodo adimplenda ſit: & quid ſit conditio promiſcua.ibid.3.& 181.2.quęnam in vita,& quæ poſt mortem impleri tãtum poſsit ibid. 4. impoſsibilis aut turpis conſiſtens in faciendo , adiecta legato,an & quando remittatur.180. 5. in faciendo conſiſtens, quæ poſsibile continet & licitum , adiecta legato,an ſemper ſit implenda ad hoc, vt legatarius poſsit conſequi legatũ. ibid.6 hæc ſi rationes reddiderit,quid contineat , & quomodo impleatur. ibid.9.in faciendo adiecta legato pluribus relicto,an & quando ſit ab omnibus legatarius adimplenda , vel ab vno. ibid.12
conditio etiam deficiens quandoq; præſumitur extitiſſe 2.7
conditio etiam non appoſita , quandoq; habetur pro appoſita 2.6
conditio iuriſiurandi adiecta inſtitutioni hæredis , vel legato , vel donationi cauſa mortis,quatenus remiciatur.166 4.poteſtatiua quæ dicatur. 654.7.caſualis quæ dicatur,& quæ mixta.ibidem 8
conditio legato adiecta quando nõ reddat legatum conditionale. 186.8
conditio melior quando dicatur afferri venditori,qui vendidit cum pacto ad iectionis in diem 119.10.12
conditio non nubendi adiecta legato, quando remittatur, & quando non. 178.1.2
conditio , ſi decem det, qui accipienda. 108.7.2
conditio venditioni appoſita, an & quando cẽſeatur impleta,ſi ſtet per emptorem,quo minus impleatur 125. 18
conditioni legato adiectæ quando ſit parendum.180.7.in nõ faciendo, legato adiectæ,qua ratione ſatiſfiat. 180.13
conditioni parere de facto quando ſufficiat , licet quod factum eſt nõ teneat de iure 166 16
conditionem aduci ſolere per particulas, Si, vel Cum, & quòd tales particulæ admonitionem nõnunquam importent,non conditionem 179.1
conditionem legato adſcriptam haberi pro impleta,vbi per hęredem ſtat quo minus impleatur 180.14
conditionem non ſufficit impleri facto, niſi etiam impleatur iure 186.11
conditionem turpem vel impoſsibilem, pactum irritum reddere 2.8.& 3.f
conditiones quàm variè apponantur in inſtitutionib.aut ſubſtitutionibus: & quæ propriè cenſeatur cõditio.166.2 impoſsibiles inſtitutioni vel ſubſtitutioni hæredum adiectas haberi pro non appoſitis.166.3.5.& a.hęredis inſtitutioni adiectæ , ſiue conſiſtant in dando,ſiue in faciendo , quando implendæ ſint 166. 14
conditiones plures vbi legato adiectæ ſunt , an oporteat oẽs adimpleri , an verò ſatis ſit vnam eſſe adimpletam 186. 19
conditionum quædam ſunt poteſtatiuę, quædam miſtæ , quædã caſuales.180. 2. quę in futurum conferuntur, natura triplex ibid.4
conditionum poſsibilium alias eſſe poteſtatiuas,alias caſuales,alias mixtas. 166.6
conditionum legato adiectarum exiſtẽtia quomodo conſideranda 186. 9
conditiones alias eſſe expreſſas, alias tacitas, &c.180.2.quæ in dando conſiſtunt,legato adiectę,à quibus impleri debeant,& in cuius perſona,& quatenus ibid.10
conditionibus pluribus in inſtitutione hæredis appoſitis, an & quando omnibus parendum ſit 166. 13
conditionibus pluribus legato adiectis, an omnibus parendum ſit. 180.8
conditionis contractus quas actiones producat 124 10
Conductor quis dicatur.124.2.quo tempore mercedem locatori ſoluere debeat. 124. 12.de quali culpa teneatur, & quibus caſibus.ibid.14.17.& 125.d. qui tempore locationis finito non reſtituit poſſeſsionẽ locatori, quatenus ei teneatur.124.19.an teneatur pręſtare culpam eorum, quos induxit in domum ſibi locatam.124.23.& 126 g.vrbani prædij pro quanto tẽpore teneatur actione ex locato.125.25.qui ꝓmiſit ſe opus factutũ arbitrio locatoris, quatenus teneatur. 125.28.rei immobilis ad quid agat cõtra locatorẽ.125. 32. quãdo poſsit agere ad exonerationẽ mercedis propter ſterilitatẽ. 125.33. 36.126.k. l.an & quatenus tollere poſſit ea,quę adiecit ædificio à ſe conducto 125.40.
conductor an de euictione agere poſsit. 231. 6
conductor an reſtituat domino,quod cõſecutus fuerit à fure per actionem furti 154. 31
conductor ſoluens locatori ſui locatoria an liberet pignora 93.10
conductor ad modicum tempus , inquilinus & colonus an poſsideant 199.18
conductoris culpæ quę ſoleant adſcribi. 124.17.negligentiam culpæ annumerari 124.18
cõductori, cui nõ licet frui re conducta, quomodo conſulatur.125.30. & 126.1
conductori,cui res,quã conduxerat, ſurrepta eſt,qua ratione conſulatur aduerſus dominum ex locato agẽtem. 296 7
conductorem non poſsidere 198.1
conductorem de delicto teneri 278 3
conductores vectigalium qui à quibus muneribus immunes. 260. 1. qui hic conductores accipiendi. ibid.2
Conferre qui debent, & quibus cauſis. 251.1
conferre qui teneantur 274.3
Confeſsio quando approbetur per rei euidentiam 88.23.f.
confeſsio facta in ſcriptis ad alium liberandum an & quãdo præiudicet confitenti 101. 8
cõfeſsio facta extra iudicium an probet. 207. 3. iuri vel naturæ contraria an præiudicet confitenti. ibid.5. facta in iudicio abſente aduerſario an præiudicet confitenti. 207.7
confeſsio tutoris vel procurat. an præiudicet domino ibid.8
confeſsio errantis in facto , an ei præiudicet ibid.9
confeſsio facta parte abſente,an & quando præiudicet 88.21
confeſſoria actio quibus rationibus cõpetat.61.35.quare ſic dicta ſit. ibid.38
confeſſoria actio, quæ datur fructuario, ad quid competat 309.2
confeſſoria actio contra quem detur, & intra quantum tempus ibid.3
confeſſoria pro ſeruitute itineris poſſitne intendi ab eo , qui xxx. diebus itinere eſt vſus 323.2
confeſſoriæ actioni an præſcribatur etiã aduerſus eum,qui non potuit vti ſeruitute,vel agere 202.7
in Confeſſoria quale ſit iudicis officium. 61.37
confeſſus quando habeatur pro iudicato. 207.2.4.7.9.11.15.an ita habeatur pro iudicato, vt non ſit neceſſe ſententia iudicis ipſum condẽnari. 207.12. quãdo habeatur pro iudicato in cauſa criminali.ibid. 13. & 14.cẽſeatur reus,qui interrogatus per iudicem nihil reſpondet , vel obſcurè reſpondet 207.16

confeſſus in iure ante litem conteſtatam in præiudicium ſuum; an & quando poſsit per pœnitentias reuocare confeſsionem ſuam 207.10
confeſſus ſe damnum dediſſe, quod ab alio datum eſt, an teneatur lege Aquilia. 65.27. & 66.g
in Confeſſum an & qualis ſententia ferri poſsit, & quæ ſint iudicis partes in eum. 65.29
confitens aliquid ambiguè, vel obſcurè, cogi debet vt certum confiteatur: & quid ſi recuſet id facere. 317.5
confitens factum cuius nomine non eſt cũ alio actio, an ſibi præiudicet. 207.6
confitente procuratore aut quouis alio, abſentem vulneraſſe, quæ actio contra quem competat. 65.28
Confinia prædia: vide Prædia.
Confirmãdi tutoris vel curatoris forma. 142.6
Confiſcatio quando quibuſq; conceſſa, aut non 248.1.2.3. & 4
confiſcatio vnde fiat. 248.1. & 3
Confugæ ad Eccleſiam qui defendantur, & qui quomodo puniantur. 7.a
confugæ ad ſtatuas qui quomodo & quando vindicentur. 12.1
confugam ad eccleſiam extrahentis pœna. 7.3
Confuſio in quibus differat à mixtione. 285.55
confuſione qui acquiratur dominium. 285.5t
Coniugium epiſcopis interdictum. 5.4
coniugium clericis quib. quomodo interdictum. 6.21
cõiugij definitio, eiuſq; explicatio. 128.1
Coniunctionis cum emancipato liberorum eius quis ſit effectus. 319.3
coniuncti re tantũ vel verbis, vel vtriſq; ſimul, quid differant inter ſe, quo ad agnoſcendum onus impoſitum, legato, quod ad eos peruenit per ius accreſcendi. 185.17
coniuncti per fœmininum ſexum qui admittantur vt legitimi. 159.a
coniuncti vtrinq;. 336.2
coniunctos aliquos eſſe in legato, quot modis poteſt contingere: & qui coniuncti faciant partes, & qui præferri debeant. 185.11.12
Coniunx ſuperſtẽs an & quatenus lucretur dotem, vel donationem propter nuptias. 325.1. quatenus ſuccedat filiis prioris matrimonij. 325.3. inopia laborans quatenus ſuccedat coniugi defuncto locupleti. 332.6. ſecundò nubens non poteſt plus donare ſecundo coniugi quocunq; titulo, quàm ei ex filijs prioris matrimonij, cui minimum donat. 331.7
coniuges filijs cur donare vetantur. 136.4. hodie quatenus poſsint. ibid.5
coniugibus fideicommiſſum ſibi mutuo relinquere permiſſum. 156.6
Coniuratione facta contra principem, ſi quis ex coniuratis ſe deferat, an & quando veniam mereatur, atq; etiam premium. 237.5
Conſanguinei qui. 293.1. quando quibuſq; potiores. ibid.3
conſanguinitas quid. 292.14
Conſecratio epiſcopi quomodo celebranda. 5. num.57
Conſentiendi modi. 294.1
cõſentire videtur qui nominationi non contradicit. 277
Conſenſu quæ obligationes ſeu qui contractus contrahantur. 294
conſenſu omniũ fiat, quod omnibus eſt profuturum. 277
conſignationi ablatæ rei debitæ quid præerat 104.11
conſilium varijs modis dici. 296.4
conſilium dans ad furtum faciendum non tamen auxilium, furti actióne nõ tenetur. 296.2.3
Conſtantinianarum legum capita. 271.1
Conſtantinopolis priuilegia 267.1.2
conſtituere quis dicatur 86.1. quæ perſonæ poſsint 87.13
conſtituẽs ſe daturum certam perſonam pro ſe fideiuſſuram, quatenus teneatur. 86.3. ſe plus debito ſoluturum in quantum teneatur. ibid. 4. id debitũ, cuius actionis dies exierat, an teneatur. 87.5
conſtituens alium ſoluturum an eo nomine teneatur 339.5
conſtitui cuiuſmodi debitum poſsit. 86.2. cui debeat 87.10. inter quos poſsit ibid.12.
conſtitutio genus, mandatum ſpecies. 9.1.2
conſtitutio ad quæ tempora trahatur. 330.8
conſtitutio diuorum fratrum, miſſa ad Vrbium Max. explicatur 108.9
conſtitutio Marci & Commodi, de manumittendi vel non manumittendi pactionibus, quando locum habeat 120.1.3
conſtitutio principis quomodo lex dicatur. 8.2. ab edicto principis quid differat ibid.3
conſtitutionis de appellationibus, ſenſus 331.t
conſtitutionis, de non eligendo ſecundo nubentes, quot partes, & quæ 325
conſtit. Neque virum, ſenſus. 338.a
conſtitutum quomodo fiat. 87.6.8.11. quis conſtituit ſe ſoluturum alij, an teneat, vt ille alius poſsit agere. 87.9
conſtituti effectus quis ſit, ſeu qualis actio ex eo competat 87.14
cõſtituto à pluribus facto, an ſinguli inſolidum teneantur 87.15
conſtitutor intra quantum tempus poſſit exigi 87.16
conſtitutori quando ſubueniendum. 87.17
conſortes eiuſdem litis olim ſimul agere vel conueniri oportuit. 1. hodie quiſque ſolus agere vel conueniri quomodo poſsit. ibid.2
cõſuetudo quid ſit. 233.1. & 234.0. an vna ſententia inducatur vel an duabus. 233.3.2. ex quibus cognoſcatur eſſe inducta. 233.5. an & quando deroget legi ſcriptæ. 234.7. longa quæ dicatur 233.2.
conſuetudo longa quæ dicatur. 304.3 quot actibus inducta eſſe cenſeatur, ibid. 4.5. ex quibus cognoſcatur eſſe inducta. ibid.6
conſuetudinis authoritas quanta ſit. 233.6
conſuetudinis interpretatio quando, à quibus & quomodo facienda. 8.15 14. & 9.e.f.
conſuetudinem conuerti in naturam. 2.r
conſuetudinem non alter per ſentẽtiam induci, quàm ſi populo vel præſidi placuerit ita iudicari in futurum. 233.4
conſulatus cur inductus. 331.t
conſul quis dicatur. 305.t
conſulis poteſtas qualis olim fuerit, & qualis ſit hodie. 305.2
conſules eſſe ſuperilluſtres, & liberari à patria poteſtate. 12.6
conſulum in tutelis officia. 282.2
conſulum minuti ſumptus. 1275.2
continuatio poſſeſsionis. vide, Poſſeſsionis contin.
continuatio temporis cuiuſmodi requiratur in longa præſcriptione. 200.9
contrahentium voluntates quomodo interpretandæ. 2.8
contractus quomodo ab obligatione & actione differat. 84.2
contractus bonæ fidei cur reſcindatur, & non item ſtricti iuris. 114.5
contractus certus vel incertus quis. 27.2
contractus, do vt facias, qua ratione diſcernatur à contractu, facio vt des. 123.13
contractus cuiuſmodi ſit, cùm tibi do panem meum, vt alium æquè bonum reddas. 78.18
contractus cuiuſmodi ſit, ſi quis agrum ita fruendum agricolę dederit, vt fructus cum eo partiatur. 295.5
contractus quando dicatur fieri in ſcriptis. 91.19.k. & 112.16.
contractus quãdo cenſeatur fieri in ſcriptis. & quando ſine ſcriptis. 91.19.20.i.k.
contractum aliquem reperiri, qui nec emptio eſt, nec permutatio, ſed vtrique affinis. 123.9
contractus claudicantes. 294.2
contractus qui per conſenſum fiant, & quomodo à contractibus re, verbis vel literis differant. 294.1.2
contractus qui quãdo per deceptionem fraudis vel doli vitientur. 30.7.8.9
contractus accipere legem ex conuentione contrahentium. 105.27
contrectationis appellatione quid veniat. 154.3
contributiones portionum an augeant legata. 184.24
contumacia non parentis iudici qualiter puniatur. 306.1. inde
contumax quis dicatur. 321.6
contumax an & quando admittatur ad appellandum. 210.7
contumax an & quando appellare poſſit. 208.13.
contumacis pœna. 246.3
contumacem quo ad incommoda præſentem cenſeri. 2.16
conueniendorum ordinem ex mandato deprehendi. 270.1

conueniri vnus tutor pro alio an & quando poſsit. 147.4
conuentus paganis non prohiberi. 7.1
corpora quãdo & quib. ſuccedãt. 189.2
corporales res quæ. 285.1
corporati qui. 266.1. cur reuocentur. ibid.2.
corrigere quid. 3.c
corrigens legem, etiam interpretari dicitur. 2.3
credens in refectionem vel conſeruationem alicuius rei, habet eam rem ſibi tacitè obligatam. 221.7
credens ad rem de nouo fabricãdam, an habeat eam rem tacitè obligatã. ibid.
credentium præmia. 3.6
creditor an reſtituat domino, quod conſecutus fuerit à fure per actionem furti. 154.31
creditórne an debitor pignus datum poſſideat. 199.24
creditor cuiuſmodi ſolutionem teneatur admittere. 326.9
creditor habeátne electionẽ verum prius conueniat, vel debitorem perſonali, vel quemlibet poſſeſſorem hypothecaria actione. 221.13
creditor quando poſsit authoritate propria occupare pignus ſibi obligatũ. 221.22
creditor quando de euictione pignoris teneatur, vel non. 232.1
creditor, qui à debitore ſuo accepit plures alios creditores habente, an videatur reliquos creditores fraudaſſe, vt ita accepta reuocari poſsint: an potius retineat tanquam ſibi vigilauerit. 213.7
creditor qui egit inſtitoria, & probata vna cauſa actionis, quam propoſuerat indiſtinctè, & ſuccubuit, an poſſit agere inſtitoria ex alia cauſa. 95.17
creditor qui confeſſus eſt ſe debitam pecuniam recepiſſe: ſi intra xxx. dies cõteſtetur pecuniam ſibi nõ fuiſſe ſolutam, an transferat in debitorem onus probãdi pecuniam à ſe ſolutam. 101.9
creditor quibus caſibus poſsit petere eẽ ſibi ſolutam. 289.24
creditor cũi conuenit cum debitore ne venderet pignus, an & quando poſsit non obſtante pacto vendere. 224.4
creditor miſſus in poſſeſsionem, an & quando poſsit diminuere veſcendi cauſa. 211.4. miſſus in poſſeſsionem an poſsideat, an verò duntaxat ſit in poſſeſsione. 212.14
creditor pignus habens à debitore, an nihilominus poſsit fideiuſſorem conuenire. 326.7
creditor, qui ſeruum pignori accepit, an cum noxali iudicio defendere teneatur. 74.16
creditor poſterior quando poſsit auocare pignus à priore creditore, quod debitor dedit ei in ſolutum. 223.2
creditor poſterior quibus caſibus ſuccedat in locũ prioris creditoris. 223.1.3
creditor qui reuera eſt ſecundus, quo caſu fingatur eſſe primus. 222.7. quis cui præferri debeat in pignore obligato à diuerſis non dominis, & quid vbi obligatur pignus à domino, & à non domino. 222.10. poſterior quibus caſibus præferatur priori creditori in pignore. ibid.11
creditor conuentionalis quo caſu cogatur conſentire venditioni pignoris ſibi obligati. 223.3
creditor minoris qualiter prohibeatur ab eius tutela vel cura. 334.4. adminiſtrans eius tutelam vel curam qualiter puniatur. ibid.5
creditor peculiaris quo caſu non agat vſque ad vires peculij. 97.35
creditor priuatus ſi à debitore fiſci accipiat pecuniam, eam fiſco tenetur reſtituere. 212.4
creditor qui mutuam pecuniam dedit in emptionem militiæ, præfertur omnibus alijs creditoribus. 332.5
creditoris funus obturbantis pœna aucta. 333.1
creditoris habentis publicũ inſtrumentum potiorem eſſe cauſam in pignore, quàm eius, qui priuatum duntaxat inſtrumentum habet, licet bis tempore prior ſit. 222.12
creditoris, qui prior eſt tempore, poteſtas quanta ſit. 223.15
creditoris ſibi vigilantis, & occupantis bona ſui debitoris quando ſit melior conditio. 212.12
creditori an & quando competat actio legis Aquiliæ ob damnum datum in re ſibi pignori data. 64.12
creditori quomodo conſulatur per Velleianum SC. 100.17
creditori an & quando detur actio furti ob rem debitori ſurreptam. 154.11
creditori an præiudicetur, quo ſciente & patiente debitor vendit rem ipſi obligatam. 222.3
creditori qui mutuam pecuniam dedit minori, an & quãdo ſuccurratur. 38.5
creditori qui non inuenit emptorem pignoris poſt tempus conſtitutum ad illud vendendum, qua ratione conſulatur. 225.1
creditorem non agere ex generali hypotheca, quandiu ſatisfieri ei poteſt de ſpeciali pignore. 221.21
creditorem non poſſe impetrare, vt liceat ei iure dominij poſsidere omnia bona debitoris. 225
creditorem ſibi non præiudicare accipiendo pignus non idoneũ. 79.40.m
creditorem ſecundum, qui credidit in rem pignoratam reficiendam vel conſeruandam, præferri priori creditori, quatenus verum ſit. 212.3. priorẽ tempore regulariter potiorẽ eſſe in iure, quomodo ſit intelligendũ. 222.5.6.9. priorem tempore præferri in pignore etiam ipſi fiſco poſteriori. ibid.8. qui mutuam pecuniam dedit in emptionem militiæ, præferri in pignore alijs creditoribus etiam tẽpore prioribus. 223.14
creditore ſuccedente fideiuſſori, cuiuſmodi obligatio extinguatur. 86.6
creditore ſuccedente vni, ex correis debendi, illius duntaxat obligationem extingui, non etiam alterius. 229.12
creditores ne funus defuncti debitoris impediant. 339.4
creditores quibus modis alij alijs potiores ſint in pignore. 222.1.4
creditores reuocantes id quod debitor in fraudem eorũ vendidit, an teneantur reſtituere emptori preciũ. 213.10. an & quando agere poſsint aduerſus debitorem, qui bona ſua in fraudem eorum alienauit. ibid.11
creditores priuilegiati agentes de peculio, an præferantur domino volenti deducere quod ſibi à ſeruo debetur. 97.33
creditores poſteriores quibus caſibus poſsint auocare pignus venditum ab antiquiore creditore. 223.8
creditores hæreditarij an, & quando, & quatenus conueniant eum, cui bona addicta ſunt libertatum conſeruandarum cauſa. 190.17
creditores minorum ob quas cauſas repellantur ab adminiſtratione eorum, & ob cuiuſmodi obligationem: & quid iuris ſi quis ſuſcepta adminiſtratione efficiatur ex poſtfacto creditor. 334.2 3
creditorum nomine qui veniãt, cùm tractatur de eis in poſſeſsionem mittendis. 211.2. plurium vnius debitoris qui quibus præferendi ſint. 211.18
creditorum cui liceat eſſe tutor. 337.1
creditoribus qui ſuccurratur. 293.1
creditoribus arrogati quomodo cõſulatur aduerſus arrogatorem. 293.3
creditoribus miſsis in poſſeſsionem qua ratione conſulatur, ſi periculum ſubſit, ne actiones pereant tempore, vel cùm diu incertum eſt, an aliquis ſit exiturus hæres ipſi debitori. 211.9
hæredis, qui in eorum fraudem adiuit hæreditatem, quæ non erat ſoluẽdo, an aliqua ratione conſulatur. 212.23
creditoribus quæ actiones dentur ad reuocanda alienata per debitores in fraudem ipſorum credi. 213.1
crimen læſæ Maieſtatis quid ſit. 237.1. quando dicatur committi. 237.1.& 3
criminis cauſam agendam eſſe per principales perſonas, an ſit perpetuum. 301.3
criminis cognitio & pœnæ impoſitio quibus caſibus procedant ſine accuſatore. 258.2
criminis pœna ſupplicanti quando indulgeri poſsit. 11.8
criminis quot locis quis accuſari poſsit. 51.1.2
crimine publico damnatum reddi infamem. 44.5
de crimine ſacrilegij tit. II. aliquot explicantur. 242.4
criminum publicorum diuiſio. 303.2
criminalis actio quando ciuili præiudicet. 243.2
criminalis ſententia quando exequenda. 248
culpa an, & qualis veniat in actionem pro ſocio. 110.28
culpa an & qualis in actionem depoſiti veniat. 105.25.28.31. lata an poſsit dici dolus. ibid.26

culpa cohæredis an & quando veniat in iudicium fami.erciſcun. 67.25
culpa quando præſtetur in actione ad exhibendum. 73.16
culpæ appellatione comprehendi etiam dolum. 64.10
culpæ eximi eum, qui alterius violento impulſu, vel vi ventorum damnum dedit. 64.7
culpam officio functus præſtet. 271.1
culpam vnius quandoque compenſari cum culpa alterius. 64.8
culpam latã in depoſitario ceputari pro dolo. 105.27
cultum Deus ſpontaneum, non coactum poſtulat. 7.2
cura quid differat à tutela. 141.3
cura quibus modis finiatur. 150.4
curator datus qui non geſsit, quando, qualiter, & quo ordine conueniendus. 144.1
curator litem cœptam perficiat. 145.5
curator non poteſt ſuſcipere ceſsionem actionis aduerſus eum, cuius curã gerit. 334.6. adminiſtrationem ſuſcipiẽs quale iuſiurandum, & cuiuſmodi ſatiſdationem præſtare debeat. ibid. 7. fieri curator prohibetur, qui eſt creditor vel debitor pupilli. ibid. 4. adminiſtrationẽ ſuſcipiẽs, cùm ſit creditor vel debitor, qualiter puniatur. ibid 5
curator qui depoſito officio contraxit cum ſiſco nondum reſtituta cura, qua pœna puniatur. 118.2
curator furioſi vel prodigi inuentarium facere debet. 151.7. ſatiſdabit rem furioſi ſaluam fore. ibid. 8. patri furioſo filius dari poteſt. 151.9
curator vẽtri in poſſeſsionem miſſo quis conſtituatur. 319.4
curatoris appellatione qui contineantur. 334.1
curatoris vocabulum ſubinde impropriè accipi. 143.5
curatoris ex facto quando minor agere vel conueniri poſsit. 145.12. inde.
curatoris bonorum officium. 145.28
curatoris furioſi vel prodigi officiũ. 151. 8 10.11. poteſtas qui finiatur. ibid. 12
curatoris qui vẽtri datur officium quale ſit. 319.5
curatoris & tutoris diſcrimen. 145.26
curatori vectigalia conducere vetitum, contráque facientis pœnæ. 145.1
curatorem non dari ei qui eſt in alterius poteſtate. 189.14
curatorem vnum ex pluribus conueniri. 145.1
curatore aut alioquinuis confitente abſentem vulneraſſe, quæ actio contra quem competat. 65.28
curatores in quibus differant à tutoribus. 282.1.2
curatores intra quod tempus petantur. 540.2. vbi petantur. 143.1.2.2
curatores qui ſatiſdent, vel non. 145.2. 3.2.0
curatores an teneantur pecuniam minoris fœnori dare. 334.8
curatores quibus furioſis vel prodigis dandi. 151.1 2 4.5 à quibus dandi. ibi. 3. qui dandi, & quomodo, 151.6
curatorum vel tutorum nomine qui contineantur, cùm agitur de prohibitione matrimonij pupilli. 130.1
curatores non prohiberi rerum ſuarum alienatione. 118.1
curatores qui & cur petant. 142.1
curatores quos & quando opus ſit confirmare, vel non. 141.1.2. & 10.11.
curia quid ſit. & vnde dicatur. 251.3
curiæ duæ partes, totius ordinis inſtar exhibent. 277
curiæ ſe offerre volenti quid agendum ſit. 251.8.
curialis recuſans ſubire curialia munera qua pœna puniatur. 253. 27.28. quibus modis liberetur à fortuna curiali. 254.32
curialis ſi aufugerit, vbi conueniendus. 52.1
curialis vacationémne det. 258.1
curialis ad officium. tabularij promoti pœna qualis ſit. 262.7
curialis Romani priuilegia. 266.1
curiali decedenti qui ſuccedant, & quatenus. 253.31
curiali donare licet, etiamſi non valeat vendere. 255.1
curiali conditione non liberari epiſcopum. 5.8
curiales ad ſollicitudinem connehendi frumenti accedere non debent. 268.1
curiales an vendere poſsint. 255.1
curiales eoſdem eſſe, qui & decuriones, vide, Decuriones eoſd.
cuſtodiendum aliquid accipiens certa mercede ſibi conſtituta, an teneatur de leuiſsima culpa. 124.15

D

DAmnati nomine in cauſa criminali quibus liceat appellare. 208.9
damnatum in vno, in reliquo tacitè abſolui. 206.2
damnatum ob carmen famoſum inteſtabilem eſſe: & quomodo id ſit intelligendum. 163.10
damnatorum in metalla ſpecies variæ. 247.7
damnatos in metallum, vel opus metalli effici ſeruos pœnæ, non ipſius fiſci. 265.8.2
damnum datum quatenus reſtituendum ſit in actione ſerui corrupti. 155.44
dãni infecti nomine cauere quis debeat, & quibus. 321. 1. inter ſe cauere qui non cogantur. 322. 3. caueri qualiter debeat. ibidem 4. cauere recuſans qua pœna puniatur. ibidem 7. cauſa coram quo iudice agi debeat. ibidem 8
damnum dans violento alterius impulſu, vel vi ventorum, culpæ eximitur. 64.7
damno in ſe debita vel promiſſa, non tamen pignorata, dato, cui competat actio legis Aquiliæ. 64.13. dato à non corpore in non corpus, quę actio competat, & quid vbi datum eſt à corpore in non corpus, vel econtrà. 65. 18. à pluribus dato, an & quatenus omnes teneantur. ibid. 21
dare eum videri, qui confirmat. 334.1
datiui tutores: vide, Tutores.
datorum nomine quid veniat, cùm agitur de collatione facienda 162.22
debita contracta iuſſu patris, vel verſa in rem eius, vel pro quibus tenebatur de peculio, an & quatenus veniant à filio præcipienda 67.21
debitor an liberetur ſolutione reprobæ pecuniæ, quæ fuit approbata per electum à creditore 93.4
debitor legans creditori ſuo id, quod ei debet, an & quando poſsit eum onerare fideicommiſſo 175.12
debitor quãdo poſsit aliud pro alio creditori inuito ſoluere. 326.11
debitor, qui ſoluit rem dolo ſuo deteriorem redditam, an teneatur. 289.3
debitor vendens vel obligãs pignus ſciẽte & non contradicente creditore, an ei præiudicet. 224.8
debitor ciuitatis cur, cui, & quomodo ſoluere debeat. 271.1
debitor minoris an poſsit rectè ſoluere ipſi minori. 287.5
debitor minoris qualiter prohibeatur ab eius tutela vel cura. 334.4. adminiſtrans eius tutelam vel curam qualiter puniatur ibid. 5
debitor minoris quomodo poſsit ipſi minori ſoluere, vt in poſterum non poſſit inquietari 1.43
debitor reipublicæ an & quando poſsit ſubire honores in ea republica. 269.4
debitoris defuncti funus non eſſe à creditoribus impediendum. 339.4
debitoris fiſci priuilegium. 249.3
debitori quomodo & intra quãtum tẽpus permiſſum ſit recuperare pignus à creditore iure venditum 225.2
debitori, qui petit à creditoribus, vel vt ei dilationem dent, vel vt admittatur ad ceſsionem bonorum, vtrum ſit ei concedendum 211.7
debitori, qui ſoluit minori pecuniam debitam, facilius ſubueniri, quàm creditori 38.4
debitorem non poſſe in fraudem creditorum dotem conſtituere. 213.17
debitorem principalem prius cõueniendum, quàm fideiuſſorem. 270.5
debitorem ſui debitoris quando fiſcus vel priuatus conuenire poſsit. 86.1. 2.a.b.
debitorem hæredis, non ipſius hæreditatis, conueniri non poſſe hæreditatis petitione 55.7
debitore ſuccedente creditori, vel contrà, tolli obligationes 86.5
debitores minorum ob quas cauſas repellãtur ab adminiſtratione eorum, & ob cuiuſmodi obligationes: & quid iuris, ſi ſuſcepta adminiſtratione, ex poſtfacto quis efficiatur eorum debitor. 334.2.3.
debitores ciuitatum quomodo & qua cautela ſoluere debeant. 271.2
debitorum ciuitatis ſpecialia 269.4
debitores ciuitatum non poſſe honores in republica gerere antè, quàm debito ciuitatis ſe exoluerint: & an id ſit perpetuum 269.2
debitum hæredi an & quomodo computetur in bonis cùm de Falcidia ponenda

da tractatur: & quid ſi debitum ſit conditionale vel in diem. 184.21.22
decedentes iudices qui dicti ſint. 14.1
decedentis ſine ſucceſſore bona ad quem pertineant. 247.1
deceſsiſſe ſine ſucceſſore quis dicatur. 249.2
deceptio reipſa non vitiat contractum bonæfidei. 30.9
deceptio cõtingens ex falſa mẽſura, quatenus veniat in actionẽ empti. 65.27
deceptus in contractum bonæ fidei, an & quando, & intra quantum tempus reſtitui poſsit. 41.12
decepto in æſtimatione rei in dotem datæ an, & quando, & quatenus ſuccurratur. 133.17
decepto per dolum alterius dari contra doloſum replicationem doli. 37.2
decretiſtarum error in cõputatione graduum cognationis. 292.8
decureuma quid. 266.1
decurionatum honorem eſſe & munus. 251.4
decurio an idem ſit qui & curialis. 251.2
decurio qui relicta ciuitate ſua migrauit aliò, vt vitet munera ciuilia, quomodo ſit requirendus priuſquam puniatur. 253.29
decurionis ad tabularij officium promoti, pœna qualis ſit. 262.7
decurionis vel curialis bona, quæ ob delictum publicanda ſunt, ad quos deueniant. 253.30
decurioni decedenti qui ſuccedant & quatenus. 253.31
decuriones qui dicantur. 193.2. qui naſcantur. 251.5. quomodo fiãt. 251.6.9. qui poſsint fieri. 252.10. qui ab initio prohibeantur fieri. ibid. 11.12.14. inuiti an & qui fiant. 252.12. qui ex poſt facto repellantur à decurionatu, ſeu decuriones eſſe deſinant. 252.15. quæ poſsint facere. ibi. 16. an res ipſius curiæ alienare poſsint. ibid. 17. à quibus abſtinere debeant. 252.18. ipſi & eorum filij quibus pœnis non ſubiiciantur, & quibus ſubiiciantur. 253.20.21. ipſi & eorum filij quatenus teneãtur ad munera. 253.24.26
decuriones vnde dicti ſint. 251.1
decuriones à quibus officiis abſtinere debeant. 251.3
decuriones nec per ſe, nec per ſuppoſitas perſonas poſſunt prædia publica conducere. 269.8
decuriones quomodo liberentur à fortuna curiali. 251.4
decurionum decretum quomodo interponendum ſit. 258.2
decurionum decretum in quibus rebus interponi ſoleat. 258.4
decurionum decretum an ab iis poſsit retractari, ſi ſemel fuit interpoſitum, & quam ob cauſam. 258.5
decurionũ decreta confirmanda. 193.3
decurionum poteſtas quæ. 252.16. priuilegia qualia ſint 251.6. & 252.19. filios priuilegiis decurionum frui, quomodo intelligendum ſit. 253.22. priuilegia quibus decurionibus denegentur. 253.23. filij quando ſequãtur potius conditionem matris, quàm patris. 253.25
decurionibus, cognatione deficiente, qui, quo ordine ſuccedant. 189.1.2.2
decuriones eoſdem eſſe, qui & curiales. 251.1. aut naſci, aut fieri. ibid. 5. poſſe res ſuas donare etiam ſine decreto. 252.17
dedititia conditio quæ. 192.2
dedititij cur liberi dicti. 192.3
deductio de peculio cui permiſſa ſit. 97.30
defendere in lite dominũ quid ſit. 25.16
defendere ſe an quis poſsit præciſe cogi. 46.4
defendi quis dicatur, & quis non, vt vel concedatur, vel denegetur miſsio in poſſeſsionem. 211.7
defenſio quatenus poſsit procedere ſine culpa. 64.3.5
defenſio vt ſit inculpata quæ cautio adhibenda ſit. 215.3
defenſor ciuitatis qualiter conſtituatur. 15.1. electus quale iuramentum præſtare debeat. ibid. 2 qualem cognitionem habeat in criminibus. ibid. 4
defenſuris ciuitatis officium quale ſit. 15.3. & 329.3
defenſores ciuitatum vnde ſic dicantur. 329.1. quomodo olim eligerentur, & quomodo hodie. ibid. 2
defenſores ciuitatum nec emere, nec ædificare, nec donationes admittere poſſe. 15.4
deferre quid ſit. 250.1
deferri in cenſum quæ debeant, & quomodo & vbi. 276.4.5
deflorantes virgines ſolutas an in matrimonium ducere debeant, & qua pœna puniantur. 239.b
defuncti ſtatum poſſe intra quinquennium ex die mortis in controuerſiam deduci, non poſtea: & an hoc ſit indiſtinctè verum. 195.1.196.3.5
deiecta vel effuſa, quam actionem, cui, quando, & aduerſus quem faciant. 310.1.2
delatio quæ iuſta, & contra. 250.3
delatio ſui pſius quam vtilitatem afferat. 250.1
delator quis. 250.5
delegare iudicem quis poſsit, & ad quid. 46.1
delegare quid ſit. 230.7.9.2
delegari non debet iudex à parte altera nominatim petitus. 46.3. cauſæ excedentes trecentos aureos an & quãdo poſsint. 45.5. quomodo item, & quando cauſæ meri vel mixti imperij. ibi. 6
delegari non poſſe, quod iudicis officio cauſa cognita debet expediri. 37.5
delegari quæ cauſæ poſsint. 305.1.2
delegatus iudex an poſsit delegare. 46.2
delegati iudicis quale ſit officium. 45.7. in locũ eius quando alius iudex ſubſtitui poſsit. 45.8
delegato per ignorantiam eo, qui debitor non erat, qua ratione ſuccurratur. 230.8
delegatam iuriſdictionem qui dare poſſint. 49.12
delegatorũ iudicũ officiũ: vide, Iudicum delegatos iudices habere iuriſdictionem. 49.4
delegatio rei debẽdi qualiter fiat. 237.9.2
delegatione debitorum dotem conſtitui poſſe: & quid ſi maritus negligẽs fuerit in debito exigendo, interimq; debitor factus ſit non ſoluendo. 133.15
deleri in teſtamento quando quid dicatur. 313.2
deletum in teſtamento quando debeatur, & quando non. 313.3
deliberare quid ſit. 170.1
deliberandi tẽpus quibus detur & quantum. 170.2.3. ius vnde competat, & an tranſmittatur, & intra quantum tempus. 171.12
deliberatio adeundæ vel omittendæ hæreditatis quomodo non ſit hodie neceſſaria. 170.6
deliberationis effectus quis ſit. 170.4
delictum minoris an, quando & quomodo reſtitutionẽ impetrare debeat. 35
delictum ſolùm cogitatum quando puniatur. 247.2
delicti pœna quibus modis aggrauetur vel attenuetur. 247.4
delicta quibus modis admittantur. 247.3
ex delictis defunctorum in quantũ hæredes conueniantur. 86.1
delinquentes circa eos, qui in mortis periculo ſunt, vel graui ægritudine laborant, cuiuſmodi pœnam ſuſtinere debeant. 240.6
demonſtratio, cauſa, conditio & modus qui differant circa tempus, in quod conferuntur. 179.5
demonſtratio falſa an perimat legatum. 176.3.6.2
demonſtrationem falſam nõ efficere, vt cenſeatur legatum, quod legatũ non eſt. 179.4
denunciatio facta depoſitario ab extraneo, ne rem à me depoſitam mihi reſtituat, an mihi noceat, & qua pœna puniatur denunciator. 52.16
deponens quo caſu cenſeatur tacitè conſentire, vt depoſitarius vtatur re depoſita. 104.3
deportati filium teſtari poſſe. 287.2
deportatos & dãnatos in metallum non poſſe hæredes inſtitui. 165.32
deportationis pœnam qui imponere poſſunt, & eſſe capitalem. 247.8
depoſitæ apud ſequeſtrũ rei poſſeſsio an maneat apud ipſos deponentes. 104.7
depoſitarius ad quid teneatur. 77.4
depoſitarius an de euictione agere poſſit. 231.6
depoſitarios an poſsit deponenti obiicere compenſationem, 105.15. qualẽ diligentiam adhibere debeat circa rem apud ſe depoſitam. 105.27.28. qui recipit mercedem pro cuſtodia rei depoſitæ, an & qua actione teneatur de leui culpa. ibid. 29. an & quando teneatur de caſu fortuito. ibid. 30. vtẽs re depoſita, an & quando teneatur furti. 105.31.32. vendens rem depoſitam, quomodo teneatur. ibid. 29
depoſitarios an poſsit noxali actione cõueniri nomine ſerui depoſiti. 71.17
depoſitarij vnius plures hæredes quate-

nus teneantur.105.19. hæres, qui rem apud defunctum depoſitam vēdidit, ignorans eſſe depoſitam, quatenus teneatur. 105.34.& 106.e
depoſitum qui reddendum. 336.1.e
depoſitum quid ſit,& quomodo contrahatur. 104.1. vnde dicatur. ibid. 4. in quibus rebus conſiſtat. ibid. 5. an valeat, ſi quis rem, quam filiofa. vel ſeruo ſubtraxit, deponat apud patrē dominúmue ignorātem delictū. 105.14
depoſitum propriè dici in ſequeſtro, & quomodo id fiat. 104.6
depoſiti actionem etiam dolum continere, & an quoque culpam, & qualem. 105.25.28.31
depoſiti quādo agi poſsit, tametſi tranſlatum ſit dominiū in depoſitarium. 104. 2. actio cui detur. ibid.9. recepti officio an & quando ſequeſter renunciare poſsit, ibid. 8.& 106.b. actionem etiā furi & prædoni dari.104.10. agere volens fur vel prædo contra depoſitariū an repellatur à domino agente rei vēdicatione contra eundem depoſitariū.ibid.12. quatenus agant ſinguli ex pluribus, qui depoſuerūt, vel ſinguli hæredes vnius deponētis. 105.17.19. actio vtilis quando detur. ibid. 20.& 106.d. actio contra quem detur. 105.21 an & quatenus pupillus vel filiusfam. teneri poſsit. ibid. 22. actio quando detur. ibid.23. ad quid detur, ſeu quæ veniant in eam. 105. 33.35. & 106. e. quibus caſibus detur in duplum.105.36.& 106.f. qualis ſit. ibi.38
derelicti inſtar quis. 295.3
detractio eorum, quæ ad ædificium domus pertinent, quatenus prohibita ſit. 220.5
deus omniū rerum principium. 116.8.a. in procem. pandect. 303.& 304.a
deus vnus diuinitate, trinus perſonis. 3.2.4
deum neminem repellere. 6.3
diaconi vel ſubdiaconi ordinandi quæ ætas eſſe debeat. 5.9
diaconis occidentalis eccleſiæ matrimonium interdictum. 6.21
dies legati vel fideicommiſsi, conditionalis, in diem, annui, vel puri, quando cedat. 317.2.3.7
dies quare dicantur aliquando continui, aliquando vtiles. 323.2
diem hæreditatis vel legati olim non ceſſiſſe, niſi ab apertura tabularum: hodie verò ſtatim cedere à morte teſtatoris. 185.3
diem purum vſumfruct. lega. aditione hæreditatis cedere. 308.1
digeſta cur in vij. partes diuiſa. 9.5.6
digeſtorum liber vnde ſeu cur dictus ſit. 9.5
dignitas ſit quæ iubente principe ſuſtinetur. 277
dignitas quę filium patria poteſtate eximat. 335.2
dilatio an concedatur, vbi princeps cognoſcit de cauſa appellationis, vel alij cognoſcendam committit. 48.7. an concedatur, vbi quis reſcriptum impetrauit ad extraordinarium iudicem. 48.9. an & quando poſsit concedi vltra triennium. ibid. 10. cuiuſmodi cōcedatur, vbi reſtitutio in integrum poſtulatur. ibid.12.a
dilationes propter quæ dentur. 48.1. quibus indulgeantur, & quoties. ibi. 3.6. quot dari ſoleant in criminalibus. ibid.4. quomodo concedantur à iudice, & cuius cognitio ſit. 48.14
dilationes quot dandæ ſint abſenti ad eius malitiam ſuperandam. 339.2
dilationum concedendarum materiam amputandam. 48.2
dilatorium ſpacium indulgeri ſecundum diſtantiam locorum. 48.13
diſputantibus de fide catholica pœnam imponi. 3.7
diſputatio fidei laudabilis. 3.8
diuidi quæ res non debeant inter cohæredes. 67.11
diuidendæ tutelæ beneficij vis. 149.4
de dolo actio: vide Actio.
diuinatorum pœna quæ ſit. 239.1
diuinatorum ſpecies variæ. 240.2
diuinatores accuſare qui poſsint. 240.4
diuinum ius cur ab homine mutari non poſsit. 11.1
diuiſio à minore facta, quando valeat, vel non, & quando per reſtitutionem reſcindatur. 34.3.4
diuiſionis beneficium tribuere fideiuſſoribus exceptionem. 294.2.a quando beneficium hoc fideiuſſoribus negetur. ibid.3
diuiſionis vtilitas. 281.1
diuiſioni patris in teſt. quid addendum. 338 2
diuiſione facta inter plures fideiuſſores, ſi quis eorum efficiatur poſtea non ſoluendo, nō oneratur ob id reliquis, qui ſunt ſoluendo, nec ſi inſimor ſu il le apud quem fideiuſſerunt. 294.4
diuiſionum genera. 68.2
diuortium quid, quomodo à repudio differat, & qua forma fieri ſoleat. 67. 2. inde.
diuortium ſine iuſta cauſa facientis, quæ pœna. 158.6
diuortij ſine cauſa facti pœnæ quæ ſint. 331.3
diuortij quæ iuſtæ ſint cauſæ. 138.7.c
diuortio facto, apud quem liberi morari vel educari debeant. 139.1.4
do vt facias contractus, parit actionem præſcriptis verbis. 21.9
do vt facias, contractus qua ratione diſcernatur à contractu facio vt des. 123.13
docentis perſona quomodo eligenda, & quali amore proſequenda. 304.in procem. ad pandect.
docentium numerus Romæ. 267.1
doctores legum à muneribus excuſantur. 277
doctrina perfecta quibus ex cauſis non poſsit in quibuſdam tradi. 177.3
dolus & culpa quomodo veniant in actione commodati, & quando. 92.10.e
dolus malus quid. 30.1
dolum cum culpa non cōpenſari. 64.8
dolum venire in actionem depoſiti. 105.25.28.31.
dolū venire in actionē pro ſocio 110.28
ex Dolo quæ auxilia, & actiones, quibus contra quos, & in quātum cōpetant 30.4.nu.4. cum ſequent.
dolo alterius decepto dari contra doloſum replicationem doli. 37.2
de Dolo ſerui quomodo dominus teneatur 32.16
domeſtici in teſtimonijs, qui dicantur. 89.15.& 90.9
domeſtici principum vbi conueniendi. 52.1
domeſticorum officium non expreſſum 14.2
domeſticorū principis cauſæ apud quos iudices tractari debeant 55.4
domicilium vbi quis habere videatur. 277
domicilium vbi quis cenſeatur habere regulariter. 256.3
domiciliū vbi cenſeatur habere, qui nūc in vno, nūc in alio habitat loco 256.2
domicilium qui habere poſsint 257.10
domiciliū quando retineat proficiſcens 256.4.
domicilij ratione quid oporteat vnumquemque ſubire. 257.11
dominium quibus modis acquiratur. 285.51.55.59.
dominium an & quādo acquiratur ſpecificatione 284.48
dominium quibus caſibus ſine apprehenſione quæratur. 199.9
dominium per quas perſonas nobis acquiri poſsit. 98.1.& ſequent.
dominium quibus caſibus transferatur per non dominum. 285.61
dominium in ſeruos olim varium. 196.1 hodie vnum & ſimplex. ibid.2
dominium an ante mundum conditum transferatur. 91.1
dominij & ætatis diſcrimen 88.4
dominij probandi modus multiplex. 88.2.3
dominij ius: vide, Ius dom.
dominium poſſe transferri volūtate domini in certam perſonam 285.62
dominium rei alienatæ in fraudem creditorum tranſire in anceipitem, licet creditores poſsint eam rem reuocare perinde ac ſi nō eſſet alienata 213.16.a
dominium transferri quandoq; ſola patientia 285.57
dominium varijs ex cauſis amitti ipſo iure 216.22
dominia rerum quo iure acquirantur. 283.20
dominus an, & qua actione teneatur nomine ſerui, qui damnum dedit 65.25
dominus cedens ſeruum noxæ quando non liberatur 307.1
dominus conuentus à pluribus ex maleficio ſerui, cui eorum debeat ſeruum pro noxa dedere 71.24
dominus geſtori negotiorum ſecundum quid condemnetur 28.19
dominus hæres inſtitutus & rogatus reſtituere hæreditatem cum libertate ſeruo ſuo, an poſsit cogi adire, & reſtituere 181.8
dominus miſsionem paſſus quandiu audiendus

diendus. 52.5

dominus ob delicta familiæ an & quando conueniendus. 51.8

dominos prædij in quo falſa moneta fabricata eſt, an & quando, & qualiter puniatur. 241.3

dominus quando teneatur de dolo ſerui. 32.16

dominus quãdo dicatur ſeruum habere in poteſtate, quantum attinet ad noxalem actionem. 71.13

dominus quatenus teneatur ex cõtractu ſerui. 95. a. de peculio conuentus an poſsit deducere, quod teneretur præſtare creditoribus, ſi tributoria conueniretur. 96.8.20 & quatenus teneatur de peculio. 96.22

domini appellatione quis veniat. 97.42. 98.c.173.13. & 250 4

dominus quibus caſibus liberetur à noxæ deditione, & delicti æſtimatione, permittendo ſeruum caſtigari. 71.25

dominus quibus caſibus non liberetur per noxæ deditionem, quin etiam teneatur ſatisfacere pro maleficio ſerui 71.26

dominus vendicans rem ſuam an præferatur bonæ fidei poſſeſſori agenti depoſiti contra depoſitarium. 104.13

domino agenti præiudiciali contra eum, qui eſt in poſſeſsione libertatis, quæ exceptiones non obſtent. 194.7

domino certanti cum colono ſuper proprietate fundi, qua ratione conſulatur. 274.17

domino, cuius familia tota deliquit, quo modo ſuccurratur, ne ſingulos cogatur noxæ dedere. 71.22

domino manus inijcere fugitiuo colono licet. 275.2

domino volenti requirere ſeruum fugitiuum qua ratione conſulatur. 153.1

domini quomodo ſe gerere debeãt erga colonos ſuos, vel inquilinos. 273.15

dominorum altero ſatisfaciente in tõtum pro maleficio ſerui communis, an alter ſit liberatus. 71.11

dominus pluribus ſeruum communẽ ad libertatem perducere volẽtibus, quis præferendus ſit. 193.5

dominus quę acquirãtur per ſeruos. 98.2

domus in edicto de effuſis, quomodo accipienda. 51.6.7

domo vendita, quæ res cenſeantur accedere ipſi domui. 116.12

domos oratorias nullus fabricet. 333

donare quis poſsit. 234.4

donare cauſa mortis quis poſsit, & cui. 235.5

donare cur ſibi mutuo coniuges nequeant. 136.1. & 137.a. quæ ſibi inuicem coniuges poſsint. 136.7.8. & 137. e. quando coniugibus liceat. 136.9. 11.16.17.18. & 137.d.e.f

donari cui poſsit. 239.5

donari poſſe ex certo tempore, & ex incerto: item ad certum tẽpus, & ad incertum, atq; etiã ſub cõditione. 234.3

donans an tradere cogendus. 287.3.a

donata filio in poteſtate an & quomodo veniant in iudicium famil. erciſcun. 67.17

donatarius rerum eccleſiaſticarum quomodo puniatur. 4.13

donatio quid ſit. 234.1. qualiter fiat. ibid. 6.e. quando non poſsit fieri ſine ſcriptis. 234.7.a. quando debeat inſinuari. ibid. 8. mera & libera eſſe debet. ibidem. e. ſimplex quæ dicatur. ibid. 2. ob cauſam quæ ſit. ibid.3

donatio vel promiſsio per ſtipulationẽ ab vno ex dominis facta ſeruo communi, an & quatenus valeat. 110.36

donatio facta à minore, quando ipſo iure nulla, & quando valeat, vel per reſtitutionem reſcindatur. 34.1.2

donatio à patre in filium ſub ſacris ſuis exiſtentem collata, quatenus retro trahatur. 61.6

donatio ante nuptias, ſeu propter nuptias, quæ dicatur. 128.1. an inſinuatione opus habeat. ibid.3. an poſsit augeri vel minui. ibid. 7. c. qua ratione petatur. 128.8

donatio ſpõſalitia quę dicatur. 128.10.d

donatio propter nuptias an indigeat inſinuatione. 340.1

donatio inter coniuges per interpoſitionem filij vel ſerui quando valeat vel non valeat. 136.12.13.14

donatio coniugum, quorum matrimonium iure ipſo nullum eſt, an teneat. 136.2. & 137.6

donatio cauſa mortis quæ dicatur. 235. 1. à quib. fiat. ibid. 2. a. qualiter fiat. ibi. 3. qui differat à mortis cauſa capione. ibid. 4. ex quibus cauſis reuocetur, & qua actione. ibid. 6. in quibus conueniat cum legatis, & in quibus ab eis diſcrepet. ibid.7

donatio inofficioſa quæ, & quo iure reuocanda. 54.1.4.5.2

donatio ob quas cauſas reuocetur. 234.1. quando reuocetur ex ingratitudine. 235.2. an & quando poſsit reuocari ab hæredibus donatarij, vel per hæredes donatarios. ibid.4

donationis ſpecies tres, & quid differant inter ſe. 175.2

donationis nomine quæ actio competat: vide, Actio.

donationis propter nuptias alienatio in quo differat ab alienatione dotis. 333.2

donationis propter nuptias fructus vter percipiat, maritus, an vxor. 128.2

donationis propter nuptias lucra, quæ coniunx ſuperſtes perdit per tranſitũ ad ſecundas nuptias, ad quos pertineant. 331.6

donationis cauſa mortis genera. 136. 10.15

donationis cauſa mortis quot ſint ſpecies. 235.2

donationis tacita reuocatio quomodo fiat, ſi donatarius moriatur ante donantem, &c. 137.26.27

donationem propter nuptias, quã parens ſuperſtes lucratur, ſeruandam eſſe filiis eius matrimonij, etiãſi parens non tranſierit ad ſecundas nuptias. 151.19

donationem inter ſponſum & ſponſam ita demum valere, ſi fiat ante contractum matrimonium, nõ etiam ſi poſt, & quid ſi dubitetur, anténe an poſt facta ſit. 128.11

donationem ſponſalitiam reuocari poſſe propter ingratitudinem. 128.12

donationem inſinuari quid ſit. 234.8

donationem ſilentio firmari, quomodo accipiendum. 137.28.29.30

donationem rei alienæ eatenus valere, vt præſtet iuſtum titulum vſucapiendi. 197.3

in donatione coniugum quod tempus ſpectandum. 136.13

donationes ei factæ qui in vrbe magiſtratũ gerit, an & quando valeant. 15.2

donationes ſimplices à patre in filium relatæ, an conferantur. 67.18

donationes propter nuptias quando pactiones admittant. 135.13

donationes qua actione reuocentur. 235 3

donationes eccleſiæ factas inſinuationem non requirere. 27.11.a

donator, qui ſciens donauit rem vitioſam, an & quando teneatur hoc nomine donatario. 120.5

donator conuentus ex donatione quatenus condemnandus ſit. 234.10.e

donatum à Cæſare quò redeat. 25.1

donatũ ſub modo, vel ob cauſam quãdo poſsit repeti. & qua actione. 234.1.2

donatum vel relictum ſecundo coniugi plus, quàm per leges liceat, ipſo iure non valere, & quibus applicandum ſit. 131.11.c.d

donata à patre filio emancipato, quatenus ſint ab ipſo filio conferenda. 161.13

dos an poſsit augeri, vel minui. 128.7.e

dos æſtimata quatenus vſucapi poſsit. 198.2

dos inofficioſa quæ. 54.1

dos per ſtipulationẽ promiſſa qua actione petatur. 132.a

dos nuda pollicitatione conſtituta an peti poſsit. ibid.3

dos promiſſa à patre ſimpliciter, vel promiſſa ex rebus paternis, & maternis, vel aduentitiis, à quo, & ex quibus bonis ſoluenda ſit. ibid.6.e

dos promiſſa quando ſoluenda 311.2

dos quando per rei vendicationem à muliere recuperari poſsit. 133.30

dos quas pactiones admittat vel non admittat. 134. 1. 3. 8. a. b. quo tempore pactiones admittat. 134. 2. 6.7. pactione mutabilis. 135.5. ex pacto quando reddenda. 135.4

dos quid ſit. 132. 1. quomodo conſtituenda ſit à tutoribus & curatoribus. ibid.5.

dos ſi conſtante matrimonio ſoluta fuerit, quomodo contingat liberatio. 138.1

dos ſoluta quando repeti poſsit. ibidem 2

dos ſine matrimonio nulla eſt. 128. 1.2

dos vxoris vel filiæ quando veniat præcipienda in actione pro ſocio. 110 32

dotis actio cui danda. 138.2

dotis actio in quem per emãcipationem filiæ tranſmiſſa videatur. 138.4

dotis

dotis æqualitas in quib. ſeruāda. 332.1.2
dotis alienatio quomodo differat ab alienatione donationis propter nuptias. 333.2
dotis collatio quomodo faciēda ſit. 162.17. collationem faciendam eſſe tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, niſi pater eam fieri vetuerit. 172.20
dotis condictio cui competat non ſecuto matrimonio, & quid eo ſecuto. 82.8
dotis fideiuſsio quando teneat, vel non. 138.1.3. fideiuſſor cur non detur. ibidem 2
dotis inofficioſæ querelæ quatenus locus. 54.2.3
dotis legatum, ſiue prælegatum quando teneat, & quatenus. 314.1.3
dotis lucrandę pactum de morte ad monachatum extendi. 2.9
dotis lucra quæ coniunx ſuperſtes perdit per trāſitum ad ſecundas nuptias, ad quos pertineant. 331.6
dotis lucræ quibus ſeruanda. 338.1.2
dotis non numeratæ exceptio quando competat, vel non. 135.2
dotis non numeratæ exceptio: vide Exceptio.
dotis non numeratæ exceptionem intra quod tempus obiicere maritus poſsit. 101.7
dotis priuilegiū, quod habet mulier inter hypothecarios creditores. 212.2
dotis priuilegium in quos trāſmiſsibile. 212.3
dotis promiſsio facta à muliere minore xxv. annis vltra vires patrimonij an & quatenus valeat. 34.1. à muliere maiore ibid.2
dotis promiſsio facta à muliere in tempus incertum, puta, cùm morietur, an valeat. 132.7
dotis nomine quæ res dari poſsint. 133.19.e
dotis euictæ periculum ad quem ſpectet. 133.20
dotis deterioris redditæ periculum ad quem pertineat. ibid.21
dotis inæſtimatæ augmentum ad quem pertineat. ibid, nu.22
dotis fructus ante nuptias perceptos conuerti in dotē, & an id ſit perpetuum. 133.23
dotis æſtimatæ commodum & incommodum contingens poſt cōtractum matrimonium ſpectare ad maritum. 133.g.h
dotis promiſsio quæ priuilegia habeat. 132.4
dotis promiſsionem conſtitutam in arbitrium promittentis tenere. ibid.5.b
dotis promiſsionem valere, non expreſſa certa quantitate. 295.2
dotis repetendæ capita. 138.1.2
dotis ſoluendæ cauſæ. 158.1
dotis titulum non eſſe lucratiuum. 156.4
dotē æſtimatā vſucapi, niſi erretur. 198.1
dotem aliam eſſe profectitiam, aliam aduentitiam. 152.3
dotem quis conſtituat ex voluntate, & quis ex neceſsitate. 132.4.& 133.a
dotem promitti poſſe marito cum adiectione alterius perſonæ, & quid operetur talis adiectio. 132.nu.6.& 133.b
dotem an poſsit promittere pater, vel extraneus pro muliere mortis ſuæ cauſa. 132.8 traditione poſſe conſtitui: & cui fieri debeat traditio. ibid.9. acceptilatione poſſe conſtitui: & an non ſecutis nuptiis præiudicetur accepto ferenti. ibid.11. remiſsione ſimplicis debiti poſſe conſtitui, & quomodo. ibid.13
dotem delegatione poſſe conſtitui, & quomodo. 133.15
dotem aut donationem propter nuptias alienare marito nō permiſſum, neque volente quidem vxore. 33.1
dotem conferre quæ filiæ cogantur, & quibus. 319.2
dotem mortuo patre ſola filia, & præmortua filia an ſolus pater petat. 138.3
dotem nullam intelligi ex coniunctione earum perſonarum, inter quas non conſiſtit matrimonium. 129.15
dotem, quam parens ſuperſtes lucratur, ſeruandam eſſe filiis eius matrimonij, etiamſi parens non tranſierit ad ſecundas nuptias. 131.19
dotem vxoris filij, quam pater recepit, quomodo filius ex patre hæres præcipiat. 67.20
dote data, & pacto de ea lucranda interpoſito, ſi nulla donatio propter nuptias facta fuerit, quomodo conſulatur mulieri. 128.9
dote nurus filio legata falcidiam de toto legato detrahi. 314.3
dotibus qui ſatisfiat. 337.1.2
dotale fit etiā quod debetur, & qui. 139.5
dotale prædium: vide, Prædium.
dotalis fundus: vide. Fundus.
dotalis res mobilis an poſsit alienari. 139.13.
dotalium rerum conſtante matrimonio dominum eſſe maritum. 135.30
dubietas circa quæ verſari ſoleat. 316.1.2. in quibus emergere ſoleat ratione verborum. ibid. 2. quomodo interpretando. ibid.3
duodenarius numerus ſuperabundans. 9.8
duplæ ratio quomodo ineatur ob rem euictam. 232.13
duumuiri & triumuiri vnde eligi ſoleant. 248.5

E

ECcleſia quot modis dicatur. 4.2
eccleſia, perſona ad ſeruiēdum Deo conſtituta. 4.5
eccleſia mater fidei & religionis. 4.1
eccleſia dicta collectio fidelium. 4.4
eccleſia quæ munera quæque onera ſubeat, & quæ non. 4.nu.8.9.10.& 11.e
eccleſia in rebus venditis & donatis habet vtilem rei vendicationem. 4.6
eccleſiæ ſeu templi varia priuilegia. 4.3
eccleſiæ in præſcriptionibus, item retinendo, & admittendo, ſeu alienando, vel non alienando res ſuas, priuilegia 4.num.11.12.13
eccleſiæ rei alienatio quibus caſibus teneat. 327.3 328.9
eccleſiæ rem alienantis malè, pœna: & quomodo eam euitare poſsit 328.*.ij
eccleſiæ rem emeos aut per aliam alienationem accipiens, qualiter puniatur. 328.10
eccleſiæ rem recipientis contra debitam formam, pœna. 328.*
eccleſiæ res quatenus in emphyteuſim dari poſsint 327.14.7
in Eccleſiæ rerum venditione quorum requiratur conſenſus 328.*.ij
eccleſiæ rebus præter formam iuris alienatis contra quos, & quomodo eccleſia aget 328.* ij.
eccleſia donata inſinuationem non requirere 27.11.2
eccleſiam nemini pœnitenti gremium claudere 6.3
eccleſiam ſeu templum alienari nullo modo poſſe 4.3
eccleſiam Romanam centum annorum gaudere præſcriptione. 329
ad Eccleſiam confugientes qui recipiantur. & qui quomodo puniantur 7.2
in Eccleſiis tributa exigi poſſe 7.4
in Eccleſia tumultum mouentes quomodo puniantur 7.1
eccleſiæ duæ vnum epiſcopum in ſolidum habere poſſunt: non contrà duo epiſcopi vnam eccleſiam 267.2
eccleſiarum bona quorum ſint 328.* 1
eccleſias ne faciant laici 333.1
in Eccleſiis non ſepelienda humana corpora 4.3
eccleſiaſtica qui alienanda 332.2
eccleſiaſticæ rei venditio quatenus prohibita ſit 327.2
eccleſiaſticæ rei hypotheca quatenus prohibita ſit 327.2
eccleſiaſticæ rei emphyteuſis vel alienatio quomodo, & ex qua cauſa procedere poſsit 340.1 2
edictum Æditium in quibus locum habeat 120.4
edictum de calumniatoribus quando locum habeat 307.1
edictum de eo, per quem fact. quo minus quis iudi. ſiſt. quando locum habeat. 307. 1. cui, in quem, & ad quid actionem pariat ibidem. 2
edictum de interrogationibus in iure faciendis, quando locum habeat 310.1
edictum, nautæ, caupones, ſtab. quando locum habeat 308.1
edictum principis quomodo lex dicatur. 8. 2. quomodo à conſtitutione principis differat, ibid.3. quid ſit, ibidem.4.
edictum, quod quiſque iuris in alterum, &c. quando locum habeat 305.1.3
edictum ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, &c. quando potiſsimum locum habeat, 178.1.2. quando ceſſet ibidem, 3. quibus ſuccurratur ibidem, 4
edictum, ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, &c. cuiuſmodi actionem pariat, & ad quid 178.8
edicti de interrogationibus faciēdis beneficium quale ſit 310.5
edicti quod quiſq; iuris in alt. &c. beneficium quod ſit, & quibus detur. 305. 4.5. contra quos competat ibid.7
edicta ciuitatum pœnam interminantia

an & quatenus valeant. 258.6
edictorum quã variæ ſint ſpecies. 299.30
edere actionem quid. 16.5
editio qua actione petatur. 17.20
editio qualiter fieri debeat in actionibus vniuerſalibus. 16.6. quomodo fiat in generalibus. ibid. 7. in perſonalibus quo pacto facienda. 16.9. qua de cauſa editio fiat. ibid. 11. quomodo fiat. 16 12. 17. 2. rationum qualiter fiat. 17. 19 inſtrumẽtorũ, quo ad cauſam iudicij iam cœpti fit iudicis officio 17. 22. de quibus rationibus ſeu inſtrumentis fiat. ibid. 23. actorum factorum in iudicio, quo remedio petatur fieri. ibi. 24
egiſſe ſubinde quis ipſe cenſetur, quod per alium egit. 2.14
electio in alternatiuis an poſsit reo auferri. 51.6
electio per pecuniã facta quomodo corrigenda 10.5
emancipatio quid ſit, & vnde dicatur. 232.1. qualiter fiat. ibid. 2
emancipationis quæſtionẽ poſſe moueri etiã poſt quinquẽniũ à morte eius, de cuius emãcipatione quæritur 195.2
emancipationem non fieri ſine ſcriptura 233.4.
emancipationem quæ reuocent, vel non 233.1.2
emancipatus an teneatur conferre legatum, quod ei relictum eſt, cùm moreretur pater eius 161.12
emancipatum non cogi conferre ea, quæ ſibi acquiſita ſunt poſt mortẽ patris communis 161.11
emancipati an & quando inter ſe conferant. 161.3. quare ſuis conferant. ibid. 4. quæ debeant conferre ſuis 161.7.10
emancipatorum & ſuorum differẽtiam hodie eſſe ſublatam, quatenus verum ſit 162.22
emendans factũ ſubtiliter ipſo primo inuẽtore laudabilior. 2. nu. 2. & 9. nu. 9
emere qui prohibeantur 113.1.2
emens aliquid mãdato alterius ad quid teneatur mandatori. 107.22
emens nomine ſuo pecunia aliena, quærit ſibi 118.6.a.b
emens rem alienam à non domino, ſi eã vendit, ad precium non tenetur 27.5
emens rem ciuitatis, non ſeruata ſolennitate requiſita, qualiter puniatur. 269.3
emens rem ſingularem à fiſco vendente vt ſuam, quanto tempore præſcribat eam aduerſus dominũ rei 201.2.4
ementis nomine aliena ſcientia an & cui noceat. 121.25
ementi à debitore reipub. alienatione reuocata, quomodo conſulatur 271.5
emi ſimpliciter, & ſuis numis diſaidere. 108.8
emptio mirabilis in pecunia & opera cũ ſumptu. 124.2
emptio rei ſuæ an valeat. 111. 12. quibus caſibus reddatur nulla ob diſſenſum vel errorem contrahentium. ibid. 13. & 112. 2. quibus modis poſsit dici perfecta 112.19
emptio rerum eccleſiaſticarum quando & quomodo procedat. 4.11
emptio quomodo contrahatur per nuncium. 117.2
emptionem ſolo cõſenſu contrahi 111. nu. 1. & requirere conſtitutionem precij in certa quantitate, non in ſpecie. 111. 2. contractam cum ea perſona, cuius adminiſtrationem habet emptor, non valere 112.21
ab Emptione contracta an & quando recedi conſenſu vtriuſq; partis poſsit re integra 114.2
emptor ad quid reſtituatur per actionẽ redhibitoriam. 121. 17. quæ præſtare debeat. ibid. 18
emptor cum pacto adiectionis in diem an & cui teneatur reſtituere fructus perceptos, ſi melior cõditio ſit allata venditori 119.11.17.e
emptor fundi, ex quo venditor promiſerat ſe præſtiturũ aliquot modios frumenti prædiis Caij, Seij, an teneatur ad præſtationem illius frumenti. 295. 5
emptor hæreditatis an ſemper poſsit conueniri vtili petitione hæreditatis. 56.25
emptor hæreditatis quatenus teneatur venditori pro iis, quæ venditor ſoluit occaſione hæreditatis. 113. 12. quare creditoribus hæreditariis non teneatur vtilibus actionibus, cum habeat vtiles actiones aduerſus creditores hæreditarios. 113.16
emptor malæ fidei quos fructus reddat. 247.1
emptor non ſoluens precium ex quo tẽpore teneatur ad vſuras. 117.32
emptor quando cenſeatur deceptus vltra dimidium iuſti precij. 114. 4. qui decepit venditorem vltra dimidium precij, an re perempta teneatur ad iuſtum precium ſupplendum. ibid. 6
emptor quando & quã efficiatur dominus. 116.5
emptor qui ſoluit tributa pro tempore præcedenti, emptionem repetit à venditore. 115.3
emptor ſi lite pendente in redhibitoria, rem controuerſam alij vendat, quid iuris. 122.1
emptor ſciẽs rem eſſe minoris, nunquam poteſt eam vſucapere. 152.2
emptoris hæredes an & quatenus agere poſsint redhibitoria, vel quãto minoris actione. 121.29
emptori an noceat mala fides tradentis, quo minus longo tempore præſcribere poſsit 200.7
emptori decepto vltra dimidiũ iuſti precij quomodo ſuccurratur 114.2.2.
emptori hæreditatis quæ actiones competant, ceſsione actionũ ei facta à venditore. 112.4
emptori pignoris, re euicta, cedenda hypothecaria. 232.2
emptori quæ remedia competant contra euincentem. 232.15
emptori quando proſit tempus venditoris ad cõplendã vſucapionẽ 197.29
emptori redhibitoria agenti quando imputetur culpa 121.26.28
emptorem malæ fidei eum eſſe, qui contra interdicta legum mercatur. 273.8
emptorem rei, quæ ſpectat ad minorem, etiam ignorantem rem eſſe minoris, nõ poſſe vſucapere durãte minori ætate: poſt minorem ætatem poſſe 152.1
emptores rerum debitoris ciuitatis, vel alio titulo eas poſsidentes, quatenus teneantur ipſi ciuitati 269.5
emptum mea pecunia, an ſit mihi tacitè obligatum 221.9
emptum quibus caſibus quæratur ei, cuius pecunia emptum eſt 118.7
empti actioni ſpeciale 148.9
empti ſeu ex empto actio: vide, Actio ex empt.
emphyteuſis quid ſit, & in quibus conſiſtat. 126.1. in quibus differat à venditione & locatione ibid. 14
emphyteuſis rerum eccleſiaſticarũ quomodo procedat 4.11
emphyteuſis, vel alia quæuis alienatio rei eccleſiaſticæ quomodo, & ex qua cauſa procedere poſsit 309.11.310.2
emphyteuſis natura qualis ſit. 126.4.6.b
emphyteuſim contrahi & ad tempus, & in perpetuum 126.3
emphyteuta, fructuarius, & vaſallus quomodo poſsideant: & quid ſi aliis locent, vel in emphyteuſim concedant, an aliquam apud ſe poſſeſsionem retineant. 199.16.17.21
emphyteuta, qui promiſit pœnam ſi ceſſaret in ſolutione contractu manente firmo, an ſi ceſſauerit, ac propterea offerat pœnam, poſsit nihilominus expelli à domino. 126.7. an poſsit hoc quod melius reddidit, alij vendere, & quam ſolennitatem hac in re obſeruare eum oporteat. 126. 9. ſecundus qui vult ius ſuum in alium transferre, an requirere debeat voluntatem eius emphyteutæ, à quo cauſam habet, an verò primi domini. 126. numer. 11. quomodo poſsideat, quomodo itẽ dominus, qui dedit in emphyteuſim 126.13
emphyteuta vt poſsit expelli ob non ſolutum canonem, quanto tempore ceſſaſſe eum oporteat in ſolutione: & ad quid teneatur qui ea cauſa eſt expulſus 328.8
emphyteutam ceſſantem in ſolutione penſionis an, & quantum poſt tempus dominus expellere poſsit 126. 6.
emphyteutam poſſe donare, atq; etiam pignori dare meliorationes ſuas, irrequiſito domino 126.10
emphyteutam poſſe de euictione agere. 231.7
emphyteuticæ rei maiori ex parte peremptæ periculum ad quem ſpectet. 126.5
emphyteuticus contractus quid ſit, & in quibus conſiſtat. 126.1. quomodo celebretur. ibid. 2. 2. cuiuſmodi actionem pariat 126.12
enucleari cur ius dicatur 9.2
epiſcopatus dignitas filium liberat patria poteſtate. 335.2
epiſcopatum adeptus per pecuniã quomodo puniendus. 5.nu.5.6
epiſcopalis audientia ſeu iuriſdictio in quibus & quomodo locum ha-

beat. 6.nu.1.2
epiſcopalis vitæ modus. 341.2
epiſcopus apud quem conueniatur 5.13
epiſcopus à ſuo maiore legitimè citatus, vt ſit puniendus, ſi non venerit. 327
epiſcopus conſecrandus quid facere debeat. 5.nu.5
epiſcopus corã quibus litigare debeat, & quo ordine 327
epiſcopus electus vbi eſſe debeat ibid.
epiſcopus neq; vxorem, neq; concubinã habere debet 5 4
epiſcopus quorum curã habere debeat 6.2
epiſcopus ſui iuris, & in quibus quomodo teſtari moriens poſsit. 5.19
epiſcopus vnde dicatur 5.1. & 327.1
epiſcopi ordinatio quo pacto fiat 5.nu.2. & quomodo confirmatio. ibid.nu.7
epiſcopo eligendo qui adſint 341.1
epiſcopo quæ priuilegia concedantur 5.nu.8. & fol.6.e.f.
epiſcopo quæ obſeruanda, quæq; cauenda præſcribantur. 5.7
Epiſcopo ad quem & quomodo appellari poſsit 5.13
in Epiſcopo eligendo quæ conſiderari debeant. 327.2
epiſcopi duo vnam eccleſiã ſimul in ſolidum habere non poſſunt 267.2
epiſcopis omnis mulierum conuerſatio eſt interdicta 6.22.h.i
epiſtolam iudicis non habere authoritatem rei iudicatæ. 206.1
Eremodicijus 51.9
Ergolaborum pactiones illicitæ 122.1.3
ergolabi qui dicantur. 122.4
Erro quis dicatur 153 2
erro quis 120.11
Error quid 9.2
error aduocatorum, vel libellos ſcribentium, quibus, quomodo præiudicet. 22.nu.2.4.
error an & quando excuſet contrahentes vetitas nuptias 129.3
error an & quãdo noceat appellanti aliũ iudicem pro alio 208.24
error calculi quãdo viciet acta, vel nõ 21
error facti vel iuris quibus, & in quibus cauſis proſit, vel non noceat 10.9
errorem aduocatorum in facto quẽ quomodo iudex ſupplere debeat 23.1 4
errorẽ in nomine proprio nõ viciare hæredis inſtitutionem, & quid ſi errarũ ſit in conditione perſonæ 165.11
errorem iuris ab aduocatis admiſſum iudex ſuplere debet 23.1.2
errorem veritati non obeſſe 194.2
&, copulæ vis 108 5
Euangelia debere eſſe præſentia apud iudicem à principio cauſæ vſque ad finem 45 20
Euictæ rei nomine quæ remedia competant 231.10
euictio quid ſit. 231.1.an competat nomine eius, qui noxæ deditus eſt. ibid.5
euictionis nomine quis agere poſsit 231.2. agãtne cõmodatarius & depoſitarius: & quid in conductore. ibi. 6. pro quibus rebus agi poſsit 231. 8. inde.
euictionis nomine non agi inter cohæredes pro rebus à patre diuiſis 67.31
euictionis rei venditæ periculum ad quẽ ſpectet 115.10
eunuchum vetitum facientis pœna 113 3
eunuchi qui 113.1
exactorum nomina varia, & cur. 250.2
exactorum officium 250.1
exactorum pœna 249.2
exceptio quid ſit 868.1. declinatoria iudicij quando opponi poſsit 225.7
exceptio dilatoria quomodo repellat agentem ante diem. 302.1
exceptio doli datur dolum paſſo. 302.4. eſt generalis ibid.5
exceptio Macedoniani: vide, Macedoniani except.
exceptio non numeratæ dotis cui & in quem data. 338. 1. quando competat. ibid.2
exceptio, per quam tollitur obligatio, ex quibus cauſis competat 296.1
exceptio quod metus cauſa datur, cui datur ipſa actio. 30.nu.22.1.
exceptio rei cum alio iudicatæ vt alteri proſit, quando eædẽ perſonæ eſſe cenſeantur 323.5
exceptio rei iudicatæ an obſit petenti vt cognoſci poſsit, quando eadem res peti dicatur. 113 2
exceptio rei iudicatæ vt locum habeat, quæ requirantur 323.3. & 4
exceptio rei venditæ & non traditæ quãdo locum habeat, & cui detur 311.1.2
exceptionis non numeratæ pecuniæ præſcriptio quæ ſpecialia habeat 39. nu. 5. & 40. b
exceptionem fori dilatoriã opponi non poſſe lite conteſtata 51.2
exceptionem non numeratæ dotis intra quod tẽpus maritus obijcere poſsit. 101.7
exceptionem non numeratæ pecuniæ in actionibus perſonalibus, etiam locũ habere in rẽuentione pignoris 225.1
exceptiones quando ſint ab accuſato aduerſus accuſatorẽ proponẽdæ 236.9
exceptiones quando ſint proponendæ in cauſa adulterij 238.11
exceptiones quæ ſint, de quibus dubitatur, temporaléſne ſint, an perpetuæ: & qua ratione dubitetur. 225.3. dilatoriæ quando opponi debeant, & quando probari. ibid.6. perpetuę & peremptoriæ quando opponantur. ibi. 8. à quibus opponi poſsint. ibid.9
exceptiones quibus caſibus proponi & probari debeant 87.18
exceptionũ alias eſſe perpetuas & peremptorias, alias temporales & dilatorias. 225 2 quaſdam eſſe odioſas, quaſdam fauorabiles: item aliquas inductas eſſe ad rigorẽ iuris, aliquas propter æquitatem. ibid.4. alias eſſe in rẽ. alias in perſonam. ibid.5
excluſum à capite, Vnde liberi, poſſe ſibi ipſi ſuccedere ex capite, Vnde agnati, & an tunc excludat cæteros agnatos 159.3
excõmunicans aliquem ſine cauſa qua pœna puniendus. 5.7. & 6.d
excuſandus à tutela, qui reipublicæ cauſa eſt abfuturus 16.1
excuſantis ſe iniuſtè à muneribus, vel excuſationem ſuam non probantis pœna 258.5
excuſatio à muneribus quibus illicita. 259.2.3
excuſatio à muneribus vt proſit, quo tẽpore quis eam habere debeat 258.3
excuſatio à muneribus ratione paupertatis alicui conceſſa, quando euaneſcat 259.2
excuſatio à tutela per morbũ ſeu caſum corporis 151.1. quomodo hęc vox hic accipienda ibid. 2
excuſatio à tutela propter ætatem. 152. 1. propter numerum tutelarũ. ibid. 1. 2. propter numerum liberorum. 150.1.2
excuſatio munerum qualiter proponenda. 258.1
excuſatio munerum quid ſit. 258.1
excuſatio tutoris vel curatoris quid ſit. 150.1
excuſatio veteranorum à tutela 150.1.2.3
excuſationis tutorum cauſæ inualidæ, 150.2 tempora. ibidem.3.5.a. temporis à loco ſupputandum. ibidem.4. forma. ibidem. 6. cognitio an delegabilis. ibid.7. cauſæ variæ. ibid.8
excuſationem à legationis munere qui mereantur 261.3
excuſationem veram non ſufficere, niſi etiam ſit iuſta 150.2
excuſationes tutorum quæ non iuuent. 150.1.2.
excuſationum variæ ſpecies 258.4
excuſationes duas imperfectae nihil prodeſſe 258 6
de Excuſationibus munerum, & immunitate ab iis nemini concedenda, Titulorum diſcrimen 258.1
Executio rei iudicatæ à quibus fiat. 1. per quos, ſeu quorum miniſterio fieri debeat. ibid.3. in quibus rebus fieri debeat, & quo ordine. ibid.4. ſententiæ latæ in rei vendicatione quando fiat. 206.
executione ſententiæ facta in certis rebus, ſi moueatur de eiſdem rebus cõtrouerſia ab alio, quæ ſint partes iudicis 206.5
executor, cui falsò narramus, an litem redintegret 12.7
executor quis 206.3
executor quis propriè dicatur. 45.1
executores à quibus ordinentur. 45.2
executoris officium quale ſit. 45.3
Exemplo inſtrumenti an fides adhibeatur non ſecus, atque ipſi inſtrumento authentico. 340.4
Exercitor nauis quis dicatur. 94.3. quando teneatur. ibid. 4. quibus caſibus non teneatur. ibid.6.8
exercitor nauis, cauponæ, ſtabuli quatenus teneatur de dolo vel culpa eorũ, quorum opera nauem, vel cauponã, vel ſtabulum exercet. 297.5. quatenus teneatur de receptis ibid.6
exercitoria actio quibus detur. 94.1. 95. 2. quatenus detur aduerſus plures. 94.5. 95. b. c. qualis ſit, & an detur hære

hæredibus & in hæredes. 94.9
exercitoria actio quib. detur,& in quos: & ex quibus edictis exercitores poſſint conueniri. 297.7
exhæredare quid ſit.169. 2 qui poſſit. ibid.3.nominatim quid ſit ibid.6
exhæredarij qui poſſint.169. 4. deſcendētes nominatim tantùm poſſe.ibi.5. filios puréne,an etiam ſub conditione poſſit ibid.7
exhæredatio quando cenſeatur facta ab omnibus gradibus hæredum. 169.9 quando poſſit fieri ab vno gradu. ibid.10
exhæredationis cauſæ quot & quæ ſint, ſiue fiat ab aſcendentibus, ſiue à deſcendētibus,ſiue à collateralibus 339.3 exhæredationis vel præteritionis cauſam debere exprimi.169.11.cauſę omiſſæ effectus quis ſit 169.12
exhæredationem in deſcendentibus nominatim faciēdam eſſe.169.5.fieri debere à tota hæreditate,non à re vna: & ab omnibus hæredibus,& ab omnibus gradibus ibid 8
exhæredatis vel præteritis liberis quæ remedia competant 287.1
exhibere quid ſit. 72.1.73.2.& 218.4
exhiberi quæ peti poſſint 72.5
exhibitio cur & cui neceſſaria. 72.3.b. quo loco fieri debeat, & cuius ſumptibus. 73.17. qui facienda. 73. 18.9.
exhibitio tabularū apud quem,& quando ſit facienda. 218.4
exhibitio teſtamentorum aut aliorū inſtrumentorum quo iure fiat 172.1
exhibitionis nomine quid plerumq; contineatur 72.2
exhibitionis non factæ vtilitates 73.10
exhibitionem fieri ex iuſta & probabili cauſa quomodo intelligendum 72.9
in Exhibitione quomodo libellus concipiendus 72.4
pro Exhibitione quæ actiones proponantur 72.6.8
pro Exhibitione inſtrumenti quomodo agat debitor 72.7
exigens alium pro alio qua pœna afficiatur 276.1
exigens vi aliquid ab alio nomine alterius,qua pœna puniatur 85.3
expenſæ eccleſiarum qualiter fieri debeant 327
expenſæ quæ à reo præſtandæ 205.2.2
expenſæ in hæredit. vide Impenſæ.
expenſarum ratio,quomodo gratia iudicū delegatorum ſit ineunda 45.6.7.2
expenſas victus victori quādo reſtituere cogatur 44.16
exportari quæ res non debeant 113.1.2
expoſitionē filij vel ſerui non obeſſe inuitis vel ignorantibus dominis ſeu patrib.ſed ſcientibus 233.1.2
expoſiti quo beneficio iuris donentur. 233.2
expoſitos ſuſcipientium præmiō 233.4
expulſo qua ratione prouideatur, ſi res partim erat ipſius expulſi,partim aliena 216.24
expulſum è poſſeſſione poſſe in continēti propria authoritate eum recuperare:& quomodo accipiendum ſit in cōtinenti 215.2
exterus ſeu externus quis 108.1
extraneus, circa dotes, quis dicatur. 135.9
extraneus quid à patre differat 134. 6. 7.c.
extranei quos, an, & quando alere cogantur. 139.4

F

FAbianam actionem iuramentum in litem admittere 148.10
fabricenſes qui 189.3
fabricenſes qui dicantur. 266.1. vbi, & quomodo,& qui eligi debeant.ibi.3. delinquentes quomodo puniantur. ibid.5
fabricenſium officium quale ſit. 266. 2. priuilegia quæ ſint 266.4
facio vt des, & do vt facias, contractus qua ratione diſcernantur 123.13
facere ſubinde quis ipſe cenſetur, quod per alium expediuit 2.14
factum ſuum quibus caſibus non poſſit quis reuocare,licet nō teneat 273.10
facti error quibus in cauſis nō obſit 9
facti ignorantia quæ probabilis aut improbabilis 9.4.inde,& 10.2.b
facto homicidium quot modis committatur 239 *
facta cuiuſmodi recipiant diuiſionem 227
falcidia cur inducta 291.1
falcidia quid 324.5
falcidia quot modis dicatur ibid 6
falcidia quota pars ſit 324.6
falcidia in quibus ceſſet 325 10
falcidia quibus caſibus ceſſet 340.7
falcidia quibus deductis computanda ſit.317.4.quomodo detrahenda.ibi.5
falcidia vnde dicatur. 183. 1.quando locum habeat.col.ead.2.de quibus relictis detrahatur.ibi.1.& 184.2.locumne habeat in mortis cauſa capionibus.183.4.quomodo ex legatis diuiduis detrahatur,quomodo item ex indiuiduis.ibid.14 quatenus locum habeat in legatis relictis in diem,vel ſub conditione 184 23
falcidia vt locum habeat,quæ requirantur 324 9
falcidiæ appellatio quomodo accipiatur in Auth.de hæred.& Falc.ibid.8
falcidiæ beneficium quibus conceſſum ſit.183.6.rationem ponendum eſſe in ſingulis hæredib.ibid.10 ponendę ratio qualis ſit,ſeu quæ deduci debeant prius quàm detrahatur falcidia.ibid. 11.13.& 184.detractio quomodo fiat 183.15.18.imputari retentiones omnis temporis,quomodo ſit intelligendum.ibid.17.ratio vt ineatur,quo tēpore ſpectandum ſit,quę bona ſint in Hæreditate.ibid.18. imputari ea dūtaxat quæ iure hæreditario capiuntur.184. 27.quomodo imputētur ea,quæ data ſunt cauſa conditionis implēdę.184. 22.detractio quibus caſib. ceſſet ibid. 30.& col.ſeq.31.d.
falcidiam vnam ſeruari in bonis patris & filij,vbi hæreditas ad aliquem peruenit ex ſubſtitutiōe populari 184.25
falcidiæ plures poſſíntne alicui competere 324.7
fallacia in mentiendo qualiter admittatur 30.2
falſum quid ſit.241.1.quibus modis committatur in moneta.ibid.4.quàm multis modis cōmittatur. ibid.3.6
falſum teſtantes clerici quomodo puniantur. 5.18
falſi accuſatio criminalis qua ratione procedat 241.11
falſi in moneta cōmiſſi pœna. 241.4
falſæ monetæ crimen multa habere ſpecialia 241.2
falſæ monetæ accuſatio quando locum habeat.241 1.pœna. ibid.
falſatores monetæ qua pœna puniātur. 265.6
fama quid.231.quomodo minuatur ibi.2
familia tota delinquente,quomodo ſuccurratur domino, ne ſingulos cogatur noxæ dedere. 71.22.72.8
familiæ appellatione qui contineantur. 121.18.& 122.f.g.
familiæ erciſcundæ actio quare ſic dicatur.66.1. directa quibus competat. 66.2.68.a.b. vtilis quib.detur.66 3. directa an competat bonorum poſſeſſori. ibidem.4. actio hæc ad quæ competat, ſeu quæ veniant in eam. 66.5.7.10.12.67.23. an debeat intendi inter omnes hæredes, an verò poſſit inſtitui inter quoſdam ex eis etiam numero pauciores. 67.28. an locum habere poſſit inter eos, qui non ſunt cohæredes. ibidem. vt intendi poſſit, non diſtingui,poſſideátne is, qui conuenitur,an non,licet in perſona eius, qui agit, diſtinguatur. 67.30. qualis actio ſit. 68.35.g. actionem eſſe duplicem,& quare.ibidem.33. non poſſe moueri niſi ſemel, & an id ſit perpetuum. ibidem.34
familiæ erciſcundæ actionem apud eundem iudicem tranſigendam 310.1
familiæ erciſcundæ iudicium conſtare ex rebus, & perſonalibus præſtationibus 67.22
familiæ erciſcundæ & communi diuidundo actionibus quæ ſint communia 70.1.2
Famoſum ob carmen damnatum inteſtabilem eſſe: & quomodo id ſit intelligendum 163.10
Fatales dies appellationi præſtituti quare ſic dicantur 209.2
Fauiana actio vtilis quando habeat locum 157.9
fauianam actionem dari patrono hæredi ad reuocandum alienata per libertum 157.7
fauore alicuius ſtatutum, contra ipſum interpretari non debet 8.15
Federici leges quomodo Authenticorū libris ſint inſertæ.324. in proœ.
fera. vide, Animalia.
feræ nocumentum quando quiſq; præſtet 272.2
feras venari licet. 272.1
feras in ciuitatibus, vel iuxta vias præter vel vltra præſcriptum modum ac tempus collocantium pœna ibid.2

feriarum variæ etymologiæ, ſpecies, ſingularúmque vſus, & effectus pro negociorum diuerſitate. 48
fides noſtra catholica qualis 3.5
fides quid & quot modis dicatur 3.3.b c
fides ſpontanea non coacta eſſe debet. 7.2.
d: m ſuam tacitè teſtatori accõmodans de reſtituenda hæreditate vel legato quibus caſibus excuſetur. 174.24
de Fide diſputatio alia puniéda, alia laudanda 3.7.8
fideicõmiſſariæ libert. vide, Liberta.
fideicõmiſſariam hæreditatẽ non tranſmitti nec ad ſuos quidem fideicõmiſſario decedente ante euentum conditionis 185.2
fideicõmiſſarius an poſsit vti quartæ retentione. 182.26. cui reſtituta eſt hæreditas, an ſolus agnoſcat onera legatorum, an verò hęres, qui reſtituat, teneatur ad ea pro ratione ſuæ quartæ. ibid. 29
fideicõmiſſarius generalis an, & quando poſsit detrahere Falcidiam 183.7
fideicommiſſario incapaci ſe deferenti, quam vtilitatem afferat ſui delatio. 250.2.
fideicõmiſſarium vniuerſalem nõ habere rei vendicationem, nec item dominium, hæreditate ſibi nondum reſtituta 182.19
fideicõmiſſariis ſuccurri contra legatarios, qui id egerunt, vt omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſsideretur hæreditas 178.6
fideicõmiſſum vbi peti oporteat 51.1
fideicõmiſſum an, & quando inducatur, ſi teſtator dixerit ſolutam ſibi eſſe pecuniam debitam à debitore. 180.8
fideicõmiſſum aliud eſſe tacitum, aliud expreſſum, & quando dicatur fideicõmiſſum tacitum 179.3
fideicõmiſſum coniugib. nõ vetari 136.6
fideicommiſſum extingui morte fideicommiſſarij, nec tranſire ad eius hæredem. 182.11
fideicõmiſsi appellatio quibus hodie cõueniat, quib. nõ conueniret nomen legati 179.1
fideicõmiſsi conditionalis dies quando cedat 1221.2
fideicommiſsi reſtitutio cui facienda ſit 182.15
fideicommiſſo poſsit ne quis grauari, vt aliquẽ hæredem inſtituat 177.50
fideicõmiſſa & legata, item data conditionis implendæ cauſa, an & quando imputentur in quartam 181.24
fideicõmiſſa vel legata reſtitutioni ſubiacentia, alienari non poſſe 179.2
fideiubere quæ perſonæ poſsint 229.4
fideiubens ſub pœna ſe intra certum tẽpus exhibiturũ reum in iudicio, quãdo demũ efficaciter teneatur ad pœnam 210.17
fideiuſsio quomodo fiat 229.5
fideiuſsionem remitti epiſcopo 5.8
fideiuſſor quis dicatur. 325.1. an & quando conueniri poſsit ante reum principalem. ibid. 4.
fideiuſſor cõuẽtus iurat de calũnia. 25.18
fideiuſſor & conſimiles perſonæ qua actione agant aduerſus eum, pro quo intercesſerunt, & quibus caſibus denegetur eis actio 107.28.e
fideiuſſor eius, qui indebitam pecuniam promiſit, ſoluens pro eo, an repetat, & qua actione 81.24
fideiuſſor qui conſtituit ſe principalem debitorem, an poſsit primo loco conueniri 328.6
fideiuſſor quis propriè dicatur. 229.1. pro quibus perſonis poſsit intercedere 229.3. quomodo accipiẽdus in obligatione, quæ continet factum indiuiduũ 229.7. an poſsit cõueniri ante excuſſum principalem debitorem. 230.16. iudicio ſiſtẽdi cauſa acceptus poſt quantum liberetur. 230.18
fideiuſſor & conſimiles perſonæ qua actione agant aduerſus eum, pro quo intercesſerunt, & quibus caſibus denegetur eis actio. 107.28
fideiuſſor, qui omiſit exceptionem ſibi competentem cùm conueniretur, an poſsit agere contra reum pro quo fideiuſsit & ſoluit. 107.29. cui à creditore remiſſa eſt actio donãdi cauſa, an habeat actionem mandati contra reũ principalem 107.30.108.f.
fideiuſſor iudicio ſiſtẽdi cauſa acceptus qua actione teneatur, & ad quid, & quando poſsit conueniri. 306.5
fideiuſſoris appellatio quàm latè pateat 229.1.230.a. cauſa quibus modis cenſeatur durior, quàm rei principalis. 229.6
fideiuſſori condemnato qualiter ſuccurratur aduerſus reum principalem, & cæteros fideiuſſores. 229.11.14. quib. caſibus denegetur actio aduerſus eũ, pro quo fideiuſsit 229.15
fideiuſſori minoris an & quãdo proſit reſtitutio ipſius minoris. 33.1.3. a. prodeſſe, vbi vtroq; reſtituto, creditor habet regreſſum contra alium. 33 4
fideiuſſorem accipi poſſe, & ante obligationem rei, & poſtea. 229 8. acceptum in plus quàm reum principalem, in nihilum teneri, etia ipſo iure. 229. 9. nõ excuſari ex eo, quòd creditori denunciauerit, vt compelleret debitorem ad ſolutionem 230.19
fideiuſſorem cenſeri variis modis ſolniſſe, vt poſsit mãdati agere contra reũ. 107.31
fideiuſſores adminiſtratoris reipublicæ, ipſéq; adminiſtrator, & nominatores eius quo ordine conueniãtur à republica. 270.1.4
fideiuſſores quando habeant beneficiũ diuiſionis ex epiſtola Diui Adriani 325.3
fideiuſſores magiſtratuũ quatenus eorũ nomine teneantur. 270.1
fideiuſſores magiſtratuũ pro quibus negotiis teneantur. 270.1
fideiuſſores magiſtratuũ obligari in ſortem duntaxat, non etiam in vſuras vel pœnam. 270.2
fideiuſſores tutorum vel curatorũ quando & qualiter cõueniẽdi 144.1
fideiuſſores non videri, inuicem eos, qui duo rei conſtituti ſunt. 102.8
fideiuſſores plures eiuſdẽ debitoris an ſinguli in ſolidum teneantur 229.10. 230.b.
fideiuſſores quatenus obligentur 325.2
fideiuſſorũ plurium vnus an poſsit à creditore liberari. 294.5
fideiuſſorum vno ſoluente, cæteros liberari, aliter atque vno ex eis per ſententiam iudicis abſoluto 229.12
fideiuſſoribus duobus quomodo ante euentum diei vel conditionis ſuccurratur. 294.1
fideiuſſoribus quatenus quæratur ex pactis debitorum 99.13
fidelium præmia 3.6
fiduciarij tutores: vide tutores fiduciarij.
fiduciaria tutela: vide Tutela fid.
fiduciaria tutela quæ, & quibus delata. 142.7.8.
filia quod parit non auo materno, ſed patri ſuo oneri eſt 139.3
filia minor annis duodecim, ſui iuris morte patris effecta, quarum perſonarum conſenſu & authoritate nubere debeat. 129.10. adulta, minor xxv. annis quorum conſenſu & iudicio nubere debeat. ibid. 11
filiæ per raptum illatam iniuriam pater an remittere poſsit. 259.4
filiæ emãcipatæ minores quindecim annis, quorum conſenſu nubere debeãt 129.9
filius alicuius quiſ præſumatur. 281.10
filius an inuitus emancipari poſsit 253. 3.5.a.
filius an & quomodo vendicari poſsit, & à quo. 57.10
filius an, & ſub qua conditione hæres inſtitui poſsit: & an, & quando admittatur ſubſtitutus. 166. 9. ſub conditione poteſtatiua inſtitutus, ſi paruerit conditioni, an poſsit poſtea abſtinere ibid. 10
filius à patre ob neceſsitatem venditus an efficiatur ſeruus. 114.2
filius, cui mouetur de bonis & ſtatu controuerſia, an debeat interea vti rebus. 277.1.2.
filius dubius à quo alendus. 140.7
filius hæres an, & pro qua parte poſsit hæreditatem adire interim, dum ſperatur poſthumus naſciturus. 171.28
filius inſtitutus hæres an & quando poſſit petere bonorum poſſeſsionem contra tabulas. 318.5.6
filius in adoptionem datus, veniens ad ſucceſsionem patris naturalis, an teneatur conferre. 161.6
filius legitima non fraudandus. 337.2
filius patrem in ius vocare non poteſt, niſi ex cauſa. 232.6
filius probus patri furioſo vel prodigo curator dari poteſt. 151.9
filius pro patre quibus caſibus cõueniatur 85.1.2.b.
filius quomodo patri quærat. 295.1.2
filius reſtitutus contra aditionem hæreditatis quomodo iterum non reſtituatur. 35 1
filius ſi conſentiente patre ad munus publicum vocatus ſit, etiam ſucceſſores
periculum

periculo aſtringit 261.2
filiusfam.an,& quomodo poſsit hæreditatem adire 171.23
filiusfam.an & quatenus depoſiti teneatur 105.21
filiusfam.ex qua cauſa præſumatur acquiſiſſe,cùm dubitatur acquiſierit ex cauſa profectitia,an ex aduētitia 189 7.an & quatenus habeat hypothecā in reb.patris adminiſtrātis ees ipſius filij. ibid.12
filiusfamilias maior xxv.annis conſtitui procurator poteſt 24.10
filiusfam.minor an ſit reſtituendus aduerſus læſionem 32.1
filiusfam.mutuū accipiens, ſi paterfami. factus ratū habuerit quid iuris. 99.10
filiusfam.non obligatur vouendo 18.7
filiumfam.qui excuſationem non habet, poſſe ad munus publicum vocari etiā inuito patre & excuſationem habēte. 261.5
filiusfam.quando cōſtituere poſsit procuratorem 24.6
filiusfam.quo loco domicilium habere poſsit. 257.8.10
filiusfam.ſui iuris effectus an & quatenus teneatur ex geſto à ſe durante patria poteſtate. 95.1
filiusfam.ſi ſoluerit, an poſsit repetere. 99.6
filijſfam.hæreditas an & quando poſsit acquiri 313.15
filiofam.an poſsit ita aliquid relinqui, vt patri vſusfructus non quæratur, 319.1
filiofam.conuento nomine ſuo ex delicto,& nolēte reſtitui,pater eo inuito poteſt reſtitutionem impetrare 33.5
filiofam.fideiubenti pro alio, quo caſu denegetur reſtitutio 32.2
filio ad munus publicum vocato, an, & quando,& quatenus pater pro eo teneatur 207.1.3
filio inſtituto ſub conditione an & quando detur bonorum poſſeſsio cōtra tabulas 318.7
filio vno prioris matrimonij decedente, cuius mater tranſiuit ad ſecundas nuptias,quis ei ſuccedat, & quatenus mater ſuccedat. 131.16.e.f
filium hæredem patri ex parte, præcipere dotem vxoris vel nurus ſuæ, quam pater recepit, & an idem in fructibus eius 67.20
filium naturalem quomodo poſsit quis curiæ dare. 251.2
filium reſtitui contra patrem in aduentitia hæreditate 37.6
filium ſub conditione caſuali inſtitutum debere in defectum eius exhæredari, & quid de filio inſtituto ſub conditione mixta 166.18
filium ſubinde fingi & cenſeri, qui non eſt filius 2.18
filiumfam.non habere poteſtatem alienandi res aduentitias, viuente patre, qui in eis habet vſumfructum 189.16
filiumfam.non poſſe etiam ex conſenſu patris teſtari,tametſi poſsit ex cōſentiente donare cauſa mortis: & ratio differentiæ 163.2
filiū fa.poſſe petere bonorū poſſeſsionē, & ex quo tēpore cedat ei dies. 158 9
filiumfam. in mutua pecunia a minore accepta non reſtitui 32.6
filij apud quem educari debeant, matrimonio per diuortium ſoluto 339.5
filij ad munus publicum nominati quando ſolius ſit periculum 261.2
filij cuiuſmodi ſint in poteſtate patris, 281.9
filij cuiuſmodi portionē habere debeant in bonis parentum,vt à querela excludantur. 330.1
filij cuius originem ſequantur 256.5.9
filij duorum fratrum ſuccedentes communi patruo,an admittantur in capita, an in ſtirpes.188.7.naturales nati ex vnica concubina an ſint agnati,& habeant ius ſuccedendi fratri naturali & legitimo ex alia vxore. 188.11
filij legitimi:vide,Legitimi
filij nati ex vetitis nuptijs an ſint legitimi 129.5
filij naturales.vide,Naturales.
filij naturales quibus modis efficiantur legitimi.336.3.quatenus ſuccedant patri ibid.4
filij nepharij:vide,Nepharij.
filij ſpurij:vide,Spurij.
filij quatenus ſequantur conditionem patris,& quatenus conditionem matris 280 3
filij quibus matrib.ſuccedant ab inteſtato 187 5
filij qui excuſent à muneribus. 259.5
filiorum ex damnato coitu natorum pœna. 129.8.&.130.4.b.
filiorum genera.140.2.diſtinctio quo iure ſit introducta ibid.3
filiorum genera quot ſint 336.1
filius exhæredatus an detur bonorū poſſeſsio contra tabulas:& quomodo fieri debeat exhæredatio, vt per eam repellatur exhæredatus à bonorū poſſeſsione 159.3
filius nō obeſt,patrem poſtea ſtatum mutare 278
filiosfam. dici quodammodo dominos viuente patre 133.31
filiosfam. nuptias contrahere volentes debere conſenſum parentum habere, in quorum ſunt poteſtate,& an id ſit perpetuum 128 6.7
filiosfamiliàs olim omnia patri quæſiuiſſe,præter caſtrenſia & quaſi caſtrenſia:& quid hodie 98.1
filios fratris admitti ad ſucceſsionem defuncti patrui cū alijs fratribus ipſius defuncti 341.1
filios naturales tantùm,non eſſe in patria poteſtate. 232.2.2
filios naturales & legitimos eſſe in poteſtate patris, & ſuccedere ei tam ex teſtamento,quàm ab inteſtato 356.2
filios ſuccedere matri inteſtatæ per SC. Orficianum 187.1.vulgò quæſitos ſuccedere matri etiam legitimis:& an id ſit perpetuum. ibid.2
Finium regundorum actio quando locū habeat.70.1.4.ad quid detur.ibid.5.6 cur data.ibid.7.qualis ſit. ibid.11.14 actionē perpetuā eſſe quomodo intelligēdū.70.12.intereſſeet fructus an et quatenus in hac actione veniant ibi.10
finium regundorum actionem apud eūdem iudicem expediri 310.1
in Finiū regūdorū actione quæ ſint iudicis partes.70.8.9. cōtra eā actionem quādo præſcriptio currere incipiat 70.13.a
fiſcalia cuius ſint 277.2
fiſcalibus in cauſis pactus cum delatoribus pro cōfeſſo habetur,ſi modò aliquid dederit 212.3
fiſcus in quib⁹ vtatur iure cōmuni.249.3
fiſcus in quibus ſortiatur iura ſingularia. 249.2
fiſcus quando poſsit conuenire debitorem ſui debitoris 86.1
fiſcus vendens rem,quam cum alio habet communem eam in totum alienat. 118.3
fiſcus vnde dictus. 249.1
fiſci cauſæ apud quem iudicem agi debeant.53.1.quo ordine. ibid.2
fiſci pecuniam qui ſurripit, peculatus crimine tenetur 212 2
fiſci quæ ſint priuilegia. 212.
fiſco communia qui vendenda. 149.1
fiſco damnoſa,ſupplicatione prima inutiliter concedi. 10.6
fiſco dari rei vendicationem ob non ſolutum vectigal. 122.4.2.b.
fiſco non licet procurationem alicui patrocinij cauſa in litem præſtare. 26.
fiſco in quibus derogetur. 249.4
fiſco qui vult compēſare,intra duos menſes ſibi debitum demonſtrare debet. 212.5
fiſcum in pœnis potiorem,qui accipiendum. 249.1
fiſcum poſſe obligare,atq; etiam alienare in ſolidum eam rem, quam cum alio habet communem. 223.2
contra Fiſcum an & quomodo minor in integrum reſtituatur. 35.1
fluminum vſum eſſe iuris publici. 283.6
Fœmina quo loco habere poteſt domicilium. 257.9
fœmina regulariter non poteſt eſſe tutrix. 143. ☞ quando & quomodo poſsit ibidem.1.2
fœminæ non poſſunt eſſe argentariæ. 17.num.18.
fœminarum conditio in quibus deterior ſit quàm maſculorum. 281.5
fœminas eſſe tardas ad donandum. 37.3
fœminis quomodo ſuccurrat ignorantia. 10.14
fœnus nauticum. 104.1.2
forum quid ſit,& vnde dicatur. 50.22
forum qua conſideratione quis ſortiatur. 50.23. quomodo ratione contractus. ibid.25.26. h. ratione domicilij.50.24.g. ratione manumittentis.50.27. ratione originis propriæ vel paternæ.ibid.28. ratione dignitatis vel militiæ. ibidem.29. ratione pœnæ.ibidem.30.ratione mariti. ibidem.31.ratione rei. ibid.33
fori exceptionem dilatoriam opponi nō poſſe lite conteſtata. 51.2
foro ciuili non ſubijci epiſcopum. 5.8
frater defuncti,an debeat ſimul ſucceda-

re cum auo defuncti, anverò eum excludat 188.8
fratres vterini tantùm quatenus admittantur ad ſucceſsionem defuncti fratris cum fratribus conſanguineis tantùm: & quid ſi ſuper ſint aliqui fratres vtrinq; coniuncti 128.9
fratrum filios admitti ad ſucceſsionem defuncti patrui cum aliis fratribus ipſius defuncti 341.2
fraus liberti in alienatione bonorũ ſuorum qui accipienda 156 3.5
fraus quibus modis fiat legi 91 1
fraudem capitalẽ quis dicatur admiſiſſe. 120.12
fructuarius damni infecti ſatiſdare cogitur. 131.3 quando cauere debeat. 309.1. quibus debeat cauere. ibid.2
fructuarius quatenus ſeminarin frui poſſit, & quatenus alus fundi inſtrumentis. 60.13. quomodo fruatur prædio vrbano, in quo vſusfructus eſt ei conſtitutus. item quæ nnrra agnoſcere debeat. ibid. 15.16. 61. f. an & quatenus poſsit vendere, aut aliàs concedere alteri vſumfructum. 61.31. ex cuiuſmodi culpa puniatur. ibid. 49. quomodo ſatiſdare teneatur. 60.26. & 61.1
fructuarius quomodo poſsideat: & quid ſi aliis locet, an aliquam apud ſe poſſeſsionem retineat 199. 16. 17. 21.
fructuarium haberi loco domini. 59. 3. frui debere eo, quod per alluuionem fundo accreuit, ſecus ſi inſula in flumine nata ſit. 60. 12. debere frui arbitrio boni viri, quomodo intelligendum. ibid. 14. cui vſusfructus gregis eſt relictus, debere in locum animaliũ demortuorum aliarũ fœtib. gregis ſubſtituere 65.25
fructus ab hærede rogato reſtituere percepti quando nõ imputentur in quartam. 182.24. à fure percepti quando fiant fructuarij 60.18
fructus ex dotali prædio, anno vltimo matrimonij, percepti, quatenus ſpectent ad maritum, & quatenus ſint reſtituendi 133 24
fructus naturales an fiant eius, qui poſsider. 59.19. g. h
fructus percepti ex re hæreditaria ab vno ex hæredibus an & quando veniant in iudicium familiæ erciſcundæ. 67.26.
fructus quid, & qui quando à quib. præſtandi ſint. 205.1
fructus rei legatæ ex quo tempore pertineant ad legatarium 181.3
fructus & partus futuri an vẽdi poſsint, iiſq; natis ex quo tempore cenſeatur contracta venditio 111.6
fructus & partus rei indebitæ ſolutę venire in condictione indebiti, & quid de aliis acceſsionibus 81.35
fructus ex dote ante nuptias perceptos conuerti in dotem: & an id ſit perpetuum 133.23
fructus peti poſſe per in rem actionem. 58.17. e. induſtriales, an, cuiuſmodi & quando poſſeſſor faciat ſuos. ibid. 20. extantes an & qua ratione cogatur bonæ fidei poſſeſſor reſtituere. 58.21.22. quomodo malefidei poſſeſſor cogatur reſtituere. 58.23
fructus liquidos non debere transferri in regiones barbarorum vel hoſtium, & quid de fructibus aridis 113.1
fructuum dotalium ſoluto matrimonio ratio 111.4
fructuum multiplex diuiſio 58.18.f.
fructuum ratio an ſemper habenda, quãdo rei pupillaris fit reuocatio 152 3
fructibus prædij pignorati inuicem vſurarum conceſsis, non poſſe pactum reſcindi prætextu maioris emolumenti ex prædio pignorato percepti 103.16
frumentum quid 267.3
frumentum de ſpicis alienis factum an ſit eius, qui fecit 284.49
frumentum in annonam exercitus miſſum vendens vel emens qua pœna puniatur 113.1
frumenti Alexandrini conuehendi ſollicitudinem ad præfectum Orientis pertinere. 258.1
frumento comparando deſtinata pecunia in alium vſum non conuertenda 267.2
frumentum duorum mixtum quando commune 285.52
Fuga odioſa eſt, & onus probationis nõ imponit domino 274.21
fugi rei criminis damnati quantum ei noceat. 248.16
fugientibus defenſionem præſtare eccleſiam 4.5
fugitiuus quis 120.10
fugitiuus quis dicatur. 135.2. an præſcriptione temporis ſibi quærat libertatem 153.8
fugitiui contractus nullus 275.1
fugitiuo ſeruo quæ pœna imponatur. 153.10
fugitiuum ſeruũ quærenti domino qua ratione conſulatur. 153. 3. recipienti quæ pœna imponatur. ibid 4. recipere quid ſit, & quando eo nomine teneatur recipiens. ibid. 5. a. poſsidenti præſcriptionem non currere. ibid. 9
fugitiuum quando quis poſsit propria authoritate capere 52.2
fugitiuos receptantium pœna 102. 12. 275.1
fundus dotalis quis, & qui fiat. 139.1.2.4. 5. b. quaſi dotalis ibid.6
fundi dotalis priuilegium 139.7
fundi inſtructi legatum differre à legato fundi cum inſtrumento. 316.2 & quæ contineantur legato fundi, vti optimus maximúſque eſt ibid.6
funeraria actio quando detur. 74. 16. 18. contra quos detur. ibidem 19. ad quid detur. ibidem. 22. qualis ſit. ibid. 23
actioni huic quæ priuilegia competant. ibid. 24
funus defuncti debitoris non eſſe à creditoribus impediendum 339.4
funus ob debitũ turbantis pœna aucta. 331.1
funeris ſumptus qui dicantur. 74. 14. 75. d. qua actione repetantur 74.15
in Funeris ſumptibus officium iudicis. 74.25
Furioſus an poſsit adire hæreditatem. 313. 5. an & quando teſtari poſsit. 163.4. furioſus præſens pro abſente reputatur. 3.16
furioſo liberos habenti ſubſtituere volens exemplariter, an poſsit vnum ex eius liberis ſubſtituere, an verò debeat omnes ſubſtituere 167.12
fur improbiſsimus quis 243.4
fur quibus actionibus teneatur. 154. 32
fur & prædo an poſsint agere actione cõmodati ratione rei furtiuæ ab ipſis alij commodati 92.6
fur volens agere depoſiti contra depoſitarium, an repellatur à domino agente rei vendicatione contra eundem depoſitarium. 104.12
furi dari actionem depoſiti, non etiam furti. 104.10.
furi quo caſu detur actio furti, nomine ſerui fugitiui. 296.7
furi non eſſe ob furtum mortis pœnam infligendam, nec membrum aliquod abſcindendum: ſecus in latronibus. 153.11.
furem an liceat impunè occidere. 239. numer.4
furem indicare an quis cogi poſsit. 83.3
furem nocte deprehenſum quando & quatenus liceat interficere. 64.4
furem quando liceat impunè occidere. 239.4
furtiua condictio: vide, Condictio.
furtiua res quando cenſeatur reuerſa in poteſtatem domini, vt poſsit vſucapi. 196.9
furtiuæ rei nomine qualis actio competat. 83.3
furtiuam rem non poſſe vſucapi. 155.35
furtum aliud alio grauius eſſe. 296.1.2
furtum à præſide cõmiſſum apud quem quomodo iudicetur. 10.3
furtum quid ſit. 153.1. non cenſeri, vbi fraus ſeu dolus abeſt. ibidem. 2. non committi ſine cõtrectatione, etiamſi furandi voluntas interuenerit. 154.3. 155. b. rei ſuæ an & quando quis facere poſsit. 154.4. poſsitne committi in ea re, quæ in nullius bonis eſt. ibidem. 5. ita demum fieri, ſi inuito domino res contrectetur, quomodo ſit intelligendum, & quis cẽſeatur non inuitus. ibid. 6. an committant liberi noſtri & mercenarij nobis ſurripientes. 154. 22. quando dicatur manifeſtum. ibid 26.
furti actio an tollatur per actionem mandati intentatam. 110. 39. an tollatur actione commodati. ibid.40
furti actio vt differat ab actione vi bonorum raptorum. 243.8
furti damnatum notari infamia. 296.6
furti non agi, niſi quatenus lucrandi cauſa quis ſurripuit: & quid ſi res ſurrepta ſit lucrandi eius vſus tantùm gratia, &c. 154.7
furti actio detúrne cuilibet cuius intereſt. 154. 8. cui detur. ibidem. 9. 11. 16. quo caſu detur ipſi furi. ibidem, 10. an &

an & quando detur creditori ob rem debitori ſurreptam. ibidem. 12. quibus,& quando detur contra dominũ rei ſubtractæ. ibid 13. an & quãdo detur colonis. ibid. 15 contra quos detur. 154.17.
furti actio an detur patri in filium, vel econtrà: & an viro in vxorem, vel còtrà. 154.18. an detur in ſeruos, & qui teneantur ex eorum furto, & qua actione. ibid. 19.21. datur quandoque in duplum, quandoq; in quadruplũ: & quæ veniant in æſtimationem. 154. 25.27. qualis actio ſit. 155 38. & quando detur in heredes furis. 155.39.
furti actione teneri eum, qui furi tulit opem, vel conſilium dedit dolo malo: & quis ei conſilium dediſſe, vel opem tuliſſe dicatur. 154.23 24. 155. e.d. actionem non tolli per alias actiones contra furem intentatas. 155. 34. tolli ipſo iure per pactum ibid. 40
furto admiſſo in re fulloni vel ſimilibus conductoribus tradita, cui competat actio furti 154 29
furto commiſſo in re in qua quis dominium habet, alius autem vſumfructũ vel ius pignoris, cui competat furti actio 154.14
furto à pluribus cõmiſſo an & quomodo ſinguli teneantur inſolidum 83 6
furta domeſtica nó eſſe publicè vindicãda 247.5
futura pendere poſſe, non etiam præſentia aut præterita 60.20

G

Gemma alieno anulo incluſa an & quando poſſit vendicari. 57.17 gerere ſe pro hæede quis, & quando, & qualiter videatur 313.18
Gerere ſe pro hęrede quando quis dicatur 171.15.16.26
Geſtor negotiorum qualiter de gerendis teneatur 27.13
Gladiatorum certamina penitus tollenda. 272.1
gloſſas ſæpe textus notitiam obſcurare. 2.3.
Gradus quid. 317.1.15 cognationis in linea directa quouſque protendatur. 119.7. cognationis cùm quęritur ſemper eſſe ab eo incipiendum de cuius cognatione quæritur 12
gradu prior an ſemper potior ſit in ſucceſſione 188 5
gradus cognationis quomodo cõſtituantur 291.4 292.6.9.11. an poſſint cõſtitui inter affines. 292. 6
graduum cognationis computatio ad quid cõducat, ad quid etiam affinitatis 292 18
gradus cognationis trifariam diſtingui 292.3.2
grãmatici à muneribus excuſantur. 277.
graphiare, 26. & graphiet 263. 26
grauari in teſtamento quis poſſit 324.1
grauati à teſtatore ſi eeeuſent obedire, qualiter puniãtur. 324 3.
Grauatis à teſtatore ablata ob id, quod ei non parent, quibus applicari debeant 324.4
gregem vendicare poſſe 57.8
gynæciarij qui dicantur 265.4

H

Habere quis aliquando præſumitur, quod re ipſa non habet 3.18
habitatio quid ſit 286.17
habitatio qualis ſeruitus, & quomodo ac qua in re conſtituatur 61. 41. quid habeat emolumenti. ibid. 42
hæres an rogari poſſit etiam id reſtituere, quod capere non poteſt 181.3
hæres rogatus reſtituere hæreditatem, per quẽ cogi poſſit adire, & reſtituere. 181.5. & quo poſtulante. ibid. 6. & qua actione 183 30
hæres ſub cõditione inſtitutus, & rogatus reſtituere, an & quatenus cogi poſſit adire. 182.12
hæres inſtitutus in diem, & rogatus reſtituere, quando poſſit adire & reſtituere 182.13
hæres purè inſtitutus. & rogatus ſub cõditione reſtituere hęreditatẽ, quando poſſit cogi adire & reſtituere 182.14
hæres qui percepta aliqua re rogatus eſt reſtituere hæreditatem, ſi petat ſibi ſuppleri quod ad quartã deeſt, an teneatur pro rata creditoribus hæreditariis 183 30
hæres an, & quomodo inſtitui, vel ſubſtitui poſſit in codicillis. 164.5 certius quàm variè poſſit demonſtrari. 165. 7. quis poſſit, vel non poſſit inſtitui, quæ tempora conſideranda 165.32. 33.
hęres an poſſit vſucapere pro hęrede rẽ, quã defunctus malafide poſſidebat. 198.4 6.2.
hæres eius qui ab fuit reipublicæ cauſa, an & quatenus reſtituatur, vſucapione nondum completa 38.9
hæres fideicommiſſis oneratus non implens iudicium defuncti, quomodo puniatur: & quib. deferatur id, quod ei aufertur 178.4
hæres inſtitutus, qui omiſit ex teſtamento hæreditatem, vt ea ad ſubſtitutum perueniret, vel ad legitimum hæredem, an & quando hoc nomine conueniri poſſit 178.7
hæres inuentarium faciens quæ poſſit in patrimonij computatione excipere, ſiue deducere. 170.9. qui ſe hæreditati immiſcuit, ſi intra tẽpora præſtituta inuentarium facere neglexerit, quatenus teneatur creditoribus & legatariis. ibid. 10. extraneus ſurripiendo rem aliquã hæreditariam, an cenſeatur hæredi ſe obligare, quaſi hoc ipſo eam adeat: & quid ſi precium acceperit pro omittẽda hæreditate. 171 17. filius an, & pro qua parte poſſit hæreditatẽ adire interim dũ ſperatur poſthumus naſciturus 171.28
hæres neceſſarius quis. 288. 2. quo caſu deſinat eſſe neceſſarius. ibid. 7. a. ſuus & neceſſarius quo differat ab extraneo. ibid. 8. neceſſarius vt quis cenſeatur, quod tempus attendendũ. ibid. 11
hæres neceſſarius quis dicatur, & quare. 168.1.
hæres ob quas cauſas teneatur voluntatem teſtatoris defuncti ſeruare. 332.1.
hæres poſſeſſoris, qui dolo deſierat poſſidere, an & quatenus teneatur ad reſtitutionem rei 58 29
hæres poſſitne inuitis legatariis detrahere integram Falcidiam ex vna aliqua re. 183.16. c.
hæres pro parte, vendẽs rẽ hæreditariam, qua actione ad quid teneatur 68 2.3
hæres pro parte inſtitutus, ſi rogetur cohæredem ſuum inſtituere pro virili cũ filiis ſuis, an & quatenus ad id teneatur. 175 15. quibus caſibus liberetur præſtando legati æſtimationem. 177.58. an liberetur à legato per traſformationem rei legatæ ibid. 61
hæres quantum tempus habeat ad exercendam appellationem à defuncto interpoſitam. 210.5.
hæres quatenus teneatur ex pollicitatione à defuncto facta reipublicæ. 86.10.2
hęres quibus caſibus non antè adire hæreditatẽ defuncti debeat, quàm eius necem vindicauerit. 173. 3. qui impeditur adire hæreditatem ob nondum vindicatã necem defuncti, ſi interim decedat transmittit ius adeundę hæreditatis ad ſucceſſores ſuos. ibid. 6. quomodo debeat vindicare necẽ defuncti, & intra quantum tempus. ibid. 7. an poſſit adire hæreditatem ante vindicatam necem teſtatoris, qui non à familia, ſed ab extraneo occiſus eſt: & ſi non vindicet intra tempora præſtituta, qua pœna puniatur. ibid. 10
hæres, qui petit ſe mitti in poſſeſsionem, in quarum rerum poſſeſsionem mittendus ſit. 172.5
hæres quouſque non conueniendus. 333.2
hæres rem ſub conditione legatam interim alienare poteſt. 118.9
hæres ſui: vide, Sui hær.
hæredis inſtitutio an poſſit conferri in arbitrium inſtituti, aut in voluntatem tertij. 111 4
hæredis inſtitutio non facta, quandoq; facta præſumitur, & contrà. 2. 5
hæredis inſtitutio quot verbis fieri poſſit. 164. 2. inſtitutionem fieri verbis vel directis, vel inflexis. 164. 3. 165. 2. inſtitutionem fieri duntaxat in teſtamento: idq; vel ante legata, vel poſt legata: item ante exhæredationem, vel poſt exhæredationem. ibid. 4. inſtitutioni factæ in teſtamento poſſit non adijci conditio in codicillis. ibid. 6. inſtitutionem non valere, niſi certus hæres demonſtretur. 165. 7. inſtitutio captatoria quæ dicatur. ibid. 8. inſtitutio an vitietur ob id, quod erratum eſt in corpore. ibid. 10. inſtitutio in re certa an valeat. 165. 12. 15. inſtitutio, incerta portione collata in arbitrium alterius, an valeat. ibid. 16. inſtituti portio quando cenſeatur deſignata arbitrio teſtatoris. ibid. 7
hæredis miſsio in poſſeſsionem rerum hæreditariarum quomodo olim ex

edicto D. Adriani fieri ſoleat. & quomodo hodie fiat. 172.1 2. 26
hæredi adeunti quibus caſibus detur ſeparationis beneficium 312.21
hæredi non capaci relicta, cui applicari debeant 174 27
hæredi ſoluenti legata quomodo conſulatur, cùm dubitatur an Falcidia locũ habeat 317.6.inde.
hæredi vni non nocere factum alterius hæredis 172.4
hæredem dubitantem, viuat, an mortuus ſit is, de cuius hæreditate agitur, non poſſe adire hæreditatem. 313.14
hæredem inſtituere quid ſit. 164. 1. non poſſe ſic inſtitui, vt eius declaratio vel demonſtratio committatur arbitrio alieno. 165.8. poſſitne quis inſtituere ex certo tempore, vel ad certum tempus, & an in diem incertum ibid.18
hæredem inſtitutum poſſe petere bonorum poſſeſsionem cõtra tabulas, alio committente ei edictum, & quatenus ei proſit 158.2
hæredem non teneri ſtare ſimplici aſſertioni teſtatoris 352.3.
hæredem ſatiſdare debere pro fideicommiſſo vniuerſali reſtituẽdo poſt mortem ſuam, niſi filiis aut fratribus ſuis rogatus ſit reſtituere 187.22
hæredem ſe eſſe exiſtimans, & ob id ſoluens creditori hæreditario, vel legatario, an poſſit repetere 80 19
hærede recuſante ſatiſdare pro legatis, qua ratione ſuccurratur legatariis. 186.11.
pro hærede ſe gerere: vide Gerere.
hæredes plures ſi inſtituantur, ſinguli in certa aliqua re, quomodo ſuccedant. 165.13. quæ perſonæ poſſint inſtitui. 165.25.27. an & quando incertæ perſonæ poſſint inſtitui ibid. 28
hęredes quando appellationem à muneribus perſequi cogantur. 262.1.2.3
hæredes quatenus poſſint per teſtatorẽ grauari 324.2
hæredes qui quo ordine ab inteſtato ſuccedant 339.1. 2. 3
hæredes ſui & legitimi qui dicantur, & quando ſuccedant 187.1.2.
hæredes ſui & neceſſarij qui cur ſic dicti 1105.3.4. neceſſarij, in quo differant à cæteris hæredib. 288.6. extranei qui. 1105.5
hæredes tutorum an teneantur 148.1. 3.4
hæredum legitimorum iura in ſuccedendo varia 187.1
hæredum ſpecies variæ 288.1
hæredum vno ſoluente, pignus adhuc vendi poſſe 225.2
hæredibus duobus à milite inſtitutis, vno in caſtrenſibus reb. altero in paganicis, nõ eſſe locum iuri accreſcendi inter eos: & quatenus teneantur ad ſolutionem æris alieni 162.7
hæredibus duobus contendentibus ſe inſtitutos, & ſingulos in ſolidum, vter eorum mittẽdus ſit in poſſeſsionem. 172.4.2
hæredibus pluribus inter ſe coniunctis, qui quibus in accreſc. præferantur. 185.19.
hæredibus tribus inſtitutis, nempe Titio in dimidia, Seio in dimidia, & Sẽpronio in ea parte qua inſtitutus eſt Titius, quomodo diuidetur inter eos hæreditas 165 13
hæredibus, qui non vindicarunt necem defuncti, quibus caſibus ſuccurratur 173.11.
hæreditariorũ bonorum diminutio quibus ex cauſis permittatur interim, dũ deliberat hæres, adire debeat, nec ne. 170.5.
hæreditariam rem propria authoritate occupãs, an incidat in pœnam de qua in l. fin. C. Vnde vi. 217.26.17
hæreditariæ actiones quæ dicantur. 86. 1. contra quos dentur. ibid. 8 quatenus competant ibid. 10.2
hæreditariæ actiones quibus caſibus denegentur alicui ob delictum alterius. 172.3.
hęreditas adita à minore quando & quomodo per reſtitutionẽ repudiari poſſit. 35.1. inde. omiſſa à minore quomodo & quãdo per reſtitutionem repeti poſſit 36 1.
hæreditas an corporalis 285.3
hæreditas an & quando poſſit mihi acquiri per liberũ hominem bona fide mihi ſeruientem 98.8
hæreditas an & quando cenſeatur oblata hæredi ſcripto hoc ipſo, quòd teſtator incidit tabulas teſtamenti 315.4
hæreditas an poſſit repudiari impleta conditione, ſub qua quis erat inſtitutus. 82.6.d
hæreditas iacens complere poteſt vſucapionem à defuncto cœptam: inchoare eam non poteſt 196.5
hęreditas non adita an & quando poſſit tranſmitti 185.5
hæreditas non adita an. & à quibus, & ad quos tranſmitti poſſit 317.4
hæreditas qualiter adeatur 172.14.19. 30.
hæreditas quando poſſit adiri 313.14. 16. qualiter acquiri poſſit. ibid. 17. intra quantum tempus poſſit adiri. ibid 19. quam variis iurib. deferatur. 314.25
hæreditas quibus hæredibus extraneis poſſit acquiri 288.10
hæreditas quibus ex cauſis alicui vt indigno auferatur 173.2.5.8.18. fiſco applicata tranſit ad eum cum ſuo onere 174.25
hæreditas quomodo diuidatur, vbi teſtator in partibus eius aſsignãdis aſſem exceſsit 165.24
hæreditas ſitne ſoluendo, quo tempore ſpectandum ſit, cùm quæritur an cõpetant, vel præſtãdæ ſint libertates teſtamento relictæ 103.3
hæreditas vel legatum à quibus, & ad quos tranſmittatur ante apertas tabulas 185.1
hæreditatis adeundæ ius an perpetuò cõpetat hæredi inſtituto, vel ei cui delata eſt hæreditas 171.13
hæreditatis aditio facta ſine tutoris authoritate, ipſo iure nulla eſt. 35.2
hæreditatis aditionis effectus qui ſit. 313.20.b
hæreditatis diſtributio quomodo regulariter fiat inter plures hæredes. 165. 20.23.
hęreditatis emptor: vide Emptor hæred.
hęreditatis expilatæ crimen quando cõmittatur. 24 3.1.
contra quos intendi non poſſit. 243. 2.
hæreditatis expilatæ criminis pœna. 243.3
hæreditatis fideicommiſſariæ reſtitutio cui facienda. 182.15. reſtitutio quibus caſibus fiat ipſo iure citra factũ hæredis. ibid.28
hæreditatis partem petenti quid obſeruandum 308.1
hæreditatis petitio quo loco inſtitui debeat. 52. 1. petitor quando debeat implorare officium iudicis. ibid.3
hæreditatis petitio directa cui detur, & contra quem. 55.1.2. vtilis cõtra quem detur, 55. 2. 6. b. contra quem non detur. 55. 7. in quantum detur. ibid. 5. pro quibus rebus detur. ibid. 8. eſt actio miſta in rem, & in perſonam. 56. 19. quæ cõmunia habeat cum rei vendicatione, & quæ differentia. ibid. 20
hæreditatis petitionem eſſe actionem ciuilem. 55.16 eſſe actionem miſtam in rem & in perſonam. 56.19
hæreditatis petitione propoſita, poſſeſſorem ſtatim interrogandum, qualiter poſsideat. 55.2.3. conuentus cogitur reſpondere, poſsideátne pro hærede, an non. 57.30
hæreditatis poſſeſſor bonæ fidei vel malæ fidei in quantum teneatur. 10.7
hæreditatis poſſeſſor bonæ fidei facit fructus ſuos. 55. 9. & 56 d. quatenus teneatur hæreditatis petitione. 55.11 quando incipiat fieri malæ fidei poſſeſſor. ibid. 12. c. poſſeſſor vel petitor an poſſit conueniri à creditoribus hæreditariis, & à legatariis, poſtquàm lis eſt conteſtata ſuper hæreditate, vel ſperatur conteſtanda. 55.17
hæreditatis quæſtio quo caſu expediri debeat ante quæſtionem libertatis. 195.2.
hæreditatis, vel relicti in teſtamento aut codicillis nomine quæ contineantur. 173.19
hæreditatis reſtituendæ cauſa tacitè fidem ſuam accõmodare quando quis cenſeatur. 174.23
hæreditatis venditio. vide Venditio, Venditor.
hæreditatem acquirere quis poſſit. 313.1 inde. per quos acquirere poſſimus. ibid. 6.8. non poſſe acquiri per procuratorem, aliter atque in bonorum poſſeſsione. ibid. 12. viuentis nec adiri poſſe, nec repudiari. ibidem. 13. a. non adeam quibus caſibus tranſmittat quis ad hæredes. 313. 21. repudiare quis poſsit. 314.23. ſemel aditam an quis poſsit poſtea repudiare. ibidem, 24
hæreditatem adire quid. vide Adire.
hæreditatem adire & reſtituere quis rogari

gari poſsit. 181. 2. adire quib. verbis cogari quis poſsit, vt cogatur adire & reſtituere. ibid. 4. adiri & reſtitui ab hærede inſtituto, an poſsit procurator fideicómiſſarij poſtulare. 81.9. non poſſe reſtitui procuratori, aut ei, cui fideicommiſſarius vellet donare. 182. 10. adire & reſtituere qui hęredes compellantur. ibidem. 16. reſtitui poſſe re, & verbo: & quomodo. ibidem. 18

hęreditatem à fiſco emens conueniri poteſt à creditoribus hæreditariis, & à vero hęrede etiam poſt quadriennıú. 201.3.

hæreditatem auferri hæredi, cuius culpa vel negligẽtia teſtator deceſsit, quẽadmodum & ei, qui teſtatorem grauiſsima iniuria affecit. 173.9.

hæreditatem vel legatum promittens reſtituere incapaci, quomodo puniatur 174.22

hæreditatem liberti diuidi in capita inter liberos patronorum 292.2

hæreditatem alicui delatam in totó eſſe adeundam, vel in totum omitendam, nec poſſe ex parte adiri. 171.31. adeundã eſſe per ſeipſum, nec poſſe per procuratorẽ adiri:12 & & ſi bonorũ poſſeſsio poſsit per eum agnoſci: & quæ ratio differentiæ ibid.32

hæreditatẽ nemini deferri hoc nomine, quòd defuncti nutritor fuerit 188.4

hæreditatem non adiri ob inimicitias. 290.15.

hęreditatem petens directo tanquam ex teſtamento, an poſtea poſsit eandem petere ex fideicommiſsi cauſa propter idem teſtamentum, reducendo illud ad codicillos 174.12

hæreditatem proximi cognati viuentis donans quomodo puniatur. 10.12

hæreditatem repudiare: vide, Repudiare

hæreditatem ſemel aditam an, & quando poſsit quis repudiare. 172.4. ſemel repudiatam quis & quando poſsit adiſe ibid.5.

hæreditatem ſibi delatam ſcire debere eum qui eam adit. 171 25. vt quis poſsit adire ex teſtamento, certius eſſe debet, teſtatorem teſtamenti factionem habuiſſe. ibidem. 26. adire an poſsit is, qui de conditione ſua dubitat, itẽ qui dubitat de viribus teſtamenti, vel de iure hæreditatis. ibid. 27. adire an, & pro qua parte filius poſsit interim, dũ ſperatur poſthumus naſciturus. ibid. 28. non poſſe adiri ab eo, qui dubitat purè, an ſub conditione ſit inſtitutus, ibid. 29. purè ac ſponte adiri debere. ibid. 30.

hæreditate adita pro parte, reliquã partem, quæ defecerit, non poſſe repudiari, aliter atque in legatis 55.22

hæreditate reſtituta, actiones & obligationes tranſire in fideicommiſſarium: & quid ſi hæres de ea paſſus controuerſiam victus ſit. 182. 20. 21. a. reſtituta, quæ iura non tranſeant in fideicommiſſarium ibid.22

pro Hæreditate expilata non dari actionem ciuilem, an ſit indiſtinctè verum 243.4.

hæreditates decurionum, nauiculárior. cohortalium mil. &c. cognatione deficiẽte, ad quos, quo ordine deuoluãtur 189.1.2.3 2

hæreditates quando & quibus liberis ab inteſtato iure prætorio deferantur. 291.1.2.

hæreſim ſeruantium, docentium, & diſcentium pœna 6 9.c

hæreticus quis, dicatur, & quis ab hæreſi excuſetur 3 ſ.g.

hęreticus quid & vnde dictus 6.1.2 *.

hæretico non permiſſum, Chriſtianum poſsidere mancipium 7.1

hæretici contra quos & in quibus cauſis teſtimonium dicere poſsint, & in quibus non 6.nu.7.8.*

hęretici nullo gaudent priuilegio 10.6.

hæretici omnes quibus teſtamento relinquere poſsint 6.5

hæretici parentes, filias & neptes dotare coguntur. 6.7

hæretici quomodo puniendi 6.inde.2

hæreticorum in bonis qui ſuccedant. 6 6

hæreticorum variæ ſpecies 6.3

haruſpex vnde dicatur 239.*

Henrici leges vt Authenticorum libris inſertæ 324. in proœ.

Homeri locus 237.3

holohara, quæ & à quibus conficienda ſint 266.3.4

Homicidij quot ſpecies: & quid vnaquęque: &c. 239. in addit. incip. occidit.

homo liber an poſsit in perpetuum operas ſuas locare 124 6.

homo liber vt fiat ſeruus, quæ requirantur 280.6

homo dignior omni creatura 23.1

homo quomodo & ex quibus conditus. 190.1

hominum diuiſio. 281.2.

honorati omnes vehiculis dignitatis vti poſſunt 2670

honorem magiſtratus ſuffugientes qualiter puniantur 265.3

honores continuare an & quando quis inuitus vel volens poſsit 257.1

honores non ambitione, ſed laboribus impetrare decet 278.

honores ad hæredes nó trãſmitti 262 1.2

honorum continuatio inter patrem & filium quatenus derogetur 257 2

honorum tres gradus 12.1.2

honoribus gerendis non interdicti iis, qui apud quemcunque iudicem ciuiliter conuenti ſunt. 260.4

hoſtes qui dicantur 233.3

humana corpora in eccleſiis non ſepelienda 4.3

hypothecaria actio cui detur, & contra quem. 221. 12. pro quibus rebus competat. ibid. 14.16. an competat pro fructibus prædij obligati. ibid. 15. pro eiuſmodi debito efficaciter intẽdi poſsit & quando. ibid. 17.19. an intendatur cõtra principalem debitorem, an contra extraneum poſſeſſorem, quid interſit quantum ad condemnationem faciendam. ibid. 23. qualis ſit, & quanto tempore tollatur ibid.24

hypothecaria actio, quæ cõpetebat priori creditori, an tranſeat in poſteriorẽ creditorem, qui ſuccedit in locũ prioris 223.2

hypothecaria ob quid & quatenus detur 223.1

hypothecariæ an & quando præiudicetur 225.2

hypothecariam actionem durare quandiu non eſt creditori ſatisfactum, etiã ſi debitor condemnatus ſit 221.20

I

IActura cuiuſmodi actionem pariat, & cui, & in quem. 311

iactura facta ad vitandum naufragiũ cuius res eiectæ ſint 285 64. & 65

Ignorantia mendacium quando excuſet. 11.6

ignorantia iuris an & quando aliquem excuſet à pœna l. Corn. vel Senatuſc. lib. 241.6

ignorãtia quid, & quomodo differat ab errore. 9.1. alia iuris, alia facti. ibid. 4. iuris quibus, quando & quomodo proſit vel obſit, aut contrà. 10. 5. 7. 8. 10. 11. 12 13. facti cuius, & qualis ignorantia, & quibus proſit, vel non noceat. ibid. 5. 6. 9. 14. 15

Illuſtres qui 12.2

illuſtres apud quos accuſandi 52.2

illuſtres accuſantes, ſeu accuſati iniuriarum vt aut reſpondeãt, aut accuſent. 245.20

illuſtribus qui & quomodo dentur tutores 143.1

Imago à ſtatua quid differat 12.1

immiſcere ſe hæreditati quid ſit, & quomodo differat ab adire hæreditatem. 314.26.

immiſcere ſe hæreditati dicuntur ſui hęredes, adire autem hæreditatem extranei 171.33

immunitas ab honoribus an & quando tranſeat ad hæredes. 258.7

immunitatis militum durandæ tempora. 150.3

immunitate ſunt digni, quos lateris principis comitatus illuſtrat. 277

impenſæ factæ gratia fructuum quærendorum an ſemper deducantur. 58.25 factæ gratia rerum an, & quando, & qua ratione deducãtur per poſſeſſorem ibid.26

impenſæ gratia rei factæ quomodo, quãdo & quales deducantur in petitione hæreditatis. 55.13. quæ dicantur neceſſariæ, quæ item vtiles. ibidem. 14. ratione fructuum factæ deducuntur etiam à prædone ibid.15

impenſarum multiplex diuiſio. 58.24.3.

impenſarum nomine in funeranda vxore alicuius factarum qui teneantur. 74.20

impenſarum ſpecies tres. 311. 1. quæ ſoluto matrimonio repetibilis. ibidem 2.

imperator caput & miniſter humanorum ſacrorum quomodo adeundus. 10.1.

imperator confirmat ſenatuſconſulta. 9.3.

imperator quādo & quomodo inter pupillos, viduas & miſerabiles perſonas cognoſcat. 50.
imperatori variè maledici 257.1
imperium verum quid ſit. 49 15. an poſſit mandari. ibid.16. an ſoli principi competat, an etiam magiſtratibus, & quib. ibid.17.e.f. miſtum quid ſit. ibid. 18. miſtum an competat magiſtratib. municipalibus. ibi.20. miſti exempla aliquot ibid.19
impoſsibile quomodo contractus irritos reddat. 2 8 & 3.f.
impubes vt ritè arrogetur authoritate principis, quæ ſint neceſſaria 252.3
impuberem, factum puberem teſtificari poſſe de eo, quod vidit in pupillari ætate 89.7
impuberes teſtamentum facere non poſſe, & intra quam ætatem cenſeantur impuberes 163 3.& ibid.2
incapaci relicta, cui applicari debeant 174.27.
incapacem eſſe aliquem relictorum in teſtamento quibus modis contingat. 317.1.
incertus contractus quis. 77.2
incerta quando dicatur obligatio 77.6
incertæ perſonæ an & quando poſsint hæredes inſtitui 165.28
inceſtæ nuptiæ. vide Nuptiæ inceſt.
inceſtus crimen impedit concubinatum. 140.2.
inceſtus quando dicatur committi 238. 24.
incidētes & emergentes quæſtiones quid differant 47.11.
de Incidenti queſtione quando ferenda ſententia 47.19
incola quis dicatur, & vnde 256.1
incolas alicuius territorij non cogi ad obeunda munera, vel capiendos honores. 277
incorporales res quæ 285.
incorporalia an & quomodo poſsideantur. 198.2.
incredulorum pœna, & credentium præmia 3.8.6
indebitæ rei ſolutæ fructus, & partus venire in conditione indebiti, & quid de aliis acceſsionibus 81.36
indebitum pro parte, ſolutum repeti nō nunquam in totum 81.37
indebitum quot modis dicatur 80.1.
indebitum naturaliter & ciuiliter, vel naturaliter tantùm qua actione repetatur, ſi ſolutum ſit 80.2.& 81.a.
indebitum ope exceptionis, debitum tamen ciuiliter & naturaliter, an ſolutū poſsit repeti 80.8.& 81.b
indebitum ſpeciem ſibi ſolutam diſtrahens ad quid teneatur 8 .33
indebitum repetenti qualis ignorantia noceat, qualis non 10.13
indebitum ſi tutor ſoluerit nomine pupilli, an ipſe condicat, an pupillus. 81. 26.28.
indebiti ſoluti repetitionē an tranſactio impediat 80.13
indebitum ſcienter ſolutum non repeti, & an id ſit perpetuum. 80.10.& 81.eid. ſolutum ex ea cauſa, quæ creſcit per inficiationem, an poſsit repeti. 80.18. ſoluenti nomine alieno an & quando detur conditio indebiti, & quādo ei cuius nomine ſolutum eſt 81 25.25. 27.& h. incertum ſolutum qua actione repetatur 81.30.2.
indebiti condictio: vide Condictio.
indebiti ciuiliter tantum, ſed naturaliter debiti exempla aliquot 80.3
indebiti ſoluti repetitionē dari, niſi præſtetur cautio, vel niſi impenſa deducatur. 80.9. ſoluti repetitionem ceſſare propter rei iudicatæ authoritatē. ibid. 11. repetitio an impediatur propter iuſiurandum. ibid 12. repetitionē ceſſare ob cauſam pietatis 80.17.& 81.e.
indicere quid ſit. 250.1
indictio quomodo ſiebat, & quotiēs 250. 2
indigno relictum in teſtamento applicatur fiſco 19.1
induci aliquid in teſtamento quando dicatur 312.1.
inductum in teſtamento quando debeatur, & quando non 213 3
infamem effici eum, qui damnatus eſt de crimine publico 303.5.
iniuriarum actio an vendi poſsit 113.18.b
infames à quibus actionib. ciuilibus arceantur 260.4
infames omnes an prohibeantur facere teſtamentum 163.11
infames prohiberi à teſtimonio dicendo quomodo ſit intelligendum 89.5
infamibus dignitatum & honorum portæ claudendæ 260 3.
infamia quid ſit 247 9
infamia an alicui irrogetur per annotationem bonorum 245.3
infamia quomodo diuidatur. 23.3. facti quibus ex cauſis irrogetur. ibid. quos habeat effectus. ibid.4. iuris, quibus ex cauſis irrogetur, & quibus remittatur. ibid 5.6.7.8.9. & 24.10.11.12 13. 14.15.16. 17. quos habeat effectus. ibid.18.
infamiam non præſtare vacationē à muneribus ciuilibus 260.1
infamiam remitti poſſe duntaxat à principe & ſenatu 37.3
ingenuitas an, & quando, & qui inducatur. 280.5.4.
ingenuitas quib. modis inducatur 305. num.2.
ingenuitas quandiu repetibilis 194.3
ingenuus quis. 194.1.280.1
ingenuo manumiſsionem nihil obeſſe. 194.4
ingratitudinem arcere liberos ab iis bonis, quæ per leges deferuntur eis ob tranſitum parentis ad ſecundas nuptias 151 4
inimicitia vocatus ad munus publicum, vacationem impetrat 262.1.4
inimici arbitri ſententiā reſcindi per exceptionem doli 262.2
iniuria quid ſit 244.1
iniuria quando dicatur fieri in corpus. 244.6. quando dicatur facta literis. ibid num. 4. quando faciat ad infamiam. ibid. 8. quando cenſeatur facta ad minuēdam dignitatem. ibid.7.
iniuria quibus modis fiat. 244.3
iniuria quot modis dicatur. 244
iniuriæ æſtimatio ex quibus augeatur 245.16
iniuriæ nomine filiofam. factæ cui competat actio iniuriarum. 244.10
iniuriæ per ſcripturā illatæ pœna qualis ſit 244.5
iniuriam factam ſeruo, quando dicatur dominus pati 244.11
iniuriā per quot patiamur. 244.9.11.& 12
iniuriam qui facere poſsint. 244.2
ob iniuriam ſeruo factam, quādo domino detur iniuriarum actio 244.11,
iniuriarum actio aduerſus quem detur. 244.13
iniuriarum actio qualis ſit. 245.17
iniuriarum actio quibus caſibus denegetur aduerſus eum, qui iniuriam feciſſe dicitur 244.14
iniuriarum actio quādo infamet 245.b
iniuriarum actio in quātum, ſeu ad quid detur. 245.15. vt tollatur ibid.18
iniuriarum actionem dati iniuriam paſſo. 245.9
iniuriarum agēs quomodo dicatur perſequi in iudicio id, quod ſibi debetur 297.3
iniuriarum nomine vt agi poſsit, & altero iudicio alterum tollatur 245.19
inofficioſa donatio quæ. 54. 1.a.b. quo iure reuocetur. ibidem. 5. quatenus reuocanda 54.4
inofficioſæ donationis querela quibus detur. 54.2. ex quibus cauſis non detur, vel detur. ibid. 3.4.c
inofficioſum teſtamentum 53.1.2
inofficioſi teſtam. querela: vide Querela
Inquilinaria conditio quare ſic dicatur, 273.6
inquilinus an poſsideat 199.18
inquilini qui dicantur 273.6
inquilini etiam non coloni in cēſum deferre coguntur. 274.2. an etiam decimas ſoluere teneantur 275.2
inquilini fugientes quomodo reuocentur. 273.13
inquilinorū priuilegia quædam 273.16
inquilinos reuocari, ſi aufugerint, & quæ eos recipientium ſit pœna 273. 12.& 274.19
inquilinos ſeruari debere terris, quibus ſunt adfixi. 273.7
de in rē verſo: vide Actio de in rē verſo.
inſinuari donationem quid ſit 234.8
inſinuatio in donatione eccleſiæ non requiritur. 4.7. & 2.
inſinuationi quando locus non ſit 332.4
inſinuatiua ſuper clericis in maiore eccleſia dentur 3:2.
Inſtitutio hæredis non facta, quandoq; facta præſumitur, & contrà. 2.5
inſtitoria actio qualis ſit 95.18
inſtitoria actio quib. detur 100.18.d
inſtitoria actio cōtra quem detur, & quibus ex cauſis 94. 10. 95. 14.16.d
inſtitoria actione quibus caſibus quis teneatur. 94. 12. c. quatenus teneantur plures. 95.13. quādo & ad quid teneatur præponens. ibidem. 14. an teneatur quis nomine eius, quem cuſtodiendis mercibus præfecit. ibidem 15.

an ten

neatur minor 94.tt
inſtitor alicuius, qui ſcripſit alteri merca tori qualiter apud mēſam domini ſui habeat mille, an ipſe finito officio, an dominus eius ſit conueniendus 95.f.
inſtitutio quid ſit.166.1. vide Hæredis inſtitutio.
inſtitutiones cur elementa iuris dicātur. 278. 4.
inſtitutiones ſub conditione factæ: vide Conditio, Conditiones.
inſtitutionū iuris cognitio quàm ſit neceſſaria 278: condendarum occaſio quæ fuerit.ibid.c.
inſtitutionum libri quare ſic dicantur. 278.3.
inſtitutus à patre, & ſubſtitutus impuberi an poſsit hæreditatē paternam repudiare, & adire pupillarem, vel ecōtrà 167.17
inſtrumentum fundi quid ſit, & quotuplex 315 1.
inſtrumentum publicum quid, & cuius authoritate innitatur 379.*
inſtrumentum publicum & duos teſtes eſſe paris authoritatis. 287.a
inſtrumentum quale eſſe oporteat, vt ei fides habeatur 90. 2.5. quatenus iterum producendum ibid.3.3
inſtrumentum debere eſſe alterius generis, quàm res, cuius eſt inſtrumentum. 315.5.
inſtrumentum vt cenſeatur factum cum cautela competenti, quæ ſint neceſſaria 334.1.
inſtrumentum publicum an fidem faciat in alio territorio, quam in quo eſt cōfectum ibid.2
inſtrumenti ritè confecti fides ex quibus ſuperuenientibus cauſis labefactetur 335.4.
inſtrumenti veritate probata ab eo, qui illud produxit, an liceat aduerſario probare eius falſitatem. 90.4.
inſtrumenti fidei quando derogetur per confeſsionem 91.13
inſtrumēto amiſſo, an contractus nihilominus maneat firmus 91.14.g
inſtrumento amiſſo, quæ probatio exigatur. 91.15.h.
inſtrumento detrahat ne fidem vetuſtas, vel corroſio vermium 335.3
inſtrumento domus quæ contineantur. 315 3.
inſtrumento perſonæ quæ contineantur. ibid.4.
inſtrumento tradito, prædium traditum videri. 2.14.3.g.
inſtrumenta diuerſa quatenus ſibi mutuo derogent, vel ſimul fidem mereātur. 91.3.a
inſtrumentorum appellatio quàm latè pateat. 90.1.a.b.
inſtrumentorum duę ſpecies, publicum & priuatum 335.*
inſtrumentorū exempla ex quibus cauſis ſoleant deſcribi 340 3
inſtrumentis an maior fides adhibeatur quàm teſtibus 88. 2.90.2.b.91.12.f.*.
inſtrumentis nomē imperatoris, & tempora apertè adſcribenda 332
inſula in flumine nata cuius ſit 284.31.
integra res eſſe in venditione quando dicatur. 88.1
intellectus ad leg. vide Legis.
intellectus ad l. ita nobis. C. ad l. Iul de adul. 238.18.
intellectus ad l.§.authen. &c. vide, Legis, Paragraph. authent.
interdictum de itinere actúque priuato, quare fuerit introductum 323.t. & 3
interdictum de libero homine exhibendo quando locum habeat. 219.3
interdictum ad quid proponatur.ibid.6. quibus competat. ibid.7.
interdictum de liberis exhibendis quibus detur 219.1
interdictum in quos detur, & ad quid. ibid.2
interdictū quale ſit, & quale item interdictum de liberis deducendis 219. 4.
interdictum de precario cui detur.ibid. num.7
interdictum contra quem detur ibid.9. 11.
interdictum ad quid detur, ſeu quæ veniant in eo 220.13
interdictum intra quod tempus competat ibid.14 *
interdictum de tabulis exhibendis quibus detur 218.5
interdictum in quibus tabulis locum nō habeat ibid.6
interdictum contra quem competat.ibidem.7
interdictum quale ſit ibid.8
interdictum de tabulis exhibendis locū non habere pro teſtamento nō ſignato: & an pro teſtamento aliàs imperfecto, vel etiam falſo. 218.2
interdictum momentaneæ poſſeſsionis quid. 58.3.
interdictum, Quod vi aut clam, quando locum habeat 324.1.& 3.
interdictum, Quod vi aut clam ad quid, cui in quem, & intra quantū tempus competat 324.4
interdictū quid olim fuerit. 214. vti poſſideris, in quibus locum habeat, & in quibus vtrubi ibid. 8
interdictum quorum legatorū non proponi niſi contra eum qui titulo poſsider. 215.5.
interdictum Quorum bonorum directū cui detur, & cui vtile. 215.1. contra quem proponatur, & ad quid.ibid.2. quale ſit. ibid.3. directum & vtile eſſe vniuerſale t
interdictum quorum legatorum quibus detur, & contra quos. 215.1. ad quid detur ſeu, quæ veniant in eo. ibid. 4. quando locum habeat. ibid. 7
interdictum Saluianum. vide, Saluianum interd.
interdictum Vtrubi pro quib. rebus locum habeat 217.4
interdictum Vti poſsidetis in quibus rebus locum habeat.217.1. an & quādo detur pro quaſi poſſeſsione ſeruitutis.ibid. 6. quando proponatur. ibid. 7. quibus ex cauſis proponatur ibid. 8.
interdictum Vti poſsidetis non dari ei qui omni poſſeſsione priuatus eſt. 218.15.
interdictum Vnde vi quando locum habeat. 215. 1. 217. 2. pro quibus rebus competat. 217.7. & 215.b. an competat ei, quo abſentē alius ingreſſus eſt poſſeſsionem, & is abſens ſuſpicatus eſt ſe poſſe repelli. 215 9. quibus poſſeſſoribus detur.216.11. contra quem detur ibid.12. ob quarum perſonarū reuerentiam denegetur, & quæ actio tum in locū eius detur.ibid.13. ad quid detur, ſeu quæ veniant in eo.ibid 14. quale ſit, & an ſit famoſum. ibid. 16. quatenus detur contra hæredes violenti. ibid.17
interdictum Vnde vi ita demum competere, ſi dolo malo vis adhibita ſit. 215 6
interdicto de liberis exhibendis propoſito quando differatur res in tempus pubertatis. 219.3.& *
interdicto nunquam infamiam irrogari. 215.14. propoſito, priùs cognoſcendum de poſſeſsione, quàm de proprietate ibidem. 16
interdicto poſſeſſorio pupillum pro ſe non pro aliis agere poſſe 46.5
interdicto vnde vi damnatum amittere proprietatem 46.4
interdicto Vti poſsidetis victus quomodo condemnatus ſit 218.19
interdicto Vti poſsidetis, vel vtrobi propoſito, quis vincere debeat. 217.9. Vti poſsidetis propoſito aduerſus eum, qui vi, vel clam, vel precario poſsidet ab actore quomodo pronuntiare debeat iudex, & quid ſi ab alio ita poſſideat 218.16.18
interdicta cuioſmodi propoſita ſint pro cloacis.217.2. Vti poſsidetis, & Vtrobi quibus dentur ibid.5
interdicta omnia perſonalia eſſe 146.29
interdicta quæ contineant cauſam proprietatis, vel quaſi proprietatis 214. 5. quæ dentur reſpectu veræ poſſeſsionis.ibid 6. quæ dicātur ſimplicia. quę item duplicia: & quare ſic dicantur. ibid.7. quæ dicātur mixta. partim ſcilicet prohibitoria, partim reſtitutoria ibid. 10. quæ ſint perpetua, quæ item annalia. ibidem 11. publica quot ſint, & quæ ibid.12 priuata quot ſint, & quæ. ibid.13
interdicta quæ annalia ſint, & quo caſu perpetuò dentur. 215 18
interdicta omnia reddi, noxaliter an ſit verum. 215.17
interdictorum variæ ſpecies. 298.28
interdictorum ſolennitas quid olim differret à ſolennitate actionum. 214.1 alia eſſe prodita gratia iuris diuini, alia gratia iuris humani: & quę interdicta pertineāt ad ius diuinum, & quādo locum habeant. ibid.2. 215.2. quæ ad ius humanum pertinent, quædam cōpetere ob priuatam vtilitatem, quædam ob publicā: & de variis interdictorum ſpeciebus ad priuatā vtilitatem pertinentium.214.3 eorum, quæ gratia rei familiaris dātur ſpecies va-

riæ ibid.4.quędam eſſe ſimplicia,quę dã duplicia, & quæ.ibid. 7.quædam eſſe prohibitoria, quædam reſtitutoria,& quædã exhibitoria: & ad quid dentur.ibid.9.quædam eſſe publica, & quædã priuata:& quot ſint publica,& quæ 214.12
intereſſe aliud eſſe conuentum,aliud cõmune,aliud ſingulare.204.1.conuentum,vel commune præſtari debere in ſolidum. ibid. 2.2.ſingulare quib.caſibus petatur, & quatenus præſtandum ſit ibid.3.5
intereſſe ſingulare quibus caſib. æſtimetur in lucro ibid.4
intereſſe quod eſt extra rem,quando veniat in conſideratioñe, vt quis ad illud teneatur.204.6. an veniat in obligatione rem dari.ibid.7. petitum ex contractu incerto quatenus præſtandum ſit ibid.8
intereſſe eius, qui agit ad exhibendum, quo tempore conſiderari debeat.72.11
intereſſe quomodo computetur in mandati actione. 107.24.d
intereſſe & fructus an & quatenus veniant in actione finium regundorum 70.10.
intereſſe venire iure actionis in bonæ fidei actionibus. 51.2
interpretari quid. 2.3.b.
inter pretatio cuiuſmodi adhibenda eſt, cùm dubitatur quid ſenſerint cõtrahentes 316.3
interpretatio legum & conſuetudinum quãdo,à quibus,& quomodo facienda 8.12.13.inde,& b.c.d.e.f
interpretationes legum variæ quomodo fiant.2.nu.3.cum ſequent.
interroganti an ſit neceſſe proponere libellum pro interrogatione facienda. 310.2.
interrogationes in iure quibus caſibus fiant.310 3.vbi fieri debeant ibid.4
interrogationes in iure quando locum habeant,& in quibus caſibus 207.1.
interuallum reſponſionis an vitiet conſtitutionem duorũ reorum promittendi,& an conſtitutionem duorum reorum ſtipulandi 228.3.4
inteſtabilis bona ad quos deuoluantur. 174.30.
inteſtatus quibus modis quis dicatur. 187.2
ab Inteſtato qui quo ordine ſuccedant. 339.1.2.3.
intexta & inſerta alienæ materiæ an & quando vendicari poſsint 57.11
inuecta & illata quatenus ſint domino domus obligata 93.11
inuentarium quando ſit ab hærede faciendum, & quæ ſit huius inuentarij faciendi forma, quæ itẽ vtilitatis ſeu effectus 170.7.8.
inuentarij forma 144.3.4
inuentario fidem habere 147.4
Irenarchæ officium quale ſit, ſeu in quo conſiſtat. 264.1.4.
Irenarchæ qui ſint, & vnde dicantur. 264.1.à quibus eligantur ibid.2
Italiæ miranda mutatio 248.2
Italiam à tributis eſſe immunem 250.4
itineris ſeruitus qualis ſit 61.8
itineris ſeruitutis vſus per xxx.dies quã vtilitatem vtenti afferat. 325.3
de Itinere actúque priuato interdictum. vide interdictum de itinere,&c.
iubere & mandare quid differant 97.46. & 98.5.
Iudæus Chriſtianum mancipium emere non poteſt 19.10
Iudæo non licet Chriſtianum poſsidere mancipium 7.1
Iudæi in quibus tolerentur, & in quibus grauentur 7.1
iudex cuius ætatis eſſe debeat 323.5.
iudex cuiuſmodi iuſiurandum præſtare debeat 45.21
iudex delegatus. vide latius in Delegatus.
iudex ex quibus cauſis poſsit ſententiam ſuam reſcindere, etiamſi ea teneat. 323.8
iudex ex quibus cauſis dicatur incompetens. 304.1
iudex ordinarius quæ delegare poſsit. 353.3.
iudex poſsitne alicui præcipere vt agat intra diem ſub pœna 46.2.inde.2
iudex quam pœnam ſententia ſua poſſit imponere 247.14
iudex qui malè iudicauit an, & quando, & quatenus teneatur.296.1.qui imperitè iudicat, quare non teneatur verè ex maleficio, ſicut tenetur medicus,qui imperitè ſecat 297.10
iudex qui non admiſit argui precem falſitatem quomodo puniatur 12.8
iudex qui per imperitiam iudicauit, quatenus teneatur 205.4
iudex quomodo ſuppleat quę aduocatis partium deſunt 23.inde.
iudicis alicuius vicem obtinens cuiuſmodi iuriſdictionem habeat. 14.1
iudicis electi vel adminiſtratoris officiũ quale ſit 328.3
iudicis epiſtolam ius non facere 206.1
iudicis malè adminiſtrantis pœna qualis ſit 328.4.
iudicis malè iudicantis pœna qualis ſit, & quæ olim fuerit 205.1.2
iudicis negligentis pœna 122.3
iudicis non recipientis appellationem pœna qualis ſit 209.30
iudicis officium quale in actione arbitraria 51.4
iudicis officium quale ſit in confeſſoria, quale item in negatoria 61.37
iudicis officium quale ſit circa ſumptus funeris 74.25
iudicis officium quale ſit in cauſa liberali 194.12
iudicis partes in finib.regundis 70.8.9
iudicis partes in actione communi diuidundo 69.8
iudicis partes quæ ſint, vbi agitur rei vendicatione. 302.4.5. officium quale ſit in actione finium regundorum. ibid.7. 8. officium quomodo locum habeat in iis, quæ contingunt poſt litem conteſtatam circa rem petitam 303.9.officiũ quibus caſibus imploretur deficiente actione. ibid. 10. officium;implorari in accuſatione priuati criminis pro impoſitione pœnæ.ibid. num.11
iudicis perſona quomodo ſit conſideranda.44. 4.inde. officio fungi quæ perſonæ prohibeantur. ibid.5.7.
iudicis ſui examen poſſe aliquem declinare,ſi eum adſerat ſibi eſſe inimicũ. 262.3
iudici decem obſeruanda præcepta 330.2
iudici de pupillaribus rebus alienandis decernenti quę obſeruanda 151.4.5. & 152.6
iudici non parentis pœna 306.1.inde.
iudici pecuniam dans,vt iudicet, vel etiã vt non iudicet, an poſsit repetere 205.3
iudicem corrumpentis pœna qualis ſit. 205.6
iudicem debere ferre omnimodo ſententiam certã, prout ei poſsibile eſt.302. 2.ſequi potius debere ęquitatẽ quàm ius ſtrictum,quatenus verũ ſit, ibid.3
iudicem neminem eſſe poſſe in re ſua.44. 10. 45. c. d. debere potius æquitatem ſequi , quàm ius ſtrictum. 45. 22.b. delegatum quando liceat recuſare. ibidem,24. ordinarium recuſari non poſſe ibidem,25
iudicem nullum eſſe poſſe in ſua cauſa, & cur. 46 1
iudicem ordinarium non recuſari , ſed duntaxat delegatum 341.1
ſub Iudice ciuili litigare non cogitur epiſcopus 5.8
iudices ab ordinariis delegati quantum accipere poſsint expenſarum nomine 45.7.2
iudices pedanei.vide Pedanei.
iudices an & quando contrahere, donationes recipere,vel ædes extruere poſſint 15
iudices omnes poſt depoſitam adminiſtrationem quandiu , & vbi manere, & apud quos reſpondere debeant. 14.num.1.
iudices quando cenſeãtur deponere adminiſtrationem. ibid.2. durante magiſtratu qui quando conueniri poſſint. ibidem 3
iudices quales eligendi 328.2
iudices quatenus & à quibus accipere poſsint 242.2
iudices quomodo eligerentur olim , & quomodo hodie 328.1
iudicum ciuilium officium 14
iudicum delegatorum officium quale ſit. 336.1
iudicum diuerſorum officium 14.1.2
iudicum militarium officium 14
iudicibus prouinciarum omnes obediãt 333
iudiciales ſtipulationes quæ dicantur. 324.1
iudicatum ſeu iudicata res. vide, Res iudicata.
Iudicati cauſa pignus captum. vide, Pignus.
iudicata:vide,Res iudicata.
iudicium an & quando poſsit conſiſtere inter patrem & filium 232.6
iudicium criminis an fiat per vnum teſtem

teſtem 146.6
iudicium variè accipi. 44.1.2.& 46.1
iudicium quid ſit, cum pro inſtantia & ordinatione cauſæ accipitur 44.3
iudicium quomodo conſtituatur. 44.4 & 45.e. ſuper quibus rebus ſit conſti tuendum 44.11
iudiciũ quibus ex cauſis ſoluatur. 45.23
iudicij inſtantia in quantum tempus poſ ſit extendi 44.15
iudicij ſignificatio quàm multiplex ſit. 44.2. effectus qualis ſit, ſiue in principio, ſiue in medio, ſiue in fine. 45.26
iudicij vigore deficiente, an ſibi ius dicere liceat 7.1
iudicio ſiſti in alieno foro quomodo reus non teneatur 45.17
in iudicio agere vel defendere quæ perſonæ prohibeantur 44.8
in iudicio ſtandi perſonam legitimam qui habeant 46.1
iudicia publica quæ dicantur 303.1
iudiciorum ordo quis ſeruandus. 46.
iudiciorum ſumptus quales faciendi ſeu exigendi 45
iudiciorum varias eſſe ſpecies. 44. num. 1.& 45. e
in iudiciis debet ſeruari æqualitas 277.
iurare in litem quid 48.1.2.a
iurare qui debeant propoſitis duntaxat ſacris ſcripturis, non etiam tactis: & qui iurare debeant eis tactis 269.2
iuramentum quid ſit 77. e. licitum quod ſit ibidem
iuramentum de calumnia vide iuſiurandum.
iuramentum turpe authoritate legis deferens non peiurat 332.1
iuramentum in litem quis deferat 148. 3. cui deferatur. ibid. 4. qui cur præſtare non poſſint, aut nõ cogantur. ibid. 5. cur deferatur. ibid. 6. ſpeciale videri in actione tutelæ. ibid. 7. in quib. cauſis deferri, vel non deferri poſſit, & cur. ibid. 8.11. actioni ex empto non competere. ibid. 9. in Fabiana locum habere ibid. 10
iurans quando non peieret, etiamſi deferat iuramentum 332.1
iuriſdictio quid ſit. 49.1. quid pleniſſima & minus plena. ibid. 2. ordinaria & delegata. ibid. 3. voluntaria & contentioſa. ibid. 13. diuiditur item in merũ & mixtum imperium, & ſpeciali nomine, iuriſdictionem. ibid. 4. 14. ordinaria quomodo conſtituatur, ibid. 6, à quibus detur. ibi. 7. quomodo prorogetur. ibid. nu. 8.9.10.11.50.b.c. delegata à quibus detur 49.7
iuriſdictionis verbũ largè poni pro qualibet notione 21.2
iuridicus Alexandriæ de quibus cognoſcat, aut non 15.1.2
iuridici Alexandriæ officium 268.1
iuriſprudentia quid, & qui differat à iuſtitia 279.8
iuriſprudentiæ vtilitas 278.1
iuriſprudentes non poſſe legem condere 12.5
iuriſprudentũ authoritas quæ 9. nu 9.c.
iuſiurandum quid ſit. 74. 1. & 75. b. e quomodo diuidatur. 74.2. voluntarium quid ſit. ibid. 3. neceſſarium quid ſit. ibid. 4. iudiciale quid ſit, & an & quando poſſit recuſari, vel duntaxat referri. ibid. 5. vbi & à quo poſſit deferri. ibid. 7. & 75. c. an & quando à procuratore poſſit deferri. 74. 8. neceſſariũ à quo deferri poſſit, & quando. ibid. 75. d. e. ſuper quib. rebus deferatur. 75.11.13. alterius alteri neque prodeſſe, neque nocere, quatenus verum ſit. ibid. 12. delatum, ſiue ſit neceſſarium, ſiue iudiciale, quibus in locis præſtari debeat. ibid. 15. f. ſiue ſit iudiciale, ſiue neceſſarium, quo tempore deferri & præſtari poſſit. ibid. 16. 18. 22. delatum poſſe recuſari ex iuſta cauſa, & poſſe etiam referri. ibid. 19. ita præſtandum eſſe, vt delatum eſt. ibid. 21. an ſemper paris ſit authoritatis cum re iudicata. 75.25. in quibus maiorem obtineat authoritatem, quàm res iudicata ibid. 27.
iuſiurandum an & quando deferri poſſit actori ſemiplenè probanti 87.12. & 88.d.
iuſiurandum calumniæ præſtandum eſſe ab eo, qui poſtulat exhibitionem vel deſcriptionem teſtamenti. 172.5
iuſiurandum calumniæ quid ſit. 43.1.a quibus præſtandum ſit. ibid. 3. & 44.a
iuſiurandum an & quando præſtari debeat à procuratore. 43.6. an præſtetur à ſyndicis, œconomis & actoribus. ibid. 7. remitti parentibus & patronis. ibid. 8. quando præſtetur. ibid. 10. & 44.e
iuſiurandum de calumnia an præſtari debeat in accuſationibus publicorũ criminum 303.6
iuſiurandum de calumnia qui differat à iuramento de malitia. 44.e.
iuſiurandum de calumnia recuſans præſtare qua pœna plectendus 44.11. b
iuſiurandum de calumnia qua forma ſit præſtandum, & quoties. 333.4
iuſiurãdum defuncti creditoris an & cui præiudicare poſſit 332.2
iuſiurandum eorum, qui adminiſtrationem accipiunt 329
iuſiurandum quibus caſibus non repellat quem, quo minus vti poſſit iure communi 33.4
iuriſiurandi cõditio adiecta inſtitutioni hæredis vel legato, vel donationi cauſa mortis quatenꝰ remittatur 166.4
iuriſiurandi delatorem non iurare de calumnia. 76.14. delationem an & quando liceat deferenti reuocare. ibid. 17. relatio quomodo ſit facienda. ibid. 20. neceſſarij delatio an & quando reuocari poſſit. ibid. 23. iuriſiurãdi effectus qualis ſit, & quæ actio detur ex eo. 76. 24.28. & 77.b. vires ſeu effectus quibus proſint, & quibus præiudicent 77.29.1
iuriſiurandi in litem effectus. 148.12
iureiurãdo delato, an inſpiciatur cuiꝰ ſexus vel ætatis ſit is, cui delatũ eſt. 75.9
ius accreſcendi quando locum habeat in vſufructu 381.1.
ius accreſcendi quo caſu locum habeat in aſſignatione liberti. 293.7
ius accreſcendi locum habere in ſucceſſione militis, qui vnum ex hæredibus inſtituit in vna re, alium in alia, vel vnum ex vncia, alterum ex bonis caſtrenſibus 162.8
ius antiquum, medium & nouum 291.1
ius dominij quando & quo creditor in pignore impetrare poſſit 225.1. inde.
ius diuinum quare ab homine mutari non poſſit 1.1
ius naturale quot modis dicatur, & quid ſit. 279.1.2. ciuile quot modis dicatur. 280. 3. gentium quid ſit. ibid. 4. gentium ſolis hominibus cõmune ibid. 5
ius publicum quid, & in quibus conſiſtat. 279.11. priuatum quid. ibid. 12.
ius ſcriptum præualere æquitati non ſcriptæ 3.d
ius ſibi dicere, deficiente iudice, num liceat 7.1
ius ſibi dicere nemini regulariter permiſſum. 53.1. quibus caſibus permittatur ibid. 2.2
ius ſibi dicere ſicut cognitione & definitione, ſic & capiendo quæ ſua ſunt, non licet 46.2
ius vetus cur dicatur. 9.1.2. enucleari cur dicatur. 9.2. quomodo ſit enucleatũ. ibid. 2
ius vnde dicatur, & quid ſit, & quàm variè accipiatur 270.3.5.
iuris librorum materia generalis quæ 2.2
iuris ignorantia quibus, quando, & quomodo proſit vel obſit, aut non. 10. nu. 5.7.8.10.11.12.13. error quibus. 10. n. 9.
iuris origo. 304.2.2.
iuris effectum quis præſtet. 304.1
iuris peritia cur ars dici poſſit 279.4
iuris præcepta quæ. 279.9. poſitiones eſſe duas ibid. 10
iuri communi contraria ſupplicando nihil agi.
iure gentium quæ ſint introducta 280. 5.6.
iura cur inducta. 335.1
iura naturalia eſſe immutabilia. 11.2
iura conſtitui ex his, quæ plerunque accidunt 321.3
Iuſtinianus cur & quomodo tres conſtitutiones procemij vice præmittat Codici. 3
iuſtitia quid 279.1. 2. quomodo intelligatur eſſe conſtans & perpetua voluntas, ibid. 2. vnde dicatur. ibid. 3
iuſtitiæ definitio duobus modis intelligitur 279.1
iuſtitiæ origo 3.1.

L

Labor omnia vincit improbꝰ. 304.
læſionum cauſæ. 307.2
laicus quatenus in clericos agnoſcat 336.2
laici ne faciant eccleſias 333.1
lata culpa: vide Culpa.
lata culpa an in l. Cor. de ſic. pro dolo habeatur 239.3
latina libertas quæ dicebatur. 192.1
lectores eccleſiæ ſecundas & tertias nuptias contrahere prohibẽtur. 6.21
legans alicui prædium, hoc adiecto, vt inde alt debeat, quid leget. 316.6
legare alicui plus quàm liceat per legem

Falcidiam, quid ſit. 317.2. legare plus quis poſsit. ibid. 3
legare fundi reditū, & legare fundi vſum fructum, vel fructus, an ſit idem. 314.1
legati quæ res poſsint. 175.17.176.22.28. 36.b. an & quatenus poſsit res, quæ non eſt in rerum natura: & quid de re, de qua dubitatur, ſit necne in rerum natura. 166.20.21. poſſe etiam incorporalia, qualia ſunt iura & actiones. ibid. 28
legari vniuerſitati Iudæorum non permiſſum. 7.1
legatarius an rogari poſsit etiam id reſtituere, quod capere non poteſt. 181.3
legatarius capáxne ſit an non, quo tempore ſpectari debeat. 316.6
legatarius cui fundus legatus eſt, quem poſtea emit, an agere poſsit ad fundum. 289.1
legatarius peculij quomodo cauere debeat hæredi. 316.5
legatarius quibus actionibus perſequi poſsit rem ſibi legatam. 179.5
legatarius quo tempore capax eſſe debeat, vt valeat legatum ei relictum. 175.6. & 177.2. cui relicta ſunt cētum, ſi rogetur præſtare ducēta, an & quatenus teneatur ad tale fideicommiſſum præſtandum. 175.14. cui teſtator legauit, quod ſibi ab alio debebatur, an, & qualem actionem habeat ad tale debitum exigendum: & quid ſi teſtator, cùm viueret, id debitum exegerit. 176.28. cui legata ſunt decem, quæ teſtator dicebat ſe in arca habere, an poſsit petere legatum, ſi nihil ſit in arca. ibi. 29. cui teſtator ita reliquit fundum, vt hæres ei vendat, quo precio emere eum fundum debeat. 176. 37. decedens ante aditam hæreditatem, an, & quādo trāſmittat ius, quod erat habiturus adita hæreditate. 177.52
legatarius rogatus à teſtatore ſeruum ſuū manumittere an & quādo id cogi poſsit: & q̄d de ſeruo alieno. 191.4.5
legatarij miſsi in poſſeſsionem legatorum ſeruandorum cauſa, partes quæ ſint. 187.18
legatario etiam ignoranti ſibi aliquid relictum, acquiri emolumētum legati, ex quo eſt adita hæreditas: vt tamen ſit in eius poteſtate, agnoſcat illud vel repudiet. 177.53
legatario quomodo ſuccurratur aduerſus hæredem detrectantem præſtare legatum eo prætextu, quod dicat ſe neſcire quantum ſit detrahendum Falcidiæ nomine. 183.2
legatarium decedētem poſt mortem teſtatoris ante aditam hæreditatē trāſmittere legatum ad ſuum hæredem, quatenus verum ſit. 185.4.6
legatarium mitti in poſſeſsionem etiam pro re minima legata: & in quorum bonorum poſſeſsionem fiat miſsio. 186.14.16. & 187.20.
legatarium miſſum in poſſeſsionem cauſa legati ſeruandi, poſsidere ſibi duntaxat, non etiam alijs legatarijs: aliter in pluribus creditoribus. 186.12
legatariū vel fideicōmiſſarium ſpecialem non poſſe detrahere Falcidiam. 183.8
legatario adempto rem legatam ex cauſa lucratiua, ſuccurri hæredi, ne amplius eius legati nomine ei teneatur, & an id ſit perpetuum. 177.62
legatarij an ſint vocandi, cùm minor petit ſe reſtitui aduerſus aditionem hæreditatis. 35.5
legatarij & fideicommiſſarij an & quando poſsint eſſe teſtes in teſtamento, in quo eis legatum vel fideicommiſſum relictum eſt. 164.17
legatariis an & quando liceat appellare à ſententia, qua hæres condemnatus eſt. 208.12
legatariis coniunctis demum accreſcere portionem deficientis, ſi voluerint non etiam inuitis: aliter in pluribus cohæredibus. 185.18
legatio ad quem mittenda ſit. 261.3
à legationis munere excuſationem qui mereantur. 261.3
legationem deſerens qua pœna puniatur. 261.7
legatione fungentes ciuitatis alicuius nomine habēri pro abſentibus reipublicæ cauſa. 268.9
legationes plures poſsítne idem eodem tempore ſuſcipere. 262.13
legationes quo ordine curialibus ſint indicendæ. 262.12
legatę rei periculum ad quem ſpectet, ad hæredémne an ad legatarium. 183.18
legatam rem ſub cōditione relictam hæres interim alienare poteſt. 118.9
legata re vna pluribus, an & quomodo admittantur legatarij ad ipſum legatum, in ſolidúmne ſinguli, an pro portionibus: an verò poſtremo loco nominatus duntaxat admittatur, quaſi prioribus ſit ademptū. 176.49. re perempta an, & quando hæres liberetur à legato, & quam culpā præſtare debeat circa rē legatā. 177.60. re aliqua ſæpius in eodē teſtamento, hæredem liberari ſemel eam præſtando: & quid in certa quātitate prius legata. 177.64
legatus quis dicatur. 261.4. quomodo ſit eligendus. ibid. 4. quid agere debeat tempore legationis. ibid. 6
legati officio quis fungi poſsit, & quis non. 261.2
legati an & quādo poſsint in iudicio cōuenire tempore legationis. 261.9
legati vnde dicantur ſancti. 283.17
legatum quid ſit. 175.1.3. cui poſsit relinqui. ibid. 4. & 8. relictum ſeruo deportati ad quem pertineat. 175.5. rei alienæ an, & quando valeat, & quid tunc hæres debeat præſtare legatario. ibid. 18. rei pignoratæ an valeat: & quis debeat eam luere, hæréſne an legatarius. 176.19
legatum rerum ædibus iunctarū an conualeſcat, ſi poſtea res illæ fuerint ſeparatæ ab ædibus. 176.23. rei, cuius non eſt commercium, vel eſt quidem, ſed cum difficultate, an & quādo valeat. ibid. 24. & 177.c. eius rei, quę eſt ipſius legatarij, an & quando valeat. 76.26. 27. fundi vel domus in genere, an valeat. ibid. 31. annuum ſine taxatione certæ ſummæ an & quando valeat. ibid. 33. relictum Titio, cui debeatur, ſi duo ſint Titij æqualiter amici teſtatoris. ibi. 34. poſsítne cōmitti in arbitrium hęredis. ibid. 45. ita relictum, vt præſtet cùm voluerit hæres, an valeat, & quando præſtandum ſit. ibi. 46. relictum alicui ſub hac cōditione, ſi voluerit, an & quatenus valeat. 176.47. mihi relictum ſub hac conditione, ſi Titius voluerit, an valeat. ibid. 48. relictum in teſtamento imperfecto, vel in codicillis imperfectis, an debeatur. 177.51. an poſsit pro parte repudiari, & pro parte agnoſci. ibid. 55. quibus actionibus peti poſsit. ibid. 56. an & quatenus præſtandum ſit cum ſuis acceſsionibus. ibi. 57. quibus modis poſſit adimi, & quando peti non poſsit ademptum. ibid. 59
legatum ab hęrede relictum, ſi quid non dederit hæres, vel ſi quid non fecerit legatarius quando peti poſsit. 227.19
legatum ab vno ex ſociis relictum ſeruo communi ſine libertate, acquiri in totum alteri ex ſociis, & præcipiendum eſſe ab eo in actione pro ſocio. 110.35
legatum an reddatur conditionale ex conditione quæ ei tacitè ineſt. 181.15
legatum an poſsit conferri in arbitrium legatarij, aut in voluntatē tertij. 111.4
legatum an vitietur ex falſa cauſa ei adiecta. 179.2. an vitietur per falſam demonſtrationem. ibid. 3. ita relictum: decem, quæ tibi debeo, tibi lego: vel quæ ille mihi debet, tibi lego: vel quæ mihi debes lego illi, an & quando valeat. ibid. 6
legatum annuum ciuitati relictum perpetuò deberi. 268.8
legatum annuum vbi peti, vel præſtari debeat, & quando. 314.1. quibus modis finiatur. ibid. 4
legatum annuum vnúmne ſit, an plura ſint dicenda. 227.17
legatum auro relictum ab eo qui noluit legare argentum, non valere. 91.3
legatum an valeat, ſi quis leget id, quod in diem vel ſub cōditione debet. 289.5. factum de ſeruis ordinariis conuictæ eis an extinguatur. ibid. 6. fundi inſtructi an in totum extinguatur alienato fundo. ibid. 7. purè relictum ſeruo hæredis an valeat, & quid in legato ei relicto ſub conditione. ibid. 8.9. pecuniæ an vitietur propter incertitudinem. ibid. 15. lanæ quando non debeatur. ibid.
legatum certæ pecuniæ relictæ vt ſeruus manumittatur, an & quando patiatur Falcidiam. 183.12
legatum fundi inſtructi differre à legato fundi cum inſtrumento. 316.2.2
legatum hęredi relictum, quibus caſibus imputetur in Falcidiam. 184.28
legatum multis modis fieri caducum. 185.1.2
legatum in ſingulos annos quando dicatur. 314.1
legatum mulieri relictum ſub conditione, ſi non nubat, quando peti poſsit, & quando non. 331.9

legatum

legatum non vitiari per falſam demonſtrationem. 314.2
legatum purè in teſtamento relictum, ſi poſtea relinquatur ſub conditione, an ſit vnicum, an verò prius tollatur per poſterius. 119.5
legatum quibus modis reddatur inutile. 317.2
legatum quando dicatur pro non ſcripto, quando in cauſa caduci, & quando caducum. 185.2
legatum quod quis ſibi adſcripſit, quando valeat. 241.7
legatum quomodo hodie differat à fideicommiſſo. 179.1
legatū rectè relinqui domino, cuius ſeruus hæres eſt inſtitutus. 289.10
legatum relictum in ſingulos annos an & quando tranſmittatur ad hęredes. 317.6
legatum relictum, vel ademptum, vel tranſlatum ſub pœna vel conditione an & quando hodie valeat. 279.2
legatum relictum per nomen appellatiuum, non congruens rei, quam teſtator intēdit legare, an valeat. 178.5
legatum relinquatur ſub modo, an ſub conditione, quid interſit. 180.1
legatum repudiatum à minore per reſtitutionem repeti poteſt. 36.2
legatum ſibi aſcribens ignorantia non excuſatur. 10.12.13
legatum ſub cōditione relictum quibus modis deficiat: & ad quos ſpectet, quando deficit. 185. 8. 13. ex quibus cauſis non reddatur conditionale. ibid.9
legatum vbi petendum. 51.1. vbi ſolui debeat. ibid.2.2
legatum qui adimatur & transferatur. 290.2.2. nominis an & quando cenſeatur ademptum. ibi.17. an cenſeatur legatum tacitè ademptum rupto eo teſtamento, in quo relictum erat per illud teſtamentum, in quo nulla eius legati facta eſt mētio. ibi.20. cui onus vel fideicommiſſum eſt annexum, an cenſeatur tacitè ademptū, ſi teſtator poſtea reuocauit fideicōmiſſum vel onus, vel voluit ab alio impleri. ibid. 22. trāſlatum in eum, qui capere non poteſt, an nihilominus ſit ademptum ei, cui primò relictum fuerat. ibid.
legatum adimi poſſe vel in totū, vel pro parte, & an id ſit perpetuum. 290.4.6. poſſe extenuari. 290.5.9. variè adimi ibid. 13.14.16. 20. & b. liberationis videri adēptum, exacta poſtea ab ipſo teſtatore pecunia. 290 18. Calendarij non extingui per exactionem nominis. ibid. 29
legatum quis poſsit relinquere. 175.4.8. à quo poſsit teſtator relinquere. ibi. 9. & 11. relinqui poſſe ab hærede legitimo, quatenus verum ſit. ibid.10. relinqui poſſe ab omni eo, quē teſtator honorauit: & an id ſit perpetuum. ibi.11. & 13. nonnunquam inutile reddi ex mixta conſideratione eius, à quo legatur, & eius, cui legatur, item rerum & perſonarum. ibid. 16. & 176. 25. in genere generaliſsimo non valere. ibi. 32. poſſe in hoc conſiſtere, vt hæres damnetur emere rem aliquam à legatario iuſto precio. ibi. 38. relinqui poſſe quibuſcunque verbis, aptis tamen & idoneis. ibi. 39.41. relinqui poſſe purè, in diem, ex die, & ſub conditione. ibid.42
legati ademptio ex quibus cauſis inutilis. 290.7. ademptio facta in perſona vnius Titij, cùm teſtator legaſſet ſeparatim duobus Titiis, an valeat, ſi non appareat, cui Titio voluerit adimere. ibid. 12. ademptionem poſſe fieri in perſona eius ſolius, cui datū eſt. ibi. 11. tranſlatio quibus modis fiat. ibid.21
legati conditionalis dies quando cedat. 317.2. in diem relicti dies quando cedat. ibid 3. purè relicti dies quando cedat. 318.7
legati & ſtipulationis diſcrimen. 85.3
legati relicti ſeruo manumiſſo in teſtamenti dies quare non cedat ante aditam hæreditatem. 186. 3. vſusfructus aut vſus dies quare non cedat ante aditam hæreditatē. 186.4. in diem relicti dies quādo cedat. ibi. 6. ſub conditione relicti dies quando cedat. ibidem 7.
legato chirographo, vel nomine debitoris, cenſeri legatas actiones cōpetentes ipſi teſtatori. 177.65
legato conditionali an poſsit adimi conditio. 290.10
legato in genere relicto, cuius ſit electio, hæredisne, an legatarij. 176.30
legato librorum an cotineantur chartæ, vel econtrà. 178. 6
legata à teſtatore relicta non deberi, niſi detracto omni ære alieno. 156.2
legata caduca ad quos deueniant. 185. 10.15
legata & fideicommiſſa, item data cauſa conditionis implendę, an & quando imputentur in quartam. 182.24
legata ex nullo teſtamēto præſtāda eſſe, niſi prius detracto ære alieno. 165.14
legata hodie adæquata eſſe fideicommiſſis. 179.2. in quibus olim differrent à fideicommiſsis. ibid.1
legata non capaci, cui applicari debeant. 174.27
legatum poſt mortem hæredis aut legatarij non poſſe relinqui. 85.1
legata quæ relinquuntur expreſſa turpitudine legatarij an valeant. 176.43
legata ſub pœna relicta, vel adempta, vel tranſlata quomodo olim diſtinguerentur à legatis conſtitutionalib. 179.1
legatorum ademptio vel tranſlatio, qua voluntate fieri poſsit. 290.1
legatorum genera quot, & quę olim fueſint. 176.40
legatorum præſtandorum cautio: vide Cautio lega.
legatis duobus relictis, quorum vnum non poteſt eſſe ſine altero, ſi adimatur alterum, videri vtrunque ademptum. 290.8
legatis mihi decem, vt ea creditori teſtatoris præſtem, an creditor poſsit ex tali fideicommiſſo agere. 177.66
legatis pluribus rebus, quando cenſeantur plura legata. 177.55
legatis quale beneficium conceſſum ſit tempore legationis. 261.8. an ea priuilegia competant, quæ dantur abſentibus reipublicæ cauſa. 262.10. finita legatione quæ priuilegia competant. ibid.n.14.2
legatis quibus inſit cōditio, & quonammodo fiant. 180.2
legitimus an quis fiat hoc ipſo, quòd pater ſcripſit eum eſſe ſuū filium. 339.2
legitimus tutor: vide, Tutor.
legitimi filij à naturalibus quo iure diſtent. 140.3
legitimorum hęredum iura in ſuccedendo varia. 188.1.5
legitimorum & naturalium concurſus. 140.10
legitima & canonica ad epiſcopatum ſuſcipiendum perſona. 5.3
legitima filio relinquenda. 337.1
legitima quanta filiis ſit relinquēda iure authent. 330.1
legitima tutela: vide, Tutela.
legitima tutela quibus delata. 282.1
legitima tutela ſubſidiaria. 281.1
legitimæ ſucceſsioni quando ſit locus. 187.3.
legitimæ tutelæ capita. 281.1
legitimæ agnatorum, & patronorum tutelæ diſcrimina. 282.2
lex Cornel. de falſis quando habeat locum. 241.2.7. & 9
lex Falcidia quibus caſibus ceſſet. 340.7
lex Fuſia Caninia ſublata. 281.1
lex Iulia de ambitu quando locum habeat. 242.1
lex Iulia de vi public. quando locum habeat. 239.1
lex Iulia Miſcella qualis fuerit, & quomodo ſublata. 278.2
lex in futurum vetans, in præteritum indulget. 276.11
lex quid, & quot modis dicatur. 8.1
lex quomodo condatur, & promulgetur. 8.5. à præfecto prætorio. ibidem. 6. ab iis quibus imperator mandat. ibidem. 7. à populo Romano. ibidem. 8. à ſenatu. ibidem. 9. debet eſſe clara. ibid. 10. generalis quæ. ibid. 11. quando ferenda, & à quibus interpretanda. ibid.12.
lex Rhodia vnde dicta. 311. 1. vbi locum habeat. ibid.2.
lex Viſcellia an hodie ceſſet. 240.3
legis Aquiliæ ortus. 296.1
legis Aquiliæ: vide Aquiliæ legis.
legis Corneliæ de ſicariis pœna quæ ſit. 239.8
legis Flauiæ de plagiariis variæ lectiones, & quæ verior. 240. 46
legis Fuſiæ Can. vis. 191.1. hodie ſublatæ. ibid.2
legis Iuliæ de repetundis pœna. 242.6
legis largè ſumptæ partes. 8.2
legis Velleię capita quot ſint, & quando locum habeant. 170.12
legis verba quando non liceat offendere. 9.18.1
legis virtutes quæ. 3.1.2
legis Viſcelliæ vbi locus. 240.1
legem commiſſoriam reprobatam eſſe

in pignoribus, 220.4
legem faciendi occaſionem quæ dent. 325.prope finem.
legem futuris negotiis regulas imponere, non præteritas calumnias excitare. 277.1
legem totam cenſeri generalem, cuius initium eſt generale. 224.2
lege Cor.de ſica. an teneatur, qui mortis cauſam præbuit per laſciuiam, vel non malo animo, ſed malo exemplo. 239.5
lege Cornelia de ſicarijs, qui teneantur. 239.2
in leg. Viſcell. committentiom pœna. 240.2
leges dicuntur arma. 278.2
leges in quibus ciuitatibus docendæ. 267.1
leges vnde & cur dicantur eſſe ſacratiſſimæ. 279.3
legum conditores vel interpretes quò reſpicere debeant. 3.20
legum finis. 3.21
legum generale. 332.1
legum interpretatio quando, à quibus & quomodo facienda. 8.12.13. 9.b.c.d.e.f
legum latoribus duplex finis propoſitus. 3.21
legum variæ interpretationes qoomodo fiant.a.nn.5.cum ſeq. per decem prædicamenta. 2.9.10.4
leges condere qoi poſsint. 12.5
leges eſſe ſacras. 8.1.2
leges obſeruare omnes tenentur. 8.17. non obſeruantium pœnæ. ibid.18.k
leges ſuperiores inferior tollere non poteſt. 11.1
leno quis dicatus. 238.14
lenoni domum locantis pœna. 339.1
lenonum pœna. 271.2.2
lenocinium exercens infamia notatur. 23.7
l.abſtinendum.C.quos.appel.non recip. intellectus. 210.5
l.acceptam. C. de vſur. ſenſus. 104.4.8.à principio
l.actor.C.de probat.intellectus. 87.3
l.cogi poſſeſſorem.C.de petitinne hęred. intellectus. 57.30.31
l.cópetit. ff. qui & à quib.manumiſſ.lib. non ſi.intelectus. 193.4
l.contractus xvj.C.de fide inſtrumentorum, explicatur. 91.1
l.Corn.de ſica.an ſit locus citra dolum. 239.3
l.cum à nobis. C. de dilationib. quomodo intelligenda. 48.8
l.cum duobus. §. ſi iu coëunda. ff. pro ſoc.intellectus. 110.29
l.cum mandato. §. ſed ſi ex euentu. ff. de munerib.intellectus. 32.3
l. cum quærebatur. C. vnde vi. intellectus. 217.25
l.cum te.ix. C. de probationib. enucleasur. 88.1.2
l.debitor.§.ſeruo alieno.ff.de legat.ij. intellectus. 317.8
l. de hæreditate. C. de petitione hæredita.intellectus.56. 27.l.ſi putas. C. eo. intellectus. ibid.28
l.diuortio facto. 8. ff.ſol.matrim.ſenſus. 311.3.5.7
l. dotis cauſa.j.ff.ſol.matrim. explicatur. 311.1
l.ea quæ.vj.C.famil.erciſcun.intellectus. 68.1
l.filium quem.C.fami.erciſcun.facti ſpecies.68.1.ſenſus. ibid.2
l.fin.C.de reb.alie.non alienand.intellectus. 118.8
l.fin. ff.de condict. cauſa dat. intellectus. 82.13
l.habere licere. ff. de euictio. intellectus. 231 12
l.habito.C.de ædil.act. intellectus. 121, 27
l.hæreditas. C.de petitione hæred.intellectus. 56.26
l.j.C. de actionibus & oblig. intellectus. 85.19
l.j.C.de petitio.hæredit.intellectus. 56. nom.21
l.j. C.per quas perſo.nobis acquir.intellectus. 200.31
l.j.circa fin.C. quando lic.ab empt.reced. intellectus. 114.4
l.j.§.ſi ex dodran.iunct.l.prętor.§. videamus. ff.de collat. bonor. intellectus, 162.18
l.iij.§.j.ff.de minoribus xxv.annis, intellectus quis. 37.2
l.in familiæ. xx. C.famil.erciſcun. explicatur. 68
l.in operis.ff.locat.intellectus. 125.38
l.in ratione.§. quod vulgo.ff.ad leg. Falcid.intellectus. 184.26
l.is cui.ff. de furt.intellectus. 155.33
l.item quæritur. §.fin.circa fin.ff.loc. intellectus. 125.26
l.Iulia ambitus pœna. 242.3.& 4
l.pœnales.§.ſi Titio.ff.ad leg.Falci.intellectus. 183.9
l.quandiu inſtitutus. circa fin. ff. de acquiren.hæred.intellectus. 170.11
l.qui reſtituere.ff.de rei vend.intellectus. 116.7.8
l.quoniam hæ.§.ſi prætor. ff.de ſuſpectis tutor.explicatur. 149.3
l. ſcripturæ. C.de fide inſtrum. facti ſpecies. 91. 1.ſenſus ab Azone traditus. ibid.2
l.ſerui.§.vlt.ff.de furt.intellectus. 154.20
l.ſi cognatus.ff.de reb.dubiis. intellectus. 317.7
l.ſi extero. C. ſi ſeruus extero ſe em. explicatur. 108.3
l.ſi filius.C.de petitione hæredit. intellectus. 57.29
l.ſi fundum. ff. de fundo dotali, ſenſus. 139.3
l.ſi is qui.C.ſi mancip.ita fue.alien.intellectus. 120.2
l.ſi optio.in prin.ff.de optione, vel elect. lega.intellectus. 317.9
l.ſi pacto enucleatur. 20.1.2
l.ſi poſt motam. C.de petitione hæredit. intellectus. 56.24
l.ſi quis in tãtam.C. Vnde vi.intellectus. 216.21
l. ſi ſeruus.C. quod cum eo qui in alie. poteſta.intellectus. 199.29
l.ſi ſeruum quis.ff.de acqui.hæred.intellectus. 155.5
l.ſi vt allegatis.C.de inoffic.donat.explicatus. 54.1.cum ſeq.
l.vbi.ff.de reg.iur.explicatur. 91.4
l.vbi repugnantia.ff.de regu.iur. intellectus. 290.3
l.vlt. C. de Carbonia.edict. intellectus. 160.7
l. vt liberis. C.de collatio. intellectus. 161.15
l.vlt.ff.de ſolut.intellectus. 107.39
l.vnicæ. C.de ſolutionib.ſenſus. 271.1
libellus accuſationis quomodo ſit concipiendus. 236.7
libellus appellatorius quomodo ſit concipiendus. 208.3
libellus qui concipiendus in exhibitione. 72.4
libelli oblatio ſola quibus caſibus perpetuet actionem. 40.7
libellum famoſum corrumpentis præmium. 245.2. non corrumpentis pœna. ibid.
libellum non niſi cautione recipi. 337.1
libellum reo in ſcriptis dandum eſſe ab actore. 332.3
libello an infamare conceſſum. 245.1
libello appellationis iudici à quo appellatur porrecto, quæ ſint ipſius iudicis partes, & quæ appellantis. 209.27
libelli dimiſſorij (quos apoſtolos vocant) quomodo ſint concipiendi. 209.28
libellos appellatorios oblatos poteſt appellans pœnitentia ductus recuperare. 209.33
liberali cauſa ordinata, quatenus liberi loco habeatur is, qui dicitur ſeruus. 194.4
liberalis cauſa per quos agenda. 195.1
liberalis cauſa vbi ſit agitanda, cũm plures ſunt, qui dicunt ſe ius habere in eo, qui in ſeruitutem petitur. 194.8. quando moueri poſsit. ibid.9. exerceri poſſe vtroque præſente, vel altero abſente: & quæ hic ſpecialia ſint. ibid.11
liberale iudiciũ, ſeu cauſa libertatis quibus actionibus exerceatur. 194.2
liberatio ab obligatione quibus modis contingat, vt extinguatur obligatio ipſo iure. 230.1.3
libertas a minore qoando per reſtitutionem reuocari poſsit. 34.1.2.3
libertas quid. 280.3
libertas fideicommiſſaria quæ dicatur. 191.1
libertas quibus poſsit relinqui. 191.3.7
libertas ſeruo naſcituro relicta an debeatur omnibus, ſi plures naſci contigerit. 192.6
libertas quæ dicatur dari vindicta. 190.2
libertas quibus ſeruis relinqui non poſſit. 190.7
libertas in qua voluntate poſsit relinqui. 191.8
libertas qualiter relinqui poſsit vltima voluntate. ibid.9.11
libertas directa & fideicommiſſaria in quibus differant inter ſe. 191.18
libertas Romana quibus modis deferatur &

tut & competat. 192.2.3.4.&6
libertas teſtamento data in fraudem creditorum, quo caſu rata ſit, & quibus caſibus reuocetur. 193.4
libertatis directæ vel fideicommiſſariæ nomine in quantum tempus agatur, vbi contentio eſt de hæreditate. 55.18
libertatis directò relictæ effectus quis ſit. 191.15
libertatis purè relictæ dies quare non cedat ante aditã hæreditatem. 185.2
libertatis quæſtione pendente cum alia, vel ciuili vel criminali, de qua prius cognoſcendum ſit. 195.1.3.2
libertati ancillæ relictæ ſi fiat mora, quo modo cõſulatur partui ipſius. 191.10
libertati ſeruo communi ab vno ex dominis relictæ, quæ dilatio iure poſsit opponi. 193.2
libertati in quibus derogetur. 249.5
libertatem ceoſeri legatam ſeruo communi, cui vnus ex pluribus dominis legauit partẽ, quam in eo habet. 193.4
libertatem directò relinquere quis cenſeatur. 190.2. ſeruo ſuo relinquere an & quatenus poſsit is, qui non eſt ſoluendo. ibi.5. poſt tẽpus relinqui poſſe: & quando tunc competat. ibid.10. poſſe ſub cõditione relinqui, & quãdo ſit ei conditioni parendũ. 191.12.14
libertatem fideicommiſſariam quis poſſit relinquere. 191.2. poſſe relinqui purè & ſub conditione: & quomodo, & quando. ibid.28
libertatem præſcriptione non tolli. 52.3
libertatem ſnupſius quanto tempore, & quibus interuenientibus poſsit quis præſcribere. 196.1
libertatem vendicare volenti an, & quando obſtet ſua conuẽtio, ſcriptura vel confeſsio. 194.6
libertate pluribus relicta ſub vna conditione, an ab omnibus conditio adimplenda ſit. & quid ſi ſub pluribus conditionib. relicta ſit, an omnibus parẽdũ ſit, an ſufficiat vnã impleri. 191.13
libertates ex teſtamento quando competant, aut euaneſcant. 85.3
libertatibus fideicommiſſariis per quæ SC. ſubuentum ſit, quando is qui rogatus eſt, recuſat manumittere. 192.9
libertinitatis, & iuris patronatus qui ſint effectus. 335
libertinus quis. 280.11
libertinum non differre à liberto. 505.3
libertinos non excuſari ob ſuam conditionem à muneribus ciuilibus. 260.1
libertinos poſtulare poſſe pro aliis. 21.4
libertus an poſsit fieri decurio, & quid de filiis eius. 254.33. cuiuſmodi munera ſubire poſsit. 254.34
libertus an & quando actionem famoſam vel turpẽ contra libertum intendere poſsit, vel non. 157.1
libertus cuius originem ſequatur. 256.7
libertus ex voluntate manumiſſus, quas ob cauſas in ſeruitutem reuocari poſſit. 157.1. ex neceſsitate manumiſſus, ſi patrono eſt inofficioſus, quomodo puniatur. ibid.2
libertus ſoluens patrono operas, quas putabat ſe debere, an poſsit repetere. 27.6
libertus quorũ poſtulatione in ſeruitutẽ reuocari poſsit, & quomodo. 157.4
libertus quos in ius vocandi veniam impetrare poſsit, vel non. 18.11.12
libertus quibus ex cauſis reuocetur in ſeruitutem. 335.2
libertus temerè vocans patronum in ius non poteſt prætendere ignorantiam. 10.9
liberti fraus in alienatione bonorũ ſuorum, quomodo accipienda. 156.3.5
liberti honores ambientis pœna. 240.2
liberti patrẽ præferri patrono in ſucceſſione, & quid de fratre liberti. 156.13
liberto ſuccedendi ius qui patroni habeant, & quid vbi plures ſunt patroni vnius liberti. 156.4.5
libertum non poſſe aduerſus patronum proponere exceptiones aut actiones turpes vel famoſas, & qua ratione tunc cõſulatur liberto. 156.1. non poſſe vocare patronum in ius ſine venia: & an id ſit perpetuum. ibid.2
libertum non poſſe exigere à patrono iuſiurandum de calumnia, nec etiam doli mentionem contra eum habere. 157.2
libertum olim vixiſſe vt ingenuum, quatenus verum ſit. 157.1
liberti à quibus honoribus arceantur. 260.3
liberti olim multiplices. 192.1
liberti quas operas vel quæ obſequia patronis præſtare cogantur. 155.59 ſede.
libertorum filij an & quando reuocari poſsint in ſeruitutem. 157.3
libertos omnes hodie reputari ingenuos, & an ob id præiudicetur patronis. 157.3
libertos ſenatorum excuſari à tutelis, ſi patronorum negocia gerant. 260.2
liber homo an poſsit operas ſuas in perpetuum locare. 124.6
liber homo bona fide mihi ſeruiens quatenus mihi acquirat, & quatenus ſibi. 98.7
liber homo bona fide nobis ſeruiens an acquirat nobis hæreditatem. 313.10
liber vt ſeruus fiat, quæ requirantur. 280
liberum hominẽ ignoranter ementi, qua ratione conſulatur. 195.4
liberi à parentibus, & viciſsim parentes à liberis alendi. 139.1.2
liberi cuiuſmodi habeantur pro non liberis, & quatenus. 280.4
liberi cum emancipato qui coniungendi. 319.1.2
liberi diuortio facto apud quem vel à quo ſint educandi. 139.1.2
liberi hodie præſumuntur grati, niſi ab hæredibus contrariũ probetur. 54.22
liberi iniuſti ſiue illegitimi à quo alendi. 139.2
liberi illegitimi: vide, Legitimi.
liberi naturales: vide, Naturales.
liberi nepharij: vide, Nepharij.
liberi noſtri & mercenarij nobis ſurripientes an nobis teneantur actione furti. 154.22
liberi quatenus agant propter operas libertorum. 156.7
liberi qui repellantur à bonorum poſſeſsione contra tabulas. 318.4
liberi qui ſuccedant iure prætorio. 291.1 arrogati an & quando ſuccedant patri naturali. ibid.2
liberi quibus ex cauſis à parentibus alimenta petere nequeant. 139.3
liberi quo iure parentes alere cogantur. 232.7
liberi quo iure, quóq; ordine vocentur ad bonorum poſſeſsionem contra tabulas. 159.6.2
liberi quo ordine admittantur ad bonorum poſſeſsionem Vnde liberi. 159.3
liberorum appellatione qui veniãt. 339.2
liberorum appellatione qui contineantur. 150.2
liberorum cum emancipatis cõiunctionis effectus quis ſit. 319.3
liberorum natorum, vel liberorum ſimpliciter appellatione qui contineantur. 141.14
liberorum numerus an ab honoribus excuſet. 259.2
liberorum numerus quis excuſet à muneribus. 259.1.& 4
liberorum numerus ſuperueniẽs poſt ſuſceptũ munus an ab eo excuſet. 259.7
liberorum quorum quartus numerus à tutela excuſet. 150.1
liberorum ratione an & quãdo quis poſſit detrectare munera patrimonialia. 259.3
liberorum ſeu filiorum deſtructio quo iure ſit introducta. 140.3
liberorum tutoris vel curatoris appellatione, quos lex arcet à nuptiis pupillæ, qui contineantur. 130.2
liberis exhæredatis vel præteritis quæ remedia competant. 287.1
liberis non donandum. 137.27.k
liberos in ſucceſsione inteſtati omnibus eſſe præferendos: & qui veniant appellatione liberorum. 339.1
liberos non admitti ad ferendum aduerſus parentes teſtimonium. 89.13
liberos ob ingratitudinem arceri ab iis bonis, quæ per leges deferuntur eis ob tranſitum parentis ad ſecundas nuptias. 131.14
librorum materia, vtilitas, & finis, ſpectanda. 2.nu.2
Limitrophi fundi inconceſsibiles. 276.1
limitrophorum emptor an precium repetat. ibid.2
lintearij qui dicantur. 265.4
literæ etiam aureæ alienis chartis impoſitæ an cedant chartis. 284.41.43
literarum comparatio: vide, Comparatio literarum.
literarum comparatio ex quibus ſcripturis fiat. 333.3
literarum obligatio an poſsit tolli aliis contrariis literis. 294.2
literis quando contrahatur obligatio. 294.1
litigare coram arbitro qui poſsint. 42.7
litigantium temerè pœnæ. 302.1.4
litis conteſtatio quid ſit. 47.1.2.4. an ſemper inducatur narratiõe negotij.

47.2. b. quem operetur effectum. ibid.

litis remiſsio facta ſub conditione, ſi me hæredem inſtitueris, non valet. 21.10

in litem iurare: vide, Iurare in lit.

litigioſa res quæ dicatur. 226.1

litigioſam rē quibus caſibus lex permittat alienare. 226.5. emētis pœna qualis olim fuerit, & qualis ſit hodie pœna dantis & accipientis. ibid.3.4

litigioſa re alienata inter viuos per actorem, quid iuris. 226.6

litigioſi vitium an locum babeat in rebus incorporalibus. 226.2

littore maris quatenus cuiq; vti permittatur, & quatenus dicatur eſſe populi Romani. 383.5.10

locans operas ſuas an poſsit præciſè cogi vt operetur. 124.7. paſcua in quibus peſtilentes herbę naſcuntur, quatenus teneatur conductori. 125.37

locare operas ſuas in perpetuum an liber homo poſsit. 124.6

locans operas ſuas an poſsit præciſè cogi vt operetur. ibid.7

locari non poſſe prædia militi, vel curiali. ibid.4. quæ operæ non ſoleant. ibid.8

locatio in quibus differat ab emphyteuſi. 126.14

locatio & conductio quibus verbis contrahatur. 295.3.4

locatio quid ſit. 124.1. & 2. quibus modis contrahatur. ibid. 3. an & quatenus tacitè cenſeatur repetita ex eo, quòd conductor finito tempore cōductionis remanet in conductione. 125.24. in quibus à venditione differat. 125.41

locatio ita facta, vt poſtea detur pro precio quantum inter contrahentes conuenerit, quam actionem pariat, & quando. 295.1

locationis cōtractus quas actiones producat. 124.10

locationem fieri poſſe & ad tempus, & in perpetuum, & quid iuris ſit mortuo cōductore vel locatore intra tempus locationis. 124.5. 125.6.c. quandoque ita contrahi, vt reddatur tantundem in eodem genere. 124.22

locati actio: vide, Actio ex locato.

locator quis dicatur. 124.2. quando poſsit expellere conductorem. ibid.13. an ipſe vel eius ſucceſſor ſingularis poſsit propria authoritate expellere conductorem, vel colonum perpetuum, vel eum qui conduxit ad non modicum tempus. 124.20.21

locator an, & quando, & quatenus habeat ius hypothecæ in rebus à conductore illatis in prædium conductum. 125.27. qui locauit rē alienam, qua non licet conductori frui, an, & quando, & quatenus ipſi conductori eo nomine teneatur. 125.31. horreorū quatenus teneatur conductori. 125.39

locator quibus caſibus impunè poſsit prohibere conductorem, ne fruatur re conducta. 125.30

locatori fundi quæ res tacitè ſint obligatæ pro penſione ſeu mercede locationis: & quid in locatore prædij vrbani. 221.2.2

locus religioſus: vide, Religioſus locus.

logographus idem qui tabellio. 332.2

logographi officium quale. 261.9

logographi qui dicantur. 262.3

loqui ſubinde fingitur, qui nō loquitur, & contra. 2.14

lucratiuorum deſcriptioni quando ſit locus. 255.1

lucrum antenuptialis donationis quando mulieri debeatur. 325.5

lucra dotis quibus ſeruanda. 338.1.2

lucrum quomodo accipiendum ſit in ſocietate. 109.10

lucra quæ parens ſuperſtes ſenſit ex matrimonio, an, & quando, & quatenus eo mortuo vendicari poſsint à filiis eius matrimonij, etiamſi is parens non conuolarit ad ſecundas nuptias. 131.20

ludere ad tabulas, vel ſpectare ludentes, epiſcopis & clericis interdictum. 5.7.10

ludus laborioſus. 271.1

ludo amiſſa an repetibilia. 75.27. & 76.9

luitionis modi. 225.1

luminis ſeruitus qui differat à ſeruitute proſpectus. 62.4

M

Macedonianum Senatuſcōſultum quam ob cauſam factum. 99.1 quando locum habeat. ibid.2

macedoniani exceptio quando locum habeat. ibid. 3. qualis ſit, & quando poſsit opponi. ibi.4. quibus detur & contra quos. 99.7.2. beneficium quibus caſibus negetur filiofam. qui accepit mutuam pecuniam. 99.8.10.b

machinatio qualiter fiat. 30.3

magicam exercentes qua plectendi ſint pœna. 240.3

magiſtratus quam vxorem ducere vetetur. 130.1

magiſtratus quando cōueniendus. 147.5

magiſtratus quando cenſeatur ſtatuiſſe in aliquem ius aliquod nouum, vt ob id teneatur ex edicto quod quiſque iuris in alterum, &c. 306.2

magiſtratus quando cenſeatur deponere adminiſtrationem. 14.2. an & quando durante officio conueniri poſsit. ibidem 3

magiſtratus honorem ſuffugientes qualiter puniantur. 265.3

magiſtratus nomine, qui non eſt ſoluendo poſt depoſitum officium, quis teneatur. 270.1

magiſtratum culpa vacare, cùm aduerſus reſiſtentem facit aliquid violentius. 64.6

magiſtratum municipalem nec emere, nec ædificare, nec donationes admittere poſſe. 15.5

magiſtratum in prouincia gerens nec emere, nec ędificare, nec donationem admittere, durante officio poteſt, etiamſi princeps id ei permittat. 15.3. an id ſit perpetuum. ibid.4

magiſtratum in vrbe gerētes an & quatenus emere, vel proprias domos ędificare poſsint. 15.1. donationes an & quomodo recipere poſsint. ibid.2

magiſtratum in vrbe gerētes an & quatenus poſsint emere, vel proprias domos ædificare. 15.1

magiſtratus domicilij tutores edent. 142.2.2

magiſtratus emere & donationem recipere prohibiti, vendere tamen & donare poſſunt. 15.6

magiſtratus municipales iurare de calumnia, & an omnes iurent. 43.5

magiſtratus municipales cur tribus ante menſibus eligendi, quàm incipiant adminiſtrare. 15.1

magiſtratus qui teneātur tāquam nominatores adminiſtratorū reipub. 270.3

magiſtratus qui, & quas ob cauſas conueniantur actione tutelæ ſubſidiaria. 152.1.2. quo ordine conueniendi. 581.3. conuenti actione ſubſidiaria tutelæ, an habeant beneficium diuiſionis. ibidem 9

magiſtratuū diſtinctio per gradus. 305.1

magiſtratuum fideiuſſores pro quibus negociis & quatenus teneantur. 270.1.2

magiſtratuum hæredes an & quatenus conueniantur actione tutelæ ſubſidiaria ex perſona ipſorum magiſtratuum. 153.7

magiſtratuum origo & ſucceſſus. 304.4

magiſtratuum tres gradus. 12.1.2

magiſtratibus iure competere quæ dicantur. 50.2c

magiſter nauis quis dicatur. 94.2

magiſtri militū dignitas & officiū. 13.1.2

magiſtri militum iuriſdictio. 14

magiſtri officiorū dignitas & officium. 13.1

magiſtri qui dicantur. 259.1

magiſtri ſtudiorum quales eligendi. ibid. 2. & quomodo. ibid.3

in maieſtatis læſæ crimine ſpecialia quæ ſint. 237.4

maior ſuccedens minori intra quæ tempora reſtitutionem poſtulare debeat. 39.4

maiores annis lxx. an & à quibus muneribus excuſentur. 259.3.6

maiores quibus ex cauſis reſtituantur. 40.1. & 9. quibus caſibus reſtituantur. ibid.6.8

Maiumæ lætitia prouincialibus adempta, & quomodo & à quibus reſtituta. 272.2

malæfidei emptor quos fructus reddat. 249.1

malæfidei poſſeſſor eſt, qui cōtra legum interdicta mercatur. 277

maledictum non niſi deliberatum puniri. 237.2

maleficum interficere propria authoritate an liceat. 240.5

maleficorū pœna quæ ſit ſtatuta. 240.1

maleficos accuſare qui poſsint. 240.4

malū cur quandoq; eligendum. 160.1

mancipes qui. 198.2

mancipi res vnde dictæ. ibid.1

mancipium ſi ita fuerit alienatum, vt manumittatur, vel econtrà, quid iuris. 119.1.2. ſi ita venditum fuerit, ne proſtituatur, quid iuris. ibid.1.8.9

mandare & iubere qui differant. 97.46.

& 98.r.
mandans vt Titio credat, cui aliàs mandatarius erat crediturus, ao teneatur mandati 106,16
mandatarius cui mandatum eſt vt rem, quam cũ aliis habet cómunem, emat, ad quid teneanır mandatori 107.23
mandatarium teneri de doio & de culpa etiam leuiſsima 107.26
mandator quis rectè dicatur. 229. 2. & 325.1.
mãdarum quid ſit.106.1.2. vnde dicatur, & in quibus propriè dicatur. ibid. 7 qoaliter & quibus verbis contrahatur.ibid.8.108.a. inter quas perſonas contrahatur. 106.9. quibus in rebus cõtrahatur. ibid.10.& 108.b. qoibus caſibus irritũ ſit etiam ſi fiat ſuper re honeſta.106.11.quibus caſibus ſit nul lum ob id,qnòd contra bonam fidem videatur eſſe ſuſceptu m.ibid.12.factũ grana mandatarij tantùm an valeat. ibid.15.quot modis contrahi poſsit. ibid.17.an cenſeatur tacitè interpoſitum inter duos reos promittẽdi. 107. 19.qua ratione finiatur ex parte mandantis.ibid 38. quando finiatur reuo canone.ibid.40.108.g.quibus modis finiatur ex parte mandatarij. 108 41
mandatum principis quid ſit 72.11.28.a
mandatum habere oon præſumitur, niſi qui literas oſtendat. 9.2
mandatum poſſe tacitè interuenire, & quomodo. 107.18.118.e. producere duas actiones, directam, & contrariam:item quomodo & quatenus directa competat 107.21
mandatum,quo ſeruus mandat alicui,vt ipſum ſuis numis emar, & manumittat,an & quãdo ſit efficax 108.1.inde.
mandatum ſpeciale in quibus cauſis à procuratore reqniratur 25.14.15
mãdatum requiri à procuratore & quid operetur. 25.23. procuratori datum quomodo finiatur. ibid. 31
mandati actio conttaria quando etiam vſuras contineat 107.34
mandati actio quando naſcatur. 107.20. contraria actio quando competat. 107.27.32.cootraria actio ad quid detur.ibid.33.contraria quas reputationes admittat.ibid.35. contraria quibus detur, & quibus directa. ibid.36. actio qualis ſit.ibid.37.actionẽ quandoque denegari,licet mandatum nec turpe ſit,oec legibus contrarium, nec mala fide ſuſceptum 106.14.actio directa quando, & ad quid competat. 107.21
mandati actione an tollatur actio furti. 110.39
In Mandati actione quomodo intereſſe computetur: & quomodo vſuræ in eam veniant 107.24.108.d.
Manichæi hæretici in maximo errore.2. 17.perfidiores. 6.4.
manumitti directè quis poſsit 190.6
manumittere directò in teſtam.quis poſſit,& qui ono poſsint 190 3
manumittere quis poſsit, & qui prohibeantur.321.2. an quis poſsit per aliũ. ibid.4.
manumittere ſeruũ, vel alienare io fraudem creditorum quis præſumatur. 193.2.5
manumittere vindicta qois poſsir 190.3. per aliũ an quis poſsit. ibid.42
manumitti qui poſsint,& qui non. 321.3
manumittendi in eccleſia forma. 8.2.4
manumiſsio quid ſit, & quomodo diuidatur. 1236,1.qoibus modis procedat citra factum hominis 321.8
manumiſsio quib.modis procedat.289.2
manumiſsio:Pactũ venditoris,ne manumittatur ſeruus,pro nullo haberi 2.9
manumiſsio quàm variis ex cauſis prohibeatur. 193.1. facta à debitore fiſci in fraudem ipſius fiſci poſt quantum tempus reuocari noo poſsit 193.6
manumiſsio teſtamentaria quæ dicatur. 190.1
manumiſsio vindicta apud quem fieri debeat 190.11
manumiſsionis à minore factę cauſa approbata, an cognita quòd nulla fuerit,rata maneat 190.9
manumiſsionis in eccleſia effectus. 8.3.
manumiſsionis veritæ cauſæ 281.1.2
manumiſsioni ſerus ſibi oppignorati minorem poſſe etiam ſine cauſa conſentire 190.10
manumiſsionem non impediri per opinionem ſerui manumiſsi, vel domini manumittentis contrariam veritati. 190.5
manumiſsionem ſerui impediri quãdoque per pactũ contrahentium,quandoque per legem 193.3
manumiſsionum commnnia 194.1
manumiſsionibus quam autoritatem præſtet eccleſia 4.3
manumiſſor extraneus quis dicatur. 293.1
manumiſſus à proprietario fructuario ue cuius erit 194.2.3
manumiſſum in eccleſia maoumiſſo in iudicio æquiparari 8.1
manumiſſum ſortiri forum manumittentis 50 27
manumiſsi inter ſe ſuccedunt 292 2
manumiſsis teſtamento occiſi quomodo ſuccurratur interim, dum non aditur hæreditas ob nondum vindicatam mortem teſtatoris 175.4
maritus accuſans vxorem de adulterio, an poſsit ea exceptione repelli, quòd dicatur autor fuiſſe malorum 238.13
maritus intra quod tempus poſsit obiicere exceptionem non numeratę dotis 101.7
maritus non obſeruans quę in SC.Plantiano continentur, qua pœna puniatur. 312.2. mittens cuſtodes molieri, quæ prægnantem ſe ex ea dicit, non præiudicat ſibi, neque partui. 312.3
maritus quando dicatur vergere ad inopiã,vt dos ab eo exigi poſsit 133.27
maritus quibus caſibus pro vxore conueniatur 85.3
maritus quibus ex caoſis poſsit repelli per vxorem ab accuſatione adulterij. 238.13
mariti beneficium in reſtitueoda dote, quale 134.14
marito an,& quando imputetur,ſi debitorem vxoris, ſibi ab ea delegatum dotis conſtituendæ cauſa, liberet per acceptilationem. 133.16
marito, donis lucrum auferendum ob id, quòd non defenderit vxorem,vel necem eius non vindicauerit. 174.26
marito præmortuo,quid & quí lucretur mulier. 337.2
marito quãdo liceat adulterũ cum adultera deprehenſum occidere. 238.20
marito quæ circa dotes non ſint obiicienda. 134.10.11.12.d
maritum conſtante matrimonio eſſe dominum rerum dotalium. 133.33.
maritum non poſſe alienare dotem, ante propter nuptias donationem, nec volente quidem vxore. 333.1
materia aliena ædificio impoſita cuius ſit. 234.39
maternis in bonis, filio delatis quid iuris pater habeat. 188.1.2
mater & auia quibus quomodo in tutela potiores vel non.143.1.2.2.quando repellantur à tutela. ibid.5
mater quænam liberis ſuccedat per SC. Tertyllianum.187.1. intra quantum tempus debeat petere tutorem filio impuberi, ne excludatur ab eius ſucceſsione,ſi impubes deceſſerit. ibi. 4. quatenus ſuccedat filio, qui reliquit fratres vel ſorores ſuperſtites:& quid ſi pater defuncti ſuperſit. 187.5
mater ſi indemnitatem promiſerit, Velleiana iuuanda. 146.1.2
matris ad ſecuodas nuptias cõuolantis bona tacitè eſſe obligata filiis prioris matrimonij pro reſtitutione eorum, quæ à priore marito lucrata eſt. 221.5
matris negligentia quando noceat partui circa libertatem. 280.2
matris tranſeuntis ad ſecunda vota res quando cenſeãtur tacitè obligatæ filiis prioris matrimonij pro tutela eorum. 221.12
matris vel auiæ tutricis dandæ forma. 143.3
matri an liceat ex cauſa famis vendere filium. 114.3
matri cur potius iu eligendis tutoribus ſtandum.quàm patri. 146.2
matri quæ obſtet, quo minus liberis ſuis ſuccedat: & quæ perſonæ excludant matrem à ſucceſsione filiorum. 187.2. quando obſtet delictum ſuum, quo minus admittatur ad ſucceſsionem filiorum. ibid.3
matri renuptæ cur minus educatio, quã vitrico tutela credatur. 147.4
matremfamiliàs quomodo in ius vocare liceat. 14.1
matrem hodie ſine reſcripto ſuccedere. 235.1
matrem noo habere filios ſuos in poteſtate. 232.3
matrem pro filio non conueniri, nec econuerſo. 85.4
matrimonium: vide, Nuptiæ.
matrimonium an & ex quibus cauſis poſsit impunè diſſolui. 339.6
matrimonium clericis quibus quomodo interdictum. 6.12

matrimonium epiſcopis interdictum. 4. 5. eſſe cõiunctionem viri & mulieris, quomodo ſit intelligendum. 128. 3. contrahere qui poſsint. 128.5
matrimonium inter pupillam & tutoré, ſeu curatorem, liberóſq; eorum prohibitum, 130
matrimonium magiſtratui cum ſubdita per minas cõtrahere qua pœna prohibeatur. 130.1
matrimoniúmne faciat ſolus conſenſus an non 334.2
matrimonium poſſe ſine dote & ſine inſtrumento dotali conſiſtere, & an id ſit perpetuum 339.3
matrimonij quare dicatur diuini & humani iuris communicatio. 128. 2. & 129.2. ſitne validum, ſi quis minorem annis duodecim duxerit, eámq; ante annum duodecimũ cognouerit 129.8
matrimonium quo pacto dicatur eſſe indiuidua coniunctio 279.2
matrimonium quomodo captiuitate diſſoluatur 138.8
matrimonium vetitum contrahentium pœna. 129.1.2.6.
matrimonij contractus an & quando requirat ſcripturam 129.17
matrimonij cum concubina cõtracti effectus quis ſit 129.18
matrimonij definitio, & eius explicatio. 128.1.
matrimonia debere eſſe libera 127.3
matrimonia quib. mod. diſtrahãtur 331.2
medici à muneribus excuſantur 277.3
medici è publico ſalarium percipientes an poſsint quicquam ab ægrotis accipere, aut cum illis contrahere 260.7
medicis omnibus indiſtinctè conceſſa immunitas ab onerib. publicis 260.6
memoriam omnium habere certam, diuinitatis eſſe 2. num.5
memoriã omnium habere diuinitatis 9.4
mendacio reſcriptum contra leges impetratum an teneat 11.4.5
mendicantem validũ prodens quo præmio afficiatur 267.3.2
mendicantes validi quomodo fiant coloni perpetui 272.2
mendicitatem validis eſſe interdictam, & quare 267.3.1.2
menſor falſum modum dicẽs qua actione, & cur, & de quo teneatur 310.1.2
mẽſor qua actione ſalarium petat, 124.9
mẽſuras à quibus accipiãt grauati. 263.2
mercatorum ſpecialia ſeu ſingularia. 122. 1. generalia. ibid.3.4.5.6.
merces quo tempore à conductore ſolui debeat 124.12
mercedis pars an viro debita 311.7.6
mercis peculiaris appellatione quid cõtineatur. 95.6.
meretrici datũ non repeti, & quæ ſit eius ratio 85.6
meretrici an liceat petere quod ſibi promiſſum eſt. ibid.7
merum imperium: vide Imperium.
metallarij qui dicantur. 265. 1. quæ debeant inferre fiſco. ibid.2.4
metallariis quæ poteſtas tribuatur. 265.3
metallarios nulla ratione liberari poſſe à ſua conditione. 265.6. debere potius fiſco diſtrahere conceſſa metalla, quã alij. ibid.7
in Metallum, vel opus metalli damnatos: vide, Damnatos in metallum.
metallorum venas an liceat in alieno fundo perquirere inuito domino 265.5
metus quid & vnde dicatur. 28.2. quomodo diſtinguatur in probabilem & non probabilem. ibid. 3. 30. b.c. quo pacto puniatur. 28. 4. quas actiones quibus & contra quos pariat. ibid.6
metum paſſus habet in rem actioné contra quemcunque poſſeſſorem 298.23
metum paſſo rei vendicatio vtilis datur. 105.7. inferens non liberatur rei interitu 29.17.19.20
meum miſtione non deſinere eſſe meum. 59.1
miles quis dicatur. 162. 1. vnde dicatur. ibid.2. cuiuſmodi priuilegium habeat circa perſonam inſtituti hęredis. ibid. 4. cuiuſmodi priuilegium habeat in modo inſtituẽdi hæredem. ibid.5 qui hæredem vnum inſtituit in bonis paganicis, in caſtrenſibus nullum inſtituit, an in his cenſeatur deceſsiſſe inteſtatus. ibid.9
miles ex quibus miſsionibus vacationé à munerib. mereatur 260.2.5
miles filiusfam. ſi mutuam pecuniam acceperit an iouetur beneficio SC. Macedoniani 99.11
miles qui deliquit, apud quem iudicari debeat 236.3
miles quibus ex cauſis ſacramento ſoluatur 260.6
militem poſſe pro parte teſtatum & pro parte inteſtatum decedere 162.8
milites apud quos quãdo accuſãdi. 13.1.2
milites cur conſtituti 12.1
milites qui quandiu reddantur immunes 150.3
milites quibus caſibus amittant priuilegium, quod habent circa teſtamenti factionem ob crimen 162.11
milites vbi domicilium habere videantur. 257.7.14
militum abſentium vxoribus quomodo ſuccurratur 39.1
militum priuilegium circa teſtamenti factionem quandiu duret. 162.10
milites non prohiberi vxorem ducere in ea prouincia in qua militant 127.5
militibus in iure errantibus quomodo pareatur 10.15
militibus quãdo competat priuilegium in teſtamento faciendo, & circa quæ 162.3.163.2
militibus ſubueniri per reſtitutioné pro eo tempore, quo ſunt in militia. 38.1. quomodo ipſis & aliis reipublicę cauſa abſentibus ſubueniatur aduerſus vſucapionem rerum ſuarum 39.14
militantes in quibus cauſis fori præſcriptione vti poſsint 52.1
minor aduerſus aditionem hæreditatis an & quomodo reſtitui poſsit. 35.1 inde. qui extitit hæres neceſſarius domino ſuo an & quatenus reſtitui poſſit 35.7
minor aduerſus tranſactionem à ſe factam petere reſtitutionem poteſt. 34. 1. aduerſus diuiſionem reſtitui poteſt. ibid.3
minor adultus, & præſens ipſe procuratoris authoritate agere poteſt, ſecus ſi infans ſit vel abſens 46. 7
minor adultus an obligetur ex pacto. 18.6
minor an & quando reſtituatur aduerſus creditorem. 35.1. reſtitutus aduerſus mutuantem quid huic rurſus cedere debeat. ibid.2
minor an & quomodo poſsit hæreditatem acquirere 313. 2
minor an & qua ætate poſsit delegari iudex 44.6
minor an, & qua ætate poteſt ſeruum manumittere 340.2
minor an iuſiurandum præſtet de veritate dicenda 43.4
minor an reſtituatur aduerſus præſcriptionem, quę inchoata eſt in perſona maioris, cui hæres eſt. 35.3. contrahés cum procuratore Cæſaris, ſi decipiatur, an reſtituatur. ibid.1. quando reſtituatur aduerſus alium minorem, vel rempub. vel eccleſiam 55.2
minor an teneatur inſtitoria 94.11
minor, contra quem bis iudicatum eſt, an poſsit reſtitui. 136.3. qui veniam ætatis impetrauit in quibus cenſeatur iure minoris 37.6
minor deceptus in contractu vel quaſi delicto intra quæ tempora reſtituatur. 39.1. deceptus in tempore intra quod tempus reſtituatur. ibid.2. ſuccedens minori læſo in quæ tempora reſtitutionem poſsit impetrare. ibid.3
minor delinquens extra contractum, vel quaſi, vel in rebus in quibus contraxit, an & quando iuuetur per reſtitutionem. 35.1. an poſsit reſtitui aduerſus adulterium à ſe commiſſum. ibid. 2. an reſtitui poſsit ad accuſandum eum, qui præſcriptione temporis liberatus eſt à pœna. ibid.3. quando reſtituatur aduerſus delictum in omittendo. ibid 4. ratum habens delictum an iuuari poſsit ibid.6
minor filiusfamiliãs an ſit reſtituendus aduerſus læſionem. 32.1. quomodo & quando. ibid.
minor læſus, tutore vel curatore interueniente in iudicio, vel extra reſtitui poteſt. 33.1.3
minor mulier quomodo & quando aduerſus dotem reſtituatur 34.1
minor qua ætate poſsit libertatem teſtamento relinquere, & qua inter viuos manumitere 190.4
minor quando aduerſus libertatem, vel ſententiam pro libertate dictam reſtitui poſsit 34.1.2.3
minor quando ex facto curatoris agere vel conueniri poſsit. 145.1.2. inde.
minor quando repudiatam hæreditatem per reſtitutionem adire poſsit vel nõ. 36.1. legatum repudiatum per reſtitutionem repetere poteſt. ibid.2
minor quãdo reſtitui poſsit aduerſus ſententiam contra ſe latã. 33. 1. quando aduerſus vẽditionem pignoris, quod cepit à prædeceſſore. ibid.2

minor

minor quatenus teneatur ex contractu ſerui 95.4
minor quibus caſibus aduerſus ſolutionem à debitore, vel à ſe factam reſtituatur, vel non. 34.1. inde 101.111.
minor quibus caſibus donare vel non donare, & quatenus ſponſalitiam largitatem exercere poſsit 34.1.2.3.
minor quibus caſibus reſtituatur aduerſus venditionem, & quando ipſo iure venditio nulla ſit. 33.1
minor ſi iurauerit ſe nunquã contra venturum, an reſtitui contra venditionẽ poſsit. ibid.2. & an reſtitui poſsit ſi ſine decreto facta ſit venditio iuramento interueniente. ibid.3
minor quo caſu non reſtituatur aduerſus creditorem repetentem mutuum. 36.2. petens reſtitutionem quãdo non admittitur vt iuret in ſupplementum probationis ibid.3
minor reſtituitur, ſi ipſe decipiatur, vel eius tutor. 31.5. facilitate deceptus iuuatur. ibid.7.32.c. iuuari poteſt actione indulta, & iure communi 31.8
minor reſtitutus contra principalem creditorem, debet etiam reſtitutionẽ implorare contra fideiuſſorem. 33.2
minor reſtitutus vt hæreditate ſe abſtineat, quam adiuis, quæ reputare ſeu compenſare teneatur 37.1
minor, ſi maior factus ratum habuerit, quid iuris 152.1.2
minor, ſi quid ex tranſactione ad ipſum peruenerit, quatenus reſtituere teneatur 34.7
minor ſi tempore litis ſuper reſtitutione cõteſtatæ fuerit locupletior, & poſtea deſinat eſſe, an teneatur 38.2
minor vno caſu non reſtituitur 32.e
minoris rem etiamſi ignorans quis ſine decreto comparauerit, tamen vſucapere durante minore ętate nõ poteſt, poſt minorem verò ætatem poteſt. 152.1. ſciens verò non vſucapit. ibid.2
minoris reſtitutio an & quando proſit alteri ratione communionis aut ſocietatis 33.1
minoris reſtitutio an & quando fideiuſſori eius proſit 33.1.3.2
minoris reſtitutionem, quis poſtulet. 32 15.e.
minori annis xx. quibus ex cauſis manumittere permittatur per legem Aeliam Sentiam. 190.6
minori xxv. annis, qui adiit hæreditatẽ, quomodo liceat abſtinere 287.9
minori denegari reſtitutionem aduerſus venditionem contractam à prædeceſſore minore xxv. annis 33.6
minori hæredi qui non adiuit hæreditatem, quomodo conſulatur 35.6
minori læſo ex eo, quod inſtantia iudicij periit triennio, quomodo ſuccurratur 33.2
minori contrahenti ſine tutore vel curatore quomodo ſubueniatur. 33.4. & quomodo ſuccurratur, vbi procurator eius contraxit. ibid.5
minori quæ quando alienare liceat. 145. 24
minori, qui artem ludicram exercuit, ſubuenitur ipſo iure 35.5
minori, qui falsò aſſeruit ſe maiorẽ, an & quando denegetur reſtitutio 37.1
minori, qui maior factus ratum habuerit, denegari reſtitutionem 37.1
minori qui ſubueniatur 145.1
minori ſubueniri in vſucapione rei ſuæ, neque ei obeſſe præſcriptionẽ trium x. aut xx. annorum 35.1.2
minori ſuccurritur, etiamſi ſe miſcuit negocijs alienis ſine mandato 31.6
minori ſubuenitur in omiſsione allegationis. 32.11.d.
minori ſi paſſus ſit ſe arrogare ab homine paupere ſubuenitur 32.12
minori quibus præterea ex cauſis ſubueniatur 32.13
minori facto maiori obſtat ſua ratihabitio. ibid.14
minorem ad defendendum ſine mandato non admitti 33.5. iuuari ipſo iure aduerſus omnem præſcriptionem temporalem 36.2
minorem poſſe ſæpius in integrum reſtitui 37.1
minorem viginti annis non poſſe etiam ex iuſtis cauſis manumittere citra decretum, nec citra tutoris aut curatoris authoritatem 190.7
minore reſtituto aduerſus vnum caput ſententiæ, aduerſarius eius in eodem capite reſtituẽdus eſt non in alio. 33.5
minore reſtituto aduerſus interceſsionem pro alio factam, quomodo conſulatur creditori. 38. num.2. reſtituto aduerſus contractum, prouidendum eſt, ne lucrũ ſentiat in damnum alterius. ibid.3
minores qui dicantur. 31.1
minores annis xxxv. an poſsint creari decuriones. 252.13
minores xxv. annis per ſe non poſſe ſtare in iudicio 46 1.2.7.a
minores xxv. annis excuſari ab onerib. perſonalibus, & honoribus 259.1
minores qui veniam ætatis impetrare poſsint. 37. nume. 1. petentes veniam quid probare debent, & apud quem. ibid.2
minores quos magiſtratus, quando conuenire ob tutelam vel curam malè geſtam poſsint. 158
minores quibus caſibus non egeant reſtitutione 36.1.4.
minores triennio vbi poſt diuortium educandi 339.1
minores venia ætatis impetrata apud principem, an ratione ætatis excuſentur ab honoribus, & oneribus perſonalibus 259.2
minorum debitores vel creditores cur repellantur ab adminiſtratione tutelæ vel curæ 334.2.3
minorum excuſatio à munerib. vt differat ab excuſat. maturorum 259.4
minorum prædia, aliæq́; res ſine decreto non alienanda 151.1.2.3. inde
minorum res quando ſine decreto alienari poſsint. 152
minoribus an & quæ pręſcriptio currat. 201.1
minoribus extra iuriſdictionẽ qui prouidendum 145.1
minoribus qui prouiſum. 282.1
minoribus quomodo ſuccurrat excuſatio ignorantiæ. 10.15
minoribus ſubuenitur in his, quæ cum eis geſta ſunt. 32.9. ſubuenitur in contractibus, & quaſi contractibus, delictis, & quaſi delictis. ibid.10
miracula non trahuntur in regulam. 7. numer. 1.
miſerabiles perſonæ quæ. 51.6
miſsio hæredum in poſſeſsionem rerum hæreditariarum quo ordine fieri debeat. 172.3. quo tempore fieri debeat. ibid.6.
miſsio ignominioſa an & quando vocationem præbeat. 260.3. quando infamiam irroget. ibid.4
miſsio in poſſeſsionem in petitione hæreditatis quo loco peti debeat. 52. numer.2.
miſsio in poſſeſsionem aduerſus abſentem quàm variè fiat. 211.3. quãdo concedatur. 211.6. 212. 13. ex quibus cauſis olim fieret, & ex quibus hodie, & quomodo. 211. 8. bonorum pupilli, vel adulti ex quibus cauſis, & quomodo & quatenus fiat. 212.16.17
miſsio ventris in poſſeſsionem qualiter fiat, & quandiu. 319.3
miſsionis in poſſeſsionem legatorum ſeruãdorum cauſa effectus qualis. 187.17
miſsionem paſſus dominus quandiu audiendus. 259.5
miſsionum à militia genera. 150.1
miſsionum genera quot. 260.1
miſſus in poſſeſsionem in actione in rem an ſtatim poſsideat. 259.6
miſſus in poſſeſsionẽ ad quid teneatur, & quid ipſe viciſsim poſsit repetere. 211.5
miſſo in poſſeſsionem legatorum cauſa quando diminuere ſit permiſſum ob cauſam alimentorum. 187.19
miſsi à militia qui à tutela excuſentur, vel non. 153.2
miſſos priùs in poſſeſsionẽ pręferri poſtea miſsis, ſi non ſint eiuſdem tituli. 186.15
miſsione ignorantem vel inuitum non amittere dominium: quomodo quóve iure miſſa vendicentur. 59.1.2
miſtum imperium: vide Imperium.
mitti in poſſeſsionem qui petere poſsint. 211.1
mixtio in quibus differat à confuſione. 284.5.3.
mobilia aduerſus creditorem vſucapi. 201.2
Modus, conditio, cauſa & demonſtratio qui differant circa tempus, in quod conferuntur. 179.5
modus quomodo adiiciatur, quomodo item cauſa. 179.2
momentanea poſſeſsio quæ dicatur. 210.2.
monacha ordinanda qualis eſſe debeat. 34.9
monachæ ordinandæ cuius debeant eſſe ætatis, & quare. 327
monachæ officium. ibid.
monachalis viuendi modus. 326.3
monachationis effectus. ibid.4

mona

monachationis effectus in bonis, & matrimonio diſſoluto 5.18
monachus an capitis diminutionem patiatur 326.2
monachus coram quo iudice conueniatur. 5.13
monachus iniuriam ſibi factam an remittere vel proſequi poſsit. 327.2
monachus nullo modo poteſt eſſe tutor 5.num.10
monachus, quis ordinandus, & qui. 326. num.2
monachus vnde dictus 326. ante num.1
monachi an præfici poſsint eccleſiis parochialibus 327.2
monachi coram quibus conueniendi. 335. 1. qui conueniendi. ibid.2
monachi quomodo ordinentur, & quo pacto inter ſe cōuerſari debeant 5.16
monachis omnis mulierum conuerſatio interdicta. 6.21. & 22
monaſterium ingredientis bona, ſi liberos habeat, vel non 4.6
monaſterium ingreſſam pro mortua haberi 2.9
monaſterium qui fiat 326.1. vnde dicendum ibid.
monaſterium vnum monachos & monachas habere non licet 5.17
monetæ probandæ quem præfici oporteat. 264.2
monetam fabricare quibus liceat, & in quibus locis. 266.1. falſam fabricantium pœna quæ ſit. ibid. 2. probam refutans qua pœna afficiatur. ibid.3
monetarij qui dicti ſint, & qua pœna puniantur falſatores monetæ 265.6
monopolium vnde dicatur. 122 2
monopolium exercere qui dicantur. 122, 1. exercentes qua pœna puniendi ſint. ibid 5
Montaniſtæ hæretici 6.3
monumentum quid 74 11
mora quando committatur & quis eius effectus. 36.5. 8. quibus modis purgetur. ibid.9
mora quando committatur iure communi. 103. 7. quibus caſibus committatur iure ſpeciali, & quomodo purgetur. ibid.9. iure communi commiſſa quomodo purgetur ibid. 10
moræ iure communi commiſſæ effectus qualis ſit. ibid. ibid.8.c
moram non poſſe ei imputari, qui habet exceptionem ſi conueniatur 102.14
moram vel quaſi efficere vt vſuræ debeantur 103.6
morbus quid ſit 102.8. an differat à vitio ibid.9.121.c
morbus qualis excuſationem à muneribus præſtet 259.2
morbi occaſione an & quis à muneribus excuſetur 259.1
morbum à tutela excuſare 151.1
mors ob crimen illata præſumēda. 248.3.
mortis cauſa capionis appellatione quæ veniant 183.5
mortem ſibi inferentis bona quando, & an non hæredib. auferenda. 248.1. & 2
mortuum inferre in locum communem, an liceat vni ex ſociis inuito altero. 74.5. 7. ne quis impediatur inferre in ſepulchrum, in quo ius eſt ei ſepeliendi, quo remedio obuiocar ibid.12
mortuo illato in locū alienum citra voluntatem domini, quo pacto prouideatur ipſi domino 74 6
mortui illatio in ſepulchrum quando faciat locum religioſum 74.3
mulcta quid. 15. 1. quid differat à pœna. ibid.2. à quibus magiſtratibus indici poſsit. ibid.3. quibus cauſis imponatur. ibid. 4. cui applicetur. ibid.5. non irrogat infamiam. ibid.6
mulctam à iudice indictam, poſſe ab eodem poſtea remitti ratione paupertatis 203.4
mulctam qui iudices poſsint imponere. 306.3
mulier an & in quem carcerem ſit detrudenda 236.4
mulier an ratione dotis præferatur in hypotheca creditoribus tempore prioribus habentibus tacitas, vel etiam expreſſas hypothecas 222.13
mulier contra legem ducta in matrimonium à præſide prouinciæ, poteſt finito officio cōſentire nuptiis, & inde incipiet matrimonium 127.4
mulier conuolans ad ſecundas nuptias quomodo retineat vſumfructū donationis propter nuptias 325.4
mulier conuolans ad ſecundas nuptias ante tempus legibus præſtitutum, an poſsit capere quod ei à priore viro relictū eſt, & quid in relictis ab alio. 131 6. quæ ſuſcepit tutelam liberorum, an & quomodo poſsit impunè ſecundas nuptias contrahere. 131. 9. an dederit plus ſecundo marito, quàm vni ex filiis prioris matrimonij, an nō, quo tempore inſpiciendum ſit. ibid. 12. ſecundò nubens quomodo puniatur in rebus quas conſecuta eſt à priore marito: & quatenus vtatur fruatur illis rebus. ibid.13, tranſiens ad ſecunda vota, quatenus vtatur rebus mobilibus ſibi à priore viro conceſsis. ibid. 15. quæ tranſiuit ad ſecundas nuptias quatenus ſuccedat vni ex liberis prioris matrimonij in donatione propter nuptias, cuius tertiam partem lucrari ex pacto debebat, ſi liberi non extarent ex eo matrimonio. ibid.17
mulier, cui relictum eſt legatum, ne ſecundas ineat nuptias, an & quando poſsit petere tale legatum. 179.3
mulier dotem exigens quibus creditoribus potior 213.2
mulier minor vel maior quando & quomodo aduerſus dotem reſtituatur. 34.1.2
mulier nubens intra tempus luctus infamia notatur. 23.5. quando excuſetur. ibid.6
mulier nubens intra tempus luctus quas pœnas det: & quæ aliæ mulieres eiſdē pœnis ſint obnoxiæ. 330.4
mulier principaliter ſe obligans pro mutuo, an & quādo iuuetur beneficio Vell. 100.13.b. quæ pro alio interceſſit ſi ex ea cauſa ſoluerit, an poſsit repetere. ibid.16. an non aliter poſsit hodie teneri quàm ſi intercedat inſtrumentum publicè confectum. ibid.20
mulier principaliter ſe obligās quo caſu iuuetur SC. Velleiano. 100 3. intercedens pro alio in quibus caſibus non iuuetur beneficio S C. Velleiani. ibid.4. 7. 9. 11 renuncians an iuuetur exceptioni Velleiani. ibid.5. quę interceſsit in rem ſuam, non iuuatur beneficio Velleiani. ibid.6. pro alio intercedēs, ſi ſe iterum eius interceſsionis cauſa obligauerit, an iuuetur beneficio Velleiani. ibid.8. remittens vis hypothecarū marito, vel cuicunque alteri an iuuetur beneficio Velleiani. ibid. 10. delegans debitorem ſuum creditori alterius an & quando iuuetur beneficio Velleiani. ibid.12
mulier pro pupillo intercedens Velleiano iuuanda 146.1 2
mulier quænam cuius ventris nomine in poſſeſsionem mittatur 319.1.2
mulier quę dedit dotē ob matrimonium quod ſciebat eſſe nullum, an poſsit repetere eam 82.5
mulier, quæ contraxit ſponſalia cum rectore prouinciæ, an poſsit finito officio renunciare conditioni impunè, & an reſtituere debeat, quod eſt ei datum ſponſaliorum nomine. 127.2
mulier quæ, quādo, & quomodo officio tutelæ fungi poſsit. 143.1.2.3
mulier quandiu expectare debeat maritum in expeditione degentem. 330.6
mulier quanto tempore debeat abſtinere à ſecūdis nuptiis poſt ſolū prius matrimonium, & ob quam rationem 130.3.4.131.2.
mulier quando dicatur eſſe in poſſeſsione ventris nomine per calumniam. 312.1. qua actione, ad quid teneatur. ibid.2.3.4
mulier quomodo in ius trahi poſsit. 14.1
mulier quibus caſibus ad accuſandum admittatur 235.4
mulier ſortitur forum mariti 50.32
mulier ventris nomine in poſſeſsionem miſſa, ſi dolo poſſeſsionem tranſtulerit, quid iuris 312.1. & 2
mulieris omnium feſtinantis ad ſecundas nuptias quæ pœnæ ſint 135. 131.b.
mulieris ſeruo ſe miſcentis pœna. 196.2
mulieri à magiſtratu per minas ambitæ priuilegium quale concedatur 130.2
mulieri non obſeruanti quę comprehenduntur SC. Plautiano quæ pœna imponatur 53.4
mulieri quando detur rei vēdicatio pro dote recuperanda. 133. 30. vendicanti res dotales ex quo tempore poſsit obijci præſcriptio temporalis. ibid.32
mulieri ſoluto matrimonio, qua ratione pro dote conſulatur 139.2
mulierem ante tempus nubētem ſecundo viro, perdere ea, quæ ei donata erāt inter viuos à priore marito, & cui debeant ea applicari 131.7
mulierem non poſſe per proprium nuncium nubere, tametſi maritus id poſsit 129.16
mulierem poſſe vſumfructum fundi ſui marito in dotem dare: & quid ſi maritus

tus non vtendo amiſerit, an conueniri poſsit actione de dote. 132.10
muliere vel minore interueniente ſubductam actionem reſtitui aduerſus veterem debitorem 34.5
mulieres vbi ſubire debeant munus patrimoniale. 261. 1. an debeant ſubire munus perſonale, & vbi. ibidem 2. & ibid. 4.6
mulieribus intercedere nõ, ſed dare permittitur, & quare 284.2
multitudinis incommoda 329.3
municeps cuius ciuitatis ſit in vico natus 256.6
municeps qui fiat. 256.1
municipes qui dicantur 15.2. & 256.2.8.
municipes duarum ciuitatum qui ſint. 2. 3. 256.2.3
municipes ſcire quæ intelligantur 256.11.
munus ad quod potior non eſt eligendus 262.2
munus quot modis dicatur. 257.1
munus ſponte ſuſcipiens ſi habeat vacationem à publ. muneribus, an cõpetens ſibi priuilegium amittat 258.1
munus ſponte ſuſcipiens an ſubire teneatur, ſi aliàs habeat priuilegium vacationis 258.1
muneris publici ſumptus qui præſtare teneantur. 271.1.2
muneris publici vacatio cõceſſa ad quid ſit. 258.1
muneri vni deſtinatus an & quando ad aliud vocari poſsit 258.3
munera ad hæredes tranſmiſsibilia, honores non item 262.1.2.3
munera à quibus ſuſtinenda, & qui excipiantur 257.5
munera continuare an & quando quis inuitus vel volens poſsit 257.1
munera iam ſuſcepta an poſsint declinare ob morbum poſtea ſuperuenientem 259.3. ob perſonalia à ſtudiis quis auocari non debet. 257. per quos & qualiter indicenda 275.1
munera perſonalia, an quis poſsit compelli vt ſubeat ob id ſolum, quòd domum vel poſsideat fundum 257.13
munera perſonalia patrimonialia, & iuxta quæ dicantur. 257.3
munera quæ mulieres ſubire debeant, vel non. 262.1.2.4.6
munera qui ſubire cogantur. 257.4
munerum continuatio inter patrem & filium quatenus concedatur 257.2
munerum diſtinctio 4.8.9.10. & 11
munerum ordo an & quãdo ſeruandus, vel non 262.1
munerum publicorum vacationem quæ alia munera præſtent 257.4
munerum ſpecies variæ 257.2
ad Munera duo vocatus vtrum ſubire teneatur 258.3
in Muneribus vel honoribus deferendis perſonæ quænam ratio ſit habenda. 257.2
murex qualis piſcis. 12.2
murum in ambitu fundi ſui ponere an & quatenus cuilibet permittatur 220.2
muri ciuitatum quare dicantur ſancti. 283.15.
muriſleguli qui dicantur. 265.1. quàm ſint ſuæ conditioni adſtricti: & quæ ſit pœna volentium ſe eximere ibid.2
mutus an & quando teſtari poſsit 163.b
mutus ſi modò compos ſit mentis, procuratorem conſtituere poteſt 24.8
mutuam pecuniam dans in emptionem militiæ præfertur omnibus aliis creditoribus 332.5
mutuum accipiens alterius officium gerendo an & quando obligetur, vel alium reddat obligatum. 78.33. quotuplex ſit. 78.19. naturale tãtum quid ſit, & quæ actio oriatur ex eo. 78.20 ciuile in quo natura cooperatur, quid ſit, & quam actionem pariat. ibid.21.
mutuum vnde dicatur. 77. 9. an & quatenus confirmetur conſumptione. ibidem 10. quomodo reconcilietur ſtipulatione. ibid. 11. qui per vſucapionem reconcilietur. ibidem. 12. variè reconciliari. ibidem. 13. quibus rebus conſtet. ibidem. 14. quando dicatur contrahi. ibid. 16. & 78. 29
mutuum contrahatur necne ſi librum ad pondus dedero, vel oues ad numerum. 78. 17. an & quando contrahatur, cùm quis permittit depoſitario vti ea pecunia, quam apud eum depoſuit ibid. 23
mutuum vt contrahatur, conſenſum vtriuſque & numerantis & accipientis requiri 78.28
mutuum pupillus ſtipuletur in perſona ſua. 144.17
mutui contractus quæ ſpecialia habeat. 78. 30
mutui obligationem variè impediri. 78 34
mutui contractus quot teſtes requirat. 78.36.
pro Mutuo in quantum detur certi condictio 79.38
pro mutuo data actio qualis ſit. 79. 39
myſteria ſacra priuatis in domibus ne fiant. 333.

N

NAſciturum haberi pro iam nato quatenus verum ſit. 305.1
Natalium reſtitutionis effectus quis ſit 157.5
natalibus reſtituere quis poſsit, & quando 157.4
natura quando adoptioni concurrat. 281.1
naturæ acceptio varia. 2. 2. eſſe alterabilem, & ſuſcipere magis & minus. ibd.
naturales filij quando coacti poſsint fieri legitimi. 140.12.
naturales non ſolùm à parẽte, ſed etiam à filiis legitimis poſt mortem patris ſunt alendi 312.7
naturales quibus modis legitimi reddantur. 140.9.11.13.14.15.
naturales quo iure ſuccedant, & quomodo. 140.4
naturaliũ & legitimorũ cõcurſus. 140.10
naturalibus ſuccedunt parentes. 140.5
naturalia iura eſſe immutabilia. 11.2
naturaliter tantũ debitũ ſoluẽti pupillo, an detur repetitio iure communi. 5
naucleri vbi profiteantur. 267.4
naufragium ſuum licere vnicuique impunè colligere. 265.8
ex Naufragio rapere quis dicatur. 264.1
ex Naufragio raptis actio. vide, Actio.
naufragio ſimul obrutorum, quis ſuperuixiſſe dicatur. 137.26
nauiculariorum officium quale fuerit, & quomodo debeant eo fungi. 264.1 immunitas qualis ſit. ibid. 2. 4. malè in officio verſantium pœna qualis ſit, ibid. 3. res cui ſubiaceant ibid. 1
nauis à quo inexcuſabilis. 261.1.2
nauis exercitor quatenus de dolo vel culpa ſuorum teneatur. 296. 5. quatenus teneatur de receptis. ibid. 6
nauem publicam priuatis rebus onerantis pœna 264.1
nautæ quando de receptis teneantur, & quibus actionib. & ad quid. 308.1.2
nautas Tyberinos ab oneribus publicis non excuſari. 268.0
nautica pecunia quæ dicatur, & quæ quaſi nautica. 104.1
nautica pecunia, eiuſq; vſura quæ ſpecialia habeat. ibid. 2
neceſsitate quot modis homicidium cõmittatur. 239.*
negans propriam ſcripturam vel numerationem ſibi factam qua pœna mulctetur. 304.5
negãs ſe accepiſſe, quod alius dicit ſe indebitè ſoluiſſe, ſi arguatur de mendacio, qua pœna afficiatur. 302.6
negans ſe damnum dediſſe, cùm conuenitur ex lege Aquilia, conuictos de mendacio quomodo puniatur. 65. nu.39.
negans ſcripturam propriam, vel numerationem ſibi factam qua pœna puniatur: & quomodo puniatur inficians in aliis rebus. 330.2.3
neganti factum quibus caſibus incumbat onus probandi. 87.6
negantem non debere probare, qui intelligendum. 87.5.88.*
negatoria actio cui detur, & aduerſus quem. 61.36
negatoria actio quanto tempore tollatur. 61.40
negatoria actio quare ſic dicatur. ibi.38
negatoria actio quod in ea ſit iudicis officium. ibid.37
negatoriam actionem dari, etiamſi nunquam ſeruitus fuerit conſtituta, nec poterit conſtitui. 61.39
negociatorum conuẽtiones illicitę quæ. 122.1.3.
negociatorum ſpecialia. 122.1. generalia. ibid. 3.4.5.6
negociatoribus militare interdictum. 278.
negocium quando dicatur re ipſa meum 27.3
negocium ratihabitione meum quando dicatur. 27.4.28.b
negocij alieni ſpecies, quæ docendi gratia dicitur ipſo geſtu, quæ ſit. 27.7.8. 28.e
ex Negocij geſtione oriũtur duæ actiones. 27.11.28.e.
negocia aliena dicuntur quatuor mo-

dis. 27.2

negociorum geſtorum actio quando locum habeat. 26. t. directa quando competat. 27.10. quos habeat effectus. ibid.12. actionem quæ contentur. 28.15. actio contraria ceſſat ratione pietatis. ibi. 20.21.22.f. geſtor qualiter de gerendis teneatur. 27.13. geſtori ad quid dominus condemnetur. 28.19

negociorum geſtorum actionis diuiſio. 295.1

negociorum geſtorum actio an & quando competat pro impenſis in funus. 74.17.75.c

nepos conceptus poſt mortem auiæ maternæ, an poſsit ei inteſtatæ ſuccedere. 187.4

nepotes ex filio mortuo an & quatenus proſint ad excuſandum ſe à muneribus. 259.6

nepotes qui coniungantur patri in ſucceſsione aui. 319.2. in poteſtate aui retenti cui emãcipata patri coniunguntur in ſucceſsione ipſius aui. 128.2

nepotibus an dari poſsit tutor. 141.16

nepotibus inſtitutis ſub conditione an eadẽ obſeruentur quæ in filiis. 166.12

neſcire latius patet quàm ignorare. 30.1

nili aggeres rumpens vt puniatur. 245.1. & 2

nomẽ mutare cui liceat, & quãdo. 241.1

nomina an & quare non veniant in iudicium famil. erciſcun. 67.15

nomina pro portionibus diuidi. 68.t

nomina rebus conſonare debent. 324. in proœmio ſuper Authen.

nominationi conſentiens pater ad quid teneatur. 261.t

nominatori adminiſtratoris reipublicæ actionem negari contra collegam gerentis. 270.2

nominatorem magiſtratus teneri eius ſolius nomine, quem nominauit: non etiam eius, quem nominatus ſucceſſorem ſibi nominauerit. 270.2

nominatores adminiſtratorum reipublicæ, ex quibus cauſis conueniantur, 269.1. & 270.4

nominatores adminiſtratoris reipublicæ, ipſéque adminiſtrator, & fideiuſſores eius quo ordine conueniantur à republica. 270.1. 4. 271.t

nominatus temerè ad munus aliquod vel honorem an, & quo remedio recuperet ſumptus ab ipſo nominatore. 262

nominati quãdo ſoli⁹ ſit periculũ. 261.2

nonæ. 311.2

non numerata pecunia, vide Pecunia.

notario quæ ſint obſeruanda in inſtrumento conficiendo. 263.7

notarij quàm variis nominibus in iure appellentur. 263.4

nouare obligationem quis poſsit. 230.3

nouari quæ obligatio poſsit, & in quam obligationem. 230.2

nouatio quid ſit, & vnde dicatur. 230.1 obligationis, quãdo cenſeatur facta. 230.5

nouationem fieri poſſe purè in diem, & ſub conditione. 230.4

nouationum aliam eſſe voluntariam, aliam neceſſariam, & quæ dicatur neceſſaria. 230.6

nouellarum liber quare ita dictus. 324. in proœmio ſuper Nouell.

nouitij ſerui qui dicantur. 121.22.122.k

nouum opus, vide Opus nouum.

noxæ cedens ſeruum dominus, quando non liberetur. 307.2

noxæ dedere quandiu permittatur domino. 71.23

noxæ deditio quibus caſibus non liberet dominum, quin etiam cogatur ſatisfacere pro maleficio. 71.26

à noxæ deditione quando liberetur dominus permittendo ſeruum caſtigari. 71.25

noxale iudicium ſuſcipiens ſi ante ſententiam ſeruus ad libertatẽ peruenerit, an ſit abſoluendus. 71.19

noxali iudicio agere an ſemper ſit in poteſtate actoris, vbicunque tractatur de noxæ deditione. 71.27

noxali iudicio agenti quomodo conſulatur ſi conuentus dicat ſeruum non eſſe in ſua poteſtate. 45.15

noxali iudicio defendere ſeruum an teneatur creditor qui eum pignori accepit, vel vſufructuarius. 71.16.72.e

noxalis actio vnde ſic dicatur. 71.1. 72. a. quibus detur. 71.3. an detur domino. ibid.4.20. an detur in condominum. 71.6. aduerſus quem competat, ibi. 8. & 12. aduerſus malęfidei poſſeſſorem. ibi.9. ex maleficio ſerui, qui plurium dominorum eſt, contra quem detur. ibid. 10. quomodo inſtituatur, ibi.21. qualis ſit. 72.29

noxali actione an conueniri poſsit commodatarius vel depoſitarius nomine ſerui commodati vel depoſiti. 71. num.17

noxali actione conuentus à pluribus, cui ſeruum pro noxa dedere debeat. 72.24

noxales actiones an inſtitui poſsint pro delictis filiorumfam. & quatenus pater teneatur ex condemnatione filij. 71.18.72.d

noxalium actionum ortus. 301.1

noxales actiones oriri ex maleficiis ſeruorum. 71.2. quandoque dari noxaliter, & quandoque non. ibid.7

nubens intra tempus luctus, vel contra ſacramentum ſuſcepta liberorum tutela infamatur. 23.5. quando excuſetur. ibid.6

nubens ſecundò, etiam poſt tempus luctus, quas pœnas patiatur. 331.5.8

nuptura filiofam. ſi conſtituat ſocero in dotem, quod filiusfa. ſibi mulieri debet, quid iuris. 133.13

nullius in bonis quæ res eſſe cenſeantur, & quot modis. 283.14.18

numeri perfecti, diminuti ſuperabundãtes, &c. qui cur dicantur. 9.6.7.8.b

numerorum ſigna vitioſa ἀντισμίας induxiſſe. 9.4

nummorum vſumfructum poſſe conſtitui. 266.4

nunciare nouum opus quis poſsit. 320.3. 5.2. an poſsit aliquis ratione ſeruitutis, quam ſe habere contendit. ibi.4.

nunciare nouum opus vni ex pluribus dominis an ſufficiat. 320.7

nuncianti nouum opus quæ ſint obſeruatu neceſſaria. 320.9

nunciatio ad quæ noua opera pertineat. 320.2. noui operis, cui fiat, & vbi. ibidem.6. qualiter fiat. ibid.8

nunciatio noui operu in rem eſt, & non in perſonam. 320.* ij

nunciationis noui operis effectus quis ſit 320.10. & * iij. effectum tolli per remiſsionem. ibid.11

nuncius à procuratore quid differat. 117 num.1. miſſus ad emendum nomine domini mutẽtis ſi mittat nomine ſuo an ob hoc teneatur domino. 118.nu.3

noncius & procurator qui differant. 117. nume.1

nundinarum cauſa. 122.1. priuilegium. ibidem.2.3.

nuptiæ clericis quibus quomodo permiſſæ. 6.21.h

nuptiæ inceſtæ quæ dicantur iure nouiſſimo Authenti. 329.t

nuptiæ ſecundæ quæ dicantur. 130.t

nuptiæ quæ ex reſcripto nequeant impetrari, & quæ quomodo cõcedantur. 130.t.2

nuptiæ, qualiter contrahantur. 33.1.2 quomodo diſſoluantur. 127.2.2.

nuptię quatenus propter affinitatem ſint prohibitæ. 129.13.e

nuptiæ vnde dicantur. 128.4. quibus modis & inter quos ſint prohibitæ. 129. 12.14. d.f.

nuptiarum definitio, & eius explicatio. 128.t

nuptiarum ſecundarum eiurationem remitti. 337.2

nuptias binas ſuo nomine contrahens infamatur. 23.5

nuptias inceſtas vel vetitas contrahentium pœna. 129. 1. 2. 6. qualis olim fuerit, & qualis ſit hodie, & quando locum habeat. 329. 2. contrahentium bona ad quos deuoluantur. ibid.3

nuptias per minarum exhibitionem cum ſubditis contrahere magiſtratui vetitum. 130.t

nuptias ſecundas contrahẽtes quare puniantur. 130.2

nuptias ſecundas contrahens, qui liberos habet ex priore matrimonio, quo modo puniatur. 131.1.2.18

O

OBlatio debiti in quem finem, ſeu quas ob cauſas fieri ſoleat. 103.1 quænam obligationem tollat, & quę non. 104.5.6.9.10.b.d. quæ fit ad ſortis liberationem quomodo fieri debeat. 103.1

oblatio ſola debiti an & quando inducat pignoratitiam. 93.6

oblationis vis. 104.5.7.8.c

oblationis effectus. 224.2

obligare pignori rem alienam an & quãdo quis poſsit. 221.8

obligare qui poſsint. 301.r

obligãs ſe ſpe futurę numerationis, poſt biennium cum effectu tenetur. 91.5

obligari

obligari neminem ex contractu alterius. 85.4
obligari pignori liber homo an & quando poſsit 222.2
obligatus ad certam ſpeciem quomodo liberetur per ſolutionem 231.10
obligatus ad ſpeciem tradendam an & quatenus compelli poſsit ad intereſſe 204.10
obligatum ad factum poſſe conueniri ad factum, vel ad intereſſe 204.9
obligatio per quas perſonas acquiri nobis poſsit 98
obligatio pura quibus caſibus habeat dilationem ex ſua natura 226.11
obligatio quę tollatur per confuſionem. 230.2
obligatio quando dicatur incerta 77.6
obligatio quid 16.2.84.1. quomodo ab actione & contractu differat. num. 2. in qua non interuenit fides, an ſit firma. 84.10
obligatio quomodo dicatur tolli per exceptionem. 296. 2. quando dicatur tolli ipſo iure, & quibus modis id fiat ibid 3
obligatio quomodo per ſucceſsionē extinguatur 80.5.6.7
obligationis vi non poſſe ab alio exigi, quod alius debet 84.11
obligationi ſemel contractæ an & quando liceat alteri ex contrahentibus renunciare circa conſenſum alterius 84.9.85.*
obligationem tolli ipſo iure per ſolutionem, quatenus verum ſit. 296. num. 4
obligationem naturalem tolli ipſo iure per pactum ſimplex, per iuſiurandū, & per chirographi redditionē: & an his modis tollatur ciuilis obligatio. 230.4
obligatione generali bonorum omnium contracta, quæ bona cenſeantur inde excepta, & quę res ſub ea obligatione contineantur 222.5.6
obligationum ſubſtantia ſeu natura in quibus conſiſtat. 84.3. alias eſſe naturales tantùm, alias ciuiles tantùm: itē alias prætorias, alias ciuiles. ibidem. 6. alias eſſe ex contracto vel quaſi contractu, alias ex maleficio vel quaſi ibid. 7. quaſdam purè cōtrahi: quaſdam in diem vel ad diem, alias autem ſub conditione ibid.8
obligationes non finiri tempore. 84.5
obligationes re contrahendi quinque modi 293.1
obſcura & ambigua in lege cuius ſit interpretati. 1216.8. in teſtamētis cuius ſit declarare 316.7
obſcuram ſententiam vel obſcurum beneficium principis quis interpretetur. 316.6
obſcuritate in verbis teſtatoris exiſtente propter generalitatem, quid ſequēdum ſit 178.7
obſequium in quibus conſtet. 155.3
obſides teſtari non poſſe 163.9
occidēs ſeruum qui erat inſtitutus à domino hæres, an & à quo poſsit Aquilia conueniri 65.41
occidiſſe qui dicantur 239.7
occiſo homine à duobus, quorum vterq; inflixit vulnus lethale, an teneatur vterque de occiſo 65.23
occiſo homine inter reſiſtendum aggredienti an culpa omnis redūdet in aggredientem, à quocunque ſit ille occiſus 239.3
occiſorum appellatione qui contineantur in ſenatuſconſulto Syllaniano 173.14
occupans rem hæreditariam propria autoritate, an incidat in pœnam, de qua in l. fin. Vnde vi. 217.26.27
occupatione quæ res acquiri poſsint. 283.21
occupatione rei quæ contineantur, & quæ res occupatione fiāt noſtrę. 283.21.28
octonarius numerus diminutus 9.7
œconomi an cogantur iurare de calumnia 43.7
officium iudicis circa quę locum habeat in iudiciis 302.1.6.
officium iudicis non eſſe actionem: & quid ſit 297.2
officium iudicis, quo quis petit reſtitutionem, non perpetuari 40.11
onus ad hæredes tranſmiſsibile 262.1
onus legato impoſitum comitari legatū quatenus verum ſit 185.12.16
oneri publico priuatam ſarcinam ſupponentis pœna 264.1
onerum & munerum diſtinctio 4. 8.9. 10.& 11
opera quid ſit 155.1
operæ à quo debitæ 155.2
operæ incertæ, & certæ quæ ibid.4.5
operæ intranſmiſsibiles 155.8
operæ futuræ quomodo æſtimari debeant 297.11
operæ ſeruorum quomodo conſtituantur 61.43
operæ quomodo reſtituendæ ſint. ibid. 45. quomodo amittantur ibid.46
operarum incertarum dies quando cedat ibid.44
operæ quibus imponi poſsint 155.5
operæ quomodo imponantur, & quæ actio inde oriatur ibid.6
operarum genera & ſpecies. 155. 1. differentiæ. ibid.6
operarum obligationis dies quando cedat & veniat 155.7
operarū obligatio quomodo ſoluatur. ibid.8
operas ab aliquo debitas, non poſſe ab alio ſolui, niſi id actum ſit. 229.7
operas libertis quis poſsit imponere. 155.2.4
operas ſeruorum tantùm iureiurando conſtitui 309.1
opinio quid et quomodo minuatur. 23.1.2.
opinio generaliter potius conſideratur, quàm veritas 241.2
optio legata quando ſit facienda 315.2
optio ſerui, an ſeruorum legata ſit, quid interſit 314.1
optione ſeruorum legata, quoties poſſit legatarius optare: & quid ſi deceſſerit antequam optet, & hæredes eius diſſentiāt in optione facienda 176.15
opus nouum quod dicatur 320.1.*ij
in Opus publicum damnationis eſſe pœnam capitalem. 247.8. imponere qui poſsint. ibid.
operis noui nunciatio: vide, Nunciatio noui operis.
opera publica vetuſtate collapſa prius eſſe reficienda, quàm noua inchoanda 220.3
orantibus quies prouidenda 4.3
ordinarius quæ delegare poſsit 333.5
ordo cognitionum in diuerſis actionibus ſimul propoſitis quis ſeruandus. 195.1.2.3.2
ordo in iudiciis quis ſeruandus. 46. cuiuſmodi ſit ſeruandus, vbi plures contra vnum agunt. 47.23
ordo actore & reo viciſsim quæſtionem mouentibus. 47.9
ordo cuiuimodi ſeruandus ſit in conueniendis magiſtratibus per minorem actione ſubſidiaria. 152.3.& 153.5
ordine motus perpetuò, an & quando ad honores admitti poſsit. 260.1
ordine ad tempus motus an præcedentes honores retineat, vel ad nouos poſsit aſpirare. ibid.2.3
ordine motos non habere immunitatem à ciuilibus muneribus. 261.4
Orfitianum SC. liberos ad ſucceſsionem matris inteſtatæ vocat. 187.1
originarius vnde quis dicatur. 256.4
originis ius vt amittatur. 256.12
orphanotrophi qui ſint, & quomodo ordinentur. 5.15
orthodoxi qui dicantur. 3.6

P

PAragaudes quæ, & vnde dicantur. 266.3
paragaudas auratas habere etiamſi viris non liceat, mulieribus tamen non denegatur. 266.6
paapherna iuri non eſſe. 135.14
parapbernales res quæ dicantur. 135.13.f
paciſci de donationibus propter nuptias quomodo liceat. 135.13
paciſci de dote quando liceat. 134.2.135. 6.7.e.
pactiones contrahētium legis vicem obtinere. 2.4
pactum adiectum in vendendo ſeruo, vt certis locis abſtineat, vel vt exportetur, quid efficiat. 119.1
pactū adiectū ſocietati, vt partes cōſtituātur arbitrio Titij, an valeat. 109.12
pactum alterius quando alteri proſit vel noceat. 145.1
pactum de lucranda dote quomodo ex pacto donationis ante nuptias interpretādū, & ſi facto ipſo fuerit omiſſū, an à iure fingatur appoſitum. 128.6
pactum dotis reprobum quod. 134.3
pactū incōtinēti appoſitū cōtractui actionem præſcriptis verbis parit. 123.10
pactum incōtinenti appoſitum quādo informet veterem actionem. 119.6.e
pactum legis cōmiſſoriæ quid. 119.7.d
pactum legis commiſſoriæ quam actionem producat. 119.8

pactum adiectionis in diem quibus verbis fiat 119.9
pactum legis cómiſſoriæ quale ſit 225.2
pactum negotiatorum vel artificum inter ſe, vt non niſi precio ab ipſis conſtituto vendant, vel operentur, reprobatur 121.3
pactum, ne res cómunis diuidatur intra certum tempus, valet: non tamen valet pactum, ne nunquam diuidatur. 69.5
pactum poſt diuortium factum cur magis admittatur, quàm quod factũ eſt ante matrimonium 134.3
pactum quid. 11. 1. nudum, qualem induceat obligationem ibid. 2
pactum à pollicitatione quid differat. 18.3
pactum vnde dicatur. ibid. 4. quando ſit inutile ratione paciſcentis 18.5
pactũ quando ſit inutile ratione rei quæ promittitur 18.8.9. & 20.h
pactum inter ſocios ſuper hęreditate incerti hominis valet 19.12
pactum quibus modis veſtitur. 19.15.16. 17.20.d
pactum veſtitur rei interuentu. 19.19
pactum debet prodeſſe & nocere ei cum quo factum eſt, non alijs. 20. nu. 28. f. ſimplex tollit actionem furti & iniuriarum 19.21. ſpeciale trahi non debet ad conſequentiam 20.29. ex perſona patris prodeſt quandoq; filio 20.30. tutoris vel curatoris prodeſt pupillo 20.31 procuratoris, domino prodeſt, & quandoq; nocet 20.32
pactũ de non petendo fideicõmiſſo conditionali tenet. 19.13
pactum de petendo, ipſo iure non tollit pactum de non petendo 19.22
pactum de non petendo interponitur ad extinguendam obligationem. 19.23. & 20.e.
pactum de dando, vel faciendo in pupillo, vel nõ ſeruo, ipſo iure tollitur per pactum contrarium 19.24
pactum quod non fuit appoſitum, præſumitur quandoq; appoſitum 2.8
pactum venditoris, ne mancipium venditum proſtituatur, cui quomodo proſit 119.1.2.3
pactum vnius ex reis debendi, vel credendi, an, & quando proſit alijs 229.13
pactum functioni non obeſſe 264.2
pactum legis commiſſoriæ non valere in pignoribus. 225. 2. a. valere inter debitorem & fideiuſſorem eius. ibi. 4.
pactum manus iniectionis appoſitum in venditione ancillæ, prodeſſe emptori 295.1
pactum ne collegæ alij pro alijs teneantur, non nocere reipublicæ 270.3
pactum re non integra, ſeceſſioni non prodeſſe 114.3.6.b
per Pactum in continenti appoſitum vetus actio informatur 19.18
pacto ex ſimplici tranſactionis quare nó detur actio actori 21.8
pacto ex nudo naturalis obligatio orta an nouetur per ſtipulationem 20.2
pacto nudo quibus caſibus dominium transferatur 84.4
pacto priuatorum fieri non poſſe, ne tributa à poſſeſſoribus prædiorũ vectigalium exigantur 115.2
pacta dominorũ circa res cõmunes, an & quando valeant & ad quid 67.6
pacta illicita, eáq; non ſeruanda 332.1
pacta pignoribus adiecta quæ ſint vtilia, quæ item inutilia 225.1.3
pacta quædam nominata, quædam innominata. 19. 25. quædam ſunt inter præſentes, quædam inter abſentes. ibid. 26. quædam ſunt certa, quædam obſcura ibid. 27
pacta quædam ſunt inutilia tanquam aduerſantia publicæ vtilitati 19.11
pacta ſubſtantialia & naturalia, quæ contractibus adijciuntur, an ſint eadem. 118. 2. naturalia aut accidentalia quid pariant ibid. 2. 119.h
pactorum genera 118.1.119.2
pactorum vires quæ 19.14
pactis inter viuos concedi, quæ teſtamẽto licita ſunt 271.1
pagani hæretici 6.3
pagani cur ſtatuas erigere ſoleant 12.2
pagani qui, & de eorum ſacrificijs, templis & pœnis 7.1
pagano non licet Chriſtianũ poſſidere mancipium 7.1
paganorum bona diripere vetitũ Chriſtianis 7.2
Pandectarum liber vnde ſeu cur dictus ſit 9.5
§. quia verò multi. in authent. de teſtib. quomodo intelligendus 48.5
§. ſed ſi quis nepotis loco adopt. Inſt. de adopt. ſenſus 271.2
parapherna ſeu res paraphernales quæ dicantur, & ad quem pertineãt. 132.2
parens quando tutor 282.3
parentes qui dicantur 17.7.2
parentes coguntur alere liberos 312.6
parentes hæretici filias & neptes dotare coguntur 6.7
parentes quando & quomodo ſuccedant liberis ab inteſtato 339.2
parentes quibus ex cauſis liberos alere non cogantur 139.3
parentes quo iure liberos alere cogãtur 232.7
parentes ſicut liberos alere coguntur, ſic viciſſim à liberis alendi 139.1
parẽtes & liberos non admitti ad ferendum aduerſus ſe inuicem teſtimoniũ. 89.15
parentibus an & quando filios diſtrahare liceat. 107.1.3. præteritis in teſtamẽtis deſcendentium quod remedium competat, & quid ſi ſint exhæredati 169.14. remitti iuſiurandum de calumnia 43.8
parricidium in quibus committatur. 239.1
parricidij pœna maiorum an etiam nũc in vſu ſit, & qualiter nunc puniatur 239.h
de Parricidio qui teneantur 239.1
partus ancillæ an pertineat ad fructuarium 60.23
partus ancillæ furtiuæ an & quomodo poſſit vſucapi. 198.5
partus ancillæ, aut animalis, quando cẽſeatur furtiuus 197.11
partus animalis furtiui an ſit furtiuus, & an poſſit vſucapi 155.36
partus monſtroſi vel portentoſi proſint ne parentibus, an non 169.8
paſcua non licitanda 276.2
paſcuorum imperialium priuilegia 276.1
pater, an, & quando, & quatenus teneatur pro filio nominato ad munus aliquod publicum. 261.1.3. quando cenſeatur conſentire nominationi filij ad munus publicum. ibid. 2. quatenus teneatur pro filio magiſtratum gerente ob id, quòd minoribus tutores vel curatores non dedit, vel minus idoneos dedit, vel ſatiſdari ab eis non cauit ibid. 4
pater an & quando conſtituatur conuentus nomine filij. 32.4
pater an & quatenus nomine filij depoſiti teneatur. 105.21
pater an poſſit eſſe iudex filio. 44
pater an remittere poſſit iniuriam filiæ per raptum illatam. 239.4
pater an ſuccedat filio emãcipato per bonorum poſſeſſionẽ vnde liberi. 159.4
pater, aut mater, habens ex priore matrimonio liberos, ſi ſecũdas nuptias cõtrahat, quomodo puniatur. 131.10
pater arrogator an & quatenus poſſit pupillariter ſubſtituere filio arrogato. 167.15
pater conſentiens nominationi filij ad munus publicum & ſe & hæredes ſuos de periculo obligat. 261.2
pater dotans quando agat, & qui. 135.10.d
pater qui ſibi conſulat. 135.11.12.e
pater & filius an conſtituant duos gradus, an vnum. 391.5
pater & patronus quid differant inter ſe. 319.2
pater non cogitur filium, nec poteſt emãcipare inuitum: & an id ſit perpetuum. 232.3.233.5.2
pater præteritus in teſtamẽto filij, quem emãcipauit, petere poteſt bonorum poſſeſſ. contra tab. 159.5
pater quale ius habeat in rebus filio delatis à matre, vel à linea materna: & quid oporteat eum in huiuſmodi rebus præſtare. 188.1
pater quid iuris habeat in hæreditate filio emancipato delata à matre, vel materna linea. 189.3
pater quando cenſeatur ratum habere mutuum à filiofam. 99.9
pater quandoque cogitur non ſuum filium alere. 140.7
pater quatenus teneatur ex contractu filijfam. 95. 2. an & quatenus teneatur de peculio. 96.22. an & quando teneatur nomine filij ad munus aliquod electi. ibid. 23
pater quando & quatenus teneatur ob tutelam, quam geſſit filius, qui erat in eius poteſtate. 96. 24. poſſitne cogi agnoſcere munus à filia ſuſceptũ. ibid. 25.
pater quatenus teneatur de peculio nomine filij, qui litem ſuam fecit iudicando per imperitiam. 205.5

pater

pater quid ab extraneo differat. 134. 6. 7.c.
pater quid iuris habeat in bonis emancipati filij 319.1
pater, qui rogatus eſt filio hæreditatem reſtituere, an poſſit poſtulāte filio eo gi adire. & reſtituere 181.7
pater quis ſit 17.8
pater adoptiuus nullo modo in ius vocari poteſt ibid.9
pater remittendo filio vſumfructum peculij aduentitij, an cenſeatur donare: & an & quando teneat talis donatio. 189.4
pater emancipans filium ex eius conſenſu an & quale ius retineat in eius bonis 189.9
patris arbitrium in acquirenda hæreditate filiofam. delata an ſit neceſſariū, & quid operetur eius interpoſitio, quid item denegatio 189.13.15
patris bona tacitè eſſe obligata filiis pro conſeruatione rerum aduentitiarum. 221.4
patris loco qui principi ſunt, non debēt alieno iuri eſſe ſubiecti 278
patri an & quando filium diſtrahere liceat 114.1
patri an & quatenus detur actio nomine filij corrupti, vel filiæ corruptę 155.46
patri furioſo vel prodigo filius probus curator dari poteſt 99.9
patri quando permittatur occidere adulterum cum filia deprehenſum 238.20
patri quibus caſibus deneget lex vſumfructum in bonis aduentitiis filijfam. 184.5. adminiſtranti res filij an & quādo permittatur aliquid alienare ex eius rebus 189.11
patrem, atq; etiam matrem pro filio condemnato poſſe appellare 208.10
patrem aut maritum an damnari de calumnia contingat, ſi non probent in accuſatione adulterij 238.6
patrem liberti præferri patrono in ſucceſsione, & quid de fratre liberti. 156.13
patrem non poſſe alienare rem, quæ filio delata eſt à matre, vel à materna linea 188.2
patrem pati, verberato filio 3.15
patrem pro filio emancipato non conueniri 85.2
patre capto ab hoſtibus, liberorum ſtatum interim pendere 60.21
paternæ in teſtam. diuiſioni quid addendum 338.2
patria poteſtas quid ſit. 894.1. qualiter conſtituatur 232.4
poteſtas quib. modis ſoluatur 281.1. quibus caſibus ſoluatur. 281.3. 4. & 5.2
patriæ poteſtatis capita 281.1
patriæ poteſtatis effectus quis ſit. 232. 5.6
patriæ poteſtati qui filij ſubiecti ſint. 281.9
patria poteſtate liberari epiſcopū 5.8
patria poteſtate quæ eximat dignitas. 335.2
pati quos iura interpretentur 3.15
patriarcha 5.1
patriarcha apud quem conueniatur. 5.13
patronatus iura circa quæ conſiſtant. 157.1.3
patronatus ius quos habeat effectus 335.1
patronus quis dicatur 17.10.142.5. an & quibus tutor ſit ibid.6
patronus quando petat bonorum poſſeſsionē in ſucceſsione liberti, & pro qua parte 156.7
patronus quibus ex cauſis repellatur à ſucceſsione liberti 156.8
patronus qui exigit à liberto mercedem loco operarum, an & quando repellatur ab eius ſucceſsione ibid.9
patrono an liceat libertam ſuam in vxorem accipere 335.1
patrono quatenus detur bonorum poſſeſsio contra tab. libert. 159.1
patronus, qui ius patronatus liberto remiſit, quæ iura remaneant integra in ipſum libertum 156.10
patronum egentem alendū eſſe à liberto, & econtra 312.8
patronum inſtitutum hæredem à liberto, vel etiam ab inteſtato ei ſuccedentem, poſſe per Fauiam actionem reuocare alienata à liberto 157.7
patroni filij, & cæteri, qui iure patronatus veniunt ad ſucceſsionem liberti, quibus ex cauſis repellantur ab eius ſucceſsione 156.11
patroni cauſæ dicūtur poſtulatores. 21.3
patronorum filij qui admittātur ad ſucceſsionem liberti. 156. 6. hæredibus extraneis quæ iura reſeruentur in libertos 156.12
patronorum parentes & liberi liberto in infinitum accipiuntur 18.11
patronis remitti iuſiurandum de calomnia 43.8
pauca idoneè dicere ſatius, quàm multa vana 9.3
Pauliana actio quibus, & ad quid detur. 213.2
pauperies quid. 301.1. facta à quadrupede cuiuſmodi actionem pariat. ibid.2
de Pauperie actio: vide, Actio de paup.
paupertas an & quando excuſet à muneribus 259.1
Pecoris ad aquam appulſus qualis ſeruitus 62.14
pecudum numero quæ animalia cenſeātur 63.34
peculatus crimen in quibus rebus committatur 242.1
peculatus in pecunia priuata quādo cōmittatur 248.2
peculatus pœna qualis ſit 242.3
peculium aliud eſſe profectitium, aliud aduentitiū, aliud caſtrenſe, vel quaſi 189.1
peculium an aliter habere ſeruus poſsit, quàm ſi dominus expreſsim concedat. 96. 13. eſſe quandam vniuerſitatē, & quæ poſsint eſſe in eo 96.17
peculium caſtrenſe clericorum. 5.19. & 6.g.
peculium caſtrenſe quo caſu cōferri debeat 161.9
peculium legatum an & quando augeatur ex eo, quod dominus ſeruo debuit 315.13
peculium profectitium quid ſit, & quale ius pater in eo habeat 189.2
peculium aduentitium quid ſit, & an pater ius in eo habeat, & quale. ibid.3. 5. & 10
peculiū caſtrenſe & quaſi caſtrenſe quid ſit, & an pater ius aliquod in his habeat. 190.8.2
peculium quàm variè accipiatur, quid propriè ſignificet, & vnde dicatur. 96.12. 98.e.f.
peculium an poſsit concedi ſeruo minoris vel furioſi 96.14
peculium quomodo naſcatur ſiue incipiat. ibid. 15. qua ratione creſcat, aut decreſcat, vel intereat. ibid. 16. quomodo conſtituatur permiſsione domini ibid.18
peculium ſerui manumiſsi inter viuos cenſeri cōceſſum ipſi ſeruo hoc ipſo, quòd ei nō adimitur. 196.1. manumiſſi in vltima volūtate remanere penes ſucceſſores manumittentis: & cur ſecùs hic, quàm inter viuos. ibid.2
peculium vendicari non poſſe. 57.7
peculij æſtimatio quo tempore ſit facienda, cùm dominus de peculio damnatur. 97. 31. rationibus quæ imputentur, & cuiuſmodi dolus noceat volenti deducere de peculio. ibid.32
peculio legato, quid poſsit hæres ex eo deducere. 315.2
de Peculio actio: vide, Actio de pecul.
pecunia quando numerata alienius nomine cenſeatur. 78.22.24.27.
pecunia reipublicę quomodo collocanda. 269.2
pecuniæ appellatio quàm lata ſit. 77. 15. & 79.d
pecuniæ verbū quàm latè pateat. 171.2.2
pecuniæ non numeratæ exceptio quando locum habeat. 101. 3. b. an poſsit obijci aduerſus cautionem, expoſitam ex alia cauſa quàm ex cauſa mutui 101.7. quando competat. ibid. 10. quibus detur, ibid. 11. d. an detur, vbi præter ſcripturam inuenit etiam ſacramentum. ibid.12
pecuniam non numeratam duobus modis dici. 101.1
pecuniam ſoluens, qua cautione expoſita confeſſus fuerat ſibi numeratam licet reuera non fuiſſet numerata, an poſsit repetere. 101.5
pedanei iudices qui dicantur. 45.1. ordinarij qualem dictionem habeāt, qualem item delegati. 45.3.4
pedaneorum iudicum genera duo. 45.2
pedaneus qui citet partes, & non venientium pœna. 42.21
pēdere quæ poſsint, aut dicantur. 60.20
penſitatio publica quomodo differat à vectigali. 321.2
pēſitationes publicæ quæ dicantur. 115.1
penus quid ſit, & quæ veniant eius appellatione. 315.11
peræquatorum, qui negligētius ſe in officio habēt, vel doloſè verſantur, pœna qualis ſit. 276.8
perduellionis crimen vnde dicatur. 237.2
permitti per obliquum non debere id, quod directò non permittitur. 332.1

permutare quibus liceat 332.2
permutatio rei eccleſiaſticæ an, & quando, & quatenus permiſſa ſit 340.2
periculum nominũ quis præſtet 271.1
periuria an puniãtur lege ciuili 77.30
perpetuariorum ius 277.3
perſecutorum auri publici officium. 264.1
perſona canonica & legitima ad epiſcopatum ſuſcipiendum quæ 5 3
perſonæ alicui indultum non eſt perpetuum 277
perſonæ miſerabiles quæ 51.6
perſonarum iura variè partiri 28.11
perſonarum ſumma diuiſio 280.1
periculum rei venditæ ad quem ſpectet. 215.1.3.4.5.6.inde. vide Latius Venditæ rei peric.
periculũ tutorum: vide, Tu torũ. Tutelæ
permutatio quid ſit. 123. 1. 2. quando pariat actionem. ibid. 2. quando cenſeatur contracta. ibid. 3. quot & quas actiones pariat. ibid. 4. quibus & quã do actionem pariat. ibid. 5. b. in quibus conueniat cum venditione, & in quibus ab ea differat ibid. 8. e
pertinere ad rem aliquam quæ dicantur, vt iudex ad eam rem datus poſsit de illis cognoſcere 204.2
petens minus an poſsit poſtea pendente iudicio plus petere 72.28
petentium plus pœna 47.3.b. pœnæ quando locus non ſit ibid.3
petitio cuius iure negata eſt, id non prodeſt indultum 130.1
petitio hæreditatis: vide, Hæreditatis.
petitione ab vno ex duobus reis facta, alterum liberari, quomodo intelligendum ſit 229.9
pictura alienæ tabulæ impoſita an cedat tabulæ 284.42
pietas quando impediat contrariam negotiorum geſtorũ actionem. 28. 20. 21.22 d.f
pignus rei alienæ an & quando teneat 91.14
pignus in cauſam iudicati captum, poſt quantum tempus diſtrahi poſsit. 223.1
pignus iudiciale quid ſit, & quo ordine in eo procedatur 223.2
pignus prætorium qualiter cõſtituatur, & quando dicatur prætorium 223.1
pignus pignori dari quatenus poſsit. 223.1
pignus quibus modis diſſoluatur inuito creditore. 223.1. quando voluntate creditoris diſſoluatur ibid. 2.4.7. & 2. an & quando cenſeatur remiſſum, ſi creditor conſentiat expreſsim debitori vendere pignus ibid.4.5
pignus quid propriè dicatur, & quid differat ab hypotheca 220.1.221.*.
prætorium vel iudiciale quomodo contrahatur 220.5
pignoris conuentioné ſi numeratio pecuniæ ſecuta non ſit, quid iuris 225.1
pignoris effectus quis ſit 223.3
pignoris ius quibus caſibus reſtituatur creditori, qui cõſenſit debitori vt vẽderet pignus 223.6
pignoris obligatio an extinguatur per nouationem, acceptilationem, pactũ de non petendo, vel iuſiurandum delatum à creditore 93.7. qualiter contrahatur. 220.2. & 222.4. & 7.
pignoris conuentio an poſsit ita fieri, vt ſi intra certum tempus non ſit ſoluta pecunia, pignus poſsideatur iure emptionis iuſto precio tunc æſtimandũ. ibid.3
pignoris obligatio quibus cõtractis poſſit accedere 221.6
pignoris obligatio quibus caſibus tacitè contrahatur 221.1.6. & 11.
pignoris redhibiti nomine quid creditor debitori cauere debeat. 93. 17. quid contrà debitor creditori cauere debeat ibid.18.e
pignoris venditio quomodo ſit per creditorem facienda. 224.3.6. venditionis effectus quis ſit ibid.5.7
pignoris vẽditionem debitor nullo modo impedire poteſt. 224.1. emptor, qui mala fide emit à creditore, an repellat debitorem vendicãtem pignus, ſi velit ſupplere iuſtum precium. ibid.3
pignus poſſe à creditore retinere etiam pro debito chirographario, pro quo non erat obligatum tale pignus: & an id ſit perpetuum. 224. 1. 3. diſtrahere quis poſsit & quando. 224.1
pignus remanere in ſolidum obligatum quandiu pars minima debiti ſupereſt non exoluta 221.18
pignus ſolutione extingui 223.2
pignori capta in exequendo rem iudicatam, poſt quantum tempus vendi debeant 206.7
pignori data res aliena an, quãdo, & quatenus obligetur 222.1.2
pignori datũ debitórne an creditor poſſidere dicatur 199
pignori obligare in ſolidum an & quando poſsit quis eam rem, quam cũ alio habet cõmunem 225.1.2
pignori obligare quis quas res poſsit. 221.7.9. inde
pignori obligari quæ res non poſsint fauore religionis. 222.1. quæ res prohibeantur propter publicam vtilitatem ibid.3
pignore amiſſo, vtri probatio incumbat dolum vel culpam interueniſſe. 93.19
pignora iure dominij addicto creditori, ſi plus vel minus inueniatur in pignore, quàm ſit debitum, qua ratione conſulatur debitori, vel creditori 225 3
pignore vendito per creditorem non iure, an & quatenus poſsit debitor illud vendicare ab emptore, & quid ſi venditum ſit iure, minori tamen precio gratia vel dolo 224.1.2
in Pignore qui potiores habeãtur 222. 1. 4. &c
pro Pignore ſatiſfactũ à debitore quando dicatur. 92.3
pignora data à fideiuſſorib⁹ magiſtratuũ in quem caſum data videantur 270.3
pignora data in confirmationem ſponſaliorum, an diſſolutis ſponſalibus retineantur, non ſecus atq; arræ 127.11
pignoratitia actio quãdo naſcatur 323.8
pignoratitia cui data 293.2
pignoratitia actio qui differat ab hypothecaria. 93.1. cui detur. ibid. 13. contra quem detur, & ad quid cõpetat. ibid. 15. directa quando locum habeat. ibid. 2.
pignoratitia actio an poſsit poſt xxx. annos intendi 323.8
pignoratitiæ actioni quanto tẽpore præſcribatur, & ex quo tempore incipiat currere ea præſcriptio 202.13
pignoratitiam quandoq; competere, etiamſi nihil ſoluatur 93.12
piſtorum officium. 266.1. cauſæ quando diſcutiendæ ibid.2
Placentinus qualis & vbi floruerit 2.2
plagiarijs quæ pœna imponatur 240.2
plagij crimine qui teneantur 240.1
plãta an & quando cedat ſolo 284.46
Plautianum SC. ad quos pertineat. 312.1
Plautianum SC. vide, Senatuſcon. Plaut.
plus petere quot modis actor dicatur. 47.1.2
plus petentium pœna. 47. 2. b. pœnæ quando locus non ſit. ibid.3
plus ſolui etiam tempore, & non plus dici, quod eſt plus. 2.11
plus valere quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur. 91
pœna an & quãdo eximat aliquem à ſuo foro vel domicilio. 50.30
pœna à iure non taxata in cuius ſit arbitrio. 248. *
pœna corporalis à iure conſtituta in aliquo crimine, à quo in aliam mutari poſsit. 248.*
pœna in actione legis Aquiliæ qualis ſit. 65.22
pœna debita ex conuentione quouſque porrigi poſsit. 204.11
pœna delicti quibus modis aggraueturs vel attenuetur. 247.4
pœna incredulorum, & fidem catholicã in controuerſiam vocantium. 3.6.7
pœna legis Iuliæ de vi public. qualis ſit. 239.4
pœna nemini debet immunitatem tribuere. 260.2
pœna non committitur ipſo iure, quãdo debitor paratus fuit ſoluere intra tempus, & creditor noluit accipere. 43. 38. abſentia excuſatur. ibid.39
pœna per quem inferenda. 48. *
pœna quando creſcere debeat. ibid. *
pœna quando & quomodo augeri vel minui poſsit. 24 14.15
pœna quando imponenda. 247.1
pœna quid ſit. 248. *
pœna quomodo poſsit excedere quadruplum. 300.38
pœnæ genus quomodo ex cauſa præcedente irroget infamiam. 24.12. maioris impoſitio quandoque remittit infamiam. ibid.13
pœnæ impoſitio & criminis cognitio quibus caſibus ſine accuſatore procedant. 235.2
pœnæ nomine in teſtamẽtis vel codicillis relicta quomodo olim diſtincta fuerint à legatis conditionalib. 179.1 an & quando hodie valeãt. ibid.2
pœnam criminis remitti poſſe dontaxat à principe & ſenatu.

pœnam quandoq; dici ex parte actoris & rei, quandoque actoris tantùm, & quandoque rei tantùm 300.37
pœnam quis mereatur ex eo, quòd non paruerit cautionibus iudicio ſiſtendi cauſa factis 307.2
pœnæ, quas incurrit mulier ob nimiùm feſtinatas ſecundas nuptias, an remitti poſsint per reſcriptum principis. 151 8
pœnarum genera quot ſint 247.6
pœnarum genera 248.*
pœnarum genera quædam à quibus iudices abſtinere debent 247.10
in Pœnis infligendis iudex quæ conſiderare debeat 248.*
pœnalis ſententia quando ſit ferenda. 247.12. & in quē. ibid.13. effectus ibi.5
pœnalis ſtipulatio ſemel cōmiſſa an poſſit iterum cōmitti propter illa verba, contractu manente in ſua firmitate. 126.8.c
pœnitentia quando locum habeat in cō tractibus innominatis 82.15
pœnitentia quomodo negata vel cōceſſa apoſtatis 6.3
pœnitentiam non habere locum in contractibus nominatis, præterquam in mādato, ſocietate & depoſito, & quare in hir tribus locum habeat 82.13
pollicitatio à promiſsione quid differat. 132. 1.2
pondus cur æquum eſſe debeat 264.1
portuum vſum eſſe iuris publici 285 6
poſsidere non cenſeri aliquem, tametſi & corpore & animo inſiſtat rei, vbi adminiculum iuris repugnat, vel non adeſt: & quib⁹ caſibus id accidat. 199. 11. eandem rem an poſsint duo inſolidū. ibid.12. & 13. naturaliter quis dicatur, & quis ciuiliter ibid.14
poſsidere vi à me eum cenſeri, qui prohibet me poſſeſſorem colere, vel ædificare, vel reficere, vel ſimilia facere. 218. 10.12. clam à me quando quis dicatur, & quam poſſeſsionem dicatur habere, & an teneatur interdicto Vti poſsidetis ibid.13
poſsidere vi vel clàm, vel precario ab alio, quàm à domino, quando quis dicatur, & an poſsit dominus aduerſus talem interdicto agere 218.17
poſsidens precario qualem poſſeſsionē habeat 200 33
poſsidens rem vnam hæreditariam tantùm, an poſsit conueniri hæreditatis petitione ad totam hæreditatē 55.5.
poſsidens tantùm ciuiliter an poſsit cōueniri reiuendicatione 57.5
poſſeſſum cōmuniter ſolet vt plurimum negligi 248.1
poſſeſsio momentanea: vide, Momentanea poſſeſsio
poſſeſsio ciuilis & naturalis an ſint duæ poſſeſsiones, an verò vna tātū. 198.5
poſſeſsio quid ſit. 198.1. 199.22. quomodo acquiratur. 199.23. & 200* an & quatenus acquiratur patri per filiūfa.; & per quos quæratur nobis poſſeſsio. 199.25. 200
poſſeſsio qualis poſsit precario concedi 218.14
poſſeſsio quibus modis dicatur vacans. 286.1.20 amittatur per abſentiam, & quando. ibid.2
poſſeſsio rei depoſitæ apud ſequeſtrum an remaneat apud ipſos deponentes. 104.7. & 106.2.
poſſeſsio bonorum: vide latius, Bonorū poſſeſſ.
poſſeſsionis amiſsio quomodo intelligenda ſit, vt competat deiecto interdictum, vnde vi 215.8
poſſeſsionis cauſa quibus locis agi poſſit 51.2
poſſeſsionis momentaneæ plura interdicta, & plures actiones competere. ibid.1
poſſeſsionis continuatio inter quas perſonas fiat 197.28
poſſeſsionis turbatæ actio quib. & quandiu competat 217.2
poſſeſsionem acquiri corpore & animo, non altero ex his tantùm: & quomodo id ſit intelligendum 198.3
poſſeſsionē quæ animo & corpore quæritur, eſſe naturalem, quomodo intelligi debeat, & qua ratione dicatur ciuilis ibi.4
poſſeſsionem naturalem retineri ſolo animo 199.6
poſſeſsionem habere aliquando plurimum iuris, aliquando plurimum facti ibid.7.8
poſſeſsionem ciuilem qui habeant. 199. num.15
poſſeſsionem an & quando amittat dominus ob id, quòd colonus commodatarius, inquilinus, vel ſimiles exierunt à re, quam ipſi domino poſsidebant 199.19
poſſeſsionem rerum hæreditariarū non poſſe acquiri hæredi per ſeruum hæreditarium: & quæ ſit eius ratio. 199. num.27
poſſeſsionem amitti animo & corpore, vel ſolo animo, non etiam ſolo corpore 200.37
poſſeſsionem abſentis variè turbari 217 1.3.4
poſſeſsionem præſentē ex præterita non argui 88.5
poſſeſsionem rerum apud quemcunque conſtitutarum violenter inuadens ante euentum iudicialis arbitrij, qualiter puniatur 216.20
poſſeſſoria hæreditatis petitio quib. detur, & quibus fideicommiſſaria hæreditatis petitio 298.24
poſſeſſor bonæ fidei an & quos fructus & qua ratione teneatur reſtituere 58. 21.22
poſſeſſor bonæ fidei, qui empit eſſe malę fidei, an teneatur de interitu 36.6
poſſeſſor malæ fidei quomodo incipiat fieri ibid.7
poſſeſſor hæreditatis: vide Hæreditatis.
poſſeſſor malæ fidei quos fructus quomodo reſtituere cogatur 58.23
poſſeſſor recuſans reſtituere rem quibus modis ad id compelli poſsit 59. 27
Poſitiones iuris vocat ſpecies. 279.10
Poſthumus cur pro nato reputetur. 2.10
poſthumus quis dicatur 169.1
poſthumus ſub quibus conditionib. inſtitutus rumpat teſtamentum 169.4
poſthumus alienus quis dicatur, & an poſsit inſtitui 170.13
poſthumi præteritione an, & quando, & quatenus rumpatur teſtamentū. 169. 6.9.b.39
poſthumo hærede inſtituto quis cenſeatur inſtitutus 169.3
poſthumum quis teneatur inſtituere. 169. 2. qui poſsint hæredem inſtituere. ibid. 3. purè, ſub conditione poſſe inſtitui. ibid.4. præteritum, qui natus deceſsit viuo teſtatore, non impedire, quo minus hæres ſcriptus admittatur ad bonorum poſſeſsionē ſecundum tabulas ibid.8
poſthumi quomodo exhæredari debeāt, & an hodie poſsint exhæredari. 169. nu.5
Poſtliminium quid ſit, & vnde dicatur. 264.1
poſtliminij ius quando competat. ibid.2
poſtliminij ſpecies duæ. ibid.4
poſtliminij ius in quibus rebus proſit. ibid.8
poſtliminium qui reuertentes habeant. ibid.5.7. quæ res habeant. ibid.9.
poſtliminij fictionem non habere locum in ea poſſeſsione, quæ per noſmetipſos nobis acquiritur. 199.10
Poſtulare quid, & quot modis dicatur. 21.1.2. quibus permiſſum. ibid.4. qui cogantur. ibid.5. qui prohibeantur. ibi.6. prohibitis non prodeſſe aduerſarij conceſsionem. 22.14
poſtulatio ſuſpecti: vide Suſpecti.
poſtulatores qui dicantur. 21.3
Potentior conſentiens titulos ſuos alienis prędiis affigi, & nomē ſuum in litem prætēdi, & poſſeſſor item, qui id prætēderit, quomodo puniātur. 26.2
potentior ſuſcipiēs patrocinium, & qui eius ſibi patrocinium aduocauit in terrorem aduerſarij, quomodo puniantur. 26.2
potētiorum vocabulorum qui, in vetanda defenſione vel actionum ceſsione, ſignificentur. 26.1
Poteſtas in coniuges quot caſibus ſpectetur. 136.3
poteſtati alienæ quæ perſonæ ſuppoſitæ ſint. 281.4
poteſtati alienæ ſubditus ſi contrahat, vel negotium gerat, quid iuris. 95
poteſtatum genera & vires. 141.5
Potior quando non eligendus. 262.2
Præbendæ cur quibúsve dabantur. 336.2
Præceptiones alicui hæredum relictæ, an & quomodo veniant in iudicium familiæ erciſcundæ, 67.19
Præceptum iudicis non exhibendis ſine eo reis criminum, an ſit perpetuum. 236.1
Prædicamenta decem quomodo in interpretationibus legum obſeruētur. 2.9.10. & ſeq.
Prædium dotale quid. 139. 1. quibus ex cauſis alienabile. ibid.8.9
prædio ruſtico vendito, quid cenſeatur eſſe eius prædij. 116.13

prædia confinia quæ dicantur 70.2
prædia vrbana quæ ibid.3
prædia inalienabilia quæ 151.1
prædia quæ ſterilia, vel non ſterilia ſint. ibid.2
prędia vrbana quæ dicãtur 62.2.& 309.1
prædiorum vrbanorum ſeruitutes quæ ſint 62.3.64.2. ruſticorum quæ ſint 62.5
prædiorum genera 277.1
prædiis ſuis vel alienis titulos, vel vela regia imponens, quomodo puniatur. 26
Prædo volens agere depoſiti contra depoſitariũ an repellatur à domino agente rei vendicatione contra eundẽ depoſitarium 104.12
prædoni dari actionem depoſiti, non etiam furti 104.10. expulſo de prædio dari Interdictum, Vnde vi, & quare. ibid.11.
Præfectus prætorio Orientis & Illyrici excellentior reliquis illuſtrib. 12.4
præfectus vigilum quis, & quod eius officium 14.1.2.3
præfectus vrbis quid, & quod eius officium, & quæ dignitas. 12.1.2. eius officij duplex effectus ibid.3
præfecti annonæ officium 14
pręfecti Auguſtalis dignitas, officium, & à cæteris ſpectabilibus differentia. 13.1.2. effectus dignitatis ibid.3
præfecti Orientis officium in claſsicis. 266.1
præfecti prætorio Aphricæ dignitas, officium & poteſtas 12.1.2.2
præfecti prætoriorum Orientis & Illyrici officium & priuilegia 12
præfectn prouinciæ quæ liceant 12.2
præfectum Ægypti eſſe ſpectabilem 12.2
præfectum Aphricæ eſſe illuſtrem 12.2
præfectum Orientis ſolicitudinem frumenti Alexandrini conuehendi gerere 268.1
præfectum vrbis Romæ eſſe illuſtrem. 12.2
præfectorum prætorio ſententias appellationem non admittere, ſed ſupplicationem, & cur 203.1
præfectos prætorio poſſe legem condere 203.3
Præiudicari vni quæſtioni per alteram quot modis contingat 243.1
Præiudiciales actiones quare ſic dicantur 194.3. pro liberali cauſa quibus dentur, & contra quos. ibid.5.& 7
præiudiciales actiones eſſe prætorias, & in rem 298.25
Prælati an ius aliquod habeãt ex ipſa electione 13.5
de Prælati decedentis bonis quid fieri debeat 328.4
prælatos ex conſuetudine dare in emphyteuſim res eccleſiaſticas 4.15.e
Prælegata an veniant in reſtitutione fideicommiſsi 182.25
Præpoſiti tributorum quomodo eligendi 263.1
præpoſitorum tribut. officium quale ſit. 262.4
Præſcribi longo tempore quæ actiones poſsint 200.4
præſcribi triginta annis poſſe rem furtiuam, vel vi poſſeſſam: & quę ſit huius ratio 201.2
præſcribi actioni in rem triginta annis non poſſe niſi ab iis, qui tanto tempore poſsederunt rem: & quæ ſint alia neceſſaria, vt huic actioni præſcribatur 202.4
præſcribi actioni non poſſe niſi aduerſus eum, qui potuit dictionem mouere. ibid.5
præſcribi actioni familiæ erciſcundę, vel communi diuidundo ex quo tempore poſsit ibid.11
præſcribi quæ non poſsint 276.3
præſcriptio an currat contra minorẽ in appellatione interponenda 33.6
præſcriptio exceptioni non numeratæ dotis quæ ſpecialia habeat 39.5. ex cõtractu inito cum maiore cõtra defunctum inchoata, contra minorem ſuccedentem quoque currit 40.9
præſcriptio in quibus rebus locum habeat 323
præſcriptio longi temporis quibus in rebus locum non habeat 201.2
præſcriptio omnis quo tempore finiatur 11.42.3
præſcriptio quadriennij in bonis vacantibus fiſco delatis quando locum habeat: & ex quo tempore currat quadriennium 201.1
præſcriptio quando incipiat currere aduerſus actionem finium regũdorum 70.13.2
præſcriptio quibus perſonis non currat. ibid.2
præſcriptio quid ſit. 200.1
præſcriptio longi temporis in quibus rebus locum habeat. ibid.3 vt locum habeat quæ requirantur ibid.5
præſcriptio qui differat ab vſucapione. 1243.6
præſcriptio quomodo currat aduerſus creditorem. 201.1.2
præſcriptio triennij, decennij, vel viginti annorũ ipſo iure non currit cõtra minorem. 35.1. annorum triginta an currat contra minorem, & an reſtituatur. aduerſus eã. ibi.2. & an aduerſus eã quæ inchoata eſt in perſona maioris cui hæres eſt. ibid.3
præſcriptio xxx. annorum quando locũ habeat 201.1
præſcriptio xxx. annorum ex quo tempore incipiat currere aduerſus annuum vel menſtruum, aut ſimile debitum. 202.6. an currat contra eum, qui agere quidem poteſt, ſed cum difficultate. ibi..8 an currat cõtra pupillũ. ibi.9
præſcriptio xl. annorum in quibus locũ habeat 202.15.b
præſcriptionis interruptionem ciuilem non prodeſſe niſi facienti eam. 202.3
præſcriptionis longæ effectus quis ſit: & an dominium quæratur per præſcriptionem longi temporis. 201.10
præſcriptionis xxx. annorum effectus quis ſit 202.14
præſcriptioni moratoriæ ſupplicationẽ permitti, peremptoriæ non item 10.5
præſcriptionem contra vtrumq; excorreis interrumpi per litem ab altero eorum, vel contra alterum eorum conteſtatam 229.11
præſcriptionem currere aduerſus abſentem, quomodo accipiendum ſit. 202. nu.10
præſcriptionem inductam eſſe partim in fauore poſsidentis, partim odio negligentis petere 200.2
præſcriptionem longi temporis bona fide proceſsiſſe, quomodo probetur. 200.6. non currere ſine titulo 200.8
præſcriptionem interrũpi ipſo iure per litis conteſtationem 202.3
præſcriptionem omnem finiti tempore continuo, an ſit perpetuum. 1242.3
præſcriptionem non niſi centum annorum currere cõtra eccleſiam Romanam. 329.
præſcriptionem poſsidenti ſeruum fugitiuum non currere. 133.9
præſcriptionem pro libertate, non contra eam opponi poſſe. 196.1.2
præſcriptionem ſibi nocere neſciens non excuſatur. 10.8
præſcriptione decennii inchoata, in abſentia militis per vnum annum, an miles in reliquis nouem annis præſentiæ reſtitui poſsit. 39.13.e
præſcriptiones cõtra eccleſiam non currere, niſi xl. annorum. 4.11
præſcriptiones contra minores ſtare & ceſſare dicuntur. 3.19
præſcriptiones temporales aduerſus minorem non currere ipſo iure. 36.2
præſcriptiones aduerſus minorem efficaciſsimè currentes quæ ſint. 36.3
præſcriptionũm tempora varia. 1242.1 & 1242.4
præſcriptionum omnium tempora eſſe aut continua, aut vtilia: & quæ continua, quæue vtilia dicantur. 202.1
pręſcriptionum interruptiones quot modis fiant. 202.2.2
Præſcriptis verbis actio, vide, Actio pręſcriptis verbis.
Præſens reſtituitur aduerſus abſentem, qui à nemine defenditur. 40.13.14
præſentem ſubinde in iure reputari pro abſente. 3.16
præſentia quomodo accipiatur, cùm tractatur de cõueniendo fideiuſſore præſente, vbi reus dicitur eſſe abſens. 316.5
Præſes nomen generale ex clariſsimis eſt. 13.1
præſes prouinciæ quis dictus ſit, & quomodo differat à proconſule. 13.1.2
præſes ſi furtum commiſerit, ſubditi ſupplicare principi poſſunt, vt puniatur. 10.3
præſidis prouinciæ officium. 13.2, & 142.2
præſidis prouinciæ officium ante ingreſſum in prouinciam. 13.2
præſidis ingreſſus qualis eſſe debeat. ibidem.3. officium poſt ingreſſum prouinciæ. ibid.4
præſidem prouinciæ mutuum accipere

poſſe

poſſe ab iis, qui non ſunt ei ſubditi. 78.35.
præſidem prouinciæ non prohiberi eam vxorem ducere, quam ante officium id ſuſceptum ſibi deſponderat 127.3.
præſides non debere ſecum ducere domeſticum, vel cancellarium, vel aſſeſſorem 14 a
preſides prouinciarum eſſe clariſſimos. 12.2
præſides prouinciarum nec emere, nec ædificare, nec donationes admittere poſſe 15.3.4
præſtationum perſonalium quæ veniunt in iudicium fam. erciſcundæ exempla aliquot 67.23
præſtigium quid dicatur 238.19
præſumptio legis qui elidatur 67.10
præterire aliquem in teſtamento quid ſit. 168.1.
præteriti qoando habeantur pro exhæredatis, & quale remedium huiuſmodi præteritis competat 169.13.14.
prætor cogere debet arbitrum ad ſententiam dicendam 42.& 43 29.2
prætorem teneri repræſentare ſuum aſſeſſorem, contra quem querela mouetur 15.10
prætores non poſſe legem condere 12.5.
prætorum poteſtas qualis fuerit 13.1
prætorum officio qui fungi potuerint. ibid.2.
prætorum numerus olim ibid.3
prætoria ſtipulatio quomodo interponatur 124.4.5.
prætoriæ ſtipulationes quæ dicantur. 124.5.1
prætorium pignus: vide, Pignus prætorium.
pragmatica ſanctio quid, & ſuper quib. negocus indulgeatur 12.7.b
precarium quid ſit, & qui differat à donatione. 219.1.2. in quibus rebus conſiſtat. ibid. 2. quomodo conſtitui poſsit etiam inter abſentes, ſcilicet per nuncium, vel per epiſtolam 219.3. quouſque duret. ibid. 5. quibus modis ſoluatur. ibid. 6. effectus quàm varius ſit ibid. nu.4.
precario poſsidens qualem poſſeſsionem habeat 200.33
preces qualiter de quibus, à quibus, & pro quibus offerri debeant 10.1.2.3
precibus poſtulare, quod legib. permittitur, ſuperuacuum eſt. 277
precium in emptionibus conſtitui oportere in quantitate certa, non in ſpecie 111.2.
præcium in venditionibus an poſsit cõferri in arbitrium alterius ex contrahentibus, aut in arbitrium tertij. ibi.3
precium rei aliud eſſe à precio poſſeſsionis rei 216.3
presbyteri falſum dicentes teſtimonium, quomodo puniantur 5.11.
presbyteri ordinandi quæ ætas eſſe debeat 5.9
presbyteris occidentalis eccleſiæ matrimonium interdictum 6.21
principis actor quando excuſandus 53. nu.5
principis legem condentis inſtitutũ duplex 3.21
principis officium 278.1. & 332.1.
principis vel templorum res præſcribi non poſſe 201.1
principi occurrere qui debent 248.2
principi ſoli cuius licitus vſus 266.3
principi ſtatuã erigere non cogendi priuati 14.3
principi quando vacationem dare non liceat 258 2
principes in legibus condendis vel interpretandis ad quæ reſpiciant 5.20
principum domeſtici vbi conueniendi. 79.1.
priorem in gradu, potiorem eſſe in ſucceſsione: & an id ſit perpetuum 188. num.5
priuatus quando poſsit conuenire debitorem ſui debitoris 86.2
priuatum carcerem tenentium pœna. 237.1
priuilegium dotis in quos tranſmiſsibile 213.3.
priuilegium idem an duobus dari poſſit 267.1
priuilegium, quod milites habent circa teſtamenti factionem, quandiu duret 162.10
priuilegij debitorum rationem haberi inter plures creditores peculiarea. 97.14
priuilegia contra ius conceſſa reſpuitt. num.1
priuilegia facilius adimi quàm iura cõmunia 37.3
probare quis debeat 87.2
probari quid hoc ipſo, quòd cõtrarium non oſtenditur 278.
probatio quid, & vnde dicta 387.1. & 88.*
probatio an admittatur aduerſus præſumptionem 87.7.9.
probatio non interpoſitæ ſtipulationis an admittatur aduerſus inſtrumentũ. 87.8
probatio quibus cauſis incumbat vtriq; parti 87.14
probatio an ſoli iudici fieri debeat. 8. 16
probatio ſuper quibus interuenire debeat ibid.17
probatio an & quando poſsit fieri ante litis conteſtationem 88.19
probatio quibus mediis procedere poſſit ibid.20.23.
probatio quomodo fiat per rei euidentiam 88.23
probationis onus cui incumbat in cauſa liberali 194.10
probationis onus cui incumbat in accuſatione publici criminis 303.4
proclamare ad libertatem qui prohibeãtur 200.1
proclamare quibus permittatur, licet verè ſerui ſint 195.2
proclamare quando poſsit is, qui ſe venundari paſſus eſt ad precium participandum 195.3
proconſul quia, & qnomodo à præſide prouinciarum differat 13.1
proconſulis officium ante ingreſſum in prouinciam 13.2
proconſulis ingreſſus qualis erit. ibidem 3.
procõſulis officium poſt ingreſſum prouinciæ. 13.4.6.
proconſules eſſe ſpectabiles 12.2
procurationem alicui patrocinij cauſa in litem præſtare nec fiſco, nec reipublicæ licet 26
procurationes litium clericis interdictę 5.10
procurator an & quãdo poſsit manumittere ſeruum domini 193.2
procurator an & quando teneatur iurare de calumnia 43.6
procurator an in omnibus dominum defendere cogatur 25.20
procurator actoris quomodo per rei negligentiam à reconuentione liberetur. ibid.21
procurator ſi ſe defenſioni non offerat, nec ſatiſdet, quomodo puniatur. ibidem.22
procurator quomodo & quibus caſibus de rato ſatiſdare, vel mandatum oſtendere cogatur. 25.32
procurator quo tempore ſatiſdare debeat. ibid.24
procurator an teneatur exercere cauſam appellationis. 26.33
procurator à nuncio quid differat. 117 nu.1
procurator ſi mandato domini contrahat, verbis in perſonam ſuam vel domini conceptis, quomodo valeat contractus. 118.4
procurator Cæſaris aduerſus priuatum, vel contrà apud quem iudicem agere debeat 53.3
procurator conſtitutus ad cauſam agendam ad quid teneatur in actione mandati. 107.25
procurator fiſci aduerſus priuatum, apud quem iudicem litigare debeat. 53 1
procurator quando poſsit petere bona defuncti propter inultam eius necem ibid.2
procurator quis & à quibus conſtitui poſsit. 24.2. vbi & quomodo conſtituatur. ibidem. 4. à quibus conſtitui poſsit. ibidem. 6.7.8.9.2. quis quando conſtitui poſsit. 24.6.10. & 25.11 12.13
procurator quomodo conſtitui poſsit, præſente vel abſente aduerſario. 25.11
procurator in litem præſentem vel futuram. ibid.13
procurator ſpeciale mandatum habere debet. ibid.14.15
procurator rei ſemper cogitur ſatiſdare iudicatum ſolui. 25.26
procurator quomodo ex ſatiſdatione conueniatur. ibid.27
procuratoris Cæſaris officium circa quę conſiſtat. 305.1
procuratoria ſcientia an noceat. 95.5
procuratori an & quando liceat deferre iuſiurandum. 75.8
procuratori ad litem conſtituto non rectè ſolui. 231.7
procuratorem actoris quo caſu ſatiſdare non ſufficiat. 25.25

procuratorem hodie non repelli ob id quòd notatus ſit infamia 302.2
procuratorem in cauſa reſtitutionis an cauere de rato oporteat 38.2.
procuratorem poſſe appellare & per ſe & per procuratorem 208.7
procuratore vel alio quouis confitente abſentem vulneraſſe, quæ actio cõtra quem competat 65.28
procuratores non prohiberi rerum ſuarum alienatione 118.1.
procuratores noſtri quatenus nobis acquirant 72.11
procuratores ſi plures conſtituantur, nõ adirecto in ſolidũ, quemlibet pro parte conſtitutum dici 24.5
procuratores gynæcij qui dicantur 265. num.5
prodigum, cui bonis interdictum eſt, teſtari non poſſe 163.5
productionis tẽpus an præfiniri ſub pœna poſsit 46.3
profeſsio cenſus aut vectigalium quid ſit 115.5
profeſſores liberalium artium à quibus muneribus ſint immunes 259.4.
profeſſoribus quibus cõcedatur immunitas à muneribus 259.
programma quid, & quam authoritatem habeat 206.3
prohibens aliquem teſtari repellitur ab eius hæreditate 172.1
prohibens teſtatorem alicui relinquere vel legare, quod volebat, quatenus ei teneatur 172.5
prohibitus ingredi fundum alienum ab ipſius domino quibus caſibus impunè ingredi poſsit 283.22
prohibitus per ſe aliquid facere, non poteſt id per alium explicare 269.9
promiſsio qui differat à pollicitatione, 132.1.2.
promiſſum ſub pœna à teſtatore an veniat in iudicium fam. erciſ. 67.14
promittens generaliter ſe calendis daturum, non ſpecificatis calendis, quando teneatur dare 227.14
promittens ſe daturum hoc anno, quando poſsit conueniri: & quando is, qui promiſit annum 227.16
promittens ſimpliciter ſtipulanti plura, cenſetur promiſiſſe omnia contenta in ſtipulatione 228.15
propinqui à quibus emẽdandi ſint 239.1.
prorogatio cenſetur facta ſub iiſdem cõditionibus, atq; factum eſt compromiſſum 42.15
proſcriptionem temporis non impedire quo minus quis in libertatem proclamare poſsit 52.3
pro ſocio: vide, Actio pro ſocio.
proſpectus ſeruitus qui differat à ſeruitute luminis 62.4
proſtituta contra pactionem venditoris quando fiat libera 119.3
protocollum quid 332.3.
protutelæ actioni quando locus ſit 146. a.5
protutelæ actio in quem detur ibid.4
protutelæ actio quæ admittat, ſeu contineat ibid.5
protutelæ qualis actio ſit ibid.6
pro tutore genere quid 145.1
prouinciarũ rectores quatenus & à quibus accipere poſsint 242.2
proxeneta quis dicatur, & quod eius officium 127.12
proxenetica quæ dicantur 127.13
prochotrophi qui ſint, & quomodo ordinentur 5.15
publicani, eorúmue familiæ illicita, ſeu nimia exigentes quomodo puniãtur. 321.3.
publicani quatenus ob illicitè adempta teneantur 122.6
publicanorum officium quale ſit 321.1
publicanorum qui conueniendi 249.1
publicatio bonorum rei damnati quib. caſibus fiat 248.1.4
publicatio bonorum hodie cur non fiat. 248.8
publicationis rei venditæ periculum ſpectet ne ad venditorem, an ad emptorẽ 115.7
publicatis bonis aliena reuocanda 248. num.7
publicatis bonis inuentarium fieri debet 248.6.
publiciana in rem actio cui detur, & contra quem, & an & quando detur cõtra dominum 298.12.14. vt alicui cõpetat bonã fidem in eo exigi: & quo tempore requiratur bona fides in eo, ibid. 14. in quibus rebus ceſſet. ibid. 15. quomodo proponatur. ibidem. 16 quando locum habeat. 308.1. cui detur, & contra quem, & ad quid. ibid.2. qualis ſit. ibid. publiciana quibus rationibus competat. 61.35
publicianam & rei vendicationẽ an poſſit quis ſimul proponere. 298.18
publicum & cõmune ſpecies eſſe diuerſas 283.7
publici muneris vel negocij geſti ſumptus à quo repetendi 271.1.2
publica quæ 283.8
publica iudicia quæ communia habeant cum reliquis iudiciis 303.7.8.
publicorum criminum diuiſio 303.2
publicorum criminum perſecutio in iudicio qualis ibid.3.4.6.2
publicorum operum refectioni omnes cõferre debere, nec quenquam excuſari prætextu priuilegij 220.1
pupillæ vel adultæ appellatione, cũ qua prohibetur tutor vel curator matrimonium contrahere, quæ contineantur 130.3
pupillus quis 50.4.288.1.
pupillus an & quando repudiare poſsit bonorum poſſeſsionem, & quid in adulto, ſiue curatorem habeat, ſiue nõ. 161.2
pupillus an & quatenus conueniri poſſit interdicto de precario 220.12
Pupillis extra iuriſdictionem quomodo prouidendum. 142.1.
pupillus an & quatenus depoſiti teneri poſsit 105.21
pupillus an, & quid ſi abſente tutore, alimenta petat. 147.3
pupillus, ex cuius pecunia res eſt empta, cuiuſmodi priuilegium habeat in pignoratione eius rei 222.3
pupillus compromittens ſine tutore, obligatur naturaliter tantum
pupillus læſus in iudicio momentaneæ poſſeſsionis an reſtituendus 468.
pupillus mutuum ſtipuletur in perſona ſua 144.17.d.
pupillus quæ ſine tutore non poſsit 149. 12.13.
pupillus quando, & quibus, & qualiter promittendo obligari poſsit, & quid in adulto. 227.3
pupillus quando ex facto tutoris agere vel conueniri poſsit. 145.1.2
pupillus qui omiſſa teſtamenti cauſa, adiicit ab inteſtato, an & quatenus excuſetur à præſtatione legatorum 178.5
pupillus vt vincere poſsit in iudicio hæreditatis petitorio, quid probare eum oporteat. 160.10
pupillo cur non obſit remiſsio. 148.6
pupillo per tutorem rectè conſtitui. 145. nu.2
pupillo quales vſuras, & quibus caſibus tutor præſtabit. 148.1.2.3
pupillo qui ſoluit, quod naturaliter tantũ ei debebat, an detur repetitio iure communi. 80.5
pupillum agere poſſe interdicto poſſeſſorio pro ſe, non pro aliis. 46.5
pupillum non poſſe gratia tutoris habẽdi ſeruum manumittere. 190.8
pupillum poſſe ſine tutoris authoritate parere conditioni, ſub qua eſt inſtitutus hæres. 166.15
pupillo commodante, vel commodato accipiente, an & quatenus contrahatur obligatio. 92.5
pupilli apud quos educari, vel non educari debeant. 146.1.2.3
pupilli quid à principe impetrare poſſint. 50.1.51.2
pupillorum res ſine decreto non alienandæ. 151.1.2.3
pupillorum res quando ſine decreto iudicis alienari poſsint. 152
contra Pupillos impetratum reſcriptum quando, & an non valeat. 25.3
pupillaris ſubſtitutionis capita. 288.1
pupillarium rerum reuocatione locum habente, quando fructuum ratio habenda. 152.3
purpura aliena intexta veſtimẽto an cedat veſtimento. 284.44
purpuræ commercium quibus prohibeatur. 113.2
purpuram ſoli principi licere. 265.1.2

Q

QVadriennium, quod datur exacta minore ætate, ſitne continuum, an vtile. 40.8
quæſtio quid ſit. 245.1
quæſtio de quibus ſeruis habeatur pro eruenda veritate necis teſtatoris, ſeu domini occiſi. 173.13
quæſtio ciuilis quomodo incidat ciuili, & quomodo criminali, vel contra. 47.12
quæſtioni ſubiici qui poſsint. 246. 2.4.

quæſtioni quatenus fides adhibenda. 246. 8.
quæſtiones incidētes & emergentes. quid differant 47.11
quæſtionum variarum ordo quis ſeruādur 46.
quæſtoris annotario neceſſaria in reſcripto 12.3
quæſtorem variè accipi. 355.1
quæſtorum tria genera, eorumq; officia 13.1.
quæſtorum officij effectos ibid.2.
qualitatem quomodo interpretentur, & quid circa eam fingant iura 2.13
quando prædicamentum, quomodo interpretētur, & quid circa illud fingāt I C. 317
quantitatem, quomodo interpretentur, & quid circa eam fingant iura 2.11
quanto minoris act. vide Actio quanto minoris.
quarta relicta, quomodo de inofficioſo agi poſsit, vel non 54.1.2
quartæ retentionem locū habere in reſtitutione hæreditatis, & quę veniāt in eam quartam 182.23
quartę retentio in reſtitutione fideicommiſsi quando ceſſet 182.27
quartā ex vna re ſolùm detrahi ex mente teſtantis, & cur 68.4.5.
in Quartam quæ computentur 68.5.6. 7.8.9
quarta non ſufficiente, pecunia compenſandum 69.10
quaſi iudex in re ſua quis dicatur 46.3.
quaſi teſtis in re ſua quis dicatur 46.3.
quaternarius numerus cur cæteris dignior 9.8
querela inofficioſi teſtamenti quibus ex cauſis inducatur. 53.3. quando & quibus ex cauſis tollatur, ſeu negetur alicui. ibid. 4.5.6.7.8.9.10.b.c
querela quibus perſonis detur 53.11. 12.13.14.d
querela datur patri nomine filij, ipſo volente 53.15
querela datur primò liberis, deinde parentibus ibid.16
querela contra quos proponatur. ibid. 17. & 54.5.
querela quos habeat effectus 54.19.20. 21.
querela inofficioſi teſtamenti iure quidem veteri non niſi præparata, hodie verò etiam non præparata tranſmittitur ad hæredem 54.23. non eſt propriè actio. 54.24.
querela inofficioſi, teſtamentum irritum reddi 288.1
quod iuſſu: vide Actio quod iuſſu.
quod metus cauſa, edictum explicatur. 28.
quod quiſq; iuris in alterū ſtatuerit, ipſe eodem iure vtatur 306.1.3
quod vi, edictum explicatur. 28.
quod vi aut clàm, interdictum: vide Interdictum, Quod vi, &c.

R

Rapina quarum ſit rerum 243.*
rapinæ crimen quando committatur. 243.*
rapinæ opem præſtans qua actione teneatur 296.5
raptor bonorum quibus actionibus cōueniri poſsit 243.6
raptor mulieris quando incidat in pœnam 239.1
raptor omnis fur: ſed non contrà 243.*
raptor quis ſit ſecundum Gloſſatores. 239.b
raptor quot modis dicatur 243.*
raptoris mulieris qualis ſit pœna 239.2
raptoris pœna quæ ſit ſecundum leges. 243.*
raptum mulieris vendicare quibus perſonis permiſſum ſit 239.3
per Raptum filiæ illatam iniuriam pater an poſsit remittere 239.4
rata quæ ſint habenda vel non 307.1
ratihabitio maioris effecti. an confirmet alienationem rerum minoris 152.1
ratihabitio tacita ex quanti tēporis curſu inducatur ibid.2
ratihabitio maioris impedit reſtitutionem in integrum 37.1
ratihabitione quando negocium meum fiat. 27.4 28.b.
ratio quid 16.16
ratio optima quæ 108.2
ratio vbi reddenda 52.1.2
rationes vel tabulæ an & quomodo veniant in iudicium familiæ erciſcund. 67.16
rationes qui olim conficere ſoleant 17. num.17
rationum editio qualiter fiat 17.19
receptator rerū ex naufragio raptarum quando teneatur eo nomine 264.3
reconuentionis locus 337.2
rector prouinciæ, & pertinentes ad eum, prohibentur nuptias cōtrahere cum muliere, quæ eſt ex ea prouincia 113. num.1.
rector prouinciæ quantam diligentiam adhibere debeat ad capiēdos & detinendos reos criminum 245.2
rectoris prouinciæ dignitas 13.1
rectoris prouinciæ officium ibid.2.3
rectoris prouincię dignitas erga eos qui ſunt ex ipſius familia 14.4
ad Rectoré prouinciæ qui dicantur pertinere 127.1
redemptio captiuorum qualiter & per quem fiat 5.20
redemptionis precium reſtituendum eſſe redimenti, priuſquām redemptus reſtituatur in priſtinum ſtatum 233.11
redemptus ab hoſtibus quando poſsit ad libertatem proclamare. 195.6
redemptus ab hoſtibus habet ius poſtliminij 233.10
redhibitio intra quantum tempus fiat. 120.15
redhibitio per actioné ex empto ex quibus cauſis fiat 120.7
redhibitio quomodo fiat, vbi plures res venditæ ſunt 121.19
redhibitoria actio quid operetur 120.16. & 121.c.
redhibitoria actio quib. detur, & in quos 121.23.
redhibitoria actio qualis ſit, & quanto tēpore tollatur 121.30. quādo detur in duplum. ibid.31. an & quatenus tranſeat ad hæredes ibid.29
redhibitoria actio & ad quid reſtituatur emptor 120.17
redhibitoria actione agenti quando imputetur culpa 121.26.28
redhibitoriam non dari ſcientibus 121. num.24
redhibitoriam vocari eiuſdem etiam ex empto actionem. 120.2.
reditus fundi an idē ſignificet quod vſus fructus ſeu fructus. 314.1.
referendarij qui 328.1. numerus eorum auctus. ibid.2
regula in iure quid ſit 1244.1
regula qualiter tradatur indefinitè 1245. num.3
regulæ officium quale ſit. 1245.4
regula Catoniana in quibus legatis locum habeat, & in quibus non. 289.11. 12.13.2. & 175.7
regula Catoniana: vide, Catoniana regula.
regulam Catonis non pertinere ad nouas leges, an & quatenus verum ſit. 289
regulam, Si vineo vincentem te, vinco te, non habere locum in quibuſdam caſibus. 223.16
regulæ iuris circa quæ ſint proditę. 1245. num.5
regulæ in iure qualiter tradi debeant. ibidem.2. quot modis contingat eas deficere. ibid.7.
regulas non poſſe vt plurimum in iure tradi, quæ in cauſa ſint. ibid.6.
relatio facta à iudice ad ſuperiorem iudicem, vel ad principem quando valeat. 207.1
relatio quomodo ſit facienda. ibid.3
relationem quomodo interpretentur, & quid circa eam fingant iura. 2.12
relationes in delictis an & quatenus admittantur. 207.2
relationum quæ, vel quod conditionem inducere in legato ſummæ, in quo non eſt expreſſa certa quantitas 180. 7.
relegatus perpetuò, vel ordine motus, an & quādo ad honores admitti poſſit. 260.1. ad tempus relegatus an præcedentes honores retineat. ibid.2.3
relegatus vbi domicilium habeat. 256. nu.6.
relegati & ab ordine moti, an & quatenus ad honores aſpirare poſsint. 305. nu.2.
relegatus non habere immunitatem à ciuilibus muneribus. 261.4
religioſus locus quis ſit. 73.1.2.b
religioſus qui deſinat eſſe locus. 10.
religioſum locum quid faciat. 74.3. quando & cui liceat facere. 4
reliquorum appellatione quid veniat. 115.3
remediorum contutori pro aliis contutoribus conuento conceſſorum cautæ. 147.3
remittens debitum an donet, & an egeat inſinuatione, qui vltra quingentos ſolidos remittit. 287.2

remiſsio litis facta ſub conditione, ſi me hæredem feceris, non valet 21.10
remiſsio pupillo cur non obſit 147.6
remiſsione ſimplicis debiti poſſe dotem conſtitui: & quid iuris, ſi ſpecies erat in obligatione. 152.13.
remotio à tutela quando infamat, vel nó 146.7 8
remotus ob matrem an & quando infamis, vel non infam. 146.2
repeti an & quando poſsit, quod ſolutũ eſt procuratori creditoris 80.20.
repeti an poſsit illud, quod verè debitũ eſt ſolutum, tamen nó parit liberationem 81.38
repetitionem dari eius quod eſt indebitum, niſi præſtetur cautio, vel niſi impenſa deducatur 80.9
repetitionem nonnunquam dari in totum, cùm tamen id quod ſolutum eſt, eſſet indebitum duntaxat pro parte. 81.37
repetundarum nomine quæ actio competat 242 3
repetundarum actio ſeu accuſatio quando locum habeat 242.1
repetundarũ actio an etiam in eum qui adhuc in magiſtratu eſt, intendi poſſit 242.5
repetundarum actio quatenus detur in hæredem 242.4
replicationis auxilio actor contra rei exceptionem proregitur 302.
repudiare hæreditatem quid ſit 171.1
Repudiare quibus permiſſum ſit 172. 2.
repudiare extranei hæredes dicũtur: ſui verò ab ea abſtinere ibid.6
repudiantis quæ pœna 138.6
repudianti quæ neceſſaria ſint obſeruatu 137.3.4.
repudiationem hæreditatis fieri non ſolùm verbis, ſed etiam reipſa 182 3.
repudiũ quid, & quomodo differat à diuortio 137.2
repudij quæ iuſtæ ſint cauſæ 138.7.1
repudij quale iudicium, & quæ cauſæ olim fuerint 137.1.138.2.
repudij libellum quis mittere poſsit 138. num.5
reputationes quæ, quomodo & quando in reſtitutionibus in integrum faciendæ 37.1
res quid ſit, & quid verbum. 177.1.
res ex mea pecunia empta, an ſit mihi tacitè obligata 221.9
res integra quando in venditione eſſe dicatur 114.1
res inter alios iudicata, aliis non nocet. 206 1.6.9.& 11.
res iudicata quid ſit, & quando dicatur. 205.1. an poſsit reri actari prętextu cõputationis vel calculi ibid.4.
res iudicata quid ſit 1237.1. vt authoritatẽ habeat quæ ſint perpẽdenda 1238.1 1238.5. ex quo labefactetur ibid.9
res iudicata contra minorẽ, quando per reſtitutionem reſcindi poſsit 33.1
rei iudicatæ authoritas quaota ſit inter eos, inter quos iudicatum eſt 2.205. 2.6.
rei iudicatæ authoritas quomodo impediatur ratione partium litigantium.
rei iudicatæ exceptio: vide Exceptio rei iudicatæ
rei vendicatio quid ſit 57. 1. cui detur. ibid.2. vtilis quibus competat. ibid.3. contra quem detur directò, & contra quem vtiliter. ibid.4 58.b. an competat contra poſsidentem tantum ciuiliter. 57.5. an pro incorporalibus ibid. 6.58.6. vt intendi poſsit, deſignatio rei ſpecialiter eſt facienda, niſi obſtet iuſta ignorantia. 58.16. quatenus detur hæredibus, vel contra hæredes. ibid.28. contra quos ſit perpetua, & contra quos temporalis. ibid 30. vide latius in Vendicari.
Rei vendicatio quę datur cõtra eum qui dolo deſiit poſsidere, ſit ne ciuilis an prętoria. 298.9
rei vẽdicationem competere pro rebus corporalibus. 57 6. pro rebus mobilibus & immobilibus, animatis & inanimatis. ibid 9
rei vendicatio vbi inſtituenda. 52 1. aduerſus quem proponatur. ibid.2.a.b
rei vendicatio quando detur mulieri pro dote recuperanda 135.30
rei vendicatio vtilis datur metum paſſo. 29.7. vtilis nunquam niſi in ſimplum competit. ibid.10
rei vendicatione quis conueniri poſsit, & quis conuenire 59.3.
rei vendicatione conuentus an iudicio eximatur 52.4
rei vxoriæ actio. 1 3.
rem ſuam quando dicatur quis habere pro derelicto 285.63
re perempta, quam quis ab alio acceperat, vt vẽderet, an & quomodo teneatur is, qui accipit 78 25
res cuiuſmodi cenſeantur eſſe in nullius bonis, & quot modis. 283.14.18.
res eius, qui ad libertatẽ proclamare nõ prohibetur, apud quem remanere debeant 195.7
res in mare proiectæ cauſa leuandæ nauis cuius ſint 285.64.65.
res mancipi vnde dictæ 198.1
rerum diuiſio eaq; multiplex 283.1.3
rerum amotarum: vide Amotarum.
res inter alios iudicatas aliis regulariter non prodeſſe 306.6
reſcindenda quando ſit venditio 114.1.
reſciſſoria actio quibus detur 100.18. 101.d
reſciſſoria actio cui detur 298 20
reſcriptum quid, & cuius efficaciæ 12.1
reſcriptum ab vno impetratum quibus caſibus proſit alteri 33.2
reſcriptum contra ius impetratum non valere 130.1
reſcriptum contra ius diuinum reſpuitur 11.1.a. lædens ius naturale nullum eſt 11.2 contra ius ciuile diſtinguitur. ibid. 3. impetratum per mendacium, nullum eſt. ibid.4. etiam ſi aliàs iuſtum ibid.5. per ignorantiam aut ſimplicitatem à mendacio excuſatur. ibid.6
reſcriptum impetratum contra pupillos quando & an non valeat 50.3
reſcriptum impetratum ab aliquo, vt ſit immunis à collatione, quæ ſit ad inſtructionem operum publicorum, nó valere 220.2
reſcriptum nuptias indulgens quando teneat 130.2
reſcriptum principis obſcurum quis interpretetur 316.6
reſcripto ſemper inſerendam eſſe clauſulam, ſi preces veritate nitantur. 12.4. inſertam præſumi veram, niſi probetur contrarium ibid.4
reſcripta ad quos & quouſq; extendantur 12.6
reſcripta quomodo indulgenda ſeu cõſcribenda 12.1
reſponſionem in continenti eſſe faciendam in ſtipulatione, quomodo ſit intelligendum: & quomodo ſit facienda reſpõſio, vt ſtipulatio valeat 226.6
reſpublica cuiuſmodi prærogatiua vtatur in iudiciis. 268.2. intra quantum tempus reſtitui poſsit aduerſus læſionem. ibid 4. cuiuſmodi priuilegium habeat circa mutuum ab ea datum, vel ab ea acceptum. ibid.5
Reipublicæ actum libero inuito non iniungi. 271.1
reipublicæ acta gerere inuitus nemo cogendus. 270.1
reipublicæ cauſa abſentem quoad commoda, haberi pro præſente. 3.16
reipublicæ cauſa abfuturos à tutela excuſari. 150.2
reipublicæ ius pacto mutari non poſſe. 268.10.
reipublicæ officio functus quanti ex caſu, & quanti ex culpa teneatur. 271.1
reipublicæ expedire ne quis re ſua malè vtatur. 28.16
reipublicę non licet procurationẽ alicui patrocinij cauſa in litem pręſtare. 26
reſtaurationes quæ, quando, & quomodo in reſtitutionibus in integrum faciendæ. 37.1
reſtituere in integr. quid. 308.4
reſtituere incapaci rogatus, an & quando ex eo dãnum ſentiat, quod fidem ſuam in eam rem accõmodauit. 250. 2.& 4.
reſtitui aduerſus ſententiam an & quando poſsit is, qui ſe defenſioni minoris obtulit. 53.3
reſtitutus minor contra hæreditatis aditionem, quomodo non iterum reſtituatur. 35.3
reſtitui codicillos tempore deportationis factos, valere, teſtamentum non item. 287.1
reſtitutio in integrum quid ſit. 32.1
reſtitutio in integrum vbi & apud quẽ iudicem agitanda ſit. 37.1.4. inde 1
reſtitutio aduerſus alienationem mutandi iudicij cauſa factam, quãdo locum habere poſsit. 41.1.3.4.a.b
reſtitutio in integrum in quibus & quãdo militibus concedatur. 38.1. in quibus detur reipublicæ cauſa abſentib. ibi.3.4.5. an detur aduerſus vſucapionem non completam in pręſentia, ſed vel in modico tempore poſt reditum 38.11.39.c.d. quomodo detur aduerſus medium annum vſucapionis, quãdo vſucapio fuit cõpleta vltimo anno

no in præſentia. 39. 12. aduerſus vſucapionem à quo & quo remedio cõcedatur. ibid. 16. quemadmodum datur militibus & reipublicæ cauſa abſentibus, eorumq; hæredibus: item etiã datur aduerſus eos eorumq; heredes. 39. 17. vxoribus militum eorumque, qui reipublicæ cauſa abſunt, quomodo concedatur. 39. 1. intra quæ tempora ſingulorũ fieri poſsit ibid. intra quæ tempora impetrari poſsit à maioribus 40.10
reſtitutio minoris aduerſus aditionẽ hæreditatis quando nulla ſit 35 4
reſtitutio minoris an & quãdo alteri proſit ratione communionis aut ſocietatis. 33.1.
reſtitutio minoris an & quando fideiuſſori eius proſit 33.1.3a
reſtitutio an & quãdo minori, qui ſe falſo aſſeruit maiorem, denegetur 37 1.
reſtitutio in integrum quibus quando ſæpius cõcedi poſsit. 37.2.3. ſemel denegata minori an perpetuò denegetur ibid.a
reſtitutio in integrum quibus quando denegetur. 36.1.2.3. contra quos denegetur. 37.4. quo caſu cõcedatur liberis & libertis ibid.5
reſtitutio in integrum in quibus non ſit neceſſaria 36.
reſtitutio quomodo ſit facienda ab eo qui rogatus eſt reſtituere, quod ſuper erit de bonis cùm morietur 33a.1.
reſtitutio rei corporalis qualiter fiat. 29.9.
reſtitutionis in integr. cauſæ 307.3
reſtitutionis cauſa an delegari poſsit 37.6
reſtitutionis in integrũ cauſam per procuratorem ſpecialem agi poſſe 38.1
reſtitutionis aduerſus pœnam effectus. 248.1.3.
reſtitutioni ſubiecta alienari vel obligari poſſe ob cauſam dotis, vel donationis propter nuptias 332.a
reſtitutionem contra ſententiam nõ niſi à ſolo principe concedi 37.a
reſtitutionem contra pœnam criminis & infamiam, dũtaxat à principe & ſenatu ibid.3
reſtitutionem in integrum concedi iis, qui in ſeruitute detenti fuerunt 40.3
reſtitutionem an nati ex captiua poſsint impetrare 40.4.a
reſtitutionem an captiui impetrare poſſint ibid.5
reſtitutionem præſenti concedi aduerſus abſentem 40.14
reſtitutionem in integr. contra ſentẽtias præfectorum Orientis & Illyrici non dari 12.5
reſtitutionem minoris quis poſtulet 32. 15.e.
reſtitutionem minorum, tutoris vel curatoris interuentu in iudicio, vel extra, non impediri. 33.1.3
reſtitutionẽ minori conceſſam prodeſſe nonnunquam maiori ex quadam cõſequentia 159.5.
reſtitutione in integrũ poſtulata ne quid innouetur. 38.1.
reſtitutione facta minori aduerſus interceſsionem pro alio factam, quomodo cõſulatur creditori. 38.2. facta aduerſus contractum, prouidendum eſt ne lucrum ſentiat in damnum alterius. ibid 3
reſtitutiones quæ dentur aduerſus rem iudicatam & 23. aduerſus vẽditionẽ. 35. aduerſus venditionem pignoris. 34.
reſtitutiones aduerſus donationem. ibidem. aduerſus libertatem. 34. aduerſus tranſactionẽ, vel diuiſionem. ibidem. aduerſus ſolutionẽ à debitore, vel à ſe factam. 34. aduerſus dotem. 34. aduerſus delictum. 35. aduerſus vſucapionem 35 aduerſus fiſcum. ibidem. aduerſus creditorem. 35. aduerſus aditam hæreditatem. ibidem. aduerſus amiſſam hæreditatis aditionem. 36. quibus aduerſus quos indulgeantur 36.
reſtitutiones in integrũ in quibus, quando & qualiter ratione minoris ætatis indulgeantur 31. inde tot. tit.
reſtitutiones quæ filiofamilias cõcedantur 32
reſtitutiones quæ ob dolum conceduntur 30.
reſtitutiones quæ ob vim vel metum cõceduntur, explicantur 28.
reſtitutoria actio quibus detur 100. 18. 101.d
Retinere cui non liceat. 160.2.
retractare contractus fiſco non licet. 249.1
reuerſus ab hoſtibus qui dicatur 233 6
reuocatio, quæ fit per patronum, bonorum a liberto alienatorum, quid differat à reuocatione, quæ fit per creditores, de bonis à debitore alienatis. 213.17
reuocationes rerũ per eccleſiam alienatarum per quos fiant 4.14
reuocatione rerum pupillarium loci in habentis, quando fructuum ratio habenda. 152 3
reus abſens quando & quomodo ſit requirendus. 245.2.
reus coniectus in carcerem quandiu ibi detineri debeat 256.9
reus dans pecuniam actori, vel accuſatori, vt deſiſtat, vel vt patiatur ſe ſuperari, an & qualiter puniatur 205.7
reus de crimine confeſſus quatenus in vincula ſit coniiciendus 236.1
reus de crimine non confeſſus, an in carcerem ſit detrudendus 236 a
reus quibus caſibus per præſumptionem conuincatur 87. 5
reus ſtipulandi quis dicatur, quis item reus promittendi, & quare ſic dicantur 228.1
rei criminis damnati bona ad quos pertineant 248 5
reo dilationes quot concedendæ 246.2
reo quãtum tempus detur ad deliberandum 332.3.
reo quibus caſibus incumbat onus probandi 87.15
reum criminis retinere dignitatẽ quæſitam ante accuſationem 260.2
reum criminis occultans qua pœna puniatur & quando 245.1
reum in exceptione actoris partes ſuſtinere 87.4
aduerſus Reum abſentem intra quantum tempus procedatur, ſi nõ veniat 245.2
aduerſus Reum in carcerem coniectum quomodo procedendum ſit 236.9
aduerſus Reum, vel eius fideiuſſorẽ qui aliquid de ſuo creditori obligarunt, cuiuſmodi actiones intendi poſsint. 326.8
reo nolente ſe ſiſtere iudicio ante litem cõteſtatam, qua ratione ſuccurratur actori & contrà 44.12.13.14
rei promittendi qui dicantur 337.1
rei plures prom. quatenus ſinguli teneantur. ibid.2
rei duo promittendi an poſsint ita obligari, vt vnus purè, alter in diem vel ſub conditione teneatur: & cuiuſmodi diuerſitas non admittatur in obligatione duorum reorum. 229.5
rei qui requiſiti delcant. 245.1
reorum duorum prom. obligatio quib. modis conſtituatur. 228.1
reorum tranſmiſsiones quando fiant. 236.2
reos ciuiliter etiam apud quemcunq; iudicem conuentos, non ideo ab honoribus gerendis arceri. 260.4
reos criminum arceri à petitione nouorum honorum, quatenus verum ſit. 260.1.3
reos criminum non eſſe exhibendos ſine præcepto iudicis. 236.1
reos duos conſtitui poſſe etiam in obligatione, quæ in faciẽdo conſiſtit, tum debendi, tum ſtipulandi. 229.5
reos debendi hodie non aliter ſingulos inſolidum teneri, niſi nominatim id actum ſit, & quando poſsit ab vno eorum ſolidum peti. ibid.10
reis pluribus debendi conſtitutis, ſi vnus inſolidum ſoluat, an habeat eo nomine contra cęteros mandati actionem. 229.14
Riparum vſum eſſe iuris publici. 283.6
Romę & in prouinciis qui olim dare tutores ſoleant. & qui nunc. 282.1
Romanam eccleſiam centum annorum gaudere præſcriptione. 329
rub. Authen. quib. mod. nat. fil. eff. legit. & explicatur. 140.1
rub. C. Arbitrium tutel. explicatur. 147.1
rumpendi verbo quid in Aquilia ſignificetur. 65.35
ruſticus teſtari volens, quot teſtes adhibere neceſſe habeat. 163.11
ruſticos non debere ſe potentiorum ſeruituti ſupponere. 275.1
ruſticos vel in perſonis vel in rebus ſuis angariantes qua pœna puniantur. ibid.2

S

SAbbato Iudæos in iudicio conuenire prohibitum. 7.1
Sacramentum quibus caſibus non repellat querc. quo minùs poſsit vti iure communi, non obſtãte iureiurando. 33.4

ſacriſi

ſacrificia paganorum vetita 7.1
ſacrilegium quid.242.1.pœna ibid.2.
ſacrum quid 242.2.
ſalarium aduocati & menſoris qua actione petatur 124.9
ſalarium quando ab aduocato peti poſſit.79.2.promiſſum aduocato palmarij nomine an debeatur, vbi pars eius obtinuit in vno capitulo,& in altero ſuccubuit, & quid ſi tranſegit. ibid. 3.quibus actionibus petat aduocatus. ibid.4.quando debeat aduocato præſtari ibid.5.a b
ſalarium promiſſum procuratori an impediat, quo minus agi poſſit mãdati. 106.3. promiſſum mandatario qua actione petatur.ibid.4.incertũ an peti poſſit. ibidem.5. procuratori promiſſum in euentum litis an peti poſſit ibid.6
Sauianum interdictum cui detur, & cõtra quem.220.15.b. quid differat ab actione Seruiana.ibid.16.quatenus cõpetat duobus dominis pro rebus à colono in cõmunẽ fundũ illatis.ibid.17
Samaritani hæretici 6.3
ſanctio quid 9.1.b
ſanctum quid 283.16
Saraceni qui & quomodo coërceantur. 7.1
ſatiſdare quid ſit 43.1.& 306.1
ſatiſdare iudicio ſiſtẽdi cauſa quis cogatur,& qualiter 306.2.cum ſeq.
ſatiſdare de rato quibus caſibus procuratorem oporteat 25.23
ſatiſdare quo tempore ibid.24.
ſatiſdare quomodo nõ ſufficiat.ibid.25.
ſatiſdare iudicatum à reo requiritur. 25. nu.26.
ſatiſdare qui tutores quib.cogantur, vel ſponte ſoleant 282.2.3
ſatiſdare qui quomodo cogantur 144.6
ſatiſdare pro legato qui teneantur 186.7
ſatiſdari pro quibus legatis debeat.186.5
ſatiſdari legatorum nomine quibus debeat ibid.6.2
ſatiſdandum quando ſit,vel non ſit.311.3.
ſatiſdatio cuiuſmodi ab actore ſit præſtãda 43.1
ſatiſdatio cuiuſmodi à reo exigatur 43.2
ſatiſdatio cuiuſmodi præſtãda ſit à fructuario. 60.nu.26.48
ſatiſdatio iudicio ſiſtendi cauſa vbi præſtetur,itẽ quoties prę ſtanda ſit 307.4
ſatiſdatio pro legatis præſtandis quãdo interponenda ſit 186.1.
ſatiſdatio quando ceſſet.ibid.23.quomodo præſtanda ſit 186.8.9. ad quid petatur,ſeu quæ veniant in eam.ibid.10
ſatiſdationis Iudicatum ſolui effectus. 25.27.28.29.inde.
ſatiſdationem iudicij in arbitriis ceſſare. 42.20
ſatiſdationem ſemel duntaxat interponendam pro legatis:& an id ſit perpetuum.186.4.quæ præſtari ſolet ab hærede legatorum ſeu fideicomiſſorũ nomine remitti poſſe p teſtatorẽ,non etiam eã ſatiſdationẽ quã præſtat legatarius vſusfruct.ipſi hæredi 187.21
ſatiſdationum genera. 47.3
ſatisfactio an & quando cedat loco ſolutionis 231.12
ſatisfactum quando cenſeatur creditori 93.8
ſatisfactum à debitore pro pignore quãdo dicatur 93.3 8.
ſcæna quid 271.1
in Scęnam prodiens infamia notatur.23.
ſcholæ cur diuidendæ 277.
Scholaſtici quo loco domicilium habere videantur 257.14
ſcientia ementis nomine alieno an & cui noceat 121.25
ſcientiæ iuris vtilitas 278.1
ſcribæ officium quale ſit 262.8
ſcribæ qui dicantur,quibus item aliis nominibus appellentur 262.2.
ſcribæ qua forma debeant ſua documenta conficere 262.10
ſcriptum ius prævalere iuri non ſcripto. 3.d
ſcriptura quandoque non attenta,fraus præſumitur 91 6
ſcriptura quib.caſibus plus valeat,quàm id quod agitur 91.4
ſcripturam propriam volens agnoſcere quãdo & quomodo puniatur 101. 13.& 330.2.
ſecundi voti eiurationem remitti 337.2.
ſeditio Romæ ſi fiat,crimen læſæ maieſtatis,quod ſacrilegio proximum eſt, committi. 243.
ſeditionis in aliis quàm Romæ,locis cõcitatæ pœna 243.2.
ſeditionem facere,quid ſit 243.1
ſegetem alienam aut vinum alienũ corrumpens qua actione teneatur. 65. 39.
ſenarius numerus cur perfectus dicatur. 9.6.b
ſenator vbi cenſeatur domicilium habere 256.
ſenatores qui apud quos ciuiliter vel criminaliter conueniantur 52.1
ſenatorum electio,numerus,& authoritas 9.1.2
ſenatorum priuilegia quæ ſint 305.3.ad quos tranſeant ibid.4
ſenatus principi par. 9.2
ſenatus quando cenſeatur aliquid conſtituere, qd' legis vim obtineat 304.1
ſenatus authoritas 304.2
ſenatuſcõſulta cur Imperator confirmet. 9.3
ſenatuſconſultum Macedonianum: vide Macedonianum
ſenatuſcon. Plautianum. vide, Plautianum SC
ſenatuſconſ. Syllanianum quãdo locum habeat 173.12
ſenatuſconſultum Velleianum: vide Velleianum SC.
ſenes propinquos vt emendare debeant. 239.1
ſenſum legis,non verba ſpectari 9.18.1
ſententia an & quando reſcindi poſſit prętextu nouorum inſtrumentorum. 205.5
ſententia certa ſit 204.1
ſententia quando incerta ferenda, ibidem.2
ſententia certa libello incerto ferenda. 204 3.
ſentẽtia definitiua quæ dicatur: & quòd ea plenam cauſæ cognitionem requirat. 203.4.7.
ſententia an poſſit ferri partibus abſentib.vel altera parte abſente,& quomodo 203.5
ſententia diffinitiua aduerſus rempublicam indefenſam lata,eſt ipſo iure nulla. 268.3
ſententia in fiſcum quando nulla 249.1
ſententia in plures pro partibus exequẽda 206.1
ſententia in quibus parem tranſactioni vim habeat 21.11
ſententia lata contra ſententiam, à qua non eſt appellatum, non tenet.ibidem.12.
ſententia lata contra debitorem an, & quãdo præiudicet creditori reſpectu pignoris ſibi obligati. 206.5
ſentẽtia quibus caſibus proſit alij, quàm ei,pro quo lata eſt. ibid.9
ſententia lata contra minorem, quando per reſtitutionem reſcindi poſſit. 33.1
ſententia lata contra maiorem,qui iudicium ſuſceperat in minori ætate, an reſcindi poſſit per reſtitutionem.ibidem 2.
ſententia lata in cauſa filiationis facit ius & quibus præiudicet. 312.5
ſententia lata ob falſa inſtrumenta quomodo retractetur. 206.1
ſententia an poſſit retractari eo prætextu,quod ex falſis teſtimoniis lata ſit. ibid.2
ſententia lata pro vno, quibus caſibus proſit alteri. 33.2 & 229.13
ſententia prima de re reſtituenda, in actione quod metus cauſa, an ſit definitiua. 29.11
ſententia pro libertate dicta an & quando per reſtitutionem minoris reuocari poſſit. 34.3
ſententia quando mandetur executioni. 205.1
ſententia intra quãtum tempus mandanda ſit executioni, & an, & quando poſſit iudex illud tempus prorogare vel arctare. 206.6
ſententia quando ferri debeat ſuper incidenti. 47.10
ſententia quibus caſibus poſſit ad futura extendi. 274.2
ſententia quibus caſibus ſit nulla, etiam ſi ab ea non fuerit prouocatum. 209.1.3
ſententia quibus ex cauſis reddatur nulla. 204.1. 3. 5. interlocutoria an rei iudicatæ vim obtineat.ibid. 6. interlocutoria quæ dicatur. ibid.7
ſententia quibus verbis formetur. 321.2
ſententia ritè lata quibus modis reſcindi poſſit.205.1.an & quando reſcindi poſſit occaſione omiſſæ exceptionis. ibid. 2
ſententia ſecundum quas leges ferri debeat. 336.3
ſententia ſedendo, non ſtando proferenda. 23.1
ſententiæ authoritas quando impediatur per præcedentem ſententiam, & quando non. 322.7

ſenten

ſententiæ verbum quàm varias ſignificationes habeat. 203.10
ſententiæ aliquando non paretur propter æquitatem caſus alicuius ſuperuenientis 205.3
ſententiam ab arbitro inimico latam retractari per quandam appellationis ſpeciem ſæpe exceptioné doli. 262.2
ſententiam contra leges latam nullam eſſe: ſecus ſi contra ius litigatoris lata ſit. 209.2.2.
ſententiam ferri debere contra procuratorem, non contra dominum litis, niſi in cauſa criminali. 204. 2. ferendam eſſe ſecundum leges, nó autem ſecundum prauas conſuetudines 274.4
ſententiam inter alios latam ciuili vel criminali cauſa, aliis non nocere in eodem negocio, vel ſimili: & an id ſit perpetuum. 206.1.6.9.11. abſolutoriã latã pro reo adulterij poſtulato, proficere etiam ſuſpectæ adulteræ. ibid.8
ſententiam latam contra minorem indefenſum ipſo iure nullam eſſe 33.4
ſententiam latam in actione familiæ erciſc. non valere, ſi amiſſa fuerit condénatio vel abſolutio in perſona alicuius ex hæredibus 67.29
ſententiam nullam eſſe, quam iudex recitauit non ſedens: & ob quas præterea ſolennitates omiſſas ſententia reddatur nulla 203.1
ſententiam obſcuram quis declaret. 316.6.
ſententiam omnimodo certam ferri debere, prout poſsibile eſt 302.2
ſententiam, per quam reus abſoluitur, non tollere ipſo iure actori actionem 205.7
ſententiam reſcindi non poſſe occaſione reſcripti 205.3
ſententiam ſemel latam nó poſſe poſtea ab eodem iudice corrigi vel mutari: & an id ſit perpetuum 203.3
ſententia quomodo irrogetur infamia. 23.8.9.10.
ſententiæ cuiuſmodi ferri poſsint citra ſcripturam 203.2
ſententiarum ſpecies variæ 203.2
ſententias interlocutorias mutari poſſe, & an deſiderent plenam cauſæ cognitionem 203.3
ſententias præfectorum prætoria appellatione non reſcindi 203.1
ſeparationis beneficium quibus creditoribus detur, & quando 212.19.20.22
ſepelire defunctorum corpora in eccleſiis vetitum 4.3
ſepelire in ſepulchro hæreditario quib. liceat, & quos 74.9
ſepulchrũ qua actione peti poſsit 74.13
ſepulchri violati actio qualis ſit 204.4
ſepulchri violati accuſatio quando locũ habeat 240.1
ſepulchri violati pœna quæ ſit 240.5
ſepulchri violati pœnæ quibus applicentur 240.3
pro Sepulchro violato actio qualis. & cui, & ad quid detur. 240.2
ſepulchrorum genera 74.8.c
ſepulturæ perpetuæ traditum an & quãdo liceat aliò transferre 74.1
ſeptem in partes cur digeſtæ ſint Pandectæ 9.5.6.8
ſeptenarius numerus cur perfectus 9.6.8.b
ſequeſter quis dicatur 79.1
ſequeſter an & quando poſsit renũciare officio recepti depoſiti 104.8.b
ſequeſtratio quid ſit 79.2.a
ſequeſtratio quot modis fiat 77.0
ſequeſtratio quo caſu fiat in venditionibus 117.38.1
ſequeſtrationem fieri ex voluntate partium, & an & quando fiat ex neceſsitate 79.3
ſerici à barbaris emẽdi facultas cui conceſſa ſit 113.2
ſeruiana actio cui detur, & pro quibus rebus: & cui quaſi ſeruiana 298.21
ſeruilis cognatio non computatur 292.4
ſeruitus quid 280.4
ſeruitus in prædiis qui accipienda. 285.1. prædialis quid ibid.2
ſeruitus luminis qui differat à ſeruitute proſpectus 62.4
ſeruitus itineris qualis ſit. 62. 6. actus qualis ſit ibid.7
ſeruitus viæ qualis ſit. ibid. 8. aquæductus qualis ſit. ibid. 10. 64.b. aquæ hauriendę qualis 62.12
ſeruitus pecoris ad aquã appulſus qualis ſit 62.14
ſeruitus ruſtica quomodo amittatur. 63.18
ſeruitus vt acquiratur prædio communi, an oporteat omnes dominos acquirere 63.22
ſeruitus poſsitne conſtitui ſub conditione ibid.28
ſeruitus an poſsit pro parte conſtitui. 63.32
ſeruitus an poſsit ita conſtitui, ne quid fiat in fundo ſeruiente. ibid. 33. 64. quanto tempore amittatur non vtendo. 63.35
ſeruitú ſne diei poſsit ius altius tollendi, vel ius ſtillicidium non auertendi, an non. 309.2
ſeruitus qua ratione cenſeatur eſſe vrbana, vel ruſtica. 309.2
ſeruitus quibus caſibus pereat. 309.3
ſeruitutis amittendæ modi. 309.1.2.2
ſeruitutis commodum ſentiri poſſe in quibuſdam caſibus, in quibus non poteſt ſeruitus imponi. 309.4
ſeruitutis controuerſiam referens, non autem poſſeſsionis, quomodo ſit à poſſeſſore conueniendus. 218.11.a
ſeruitutis nomine poſsitne de euictione agi. 231.9
ſeruitutis primam ceſsionem retrahi ad poſtremam. 3.17
ſeruituti neminem addicendum ob æs alienum, & quæ pœna contrafacientis. 84.12
ſeruitutem altius tollendi poſſe conſtitui, & quando. 63.19. prædialem quis poſsit conſtituere, & quid ſi ſint plures domini, an omnium conſenſus requiratur. 63. 20. 23. e. f. prædialem habens, an, & quando poſsit eam alij concedere. 63. 21. poſſe conſtitui vicino prædio quomodo intelligendum. 63.24. non poſſe conſtitui ſub conditione extinctiua quatenus verum ſit. ibid.27
ſeruitutis quaſi traditio quomodo fiat. 63.30
ſeruitutem deberi quis probare debeat. 309.4
ſeruitutem omnem indiuiduam eſſe præter vſumfructum. 210.2
ſeruitutem perſonalem habens, non rem ipſam, ſed ſeruitutem, quam in ea habet, pignori dare poteſt. 61.47.0
ſeruitutem ruſticam quis conſtituat, & cui, vel quibus. 309.3
ſeruitutem vendicanti qua ratione conſulatur, ſi reus ſe non defendat. 212.15
ſeruitutem vſusfructus non amitti alienatione rei. 308.2
ſeruitute detentos in integrum reſtitui. 40.3
ſeruitute liberari epiſcopum. 5.8
ſeruitute viæ cõſtituta per fundum, non deſignato certo loco, per quem ire agere liceat, quomodo vtendum ſit. 63.31
ſeruitute vti quis cenſeatur. 63.37
ſeruitutes an & quę poſsint pignori obligari. 221.10
ſeruitutes perſonales an & quomodo veniant in iudicium fam. erciſc. 67.12. prædiales an & quomodo veniant in iudicium famil. erciſc. ibid.13
ſeruitutes prædiales an cenſeantur eſſe in patrimonio. 283.2
ſeruitutes prædiales qualiter acquirantur. 309.5. ruſticæ quæ ſint. ibid.1. ruſticæ ad quos tranſeant. 309.4
ſeruitutes vrbanorum prædiorum quæ ſint. 62.1 3. & 2. ruſticorum prædiorum quæ ſint. 62. 5. prædiorum quatenus conſtitui poſsint, & quare dicantur prædiales. 62.15. prædiorum vrbanorum quare enuncientur affirmatiuè & negatiuè, prædiorum autem ruſticorum affirmatiuè tantùm. ibid. 16. prædiorum quibus modis conſtituantur. 63.25. non conſtitui ex tempore, aut ad tempus. quomodo ſit intelligendum. ibi. 26. an conſtituantur per vſum lõgi tẽporis. ibi. 29. omnes confuſione amitti. 63. 34. vrbanæ quomodo amittantur. 63.36
ſeruitutũ prædialium ab vſufructu diſcrimen. 131.3
ſeruitutum conſtitutiones appellatione alienationis contineri. 41.3
ſeruitutum prædialium capita. 285.3
ſeruitutum prædialium communia. 309.1
ſeruitutum prædialium definita genera, differentiæ, conſtitutio, amiſsio. 62.
ſeruus alienus ab aliquo bona fide poſſeſſus quando acquirat poſſeſſori, & quando proprietario. 98. 6. in quo quis vſumfructum habet, an & quatenus acquirat fructuario. ibid. 9. & 99.2. in quo quis vſum duntaxat habet, an & quatenus acquirat vſuario. 98.10
ſeruus à natiuitate, poſtea manumiſſus,

non ſuccedit iure cognationis 291.1.
ſeruus an, & quando poſsit inſtitui hæres, & quando hæreditatem acquirat domino, & quando ſibi 165.26
ſeruus an & quando poſsit teſtamento teſtis adhiberi 164.15
ſeruus an & quo interdicto agere poſsit abſente domino 46.6
ſeruus an & quomodo tutor dari poſsit. 141.9,10.
ſeruus communis an & quomodo poſsit manumitti ab vno ex dominis. 192.1
ſeruus quo caſu fit hæres neceſſarius vtrique dominorum ibid.5
ſeruus cui relicta eſt purè libertas, ſi ſi redens is ſtatuliberi dederit pecuniam conditionis implendæ cauſa, an faciat eam eius, cui dat 82.19
ſeruus fugitiuus: vide Fugitiuus ſer.
ſeruus incapacis quando adeat hæreditatem 287.2
ſeruus in quibus cauſis poſsit procuratorem conſtituere 255.37
ſeruus in quo vſusfructus eſt conſtitutus quatenus quærat fructuario, & quatenus proprietario 60.17.19.22
ſeruus intercedens pro alio an & quomodo obliget dominum de peculio 96. 20
ſeruus Iudæus factus Chriſtianus an liber fiat 277.e
ſeruus non conſtituit procuratorem, niſi in cauſa ſtatus 24.7
ſeruus non poteſt ſine iuſſu domini parere conditioni, ſub qua eſt inſtitutus hæres 166.15
ſeruus pignori datus quando poſsit manumitti 193.8
ſeruus quæ domino acquirat 98.2
ſeruus quomodo acquirat domino ea, quæ ſibi relicta ſunt ex vltima voluntate ibid.3
ſeruus communis pluribus quatenus cuique dominorum acquirat ibid.4. & 295.3.
ſeruus duorum dominorum, ſi ab vno iuſſus ſtipulari, alteri nominatim ſtipuletur, vtri acquirat 98.5
ſeruus quando dicatur corruptus: & quod plus ſit perſuadere quàm cogi & compelli ſibi parere. 155.42
ſeruus quando dicatur nominatim in teſtam. manumiſſus 191,10
ſeruus, quem dominus teſtamento prohibuit manumitti, an & quando poſſit ad libertatem perduci 193 2
ſeruus quibus caſibus ſucceſſores habere poſsit 188.1
ſeruus quo caſu poſsit à nō domino manumitti 193.3
ſeruus quomodo fiat hæres neceſſarius. 168.8.
ſeruus ſub quibus conditionibus hæres à domino ſuo inſtitui poſsit, & quando tunc libertatem & hæreditatem conſequatur ibid.9
ſeruus communis ab altero ex dominis inſtitutus hæres cui acquirat hæreditatem ibid.6
ſeruus communis an poſsit vtrique dominorum hæres neceſſarius eſſe. ibidem.7
ſeruum ſibi ſub conditione legatum non poteſt legatarius pendente conditione manumittere 193.5
ſeruus ſi extero mādauerit, vt ipſum ſuis nummis emat, quid iuris 108.1.
ſeruus ſi vendatur cum pacto, ne proſtituatur quid iuris 119.2.3
ſeruus ſtipulatus viam, ſeruitutem, iter, actum, quærit obligationem domino ſuo 294.4
ſeruus hæreditarius an poſsit nominatim ſtipulari hæredi futuro. ibid.5
ſeruus ſub conditione legatus, interim ab hærede manumitti non poteſt. 118.9
ſeruus teſtamento domini liber eſſe iuſſus, ſi quid ex hæreditate nondum adita ſurripuerit, qua actione conueniri poſsit 71 5
ſeruus vt acquirat domino quę requiruntur. 313.7. dotalis adiens hæreditatem, cui acquirat eam. ibid.9. hæreditarius an poſsit nobis acquirere hæreditatem ibid.11
ſeruus vt fiat ex homine libero quæ requirantur, & quomodo poſsit ingenuitatem repetere 280.6
ſeruus vt impunè occidi poſsit 239.1
ſeruus vt verberibus caſtigandus 239.2
ſerui corrupti actio cui detur. 155.41. actio qualis ſit. 155. 45. quomodo in ea æſtimatio ſit facienda, & quatenus damnum reſtituendum. ibid.43.44
ſerui & dominæ coeuntium pœna 238.1
ſerui teſtimonium an recipiatur 89 8
ſeruo alieno hæreditas cum libertate ſi relinquatur, neutrum valet 287.1
ſeruum alienum, inuito, vel ignorante domino, in collegium recipientes qua pœna mulctentur 267.8
ſeruum fiſci, vel imperatoris, vel alicuius ciuitatis occultans, qua pœna puniatur 153.6
ſeruum hæredem neceſſarium quis dominus poſsit inſtituere & quatenus. 168.2.4
ſeruum inſtitutum hæredem à domino ſine datione libertatis, fieri nihilominus liberum 168.3
ſeruum manumitti non poſſe à tutore vel curatore, aut etiam à patre domini. 193.1
ſeruum nonnunquam puniri tanquam liberum 247.11
ſeruum poſſe à domino ſuo hæredem inſtitui, & an id ſit perpetuū 165.29.30
ſeruum promoueri nō poſſe ad officium tabularij: & quid ſi de facto promotus fuerit 262.5
ſeruum ſuum rogatus à teſtatore manumittere, an & quando ad id cogi poſſit: & quid de ſeruo alieno. 192.4.5
ſeruo communi duorum dante damnum alteri ex dominis, qua ratione ſuccurratur damnum paſſo 65.26
ſeruo delinquente, quomodo dominus poſt manumiſſionem teneatur 86.5
ſeruo manumiſſo à non domino, quomodo conſulatur ei, qui verè dominus eſt. 193.6
ſeruo ſimpliciter legato, non accedere eius peculium, quemadmodum nec eo vendito, & quid eo manumiſſo. 215.4
ſeruo vendito vt exportetur, quid iuris. 119.1
ſeruo quibus remediis ſuccurratur venditori ſi contrà fiat. ibid.2.3
ſerui ad quæ munera aſſumi poſsint. 255.40
ſerui aliquid acquirentes quibus acquirant. 281.7
ſerui an poſsint ad decurionatum vel alios honores aſpirare, & à quibus negociis & muneribus arceantur. 254. 35. & 255.38
ſerui quibus ex cauſis poſsint in iudicio conſiſtere. 255.36
ſerui cōtra dominos quibus caſibus torqueri poſsint. 246.5
ſerui contra quos torqueri non debeant. 246.3
ſerui, facti clerici ſtatim fiunt liberi. 5.14
ſerui omnes teſtamento manumiſsi liberi. 191.2
ſerui pro præmio manumittendi, qui crimina detulerunt. 194.1
ſerui quando ſine precio manumittendi ibid.2
ſerui quàm multipliciter poſsint eſſe noſtri. 294.1
ſerui quibus caſibus accuſari non poſſint. 236.2
ſerui quibus modis impediantur ad libertatem peruenire. 193.1
ſerui qui domino, cùm occideretur, non tulerunt opem, quo ſupplicio afficiantur. 173.15
ſerui quibus caſibus excuſentur. 173.16 17
ſerui qui veteratores, & qui nouitij dicantur. 121.22. & 122.k
ſerui vnde appellati ſint. 180.4
ſerui quibus modis fiant. ibid. 5. & 8
ſeruorum hodie vna conditio. 196.2
ſeruorum vniuerſitatis manumittendorum forma. 193.1
ſeruis actum reipublicæ iniungi. 2.1
ſeruis quibus teſtamento libertas eſt relicta, quomodo conſulatur, ſi nemo ſit, qui vel ex teſtamento, vel ab inteſtato adeat hæreditatem. 191.16.2
ſeruis quomodo ſuccurratur aduerſus ſæuitiam dominorum. 281.5.a
ſeruos non torqueri in dominum. 8
ſeruos repelli ab honoribus, & militia, & quibuſdam officiis, quomodo intelligendum ſit. 255.39
ſeruos tutoris non poſſe manumitti in præiudicium pupilli. 193.2
ſica quid Budæo. 239.*
ſicarij vnde dicantur. 239.1
ſignificatio verbi aut rei quid ſit. 177 2.2
ſignificationi verborum quando non ſit inhærendum, ſeu quando ſtetur voluntati teſtatoris aduerſus ſignificationem verborum. 177. numero 4. & 178.*
ſignum Chriſti non ſculpendum humi. 7.1
ſignum imponere rebus, quas alius detinet, nemini licet. 26
ſiliqua quid. 5.11

ſi:qua quibus debita 220.1
ſimile nullum eſt idem 105.26
ſimonia qoomodo punienda 5.num.5 6.
ſimplicitas mendacium quando excuſet 11.6
ſimulachrorom cultus vetitus 7.1
ſimulatis in contractibus veritatem potius ſpectandam, quàm id quod ſimulatum eſt 91.2
ſitus quomodo fingatur & obſeruetur in iure 3.19
ſocietas quid ſit. 109.1. quomodo contrahatur. ibid.2. quatenus in bonis & rebus contrahatur. 109 4.
ſocietas quos modos nó admittat. 109.5 an poſsit ita iniri, vt tranſeat ad hęredes ibid.7
ſocietas an & quando poſsit ita contrahi, vt vnus plures partes lucri ſentiat, quàm alius ibid.8
ſocietas an admittat hoc pactũ, vt vnus ex ſociis nullam partem damni ſentiat, lucrum autem ſit commune, & an vt vnus ex ſociis totum lucrum, alter totum damnum ſentiat. ibid. 9. quomodo ſoluatur, morte ſcilicet vnius ſocij, etiam inter eos, qui ſuperſunt. 109.14. & 111.c.
ſocietas an & quomodo diſſoluatur interitu rerum, quæ erant in ſocietate. 109.15.20.
ſocietas an ſolui poſsit voluntate. ibid. 16. an ſoluatur per ceſsionem bonorum ab vno ex ſociis factam. ibid.19. an & quãdo ſoluatur actione perempta vel mutata ibid.20
ſocietas an & quando faciat, vt reſtitutio minoris proſit alteri 33.1
ſocietatis renunciatio à quo & quomodo ſit facienda 109.18
ſocietatis vel communionis actiones apud eundem iudicem expediri 310.1
ſocietati non poſſe intempeſtiuè renunciari, & an pactum de renunciãdo intempeſtiuè ſocietati valeat 109.11.17
ſocietatem ſolui emancipatione vnius ex ſociis: & quæ actiones tum competant alteri ſocio 109.21
ſocietate contracta nominatim omnium bonorum, cuiuſmodi res communicandæ ſint 109. 23
ſocietate ſimpliciter contracta, quorum bonorum ſocietas inita eſſe videatur. 110.25. & 111.d.e
ſocietate contracta alicuius negociationis, quæ veniant communicanda 110 26.111.f.
ſocietates quæ permiſſæ 307.3.
ſocius ædificans, aut aliquid faciens in re communi inuito ſocio, quando & quatenus teneatur ex eo facto 69.13
ſocius an admittatur teſtis in cauſa ſocij litigantis pro parte rei communis. 89.12. & 90. f.
ſocius an, quãdo & quatenus poſsit rem communem alienare 118.1
ſocius quando, teneatur actione furti ob rem communem cõtrectatam. 110.41
ſocius qui ſocio cõmunicauit quod ſurripuerat, vel aliàs turpiter quæſierat, ſi poſteà eius delicti nomine condemnatus ſit, an poſsit auferre ex ſocietate, quantum ex ea condemnatione ſoluerit 110.24
ſocij dolus vel culpa an compẽſetur cum alterius ſocij dolo vel culpa 110.30
ſocio cuiuſmodi actio competat loco actionis de peculio, quæ ei denegatur. 97.36
ſocium non eſſe condemnandum, niſi quatenus facere poteſt, & quouſque hoc beneficium extendatur 111.47
ſocium poſſe ædificium commune reficere nomine communi, & quatenus habeat reliquos ſocios eo nomine obligatos 220.6
à Socio venditum non vendicari 68.1
pro Socio actio quid differat ab actione communi diuidundo 69.4
pro Socio. vide, Actio pro ſocio.
ſocios olim ſimul agere vel conueniri oportuit 70.1
ſociorum vnum hodie, rectè agere vel conueniri ibid.2
ſodomia prohibita 335.1
ſoluere quis poſsit, vt ex ſolutione contingat liberatio 230.1
ſolui quid debeat, vt liberatio inde ſequatur 231. 8.11
ſoluendum ciuitati cur & quomodo ſit. 271.1.
ſoluens creditori hæreditario, eo quòd hæredem ſe eſſe putaret, an poſsit repetere 80.19
ſoluens pecuniam, quam cautione interpoſita confeſſus fuerat ſibi numeratam, licet reuera non fuiſſet numerata, an poſsit repetere 101.5
ſoluenti indebitum nomine alieno an & quando detur condictio indebiti. & quando ei cuius nomine ſolutum eſt. 81.23.25.27.
ſoluenti vtranq; ex iis rebus, quas alternatiuè debebat, an detur electio repetendi vtram velis 81.34
ſolutum creditori quando dicatur, vt per id impediatur pignoris diſtractio. 224.2
ſolutũ procuratori creditoris an & quando repeti poſsit 80.20
ſolutum vi obligationis ad antidora an poſsit repeti 80.7
ſolutom alicui nomine creditoris an & quando poſsit repeti 70 21
ſoluto matrimonio quemadmodum dos petatur 138.1.2.inde.
ſolutio ciuitatibus quomodo præſtanda 271.0.2
ſolutio cui debeat fieri, vt liberatio inde contingat 230.6. in quam cauſam prę ſumatur facta, cùm ex plurib. cauſis debetur. 231.9
ſolutio minori à debitore, vel à minore creditori facta quando valeat, vel quando per reſtitutionem irrita fiat 34.1.2.inde.
ſolutio quando videatur facta 93.9
ſolutione eius quod debetur, vel alterius rei volente creditore liberationem contingere, an ſit indiſtinctè verum 326.10
ſolutione pignus extingui 223.2
ſortis obligatio quomodo per obligationem & conſignationem debiti tollatur 103.1.inde.
ſpacium cuiuſmodi relinqui debeat, cùm ædificat priuatus iuxta priuatũ 220.3
ſpecialia aliquot circa debitores ciuitatum. 269.4
ſpecialia eſſe contra ius commone 50.2
ſpecialia nó eſſe trahenda ad conſequentiam 196.14
ſpeciem aliquam feciſſe quis dicatur. 274.50
ſpeciem derogare generi, non econtrario 43.9
ſpecificatione an & quando dominium acquiratur 284.48
ſpectabiles qui 12 2
ſpectacula quæ conceſſa, & ad quid reipublicæ conducant 271.1
ſpectaculis intereſſe epiſcopis interdictum. 5.7. & clericis 5.10
ſpoliatio quid ſit, & quare dicatur violenta deiectio. 242.0
ſpoliatus ad quæ ſit reſtituendus 242.0
ſpoliatus petens reſtitui, quot & quæ probare teneatur 242 0
ſponſa non mutat domicilium ante contractas nuptias 261.5
ſponſus an admittatur ad accuſationem adulterij in ſponſam commiſsi 237.5
ſponſalia quæ dicantur. 127.1. & b. vnde dicta ſint. ibi. 2. quomodo contrahantur. ibid.4.c. ſolo conſenſu contrahi poſſe quatenus verum ſit. ibid.5. inter quas perſonas poſsint contrahi. ibid. 6. e. contracta qui poſsint ſoluere. ibid. 7. qua ſolennitate diſſoluantur. ibid. 8.
ſponſalitia donatio quę dicatur 128.10.d
ſponſalitia largitas quatenus à pupillo facienda. 34.3
ſponſalitiam donationem reuocari poſſe propter ingratitudinem 128.12
ſponſor quis dicatur. 325.1
ſportulæ quæ ſint, & quare ſic dicantur. 45.8.
ſportulæ qoomodo clericis minuantur. 5.11.
ſportularum nomine quantum præſtari oporteat 45.9.b
ſportulas præſtare quæ perſonæ non teneantur. 45.10.c. præſtari in iudiciis, & in iis, quę iudiciorum formam obtinent ibid.11
ſportulas remitti epiſcopo 5.8
ſpurij ex reſcripto ſuccedere poſſunt. 140.7
ſtabularij quando de receptis teneantur, & quibus actionib. & ad quid 307.1.2
ſtabuli exercitor quatenus de dolo vel culpa ſuorum teneatur. 296.5. quatenus teneatur de receptis 296.6
ſtadium quid ſit 283.12
ſtatua & imago qualiter differant 12.1
ſtatuam principis non adorandam 12.3
ad Statuam principis priuati conferre non tenentur 12.3
ſtatuas erigendi conſuetudo vnde introducta 12.2
ad Statuas confugientes qui quando & quomodo vindicentur 12.1
ſtatuliber an & quatenus veniat in actionem familiæ erciſcundæ 65.8
ſtatus cauſa quo in foro & apud quem

iudicem agi oporteat 52.1.4
ſtatus controuerſia itupuberi mota, quæ veniant in cauſæ cognitionem, dum tractatur de differenda quęſtione ſtatus in tempus pubertatis 160.13
ſtatus quæſtio mota ante quinquennium à morte eius, de cuius códitione quæritur, an poſsit poſt quinquennium perſici 196.4
ſtatū eius, cuius pater captiuus eſt apud hoſtes, eſſe in pendenti, quomodo intelligendum ſit 281.3
ſtatum defuncti poſſe intra quinquennium ex die mortis in controuerſiam deduci, non poſtea: & an hoc ſit indiſtinctè verum 196.1.3.5
ſtellionatus accuſatio quando locum habeat 243.2
ſtellionatus crimen an, & quando infamet. 243.4. vnde dicatur 243.1. pœna qualis ſit ibid.3
ſterilitas quando eſſe dicatur 125.34
ſterilitas vnius anni quando dici poſsit compenſata cum vbertate alterius anni ibid.35
ſtipulari quæ perſonæ non poſsint 227.2
ſtipulari à ſe inuicem, quæ perſonæ prohibeantur 228.16
ſtipulari rem meam mihi dari, an & quatenus poſsint ibid.17
ſtipulatus ſibi dari certarum nundinarū diebus quando poſsit agere 227.15
ſtipulatio quid ſit, & vnde dicatur. 226.1. per quæ verba contrahatur. ibidem 2. & 4
ſtipulatio inter quas perſonas contrahi poſsit. 226.8. pura quando committatur ibid.10
ſtipulatio inſulam fieri, quando committatur 126.12
ſtipulatio in diem quando committatur. 226.13. conditionalis quando cómittatur 227.18
ſtipulatio quæ habet diem & conditionem, quando committatur ibid.20
ſtipulatio in qua adijcitur conditio de præſenti, vel de præterito, aut ſtatim infirmatur, aut omnino nó differtur.
ſtipulatio interpoſita ſuper cautione de rato quare dicatur cōmunis, ibid.28
ſtipulatio an & quādo cōmittatur 20.4
ſtipulatio commiſſa, an & quando purgabilis ibid.5.6
ſtipulatio an innouet obligationem naturalem ex pacto nudo ortam 20.2
ſtipulatio duplæ quando committatur. 231.11
ſtipulatio, per quam fructuarius cauit, quando committatur 309.3
ſtipulatio pœnalis ſemel cómiſſa an poſſit iterū committi propter illa verba, contractu manente in ſua firmitate. 126.8.c
ſtipulatio, qua cautum eſt de damno infecto, quam actionem pariat, & cui, & in quem 321.5
ſtipulatio quando reddatur nulla ratione rerum in eam deductarum. 228.5 an & quando reddatur nulla ob id, quòd commercium rei in ſtipulationem deductæ denegatur alterutri ex contrahentibus, licet eius rei cómercium ſit in comuni. ibid. 6. alteri facta an & quando, & quatenus valeat. ibid.10
ſtipulatio, qua reus promittit cùm voluerit, an valeat, & quando committatur 176.46
ſtipulationis vis 294.2
ſtipulationis aut promiſsionis duorum reorum effectus quis ſit: & quatenus ſingulis debeatur, & ſinguli debeant. 229.8.2.
ſtipulationem, in qua verſatur turpitudo vtriuſq; netupe ſtipulantis & promittentis, non valere 83.9
ſtipulationem non aliter valere, niſi precedat interrogatio, & ſequatur reſponſio. 226.5. nó aliter valere, quàm ſi reſpondatur præciſe ſine voluntatis ſuſpenſione. ibid. 7. conceptam ſub conditione, quę omnino extitura eſt, haberi pro pura, quatenus verum ſit. 227.21
ſtipulationem non valere inter abſentes: & qui hic cenſeantur abſentes. 228.7 nullam eſſe rationé diſſenſus, quatenus verum ſit, ibidem. 8. reddi inutilem ratione conceptionis ineptæ verborum. ibid.9. pœnalem valere, etiam ſi prima ſtipulatio ſit inutilis, quatenus verum ſit. ibid.12. reddi inutilem ex appoſitione conditionis impoſsibilis vel natura, vel iure ibid.13
ſtipulationem pœnæ pacto inutili robur præſtare 20
ſtipulatione alioruru quando quæratur nobis actio 294.1
ſtipulatione ſerui an quæratur domino. 294.2. operarum non quæri obligationem domino per ſeruum ibid.3
ſtipulationes perimunt pacta 19.20
ſtipulationes plures an dici debeant, vbi quid promiſſum eſt in ſingulos annos, an verò ſit vna. 227.17. iudiciales quæ dicantur. 227.24. prætoriæ quæ ſint. ibid. 25. conuentionales quæ dicantur. ibidem. 26. communes quæ dicantur. ibid.27. quæ in damno conſiſtunt, quando recipiant diuiſionem, & quando non. ibidem. 29. quæ in faciendo conſiſtunt, non recipere diuiſionem 227.30
ſtipulationes prætoriæ quę dicātur, quæ item iudiciales 323.1
ſtipulationes quàm variis ex cauſis reddantur inutiles 227.1
ſtipulationes tacitæ, fingentes eum loqui, qui non loquitur 2.14
ſtipulationum diuiſio 323.2
ſtipulationum aliam eſſe puratu, aliam in diem, aliam conditionalem. 226. 9. alias eſſe iudiciales, alias prætorias, alias conuentionales, alias communes. 227.23
ſtudia liberalia Romæ & Conſtantinopoli quo ordine conſtituta ſint 267. 1.2.3
ſtudia iuuenibus immunitatem præſtare à perſonalibus muneribus 227.7.
ſtuprum quid ſit. 238.21
ſtuprum qui differat ab adulterio 238.4
ſtupri accuſatio intra quantum tempus debeat inſtitui 238 22
ſtupri crimen impedit concubinatum 140.1.2
ſtupri pœna qualis ſit. 238.23
ſuarij officium. 266.1
ſuariorum forum. 266.2
ſubdiaconis occidentalis eccleſiæ matrimonium interdictum. 6.21
ſubditis quando permittatur ſupplicare contra præſidem. 10.3
ſubſtātiæ æqualiter faciendam interpretationem. 2.10
ſubſtitui ne poſsit quis ſibiipſi, ſiue qui inſtitutus eſt ſit ſeruus, ſiue ſit liber homo. 168.10
ſubſtitutus vulgariter ſeruo per hæc verba, Si hæres non erit, &c. an & quando admittatur. 288.2
ſubſtitutum vulgariter minori poſſe admitti, ſi velit minore reſtituto vt ſe ab hæreditate abſtineat. 35.8
ſubſtituto pupillariter quæ bona obueniant ex ſubſtitutione. 167.14
ſubſtitutio quid ſit. 186.1
ſubſtitutio quæ directa, & quæ obliqua 167.1. vulgaris vnde ſic dicatur. ibid. 3. vulgaris quæ expreſſa, & quæ tacita. ibi. 4. vulgaris qoādo expiret. ibi. 6.168. • vulgaris pupillo facta quo caſu non contineat pupillarem tacitam. 167.8. pupillaris quib. fieri poſſit. ibid. 9. pupillaris quandiu durare poſsit, ſeu quando expiret. ibid.10. pupillaris quo ordine ſit facienda. ibid. 11. pupillaris quibus modis expiret. 167. 16. 18. exemplaris quibus fieri poſsit, & à quibus, & quomodo. ibi. 19. exemplaris quare ſic dicatur. ibid. 20. exemplaris in quib. differat à ſubſtitutione pupillari. ibid. 21. compendioſa quomodo fiat à milite, & quo iure valeat ante pubertatē hæredis, & quo iure poſt. ibid. 23. cópendioſa directis verbis à pagano facta, an & quatenus valere poſsit: & quid ſi verbis obliquis fiat. ibid. 24.25.2. breuiloqua quæ dicatur. 268.20
ſubſtitutionis directæ ſpecies quæ ſint. 167.2. vulgaris effectus quis ſit, & pro qua parte ſubſtitutus vulgariter admittatur. ibidem. 5. pupillaris effectus quis ſit. 167.13
ſubſtitutionem aliam eſſe directam, aliā obliquam. 167.1. vulgarem aliam eſſe expreſſam, aliam tacitam. ibid. 4. pupillarem aliam eſſe expreſſam, aliam tacitam. ibid.7
ſubſtitutione pupillari qui admittantur ad hæreditatem. 167.12
ſucceſsio ab inteſtato quo ordine procedat. 188.6
ſucceſsio arrogati quomodo olim arrogatori conceſſa ſit: & quid hodie concedatur arrogatori in bonis arrogati. 293.1.2
ſucceſsio quando dicatur fieri de capite in caput, & in quibus perſonis locum habeat. 159.2. quando fiat de gradu in gradum. 160.8
ſucceſsio inteſtati in linea tranſuerſali quomodo, ſeu quo ordine deferatur. 339.3
ſucceſsioni ab inteſtato non eſſe locum,

quan

quandiu teſtamentum ſubſiſtit, vel ex eo hæreditatem adiri poſſe ſpes eſt: & an poſsit derogari huic regulæ ex voluntate teſtatoris 188.3.a
ſucceſſor vniuerſalis debitum xl. annis præſcribit 201.1. particularis quanto tempore præſcribat ibid 2.
ſine Succeſſore decedere qui dicantur 247.2.
ſucceſſorium edictum quibus prouideat 159.1.2.
ſuffectus in locum alicuius iudicis qualem iuriſdictionem habeat 14.1
ſuffragium quid, & quando, & quo iure petatur 79 1.2.inde.
ſui & legitimi hæredes quomodo ſuccedant 187.4
ſui hęredes ex quibus cauſis amittant beneficium abſtinendi 171.18
ſumptus ab vno ex hæredibus facti in res hæreditarias, an veniant in iudicium fam. ercisc. quid de vſuris eorũ 67.24.68.e.
ſumptus facti in rem communem qua actione repetantur, & à quo 69.9.11
ſumptus facti antequàm res eſſet communis, an veniãt in actione communi diuidundo 69.10
ſumptus funeris qui dicantur 74.14.& 75.d.
ſumptus in funus impenſi qua actione repetantur 74.15. in ſuneranda vxore alicuius qui reſtituere teneantur. 74.20. factos in funus filiifam. quis reſtituere cogatur ibid.21
ſumptus geſti negocij publici à collegis præſtandus. 271.1. cur à conſorte repetendus. ibid.2
ſumptus muneris iniuncti à quo repetendi 270.1
ſumptus qua occaſione ſoleant in iudicio fieri 45.4
ſumptuum ratio quomodo ſit à iudice habenda 45.5
ſupellex quid ſit, & quæ contineantur eius appellatione 315.1
ſupellectilem non videri legatam, domo legata 315.2
ſupellectili legata, nõ videri legatam habitationem vel domum, in qua continetur 315.3
ſuperficiario an & quando competat in rem actio 298 22
ſuperficiarium poſſe de euictione agere 231.7.
ſuperfluitas inutilis reſecanda 9.3
ſuperindictum ordinarium non ſoluit eccleſia 4.9
ſupplicare aduerſus ſententiam pręfecti prætorio intra quantũ tempus liceat, & quibus fiat hæc ſupplicatio 203. num.2
ſupplicare principi qui quomodo, de quibus, & pro quibus poſsint vel debeant 10.1.2.3.4 &c.
ſupplicari quibus perſonis 11.10
ſupplicari à ſententia præfecti prætorio cui ſit porrigenda, & quæ ſint partes eius cui porrigitur 340.6
ſupplicatio principi facta an & quando litis conteſtationem faciat 11.1
ſupplicationis effectus 11.ou.11
ſupplicatione quæ actiones perpetuentur 11. inde. 2
ſupplicationem quando offerre liceat, vel non 11.1.2
ſuppoſiti partus accuſatio ad quos ſpectet 241.5
ſurdus quando excuſetur à muneribus. 259 4
ſurdus ſi modò compos mentis ſit, procuratorem conſtituere poteſt. 24.
ſuſceptoris tributorum officium quale ſit 263.3.5
ſuſceptores tributorum quomodo eligẽdi 263.1
ſuſceptorum tribut. officium quãto tempore duret 263.2
ſuſceptoribus quantum exigere permiſſum ſit tributorum nomine ibid 6
ſuſcipientium expoſitos premium 233.4
ſuſpectus tutor quis ſit. 146.1 vbi accuſandus ibid.5
ſuſpecti accuſationis forma. ibid. 6. effectus ibid.7.e
ſuſpecti accuſatio publica. ibid. 3. qui accuſandi ibid.4
ſuſpicio de tutoribus quib. ex cauſis præſumpta 146.2
ſuus hæres eo actu cenſetur ſe immiſcere hæreditati quo extraneus cenſetur adire 314.26
ſyndici an teneantur iurare de calumnia 43.7
ſyndici vel actoris vniuerſitatis officiũ. 307.5

T

TAbellio quis ſit, & quanta fides adhibeatur contractibus ab eo ſcriptis 332.c.
tabellionis contractum potentium cum fugitiuis colonis recipientis, pœna. 275.1.
tabelliones quàm variis nominibus appellentur in iure 1 2
tabulæ vel cautiones an & quomodo veniant in iudicium familiæ erciſc. 67.16
tabularum appellatione quid propriè ſignificetur. 218.1 3
tabularius quomodo inſtrumentũ conficere debeat 263.7
tabularij officium quandiu duret. 263. 5. officium quale ſit. 262.4. & 263.6.7.
tabularij officium qui ſuſcipere nõ poſſint 262.5.6.7
tabularium qui poſsit conſtituere 263.1
tabularij qui dicãtur, & quibus nominibus in iure vocentur. 261.1
tabularij quales eligendi, & qui nõ poſſint eſſe tabularij. 263.2. quibus priuilegiis fruantur. 263.5
tabularij & ſcribę qua forma debeãt ſua documenta conficere 263.10
tabularios debere per ſeipſos documentis completionem dare. 263 11
tacita veritas pro expreſſa habenda 12.8
tacitum non valere, vbi expreſſum eſt inualidum 62.13
Taſcodrogitæ hæretici 63 •
templa paganorum 7.1.2
templorum res c. annis præſcribi 201.2
tempus quantum detur liberis & parentibus ad petendam bonorum poſſeſſionem. 160.7
tempus quod in donatione coniugum ſpectandum. 136.13
tempus xij annorum quod datur minori ad petendam reſtitutionem ex quo tempore computetur. 39.6
tempus præſens ſpectari in ſtipulationibus, quomodo intelligendum ſit. 218.18
tempus quo pacto interpretetur, & quid circa illud fingant iura. 3.17
temporis computatio quomodo fiat in vſucapione. 197.13
Ternarius numerus cur cæteris dignior. 9 8
tertyllianum S C. quam matrem ad ſucceſsionem liberorum vocet. 187.1
teſtari aliquem prohibens vel cogens: vide Prohibens, item, Cogens.
teſtari an & quatenus permittatur iis, qui nuptias vetitas cõtraxerũt. 129.2
teſtari non poſſe eum, cui lege bonis interdictum eſt. 163.13
teſtamentum quid ſit, & vnde dicatur. 163.1.164.✝ nuncupatiuum quid ſit, & quomodo fiat. 163.3. nũcupatiuum vno contextu fieri debere, quomodo accipiẽdum ſit. ibi.4. in ſcriptis quam ſolennitatem requirat. ibid.5. ſolenne non ideo minùs firmum eſſe, quòd teſtes ignorent quid in eo contineatur, & quomodo tunc adhibendi ſint. 163 6. quomodo debeat à teſtibus ſignari. ibid. 7. coram principe factum quàm ſit priuilegiatum. ibi. 10. parentis inter liberos imperfectum ob non adhibitam ſolennitatem, an & quatenus valeat. ibidem. 12. & 13. ritè factum quomodo irritum reddatur. 164.19 prius an, & quãdo rumpatur per poſterius. 164. 21. 2. prius perfectum quando rumpatur per poſterius imperfectum. ibid. 22. 24 ✝ an rumpatur ex eo ſolo, quòd teſtator dixerit nolle ſe id valere. ibid.23
teſtamentum an & quãdo rumpatur pręteritione eorum, qui ſunt loco poſthumorum. 169.10
teſtamentum de falſo accuſans an, & quando priuetur hæreditate, vel legato, quod ei relictum eſt in eo teſtamento, vel repellatur à ſubſtitutione pupillari. 173.18.20
teſtamẽtum filij reſtituto reuerſóq; patre ab hoſtibus, an teneat. 148.4. & 5
teſtamentum inofficioſum. 53.1. inde
teſtamentum inſolenne quibus proſit. 338.1
teſtamentum in quo aliquid inductum, cãcellatum vel deletum eſt, vel quod inciſum eſt, quatenus & quando valeat, vel non. 315.3.4
teſtamẽtum militis: vide, Miles, Militis.
teſtamentum nuncupatiuum an poſsit probari per inſtrumẽtum publicum. 287.1
teſtamentum prius quando non rumpatur per poſterius. 288. 1. quibus modis infirmentur. ibid. 2.2
teſtamentum quot teſtes requirat. 165. 9.11

teſtamentum tempore deportationis factum an per reſtitutionem deportati conualeſcat 287.2
teſtamentũ vt non ſit inofficioſum quanta portio bonorum parentis filiis ſit relinquenda iure Authen. 330.1
teſtamẽti appellatione quid veniat, cùm tractatur de exhibendis & aperiendis teſtamentis. 172.3. exhibitione poſtulata, ſi plures ſint teſtaméta omnia exhibéda ſunt: nec ſufficit exhiberi exemplum, ſed authenticũ exhiberi debet. ibid. 4. exhibitio, & apertio quomodo ſit facienda. ibi. 6. apertio quomodo ſit facienda abſentibus iis, qui illud ſignauerunt. ibid. 7. exhibitionem & deſcriptionem ita eſſe faciendam, vt non deſcribatur dies & conſul: & quæ ſit ratio ibid. 8
teſtamenti cauſa omiſſa vide, Edictum, Si quis, &c.
teſtamenti imperfecti comites 338.3
teſtamentũ exhiberi, & aperiri, vt inſpiciatur, & deſcribatur, quis poſsit petere. 172.2
teſtamentum facere quibus perſonis nõ liceat. 163. 1. qui facere non poſsint, ob id quòd de crimine damnati ſint. ibid. 8. facere non poſſe eos, qui dubitant de ſtatu ſuo ibid. 12
teſtamentum imperfectum non valere. 87.7
teſtamentum poſſe fieri ſine legatis & fideicommiſsis 287.3
teſtamento an poſsit aliquid relinquere alter alteri ex cõiugibus, qui veritas inter ſe contraxerunt nuptias 129.4
teſtamento contento nolens teſtes ignorare, quid facere debeat 163.8
teſtamento omnes ſeruos manumittere permiſſum, ſicut & pactis inter viuos licitum eſt 281.1
teſtamento relicta capere aliquem non poſſe quib. modis contingat 317.1
teſtamento reſciſſo per bonorum poſſeſsionem cõtra tabulas, legata & fideicommiſſa an, & quibus perſonis debeantur 159.8
teſtamento rupto, an cenſeantur adempta legata 290.21
teſtamento rupto ob defectum, quibus applicari debeãt bona teſtatoris. 174.28. per teſtatorem inciſo, qui vocentur ad eius ſucceſsionem ibid. 29
ex teſtamento actio. vide, Actio ex teſtamento.
teſtamentáne rumpantur per nepotes vel pronepotes, qua ratione prouiſum ſit per legem Velleiam, & per cõſilium Galli Aquilij 169.11
teſtamenta quæ aperiri, & quatenus debeant 172.9
teſtamenta quibus modis rumpantur. 164.20
teſtamentorum obſcura vel dubia cuius ſit declarare 316.7
teſtamentorum ſpecies olim quot fuerint, & quot ſint hodie 163
teſtamentaria manumiſsio: vide Manumiſsio teſt.
teſtamentaria tutela quib. potior 281.1
teſtamentarius tutor. vide tutor.
teſtator dicens ſibi deberi tantùm decem ab eo, qui centum debebat, an præiudicet hæredi 88.22
teſtatorem facere non poſſe, quin leges in ſuo teſtamento, vel in legando locum habeant 176.44
teſtatorem poſſe in inſtituendis hæredibus diuidere hæreditatem ſuam in quot partes voluerit 161.19.22
teſtatorẽ poſſe mutare quod fecit 187.4.5
teſtatorem perfecto teſtamẽto, exponere poſſe obſcura ibid. 6
teſtimonium dicere non cogitur epiſcopus 5.8
teſtimonium dicere prohibetur apoſtatis 6.3
teſtimonium dicere qui, & quibus modis prohibeantur 89.4.5.6.9.d. vnicuique prohibitum eſſe in re ſua, & an id perpetuum 89.10.e
teſtimonij domeſtici fidem improbari. 89.15.g
teſtimonia quæ hæreticis conceſſa, quæ item denegata 6.7.8.*
teſtimonia veriſimilia ſint 52.2
teſtimoniorum effectus 90.29.1
teſtis an in cauſa criminali poſsit eſſe is, qui eſt cõſcius eiuſdem criminis 89. num. 11
teſtis ſocius an admittatur in cauſa ſocij litigantis pro parte rei communis. ibid. 12. 90.f
teſtis productus quomodo iurare debeat 89.22.
teſtis quomodo teſtimonium ferre debeat *89.23
teſtis deponens de auditu an fidem faciat ibid. 24.k
teſtis ſemel productus an poſsit iterum in eadem cauſa produci 89.1.26
teſti ſponte reuerſo, & deponẽti contrarium eius, quod prius depoſuerat, an fides adhibeatur 90.27
teſtis perſona quomodo à iudice conſideranda 89.17
teſtem ſemel approbatum, an & ex quibus cauſis liceat reprobare 89.16
teſtes à quibus ſint producendi 88.1
teſtes quales eſſe debeãt, vt produci poſſint 90. ibid. a.*
teſtes inuiti qua ratione coërceantur ad teſtimonium ferendum 89.3
teſtes qui non dicant teſtimonium inuiti ibid. 14
teſtes quando & quomodo ſint producendi. 89.18.90.*
teſtes quot exigantur pro ratione negotiorum, quibus adhibentur 89.20. 90.b
teſtes quibus caſibus debeant eſſe rogati 89.21
teſtes an & quando interrogari debeant de tempore, & an de loco 89.25
teſtes an poſsint produci in cauſa appellationis, vbi præſtitæ fuerint primæ probationes, & lectæ teſtificationes, 209.5
teſtes largo modo continentur inſtrumentorum appellatione 17.21
teſtes qui admittendi ſunt, & qui non. 337.1
teſtes quot requirantur in quolibet negocio. ibid. 2.a
teſtes quando & quomodo ſint producendi. 337.3.4
teſtes quot requirantur in teſtamentis. 163.9
teſtes qui prohibeantur adhiberi in teſtamentis. 164.14.18
teſtium ad teſtamẽtum adhibitorũ conditio quo tẽpore ſpectanda ſit. 287.7
teſtium teſtamento adhibitorum conditionem ſpectandam eſſe tempore facti teſtamenti, non tempore mortis. 164.16
teſtium productio quoties permittatur in eadem cauſa. 90.28
teſtium productorum officium quale ſit 89.19
teſtibus an maior fides adhibeatur quàm inſtrumentis 91.12.*
theſaurus quid ſit. 250.1
theſaurus quid ſit, & cuius ſit, cùm inuenitur. 283.19.285.54.b
theſaurus inuentus ad quem pertineat. 250.2
theſaurum inueniſſe quis dicatur. ibid. 3
Thlibiæ qui ſint. 239.*
tignum iunctum alienis ædibus an poſſit vendicari, & qua ratione conſulatur domino tigni. 57.13.d
tignum an poſsit à domino vendicari, ſoluto poſt xxx. annos ædificio. 58.14
titubatin quid. 9.3
titulus De capitatione cenſus, explicatur. 274.1
tituli, De priuilegio dotis, explicatio, 212.1
titulo, De hæredib. decurionum, quando ſit locus. 189.4
titulos prædijs ſuis vel alienis imponens quomodo puniatur. 26.
torquendus quomodo debeat interrogari. 246.7
tradere prædiũ fingitur, qui inſtrumentum prædij tradidit. 2.14
traditio incorporalium rerum quomodo fiat à venditore. 116.9
traditio rei ficta per inſtrumẽti traditionem 2.14.g.b
traditionem neceſſariam eſſe, vt poſsit procedere vſucapio. 197.25
traditione an non aliter acquiratur poſſeſsio, quàm ſi is, cui traditur, inducatur in vacuam poſſeſsionem. 285.56
traditione facta ab alio quàm à domino, an & quando tranſeat dominium in accipientem. 285.60
traditione nihil amplius transferri in eum, qui accipit, quàm ſit apud eum, qui tradit. 287.3
tranſactio quid, & vnde dicatur. 20.1.a
tranſactio an fiat in criminalibus. 40.4
tranſactio fieri non poteſt ſuper alimentis. 20.5
trãſactio an impediat indebiti ſoluti repetitionem. 80.13
tranſactio interpoſita per calumniam actoris an & quando teneat: & quid ſi per dolum ſeu calũniam rei. ibid. 14
tranſactio an & quando ſit inutilis propter authoritatem rei iudicatæ. ibidem. 16
tranſactio minorum quando valeat, vel quibus

quibus caſibus per reſtitutionem reſcindatur. 34 1.2
tranſactionis effectus. 21.7.8
tranſactioni ſimplici ex pacto quare non detur actio actori. ibid. 8
contra tranſactionem iuratam veniens infamis redditur. 25.7
tranſactionum duo genera, eorúmque diuerſi effectus. 20.1.21
tranſigere quis poſsit. 20.3
transferre actionem vel obligationem qui nequeant. 103.4
tranſmiſsiones reorum quando fiant. 236.2
trebelliani S C. remedia quæ ſint. 181.1
tribunis lauacra non præſtanda. 14
tributum quid dicatur. 250.1
tributum quibus nominibus ſoluatur. 250.2
tributúmne vel cenſus exigatur nomine eius, quod per alluuionem agro accreuit. 203.3
tributum quod nomine capitis ſoluitur, ad quam pœnam extendatur. 250.3
tributum quomodo differat à vectigali. 321.2.2
tributi nomine vnum ex pluribus conſortibus conueniri in ſolidum. 276. 10
tributa in eccleſia decenter exigi. 7.4
tributa quæ ſoluat eccleſia. 4.8.9.11.b
tributa ſemper exigi à poſsidentibus. 115.1
tributoria actio quibus competat. 95.7
tributoria actio ad quid detur. 96.9
tributoria actio qualis ſit. ibid.11
tributoria actione quis teneatur. 95.3
tributoria actione conuenti officium quale. 96.10
tumultum mouentes in eccleſia quomodo puniantur. 7.1
turpilliani pœna quæ. 246.4
turpiliani ſenatoſc. locus. 246.1
in turpilianum an incidat trāſigens cum reo. 246.2
tutela quid. 141.2
tutela quomodo à cura differat. ibid.3
tutela legitima quibus ex lege xij.tabu. delata ſit. 142.1.4.2
tutela quibus hodie deferatur. 142.3
tutela teſtamentaria legitima: vide, Teſtamentaria tutela, Legitima tutela.
tutela quomodo & à quibus diuidi poſſit. 147.1.
tutela quibus modis finiatur. 282.1
tutela quomodo finiatur. 150. 1.2.3
tutelæ actio tranſmiſsibilis. 148.2
tutelę actio directa cui detur, & cui contraria. 295.2
tutelæ actionis ortus. 282.1
tutelæ actionem apud eundem iudicem eſſe tranſigendam. 310.1
tutelę arbitraria actio cui & in quem detur. 147. 2. quæ admittat ſeu contineat. ibid.3.& 5.6 7
tutelæ arbitraria actio qualis ſit. ibid.9
tutelæ arbitraria actio quam pœnam, & quomodo duplum contineat. ibid.10
tutelæ capita ſumma. 281.2
tutelæ contraria actio cur inducta. 149.1
tutelę contraria actio quibus & quando competat. ibid.2
tutelæ contraria actio ad quid detur. 149.3.4.6 a
tutelæ contraria qualis ſit actio. ibid.5
tutelæ contrarię actionis vis. ibid 4 6
tutelæ datio quibus ex cauſis inutilis. 141.1
tutelæ diuiſio. 149 4
tutelæ diuidendæ beneficium quam vim habeat. 149.4
tutelæ excuſationem complere etiam filium mortuum pro patria. 2.10
tutelæ in iuramento in litem ſpeciale. 148.7
tutelæ geſtionis forma. 144. 11.12.13.14. 15.16.18.25
tutelæ onus ibi plerunque eſſe debet, vbi ſucceſsionis eſt emolumētum. 142.4
tutelæ onere liberari epiſcopum. 5. 8. & clericos. ibid.10
tutelæ periculo qui ſubiecti. 132. 1.2
tutelæ ſubſidiaria actio, quę datur minoribus aduerſus magiſtratus quare ſic dicatur. 153.6
tutelæ ſubſidiaria actio qualis ſit, & quibus detur. ibid. 8.10
tutelę ſubſidiaria actio in quos dari poſſit præter magiſtratus. ibid.11
tutelæ teſtam.vis vnde incipiat. 141.19
tutelam ratione contiguitatis & coniunctionis protrahi. 141.1
tutelam qui ſuſcipere non poſsint. 5.10
tutelam regulariter fœmina gerere non poteſt. 143.7
tutelam hodie mater & auia ſuſcipere poſſunt. ibid.1
à tutela remotio quando infamet, vel non. 146.7.8
tutelarum genera & capita. 141.1
tutelas eo ordine deferri, quo hæreditates ab inteſtato: & an id ſit perpetuum. 339.4
tutelas tres excuſare, qui accipiendum. 151.1.2
tutor quibus detur, vel non. 141. 4.6.7.13
tutor quis dandus. 141.8.9.11.12.b. c.d
tutor quomodo per vltimam voluntatem dari poſsit. 141.17.18
tutor quomodo gerere cogendus. 143. num.1
tutor quomodo geſturus inuentarium faciat, & quale. ibid.2.3.4.145.2.b
tutor quomodo iuret. 144.5
tutor quomodo ſatiſdet. ibid.6
tutor quando gerere debeat. 144.7
tutor remotus redditur infamis. ibid.8
tutor vt reliquis, ita ſibi quoque ſoluere poteſt. 144.19
tutor de amiſſo tenetur. 145.20
tutor cui ſoluat. ibid.21
tutor quos alat. ibid.23
tutor an fideiuſſor prius conueniendus. 148.1
tutor corrupta pupilla quatenus damnandus. 238.1
tutor datus qui non geſsit, quando, qualiter, & quo ordine conueniatur. 144.1
tutor eſſe quis creditor poſsit. 317.1
tutor fieri prohibetur, qui eſt creditor vel debitor pupilli. 334.4
tutor creditor vel debitor cùm ſit, adminiſtrans tutelam, qualiter puniatur. ibid.5
tutor non poteſt ſuſcipere ceſsionem actionis aduerſus eum, cuius tutelam gerit. 334.6
tutor adminiſtrationem ſuſcipiens quale iuſiurandum, & cuiuſmodi ſatiſdationem præſtare cogatur. ibid.7
tutor in quibus pupillo author eſſe poſſit, vel non. 149 13
tutor legitimus an & quando teſtamentario præferendus. 141.4.2
tutor litem cœptam perficiat. 145.5
tutor prætorius olim in luem dari ſolitus. 146.2
tutor quæ iuramenta ſubeat. 148.5
tutor quæ pro alimentis reputare, vel non imputare poſsit. 147 4.5
tutor quales vſuras & quibus caſibus pupillo præſtare tenetur. 148. num. 1.2.3
tutor, qui depoſito officio cōtrahit cum fiſco, nōdum reſtituta tutela, qua pœna puniatur. 118.2
tutor qui in adminiſtratione præfertur, alius ſatiſdet. 145.3
tutor qui non geſſit, aliis contutoribus gerentibus, quando conueniri poſsit priùs quàm magiſtratus. 152.4
tutor quo caſu poſsit rem pupilli obligare. 222.4
tutor ſi ſoluerit indebitum nomine pupilli, an ipſe condicat, an pupillus, & an & quando alius hoc nomine detur condictio. 81.26. 28
tutor ſolus an poſsit hæreditatem pupillo acquirere. 313.3
tutor teſtamentarius ne ſatiſdet, & quando fallat. 141.2.3.5
tutor vnus pro alio an & quando conueniri poſsit. 147.4
tutor vel curator ſi ſe non excuſauerit, & eo abſente alius geſſerit adminiſtrationē, vter conueniendus. 150.2
tutor vel curator rem minoris inuadens, qua pœna puniatur. 215.5
tutoris appellatione qui contineantur. 334.1
tutoris confirmandi forma. 142.6
tutoris contractus pupillo vtiles actiones parere. 145.3
tutoris datio an poſsit delegari. 46.2
tutoris donationes quæ reuocandæ. 145. 22.
tutoris & curatoris diſcrimen. 145.26
tutoris ex facto quando pupillus agere vel conueniri poſsit. 145.1.2
tutoris filiam non prohiberi à nuptiis pupilli, cuius tutelam pater adminiſtrat: & quæ ſit huius ratio. 130.4
tutoris in impubere poteſtas qualis. 141.5
tutoris legitimi officium. 142.9.b
tutoris per vltimam voluntatem dandi modi. 141.17.18
tutoris vel curatoris pupillam vel minorem ſuam in vxorem ducentis pœna qualis ſit. 130.6
tutoris vocabulum variè & ſubinde impropriè accipi. 143.5

tutori dando hæc à prætore vel præſide facta adiectio, ſi ſatiſdederit, quid contineat. 143.11
tutori pro pluribus electo vel conuento quæ competant remedia. 147.2. quas ob cauſas competant. ibid.3
tutori vectigalia conducere vetitum, contráque facientis pœnæ. 145.1
tutorem dari inuito, non etiam curatorem, præterquam ad litem. 282.2
tutorem habenti quibus ex cauſis alius tutor vel curator dandus. 143.1.2.3.4
tutorem cur etiam propriè tutor vel curator dari poſsit, ratio. ibid.6
tutorem in litem dari qui accipiendum. 146.1
tutorem non niſi rectè datum teneri. 148.1
tutorem quærendorum teneri qui accipiendum. 147.6.2
tutorem ſe creat nemo. 141 15
tutorem vnum ex pluribus conueniri. 145.1
tutore aut alio quouis confitente abſentem vulneraſſe, quæ actio cótra quem competat. 65.28
tutore ſoluente, an liberetur fideiuſſor. 148.2.3
tutores an teneantur pecuniam minoris fœnori dare. 334.8
tutores datiui illuſtribus quando creandi. 143.3
tutores fiduciarij. 142.7
tutores in quibus differant à curatoribus. 282.1
tutores intra quod tempus & apud quem petantur. 142.2. vbi petantur. 143.1.2.2
tutores quæ, & quarum rerum pericula ſuſtineant. 145 3.a
ad tutores quæ pericula non pertineant. ibid. 4.b
tutores quando eſſe deſinant. 150.1.2.3
tutores qui & quomodo dentur illuſtribus. 142.1
tutores quibus rectè dentur. 143.5.6
tutores qui dandi non ſint. ibid.7.8.9.b c
tutores ſuſpecti: vide, Suſpectus, Suſpicio.
tutores vel curatores contrahentes cum fiſco, an & quando incidant in crimen falſi. 241.10
tutorum excuſatio. vide Excuſatio tutorum.
tutorum hæredes an teneantur. 148.3 3.4
tutorum plurium quis gerat. 144. 9. 10, 550.27
tutorum plurium quando alter authoritate alterius pupillum ſibi obligari poſsit, vel non poſsit. 149.14
tutorum qui ſatiſdent, vel non. 145.2. 146.2.*, potior in adminiſtratione reliquis ſatiſdet. ibid.3
tutorum vel curatorum appellatione qui cótineantur, cùm agitur de prohibitione matrimonij inter pupillam & tutorem ſeu curatorem, & liberos eius. 130.1
tutorum vel curatorum bona tacitè eſſe minoribus obligata. 221.3
tutoribus quibus & quando authoritas præſtanda. 282.1
tutores vtiliter decreto iudicis dari ei, qui habere eos non poteſt. 57.29
tutores non prohiberi rerum ſuarum alienatione. 118.1
tutores qui & cur petant. 142.1
tutores non petentium, vel inhabiles petentium pœna: quique excuſandi, vel non. ibid.3.4.5
tutores qui olim Romæ & in prouinciis dare ſoleant, & qui nunc dent. 282.1
tutores quos & quando opus ſit confirmare, vel non. 141
tutores Romæ & in prouinciis qui rectè dent. 143.1.2.3.4
tutores dandi facultas quando & quibus mandari poſsit. ibid.2
tutores dandi modi. 143.10

V

Vacatio à publicis muneribus quibus concedi poſsit decreto decurionum. 258.1
vacatio muneris publici cócesſa ad quid proſit. ibid.
vacatio quanti temporis cócedatur poſt munerum functionem, antequam aut aliam, aut eandem cogamur ſubire. 257.1
vacationem ei concedendam, qui ad munus vel honorem per inimicitias nominatus eſt. 262.1.4
vacationum imperfectæ ſpecies permiſtæ non proficiunt ad excuſationem à tutela. 151.3
vaſallus quomodo poſsideat, & quid alij locet. 199.16.17.21.c
vaſallum poſſe de euictione agere. 231.7
vbi prædicamentum, quomodo iura interpretentur. 3.16
vectigal quid, & quomodo differat à tributo, vel annona, vel publica penſitatione. 321.2
vectigal nouum quid. 122.1
vectigal à quo & quas ob cauſas inſtitui poſsit. ibid.2.2
vectigal quibus ex rebus præſtari non ſoleat. 122.3
vectigalis ex ſingulis rebus in ciuitatem aduectis præſtandi, quæ ſit quantitas. 122.1
vectigal an & quando legati præſtare teneantur. 122.2
vectigal non ſoluentium res quãdo committantur in fiſcum. 122.4.2.b
vectigalia noua inſtitui non poſſe. 122.1
vectigalia quibus conducenda, & quanto tempore. 122.5
vectigalium profeſsio quid ſit. 115.5
vectigalium conductionem non admitti iterum ad eorum conductionem, niſi priori conductioni ſatisfecerit. 269.5
vectigalium fiſci conductores qui à quibus immunes. 260.1.2
velleianum auxilium quando matri indemnitatem promittenti indulgendum, & quando ceſſet. 146.1.2.3
velleianum ſenatuſconſultum quando locum habeat. 10 .1.2.3.2
Velleianum ſenatuſconſultum quando non habeat locum. 100.4. 5.6.7.8.9.
Velleiani ſenatuſcóſulti beneficium quale ſit, & quibus detur. 1 .14.c
Velleiani ſenatuſconſulti beneficium, quid differat à beneficio Macedoniani SC. 100.15
velleris adulterini pœna. 266.5
vendere aut emere quibus caſibus quis cogatur. 112.24
vendere quibus ex cauſis quis cogi poſſit. 276 2
vendere qui prohibeantur. 113.1.2
vendere quibus non aliàs liceat niſi certis perſonis. 275.1
vendens alteri rem, quam prius alij vendiderat vel promiſerat, ad quid teneatur. 112.8 a
vendens duobus rem aliquam, qua pœna puniatur. 241.8
vendens rem alienam emptam à non domino, ad pretium non tenetur. 27.5
vendens ſeruum cum pacto, vt manumittatur, vel econtra, quando agat ad pœnam, ſi contrà factum fuerit. 119.1.2.
vendens ſeruum furem an & quando teneatur emptori ad id quod intereſt eius, ſeruum non eſſe furem. 116.12.c
vendens ſeruum alienum, aliſve obligatum quatenus teneatur. 117.19
vendẽtis mancipium aſſeueratio qui accipienda. 120.13
venditores barbaris vetita, quomodo puniantur. 122.5
vendi quæ res non poſsint. 113.1.2
vendi etiam venalia non debere 152.2
vẽdi non poſſe, quæ de domo aliqua eximuntur negociationis cauſa; & qua pœna puniatur earum venditor, qua item emptor. 111.10
venditæ rei periculum quando ſpectat ad emptorem. 115.1.2 venditione ſub conditione facta ad quem ſpectet. ibidem. 2. deguſtationem exigentis periculum ad quos ſpectet. ibidem.5.b. publicationis periculum ſpectétne ad venditorem, an ad emptorem. ibid.7. periculum quando ſpectet ad venditorem. ibid.8
venditæ rei periculum poſt moram contingens quando ad quem ſpectet. ibidem.9
vẽditę rei euictionis periculum ad quem ſpectet. 115.10
venditæ rei non traditæ exceptio quando locum habeat, & cui detur. 311. nu.1.2
vendita re duobus in ſolidum, vter emptor potior habeatur. 298.19
venditum à ſocio non vendicari. 68 1
venditi precium à cohærede petendum. 68.2
venditi, ſeu ex vendito actio: vide Actio. ex vendi.
vendita à cohærede quando vendicanda. 68 4
venditorum alternatiuè periculum ad quem ſpectet. 115.4
venditorum in genere periculum ad quẽ ſpectet. 115.3

venditis pluribus animalibus, an propter vnum morboſum poſsint quoque cætera redhiberi. 122.l

venditio qua ratione impleatur. 112.22.e

venditio bonorum debitoris poſt quantum tempus concedi debeat creditoribus miſsis in poſſeſsionem. 211.10

venditio an & quando permittatur creditoribus miſsis in poſſeſsionem bonorum pupilli. 212.18

venditio, exiſtente conditione, à primo contractu viguiſſe fingitur. 3.17

venditio futurorum fructuũ an & quatenus fieri poſsit. 111.6

venditio ſpeciei vt valeat, oportet ſpeciem demonſtrari ad oculum, vel ad intellectum. ibid.7

venditio rei quæ non extat, quam tamen venditor putabat extare, an valeat, & quid ſi pro parte non extet. ibid.8

venditio cuiuſmodi in rebus fieri poſſit, vel non poſsit. ibid.9

venditio veneni an & quando valeat. 111.11

venditio quam contrahentes volunt fieri in ſcriptis, quando cenſeatur valida & perfecta. 112.14

venditio inter quas perſonas poſsit contrahi. 112.20

venditio hæreditatis quando teneat. 112.t

venditio in quibus à locatione differat. 125.41

venditio in quibus differat ab emphyteuſi. 126.14

venditio minorum quando per reſtitutionem reſcindatur, & quibus caſibus ipſo iure nulla ſit. 33.t

venditio facta à minore ſine decreto, iuramento tamen interueniente, an valeat: & an minor aduerſus eam reſtitui poſsit. 33.3

venditio ob non ſolutas publicas penſitationes, à quo & quando fiat. 115.2

venditio pignoris à minore facta, quando per reſtitutionem reſcindatur. 34.1.2

venditio quam vult facere creditor miſſus in poſſeſsionem bonorum pupilli, quando differri debeat in tempus pubertatis, & quando fieri poſsit in pupillari ætate. 34.2

venditio quibus ex cauſis reſcindatur. 114.1

venditio rerum eccleſiaſticarum quando & quomodo permittatur. 4.nu.11

venditio rerum minoris facta ſine decreto, an confirmetur per ratihabitionem factam ab eo, poſtquàm maior effectus eſt. 152.1

venditio vt poſsit procedere ob non ſolutas publicas penſitationes, quanto tempore ceſſatum eſſe oporteat. 115.4. a. quomodo huiuſmodi venditio procedere debeat. 115.5

venditionis conditio quando poſsit conferri in arbitrium alterius ex contrahentibus, vel alicuius tertij. 111.5. conditio an & quando cenſeatur impleta, ſi ſtet per emptorem quo minus impleatur. 112.18

venditionis reſciſsio quàm variis modis fieri poſsit. 114.7.6.c

venditioni conuentio adiecta quibus proſit. 117.34

venditioni iuratæ an contrauenire poſſit. 114.3

venditione celebrata, quando cenſeatur res adhuc eſſe integra. 114.1

venditione contracta, ſi in continenti augeatur vel minuatur precium, an ſit vna venditio. 119.4. reſoluta ob allatam meliorem conditionem, dominium redire in priorem venditorem. 119.16. hoc modo reſoluta, fructus reſtituit prior emptor, etiamſi ipſe meliorem conditionem attulerit. ibidem 17

venditione facta, commodum acceſſorij ad quem ſpectet. 115.11

venditione huius vel illius rei alternatiuè facta, vtrius ſit electio, venditoriſne an emptoris. 295.6

venditione ſub conditione facta, periculum ad quem ſpectet 115.2

venditor actionis ad quid teneatur emptori 113.17

venditor fundi an & quando teneatur ad præſtandum ſeruitutem 295.2

venditor fundi, qui excipit manu ſata, quæ cenſeatur hac appellatione excepiſſe 295.4

venditor hæreditatis, quæ nulla eſt, ad quid teneatur emptori, & quid ſi hæreditas vendita non pertineat ad venditorem. 112.2. hæreditatis quæ verè ſua eſt ad quid teneatur emptori. ibi. 3.5. qui poſtea alteri vendidit quaſdã res hæreditarias, quas tenebatur præſtare emptori hæreditatis, ad quid teneatur ipſi emptori. 113.7. qui conſecutus eſt ob furtum vel inuaſionem rei venditæ, an teneatur eam pœnam præſtare emptori. ibid.9. an & quatenus teneatur cauere de euictione. ibidem.10. ſi quaſi hæres vendiderit hæreditatem, quæ ſibi reſtituta erat ex SC. Trebelliano, ad quid teneatur emptori. ibid. 11. qui excepit ſeruum cũ peculio an repetat ab emptore id, quod ſoluit conuentus de peculio. ibi. 13. an & quando poſsit repetere ab emptore, quod ipſi defunctus debebat. ibid.14

venditor mancipij quæ præſtare debeat. 120.14.121.d.

venditor prædiorum fiſcalium ad quid teneatur fiſco, ſi emptor nô fuerit idoneus 115.4

venditor quando cenſeatur deceptus vltra dimidium precij 114.4

venditor quando ſeruum ab emptore cõtra pactionem proſtitutum recipere poſsit 119.2

venditor qua actione ad quid agat contra emptorem 112.23

venditor qui ante perfectum contractũ tradidit rem emptori, an tranſtulerit in eum dominium, & qua ratione ei conſulatur 112.15

venditor, qui recuſat rem tradere emptori, ad quid ei teneatur 116.6. & 117.29. b.c.d g.

venditor ſerui quomodo cauere debeat emptori eius ſerui nomine. 116.1.131

venditor animalis quid cauere debeat emptori. ibid.14.

venditor pecoris morboſi quatenus teneatur emptori. ibid.15.16

venditor ignorans quibus caſibus excuſetur. 117.17

venditor qui non admonuit emptorem, deberi ſeruitutem à prædio vendito, an, & quando, & quatenus eo nomine emptori teneatur. ibid.18.f

venditor qui recuſat cauere in totum, vel pro parte, quatenus emptori eo nomine teneatur. 117.24

venditor quando & quatenus teneatur emptori ob falſas aſſertiones. ibidem. nu.26

venditor an teneatur eadem præſtare circa acceſſoria rei venditæ, quæ tenetur præſtare circa rem ipſam venditam. ibid.28

venditor, qui vendidit cum pacto adiectionis in diem, an poſsit reſpuere meliorem conditionem allatam. 119.13

venditor ſerui quando de euictione teneatur. 195.2

venditor ſub pacto adiectionis in diem tenetur denunciare emptori meliorem eſſe oblatam conditionem. 119.14.f

venditori decepto vltra dimidium precij quomodo ſuccurratur. 114.2

venditorem hæreditatis teneri emptori pro iis omnibus, quæ ad ipſum peruenerunt, vel peruenient de hæreditate, & quomodo ibi intelligẽdum ſit verbum Perueniſſe. 112.5.6

venditorem teneri reſpondere creditoribus hæreditariis: & quibus caſibus emptorius reſpondere cogatur. 113.15

venditorem obligatum ad caſum fortuitum, non cẽſeri obligatum ad ea, quæ facilè & frequenter accidunt. 295.7

vẽditorem poſſe quibuſdam caſibus contra factum ſuum venire. 273.9

venditorem teneri ad rem tradendam emptori, quomodo intelligendum. 116.4

vẽdicari quæ res poſsint, corporalia tantùm, an etiam incorporalia. 57.6.e. peculium non poſſe. 57.7. gregem poſſe. ibi.8. filius an & quomodo, & à quo poſsit. 57.10. an & quando poſsint ea quæ ſunt intexta vel inſita, aut inſerta alienæ materiæ. 57.11.15. gemmæ alieno anulo incluſa an & quando poſsit. 57.12. tignum iunctum alienis ædibus an poſsit, qua ratione conſulatur domino tigni. 57.13.14

vendicari an poſsit id vendicari à domino, ſoluto poſt xxx. annos ædificio, ibidem fructus quando poſſunt. ibid. 17. inde.

vendicari an poſsit res aliqua ſub alternatione. 59.1.4

vendicantem debere rem deſignare, quatenus verum ſit. 59.2

venefici vt ſint puniendi. 240.3

veneni venditio an & quando valeat. 111.11

veniæ ætatis in rebꝰ ctis quatenus accipienda

pienda. 37.7
veniæ ætatis interpretatio quem effectum producat. 37.5
veniã ætatir qui poſsint impetrare. 37.1
veniam petentes quid probare debeant, & apud quem. ibid.2
venter quando inſpiciendus. 312.2
ventris cuius nomine quæ mulier in poſſeſsinnem mittatur. 119.1.2
ventris nomine in poſſeſrionem miſſa muliere, ſi eadem poſſeſsio doln malo ad alium tranſlata ſit, quæ actio cui competat & contra quem, & quatenus non detur in hæredem. 312.1.2
ventri in poſſeſsionem miſſo, quis curator conſtituatur. 319.4
verbum quid ſit, quid item rer. 177.1
verbo quot modis homicidium committatur. 239.•
verba legis quando non liceat offendere. 9.18.1
verborum obligatio an ſtipulatio. 294.1
verborum obligatio quid ſit. 326.3. vide, Stipulatin.
veritas aliquando magis conſideratur, quàm opinio. 241.2
veritas naturæ nulla imagine obumbranda. 256.1
veritati errorem non obeſſe. 194.2
veritatem in contractibus ſimulatis potius ſpectari, quàm id quod in ſpecie geſtum videtur. 91.2
verſum in rem domini quando quid cenſeatur. 97.49
verſurum quid ſignificet. 238.16
veſpillo quid ſit. 94.
veſtes quæ ſoli principi permiſſæ. 266.3
veſtibus hominum officia diſtingui. 266.2
veſtibulum quid. 69.7
veteranorum à tutela excuſatio. 150.1.2.3
veteratores ſerui qui dicantur. 121.22. 122 k
vetus ius cur dicatur. 9.1.2
via quid differat ab actu. 309.2
viæ ſeruitus qualis ſit. 62. 8. latitudo quanta eſſe debeat. ibid 8
vicarium qui habere ſoliti. 13.1
vicariorum in dignitate diuerſitas & officium. 13.2
vicariorum officium. 267.2
victori qua ratione ſuccurratur, ſi pignus in cauſam iudicati captum non inueniat emptorẽ, vel inueniat quidem, ſed talem, qui non offert dignum precium. 223.2
victus in interdicto Vti poſsidetis, quomodo condemnandus ſit. 218.19
victus victori quando condemnandus in expenſas. 44.16
vidua quæ. 50.5
viduæ quid à principe impetrare poſſint. 50.1
contra viduas reſcriptum impetratum quando & an non valeat. 50.3
viduitas indicta per legatum, quando remittatur, & quando non. 178.1.2
vinctorum numero qui habeantur. 40.2
vindicare ſeipſum nemini regulariter permiſſum. 55.1. quibus caſibus permittatur. ibid.2.2
vindicta libertas quæ dari, & vnde dicatur. 190.2
vini ſub conditione venditi ad menſuram periculum ad quem ſpectet. 115.6
violenti quàm variis conſtitutionibus pecuniariter puniantur. 216.19
violentia quando fiat impunè. 259.2
virginis appellatione quæ comprehendatur, cùm quæritur an virgines teneantur ſubire munera. 261.3
vir & vxor quando, & quatenus ſibi inuicem ſuccedant iure nouiſsimo. 161.3
vir ſecundam vxorem ducens, priore defuncta, ex qua habet liberos, qualiter puniatur. 131.18
viro quæ circa dotes non ſint obiicienda. 134.10.11.12.d
vis quid ſit. 28.3. quàm variè inferri poſſit, & quàm varias producat actiones. 28.1.30.1
vis quibus remediis coërceatur. 216.18
vis priuata quando dicatur committi. 239.5
vis priuatæ qualis ſit pœna. 239.5
vim cenſeri admiſſam, vbi proceditur ſine iudicis arbitrio: & nonnunquam admitti cum iudicis, atq; etiam cum principis arbitrio. 215.4
vim facientes in eccleſia quomodo puniantur, 7.1
vi bonorum poſſeſſorum actio pro quibus locum habeat, & ad quid. 163.1.7
vi bonorum raptorum actio cui detur. 243.4. contra quem detur. ibid. 5. in quibus rebus locum habeat. 243.2
vi bonor. rapt. actio qualis ſit. 243.8
vi bon. rapt. actio qui differat ab actione furti. 243.8
vi bonorum raptorum actio vt detur, cuiuſmodi ius requiratur. 243 5
vi bonorum raptorum actioni quando locus. 296.1
vi deiecto, qui non poteſt ſingulas res quas perdidit, vel damnum ſibi datum comprobare, qua ratione conſulatur. 216.15
vi deiectum videri eum, qui viſis armatis, vel audito quòd armati venirent, vi diſceſsit de poſſeſsione: & an, & quando detur ei interdictum Vnde vi. 216.10
vitium an differat à morbo. 120.9. 121.c
vitrico cur potius tutela credatur, quàm matri renuptæ educatio 147.4
vnitas cur numerus perfectus dicatur. 8.6
vniuerſitas quid. 307.1. cuiuſmodi poſſit per alium ſua negocia explicare, & per quem. ibid.2.4.5
vniuerſitatis, quæ dicantur eſſe. 283. 15
vocare in ius quid ſit. 17.1. quis poſsit, vel non poſsit. ibid.3. inde.
vocans temerè aduerſarium in ius quomodo puniatur. 262.2
vocari in ius quomodo & quando mulier, quomodo item & quãdo maſculus de domo ſua aut aliàs vocari poſſit. 14.1.2
vocati in ius non venientis pœna. 306.1
vocatio in ius quomodo diuidatur. 17.2. quibus modis reprobetur. ibidem.4.5.6
vocatio in ius quibus ex cauſis nulla. 306.1 2.3
vrbis appellatio ſimpliciter poſita quid ſignificet. 12.1
vrbana prædia. vide Prædia.
vſucapere qui poſsint, & qui non. 196.4. vt poſsit is, qui alieno nomine emit, cuius in perſona requiratur bona fides. 197.21.b
vſucapere pro donato quis dicatur, & quæ requirantur ad eam vſucapionem. 198.1. pro hærede qui hæredes non poſsint. ibid.1
vſucapiens quãdo cenſeatur habere bonam fidem. 197.19
vſucapiẽtis bona fides quo tempore exigatur, vt poſsit vſucapere procedere. 197.20
vſucapi quæ res poſsint: an etiam incorporalia. 196.6
vſucapi non poſſe rem furtiuam, vel vi ablatam, aut vi poſſeſſam: & an id ſit perpetuum. ibid 8
vſucapi non poſſe, quæ nata ſunt ex rebus furtiuis. 197.10
vſucapi non poſſe quæ prohibita ſunt alienari ratione perſonæ, vel publicæ vtilitatis. 197.14 17
vſucapi an & quando poſsit res fiſci. ibidem.15
vſucapi an poſsint res ciuitatum: & quid de iis rebus, quæ ſunt in vſu publico. ibid.16
vſucapi pro tranſactione, quid dicatur. 197 32
vſucapi pro donato an poſsit res donata ab vno ex coniugibus alteri coniugi. 198.2
vſucapio quare ſit inducta. 196.1
vſucapio quid ſit. ibid.2
vſucapio quanto tempore compleatur. ibid.5.
vſucapio an procedere poſsit ex poſſeſſione precaria vel clandeſtina. 197.12
vſucapio vt poſsit procedere, quæ ſint neceſſaria. ibid.18
vſucapio vt procedat, an & qualis titulus requiratur. 197.22
vſucapio quando poſsit ex iuſto errore procedere abſque titulo. ibid.23
vſucapio requirit continuam poſſeſsionem à principio vſq; ad finem: & an id ſit perpetuum. 197.26 27
vſucapio pro emptore vt procedat, quæ requirantur. ibid 31
vſucapio an & quæ poſsit procedere in ea parte, quã hæres tradit ei, qui falsò putabat eſſe ſuum cohæredem. 198.2
vſucapio pro hærede quando poſsit inchoari. ibid.3
vſucapio pro hærede quando habeat locum. 198.7
vſucapio an procedat contra rempublicam, eccleſiam, aut fiſcum in rebus

eorum

eorum mobilibus. 35.4
vſucapio locum vt habeat, quæ interuenire oporteat. 323.5
vſucapio qui differat à præſcriptione. ibid. 6
vſucapionis comites. 198.2
vſucapionis triennalis effectus quis ſit: & an per eam quæratur dominium. 197.33
vſucapionem procedere in rebus mobilibus, vel ſe mouentibus: præſcriptionem in immobilibus. 196.7.a
vſucapionem impediri propter naturam rei, quæ non poteſt eſſe in alicuius dominio. 197.13
vſucapionem vbique idem modus. 198.3
vſura quid, & quomodo differat à mercede rei locatæ. 102.t.101.e
vſura quid differat à pœna. 102 a
vſura vnde dicatur, & in quibus rebus locum habeat. ibid. 3.103.a
vſura quibus caſibus locum habeat pro ſpecie delata. 102.4
vſura an & quando debeatur ex nudo pacto. ibid. 5.103.b
vſura pecuniæ inuentæ in hæreditate quando preſtetur. 56. 22.b
vſura fructuum à quo & qualiter præſtari debeat in hæreditatis petitione. ibid. 25
vſuræ an & quando veniant ex quaſi mora. 103.11
vſuræ qua actione petantur. 103.12
vſuræ quibus caſibus præſumantur per ſtipulationem promiſſæ. ibid. 13
vſuræ quando petantur officio iudicis, & quandiu. ibid. 14.d
vſuræ quando & à quibus exigantur minores, & à quibus maiores. 103.15.e
vſuræ quales exigendæ ſint, vbi earum quantitas non eſt in conuentione expreſſa. 103.17
vſuræ an & quando veniant in actionem mandati contrariam. 107.34
vſuræ ex quo tempore currant aduerſus condemnatos non ſoluentes. 206.2
vſuræ nauticæ quæ ſpecialia. 104.t.2
vſuræ quales, & quibus caſibus pupillo à tutore præſtandæ. 148.1.2.3
vſuræ quando fiſco debitæ. 249.2
vſuræ quare non currant aduerſus condemnatos intra quatuor mēſes à tempore latæ ſententiæ. 206.3
vſuræ centeſimæ tantùm de ſorte præſtandæ ſunt, non de prima vſura. ibidem 4
vſuræ quomodo in mandati actionem veniant. 107.24.d
vſurarum ruſticarum modus quantus. 331.1
vſuras deberi ex mora vel quaſi. 103.6. varia quantitate à legibus præſtitui pro diuerſitate negociorum emergentium. 103.18
vſuras in actione ex teſtamento venire ex mora, ſicut in omnibus bonæ fidei iudiciis. 181.t
vſuras vſurarum exigens infans redditur. 23.7
vſus quid. 286.1. quibus modis conſtituatur. ibid. 2. an poſſit pro parte legari. ibid. 5. domus, conſtitutus filiofam. vel ſeruo, cui acquiratur. ibid. 8
vſus emolumentum quomodo ſit attendendum, quale ſit, ſeu quibus ab ipſo vſuario communicari poſſit. 286. 7. conſtituti in fundo ruſtico emolomentum quale ſit. ibid. 9. in pecunia conſtituti emolumentum quale. 286. 10. boum relicti emolumentum quale. ibid. 12. in ſeruis relicti emolumentum. ibid. 13. alienatio quo caſu permiſſa ſit. 286.16
vſui deſtinata, in alium non conuertenda. 267.2
vſum pro parte legari non poſſe. 286 3
vſu domus legato non poſſe proprietarium vel aliqua parte domus etiamſi ea pars non occupetur ab vſuario, ſed vacet. 286. 15
vſu ſolo quæ res conſumantur. 309.1
vſuarius quibus caſibus tantum iuris habeat, quantum fructuarius. 286. 4. quatenus vti poſſit grege cuius vſus eſt ſibi relictus. ibid. 11
vſuarij onus quale. ibid. 14
vſusfructus quid ſit. 59. 1.61.a. eius definitio explicatur. 59. 7.61. c. vſusfructus in quibus differat à dominio. 59. 6. quibus modis conſtituatur. ibid. 8. 61. d. quibus in rebus conſtituatur. 60.9.e. an conſtitui poſſit in iis rebus quæ ipſo vſu conſumuntur. 60, 10. quod & quantum adferat emolumentum. ibid. 11. quibus modis amittatur. 61. 27. k. conſtitutus filiofam. cuius morte pereat, patris an filij. 61. 28. an & quanto tempore amittatur per non vſum. ibid. 29. quomodo per alios retineatur. ibid. 30. quomodo amittatur per rei mutationem. ibid. 32. an & quomodo extinguatur confuſione. ibid. 33. quas actiones pariat. ibid. 34. inde.
vſusfructus ciuitati relictus quomodo & quando debeatur. 268.8
vſusfructus conſtitutus ex cauſa legati à domino nudæ proprietatis, an & quando valeat. 286.2.a
vſusfructus & reditus an idem ſignificent. 314.1
vſusfructus quibus modis amittatur. 308.1. an & quando extinguatur mutatione rei. ibid 3
vſusfructus legati dies an & quando cedat quâtum ad tranſmiſſionem. 33.5
vſusfructus lega. diem purum aditione hæred. cedere. 308.1
vſusfructus retentionem & inſtrumenti traditionem haberi pro rei traditione. 285.58
vſumfructum cauſalem non eſſe ſeruitutem, nec peti confeſſoria, ſed negatoria. 59.2
vſumfructum conſtitui poſſe ex die & ad diem, non tamen in diem quo deſineret. 59.4. poſſe relinqui pro parte, & quid ſi non adijciatur pro quota parte. ibidem 5. amitti rei mutatione. 61.32.l
vſumfructum fundi ſui poſſe mulierem marito in dotem dare: & quid ſi non vtendo maritus amiſerit, an conueniri poſſit actione de dote. 132.10
vſumfructum non conſtitui in iis rebus quæ vſu ſolo conſumuntur. 309.2
vſumfructum petere quis poſſit, & quando. ibid. 1
vſumfructum pro parte legari poſſe. 286 6
vſumfructum quandoq; accipi pro ipſa fructuum perceptione. 286.1
vſufructu filiofam. relicto, an aliquid inde acquiratur patri. 189.6
vſufructu in iumentis & pecudibus conſtituto, quæ computari debeant in fructu. 60.24
vſufructuarius an ſeruū, in quo vſumfructum habet, noxali iudicio defendere teneatur. 71.16.c
vſufructuarius: vide Fructuarius.
vtilitatis extrinſecæ ratio quomodo habeatur in actione legis Aquiliæ. 65. 31.33
vulnerato homini libero quæ actio competat. 64.15
vxor an & quando conueniatur pro marito. 85.1.a
vxor in quibus caſibus, & quatenus ſuccedat marito. 339.4
vxor quomodo in rerum amotarum actione, intelligenda ſit. 138.2
vxor vt admittatur ad bonorum poſſeſſionem Vnde vir & vxor, quæ requirantur. 161.2
vxori bona viri pro dote non addici. 139. 1. quomodo ſoluto matrimonio pro dote conſulatur. ibid. 2
vxorem vnam habens aliam ducere non poteſt. 129.14
vxoribus militum, & eorum qui reſpub. cauſa abſunt, quomodo ſuccurratur. 39.1
vxoriæ rei actio. 133

FINIS.